Digitized by Google

6
20-B
15

Proibito

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
19 K
4

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-20-B-10-

Digitized by Google

Digitized by Google

DICTIONARIVM HISTORICVM, GEOGRAPHICVM, POETICVM,

Authore Carolo Stephano.

GENTIVM, HOMINVM, DEORVM GENTI-lium, regionum, locorum, ciuitatum, æquorum, fluuiorum, ſinuum, portuum, promontoriorum, ac montium, antiqua recentioráque ad Sacras & prophanas hiſtorias, poëtarúmque fabulas intelligendas, neceſſaria nomina, quo decet ordine complectens.

HVIC POSTREMÆ EDITIONI PRÆTER collium, ſyluarum, deſertorum, inſularum, populorum, pagorum, fanorum, tribuum, fontium, lacuum, torrentium, paludúmque ingentem recentium, veterúmque nominum aceruum, ex libris typis excuſis, calamo exaratis, chartis geographicis, marmoribus vetuſtis, nummis atque tabulis antiquis, diligenter ac fideliter excerptum, magnam hiſtoriarum inſignium ac rerum copiam adiecimus, multa quæ intricatiora & difficiliora videri poterant, explanauimus, luxatis & tranſpoſitis locum ſuum quoad eius fieri potuit reddidimus, totam denique editionem infinitis mendis repurgatam, vt lectori conferenti patebit, priſtino nitori reſtituimus.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

GENEVÆ,
Sumptibus Samuelis Chouët.
M. DC. LX.

Digitized by Google

40

Digitized by Google

TYPOGRAPHVS STVDIOSIS ADOLESCENTIBVS, SALVTEM.

QVAMVIS huius Dictionarij titulus rerum, quæ in eo continentur, ſummam & vſum vtcunq; oſtendat: nihilominus tamen quum in more ſit poſitum, præfatione quadam lectores, ceu in veſtibulo aliquantiſper occupatos, detinere, tum de totius huius operis inſtituto, tum de eiuſdem vtilitate nonnulla in medium proferre viſum eſt. Carolus Stephanus, vir de literis & literatis bene meritus, quum primus omnium huic Indici manum admouiſſet, adoleſcentes lectionis hiſtoricæ ac poëticæ ſtudioſos iuuare voluiſſe viſus eſt, eíſque veterum ac neotericorum hiſtoricorum ac poëtarum arcana reſerare, vt nihil in horum ſcriptis occurreret, quod diſcendi cupidos remoraretur. Ideò quæcunque antiqui ac noſtræ ætatis autores claſſici de figmentis poëticis, de clariſſimorum virorum ac herôum dictis & geſtis, de regionum vrbiúmque ſitu, de gentium moribus, de fluminum, montium, ſyluarúmque deſcriptione fuſiſſimè literis mandarant, qua breuitate fieri poterat, fideliter collecta, typis excuſo volumine fecit iuris publici. Quum verò poſteriores vigiliæ vt plurimùm ſint ſapientiores, iterata editione cumulatiorem theſaurum ſtudioſis obtulit. Variis poſtea locis, provt res, tempus & occaſio, poſtularunt, doctorum quorundam virorum induſtria & labore illud opus, & etiam à nobis ante decennium, non ſine multiplici acceſſio-

Digitized by Google

ne eſt editum. Ab aliquot annis quum deeſſent & deſiderarentur à multis bibliopolis exemplaria, de noua editione cogitationem curámque animo ſuſcepi: quam amico cuidam, ab his ſtudiis non prorſus alieno viro, ante aliquot menſes aperiens, operam ſuam in Dictionario noſtro emendando & illuſtrando lubens nobis commodauit, variáque ſuppellectile literaria nobile Muſarum domicilium exornare conatus eſt. Primùm enim ſublatis non paucis, partim inutilibus, partim falſis & putidis rhapſodiis, quæ ſciolorum quorundam audacia in vnam aut alteram poſteriorem editionem irrepſerant, multa nomina vetera nouáque ex probatiſſimis auctoribus collecta repoſuit. Deinde, poëticarum fabularum ethicam & phyſicam in pleriſque interpretationem antea omiſſam adiecit. Tertiò, nominibus vrbium, inſularum, populorum veterum, quorum frequens apud Geographos occurrit mentio, nouas nomenclaturas ex A. Ortelij doctiſſimi Geographi Theſauro aliíſque collectas coniunxit, infinitis penè tum recentioribus tum vetuſtis Geographiæ vocibus nunc primùm huic Indici inſertis, Vrbium hodie florentium & præcipuarum partium accuratas deſcriptiones haud prætermiſit. Nominibus Hebræis, ex veteri Teſtamento potiſſimùm diligenter excerptis, Latinam adtexuit interpretationem, vt quod in prioribus editionibus erat inchoatum, prorſus abſolueret. Poſtremò, multa quæ ad Poëtarum, Geographorum & Hiſtoricorum ſenſus percipiendos pertinent, quantum tulit aliquot hebdomadarum anguſtia, & operis moles requirebat, quoad eius fieri potuit, vobis interpretatus eſt. Quandoquidem verò eiuſmodi dictionum Indices iuxta alphabeti ſeriem digeſti, ſtatuis Mercurialibus appoſitè aſſimilantur, quæ viatoribus, ne à recto tramite deflectant, iter exerto digito oſtendunt: ita minimè decet vos in hoc opus defixos nimium tenere oculos, nec ex Indicibus ſtudioſos adoleſcentes ſapere conuenit: ſed tantùm quoties opus erit, & vbi

Digitized by Google

vbi viam crebris profectionibus ingreſſi fueritis, non ita frequenti manu hic liber erit terendus. Nam quí nocturnam diurnámque operam in Dictionariis Indicibúſque voluendis imprudenter collocant, perinde mihi facere videntur atque ij qui aliquò profecturi in itinere perpetuò morandum conſtituunt. Quemadmodum verò minimè laudandus eſt ille, qui (quòd multos vino capi ac per temulentiam peccare videret) vites paſſim excidit, quum potius debuiſſet fontes fodere & Nymphis (vt aiunt) Bacchum tradere educandum, ebriúmque ſobrio repreſſum caſtigare: ita ſanè non probandi ſunt qui poëſim, quòd fabuloſa multa contineat, ex literarum ſolo excindere, (quam poterant emendare) conantur. Immò ſicut inter vitis folia ac palmites copioſus ſæpe fructus occultatur, ſubque vmbra latet: ſic in figmentis poëtarum multa vtilia adoleſcentum conſpectui ſubtrahuntur, quæ cùm ad morum tum ad naturalis philoſophiæ præcepta commodè referri queunt. Exempli cauſa, Ouidij Metamorphoſes, anilia commenta cenſebuntur, ſi verba & voces tantummodò, & provt extant, interpreteris. Quis enim hominum in arbores, piſces, formicas, ſcopulos, infinitáſque eiuſmodi formas, Iouis, Apollinis, & ſimilium idolorum nutu conuerſiones ſibilis ac cachinnis non excipiat? Tantali ſcilicet, Danaidum, Siſyphi, Ixionis, Titij, Salmonei, aliorúmque cruciatus inauditos, Charontis cymbam, Stygias paludes, Acheronta, Plutonem, Tiſiphonem, Cerberum tricipitem & inferorum poëtica portenta recipiemus: Herculis labores, Perſei hoſtes lapidificantis ludicræ pugnæ, Phaëtontis, Dædali, Ganimedis conatus & raptus, quam fidem apud hebetiores obtinebunt, ſi ſimpliciter quod de iis ſcriptum extat, referatur? Deorum autem Dearumq; cæli, terræ, maris & inferorum figmenta, quamuis à ſuperſtitione vetere culta, nihilominus tamen à ſapientibus viris ad rerum naturalium conſiderationem reducta ſunt: quam ſi quis ex Ouidio & aliis iterum explicare velit,

vt iam olim & noſtro ſeculo quibuſdam mythologicis præſtitum eſt, is (meo quidem iudicio) philologis omnibus vtilem nauabit operam, & de humaniorum literarum ſtudiis multùm merebitur. Porrò, ſicut in picturis color plus afficit quàm lineæ, propter ſimilitudinem corporis & fallendi aptitudinem: ita in poëtarum inuentis mendacium probabilitate temperatum magis percellit & gratius eſt apparatu carminis & dictionis fabula figmentoque carentis. Proinde vbi abſurdum aliquid in poëtis occurrit, puta de Deorum maiorum minorúmque conuiuiis, rixis & amoribus, de Gigantibus, Centauris, Chimæris, Gorgonibus, Cyclopibus, & eiuſmodi monſtris: is, qui eum vt verum amplectitur ſermonem, in errores incidit, falsiſque opinionibus imbuit animum. At qui nunquam immemor eſt poëticarum in fingendo præſtigiarum, is nihil feret mali, neque quicquam abſurdi credet, ac ſi Neptunus terram eruere, & Atlas humeros ab onere cœleſtis machinæ ſubtrahere cogitaret. Immò ſecurè ridens pueriles iſtos pauores, ad philoſophiæ arcana perquirenda poëtarum veterum ſublimes animi conceptus accommodabit. Nec ſanè ſunt fugienda horum ſapientum ſcripta philoſophiæ & humaniorum literarum ſtudioſis, ſed adhibenda diligens conſideratio, adſueſcendúmque eſt vt in fabulis, quæ iuniorum mentes titillant, vtilitatem quæras eámque amplectaris. Si verò fabulæ te ad impietatem aut turpia deſideria pertrahunt, eis repugnandum eſt, & ſuccenſendum. Hoc enim eruditionis principium eſt. Iouem vides in aurum per tegulas in Danaes turrim illapſum, fucúmque virgini facientem; animum reuoca ad præclaram Lyrici vatis ſententiam, Aurum per medios ire ſatellites, & perrumpere amat ſaxa, potentius ictu fulmineo. Deteſtanda hîc Magnatum luxuria, pecuniæ amor in virginum cuſtodibus. Cæterùm, ſicuti à ſcorpiis icti, ſolent ab iiſdem remedium petere, ita ex ipſis poëtis vulnerum, quæ ab eorum fabulis inflicta ſunt, remedia petamus, id eſt,

fabu-

fabularum commodè explicationes hauriendæ, quæ ſtudioſis adoleſcentibus frequentes occurrunt. Quum verò minus exercitati non ita facilè nucleum ſub fabularum cortice latentem eruere poſſint, idcirco vt ſæpius detegeretur in hac editione curauimus. In Geographicis autem, ſpinoſa illa de veterum & recentiorum nominum conciliatione ſæpius faceſſere iuſſa, quod breuius deſcribi potuit diligenter eſt annotatum. Si quis plura deſiderat, ad Ortelij laudatos, vtiliſſimóſque labores recurret. Hic enim abſolutam ferè hac in parte præſtitit operam. Infinita alia quæ tum ad hiſtoriam, tum ad Geographiam pertinent, omiſſa eſſe, & apud autores latere non negamus, ſed quum & manum de tabula tollendam eſſe ſciremus, & immoderato modo modum aliquem præſcribendum, & Indicem excudere nobis eſſet conſtitutum, dummodo neceſſaria apparerent, minutiſſima quæque perſequi & vobis offerre ſuperfluum atque adeo pernicioſum ſumus arbitrati. In hiſtoria rerum geſtarum à præſtantiſſimis viris longiores deſcriptiones omiſſæ ſunt: ſatis etenim fuit vno verbo indicaſſe nomen, vel hiſtoricos ſcriptores, apud quos geſtorum & herôum memoria extaret. Librorum autem numerum, aut capita annotare immenſi fortè nec ita neceſſarij fuiſſet laboris. Quod ad vrbium & regionum nomina, locorum longitudines & latitudines, cæteráque à Geographis accuratè tradita, conſultò prætermiſit is, cuius manu in Dictionario noſtro poliendo & augendo ſumus vſi, quum exactam de iis rebus doctrinam hoc opere tradere non inſtituiſſet. Autorum item veterum & recentiũ nomina decurtauit, quòd in eorum cognitione imperitiores ſciret eſſe verſatos. Occurrẽs forſitan, præcipuè in Geographicis vocibus, quæ repetita videbuntur, & poëticas quaſdam fabulas ſemel & iterum repoſitas eſſe non diffiteor. Voluimus enim non exercitatis ſolummodo, ſed & rudioribus conſulere. Magiſtratuum, & variorum apud Græcos Romanóſque munerum publicorum nomenclaturæ hîc

non apparebunt : iſta etenim non ſunt huius operis : tametſi quædam ſparſa ſint, vt ſtudioſi adoleſcentes ad hiſtoriarum lectiones allicerentur. Quòd ſi quædam exciderunt delenda, aut quæ politiorem limam requirant : ſi quæ inter excudendum errata commiſſa ſunt propter operariorum incuriam: veſtrum erit pro veſtra erga homines de literis optimè merendi ſtudioſos beneuolentia, meos qualeſcunque conatus æqui boníque conſulere. Ex Typographēo noſtro, anno Redemptionis humanæ CIƆIƆ C.XXXVIII. pridie Calendas Martias.

Digitized by Google

DICTIONARIVM HISTORICVM, GEOGRAPHICVM, POETICVM.

A.

A A, AMNIS in Gallia Belgica, apud Atrebates ſcaturiginem habens, ciuitatem ſanctum Audamarum, & Teruannam, Morinóſque populos alluit, ac Flãdriam à Picardia diſtinguit, atque diſterminat, ac tandẽ in mare Britannicum, ſeu Anglicum effunditur, Ortelius in Theat orb ter. Velicer Sidonio Bructerus vlnosâ quem Velicer abluit vndâ. Euneno, in vita S Bertulphi.

Aætius, nomen proprium viri. Valer. Flac. lib 7. Argonaut.

Aaraſſus, vrbs Piſidiæ, ex Artemidororo apud Strabonem lib. 12. fortè Ariaſſis Ptolemæi.

Aaron, filius Amram, frater Moſis, Hebræorũ primus Pontifex cõſecratus, fratris ſui verba populo referebat, quod ille balbus eſſet: ad Leuitici ſacerdotij adminiſtrationem à Deo per Moſem vocatus, & hoc cõfirmatus modo: cùm Iſraëlitarum quidã indignè ferrent ſoli Aaroni collatam ſacerdotij dignitatẽ. præcepit Dominus Moſi vt à ſingulis Iſraelitarũ familiarũ principibus ſingulas virgas acciperet & ſuâ cuiuſq; in virga nomen ſcriberet, eáſq; oraculi tabernaculo reponeret; futurũ enim vt quem Dominus virũ elegiſſet, eius virga fructificaret: quod cum feciſſet Moſes, poſtridie tabernaculum ingreſſus, vidit Aaronis virgam, Leuiticæ familiæ principis, fructificauiſſe, floréſque edidiſſe, & amygdala peperiſſe, Numer. 17.

Aaron, filius Mahdi Saracenorum Ammirrhas: eadẽ nocte quã imperium iniuit nuntium de nato ſibi filio accepit quem Maimon appellauit, quũ verò in Aſiæ prouincias exercitũ trecentorum millium milituũ duxiſſet, turpe fœdus cum eo iniit Nicephorus Imperator, pactus ſe ei daturum annuè trecenta millia aureorum, tributumcapitis Imperatoris, & tria pro capite filij ſui. Paulus lib. 24 an. Domini 803. Sigebertus in Chronicis, & Zonaras. Quum regnaſſet annos 23. moritur anno Hegiræ 193. Chriſti 809.

Aaron, Magus quidam inſignis qui cùm gratia & auctoritate plurimum apud Manuelem Comnenum Imperatorem poſſet, magiæ accuſatus eſt & excæcatus, cùm ſimulachrum teſtudinis prolatum eſſet, in quo erat imago hominis, qui ambos pedes habebat in compedibus: & pectus clam transfixum: deprehenſus eſt etiam euoluere librum Solomonium, qui quum legebatur, legiones dæmonum adducebat, ſubinde interrogantium cui accerſiti eſſent, ac iuſſa alacriter exequentium.

Aaron, Perſarum Rex, qui ingentia munera & elephantem Carolo Magno primo Romanorum Imperatori miſit. Æmil. lib. 3.

Aaſat, ciuitas in tribu Iuda: nunc verò vicus grandis oſtenditur eo nomine pergẽtibus Aſcalonem de Azoto: Hieron. in locis Hebraicis.

Aaſbai, filius Machati, 2. Reg. 23. 24.

Aaſtari, filius Aſſur ex Naara, 1. Paralip. cap. 4. verſ. 6.

Alba, Xenophanis filia, quæ Olbi Ciliciæ vrbis tyrannidẽ, quam pater procuratorio nomine adminiſtrarat, cultu, obſequiiſque ab Antonio & Cleopatra ſibi impetrauit. vide Strab. lib 14.

Aba, & Abæ ciuitas Phodicis, cuius ciues Abantes dicebantur: qui poſtea relicta patria Eubœam incoluerunt, quæ etiam ab ipſis Abantis dicta eſt, Strabo lib. 10. Aba etiam Cariæ vrbs, Stephano. Oppiſium quoque in Arabia fœlici, vt ait Ptolemæus.

Aba, mons Armeniæ ex quo Domitius Corbulo Euphratem naſci voluit. Plin. lib. 5. c. 24.

Abs, tyrannus Vngariæ, in vico Stæbe à ſuis cæſus eſt, & in proxima æde ſepultus non multis à morte annis cadauer eius effoſſum eſt: ſudarium & paludamenta tum fuêre incorrupta, & vulnera obducta cicatrice curata;

Digitized by Google

piade 3.alij 36.alij 82.floruiſſe aiunt.Scripſit oracula regionibus quas peragrauit, quæ hodiéque extant: prædixit iis quoque terræ motus, peſtes & ſimilia. Legatus Athenas veniens ad ſuos Hyperboreos rediit nihil comedens. Herodotus. Cælius cap.21.lib. 9. Strabo lib. 7. & Scholiaſtes Ariſt. Troianorum Palladij ſimulachrum ex oſſibus Pelopis dicitur feciſſe, vt Firmicus habet.

Abarne Meſopotamiæ vicus Gumathenæ regionis. Ammian. lib. 18.

Abaritani Epiſcopalis loci, meminit in Africa propria, Victor Vticenſ. Hinc Abaritanam arundinem habet Plin. l. 16. c. 36.

Abarnus, Phocenſium vrbs. Heſych.

Abarnus, vel Abarnis, vrbs & regio Parianæ ad Propontidem. Hecathæus, & Ephorus Abarnidem ad Helleſpontum collocant, & Lampſaci arcem eſſe volunt. vide Stephanum.

Abarraza, Syriæ vrbs inter Cyrrham & Edeſſam, 2. Anton. in itinerario.

Abaron, filius Mattathiæ, filij Ioannis, 1 Macchab 2.5. Eleazar quoque dictus.

Abarſis, locus Epiſcopalis in Iure Orientali: Ortel. in theſ. geograph.

Abarus, Abarum rex anno mundi 4010.

Abarus, nomen proditoris cuiuſdam Arabum primarij, qui M. Craſſum, Syriæ prouinciæ præfectum expeditionem in Parthos ſuſcipientem, aſtutè in calamitoſum excidium compulit. Appianus in Parthico, à Floro lib. 3. cap. xi. Mazara Syrus, à Plutarcho in vita Craſſi Ariamnes appellatur. vide Augarus.

Abas, mons apud Syros, vnde Euphrates oritur. Plin.

Abas, Armeniæ maioris Fluuius. Plut. in Dione; ad hūc fluuiū Pompeius Albanos prēlio vicit. Plut. in Pomp. Apud Sabellicum vitiosè legitur Abaurempto, Abātem. Eſt Italiæ vrbs apud Step.

Abas, Metaniræ filius, à Cerere in lacertā ſeu aſcalabum conuerſus, quod à matre ſuſceptam hoſpitio moleſtè tuliſſet & rem diuinam honori illius inſtitutam irriſiſſet. Cælius lib. 19. c. 6. antiq lection. ex Nicandri interprete.

Abas, antis, rex duodecimus Argiuorum, Lyncei, ex Hypermneſtra coniuge, filius (ſunt tamen, qui Beli filium faciunt,) homo bellicoſus & acerrimi ingenij. Pater fuit Prœti & Acriſij, & auus Perſei, à quo poſtea Argiuorum reges Abantiadæ dicti, regnauit annis 25. anno 2581. Euſebius. vide Pauſaniam in Phocicis.

Abas, vates cuius ſtatua Delphis viſebatur. Pauſ. in Phoc.

Abas Melampodis filius. Pauſan. in Atticis.

Abas, comes Æneæ de quo Virgil. lib. 2. Ænei. Iam validam Ilionei nauem iam fortis Achatæ, & qua vectus Abas, & qua grandæuus Alethes vicit hyems.

Abas, dux Thuſcus qui Æneæ ſuppetias venit & à Lauſo interficitur. Virg. Æneid 10.

Abas, Grēcus cum Androgeo eâ nocte quâ incendebatur Troia, occiſus à Troianis, cuius clypeum Æneas in agro hoſtili Ambraciē, epigrammate addito conſecrauit, Virgil. Æneid. 3. Ære cauo clypeum magni geſtamen Abantis, Poſtibus aduerſis figo, &c.

Abas, Centaurus, Ixionis & Nubis filius, venator inſignis. Ouid. lib. 13 Metam.

Abas, Saracenus quidā Chriſtianis infenſiſſimus, de quo Paulus Diaconus li. 22. rerū Roman.

Abas, Sophiſta quidam, qui hiſtoricos quoſdam commentarios, & Rhetoricen ſcriptam reliquit. Suidas.

Abas, apud Thuſcos regnauit annis xv. ab hoc poſiti ſūt Abij Thuſci, Manetho. anno mūdi 2584.

Abantias, dicta eſt Atalenta, neptis Abantis, & Iaſij filia. Muſæus *Nec Abantias aures,*

Præterit ipſe tuas.

Abaſa, inſula proxima Æthiopibus, in ſinu quodam maris Erythrei. Pauſan. 2. Eliac.

Abaſes. vide *Anales*.

1 Abaſcus, Sarmatiæ Aſiaticæ fluuius, qui ſe in pontum Euxinum effundit. Ptolem.

2 Abaſeni: Arabiæ gens apud Steph.

Abages, vel Abagi, Scythiæ populi vicini Sacis. Steph. ad fidem Chriſti conuerſi temporibus Iuſtiniani Imperatoris, vt ex Procopio memorat Euagrius lib. 4 c. 22. & Zonaras.

Abaſitis, Myſiæ Aſiaticæ tractus, in quo Ancyra vrbs. Strabo.

Abaſſus, oppidum maioris Phrygiæ ad Toliſtobogiorum fines, Liu. lib. 8. decad. 4.

Abaſtani, libera Indorum gens, circa Indum fluuium, Arrian. lib. 6.

Abaſter, vitiosè apud Io. Bocatium, c. 6. lib. 8. vide *Alaſtor*.

Abathuba, Marmaricæ vicus. Ptolemæo.

Abatio, oppidum in municipio Federicorum & Vendraminorum. P. Bembus li. 9.

Abaton, Abati, ædificium erectum à Rhodiis ad protegendum Artemiſiæ trophæum, quod religione impediti, impediri non poterant. Cæl. li. 7. c. 13. Artemiſiam, inquit, mirari non deſinunt Græci; quæ irruentes Rhodios claſſe exuerit inſulámque domuerit, erecta in vrbe Rhodo ſtatua; quæ ciuitati ſtigmata videretur inurere. Quem locum obſeptum mox Abaton dixere, quoniam in trophæa mouiſſe religio eſt.

Abatos, inſula in extremis Ægypti ad paludem Memphiticam, in qua ſepultus fuit Oſiris rex, hoc nomine etiam vocatus eſt locus vltra Ægyptum & Æthiopias iuxta paludem Stagem, ab α priuatiua particula, & βαίνω, id eſt vado. Quam Græci Abata, Latini inuia vocant, ſiue Auia. Vide Diodorum, Lucanum & Seruium in

ſextum

ſextum Æneid. item & Senecam in Naturalibus & infra Anaſes.

Abauchas, nomen viri, cuius amicus fuit Gyndanes, huius meminit Lucianus in dialogo cui nomen Toxaris.

Abaugi, Hunnorum gens videtur apud Procopium.

Abazea, ἀβάζεα. vide Sabazia.

Abba, Africæ vrbs. Polyb. lib. 14.

Abbatiſuillla, vrbs Comitatus Pontini non antiqua valde, vt nomen indicat: ſedes eſt iudicis præſidialis, Merula, Metel.

Abda, pater Adoniram, 3. Reg. 45.

Abdada, Galatiæ vrbs. Ptol.

Abdala, Saracenus, Toleti rex, Tireſiam Alphonſi quinti, Veremundi filij, vxorē duxit: quæ illius nuptias detrectans, poſt Abdalæ deceſſum ſeſe perpetuo cœnobio dicauit. Volaterran.

Abdala, Mahumeti pſeudoprophetæ pater, conditione ſeruus, qui in camelis ductitandis ſubſeruiebat mercatoribus: quo moriente, Mahumetus eius filius in lucem eſt editus. Petrus Abbas Cluniac.

Abdalmuralis, Arabs, Mahumeti auus, qui tanta corporis forma & pulchritudine excelluit, vt eum omnes admirabili mulieres proſequerentur amore, Abbas Cluniac.

Abdalonimus longa cognatione Sidoniorum ſtirpi regiæ annexus, ſed ob inopiam ſuburbanū hortum exigua colens ſtipe, ab Hepheſtionis hoſpitibus cui ab Alexandro permiſſum, vt quē eo faſtigio Sidonis digniſſimum arbitraretur, conſtitueret regem, cæteris prælatus, rex conſtituitur. Quum fortè ſterilis herbas eligens hortum repurgaret. Illi cum regiæ veſtis inſignibus intrant: Tum a rege eo ſalutato, alter ex his. Habitus, inquit, hic quem cernis in meis manibus cum iſto ſqualore permutandus tibi eſt, ablue corpus illuuie æterniſq; ſordibus ſqualidum: cape regis animum & in eam fortunam, qua dignus es, iſtam continentiam perfer, & quum in regali ſolio reſidebis, vitæ neciſque omnium ciuium dominus, caue obliuiſcaris huius ſtatus, in quo accipis regnum, imo hercule propter quem, aliis ſtudio factum proſequentibus, aliis indignantibus & criminantibus, admitti eum Alexander protinus iuſſit, diúque contemplatus. Corporis, inquit, habitus famæ generis non repugnat, ſed libet ſcire inopiam quā patientiā tuleris. Tum ille, vtinam, inquit, eodem animo regnum pati poſſim! Hæ manus ſuffecēre deſiderio meo, nihil habui, nihil defuit. Magnæ indolis ſpecimen ex hoc ſermone Abdalonimi cepit. Itaque non Stratonis modo regiam ſupellectilem attribui ei iuſſit, ſed pleraque etiam ex Perſica præda, regionem quoq; vrbi appoſitam ditioni eius adiecit. Curtius lib. 4. Iuſtinus hiſt. xi. paulò aliter, Inſignis, inquit, præter cæteros fuit Abdalominus, rex ab Alexandro Sidoniæ cōſtitutus, quem Alexander quū operas oblocare ad puteos exhauriendos, hortoſq; irrigandos ſolitus eſſet miſere vitam exhibentē, regem fecerat ſpretis nobilibus, ne generis id, non dantis beneficium putarent. Diodor. l. 17. βαλλώνυμον vocat, non Sidonis ſed Tyri regem conſtitutum.

Abdara, Ptolemæo, Abdera Straboni. Hiſpaniæ Bæticæ oppidum. Hodie *almeria*, aliis *vera*, Cluſio autem *adra*.

Abdaram, Saracenus, Hiſp. rex, à Radamiro rege Galliciæ ſuperatus, Luithprand. lib. 5. c. 1.

Abdariſtenſes populi, Plin. lib. 4. c. 19.

Abdas, Perſarum Epiſcopus, virtutibus plurimis adornatus. Is zelo diuino non mediocriter vſus, πυρῆον, i. focum eorum, ſeu Veſtam deſtruxit, πυρεῖα namque illi templa vocabant in quibus ignem perpetuum ſeruabant: Deum etenim arbitrabantur ignem eſſe. Theod. lib. 5. c. 39. Eccleſ. hiſt.

Abdaſtartus, Tyri rex, regnauit ann. 9.

Abdecallas, martyr à Sapore Perſarum rege ob confeſſionem Chriſti capite truncatus eſt, vnà cum Simone epiſcopo Seleuciæ & Cteſiphontis. Hiſt. Tripart. l. 3. c. 2.

Abdecammarnus, Saracenorum & Hiſpanæ rex, anno à nato Chriſto 816.

Abdela, vrbs circa Meſopotamiam, Cedren.

Abdelæ, Scytharum populi videntur apud Nic. Calliſtum, quos quoque Ephthalitas vocat Ortel. in theſ. geogr.

Abdemonaphes, Iſmaëlita mercator inſignis qui Mahumetū impoſtorem emerat: quo mortuo, eius vxorem ipſe duxit Mahumetus.

Abdelmonus, Africæ rex, patre figulo natus, cui, cùm iuuenis adhuc eſſet, regnum Arabiæ prædixerat Auentumerth aſtronomus inſignis, eúmq; in eo acquirendo poſtea adiuuit: aſciuit enim ſibi quendam, qui Almohadi vocabatur, & cœpit librum Mahometi, qui dicitur Alcoranus exponere, & docere, & Caliphę de Baldac (qui eſt Papa arabū, & deſcendit generationis linea de ſemine Mahometi) contraria prædicare, & regi Almorauidum Abbadi, qui tunc regnū in Africa obtinebat, rebellare. Itaq; Abdelmonus adiutus ſuperſtitione Almohali vt conſiliis Auentumerthi regem occidat, & interfecit, & totum regnū obtinuit Africanus, & apud Marrochum ſtatuit ſedem ſuam: in Hiſpaniam progreſſus, Saracenos omnes in ſuas partes pertraxit; ei in regno ſucceſſit Aueniacob filius. Rodericus Toletanus lib. 7. hiſt. Hiſp. c. 10. Fulgoſ. li. 3. c. 4.

Abdemon, puer quidam qui ſoluebat omnia problemata à Salomone Hieroſolymorum rege propoſita. Ioſeph. de antiq. Iud. lib. 8.

Abdemelechus, Æthiops Eunuchus, Sedeciæ

Digitized by Google

regis ſeruus, Hieremiam prophetam intorceſſione ſua è cœnoſo barathro funibus eduxit, 30. hominibus adhibitis, in quod à proceribus Iudæorum coniectus fuerat propter vaticinia: propter hanc pietatem promiſit Abdemelecho Dominus ſeſe illum defenſurum contra hoſtes Chaldæos, ne in illorum manus veniret. Hierem. 39.

Abdera, oppidum Thraciæ, Democriti Philoſophi, & Protagoræ ſophiſtæ patria: quam Diomedis ſoror condidit, & à ſe cognominauit. Ouidius, *Aut deuoueat certis Abdera diebus*, vel dicta ab Aberito Herculis delitiis, à Diomedis equis dilacerato & humato, in cuius honorem Hercules, poſteaquam pugnaſſet cum Diomede, Abderam condidit. Hæc poſtea collapſa, Clazomene à Clazomeniis ex Aſia venientibus, qui eam in maiorem formam redegerunt vocata eſt: iuxta quam Biſtonium ſtagnum fuiſſe dicitur: in quo cuncta natantia demerguntur. Iuxta hanc vrbem & Limitem, quam Diomedis vocant, equi paſti rabie inflammantur propter medicatum naturâ ſuâ pabulum. Plin. Sciendum autem Abdera, numero plurali tantùm dici, & ab Ephoco Abderon ſingulari. Plin. 4. 11. 13. Vide etiam Stephanum. Pomponius & Solinus ab Diomedis Thracum Regis ſorore conditum meminerunt anno mundi 3313.

Abdera, oppidum Hiſpaniæ Beticæ, & inſula ad Samothracem, Authores Plin. 4. 1. Ptol. li. 2.

Abdera, pulchra Teiorum colonia. vide Chiliades Eraſmi.

Abderitæ, populi Thraciæ, qui cum à muribus & ranis vexarentur, coacti ſunt natale ſolum relinquere, & alias quærere ſedes: ferunt eos Lyſimacho regnante nouo quodam & mirando genere morbi infeſtari cœpiſſe: modus mali erat hic, primùm vniuerſim grauabatur febris præ-rapida, ſuccenſaque: vbi dies aduenerat ſeptimus, iis ſanguis profluebat à naribus copioſè largitérque, alij ſudore multo diffigebantur, & hic erat febris finis: cæterum perridicula mentem omnium obſidebat affectio: ſiquidem ad tragœdiam concitabantur: iambicaque vocaliſſimè denotabant, ſed Euripidis Andromedam in primis, & Perſei verba cantu percurrebant: Ita multum producta eſt inuſitata deliratio hæc, donec hyems & atrox frigus accedens, malo finem induxit. Cælius lib. 3 cap. 4. antiq. Lect.

Abderama, Saracenorum Rex, euocatis ex Hiſpania ab Eudone Aquitaniæ duce (qui Carolo Martello, Gallorum Regi viribus impar erat) CCCC. millibus Saracenorum, velut exploratа victoria in Galliam ad vlteriores ſedes proficiſcebatur: aduerſus quem copias ſuas inſtruit Carolus Martellus, mittitque ad Eudonem, vt reconciliationem gratiæ faceret, ſimul tatúmq; memoriam patriæ Galliæ religioniq; condonaret, nec ſecum cuncta in omne tempus euerteret: quibus motus Eudo clandeſtinum fœdus cum Franco init, fidémque dat communi ſaluti ſe non defuturum: præſtititq; id reipſa: nam cum ad Turonum vrbem ſigna contuliſſent, & iam æquo pugnarent marte, Eudo cum ſuis caſtra Saracenorum diripuit: qua clade Sarraceni territi, fugam effuſam facere: ad ccclxxv. millia Barbarorum cecidere. Æmil. lib. 2. Sigebertus. Cranzius lib. 4. Sueciæ, cap. vii. vide *Abdiramus*.

Abderus, vnus fuit eorum qui ab equis Diomedis Thraciæ regis interfecti & deuorati ſunt. Maſerius in Valerij Argonautica.

Abdi, pater Cis Leuitæ, 2 Chron. 29. 12. filius Maloch. 1. Chron. 6. 44. filius Elam. 1. Eſdr. 10. 26.

Abdia, pater Ieſmaiæ, 1. Chron. 27. 19.

Abdias, Leuita præfectus operis domus Dei. 2. Chron. 34. 12.

Abdias, diſpenſator domus regis Achab. 2. Reg. 18. 3. *le maiſtre d'hoſtel*, Propheta item σύγχρονος Amos, quem Hieronymus ſub Achab fuiſſe refert.

Abdias, Epiſcopus quidam Babyloniæ temporibus Apoſtolorum, cuius decem libri de hiſtoria certaminis Apoſtolici extant. Verger. in libro de Idolo Lauretano.

Abdilis, in Hiſpania impiiſſimus Chriſtianorum perſecutor, ſub Iuſtino, de quo Antonin. lib. 15. cap. 5.

Abdiel, filius Guni è tribu Gad. 1. Paral. 5. 15.

Abdimelech, Saracenorum rex, Africam infugatus eſt, Æneid. lib. 2. anno à Chriſto nato 962.

Abdimoneples, Iſmaelita, locuples mercator temporibus Heraclij, circiter Chriſti annum 612. Magmed ſeu Machumetem Turcarum Prophetam emit, cui poſtea viduam heri vxorem duxit. Pomp. Lætus.

Abdirana, nunc *Arriana*, vrbs Africæ propriæ circa Tunetum.

Abdolonymus, vide *Abdaleminus*.

Abdon, vir Dei, Hieroboamo ſuper altare excelſorum filiiſque ſuis mortem interminatus eſt, cui interminanti manum areſcere fecit contra præceptum Domini in domo pſeudoprophetæ comedit: quamobrem cum reuerteretur Hieroſolymam, in via à Leone eſt interfectus.

Abdon, filius Micha. 2. Paral. 34. 20. qui 4. Reg. 2. Achobor dicitur, Paleſtinæ locus. Ioſue 25.

Abdon, Hilonis filius de tribu Ephraim, Iſraelitarum princeps. Ioſeph. lib. 5

Abdon, ciuitas tribus Aſer, quæ cum ſuburbanis ſuis Leuitis ſeparata eſt. Ioſ. 21. 30. Paralip. 6. Hieronym. tomo 3. de locis Ebraicis, littera A.

Abdo

Abdon, filius Hillel de tribu Ephraim, xv. Hebræorum iudex, iudicauit annis viij. Iudic. 12. anno mundi 2811.

Abdon, regulus quidam Chriſtianus ex Corduba Perſarum vrbe oriundus, vnà cum Senna etiam regulo, qui cum Chriſtianos (quos Decius Babyloniæ captiuos inuentos, Cordubam ſecum abduxerat, variſque cruciatibus ad mortem vſque mulctauerat) ſepeliiſſent, accuſati apud Decium, Romam pertracti ſunt: ibi cum ad aras ducti ſacrificare noluiſſent, & idola conſpuiſſent, leonibus & vrſis obiecti ſunt: at cum feræ membra ſanctorum non attigiſſent, gladiis interfecti ſunt, Bergomenſis, libro 8. Vincentius libro vndecimo, cap. 4.

Abdua, fluuius Galliæ Ciſalpinæ, qui Addua etiam dicitur. Plin. 3. 10. 35. & 3. 10. Nunc Adda Leandro.

Abdiu, propheta, ex Sichem, agro Lechthachamar oriundus: ter ſemicenturionem egit: huic cùm Elias propheta pepercisset, relicto rege ſuo, Eliæ adhæſit 4. Reg. 1.

Abdiramus, Saracenorum rex, aduerſus Carolum Magnum potentiſſimè dimicauit. Garunnam amnem tranſgreſſus Burdegalam diripuit, omníque impietate defœdauit. Sabell. idem qui ſupra Abderame.

Abeacus, Siracum rex, qui ſunt populi ad radices Caucaſi, apud Strabonem lib. 1.

Abea, Ptolemæo Peloponneſi vrbs eſt ad ſinum Meſſeniacum. Pauſanias dicit olim *Ire* appellatam: hodie *Calamaca* dici Sophianus ait.

Abeatæ, populi in Achaia non procul ab Alphieis & Pyrgenſibus. Plin. 4. 6.

Abed, filius Ionatha in 1. Eſdr. 8. 6.

Abedone, nomen vrbis, Phauorino.

Abel, filius Adami, & à Caino fratre ſuo interfectus. Geneſ. 4.

Abel, locus Palæſtinæ, Iudic. 11. item 3. Reg. 16. vbi Ioſephus *Abellane* legit.

Abela, nomen trium vrbium facit D. Hieronymus in locis Hebraicis, vnus quidem in terra Ammonitarum in ſeptimo lapide Philadelphiæ, quæ nomen retinet: hic Iephthe dimicauit. Secundæ: in duodecimo à Gaderis, milliario contra Orientalem plagam. Tertiæ, in Phœnice inter Damaſcum & Paneadem.

Abelbuel, vrbs in terra Ruben, vnde Helizęus propheta. Dorotheus.

Abelia, Indiæ locus, apud Zonaram.

Abelinates, ſunt Plinio Italiæ populi qui *Protropi* cognominantur: item alij qui Marſi cognomen habent: circa Apuliam vtrique.

Abellinum Plinio, Abella, Straboni & Ptolemæo, oppidum Hirpinorum in Aprutio hodie *Auellino* appellari ex Blondo apparet. Ego auſim hoc *Auellino*, Ptolemæi Abellinum dicere, quod in Hirpinis deſcribit: Abellam enim in Campania ſtatuit quam Ambroſius Leo, qui de hac ſua patria tres libros ſcripſit, tradita à priſcis Græcis *Abella*, ἄελλα, à vertigine hunc tractum perflante dictam: à poſteris Latinis vero b inſertum. Sunt qui putant Virgilium hunc *Bellam* per ſynalœpham nominaſſe eo verſu.

Et quos maliſfera deſpectant mœnia Bella.

Auella per u apud Silium legitur lib. 8. Baptiſta Porta lib. 5. villæ ſuæ, ſcribit duo eſſe in Italia oppida quæ vulgò *Auello & Auellino* vocantur: an hoc Abellinum, illud Abella? Ortel. in theſ. geogr.

Abelmaim, Ioſepho Abelmaen, aliàs Iabella. in tribu Nephthalim, ciuitas à rege Aſa per Benadab expugnata. 3. Reg. 15. 2. Paralip. 16. Ioſeph. Antiq. 12.

Abelmea, villula inter Neapolim & Scythopolim, D. Hieron. in loc. Hebr.

Abelmeula, locus vel crepido. Iud. 7. & 3. Reg. 4. D. Hieronymus dicit eſſe vicum in Aulone, qui Bethahula ſuo tempore vocabatur.

Abel ſcittim, locus in deſerto ad meridiem Moabitarum, non procul à Iordane, à ſpinarum copia nomen habens. Num. 33.

Abeloitæ in agro Hipponenſi, erant coniuges, nec tamen conſuetudine coniugali vtebantur, ſed puerum & puellam adoptabant, qui mortuis eadem conditione ſuccederent, vt narrat Auguſtinus ad quod vult Deum.

Abelterium, Antonio Luſitaniæ vrbs, inter Olyſiphonem & Emeritam: Simlerus legit *ab Elterio* diuiſim.

Aben boen, à filio Ruben ſic appellatus eſt terminus filiorum Iudæ: iacet in valle contra orientem in via regia ad Adomin: magnus eſt, in modum clybani; & videtur eſſe marmor Breidenb. itin. 6. Hieronymus in locis Heb. Ioſ. 15. & 18. Andreas Maſius in cap. decimo quinto Ioſuæ.

Abendonia, locus in Anglia, vt habet vita S. Ethelvvoldi.

Abennezer, vel Lapis Adiutorij, locus in Palæſtina, 1. Sam. 4. inter Maſphat, & Sen. ibidem cap. 7. Corræus vocatur hic locus à Ioſepho. hic cùm caſtra haberent Iſraelitæ profligati à Philiſtæis, arcam Teſtamenti adferri voluerunt tanquam tutiores futuri Deo præſente, ſed mox & ipſi cæſi & arca capta eſt.

Abeona, Dea ab antiquis culta, quæ abeundi facultatem præſtaret, huius meminit Auguſtinus in 4. & 7. libro de ciuitate Dei.

Aber Cinæus è poſteris Hubabi Moſis ſoceri olim haud longè à ciuitate.

Digitized by Google

Azor, in valle Sennim verſus Vulturnum quatuor à Caſtro regio contra Africam autem à Caſtro Zabul tribus miliaribus tetenderat, vbi Iahel vxor eius Siſeram hoſpitio exceptum, ſopitum interfecit. Brocard. itin. 3. Iudic. cap. 4.

Aberdonia, regio Scotiæ. Munſter. lib. 2.

Aberides, Deus Ethnicorum, qui deinde Saturnus appellatus eſt: Cœli & Veſtæ filius.

Aberitæ Ptolemæo, *Arbitæ*, interpretibus, Gedroſiæ populi in ora maritima.

Abes, ciuitas in tribu Iſſachar. Ioſue 16. v. 19. aliàs dicitur Æmes, quidam corruptè habent. Haemes.

Abeſamis, Omanorum vrbs in Arabia felice à Semiramide condita. Plin. 2. cap. 28. lib. 6.

Abeſam Bethlehemita, mortuo Iephte iudicauit Iſrael ſeptem annis, habuit triginta filios, & totidem filias, quas omnes maritis tradidit: ſimul filiis omnibus vxores dedit: foras miſit filias, filiorum autem vxores domum ſuam introduxit. Iudic. 12. Ioſeph. lib. 15. Rabbi Salomon & Chaldæus paraphraſtes hunc Abeſan Boos eſſe dicunt. Ibzan Ebræis dicitur.

Abeſar, ciuitas ex qua Dauidis prima vxor. Ioſeph. antiq. 6. c. 15. ſed Iſrael legunt hic ſacra Biblia. Ortel. in theſ. geogr.

Abeliani, Hæretici quidam in Hipponenſi Diœceſi reperti, qui non miſcebantur vxoribus, ſed ſub continentiæ profeſſione ſimul habitabant, prolem aliam non quærentes quàm adoptiuam. Auguſt. hæreſi 87. vide ſupra Abeloitæ.

Abeſſalõ, pater Maacha matris Abiam, 3. Reg. 15. alio nomine vocatur Vriel, 2. Paralip. 13.

Abeſte, Arachoſiorum oppidum apud Hermandrum fluuium, Plin. 6. 23.

Abgarus, rex Edeſſenorum in Meſopotamia exemplar epiſtolæ ab eo ad Chriſtum ſcripſit recitat. Euſebius lib. 1. c. vlt.

Abi, vel Abia, mater Ezechiæ regis, 2. Paral. 29. 4. Reg. 18. 2.

Abias, filius Samuelis prophetæ, 1. Reg 8.

Abia, ſeu Abiam, filius Roboami ex Maacha filia Abeſſalonis quartus Iudæorum rex, hic prauum ſe ac paternorum veſtigiorum æmulum præſtitit: orantibus tamen Deum ſuis militibus vicit ipſum Ieroboam: tunc corruere 50000. virorum fortium ex Iſrael, confoſſa à viris Iuda: Regnauit Abia tribus ferè annis: 3. Reg. 15. 12. lib. Paralip. cap. 13. Ioſeph. lib. 8. antiquit. cap. 11.

Abia, filius Ieroboam, 3. Reg. 14. Alius ἐφημερίου octauæ claſſis ſacerdotum à Dauide in 24. vices diſtributorum. Ex qua ortus eſt Zacharias pater Ioannis Baptiſtæ. 1. Par. 24. Luc. 1.

Abſa, Herculis filia, Hylli nutrix, in Iram ciuitatem ſeceſſit, quam de ſuo nomine Abiam appellauit, ibique fanum eiuſdẽ nominis condidit.

Abia, ciuitas maritima in Neſſenia, quæ à ſaltu porcino xx. potiſſimum ſtadiis diſtat. Iram olim nominarunt: & vnum eſt ex ſeptem oppidis quæ Agamemnonem Achilli promiſiſſe Homerus ſcripſit.

Abiaſaph, filius Chore, filij Liſhar patris Moſis. Exod. 6. à quo Abiaſaph, Samuel propheta, & Heman Meſicus, & Chóritæ, ſeu filij Chore quorum crebro in pſalmis mentio fit, orti ſunt. Vide 1. Paral. 6. 37.

Abiaſaris, rex maximæ Indorum partis, qui ſe cum regno ſuo Alexandri Macedonis poteſtati ſubiecit: in cuius ditione dracones prodigioſæ magnitudinis nutriebantur. Sabellic. lib. 6. Ennead. 4.

Abiaſari, vide *Biaſari*.

Abibalus, Tyriorum rex, Salomonis contemporaneus & amicus, Ioſeph. lib. 1. contra Appionem.

Abiathar, filius Abimelech ſacerdotis, ſummus ſacerdos tempore Dauidis regis Iudæ, anno mundi 1896. Hinc à ſacerdotio remouit Salomon, propterea quod ſeditioſè Adonium contra voluntatem Dauidis, regem creare cupiebat, 3. reg. 12 Exiſtimatur itaque alius ab hoc Abiathar eſſe, cuius mentio fit 3. reg. 4.

Abira, Ponti regio, circa Boryſthenis oſtia. Steph. Hylea & Hylæa ab Herodoto, Plinio & Valerio Flacco vocatur.

Abida, filius Madiam, filij Abrahæ. Geneſ. 25.

Abida, Cœleſyriæ oppidum Ptolemæo, vide *Adida*.

Abiddenſis, loci Epiſcopalis in Africa meminit Collatio Carthaginenſis.

Abidan, filius Gedeonis princeps tribus Benjamin in deſerto. Num. 1.

Abiel, filius Seror, 1. Reg. 9. pater Ner & Cis, 1. Reg. 10.

Abieta, Iazygum Metanaſtarum oppidum. Ptolemæo, *Abrieta* legunt Latini interpretes. Ortel. in theſ. geogr.

Abiezer, filius Manaſſæ, ſtirps familiæ ex qua natus eſt Gedeon. Iud. 6. 8. Ioſ. 17. 1. paral. 7.

Abiezer, princeps tribus Dan. Num. 7. vide Abizer.

Abigail, vxor Dauid mortuo Nabal. 1. Paral. 3. eſt & filia Naas, ſoror Saruiç, matris Ioab: 2. Reg. 17.

Abigas, Mauritaniæ fluuius ex Auriſio monte prorumpens, Procop.

Abigenſium ciuitatis meminit liber Prouinciatum in Gallia Aquitanica prima: ſed *Albienſium legit* alius codex *Albic* eſt Cœnali. Ortel. in theſ geogr.

Abihail, pater Suriel principis Moholitarum Num. 3. pater Eſteræ reginæ. Eſter 2. 15. vxor item Roboam filij Salomon. 2. Paral. 1. vxor denique Abſur filij Semoi, filij Onan, 1. Paral, 2.

Abij, populi ſunt, vt Stephano placet, Scythiæ, aut vt alij malunt, Thraciæ: ita dicti vel quod Auianum amnem accolant: vel quod in curribus degentes, lacte veſcentes, & in cœlibatu viuentes, vitam humanam agere non videantur. Alij Abios dictos putant, quaſi ἀβιάζοντες quod in pace degentes nemini vim inferant. Sunt quoque qui Abios inde dictos putent, quòd more vicinarum gentium arcu non vtantur, vt ſit compoſitum à nomine βιὸς, quod accentum habens in vltima arcum ſignificat. Stephanus vocat eos ex Æſchili Prometheo *Gabios.* Strabo eos *Ceſtas κλεταὶ*, id eſt, creatores vel cōditores vocat. *Abij* Tuſci ſunt apud Manethonem, vbi hodie Cap. Abium videtur, circa mōtem Argentarium, vt placet Annio. Caput Aluei à Blondo vocatur, vt aſſerit Leand.

Abila, quæ Lyſanij cognominatur, ab eius præſide nempe Lyſanio, vt teſtatur Euſeb. 8. Demonſtrat. Canæ Syriæ vrbs eſt, apud Ptolemęum, Polybium & Plinium. Stephan. duas habet huius nominis Abilæ in hoc tractu vrbes, vnam in Phœnicia, alteram circa Iordanem fluuium, ἀβίλη, Ioſepho quoque vrbs ad Iordanem, vbi locus palmarum, antiq. 4. c. 7. & 5. cap. 1 Pereæ regionis vocat idem lib. 2. c. 11 belli Iud. Lyſiæ Tetrarchiam vocat idem 20. antiq. c. 5. Balene apud D. Lucam c. 3 & Euſeb. 8. Demonſt.

Abilius ſecundus Alexandrinæ eccleſiæ Epiſcopus Aniani ſucceſſor. Euſeb. l. 3. c. 13.

Abilius qui antea aóllius voce Gręca à ciuium congregatione vocabatur, Romuli ex Erſilia Sabina filius, vel vt alij volunt, Hoſtilij cuiuſdam ex eadem Erſilia, ſeu Hercilia. Plutarch. in Romul.

Abiloneæ, Syriæ populi ſunt apud Polyb. 5.

Abiluum, Germaniæ vrbs Ptolemæo.

Abimataducus, qui & amylinus & amilſiapacus, decimus Babyloniorum rex, regnauit ann. xxxi. Ioſeph. lib. 10. c. 13. vitioſè apud Ruff. pro Abilamarodachus i. Euilmerodach, nepos Heber.

Abimael, filius Iectan, nepos Heber. Geneſ. 10. 18.

Abimelech Gedeonis ex Droma concubina filius *legitimus* ſi matrimonij vinculum ſpectetur, *illegitimus* verò & *ſpurius* ſi vxorum ordo ac dignitas: quum grandior factus eſt propinquorum, auunculorum præſertim, ſtudio, fauore, induſtria & labore Sichemitis perſuaſum eſt vt illi principatum deferrent, dederúntque Abimelecho ſeptuaginta argenti laminas e fano Baal Berith: hoc argento egentium, flagitioſorúmque colligit manum ac in domúm patris ſui in Ephra venit & metuens ne ſi in viuis manerent ſeptuaginta fratres, imperandi etiam dulcedine tangerentur, ſibíque inſidiarentur, ſi nō omnes ſaltem aliqui eos per ſatellites, latrone ... ſuos capi iuſſit omnes, deinde, quaſi facinoris alicuius rei comperti eſſent, mortis in illos ſententiam dedit. Sicque demum in vno eodémque ſupplicij loco ſuper vno lapide iugulari curauit, & occiſi ſunt omnes vno excepto. Iotham filio minimo, qui abſconditus fuit. Nefario hoc parricidio in fratres perpetrato in vrbem Sichem rediit. illorum adhuc calenti ſanguine reſperſus, viros Sichem, & vniuerſas familias vrbis Millo congregauit, ab iis Rex creatus eſt, regnauítque annis tribus. Tandem inter Regem & populū immiſit Deus malum ſpiritum, vt mutuis ſeſe ſcelerati damnis exitiiſque conficerent. Incipiunt ergo Sichemitæ Abimelechum deteſtari & illi inſidias aſtruere ab illo viciſſim capitur Sichem, occiſique quotquot contrariæ factionis erant, omnes vrbſque penitus exciſa & quidem ita vt totum eius locum ac ſolum ſale conſereret: inde venit ad oppidum Thebes, & dum turris quam oppugnabat & ad quam confugerant viri omnes ac mulieres, oſtium exurere niteretur, à fœmina, quæ illi fragmē molæ in caput deiecit oppreſſus eſt, ſed ne à fœmina trucidatus diceretur, armigerum ſuum rogauit vt gladio trāsfoderetur, quod & ille perficit Iudic. cap. 9. Ioſeph. lib. 9. cap. 8.

Abimelech, Rex Gerar Paleſtinę Metropolis, qui Saram Abrahami cōiugem in vxorem acceperat, ob quod peccatum Ioſephus cum tota familia cum lethali morbo correptū fuiſſe refert, mortémque illi Deum denuntiaſſe in ſomnio, hinc bonus ille Rex, etſi Ethnicus ad agnitionem veri Dei venit, Saram antequam ei appropinquaſſet, Abrahamo reſtituit, eúmque placidè obiurgatum ſingulari munificentia regiis donis affecit, hoſpitium ei liberum in regno conceſſit, quacunque regni parte placeret. Orauit autem Abraham Deū & ſanauit Deus ipſum Abimelech & vxorem eius & ancillas eius, vt parerent: clauſerat enim Dominus omnem vterum in domo Abimelech. Apparet autem fuiſſe communem appellationem regum Philiſtææ gentis. Ideo in titulo Pſ. 34. nomen Abimelech tribuitur Achis regi Gath, ad quem fugit Dauid. 1. reg. 21.

Abina, Suſianæ vrbs apud Ptolemæum.

Abinadab, filius Iſai patris Dauid, 1. Reg. 16, filius Saul. 1. Paralip. 8. præfectus Salomonis 3. Reg. 3.

Abinna, nomen vrbis. Suidas.

Abinoa, pater Barac, ducis exercitus Iudæorum Iud. 4. 5.

Abiolica, VI. M. P. Eburodomo, verſus Veſontionem diſtat, nomen hoc ſpatium, ac ſitus conueniunt, vico hodie vulgo, *Le Buller* dicto.

Abira, Phœniciæ vrbs lib. Notitiarum.

Abiram, primogenitus Hiel inſtauratoris Iericho. 3. Reg. 6. filius Eliab, frater Dathan. Num. 6. ſocius ſeditionis Chore aduerſus Moſen & Aaron morte vnà cum cæteris hiatu terræ abſorptus.

Abitob, filius Saharaiim, ex vxore Huſim. Paral. 8.

Abis, fluuius in Danubium influens, qui & Abſus dicitur. Althamerus.

Abiſa, Arabię felicis vrbs. Ptolemæo.

Abiſa, mater Ezechiæ 4. Reg. 18.

Abiſac, virgo adoleſcentula, regis Dauidis ſenio confecti concubina, 3. Reg. 1.

Abiſai, filius Saruiæ ſororis Abigail, frater Ioab 1. Reg. 26.

Abiſaris, regio Indiæ apud Strabonem lib. 15. vide *Biaſari*. Strabonis in ἀβισάρου χώρας, Diodorus Siculus, Embiſarum Arrianus Abiſſaren: Curtius Abiaſarem vocat.

Abiſama, ciuitas, quæ Ptolemæo collocatur in ea Arabiæ parte, quæ Arabia felix dicitur.

Abiſontes populi inter Alpinas gentes, Plin. 4. 20. 18.

Abiſſini, Æthiopiæ populi Preſtegiani, vide Abyſſini.

Abiſſue, filius Phinées, filij Eleaſar filij Aaron, 1. Paral. 6. filius item Bela, filij Benjamin, filij Iacob 1. Paral. 8.

Abiſſure, filius Semei, filius Onam, filij Ietameel, 1. Paral 2. 28.

Abital, mater Saphatiæ, filij Dauid. 2. Reg. 3. 1. Paralip. 3.

Abitinenſes, Africæ populi, apud D. Auguſtinum contra Parmen.

Abiu, filius Aaron, filij Amran, filij Caath, filij Leui. Exodi 6. aſcendit cum Moſe in montem Sinai. Exod. 24. vocatur ad ſacerdotium. Exo. 28.

Abiud, filius Zorobabelis, Matth. 1. 35.

Abiud, diuiſor terræ Canaan, Num. 34.

Abiud, filius Bela, filij Benjamin. 1. Paral 8.

Ablacus, fluuius Danubium ingrediens. Althamerus.

Ablauius Ægyptius præfectus prætorio. Olymp. 277. anno ab vrb. cond. 1082. Domini 330. quo anno Conſtantinopolis, quæ & noua Roma, dedicata eſt. Anno ſequenti Conſul factus à Conſtantino cæditur.

Abletes, populi non procul à Pergamo, qui parent Miſiis. Strabo lib. 13.

Abliala Albaniæ vrbs. Ptolem.

Abner, princeps militiæ Saul, filius Ner patruelis Saul, 1. Reg. 14. interficitur à Ioab. 2. Reg. 3.

Abnobi, montes Germaniæ, pro locorum diuerſitate varia ſortiuntur hodie nomina: in Franconia namque *Stepgerwald* vocantur: Eorum pars circa Mœnum fluuium appellatum *Ottenwald*: Et inter Haſſiam & Franconiam dicuntur *Speſſart*, Bircheimero authore. Item circa Wirtembergenſem ducatum, vbi Danubius oritur, *die Baar*, Willichio & Tſchudo teſtibus. Sed ſciendum, quod hi montes, qui Ptolemæo; *Anobai* [illegible], vel *Annobi* [illegible] potius nominantur, Tacito *Arbena* ſunt: nonnulla exemplaria legunt *Armoba*: à Marciano Capella *Ad Nouem* dici annotauit Rhenanus, ſed corruptè, pro quo viri eruditi reſtituerunt *Abnouam*: ex quo haud ineptè quidam coniecerunt ipſis Germanis montis vocabulum fuiſſe *die Abenowe*, à quo Latinis Græciſque facta vocabula *Abnoba*, *Annoba*, & *Abnoua*: *Rauraci* montes, ſunt Ammiano. Cluuerio id montium iugum eſt, quod ab Rheni Arolæque confluentibus in Septentriones verſus ad oppidum vſque *Pfortzeheim*, inter Rhenum ac Danubij fontem Nicrúmque ſternitur. German. ant. lib. 3. cap. 48.

Abobrica, Luſitaniæ oppidum, Plinius lib. 4. cap. 20.

Aboccis, oppidum Æthiopiæ. Plinius 6. capite 29.

Abœocritus, dux Bœotiorum, cum mille aliis Bœotiis cæſus apud vrbem Chæroneam in quodam prælio contra Ætolos. Plutarch. in Arato.

Abocharana, vrbs felicis Arabiæ, ſita in monte edito ad ſeptem paſſuum millia anguſto colle, vt vix duo valeant proficiſci. Ibi aſſeruatur regius theſaurus Sultani Lud. Barth. in rebus Arab. fel. lib. 2. cap 8.

Abodiacum, ſiue, vt Ptolemæo ſcribitur, *Abudiacum* oppidum quod hodie *Tuiſſen* vulgo dicitur.

Abodriti, vide *Abotriti* & *Aberitha*.

Abolani, populi in Latio Albenſibus proximi. Plin, 35. 38.

Abolla, Siciliæ oppidum, Stephano & Suidæ.

Abolus, vide *Alabon*.

Abona, fluuius Britanniæ.

Aboni teichos, id eſt, Aboni mœnia, Galatiæ oppidum Ptolemæo, & Arriano in Periplo. Petrus Bellonius & Gyllius ſcribunt *Boli* hodie dici. Lucianus refert in ſuo Pſeudomante, quendam Alexandrum impoſtorem petiiſſe à principe Romano, vt commutato vocabulo *Ionopolis* hæc ciuitas vocaretur. Stephano eſt oppidum paruum iuxta Euxinum Pontum, cuius populi dicuntur Abonoticheitæ.

Abonis, Angliæ oppidum: Antonino IX. M. P. à Venta Silurum. *Auington* eſt Camdeno: ſitum eſt in regione Gloceſtria: dicitur & *Auona* à flumine fortè nomen habens, *Auon* enim flumen Britannis denotat. Camdenus.

Abor, circa Mediam regio, 4. Reg. 17. & 1. Paral. 5. ad Gozan fluuium: Villæ quoque nomen eſſe in Media ſcribit D. Hieronymus.

Abora, vide *Aborras*.

Aboraca, vrbs in Sarmatia Aſiatica, vicina mari Euxino, Strabo.

Aborien-

Digitized by Google

Aboricenſe, oppidum Africæ propriæ apud Plinium.

Aborigines, populi montani quos Chamexenus Ægyptiorum Saturnus in Italiam abduxerat, antiquiſſimi fuerunt, & primi tenuerunt agrum populi Romani, ſic dicti quod viſi ſint editi ſine patribus, quaſi ſine origine, aut quod ex varia gentium colluuie mixti eſſent. Hi poſtea aduentu Æneæ Phrygibus iuncti Latini appellati ſunt, Romámque condiderunt, Saluſtius, Liuius, Dionyſius. Arcades fuiſſe, & cum Oenotrio Lycaonis Arcadiæ regis filio in Italiam veniſſe tradunt Plin. 3. 5. Steph. Beroſus. Hi literas ab Euandro habuiſſe feruntur. Halicarnaſſeus lib. 1. enumerat eorum oppida. Feſtus dicit eam antiquiſſimam gentem eſſe Italiæ, & in agro Romano habitaſſe.

Aborras, Straboni lib. 6. *Aborus* Stephano, *Chaboras* Ptolem. Meſopotamiæ fluuius Anthemuſiam vrbem præterfluens, non procul ab Euphrate in Aſia: *Abora* eſt apud Zoſimum & Marcellinum Barrhas eſt Æliano animal 12. c. 30. *Aborus* Stephani, ni fallor. *Xaborecthoram* vocat, neſcio quo authore, Pomp. Lætus *Ginlap* nominari in tabulis geographicis videtur *Hormiz* poſſit nominari ex Onuphrio in vita Iulij 3. Pont. Max.

Aborus. vide *Aberras*.

Aboris ciuitas Ægypti, Stephano & Suidæ.

Abotriti, qui vulgo *Predenecenti* populi contermini Bulgaris, Daciam Danubio adiacentem incolunt. Sic monachus anonymus in Francorum Annal. *Arborichos* hos interpretis vitio vocari apud Procopium contendit: H. Iunius. vide *Arborichas*.

Abraamius, Cyrrhorum Epiſcopus, qui toto ſui Epiſcopatus tempore nec pane, nec aqua, nec lecto, nec igne vſus eſt, neque legiminum vllum genus, neque cocta olera guſtauit: lactucis, cicoriis, apiis, aliiſq; crudis perpetuo contentus: hoſpitalitate tamen frugali erga omnes vſus, lautis epulis ac portionibus vini, alios ſumere ſemper adhortans, ipſe nihil prorſus guſtans, Theo. in Philotheo in ipſo Abraamo.

Abraces, dux copiarum Artaxerxis. Xenophon lib. 1. de Cyri exp.

Abrachimini, vide *Brachmanes*.

Abradaras, rex Suſorum fuit, & maritus Pantheæ nobiliſſimæ matronæ, quam cum à Cyro captam caſtè & liberaliter haberi præter ſpem intellexiſſet ad eam accedens quæſiuit quid ſibi illa faciendum cenſeret quo pro tanti principis beneficio gratiam aliquam referret: cui cùm illa reſpondiſſet vt enitteretur ſe tanto regi quàm ſimillimum præſtare, ſtatim in aciem profectus, ſtrenuè pugnans occubuit: Cuius corpus ad ſe relatum cum Panthea aſpexiſſet, Acinace ſeipſam cõfodit, capite ſuper viri pectus recũbens, vt e iugulo profluens ſanguis mariti vulneribus infunderetur. Xenophon Cyri pæd. li. 5. 6. & 7.

Abragaua, Serica vrbs apud Ptolemæum.

Abram, Patriarcha, filius Tharæ, natus poſt diluuium annis ducentis nonaginta duobus, ante Moſen quadringentis viginti quinque, annum agens nonageſimum nonum, cum eo iterum Deus fœdus paciſcitur, & nomen eius Abram in Abraham mutat, quod multarum gentium patrem ſignificat: mandatum de circumciſione accipit: filius ei promittitur ex Sara vxore, qui ei annum centeſimum agenti naſcitur: & eodem tempore amicitiam cum Abimelecho contrahit. Geneſ. 21. iuſſus à Deo Iſaacum filium immolare, præſto eſt mandatis diuinis, cuius fidem deprehendens Deus, ei in perpetuum benedixit. Geneſ. 22. Cethuram in matrimonium ducit, ex qua plures ſuſtolit filios: Iſaaco tamen dedit omnia ſua, concubinarum verò filios muneribus ornatos orientem verſus amandauit. Mortuus eſt ætatis anno centeſimo ſeptuageſimo quinto: eúmque Iſaacus & Iſmael filij ſepeliuerunt in duplici cauerna agri quem ab Ephrone Hettæo viuus redemerat. Geneſ. 21.

Fuit autem nomen Abrahæ, vt Euſeb. l. 9. præparat. Euangelicæ, teſtatur etiam apud Ethnicos celebratum. Nam & Hecatheus, librum de Abraham nominatim ſcripſit, & Alexander Polyhiſtor Abrahamum natum ait decima poſt inundationem generatione, in Camarine Babyloniæ vrbe, quem alij Vrien vocant, quod Græcè χαλδαιόπολιν ſonat, inuentorem apud illos Aſtrologiæ, iuſtitia & pietate tanta, vt numini gratiſſimus, iuſſus ſit ab eo in Phœniciam migrare, quam gentem rationem ſiderum aliáſque magnas & præſtantes artes docuit. Ita faciliimè regi eorum conciliatus eſt. Nicolaus Damaſcenus libro hiſtoriarum 4. Damaſci Abrahamum regnaſſe ſcribit profectum ex Chaldæa cum exercitu. Hinc in Chananæam veniſſe, quæ & poſtea Iudæa dicta eſt, magnámque ſui & diuturnam apud Damaſcenos reliquiſſe memoriã, villámque ibi oſtendi quam Abrahami domum nuncupent. Quumque fame Chananæa premeretur in Ægyptũm abiiſſe, congreſſúmque cum Ægyptiis ſacerdotibus multum eis profuiſſe, & ad rerum cognitionem & ad pietatem rationemque morum & vitæ Alexander Heliopoli veniſſe eum aliquandiu perhibet, nec profeſſum ſe Aſtrologiæ inuentorem, ſed à maioribus ſuis iam inde ab Enoch traditam ſibi per manus. Diuinæ Philoſophiæ, Mathematicorum & Geometriorum inuentor quoque eſſe dicitur, Polydorus lib. 5. cap. 6. de rer. inuent. Ludou. Viues. Auguſtinus de ciuitate Dei. lib. 18. Ioſephus lib. 1. de antiq. cap. 8.

BIBLIOTECA ... RC ... VITTORIO EMA...

Ab[illegible]m, vel Abrahim, Baſſa, Othomani poſtremi noſtra memoria Turcarum Imperatoris filius: cum repudiata matre in Perſiam ad Sultanum concedens, bellum aduerſus patrem geſſit: quo per patris inſidias ſedato, dum ſe reuocato filio imperij totius habenas traditurum affirmat: dúmque patris præcepto filius ad eius genua deuolutus veniam petit, à duobus Genniſſeris, fortiſſimo arcus neruo ad collum filij deuoluto, miſerè ſuffocatus eſt. hiſt. Turcica.

Abraham, rex Æthiopiæ pro diuino cultus ab Æthiopibus, ob reuelationes quas habuit: inter quas & hęc re[illegible]ferur, quòd monitus ſit à Deo, vt ſi velit ſuis hæredibus firmũ & tranquillũ relinquere imperium, filios omnes, vno natu maiore excepto, mõti includat, quaſi cuſtodia aſſeruatos, nec quenquã inde elabi patiatur, niſi quẽ in ſucceſſorem eligeret: quam conſuetudinem etiã poſteri & ſucceſſores obſeruarunt. Aluares c. 58.

Abraham, Eremita Ægyptius, grandem (iam defoſſis ætate parẽtibus) hæreditatem mox habiturus non expectauit, ſed vt nudus diſcedens in ſolitudine ſibi cellam conſtituit: deinde illis vita defunctis, cum ad capiendum tantarum opum patrimonium vocaretur, tanti illud fecit vt pedem loco non efferret, porro per procuratorem ita egit, ne quid ſibi reliquum foret, ſed rebus diuenditis, pecunia omnis mendicantium turbæ, viduiſque & pupillis diuideretur: illi nihil omnino ſupellectilis erat præter catinũ, veſtémque cilicinam, & ruſticum ſagum: Maruſ. lib. 1. c. 8. & lib. 4. c. 4. Sabellicus lib. 8. c. 5.

Abrahamus, Marocci rex, pugna victus à ſeditioſo quodam Elmahelo, & vrbe excluſus, cum nullam ſalutis & regni recuperandi ſpem ſupereſſe videret, vxorem cariſſimam à tergo vehens, equum ex altiſſima rupe præcipitem egit. Ioan. L[illegible]n lib. 2. c. 45. Africæ.

Abrahamus, Auatorum princeps. Auent. lib. 4.

Abrahami domus, pagus ſic appellatus in agro Damaſceno, Nicolaus Damaſcenus apud Ioſephum lib. 1. Antiq. & Euſebium 9. Præparat. Euangel. *Hoba* fortè, Geneſ. 14. S. Abrahami caſtellum circa Sodomam & Gomorrham, habet author anonymus de bello Hieroſolymit.

Abram, vel potius Hebron, nomen ciuitatis, Ioſue 19.

Abrantis, vide *Auranitis*.

Abramannus, vide *Aurauannus*.

Abraxas, ſiue Abraſax, vnus ex Deis qui ab hæreticis inducti ſunt, barbaris & inconditis nominibus, de quibus ab Ireneo & Epiphanio facta eſt mentio. Gregor. Gyrald. ſynt. Deorum l. 1.

Abrelia, regio, Phauorinus.

Abreta, ſic olim dicta eſt Myſia, teſte Plin.

Abretina, Myſiæ Aſiaticæ regio, apud Strabonem & Stephanum: ſed apud hunc quoque ἀβρεττηνὴ & ἀβρεττανὴ per α, in penult. Suidæ.

Abretanus, Iupiter, Myſius Deus, ab Abreta quæ eſt Myſia, ſic vocatus: cuius ſacerdos fuit, Cleon, latro priùs inſignis, deinde Antonij, poſtea Auguſti militiæ præfectus.

Abringens Talantiorum, ad Adriam, vicina Chelidonis. Steph. ex Hecatæo.

Abricium, vide *Abbretium*.

Abrieta, vide *Abiota*.

Abrinatæ, populi Pontici. Stephanus.

Abrinca, amnis nomen qui vulgari nunc vocabulo *Abe*, medio fermè ſitu inter Antennacum & Bonnam, apud Sinciacum oppidum Rheno miſcetur.

Abrincatui, Galliç Lugdunenſis populi. Plinio, & ἀβριγκάτυοι quoq; Ptolemæo *Abrinnita*, vrbs Armorica eſt in libro Notit. *Aurancbes*, hodie & Scaligero & Vineto, in Auſonium, quæ & *Abrincatena* dicitur Cœnali. *Abrincatinum* villam nominat Sigebertus, quę vocatur *Landa Aronis*.

Abritum, Mœſiæ alicubi locus, vbi Decius Imperator occubuit. Pomponius Lætus. *Abricium*. Thraciç locũ vocat Ceronicon Caſſiodori.

Abroditi, vide *Arboricha*.

Abrodiætus, cognomen Parthaſij, pictoris nobiliſſimi: Latinè delicatus & elegans: Herculem Lyndi fecit, aſſeuerans eum à ſe talem pictum qualem ſæpe in quiete vidiſſet. Plin. lib. 35. c. 10. Ælianus l. 11. c. 9. hiſt. refert eum purpurea veſte vſum fuiſſe, caput aurea corona redimire ſolitum, ſcipionem geſtare aureis clauiculis circumdatum, calceorúmque enſas ligulis aureis obſtringere, vt nõ immeritò ſe ἀβροδίαιτον cognominaret. Videatur Athenæus in Deipnoſoph.

Abrocoma vel Abrocomes, Darij filius fuit, atq; vnus ex præcipuis Perſarũ Satrapis, qui vnà cum Xerxe in expeditionẽ profectus, à Lacedæmoniis cæſus eſt ad Thermopylas. Herod. lib. 7.

Abroleus, lucus circa Thraciam videtur: in Miſcellan. hiſt. 23.

Abron, Athenienſis, de feſtis & ſacrificiis veterum Græcorum ſcripſit Steph. [illegible] φυλῆς [illegible] ἄβρων [illegible], [illegible]. Bate, vicus tribus Ægeidis, vnde erat Abro Galliæ interpres, qui de feſtis & ſacrificiis ſcripſit, ſcripſit & [illegible], cuius operis idem meminit in argos, Athenæ & alibi ſæpe alius fuit Abron Phrix aut Rhodius Grammaticus Tryphonis diſcipulus, qui Romæ theoricam docuit, ſeruis parentibus procreatus, vt ex Hermippo tradit Suidas.

Abronargius quidam vitæ perditiſſimæ, ſolutiſſimæ, luxurioſiſſimæ, vnde prouerbium Abronis vita apud Eraſmum ex Zenodoro: de hoc Abrone forſan ille Plinij locus accipiendus eſt, vbi Apellis opera recẽſens, ait, Mirantur eius Abronem Samij lib. 35. capite 10. [illegible]

Sa[illegible]

Sardanapalum olim vocarunt, ob effœminatam mollitiem, de quo multa Rhodig.c.11.l.9.

Abronychus nobilis Athenienſis fuit, Lyſiclis filius, cuius fideli ſtrenuáque opera vſus eſt Themiſtocles in bello Perſico, & in legatione apud Lacedæmonios, Herodot.lib.8.& Thucyd.lib.1.

Abroni, vrbs Galatiæ, Ptol.vulg. *Arcani.*

Abroſtola, Phrygiæ maioris vrbs, Ptol.

Abrotonum, nomen proprium meretricis, Lucian.in dialog.

Abrotonum Themiſtoclis mater. Plutar.Themiſtocle, Athenæus deipnoſoph.l.13.

Abrotonum, Africæ vrbs ad mare mediterraneum Straboni & Plinio circa Syrtim. Stephanus ait ex Ephoro eamdem eſſe cum Neapoli. Hermolaus tradit à Strabone etiam Lepten cognominari.

Abrottine, vrbs Myſiæ, vide *Abrettina.*

Abrupalis populi Romani ſocius à Perſeo Macedonum rege expulſus, Liu.l.1.decad.5.

Abrus, Sapæorum in Thracia vrbs, Pauſaniæ in Achaicis, niſi mendoſus ſit locus: de quo vide Fuluium in fragmentis Appiani fortè eſt *Apros* Ptolemæi.

Abruſi, vide Prægutij.

Abſalom, filius Dauid, ex filia Maacha filia Talmai regis Gueſcur. 2. Samuel 5. Iſraelitarum ſui temporis formoſiſſimus: fratres ſuos, filios regios ad conuiuium inuitat, fratrémque Amnonem propter ſtupratam ſororem ſuam incautum inter vina obtruncat: hinc maiora auſus, patrem & regno & vita ſpoliare conatur: prælio autem cum paternis ducibus commiſſo, terga dare compellitur ramiſque quercus Cæſarie inuolutus, & capite adhærens, tribus haſtilibus à Ioabo percutitur. Corpus eius in foueam proiectum lapidibus ſuperiniectis tegitur: carénſque liberis nullam reliquit memoriam, præter Coloſſum à ſuo nomine dictum, quem ſibi viuens in agro ipſe erexerat, 2.Sam,18.

Abſalom, pater Mattathiæ & Ionathan, 1. Macc.11.70.& 13.11.

Abſander, decimuſnonus Athenienſium rex, regnauit annis decem.

Abſarum, vide Abſorrus.

1 Abſarus vel Abſyrtis, amnis Iberiæ ſeu Armeniæ minoris in Pontum defluens, qui cum Pariedris montibus Armeniam claudit. Ptolemæo *Apſorrhus*, Aliis Abſarum & Abſarus. Caſtelli quoque nomen eſt, Plin.l.6.c.4.& 9.

4 Abſilis, vide *Apſila.*

5 Abſith, Europæ circa Dardaniam locus eſt Caſtillo lib.18.cap.38.

3 Abſephus, fluuius eſt Aſiæ, apud Lampſacum oppidum perfluens: ex quo Priapus fuit, obſcœnitate viriliumcognitus.

2 Abſeus, gigas, Terrę & Tartari filius Hyginus.

8 Abſitris, amnis per Silicos & Claſſicas ad hybernum exortum fluens. Plin.lib.6.c.26.

5 Abſimarus Tiberius LXVII. Romanorum Imperator, anno Chriſti 697. regnauit annis ſeptem. Æmil.lib.2.

6 Abſinthij, populi, teſte Herodoto lib.6. iuxta Pontum habitant, vbi mons eiuſdem nominis habetur. Ouid.lib.5.Triſt.

Abſoma ſeu potius Habatſinja auus Ioanniæ Rechabitæ. Ierem.35.v.3.

Abſoris, oppidum in inſula Mineruæ conditum à Colchis, qui cum Abſyrto Medea fratre miſſi fuerant ab Æota illius patre ad perſequendam Medeam quæ cum Iaſone profugerat: ibi cùm ſerpentium multitudinis reſiſtere non poſſent, Medea ab eis rogata, lectas eas in tumulum fratris ibi mortui conjecit, quæ adhuc ibi permanent, ſi quæ autem extra tumulum exit, debitum naturæ perſoluit. Hyginus in fabulis.

Abſorus & Abſyrtis apud Melam, maris Illyrici duæ inſulæ ſunt: Ptolemæus. *Apſorrhus* habet. *Abſyrtium* Plinio eſt. *Abſyrtides* numero plurali vocant Strabo & Orpheus: at hic eas in mari infructuoſo deſcribit, Euxino nempe Ponto. Apud Apollodorum ſunt circa Rhodani oſtia. Abſyrtis in Illyrico quoque fluuij nomen eſt apud Lucanum 3. vide *Apſorrhus.*

Abſtenegi, minoris Aſię populi, ab Abſtenego Gomeri filio nuncupati. Ioſephus lib. 1. cap. 11. antiq.Iud

Abſus, Palæſtinæ fluuius, Vibio Sequeſtri.

Abſynthus vel Abſynthius, vrbs eſt Thraciæ, cuius incolæ dicuntur Abſynthij. Herodotus, vide etiam *Ænum.*

Abſyrtes vel Abſyrtus, Colchiorum fluuius in Adriaticum mare ſeſe exonerans, ab Abſyrto à Medea ibidem interempto ſic appellatus, Lucanus lib.13.

Et cadit Adriatas ſpumans Abſyrtus in vndas.

Abſyrtides, inſulæ in Adriatico mari vel iuxta Iſtrũ à fratre Medeæ ibi interfecto nomine Abſyrto ſic appellatæ. Plin.lib 3.c.36.12. Stephan.

Abſyrtum, inſula maris Adriatici. Plin. 3.27.

Abſyrthus Æetæ regis Colchorum, & Ipſeæ filius, alio nomine Ægialeus dictus, quem ſoror eis Medea cum Iaſone diſcedens membratim diſcerptum circumquaque deſiecit, vt ſeqrētem ſe patrem in colligendis oſſibus occupatum remoraretur, ne iam à fuga retraheret: vnde locus ille dictus eſt Tomos, id eſt, inciſio, & fluuius iuxta quem id fecit, abſyrtus vocatus. Sunt tamen qui Abſyrtum non ex eadem matre cum Medea, ſed ex Idea Oceani filia natum tradũt. Alij nec à ſorore diſcerptum volunt, ſed per Iſtrum fluuium cum fugientibus in Illyriam ad

Digitized by Google

inſulas Phrygeidas veniſſe. Abſyrtum Diodorus Ægialum vocat. Huius meminit Cicero lib. 3. de natura Deorum. Pacuuium poëtam citans. Abſyrti fabulam deſcribit Ouid. 3. Triſtium. Eleg. 6. De hoc Orph. Argon. 2. Apollonius. Lucas & Theo interpretes, libro quarto Argonaut.

Abſyrthus author Grecus, ſcripſit de medicandis equis, & de cura animalium, & eorum medicina.

Abucini portus, in Gallia Lugdunenſi v, Sequanorum, vt habet liber prouinciarum.

Abudiacum, vrbs Vindeliciæ. vide *Abodiacum*.

Abula, vrbs Hiſpaniæ, Ptol. hodie Auila.

Abulites, Perſa Suſæ præfectus, ciuitatem & regionem adiacentem Alexandro tradit, qui Satrapiam regionis Abuliti reſtituit. Curtius lib. 5.

Abumalach, Saracenorum & Hiſpanorum rex, cum Carolo magno fœdus iniit.

Abundantius, Conſul Romanus, anno Chriſti 393. ab Eutropio accuſatus in exilium pellitur ab Acradio anno 306.

Abundius, martyr in Hiſpaniæ vrbe Hiſpali ſub Maximiano Imperatore die 10. Decemb.

Aboupus, vel potius Albus Britanniæ fluuius maximus. Ptolem.

Abus, fluuius Epiri in finibus Apolloniatum. Strabo.

Abuſina, Antonino & lib. Notit. Germaniæ vrbs. Auentino *Abenſperg*, Bauariæ oppidum ad Danubium.

Abuticenſe, oppidum. Plin. 5 4. 29.

Abydeni, populi ab Abydo ciuitate Aſiæ, cùm à Philippo Macedonum rege ſic opprimerentur, vt nulla liberandæ obſidionis ſpes ſupereſſet, multitudinem tanta inuaſit rabies, vt ſe ſuáſque vxores & liberos ferro, flammis & omni genere mortis crudeliſſimè interficerent, ne in hoſtis venirent poteſtatem. Quam hiſtoriam imprimis memorabilem fuſiſſimè narrat Liuius decad. 4. lib. 1.

Abydon, onis regio Macedoniæ. Steph. & Suid.

Abydos, vrbs Aſiæ à Mileſiis condita, Gyge Lydorum rege permittente, qui totius Troiadis imperium habuit: cui Seſtos in Europa opponitur, intercedente anguſto mari à caſu virginis Helleſponto nuncupato. Id cùm Aſiam ab Europa diuidat Xerxes ponte coniunxit.

Patria fuit Leandri Virg. lib. 2. Georg.

Pontus & Oſtriferi fauces tentantur Abydi.

Et dicitur hæc Abydos, & hoc Abydon, hinc Abydeus & Abydenus. Ouidius:

Mittit Abydenus quam mallet ferre ſalutem,

Si cadat ira maris, Seſta puella tibi. Plin. 4. 11. 44. & 5. 32. 2. Eſt item Ægypti oppidum, Memnonis olim regia, & Oſiris templum inclytum. Plin. 5. 9. 73. Elſium fortè hodie. Caſtaldus Abutich vocat.

Abydi, lapis è cœlo lapſus in gymnaſio colitur. Plin. 2. 58. 2.

Abydocomæ, ſycophantæ, quo nomine malè audiebant Abydeni, quòd inſigues calumniarum artifices eſſent. Rhodig.

Abydus, vide ſupra Abydos & Infra, Seſtus.

Abyla, mons excelſus Mauritaniæ, Calpæ mõti, qui in Hiſpania eſt, oppoſitus, quos ambos Herculis columnas dicunt, olim perpetuo iugo coniuncti, ſed ab Hercule ſeparati: & ſic intromiſſum terris mare, quod in hodiernum vſque diem Mediterraneum nuncupatur. In his Hercules columnas fixiſſe dicitur cum boues Geryonis veſtigaret, perinde ac vltima ibidem eſſet orbis meta. Plin. in prolog. 3. 20. & 25. 5. De his Steph. & Dionyſius Lybic. Sed vltimus clarorum liberorum terminus Oceano proximus eſt Occiduo, cui promontorium vna ex columnis Titulos Abyla imminet, infra quam vrbs amœna Tarteſſos: vbi multa Euſtathius ſcribit. Et notandum eſt Alybam dici à Græcis, & non Abylam, idque fortè per Metatheſin: omnino per ypſilon ſcribi oportere clarum eſt vulgo *Alminna*.

Abyla, Syriæ oppidum, iuxta quod ſitæ ſunt Arca, Ampeloeſſa, Gabe Plin. cap. 1. lib. 3. Hodie *Aceuta* dicitur, vide ABILLA.

Abylli, populi iuxta Nilum, Troglodytis vicini. Steph.

Abylon: vel Abydon, Ægypti vrb. Athen. lib. 15. vbi ſpinæ ſemper florentes proueniunt.

Abyſtæi, gens Libyca. Phauorinus.

Abyſtrum, magnæ Græciæ vrbs apud Ptolem. quam hodie *Vrſimorſo* vocari ſcribit in ſua Calabria Barrius.

Abyritanum, oppidum Plin. 5 4 32.

Abzoæ, populi ad Oceanum Scythicum. Plin. 9. 13. 23.

A C

Aca, ciuitas Phœnicum, quæ poſtea Ptolemais dicta eſt Straboni. Plinio autem dicitur Ace, quæ quondam colonia fuit Claudij Cæſaris: vide Ptolemais.

Acabe, mons in finibus Ægypti ad ſinum Arabicum. Ptol.

Acabene, Græcè ἀκαβηνή Meſopotamiæ regio. Ptol. Acad. Hebræis dicit ex D Hieronymo Ar, Montanus ait. Hieronymus ab Ebrutis pro Niſibi haberi ſcribit.

Acabis, villa in Cyrenaica regione. Ptol.

Acacalis, nymphæ nomẽ, quæ ab Apolline cõpreſſa in Creta filios edidit Phylacidẽ & Philãdrũ. Pauſan. & Apollon. in Argonaut. alia fuit Acacalis Minois filia, de qua Pauſanias in Arcadicis.

Acaceſimum, vrbs Arcadiæ, ab Acaco Lycaonis filio. Steph.

Acaceſius, Mercurius cognominatus eſt, ab Acaco

Acaco Lycaonis filio, qui eum educauit. Pauſ. in Arcad.

Acacius Alexandrinus dux belli ſub Adriano, propter confeſſionem Chriſti de nuce arbore ſuſpenſus eſt. hiſt. Trip. lib. 5 & 11. cap. vlt. Alius etiam martyr hoc nomine ſub Imperatore Decio.

Acacius Epiſcopus Cæſareæ in Paleſtina ſucceſſor Euſebij Pamphili, doctus & eloquens, ſed Accianis fauit in Synodo Seleuciana & Conſtantinopolitana Trip. l. 5. c. 34 35 36. & ſeqq.

Acacius, Patriarcha fuit Conſtantinopolitanus, vir imprimis pius & Leoni Imperatori gratiſſimus. Suid.

Acacius, Rhetor inſignis, qui Libanij & Iuliani temporibus floruit. Suidas.

Acacius, Arcidæ Epiſcopus Eccleſiæ ſupellectilem argenteam, aureámque diuendit, & milites Perſas fame prope enectos non tantum reficit ſuſtentátque, ſed redemptos ad regem ſuum remittit. Socrates. hiſt. Eccleſ. l. 7. c. 21.

Acad, vide *Babylon*.

Acadama Syriæ Euphrateæ vrbs. Lib. Notit.

Academia, locus nemoroſus, ab Athenis mille paſſus diſtās: ab Academo Heroe, vt Eupolidi placet, *ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ*, hoc eſt, in ambulacris vmbroſis Academi Dei. Horat. *Atque inter ſyluas Academi quærere verum*. Eupolidis ſenarium interpretatus videtur: nam alias legitur *ἥρωος* non *θεοῦ*. Ibi natus eſt Plato, vbi cùm philoſopharetur, ſtudendi vſu & diſcipulorum frequentia morúmq; celebritate inſignis fuit. Vide Laert. in vita Platonis: Erat Academia gymnaſium inferius, cum ſuperiori gymnaſio nomen eſſet Lycæum. Nam inferior ambulatio & ſuperior dicebantur. Lycæum verò nomen fuit Scholæ Ariſtotelicæ. Alij, Academiam à Cadmo Phœnice, literarum & liberalium ſtudiorum in Græcia inſtauratore dictam probant. Vide Fr. Iunij Academiam, c. 1. & 2. in quibus Græcorum, Hebræas antiquitates obliterantium, vanitatem aperit & refellit.

Academici, philoſophi dicti ſunt qui Platonem ſequebantur. Erant etiam noui Academici qui nihil affirmabant, & nihil ſciri poſſe aſſerebant. Eſt enim duplex Academia, vetus & noua.

Academia, ſic dicta villa Ciceronis memoratu digna ab Auerno lacu Puteolos tendentibus impoſita littori, celebrata Portu & nemore, vt Plin. lib 31. cap 2. memoriæ prodidit, eam hodie Turlero teſte, *Bagni de Triteli*, vulgò vocant. vide *Erbedemia*: hanc villam Academiam vocabat Cicero ab exemplo Athenarum, ibi compoſitis voluminibus eiuſdem nominis, in qua & monumentum ſibi inſtaurauerat. Plin. li. 31. c. 2.

Acadera Indiæ vrbs. Curtius lib. 8.

Acadinus, fons eſt Siciliæ iuxta Delos lacus. Palicis fratribus ſacer, ad quem iuramenti veritatem explorare ſolent ad hunc modum: Iuramenti verba tabulis ligneis inſcribebant, eáſque in fontem deiiciebant, quæ ſupernatantes iuramenti integritatem, demerſæ periurium indicabant.

Acadra, oppidum in Arabia felici. Ptol.

Acadum, Syriæ vrbs videtur apud Sophronium de peregrinatione DD. Petri & Pauli.

Acaſis, filia Minois, quæ ex Apolline filium habuit Cydonem & Oaxem, à quibus Cydonia & Oaxe Cretæ vrbes. Steph.

Acalandrus, flumen in ſinu Tarentino, non procul à Metaponto oppido. Plin. li. 3 c. 11. Strab.

Acalanthis, nobiliſſimi canis nomen: vnde eſt illud Ariſtoph.

Ἀκαλανθὶς ἐκ σπουδῆς τυφλὰ τίκτει.

Acalanthis feſtinabunda cæcatos parit. Cœlius Rhod. lib. 17. c. 8. & Eraſm. in Chili.

Acale, Arabiæ fœlicis vrbs. Ptol.

Acalarites, fluuij nomen apud Euſtathium in Iliade.

Acamenſis, inſula. vide *Acamas*.

Acamentis, olim dicebatur Cyprus. Inſula in mari Cilicio: dicta ab Acamante promontorio ſito ad occaſum. Steph.

Acamantis, vna ex decem tribubus Athenienſium, ita dicta ab Acamante Theſei filio. Suidas.

Acamantium, vrbs in maiori Phrygia, opus Acamantis filij Theſei, qui cùm in expeditione aduerſus Solymos ſe ſtrenuè geſſiſſet locum vrbis condendæ à patre impetrauit. Steph.

Acamantius, philoſophus Heliopolita. Suidas.

Acamarchis, Nympha marina, quam Oceani filiam eſſe volunt. Diod. lib. 6.

Acamas, vnus ex Thracum principibus, qui in auxilium Troianorum venerunt. Homerus Iliad. 2. Fuit & filius Antenoris, qui tempore belli Troiani cœlebs erat, & diis ſimilis habebatur. Eſt præterea mons in Cypro, vnde Cyprus antea Acamentis vocitata eſt. Strab. lib. 1. Huius promontorij Plinius meminit. 5. 31 9.

Acamus, vide *Sinnada*.

Acampſeonyſis vel Campſeoniſis fluuius. Pli. 6. 49.

Acampſis, Colchidis fluuius. Arr. in Periclo.

Acanthon, mons eſt Ætoliæ. Plin. 4. 28.

Acan, filius Eſer, filij Seir Horræi. Gen. 36.

Acannæ, emporium circa rubrum mare. Stephanus.

Acantina, Arabici ſinus inſula, apud Ptol.

Agphlina Stuckio eſt.

Acantius, eſt promontorium Magneſiæ.

Acantium, vide *Cantium*.

Acanthus, puer regius conuerſus in florem ſui nominis. Eſt item ciuitas Ægypti propè Memphin, Pli. 4. 10. 21. & c. 5. 8. 54. & 6. 31. 47.

Accius Tullius, princeps Volſci nominis Romanis ſemper infeſtus, quibus Coriolano adiuuante bellum intulit. Liu. & Plutarch. in Coriolano.

Acco, mulier iam decrepita: cùm faciem (quã ad ſpeculum explorabat) ſenio deformatam cõſpiceret, animi ægritudine in inſaniam lapſa eſt. Cæl.Rhod.lib.6.c.15.Vel potius, teſte Plutarcho, nomen eſt terriculamenti cuiuſdam, cuius metu matres ſolent puellos in officio continere & à peccando deterrere.

Acco, rector exercitus Senonum in expeditione contra Gallos, Cæſar in Com.li.6.

Accua, Italiæ oppidum. Liu.

Accurſius, Florentinus nobilis Iuriſperitus, Primus totum ius gloſſis illuſtrauit. Geſner. in Biblioth.

Accurſiorum colonia. Ptolem. vrbs Delphinatus in Gallia, hodie Gratianopolis. Gal. *Grenoble*.

Ace, oppidum Phœniciæ. Steph. aliàs Ptolemais Plin.5.19.8.

Acedici, populi Italiæ ex æquicolis, Plin.3.12.10.

Acedoſa, vicus Iudææ Ioſeph. l.1.belli Iud.c.1.

Acedum, Venetæ regionis oppidum Ptolemæo: *Aſola* hodie Leandro, vel *Aſulum* dicitur: alij volunt eſſe oppidum à Patauio ad decimum lapidem verſus Areſte & *Montaquanam* Plin.3.19.8. Acelum Plinij: vnde Acelinus Romanus ſæuitia famoſus inter recentiores hiſtorias. Leander dicit hodie *Montelice* appellari.

Acela vrbs Lyciæ ita dicta ab Acelo Herculis Malidis Omphales famulæ filio. Steph.

Acema, mons, in alpibus, à quo profluit amnis Varus. Plin. lib.3.cap.5.

Acencris, Ægyptiorũ rex, regnauit annis XII.

Aceuceres, Ægyptum rexit annis 12. Euſeb.

Aceuippo, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum. Ptol. Acinippo. Plinio.

Acephali, hæretici quidam dicti ſunt, quoniam nullus eorum inuenitur author. Hi duarum in Chriſto ſubſtantiarum proprietatem negant, & vnam in eius perſona prædicant naturam, circa annum 500. Niceph.lib.18 c.45.

Acerræ, vel ex aliis Aceræ, antiquiſſima Campaniæ vrbs non longè à Neapoli, quam Clanius amnis præterfluit, cuius frequens inundatio eam penè exhauſit. Plin. 3.14. Virg. libr.2. Georg. *& vacuis Clanius non æquus Acerris*. Cuius etiam meminit Horatius: cognominabantur etiam *Vafriæ*. Videtur & Straboni *Acra*, *Acera* etiam Polybio lib.2. Inſubrum eſt, vt Saccus tradit, & *Acerano* hodie dici addit, in agro Nouarienſi: ſed *Achera*, apud Polybium legitur non *Acera*.

Aceratus, apud Herod. lib.8. eſt nomen vatis, qui ſolus reliquis fugientibus remanſit Delphis Xerxe ſuis copiis Delphum oppugnante.

Acerina, Brutiorum colonia in magna Græcia ab Alexandro Epirotico capta. Liu.

Aceronius Proclus, præn. Cn. Cos. Olym. 203. an.4. vrb. cond.784. Ch. D.33 cum collega C.Pontio Nigio Olymp. 204. an. vrb.cond.789. Chriſti D.48.

Aceruetis, oppidum Thraciæ, poſtea Calatis dictum. Plin.4.11.21. vide Callatia.

Acerta, vrbs inter Padum & Alpes, quam obſederunt Marcellus & Cornelius Coſſ.

Aces, fluuius in Aſia, Parthorum regionem irrigans, de quo Herod lib.1.

Aceſæ ciuitas Macedoniæ, cuius ciues dicuntur Aceſæi, Steph.

Aceſamenæ ciuitas Macedoniæ ab Aceſameno qui in Pieria regnauit. Steph.

Aceſander Cyrenaicæ hiſtoriæ conditor, cuius primum librum citat Apollonij interpres in lib.4. Argonaut.

Aceſius, Nouatianorum Epiſcopus, Suidas.

Aceſidæ ora Apollini conſecrata in Ida monte, Pauſan. in Eliaca lib.5.

Aceſia pars Lemni inſulæ, à Philoctete ſic dicta, quod hic curatus eſt Philoſtrat.

Aceſias, imperitus medicus, qui dum cuidam podagrico mederi vellet, morbum & dolorem auxit. Vnde natum adagium, Aceſias medicatus eſt. Eraſm.

Aceſine, Siciliæ fluuius, qui hodie vulgò *Cantara* nuncupatur: & Saraceenicè *Alcantara*.

Aceſines fluuius, idem qui Tanais. Steph.

Aceſinus fluuius Perſiæ, qui in Indum fluuium cadit, magnus & nauigabilis: circa quem ferunt arundines tantæ magnitudinis naſci, vt ſingula internodia incolis præſtent vicem nauigij. Plin. 4.12.159. & cap.20.63. Gemmifer lib.37. cap.13. vide Tanais.

Aceſius, natione Patarenſis, nobilis artifex, qui primus vnà cum Helicone Chariſtio, peplum Palladis Poliadis contexuiſſe fertur: vnde natum prouerbium, Aceſij & Heliconis opera: de his quæ ſingulari artificio confecta videntur. Eraſmus in Chil.

Aceſius, epitheton eſt Apollinis apud Macrob.

Aceſodorus Megalopolita de vrbibus ſcripſit teſte Stephano in μεγαλόπολις, niſi fortè Aceſtodorus legendum fuerit, de quo vide inf.a.

Aceſſeus nomen nautæ cuiuſdam, qui propter ignauiam ita prorogare ſolebat nauigationem, vt ſe diceret lunam magis opportunam expectare: vnde natum prouerbium. Aceſſæi luna in comperendinatores. Eraſm.

Aceſta vrbs Siciliæ, ab Aceſte rege ſic nominata, quæ eadem poſtea Segeſta dicta eſt. Seruius in 5.Æneid. In hac, partem ſuorum relij-

Digitized by Google

uit Æneas, cùm peteret Italiam. Virgil. libr. 5. Æneid.

Vrbem appellabunt permiſſo nomine Aceſtam.

Meminit etiam Stephanus.

Aceſtæi populi Plin. 3. c. 31.

Aceſtes, filius Crimiſi fluminis Siciliæ ex Egeſta Troiana muliere, Virg. lib. 5. Æneid.

—Occurrit Aceſtes
Horridus in iaculis, & pelle Libyſtidis vrſæ:
Troia Criniſo conceptum flumine mater,
Quem genuit, veterum non immemor ille parentum.

Hic iam ſenex primò Anchiſem & Æneam Italiam petentes ſuſcepit hoſpitio, & mortuum Anchiſen vnà cum Ænea in Erice monte Siciliæ ſepeliuit. Demum iterum à Carthagine deſcendentem Æneam, quò illum venti pepulerant, ſuſcepit, vbi Æneas condita inualidis ſociis ciuitate, eam vocauit Aceſtam.

Aceſtides Fornaces ferreæ, prægrandéſque in quibus fit cadmia. Dioſcorid. lib. 3. in cap. de Cadmia.

Aceſtium, nomen mulieris, de qua Pauſanias in Atticis; Aceſtium, Xenoclis, qui ex Sophocle Leontis filio prognatus eſt, filia fuit. Huic ad Leontem vſque atauum, omnes gentiles Cereris miniſtros quaſſantes facem, dum viueret, videre contigit. Nam primùm in eo vidit Sophoclem fratrem, dein Themiſtoclem coniugem, atque eo mortuo, Theophraſtum filium: hæc illius fortuna commemoratur.

Aceſtodorus hiſtoricus citatur à Plutarcho in Themiſtocle, vbi ea ex eo refert, Xerxen ante pugnam Salaminiam, claſſem & aciem ſpeculatum fuiſſe in Megaridis confinio, ſuper colles quos Cerata appellant. Meminit & Etymologici magni ſcriptor in voce *κέρατα*.

Aceſtor de Cyrenarum vrbe opus conſcripſit citatur ab Apollonij Scholiaſte in lib. 2.

Aceſtorides hiſtoricus ſcripſit quatuor libros fabularum de quaque vrbe, quibus multa quidem vera retulit, ſed multa etiam fabuloſa adſperſit, & propterea vt calumniam effugeret, *μυθικά*, ipſe inſcripſit, ſimul vt titulo iucunditatem operis indicaret, auctor Photius Xmemate 189. Proſa ſcripſiſſe, intérque alia quædam tradidiſſe de mirabili ac monſtroſa hominum quorundam formâ in India, teſtis eſt Tzetzes Chil. 7. hiſt. 144.

Aceſtorides, Archon apud Athenienſes anno 3446. & 3476.

Acetes, Euandri armiger. Virg. Æneid. lib. 11.

Corpus vbi exanimis poſitum Pallantis Acetes Seruabat Senior, qui Parrhaſio Euandro Armiger Ante fuit.

Accum, oppidum Colchidis in ripa Phaſidis.

Achab. vii. Iſraëlitarum rex, regnauit annis xxii. impietate omnes anteceſſores ſuos ſuperauit, Ieſabel filiam Ethbaal duxit vxorem: in bello aduerſus Benadad occiſus eſt, anno 3027.

Item alius Pſeudopropheta tempore regis Sedechiæ. Ierem. 29.

Achabytos mons eſt excelſus Rhodi, in cuius cacumine Iouis extabat templum, ait Diodorus Siculus.

Achad, ciuitas in qua regnauit Nemrod. Gen. 10. quæ nunc dicitur Niſibis, vide Acabene, & Antiochia.

Achæa, Sarmatiæ Aſiaticæ vicus. Ptolem. ad Pontum Euxinum.

Achæa, Ceres cognominata eſt, vt Suidas ait, ab eo luctu & anxietate, i. ἄχει, quem habuit, dum Proſerpinam quæreret. Plutarchus libro de Iſide & Oſiride, Bœotij, inquit, Achææ Cereris ædes mouent, eámque feſtiuitatem ἐπαχθῆ nominant à queſtu videlicet & gemitu Deæ, ob filiæ Proſerpinæ raptum.

Achæa, Pallas dicta cuius templum referente Ariſtotele lib. de mirabil. in Italia apud Daunios Apuliæ populos, in quo antiquitùs, fuiſſe tradit cum alia tum ſecures & enſes, cæteráque Diomedis, eiúſque ſociorum arma. Huius templi cuſtodes canes fuiſſe perhibentur, qui Græcis adeuntibus blandirentur, cæteris mortalibus agreſtes & feri.

Achææ petræ, rupes abſciſſæ eius montis, ex quo Iardanus effluit, ſuper quibus Samos ciuitas condita eſt. Strab. lib. 8.

Achæi, Ponti accolæ, Orchomeniorum colonia, vide Achæus. Plin. 47. 19 & c. 5. 6. 7. & c. 11. 66. à Q. Cæcilio victi anno 3918. Vide Cilicia.

Achæia collis, in Caryſto. Steph.

Achæmænes Aſiæ propriæ gens. Ptolem.

Achæmenes, rex Perſarum ditiſſimus. Horat. libro 2. Carm. à quo poſtea omnes reges deſcenderunt vſque ad Darium. Hinc Perſæ dicti ſunt Achæmenij & Achæmenidæ. Fuit & alius hoc nomine Xerxis frater. Lucan. 2.

Achæmenia, pars Perſidis, ab Achæmene Ægei filio. Steph. Vnde Achæmenius, id eſt, Perſicus vel Parthicus Lucanus.

Paſſus Achæmenias longè decurrere campis.

Achæmenides, vnus ex ſociis Vlyſſis. Virg. 3. Æneidos.

Achæorum littus in Cypro eſt apud Ptolemæum; à Græcis appellatum fuiſſe Adriage, nunc verò pagum eſſe, & Accathon vocari ſcribit Luſignanus.

Acchæorum caſtra. Strab. lib. 13.

Achæorum portus, Plin. 4. 12. 155. & c. 30. 5. 17 Tauroſcytarum eſt apud Pontum Euxinum hodie *Buon porto* Pinetus vocat. Bonus portus, vt nonnulla Latina, ſed melius *Pulcher portus*, hoc tractu quoque Ptolemæo eſt,

Achæorum ſtatio. Plin. 4. 11. 45.

——coniuret in arma

Mundus Achamenijs decurrant Medica Suſis.

Agmina, &c. Vide Achæmenia, & Achimenes infra.

Sum patria ex Ithaca, comes infœlicis Vlyſſi

Nomine Achamenides, Troiam genitore Adamaſto.

Paupere (manſiſsétque vtinam fortuna) profectus. Ibidem.

Talia monſtrabat relegens errata retrorſum

Littora Achamenides comes infœlicis Vlyſſi.

Hic fugientibus Græcis cæteris cum Vlyſſe, apud Cyclopas derelictus eſt: poſtea tamen Æneæ ad eundem locum nauiganti comes factus, Cyclopum manus effugit. Virgil. lib. 3 Æneid. Porrò Nannius lib. 7. Miſcellaneorum legendum contendit Agamemnides vel Agamenides, quod ſic dictus ſit ab euentu, quod nimirum diu manſerit in ſpelunca Polyphemi, ad quod Maro ipſe videatur alludere. *Hic me dũ trepidi crudelia limina linquunt, Immemores ſocij vaſto Cyclopis in antro Deſtituere.* quũ præſertim nullũ proprijſ nomẽ temere vel à Virgilio vel Homero viurpetur.

Achæus, vel Achiuus, Achaicus aut Græcus. Achæi enim & Hellenes, & Myrmidones, ijdem dicuntur Homero, vt ſcribit Plin.

Achæus, Eretrius poëta tragicus, paulò iunior Sophocle. Floruit Olymp. 514. Tragœdias. 44. docuit, vicit autem vna. Fuit & alter Achæus Syracuſius iunior, qui & ipſe Tragœdias decem ſcriptitauit, Suidas. Achæi quoque hiſtorici meminit Pindari ſcholiaſtes in Od. 7. Olymp. vide & Arati ſcholiaſten.

Achæus, fluuius qui ſe in Pontum Euxinum exonerat, Arian. in Periplo.

Achæium, locus Troadis Tenedo oppoſitus. 5. Strabo l. 13.

Achaia ἀχαΐα triplici notione ſumitur. 1. Eſt Græciæ regio quam Ptol. Helladem, Plin. ep. l. 8. Meram Græciam appellat. Terminatur a Septentrione Theſſalia iuxta amnem Sperchium ſinum Maliacum & Oetam montem; ab Occasu Acheloo amne vltra quem mox Epiri tractus incipit: ab Oriente nonnihil in Septentrionem reflectit & Ægæo, Myrtoóque pelago pulſatur vſq; ad Sunium promontorium. A Meridie illi Peloponneſus objicitur & iſthmo quinque M. paſſ. lato cum Peloponneſo coniungitur. Hodie Liuadia vocatur in recentibus fabulis.

Achaiam autem dictam volunt vel ἀπὸ τῶ ἄχυς à dolore propter Iouis, ſeu vt alij volunt Xuthi filio crebram aquarum inundationem, vel ab Achæo rege Etymmag. 2. Achaia eſt Peloponneſi regiuncula quæ à Ptolemæo propria cognominatur, ad differentiam alterius illius Achaiæ quam ἑλλάδα vocari diximus. Extenditur autem ab Acaxo promontorio vſque ad Sicyonios & ab illis fluuio ſuo diſtinguitur, ad Auſtrum eſt mons Stymphalus, ad Septentrionem ſinus Corinthiacus. Vocatur & alijs nominibus, Ionia, Ias & Olenus à Diodoro, Ægialos à Pauſania & Plinio, vel ab Ægialo rege vel propter vrbes in littore diſpoſitas, vnde incolas, Pelaſgos Ægiales, id eſt littorales appellatos ſcribit Herodotus in Polymnia. Danaam quoque dictam Herodotus tradit à Danao Argiuorum rege, vnde Græci Achæi, Achiui & Danai dicti, Romania alta nunc appellari ſcribit Iacobus Caſtaldus. A Plinio deſcribitur lib. 4 hiſt. nat. capit. 5. & à Pauſania in Achaias. 3. Achaia aliquando viurpatur pro tota Peloponneſo, nunc vulgò Morea. Hinc Ouidius Metam. 6. Lacedæmonia in Achaia collocat. Pelopõneſi præcipuas vrbes eleganti carmine cõplectitur Oui. Meta. 6.

Finitimi proceres coëunt, vrbeſque propinquæ,

Orauere ſuos ire ad ſolatia reges:

Argoſque & Sparte, Pelopeiadeſque Mycenæ:

Et nondum toruæ Calydon inuiſa Dianæ.

Orchomenoſque ferax & nobilis ære Corinthus

Meſſeneque ferox, Patræque, humileſque Cleonæ

Et Neleia Pylos, nec adhuc Pittheia Troezen.

Quæque vrbes aliæ bimari clauduntur ab Iſthmo. Imo & ſumitur Achaia pro omnibus regionibus quæ ſe concilio Achaico quod in vrbe Ægio congregabatur ſe adiunxerunt & à Romanis in prouinciam redactæ commune hoc Achaiæ nomen ſortitæ ſunt.

Achaia, Rhodi inſulæ vrbs, à Solis filiis condita: Diodor. lib. 5. Huius etiam meminit Athenæus lib. 8. c. 11.

Achaia, Meſſeniæ fons, prope Dorium vrbem. Pauſan.

Achaia ciuitas Cretæ, Geſner.

Achaïs, idis, & Achaida, dæ: ſicut Perſis, & Perſida, Thebais, Thebaida: Ptolemais, Ptolemaida. Ouidius 15. Metam.

Si quæras Helicen & Burin Achaidas vrbes

Inuenies ſub aquis.

Achaicatus, vates quidam apud Boſphoranos Strabo lib. 16.

Achaicus ciuis eccleſię Corinthiacæ ad B. Paulum in Aſiam delegatus inde primam ad Corinthios epiſtolam refert 1. Cor. 16.

Achaïs oppidum, Plin. 6. 16. 13. vide Heraclea.

Achaicum mare, Achaiæ Gręcorum prouincię adiacẽs, vbi Achaia Meridiẽ & Occidẽtẽ ſpectat.

Achaly, Saracenorum rex, qui poſt Caliphan Mahumeto ſucceſſit, anno à Chriſto nato 657.

Achan, Iſraëlita crimine anathematis conuictus ac damnatus, ab omni populo lapidibus obrutus fuit: & omnia, quæ illius erant, igne conſumpta fuerunt. Congregatus ſuper eum magnus lapidum aceruus, qui in præſentem vſque

Digitized by Google

diem permanet, vocatúmque eſt nomen illius loci, vallis Achor. Ioſue 7. capit. De hoc Prudentius in Pſychomachia. Viderat & Iericho propria inter funera quantum poſſet noſtra manus, quam victor concidit Achan Cædibus inſignis, naturali & ſtrage ſuperbus, Succubuit capto victis ex hoſtibus auro, Dum veritis inſigne legens anathema fauillis Mœſta ruinarum ſpolia inſatiabilis hauſit.

Achana, fluuius in Arabia. Plin. 6. 28. 21.

Achâni, vel Acharni, populi iuxta Scythiam. Stephanus.

Achar Zebedei filius.

Acharaca, vel Characa, pagus Nyſeorum haud procul ab vrbe, Plutonis ac Iunonis templo vt & Charoino antro nobilis, Strabo l. 12. & 14.

Achar nomen ciuitatis: quæ nunc Niſibis appellatur.

Achardæus, fluuius è Caucaſo in Mæotim defluens, Strabo, lib. 11. Varadanus. Ptolem. Sarmatiæ Aſiaticæ fluuius: nunc *Copu*. G. Mercator. Ziigna Lazio.

Acharirânum oppidum in Africa. Plinius 4. 11.

Acharna, oppidum Græciæ in Attica regione, totius eius tractus potentiſſima, pars tribus Æneidis. Thucydides libro 2. Stephan. de vrbib.

Achârni, vide Achani.

Acharnis, vir ſenatorius atque militaris, qui occurrens Mario, & non ſalutatus, à Marianis coram gladiis necatus eſt. Signum enim ſuis dederat Marius, vt omnes à quibus ſalutatus non reſpõdiſſet reſalutaréque, necarent, Plut. in Mario.

Achartæ, vrbs Theſſaliæ.

Achatara, Ptolemæi Synarum vrbs. Aurea, Mercator in ſua vniuerſali tabula vocat. Græcus Ptolemæus hoc loco legit Acadra, eſt & apud eundem Acadra in India extra Gangem.

Achates, Siciliæ fluuius Plinio. Cantara vocat Leander Albertus, apud quem gemma.

Achates generatur.

Achates, fidus comes Æneæ à ſolitudine dictus, quæ principum comes eſſe ſolet.

Achatius, Palæſtinenſis Epiſcopus, Conſtantini Imperatoris temporibus, anno à Chriſto 354.

Achaz rex Iudæ decimus quartus, ſuccedit Iothamo anno 17. Petah regis Iſraëlitici, regnatque annos ſexdecim, homo impius, hypocrita, inconſtans, religionum, & rituum externorum ſtultus imitator. 4. Reg. 16. 2. Paral. 28.

Achazib, vrbs Tribus Aſer, Iudicum 1. quæ etiam Achzib, Ioſue 19. dicitur, Tribus quoque Iudæ Ioſ. 15.

Achedórus fluuius Macedoniæ, Apolloniam à Theſſalonica diuidens. Volaterra.

Achelorium fluuium habet Polyænus, lib. 8. circa Theſſaliam videtur.

Achelous, Acarnaniæ in Epiro fluuius Strabo- ni eſt, ab Acheloo Ætoliæ rege ſic dictus, à Pindo oriens, & Ætoliam ab Acarnania diuidens, in Maliacum defluit, à Sophiano quondam Aſpri, à Migro Catochi, à Kyriaco Anconitano Getomlea vocatur: Acheloum quondam Thoas, dictum à celeritate, & ab incolis Arcananas appellari ſcribit Strabo. Item Theſtius & Azenus dicitur auctore Plutarcho de fluminibus, & montibus. Item Calydon, vt tradit Niger, non adducto teſte. Nunc autem ab accolis nũcupatur Pachicolamo.

Achelóius, a, um pro Aqueus ponitur. Geor. 1.

Poculáque inuentis Acheloia miſcuit vuis.

Veteres enim aquam omnem Acheloon nuncupaſſe, quod primus poſt diluuium erupiſſe terra fertur: ſiue quod Achelous in Græcia omnium fluuiorum celeberrimus fuit. Siue, quod Achelous quidam primus vini mixtionem cum aqua, in Græcia inuenerit. De hac Macrob lib. 5 c. 18. Hinc Acheloides nymphæ dictæ ſunt nam Acheloias & Achelois patronymica ſunt. Ouid.

——vobis Acheloides vnde,

Pluma pedéſque auium quum virginis ora geratis.

Acheldia pocula vaſa aquaria.

Acheloides etiã, ſiue Acheloiades Syrenes ſunt appellatæ à patre Acheloo. Oui. 14. Metamorph.

Acheloiádumque relinquit Syrenum ſcopulos.

Achelóus, filius Oceani & Terræ, ſeu Tethydos vt habet Seruius, vel vt Theodontius, Solis & Terræ. Hic cum Hercule duello certauit pro Deianira OEnei Calydoniæ regis filia: ſed videns Herculem fortiorem, ſe vertit primò in ſerpentem, deinde in Taurum, cui Hercules amputauit cornu, quod Copiæ comiti fortunæ datum eſt, ſed poſtea Achelous Amalthæ cornu Herculi dedit, atque ita ſuum recepit, Tandem ab Hercule victus, ſe in ſui nominis fluuium gemino cornu inſignitum occultauit. Nam reuera Achelous, Græciæ fluuius, duobus locis per fines Perrhæbiorum in Maliacum ſinum effunditur, Stephanus hunc fluuium prius Thoantem dictum ſcribit, deinde ab Acheloo, qui ex Theſſalia cum Alcmæone venerat, ſic nominatum: fuit illud poëtis ſolenne, vt fluuios Tauris ſimiles effingerent, quoniam cum impetu erumpentes tauris ſimilem edunt gemitum: vel, vt Hellanicus ſenſit, quia terram ſulcare tanquam boues videntur: vel, vt aliis placet, quia circa ripas fluminum tauri mugire ob vberiora paſcua audiantur. Factus eſſe draco fingitur etiam Achelous, quia ſinuoſo curſu deferuntur flumina: cum idem aſſiduis aliquando imbribus non augeatur ac placidus ſit humanam formam ſumpſiſſe dictus eſt. Hercules, vt ait Strabo libro 10. OEneo affinitate coniunctus, & in omnes mortales beneficus fluuium Acheloum temerè & cum impetu regionem infeſtantem aggeribus & aquæductibus coercuit, & exte-

nuauit.

nuauit: eámque aquam in multos riuulos diductam, quæ prius regionem laniabat vtiliſſimam reddidit. Inde factus eſt illi fluuio taurinum cornu defregiſſe, & pro illa abundantiæ rerum copiam ſeu Amaltheæ cornu accepiſſe. Fluuius igitur paulatim exſiccatus eo pacto fabulæ locum dedit, quæ in honorem Herculis ficta eſt, & prudentiam ad infinita commoda & pericula auertenda neceſſariam & perutile eſſe demonſtrat.

Achelus, nomen viri, Valer. Flac.

Achemon, qui & Achmon, vnus Cecropum, qui vnà cum fratre Baſalo, nullo non iniuriarum genere in obuium quemque debacchabatur. Hiſce erat mater Sennonis nomine, mulier fatidica, quæ filios cauere iuſſit, ne quando in Melampygum incidereut. Euenit, vt Hercules aliquando ſub arbore quadam dormiret, armis in eadem reclinatis. Accoſſerunt Cecropes fratres, & Herculem dormientem ipſius armis aggredi tentarunt. At ille protinus, inſidias ſentiens, correptos ac vinctos de claua à tergo ſuſpendit leporum ritu, atque ad eum modum geſtabat. Capitibus itaque pendentes deorſum demiſſis, poſticum Herculis nigris pilis horridum atque hiſpidum viderunt. Quapropter materni moniti memores, hac de re inter ſe confabulabantur. Quod ſimul ac audiuit Hercules, cognomine delectatus, & in riſum ſolutus: vinculis eos liberatos dimiſit. Eraſm. in prouerbio. Ne in Melampygum incidas. Meminerunt huius fabulæ Suidas & Gregorius Nazianzenus.

Achemes Ægypti præſes 1477.

Acheræ, vide Acerræ.

Acherdus, pars tribus Hippothoontidis, Stephanus.

Acherini, populi Siciliæ. Cic. 5. Verr.

Acherius orator, tempore Augusti Cæſaris, cui tanta orationis celeritas fuit, vt & vitium fieret, & bracteata Cæſaris Augusti ſententia ad id circunferatur. Acherius noſter ſufflaminandus eſt. Is cùm liberrimum reum defenderet, cui obijciebatur, quod patroni concubinus fuiſſet, dixit, Impudicitia, in ingenuo crimen eſt, in ſeruo neceſſitas, in libero officium. Cæl. lib. 5. antiq. cap. 21.

Acheron, filius Cereris abſque patre, quem cum in abdito Cretæ ſpecu peperiſſet, (is autem lucem aſpicere non auderet) ad inferos deflu xit, ibique infernalis fluuius amariſſimus qui primus excipit mortuorum animas, effectus eſt. Alij Titanis & Terræ filium faciunt, & ob id à Ioue ad inferos deiectum ferunt, quod ſitientibus Titanis limpidas præſtitiſſet aquas.

Acheron autem, i. gaudio carens, fluuius fingitur excipere defunctorum animas: quia cùm morituri ſunt homines ſubtriſtis quidam torpor mentem animumque ita labefactat vt propinqua mors eſſe facilè ſentiatur: tunc enim conſcientia rerúmque geſtarum memoria animū perturbat, quæ palus eſt omnibus primùm traijcienda, vt fabuloſè fingitur à poëtis: neque enim poteſt in hac præteritæ vitæ inueſtigatione animus non magnopere commoueri. Cereris autem ſiue Terræ filius hic fluuius dicitur, quoniā vniuerſa animi moleſtia & perturbatio, aut ex acquirendarum aut ſeruādarum diuitiarum ſtudio naſcatur. Hic fluuius potum Titanibus aduerſus Iouem pugnantibus præbuit, quoniam multæ iniquæ cogitationes aduerſus Dei mandata inſurgunt, quas ſi animus diutius aluerit, à Sancti Dei lege deſciſcit & in brutorum naturam delabitur. Præterea dicitur eſſe guſtus inſuauiſſimi, quoniam vitæ noſtræ ratio & recordatio, ſi diligenter perpendatur, multas habet inſuauitates. Plura legat lector apud Mythologicos Gyraldum, N. Comitem & Cartarum. Propè Auernum in inferis eſſe fingitur. Virg. Æneid. 6.

Acheron, Epiri fluuius iuxta Pandoſiam vrbem, ex Acheruſia palude Theſprotiæ profluēs, multiſque fluuiis auctus, in ſinum Ambracium influens, hodie *Velchi*, M. Niger interpretatur. [illegible] autem Ptolem. Acheros, Liuio dicitur, Strabo verò per ω ſcribit in vltima.

Acheron, fluuius Brutiorum in Italia eſt Straboni, quem Niger Baſſento, Leander autem Sauto appellat. Barrius verò in ſua Calabria ſcribit eum Capaniano hodie dici, in quo fluuio Alexander Moloſſorum rex à Lucanis trucidatus eſt Dodonæo deceptus oraculo, quo iubebatur Acheruſiam aquam, Pandoſiámque vrbem cauere. Fluuius eſt item Riphæorum montium. Orpheus in Argonaut.

Acheron, fluuius Elidis, regionis in Peloponneſo, apud Strabonem.

Acheron Bithyniæ fluuius eſt, qui iuxta Heracleam in Pontum Euxinum exit. Hic poſtea Sonautes dictus eſt auctore Apollonio, & Iſaacio in Caſſandram. Habet hoc tractu Plinius quoq; inter alia flumina Sonautem. Hic ab Ammiano quoque Archadius appellatur. Hic Hercules canem infernalem eduxit. Theocriti interpres.

Acherontia, ſeu Acherontus ciuitas parua Apuliæ in monte ſita, quam ob hoc Nidum appellauit Horat. libro Carmin. *Mirum quid fortè omnibus quicunque celſa Nidum Acherontiæ.* &c. hinc Acherontini.

Acherontia, magnæ Græciæ vrbs mediterranea: hodie *Matera*, Leander.

Acherontini, populi Brutiorum Plin. 3. 5.

Acherræ, vrbs inter Padum & Alpes. Steph. vide Acerræ.

Acherres, rex Ægyptiorū, regnauit annis VIII.

Acheruſia, palus inter Capuam & Auerſam,

per aperta plana prope Cumas diffuſa. Plin.3.105. ex Acheronte oriens. Item lacus Theſprotiæ in Epiro ex quo amnis Acheron profluit: qui in Ambracium ſinum defertur. Authores Pompon. & Strabo l.5. apud Nigrū Ialina dici video.

Acheruſſa, fluuius ibidem. Dionyſius in 2. Bibliothecæ hiſtoriæ. De ſepulchris Ægyptiorum qui Heliopolim accolunt, tradit paludem eſſe Acheruſiam, in quam immittantur cadauera, in vlteriorem ripam deferenda: nauim verò ipſam qua traijciuntur, Barim, hoc eſt onerariam appellari. Inde nata de Charonte, qui animas tranſuehebat Stygem, fabella.

Acheruſia Cherſoneſus, circa Heracleam Pōticam, ſiue Mariandenorum in Bithynia, ad Pontum Euxinum, vnde Herculem Cerberum ex inferis eduxiſſe credunt. Xenophon & Euſtathius ex Diodoro. Eſt item ſpecus ibidem, Apollonio & Pomponio. Huius meminit Ammianus quoque & addit ab accolis *μυχοπόντιον* vocari. Acheruſium quoque promontorium ibidem. Apollon. Plin.6.1.20.

Acheus, rex Thauri.

Achia, ſiue Achaas, filius Achitob fratris Ichadob. 1.Reg.14. Filius item Ierameel filij Eſrom. 1.Paral.2.

Achillas, initio lector in ſchola Eccleſiæ Alexandrinæ. Euſeb.lib.7.c.vl. Deinde Epiſcopus Alexandrinus, Arium qui Meletij hæreſin amplexus, à Petro priore Epiſcopo ex Eccleſia pulſus erat denuò recepit, vt Diaconi officio fungeretur: Mortuo Achilla, quum in petitione Epiſcopatus Alexander Ario præferretur, Arius dolore repulſæ motus hæreſim Arianam ſparſit Trip. hiſt.l.1.c.12.

Achillas, Ptolemæi exercitus ductor, cui demandata fuit cura cædis Pompeij. Plutarch. in Pomp.

Achillea ſeu Achillis, inſula Pōti Euxini, quæ & Leuce, & Macaron Plinio, quam ante Boryſthenem fluuium deſcribit, vt Mela, & Dionyſ. à quo Heroum inſula dicitur. Arrianus ea quoque Dromum Achillis appellari ait. Plin. cum Strabone Dromum peninſulam faciunt, aliam ab Achillea inſula. Sidoniſi Mercatori. Fidoniſi Bordonio vocatur; & rectius Marius Niger addit eam à quibuſdam Cacceariam & Graciariam dici: ſed à quibus, non ſubdit; neque ego ſcio. Video à Nebriſſenſi Caccariam, & Carolo Stephano Cacariam in ſuis Dictionariis poni, ſed pro Ponti inſula, quam dicunt apud Melam Colliſariam dici, ex deprauata forte lectione: ſic enim apud eum legitur, poſt huius inſulæ Leucæ deſcriptionem: non longè accolitur Aria. In alio exemplari ſic Accoliſi aria. Ptolemæi Achillea (aut Achillis inſula, vt ipſe habet) quod ibi Achillis ſepulchrum oſtenditur.

Mela, & Plin.5.31.41.& 4.12.51.& c.13.46. Achillis inſulam nulla nauis tranſuolat. Plin.10.29.10. vide Achilleus curſus, Achilleon & Achillis, quam etiam Leucam Ptolemæus appellat, alia videtur ab hac, eam namque Danubij oſtiis opponit orientem verſus. Et Plin. Leucen videtur hic Boriſthenis inſulam nominare. Lycophron ſcribit Lucen oſtiis paluſtrium aquarum (Danubium innuens.) Celtæ oppoſitam, eámque Spilum vocat. Meminit Steph huius: & alterius Achilleæ vici in oſtio Mæotidis. Strab.lib.13.

Achilleum, oppidum Troadis, iuxta tumulum Achillis, à Mitylenæis conditum, vbi claſſis eius ſteterat. Plin.5.30.12. Eſt & caſtellum prope Smyrnam, & locus in Sicilia, & vicus, & portus Meſenes. Stephanus.

Achilles, Illyrij filius. Appian.

Achilles, genit. Achillis, vel Achilli, Pelei & Thetydis filius, quem adhuc infantē mater Stygiis vndis immerſit: quamobrem inuulnerabilis toto corpore factus eſt, præterquam in ea pedis parte, qua comprehenſus ab ipſa fuerat, dum ablueretur. Traditus eſt educandus Chironi Theſſalo, ſub quo bellicis artibus ac Muſices exercitio proficeret. Hunc autem cùm mater ex oraculo didiciſſet in expeditione Troiana periturum, ſi eò cum cæteris Græciæ ducibus proficiſceretur, iam adultum inter Lycomedis regis filias furtim occuluit, & ne proderetur, muliebri habitu eum induit: vbi cum aliquandiu delituiſſet, Deidamiam regis filiam vitiauit, ex qua Pyrrhum ſuſcepit. Poſtremo tamen ab Vlyſſe aſtu compertus, ad bellum ductus eſt. Troia enim, abſente Achille, expugnari non poterat. Arma quæ nulla humana vi penetrari poſſent à Vulcano, Thetidis rogatu, illi fabricata ſunt. Porrò in bello poſt multas res præclariſſimè geſtas, adeò ob ereptam ſibi ab Agamemnone Briſeida indignatus eſt, vt aliquandiu bello abſtinuerit, neque vllis precibus reduci potuerit. Verùm; Patrocli amici coniunctiſſimi morte permotus, denuò ad bellum profectus, Hectorem, interfecit, quem mortuum & currui alligatum ter circum vrbis muros raptauit (& hæc omnia in Patrocli vltionem) ac demum Priamo corpus vendidit: occiſus eſt tandem à Paride, dum coniugium Polyxenes ſperaret, & in Sigæo ſepultus. De quo Plinius 4.12. & 5.5.cap.30.5.31. & Homerus in Iliade: tantæ fortitudinis fuiſſe fertur, vt (teſte Gellio, lib.2.cap.11.) inſigni fortitudine duces Achilles appellentur, & argentum vocetur Achilleum, quod ſit inſuperabile & inſolubile. Mythologi Achillem imperatoris præſtantiſſimi effigiem eſſe demonſtrant, fortes autem viri voluptatum illecebris potiùs quàm vi externâ ſæpiſſimè obruuntur.

Achilles quidam à B. Irenæo Valentiam in

Hiſpa-

Hiſpanias miſſus ad Euangelij prædicationem fumo ſuffocatus eſt.

Achillis Achillidos vide ſuprà Achillea.

Achillæus, Zenobiæ parens in cuius gratiam Palmyreni præfectum & milites præſidiarios Aureliani occiderant, propter ſeditiones in Ægypto excitatas, feris expoſitus & ab iiſdem dilaniatus eſt. Vopiſc. Pom. Lætus.

Achillæus Fl. Domicillæ Eunuchus ſub Domitiano Tarracinæ decollatus eſt.

Achimaas, pater Achinoam vxoris regis Saul, 1. Reg. 14. Filius item Sadoc ſacerdotis, 2. Reg. 15. 1. Paral. 6.

Achiman gigas ex poſteris Enach. Num. 13. Ioſ. 15. Iud 1.

Achimelec, nomen ſacerdotis, 1. Reg. 21. Item filius Abiathar. 2. Reg. 8. qui 1. Paral. 18. Abimelech dicitur.

Achimenes, filius Bacchimonis, filij Perſei: qui Achimeneis populis nomen dedit, quibus imperauit à quo Achimenia regio.

Achimenes Iobatis regis Lyciæ filia, & vxor Bellerophontis Achæmene legendum puto.

Achimenia, regio ab Achimenide denominata.

Achimoth filius Elcana 1. Parol. 6.

Achinoam, nomen vxoris regis Saul, 1. Reg 14. vxor item Dauid. 1. Reg. 25. 2. Paral. 3.

Achior, dux filiorum Ammon. Iudith. 5.

Achiram, filius Beniamin, Num. 26.

Achiroë Nili filia ex Sichone marito. Martis filio Thraciæ rege filias duas concepit Palloneam & Rhoteam, quarum illa Pallenea vrbem Thraciæ de nomine ſuo vocauit; hæc verò Rhœtæam Troadis locum.

Achis, rex Geth. 1. Reg. 21.

Achiſamec, pater Ooliab, de tribu Dã. Exo. 31.

Achiſaris oppidum Plin. 6. 3 24.

Achiſarmi, Aphricæ populi, quorum meminit Plin. cap. 30 lib. 6.

Achitæ, populi Plin. 6. 18. 49.

Achitob, pater Abimelech ſacerdotis 1. Reg. 22. pater item Sadoc. 1. Reg. 8. 1. Paral 6. 9.

Achitophel, conſiliarius regis Dauid, 2. Reg. 15. pater Eliam, 1. Reg. 3. 1. Paral. 27.

Achaldæus, apud Pauſaniam lib. 4. dux eſt quem Ariſtomenes interfecit.

Achmat, filius maior natu Bajazetis ſecundi. 9. Turcarum Imperatoris à Selimo fratre minore natu, imperium ambiente, ſtrangulatur, patre & altero fratre necatis. Hiſt. Turcica.

Achnæ. Vide *Ichne & Caſos.*

Achnæ, vrbs Theſſaliæ, & alia Bœotiæ. Steph.

Achæ inſulæ nomen, apud Plinium lib. 5. ſic enim ait, Rhodiorum inſulæ Carpathus, quæ mari nomen dedit, Caſos Achne olim.

Achola, oppidum Arabiæ. Plin. 6. 28. 9.

Achobor, filius Michæi conſiliarius regis Ioſię 4. Reg. 22. pater item Balanan ſeptimi regis in Edom. Gen. 36.

Acholius hiſtoricus floruit ętate tum Valeriani, filiíque Gallieni; tum Claudij quoque, ac Aureliani, qui Claudio ſucceſſit. Magiſter admiſſionum Valeriani fuit & eius acta libris aliquot ſcripſit, vt author eſt Flauius Vopiſcus in Aureliano. Idem contexuit Alexandri Seueri vitam, vt videre eſt apud Lampridium.

Achola ἄχολλα Africæ propriæ vrbs maritima, apud Ptolem. eum; fortè A. Hirtij *Acilla, Acholla* habet Liuius geminato *ll*.

Acholla, vrbs Lybiæ, non procul à Syrtibus, colonia Melitæorum Steph.

Achon, conſiliarius, Suenoni Saxoni malè conſtituit.

Achomates Bajazetis Turcarum Imperatoris filius qui ſeipſum Aſiæ regem deſignauit, tádemque à patre Turcarum Imperator electus ac deſignatus eſt. Paul. Iouius li. 14. hiſt. ſui temporis.

Achomæ, & Achomeni, populi Arabiæ felicis. Stephanus.

Achor, vallis in tribu Iuda Ioſ 5. ad ſeptẽtrionem Iericho, haud procul à Galgal, à tumultu & turbatione Iſraëlitici populi appellationem habens & non ab Achan ſacrilego, qui illic lapidatus eſt propter anathematis furtum. Ioſ. 7.

Achores, idolum quod inuocare ſolebant Cyrenaici, vt muſcas multitudine peſtilentiam inferentes interimeret. Plin. lib. 10. cap. 28. Hunc non Achoron, ſed Acaron vocat Nazianzenus orat 1. adu. Iulianum.

Achorus, II. Ægyptiorum rex regnauit annis XII.

Achorus IV. Ægypti rex, regnauit annis IX.

Achradinæ, vide *Syracuſa.*

Achſa filia Caleb, 1. Paral. 2. quæ Ioſue 15. & Iu. 1. Axa ſcribitur.

Achſaph, vrbs in tribu Aſer, Ioſ. 11. quæ cap. 19. ſcribitur Akaph. Hæc Hieronymo Chaſalus dicitur in octauo lapide Diocæſareæ ad radicem montis Thabor in campeſtribus ſita.

Achádina, pars Syracuſarum, & inſula in vicinia. Steph. vide Syracuſæ.

Achádus, untis, tribus Atticæ. Steph.

Achriâna, vrbs Hyrcaniæ, Steph.

Achridus, vide Prima Iuſtiniana.

Achimbrus, & Achymbradus ſunt ciuitates in Aſia prope Imolum montem ſitæ, à ſuis conditoribus denominatæ, Strabo lib. 15.

Achſia, Ptolem. eſt ciuitas in tribu Iudæ. Ioſ. 15. 19.

Achrylis, vide Phrygia. Achzib. vide Achazib.

Acibi, Aciberum, locus eſt in Sarmatia Europæa, vt ſcribit Ptolemæus.

Acichorius, dux Gallus in ea expeditione

quam Galli aduerſus Pæoniam ſuſceperunt, Pauſ. in Phocicis.

Acidália, Veneris epitheton, vel quia injicit curas, quas Græci *ἀκίδας* dicunt, vel certè à fonte Acidalio, qui eſt in Orchomeno Bœotiæ ciuitate, in quo ſe Gratiæ lauant quæ Veneri ſunt ſacratæ. Ipſius enim & Liberi filiæ ſunt, nec immerito. Gratiæ enim per horum ferè numinum munera conciliantur. Hactenus Seruius. Virg. 1. Æneid. —*at memor ille Matris Acidaliæ*, &c. vide Bocatium.

Acidon, fluuius eſt in Triphyliæ ora maritima. Strab. 8. lib.

Acidalus, fons eſt in Campania, ægris oculis mederi conſuetus.

Acidas Peloponneſi fluuius apud Pauſaniam, cuius vetus nomen Iardanus fuiſſe ſcribit. *Ἀκίδων* legit Strabo. vide Ladon.

Acienſes, Italiæ populi, Albenſibus & Albanis finitimi Plin. 35. 138.

Acidula, aqua, Lynceſtis vocata: quæ in vini modum tumulentos facit. Plin. lib. 2. capite 103.

Acila, Africæ ciuitas, Hirtius lib. 1. vide Ocelis & Palindromos.

Acila, emporij nomen eſt, ex quo nauigatur in Indiam. Plin. 6. 28. 41.

Acilia gens plebeia Romę fuit à Troian. oriũda, vt author eſt Herodian. Hanc verò gentem abiectã fuiſſe & obſcurã inde apparet, quòd poſtrema omnium eorum quorum originem veteres ad Æneam referunt, honores adepta fuerit.

Acilia mater Lucani poëtæ.

Acilinus miles Beliſarij ad portam Pincianam ſolus impetum Gotthorum repreſſit.

Aciliſena, regio Aſiæ inter Taurum & Euphratem. Strabo. lib. 11.

Acilius, fons eſt in Sicilia, denominatus ab Acile iuuene quodam Siculo, qui à Poliphemo interfectus, Galateæ nymphæ Amaſiæ ſuæ precibus in montem ſui nominis à Neptuno conuerſus fuit, Bocat. vide Acithius.

M. Acilius Auiola legatus Tiberij in Galliis quarto ipſius & ſecundo Druſi conſulatu Gallos rebus nouis ſtudentes compeſcuit anno vrbis conditæ 775. Tacit. l. 3. Hic conſularis ille quibuſdam eſſe creditur, qui in rogo reuixit Vide Valerium l. 1. c. 8 & Plin. lib. 7. c. 52. quique anno V.C. 806. cum Q. Aſinio Marcellino conſul fuit, quando Claudius Imperator obijt.

Acilius Auiola curator aquarum publicarum ſub Veſpaſiano & Domitiano principibus, cui Frontinus in eo munere ſe ſucceſſiſſe ſcribit.

Acilius Auiola conſul cum Cornelio Panſa anno V.C. 874. Chriſti 122. ſub Hadriano.

Acilius Auiola Conſul cum Gordiano Imperatore anno V.C. 991. Chriſti 239.

M. Acilius Balbus Conſul anno V.C. 603, cum T. Quinctio Flaminio.

M. Acilius Balbus, Conſul cum collega C. Porcio Catone anno V.C. 639. hoc conſulatum gerente lacte & ſanguine pluiſſe auctor eſt Plinius l. 2. c. 56.

C. Acilius Butas Prætorius quum patrimoniũ ingens conſumpſiſſet & paupertatem ſuam apud Tiberium fateretur: ſerius, inquit Cæſar, ô Buta experrectus es. Seneca epiſt. 123. Meminit ibidẽ huius Acilij Butæ vt hominis lucifugæ, qui ad Cereos & faces viueret. Locus eſt elegãtiſſimus.

Manl. Acilius Fauſtinus cum Cæſonio Macro Rufiniano anno V.C. 962. Chriſti 210. ſub Seuero Imperatore.

M. Acilius C.F.L.N. Glabrio Tribunus plebis cum Qu. Minutio Thermo anno V.C. 553. Prætor anno 558. inter ciues & peregrinos ius dixit, & coniurationem ſeruorum, quæ Hetruriam propè infeſtam reddiderat, vna cum legione miſſis oppreſſit. Liuius 33. Conſul anno 563 cum P. Scipione Antiochum regem ad Thermopylas vicit, quo nomine per triduum ſupplicatio decreta, & ab ipſo triumphus actus & ſpectaculo & fama rerum magnificus. Idem X. Vir ſacrorum factus eſt anno 554. Cenſuram quum peteret, partim inuidia nobilitatis, quod homo nouus eſſet, partim Catonis, qui competitor erat, falſo teſtimonio afflictus, à petitione deſtitit. vide Liu. l. 37.

M. Acilius Glabrio M.F. Duumvir ædem Pietatis in foro Olitorio, quam pater, quo die cum Antiocho ad Thermopylas depugnauit, vouerat, dedicauit ſtatuámque auratam, quæ prima omnium in Italia ſtatua aurata eſt, patris Glabrionis poſuit anno V.C 573. Liuius l. 40. De æde pietatis eo in loco conſecrata, vbi quondam mulier habitarat quæ patrem incluſum carceri mammis ſuis clam aluerat, ob quod factum illi impunitas conceſſa, diſertiùs Valerius l. 5. c. 4. Sext. Pompeius l. 14.

M. Acilius Glabrio ſuperioris vt putatur filius legem Aciliam tulit de pecuniis repetundis ſeueriſſimam, in qua nec comperendinari quidem reum licebat. Aſcon. Pedianus.

M. Acilius Glabrio Prætor & Iudex Cicerone Verrem accuſante. Conſul inde poſt biennium anno videlicet V. C. 687. Ciliciam prouinciam obtinuit. Vide Dionem lib. 35. Patrem habuit Acilium Glabrionem, qui legem Aciliam tulit, auum Scæuolam, Iuriſperitum illum qui cum Piſone conſul fuit, quo anno cæſus eſt Tiberius Gracchus; coniugem verò Æmiliam Scauri filiam. Cicero in Verrem & in Bruto. Pedianus in oratione Ciceronis.

M. Acilius Glabrio ſuperioris filius auunculo M. Scauro repetundarum reo, in iudicio adfuit. Aſcon. Pedian. ſed & ipſe bis à Cicero-

ne, in iudicio capitis defenſus fuit. Proconſul Siciliæ ſub Cæſare & legatus Cæſaris in bello ciuili, præfuit Orico, dum Cæſar Dyrrachij Pompeium obſidet. Cæſar Comm. bell. ciuil. 3. Meminit eius Cicero epiſt. 13. & l. 7. cum legionibus in Græciam miſſum ſcribit.

L. Acilius Glabrio refertur à Porcio Latrone in declamatione contra Catilinam, vt cuius ſica in Senatu deprehenſa ſit.

M. Acilius Glabrio Conſul ſub Domitiano anno V. C. 843. collega in eo honore Traiani. Huius filium Domitianus interemit, quod cum feris pugnaret, reuera autem propter inuiſum robur. Nam in Albano Leonem confecit, Iuuenalis Satyra 4.

Proximus eiuſdem properabat Acilius aeui
Cum iuuene indigno, quem mors tam ſaeua maneret.
Et Domini gladiis iam deſtinata: ſed olim.
Prodigio par eſt in nobilitate ſenectus &c.

M. Acilius Glabrio conſul ſub Hadriano anno V. C. 876 ad hunc conſulem ſcripta epiſtola Hadriani Imperatoris citatur Pandect. 48. de accuſationibus & reſcript. L. 12.

Anicius Acilius Glabrio Fauſtus conſul cum Theodoſio iuniore Imperatore anno V. C. 1139. fuerunt & alij multi Glabriones ſub Impp. Pio, Commodo, Pertinace, Valeriano, Seuero, Antonino, haud dubiè omnes gentis Aciliæ.

Acilius Rufus vir Conſularis ſub Traiano. Plin. Epiſt. 5.

Acilius Seuerus Conſul & Præfectus vrbis ſub Conſtantino magno anno V. C. 1075. Reſcribitur illi à Conſtantino C. 2. de precib. Imperatori offerendis.

Acilius Stenelus è plebe libertina, de quo Plin. lib. 14. c. 4.

Acinippo, oppidum Beticæ Hiſpaniæ. Plin. 3. 1. quod idem Acennipo, Ptolemæo dicitur.

Acina, Arabiæ oppidum. Plin. lib. 6. c. 29.

Acinacis, apud Herod. lib. 4. Martis eſt ſimulachrum, cui Scythæ populi quotannis hoſtias cum aliorum pecorum, tum equorum offerunt.

Acilla, vide Achola.

Acineum, vide Aquineum.

Acinus Bohemiæ fluuius.

Acitis, Straboni lib. 6. & Plinio lib. 3. c. 11. Magnæ Græciæ (quæ nunc Calabria ſuperior dicitur) fluuius iuxta Heracleopolem. *Acri* L. Alberto eſt; Volaterrano *Accipino*, vide *Acimbro*.

Acis, Fauni, & Simæthidis nymphæ filius, pulcherrimus paſtor Siculus, quē cùm Polyphemus amaret & ab eo ſperneretur, ab eodem ſaxo illiſus perijt: cuius Galathea miſerta, in fluuium (aliàs fontem) ſui nominis permutauit, qui in Ætna monte oriens, in mare Siculum defertur: Ouid. lib. 13. Meta. Hunc alij in Acilium Siciliæ fontem permutatum dicunt. Idem lib. 4. Faſtorū.

Præterit & ripa herbifera aci tuas.

ἄκις, Siciliæ fluuius, διὰ τὸ ἀκίδι ἐοικέναι τὸ ῥεῖθρον, Theocriti interpres. Aretius *Freddo* interpretatur, item Leander: qui eundum cum *Batheo* Ptolemæi putat. apud Silium per y *Acys* ſcribitur. vide *Siphnos: acis* etiam vocabatur Siphnus inſula.

Acis, inſula vna ex Cycladibus, authore Plin. 4. cap. 2.

Acitani, gens Hiſpaniæ apud quam Martis ſimulachrum radiis ornatum Necyn: illic dudum maxima religione colitur. Macrob. lib. 1. Saturn. c. 19. alij legunt Accitani.

Acitauones, populi inter Alpinas gentes. Plin. lib. 3. c. 20. vide Centrones.

Acicia, inſula, quæ & Melos & Siphnus dicitur. Sipontin.

Acithius Siciliæ fluuius apud Ptolem. quem Fazellus *Birgi*, Leander *acilino* nomen habere ait. *acius, acilius, & acythius* ſynonyma ſunt Nebriſſenſi in ſuo Dictionario.

Aciton, inſula propè Cretam, vt ſcribit. Plin. vide *acytos*.

Acliſena, ciuitas in Armenia minore, libro 11. Strab.

Aciulfus, Theodorici cliens, Sueuis præfectus.

Acma, ſiue *Fulgurita*, villa eſt apud Antonianum, ſiue locus in Africa propria.

Achmata, Arabiæ regio. vide *amatha*. in Stephan.

Acme, Septimij amaſia, cuius meminit Catul.

Acmenæ, nymphæ Veneris, quarum ara extabat in Olympia Pauſ. lib. 1. Eliacorum.

Acmodæ, vel Acmodes, inſulæ in mari Britannico, poſt Hyberniam, non procul ab Orcadibus, vt Plinius author eſt lib. 4. cap. 17. vide Silurum.

Acmonénſes, populi ab Acmonia vrbe Phrygiæ, Plin. 5. 29. & Ptolemæus.

Acmonia, vrbs Phrygiæ ab Acmone Manei filio condita. Stephanus vide *acmonenſes*.

Acmonia, Ptolemæo Daciæ vrbs eſt, Seuerino Mario vocatur.

Acmónides, vnus Cyclopum, dictus ἀπὸ τοῦ ἄκμονος, hoc eſt, ab incude.

Acmonium, ciuitas quædam diuerſa ab Acmonia. Eſt & Acmonium nemus circa Thermodoontem.

Acopius Catulinus Philomanus, conſul & præfectus vrbis ſub Conſtantiis principibus, Limenij collega. Sic autem Onuphrius, acon. Fabius. Catullinus Philonianus. Cos. in Occidente. Olym. 281. ann. vrb. cond. 1102. Ch. Do. 340. Huius filia aut neptis certè fuit, de qua in antiquis memoriis huiuſmodi legitur inſcriptio.

Fabia, *Aconia Paulina* C.*f.* Aconis Cæruli̇ni V.C. Expræf.& Conſul. Ord. vxori Verti prætextati. V.C. præf. & Conſ. deſ. ſacratæ apud Eleuſinam Deo Baccho, Cereri & Choræ, ſacratæ apud Æginam deabus Tauroboliæ Sicæ Hierophantriæ Deæ Cereris. Alciatus in Tacit. Vide inſcript. antiq. pag. 101. Aconi Q. F. Fab. Labeonis policis vixit annis 15. Extat Pataui\j citante Scardeonis.

Acóne, portus Heracleæ Bithyniæ ciuitatis, Lyco flumini oppoſitus, prouentu etiam noxiarum herbarum celebris, non procul ab Acheruſia ſpecu. Vide Aconæ apud Stephanum, qui & inſulam hoc nomine facere videtur, è regione Eudemonis ciuitatis Chalcedonis propter cotes plurimas illic naſcentes, dictam.

Acœtes, vir pauper, &c, vt indicat etymon vocabuli, carens cubili. Cuius tenuitatem exprimit Ouid. lib. Metam. 3.

Ille metu vacuus, nomen mihi (dixit) Acœtes
Patria Mæonia eſt, humili de plebe parentes.
Non mihi quæ durò colerent pater arua iuuenci,
Lanigerum greges, non vlla armenta reliquit.
Pauper & ipſe fuit, linóque ſolebat, & hamis
Decipere, & calamo ſalientes ducere piſces.
Ars illi ſua cenſus erat: cùm traderet artem.
Accipe quas habeo ſtudij ſucceſſor & hæres,
Dixit, opes, moriénſque, Mihi ille reliquit.
Præter aquas: vnum hoc poſſum appellare paternum.

Acolitanum, oppidum liberum eſt in Aphrica propriè dicta ab ea parte qua tractum Cyrenaicum ſpectat. Plin. 5. cap. 4.

Aconites, populi ſunt montani prope Sardiniam inſulam Strab. lib. 5.

Aconteus, venator egregius. Statius. lib. 7. Theb.

——donec flammatus Aconteus.
Strage virûm, cui ſueta feras proſternere virtus.
Arcas erat, &c.

Silius. lib. 16.

Et cuius nunquam fugiſſe haſtilia cerui,
Prærapida potuere fuga, venator Aconteus.

Acontiſma, Macedoniæ aditus anguſtiſſimus Ammian. lib. 26.

Acontium, oppidum Arcadiæ, ab Acontio Lycaonis filio: & aliud Eubœæ Steph.

Acôntius iuuenis ex Cæa inſula, in Delum ad Dianæ ſacra profectus, in amorem Cydippes nobilis puellæ exarſit: ſed cum eadem potiri non poſſet, nouam fraudem commentus in pomo hos verſus ſcriptitauit.

Iuro tibi ſancta per myſtica ſacra Diana,
Me tibi venturum comitem, ſponſumq; futurũ,
Hoc pomum Acontius iecit in ſinum Cydippes:

quæ verſus legens iurauit imprudens, & illi nubere etiam morbo coacta eſt. Vnde Virgil.

Quale fuit malum, quod littera pinxit Aconti,
Quâ lectâ, cupido pacta puella viro eſt.

Acontius, Magneſiæ mons, vel Bœotiæ. Plin. 47. 15. & Straboni lib. 9.

Acor, apud Cyrenaicos pro maximo muſcarum Deo colitur. Plin. vide Achores.

Acra Iapygia, Plin. 3. 11. 15. alias Iapygium & Salentinum magnæ Græciæ oppidum mediterraneum hodie *Capo di S. Maria*. Leander. Stephano verò Acra Xapygiæ vrbs eſt, aliquibus *Hydruſa* dicta vt ipſe ſubdit. vide *Amphipolis*.

Acra vicus in Mæotide. de quo Strabo lib 11.

Acrabathêna, oppidum. Plin. 5. 14. 4.

Acradina, arx Syracuſanorum, quam Marcellus Romanus Imperator cepit. Plutar. in Marcello. vide *Syracuſis*.

Acræ, Liuio & Thucydidi, Siliciæ vrbs, à Syracuſanis inhabitata, hodie *Palazzolo* vocari apud Fazellum habetur *Agra* per g legitur apud Antonium.

Acragas vnus ex ſtatuariis, qui in admiratione ſumma fuerunt. Plin. l. 34. c. 12.

Acragas, ciuitas Siciliæ & Thraciæ. & Eubœæ, & Cypri, & Ætoliæ. Eſt & fluuius Siciliæ. Stephanos & Polybio, qui à Bacello dicitur *Drago*. vide *Argentinum, & Agregas*.

Acræa, Dianæ cognomen: quod Acron mons apud Agrittos fuerit, in quo Dianæ templum conſtruxit Melampus, quando Prætidas purgauit. Heſych. Sophoc. ibidem Venus culta, Acræa etiam cognominata eſt.

Acræa, Iuno dicta eſt, cuius extat oraclum in Magarea Strabo lib. 8.

Acraphia, oppidum Bœotiæ, à quo Acræphius Apollo cognominatus eſt. Steph. & Hero. lib. 8.

Acrapages, rex Aſſyriorum. Euſeb. in Chronicis.

Acrephium, mons Thebanorum. Strabo. li. 9.

Acrath, Africæ oppidum, hodie *Bellos de Gomera* Caſtal. Græcè ἄκραθ, alij *Veles* ſcribunt.

Acrauiſci, populi Pannoniæ inferioris, iuxta Scordiſcos. Plin. lib. 4. cap. 15.

Arcatus, bacchantium genius Athenis ſpectabatur, cui os duntaxat extra parietem extabat. Pauſan. in Attica.

Arce, ciuitas Apuliæ, ab aliquibus Hydruſa dicta: Eſt & alia quæ portum in ſe Brunduſium habet. Et alia in Italia: alia in Syracuſanis condita. Item in Eubœa, Scythia, Cypro Acarnania: alia ſupra Antiochiam: alia denique ad Tygrum fluuium. Stephanus.

Acrenſes, populi Siciliæ Plin. 3. & 8. 21.

Acria, oppidum Hiſpaniæ Plin. 3. 1. 41.

Acria oppidum in Peloponneſo, ad oſtium Eurotæ fluuij in ſinu Laconico: de quo Ptolemæus.

Acridophagi, ſunt populi inter Æthiopes, veloces curſu, vita verò adeò breui, vt annoſiſſimus quadrageſimum non excedat: ſolis ferè locuſtis

coſtis viſitant, à quibus & nomen inuenerunt. Nam Acridas Græci dicunt, quas nos locuſtas. Vide Diod. Sicul. libr. 4. c. 5. & Agatarchidem.

Acrilla, vrbs Siciliæ, non procul à Syracuſis. Stephanus.

Acriniption, vide Aſcriburgium.

Acrio, fuit Philoſophus Pythagoricus, cuius meminit Cic. 5. de finibus.

Acriſius, teſte Euſebio libro temporum, Abantis Argiuorum regis filius, & pater Danaes. Amaſiæ Iouis, Virg. 7. Æneid.

Et Turno (ſi prima domus repetatur origo)
Inachus, Acriſiúſque patres, mediáque Mycenæ.

Prœto fratri ſucceſſit in regno, vnicámque habens filiam Danaem in reſponſis habuit, ſe manu eius, qui ex filia naſceretur moriturum, qui ad effugiendam prænuntiatam mortem, filiam in quadam turri, quæ ænea fuiſſe diceretur ſepoſuit, ſeruaríque iuſſit, ne quis poſſet ad eam accedere. In eius gremium Iupiter, verſus in auri guttam, ex tegulis ſe dimiſit: à quo prægnans effecta, ac patris imperio arca incluſa, in mare coniecta eſt, atque à piſcatore in Apulia reperta: qui Danaem & fœtum maſculum quem enixa fuerat, ad Pilumnum regem detulit: qui genus eius cognoſcens, & patriam, illam libenter coniugio ſibi copulauit. Filius autem eius, cui Perſeus nomen fuit, cùm excreuiſſet, & Gorgoni caput abſtuliſſet, Argos veniens Acriſium tranſmutauit in ſaxum: quæ quidem tranſmutatio ſecundùm Euſebium id ſignificat, quod cùm Acriſius XII. Argiuorum rex, imperaſſet annis XXXI. à Perſeo nepote ſuo, non ſponte tamen, occiſus, in lapidem, id eſt, in frigiditatem perpetuam verſus ſit. Ex Euſebio, Boccatio, Seruio. Vide *Danae & Perſeus*, Fuit & Acriſius, alter, Laertæ patris Vlyſſis pater & Iouis filius, dicente. Vlyſſe apud Ouidium, lib. Metamorphoſ. 13.

Nec mihi Laertes pater eſt, Acriſius illi,
Iupiter huic, &c.

Acriſionides, Perſeus, Acriſij nepos.

Acritas, extremum Bithyniæ promontorium Ptolemæo, iuxta Boſphorum Thracium. Gyllius dicit hodie vſque nomen retinere. Stubius hoc idem putat Promontorium Nigrum ab Apollonio, Orpheo, & Theocrito appellari.

Acritas, Peloponneſi promontorium, iuxta Maloam & Tenarum. Mela li. 2. Pli. 4. 5. 13. Meſſenij ſinus initium, prope Methonem, vt refert Strabo lib. 8. hodie *Capo di Gallo*. Inſulæ eſt etiam nomen apud Cedrenum.

Acroathon, Thraciæ oppidum, in ſummo cacumine montis Athos, Mela auctore. Ptolemæus Athos Acron, ἄθως ἄκρον appellat. Straboni in ſelectis *Acroſthoo*, Stephano *Acrothoi* ἀκρόθωοι, Thucydidi ἀκρόθωος. Herodoto ἀκρόθωον, ſcribitur. Plin. etiam cum Mela *Acroathon* habet, & *Acrothon* in nonnullis exemplaribus, vide *Apollonia*.

Acroceráunium, promontorium eſt Epiri in anguſtias Adriatici ſinus emiſſum, inde dictum quod Acroceranniis montibus ſit vicinum. Plin. lib. 3. c. 11. & 26.

Acroceráunia, Seruio montes excelſi in diuerſis locis ſic dicti propter altitudinem & iactus fulminum. Nam ἄκρον dicitur mons vel ſummitas & κεραυνὸς, fulmen. Horum alij ſunt in Epiro, diuidentes Ionium mare ab Adriatico: alij ſunt inter Armeniam & Iberiam. De his Pli. 3. 23. & 6. in Prologo 4. 8. Horat. li. 1. Carm. *Qui ſiccis oculis monſtra natantia, Qui vidit mare turgidum, & infames ſcopulos Acroceraunia*. Hodie *Cimarioli, & monte de Climera*. Leander & Alphonſus in ſua diſciplina militari appellari tradunt.

Acrôcon. vide ATHO, & ACHOTHON.

Acrocomæ, ſunt populi Thraciæ à capillorum longitudine dicti, quod antas in fronte mulierum more demiſſas geſtarent. author Homerus in catalogo nauium.

Acrocorinthus, mons Peloponneſi excelſus, inter duo maria, Ægeum ſcilicet & Ionium, ſtadiorum trium & dimidiati: ſub cuius radice in loco plano inſtar menſæ iacet oppidum Corinthus. Vertex ipſe Acrocorinthi, Veneri ſacram habet ædiculam, infra verticem, Pyrenem fontem: haud affluenteis, ſed perſpicuas aquas habentem, Plin. 4. 1. Steph. Plutarch. in Arato dicit eum è media Græcia enaſci. vide Corinthus.

Acrolyſſus, arx eſt in colle ſupra Liſſum Illyrici vrbem. Strabo lib. 17.

Acrolochias. promontorium Ægypti ad Pharum. Strabo lib. 17.

Acroma, vide arietis frons.

Acron, Ceninenſium rex, quem ob raptus virginum Sabinarum Romulus ſingulari certamine vicit, telóque traiecit, & eius ſpolia opima Ioui Pheretrio dicauit: eíque nomen dedit. Plutar. in vita Romuli. Etenim (inquit) Ferire apud Latinos, erat Vulnerare ſagittis, Propert. lib. 4.

Tempore quo portas Ceninum acrona petentem.

Acron, medicus Agrigentinus Athenis vnà cum Empedocle philoſophatus eſt: antiquior Hippocrate, ſcripſit lingua Dorica de medicina librum vnum. Suidas.

Acron, nobilis Grammaticus, Horatium poëtam enarrauit.

Acro, ciuitas in tribu Dan, quæ & Accaron. Ioſue 13. 19.

Acroneus, nomen principis Phæacum. O-

Digitized by Google

dy.l.lib.1.

Acrónius, in Alpibus lacus eſt, qui deſcendens à fonte, Rhenum facit: noſtri lacum Conſtantienſem vocant. Pomp. lib. 1. Brigantius Lacus Plinio. Brigantia Ammiano, Podamicus recentioribus nonnullis. Lacus Heluetiorum Maximus, quem *Bodenſee* Germani appellant. Becanus contra Vadianum *Acronum* triſyllabicôs, & non *Acronium* apud Melam vocari docet.

Acrópathos, Mediæ maioris ſinus, & Suſianæ rex.

Acrópolis, arx Athenienſium. Athenæ enim in tres partes diuiduntur, *ἀκρόπολιν, ἄστυ*, & Pyræum portum.

Acrorei, vrbs Triphyliæ. Steph.

Acrotádus inſula in ſinu Perſico. Plin. 6. 23. 33.

Acrotatus filius Cleomenis: poſt defunctum parentem Lacedæmoniis imperauit. Plut. in Agide, & Pauſ. lib. 1.

Acrothon, oppidum. Plin. lib. 4. cap. 10. ſuper montem Athon collocatum. Stephan. Acrothynos vocat Thucyd. lib. 4.

Acrouentum Mamboleium, in Italia locus Iornandi, vbi Mincius amnis commeantium frequentatione tranſitur, hodie *Gouerno*. G. Merula. Hic Leo Pontifex Maximus, Attilæ obuiam venit.

Acta, apud Thucyd. 4. lib. locus eſt vicinus Atho monti ad Ægeum pelagus.

Actacottes, populi feroces, qui inſulam Britanniam, vulgò Angliam, totam diripuerunt. Am. Marcel. lib. 27.

Actæa, Athenienſium regio, dicta ab Actæo, quòd primus in ea regnauit: deinde verò Attica denominata ab Attide filia Cranaj, Pauſan. lib. 1.

Actæa, nympha, ab Acte, id eſt, littore maris dicta.

Actæon, filius Ariſtæi, ex Autonoë aut Autonoë coniuge, vnde *Autoneius heros* ab Ouidio dictus eſt venationi addictus, cùm in valle Gargaphiæ ad fontem limpidum receſſiſſet, à Diana nuda conſpecta conuitiis laceſſitus eſt, atque in ceruum mutatus, quem ſui ipſius canes diſcerpſerunt. De quo figmento ſic ſcribit Fulgentius, Anaximenes (inquit) qui de picturis antiquis diſſeruit, ait lib. 2. Actæonem venationem dilexiſſe, cùm eum ad maturam perueniſſet ætatem, conſideratis venationum periculis, id eſt, quaſi nudam artis ſuæ rationem videns, timidus factus eſt. Et paulò poſt. Sed cùm venandi periculum fugeret, affectum tamen canum non depoſuit: quos inaniter paſcendo, penè omnem ſubſtantiam perdidit, ob hanc rem à ſuis canibus deuoratus eſt. Hæc ille de Ouid. ſententia lib. Metamorph. 3. Quanquam de Actæone aliter in commentariis Apollonij lib. 4. Ipſum non Ariſtæi, ſed Meliſſi filium: nec à canibus ſuis pro certo, ſed à Bacchi Orgia celebrantibus laniatum fuiſſe traditur. Sed receptior eſt Ouidij ſententia.

Inſcius Actæon vidit ſine veſte Dianam.
Præda ſuis canibus non minus ille fuit.

Hæc fabula nos ad beneficia in bonos viros conferenda adhortatur, ac retrahit à bene merendo de ingratis, qui ſæpius pro acceptis beneficiis ſimultatis cauſas aucupantur, ſeque vel quauis leuiſſima de cauſa iratos fingunt, vt ſic deletum appareat quicquid in eos collatum eſt. Et canibus certè eiuſmodi adulatores aptiſſimè comparantur. Monemur præterea ne ſimus curioſi in rebus ad nos minimè pertinentibus, quoniam multis perniciosum fuit res arcanas aliorum cognouiſſe, aut principum, ciuitatem, ſummorúmque virorum, aut Dei præcipuè, quam vel minima ſuſpicio arcanorum eiuſmodi conſcios facilè poſſit opprimere.

Actæonis oſſa Orchomenios olim horrendo phantaſmate liberarunt, quod ſaxum magnum geſtans, totam regionem vaſtabat: vnde accolæ Delphos profecti, acceperunt ab oraculo, vt omnia Actæonis oſſa aſportarent, eáque ſepelirent: quo facto, illico liberati ſunt Pauſanias. Plutarchus in Sertorio, duos ait Actæones fuiſſe, alterum à canibus, alterum ab amatoribus diſcerptum.

Acte, Neronis liberta quam parum abfuit quin matrimonio ſibi coniungeret. Sueton.

Acte, & Actica, vide Attica. Ilium, & Caſpapyrus. vide Steph. Eſt & Acte Magneſiæ & alia Acarnaniæ & Peloponneſi & in Boſphoro, & alia in Ionia.

Actæus vnus Telchinum, qui ſex numero omnia ſolo aſpectu affaſcinabant: vel, vt alij ſentiunt, Stygiam aquam animalibus & ſtirpibus perniciei gratia inſpergebant, qua ex re calamitates, peſtes & fames conſequerentur. Vide *Telchines*, & adagium. Noui Stinonem, &c.

Acteus, a, um, pro Athenienſi: Nam Attica regio apud priſcos dicta eſt non ſolùm Attis, idos: ab Attide Cranai regis filia, vt inquit Euſtathius, ſed etiam Actæ, vt Plin. lib. 4 & Gel. teſtantur. Vel ab Actæone, vel ab Actæo rege indigena. Primùm enim Atticam regionem Actem dictã Lycophron Græcus poëta innuit: apud quem Caſtor & Pollux *ἀκταιωνίδαι* appellantur. Vel quia littoralis ferè tota ſit exili & anguſto quodam velut margine, vt author eſt Strabo. Vnde Ouid. 1. Metamorph. *Separat Aonios Actæis Phocis ab oris.* Vult enim Parnaſſum medium eſſe inter Bœotiam & Athenas. Attica autem regio quondam Ionia eſt vocata ab Ionio Apollinis & Creuſæ Erithæi filio, vel (vt inquit Strabo) ab Ione Xuthi filio.

Actánia, inſula in mari Germanico, Plin. 4. 13. 30.

Actáſta, nympha fuit Oceani, & Thetios filia, teſte Heſiodo in Theogonia. vide *Acaſta*.

Acteius, tribunus plebis, qui Craſſi in Syriam profectionem prohibere conabatur. Plutarch. in Craſſo.

Acte: vna horarum, quarum nomina recenſet Hyginus c. 193. vide Horæ.

Actia, actiorum. Suidas, Ludi quinquennales Actiaci, Apollini Actio inſtar Olympiorum dicati: qui prius & à finitimis agebantur: ſed ab Auguſto honorificentiùs celebrati fuerunt. vide Actium & Agonales.

Actiólinus, Patauinorum tyrannus, de quo Paul. Iouius lib. 1. virorum illuſt.

Actipus Iudææ vrbs in tribu Aſer, vt Ioſephus tradit, qui eam quoque Acce vocat.

* Actites. vide infra καλλίκτης

Actium, Epiri oppidum & promontorium, vbi Auguſtus, deuictis nauali prælio Antonio & Cleopatra vrbem condidit, & Nicopolim à victoria nominauit, vt ſcribit Plutar. Hinc Actius a, um, & Actiacus, a, um. Virgil.

Actiáque Iliacis celebramus littora ludis.

Sappho ad Phaon. *cur non*

Actiacas miſerum me mittis ad oras?

Actium, Plinius 41. 10. & cap. 35. 9. 45. Ptolemæo, Straboni, aliiſque Colonia Auguſti in Epeiro. Cabo Figo Pinetus nominat. Figalo ego ſcribendum puto.

Actius Nauius, augur, nouacula cotem precidit ſpectante Tarquinio rege. quo factum eſt, vt & à Tarquinio, & à populo ſēper in rebus cōſuleretur.

Actius, Tragœdiarum ſcriptor, inter colonos Piſaurum deductus, à quo & fundus Actianus iuxta Piſaurum dictus: in ſcribendis tragœdiis, ſententiarum grauitate, verborum pondere, perſonarum authoritate clariſſimus.

Actius, Mediolanenſis princeps, de quo Paul. Iouis lib. 2. illuſtr. viror.

Actius conſul Romanus, Euſeb.

Actiſanes. Æthiopum rex, qui Amaſim Ægypti regem ſuis crudelius imperantem regno deturbauit, Ægyptiique ſumma æquitate imperauit. Hic latrocinia nouo more compeſcuit, ſontes neque morte plectens, neque linquens impunitos. Conſtituto quippe eorum iudicio reos omnes in vnum cogens, amputatis naribus in vltima deſerti ire compulit: ibique ciuitatem condidit, ab excisis naribus Rhinocuram appellatam. Ea in Ægypti, Arabiæque finibus haud procul à mari ſita omnibus vitæ commodis caret: Nam omnis vicina regio ſalſa eſt, intra vrbis mœnia vnicus eſt puteus, & is inutilis, vtpote aqua guſtu amara. Hos autem eo in loco poſuit, ne ſuis moribus vicinas gentes, inficerent; néve eorum erga reliquos iniuriæ eſſent occultæ, ſed vt tanquam in oram deſertam relegati omni re egentes, cogentes neceſſitate ſibi victum exquirerent. Fiſſis itaque calamis, quos ex vicinis agris collegerant, longa ſibi retia fecere, quibus iuxta littus, per plura ſtadia diſpoſitis, ex captis coturnicibus, victum ſibi comparabant.

Actius, Actiacus, & Actæus, Apollo vocatus eſt, variis de cauſis, in primis tamen ab Actio promontorio & ciuitate Acarnum celebri ob victoriam Auguſti contra M. Antonium & Cleopatram, Virgil. lib. 8. Æneid.

Actius hæc cernens arcum tendebat Apollo
Deſuper. Propertius

Actius hinc traxit Phœbus monumenta, quod eius
Vna decem vicit miſſa ſagitta rates.

Actius Labeo, poëta fuit indoctus temporibus Perſij Satyrographi, Iliada Homeri verſibus Latinam fecit adeo inſcitè & obſcurè, vt nec ſua ipſe cognoſceret. Gyraldus.

Actor, comes Herculis contra Amazones, in quo bello vulneratus cùm retro domum abire vellet, in itinere mortuus eſt.

Actoritum. vide Neritus.

Actorides, Patroclus, nepos Actoris: is enim ex Ægina quam ei Iupiter à ſe vitiatam vxorem dederat, Menœtium genuit: Menœtius autem relicta Ægina, Opuntem in Locros ſe contulit, & ibi Patroclum genuit.

Actor, Aſtyoches pater, vt oſtendit Homerus Iliad. 2. Alter fuit Aruncus, cuius meminit Virg. 12. Æneid.

—validum vi corripit haſtam
Actoris Arunci ſpolium, &c.

Actoris, Vlyſſis ancilla. Odyſſ. ψ. & v. 228.

Actorius Naſo hiſtoricus Romanus, Sueton. in Iulio. Iulij Cæſaris tēporibus vixiſſe ſuſpicantur.

Actuarius, Medici Græci nomen.

Actrida, oppidum. Plin. 6. 28. 70.

Acuius, ciuis Romanus, qui cædis Cæſaris particeps videri cupiebat Appian. lib. 2.

Acumincum. Legio, Ptolemæo. Pannoniæ inferioris vrbs ad Iſtri ripam. Acunincum per N. legit Ammianus li. 19. Cametz interpretatur Simlerus. Niger verò ſcribit Petro Veradin dici. Sed Arumictum malè habet.

Acurgia, vide Veultiniacum.

Acuſilaus, Athenienſis Rhetor, Galba imperante ſeſe Romam contulit, ibique Ludum aperuit tanto cum ſucceſſu, vt moriens Athenienſibus decem myriades aureorum ex fœnore partas reliquerit. Suidas.

Acuſilaus, hiſtoriographus Argiuus, cuius teſtimonio Ioſephus vtitur lib. 1.

Acuſilaus & Damagetus fratres, victores in

Olympicis certaminibus, pattem Diagoram per celebrem conuentum geſtarunt, in quem & flores abiecerunt Græci, & beatum propter filios appellarunt, Pauſ. lib. 6.

Acuſiorum colonia, Ἀκουσιῶν Galliæ Narbonenſis vrbs. Ptolem. *Grenoble* nunc vt I. Poldus ſcribit, Grannapolim vocat Sidonius libr. 3. ad Placidum. Gratianopolis vulgò Latinè. *Cullaro* aliquando appellatam fuiſſe quidam volunt, ex antiqua inſcriptione, quæ in huius vrbis porta legitur.

Acutæ inſulæ, quas poëta Thoas vocat, vicinæ Echinadibus. Strabo libro 8. Vide Dulichium.

Acutia P. Vitellij vxor. Tacitus.

Acutia, ciuitas Iberiæ. Steph.

Acutius, Nerua præn. III. Cos. cum collega III. Iulio Feroce Olymp. 219. an. 4. vrb. cond. 853. Chriſti D. 101. K. Nou.

Acyclas, philoſophi nomen, qui commentarios conſcripſit de Syllogiſmis. Suidas.

Aclina, vrbs Illyriæ. Steph.

Acyndinus & Proculus, conſules Romani anno 1. Conſtantij, ab vrbe condita 1092.

Acyphas, vrbs vna ex Tetrapoli Dorica. vide Pindus.

Acyphas, vrbs Theſſaliæ, vt quidem volunt.

Acys, vide Acis.

Acytos, vide Melos.

Acynthus, inſula circa Cydoniam Cretæ. Steph. vide Aciton ſupra, & Byblis infrà.

A D

Ada, altera vxor Lamech, Gen. 4. Vxor etiam Eſau, filia Elon, Gen. 36. Item filia Hecatomni Canæ regis & Arthemiſiæ ſoror, quæ Hydrico fratri nupſit. Strab. lib. 14.

Ada, Cariæ regina, Alexandro obuiam profecta, Alindis vrbe tradita, eum in filium adoptauit. Deinde ab Alexandro toti Cariæ præficitur. Curtius lib. 2.

Adæ, adarum, oppidum Aſiæ. Strab. lib. 13.

Adæi, Arabes Ægypto finitimi, vt ſcribit Ptolemæus.

Adacha, Palmyrenæ vrbs. Ptol.

Adad, filius Badad, rex Edom quartus. Gen. 36.

Adada, ciuitas in tribu Iudæ. Ioſue 15.

Adad, teſte Macrobio, non Adad, Aſſyriorum ſummus habebatur Deus, cui etiam deam Atergatim vxorem aſſignabant: per Adad Solem, per Atergatim terram intelligentes: quod ex his duobus cuncta crederent procreari, Macr. 1. Satur. c. 24.

Adadato, ciuitas Piſidarum ad Taurum montem. Strabo lib. 12. Ptolemæo eſt Adada.

Adadremnon, vrbs iuxta Iezraelem, quæ hodie vocatur *Maximianopolis*. Zach. 12.

Adadus, rex Syriæ, Damaſci filius.

Adaia, ſiue Adaias, filius Ethan filij Zamma, 1. Paralipomenon 6. Filius item Ieroboam, 1. Paralipomenon 9. Pater Ididæ, matris Ioſiæ 4. Reg. 22.

Adalbero, Metenſis Epiſcopus, Euſeb.

Adalbero Babius, Genuenſis Epiſc. Euſeb.

Adalia, filius Amman filij Amadatha. Eſt. 9.

Adalgarius, Aquitanus nobilis, Pauli Æmil. libro 1.

Adalgiſus, Beneuentanus Dux ab Imperatore ad Græcos defecit, victúſque in Corſicam fugit.

Adam, nomen primi hominis à Deo conditi Geneſ. 2. Nomen etiam commune, quo Deus virum & mulierem appellauit. Geneſ. 5. Eſt & nomen vrbis, Ioſ. 3.

Adam, ſi interpreteris eſt rubeus, vel rubra terra: quia vt Ioſepho placet, de rubra terra conſperſa, factus eſt: talis eſt enim vera terra. Comeſt. in cap. 2. Geneſ. Creatus ante diluuium annis mille ſexcentis duobus & nonaginta ſupra ducentos. Philo de tempor. animalibus impoſuit nomina, quibus etiam nunc ipſa vocantur. Ioſeph. lib. 1. antiq. & Euſeb. lib. 11. de præp. Euang. Pelliceam ſibi veſtem fecit (teſte Hieronymo) quod proculdubio veſtes faciendi poſteris exemplar extitit. Habuit præter Cain & Abel, triginta filios, ac totidem filias. Comeſt. in cap. 5. Geneſ. Res futuras ſuis prædixit filiis: vnde duas ipſi fecerunt columnas: ex quibus vna lateritia, altera lapidea fuit: vt ſi ille imbribus obſtare minimè poſſet, hæc permanens integra ſcripta legentibus præberet. In his igitur columnis, ea quæ ab ſe inuenta fuerunt circa ſiderum obſeruationem, ſcripſerunt. Proinde ab Hebræis ad Ægyptios, & Chaldæos, & ſubinde ad reliquos, Aſtrologiam manaſſe, credere par eſt; ac tale Aſtrologiæ initium fuit. Hæc ex Rabinorum traditionibus, admodum ſanè infirmis, Ioſeph. lib. 1. antiq. Sepultus eſt Adam in agro Damaſceno, in ſpelunca duplici. Comeſt. in c. 3. Geneſ.

Adama, vrbs Pentapoleos, Gen. 10.

Adamaſtor, apud Claudianum Damaſtor dicitur in Gigantomachia.

ſaxúſque Damaſtor
Ad depellendos iaculum dum quæreret hoſteis.

Sidonius.

Porphyrion Pangæa rapit, Rhodopémque Damaſtor.

De hoc Oroſ. lib. 1.

Adamaſtus, Ithacenſis fuit, pater Achæmenidis ſocij Vlyſſis. Virg. Æneid. 3.

Adamiani hæretici, ad Adam nominati, cuius imitantur in Paradiſo nuditatem, quæ fuit ante peccatum. Credebant enim quod nuptiæ futuræ non fuiſſent, ſi nemo peccaſſet. Nudi itaque mares fœminæque conueniunt, nudi lectiones

Digitized by Google

ctiones audiunt: nudi celebrant ſacramenta. Hæreſis planè horrenda à Carpocratianis inuecta, & à nonnullis fanaticis noſtro ſeculo renouata, Dei beneficio extincta eſt, vt nemo hodie reperiatur qui tam fœda portenta in Eccleſia vel in Polit. a defendere velit.

Adamus, Centurio Genuenſis, qui miſſus eſt Hippomanem, vt Barbaruſſam claſſes inſtaurantem opprimeret, Paul. Iou.

Adana, vrbs Siciliæ. Ptolemæo, vulgò Adena. vide *Stephanum*.

Adani, adanorum, duæ inſulæ in Arabia fœlici. Ptolem.

Adanſam, Angliæ vrbs apud Antoninum. *Itham ceſter*, Camdeno.

Adar, VIII. rex in Edom Geneſ. 36. qui in Paral. I. dicitur Adad.

Adara, vicus magnus. Steph. Eidem eſt tertiæ Palæſtinæ locus inter Areopolim & Characmobam.

Adaras, Hiſpaniæ vrbs, inter Hiſpalim & Cordubam. Anton.

Ad aquas, Antonino, quas idem ad Larodas cognominat, Siciliæ vrbs, quam Simlerus. Xaeca vocari dicit.

Ad aquilas Atticæ locus apud Pauſaniam, Locus eſt etiam vigeſimo à Rauenna milliari. Sic item appellatur vetuſtus pagus prope Treuiros, quem vulgò *Igle* nominant, Moles ibi antiqua Romani nominis extat.

ad Caballos, vide Tiberiacum.

ad Capræ Paludes, vide Caprilia.

ad caſas Cæſarianas, Antonino, quas idem ad fines appellat. Locus eſt in Italia quem Simlerus S. Caſſano vocari ait.

ad Centeſimum, locus Italiæ, CVII. M P. ab vrbe diſtans verſus Adriam. Antonino.

ad Columellas, eſt locus ſexto à Rauenna lapide quo H. Rubeus ſcribit Maiorianum Auguſtum in Imperatorem creatum.

ad Duos pontes, Antonino locus Hiſpaniæ, eſt inter Bracaram & Aſturicam.

ad Dracones, in Mauritania Cæſarienſi locus, & in Armenia minori. Antonin.

ad fines; Antonino Caſtellum eſt Rhetiæ, in ripa Turiæ vel Thauri fluminis, quod hodie *Pfin* dicitur, vt B. Rhenanus docet. *Ander Thur*, nominat Simlerus.

ad fines, ſiue Caſæ Cæſarianæ, Antonino, locus inter Florentiam & Arrhetium. Eſt etiam Galliæ Belgicæ locus apud eundem.

ad fratres, locus in Mauritania Cæſarienſi. Ant.

ad Gallinas, vide villa Cæſarum.

ad Gallum Gallinaceum, vide Via.

ad Gradus, vide Gallicus ſinus.

ad Herculem apud Antoninum, videtur mihi Ligorno Etruriæ portus, ad mare mediterraneum. Volaterranus tamen putat hunc portum apud eundem Antonium Salebro (vbi ego Saleprone lego) vocatum; & à Cicerone Labro. Idem eundem ſcribit à Ptolemæo Liburum dici, qui tamen in Græco eius Codice non habetur: Etſi in Latinis quibuſdam inter Populonium prom. & portum Traianum inueniatur: vide Herculis portus & Herculia.

ad Lapides Atros, vide Lapides.

ad Larodas, vide ad aquas.

ad Lapidem, Locus Britanniæ inſulæ, in Vitarum regione, Beda. Stoncham nunc vocari ſcribit Camdenus.

ad Lippos, Hiſpaniæ Bæticæ locus inter Salmanticam & Emeritam. Anton.

ad Malum, Liburniæ vrbs. Anton.

ad Marcium, locus dicitur non procul à Lanuuio. Liu 6.

ad Martis, Antonino Italiæ locus eſt, inter Narniam & Mauaniam Item inter Seguſium & Brigantionem, in Alpibus, fortè Martis vertex, Ammian.

ad Matrem magnam, Italiæ locus, in Campania. Anton.

ad Mauros in li. Notit. oppidum. *Mauthitſhim* Lazio in Noricis.

ad Morum, locus Hiſpaniæ inter Acci & Carthaginem Spartariam, Anton.

ad Muros, Anton. Auſtriæ oppidum quod Lazio *Sumerein* eſt: cui idem Maro cincta Ammiani eſt.

ad Murum, locus & villa regia circa murum, quem Impp. Romani in Britannia inſula extruxère, Beda.

ad Oliuam, locus Mauritaniæ Cæſarienſis. Anton.

ad Palatium, Anton. vicus inter Tridentum Veronam. *Pallazzo* hodie dictus Simlero.

ad Paludes Straboni locus Arabiæ, in Ægypto, Arabicas Paludes vocat Solinus.

ad Pinum, in Samnio locus. Anton.

ad Piſtores, vide Piſtoria.

ad Pontē, Hiſpaniæ locus, circa Gades. Anton.

ad Publicanos, Galliæ Narbonenſis locus, circa Tarantaſiam. Anton.

ad Puluinos, locus maritimus in Sardinia. D. Paulin. ad Macarium.

ad Pyrum, vide Pyri mons.

ad Regias, Mauritaniæ Cæſarienſis locus. Anton.

ad Rotam, Anton. ſcribit Simlerus eam eſſe Numidiæ vrbem, quam D. Auguſtinus, libro 3. contra Creſcentium Rotariam vocat.

ad Rubras, Hiſpaniæ Bæticæ locus, circa Anæ fluminis oſtium.

ad Salices, circa Danubij oſtia locus in Mœſia inferiore, Anton. & Ammian. lib. 31.

Digitized by Google

ad Septimum, Anton. Simulus legit, ad Decimum Septimum locus in Hiſpania inter Aſturicam & Terraconem. XVII. M.P. ab hac diſtantem.

ad Sex inſulas, & ad tres inſulas, ſunt loca Mauritaniæ Tingitanæ. Anton.

ad Sorores, Hiſpaniæ vrbs circa Emeritam. Anton.

ad Statuas Coloſſas, vrbs Hungariæ ad Danubium ſita. Lazio *Coloiza*. Lib.Notit. Item locus inter Arethium & Cluſium. Tuſciæ vrbes. Anton. Et in Hiſpania, circa Sucronem.

ad Turres, Antonino Italiæ vrbs, in Calabria ſita eſt, & Blazio, dici ſcribit Barrius.

adana, Ciliciæ vrbs apud Ptole. Adenam hodie appellari ſcribit Ioſeph Barbarus.

ad Titulos, Liburniæ vrbs. Anton.

adarchidæ, gens Lybicha. Steph.

adareſer, filius Rohob, rex Saba, 2.Reg.8.

adari, Arabiæ fœlicis oppidum. Ptol.

adarima, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

adarupolis vrbs Perſica, Steph.

adaſtrus Phryx.

adattha. Armeniæ maioris vrbs, in Rhauennæ præfectura. Ptolem.

adazer, vrbs, 1.Machab.7.

adbucillus Galli cuiuſdam nomen apud Cæſarem in Comm.

adbeel, filius Iſmaelis. Gen.

adbelum oppidum, Plin.5.23.3.7.

adar, nomen menſis apud Hebræos ſiue Lunationis duodecimæ, noſtro reſpondentis Februario, 1.Eſd.6. Filius item Balæ filij Beniamin. 1 Paralip.8.

adcantuannus, nomen ducis Aquitanici. Cæſar Comment. lib.3.

addi, pater Melchi, patris Neri. Luc.3.

addo, filius Ioan. 1.Paral.6. Pater item Baracihiæ, patris Zachariæ Zach.1. Nomen prophetæ, 2.Paralip 6. vide Nehem.12.

addon, nomen loci. 2.Eſdr.7.qui Adon. 1.Eſd. 2.ſcribitur.

addua. vide *Abdua*.

addua, fluuius eſt Galliæ Ciſalpinæ, qui vt nonnullis placet, Larium lacum ingreditur, & ex eo integer emergens in Padum effluit: bonos quidem piſces nutrit, & potiſſimum Tinulos. Plin.lib.2.c.103.

adeba, Ilercaonum vrbs in Hiſpania. Ptolem.

adedi, vicus fœlicis Arabiæ Ptolemæo, Aden eſt, niſi Niger fallat, vide Aden.

adelphius, hiſtoricus Marco Antonio familiaris, qui eius in Parthos expeditionem conſcripſit, in qua ipſe & adfuit & præfuit. Strabo lib.11.

adelbais, vel potius Adelhais, vidua Lotharij Imperatoris, Othoni nupſit, Olym.42. anno vrb. conditæ 1702. Chriſti D.951. De Adela. Paul.Æmil.lib 1.

adelphena, Francorum regis filia ſumpta in matrimonium à Theodorico. Euſeb.

adelphius, & Ætius collegæ, Romanorum Coſ. alter ſic. Adelph. v.c. præn. Clodius in Occidente Coſ. Olymp. 107. anno ſecundo. vrbis cond.110 . Chr.D.451.

adelphius Proconſularis vir, cuius vxor fuit docta illa Proba Falconia, cuius Virgiliani Centones leguntur.

adelphus, Cacorum princeps, cum valida manu à Carolo Magno Francorum rege in Britannos miſſus victor rediit.

adelſtânus, VIII. Angliæ rex, Edouardi ex concubina filius, regnauit annis XVI.

adem, Arabiæ fœlicis emporium celeberrimi nominis: quo ex Æthiopia, India & Perſide negotiatores conueniunt. Vrbs eſt magnifica ſitu & ſtructura bene munita, ædificiorum nitore atque frequentia celebris, muro & præcelſis ſepta montibus, in quorum ſummitatibus ardentes faces nauigantibus portum oſtendunt. Peninſulæ formam quandam obtinuit, nunc autem hominum induſtria vndique aquis ambitur. Oſorius in hiſt. Emanuelis, Munſter.lib.5. Coſmograph.

adeodatus, Rom.Epiſc.Euſeb.

Adeona, Dea ab Ethnicis culta, quod adeundi facultatem præſtaret. Auguſt.4. & 7. lib. de ciuit. Dei.

ader, locus iuxta Bethleem, vbi vel angelorum grex in ortu Domini cecinit, vel Iacob pecora ſua pauit, loco nomen imponens: vel (quod verius eſt) quodam vaticinio futurum iam tum myſterium monſtrabat.

adércon, vrbs Iberiæ. Steph.

adherbal, Micipſæ filius, Maſſiniſſæ nepos à Iugurtha aliquoties victus fruſtra Romanorum auxilio implorato. Cirtæ deditione facta excruciatus necatur. Saluſt. in Iugurth.

adgandeſtricus Chattorum princeps, ad Senatum Rom. literas miſit, quibus Arminij mortem promittebat ſi patrandæ neci venenum ad ſe mitteretur: cui reſponſum eſt, Non fraude neque occultis, ſed palàm pop. Rom. hoſtes ſuos vlciſci ſolere.

ades, à Græcis inferorum deus, quem nos Ditem & Plutonem appellamus: ita dicta ab α priuatiua, & ἰδεῖν videre: quod in denſiſſimis inferorum tenebris, noctéque profunda perpetuo agens nihil cernere videatur. Non enim abſque lucido aere (qui apud inferos nullus eſt) viſio poteſt fieri.

ades, ſiue Hades, Moloſſorum rex, cuius filiam nomine Coram apud Acherontem fluuium conatus eſt rapere Pirithous, vnde factus eſt fabulæ locus, Pirithoum ad inferos deſcendiſſe.

diſſe, & vxorem Ditis Perſephonem, quæ & Cora à Græcis dicitur rapere voluiſſe. Cæl. Rhod. libro 7. capite 15. & Plutarch. in Theſſ. qui tamen regem hunc non Adem vocat, ſed Aidoneum.

Adhæſer, Syroæ filius, Perſarum rex regnauit annum 1.

Adiabatæ, Æthiopiæ populi contra Meroën Nili inſulam, aliàs Adiabanæ populi Plinio 6. 30.11. quos aliqui Megaboros vocant: Plinius. Megabradi dicuntur à Ptolemæo.

Adiabena Aſſyriæ regio. Suidas & Stephanus ſcribunt hanc quoque Meſene vocari quod medio loco inter Euphratem & Tigrin ſita ſit, vnde & *Meſopotamia* dicitur. Nomen habere tradit Ammianus à *Diabas* & *Adiabas* fluminibus qui eam irrigant *Botan* Caſtaldus appellat. Strabo tradit Adiabenes etiam Saccopodes dici. Plin. lib. 5. cap. 12. & lib. 6. cap. 9. & 27.

Adiabeni, populi. Plin. 6. 27.12. & Marcell. lib. 25. à Seuero ſuperati, Oroſ. lib. 3. cap. 15. Herodot. lib. 3.

Adiatorix, Meclij cuiuſdam Galatiæ Tetrarchæ filius fuit, qui quum apud Heracleam ponticam Coloniam Romanorum eò miſſam nocte vna iuſſu Antonij iugulaſſet, paulo poſt in prælio Actiaco captus & in triumpho circumductus, vnà cum filio iugulatus eſt, Strabo libro 12.

Adiel, nomen principis, 1. Paral. 4. filius Ieta, 1. Paral 9 27.

Adiliſius mons, Plin. 4. 7. 2.

Adima, eſt Numidiæ fluuius.

Adimantus, Platonis frater, Laer. lib. 3. fuit etiam hoc nomine Corinthiorum dux: qui quum Themiſtocli exilium obijceret, num putas (reſpondit Themiſtocles) exulem quempiam eſſe qui ducentas habeat triremes? Suidas.

Adina, filius Siza. 1. Par. 11.

Adipſon, vide Gerrum.

Adiris, vide Atlas.

Adithaim, Paleſtinæ locus. Ioſue 15. ἀγιδ-θαίμ 70 Interp.

Admatha. principis nomen Eſther. 1.

Admedera, vide Amædara.

Admete, ſiue Admetes, nympha, Oceani & Tethios filia, Heſiod. in Theog.

Admetes, Turcarum princeps, de quo Bembus.

Admetus, poeta temporibus Neronis, qui (vt in Demonactis vita, ſcribit Lucianus) obſcuri nominis fuit. Et cùm Demonacti aliquando dixiſſet, ſe vnius verſus epigramma, hoc eſt monoſtichon ſcripſiſſe, quod teſtamento cauiſſet vt ſepulchro affigeretur, quod tale erat: Terra, Cape Admeti ſpolium: nam iam deus ipſe eſt: Ridens reſpondit Demonaſtes, Bonum eſt, ô Admete, hoc monoſtichon: ſed voluiſſem ipſum pridem tuo ſepulchro inſcriptum eſſe.

Admetus, Theſſaliæ rex: cuius armenta pauit Apollo nouem annis ob interfectos Cyclopas, diuina poteſtate ſpoliatus. Tamen Callimachus contra hanc inueteratam lectionem, ita ſcribit in hymno Apollinis.

Φοῖβον καὶ νόμιον κικλήσκομεν
Ἐξ ἔτ' ἐπ' Ἀμφρύζῳ ζευγήτιδας ἔτρεφεν ἵππους
Ἠϊθέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτοιο.

id eſt Phœbum & paſtoricum vocamus. Iam inde cum ſub Amphryzo iugaleis paſcebat equos, Deo ſimilis amore accenſus Admeti.

Adminocinus, Bellini Betauorum regis filius, à C. Caligula in deditionem acceptus eſt. Eutrop. lib. 7.

Adnamantia, vide Anamaſcia.

Adobogion, vir clarus, qui ex tetrarcharum Galatarum ſtirpe fuit. Hic cùm eſſet Cæſaris amicus, ad id honorum peruenit, vt materni generis à tetrarcha, & cùm aliorum, tum Boſphori rex efficeretur.

Adon, Cynariæ regis Cyprorum & Myrrhæ filius, Boc.

Adoardus, filius Ariobaldi regis Longobardorum. Sabel. lib. 6. Ennead. 8.

Adolius, filius Acatij, Armenus genere. Cælius Rhod. lib 21.

Adolphus de Naſſau. Cel. D. F. Aug. XXXII. Occidentis Imp. VIII. Idib. Ianuarij creatus, Olymp. 57. an. 3. vrb. cond. 2043. Chriſti 1291. imperij negotia obiit per annos 6. menſes totidem. dies aliquot. Cum Alberto Auſtriaco congreſſus in acie cadit, ab ipſomet Alberto interfectus eſt IIII. Iulij. Olymp. 519. ann. 1. vrb. cond. 2049. Chr. D. 1298.

Adolphus V. C. præn. Clodius, in Occidente Coſ. Olym. 373. anno 2. vrb. condita 1202. Chr. 451.

Adon, nomen loci, 1. Eſdr. 2. 2. qui Addon. 2. Eſdræ 7. ſcribitur.

Adonai, nomen Dei apud Hebræos Dominus ſignificat, quod dominetur creaturæ cunctæ.

Adoneus, Bacchi nomen apud Arabas. Alex. ab Alex. lib. 6.

Adonia, adoniorum, feſta Adoni dicata. Ammianus lib. 22. Hiſt. Euenerat iiſdem diebus annuo curſu completo Adonia celebrari ritu veteri, Amato Veneris (vt fabulæ fingunt) apri dente ferali deleto. Adonia cum planctu celebrantur ad planctum Veneris repræſentandum.

Adonia, ſiue Adonias filius Dauid ex Aggith. 2. Reg. 2. 2. Paral. 3.

Adonibeſek, Chananæorum rex, cui Iſraelitæ manuum ac pedum pollices abſciderunt, qui tunc dixit, Merito iſthæc patior: ſeptuaginta reges, ait, amputatis manuum ac pedum pollici-

bus colligebant ſub menſa mea ciborum relliquias: ſicut feci, ita mihi reddidit dominus. Adduxerúntque eum Ieruſalem, & ibi mortuus eſt, Iudic.cap.1.

Adoniram, filius Abda, qui erat ſuper tributa Salomonis, 3.Reg.4.

Adonis, idis, filius Cynaræ Cypriorum regis & Myrrhæ eius filiæ, quem Venus in deliciis habuit. Hic dum in Idalio nemore venatur, primo ætatis flore, apri dẽte ſub inguine percuſſus moritur: atque à Venere poſt multas lachrymas in florem Adonium qui eſt ſanguineo colore, trãsformatus eſt: alij dicunt in flumen cecidiſſe, dum pulchritudinem ſuam contemplaretur. Hunc Auſonius cum Plauto vocat Adoneum. Fulgentius Adon, quæ Græcis ſuauitas dicitur. Et quia Myrrha odore ſuauis eſt, Adonem dicitur genuiſſe. Ideo autẽ Venerem amaſſe dicunt, quod hoc genus pigmenti ſit valdè feruidum. Lucianus Adonium fluuiũ ex Libano monte profluẽtem, ſingulis annis ſanguinolentum fieri commemorat per eos dies, quibus Adonis fuit interfectus. Hieronymus in Ezechielem. Quem nos Adonidem interpretati ſumus, & Hebræus & Syrus ſermo Thamuz vocat. Vnde quia iuxta gentilem fabulam in menſe Iulio, Amaſius Veneris & pulcherrimus iuuenis occiſus, & deinceps reuixiſſe narrãtur, eundem Iulium menſem eodẽ appellant nomine, & anniuerſariam ei celebrãt ſolennitatem, in qua plangitur quaſi mortuus, & poſtea reuiuiſcens canitur atq; laudatur. Vnde apud Ezechielem prophetam legitur. Ecce ibi mulieres ſedebant plangentes Adonidem. Vbi intelligi vult fuiſſe idololatriam celebratam in honorem Adonidis, quanquam nonnulli fortaſſe rectiùs exponant de planctu qui fiebat propter mortem Oſiridis ab Ægyptiis, quorum ritus imitabuntur Iudæi, Macrobius verò accepit Adonidem pro Sole. Moſchopulus ἀδώνιδος nomen ab ἄδω, quod eſt cano deriuatum putat. De eodẽ feſtiuiſſimè Theocr. εἰδυλλ. ιε. Orpheus in hymnis, Adonin Solem eſſe ſenſit, cum illum rebus omnibus præberẽ nutrimentum, & eſſe germinandi authorem dixerit his verbis:

Εὔβουλε πολύμορφε, τροφὴ πάντων ἀρίδηλε
Κούρη καὶ κόρε σὺ πᾶσι θάλος, αἰὲν Ἄδωνι.
Σβεννύμενε λάμπων τε καλαῖς ἐν κυκλάσιν ὥραις.

id eſt, Scaligero interprete.

Conſo Deus, Volucrae, alimentum nobile rerum
Puſo puer cunctis virideſcens ſemper Adonis.
Occaſe & rediuiue ſtatis vertentibus annis.

Finxerunt antiqui, qui Adonin Solem eſſe putarent, illum ab Apro hirſuta & aſpera fera ictum, quia aſpera ſit & hirſuta hiems, ſub qua ſolis vires paulatim deficiunt. Ea res eſt omnino Veneri inimica, quoniam per aëris temperiem viget Venus, cum frigus vt inimicum natura opus non ingrediatur. Cùm ſol igitur in ſignis ſex Auſtralibus extiterit, per ſigniferum incedens, breuioréſque ſint dies ac longiores noctes, tum dicitur Adonis apud inferos morari: cùm verò ſigna Borealia lõgiores dies fecerint, tunc eſt apud Venerem, per quam omnis venuſtas omníſque nitor aruis reſtituitur: ea de cauſa illum ait Orpheus modò eſſe apud ſuperos, modò apud inferos. Alij, inter quos Theocriti Scholiaſtes. Adonin ſemen tritici eſſe ſentiunt, Mortuus Adonis (inquit) ſex menſes moratus eſt in gremio Veneris, quot etiam apud Proſerpinam. Adonis frumentum eſt ſatum, quod ſex menſes degit ſub terra, ſex menſes illum habet Venus, aëris temperies ſcilicet, ex quo illum meſſores colligunt, templum autem habuit in Byblo Phœniciæ vrbe, vbi pater eius regnarat, Virg. in Gallo.

Et formoſus oues ad flumina paſcit Adonis.

De quo Ouidius latè libro decimo Metamorphoſ.

Adonis Phœniciæ fluuius eſt. Ptol. & Luciano qui ſcribit eum oriri ex Libano & circa Byblim in mare effundi, quotannı́ſque cruore infici, ipsúmque mare magna parte purpureum efficere, Canis hodie Mario Nigro Iuſtus Giſtelius in ſua peregrinatione. Hieroſolymitana dicit ab accolis Narracellebe nominari & canem ſignificare à cane marmoreo in eius ripa olim poſito, Pauſanias: Rubræ æquæ fluuium circa Ioppen deſcribit fontem Hortorum de Libano in ſacris eſſe credit Poſtellus. vide Plin.5.20. Hinc horti Adonidis, pro inſtructiſſimis.

Adoniſedec. Rex Ieruſalem. Ioſue 10.

Adoram filius Iectan. Gen.10.26.27.

Adoreus, mons eſt Phrygiæ, ex quo Sangarius erumpens, fluuius per Phrygiam labitur in Bithyniam. vide Dydimus.

Adra, Illyrici vrbs. Ptolem. Zerunaz. Caſtellum eſt hodie, vt tradit Marius Niger.

Adra, ciuitas Arabiæ petroſæ. Ptolem.

Adra, oppidum Syriæ Cœles, 1.cauæ, apud Ptolem. Eſt item, eodem authore, Liburniæ ciuitas.

Adrabæ, campi Ptolemæo. In Auſtria ſunt, vt Lazius docet, & Marckfeit dicuntur.

Adramelech idolum Aſſyriorum, quod etiam Samaritani coluerunt.

Adramelech filius Sennacherib, regis, 4.Reg. 19.Iſa.37. deus item Sepharuaim. 4.Reg.17.

Adramis, & Adramin, nomen viri proprium.

Adramittẽnus. Cic. pro Flac. Quid (inquit) ſi occiſus eſt à Pyratis Adramittenus, homo nobilis, cuius eſt ferè nobis omnibus nomen auditum. Hæc, ille Steph.

Adramitteos, oppidum vnguentis delectabile: Plinius 5.30,9. & cap.1.13,15. olim Pedaſus.

Plinio

Plinio auctore Troadis oppidum ; quod nunc Landrimiti dicitur Nigro teſte , Atramyttium Ptolemæi eſt.

Adramyles, vide *Pſyctrius.*

Adramyteis, inſula Liciæ Seph.

Adramyttus, vide Adrumetum.

Adrana , vrbs Thraciæ parum ſupra Berenicem quæ & in ſecunda per ν ſcribitur, ἀδρήνη, Turcis Edrenos. Step. Eſt etiam fluuius Cattorum in Germania, Tacitus, anna lib. 1. ſe in Rhenum exonerans *Rheos* fortè , vt ſcribit Richeimerus. Ædera hodie dici exiſtimat Althamerus, ſed is vbi locorum ſit non addidit. *Eder* ex eo facit Iunius, additque Cattorum fluuium eſſe & in amnem Adan exire. In ſua Batauia autem ſcribit eum in fuldam euolui, & hoc ex tabulis verum eſſe conſtat.

Adranus, Deus cui ſacra erat Adranus (hodie *Aterno*) ciuitas.

Adranum vel Adranon Plutarcho in Parallelis, Siciliæ mediterranea vrbs eſt, vel in Ætnæ montis radicibus fluuium habens eiuſdem nominis, Stephano auctore. Hadranum habet Silius nunc Aderno dicitur Fazello , & Aretio auctoribus.

Adrapſa, orum, vrbs Bactrianæ. Strabo lib. 15.

Adraſtia , regio non longè à Troade quæ eſt in Myſia, ab Adraſto rege dicta, qui primus Nemeſis, id eſt, Fortunæ templum ædificauit, Adraſtiámque vocauit.

Adraſtia , Iouis ac Neceſſitatis filia, ſcelerum vindex acerrima, quam nemo flagitioſus neque magnus , neque paruus vi aut clam effugere poteſt. Alij nunc alio nomine Nemeſin vocauerunt , eiúſque ſedem Ægyptij Sacerdotes ſupra Lunam conſtituerunt , vt inde , velut regina & arbitra hæc inferiora deſpectaret. Strab. lib. 13. nominis rationem refert ad Adraſtum regem, qui primus Nemeſi templum erexit, Adraſtiámque vocauit. Pharnutus, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ δρᾶν, quaſi ἀεὶ δρωσαν quod nihil eam impediat , nihil fruſtretur, nihil ea infectum relinquat: vel vt Pauſanias ait ἀπὸ τοῦ ἀδράσκειν , quod ſcilicet nemo nocens meritam pœnam vnquam effugerit, etiam ſi aliquando tardiùs aſſequitur. Virgil. in Ciri, *vt ſcelere infando , quod nec ſinat Adraſtea. Ledere vtrumque vno ſtudeas errore parentem* , vide Nemeſis.

Adraſtus, XIII. Sicyoniorum rex, regnauit annis 4.

Adraſtus , rex Argiuorum Thebanis bellum intulit pro Polynice genero ſuo : ſed vtrinque multis occiſis , domum redijt re infecta. Stati. teſte. Fuit & alius Adraſtus , teſte Homero lib Iliad. 2. Percoſij filius, vt infrà videbimus in dictione Percoſius.

Adrazatus, Sophinæ rex.

Adremmon Zachariæ cap. 12. oppidum eſt vicinum vrbi Ieſreel & Mageddo propè quod rex Ioſias interfectus eſt. Hieronymus ſcribit ſuo tempore Maximianopolim vocatam eſſe.

Adremon , aliàs Aodremon , Thoantis pater Homerus Iliad. 2.

Adreſta, Helenæ ancilla. Odyſſ. 4.

Adria, Adriacum, & Adriaticum: vide Hadriaticum,

Adria, Steph. & Ptolem. Romanarum colonia in Piceno quinta Italiæ regione VII. M. paſſuum à mari diſtans à qua ager ipſe Adrianus dicebatur, vino generoſiſſimo nobilis, quod & ipſum Adrianum fuit appellatum. Plin. libro 3. cap. 13.

Adria , vrbs Græciæ , Illyrico mari proxima huicque Adriatico nomen dedit. Liu. primæ Decad. lib 5. Iuſtinus lib. 20. Eius ciues Venetorum fines aliquando infeſtarunt, quibus Otho Vrſcolos occurrit , victórque apud Lauſetum tanta clade affecit, vt nunquam finitimis bella inferre, auſi fuerint.

Adria, id habuit nominis à flumine Atheſi, ante Adria dicto, vt ait Strab.

Adriani, vide Bythinia.

Adrianopolis, ciuitas eſt Thraciæ ad Hebrum fluuium primum Oreſta dicta, ab Oreſte conditore: poſtea ab Adriano inſtaurata , quum ei furore agitato reſponſum eſſet, vt ſe in furioſi domum reciperet. Cæl. Rhod. lib. 17. c. 2. Turcarum regia ante captam Conſtantinopolim. Hodie *Adrianopoli*.

Adriaticum mare contra Rauennam , quod per oſtia Padi fluuij intratur , ſumpto vocabulo ab Adria proxima ciuitate , quæ idem mari Adriatico nomen dedit. Strabo 5. Hoc pelagus. Paulus emenſus eſt. Act. 27. Plin. lib. 3. cap. 16. Eius inſulæ. Plin. libro 3. cap. 5. Quantum à Propontide diſtet, libro 4. capit. 11. vide *Hadria & Adria*.

Adrianopolitæ , vide Gonei & Neocæſaria, & Palmyra, & Stratonica. Nouæ Athenæ Adrianæ: vide Olympicum. De Adria colonia, Plin. libr. 3. cap. 13.

Adrianus Imperator , qui poſt vexatos Chriſtianos morbo aquæ intercutis perijt. De quo Cæl. Rhod. libro 2. 29. & 30. Pauſ. libro 2. Sab. libro 6.

Adrianus Phœnix: patria Tyrius, docuit Athenis multo cultu victúſque ſumptu. Amatus eſt magnopere à M. Antonino , & Romam ab eodem ductus.

Adrianus Ager. Plin. lib. 3. c. 13. & 14.

Adrias, vide Idrias.

Adricam, Pœnorum rex, Aprio Ægyptiorum regi ſe ſuóſque dedidit.

Adrius eſt mons Dalmatiam per medium

Digitized by Google

ſecans Strab.lib.7.vide Ardius.

Adrobicum Hiſpan. vrbs in Artabris Pomponio lib.3.cap.1.

Adrotta, vrbs Lydiæ maritima. Steph incolæ Adrotteni.

Adrumentum Plinio, ſiue Adrumentium. ciuitas Myſiæ. Adrumitus Ptolemæo, Adrymam Straboni. Adrimes Stephano. Africæ propriæ vrbs, dicitur etiam Adrumens, Adrumetis, Hieronymus autem aut ſi quis alius fuit auctor in Catalogo locorum. Act. Apoſt. indicat Adrumentum eſſe ciuitatem in Bazatio regione Africæ, quam Marius Niger *Siſſa* : Alphonſus Adrianus *Trulb*, alij *Machometta* appellant. Adramyttus eam vocat Procopius & Iuſtinianam ſuo tempore nominatam addit. Hadrumentum cum aſpiratione, & n, in penultima enunciat Mela. Cum n,in penultima etiam ſcribunt Tacitus. & Plinius. In Theſauro Goltzij eſt huiuſmodi antiqua inſcriptio, Colonia Concordia Vlpia. Traiana Aug. Frugifera Hadrumetina. eſt & alia Adramitis Inſula Lyciæ.

Adrymes,vrbs Libyæ Stephan. vide Adrumetum.

Adryx,vrbs Syracuſiorum,Steph.

Aduas,vide Abdua.

Adualla ſeu Aduallas,vide Adula.

Aduatici, ex Cæſare Belgarum populi, regni Eburonum (nunc Leodienſium) finitimi : ac Neruis (nunc Tornacenſibus) proximi, habebant amplum & in altiſſimis rupibus oppidum, quod etiam, vt quibuſdam videtur *Beaumont* appellatur, vicinum Thuduino in finibus Hannoniæ. Aliis videtur eſſe aliud oppidum Attrebatenſis diœceſis, vulgò *Douay* nuncupatum. Hi populi ex Cimbris Teutoniſque prognati erant, qui Transrhenani fuerunt. Quanquam nonnulli malunt Aduaticos fuiſſe eos qui hodie Gallicam Brabantiam, vbi hodie oppidum Niuella eſt, partémque Hannoniæ circa Cannetum montem & Bintium oppida Cameracenſis diœceſis, finitimáque his loca extra Francorum regnum inhabitant. De his multa apud Cæſarem, lib.2. 5. & 6. & per t in primâ habet Dio, Auatici. Hos Rhenanus putat à Cicerone *Atuas* dici.

Aduaticum Tungrorum, nunc Abbatia Brabantiæ quàm amœniſſima, *Tongerloo* Huberto Leodio vocata. Ergo apud Ptolemæum Aduaticum non inuenio, ſed Atuacutum.

Addúbanus, & Addúbanum: fluuius qui & Iſter, & Danubius dicitur, vide idcirco Danubius.

Aduentus, Conſul Romanus. Euſeb.

Adula, Straboni mons l.4. inter Alpes ex quo Rhenus fluit verſus ſeptentrionem, inque contrariam partem Addua in lacum Larium qui ad Comum eſt, delabitur. In quibuſdam Strabonis exemplaribus ſcribitur [illegible] *S. Gothard.*

Ioanni Poldo. *Der Vogel* Schudo; *Etzel* Willichio, qui addit eum ſic ab accolis vocari. Graius hodie appellari ſcribit Iouius in libello de Larij lacus deſcriptione.

Adule, Ptolemæo Æthiopæ ſub Ægypto vrbs, ad Sinum Arabicum fortè hodie: Breoco. Adulitonoppidum Plinij & Stephani Adulis quod panis Inſulam idem vocat.

Adul, vrbs Æthiopum: qui & Panos inſula dicitur. Steph.

Adulitárum oppidum. Plin.7.29.40.

Aduliton oppidum in regione Troglodytarum. Plin.6.20.35.

Adullam, nomen ciuitatis. Ioſ.12.15.

Adultus Iupiter cognominatus, vt etiam Iuno adulta. Nam præcipuè in connubiis Ethnici deos quinque inuocabant, Venerem, Suadelam, Dianam, Iouem adultum & Iunonem adultam. Plutarch. in problem.

Adumen, fluuius haud longè à Roma. Euſeb.

Adunicates, populi in Gallia Narbonenſi, Plin.lib.3.cap.4.

Aduram, nomen viri qui erat ſuper tributa regis Dauid.2.Reg.20.3.Reg.12.

Aduram, ciuitas, ædificata à Roboam.2. Paral. 11.

Adyrmachidæ, populi ſunt interioris Libyæ, apud quos vxores in vtroque crure armillam æream geſtant : vterque verò ſexus comatus eſt ex æquo, quo fit vt multos alant pedunculos, Cæl.Rhod. vide *Marmarica*.

Adyrus, vide Caicus.

Æ

Æa, metropolis Colchidis ad Phaſin amnem quæ eadem Æapolis dicitur. Plin. lib.6.cap.4. & Stephan. Vide Dioſcoridem & Dioſcuria. Eſt quoque Africæ vrbs, Silius l.3. *Æaque Trinacries Afris permixta Colonos.* Eſt & in Theſſalia. vrbs Æa, Stephano, Item Macedoniæ fons, circa Amydonem vrbem.

Æacides Achilles Æaci nepos ex Pelea Æaci filio.

Æacides, Pyrrhus Epirota, ab Æaco trahens originem, dictus eſt. Virg. Æn.3.& 6.

Coniugio, Æacidæ Pyrrhi ſceptriſque potitum.

Æacides inſulæ ſunt apud Stephanum, quarum vnam Oenonem vocat. In Saronico ſinu eſſe, ex Thucyd. 2. & Strabonis 8. quidam colligunt.

Æacus, Iouis ex Europa ſiue ex Ægina filius. Hic apud Oenopiam (ſic quidem legitur, ſed niſi apud Strabonem eſt mendum, Oenonem legendum eſt) regnaſſe dicitur, quam ex nomine matris Æginam nominauit filius. Quem tantæ iuſtitiæ fuiſſe dicunt, vt apud inferos animarum creditus fuerit à Plutone delectus iudex cum Minoe & Rhadamantho, & peccantium,

tium peccata diſcutere, & pro meritis pœnas inferre. Vide in Ægina. Ouidius.

——tuáſque,

Aeacus in pœnas ingenioſus erit.

Æacus, Endeida Chironis filiam in vxorem duxit, ex qua Talamonem genuit & Peleum deinde è Pſammathe Nerei filia compreſſa genuit tertium Phocum, quem Peleus occidit. Ab eo fit Aeacideius, a, um.

Aêa, inquit Seruius, Circe dicta ab aſpernantium voce propter celebratas illic corporum mutationes. Quanquam commentarij Apollinij Rhodij teſtentur Aeæam & Circeida vocari Circen ab vrbibus Colchorum & Medeam vocauit etiam Aeæam, vel quia Circes artibus mederetur, vel quia pernicioſa extiterit compluribus, Virg. lib. 3. Æneid.

Infernique locus, Aeaaque inſula Circes.

Aeæ, ſiue Aeæa, inſula fuit in mari Tyrrheno, non modico olim freto ab Italia dirempta, hodie continens, ita tamen vt paludibus vndique cincta inſulæ ſpeciem præ ſe ferat. Plin. lib. 2. cap. 85. & lib. 3. cap. 1.

Aeaména, Nabathæorum regio, Steph.

Aeána, vrbs Macedoniæ. Stephani vide Aeanum.

Aeanitis, Nabathæorum regio, Steph.

Aeantides, Hippoclis filius. Lampſacenorum tyrannus, magnæ apud Darium regem auctoritatis Aurhedicen Hippiæ Athenienſium tyranni filiam vxorem duxit Thucyd. lib. 6.

Aeantium, oppidum Troadis in Sigæo Aiacis ſepulchrum. Plin. 5. 30. 22. Æantium item eſt Magneſiæ promontorium, Plinio authore 4. 92. Eſt item Æantium oppidum Macedoniæ Ptolemæo, aliàs Æanum.

Aeanum, Macedoniæ oppidum ab Aeano Helymi filio Tyrrhenorum rege dictum: inde Aeanicus.

Aeas, antis, Epiri fluuius ex Macedonia defluens, in Ionium mare ſeſe exonerat, Luc. li. 5.

Purus in occaſum, ſed paruus gurgite Aeas.

Ionia fluit inde mari, &c. Plin. lib. 3. 23.

Aebucæ, inſulæ quinque Britanniæ. Step. vide *Hebudes*, & Ebudæ.

Aebûra, vrbs Hiſpaniæ Tarraconenſis. Steph. hodie *Talauora* teſte Beuthero.

Aeeca, vrbs Colchorum ad Phaſin fluuium, & Aeca, Italiæ, à qua Aecani populi, Plin. lib. 3. cap. 11.

Aecaum, caſtellum Italiæ. Steph.

Aecani, populi Thuſcorum quos deuicit Camillus, eorúmque vrbem vaſtauit. Plutarchus in Camil. vide Aequi.

Aechilenſis, vide Cornenſis.

Aecilus, viri nomen. Strab. lib. 10. dicens. Poſt res verò Troianas Aeclus & Cochus ex Athenis profecti habitauerunt: Ille quidem Aeretriam, Corbus verò Chalcidem.

Aeculani, populi in ſecunda regione Italiæ. Plin. lib. 3. cap. 10.

Aedemon, Ptolemæi libertus, qui patronum à C. Cæſare interfectum vltus eſt. Plin. lib. 5. ca. 1.

Aedepſum, ſeu Aedepſus, oppidum Eubææ vbi ſunt Herculis Thermæ. Plin. 4. 12. Strabo lib 10. ſtatim ab initio, Steph. de vrbibus.

Aedeſia, mulier Aegyptia, vxor Hermeæ. & Syriani philoſophi propinqua, totiúſque caſtitatis & probitatis exemplar, cuius vitam latiſſimè ſcribit Suidas.

Aedeſſa, Macedoniæ vrbs in Aemathia regione, Ptolemæo, Vodena Sophiano, qui eandem Moglæna dictam tradit in Schedula Græciæ ſuæ tabulæ adiecta.

Aedon mons Thraciæ, vide Aedonus, poſſeſſiuum, Virgil. *Ac velut Edoni Boreæ*, &c. vide *Edon*.

Aëdon, vxor Zethi regis, fratris Amphionis. ait Bocat. lib. 5. Itylum filium per errorem nocte interfecit, putans eum Amanea ſiue Amandea Amphionis eſſe filium, inuidebat enim vxori Amphionis, (quòd illi ſex eſſent maſculi) quæ crimen cognoſcens, optauit mori: miſeratione tamen deorum in Carduelem verſa. Itylum deflere dicitur.

Aedonis, inſula Aegyptij maris, Ptolemæo. Hæc fortaſſe Platæa Herodoto dicitur, in Melpomene, & quam inter Gigamas & Adyrmachidas deſcribit.

Aedui, Cæſari, Ptolemæo, & Straboni, Galliæ populi ſunt, *Bourguignons* hodie interpretantur. Burgundiones enim quos Agathias Burgundiones vocat (vt Rhenanus docet) ſub Theodoſio in horum regionem tranſgreſſi ſunt.

Aeduani, à C. Silio ad Auguſtodunum victi, cæſique ſunt. Tacit. lib. 1.

Aeduſij, ſocij Romanorum, iuxta Galliam Celticam. Steph. fortè Aedui.

Aeeta, vide Caieta.

Aeeta vel Aethes, Colchorum rex, Solis filius ex Perſa Oceani filia, liberos habuit Medeam, Abſyrtum, & Calciopen. Ad hanc Phryxus, Athamantis filius peruenit, & aureum vellus detulit: quòd cùm vigilantiſſimè ſeruaret, eius cauſa bellum geſſit cum Argonautis: tandem ab Iaſone & ſpoliatus, & regno pulſus eſt, ſed iam ſenex ab eodem in regnum reſtitutus.

Aetes, portus eſt in Italia, vbi cum Argo nauem applicuiſſe aiunt, & Iaſonem cùm Medea à Circe expiatos, Iſac. Tzetzes in Lycoph. Valer. Flacc. lib. 2.

Phaſin & Aethen, Sythicique pericula Ponti.

Colchidis fluuius hic videtur.

Digitized by Google

Æetias, patronymicum, Medeæ Æetæ filia, Ouid. 7. Metamorph.

Concipit interea validos Æetias ignes.

Æga, Nympha, quæ ex Oleno nata, Iouis nutrix fuiſſe fertur, vt Hyginus aliiſque prodidêre. Quidam Ægam Panos vxorem dixêre, à qua & Ægis dicta. vide plura apud Hyginum.

Æga promontorium eſt Æolidis, non procul à Caici fluminis oſtio. Strab. lib. 3.

Æga, Phocydis regionis fluuius, oppidum item Æmoniæ Hyginus. vide Canna.

Ægabro, vide Bæbro.

Ægæ, Macedoniæ oppidum: Plinio Meloboteram quoque vocari ſcribit. Steph.

Ægæ, arum, pluralis numeri, vel Æge, ges. vrbs Ciliciæ. Lucan. lib. 1.

Et extrema reſonant nauabilibus Ægæ.

eſt etiam inſula in Ægeo mari, de qua in ſequentibus. Item Achaiæ in Peloponneſo vrbs ad Barnicum fluuium. Pauſaniæ.

Ægæ, oppidum Æolidis percelebre. Plin. 4. 30. 4. & cap. 27. 53. & cap. 30. 52. Stephan. plures huius nominis vrbes recenſet in Locride. Lydia, Eubœa, Myrthine Thracenſi Cherſoneſo, in Æolide, & in Ætolia.

Ægea vrbs alias Caryſtos. vide infrà.

Ægæa, nomen duarum vrbium Ptolomæo quarum vna li. 3. ca. 4. 13 in Æmathia Edeſſa prius vocata. Pli. verò li. 4. ca. 10. Ægæa in qua mos erat ſepelire reges. Altera teſte Ptolomæo lib. 4. cap. 2. in Mauritania. Sunt & Achaicæ Ægeæ, penes quas Cretinus amnis labitur. Sunt & Ægeę aliàs Æge, Euboicæ, à quibus Ægeum mare dictum eſt Strabo.

Æga Amazonum regina, à qua Ægeum mare (in quo periit) nomen ſumpſiſſe vult Feſt. Pomp.

Ægeum, gigas ſæuus & immanis Cœli & Terræ filius, qui vno ictu centum ſcopulos in Iouem contorquebat: Victus demum, alligatus eſt à Neptuno ſcopulo Ægei maris. Stat.

Audierat duros laxantem Ægeona vectes.

Dictus autem Ægon, vt quidam volunt à γαίω id eſt ſuperbio: inde γαίων & per appoſitionem ἀγαίων & per pleonaſmum αἰγαίων. Hunc Homerus 1. Iliad. ab hominibus quidem Ægæonem, à diis verò Briareum vocari tradit. alij dicunt Ægæonem, immanem fuiſſe piratam, & ſic nominatum ab inſula deſerta, quæ Æge in Ægeo mari vocatur, in qua ſubſidebat more piratarum, quibus fas non eſt ob latrocinium ſuum vrbes incolere. Produnt fabulæ veteres, hunc centum à Ioue religatum catenis, vt poſſit inde intelligi eum potentiſſimum fuiſſe dum tot catenis eius adſtringuntur vires. Is autem Centum geminus ideò dictus eſt, quòd centum homines remigio deſeruientes haberet in manibus. De quo Ouid.

—balanarúmque prementem,
Ægeona ſuis immania terga lacertis.

Seruius eundem cum Briareo eſſe ſcribit apud Virg. lib. 10.

Ægeon qualis centum cui brachia dicunt,
Centenáſque manus, quinquaginta oribus ignē

Pictoribúſque aſtitiſſe, qui tamen ſecundùm quoſdam Centiceps etiam fuit. Hanc Virgilius cuſtodem addit Orci veſtibulo, ne Titanes ruptis vinculis vim inferis faciant. Videatur Heſiodus in Theogonia.

Aegeum mare vulgò *Archipelago*, pars maris Mediterranei propè Grçciam, Europam ab Aſia diuidens, multas habet inſulas inter Helleſpontem & Tenedum, ita appellatum quod Aegeus, Theſei pater ex Athenarum arce illuc ſe deiecerit. Aliis, quod Aegea, Amazonū regina, in eo perierit. Aliis ab Aegeone, de quo ſupra diximus: Straboni, ab Aegæis oppido in Eubœa: Plin. ab αἶγος αἰγός deriuat, qui lib. 4. ca. 11. verſ. 50. ſic ſcribit, Aegæo mari nomen dedit ſcopulus inter Tenedum & Chium, verſus quam inſula αἴξ nomine, à ſpecie capræ, quæ à Græcis ita appellatur, repente in medio mari exiliens, Solin. Inter Tenedum & Chium eſt & Claros inſula qua Aegęus ſinus panditur, ac extra Antandrum ſaxum eſt: hoc enim verius, quàm inſula cognominari meruit. Id quoniam viſentibus procul capræ ſimile creditur, quam Græci αἶγα nuncupant. Aegeus inquit, ab eo ſinus eſt appellatus. Varr. hodie à Turcis mare album vocatur. Thucydides hoc & Polybæus Mare Græcum vocant. Plin. auctor eſt, totum hoc mare à Romanis duobus nominibus appellari, Macedonicum, quodcunque Macedoniam aut Thraciam attingit: Græcienſe verò qua Græciam alluit. Aethicus Cycladum Mare nominat, non malè, ſed nulla auctoritate.

Aegæis, tribus Attica, ab Aegeo, Pandionis filio, Steph.

Aegagæes, mons Aſiæ vbi vipera ſerpens reperitur. Nicander.

Aegæus, Neptunus cognominatus eſt, ab Aegis Eubœæ inſula. Strabo. lib. 9.

Aegæus, fluuius apud Apollon. lib. 4. Corcyræ inſulæ addit eſſe eius Scholiaſtes.

Aegæus campus & regio in Phocide. Euſtath. in Dionyſum.

Aegaleos ſiue Aegaleum, Atticæ mons, è regione Salamine, Herodoto, Thucyd. Τζετζα, & mons Meſſeniæ apud Strabonem.

Aegara, Lydiæ vrbs. Ptolem.

Aegas, locus in Eubœa regione, vnde mare Aegeum eſt cognominatum: vbi (vt aiunt Poëtæ) Neptuni ſtabulantur equi, ob fluxum & refluxum maris. Strab. lib. 1.

Aegateos, nomen regis apud Strabo. li. 8 ſub quo antiqua Pylos Meſſenia ciuitas erat.

Ægates inſulæ, de quibus Tit. Liu. lib. 1. tertiæ Decad. apud has à Carthaginenſibus malè pugnatum: vide Canna.

Ægathes, Inſula Africi maris, cõtra Carthaginis ſinum, Pomponio: Hermolaus eam à nautis Gotham appellari opinatur: & Nardus Fauagnana: Pomponius & Florus.

Ægathes, numero multitudinis proferunt, Virgilius eas vocat *Aras* & ab Italis ſaxa nuncupari addit: quod ibi fœdera icta fuere inter Carthaginenſes & Romanos, Lutatio conſule. Singulari numero ægathes legit vbique Liuius.

Ægátes, promontorium Aeolidis, quod nunc Cane & Canæ dicitur Steph. ab Artemidoro αἴξ in nominatiuo dicitur.

Aegeæ inſula, Plin. 5. 31. 36 vide *Æga*.

Aegelnos, vrbs in Theſſalia quam Attalus oppreſſit, Liu. lib. 1. 4. Dec.

Aegeli, populi in Media. Steph.

Aegemon poëta, bellum Leuctricum Thebanorum & Lacedæmoniorum verſibus ſcripſit, Volaterran.

Aegeria, Dea à mulieribus Ethnicis colebatur, quod eam opitulari credebant partui egerendo. Feſtus.

Aegeria, nympha nemoris Aricini, colebatur prope Aricinium lacum, cum qua Numa Pompilius nocturnum colloquium ſe habere ſimulauit ſuper cultu religionum, quo armorum & prædæ ſtudio flagrantem populum Romanum abſtraheret, & leges à ſe conditas ſanctiores redderet, Plutarch. in Numa. Alij dicunt fuiſſe vxorem Numæ Pompilij ſecundi, regis Romanorum, quæ teſte Ouid. libr. 15. Metamorphoſeôn, mortua Numa ob dolorem Pendo in fontem ſui nominis verſa eſt. Idem libro Faſtorum tertio. *Ægeria eſt quæ præbet aquas, dea grata Camœnis, Illa Numæ coniux, co ſilium que fuit.*

Aegeſtan, Steph. populi ſunt Siciliæ quorum vrbs Aegeſta non procul à Lilybeo promontorio ſita eſt, ab Aegeſto Troiano nomen habens. Hi Segeſtani vocantur à Plinio libro 3. capite 8.

Aegeſtæ, vide Theſprotia.

Aegeſtorum, vel Aegeſtenſium emporium vrbs in Sicilia. Strabo lib. 6. & Diod. 11. hodie *Caſtro ad mar di golfo.* Leander & Aretius qui tradit Segeſtanorum à Strabone vocari, ſed an hoc ſuóve errore, an typographico, ignoro, apud Strabonem enim non Segeſtanorum, ſed Aegeſtanorum eſt. Segeſtanorum autem emporium apud Ptolemæum legitur: an idem tamen ſit neſcio. Differentia namque diſtantiarum à Panormo, quam Strabo & Ptolemæus ponunt, me ſubdubitare cogit. Aegeſtum ſecundum quoſdam alio nomine, Agragas dicta fuit, vt ſcribit Iſaicus Tzetza, at falsò, quantum ego æſtimo.

Aegetini, Calabrorum gens mediterranea, Plin.

Aegeus, Athenarum rex, filius Neptuni, duas habuit coniuges: quarum prima dicta eſt Aethra filia Pithei regis ex qua Theſeum ſuſcepit. Secunda, vt teſtatur Ouidius, fuit Medea profuga, quam ab Iaſone repudiatam atque fugientem non ſolùm ſuſcepit hoſpitio, ſed illam etiam ſibi matrimonio copulauit, & ex ea vt placet Iuſtino, Medum filium ſuſcepit. Succeſſit quidem in regno Pandioni regi, re vera patri. Aegeo regnante Athenienſibus bellum intulit Minos Cretenſium rex ob cædem Androgei filij, legéſque duriſſimas impoſuit, vt ſcilicet quotannis ſeptem iuuenes nobiles in Cretam mitterentur ad Minotaurum, qui tribus annis ſorte miſſi ſunt: quarta autem ſors obtigit Theſeo, qui maximo patris Aegei dolore nauem conſcendit: & cum omnia nauigij ornamenta nigra eſſent, & nauis velum, habuit in mandatis à patre, vt ſi contingeret in agendis eum fœlicem ſortiri exitum rediens naui album apponeret velum, amoto nigro, vt eminus ſortem ſuam noſceret. Theſeus autem Ariadnæ conſilio victor, mandatorum immemor, non amoto velo nigro rediit. Aegeus excelſa turri proſpectans nigrum velum Theſeum mortuum arbitratus, ex turri ſe deiecit in mare, quod ab ipſo vocatum eſt Aegeum: & mortuus, ab Athenienſibus liberatis, & Neptuni filius, & marinus Deus in ſolatium Theſei conſecratus eſt. Ex Plutarcho & Seruio. Hinc Aegides patronymicum, id eſt, Theſeus. Ouid. libr. 8.

Protinus Æ‹g›ides, rapta Minoide, Diam.
Vela dedit. &c.

Aegeus, Pandionis filius, Athenienſium rex, regnauit annis XLII. Hic ab Homero Augeas appellatur.

Aegiæ Laconicæ oppidum. Pauſan.

Aegiala, ſiue Aegiale Amorgi Inſulæ vrbs, Hyali nouo vocabulo dicta Sophiano. Neſcio vbi is vetus nomen inuenerit, niſi Suidæ αἰγιαλὸς ſit, vide Stephanum.

Aegiale, ſiue Aegilia Diomedis vxor, quæ marito apud Troiam, bella gerente, cum Cyllabano, ſiue Cyliebero, Steneli filio rem habuit quod vbi Diomedes comperiſſet, domum reuerti noluit verecundia ductus, ſed in Italiam poſt Troiæ expugnationem vectus, regni partem à Dauno ſortitus eſt. Quidam dicunt eam Nauplij patris Palamedis ſuaſione adhæſiſſe alteri. Lycophron ait Diomedem Stenei filio Cometæ commiſiſſe domum & vxorem: ſed Venerem, quia à Diomede vulnerata

Digitized by Google

funeret, talem Ægialæ fauorem immiſiſſe, vel cum omnibus iuuenibus quàm turpiſſimè viueres, præcipuè autem cum Cometa conſueſceret.

Ægiale, ſeu Ægialea, vna eſt Gratiarum, vt inquit Lactantius, alio nomine Thalia. vide dictionem, *Aglaia*.

Ægialeus, Phoronei filius, qui Apis (quem quidem Phoronei, quidam Iouis filium ex Niobe, Phoronei filia eſſe tradunt poſtquam Argis regnaſſet, in Ægyptum tranſiens, Achaiæ regnum reliquit. Alij Ægyaleum, Inachi filium ex Melia Oceanitide faciunt, & ab ea Begialeam dictam, quæ poſtea Peleponneſus à Pelope vocata eſt.

Ægialeus, Medeæ frater, alio nomine dictus Abſyrtus, à qua diſcerptus fuit, vt patri eam perſequenti moræ injiceretur.

Ægialeus, primus Sicyoniorum rex, regnauit annis 52. à quo Ægialea nuncupata eſt, quę nunc Peloponeſis vocatur. Euſeb.

Ægiali, populi, Sicyoni poſtea à Sicyone eorum rege nuncupati, vide Sicyon.

Ægialia, Plinio circa Peloponneſum Inſula eſt, Ætoliæ adiacens, quam Sophianus Cecerigo indigitat. Idem in ſchedula quam Græciæ ſuæ tabulæ adiecit: eandem Anticythuriam, Eplam, Ægilem, & Styram appellat. Gerbelius quoque Eplam à Ptolomæo dici putat. Ogylos per ω in prima videtur Stephano nominari, vide Argos & Sycyon.

Ægialeos, Achaia, teſte Plinio lib. 4. cap. 5. propter vrbes in littore diſpoſitas.

Ægialius, vide Apſorrus.

Ægialum mons Aſiæ minoris, Cedren.

Ægialus locus inter Sicyonem & Bupraſium: & alius proximus Ponto cum vico ejuſdem nominis. Eſt & Ægialus mons in Æthiopia Ægypti. Steph. Plin. 4. 7. 9. Item, vrbs Aſiæ minoris iuxta Cromnan, iuxta Homer. verſum *κρώμναν τ' αἰγιαλόν τε, καὶ ὑψηλοὺς ἐρυθίνους*, vbi tamen pro *αἰγιαλὸν*. Strabo lib. 12. ſcribit quoſdam legere *καβιαλὸν*. Videatur & Arrian. in Perip. Oppidum in Thracia iuxta Strymonem, in Æthiopia iuxta Nilum, item, ſecundum Pontum poſt Carambim promontorium. Steph.

Ægialos, vide Achaia.

Ægida, oppidum, Plin. lib. 3. cap. 19.

Ægidus Francorum rex, regnauit annis VIII. quem Childericus fudit, vicitque recuperato regno. Æmil. lib. 1. vulgò *Gille* appellatur.

Ægicoris, vide *Ægecorite*.

Ægida, vide Iuſtinopolis.

Ægila, inſula. Pli. 4. c. 14. quindecim millibus paſſuum à Cythera, eadémque à Cretæ Phalaſarna oppido XXV. millia paſſuum. Aliis Aegyla ſcribitur per ypſilon, Plin. lib. 4. cap. 12. Candelabris nobilis 34. 3.

Aegila pars Antiochidis tribus. Steph.

Aegila, Africæ vrbs duo cognomina à Boræo promontorio itinere dictum quatuor, viro expedito, diſtantes verſus meridiem. Procop.

Aegilia inſulæ eſt inter Cretum & Peloponneſum, Steph. Styreorum eſt, vt tradit Herodotus l. 6. Item Atticæ vicus Athenæo. vide Begialis.

Aegilips, ægilipis, nomen vrbis Acarnaniæ Strabo. & loci in Epiro, Steph.

Aegylium, vide Dianium.

Aegylium, inſula, Plin. lib. 3. c. 6. contra Coſanum litus ſita.

Aegilodes, ſinus Laconiæ, Plin. li. 4. c. 5. verſ. 9.

Aegilon, vide Capraria.

Aegilon. Plin. 3. c. 5 inſula inter Cretam & Laconicam, regio quædam in Laconia, pars tribus Atticæ cuiuſdam ab Aegilo heroe.

Aegilops, Homero locus apud Crocyleam Epiri. Stephanus.

Aegimius, ſenis ætate prouectiſſima nomen quem Anacreon poëta, teſte Plinio libro 6. cap. 48. tradidit ad ducenteſimum vſque annum vixiſſe.

Aegimorus, id eſt Capraria, inſula vltra Corſicam, inſidioſa naufragiis, de Aegimoris inſulis Plinius lib. 5. cap. 7. Stephanus Aegimoron inſulam Libyæ facit. Hodie *Caietta* vel *Gaietta*, Strabo eam inter Africam & Siciliam deſcribit Ptolem. inter Sardiniam & Africam. Cæſari autem & Liuio Aegimorus dicitur à Græco: Plinius tamen Aegimoros numero plurali habet, ponitque eas contra Carthaginenſem ſinum, additque eas veriùs ſcopulos, quàm inſulas eſſe.

Aegimus, rex Dorienſis, circa Oetam. Vide Stephanum in Dyman.

Aegina, Aſopi Bœotiæ regis filia, à qua vrbs Peloponneſo adiacens contra Atticam, Aegina vocatur. Ou. l. 6. Metam. Enopiam (aliis Aenopiam, & aliàs Oenopiam) veteres appellauère, ſed ipſe Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit. Hinc Aeginentes dicti & Aeginetæ. Sunt qui dicant Aeginam inſulam Pyreo portui propinquam: diſtat enim ab eo XII. millibus paſſuum, à qua Aeginetæ dicti ſunt eius incolæ. Vide Stephanum. Aegina olim Myrmidonia dicta eſt. vide *Myrmidones*.

Aegina, Aſopi regis Bœotiæ filia, quam Iupiter amauit, & in ignem verſus eam compreſſit, ex qua poſtea Aeacum & Rhadamantum ſuſcepit. Fama eſt autem Aeginæ colonos aliquando omnes morbo ſuiſſe abſumptos, ita vt ſolus Aeacus fuerit ſuperſtes, qui cum grauiter ferret inſulæ ſolitudinem, Iouem precatus eſt, vt aliquo pacto homines repararet, ita dicens, vt refert Ouid. Metam. lib. 7.

Iuppi-

Iupiter ô dixiſſe te non falſa loquuntur.
Aegina amplexus quendam ſub Aſopidos eſſe.
Nec te magne pater noſter pudet eſſe parentem:
Aut mihi redde meos, aut me quoque conde ſepulchro.

Iupiter autem illis precibus commotus formicas in homines mutauit. Hi vori ſunt Myrmidones, id eſt, formicarij, de quibus vide *Æginenſes.*

Aegina, inſula in qua Aeacus regnauit circa Peloponneſum, in Aegeo mari, Epidaurico littori vicina, quam Myrmidones inhabitauerunt, qui ex formicis (vt habent fabulæ) facta ſunt: adhuc nomen retinet. Plin. 4.12. 22. Vulgò *Egina* olim oculus totius Græciæ, nunc in Ducatum erecta.

Aegina, vrbs Peloponneſi apud Homerum.

Aeginenſes, Aeginæ incolæ, quos Myrmidonas appellatos memorant, non quomodo in fabulis canitur, quod inualeſcente ingenti peſtilentia, formicæ ad preces Aeaci in homines verſe fuerint, verum quia formicarum more terram fodientes, petras tranſportarent, vt agri colendi materiam haberent, & in cauernis habitarent frugalitati & parſimoniæ ſtudentes, impenſaſque ædificiorum vitantes.

Aeginetæ, ſiue Aeginenſes populi incolæ Aeginæ inſulæ, quæ patria fuit Pauli medici.

Aeginetes, oppidum & fluuius Paphlagoniæ. Steph.

Aegineticus, ca, cum, poſſeſſiuum ab Aegina: vt Aegineticum æs, quod olim fuit in pretio, ex quo tantum candelabrorum ſuperficiem elaborabant. Plin 34.2.27.

Aeginum, Plinius 4.10.4. Illyriorum oppidum. Steph.

Aegiochus Iupiter, quod corio capellæ Amaltheæ vſus fuerit pro ſcuto, quando contra Titanas dimicauit. Vel, vt alij volunt, ab αἰγὸς id eſt capræ memoria, à qua puer fuit nutritus in Creta.

Aegion, oppidum Achaiæ. Plin. 4.5.3. vide Aegium.

Aegipan, à prædictis Pan eſt cognominatus, quod pedes caprinos haberet. Propert. libr. 3. elegia nunc ô Bacche tuis, &c. Capripedes calamo Panes hiante canent.

Aegipanes, homines nudi leues caprinos pedes habentes. Veteres huiuſmodi monſtra pro ſemideis, ſiue ſylueſtribus diis coluerunt quemadmodum Faunos ac Satyros, nemorum deos eſſe dixerunt. Panas agrorum, Syluanos Syluarum. De Aegipanis populis Plin. 6.30 28.45. & de Aegipanum ferarum laſciuia. 5. 1. 24. & cap. 58.7. 14.

Aegiræ, vrbs inter Aetolos & Peloponneſiacos Pomponius lib. 2. Plin. 4.53. Duæ vrbes hoc nomine Steph.

Aegira, inſula in Achaia, Plin. lib. 4. c. 5. in hac, non niſi ſanguine epoto, ſacerdos vaticinabatur.

Ægira, Ptolemæo, Achaiæ in Peloponneſo oppidum ab Homero, vt Pauſanias docet, Hyberesia vocatur, Hyperiam quoque dictam docet Stephanus, Gemiſtus per y in ſecunda ſcribit, Ægyra, & etiam Boſtitza nuncupari ait Xylocaſtro dicitur à Mario Nigro.

Ægirea vide Crocylion.

Ægiræſia, teſte Herodoto lib. 1. vrbs fuit Æoliæ Aſiæ, vide Ægyros & Ægyruſa apud Stephanum.

Ægirum, vel potius Ægyrus, Ægyruſa, Stephano: quam & ex Theopompo, Æginum appellat & Megaridis vrbem dicit, Volaterranus putat Ægoſthena Pauſaniæ eſſe huius quoque ex eo meminit Stephanus. Leſbi inſulæ vrbs, inter Methymnam & Mitylenem, vbi arctiſſima eſt inſula, Straboni hodie *Gernia* Mario Nigro.

Ægis, ſcutum Iouis, ἀπὸ τῆς αἰγὸς, id eſt, à capra, nam ille à capra Amalthæa nutritus eſt, cuius mortuæ pelle ſcutum ſuum operuit: capram poſtea vitæ reſtitutam, & alia pelle obductam, inter aſtra collocauit, ſeque ob capræ memoriam Ægiochum appellari voluit. Scutum verò Palladi dedit, cui ipſa Meduſæ caput impoſuit: quod qui intuebantur, protinus lapideſcebant. Hoc monumento armata Pallas, ad Troiæ excidium profecta eſt. Hora. Carm. lib. 1. Ode 15.

Iam galeam Pallas & Ægida, currúſque & rabiem parat.

Ægyſthus Thyeſtis filius, ex Pelopeia, eiuſdem filia quem infantulum mater regendi ſceleris cauſa perdendum feris expoſuit in ſyluis, ſed à paſtore inuentus, cuius beneficio quoque nutritus eſt, & inde αἰγίσθος dictus, quod nutritus ſit à capris. Hic prouectioris ætatis Atreum, impellente tamen patre, interfecit, & eiuſdem filium Agamemnona inter epulas, adiuuante vxore Clitemneſtra, qua etiam turpiſſimè vſus erat, obtrūcauit. Poſtremò ab Oreſte Agamemnonis filio, patris mortem vlciſcente, è medio eſt ſublatus Ouidius.

Quæritur Ægiſthus quare ſit factus adulter.
In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat,

Ægiſthus, Beli priſci filius (hunc tamen Apollodorus Neptuni & Libyæ filium facit, Danaúmque & Ægyptum genuiſſe ex Anchione Nelei filia, & Ægyptum vocat ille, quum alij Ægyſthum) & Danai frater. Huic Ægyſtho quinquaginta fuerunt filij: quibus cùm quæſiſſet Danai fratris filias coniuges, ab eiſdem Danai iuſſu omnes nuptiarum nocte, præter

vnum Lynceum, quem Ouidius Linum appellat, ſunt occiſi, qui poſtea expulſo Danao, regnum apud Argos inuaſit. Vide infrà, *Belydes*.

Aegitharſus, vide Agathyrſus.

Aegram Ptolomæo Achaię propriæ oppidum, vel Peloponneſi: quo in loco Iouem à capra nutritum ferunt, vnde oppido nomen: αἶγα enim capram dicunt. Secundum Stephanum eſt vrbs Achaiæ. Plin. 4. 5. *Viſtiza* Mario Nigro. *Beſtiza* Kyriaco Anconitano dicitur.

Aegle, Heſperi Italiæ regis filia, ſorores habuit Arethuſam ſeu Erethuſam, & Heſperethuſam, quæ ambæ Heſperides dictæ ſunt. Hæ amœniſſimos hortos colere dicebantur in extremis Africæ, iuxta Lixum coloniam à Claud. Cæſare deductam, in iis hortis auriferum nemus eſſe, cum aureis malis exiſtimabant, cuſtodiri verò à peruigili dracone, quem Hercules ab Eriſtheo miſſus occidit, pomáque aurea abſtulit. Alia fuit nympha Solis, & Neæræ filia. Eſt autem αἴγλη Græcis lux, ſeu ſplendor. Virgilius Ecloga 6. *Addit ſe ſociam, timidiſque ſuperuenit Ægle, Ægle Naiadum pulcherrima, &c. Vide Heſperides.*

Aegle, inſula, vide *Syme*.

Aegles, athletæ Samij nomen, qui quum per omnem ætatem mutus fuiſſet, in ſacro tamen certamine quum in ſortitione fraudem admitti videret, nimio loquendi deſiderio linguæ vinculum rupit, & diſtinctè quandiu vixit, locutus eſt, Gell. lib. 5. c. 9. & Val. Max. lib. 1. c. 8.

Aegles, Apollinis eſt cognomen. Nam hoc nomine celebratur in inſula Anaphe, quę vna eſt de Sporadibus. Apollonius li. 4. ἐν' λιπαρᾶ θυηλαῖς.

Αἰγλήτην Ἀνάφης ... ἱλάσκοντο. Nominis rationem indicat his verbis αἰγλήτην μὲν ... αἴγλης Φοῖβος ... Vide Strabonem l. 1. & 10. Malè quidam loci nomen eſſe putarunt.

Aegobolus Bacchus apud Potniam colebatur, de cuius rei nomine hiſtoria hæc prodita eſt. Cùm ibi Dionyſia celebrarent, ita in contumelias acti ſunt, & furorem ob ebrietatem, vt Bacchi ſacrificulum interemerint: quapropter à Deo irato graui peſtilentia affecti ſunt. Ciues hac de cauſa Apollinem conſulentes reſponſum acceperunt, vt Baccho formoſiſſimum puerum immolarent, quod cum Potnienſes per multos annos feciſſent, capram demum à Baccho edocti, pro puero ſuppoſuerunt, vnde illi cognomen à capra videlicet ſuppoſita, factum videtur. Gyraldus de diis.

Aegóceros, id eſt, capricornus, animal marinum: in quo tradunt ſe Pana transformaſſe, & in aquam ſe deieciſſe, cùm in Aegypto vnà cum reliquis diis Typhona gigantem acerrimum deorum hoſtem fugeret. Sed Iupiter huius ingenium admiratus, inter aſtra eum collocauit. Lucan. libr. 8.

Humilis Ægoceros, nec plus Leo, tollitur Vrnæ. vide *Capricornus*.

Aegocôris, tribus quædam antiqua apud Athenienſes. Steph.

Aegon paſtor apud Virgilium & caprile. Quo etiam nomine promontoriũ Lemni dictum eſt.

Aegon, princeps Cariſti Eubœæ ciuitatis, à quo Ægea dicta eſt, item Aegeum mare. Steph.

Aegones, Polybio Galliæ Ciſalpinæ populi, vbi hodie Vicouenza oppidulum, vt Leander putat, quod idem Vicus Eganum vocari Latinis ait. Sed Eganes malè, pro Ægones habet.

Aegóne. vel Aegonia, vrbs Milienſium. Stephan.

Aegonenſis, porta Romæ quæ & Quirinalis, eo quod mons ipſe Quirinalis prius Aegonis cognominatus eſſet. Vide *Agonenſis*.

Aegonius mons Romæ: qui poſtea Quirinalis dictus eſt.

Aegophagos Iuno dicta apud Lacedæmonios quod ibi capræ illi immolarentur. Cæl.

Aegos potamos, id eſt, Capræ fluuius, ſeu, Aegos flumen, Plinio, Straboni, Æmilio Probo, & Melæ in Thraciæ Cherroneſo eſt oppidum. Plutarchus in Alcibiade ad Helleſpontum ſitum ſcribit. Hoc Ammianus auctor Latinus Aegopotamos vocat: Ioannes Tzetzes etiam meminit pro Thraciæ vrbe. Ad huius fluminis oſtia claſſis Athenienſium à Lyſandro capta fuit. Plin. l. 2. c. 58. refert ibi oſtendi lapidem magnitudine vehis, colore aduſto quem Anaxagoras Clazomenius è Sole caſurum prædixerat.

Aegoſthena, vrbs, Megaridis. Steph. & Ptolem. in deſcriptione Achaiæ.

Aegóſthenenſes, populi. Plin. 4. 7. 4 vide Aegoſthena in Steph.

Aegoſtis vrbs Locridis Steph.

Aeguſſa, inſula. Plin. 3. 8. 2. 7. Steph. eſt inſula Libyæ, quam Lybes Catriam vocant αἴγουσα. per ſigma ſimplex, vide Aethuſa.

Aegydoles, vide Eurotas.

Aegyla, ſeu Aegila, inſula quam Plin. 4. 12. 5. ſcribit diſtare à Cythera xv. millia paſſuum. vide Aegila per i. ta.

Aegyon, ſiue Engyion, vrbs in Sicilia non magna, ſed valdè vetuſta, & celebris dearum quas Mitèras vocant, religione: quarum templum à Cretenſibus ibi poſitum fuiſſe ferunt, vbi haſtæ quædam oſtendebantur, & ex ære caſſides, & hæ quidem Merionis: illæ verò Vlyſſis inſcriptiones habebant, vt Plutarchus in Marcello prodidit.

Aegypſus, vrbs ad ripam Iſtri fluuij ſita, ab Aegypſo fluuio conditore. Ouid. 1. de Ponto El. *Stat vetus vrbs*, &c. Capſius Aegypſus. &c.

Aegypſus

Ægyptas, Ciceronis. libertas. Cicer. in epiſt. ad Tyronem.

Ægyptia, vide Lariſſa.

Ægyptiacus ſinus. vide Aelaniticus.

Aegyptius. Hercules cognominatus eſt, ad differentiam Thebani. De hoc plura apud Herod. li. 2. Arrian. l. 2. Pomp. Mela li. 3. de Gadium promontoriis duobus agens: In altero, inquit, Templum Aegyptij Herculis, religione, vetuſtate, opibus illuſtre Tyrij condidêre.

Aegyptini Aethiopes, quia ægypti finitimi.

Ægyptium mare, Aſiatici pars eſt, à valle Catabathmo. Cyrenaicam prouinciam ab ægypto ſeparatam vſque ad Peluſium tendit. Euſtachius mare Pharium, & Parthenium appellat.

Ægyptus, maſc. gen. Beli Priſci filius fuit & frater Danai, qui cum quinquaginta haberet filios toti lem eos fratris ſui filiabus matrimonio coniunxit: quæ à patre Danao inſtructæ prima à nuptiis nocte ſuum quæque maritum interfecerunt, præter vnam Hypermneſtram, quæ Lynceo viro ſuo pepercit qui poſtea pulſo Danao Argiuorum regnum inuaſit, & annis octo & ſexaginta regnauit: ab eo ægyptus, regio nomen accepit: quæ antea nominabatur Oceana. Milea, ætia & Oſirina. Monethon. l. b. 1. & Euſeb. de tempor. vide Belides.

Ægyptus, vt inquit Pompon. Mela. lib. 1. Aſiæ prima pars, in duas diuiditur partes. Delta, ex forma literæ, quæ Ptolemæo, itémque Plinio ægyptus inferior vocatur. Altera, quæ ſecundum Nilum contermina æthiopiæ meridiem verſus vſque ad Syenem procedit, Thebais appellata: hodie Sahid nominatur à Ioanne Leone. ægypti quædam pars Arcadia dicitur in libro Notitiarum, de quo vide in dictione Heptapolis. De ægypti antiquitate, ac diſciplina ſacerdotum (quos Prophetas vocant) innumerabilia penè ab authoribus commemorantur. Huc Dædalus, Melampus Pythagoras, Homerus, Solon, Muſæus, Plato, Democritus, Apollonius Tyaneus, compluresque alij eruditionis cauſa profecti, dogmata in ſuam quiſque patriam retulêre. Primi ſiquidem omnium ægyptij immortalem eſſe animam dixere, eámque de corpore in corpus vagari, vt author eſt Diodorus.

Ægyptus Nili donum. Credidit enim Antiquitas totum eum tractum quem hodie hæc regio occupat, olim ſinum maris mediterranei fuiſſe, Nili autem alluuione ex aggeſto limo opletum, & terram factam. Qua de cauſa fortaſſe Potamitis vocatur, vt apud Stephanum & Dionyſium, apud quos his quoque nominibus inſignitur, æria, ætia, Ogygia, Hephæſtia. Myara & Melampodes, Melampodum regionem appellat Apollodorus, ob fertilitatem qua cæteris præſtat regionibus. æthiopia eidem Stephano & Euſtachio dicitur, propter æthiopes ibidem habitantes, vel (vt quidam exiſtimant) propter æthiopes contermінos, vnde æthiopia ſub ægypto. Nominata fuit & olim Thebæ, vt Ariſtoteles & Herodotus tradunt. Mitſraim in Sacris literis Veteris Teſtamenti appellatur, & Chus, vt placet aliquibus. Nonnulli Chus Arabiam interpretantur, alij æthiopiam ſub ægypto. Neſcio, vnde Honorius hauſerit eam olim *Fuchleam* nuncupatam. Hodie ab omnibus Europæis adhuc ægyptus nominatur & à Turcis, ſi Pineto credendum eſt in ſuo Plinio Gallico. Elchebitz Chibth ab indigenis vocari ſcribit Theuetus.

Huius limites ſunt ab Oriente ſinus Arabicus, Iudæa & Arabia Petræa, ab Occidente, Libyci montes & Marmarica Africa regio. A Meridie circa Nili cataractem maiorem æthiopia ab ægypto ſeparatur. Mare mediterraneum aut ægyptiacum eam à Septentrione alluit. Diuiditur in ſuperiorem quæ & Thebais: Mediam quæ Heptapolis & Heptanomia: & à poſterioribus Arcadia: & inferiorem, quam mediæ ætatis ſcriptores Auguſtanicam vocant. Huius inferioris portio, nempe quæ mari Niliſque oſtiis Heracleotico & Peluſiaco, atque horum duorum verſus meridiem confluentia ambitur, ſub Deltæ nomine, ob formam trigonam Δ, ab omnibus Geographis, hiſtoricis, poëtiſque veteribus comprehenditur. A Romanis poſtea Auguſtamnica dicta videtur ex Marcellino & libro Notitiarum. Auguſtanica legitur in Nouellis Iuſtiniani. Hodie etiam duplici nomine indigitatur, vt Ioannes Leo docet. Ea enim pars quæ verſus Orientem Nilo flumini adiacet Bechria, quæ verò ad Occidentem, Errif incolæ vocant. Atque hanc eandem Ptolemæus in tres diuidit, in Magnum, Paruum & Tertium Delta. Hæc pars autem nomine Delta, inter orbis terrarum partes primarias quarta, quondam numerata fuit, & aliquando inter inſulas relata Plinio teſte.

Irrigatur hæc regio non alio flumine quam Nilo, totius orbis terrarum nobiliſſimo, atque Polyonimo. Montes ægypti, præter eos quos Ptolomæus nominat Lybicos, Troicum, Alabaſtrinum, Porphyritim, Smaragdum. Aiasem, Acaben, Nigrum, Biſantem, & Pentadactylum: ſunt Nitria, Pherme, Sinopium, Climax, Eos, Lacmon, Crophi & Mophi. Paludes multæ: at duo tantum nominantur. Mœris & Maria. In Nomos (præfecturas interpretatur Plinius) partiuntur veteres hanc quoque regionem, quorum octodecim nominat Herodotus, [illegible] Strabo: Q[illegible]

draginta ſex ſuis nominibus ſunt apud Ptolemæum,& totidem, aut plures apud Plinium. Ab. Ortelius doctiſſimus Geographus, à quo ſuperior deſcriptio mutuata eſt, in ſua tabula elegantiſſima. Ægypti ex omni genere veterum ſcriptorum vltra ſexaginta ſex nominatos reperit & annotat ſuis locis: horúmque nomina aliqua permutata eſſe,aliáque in aliorum loca ſubſtituta eſſe ait. Ægyptus ſuper cæteram antiquitatis gloriam viginti millia vrbium ſibi Amaſe regnante habitata præfert,nunc quoque multis, etiamſi ignobilibus frequens, inquit Plinius. Harum ad Diodori vſque tempora, tria millia perdurabant. Nos, inquit Ortelius, quantumuis earum nomina non indiligenter ex omnibus auctorum priſcorum monumentis quæſiuerimus, haud multas vltra trecentas inueſtigare potuimus. Tam paucas ex tam multis, *ſic ludit in humanis diuina potentia rebus.* Fertilitatem Ægypti,eius celebre præconium indicat, quo publicum orbis horreum vocatur. Eſt enim, etſi imbrium expers, hominum, animalium, aliorúmque fœcunda genitrix. Sed hoc ſua inundatione ſingulis annis Nilus efficit, vnde Lucanus poëta grandiore Muſa cecinit, *Terra ſuis contenta bonis, non indiga mercis, Aut Iouis in ſolo tanta eſt fiducia Nilo.* Imo ſuperbia, quum in ſuis manibus eſſe vel abundantiam vel famem victoris populi Romani iactare quondam auſi fuerint, vt teſtatur Plinius. Huius diuitias & opes oſtentant etiamnum non opera immortalia, in hanc vſque diem permanentia. vt ſunt pyramidum vaſtiſſimæ moles, tot ſtupendæ altitudinis ex ſolido marmore Obeliſci, Coloſſi, Sphinges, ſtatuæ, labyrinthi, tot deorúmque delubra, quorum plura ſola Aegyptus quam aliæ omnes regiones, exhibet,teſte oculato Herodoto.

Gentem ingenioſam eſſe ex hiſtoria, agnoſcitur, & Macrobius Aegyptum artium matrem vocat. Vrbes in ea præclaras vtriuſque linguæ monumentis celebratas legimus: inter quas numerantur Alexandria, quam Marcellinus verticem omnium ciuitatum. Eunapius alterum quendam orbem terrarum nominat: Thebæ, numero portarum nobilis: Memphis aula regia [illegible] & maxima olim: Coptos Arabicarum, Indicarúmque mercium emporium. Abydus, Memnonis regia & fano Oſiridis inclyta: Syenæ aliæque, quarum nomina apud hiſtoricos & geographos reperire licet. Fuiſſe autem Aegyptios ab initio idolorum cultores vaniſſimos non tantum docent Sacræ literæ, ſed etiam prophanæ, affatim. Præter enim Gentilium deos, Iouem, Iunonem, Vulcanum, Venerem, Bacchum,cæteróſque omnes cum cæteris totius orbis populi communes habebant: adorabántque omne ferè genus beſtiarum tradente Cicerone, lib. 3. de Natura deorum, conſecrauerunt, ita vt multitudine eorum quæ venerantur numinum,omnibus,auctor Dion, præpolleāt mortalibus. Porrò non tātùm hos deos, ſed & Anubium,Pana & Satyros, necnon hominem, quem in Anabi vrbe diuinis honoribus affecere, vt Euſebius docet, apud quem legimus nos peculiarem quoque Deum habuiſſe, Canopum nomine. & ollari forma. Aquam pro Deo coluiſſe, & in primis Nilum, Athanaſius & Heliodorus teſtes ſunt. Ex quadrupedibus Crocodilum, Bouem, Mneuium, Leonem, Vrſum, Felem, Hircum, Simiam, Taurum, Arietem, Canem, Ichneumonem,Lupum,Ouem & Murem araneum. Ex piſcibus, Oxyrinchum, Lepidotum. Latum, Phagum, Mœotim, & Anguillam, Ex auibus, Aquilam, Ibim & Accipitrem. Habuerunt & Draconem & Serpentem, item Scarabeum. Inanimata quoque, vt Cæpas & Allium. Sed neque à monſtris abhorruere, vt Cynocephalum quem Hermopolitani,& Cæpum quem Babylonij pro deo adorauere. Pudendum etiam pro deo habuiſſe eos refert Diodorus. Clemens, lib. 5. Recognitionum, ridicula addit, Cloacam, & crepitum ventris. Superſtitionum ergo ſeminarium iure quis Aegyptum nec ineptè dixerit. Poſt Chriſtum autem ex Diua virgine natum ex hac eadem monachorum eremitarúmque agmina primum enata, indéq; per totum orbem Chriſtianũ diuulgata,ex primitiuæ Eccleſiæ monumentis docetur. Vide Plinium, Strabonẽ, Ptolemæum,Diodorũ Siculum,Herodotum. Ammianum Marcellinum, & recentiores Geographos.

Aegyptus à fulminum caſu eſt immunis, ob nimium ſolis ardorem: ſiquidem calidi,ſiccique terræ halitus raras admodum, tenuéſque, & infirmas denſantur in nubes. Plin.lib.2.c.50.

Aegyptij apud ſe ab orbis primordio, primos homines eſſe fuerunt, cùm propter ſolis fertilitatem, aëriſque temperiem, tum propter Nilum, qui multa ob limi vbertatem generat animalia, & ſuapte natura nutrit. Nam in Thebaidis agro gignuntur mures: qua ex re multum ſtupent homines cum priorem quorundam partem pectore tenus, animatam in limo moueri videant, poſteriore nondum inchoata, ſed informi. Verùm Pſammeticho regnum adepto cùm inceſſiſſet cupido dignoſcendi, qui re vera primi hominum extitiſſent, ex eo tempore didicerunt Aegyptij, Phrygas fuiſſe primos, ſe verò ſecundos: Diodor. Sicul. & Hero. lib. 2. Vide hiſtoriam ſcitam & lepidam hac de re in dictione Pſammetichus.

Aegypti omnium primi diis aras,ſimulachra, ac delubra ſtatuere, ſacrificiáque curarunt, ritúſque eos ſubinde peregrinis commo[illegible]tarunt.

runt Polyd.Virg.lib.1.c.5.de ret.inuent.

Ægyptij, primis temporibus (teſte Solino) quatuor menſibus annum ſuum explicabant:ſed antea (vt Cenſorino placet) duobus tantùm, vt Macrobius lib. 1. Saturnalior. ait, anni certum modum apud ſolos Ægyptios fuiſſe. Hi etenim cor augeri per ſingulos annos exiſtimabant in homine ac binas drachmas ponderis ad quinquageſimum annum accedere, ab eo detrahi tantundem: & ideò non viuere hominem vltra centeſimum annum defectu cordis: hiſque mos eſt cadauera aſſeruare medicata. Plin.lib.11.cap. 37

Ægyptium mare triplex. Plin.lib.6.cap.29.

ægys, vrbs Laconica Steph.

ægys, nomen loci vide in Caryſto. Stephanus.

ælam, filius Sem Gen. 10. Filius item Secac. 1. Paral. 8. 1 Eſdr. 2. Eſt & nomen regionis Media aliàs, ſiue Bactriana dicta. Iſa. 11. à quo Elamitæ principes Perſidis.

ælaniticus Sinus, ab Ælana vrbe adiacente vocatur à Plinio pars Sinus Arabici, qui Ioſepho libro Antiquitatum 8.cap 6. Sinus Ægyptiacus dicitur. Idem Plinius ſcribit hunc aliis Ælenaticum, ab Artemidoro Aleniticum, & à rege Iuba Leniticum nominatum. Læanites eſt Agatarchidi ælana:ſiue vt alij malunt, Læana eſt oppidum Arabiæ felicis iuxta ſinum, qui ab eo ælaniticus dicitur, ſiue, Læaniticus. Ptolem.lib.6. cap. 83. ſinus intimus in quo Læanitæ, qui nomen ei dedêre: Regia eorum Agra, & in ſinu Læana, vel vt alij Ælana.

ælanum, ciuitas aut vicus Arabiæ. Steph.

æletani, populi intra Iberum vſque ad montem Pyrenæum & Pompeiana trophæa habitantes.

ælia, Ieruſalem ita cognominata, quòd eam ælius Adrianus Imperator reſtaurari curarit Epiſcopus Tyri hiſtoria ſanct. libro 9.capite 15.

ælia Capitolina, vide Hieroſolyma.

ælia, vide Adrianopolis.

ælia Ricina, vide Ricinetum.

Aélia, regio in Aſia inter Myſiam & Ioniam. Eſt & vrbs quædam Calabriæ, a qua ælianus, na, num, Steph.

ælianus, ſophiſta Romanus à Philoſtrato maximè laudatus, quod Romanus homo tam probè atticiſſauerit, támque eleganter peregrinam à patria vocem retinuerit. Scripſit de animalibus, de varia hiſtoria, de re militari, quæ omnia ad nos peruenerunt. Fuit auditor Pauſaniæ ſub Adriano principe.

ælianus Rom.Coſ. M. Marulli collega.

ælianus Coſ. Criſpini Collega.

æliopolis, vide Peluſium.

ælius & ælia, nomina ſunt propria Romanorum, carent aſpiratione. Perottus de æliorum familia, vide Lamiam in vocibus Latinis.

ælice, vide Laſice.

ælius Gallus, ſolus Romanus Arabibus arma intulit. Plin.lib.6.c.28.

ælius Adrianus xv.Imp.Ro.regn.ann.xxi.

Aélius Hadrianus Auguſt. II. Salinator. Coſ. ælij Spartiani collega.

ælius Hadrianus Auguſt. III. Coſ. Ruſtici collega.

ælius Setanus, Romanus Coſ. Claudij Tiberij Cæſaris collega.

Aélius Verus III. Coſ. Ambigui Bibuli collega.

Aélius Aurelius Cel. Coſ. Titi Anton. Pij Auguſti collega.

ælius commodus Cos. Sextilij Laterani collega.

Aélius Celſus Coſ. Macrini collega.

Aélius Serenianus. vir omnium ſanctiſſimus, Alexandri Cæſaris à conſiliis. Lamprid. Alex.

Aélius Gordianus, Iuris profeſſor, diſcipulus Papiniani, Alexandri à conſiliis. Idem.

ælius Stilo, nomen ſcriptoris cuiuſdam cuius meminit Suetonius, & Plinius lib.9. cap.35. Hic Præconius dictus à præcone.

ælius pons Romæ, *Ponte de S. Angelo.* nunc eſt.

ælla, vide Abellinum.

ællo, vna eſt Harpiarum, ita dicta quaſi ἄλλων ἅμα, hoc eſt alienum tollens. Ouid. 13. Meta. *Stropha dúmque recepta Portubus infidis exterruit ales Aëllo.* Eſt etiam nomen vnius ex canibus Actæonis apud Ouidium 3. Metamorph. dictum, vt videtur, ἀπὸ τῆς ἀέλλης, hoc eſt, à procella, quam curſus celeritate referebat.

æmáthia. regio quæ nunc Macedonia dicitur, teſte Plinio.

æmathion, æthiopum rex, ab Hercule bello ſuperatus.

æmilia ſeu æmylia gens Romæ imprimis illuſtris à Mamerco Pythagoræ philoſophi filio dicta, cui propter vnicam humanitatem, quam Græci αἱμυλίαν dicunt, cognomen fuit æmylos. Ex hac filia fuit P. æmilus, qui in conſulatu ſuo Perſen Macedonum regem bello vicit, captúmque in triumpho duxit. Item & æmilius Lepidus: quem Plin.7 c.53. refert cùm cubiculo egredi pararet, nihil mali ſentiens, offenſo ad limen pollice repentè obijſſe. Item æmil. Scaurus, homo factioſus & ſubdolus, de quo multa. Salluſtius in Iugurtha. Vide Plutarchum in vita Numæ.

æmylia, virgo Veſtalis fuit ex nobiliſſima æmyliorum familia de qua Val.lib.1.cap.1.

æmylia vxor maioris Africani. Suidas.

æmylia, regio Italiæ, quæ & Flaminia & Romandiola etiam dicitur, in qua ſunt vrbes Ariminum, Cæſena Saſſina, Fauentia, Rauenna Forum Liuij, Bononia, Ferraria, & Imola; prius

Digitized by Google

etiam dicebatur. Doria, vt Sempronius habet. *Lombardia di qua del Po* (id eſt Lombardia cis Padum) à Leandro nominatur.

Æmylia via, ab Æmilio Conſule dicta, quæ à Placentia Ariminum vſque perducta eſt.

Æmyliana ædificia erant extra Romam, de quibus Cornel. Tacit. Plus infamiæ ad incendium habuit, qui à prædiis Tigillini Æmylianis proruperat.

Æmylianus Africanus minor primus appellatus fuit, Pauli Æmylij filius, eo quod ex Æmylia gẽte in Scipionum familiam fuerit inſertus poſt quem & alij plerique eiuſdem familiæ viri clariſſimi & triumphales eodem cognomine dicti fuerunt, Iuuenal. Sat. 8. *Pictóſque oſtendere vultus Maiorum & ſtantes in curribus Æmilianos.*

Æmylianus Clodij Albini collega Coſ. Rom.

Æmylianus, Romanorum Conſul, Peregrini colleg.

Æmylianus, Aquilini collega, Coſ. Romanus.

Æmylius Ælianus, Coſ. Rom. L. Vectij colle.

Æmylius Mamercus Dictator, de Veientibus, qui Romanos foderant, victis triumphauit.

Æmylius Cenſorinus, crudeliſſimus Siciliæ tyrannus extitit. Hic ſi quis noua quædam tormenta & inuſitatum cruciandi genus extruxiſſet, eum præcipuis proſequebatur muneribus. Quidam igitur Aruntius, nomine Paterculus, equum ex ære fabricatum, vt in eum excruciandos injiceret homines, Æmylio donauit. Ille autem tum denique ad æquitatis cogitationem conuerſus, muneris authorem primum intrulit, vt quam cæteris pœnam excogitarat, primus, ipſe ſubiret, æque pateretur. Dehinc eum ex Tarpeio monte deiecit: Et qui ſæua gerunt imperia, ab eo cognominati dicuntur Æmilij. Plutarch. in Paral.

Æmilius Macer, Veronenſis poëta, tempore Auguſt. Cæſaris ſcripſit libros de auibus, ſerpentibus & herbis Ouid. lib. de Triſt.

Sæpe ſuas volucres legit mihi grandior æuo.

Quæque nocet ſerpés, quæ iuuet herba Macer.

Iliacus cognominatus eſt ab eodem Ouidio, quod belli Troiani geſta Homero relicta deſcripſerit lib. de Ponto.

Tu Canis æterno quicquid reſtabat Homero,

Ne careant ſumma Troica bella manu.

Æmylius, ſpectatæ venuſtatis adoleſcens fuit apud Sybatim, oppidum Italiæ, mirum in modum venandi ſtudioſus. Vxor autem eius nouella, cum in alterius puellæ ire ipſum complexus opinaretur, in ſaltus egreſſa, deliteſcebat: conquaſſatis autem arbuſculis, canes accurſarunt, & eam, vt feram diſcerpſerunt, adoleſcénſque ipſe ſibi vitam ademit. Plut. in Par.

Æminion vel Æminium, Luſitaniæ oppidum mediterraneum Ptolemæo: quod Vaſæus putat hodie *Agada* dicitur. Varrerius autem Coimbra eſſe docet.

Æminius, fluuius Hiſpaniç. Plin. 4. 22. vide Linæa.

Æmochares, vel hæmochares, cognomen Martis, quaſi ſanguine gaudens: αἷμα Latinè ſanguis dicitur.

Æmonia vel Hæmonia, regio Græciæ, ab Æmo monte, cui propinqua eſt: vel ab Æmone Deucalionis filia dicta, alio nomine Theſſalia, prius Pyrrhea à Pyrrha Deucalionis vxore: quæ, vt Plinius tradit, mutatis ſæpè nominibus Pelaſgicum Argos, Hellas, Theſſalia & Dryopis dicta fuit. Sic ſemper à regibus cognominata.

Æmonia, Hiſtriæ maritimam vrbem, & hodie *Vita noua* vocatam ſcribunt Leander, Volaterranus & Marius Niger. Ego verò, quis veterum huius Æmoniæ in Hiſtria regione ad mare ſitæ meminerit, planè ignoro: Æmonam Pannoniæ oppidum habet Plinius, & Æmoniam quoque in Noricis, quod Iul. Capitolinus Hæmonam vocat Ptolemæus Emoniam vrbem ſtatuit inter Italiam, & Noricum, quam eandem eſſe puto cũ Æmonia Plinij: Sic etiam legendum erit apud Antoninum (quo loco Hennoma Hemolia & Hennonia malè habetur.) Hancque Mootius Clemona dicit vocari: at cùm Simlero potius credam Carniolæ eſſe caput, quod hodie Leubach dicitur, & vulgus Latinum Lubianum nominat: in ea enim vrbe exſtat vetus Romana inſcriptio in qua Æmonæ fit mentio.

Æmonides, dicuntur Theſſaliæ mulieres.

Æmonius, a, um, poſſeſſiuum. Ouidius.

Æmonis Æmonio, Laodamia viro.

Æmonia, Theſſalia, & ciuitas Arcadiæ. Step.

Æmon, vel Hæmon, vir cuius meminit Ouidius in Ibin.

Nec tibi ſi quid amas fœlicius Æmone cedat,

Cognatius ex Euripid ſcribit hunc fuiſſe Creontis filium natu minorem Menæi qui ſe pro patria deuouit, fratrem: cui Antigone Oedipi filia deſpõnſata fuerat, illa verò patrem in exilium ſecuta, Æmon à Sphinge dilaniatus eſt.

Æmus, vel Hæmus. Strab. lib. 1. 7. vel Æmon ab Æmo Boreæ & Orytiæ filio, mons eſt Theſſaliam à Thracia diuidens, in cuius radicibus ſunt amœna illa loca, quæ Græcis Tempe dicuntur, Lucanus.

——*tunc linquitur Hæmus Thracius*, &c. vide Hæmus.

Ænare, inſula. Plin. 5. 31. 48.

Ænaria, inſula in ſinu Puteolano, à ſtatione nauium Æneæ, ſic dicta. Plin. lib. 1. Hæc item Inarime & Pithecuſa nunc Iſchia ab oppidi coxendicis imaginem præferentis in monte figura. Cornelius Seuerus in deſcriptione Ætnæ ex Scalig. receńſ.

Dicitur

Dicitur inuictu ſlagrans Aenaria quondam.
Nunc extincta ſubteſque ſupérque Neapolim inter
E Cumas, locus eſt. &c. Plin.3.6. & cap.2 31. 29 & lib.16.cap.2.3. vide Inarime.

Ænarium, Iouis locus in Achaia, iuxta Oleum oppidum, in quo Achæi de rebus communibus conſulturi conueniebant. Strabo lib.8.

Aeneadæ. vide Latium.

Aeneæ, vide Athos.

Aenea à Romulo Aeneæ filio, teſte Herodoto lib.7. vrbs in regione Creſſea contermina Mygdoniæ, Aeneia poſtea dicta, deinde Ianiculum. Hanc dicit Liuius lib.4. eſſe propinquam Theſſalonicæ; & ab Aenea Troiano olim conditam. Et ſubdit, proficiſcuntur à Theſſalonica Aeneam ad ſtatutum ſacrificium, quod Aeneæ conditori cum magna ceremonia quotannis faciunt. Hæc Liuius.

Aeneaticus, ab vrbe Aenea Thraciæ vel Craſſæ vel Tuſciæ oppido, de qua Theophraſtus, Circa Aeneam, inquit ficus arbor ſcabiem non ſentit. Huius incolæ dicũtur, Peneatici & Aeneatæ.

Aeneas, Troianus princeps ab αἰνεῖν quod eſt laude, aut αἰνος laudans: poſt longos errores in Italiam peruenit ad Latium, Euandrum, & Tyrrhenos, apud quos regnauit Tarcon Iunior annis xx. Primus fuit Latinorum rex, regnauítque poſt ſoceri Latini mortem annis III. Turnum vicit, eiúſque ſponſam Lauiniam accepit coniugem, Eutropius. Fingunt autem hunc poëtæ, Veneris filium, iuxta Simoentem natum Virgilius. Vlyſſi Homerico per omnia ſimilem facit virum fortem & bellicoſum, qui per varios & maris & terræ errores in Latium venerit. Conuenit inter omnes authores Troiam ab eo & Antenore proditam fuiſſe, quapropter vbique culpam illam diluit, vt Romanorum gloriæ, qui ab eo traxerunt originem, conſulat. Troia diruta patrem Anchiſen ſenio confectum humeris impoſitum, ab hoſtibus liberauit, & dum Penates & filium Aſcanium ſecum defert, Creuſam vxorem in itinere amiſit: Anchiſen in Sicilia apud Drepanum mortuum reliquit. Aphricam nunquam vidiſſe, nedum Diomedem multi teſtantur: quapropter quartum Aeneidos totum confictum omnes affirmant. Alij dicunt Aeneã captiuum vnà cum Andromacha datũ fuiſſe Neoptolemo Achillis filio, & in Theſſaliam deportatum: vt ſcriptum eſt à Leſche quodam poeta Græco, qui paruam Iliadem cõpoſuit cuius verſus refert Natalis Comes, Mythologiæ li.4.c 13.

Aeneas Syluius 17. Latinorum rex, regnauit annis xxxi.

Aeneia, quæ poſtea Ianiculũ: ſic Halicarnaſ.

Aeneis Venus ab Aenea nuncupata eſt. Dion, Halic. libro 1.

Æneſidemus, illuſtris Argiuorum Imperator fuit, qui cum Argis, à Philocle obſideretur, nec vrbem tueri poſſet, impetrata militibus abeundi facultate, ipſe honeſtè in præſidio ſibi credito occumbere maluit, quàm cum dedecore in patriam reuerti, Liu.lib.32.ab vrb.cond.

Aeneſidemus, Philoſophus Pyrrhonicus, Laertius lib.v.

Aeneſippa, vide Eneſippa.

Aeneſius Iupiter dictus eſt ab Aeno monte Cephaleniæ, in quo ipſius Iouis fuit fanum. Strabo lib.10.

Aenethus, mons quidam. Steph.

Aeneus. vide Geneſidicus.

Aenia. vrbs Perrhæborum, diuerſa ab Aenea ſupradicta nõ procul ab Acheloo fluuio. Strab.

Aenia, Macedoniæ vrbs, quindecim millia paſſuum à Theſſalonica aduerſus Pydnam poſita, fertili agro, vt eam deſcribit Liuius. *Moncaſtro* hodie vocari ſcribit Nardus, qui cum Italica interpretatus eſt.

Aenianes populi poſtea Parauæ vocati fuêre, cùm fugati, Moloſſiæ regionem circa Auum fluuium occupaſſent. Plutarchus in quæſtionibus Græcis. Parabei ab Abo fluuius, alij ſcribunt.

Aeni pons, vide Oeni Pons.

Aeni, inſula iuxta Arabicum ſinum. Ptolem.

Aenianici, populi Perrhæbiæ, quos Aeniatas & Aeneades & Aenienſes vocabant. Porrò Aeniades per æ diphthongum, ab Oeneadibus per œ diuerſi habentur, ſicut Aeneades ab Aeniadibus, vide Aeniaticus.

Aenicus Athenienſis, priſcæ Comœdiæ poeta, fabulas multas ſcripſit, inter quas antea à Polluce & aliis ſcriptoribus memoratur.

Aenienſes, populi, ab Aenia Perrhæborum oppido, quos in Epiro Græci modo αἰνιεῖς, modò αἰνιᾶδες nominant.

Aenioch, vel Heniochi, populi feri iuxta Pontum à Lacedæmonibus oriundi. Lucan.li.2.
——me Marte feroces Aeniochi, &c.

Aeneius fluuius Perrhaborum. Steph. Aenea.

Aenna vel Enna, ciuitas in meditullio & vmbilico Siciliæ, in excelſo loco ac prærupto vndique ſita & munimento naturali & veſtigiis raptæ quondam Proſerpinæ inſignis, quæ quum à Romanis ad Carthaginenſes deſciſcere vellet, L. Pinarius vir acer vrbis præfectus præoccupandum ratus ad concionem conuocatos Aennenſes, vltima internecione clam ſubmiſſis militibus armatis, deleuit ex Liu. lib.4. De c.3. Quære *Enna*.

Ænocauma, aliis Æconiocauma, mons excelſus, Æthiopiæ verſus meridiem adiacens, æternis ignibus ardẽs. Pli.li.6.c.30. Solin.c.33. Mela. l.3.c.30, ſed hodie in pleriſque exemplaribus legitur θεῶν ὄχημα Deorum vehiculum.

ænum, oppidum, pro quo alij Philotheram ſcribunt. Plin.lib.6.c.29.ad Sinum Arabicum eſt à parte Occidentali.

Ænona, ciuitas Illyrici, cuius meminit Pli.l.3. ca.21. & Ptolemæus *αἰνῶνα*. Mario verò Nigro *Nona* dicitur.

Ænobarbus, Domitius appellatus quoniam Caſtor & pollux, quum de victoria nuntiarent Domitio, ipſéque minimè crederet narrantibus, malas, barbámque manibus permulſerunt, & eam ex fuſca in flauam conuerterunt: vnde à barba rutila, æneíque coloris ænobarbas dictus quod poſtea Domitiorum cognomen fuit. Vide Plinium li.8.ca 6. Pictus Ænobarbus ab ſimillimo capillo. Alexand.ab Alexand.lib.2.

Ænom, vide *Enon*.

Ænos, vel ænum, vel ænus, Steph. oppidum Thraciæ liberum cum Polydori tumulo. Plinius lib.4 cap.11. Straboni Poltiobria dicitur lib.7. Vult Virg. hoc oppidum ab Ænea conditum fuiſſe qui ait lib.3. Æneidos ſub initium.

——feror huc, & littore curuo
Mœnia prima loco, fatis ingreſſus iniquis
Æneadáſque meo nomen de nomine fingo.

Poltymbria. habet Stephanus, cui quoque Apſynthus dicitur, Oeno hodie dici Niger aſſerit, vide Oenus & Ciſſus.

Ænus, Germaniæ fluuius, Vindelicos à Noricis diuidens. Ptol.

Ænus, mons Cephaloniæ, in quo Æneſij Iouis templum eſt.

Aéola, filia Æoli ex Lepatra coniuge.

Æoles, populi Græciæ, ita dicti ab Æolo Hellenis filio. Hi relicta patria in Aſiam trajecerunt, ſedibúſque in Miſia minore fixis Æolidem vocarunt. Antea Pelaſgi dicebantur, authore Herod. lib.7.

Æolio & Æolii regio inter Italiam, & Siciliam, ſeptem inſularum quæ & Vulcaniæ dicuntur, ſc. Lipara. Hiera, Strongile, Didyme, Ericuſa, vel Eriphuſa & Ericodes, Phœnicuſa, & Phœnicodes, Euonymos (aliàs Prochyta) Plin.lib.3.cap.9. Strab. lib.6. Solinus, Mela. Aliis nominibus Vulcaniæ & Hephaſtidiades nuncupantur. Dicta Æolia ab Æolo Iouis filio, qui in ea domicilium habebat. Dicitur etiam Lipara à Liparo Auſonis regis filio, qui eam ante Æolum rexit. De Æoliis. Plin, lib.3.c.8.

Æólides, dictus eſt Vlyſſes ab Æolo, qui filium habuit Siſyphum, ex quo natus eſt Vlyſſes, Virg. lib.6.

——omnes additur vnà.
Hortatur ſcelerum Aeolides, &c.

Nam Anticiliæ filius fuit, quæ ante Laertæ nuptias clàm cum Syſypho Aeoli filio concubuit, vnde Vlyſſes natus eſt. Hoc ei apud Ouidium, Aiax etiam obijcit.

——quid ſanguine cretus Siſyphio? Item Miſenus Tubicen Aeolides appellatur. Miſenum Aeolidem quo non præſtantior alter ære ciere viros. Martemque accendere cantu. Virg. Aeneid.6. Benè autem tubicen Aeoli filius eſſe fingitur, quia ſonus è vento creatur.

Aeóliæ, VII. inſulæ, quarum nomina expreſſa ſunt in dictione Aeólia: quidam Hieram, alij Liparam ob ſcatentium flammarum frequentiam, Vulcani officinam eſſe dixerunt N.Comes, mythologiæ lib.8.c.10. refert Calliam ſcriptorem Græcum memoriæ prodidiſſe, eſſe in Hieræ vertice quodam excelſo hiatus duos, crateres nominatos, ignem exhalantes, quorum alter eſt ambitus trium ſtadiorum, è quo tanta lux promanat, vt ſplendor longè latéque ſeſe diffundat, atq; ex illa voragine lapides igniti inſignis magnitudinis emittantur, tantúſq; exaudiatur ſtrepitus, quo tempore Vulcanum (vt aiunt) operari contingit, vt vel ad quingenta, vel plura ſtadia ſonitus exaudiantur. At verò lapides igniti, qui ab efflatu emittuntur, ferruginei ſeu violacei omnino ſunt coloris propter inflammationem & aduſtam præ ſe ferunt ſpeciem, inſtar ſolis ſplendent, & noctu quidem ea omnia quæ circa Vulcani opificium fiunt pulchrè videntur. Interdiu verò ex vertice è quo flamma erumpit, veluti atra nebula illi loco ſuperpoſita naſcitur.

Celebratur etiam Aeolia à Poetis pro ventorum patria, eo quòd inſulares venti varij ſunt, eſt enim *αἰόλις*, varius. Virg.6.

Quid temp. ſtatum regem, ventóſque furentes, Aeolio exercitos, &c.

Aéolis, vel Aeolia, regio Græcorum in minori Aſia, inter Ioniam & Troadem ſita. Hinc dicitur Aeolica lingua Græcorum, Helleſponto adiacet, Myſia quondam appellata. Plin. li.5.cap.30.& c.27.52.& c.38.5.1. Hanc Doryctetam appellat Diodorus 13. Incolæ etiam Pelaſgi dicti fuere, vt refert Herodotus in Polymnia. Aliſæi dicuntur Ioſepho. Hul etiam Hebræi vocant, vt tradit Arias Montanus in ſuo apparatu Biblico, vide Onarcedonia & Myſia.

Aeolus, Tuſcorum rex: à quo Aelia. Latinè enim varius ſiue doloſus dicitur *αἴολος*, vt ſuprà quoque dictum eſt. Filios & nepotes Aeoli nominat. Steph. in *Myloſa*.

Aéolus, Iouis filius & Sergeſtæ (aliàs Aceſtæ) Hippotæ Troiani filiæ, à quo dicitur Hippotades. Ouid.

Aeolon Hippotaden cohibentem carcere ventos.

Plinius dicit cuiuſdam Hellenis fuiſſe filium. Hic regnauit in inſulis Aeoliis quas nonnulli Vulcanias à Vulcano nuncupant. Fingitur ventorum rex, eo quod ex nebulis & fumo Vulcaniæ inſulæ futurum ventorum ſtatum prædicebat. Quidam [illegible]dunt duos fuiſſe Aeolos, alterum

terum Hippotæ filium, Phylantis nepotem: alterum Helenos filium, Iouis nepotē. Vide Virgilium 1. Æneid. & Diodorum Siculum. Tradit Iſacius Æolum fuiſſe hominē Aſtronomiæ peritiſſimum, & illā ſcientiam pręcipuè exercuiſſe, quæ pertinet ad naturam ventorum, vt prodeſſet nauigantibus. Prædicebat igitur vel cum Sol tauro propinquaret, quæ maris futura eſſet tempeſtas, aut quæ benignitas cœli, & quo die, quáve diei hora, vel quandiu perduraret Zephyrus, ſi talis aut talis ſpiraret: aut ſi alius vētus ſub exortum canis, aut alterius ſigni cœleſtis exoriretur, aut etiam diebus criticis, quintis ſcilicet, ſeptimis, & aliis eiuſmodi ab ortu ſeruatis. Ea de cauſa effectum eſt, vt illum ventorū regem eſſe dicerent. Strabo li. 1. aſſerit Æolum regem ventorum dictum fuiſſe, quia per fluxum & refluxum aquarum, cùm habitaret in locis aſperis ac difficillimis nauigantibus futuræ tempeſtatis ac ſurgentium ventorum ſigna multò antè prædixerit, quæ cùm ad prædictum tempus euenerint, credidit vulgus mortalium ventos eſſe in Æoli poteſtate, quos poſſet, cùm liberet, emittere. Phyſici quidam opinati ſunt, quod ſi quis vtrem è pelle Delphini fecerit, illámq; penes ſe habeat, poterit per quaſdam ceremonias (hę autem ſunt magicæ præſtigiæ) obtinere vt ſpiret quicunq; ventus ille voluerit aquæ ſolus hic ventus ſpirabit: vnde multa finxit Homerus: *De ventis ab Æolo datis Vlyſſi.* Quod attinet ad mores, Æolus eſt vir ſapiēs qui iræ moderatur pro opportunitate temporum, & præſentium negotiorum, quando nunc ſimulare iram nunc diſſimulare vtiliſſimum eſt: is autem putatur ventos refrænare & emittere cùm libuerit N. Comes, mythologiæ lib. 8 c. 10. Fuit & tertius quidam Æolus Neptuni & Arnes filius. Euſtath. Odyſſ. x.

Æolus verò quando, & vbi regnauerit, vide Plin. 3. 8. 29. & c. 9. 34. Cur rex ventorū 3 9. 56.

Æolium locus. Plin. 9 11. 46. Vide Steph.

Æolium mare, quod Aſiatico littori adiacet, dictum ab Æolis, pulſis olim colonis: nam antea Myſum dicebatur.

Æoli, populi in Cappadocia. Plin. 6. 2. 11.

Æos, Typhonis filius, quem quidam ſcribunt Paphos ciuitatem condidiſſe, cùm tamen ſint qui Pygmaleonis opus eſſe ſcribant.

Æpalius rex qui cùm è regno ſuo fuiſſet pulſus, Herculis ope, atque opera reſtitutus eſt: in cuius beneficij memoriam, ei rebus humanis circa Oetam exemto, gratiam reddidit: quippe Hylum inter eius filios natu maximum adoptauit: qui regni ſucceſſionem poſtea ſuſcepit & poſteris tranſmiſit. Strabo lib. 9.

Æpéa, vrbs propinqua Pylo, Strabo lib. 8. de hac vrbe ſic loquitur.

Æpeia hoc tempore Thuria dicitur, quam Pheris conterminam commemorauimus: ſita verò eſt in excelſo colle, vnde αἰπεινὰ id eſt, Celſa, nomen ſortita eſt.

Æpéa, vrbs Laconiæ, & alia Cypri, & alia Cretæ. Steph.

Æpeia, Cypri inſulæ vrbs, ad Clarium amnem, poſtea Soli nuncupata. Plutarchus in vita Solonis. Vide Corone, & Thuriæ.

Æpei, vide Hyrmine.

Æpolus, paſtoris nomē apud Theoc. per ſyncopem dictum ſic quidam putat pro αἰγοπόλος, Latinè caprarium vertere poſſumus: nam illi αἰπόλιον dicunt, quem nos caprarum regem.

Æpos, mons iuxta quem ſita eſt ciuitas Hypæpa. Cœl. lib. 14.

Æpulo Iſtrorum ſeu Hiſtrorū regulus quum A. Manlij caſtra cepiſſet, opimæq; prædæ incubaret, vino epuliſq; indulgeret, à Romano milite ex fuga retracto inuaditur, ipſe raptim à ſuis in equū impoſitus Neſactium fuga elapſus eſt, quē inſequuti Manlius & Iunius Coſſ. oppidum vi capiunt, ille verò ne viuus in hoſtium poteſtatē veniret, ſeſè gladio traiecit. Liu decadis 5. l. 1. Florus tamē l. 2. ca. 10. à C. Claudio Pulchro captum ſcribit ac equo impoſitum & quum ſubinde crapula & capitis errore lapſaret, captū ſeſe vix & ægre poſtquā experrectus eſſet, didiciſſe.

Æpytus, Arcas fuit genere, heros nobilis inter Græcos, qui ad Troiam profecti ſunt: cuius meminit Homerus lib. Iliad. 2.

Æpy, vrbs fuit ſub ditione Neſtoris, quam bene munitam dixit Homerus lib. Iliad. 2. Et in montibus ſitam eſſe dicit Statius lib. 4. Thebaidos ſub initium, cum inquit.

Quos Thryon it ſummus ingeſtum montib. Æpy
Collocátque ſub Capanei ditione. Meminit & huius Strabo lib. 8. ab Αἰπὺ, i. Altus. Stephanus Meſſeniæ vrbem eſſe ſcribit.

Æquiſolici ſunt Hiſpaniæ Tarraconenſis populi apud Plin. l. 3. c. 13. Socer Aquæ Cilinorum Ptolemæi. Pinetus in Plinij verſione Gallica vrbem facit & Æquiſiliciam vocat.

Æqui populi ſunt in Latio qui Tiburi montes imminentes ac ſuperiores incolunt. Æquicolæ Virgilio dicuntur Æneid. 7.

Horrida præcipuè cui gens aſſuetáque multo
Venatu nemorum, duris Aequicola glebis.

Ouidio 3. Faſtorum Æquicoli.

Quintum Laurentos, bis quintum Æquicolus acer ęquiculani. Pli. l. 3. c. 3. ęquani Step. & Dion. Halicarnaſſeo, vt & in veteri inſcriptione Æquani. Æquos Liuius appellat lib. 9. his verbis: *Populus Romanus bellum fieri Æquis iuſſit. Ad quadraginta oppida intra 60. dies, omnia oppugnando ceperunt: quorum pleraq; diruta & incenſa ſunt, nomenq; Æquorū prope ad internecionē deletum.* In eo tractu ſunt Viçouarro, Cātalupo, Purtella

Æquilium, Carnorum Venetæ ditionis oppidum *Cita noua* nunc, Leandr. Albarto teſte vide Equilium.

Æquiculáni, vide Æqui.

Æquimelium, locus Romæ, vbi domus Melij ſolo æquata fuit. Sp. enim Melius ob frumenti largitionem, in ſuſpicionem affectatæ dominationis venit, & cùm ad populi fidem fugeret, à Seruilio Hala magiſtro equitum deprehenſus & occiſus eſt, domúſque eius diruta, & Area Æquimelij dicta Ex Tito Liuio 1. Decad. 4.

Æquinoctium, Antonino Pannoniæ inferioris oppidum: Viſchmundt Simlero.

Æræ, vrbs Macedoniæ & alia Ioniæ, & alia iuxta Helleſpontum. Steph.

Aëria, Ægyptus: item vrbs Celtica: & alia Cretæ. Steph. Item inſula Thaſſus. Vide itidem Stephanum. vide Aegyptus, Lybia & Creta. Vide Pli. l. 3. c. 4. & li. 4. 12. tam de Creta quam de Thaſſo.

Aërodia, Agrippæ ſoror, & coniux Herodis, Ioſeph.

Aërópe, Atrei vxor, quæ adulterio à Thyeſte Atrei fratre corrupta duos filios peperit, quos poſtea Atreus fratri comedendos appoſuit. Et non eſt diphthongus: nam ſcribitur à Græcis ἀερόπη Ouidius lib. 1. de Triſt.

Si non Aëropen frater ſceleratus amaſſet
Conuerſos Solis non legeremus equos.

Aërope, Cephei filia à Marte cōpreſſa, ex partu interiit: nihilominus tamen infans ſuperuixit & Aëropus à matre vocatus eſt. Pauſan. in Arca.

Aëropus, mons in Chaonia, Tit. Liuius lib 2. quartæ Decanos.

Aëropus, Epirotarū exercitus dux, à quo cùm multa accepiſſet Pyrrhus, nec illi per mortem rependere potuiſſet. Credita (inquit) pecunia hæredibus creditorum ſolui licet: At gratias niſi ſcientiam iis quibus debentur, perſoluerit, vir honeſtus & gratus offendit.

Aërofam, appellauerunt antiqui inſulam Cyprum, quòd in ea plurimum æris naſcatur. Author Sextus Pompeius, vide Cyprus.

Aëſa, vrbs Thraciæ, finitima Parallenæ, Steph.

Aëſacus, fluuius Troianus ad Idam montem.

Aëſacus, Priami filius ex Alixothoe Dimantis filia, plus ſyluis, quàm ciuitatibus delectatus: hic cùm Heſperiē ſeu Eperiem liberali forma puellam videret, adeò eius amore captus eſt; vt in ſyluis illam ſequeretur, quæ fugiens morſu ſerpentis eſt occiſa! ipſe autem amoris impatiens, nimioque dolore concuſſus, ſe de ſcopulo in mare præcipitem dedit, cuius Thetis miſerta eum in mergum transformauit. Ouid. li. 11. Metamorp.

Quamuis eſt illum proles enixa Dymantis.
Aeſacon vmbroſa furtim peperiſſe ſub ida.
Fertur Alyxothoe, &c.

Aëſageus, montis nomen apud Homerum.

Aëſapus, Homero lib. Iliad. 6. filius fuit Bucolionis maximi filiorum Laomedontis: fratrem habuit Pedaſum quos ei Abarbarea Nais peperit, vt inquit Homerus in Iliade.

Æſapius, fluuius Theocrito, quem in Sicilia quidam illius expoſitores eſſe affirmant. Alij verò in Calabria apud Crotonem. Ouid. lib. 15. Metamorph.

Æſarus, fluuius in magna Græcia iuxta Crotonem oppidum, de quo Strab. lib. 1. Αἴσαρος. Huius etiam meminit Theocritus. Hyliam à Thucydide appellari putat Leander, qui dicit eum hodie Eſaro vocari. Trionto vocatur Ylia ab Gab. Barrio. Vide Auſeris.

Aëſchines, Athenienſis orator, Demoſthenis æmulus, cuius Orationes tres extant, & aliquot Epiſtolæ. Præter hunc alij ſeptem hoc nomine claruerunt. Primus philoſophus Socratis diſcipulus. Secundus qui artem oratoriam ſcripſit, Tertius hic orator. Quartus ex Arcadia profectus. Quintus Mitylenæus, quem flagellum oratorum vocabant. Sextus Neapolitanus philoſophus Academicus, Melanthij Rhodij diſcipulus. Septimus Mileſius ſcriptor. Octauus ſtatuarius. Laert. lib. 2.

Aëſchines, cùm orationem, qua fuerat vſus aduerſus Demoſthenem, Rhodi legiſſet, legit & defenſionem eiuſdem Demoſthenis, ob quam depulſus fuerat in exilium: mirantibúſque tum magis fuiſſe miraturos dixit, ſi ipſum orantem audiuiſſent: in calamitate teſtis ipſe factus eſt etiam inimici. Plin lib. 7 cap 30.

Aëſchines, cùm Rhodum ſeceſſiſſet, inſtituit extemporalem orationem habere & declamare exercitationis cauſa: quod tamen factum Fabius ſcribit circa Demetrij tempora, an ab eo inſtitutum, non ſibi conſtare.

Aëſchron Mitylenæus verſificator, inter comites expeditionis Alexandri Macedonis Ariſtoteli familiaris, maximeq; dilectus vt tradidit Menander Alexandrinus in libro de diſcipulis Ariſtotelis. Et alibi Galeni præceptor.

Aëſchylus, XII. Athenienſium iudex, regnauit annis XXIII. Huius anno ſecundo Iphitus ludos Olympicos in Elide, vt quarto quoque anno celebrarentur, magno totius Græciæ conuentu, inſtituit, quod annorum ſpatium Olympias appellatum eſt, atq; ex hoc tempore apud Græcos anni ab Olympiadibus digeri ac nominari cœpti ſunt. Prima autem Olympias incidit in annū mundi 3189. Paulò ante diem natalem Romuli & Remi, 407. annos poſt Troiæ excidium.

Æſchylus, Tragœdiographus, cuius ætate Tragœdi faciem fæcibus illinebant. Hic cùm ſenſiſſet certo quodam die ſe ruina periturum, ex vrbe Siciliæ in qua morabatur, egreſſus loco aperto conſedit: ſuper quem aquila volitans, teſtudi-

ſtudinem, quam pedibus gerebat, ſuper caput eius, ſplendore illius decepta (erat enim crinibus vacuum) tanquam ſuper petram, quo fractę teſtudinis carne veſceretur, eliſit: quo ictu peremptus eſt. Politia.

Æſchulus aëria caſu teſtudinis ictus.

Primus teſte Horatio, grauitate perſonarum, & coloris diſtinctione vſus eſt:

Poſt hunc perſonæ, pallæque repertor honeſtæ
Æſchylus & modicis inſtrauit pulpita tignis.

Æſchylus, Alexandrinus poëta eruditus fabulam Amphytryonem & Meſſeniaca carmina ſcripſit. Athen.

Æſchiron, nomen authoris, præceptoris Galeni. Fuére & alij hoc nomine aliàs Æſchron.

Æſculanus Deus & Argentinus, dicti ſunt æris & Argenti, id eſt, locupletandorum hominum poteſtatem habentes, Bud. lib. 5. de Aſſe, Quem Quæſtorum ærarij natio, vt Deum Æſculanum ſumma veneratione coluit.

Æs, ſiue Æſculanus Deus, ſub cuius nomine pecunia culta eſt Romæ. Auguſt. de ciuit. Dei.

Æſculapius Apollinis ex Coronide Nympha filius, quam Ouidius dicit ex Lariſſa fuiſſe, & Phlegyæ filiam, quæ poſteà rem habens cum Æmenio iuuene, cui Iſchys nomen fuerat, ab Apolline ſagittis confoſſa eſt: ſed is poſtea facti pœnitens facto eius vtero conceptum ex ſe eduxit infantem, cúmque Æſculapium appellauit. Traditus eſt Chiron, ſub quo medicinæ ſtuduit. Iámq; huius artis peritus, Dianæ precibus Hippolytum ab equis diſcerptum vitæ reſtituit qua re motus Iupiter flumine eum occidit. Virgilius ſeptimo Æneid. Sunt qui Meſſenium fuiſſe tradunt, ſed Epidauri manſiſſe. Tullius ait ſepultum fuiſſe Cynoſuris Arcadiæ vrbe. Colebatur primo Epidauri, vnde Epidaurius dictus. Cæterùm Romam accitus, vrbem ipſam graui peſtilentia liberauit, in cuius honorem inſigne templum in inſula Tyberis illi conſtruxerunt, coluerúntque in ſpecie ſerpentis. Nam Romanis in Epidaurum profectis tempore peſtilentiæ, vt Æſculapium Romam portarent, ſerpens grandis nauem ingreſſus eſt, quem illi Deum Æſculapium eſſe rati, ſecum duxerunt. Plin. lib. 4. & Ouidius Metamorphoſeos 15. Veteres gallum gallinaceum ei immolabant. Cyrenenſes capram. Duos habuit filios arte medica præſtantes, Machaonem & Podalyrium filias Hygæam, Æglem, & Panaceam. Primus dentium euulſionem inueniſſe fertur: Medicinam ampliauit: ob eámque rem in deorum numerum receptus dicitur. Duo eius filij bello Troiano Agamemnonem ſequuti, non mediocrem opem commilitonibus attulére.

Æſculapium ait Pauſan. in Achaicis nil aliud eſſe quàm aëra: cuius filia fuit Hygiæa, id eſt bona valetudo. Eſt ſiquidem aëris temperies non homini, ſolùm ſed cunctis animantibus ſaluberrima. Iure optimo igitur antiqui Apolliné Æſculapij patrem eſſe finxerunt atq; ipſum Æſculapiũ ſalubrem vim de Sole animis corporibúſq; mortalium ſufficientem, i.e. ſuauitatis artificem, quia Solis calor vniuerſis elementis dominatur. Ex ipſa igitur vi Solis aër aſſiduè mouetur & generatur, quare Æſculapius, Apollinis filius: quod quoniam fieri non poteſt, niſi per quandam mixtionem ipſius aëris, idcirco Mater eius fit coronis (ἀπὸ τοῦ κεραννυμένου). Phlegiæ (ardoris ſeu caloris ſolaris, ἀπὸ τοῦ φλέγειν) filia. Ex aëre ita affecto naſcitur Hygiæa, i. Salubritas quæ Æſculapij dicitur filia & is ſanitatum artifex, medicinæque inuentor. Tribuunt Poëtæ multas filias Æſculapio præter prædictã, inter quas fuit etiam Iaſo, quia multa commoda proueniunt mortalibus ex aëris temperamẽto, inter quæ facilitas eſt conualeſcendi & medendi: nam Iaſo ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι, à medendo dicta eſt. Hæc autem omnia ſol per anniuerſarias ſui curſus conuerſiones commoda nobis impertit. Non defuerunt qui locum datũ fuiſſe fabulæ de Æſculapio tradiderint quod mortuos ab inferis reuocaret: quia nonnullos quorum conclamata eſſet ſpes vitæ ſanitati reſtituerit per vim medicamentorum, vnde fabulati ſunt antiqui Plutonem apud Iouem conqueſtum fuiſſe, quod ſuum imperium Æſculapius exinaniret. Idcircò fulmine percuſſum fuiſſe à Ioue inquiunt, quòd accidit paulò ante Troiana tempora Æſculapium fanum, vide Aluus.

Æſculapij delubrum. Plin. 4.5 Eius fons Athenis. Plinius 2.106. Vide in Epidauro.

Æſepus, fluuius Lyciæ ſub Ida: interpres Homeri lib. 2. & 4. Iliados: quanquam Oppianus lib. 1. de aucupio, montem ſic nominat eo loci. Fuit præterea hoc nomine filius Bucolionis filij Laomedontis & frater Pedaſi, quos ille ex Abarbarea nympha ſuſcepit, vt refert Homerus in principio lib. 6. Iliados.

Æſernia, Ptolemæo Samnitum vrbs in Italia, nunc Æſernia: hinc Æſerni, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 12. quanquam ibi Eſernini legatur ſine dipht. Græcè Αἰσερνία Sergua Leandro.

Æſernus, vir, cuius meminit Cicero de optimo gen. orat. Erant autem Æſerninus & Pacideanus gladiatores per omnia pares, longéque omnium nobiliſſimi.

Æſia, fluuius Galliæ. Vibius ſequeſter. hodie Latinis Iſara, vulgò *la riuierre d'Oiſe*.

Æſimedes, xv. Athenienſium rex, regnauit annis x.

Æſimedes, nauarchus Corcyrenſium. Thucyd. lib. 1.

Æſis, Vmbriæ ciuitas, Ptolemæo, Gieſe Leander vocat, à qua Æſinates populo Ptolemæo, Hanc etiam vrbem Æſiam ab Æſi fluuio ap-

Digitized by Google

pellat, qui in Piceno ex Apennino fluens, in Adriaticum mare influit. Plin. lib. 2. quem fluuium *Sino* vocat Leander. Eſis Mela habet ſine diphthongo Aſius, Ptolemæo. Leandro tamen diuerſa videntur Aſius & Æſis. Caſeum, inquit Æſinatem ex Vmbria. Vide Æſium.

Æſis, fluuius Vmbriæ in Italia, & Æſium oppidum ab eo flumine dictum, vt author eſt Plinius 3.55.aliàs Æſer,Strabo lib.5.

Æſiſium vrbs Vmbrorum. Ptol. hodie Aſſiſia. Leandro tamen Aſciſi dicitur.

Æſion,ciuis nobilis Athenienſis,cuius illud de Demoſthene oratore fuit iudicium, vt dixerit Demoſthenem non ſolùm Athenarum dignum ciuitate eſſe: ſed & ſupra Athenas, Plut. in Demoſth.

Æſius,Plinio amnis eſt in ora Bithyniæ.

Æſolani,Plinius lib.3.cap. 3. In eodem etiam Aſula nos nominauerat tanquã ab his diuerſos.

Æſon, Argiuorum legatus,Thucyd.lib.5.

Æſon, Cirnei vel Cretei filius, frater Peliæ regis Theſſaliæ,& pater Iaſonis,qui ab eo vocatur Æſonides.Ouidius.

Æſonides mutaſſe velim quo cõiuge fœlix, &c.

Æſonem verò Medea,Iaſonis rogatu, annoſitate deſcriptum ſuis veneficiis robuſtiori ætati reſtituit.

Æſon, vrbs Theſſaliæ, ab Æſonis patre dicta. Stephanus.

Æſopus philoſophus & fabulator clariſſimus, Phryx genere:conditione ſeruus,tempore Crœſi,Lydorum regis,cui fabulas ſuas dicauit.

Ind. Æſopianus Hieronymus, iuxta Æſopianam fabulam.hic miſer vita, miſer morte,& miſer forma.Huius vitam Maximus Planudes ſcripſit.

Æſopus, Anagnoſtes Mithridatis erudiriſſimus,ſcripſit de laudibus Mithridatis,& de Helena.Suidas.

Æſopus,orator clariſſimus Laertius lib.1.

Æſopus,tragœdus,amicitia iunctus Ciceroni, de quo 6.Epiſt. famil. ſæpè cum eo ad videndum in Curia pronunciantem Hortenſium profectus eſt, teſte Valerio. Horatius 9. l. 2. Epiſtol. quæ grauis Æſopus,quæ doctus Roſcius egit. In maximas opes ex hiſtrionica peruenit, adeò vt ſeſtertium centies ei patina ſteterit: filium reliquerit adeò diuitem ſimul & prodigum, vt is vniones aceto liquefactos cænis apponeret. Plinius lib. 10. cap. 51. Horat. Serm. lib. 2. Satyr. 3.

Filius Æſopi detractam ex aure, Metellæ,
Scilicet vt decies ſolidum exſorberet aceto
Diluit inſignem baccam.

Æſopus, fluuius qui Zeliam præterlabitur. Plinius.

Æſopus hiſtoriographus, Anaximenis & Philonis tempore floruit.Plut.in Solone.

Æſquilinus, mons Romæ vnà cum Quirinali & Flaminali à Seruio Tullio, VI. Romanorum rege vrbi adiunctus,aliàs Exquilinus dicitur.

Æſſui,vide Eſſui.

Æſtraum oppidum. Macedoniæ, & Æſtrai populi,eius vrbis incolæ.Ptolem.

Æſulani, aliàs Aſulani. Plinius 3. 5.12. Vide Æsolani.

Æſuuius,lacus eſt vicinus Romæ.Plutarch.

Æſyetes, vir ex cuius ſepulchro ad Troiam extructo,ſpeculabatur Polites quod in ſuis nauibus facerent Græci Troiam obſidentes. Hom.2. Iliad.Strab.lib.13.

Æſyma, Stephano, vrbs Thraciæ, patria Caſtianiræ,ex qua Priamus Gorgytionem ſuſcepit, qui in bello Troiano ab Aiace fuit interfectus, Hom.8.Iliad vide Oeſyme.

Æſymnetes, cognomentum Bacchi,cuius rationem prolixè exponit Pauſan in Achaicis.

Æſymnitæ erant qui parem regiæ dignitati poteſtatem habebant: à quo nomine Dictatoris imperium traxiſſe originem creditur. Alex. ab Alexand.lib.4.cap.23.

Æſymnius, viri Megarenſis nomen, & eiuſdem nominis tumulus.Pauſanias in Attic.

Æſymnus, vir fuit Megarenſis qui regum tyrannidem exoſus, conſuluit Apollinem, quo potiſſimum modo Megarenſes rempublicam fœliciſſimè poſſent adminiſtrare, qúmque reſponſum eſſet,Si cum pluribus conſultarent:arbitratus id ad mortuos pertinere, qui viuorum numerum longè exuperant, tumulum heroibus congreſſit, qui ab ipſo Æſymnus dictus eſt, Curiamque extruxit, quæ ambitu ſuo tumulum includebat, arbitratus ita futurum, vt ipſi etiam mortui ipſorum conſultationibus intereſſent.

Æſymnus,vnus fuit è principibus Græcorum ab Hectore interfectus. Homerus Iliad. vndecimo.

Æſymnus,vrbs Thraciæ.Hom.Iliad 8.

Æta, Colchorum rex, Medeæ, & Abſyrti pater. *Æetes.*

Æta mons in Theſſalia.Meliùs per œ.

Ætalia,inſula in Liguſtico mari.Vide *Æthalia* & *Æthalia*,Plinius 3.6.2.& lib 5.cap.30.

Ætalide pars tribus Leontidis,Steph.

Æthale, vel Æthalia, inſula Tyrrhenorum, quę & Lemnos.Stephanus eandem cum Ilua putat.Vide Chios.

Æthalis, vel Æthalides, Præco Mercurij filius, cui quandoque inter mortuos, quandoque inter viuos eſſe licere conceſſum eſt, vt eſt author Apollonius in Argonaut. Volaterran. lib. 33. Hunc à patre Mercurio impetraſſe ferunt, vt & viuus & mortuus, omnium quæ gene-

generentur, memoriam haberet. Eum ſe fuiſſe gloriari ſolebat Pythagoras, Laertius lib.8. in Pythagora.

Æthêa, vna ex centum vrbibus Laconiæ. Stephanus.

Ætheria, gens. Plin. lib.6.cap.30. vide Æthiopia.

Ætherij populi ſubter Ægyptum, qui poſtea ab Æthiope Vulcani filio Æthiopes ſunt vocati. Plin. lib.6.cap.30.

Æternitatem vt deam coluerunt veteres Ethnici, cuius imaginem tempus eſſe dixerunt Pythagoras, Plato & Hermes Triſmegiſtus. Deſcribitur verò copioſè & luculenter à Claudiano, in Panegyr. de laudibus Stiliconis.

Æthices, Stephano ſunt populi Theſſaliæ, quorum meminit Hom. & Strabo lib.9.

Æthicia, regio Theſſaliæ inter Tymphæam & Athamaniam. Steph.

Æthiope, inſula maris Oceani, Macarea ante appellata. Plin. lib.5.cap.31. vide Leſbus.

Æthiopia, Diana cognominata eſt, teſte Stephano. Quidam ſic appellatam putant, à regiuncula quadam Lidiæ, αἰθιόπιον nomine, vbi coleretur: nonnulli, ab eo quod cum apud Æthiopas verſaretur, inde ab Apolline abducta eſſet. Alij ἀπὸ τοῦ αἴθειν, ab ardore videlicet, quod Luna ſit, vt ait Callimachus. Alij verò quod eadem ſit cum Hecate vt vult Eratoſthenes. ἥτις ἀεὶ δᾳδας κατέχει.

Æthiopia ſub Ægypto, Ptolemæo, Hebræis Chus: quaſi nigra vel nigredo, Græcis ardorem ſiue incendium ſignificat. Regio eſt Aphricæ, ab Æthiope Vulcani filio dicta. Aliis pars Africæ, torridæ zonæ ſubiecta, inter Arabiam & Ægyptum, ab Indo flumine conſurgens inter Nilum, & Oceanum, & in meridie ſub ipſa ſolis vicinitate, cuius gens primum Ætheria appellata eſt, deinde Atlantia, mox Æthiopia. Plin. libro ſexto, capite trigeſimo: Volaterranus libro duodecimo. De duabus Æthiopiis. Plin.5. cap.8. Ezech.29. & 30. Amos 9. Nahum 3. Sophoniæ 2. Iſaiæ 11. Hodie habitatur ab Abyſſinis. Regionem Abexim vocat Garcias ab Horto, & Habas & Alhabas articulo Arabico, Benjamin. Sono tantùm differunt hæc recentia vocabula. Æthiopes tam à ſeipſis, quàm ab Aſiaticis omnibus Chuſæi nuncupantur Ioſepho auctore Cuſſios, etiamnum hodie à Luſitanis appellari. At Montanus mihi teſtis eſt. Æthiopes vocari Cepheidas tradit Iſacius Tzetza. Æthiopes quoque Indos dici, leges in dictione Rhizophagi.

Æthiopia, Ægyptiorum armis attrita. Plin. lib.9.cap.29.

Æthiopia vnde dicta, Plin.6.30.1. Quamdiu clara 6.29.77. Eius magnitudo. 6.30.38. Menſura. 6.26.76. & inde diuerſa nomina, 6.30.1. Monſtra in cap.6.30. per totum. Situs 6.30.48. & Ptol. lib.4.cap.7.

Æthiopiæ duæ, Plin.5.8.3.4. Ptolem. lib.4. c.7. & 28. & Strabo lib.1.

Æthiopiæ Magnes, Plin. lib.36. cap.19. Smaragdi 37.5.28. Arena lib 36.cap.9.

Æthiopici maris inſulæ plures. Plin.6.31. per totum.

Æthiopes quales. Plin.2.80.1. Miraculo habiti, cùm primò viſi ſunt. 7.14. Emporium eorum. 6.13.35.

Æthiopes Arotherræ. Plin.6.29.38. Athabuli. 6.10 21. Daratitæ.51.39. Heſperij. 6.31.17. Perorſi. 35.1.38. & cap.80.5.2. Tarolei, lib.5. cap.8.

Æthiopum gentis deſcriptio, Plin.5.8. per totum. Qui primi eorum, 6.29 86.

Æthiopum caput Meroë, Plin 2.75.7. Æthiopes minio tinguntur. 33.7.6.

Æthiopes omnium hominum primi creati fuiſſe dicuntur, cuius rei coniecturam faciunt veteres Ethnici nonnulli, quod non aliunde in eam regionem acceſſerint homines, ſed in ipſa geniti merito indigenæ omnium appellantur conſenſu: de quibus Diod. Sicul lib 4. ita diſſerit. Et quidem ſimile veri eſt, eos, qui ſub meridiem habitant, primos è terra homines fuiſſe natos. Nam ſolis calore terram, quæ humida eſt, areſaciente, atque omnibus vitam dante, decens fuit locum ſoli propinquiorem primo naturam animantium tuliſſe. Æthiopes quoque, vt ibidem ſcripſit Diodor. omnium primi deos coluerunt: ſacra inſuper, pompas, celebritates, aliáque, quibus diis impenduntur honores, adinuenerunt. Quæ ex re, ipſorum in deos pietate, religionéque inter omnes vulgata, videntur Æthiopum ſacra diis admodum eſſe grata. Huius rei teſtimonium afferunt antiquiſſimi ferè, & celeberrimi apud Græcos poëtarum, vtpote Homeri, qui in Iliade Iouem, reliquóſque vna deos introducit in Æthiopiam tum ad ſacra, quæ eis de more fiebant, tum ad odorum ſuauitatem commigrantes. Æthiopes etiam dicuntur ſuæ erga deos pietatis præmium tuliſſe, quod nunquam ab externis regibus ſubacti fuerint, ſemper enim liberi permanſerunt. De hominum autem primorum origine aliter Sacra hiſtoria, Geneſ.3 4.5. & 10.

Æthiopum gentes alias ferunt eſſe ſine naribus, alias ſuperiore labro orbas, alias ſine linguis. Pars etiam ore concreto, & naribus carens, vno tantum foramine ſpirat, potúmque calamis auenæ trahit, & grana eiuſdem auenæ ſponte prouenientis ad veſcendum: quibuſdam pro ſermone, nutus, motúſque membrorum eſt: quibuſdam ante Ptolemæum Lathy-

rum Aegypti regem, ignium vſus fuit ignotus: nonnulli locuſtis tantum victitant, fumo & ſale duratis. Plin. lib.6.cap.30. fabuloſa & anilia commenta pleraque hæc omnia.

Aethiopium, regio Lydiæ apud Hillum, Stephanus.

Aethiops, qui ex Aethiopia eſt: Aethiopicus & Aethiopius, Seruio & Aethiopiſſa. Sunt qui Aethiopes dictos putent à Chus, filio Cham, Chus enim Hebraica lingua Nigrum ſignificat. Hi quondam ab Indo flumine conſurgentes, iuxta Aegyptum inter Nilum & Oceanum in meridie ſub ipſa ſolis ciuitate inſederunt: quarũ tres ſunt populi, Heſperi, Garamantes & Indi. Heſperi ſunt Occidentes, Garamantes, Tripoli, Indi Orientes. Vide Stephanũ. Plin.li.6.c.30. dictã putat Aethiopiã ab Aethiope Vulcani filio.

Aethlius, Iouis filius, & pater Endymionis. Heſiodus.

Aethiſipon, vide Chalame.

Aethle, vide Chios.

Aethon, Solis equus, quorum quatuor ſunt, quatuor diurnæ circuitionis qualitates demonſtrantes. Pyrois, id eſt, rubeus, eò quòd primo manè ſurgentibus à terra vaporibus ſol rubeat. Eous, id eſt, ſplendidus eò quòd exhalatus ſol iam diſſolutis vaporibus ſplendens ſit. Aethon, id eſt, ardens: nam ſole iam medium cæli tenente, lux eius corufca eſt, & cunctis feruidior videtur. Phlegon autem quartus, ex croceo colore in nigrum tendit, & in tempore terram amans, oſtendens aduesperaſcẽte die ſolem terram petere, id eſt, occaſum. Ouid.lib.2. Metamorph.

Interea volucres Pyrois, Eous & Aethon,
Sedes equi, quartuſq; Phlegon, hinnitibus auras
Flammiferis implent.

Aethon, equus Pallantis apud Virg. Aeneid.11.

Poſt bellator equus poſitis inſignibus Aethon
It lachrymans, guttiſq; humectat grandibus ora.

Hoc etiam nomine equus Auroræ vocatur: Apud Homerum Iugalis eſt equus Hectoris, apud Claudian. Plutonis ad finem lib.2.de raptu Proſerpinæ.

Aethon, vir qui pedendi vitio ita laborabat, vt in templo Capitolino abſtinere non potuerit. Sed affectus hoc ſupplicio, vt triduo cœnauerit domi, didicit comprimere nates, ne eadem pœna iterum afficeretur: nam aliena menſa victitabat. Martial.lib.12.

Aethra, filia Pytthei regis, & vxor Aegei, materque Theſei. Vide Aegeus.

Aethra Oceani & Tethyos filia, vxor Atlantis, Aſiæ filij vxoris Iapeti, qui ex ea XII. filias, & vnum filium Hyantem ſuſcepit: ſed Hyantes in Libya à ſerpente occiſus eſt: cuius mortem cum quinque ſorores nimium deflerent, luctu contabuerunt, ſed Iouis commiſeratione inter deas

ſunt tranſlatæ, Hyadéſque à fratris nomine dictæ, Reliquæ ſeptem, eò quòd plures ſuperſtites manſiſſent, Pleiades ſunt appellatæ. Timæus Græcus ſcriptor.

Aethra, mater Pitthei, de quo Ouid. in Epiſtola Ariadnes.

Aethrea, olim dicta eſt Rhodus, & incolæ Aethræi, Stephanus, vide Rhodus.

Aethreæa, inſula. Plin 5.31.24.

Aethria, vel Aetheria inſula. Plin.4.12.103. vide Thaſus.

Aethruria. vide Hetruria, & Tuſcia.

Aethuſa, inſula in mari Libyco, quæ à quibuſdam Aegusa dicitur. Plin.li.3.ca.8. Stephanus ſcribit Catria à Libyis vocari, Limoza Mercatori eſt, Fauiana Calueto Stellæ, fortè Aegathes Melæ eſt: ſed Aegathes numero plurali habent Liuius & Florus: & Aegusæ inſulæ ſunt quoque apud Polybium lib.1.inter Africam, & Lilybæũ. Dalechampius in notis ad Plinium vult Aethuſam hodie Grandolo vocari & vicinam eſſe Aelij inſulæ quæ hodie Palanderea dicitur.

Aethuſa & Aegusa Ptolemæo diuerſæ ſunt, vide Conſtantinopolis.

Aethya, epitheton Palladis. Cæl. Rhod. libro decimoquarto.

Aethyſſei, populi Libyæ Marmarinis vicini. Steph; Videtur legendum Marmaridis.

Aetinum, Eſtiotarum in Macedonia vrbs, apud Ptolemæum. Athaneum fortè Liuio lib.38.

Aëtius Conſul, Valerij Romani Conſulis collega, ex agricola Magiſter equitum factus, à Bonifacio bello victus: deinde Hunnorum præſidio priſtinæ dignitati reſtitutus.

Aetius Conſul, Studij collega, à Valentiniano proſperitati eius inuidente, eúmque pertimeſcente occidi iuſſus eſt, Procop. lib.5. belli Vandalici.

Aëtius, Ariani dogmatis ſectator, ſophiſta & quo Aetiani, qui modò Eunomiani dicuntur. Hiſto. Tripart. lib.6.c.13. & ſequentibus.

Aëtius, medicus, cuius libri extant, & quædam epiſtolæ. Dictus Aetius, id eſt Aequilinus, qui fuit ex Antiochia Syriæ, diſcipulus Eunomi, tempore Conſtantini Imperatoris.

Aetnâ, cœli & terræ filia, hanc cùm compreſſiſſet Iupiter, Palicos deos peperiſſe dicunt. Seruius in lib.9. Aeneid. ſuper illud *flamma pinguis vbi, &c.*

Aetna, mons Siciliæ, prius Ineſia appellatus, vt tradit Volaterranus, perpetuo igni terribilis, & quandoque globos igneos longius emittens, circa radices amœniſſimus eſt multis fontibus & fruticibus. Sub hoc monte Iupiter Gigantes deiecit fulmine, vt fabulantur poëtæ. Quare autem Aetna flammas euomat Trogus lib.4. explicat Sicilia terra eſt cauernoſa & fiſtuloſa.

quo-

quo fit vt ventorum flatibus pateat ; vnde ignis concipitur , intrinſecus ſulphur habet & bitumen vbi ventus per ſpiramenta cauernarum incubuit , diu luctatus concipit ignem: ſic Aetnæ durat incendium : Motus ergo ventorum cauſa incendij eſt, ab Aetna fit Aetneus, Aetnea, Aetneum, id eſt, ab Aetna monte, vel magnus. Cæleſtem columnam eum Pindarus cognominat. Hodie Mongibello , aut Monte gibello nominant. Aetnæ montis deſcriptio Plin. 2. 8. 12. Incendium 3. 8. 12. quod ſemper ardeat. 2. 109. 1.

Aetna , ciuitas Siciliæ , ad Aetnæ radices ſita, Ineſſum prius dicta, ab Hierone condita. Steph. vulgò *Centorbe.* Græcè dicitur Αἴτνη Ptolemæus: Diod. Siculus eam antea Euneſiam dictam ſcribit. *Atorno* Leandro eſt. *Maſcali* autem Fazello dicitur. Vide Catana.

Aetnæ & Hymari filius Gelon. Steph.

Aetnenſes, populi, Plin. 3. 8. 21.

Aetneus venator, prouerbium eſt de eo, cuius caſſa inutiliſque fit venatio, quique ſicut inanis progreditur, ita inanis regreditur: vnde ſcriptum quod in Aetnana regione nec feræ viſantur nec ſyluæ ſint. Cæl. Rhod. lib. 26.

Aetneus, cognominatus eſt Vulcanus: quin & nunc vulgò Aetna mons *Mongibel* vocatur, quaſi Mulciber , Vulcanus autem ideò cognomen hoc ſortitus eſt quod in monte Aetna perpetuum ignem vomente cum fulmina Iouis & deorum heroúmque arma fabricantem poëtæ finxerunt. Virg. lib. 8. Aeneid.

Aetolia , authore Xenophonte , Achaiæ regiuncula eſt Epiro , Acarnaniæ & Locris finitima. Stephanus ſcribit prius Hyanthis dictam. Arias Montanus Cepher Hebræis eſſe docet in ſuo apparatu Biblico , huius oppidum eſt Calydon, vnde Meleager Calydonius dictus. Dicta eſt autem Aetolia ab Aetolo Martis filio , cum ex Elide à Solomoneo vnà cum Epeo & Piſanto electus ad habitandam eam veniſſet : vnà cum Corcyra, Epiro, & Acarnania à Gotthis deuaſtata , maréque nauigantibus inutile redditum. Blon. 7. Procopius 3. Hinc Aetolus, a, um, penultima prod. Virg. lib. 2.

Non erit auxilio nobis Ætolus & Arpi.

Similiter Aetolicus , vt ager Aetolicus , & apud Ouidium , *Ætolius heros* , id eſt , Diomedes. De Aetolis Tit. Liuius primæ Decadis 2. & 3. lib.

Aetóliæ populi, oppida, fluuiíque Plin. 4. 2. per totum.

Aetolus, Plin. lib. 7. cap. 56. Martis vel Endymionis filius , cæde per imprudentiam in patria perpetrata , fugit in eam regionem quæ poſtea ab ipſo Aetolia dicta eſt , ibíque genuit filium Pleuronem , à quo vrbs Aetolia dicta. Huius autem duo filij fuerunt , Cures & Calydon , à quibus rurſus aliis vrbibus nomina data ſunt.

Aetuarij, Straboni Heluetiæ populi ſunt, apud quos Rheni fontes ſcripſit eſſe idem , Xylander hoc loco in ſuo Latino Strabone lib. 4. Nantuates ponit, quàm bene, ipſe viderit.

Aetus olim appellatus fuit Aegypti fluuius, qui poſtea Nilus dictus eſt , vt ex Locophrone annotauit Cæl. Rhod. lib. 29. cap. 18. quod nomen à curſus velocitate illi impoſitum fuiſſe apparet, quòd ſcilicet volatum aquilæ (quam Græci vocant ἀετὸν) propemodum æquare videretur. Eſt & in Scythia fluuius nomine Aetus , qui quum Promethei agrum vberem alioqui crebris exundationibus infeſtaret , fecit locum fabulæ , vt Promethei continuò renaſcens iecur , ab aquila exedi diceretur. Cæl. lib. 6. c. 10.

Aeuiterni dij à veteribus Ethnicis appellati, quod ſempiterno æuo permaneant : qualis Iupiter quem ſic vocauit Ennius. de Aeuiterno die in cuius ſacris fuluus bos immolabatur, vide Plinium.

Aex, ægis , inſula ſcopuloſa in mari Aegeo, inter Tenedum & Chium , quæ Capræ ſpeciem procul aſpicientibus præbet : vnde & nomen accepit. Αἴξ enim Græcis capra eſt. Ab hac inſula mari Aegeo nomen factum eſſe tradit Plinius. lib. 4. cap. 11. Alij verò à ſcopulo potius quàm ab inſula apud Ptolemæum ſic appellatum volunt. Eſt & vrbs in Italia Marſorum.

Aexonia vrbs Magneſiæ: & Aexone, pars tribus Cecropidis.

Aexones populi in Attica, dicacitate maledicéque virulentia inſignes , adeò vt αἰξωνεύεσθαι ſignatum vnde verbum ſit , quo ſignatur intoleranda mordacitas. Cæl. Rhod. lib. 18.

Aexæi, vide Lycaones.

Aezica, pars Thraciæ. Steph.

A F

Afer, cur potiùs Apher, λίβυς. Vide Africa.

Afranius. Pompeij dux, Arabas iuxta Ammanum ſubegit. Plutarch.

Afranius , Anniballinus Conſul , Aſclepiodoti collega : quorum ætate Carporum & Baſtanarum gentes in Romanum ſolum tranſlatæ ſunt.

Afranius , poëta comicus teſte Cicerone in Bruto homo peracutus in fabulis & diſertus, quod in togatis excelluit , inquit Quintilianus: vtinamque non inquinaſſet argumenta puerorum fœdis amoribus, mores ſuos faſſus. Horatius huius meminit.

Dicitur Afrani toga conueniſſe Menandro.

Auſonius quoque.

Qui toga facundi ſcenis agitauit Afrani.

Afrania , Licini cuiuſdam vxor apud Valeriũ quæ muliebris verecundiæ oblita ſuas per ſe cauſas agebat , & importunis clamoribus iudicibus obſtrepebat. Hinc factum eſt , vt mulieres

Digitized by Google

perfrictæ frontis & matronalis pudoris oblitæ. Afraniæ per contumeliam dicerentur.

Africa, vel Aphrica, dicta ab Aphro vno ex poſteris Abrahæ, qui aduerſus Lybiam exercitum duxit, & ibi deuictis hoſtibus conſedit, Libya & Heſperia à Græcis dicta, tertia pars orbis, quæ freto Herculeo à Nilo, cæteriſque orbis partibus diducitur. Hanc ab initio, vt ait Salluſtius, habitauerunt Getuli & Lybies aſperi incultique, quibus cibus erat caro ferina, atque humi pabulum velut pecoribus. Sita eſt inter Aſiam, Europam, & Auſtrum, incipienſque à finibus Ægypti, ad Gaditanum mare vſque protenditur. In hac ſunt Mauri, Getuli, Numidæ, Garamantes, Æthiopes, & nobilis vrbs Carthago, vbi propriè Aphricam dici volunt: reliqua enim terræ pars quondam Libya dicebatur. Incipit à finibus Ægypti, pergens iuxta meridiem per Æthiopiam vſque ad Atlantem montem: à Septentrionali parte Mediterraneo mari coniuncta clauditur, & in Gaditano freto finitur. Habet prouincias Libyam Cyrenenſem, Pentapolim, Byſantium, Carthaginem, Numidiam. Sunt qui Africam diuidunt in maiorem & minorem. Et minorem ab occaſu Numidiam habere, ab ortu Cyrenaicam, à Septentrione mediterraneo mari terminari. In ea olim fuiſſe Carthaginem, Vticam, Hipponem Rhegium, & fluuium Bragadam. Maiorem verò eſſe, quæ à meridie incipit, & vſque ad Occaſum protenditur. Hinc Africus, a, um, vt Africus ventus, qui ab Occidente flat, contra Vulturnum, dictus ab Africa, vbi primùm incipit. Africam hodie Geographi in 4 partes diuidunt, Barbariam, Numidiam, Libyam, & Nigritarum terram; Barbariam, quam meliorem cenſent, nam Atlantico & mediterraneo mari alluitur. Atlante monte, & Barcha regione contermina Ægypti circumſcribunt. Numidia quæ illis Billedulgeris dicitur, & dactylos producit, vnde Arabibus non alio nomine quàm dactylifera regio nominatur, Atlantico mari ab Occidente terminatur, & Atlante monte à Septentrione. Orientem verſus excurrit ad Eloacat vrbem ab Ægypto 100. milliaribus diſtantem: arenoſa Libyæ deſerta illi à meridie ſunt. Lybia verò, tertia pars, Arabica lingua *Sarra* appellatur, quæ vox idem quod deſertum ſignificat, à Nilo, ad Orientem Solem principium habet, indeque ad mare Atlanticum verſus Occidentem pergit: Numidia illi Septentrionalis eſt: ad meridiem Nigritis ſe iungit: Quarta pars Nigritarum terra vocatur nomine vt ab incolis nigri colore affectis, vel à flumine Nigro, qui hanc regionem lambit, ſumpto: hæc habet à Septentrione Libyam, à meridie Oceanum Æthiopicum: ab Occidente Gualatæ, & ab Oriente Goagæ regnum. Africæ totius mores & inſtituta ingenti volumine deſcripſit Ioannes Leo.

Africę propriæ deſcriptio Plin. 5.4. per totum, & Ptolemæus lib.4.c.3. Africa quæ propriè dicitur. Plin. 5.4.1.7.11. Africæ propriè quot populi, coloniæ, oppida. Plin. 5.4.27. Menſura. 5.4.10. Tertia orbis pars. Plin. prolog. 5.11. Vbi ſita, ibidem 14. Africa & Libya eadem, in prolog. 5.1. Quota terræ pars, 6.33.11. & inde Africa paucorum ſinuum in prolog. 5.2. Nomina eius ineffabilia, ibidem. 3. Solitudines eius vbi 5.8. Inſulæ circa eam. 5.7. per totum. Africæ totius menſura 6.32.11. Africæ deſcript. lib. 5 in VIII. primis capitibus. Africæ noctes æſtate roſcidæ lib.2.c 62. Africæ gentes caſtella inhabitabant, in prolog. 5. Vbi fertilis, 5.1.22. Qui venti in ea ſereni nubilique, 2.47.47. Quibus animalibus careat, 5.5.8.14. Serpentes eius & feræ, 5.4.16.17. Africæ alumen, 35.1.5. Parietes ex terra, 35.14.1.

Africana Ceres ſumma cum reuerentia & continentia celebrabatur à viduis mulieribus Ethnicis, de qua Tertullian. lib. 2. ad vxorem: Cęterùm, inquit, Africanæ Cereri viduas aſſiſtere ſcimus, duriſſima quidem obliuione matrimonij allectas, in æternum viris non modò thoro decedunt, &c.

Africanus na, num: vt gens Africana, & Scipio Africanus. Videtur autem differre Afer ab Africano, quod Afer, gentile nomen propriè eſt, quanquam Maro dicit, Armentarius Afer: Africanus denominatiuum: vt Scipio, à deuicta Africa, Africanus cognominatus eſt, Beda, Afer dicitur ex Africa ortus.

Africanæ, abſolutè dicuntur Pantheræ, quæ & variæ, quoniam id genus in ea regione creberrimum fuit. Plinius. Senatuſconſultum fuit, ne liceret Africanas in Italiam aduehere. Deducitur autem hoc nomen ab α priuata & φρικὴ horror vel φρίττω horrore concutior, quia maximus ibi Solis calor eſt.

Africanus, Alexandri Cæſari conſiliarius, doctiſſimus iuris profeſſor, Papiniani diſcipulus. Lamprid. Idem in Sacris litteris doctus. Eutrop. 11.6.c.23.

Africerones, vide Gamphaſantes.

Africum mare, vide Aphricum.

Afrodiſius, fluuius eſt, qui ſteriles reddit mulieres.

A G

Aga, mons è quo Araxes & Euphrates oriuntur, quem Strabo & Ptolemæus Abon, ſiue Abam vocant, Hermol. in Plin. lib. 6. cap. 9.

Agamus nomen Prophetæ, Act. 11.

Agabra, Turdetanorum in Hiſpania oppidum Vaſæo auctore, qui hodie Cabra dici ait.

Agactari, populi, aliàs Agacturi Plin. 6.28.68.

Agaetus, Scitharum rex.

Agag, rex Amalech dictus, 1. Reg. 15.

Agagammatæ, populi, Plin. 6.7.9.

Agalaſſes, populi ab Alexandro oppugnati. Plutarchus.

Agaris Corcyrea, in arte Grammatica perita, cui inuentionem pilæ nonnulli adſcribunt. Cæl. lib. 8. cap. 1.

Agamantes, populi circa Mæotim: Plin. 6.7.9. Sed emendati codices Agagamantæ.

Agamea, vel Agamia promontorium & portus circa Troiam. Steph.

Agamede, oppidum Leſbi inſulæ. Plin. 5.31.55. Vide Steph.

Agamedes & Trophonius, adytũ Delphicum ex quinque lapidibus ſtruxerunt. Cuius meriti nomine quum ab Apolline præmium poſtulaſſent, quod ille homini optimũ duceret, poſt diem tertium in lecto mortui reperti ſunt. Cic. 1. Tuſc.

Agamemnon, Atrei ex Ærope filius, vt Homerus ait, Polyſthenis verò vt Heſiodus, & fratres Menelai, Mycenarum & Argiuorum rex, quaſi ἄγαν μένων, hoc eſt, perſeuerãs, & Thyeſtis ſucceſſor, qui omnium Græcorum conſenſu Imperator delectus ad expeditionem Troianam profectus eſt, vbi plurimos labores, & maximas Principum ſimultates pertulit: Briſeidem præterea, quam Achilli ſuſtulerat, reddere coactus eſt. Ilio capto, inter alia Caſſandra Priami filia ei in ſortem ceſſit, quæ etiam mortem ei prædixit, ſed ille verbis eius minimè fidem habens, ad vxorem Clytemneſtram, cui domi cum quibuſdam liberis relicti imperij curam crediderat, reuerſus ab Ægyſtho Thyeſtis filio, qui omnia priùs tacitè occupauerat, imò & vxorem ſtuprauerat, ſimulata amicitia, & Clytemneſtræ conſenſu, in littore ſeu, vt aliis placet, in cõuiuio, quod ingẽs ei vxor parauerat, interfectus eſt poſtquam annos octodecim regnaſſet. Quod faciens Oreſtes Agamemnonis & Clytemneſtriæ filius ægrè ferens Ægyſthum & matrem in vindictam patris occidit. Cæterùm habuit ſceptrum à Vulcano fabricatum, item clypeum in cuius medio erat Gorgonis effigies, in Zona verò draco voluminoſus. Hinc Agamemnonius, a, um.

Agamneſtor, xi. Athenienſium princeps, regnauit ann. xx.

Agamzua, Mediæ oppidum. Plin. lib. 6. c 14.

Aganagara, Indiæ intra Gangem vrbs eſt Prolemæo, Agonara interpretatur Mercator.

Agendei populi circa Mæotim. Plin. 6. cap. 7.

Aganippe, fons Bœotiæ à Cadmo monſtratus prius Enippe dictus, Apollini & Muſis ſacer: quaſi valde ab equo formatur, ἄγαν valdè, ἵππος, equus: qui fons potus, dictus eſt præſtare facundiam. Hyantæa ab Hyantibus populis, & Permeſſia à Bœotiæ fluuio Permeſſo cognominata eſt, Ouid. Metamorph. 5. *Fonte Meduſæo & Hyantea Aganyppe.* Claudian. *fons Aganippea Permeſſius educat vnda.*

Aganippe, Bœotiæ mons: antea Enippe dictus, vti eſt apud Vibium Sequeſtrem.

Aganippis, denominatiuum, & Aganippæus, a, um. Ouid. lib. 6. Faſt.

Dicite quæ fontes Aganippides Hippocrenes.
Grata Meduſæi ſigna tenetis equi. Propert.
Par Aganippeæ ludere docta lyra, Plin. 4.7.15.

Aganus, vrbs circa Heracleam Ponti. Steph.

Aganzua, vide ſupra Agamzua.

Agapênor, præfectus claſſis Agamemnonis. Homerus Iliados 2. Latinè amans viros, vel qui ab aliis amatur.

Agapenor, Ancæi filius, Lycurgi nepos capto Ilio in Cyprum tempeſtate delatus eſt, vbi Paphum vrbem condidit, & fanum in vrbe opulentiſſimum. Inde poſtea Venus Paphia nuncupata eſt. Pauſan. in Arcad.

Agapêtus, Synadorum vrbis Phrygiæ Pacatianæ epiſcopus ſectæ Macedonianæ ad orthodoxam fidẽ conuertitur, Socrates hiſt. Eccl. l. 7. c. 3.

Agapetus, apud Præneſte puer XIII. annorum ſub Aureliano principe Martyrium paſſus eſt.

Agapetus Imperatoris Anaſtaſij in conſulatu collega anno 117.

Agapetus huius nominis I. Ioanni II. in pontificatu ſuccedit, & quum eruditorum virorum copia non eſſet de publicis ſcholis conſiliũ proponit, ſed non auditur, quum bellum ingrueret, hactenus enim tantum priuatæ ſcholæ fuerant.

Agapetus huius nominis II. anno Chriſti 446. ſuccedit Marino Papæ & ſedet annos IX. menſes VII.

Agápius, Alexandrinus philoſophus, educatus in eloquentiæ ſtudiis, in medicinam commentarios edidit, Bizantij ludum aperuit, magna doctrinæ fama, ingeniique ſolertia.

Agápius, Philoſophus Athenienſis, poſt Procliũ Martiui Neapolitani diſcipulus. Author Suidas.

Agapius Cæſareæ Palæſtinæ epiſcopus. Euſeb. lib. 7. c. 310.

Agar Ægyptiaca, Abrahæ ancilla, ex qua Iſmaëlem habuit, permittẽte Sara eius vxore legitima. Agar aduena ſignificat. Comeſt in cap. 6. Geneſ.

Agar nomen oppidi. Hirtius lib. 1. de bello Africano.

Agarêni, ab Agar denominati, populi Arabiæ nunc Saraceni dicti, in quos profectus. Traianus Cæſar cum exercitu, eorum oppidum Agarum mœnibus nudauit: eos tamen nunquam potuit acie ſuperare, tempeſtate cœli tanquam diuinitus diremptos. Diod. Vide Saraceni.

Agariſta, Cliſthenis filia, adeò famoſa, vt ad habendas eius nuptias celebrata ſint procorum ſpectacula & certamina quo ſpecioſiſſimi quoq; Græciæ adoleſcentes confluxerunt, Herodotus,

Agarum, promontorium in Sarmatia.

Agarus, eſt fluuius in Sarmatia, quam Sagarim nominat, Ouidius Ptol. lib. 3, *Schiret* nunc quemadmodum Mercator ait in ſua Europæ tabula. Ab hoc & nomen Agarico radici datum creditur. Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 18.

Agaſias, ex Stymphalo Arcadiæ oppido, vir fortis & bello clarus, de quo Xenoph. libr. 6. De expeditione Cyri minoris.

Agaſicles, Spartanorum rex clariſſimus, cuius extat aureum illud apud Plutarchum apophthegma, Nullum eſſe firmius ſtabiliendi regni præſidium, quàm ſi rex ita ſubditis imperet, vt parentes liberis.

Agaſo, nomen ſerui Horat.

Si pateram pede lapſus frangat Agaſo.

Agatharcus pictor, cùm apud Zeuxim mira celeritate ſe animalia depingere gloriaretur. Ego verò (inquit Zeuxis) longo tempore. Nam in opere faciundo promptitudo ac celeritas haud poteſt ſtabilem grauitatem & exquiſitam pulchritudinem rebus adiungere. At labori tempus impenſum, robur ad conſeruationem, & perpetuitatem operis affert. Plutarchus in Par.

Agaſides, fuit Lacedæmoniorum rex: vt oſtendit Plutarchus in dictis Laconicis.

Agaſthéneus pater formoſi Polyxeni, qui nauibus ſuæ gentis præfuit in expeditione Troiana. Homer. Iliad. 3. Latinè, inſigniter robuſtum ſignificat.

Agaſtrophus, Pæonius filius & heros inter primos Troianorum bellatores à Diomede vulneratus in coxa, mortem obijt. Hom. Iliad. 11.

Agaſthus, 11 Athenienſium archon, regnauit annis xxxvi. Medonti ſucceſſit. vide Velleium & Pauſaniam, legitur Acaſtus ἄκαστος.

Agaſus, portus. Plin. lib. 3. cap. 11.

Agatha, Ptolemæo, Straboni & Plin. lib. 3. c. 4. & Stephano, vrbs eſt & inſula prouinciæ Narbonenſis quondam Maſſilienſium. *Agde* Ioanni Poldo, qui ſcribit hanc à nonnullis hiſtoriographis quoque Ciuitas Nigra appellari, Agathyatyche, id eſt, Bona fortuna à Timoſthene dici tradit Stephanus: ſunt qui Agatha, montem peſſulum interpretantur. Pliu. lib. 3. cap. 4. & eſt inſula. Lyciæ. Steph.

Agatha, virgo, Volaterran. lib. 13. Carthaginienſis & martyr ſub Gallo mammillis torta.

Agatha, vrbs Phocidis, quam alij Agatheam vocant Steph.

Agatarchidas, dux Corinthiorum, Thucy. li. 2.

Agatarchides, hiſtoricus Simius, de quo Plutarchus in hiſtoria Perſica.

Agatharcus, ſtadium vicit Olympiade prima & ſexageſima imperante Athenis Heraclion. Dion. lib. 4.

Agatharcus, claſſis Syracuſanorum præfectus. Thucyd. lib. 3.

Agathias cognomento Scholiaſticus, Smyrnæus patria, ſcripſit poſt Procopium res geſtas Iuſtiniani principis, eiuſque ducum Belliſarij & Narſetis, tum in Italia quoque & Africa, ac apud Byzantium res geſtas, quorum tempore ipſe fuit. Cōpoſuit & quę vocātur Daphnica opus elegantiſſimum, coegitque in volumen diuerſa epigrammata Græca nobilium poëtarum. Suidas.

Agathirnum, vide Agathyrnū, & Agathyrſus.

Agatho, philoſophus Pythagoricus, frequens antithetis, adhibitus quondam conuiuio ab Archelao rege, cuius erat familiariſſimus: interrogatúſque ab eo, cùm iam eſſet annorum LXXX. ſi robur adhuc vllum ſeruaret: Sanè, inquit nam non ſolùm Ver, ſed autumnus ſolet bona & proſperitatem adferre. Ælianus de varia hiſtoria.

Agatho, Athenienſis, vir monſtruoſæ fortitudinis, & magnitudinis, tempore Hadriani principis & Herodis Attici, de quo Philoſtratus in vita ipſius Herodis ait: Adoleſcens cùm eſſet in prima lanugine, ſimilis ingenti Gallo, magnitudine octo pedum, vaſta coma, hirſutis oculis ac iunctis, vt vnus videretur, læta facie, naſo aquilino, ceruice toroſa, pectore vaſto pulchréque compacto, crucibus breuibus, ac extrà incuruatis. Erat ei regimen lupina pellis, certamen cum apris, lupis, tauris, &c. quorum omnium vulnera oſtentare ſolebat. Veſcebatur lacte aſinino libentius, quod ei leuius iucundiúſque videretur. Craterem ei iuſſu Herodis allatum reſpuit, dicens haud purum eſſe, quod odore muliebri offenderetur, quum eſſet caſtiſſimus. Volaterran. lib. 13.

Agatho, Tibicen, cantilenarum ſuauitate maiorem in modum aures deliniens. Nec huius mores diſſimiles muſicæ fuiſſe perhibentur. Laborauit enim infamia mollitiei. Hinc factum eſt prouerbium, Agathonis cantio, quòd rectè dicetur de oratione blanda magis quàm frugifera. Primus chori tragici cantum inſtituit teſte *Ariſtot.* in poëtica.

Agathocles Babylonius, ſeu Cyzicenus, vtroqꝫ enim modo ab Athenæo appellatur. Derp. l. 9. & 12. Cyzicenorum res ſcripſit. Ex hoc opere narrat Athenæus lib. 1. vt Cyrus, primus Perſarum rex, Pytarcho, Cyziceno quem impensè amabat, ſeptem donauit ciuitates: ille autem opibus iis inſoleſcens, patriæ tyrannidem affectarit, exercitu aduerſus eum conſcripto: Cyeuzeni verò fortiter ſe defenderint. Fuit præterea alius Agathocles Chius, rei ruſticæ ſcriptor. de quo Varo & Columella vt & Plin. lib. 12. c. 22. Eſt & Agathocles Atrocius qui de piſcibus ſolutâ oratione ſcripſit, Agathocles Samius de Peſſimontiorum republica, & Agathocles Mileſius de fluminibus.

Agatho-

Agathocles, tyrannus Siculus natus patre figulo, dùm libidini latrocinioque operam dediſſet, gregariam militiam exercuit. Cúmque ſtrenuus eſſet, & in concionibus perfacundus, breui ex centurione tribunus militum euaſit: & primo quidem bello contra hoſtes pugnans, magnæ ſuæ virtutis præbuit experimenta, adeò vt in demortui regis locum fuerit ſuffectus nec multo poſt interfectis Syracuſanis nobilibus cum Carthaginenſibus bellum geſſit: deinde ſpe amplіandi regni, in Italiam traiecit: vbi cùm deceptus fuiſſet, ex indignatione morbum contraxit, ex quo etiam vita functus eſt. Iuſtin. lib. 22. Africam deuaſtauit, Plutarch. in Pyrrho. Ouid.

Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regem,
Atque Abacum Samio ſæpe oneraſſe luto.

Agathóclea, Ptolemæi ſcortum. Iuſt. lib. 30.

Agathon Samius hiſtoricus libros edidit rerum. Ex Agathone hoc quædam de Buſirite hoſpites mactante, poſteáque ab Hercule interfecto, refert Plutarchus in Parallelis minoribus cap. 3.

Agathon, Priami filius, vnus nouem illorum qui Hectore mortuo Priamo ſuperſtites fuerunt ad quos Priamus ad Hectoris corpus redimendum profecturus verba facit. Iliados ω.

Agathopolis Ptolemæo, vrbs Galliæ Narbonenſis. Agatha ciuitas.

Ἀγαθοῦ δαίμονος; id eſt, boni dæmonis, inſula quædam in mari Indico. Steph.

Agathûſa, inſula vnguento nobilis, ſic à Callimacho nuncupata, vulgò Telos. Vide Telos. Plin. meminit 4. 11.

Agathyrion, Siciliæ vrbs Ptolemæo. Mar. Niger dicit hodie Pati nomen habere Agathyrion hoc Ptolemæi idem eſſe cum Agathyrſo Strabonis & Agatinno, vel Agantinno Antonini putat Simlerus. Ego hoc idem cum Agathyrio Ptolemæi eſſe patiar: cum Agathirſo verò Strabonis minimè, Liuius lib. 26. Agatirnam habet.

Agathyrnum, oppidum Siciliæ, Plinio authore lib. 1. cap. 8.

Agathyrſa, vide Agathyrſum.

Agathyrſi, populi Scythis vicini. Hieronymus. Hi multum habent auri ſine auaritia, ſine inuidia. Hos Plin. ſcribit habere capillos cæruleos, vnde & Picti dicuntur, aut quoniam verſicoloribus veſtibus induuntur. Virg. lib. 4. Dicti ab Agathyrſo Herculis filio. In commune cum mulieribus coëunt: capillos habent cæruleos, quos vna cum toto corpore inficiunt variis coloribus. Plin. 4. 12. Virg. 4. Æneid.

Inſtauráque choros: myſtique altaria circum
Cretesque Dryopéſque fremunt, pictique Agathyrſi.

Vide Trauſi & Scythæ.

Agathyrſus, ſiue Agathyrſa, ciuitas de qua Silius, *Defuerant Agathyrſa manus, geminóque Lacone Tyndaris.* Meminit Plin. 3. 8. 10.

Agathyrſus, Straboni Siciliæ inſulæ promontorium. Ptolemæus *Ægitharſus* vocat: Plinius *Agathyrnum* habet: *Cabo S. Viro*, ſi Claudio Aretio credatur, A nonnullis tamen etiam video *S. Theodori* interpretari. Vide *Nimblu.*

Agatinnus, aut Agantinnus, vide Agathyrion.

Agatirna, vide Agathyrion.

Agaue, Cadmi & Hermiones filia, Echinni Thebano nupſit, ex quo filium Pentheum ſuſcepit, qui cum abſtemius eſſet, ac propterea Bacchi ſacra deſpicaretur, ab ipſa matre, reliquiſque Mænalibus inter Bacchanalia, iã rex Thebanorum, membratim eſt diſcerptus. Virg. in Culice, *-quondam, victa furore,*

Venit Nyctigi fugiens Cadmeis Agaue.
Poſterius pœnam natu è morte futuram,
Infandas ſcelerata manus, è cæde cruenta.

Horatius Serm. lib. 2. Satyra 3.

Quid caput abſciſſum demens cùm portat Agaue,
Gnati infelicis, ſibi tum furioſa videtur?

Fabulam hanc curioſè tractauit Ouidius lib. 3. Metamorph. ſect. 9. & deinceps. Et Nonnus Panopolit. lib. 48. Apollodorus lib. 3. Bibliothecæ, vt & Hyginus cap. 184.

Agauui, populi ſunt Septentrionales: quos Homerus circa initium libri 13. Iliad. dixit gentem innocentiſſimam, vt quæ ſine diuitiis equino victitat lacte.

Agaunum in Heluetiis oppidum, quod rupibus vndique cingitur. Regino eius meminit, vt Schudus tradit, qui hoc hodie *S. Mauritii* dici addit, Simlerus putat *Tarnada* Antonini eſſe.

Agauus, vnus è nouem Priami filiis ſuperſtitibus. Homer. lib. Iliad. vlt. ad quæ ille Hectoris corpus ab Achille redempturus verba facit.

Agbâtana, oppidum Syriæ aut Mediæ, &c. Stephanus. Vide Ecbatana apud eundem.

Agbarus, vide Abagarus.

Agdei, populi. Plin. 6. 7. 12.

Agdus, petra inauditæ vaſtitatis in Phrygiæ finibus, ex qua Deucalion & Pyrrha ſumpſerunt lapides, quos Themidis mandato in orbem mortalibus vacuum iactarunt. Arnob. lib. 5. aduerſ. Gentes.

Age, pater anima 2. Regum 23. quaſi vallis profunda.

Agelas, ſtatuarius generoſus, Polycleti magiſter.

Agelas, vi. Corinthiorum rex, regnauit annis triginta.

Agelâſtus, dictus Craſſus, auus Craſſi in Parthis interempti, quem tradunt ſemel tantùm in vita riſiſſe: quod factum eſt, cum vidiſſet aſinum carduos comedentem, dixiſſéque ob id, Similes habent labra lactucas.

Agelaus, filius Damaſtoris, procus Penelopes. Odyſſ. 20.

Agelmondus, filius Dionis ducis primus Longobardorum rex, regnauit annis 31. multa geſſit aduerſus Vandalos.

Agelia epitheton Mineruę, quaſi ἄγυσα λάος, i. prædam abducens, Cæl. lib. 14.

Agelocum, vide Segelocum.

Agendicem, inter Celtas oppidum, Senonibus, Pariſiis, Meloduno Senonum, Genabo Carnutum Nouioduno & Auarico Biturigum oppidis proximum, vulgò *Prouins*.. Cæſar. lib. 6. *Milly en Gaſtinois* potius videtur Vigenereo.

Agénor, rex Phœnicum, Beli regis filius, quamuis quidam aliter ſentiant. Huius meminit Virg. lib. 1. Æneid.

Punica regna vides, Tyrios & Agenoris vrbem.

Genuit Taygetam, & Europam filias: filios verò, Polydorum, Labdacum, Cilicem, Cadmum & Phœnicem, ab hoc Phœnices dicti ſunt Agenoridæ. Statius. *Non tulit inſidias diuûm imperioſus Agenor*. Et Agenoreus, poſſeſſiuum. Progeniem Agenoris enumerat Stephanus in Thaſſo.

Agénor, Antenoris filius. Homer. Iliad. 11.

Agénoria, dea à Romanis ſic dicta, quæ ad agendum excitaret, ab agendo dicta. Greg. Gyrald & Cæl. Rhod.

Ager robuſtorum in Gabaon, locus 2. Sam. 2.

Agerôchus, filius Nelei, ex Chlori vxore, vt eſt apud Homerum lib. 11. Iliad.

Agerona induſtriæ dea, ab agendo, vt opinor, dicta. Hermol. in Plin. lib. 15. cap. 29. Murcea dea ſocordiæ eſt, vt Strenua, Agerona, Stimula induſtriæ. Pompon. & Auguſt.

Ageſander, inſignis ſtatuarius fuit ex Rhodo inſula, qui vnà cum Polydoro & Athenodoro. Laocoontem marmoreum fecit in domo Titi Veſpaſiani Imperatoris, omnium artificum opera longo interuallo ſuperantem. Plinius lib. 36. cap. 5.

Ageſander, Lacedæmoniorum legatus. Thucyd. lib. 1.

Agéſias, Syracuſanus Olympionica, Soſtrati filius.

Agéſias, alter Cyrenaicus, philoſophus Platonicus, prohibitus à Ptolemæo in ſcholis docere aut legere, quoniam immortalitatem animæ ſuadendo, multos ad mortem compelleret, vt Cleombroto Ambraciotæ accidit. Cic. in Tuſc. Is tamen ab aliis Heſius vocatur.

Ageſidamus, Locrenſis Epizephyrius nobilis Olympionices, in quem pugilatu vincentem Pindarus hymnum cecinit.

Ageſilaus, vi. Lacedæmoniorum rex, cognominatus Magnus, Archidami filius, poſt mortem Agidis fratris ſui conſtitutus Phrygiam diripuit. quaſdam ciuitates cepit: Tiſſaphernis exercitum qui ei bellum indixerat, ad Pactolum fluuium fudit, fugauit, cecidit, caſtríſque exuit: Athenienſes & Bœotios apud Coroneam vrbem Pelopponenſi vicit. Breui corporis ſtatura fuit, & altero pede claudus, maxima tamen virtute prædictus. Regnauit annis XLIII. Iuſtin. lib. 6. & Plutarch in eius vita.

Ageſilaus Athenienſis, Themiſtoclis frater, ſpeculator in Xerxis exercitum miſſus, tametſi pater eius, nomine Neocles, eum vtramque manum per quietem amiſiſſe vidiſſet. Is itaque inter Barbaros habitu Perſico conſtitutus, quendam ex Xerxis ſtipatoribus nomine Mardoniũ, interfecit: exiſtimauerat enim eũ eſſe Xerxen. Cùm igitur à circunſtantibus captus, & ligatus ad regem deductus eſſet, eum ad ſolis aram immolaturum offendit: in qua dexteram imponẽs cum aliquandiu vim ſupplicij, nec vllo quidem emiſſo ſuſpirio toleraſſet, tãdem adiecit, Huiuſmodi Athenienſes ſunt vniuerſi: quòd ſi fidem non habeas, læuam quoque iniiciam. Ea res autem cùm Xerxi pauorem incuſſiſſet: ſeruari Ageſilaum imperauit. Plut. in Paral.

Ageſilaus (auctore Plutarc.) cùm bene multi vellent eius corporis ſimulachrum effingere, nunquam id fieri paſſus eſt, animi tantum monimenta, hoc eſt libros à ſe compoſitos, poſteris delinquere ſtudens. Illud enim ſcriptorum, hoc ſuum: illud diuitum, hoc bonorum hominum opus eſſe ducebat.

Ageſilâus, Plutonis cognomen, παρὰ τὸ ἄγειν τοὺς λαοὺς quod ſcilicet populos agat. Eſt enim mortuorum & inferorum deus ab Ethnicis exiſtimatus. Callimach. φοιτῶσι μεγάλῳ Ἀγεσιλάῳ, id eſt, ad magnum pergunt Ageſilaum de quo ex Methodo & Æſchylo plura Athenæus.

Ageſinátes, populi Galliæ Pictonibus vicini. Plin. 4. 19. 6.

Ageſipolis, rex Lacedæmoniorum, qui ſpecioſam ſæpius victoriam ab Argiuis retulit. Xenop. lib. 4. Plut.

Ageſiſtrata, mater Agidis, cuius vitam deſcribit Plut. in Agide.

Ageſſus, vrbs Thraciæ. Steph.

Agétis, Apollinis filius, ex Cyrene virgine, Pelio monte Theſſaliæ rapta, frater Ariſtæi. Hunc alij, nunc Ageum, nunc Argeum vocant. Iuſtinus.

Ageus, vide *Agetis*.

Aggæus ſiue Haggæus, nomen Prophetæ quaſi

quaſi feſtiuus, ſiue ſolennis, vel gyrans.

Agger, vnum è fluuij Nili nominibus, poſtquam ex lacu Heptagono profluxit, Vitruuius apud Germol. in Plin. lib. 3. cap. 9.

Aggi, ſiue Haggi filius Gad. Gen. 46.

Agrammes, Indorum rex, patre tonſore natus, qui vix diurno quæſtu famem propulſabat, ſed propter habitum haud indecorum Reginæ, oratus ab ea in propiorē eius qui tum regnabat amicitiæ locum admotus, interfecto rege per inſidias, ſub ſpecie tutelæ liberorum eius inuaſit regnum, necatiſque pueris Aggramen generauit, inuiſum vilémque popularibus, magis paternæ, fortunæ quàm ſuæ memorem. Curtius lib. 9.

Agialea, olim Apia, ab Api IIII. Sicyoniorum rege nuncupata, nunc Peloponneſus: eadem Ægialea dicta eſt.

Agidos, Cypri vrbs; Strabo hodie *Burgus templi*, inter Lapathum & Aphrodiſium.

Ag la, Hiſpaniæ rex, regnauit annis quinque.

Agilaus, tertius Corinthiorum rex, regnauit annis XXXVI.

Agilis, proprium viri, quem poëtæ cum Tyrinthia pube in bello Thebano fuiſſe commemorant.

Agileus, vnus ex Ephoris, qui grauiter vulneratus à ſociis Cleomenis ſolus euaſit. Plutarc. in Cleomene.

Agilulphus, Taurinenſium dux & Longobardorum rex apud Æmilium, cum Francis pacem iniit.

Aginnum, oppidum venerandæ antiquitatis in Garumnæ ripa ſitum, duodeuiginti à Metropoli Burdigalenſi leucis totius Aquitaniæ ditiſſimum. Sedes Seneſchalli, cuius iuriſdictio excepto Pictauienſi totius Aquitaniæ latiſſima, vernacule, Agen, regionis vicinæ nomen dedit.

Agios Adrianos, vide Mycenæ.

Agios, vide Conſtantinopolis.

Agis, Lacedæmoniorum rex, cum Athenienſibus cruentiſſima bella geſſit. Illorum prouinciam igne ferróque vaſtauit, Græcas ciuitates libertati reſtituit: à ſuis ciuibus occiſus eſt in carcere, quod iuxta Lycurgi leges bona publicare vellet. Plutarch. in eius vita, & Cic. offic. 2. Fuit & alter Agis, quem Lacedæmonij ſuſpenderunt.

Agis, Pæonum rex, quem Philippus Macedonum rex coegit in ſuam poteſtatem.

Agis, poëta Argiuus, peſſimorum Carminum poſt Cherilum conditor, cœlum Alexandro aperiebat, Herculémque & patrem Liberum & cum Polluce Caſtorem nouo numini ceſſuros eſſe iactabat. Curtiu lib. 8.

Agiſymba, Ptolem ro, extima Africæ regio, verſus meridiem. Hæc omnibus veteribus geographis prorſus incognita fuit. Vocatur hodie à Perſis & Arabibus *Zanguebar*. Zangue autem his idem ſignificat, quòd Niger Latinè. A nigris enim totus hic tractus colitur. I. Barro & Garcia ab Horto auctoribus Zenzibar hæc eſt M. Paula Veneti, quam non ſine maximo errore inſulam credit, deſcribítque ab inſula Madegaſcar verſus meridiem, eámque in circuitu habere duo millia milliarium Italicorum addit, Ortel. Melocam, neſcio qua auctoritate vocat Hieronymus Giraua.

Agla, Hiſpaniæ oppidum. Plin. 3. c. 1.

Aglaia, Latinè ſonat Lux & lætitia, vna eſt Gratiarum, quæ & Charites dicuntur, alio nomine Paſiphaë appellata. Sunt autem tres: Aglaia, Thalia, Euphroſyne Iouis & Autonoës filiæ, quamuis de earum origine varia ſit opinio, vt eſt apud Perottum. Dicuntur eſſe in comitatu Veneris. Eſt verò Aglaia lætitia: læti enim in dandis beneficiis eſſe debemus. Vide *Charites*.

Aglais Megaclis filia, mira guloſitate & voracitate mulier, vt quæ carnium libras decem, panis chœnicas quatuor, & vini Romani congium ſiue ſextarios ſex vnica cœna abſumeret. Cæl. Rho lib. 15. cap. 19.

Aglaonice, Hegemonis filia, Aſtrologiæ perita; & eclipſes Lunæ, quando futuræ eſſent præuidens, iactitabat ſe illam cœlo deducere: quæ ob id poſtea in magnas calamitates incidit, adeò, vt in prouerbium abierit, τὴν σελήνην κατασπᾶ, id eſt, lunam detrahit, vt refert Apollonius lib. 4. quo vtimur quoties aliquis ſua iactantia in calamitatem incidit. Vide Eraſm. in Prouerbiis.

Aglaope, vna Sirenum, quaſi ſplendido aſpectu: nam ἀγλαὸς ſignificat aſpectum ſplendidum, vide Sirenuſſæ.

Aglaóphena, Acheloi & Callioppes Muſæ filia, vna Syrenum, de quibus infrà.

Aglaophon, pictor nobiliſſimus, cuius meminit Plin. lib. 35. c. 9. & Cic. 5. de Orat. vt & Atheneus lib. 10.

Aglauros, filia Erichthei regis Athenarum antiquiſſimi, à Mercurio in ſaxum mutata: de qua Ouid. lib. 2. Metamorph.

Sic opus eſt Aglauros ea eſt.

Aglaus, pſophidius Arcadium pauperrimus ab Apolline Pyrro Gyge eſt fœlicior iudicatus, quod agelli ſui limites nunquam eſſet egreſſus paruuli ruris fructibus contentus. Pli. lib. 7. cap. 46. Val. lib. 7. cap. 11.

Agna Mauritaniæ Tingitanæ fluuius. Ptol.

Agneda, vide Alata Caſtra.

Aglon, Palæſtinæ locus Ioſue 15.

Agneton, Cæl. Rhodig. l. 20. cap. 14. Lydorum emollita improbitas illuc progreſſa fertur, vt alienas vxores virginéſq; in locum producentes, quem à re Agneana vocarunt, omnes cõſtupra-

rent vnde tyrannidem aſſequuta Omphale ſtupratarum vna, illatas vlciſcens iniurias, ſeruis dominas proſtituit in loco eodem, quem rei atrocitatem mollientes. Lydi γυναικῶν vocāt ἀγῶνα & γλυκὺν ἀγῶνα.i. iucūdā & dulcē luctam.

Agni cornu promontorium eſt humile & valdè expoſitum prope Bolbiticum Nili oſtium. Strab.lib.17.

Agnicis,fluuius,Plin.6.27.

Agnitas, vel Agnita, Æſculapij cognomen apud Spartanos,apud quos eius dei ſimulachrum ex agno quæ planta eſt, erat exculptum. Cæl. Rhod.lib.18.cap.5.

Agnodice, puella virgo medicinā diſcere cupiens,abſciſſa coma, habitu virili,ſe Hierophilo cuidam tradidit in diſciplinam,à quo probè edocta parturientium mulierum morbis medebatur,quas ſexus ſui clam certas faciebat. Tandem à medicis dolentibus ſe ad fœminas ampliùs nō admittit(obſtetrices enim antiqui nō habuerūt) in iudicium pertracta, quod dicerēt hunc eſſe illarum corruptorem: coram Areopagitis tunica alleuata ſe fœminam eſſe oſtendit. Tunc Athenienſes legem emendantes,artē medicam diſcere mulieribus ingenuis permiſerunt.Hyginus.

Agnon,Niciæ filius Sanio bello quando à Pericle inſula deuicta eſt,dux fuit. Bello Peloponneſiaco contra Potidæam cum validis copiis profectus, morbi vi inde irrito incœpto abſcedere coactus eſt. Hic Amphipolim condidit. Sed quum poſtea hoc in bello ad Braſidam Amphipolitani defeciſſent:Braſidæ,qui ad vrbem ipſorum victor in acie ceciderat, coloniam ceu conditori adſcripſerunt, deiectiſque Agnonis monumentis ad Braſidam honorem tranſtulerunt: Thucyd.

Agnónia,oppidum Thraciæ iuxta Amphipolim.Steph.

Agnótes, populi Celticæ iuxta Oceanum Steph.

Agnos, pars Demetriadis tribus in Attica. Stephanus.Suidas.

Agno,ſeu potius Hagno vna ex Nymphis quę Iouem educarunt, à qua & in Lycæo fons appellationem ducit, cuius ea fuit olim vis,vt re diuina ibi à Lycæi Iouis ſacerdote curioſius peracta & fuſis precibus, quæ vnóque ramo leui aqua commota, mox denſior ſurrigeretur vapor nebulæ aſſimilis: quæ non multò poſt effecta turbes, aggregatis item aliis,largos demittebat imbres.Pauſanias. Arca.& inde Cæl.Rho.l.24.c.27.

Agnos.Æolidis tribus,gens.Heſych.

Agnoitæ, hæretici ab ignorantia dicti, quod eſſe nouiſſimam horam Chriſto ignotam, opinarentur.Cæl.Rhod.lib.1.cap.14.

Agnon,nomen authoris apud Quint.li.2.c.16.

Agnon Teius Alexandri magni præfectus aureis clauis crepidas ſuffigebat, vt ſcribit Plinius lib.33.cap.3.

Agoce,Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs.Plin.6.29. 66.

Agon,locus eſt Certaminis Romæ, qui Cirius Flaminius dicebatur. Ponitur pro ipſo Certamine.Eſt quoq; nomē propriū apud Plutarchū. Itē Æthiopiæ fluuius,qui infra Ægonus dicitur. Dicitur autem ἀγὼν ab α & γωνία quod in loco non anguloſo ſed rotundo Agon haberi ſoleat.

Agon Nemeacus primum ab Argiuis actus poſt eum qui ſub Achemoro fuit.Olympiade 53. anno mundi 3383.Nemea autem celebrabantur poſt Tlepolemia, quæ agebantur die 24. menſis Gorpiæi. Ergo Nemea fortaſſis neomenia Hyperberetæi,vel potius quarti.

Agon Gymnicus,quem Panathenæon vocant Athenis actus.

Agon Androgæi,quē ſtatuerat Minos,pręmiū pueros Atticos largiens. At Taurus (vir crudelis & Minoi à conſiliis) in agone fortiſſimus vniuerſos in contētione ſuperabat.Tandem factum eſt, vt à Theſeo in palæſtra vinceretur ob quod Athenienſes pueri tributaria pœna liberati ſunt. Euſeb.ad numerum 776.Plutarch.in Theſeo.

Agon Olympicus ab Hercule inſtitutus, à quo vſque ad primam Olympiadem ſupputantur anni CCCCXXX.Euſeb.ad numerum 810.

Agonales ludi Seruio,quos Auguſtus, Actiacis littoribus deuicto Antonio ſtatuit, ad quod reſpexit.Virg.3.Æneid.

Actiáque Iliacis celebramus littora ludis.

Vide *Actia.*

Agonalia,feſta erant apud Rom.celebrari ſolita quotannis in honorem Iani, vt eſt apud Ouid.1.Faſt.aut certè in honorem Agonij dei,vt Feſtus tradit, qui rebus agendis præeſſe putabatur. Eo die rex ſacrorum arietem immolabat, vt tradit Varro lib.5. Nominis multiplex reperitur notio, aut enim ex ritu ſacrorum, in quibus miniſter tenens ſtrictum gladium ad iugulandum arietem, rogabat. Agon? Quam opinionem ſecutus videtur Ouidius, his verbis. *Nominis eſſe poteſt ſuccinctus cauſa miniſter. Hoſtia cœlitibus quo feriente cadit: Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros. Semper agátne, rogat: nec niſi iuſſus agit.* Alij ad Agonem montem in quo illa ſacra fieri ſolebant, qui poſtea Quirinalis dictus eſt, ex quo in eo conſederunt Sabini, vt in vrbis portionem recepti. Alij à certamine curuli dictum putant,quod hiſce feriis antiquitus ſoleret celebrari.Nam Græci certamina & ludos, ἀγῶνας appellant, cuius ſententiæ eſt Ouid. qui ſcribit, *Fas etiam fieri ſolitis ætate priorum nomina, de ludis Græca, tuliſſe diem. Et prius antiquus dicebat. Agonia ſermo, Veráque iudicio eſt vltima cauſa meo.*

Agonia,

Agonax, Zoroaſtris fuit præceptor in arte magica. Apud Plinium tamen lib. 30. ca. 1. Azonacem hunc, non Agonacen appellatum legimus.

Agonenſis porta: quæ & Collina porta dicebatur. Vide *Ægonenſis*.

Agones qui percutiebant victimam, apud Romanos, quod ex more, priuſquam ferirent, populum rogabant, Agon? id eſt, Agóne?

Agones, Inſubrum populi. Polyb. Vgonia Schudo.

Agonis, liberta Veneris Erycinæ, Cicero 1. Ver.

Agonides, Phocionis accuſator, ipſemet cap. damnatur. Plut. in Phocione.

Agónius, Deus dicebatur præſidens rebus agendis eiúſque feſta Agonalia, quamuis aliqui ei is ſacrificia Agonia dicta velint, quòd in montibus fiebant, quos Agones vocitabant. Ouidius.

Et prius antiquis dicebat Agonia ſermo.

Et Agonius dies, quo rex Agoniam hoſtiam immolabat, vnde Romæ Agonus mons, Quirinalis & Collina porta, Agonenſis appellata.

Agonotheta, erat Agonum moderator, præſes & iudex.

Agonus fluuius circa Æthiopiam, Heſych. vide Collina & Quirinalis.

Agora, oppidum in Cherſoneſo. Steph.

Agoracritus, Parius ſtatuarius, Phidiæ diſcipulus, de quo plura apud Volaterra. & Plin. libr. 36. c. 5. Hic creditur Veneris Rhamnuſiæ ſignū effinxiſſe. Nam cùm de facienda Venere cum Alcamente condiſcipulo contenderet, ſuffragio imperiti populi, non arte ſuperatus, vſque adeò rei indignitate commotus eſt, vt ſignum illud Nemeſim appellauerit, eáque lege vendiderit, ne Athenis eſſet.

Agoranomi, apud Athenienſes, quinque in Pyræo, & totidem in vrbe erant Magiſtratus qui in foro venalia inſpectabant, & curabant vt ibi omnia modeſtè agerentur: & ne vendentes & ementes mendacium dicerent, quod illi περὶ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν dixerunt. Demoſthen. Theophraſtus.

Agorea, Minerua, id eſt, forenſis, à Lacedæmoniis culta. Pauſanias & Cælius libro 18. capite 5.

Agoreus Mercurius dicitur, quòd eius ſtatua in medio eſſet foro. Iupiter item Agoreus, eadem de cauſa.

Agra, Atticæ locus eſt, vbi primùm Diana venata eſſe fertur. Strabo, Pauſan. Steph. Item Suſianæ vrbs. Ptolemæo, & Arcadiæ apud Plinium. l. 4. c. 6. vbi legitur plurali numero Agræ.

Agra, Plin. 6. 26. 57. Regia Leanitarum Arabiæ populorum.

Agradarus, rex Perſarum, poſtea Cyrus dictus, à Cyro Perſidis fluuio. Strabo lib. 15.

Agræ, vide Acræ.

Agræi, Stephano ſunt populi Arabiæ in ſinu Leanitico, quorum oppidum eſt Agra, Leanitarum regia, Plin. lib. 6. c. 28.

Agragas, ſeu Agracas, Siciliæ fluuius, circa Agrigentinum vrbem, à quo nomen accepit. Thucyd. Ælian. *Drace* hodie appellatur, teſtibus Fazello & Aretio. Eſt quoq; mons Siciliæ haud lōgè à Gela, muro olim cinctus habens in ſummitate oppidum eiuſdem nominis, alio nomine Agrigentum. Veteres apud eum optimos equos alere, & exinde in Græciam ad Agones tranſmittere conſueuerunt. Virgil. libro Æneid. 3.

Arduus inde Agragas oſtendit maxima longè:

Plin. 3. 8. 17. Idem Agragantini bituminis meminit 35. 15. 23. Quatuor præterea alias huius nominis vrbes commemorat Stephanus, quarum primam in Thracia ponit, alteram in Eubœa, tertiam in Cypro, quartam in Ætolia. Hinc deducitur Gentile Agragantinus. Lucret. lib. 1.

Quorū Agragantinus cum primis Empedocles eſt, vide *Agrigentum.*

Agrani, oppidum Babylonicæ regionis Plin. 6. 26. 12.

Agraria Lex, quæ ferebatur de agris populo diuidendis, Liu. lib. 2. Tum primùm lex Agraria promulgata eſt.

Agraulos, filia Cecropis & Mineruæ cognomen. Harpocration.

Agraule, tribus Athenis, Steph. Meminit huius Plutarch. in Alcibiade.

Agre, oppidum Lydiæ. Steph.

Agriæ & Agrianes, populi Pæoniæ inter Hæmum & Rhodopen. Steph.

Agricola, Col. Rom. Clementini collega.

Agricola, alius Coſ. Euſtathij collega, quorum ætate Imperator Conſtantius obiit. Caſſio, Paul. Æmil. lib. 1.

Agrigentum, vrbs Siciliæ Ptolemæo, Straboni, Plinio, à Leuino duce Romanorum ſubacta. hoſte ex Sicilia pulſo, vnde Empedocles philoſophus, & Phalaris tyrannorum ſæuiſſimus originem duxerunt. Vnde Agrigentinus, Agrigentina, Agrigentinum, poſſeſſiuum, vt tyrannus Agrigentinus, & ſal Agrigentinus, qui in igne fluit, & in aqua, vel liquore alio crepitat veluti torreatur, vt ait Solinus. Lege Plin. 31. 8. 18. *Naro* à Nigro hodie nominatur, ab Anonymo quodam *Gergenti*.

Agrij appellantur, qui & Cinamolgi. Strabo lib. 6.

Agriodos ab Ouid. 1. Metamor. inter canes Actæonis numeratur, & ab Agreſti ſeu ferocidente nomen habet. *Labros & Agriodos & Acuta vocis Hylactor.*

Agricenia, feſta erant apud Bœoticos, quæ in honorem Bacchi quotannis celebrabantur.

Agriopa Cinyræ illius qui tegulas & metalla æris item forcipem, marculum, vectem & incudem inuenit pater. Plin.l.7.c.56.

Agriope Agenoris vxor, Europæ mater, Lactant. in 2 Theb. Statij & Hyginus cap.6.178. & 179. quæ tamen Telephaſſa, ſeu Telephaëſſa Apollodoro & Moſcho vocatur. Fuit & alia Agriope quam Mimnermus Orphei vxorem fuiſſe vult, quam tamen cæteri omnes Eurydicen appellant.

Agriophagi, populi Æthiopum verſus Occidentem, qui teſte Solino ſolùm pantherarum & leonum carnibus veſcuntur, regémque habent, cuius in fronte oculus vnus eſt. Solin. Plin.lib.6. cap.39.

Herod. Agrippa, filius Ariſtobuli, Magni Herodis filij, à Tiberio Cæſare coniectus in vincula, ſed à Caio Cæſare liberatus, rex Iudeæ factus eſt, regnauitque annis ſeptem, anno primo G. Cæſaris. Poſtea Claudius regnum eius confirmauit, omne Herodis imperium, & Lyſaniæ addens, tetrarchiam quoque Philippi Bethaniam, Traconitidem, &c. Chalcidem verò ei abſtulit, Herodémq; fratrem Chalcidis regem deſignauit. Ioſeph.lib.15.cap.4. De bello Iud.lib.2. c.4. De hoc mentio fit Act. Apoſt.12. Is námque qui Iacobum Apoſtolum gladio interfecit.

Agrippa, Herodis Agrippæ filius, conſtitutus fuit ab Imperatore Claudio rex totius regni quod proauus eius Herodes Magnus habuerat præter Hieroſolyma & quædam munimenta tetrarchiæ Archelai, huius fit mentio Act.25. regnauit annos 56. ex Ioſepho & Iuſto Tiberiadẽſi, in huius morte defecit domus Herodiadarũ.

Agrippa cognomento Piſtor.

Agrippa, latinum eſt, dictum ab eo quod ægros, i. difficiles partus faciat, vel dicitur Agrippa ille qui in naſcendo priùs emittit pedes, Gell. l.16.c.16. Nonius c 9.

Agrippa Menenius, cognomine Lanatus, dux à Romanis electus aduerſus Sabinos, de eis triũphauit. Et cùm plebs à patribus ſeceſſiſſet in Auentinum, quod tributum & militiam tolleraret, nec reuocari poſſet, Agrippa apud eam verba faciens: Humani artus, inquit, cum ventrem otioſum viderent, ab illo diſcordarunt, & ſuum illi miniſterium negauerunt. Cùm eo pacto & ipſi quoque deficerent, intellexerunt, ventrem cibos acceptos per omnia membra diuidere, & cum eo in gratiam redierunt: ſic ſenatus & populus quaſi vnum corpus diſcordia pereũt, concordia valent. Plura de hoc Volaterranus.

Agrippæ M. error de Beticæ menſura. Plin. 3.27.

Agrippa Syluius, Tyberini Syluij filius duodecimus Latinorũ rex, ſubmerſo patre in regno ſucceſſit: & cùm annos quadraginta regnaſſet, moriens Romulũ Syluium reliquit hæredem.

Agrippa, Auguſti gener nauali victoria contra Sextum Pompeium inſignis. Virg.lib. 8.

Parte alia ventis & dijs Agrippa ſecundis Arduus, &c.

Agrippa cognom. Caſtoris, vir imprimis doctus, contra XXIV. Baſilidis hæretici volumina quæ contra Euangelium ille ſcripſerat, acerrimè diſſecuit, autor Hieron.

Agrippa Furius Medullinus, & T. Quintus Capitolinus Barbatus IV. Collega & Coſſ. Romani Equos Volſcóſque vicerunt.

Agrippa, philoſophus Scepticus. Laert.lib.9.

Agrippa Furius Philo, tribunus militum.

Agrippenſes Bithyniæ populi. Plin.5. 32. 40.

Agrippina, Octauiani Auguſti filia.

Agrippina, filia Agrippæ, eius qui fuit è proceribus Auguſti, & eiuſdem gen. Alia fuit mater Neronis quæ poſt viri mortem Claudio Cæſari nupſit, & filio ſuo imperium obtinuit, ad ſuam & totius vrbis perniciem.

Agrippina, Taciti Colonia, Vbiorum vrbs, ad Rhenum, quam ædificauit Agrippina Neronis mater, vt patriam (ibi enim nata erat) clariorẽ redderet, ſociis quoque nationibus ſuam potentiam oſtentaret, veteranorum coloniam eò deduci imperauit. Tacitus Annal.lib.12. Plin.li.4. 11.17. Incolis *Coeln*. Gallis, *Cologne ſur le Rhin*, *Col. Glaud*, *Aug. Agrippinenſium* appellatur apud Aldum in antiqua inſcriptione, vide Vbij.

Agriſa, oppidum Carmaniæ. Steph.

Agriſius, XIV. Argiuorum rex regnauit annis XXXI.

Agrius, Parthaonis Martis filij filius, & Therſitis pater, Homero, cuius nihil præter nudum nomen ad nos peruenit, Bocatius. Fuit & Agrius Vlyſſis ex Circe filius, cum Latino fratre, vt author eſt Heſiodus in Theogonia.

Agrœtas, ſcriptor rerum Scythicarum, cuius meminit. Cæl.lib.7.

Agroïra, vide Attalia apud Stephanum.

Agrolas & Hyperbius ad arcis Athenienſis radices domicilia habuerũt, omnemq; ambitũ murorũ arcis fecerũt præter eã particulã, quã Cimõ Miltiadæ filius conſtruxit. Pauſanias in Attic.

Agron primus qui inter Heraclidas Sardis regnauit, vt ſcribit Herodotus lib.1.

Agron, Illyriorum rex, qui quum Ætolos ſuperbiſſimos populos bello ſuperaſſet, tanta ſeſe præ gaudio vini copia obruit, vt pleuritide correptus, ſubitò extinctus fuerit. Polyb.

Agron, medicus inſignis, qui accenſis in proximo ignibus, Athenienſibus magna vi peſtilentiæ grauiter infeſtatis ſalutarem opem tulit. Cæl.Rhod.lib.4.cap.22.

Agróſpi

Agron, Nini filius, ita dictus, quod in agris natus eſſet. Cæl.lib.23.c.5.

Agróſpi, oppidum ad Nili ripam in Æthiopia ſub Ægypto. Plin.1.6.130.

Agrotera, Dianæ cognomen, quod Agræ fuerit regiuncula terræ Atticæ, prope Neſſum amnem, in qua ferunt Dianam primam venationem exercuiſſe, quum ex Delo illuc veniſſet Pauſ.& Cæl.lib.8 cap 7.

Agróſus, mons vbi nunc Roma, ad quem Faunus ab Euandro ex Arcadia pulſo conceſſit quem ipſe poſtmodum Palatinum appellauit.

Agryle, vel Agraule, pars tribus Erechtheidis Atheniſis, & oppidum in Sardinia, colonia Atheniensium. Steph.

Agubeni, Arabiæ deſertæ gens. Ptol.

Agúntum, oppidum Siciliæ. Ptol. Plin.3.24.1. Norici item oppidum, vulgò *Innicken*.

Aurium, Ptolem. Siciliæ vrbs. Agyrinos populos habet Plin. Simlerus ſcribit Augurium Antonini eſſe & hodie *S. Philippo in Agirone* appellari, cui aſſentit Leander. Agyrena, legit Stephanus.

Aguti, vel Agita, inſula inter Siciliam & Africam. Anton.

Agylaus, III. Corinthiorum rex, regnauit annis XXXVII.

Agyleus, ſiue, vt ait Macrobius, Agyeus, Apollo dictus eſt ab Athenienſibus, quod ei in viis publicis ſuæ vrbis ex reſponſo ſtatutis altaribus ſacrificarent. ἀγυιὰς enim illi vias dicunt, quæ ſunt intra pomœria. Horat. lib. 5. Carm. Ode 6.

Daunia defende decus camœnæ.

Leuis Agyleu.

Agylla Seruio ciuitas eſt Tuſciæ, à conditore appellata, cui ex inſcitia Romana illud eſt inditum nomen. Nam cum Romani euntes per Tuſciam interrogantes Agylinos quæ diceretur ciuitas, illi vtpote Græci quid audirent ignorantes, & optimum ducentes, ſi prius eos ſalutarent, dixerunt χαῖρε, quam ſalutationem, Romani nomen ciuitati eſſe putauerunt: & detracta aſpiratione, eam Cere nominauerunt, vt ſcribit Hyginus in vrbibus Italicis. Hactenus Seruius. Vide Stephanum. Eſt aliàs Cærete vocata & Agyllina à nomine conditoris, quem Virg. lib. 8. ex Lidia veniſſe oſtendit, cùm ait,

Haud procul hinc ſaxo incolitur fundata vetuſto
Vrbis Agylline ſedes, vbi Lydia quondam
Gens bello præclara, iugis inſedit Hetruſcis.

Meminit Plin.3.5.59. Vide infra *Care*, à Pelaſgis Theſſalia profectis condita, à Lydis quos Tyrrhenos vocauere, Cære appellata.

Agylleus Herculeus, hoc eſt Herculis filius Stat. lib. 10. Thebaid.

Inſuper Herculeum ſibi iungit Agyllea vates.

Agylleus, luctator Cleonæus ſtaturæ pregrandis, nec minor Hercule, palæſtra tamen à Tydeo victus. Stat. 6. Thebaid.

Agyrini, ſiue Agyrenſes, populi ab vrbe Agyrio, ſiue Augurio. Plin. 3.8.21. Vide Ἀγύριον in Steph.

Agyrtes, patrem interfeciſſe ſcribitur. Ouid. lib. Metam. 5.

Et caſo genitore infamis Agyrtes.

Agyrtes, nomen tubicinis apud Stat. in Achilleide, lib. 4.

Tecum lituo bonus addit Agyrtes,
Occultánſque tubam tacitis apportet in vſus.

A H

Ahalab, nomen vrbis. Iudic. 1.

Ahara, filius Beniamin, 1. Paral. 8. qui Gen 46. Gera dicitur, Lat. frater redolens, aut pratum odoris.

Aharehel, filius Arum. 1. Paral. 4. Lat. alter ſiue nouiſſimus exercitus, aut alter, ſiue nouiſſimus dolor, aut ouis fratris.

Aharna, oppidum Hetruriæ, Liuius Decad. 1. lib. 10.

Ahaſbâi, filius Machati. 2. Reg. 23.

Ahaſias VIII. Iſraelitarum rex, regnare cœpit anno XVI. regni Ioſaphat, regnauitque annis II.

Aháſtari, filius Aſſiur ex Maara. 1. Para. 4. Lat. Curſor vel veredarius ſiue feſtinatio turturis, aut feſtinatio exploratoris, ſiue frater qui explorat, vel princeps turturis aut explorationis.

Ahaſuerus, qui eſt Darius Hiſtaſpis filius, hinnitu equi rex Perſarum confirmatus, regnauit annis XXXVI. Herodot. libro 3. & 7. repudiata vxore ſua Vaſti, Eſter ſibi matrimonio iunxit, Eſter. 2.

Ahaua, fluuij nomen, 1. Eſd. 8. Lat. eſſentia, ſiue generatio.

Achaz, filius Micha, filij Meribbaal. 1. Paral. 7. Latinè, apprehendens ſiue poſſidens, aut videns.

Ahazi, i. videns ſeu apprehendens, nomen viri. Nehem. 11. 13.

Ahenobarbus, cognomen Domitiorum, quod primus tulit Cn. Domitius, & ad ſuos poſteros propagauit. Quidam ſcribunt ſine aſpiratione Ænobarbus & nonnulli Æneobarbus: Sed in antiquis lapidibus & monumentis ſemper eſt Ahenobarbus.

Ahi i. frater meus, vel fratres mei, filius Somer, filij Heber, filij Bari. Paralipomenon. 7. 35.

Ahia, ſiue Ahias, i. frater domini, filius Siſa, princeps exercitus Salomonis, 3. Reg 41. Paral. 11. Pater Baaſa. 4. Reg. 9. Fuit & propheta quidam Silonites. 3. Reg. 12.

Ahiam, i. frater matris, aut frater gentis, filius

Sarar. 2. Reg. 23. qui 1. Paral. 11. dicitur filius Sachar.

Ahicam, i. frater reſurgens, vel frater vindicans, filius Saphan. 4. Reg. 22.

Ahiézer, filius Amiſſandai, princeps tribus ſuæ Dan. Num. 12. 7. 10. & 1. Paral. 12. Lat. frater meus auxiliator.

Ahilud, frater natus, pater Ioſaphat illius qui erat à commentariis Dauidi. 2 Reg. 8.

Ahimam id eſt frater præparatus, ſiue dexteræ, nomen viri, 1. Paral. 9. 18. filius Enoc, Ioſue 15. Iudic. 1.

Ahimaas Sadochi filius, ſacerdos magnus, cuius ætate Schemata & Iddo, prophetârunt. Lat. frater meus conſiliarius. Item ſocer Saul. 1. Reg. 14. Item gener regis Salomonis 3. Reg. 4.

Ahimelech, nomen viri de filiis Itamar. 1. Paral. 4. Lat. frater meus rex.

Ahin, filius Semidæ, filij Galaad. 1. Paralip. 7. Heb. Aian Lat. frater vini, vel fratres.

Ahinadab, filius Addo 3. Reg. 4. Latin. frater ſpontaneus, aut vouentis, aut principis.

Ahio, filius Abigabaon, 1. Paral. 8. Filius item Iehiel. 1. Paral. 9. Filius Abinadab. 2. Reg. Para. 8. Lat. frater eius, vel fratres eius.

Ahion, nomen vrbis, 3. Reg. 15. 4. Reg. 15. 2. Par. 16. Lat. intuitus, aut fons, vel oculus.

Ahira, filius Enam, princeps tribus ſuæ Nephtali, Num. 1. frater iniquitatis aut ſocij, aut paſtoris, aut fratrem confringens.

Ahiſahar, filius Balan, filij Iahidel, filij Benjamin. 1. Paral. 7. Lat. frater Auroræ, aut Nigredinis.

Ahiſar, præpoſitus domus Salomonis. 3 Reg. 4. Lat. frater principis, vel cantici, aut inſidians.

Ahiud, filius Salomi, princeps tribus Aſer. Num 34. Lat. frater laudis vel confeſſionis.

Ahóban, filius Abiſur, filij Semei, filij Onam. 1. Paral. 2. Lat. frater filij, vel intelligentiæ, aut frater ædificans, vel abſconditus.

Ahod, filius Simeonis, filij Iacob. Gen. 46. Heb. Ohad: qui 1. Paral. 4. dicitur Iarib. Lat. laudans ſiue confitens.

Ahob, filius Balan, filij Iadihel, filij Benjamin. 1. Paral. 7.

Ahoe, filius Bela, filij Benjamin, filij Iacob. 1. Paral. 8. Lat. Tribulus, vel Spina, ſiue fraternitas, aut hamus.

Ahodites 2. Reg. 23. 1. Par. 27. Lat. frater viuus, aut Tribulus, vel Spina mea.

Ahumai, filius Iahath, filij Subal. 1. Par. 4. Lat. pratum aquilarum, vel frater aquarum.

A I

Aia, filius Sebeon, filij Seir Horrei. Geneſ. 36. 1. Paral. 1. Item pater Reſpha concubinæ Saulis, 2. Reg. 3. 21. Lat. Vultur, vel heu, ſiue, vbi eſt, aut inſula eius.

Aia, ciuitas tribus Iudæ, 1. Par. 7.

Aialon i. Ilex vel quercus, aut fortitudo, ſiue ſeruus, nomen ciuitatis conſtructæ à Roboam. 2. Paral. 11. 1. Paral. 8. 2. Paral. 28. Vallis nomen Ioſ. 10. Iudic. 1. Ciuitas de tribu Dan data Leuitis. Ioſ. 21. Ciuitas refugij, 1. Paral. 6. Filius Sellum, filij Sadoc. 1. Paral. 6 Filius Amaſij filij Bori. 1. Paral. 6. Fuit & altera ciuitas in tribu Zabulon, vt in 12. cap. Iudic. legimus iuxta Hebræum. Mortuúſque eſt ac ſepultus in Aialon in terra Zabulon.

Aiath, i. Hora, ſeu coaceruatio, eſt ea vrbs quæ Hebræis vocatur Hai: meminit Iſaias c. 10. per quam Sennacherib tranſiit oppugnaturus Ieruſalem. Neh. 7. fit eiuſdem mentio.

Aiax, nomen vnius ex elephantis Antiochi Cic.

Aiax; fluuius ex Lacedæmone promontorio Pindi montis defluens. Steph.

Aiax, inquit Gab. Barrius, fluuius à Lycophrone ſic dictus, eo verſu. *Lacmoun bibentis Aiacis aquas Crathis autem*, &c. hodie Pilaca nominatur. Sed Græcus codex non habet Aiacis, ſed Æantis. Eſt ergo Aias ſeu potius Æas.

Aiax, Telamonis filius, ex Heſione filia Laomedontis, fortiſſimus Græcorum poſt Achillem; cum Hectore congreſſus eſt, à quo diſcedente gladio & baltheo donatus eſt. Achille poſtea mortuo, cùm Aiax ſibi donata arma tanquam legitimus hæres repeteret, quod ea Vlyſſes ſua eloquentia à iudicibus accepiſſet, præ nimia ira inſaniens, permulta pecora & imprimis arietem corpore præſtantem occidit, credens ſe Atridas & Vlyſſem interemiſſe: verum ad mentis ſanitatem rediens cùm ſe falſum comperiſſet, acri dolore compulſus, gladio, quẽ Hector donauerat, in loco deſerto ſe transfodit, cuius cruor in hyacinthum florem, vel vt aliis placet, in florem ſui nominis eſt permutatus. Græci fabulantur totum fuiſſe inuulnerabilem, præterquam in ceruice. Dictus ἀπὸ τοῦ αἰάζειν, i. à lugendo; habet Sophocles in Aiace flagellifero.

Aiax, Oilei filius, rex Locrenſium, velox pedibus, peritus haſtæ vibrandæ, capta Troia Caſſandram virginem & vatem, in tẽplo Palladis violauit: quam ob cauſam domũ repetens, fulmine à Pallade occiſus eſt. Virg. Æneid. li. 1. *Illa Iouis rapidum iaculata è nubib. ignem, Disiecitq; rates, euertitq; æquora ventis. Illum expirantem transfixo pectore flammas Turbine corripuit, ſcopulôque infixit acuto.* Sil. lib. 14. Valer. Flac. lib. 1. Arg Ouid. in Ibin. alij diſiecti, multis pôſt annis in patriam rediere. Virg. lib. . Æneid.

Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei.

Aido, Aquitaniæ præfectus, Auſoniam dolo cepit ac diruit.

Aidoneus, Pluto appellatus, regnauit tempo-

ra-

re Lycei regis Argiuorum, atque Erichthei regis Athenienſium. Euſeb.

Aidoneus, Molloſſorum rex, Theſeum carceri mandauit: eò quòd filiam Proſerpinam cum Pyrithoo rapere voluerit, non procul ab Acheróte fluuio; vnde factus eſt fabulæ locus, Theſeũ ad inferos deſcendiſſe, & Proſerpinæ Ditis vxorem rapere voluiſſe. Plutarch. in vita Theſei.

Aidoneus, fluuius circa Troiam. Pauſan.

Ailan, vrbs quæ & Ailath. 4. Reg. 14. 16. quam ædificauit Azarias, qui & Ozias dictus eſt.

Ailam, filius Seſac. 1. Par. 8. Scribe Ælam.

Ailanites, ſinus iuxta Egram Arabiæ ciuitatem. Stepha. in Prag.

Ailath, ſiue Ailoth, i. ilices vel quercus, aut ceruæ, vel fortitudines, ciuitas regni Edom, ad mare rubrum, vnde ex Ægypto Indiam verſus, & inde ad Ægyptum nauigatur. Hæc & Aila dicitur, quam ædificauit Ozias, qui & Azarias dictus eſt 3. Reg. 9. 2. Para. 8. 16.

Ailon, vide Ophir.

Aimilius, vide Sublicius.

Ain, i. oculus, ſiue fons ciuitas in termino Iudæ ad Orientem, Num. 34. quam tribus Iuda atque Simeonis ſorte accepit. Ioſ. 19. 1. Par. 4. quæ deinceps Leuitis eſt tradita, Ioſ. 21. Eadem vrbs dicitur Æn. Hieronymo Bethiennim dicta.

Aio, filius Arichis ducis Beneuenti, miſſus à patre ad Rhotarem Longobard. regem ex Italia veneno potus eſt, cuius virtute cœpit inſanire. Paulus Diacon. de geſtis Longobardorum.

Aiſtulphus 30. Longoba. rex ferociſſimus, imperauit primi Gallorum regis temporibus.

Aiullius Larinas, homo nequam. Cicero pro Cluentio. Editio Gruteriana legit Auilius, vnde I. Gulielmius faciebat A Villius.

Aius, Deus Romanorum, dictus ab eo quod aiebat. Nam olim Romæ audita vox ex ſilentio noctis, clarior humana voce, quæ iuberet magiſtratibus nuntiari Gallos aduentare, & vt prouiderent, ne Roma à Gallis caperetur: ex eo dictus eſt Deus Aius, id eſt, loquens. Cic. lib. 2. de Diuinatione. Liuius hunc eadem ratione vocat Locutium.

A L

Alaba, ciuitas Hiſpaniæ citerioris, Plinio, & Inſula ante Taprobanem. Ptolem.

Alabagium, Carmaniæ promontorium. Ptol.

Alabana, Arabiæ felicis oppidum. Ptol.

Alabanda, ciuitas celeberrima in Caria Plin. 5. 36. Ptol. Apollone Rhetore nobilitata, hinc.

Alabandes, & Alabandicus, qui ſic ab inuicem differunt, quod Alabandicus ſiue Alabandiacus, nomen poſſeſſiuum eſt, vnde Alabandicos libellos pro barbaris & ineptis Græci capiunt.

Alabandes verò ciues oppidi dicuntur. Vnde carbunculos perfectos Alabandes, quaſi munici pes appellant, impolitos atque rudes, Alabandicos. Alabandæ Chriſtalli meminit, Plin. l. 37. c. 2.

Alabandus, Caris filius, à quo dicta eſt Alabanda.

Alabandus, Deus Alabandorum. Cicer. 3. de Natura Deorum.

Alabanſes, populi Hiſpaniæ conuentus Carthaginenſis. ſic ab Alaba citerioris Hiſpaniæ vrbe dicti. Plin.

Alabaſtra, vrbs Phrygiæ, vbi lapis Alabaſter inuenitur. Steph. & vrbs Ægypti. Ptol.

Alabâſtrum, mons Ægypti. Plin.

Alabaſtrum oppidum. Plin. 5. 9. 75.

Alabâſtrus, fluuius Troadis ex Ida monte oriens. Plin. 5. 36. 9.

Alabon, vrbs & fluuius quidam. Steph.

Alabona, vrbs & fluuius quidam. Steph.

Alabona, Hiſpaniæ vrbs circa Cæſar-Auguſtam, Anton.

Alaburium, vrbs Syriæ. Steph.

Alabus, vel Alabis, Siciliæ fluuius eſt Ptolemæo, *Cantaro* dicitur Fazello. vide Arethuſa. Plin. Solin.

Alachroæ, populi Africæ iuxta aras Philenorum, qui etiam Lotophagi appellantur. Plin. lib. 5. cap. 4. vide Lotophagi.

Alæ, vrbs Siciliæ Hermolao, in Plin. li. 5. c. 27.

Alæſa, Siciliæ littorale oppidum Ptol. *Garonia* Fazello. *Siffalo* Nigro nominatur, an eadem ſit cum Aleſa, quam Diodorus lib. 14. à Conditore *Archonidiam* cognominat, ſubdubito. nam multas vrbes in Sicilia Aleſæ nominis eſſe idem dicit. Haleſa & Haleſini, ſunt apud Ciceronem contra Verrem cum aſpiratione.

Alæ Flauiæ, Βωμοὶ φλαούιοι, oppidum in Rhætia littorali. Ptol. *Nardlingen* vocat I. Herold. Aræ Flauiæ legit P. Appianus, & Nordlingẽ appellat: Vtrumq; tamen eundem locum velle deſignare non dubito: pro Aræ apud Ptol. Alæ legendum opinatur Heroldus. Alij aræ malunt, βωμοὶ enim Græca exemplaria legunt.

Ala Flauiana, Caſtra Flauiana, item Flauianũ: & Fabiana nonnullis Barbarici temporis hiſtoricis Vienna Auſtriç vocatur. Wolfangus Lazius hanc à Ptolem. *Iuliobonam*, *Vendum* à Strabone & *Vindobonam* ab Antonino appellari ait. *Vendobonam* meminit quoque Aurel. Victor in vita Marci Antonini Imp. ſunt qui *Vianam* à Plinio in Noricis deſcriptam putent. Pannoniam vrbem eam vocat Iornandes, vt Lazius colligit in ſua Vienna. *Vien* nunc vulgò dicitur, Auſtriæ vrbs clariſſima ad Danubium fluuium ſita, Imperatoria ſede nobilis. Hanc vrbem Turcos *Perz* vocare ex D. Carolo Rimio habeo oratore quondam apud Zelimum Imp. Turcarum.

Alagonia, libera vrbs Laconum. Pauſan.

Alalæi, inſulæ paruæ plures in ſinu Arabico.

in quibus teſtudines ſunt Art. in Periplo.

Alalcomene vide Itheca.

Alam Nariſcam olim vocatam vrbem, quæ nunc *Aiſtadt* dicitur, Heroldus ex eius loci antiqua Inſcriptione Romana colligit. Germaniæ vrbis eſt, ad flumen Altmul ſita.

Alalcomenium, vrbs Bœotiæ, ab Alcomenæo, qui & Minerua Alalcomeneidem erexit. Steph. Vicus quidam apud Pauſan.

Alalia, vrbs inſulæ Cyrni, Phocenſium colonia. Herodotus.

Alalis, Palmyrenæ vrbs, iuxta Euphratem Ptolem.

Alamânes, ſtatuarius Athenienſis, Phidiæ diſcipulus, cuius opera Athenis plura memorantur. Plin.

Alamani populi Germaniæ finitimi vocantur à Stephano. Poſterioribus verò ſæculis omnes ferè Germani, Almani, vel Alamanni, vel Alemanni dicti fuêre, vt Fl. Vopiſcus teſtatur in vita Proculi, & etiamnum ſic ab omnibus exteris Europæis appellantur.

Alamata, vrbs Palmyrenę regionis iuxta Euphratem. Ptolem.

Alamath, ſiue Alameth, i. Oculatio: ſiue iuuentus, aut ſecula, vel ſuper mortem, filius Becor, filij Benjamin, filij Iacob, 1. Paral. 7. Filius item Iare, 1. Paral. 8. 9. Vide *Almath*.

Alamus, Albaniæ oppidum. Ptol.

Alana, vrbs Æthiopiæ ſub Ægypto. Plin. lib. 6. cap. 29.

Alani, vel (vt Ptolem. legit. Alaum) ſunt Lithuani apud Willichium in Tacitum. Alanorum frequens eſt mentio apud Claudianum: & eorum meminit Lucanus, Sueton. in Domit. Lucian in Toxari, qui dicit eos cultum & linguam communem habere cum Scythis. Sunt ibidem montes quoque cognomines. Amm. lib. 31. Alani & Roxolani ponuntur à Ptol. & Plin. in Sarmatia Europæa: iuxta Tanaim fluuium & Mœotidem paludem deſcribit eos Ioſephus, vide Maſſagetæ & Scythæ.

Alánia regio Scythię Europææ, ad Mæotidem paludem: cuius incolæ Alani, quorum meminit. Plin. 4. 12. 143.

Alaniticus, ſinus maris Rubri. qui & Ælaniticus dicitur. Hermol. in Plin. lib. 5. c. 11.

Alante, vrbs Arcadiæ, quam Theopompus in hiſtoria Philippica Alantrum appellauit. Volaterran.

Alânus, Scythiæ fluuius, à quo Alani populi Plin. lib. 4. cap. 12. iuxta quos ſunt Toxolani, aliàs Roxolani, Ammianus ſcribit Alanos dici quos priſci Maſſagetas dixerunt, carnibus veſcuntur panem non manducant. Martialis.

Nec te Sarmatico tranſit Alanus equo.

Iulius Capitolinus Alanos in parte Daciæ collocat, Ptolemæus in ea Scythiæ parte quæ eſt intra Imaum.

Alânus, Gotthorum Dux, ſub quo Gotthi propter intolerabilē Maximi auaritiā, Thraciā, Epirum & Theſſaliā vaſtarunt, cædibúſq; replerunt. Valentē fuderunt, qui in fuga iaculo vulneratus cecidit, acceptúſq; vili tugurio, inter fomēta expirauit, Diaco. lib. 11. Tripart. hiſt. lib. 8. cap. 14.

Alanus, mons Sarmatiæ. Steph.

Alantonis, Hiſpanię vrbs, VIII. M. P. à Pampelone. Anton.

Alaponi populi in Arabia fœlici. Ptol.

Alapuntis, Galliæ Narbonenſis vrbs apud Antoninum. Simlerus *Talart* ex ea facit.

Alaph, Turcarum rex, Edeſſam Meſopotamiæ ciuitatem cepit, crudeliſſiméque deſæuiit in Chriſtianos. Blond.

Alaricus Gotthorum rex 4. anno 854. Romam cepit: ſed poſtmodum ipſo die Paſchæ Gotthi occiſi ſunt. Paulus Diaconus.

Alaricus, Wandalorū & Alanorū rex. Arcadij Aug. VI. & Probi tēpore Italiam ingreſſus ab Honorio ſedem 4. quum expeteret, Gallias precario obtinuit. Pomp. in Theo. Blond. lib. 4. Decad. 1.

Aladorij, populi circa Pontum, de quibus Herodotus lib. 3. Steph.

Alas, regio quædam Attica, vicina ſaxis Caryſtris. Euripid.

Alaſarne, Coorum gens, apud Heſychium, vide Haliſarne.

Alaſi, oppidum Africæ interioris, à Corn. Balbo expugnatum. Plin. 5. 30.

Alaſtigi, aliàs Alogiſti, Hiſpaniæ populi. Plin. 3. 1.

Alaſtor, Plutonis equorum vnus: quorum nomina Claudiano ponuntur lib. 1. de raptu Proſerpinæ.

Orphneus crudele micans Æthónque ſagitta
Ocyor, & Stygij, crudelis gloria Nycteus
Armenti, Ditiſque nota ſignatus Alaſtor,
Stabant ante fores vincti, ſæuumque fremebāt
Craſtina venturæ ſpectantes gaudia prædæ.

Alaſtores, ſunt dæmones, qui calamitates, peſtes, & fames in terris diſſeminant. Vide in dictione *Telchines*.

Alâta, ciuitas in Arabia fœlici, & item in Arabia deſerta. Ptol. 5. 19.

Alata caſtra, Ptolemæo, alio nomine Caſtrum puellarum, vulgò *Edimburg*. Scotiæ regio. Græcè πτερωτὸν στρατόπεδον.

Alatium, oppidum Hierapolis iuxta Emeſam, quod & Elatum dicitur. Hermol. in Plin. lib. 5. c. 23. & 26. Inde Alatij.

Alatrium, vrbs Hernicorum. Hernici autem populi ſunt, ſaxoſa Campaniæ loca incolentes. Volater.

Alatrinates, populi Hernicorum Liuio 1. De-

cadis lib. 9.

Alaûne, oppidum Britanniæ, apud Ptolem. vide Laudunum.

Alauni, Norica gens. Ptol. alia Sarmatica, eidem, vide Alani.

Alauni, fluuij duo eiuſdem nominis in Britannia: quorum alter eſt in Orientali eius inſulæ plaga, alter in Meridionali. Ptolem.

Alaunij, populi Scythiæ. Ptol.

Alaunium, Galliæ Narbonenſis vrbs. Anton.

Alauona, Vaſconum oppidum, in Hiſpania Ptol.

Alauórſi, populi ad ſeptentrionẽ vltimi. Ptol.

Alázer, Barceorũ rex.

Alazia, oppidi nomen. Strab lib. 12.

Alázon, populi finitimi Scythis. Steph.

Alâzon, fluuius ex Caucaſeis montibus in Cyrum amnem defluens, Albanóſque ab Iberibus diuidens. Plin. lib. 6. c. 11.

Alba dea, quæ & Albuna dicitur. Cic. Vide etiam *Albunea*.

Alba Syluius, Latini Syluij filius, vt Latinorum rex, patri ſucceſſit in regno, qui cùm annis xxxix. regnaſſet, filio ſuo Aty moriens imperium reliquit.

Alba longa, vrbs in Latio ab Aſcanio filio Æneæ condita. Alba dicta ab Albâ ſue ibidem ab Ænea inuenta, Longa autem à longo tractu, Virg. lib. 8. Æneid.

Iamq́ tibi ne vana putes hæc fingere ſomnum,
Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus,
Triginta capitum fœtus enixa, iacebit
Alba ſolo recubans, albi circum vbera nati,
Hic locus vrbis erit: requies ea certa laborum
Ex quo ter denis vrbem redeuntibus annis
Aſcanius clari condet cognominis Albam.

Ideò *Dardania, Iliaca, & Troiana* à poëtis appellatur, quia à Dardanis ſeu Troianis, qui ex Ilio profecti fuerant, condita. hanc Tullus Hoſtilius Romanorum rex euertit. *Sanello* Leandro Alberto. huius incolæ Albani vocabantur.

Alba, oppidum Hiſpaniæ Plin. 3. 19. à quo etiam *Virgao*, vt & *Piana* à Tarapha dicitur *Alba Varcaonenſis* vocatur in antiqua inſcriptione, quæ habetur in Auguſto Goltzij. vide Rhoda.

Alba, ciuitas Morſorum, ad lacum Fucinum via Valeria, circa Anienis fontes, vbi eam deſcribit Strabo. Hanc Plinius *Albenſium* cognominat. Incolæ *Albanenſes* teſtibus Plinio, Liuio & Feſto. *Albenſes* vocat Varro. Eadam *Alba Fucentis* à Soſipatro vocatur, forſitan à Fucino lacu vicino. *Albatucenſia* corruptè vocatur in Antonini itinerario, vt & à Ptolemæo *Alphabucelis*. Celſus Citadinus *Alba de Marſa* adhuc vocari tradit.

Alba Græca, vide Taururum.

Alba Iulia, Daciæ vrbs, ſic dicta à Iulia Auguſta M. Aurel. Anton. Imperatoris matre. Hodie *VVeiſſenburg* Germanis, & *Gulaſeirnar* Hungaris Eſt in Tranſſyluania.

Alba Pompeia, Plinio Lombardiæ Ciſpadanæ vrbs, ad Tanarum fluuium. *Alba*, Leandro & G. Merulæ. Horum terram omnium fœcundiſſimam, & Languuillam nominatam, ſcribit Procopius lib 1. Gotthorum.

Alba Tucenſia, Italiæ vrbs inter Tiburtum & Corfinium. Anton. vide, Alba Marſorum.

Alba regalis, vulgò *Stulvveiſſemburg*, vbi reges Vngariæ coronari ſolent & inungi.

Alba auguſta vrbs Galliæ Narbonenſis, Eluiorum ſeu Elicocorum Metropolis, qui vulgò *Albigenſes* appellantur, & eorum ciuitas. *Alby.* Græcè ἀλβαυγοῦστα *Alba Heluetorum* Plinio, pro quo Pintianus hoc loco *Helucecorum* legit, vide Heluij.

Alba fluuius, Hiſpaniæ citerioris ad radices Pyrenæi. Plin. lib. 3 c. 3. Eſt quoque Alba, cuius meminit Fl. Vopiſcus in vita Probi Imperatoris his, verbis, *reliquias vltra Nicrum fluuium. & Albam remouit.* ſunt qui eo tractum Vittembergenſem non longè à Nicro intelligunt, quem accolæ *Alb*, aut *Rauch Alb* nominant. Rhenanus autem mauult *Albu* legi pro fluuio. vide Mediolanum.

Albace, Heracleæ Cariæ locus, Suidas in voce Diogenianus.

Albana, vrbs fœlicis Arabiæ. Ptol.

Albani, populi Galatiæ, quorum terram felicem eſſe aiunt & frugiferam. Suidas.

Albania, regio, Steph. inter Illyricum & Macedoniam, in qua eſt vrbs Dyrrachium, de qua in ſequenti voce.

Albania, regio in Oriente inter Colchon & Armeniam, à colore populi vocata, eò quòd albo crine naſcantur. Hæc ab Oriente ſub mare Caſpium ſurgens per oram Oceani Septentrionalis vſque ad Mœotidas paludes per deſerta extenditur. In ea Albana ciuitas, & Albanus fluuius. Apud hanc habentur canes ferociſſimi, qui tauros & leones occidunt. Hæc Nomadico generi proxima eſt inter Iberiam & mare Caſpium ab ortu ſolis mari coniuncta, ab occaſu Iberiæ finitima. Boreale latus munitur Caucaſeis montibus: auſtrale Armeniam contingit. Strabo ſex & viginti linguas Albanorum fuiſſe tradit, & totidem aliquando reges. Fuêre & ſub imperio Perſarum, poſtea Macedonum, deinde Romanorum: ſed Troianus Imperator his regem dedit. Nunc ſub Magno Cane Tartariæ rege degere creduntur, ab his Albani orti ſunt, quorum pars hodie in Peloponneſo, pars in Macedonia ſedet iuxta Dyrrachium, quorum dux fuit Georgius Scanderberg, qui multa pro Chriſti nomine aduerſus Turcas prælia

Agelas, VI. Corinthiorum rex, regnauit annis triginta.

Agelâſtus, dictus Craſſus, auus Craſſi in Parthis interempti, quem tradunt ſemel tantùm in vita riſiſſe: quod factum eſt, cum vidiſſet aſinum carduos comedentem, dixiſſéque ob id, Similes habent labra lactucas.

Agelaus, filius Damaſtoris, procus Penelopes. Odyſſ. 20.

Agelmondus, filius Dionis ducis primus Longobardorum rex, regnauit annis 31. multa geſſit aduerſus Vandalos.

Agelia epitheton Mineruę, quaſi ἄγουσα λείαν, i. prædam abducens, Cæl. lib. 14.

Agelocum, vide Segelocum.

Agendicem, inter Celtas oppidum, Senonibus, Pariſiis, Meloduno Senonum, Genabo Carnutum Nouioduno & Auarico Biturigum oppidis proximum, vulgò *Preuins*. Cæſar. lib. 6. *Milly en Gaſtinois* potius videtur Vigenereo.

Agénor, rex Phœnicum, Beli regis filius, quamuis quidam aliter ſentiant. Huius meminit Virg. lib. 1. Æneid.

Punica regna vides, Tyrios & Agenoris urbem.

Genuit Taygetam, & Europam filias: filios verò, Polydorum, Labdacum, Cilicem, Cadmum & Phœnicem, ab hoc Phœnices dicti ſunt Agenoridæ. Statius. *Non tulit inſidias diuûm imperioſus Agenor.* Et Agenoreus, poſſeſſiuum. Progeniem Agenoris enumerat Stephanus in Thaſſo.

Agénor, Antenoris filius. Homer. Iliad. 11.

Agénoria, dea à Romanis ſic dicta, quæ ad agendum excitaret, ab agendo dicta. Greg. Gyrald & Cæl. Rhod.

Ager robuſtorum in Gabaon, locus 2. Sam. 2.

Agerôchus, filius Nelei, ex Chlori vxore, vt eſt apud Homerum lib. 11. Iliad.

Agerona induſtriæ dea, ab agendo, vt opinor, dicta. Hermol. in Plin. lib. 15. cap. 29. Murcea dea ſocordiæ eſt, vt Strenua, Agerona, Stimula induſtriæ. Pompon. & Auguſt.

Ageſander, inſignis ſtatuarius fuit ex Rhodo inſula, qui vnà cum Polydoro & Athenodoro. Laocoontem marmoreum fecit in domo Titi Veſpaſiani Imperatoris, omnium artificum opera longo interuallo ſuperantem. Plinius lib. 36. cap. 5.

Ageſander, Lacedæmoniorum legatus. Thucyd. lib. 1.

Agéſias, Syracuſanus Olympionica, Soſtrati filius.

Agéſias, alter Cyrenaicus, philoſophus Platonicus, prohibitus à Ptolemæo in ſcholis docere aut legere, quoniam immortalitatem animæ ſuadendo, multos ad mortem compelleret, vt Cleombroto Ambraciotæ accidit. Cic. in Tuſc. Is tamen ab aliis Heſius vocatur.

Ageſidamus, Locrenſis Epizephyrius nobilis Olympionices, in quem pugilatu vincentem Pindarus hymnum cecinit.

Ageſilaus, VI. Lacedæmoniorum rex, cognominatus Magnus, Archidami filius, poſt mortem Agidis fratris ſui conſtitutus Phrygiam diripuit, quaſdam ciuitates cepit: Tiſſaphernis exercitum qui ei bellum indixerat, ad Pactolum fluuium fudit, fugauit, cecidit, caſtríſque exuit: Athenienſes & Bœotios apud Coroneam vrbem Pelopponenſi vicit. Breui corporis ſtatura fuit, & altero pede claudus, maxima tamen virtute præditus. Regnauit annis XLIII. Iuſtin. lib. 6. & Plutarch in eius vita.

Ageſilaus Athenienſis, Themiſtoclis frater, ſpeculator in Xerxis exercitum miſſus, tametſi pater eius, nomine Neocles, cum vtramque manum per quietem amiſiſſe vidiſſet. Is itaque inter Barbaros habitu Perſico conſtitutus, quendam ex Xerxis ſtipatoribus nomine Mardoniũ, interfecit: exiſtimauerat enim eũ eſſe Xerxen. Cùm igitur à circunſtantibus captus, & ligatus ad regem deductus eſſet, eum ad ſolis aram immolaturum offendit: in qua dexteram imponẽs cum aliquandiu vim ſupplicij, ne vllo quidem emiſſo ſuſpirio toleraſſet, tãdem adiecit, Huiuſmodi Athenienſes ſunt vniuerſi: quòd ſi fidem non habeas, læuam quoque iniiciam. Ea res autem cùm Xerxi pauorem incuſſiſſet: ſeruari Ageſilaum imperauit. Plut. in Paral.

Ageſilaus (auctore Plutarc.) cùm bene multi vellent eius corporis ſimulachrum effingere, nunquam id fieri paſſus eſt, animi tantum monimenta, hoc eſt libros à ſe compoſitos, poſteris delinquere ſtudens. Illud enim ſcriptorum, hoc ſuum: illud diuitum, hoc bonorum hominum opus eſſe ducebat.

Ageſilâus, Plutonis cognomen, παρὰ τὸ ἄγειν τοὺς λαοὺς quod ſcilicet populos agat. Eſt enim mortuorum & inferorum deus ab Ethnicis exiſtimatus. Callimach. φοιτῶσι μεγάλῳ Ἀγεσιλάῳ, id eſt, ad magnum pergunt Ageſilaum de quo ex Methodo & Æſchylo plura Athenæus.

Ageſinátes, populi Galliæ Pictonibus vicini. Plin. 4. 19. 6.

Ageſipolis, rex Lacedæmoniorum, qui ſpecioſam ſæpius victoriam ab Argiuis retulit. Xenop. lib. 4. Plut.

Ageſiſtrata, mater Agidis, cuius vitam deſcribit Plut. in Agido.

Ageſſus, vrbs Thraciæ. Steph.

Agétis, Apollinis filius, ex Cyrene virgine, Pelio monte Theſſaliæ rapta, frater Ariſtæi. Hunc alij, nunc Ageum, nunc Argeum vocant. Iuſtinus.

Ageus, vide *Agetis*.

Aggæus ſiue Haggæus, nomen Prophetæ quaſi

quaſi feſtinus, ſiue ſolennis, vel gyrans.

Agger, vnum è fluuij Nili nominibus, poſtquam ex lacu Heptagono profluxit, Vitruuius apud Germol. in Plin. lib. 3. cap. 9.

Aggi, ſiue Haggi filius Gad. Gen. 46.

Agrammes, Indorum rex, patre tonſore natus, qui vix diurno quæſtu famem propulſabat, ſed propter habitum haud indecorum Reginæ, oratus ab ea in propiorẽ eius qui tum regnabat amicitiæ locum admotus, interfecto rege per inſidias, ſub ſpecie tutelæ liberorum eius inuaſit regnum, necatiſque pueris Aggramen generauit, inuiſum vilémque popularibus, magis paternæ fortunæ quàm ſuæ memorem. Curtius lib. 9.

Agialea, olim Apia, ab Api I I I I. Sicyoniorum rege nuncupata, nunc Peloponneſus: eadem Ægialea dicta eſt.

Agidos, Cypri vrbs; Strabo hodie *Burgus templi*, inter Lapathum & Aphrodiſium.

Agila, Hiſpaniæ rex. regnauit annis quinque.

Agilaus, tertius Corinthiorum rex, regnauit annis X X X V I.

Agilis, proprium viri, quem poëtæ cum Tyrinthia pube in bello Thebano fuiſſe commemorant.

Agileus, vnus ex Ephoris, qui grauiter vulneratus à ſociis Cleomenis ſolus euaſit. Plutarc. in Cleomene.

Agilulphus, Taurinenſium dux & Longobardorum rex apud Æmilium, cum Francis pacem iniit.

Aginnum, oppidum venerandæ antiquitatis in Garumnæ ripa ſitum, duodeuiginti à Metropoli Burdigalenſi leucis totius Aquitaniæ ditiſſimum. Sedes Seneſchalli, cuius iuriſdictio excepto Pictauienſi totius Aquitaniæ latiſſima, vernacule, Agen, regionis vicinæ nomen dedit.

Agios Adrianos, vide Mycenæ.

Agios, vide Conſtantinopolis.

Agis, Lacedæmoniorum rex, cum Athenienſibus cruentiſſima bella geſſit. Illorum prouinciam igne ferróque vaſtauit, Græcas ciuitates libertati reſtituit: à ſuis ciuibus occiſus eſt in carcere, quod iuxta Lycurgi leges bona publicare vellet. Plutarch. in eius vita, & Cic. offic. 2. Fuit & alter Agis, quem Lacedæmonij ſuſpenderunt.

Agis, Pæonum rex, quem Philippus Macedonum rex coegit in ſuam poteſtatem.

Agis, poëta Argiuus, peſſimorum Carminum poſt Cherilum conditor, cœlum Alexandro aperiebat, Herculémque & patrem Liberum & cum Polluce Caſtorem nouo numini ceſſuros eſſe iactabat. Curtiu. lib. 8.

Agiſymba, Ptolemæo, extima Africæ regio, verſus meridiem. Hæc omnibus veteribus geographis prorſus incognita fuit. Vocatur hodie à Perſis & Arabibus *Zanguebar*. Zangue autem his idem ſignificat, quòd Niger Latinis. A nigris enim totus hic tractus colitur. I. Barro & Garcia ab Horto auctoribus Zenzibar hæc eſt M. Pauli Veneti, quam non ſine maximo errore inſulam credit, deſcribitque ab inſula Madegaſcar verſus meridiem, eámque in circuitu habere duo millia milliarium Italicorum addit, Ortel. Melocam, neſcio qua auctoritate vocat Hieronymus Giraua.

Agla, Hiſpaniæ oppidum. Plin. 3. c. 1.

Aglaia, Latinè ſonat Lux & lætitia, vna eſt Gratiarum, quæ & Charites dicuntur, alio nomine Paſiphaë appellata. Sunt autem tres: Aglaia, Thalia, Euphroſyne Iouis & Autonoës filiæ, quamuis de earum origine varia ſit opinio, vt eſt apud Perottum. Dicuntur eſſe in comitatu Veneris. Eſt verò Aglaia lætitia: læti enim in dandis beneficiis eſſe debemus. Vide *Charites*.

Aglais Megaclis filia, mira guloſitate & voracitate mulier, vt quæ carnium libras decem, panis chœnicas quatuor, & vini Romani congium ſiue ſextarios ſex vnica cœna abſumeret. Cæl. Rho lib. 15. cap. 19.

Aglaonice, Hegemonis filia, Aſtrologiæ perita, & eclipſes Lunæ, quando futuræ eſſent præuidens, iactitabat ſe illam cœlo deducere, quæ ob id poſtea in magnas calamitates incidit, adeò, vt in prouerbium abierit, τὴν σελήνην κατασπᾷ, id eſt, lunam detrahit, vt refert Apollonius lib. 4. quo vtimur quoties aliquis ſua iactantia in calamitatem incidit. Vide Eraſm. in Prouerbiis.

Aglaope, vna Sirenum, quaſi ſplendido aſpectu: nam ἀγλαὸς ſignificat aſpectum ſplendidum, vide Sirenuſſæ.

Aglaóphena, Acheloi & Calliopes Muſæ filia, vna Syrenum, de quibus infrà.

Aglaophon, pictor nobiliſſimus, cuius meminit Plin. lib. 35. c. 9. & Cic. 5. de Orat. vt & Atheneus lib. 10.

Aglauros, filia Erichthei regis Athenarum antiquiſſimi, à Mercurio in ſaxum mutata: de qua Ouid. lib. 2. Metamorph.

Sic opus eſt Aglauros ea eſt.

Aglaus, pſophidius Arcadium pauperrimus ab Apolline Pyrro Gyge eſt fœlicior iudicatus, quod agelli ſui limites nunquam eſſet egreſſus paruuli ruris fructibus contentus. Pli. lib. 7. cap. 46. Val. lib. 7. cap. 11.

Agna Mauritaniæ Tingitanæ fluuius. Ptol.

Agneda, vide Alata Caſtra.

Aglon, Palæſtinæ locus Ioſue 15.

Agneton, Cæl. Rhodig. l. 20. cap. 14. Lydorum emollita improbitas illuc progreſſa fertur, vt alienas vxores virginéſq; in locum producentes, quem à ſe Agneana vocarunt, omnes cõſtupra-

rent vnde tyrannidem aſſequuta Omphale ſtupratarum vna, illatas vlciſcens iniurias, ſeruis dominas proſtituit in loco eodem, quem rei atrocitatem mollientes. Lydi γυναικῶν vocāt ἀγῶνα & γλυκὺν ἀγῶνα.i. iucūdā & dulcē luctam.

Agni cornu promontorium eſt humile & valdè expoſitum prope Bolbiticum Nili oſtium. Strab.lib.17.

Agnicis, fluuius, Plin. 6.27.

Agnitas, vel Agnita, Æſculapij cognomen apud Spartanos, apud quos eius dei ſimulachrum ex agno quæ planta eſt, erat exculptum. Cæl. Rhod.lib.18.cap.5.

Agnodice, puella virgo medicinā diſcere cupiens, abſciſſa coma, habitu virili, ſe Herophilo cuidam tradidit in diſciplinam, à quo probè edocta parturientium mulierum morbis medebatur, quas ſexus ſui clam certas faciebat. Tandem à medicis dolentibus ſe ad fœminas ampliùs nō admittit (obſtetrices enim antiqui nō habuerūt) in iudicium pertracta, quod dicerēt hunc eſſe illarum corruptorem: coram Areopagitis tunica alleuata ſe fœminam eſſe oſtendit. Tunc Athenienſes legem emendantes, artē medicam diſcere mulieribus ingenuis permiſerunt. Hyginus.

Agnon, Niciæ filius Sanio bello quando à Pericle inſula deuicta eſt, dux fuit. Bello Peloponneſiaco contra Potidæam cum validis copiis profectus, morbi vi inde irrito incœpto abſcedere coactus eſt. Hic Amphipolim condidit. Sed quum poſtea hoc in bello ad Braſidam Amphipolitani defeciſſent: Braſidæ, qui ad vrbem ipſorum victor in acie ceciderat, coloniam ceu conditori adſcripſerunt, deiectiſque Agnonis monumentis ad Braſidam honorem tranſtulerunt: Thucyd.

Agnónia, oppidum Thraciæ iuxta Amphipolim. Steph.

Agnótes, populi Celticæ iuxta Oceanum Steph.

Agnos, pars Demetriadis tribus in Attica. Stephanus. Suidas.

Agno, ſeu potius Hagno vna ex Nymphis quę Iouem educarunt, à qua & in Lycæo fons appellationem ducit, cuius ea fuit olim vis, vt re diuina ibi à Lycæi Iouis ſacerdote curioſius peracta & fuſis precibus, quæ vnóque ramo leui aqua commota, mox denſior ſurrigeretur vapor nebulæ aſſimilis, quæ non multò poſt effecta turbes, aggregatis item aliis, largos demittebat imbres. Pauſanias. Arca. & inde Cæl. Rho. l.24.c.27.

Agnos. Æolidis tribus, gens. Heſych.

Agnoitæ, hæretici ab ignorantia dicti, quod eſſe nouiſſimam horam Chriſto ignotam, opinarentur. Cæl. Rhod. lib.1.cap.14.

Agnon, nomen authoris apud Quint. li.2.c.16.

Agnon Teius Alexandri magni præfectus auresi clauis crepidas ſuffigebat, vt ſcribit Plinius lib.33.cap.3.

Agoce, Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs. Plin. 6.29. 66.

Agon, locus eſt Certaminis Romæ, qui Circus Flaminius dicebatur. Ponitur pro ipſo Certamine. Eſt quoq; nomē propriū apud Plutarchū. Itē Æthiopiæ fluuius, qui infra Ægonus dicitur. Dicitur autem ἀγὼν ab α & γωνία quod in loco non anguloſo ſed rotundo Agon haberi ſoleat.

Agon Nemeacus primum ab Argiuis actus poſt eum qui ſub Archemoro fuit. Olympiade 53. anno mundi 3383. Nemea autem celebrabantur poſt Tlepolemia, quæ agebantur die 24. menſis Gorpiæi. Ergo Nemea fortaſſis neomenia Hyperberetæi, vel potius quarti.

Agon Gymnicus, quem Panathenæon vocant Athenis actus.

Agon Androgæi, quē ſtatuerat Minos, prēmiū pueros Atticos largiens. At Taurus (vir crudelis & Minoi à conſiliis) in agone fortiſſimus vniuerſos in contētione ſuperabat. Tandem factum eſt, vt à Theſeo in palæſtra vinceretur ob quod Athenienſes pueri tributaria pœna liberati ſunt. Euſeb. ad numerum 7-6. Plutarch. in Theſeo.

Agon Olympicus ab Hercule inſtitutus, à quo vſque ad primam Olympiadem ſupputantur anni CCCCXXX. Euſeb. ad numerum 810.

Agonales ludi Seruio, quos Auguſtus, Actiacis littoribus deuicto Antonio ſtatuit, ad quod reſpexit. Virg. 3. Æneid.

Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.

Vide *Actia.*

Agonalia, feſta erant apud Rom. celebrari ſolita quotannis in honorem Iani, vt eſt apud Ouid. 1. Faſt. aut certè in honorem Agonij dei, vt Feſtus tradit, qui rebus agendis præeſſe putabatur. Eo die rex ſacrorum arietem immolabat, vt tradit Varro lib.5. Nominis multiplex reperitur notio, aut enim ex ritu ſacrorum, in quibus miniſter tenens ſtrictum gladium ad iugulandum arietem, rogabat. Agon? Quam opinionem ſecutus videtur Ouidius, his verſibus. *Nominis eſſe poteſt ſuccinctus cauſa miniſter. Hoſtia cœlitibus quo feriente cadit: Qui calido ſtrictos tincturus ſanguine cultros. Semper agátne, rogat: nec niſi iuſſus agit.* Alij ad Agonem montem in quo illa ſacra fieri ſolebant, qui poſtea Quirinalis dictus eſt, ex quo in eo conſederunt Sabini, vt in vrbis portionem recepti. Alij à certamine curuli dictum putant, quod hiſce feriis antiquitus ſoleret celebrari. Nam Græci certamina & ludos, ἀγῶνας appellant, cuius ſententiæ eſt Ouid. qui ſcribit, *Fas etiam fieri ſolitis ætate priorum nomina, de ludis Græca, tuliſſe diem. Et prius antiquus dicebat. Agonia ſermo, Veráque iudicio eſt vltima cauſa meo.*

Agonax,

Agonax, Zoroaſtris fuit præceptor in arte magica. Apud Plinium tamen lib. 30. ca. 1. Azonacem hunc, non Agonacen appellatum legimus.

Agonenſis porta: quæ & Collina porta dicebatur. Vide *Ægonenſis.*

Agones qui percutiebant victimam, apud Romanos, quod ex more, priuſquam ferirent, populum rogabant, agon? id eſt, agóne?

Agones, Inſubrum populi. Polyb. Vgonia Schudo.

Agonis, liberta Veneris Erycinæ, Cicero 1. Ver.

Agonides, Phocionis accuſator, ipſemet cap. damnatur. Plut. in Phocione.

Agónius, Deus dicebatur præſidens rebus agendis eiúſque feſta Agonalia, quamuis aliqui ei us ſacrificia Agonia dicta velint, quòd in montibus fiebant, quos Agones vocitabant. Ouidius.

E p ius a tiquit dicebat Agonia ſermo.

Et Agonius dies, quo rex Agoniam hoſtiam immolabat, vnde Romæ Agonus mons, Quirinalis & Collina porta, Agonenſis appellata.

Agonotheta, erat Agonum moderator, præſes & iudex.

Agonus fluuius circa Æthiopiam, Heſych. vide Collina & Quirinalis.

Agora, oppidum in Cherſoneſo. Steph.

Agoracritus, Parius ſtatuarius, Phidiæ diſcipulus, de quo plura apud Volaterra. & Plin. libr. 36. c. 5. Hic creditur Veneris Rhamnuſiæ ſignũ effinxiſſe. Nam cùm de facienda Venere cum Alcamente condiſcipulo contenderet, ſuffragio imperiti populi, non arte ſuperatus, vſque adeò rei indignitate commotus eſt, vt ſignum illud Nemeſim appellauerit, eáque lege vendiderit, ne Athenis eſſet.

Agoranomi, apud Athenienſes, quinque in Pyræo, & totidem in vrbe erant Magiſtratus qui in foro venalia inſpectabant, & curabant vt ibi omnia modeſtè agerentur: & ne venderes & ementes mendacium dicerent, quod illi τὸ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν dixerunt. Demoſthen. Theophraſtus.

Agorea, Mineruæ, id eſt, forenſis, à Lacedæmoniis cultâ. Pauſanias & Cælius libro 18. capite 5.

Agoreus Mercurius dicitur, quòd eius ſtatuá in medio eſſet foro. Iupiter item Agoreus, eadem de cauſa.

Agra, Atticæ locus eſt, vbi primùm Diana venata eſſe fertur. Strabo, Pauſan. Steph. Item Suſianæ vrbs. Ptolemæo, & Arcadiæ apud Plinium. l. 4. c. 6. vbi legitur plurali numero Agræ.

Agra, Plin. 6. 26. 57. Regia Leanitarum Arabiæ populorum.

Agradatus, rex Perſarum, poſtea Cyrus dictus, à Cyro Perſidis fluuio. Strabo lib. 15.

Agræ, vide Acræ.

Agræi, Stephano ſunt populi Arabiæ in ſinu Leanitico, quorum oppidum eſt Agra, Leanitarum regia, Plin. lib. 6. c. 28.

Agragas, ſeu Agracas, Siciliæ fluuius, circa Agrigentinum vrbem, à quo nomen accepit. Thucyd. Ælian. *Drace* hodie appellatur, teſtibus Fazello & Aretio. Eſt quoq; mons Siciliæ haud lõgè à Gela, muro olim cinctus habens in ſummitate oppidum eiuſdem nominis, alio nomine Agrigentum. Veteres apud eum optimos equos alere, & exinde in Græciam ad Agones tranſmittere conſueuerunt. Virgil. libro Æneid. 3.

Arduus inde Agragas oſtendit maxima longè:

Plin. 3. 8. 17. Idem Agragantini bituminis meminit 35. 15. 23. Quatuor præterea alias huius nominis vrbes commemorat Stephanus, quarum primam in Thracia ponit, alteram in Eubœa, tertiam in Cypro, quartam in Ætolia. Hinc deducitur Gentile Agragantinus. Lucret. lib. 1.

Quorũ Agragantinus cum primus Empedocles eſt, vide *Agrigentum.*

Agrani, oppidum Babylonicæ regionis Plin. 6. 26. 12.

Agraria Lex, quæ ferebatur de agris populo diuidendis, Liu. lib. 2. Tum primùm lex Agraria promulgata eſt.

Agraulos, filiæ Cecropis & Mineruæ cognomen. Harpocration.

Agraule, tribus Athenis, Steph. Meminit huius Plutarch. in Alcibiade.

Agre, oppidum Lydiæ. Steph.

Agriæ & Agrianes, populi Pæoniæ inter Hæmum & Rhodopen. Steph.

Agricola, Col. Rom. Clementini collega.

Agricola, alius Coſ. Euſtathij collega, quorum ætate Imperator Conſtantius obiit. Caſſio, Paul Æmil. lib 1.

Agrigentum, vrbs Siciliæ Ptolemæo, Straboni, Plinio, à Leuino duce Romanorum ſubacta, hoſte ex Sicilia pulſo, vnde Empedocles philoſophus, & Phalaris tyrannorum ſæuiſſimus originem duxerunt. Vnde Agrigentinus, Agrigentina, Agrigentinum, poſſeſſiuum, vt tyrannus Agrigentinus, & ſal Agrigentinus, qui in igne fluit, & in aqua, vel liquore alio crepitat veluti torreatur, vt ait Solinus. Lege Plin. 31. 8. 18. *Naro* à Nigro hodie nominatur, ab Anonymo quodam *Gergenti.*

Agrij appellantur, qui & Cinamolgi. Strabo lib. 6.

Agriodos ab Ouid. 1. Metamor. inter canes Actæonis numeratur, & ab Agreſti ſeu feroci dente nomen habet. *Labros & Agrides & Acuta vocis Hylactor.*

Agricenia, feſta erant apud Bœoticos, quæ in honorem Bacchi quotannis celebrabantur.

Agriopa Cinyræ illius qui tegulas & metalla æris item forcipem, marculum, vectem & incudem inuenit pater. Plin.l.7.c.56.

Agriope Agenoris vxor, Europæ mater, Lactant. in 2 Theb. Statij & Hyginus cap.6.178. & 179. quæ tamen Telephaſſa, ſeu Telephaëſſa Apollodoro & Moſcho vocatur. Fuit & alia Agriope quam Mimnermus Orphei vxorem fuiſſe vult, quam tamen cæteri omnes Eurydicen appellant.

Agriophagi, populi Æthiopum verſus Occidentem, qui teſte Solino ſolùm pantherarum & leonum carnibus veſcuntur, regémque habent, cuius in fronte oculus vnus eſt. Solin. Plin.lib.6. cap.39.

Herod. Agrippa, filius Ariſtobuli, Magni Herodis filij, à Tiberio Cæſare coniectus in vincula, ſed à Caio Cæſare liberatus, rex Iudeæ factus eſt, regnauitque annis ſeptem, anno primo G. Cæſaris. Poſtea Claudius regnum eius confirmauit, omne Herodis imperium, & Lyſaniæ addens, tetrarchiam quoque Philippi Bethaniam, Traconitidem, &c. Chalcidem verò ei abſtulit, Herodémq; fratrem Chalcidis regem deſignauit. Ioſeph.lib.15.cap.4. De bello Iud.lib.2. c.4. De hoc mentio fit Act. Apoſt.12. Is namque qui Iacobum Apoſtolum gladio interfecit.

Agrippa, Herodis Agrippæ filius, conſtitutus fuit ab Imperatore Claudio rex totius regni quod proauus eius Herodes Magnus habuerat præter Hieroſolyma & quædam munimenta tetrarchiæ Archelai, huius fit mentio Act.25. regnauit annos 56. ex Ioſepho & Iuſto Tiberiadẽſi, in huius morte defecit domus Herodiadarũ.

Agrippa cognomento Piſtor.

Agrippa, latinum eſt, dictum ab eo quod ægros, i. difficiles partus faciat, vel dicitur Agrippa ille qui in naſcendo priùs emittit pedes, Gell. l.16.c.16. Nonius c 9.

Agrippa Menenius, cognomine Lanatus, dux à Romanis electus aduerſus Sabinos, de eis triũphauit. Et cùm plebs à patribus ſeceſſiſſet in Auentinum, quod tributum & militiam tolleraret, nec reuocari poſſet, Agrippa apud eam verba faciens: Humani artus, inquit, cum ventrem otioſum viderent, ab illo diſcordarunt, & ſuum illi miniſterium negauerunt. Cùm eo pacto & ipſi quoque deficerent, intellexerunt, ventrem cibos acceptos per omnia membra diuidere, & cum eo in gratiam redierunt: ſic ſenatus & populus quaſi vnum corpus diſcordia pereũt, concordia valent. Plura de hoc Volaterranus.

Agrippæ M. error de Beticæ menſura. Plin. 3.27.

Agrippa Syluius, Tyberini Syluij filius duodecimus Latinorũ rex, ſubmerſo patre in regno ſucceſſit: & cùm annos quadraginta regnaſſet, moriens Romulũ Syluium reliquit hæredem.

Agrippa, Auguſti gener nauali victoria contra Sextum Pompeium inſignis. Virg.lib.8.

Parte alia ventis & diis Agrippa ſecundis Arduus, &c.

Agrippa cognom. Caſtoris, vir imprimis doctus, contra XXIV. Baſilidis hæretici volumina quæ contra Euangelium ille ſcripſerat, acerrimè diſſecuit, autor Hieron.

Agrippa Furius Medullinus, & T. Quintus Capitolinus Barbatus IV. Collega & Coſſ. Romani Equos Volſcóſque vicerunt.

Agrippa, philoſophus Scepticus. Laert.lib.9.

Agrippa Furius Philo, tribunus militum.

Agrippenſes Bithyniæ populi. Plin.5.32.40.

Agrippina, Octauiani Auguſti filia.

Agrippina, filia Agrippæ, eius qui fuit è proceribus Auguſti, & eiuſdem gen. Alia fuit mater Neronis quæ poſt viri mortem Claudio Cæſari nupſit, & filio ſuo imperium obtinuit, ad ſuam & totius vrbis perniciem.

Agrippina, Taciti Colonia, Vbiorum vrbs, ad Rhenum, quam ædificauit Agrippina Neronis mater, vt patriam (ibi enim nata erat) clariorẽ redderet, ſociis quoque nationibus ſuam potentiam oſtentaret, veteranorum coloniam eò deduci imperauit. Tacitus Annal.lib.12. Plin.li.4. II.17. Incolis *Coeln*. Gallis, *Cologne ſur le Rhin*, *Col. Claud, Aug. Agrippinenſium* appellatur apud Aldum in antiqua inſcriptione, vide Vbij.

Agriſa, oppidum Carmaniæ. Steph.

Agriſius, XIV. Argiuorum rex regnauit annis XXXI.

Agrius, Parthaonis Martis filij filius, & Therſitis pater, Homero, cuius nihil præter nudum nomen ad nos peruenit, Bocatius. Fuit & Agrius Vlyſſis ex Circe filius, cum Latino fratre, vt author eſt Heſiodus in Theogonia.

Agrœtas, ſcriptor rerum Scythicarum, cuius meminit. Cæl.lib.7.

Agroïra, vide Attalia apud Stephanum.

Agrolas & Hyperbius ad arcis Athenienſis radices domicilia habuerũt, omnemq; ambitũ murorũ arcis fecerũt præter eã particulã, quã Cimõ Militiadæ filius conſtruxit. Pauſanias in Attic.

Agron, primus qui inter Heraclidas Sardis regnauit, vt ſcribit Herodotus lib.1.

Agron, Illyriorum rex, qui quum Ætolos ſuperbiſſimos populos bello ſuperaſſet, tanta ſeſe præ gaudio vini copia obruit, vt pleuritide correptus, ſubitò extinctus fuerit. Polyb.

Agron, medicus inſignis, qui accenſis in proximo ignibus, Athenienſibus magna vi peſtilentiæ grauiter infeſtatis ſalutarem opem tulit. Cæl.Rhod.lib.4.cap.22.

Agróſpi

Agron, Nini filius, ita dictus, quod in agris natus eſſet. Cæl.lib.23.c.5.

Agróſpi, oppidum ad Nili ripam in Æthiopia ſub Ægypto. Plin.1.6.130.

Agrotera, Dianæ cognomen, quod Agræ fuerit regiuncula terræ Atticæ, prope Neſſum amnem, in qua ferunt Dianam primam venationem exercuiſſe, quum ex Delo illuc veniſſet Pauſ.& Cæl.lib.8 cap 7.

Agróſus, mons vbi nunc Roma, ad quem Faunus ab Euandro ex Arcadia pulſo conceſſit quem ipſe poſtmodum Palatinum appellauit.

Agryle, vel Agraule, pars tribus Erechtheidis Athenis, & oppidum in Sardinia, colonia Athenienſium. Steph.

Agubeni, Arabiæ deſertæ gens. Ptol.

Agúntum, oppidum Siciliæ. Ptol. Plin.3.24.1. Norici item oppidum, vulgò *Innihen*.

Aurium, Ptolem. Siciliæ vrbs. Agyrinos populos habet Plin. Simlerus ſcribit Augurium Antonini eſſe & hodie *S. Philippo in Agirone* appellari, cui aſſentit Leander. Agyrena, legit Stephanus.

Aguti, vel Agita, inſula inter Siciliam & Africam. Anton.

Agylaus, III. Corinthiorum rex, regnauit annis XXXVII.

Agyleus, ſiue, vt ait Macrobius, Agyeus, Apollo dictus eſt ab Athenienſibus, quod ei in viis publicis ſuæ vrbis ex reſponſo ſtatutis altaribus ſacrificarent. ἀγυιὰς enim illi vias dicunt, quæ ſunt intra pomœria. Horat. lib.5. Carm. Ode 6.

Daunia defende decus camœnæ.

Leuis Agyleu.

Agylla Seruio ciuitas eſt Tuſciæ, à conditore appellata, cui ex inſcitia Romana illud eſt inditum nomen. Nam cum Romani euntes per Tuſciam interrogantes Agylinos quæ diceretur ciuitas, illi vtpote Græci quid audirent ignorantes, & optimum ducentes, ſi prius eos ſalutarent, dixerunt χαῖρε, quam ſalutationem, Romani nomen ciuitati eſſe putauerunt: & detracta aſpiratione, eam Cere nominauerunt, vt ſcribit Hyginus in vrbibus Italicis. Hactenus Seruius. Vide Stephanum. Eſt aliàs Cærete vocata & Agyllina à nomine conditoris, quem Virg. lib.8. ex Lidia veniſſe oſtendit, cùm ait,

Haud procul hinc ſaxo incolitur fundata vetuſto
Vrbis Agyllina ſedes, vbi Lydia quondam
Gens bello præclara, iugis inſedit Hetruſcis.

Meminit Plin.3.5.59. Vide infra *Care*, à Pelaſgis Theſſalia profectis condita, à Lydis quos Tyrrhenos vocauere, Cære appellata.

Agylleus Herculeus, hoc eſt Herculis filius Stat.lib.10. Thebaid.

Inſuper Herculeum ſibi iungit Agyllea vates.

Agylleus, luctator Cleonæus ſtaturæ prægrandis, nec minor Hercule, palæſtra tamen à Tydeo victus. Stat.6. Thebaid.

Agyrini, ſiue Agyrenſes, populi ab vrbe Agyrio, ſiue Augurio. Plin.3.8.21. Vide Ἀγύριον in Steph.

Agyrtes, patrem interfeciſſe ſcribitur. Ouid. lib. Metam.5.

Et caſo genitore infamis Agyrtes.

Agyrtes, nomen tubicinis apud Stat. in Achilleide, lib.4.

Tacitum lituo bonus addit Agyrtes,
Occultánſque tubam tacitis apportet in vſus.

A H

Ahalab, nomen vrbis. Iudic.1.

Ahara, filius Beniamin, 1.Paral.8. qui Gen 46. Gera dicitur, Lat. frater redolens, aut pratum odoris.

Aharehel, filius Arum. 1.Paral.4. Lat. alter ſiue nouiſſimus exercitus, aut alter, ſiue nouiſſimus dolor, aut ouis fratris.

Aharna, oppidum Hetruriæ, Liuius Decad.1. lib.10.

Ahaſbâi, filius Machati. 2.Reg.23.

Ahaſias VIII. Iſraelitarum rex, regnare cœpit anno XVI. regni Ieheſaphat, regnauitque annis II.

Aháſtari, filius Aſhur ex Maara. 1.Para.4. Lat. Curſor vel veredarius ſiue feſtinatio turturis, aut feſtinatio exploratoris, ſiue frater qui explorat, vel princeps turturis aut explorationis.

Ahaſuerus, qui eſt Darius Hiſtaſpis filius, hinnitu equi rex Perſarum confirmatus, regnauit annis XXXVI. Herodot. libro 3. & 7. repudiata vxore ſua Vaſti, Eſter ſibi matrimonio iunxit, Eſter.2.

Ahaua, fluuij nomen, 1.Eſd.8. Lat. eſſentia, ſiue generatio.

Achaz, filius Micha, filij Meribbaal. 1.Paral. 7. Latinè, apprehendens ſiue poſſidens, aut videns.

Ahazi, i. videns ſeu apprehendens, nomen viri. Nehem.11.13.

Ahenobarbus, cognomen Domitiorum, quod primus tulit Cn. Domitius, & ad ſuos poſteros propagauit. Quidam ſcribunt ſine aſpiratione Ænobarbus & nonnulli Æneobarbus: Sed in antiquis lapidibus & monumentis ſemper eſt Ahenobarbus.

Ahi i. frater meus, vel fratres mei, filius Somer, filij Heber, filij Bari. Paralipomenon. 7. 35.

Ahia, ſiue Ahias, i. frater domini, filius Siſa, princeps exercitus Salomonis, 3.Reg.4. 1.Paral. 11, Pater Baaſa. 4.Reg.9. Fuit & propheta quidam Silonites. 3.Reg.12.

Ahiam, i. frater matris, aut frater gentis, filius

Sarar.1.Reg.23.qui 1.Paral.11. dicitur filius Sachar.

Ahicam, i. frater reſurgens, vel frater vindicans, filius Saphan.4.Reg.22.

Ahiezer, filius Amiſſandai, princeps tribus ſuæ Dan.Num.12.7.10.& 1.Paral.12. Lat.frater meus auxiliator.

Ahilud, frater natus, pater Ioſaphat illius qui erat à commentariis Dauidi. 2 Reg.8.

Ahimam id eſt frater præparatus, ſiue dexteræ, nomen viri, 1.Paral.9.18. filius Enoc, Ioſue 15.Iudic.1.

Ahimaas Sadochi filius, ſacerdos magnus, cuius ætate Schemata & Iddo, prophetarunt. Lat. frater meus conſiliarius. Item ſocer Saul.1.Reg. 14. Item gener regis Salomonis 3.Reg.4.

Ahimelech, nomen viri de filiis Itamar.1.Paral.4. Lat frater meus rex.

Ahin, filius Semidæ, filij Galaad. 1.Paralip.7. Heb. Aian Lat.frater vini, vel fratres.

Ahinadab, filius Addo 3.Reg.4. Latin. frater ſpontaneus, aut vouentis, aut principis.

Ahio, filius Abigabaon, 1.Paral.8. Filius item Iehiel.1.Paral.9. Filius Abinadab.2.Reg.Para.8. Lat.frater eius, vel fratres eius.

Ahion, nomen vrbis, 3.Reg.15.4. Reg.15.2. Par.16. Lat. intuitus, aut fons, vel oculus.

Ahira, filius Enam, princeps tribus ſuæ Nephtali, Num.1. frater iniquitatis aut ſocij, aut paſtoris, aut fratrem confringens.

Ahiſahar, filius Balan, filij Iahidel, filij Benjamin. 1.Paral.7. Lat. frater Auroræ, aut Nigredinis.

Ahiſar, præpoſitus domus Salomonis. 3.Reg. 4.Lat.frater principis, vel cantici, aut inſidians.

Ahiud, filius Salomi, princeps tribus Aſer. Num 34.Lat.frater laudis vel confeſſionis.

Ahoban, filius Abiſur, filij Semei, filij Onam. 1.Paral,2. Lat. frater filij, vel intelligentiæ, aut frater ædificans, vel abſconditus.

Ahod, filius Simeonis, filij Iacob. Gen. 46. Heb.Ohad: qui 1.Paral.4. dicitur Iarib. Lat. laudans ſiue confitens.

Ahob, filius Balan, filij Iadihel, filij Benjamin. 1.Paral.7.

Ahoe, filius Bela, filij Benjamin, filij Iacob. 1.Paral.8. Lat. Tribulus, vel Spina, ſiue fraternitas, aut hamus.

Ahodites 2.Reg.23. 1.Par.27.Lat.frater viuus, aut Tribulus, vel Spina mea.

Ahumai, filius Iahath, filij Subal. 1.Par.4. Lat. pratum aquilarum, vel frater aquarum.

A I

Aia, filius Sebeon, filij Seir Horrei. Geneſ.36. 1.Paral.1. Item pater Reſpha concubinæ Saulis, 2.Reg.3.41. Lat. Vultur, vel heu, ſiue, vbi eſt, aut inſula eius.

Aia, ciuitas tribus Iudæ, 1.Par.7.

Aialon, i. Ilex vel quercus aut fortitudo, ſiue ſeruus, nomenq; ciuitatis conſtructæ à Roboam. 2.Paral.11. 1.Paral.8. 2.Paral.28. Vallis nomen Ioſ.10. Iudic.1. Ciuitas de tribu Dan data Leuitis. Ioſ.21. Ciuitas refugij, 1.Paral.6. Filius Sellum, filij Sadoc. 1.Paral.6 Filius Amaſij filij Bori. 1.Paral.6. Fuit & altera ciuitas in tribu Zabulon, vt in 12.cap. Iudic. legimus iuxta Hebræum, Mortuúſque eſt ac ſepultus in Aialon in terra Zabulon.

Aiath, i. Hora, ſeu coaceruatio, eſt ea vrbs quæ Hebræis vocatur Hai: meminit Iſaias c.10. per quam Sennacherib tranſiit oppugnaturus Ieruſalem. Neh.7. fit eiuſdem mentio.

Aiax, nomen vnius ex elephantis Antiochi Cic.

Aiax, fluuius ex Lacedæmone promontorio Pindi montis defluens. Steph.

Aiax, inquit Gab.Barrius, fluuius à Lycophrone ſic dictus, eo verſu. *Lacmony bibentis Aiacis aquas Crathis autem*,&c. hodie Pilaca nominatur. Sed Græcus codex non habet Aiacis, ſed Æantis. Eſt ergo Aias ſeu potius Æas.

Aiax, Telamonis filius, ex Heſione filia Laomedontis, fortiſſimus Græcorum poſt Achillem; cum Hectore congreſſus eſt, à quo diſcedente gladio & baltheo donatus eſt. Achille poſtea mortuo, cùm Aiax ſibi donata arma tanquam legitimus hæres repeteret, quod ea Vlyſſes ſua eloquentia à iudicibus accepiſſet, præ nimia ira inſaniens, permulta pecora & imprimis arietem corpore præſtantem occidit, credens ſe Atridas & Vlyſſem interemiſſe: verum ad mentis ſanitatem rediens cùm ſe falſum comperiſſet, acri dolore compulſus, gladio, quẽ Hector donauerat, in loco deſerto ſe transfodit, cuius cruor in hyacinthum florem, vel vt aliis placet, in florem ſui nominis eſt permutatus. Græci fabulantur totum fuiſſe inuulnerabilem, præterquam in ceruice. Dictus ἀπὸ τοῦ αἰάζειν, i. à lugendo; habet Sophocles in Aiace flagellifero.

Aiax, Oilei filius, rex Locrenſium, velox pedibus, peritus haſtæ vibrandæ, capta Troia Caſſandram virginem & vatem, in tẽplo Palladis violauit: quam ob cauſam domũ repetens, fulmine à Pallade occiſus eſt. Virg.Æneid.li.1. *Illa Iouis rapidum iaculata è nubib. ignem, Disiecitq; rates, euertitq; æquora ventis. Illum expirantem transfixo pectore flammas Turbine corripuit, ſcopuloque infixit acuto.* Sil.lib.14. Valer.Flac.lib.1. Arg Ouid.in Ibin.alij diſiecti, multis poſt annis in patriam rediere. Virg.lib.1.Æneid.

Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei.

Aido, Aquitaniæ præfectus, Auſoniam ſolo cepit ac diruit.

Aidoneus, Pluto appellatus, regnauit tempo-

re

re Lycei regis Argiuorum, atque Erichthei regis Athenienſium. Euſeb.

Aidoneus, Molloſſorum rex, Theſeum carceri mandauit: eò quòd filiam Proſerpinam cum Pyrithoo rapere voluerit, non procul ab Acheróte fluuio; vnde factus eſt fabulæ locus, Theſeũ ad inferos deſcendiſſe, & Proſerpinæ Ditis vxorem rapere voluiſſe. Plutarch. in vita Theſei.

Aidoneus, fluuius circa Troiam. Pauſan.

Ailan, vrbs quæ & Ailath. 4. Reg. 14. 16. quam ædificauit Azarias, qui & Ozias dictus eſt.

Ailam, filius Seſac. 1. Par. 8. Scribe Ælam.

Ailanites, ſinus iuxta Egram Arabiæ ciuitatem. Stepha. in Prag.

Ailath, ſiue Ailoth, i. ilices vel quercus, aut ceruæ, vel fortitudines, ciuitas regni Edom, ad mare rubrum, vnde ex Ægypto Indiam verſus, & inde ad Ægyptum nauigatur. Hæc & Aila dicitur, quam ædificauit Ozias, qui & Azarias dictus eſt 3. Reg. 9. 2. Para. 8. 16.

Ailon, vide Ophir.

Aimilius, vide Sublicius.

Ain, i. oculus, ſiue fons: ciuitas in termino Iudæ ad Orientem, Num. 34. quam tribus Iuda atque Simeonis ſorte accepit. Ioſ. 19. 1. Par. 4. quæ deinceps Leuitis eſt tradita, Ioſ. 21. Eadem vrbs dicitur Æn. Hieronymo Bethiennim dicta.

Aio, filius Arichis ducis Beneuenti, miſſus à patre ad Rhotarem Longobard. regem ex Italia veneno potus eſt, cuius virtute cœpit inſanire. Paulus Diacon. de geſtis Longobardorum.

Aiſtulphus 30. Longoba. rex ferociſſimus, imperauit primi Gallorum regis temporibus.

Aiulius Larinas, homo nequam. Cicero pro Cluentio. Editio Gruteriana legit Auilius, vnde I. Gulielmius faciebat A Villius.

Aius, Deus Romanorum, dictus ab eo quod aiebat. Nam olim Romæ audita vox ex ſilentio noctis, clarior humana voce, quæ iuberet magiſtratibus nuntiari Gallos aduentare, & vt prouiderent, ne Roma à Gallis caperetur: ex eo dictus eſt Deus Aius, id eſt, loquens. Cic. lib. 2. de Diuinatione. Liuius hunc eadem ratione vocat Locutium.

A L

Alaba, ciuitas Hiſpaniæ citerioris, Plinio, & Inſula ante Taprobanem. Ptolem.

Alabagium, Carmaniæ promontorium. Ptol.

Alabana, Arabiæ felicis oppidum. Ptol.

Alabanda, ciuitas celeberrima in Caria Plin. 5. 36. Ptol. Apollone Rhetore nobilitata, hinc.

Alabandes, & Alabandicus, qui ſic ab inuicem differunt, quod Alabandicus ſiue Alabandiacus, nomen poſſeſſiuum eſt, vnde Alabandicos libellos pro barbaris & ineptis Græci capiunt.

Alabandes verò ciues oppidi dicuntur. Vnde carbunculos perfectos Alabandes, quaſi munici-pes appellant, impolitos atque rudes, Alabandicos. Alebandæ Chriſtalli meminit, Plin. l. 37. c. 2.

Alabandus, Caris filius, à quo dicta eſt Alabanda.

Alabandus, Deus Alabandorum. Cicer. 3. de Natura Deorum.

Alabanſes, populi Hiſpaniæ conuentus Carthaginenſis. ſic ab Alaba citerioris Hiſpaniæ vrbe dicti. Plin.

Alabaſtra, vrbs Phrygiæ, vbi lapis Alabaſter inuenitur. Steph. & vrbs Ægypti. Ptol.

Alabâſtrum, mons Ægypti. Plin.

Alabaſtrum oppidum. Plin. 5. 9. 75.

Alabâſtrus, fluuius Troadis ex Ida monte oriens. Plin. 5. 30. 9.

Alabon, vrbs & fluuius quidam. Steph.

Alabona, vrbs & fluuius quidam. Steph.

Alabona, Hiſpaniæ vrbs circa Cæſar-Auguſtam, Anton.

Alaburium, vrbs Syriæ. Steph.

Alabus, vel Alabis, Siciliæ fluuius eſt Ptolemæo, *Cantaro* dicitur Fazello. vide Arethuſa. Plin Solin.

Alachroæ, populi Africæ iuxta aras Philenorum, qui etiam Lotophagi appellantur. Plin. lib. 5. cap. 4. vide Lotophagi.

Alæ, vrbs Siciliæ Hermolao, in Plin. li. 5. c. 27.

Alæſa, Siciliæ littorale oppidum Ptol. *Garonia* Fazello. *Siffalo* Nigro nominatur, an eadem ſit cum Aleſa, quam Diodorus lib. 14. à Conditore *Archonidiam* cognominat, ſubdubito. nam multas vrbes in Sicilia Aleſæ nominis eſſe idem dicit. Haleſa & Haleſini, ſunt apud Ciceronem contra Verrem cum aſpiratione.

Alæ Flauiæ, Βωμοὶ φλαυΐου, oppidum in Rhætia littorali. Ptol. *Nardlingen* vocat I. Herold. Aræ Flauiæ legit P. Appianus, & Nordlingẽ appellat: Vtrumq; tamen eundem locum velle deſignare non dubito: pro Aræ apud Ptol. Alæ legendum opinatur Heroldus. Alij aræ malunt, βωμοὶ enim Græca exemplaria legunt.

Ala Flauiana, Caſtra Flauiana, item Flauianũ: & Fabiana nonnullis Barbarici temporis hiſtoricis Vienna Auſtriç vocatur. Wolfangus Lazius hanc à Ptolem. *Iuliobonam, Vendum* à Strabone & *Vindobonam* ab Antonino appellari ait. *Vendobonam* meminit quoque Aurel. Victor in vita Marci Antonini Imp. ſunt qui *Vianam* à Plinio in Noricis deſcriptam putent. Pannoniam vrbem eam vocat Iornandes, vt Lazius colligit in ſua Vienna. *Vien* nunc vulgò dicitur, Auſtriæ vrbs clariſſima ad Danubium fluuium ſita, Imperatoria ſede nobilis. Hanc vrbem Turcos *Pec* vocare ex D. Carolo Rimio habeo oratore quondam apud Zelimum Imp. Turcarum.

Alagonia, libera vrbs Laconum. Pauſan.

Alalæi, inſulæ paruæ plures in ſinu Arabico.

Digitized by Google

cadis lib. 9.

Alaûne, oppidum Britanniæ, apud Ptolem. vide Laudunum.

Alauni, Norica gens. Ptol. alia Sarmatica, eidem, vide Alani.

Alauni, fluuij duo eiuſdem nominis in Britannia: quorum alter eſt in Orientali eius inſulæ plaga, alter in Meridionali. Ptolem.

Alaunij, populi Scythiæ. Ptol.

Alaunium, Galliæ Narbonenſis vrbs. Anton.

Alauona, Vaſconum oppidum, in Hiſpania Ptol.

Alauórſi, populi ad Septentrionẽ vltimi. Ptol.

Alâzer, Barceorum rex.

Alazia, oppidi nomen. Strab lib. 12.

Alâzon, populi finitimi Scythis. Steph.

Alâzon, fluuius ex Caucaſeis montibus in Cyrum amnem defluens, albanóſque ab Iberibus diuidens. Plin. lib. 6. c. 11.

Alba dea, quæ & Albuna dicitur. Cic. Vide etiam *Albunea*.

Alba Syluius, Latini Syluij filius, vt Latinorum rex, patri ſucceſſit in regno, qui cùm annis xxxix. regnaſſet, filio ſuo Aty moriens imperium reliquit.

Alba longa, vrbs in Latio ab Aſcanio filio Æneæ condita. Alba dicta ab Albâ ſue ibidem ab Ænea inuenta. Longa autem à longo tractu, Virg. lib. 8. Æneid.

Iamq; tibi ne vana putes hæc fingere ſomnum,
Littoreis ingens inuenta ſub ilicibus ſus,
Triginta capitum fœtus enixa, iacebit
Alba ſolo recubans, albi circum vbera nati,
Hic locus vrbis erit: requies ea certa laborum
Ex quo terdenis vrbem redeuntibus annis
Aſcanius clari condet cognominis Albam.

Ideò *Dardania, Iliaca, & Troiana* à poëtis appellatur, quia à Dardanis ſeu Troianis, qui ex Ilio profecti fuerant, condita. hanc Tullus Hoſtilius Romanorum rex euertit. *Sauello* Leandro Alberto. huius incolæ Albani vocabantur.

Alba, oppidum Hiſpaniæ Plin. 3. 19. à quo etiam *Virgao*, vt & *Ptana* à Tarapha dicitur *Alba Varcaonenſis* vocatur in antiqua inſcriptione, quæ habetur in Auguſto Goltzij. vide Rhoda.

Alba, ciuitas Morſorum, ad lacum Fucinum via Valeria, circa Anienis fontes, vbi eam deſcribit Strabo. Hanc Plinius *Albenſium* cognominat. Incolæ *Albanenſes*, teſtibus Plinio, Liuio & Feſto. *Albenſes* vocat Varro. Eadam *Alba Fucentia* à Soſipatro vocatur, forſitan à Fucino lacu vicino. *Albafucenſia* corruptè vocatur in Antonini itinerario, vt & à Ptolemæo *Alphabucelis*. Celſus Cittadinus *Alba de Marſa* adhuc vocari tradit.

Alba Græca, vide Taururum.

Alba Iulia, Daciæ vrbs, ſic dicta à Iulia Auguſta M. Aurel. Anton. Imperatoris matre. Hodie *VVeiſſenburg* Germanis, & *Gulaſeiruar* Hungaris Eſt in Tranſſyluania.

Alba Pompeia, Plinio Lombardiæ Ciſpadanæ vrbs, ad Tanarum fluuium. *Alba*, Leandro & G. Merulæ. Horum terram omnium fœcundiſſimam, & Languuillam nominatam, ſcribit Procopius lib. 1. Gotthorum.

Alba Tucenſia, Italiæ vrbs inter Tiburtum & Corfinium. Anton. vide, Alba Marſorum.

Alba regalis, vulgò *Stul vveiſſemburg*, vbi reges Vngariæ coronari ſolent & inungi.

Alba auguſta vrbs Galliæ Narbonenſis, Eluiorum ſeu Elicocorum Metropolis, qui vulgò *Albigeois* appellantur, & eorum ciuitas. *Aliv.* Græcè *ἀλβαυγουστα* *Alba Heluecorum* Plinio, pro quo Pintianus hoc loco *Helucecorum* legit, vide Heluij.

Alba fluuius, Hiſpaniæ citerioris ad radices Pyrenæi Plin. lib. 3 c. 3 Eſt quoque Alba, cuius meminit Fl. Vopiſcus in vita Probi Imperatoris his verbis, *reliquias vltra Nicrum fluuium. & Albam remouit.* ſunt qui eo tractum Vittembergenſem non longè à Nicro intelligunt, quem accolæ *Alb*, aut *Rauch Alb* nominant. Rhenanus autem mauult *Albu* legi pro fluuio, vide Mediolanum.

Albace, Heracleæ Cariæ locus, Suidas in voce Diogenianus.

Albana, vrbs fœlicis Arabiæ. Ptol.

Albani, populi Galatiæ, quorum terram felicem eſſe aiunt & frugiferam. Suidas.

Albania, regio, Steph. inter Illyricum & Macedoniam, in qua eſt vrbs Dyrrachium, de qua in ſequenti *voce*.

Albania, regio in Oriente inter Colchon & Armeniam, à colore populi vocata, eò quòd albo crine naſcantur. Hæc ab Oriente ſub mare Caſpium ſurgens per oram Oceani Septentrionalis vſque ad Mœotidas paludes per deſerta extenditur. In ea Albana ciuitas, & Albanus fluuius. Apud hanc habentur canes ferociſſimi, qui tauros & leones occidunt. Hæc Nomadico generi proxima eſt inter Iberiam & mare Caſpium ab ortu ſolis mari coniuncta, ab occaſu Iberiæ finitima. Boreale latus munitur Caucaſeis montibus: Auſtrale Armeniam contingit. Strabo ſex & viginti linguas Albanorum fuiſſe tradit, & totidem aliquando reges. Fuêre & ſub imperio Perſarum, poſtea Macedonum, deinde Romanorum: ſed Troianus Imperator his regem dedit. Nunc ſub Magno Cane Tartariæ rege degere creduntur, ab his Albani orti ſunt, quorum pars hodie in Peloponneſo, pars in Macedonia ſedet iuxta Dyrrachium, quorum dux fuit Georgius Scanderberg, qui multa pro Chriſti nomine aduerſus Turcas prælia

Digitized by Google

geſſit. In Albania quidam gignuntur homines glauca oculorum acie, à pueritia ſtatim cani, qui noctu plus quàm interdiu canunt. Plin. li. 7 ca. 2.

Albania, antiquo vocabulo, dicitur Britanniæ inſulæ Septentrionalior pars, quam Latini Scotiam appellant, & vernaculè *Scotlandi* nominatur. Ab eius Mediterraneis incolis autem, qui auitam linguam hactenus retinent, etiamnum *albain* vocatur. Hæc pars, Britanniæ quoque Minor & Secunda à Sexto Rufo dicta eſt. Humfred.

Albanenſes, populi in conuentu Clunienſi. Plin. lib. 1. c. 3.

Albani populi, quales, Plinius lib. 3. c. 5. & lib. 7. cap. 2.

Albani, populi ab Iaſone. Plin. 6. 13.

Albanopolis, vrbs in Albanorum regione Macedoniæ. Ptolem. Armeniæ item maioris oppidum, vbi ſepultus eſt D. Bartholomæus Apoſt. referente Sophronio Græco. Albaniam vocat Dorotheus.

Albanum, Pannoniæ Sauiæ vrbs. lib. Notitiarum.

Albanus, Flumen eſt in Armenia, quod per Albaniam vnà cum Caſſio Flauio in mare decurrit. Plin. lib. 6. c. 13.

Albânus, Macedoniæ Mediterraneæ ciuitas, vnde Albani populi in eadem Macedonia. Ptol.

Albanus, lacus in Latio, *Lago di caſtel Gangolfo* vocat Leander, non procul ab vrbe, vnde vaticinium fuit, nunquam Romanos Veium capturos, niſi primò ex Albano lacu emitteretur aqua. Plut. Item Valerius Maximus l. 1. cap. 6. de prodigiis. Hic quoque eſt mons Albanus, Liuio, Suetonio, Straboni & Plinio l. 3. ca. 5.

Albanum, vrbs maioris Armeniæ, vbi diuus Bartholomæus fuit excoriatus, vide Albanopolis. Hoc etiam nomine dictus eſt fluuius Albaniæ, Plin. 6. 13.

Albanum mare, Plin. 6. 13. 15.

Albara Syriæ vrbs circa Phœniciam. Tyrius.

Albas, & Albe, fluuius Tyberis. Stephanus. vide Albula.

Albatenius, Galeni libros primus in Arabum conuertit idioma teſte Ioanne Serapione. Idem ſcripſit commentarios in Ariſtotelem.

Albe, Cretæ vrbs. Steph.

Albenſium, ciuitas, nunc Viuario, in prouincia Viennenſi Galliæ lib. prouinc. *Maurienne* hodie, Cænali.

Albenſes, populi Longobardiæ. Vide *Alba*. Plin. 3. 5.

Albertus, Auſtriæ Dux, Romanorum Imperator, regnauit annis x.

Albertus II. Dux Auſtriæ imperauit xxxv. annis, Morauos ac Sarmatas domuit: Bohemos ſubegit, aduerſus Turcas exercitum conſcripſit. Egna.

Albertus de Hapis, pugione à nepote Iohanne occiſus inter Ryſam, Aruliamque Heluetiorum flumina prope Rhenum Æmil. lib. 8.

Albertus, cognomento Magnus, profeſſione Auguſtinianus, genere Patauinus, in Academia Pariſienſi Encyclopediam, ac præſertim Theologiæ ſcientiam hauſit, quam in vniuerſa poſtea diſſeminauit Italia. Munſt. lib. 2. Coſmo. alij, Germanum faciunt, in Sueuiæ agro Lauingenſi ex Regulis Bolſtadienſibus ortum, & Epiſcopum Ratiſbonenſem fuiſſe anno Chriſti 1261. ſed ſponte reſignato epiſcopatu, vt ſtudiis vacare commodius poſſet, Coloniæ vixiſſe, ibique Chriſti 1280. anno vitæ 80, obiiſſe.

Albia, eſt regiuncula montana Carnis finitima, Strabo lib. 1.

Albi montes, Cretæ inſulæ locus, vbi non pluit authore Plinio. Vide Leucæ.

Albi, vide Secuſiani.

Albiana, Corſicæ inſulæ vrbs. Ptol.

Albianum, Norici vrbs. Anton.

Albici, populi Maſſilienſibus vicini. Cæſar lib. 1. bel. ciuil. Albicos barbaros homines, qui in Maſſilienſium fide antiquitus erant, monteſque ſupra Maſſiliam incolebant, ad ſe vocauerant, Strabo lib. 4.

Albinus, quum luxu facultates prodegiſſet, ac nouiſſimè domum quæ ſola reſtabat, incendio perdidiſſet. Cato ſic eum iocatus eſt, vt diceret eum, propter viam fuiſſe: quæ enim abſumere nequiſſet ignē deuoraſſe. Macrob. Satur. 2. C. 2.

Albienſes, & Rutheni vnà cum Auernis à Theodorico Francorum duce ſuperati, regnoq; Francorum adiuncti, Blond. lib. 5.

Albietæ, Latinorum populi, Halicarn. li. 8.

Albigaunum, Ptol. Liguriæ vrbs, hodie *Albinga* dicitur. Vide *Albinganiſſi* Græcè Ἀλβίγαυνον. Ptol. Albingaunum Straboni, & Albium Gaunum. Plin. Leandro *Albenga* dicitur, eius oppidanos *Ligures ingaunos* appellat Strabo.

Albij, olim dicti fuerunt montes, quos nunc Alpes dicimus, Athenæus

Albigerius, magus fuit Carthaginenſis, qui quid quiſque egiſſet, aut dixiſſet, ſuggerentibus dæmonibus reſpondebat: cuius vaticiniis ſe ſæpius interfuiſſe narrat Auguſtin.

Albimana, vel Albiniana eſt apud Antoninum. Alphen. vertit Simlerus Heluetiæ vicus.

Albiminium, Ptolem. Liguriæ vrbs, alio nomine Vintimilium, hodie Vintimia.

Albinga oppidum Ligurum, colonia ad mare deducta, cuius incolæ Ligures Ingauni vocantur: Ex hoc loco ad Monæci portum ſtadia ſunt ſeptuaginta.

Albingaunium, & Albingaunum & Albiū Intemelium. Liguriæ oppida quædam, cùm Ligures

res partim Ingauni, partim Intemilij dicerentur. Eorum coloniæ ad mare deductę: altera Albium, quaſi Alpium. Intemelium: altera Albigaunium vocitatæ ſunt. Plin. 3. 5. 45.

Albiniana caſtra paguſa, Hollandiæ inter Lugdunum (vulgò Leyden) & vrbeculam *Oudenuuater*, quam *Alphen* incolæ vocant malè apud Antoninum legitur Albimana, & apud auctorem tabulæ itinerariæ Albamana. Cohortis III. Albinianæ meminit Goltzius in Theſauro. vide Cluuerium de Rheni alueis, &c.

Albinimium, Ptolemæo Liguriæ vrbs, quæ Plinio, Straboni, Tacito, & Antonino *Albium Intemelium* dicitur: *intimelium* per i in ſecunda legit Cicero non addito *Albio* in Epiſtolarũ lib. 18. Leãder hodie *Vuintimiglia* nominari ait. Pedo Albinouanus poëta 1. Horat. Ouidius & alij.

L. Albinus Plebeius Romanus, fugiens Gallos, ex rheda vxorem, filióſque deſcendere iuſſit: vt Veſtales quæ cum ſacris fugitabant illuc imponeret. Liuius.

A. Poſthumus Albinus, conſul cum Lucullo res Romanas Græco ſermone ſcriptitauit, inque hiſtoriæ ſuæ exordio ſcripſit, Neminem ſuccenſere ſibi conuenire Gellius Cornelius Nepos, Suidas, Macrobius.

Albinus Imperator Romanus, dictus quòd exceptus ſit vtero candidiſſimus, contra conſuetudinem puerorum qui naſcendo ſolent rubere, cùm inuoluti ſecundinis rubentes erumpunt, menſtruo fluuio perliti. Hinc illud Satyrici poëtæ.

—modo primos incipientem
Edere vagitus & adhuc à matre rubentem:

Cæl. Rhod. lib. 15. c. 22.

Albinus Iudęæ præfectus, Corbulo Syriæ proconſule, Tyridatem fudit, Artaxata ſolo æquata, Tigranem Armeniæ regem deſignauit. Tacitus lib 13.

Albinus conſul Romanus, à Seuero Clod. apud Lugdunum victus eſt, capútque eius Romam miſſum. Herod lib 5. Oro. lib. 7. c. 17.

Albinus, alius conſul, Maximi collega.

Albinus, Coſ. collega Præſentis.

Albinus, Coſ. Amantii collega.

Albinus, Coſ. collega Theodoſij. Auguſt. 18.

Albinus, v. Coſ. & ſolus, ſub quo Odoacrem interemptum fuiſſe ait Caſſiodorus.

Albinus, vir prætorius, qui à Romanis ad Syllam belli ſocialis tempore miſſus legatus, ſaxis & fuſtibus à Syllæ militibus mactatus fuit. Plut. in Sylla.

L. Albini duo, Numij filij, inter Oratores referuntur à Cicerone, qui extare amborum orationes dicit: ex eiſque Lucium ſimplicem & antiquum eſſe. Spurium verò doctum ex diſciplina Stoicorum, eiúſque extare multas orationes.

Albiona, ager trans Tyberim dicitur: à Luco Albionarum: quo loco bos alba ſacrificabatur. Feſtus.

Albion, Britannia dicta, ab Albis rupibus, quas mare alluit. Vide *Anglia*, Ptolem. li. 2. c. 3. Plin. 4. 1. 6. 3. Meminit & Stephanus. *Alaion* Ptolemæo, quæ & *Britannia* aliis, ſed verius, vt ex huius inſulæ annalibus antiquiſſimis docet Humf. Luydus. *Prydania*, ea eſt Inſula quæ hodie Angliæ & Scotiæ regna continet. vide Britannia.

Albionis Inſulæ pars meridionalior, quã vulgus Latinum & exteri ferè omnes Angliam vocant, ab indigenis non vno nomine appellatur: idque etiam diuerſimodè. In duas enim regiones eam diuidunt. Partem eius quæ Solis ortum & mare Germanicum ſpectat, incolæ Angeli Saxonum populi, qui eam occuparunt, ſua lingua *England.* (quaſi Anglorum terram) indigitant. Occidentalior verò pars quæ ab hac Sabrina & Dea fluminibus diſcernitur, & Britannica auitáque lingua vtitur, *Vuallia* vel *Vualles* à prædictis Angiis nominatur. Hi verò Britanni ſe ipſos antiquo vocabulo *Cambros*, & regionem *Cambriam*, Anglos verò *Saiſſons*, quaſi *Saxones*, & regionem veteri nomine *Lhœgriam* vocant: nec quid ſit Anglia aut Anglus norunt: tanta eſt horum inſulanorũ linguæ diuerſitas. Vide *Anglia*.

Albion & Bergion gigantes, filij Neptuni, ab Hercule interfecti, qui cum Rhodani oſtia tranſiret (quum tela defeciſſent Iouem patrem in auxilium vocauit, qui lapidum imbrem demittens inimicos eius interfecit. authores, Pomp. Mela, & Diodorus Siculus.

Albis, vulgò *Elbe*, Germaniæ fluuius oriens in montibus, qui Bohemiam & Morauiam à Sueuia diuidunt, ex Bohemia per anguſtos montes in Saxoniam penetrat, & hinc Oceanum voluitur. Luc. lib. 2. *Fundat ab extremo flatus Aquilone Sueuos Albis, & indomitum Rheni caput.* Plin. 5. 14. cuius hoſtia hodie Thiermarſi & Vuilmarſi tenent. Suſcipit autem multa flumina, Pragenſem præterlabens ciuitatem, deinde Egram, poſtea Salam atque Ortellam. Demum ciuitatem Hamburgenſ præterfluens, in Oceanum Germanicum vaſto euoluitur ore Nomen habere à numero indicat. Fabricius in Miſnicis, fontium nempe vndecim ſiue amnium in eum influentium. *Elue* enim & *Elbe* Germanis vndecim ſignificat. Bohemis verò, apud quos originem ſumit, *Labe* dicitur, Barbari ſæculi ſcriptores. Latini *Albiam* vocant.

Albium, oppidum. Plin. 3. 5.

Albium Intemelium, vide Albiniminium.

Albius, nomen viri, apud Horatium, *Stupet Albius ære.*

Albius Tibullus, poëta elegiographus, Horat. & Ouidio familiaris. Crinitus de poëtis.

Digitized by Google

cilius eum vt Græca miſcentem verba notat his verbis, Græcum te Albuti, quàm Romanum, atque Sabinum &c. Vide reliqua apud Ciceronem in principio de Finibus.

Albutius, vt Albucius, Canidiæ pater, homo inſigniter auarus ac ſordidus: quando ad obſonia comparanda ſeruos ſuos mittebat, mortem eis minabatur, ni pro eius voluntate comparaſſent. Alij autem ſcribunt cùm ille cōuiuaretur, ſeruis officia diſtribuiſſe, & antequam quis horum peccaſſet eos cęcidiſſe. dicētem vereri ſe ne cum peccaſſent, cædere illi poſtea non vacaret. Horat. Serm. lib. 2. Satyr. 2. *hic neque ſeruis Albuti ſæuus exſtitit, dum munia dicit ſæuus erit.*

Alce, ſiue Alces, Hiſpaniæ vrbs in Celtiberis, Liuius, Lychiniæ fluuius. Plin. poëta Tragicus, ſeu vt.

Alcæus, Athenienſis quibuſdam placet. Lyricorum primus.

Alcæus poëta Lyricus Mitylenæus, quem adeò amarum futile ſcribũt, vt authoritate ſui carminis multos ex ciuitate eiecerit. Ouid. in Sapph.

Nec plus Alcæus conſors patriaque lyraque
Laudis habet, quamuis grandius illa ſonet

Fuit hic magnificus, breuis, diligens, & plurimum Homero ſimilis. de hoc Quintilianus, Cicero, Strabo & alij: fuit & alius Alcæus Comœdiæ veteris ſcriptor, à quo editæ ſunt decem fabulæ.

Alcæus. Herculis auus, à quo (vt quidam volunt) Alcides dictus eſt.

Alcæus, Omphales & Herculis filius. Domitianus Calder. in Sapph. Ouidij.

Alcairum, vide *Babylon*.

Alcamenes, nonus Spartanorum rex, ex Agidarum familia, patri Teledo ſuccedit & annos ſeptuaginta ſeptem regnat. Huius tempore bellum Heloticum fuit, quibus auxilia tulerunt Argiui Pauſam in Laconicis.

Alcamenes, ſtatuarius. Quint. Inſt. 2. Hic Agoracritum Parium condiſcipulum in facienda Venere, ſuffragio populi Athenienſis ſuperauit. Plin. lib. 36. cap. 5.

Alcmeon XIII. & vltimus Archoneorum, qui per totam vitam Athenis rempublicam adminiſtrarunt, regnauit vnico tantum anno.

Alcander, vnus è comitibus Sarpedonis Lyciæ regis, ab Vlyſſe ad Troiam occiſus, Ouid. 13. Metamorph.

Alcander, adoleſcens Lacedæmonius, qui Lycurgo oculum baculo eruit, aduerſus quem noluit animaduerti Lycurgus: ſed demiſſis conſuetis miniſtris eum domum introduxit, ſibique miniſtrare iuſſit. At Alcander cum Lycurgi manſuetudinem perſpiceret tanto amore eum coluit, vt nec durum, nec clarum Lycurgum prædicaret, ſed ſolùm manſuetum. Plut. in Lycurgo.

Alcandre, Polybij Thebani, hominis ditiſſimi vxor. Odyſſ. lib 4.

Alcanor. Virg. Æneid. 10.

Huic frater Alcanor.

Alcáthoe vrbs eadem cum Megara, Ouid. in Metamorph.

Alcathoe quam Niſus habet, &c.

Alcáthous, Pelopis filius, qui cædis Chryſippi fratris ſuſpectus, Megaram venit, occiſóq; leone, qui Cytheronius Leo dicebatur, multóſque & in iis Megarei regis filium Euripum necauerat, aſcitus Megareo gener, in regno ſucceſſit, & ab hoc Alcathoi vrbem, Megaram vocatam author Direchidas.

Alcathous Troianus Hippodamiam Anchiſæ filiam in vxorem duxit, & in pugna apud Troiam ab Idomeneo Cretenſi occiſus eſt.

Alce, canis nomē apud Xenoph de venatione.

Alce, nomen meretricis, Gel lib. 4. c. 11.

Alcenor, vir fuit Argiuus, qui in ea pugna, quatrecenti Argiui cum totidem Lacedęmoniis, de finibus certarunt, ſolus cum Chronio ex ſuis ſuperfuit, hoſtibus quoq; omnibus, vno Othryade excepto, ad internecionem deletis, teſte Herodoto lib. 1.

Alces, fluuius Bithyniæ. Plin. 5 c. vltimo.

Alceſte, vxor Admeti regis Theſſaliæ, quo ægrotante, reſponſum fuit ab oraculo quod breui moreretur, niſi quis amicorum pro eo morti ſe traderet. Quod quum omnes recuſarent, ipſa promptiſſimam ſe obtulit. Iuuenalis.

—Spectant ſubeuntem fata mariti
Alceſten, & ſimilis ſi permutatio detur,
Morte viri cupiant animam ſeruare catella.

Plura apud Euripidem in Alceſte. vide Admetus. A poëtis modò Theſſala, modò Pagaſæa à Pagaſa vrbe Theſſaliæ, modò Pheretiadæ coniunx ab Admeto qui Pheretiæ filius fuit. Eadem dicitur & Alcæſtis, idis, & Alceſta, æ.

Alcétas, VIII. Macedonum rex, regnauit annis XXXIX.

Alcetas, rex Moloſſorum, longa ſerie generationum genus ſuum ad Pyrrhum Achillis filium referens, fuit & alter hoc nomine vnus eorum qui ſub Alexandro Macedone ordines duxerunt. Vtriuſque meminit Suidas.

Alcetes, Arymbæ filius, Æacida fratre natu maior Epirotarũ rex, ſed impotentis iracundiæ vir, atque idcirco à patre expulſus, cùm in Epirotas quoq; ſæuire ac furere inciperet, noctu cōſpiratione facta, vnà cum liberis de medio ſublatus eſt. Cui interfecto, Epirotæ Pyrrhum Æacidę filium ſubſtituerunt. Pauſanias in Attic.

Alceus, vide Alcæus.

Alchione, mons Macedoniæ. Plinius lib. 4. cap. 10.

Alchippe, oppidum, Fucino lacu hauſtum

Plin.lib.3. 12.aſſis Archippe dicitur.

Alchidas Rhodius Cupidinem nudum Praxitelis manu factum adamauit,atque in eo amoris veſtigium reliquit.Plin lib.36.c.5.

Alcibiades, Imperator Athenienſium, qui cùm ad luxum ac cæteras voluptates procliuis eſſet, adulatoribus tamen reiectis, à Socrate ad bonas diſciplinas adductus eſt, vnde poſtea affabilis patiens & omni virtute præditus euaſit. Plut.in Alcib.

Alcidámas,luctator inſignis. Stat.lib.10.The.

—:Atque ſpectate paleſtris,
Omnibus, & nuper Nemæo in pubere fœlix.
Alcidama.

Alcidamas, Eleates philoſophus, diſcipulus Gorgiæ Leontini,ſcripſit de muſica.Suidas.

Alcidamus rhetor antiquus,in primis nobilis, mortis laudationem ſcripſit, auctore Cicerone. lib.1.Tuſcul quæſt.

Alcides, Minerua cognominata eſt à Macedonibus.Liu.lib.2.Decad.5.de Perſeo rege bellũ aduerſus Romanos ſuſcipiente: ipſe (inquit) centum hoſtiis ſacrificio regaliter Mineruæ, quam vocant Alciden,confecto,cum purpuratorum ac ſatellitum manu Citium profectus eſt.

Alcides,Herculis cognomen,ab ἀλκὴ quod eſt robur:vel, vt vult Herodotus, ab Alcæo auo paterno Andromedæ & Perſei Amphitryonis, patre.Idem Seruius ait in lib.Æneid.6.

Nec verò Alcidem me ſum lætatus euntem.
Accepiſſe lacu, nec.

Alcimachus pictor nobilis Plin.lib.35.cap.11.

Alcimedes,poëta tragicus,Megarenſis,vt ſcripſit Suidas.

Alcimẽdis, vxor Æſonius & Iaſonis mater. Pherecydes. Quanquam Homeri enarrator Æſonem ex Polymela Iaſonem genuiſſe ſcribit.

Alcimedon,calor inſignis,Virg.Eclog.3.

—pocula ponam
Fagina,cælatum diuini opus Alcimedontis.

Alcimoennis, Germaniæ vrbs. Ptolem. Quidam eius loco Vlmam ponunt.

Alcimus, locus in Attica, iuxta Piræum. Plutarch.in Themiſt.

Alcimus, orator omnium qui tum in Græcia florebant eminentiſſimus. Diog. Laert. lib. 2.in vita Stilponis.

Alcimus Auitus Archiepiſcopus Viennenſis circa annum Chriſti 500. refutationes Arrianorum.Neſtor.Eutych. & Pelagij. Item Epiſt.libr. 9. homilias & poëmata ſcripſit,ex quibus ſex libelli præcipuas Geneſis, & Exodi hiſtorias explicantes ſuperſunt.

Alcimus,Iudæus trãſfuga & proditor,à Demetrio, ſeu Lyſia,ſummus Iudæorũ põtifex cõſtitutus,quãvis de ſacerdotũ genere non eſſet 1.Maccab.7.& 9.& 2.Maccab.14.Vide & Ioſephum.

Alcimus, Lydorum rex,præcipua pietate inſignis ingenioque mitiſſimo,Cæl.libro 19.c.2.

Alcimenes, inter Achæos gloria generéq; vir primarius,cuius meminit Plut.in Dione.

Alcimenes Epirota, Demetrij comes, omniũ audaciſſimus ac robuſtiſſimus.Plut.in Deme.

Alcinous, rex Phæacum in Corcyra inſula Nauſithoi regis filius Areteu. Rexinoris filiam in vxorem duxit: Vlyſſem naufragum honorificè ſuſcepit,eíque coniugium Nauſicaæ filiæ obtulit:demum alia naui, muneribus, ſociiſque datis dimiſit.

Alcinous,hortorum cuſtos,apud Vir.2. Geor. de quo etiam Ouidius.

Prabet Alcinoi poma benignus ager.

Et Papinius,

Quid bifer Alcinoo referam pomaria, vóſque
Qui nunquam vacui prodiſtis in æthera rami?

Dicitur etiam Alcinesapud Homer. in Odyſſ.

Alcinous, philoſophus Platonicus, qui epitoma compoſuit decretorum Platonis.

Alcinoi portus,in Corcyro.Euſtat.

Alcion,medicus,cuius meminit Ioſeph.lib.19. c.1.antiq.Iudaicarum.

Alciphron Magneſius philoſophus Alexandri temporibus,author Suidas.

Alcippe, ruſtica mulier, cuius ſæpe meminit Theocritus,& Virg.Eclog.7.

Qui facerem? neque ego Alcippen,nec Phillida habebam,
Depulſos à lacte domi quæ clauderet agnos.

Alcippe, vna ex Halcyonei gigantis filiabus, quæ Halcyonides ſunt dictæ.

Alcippus,ciuis Lacedæmonius, inter ſuos maximæ authoritatis patriæque ſtudioſiſſimus, qui ab inimicis contrarias in Republic. partes fouentibus in exilium actus fuit. Huius vxor Damocrita, cùm virum in exilium euntem perſequi prohiberetur, filiæque iam viro maturæ publico edicto matrimonio arcerentur, ne quis ex illis iniuriæ ſuo illatæ vltor naſceretur, concepit animo facinus ſupra omnem muliebrem audaciam. Nam quum ex more fœminæ vrbis primariæ ad nocturnum ſacrum in Andronem quendam conueniſſent, Damocrita à filiabus adiuta, magnam lignorum copiam, quæ ad ſacrificia parata erant. ad fores coniecit, ignémque iniecit, vt omnes intus exureret. A currentibus deinde auxilio viris illa filias primum, deinde ſeipſam interficit. Plut. in amat.

Alciſthene, nobilis pictricis nomen apud Plin.lib.3.c.11.

Alciſthenes, Sibarita ditiſſimus,cuius mentio fit in mirabilibus Ariſtotelis: aliàs Antiſthenes.

Alcithoe, Thebana mulier fuit,quæ cùm Bacchum

chum, eiuſque Orgia contemneret, cæteriſque mulieribus ſacra celebrantibus, cum ſororibus & ancillis lanificio operam daret, ab irato Baccho in veſpertilionem mutata eſt: telæ autem in vitem & hederam Ouid 4. Metam.

Alcyth, Scotiæ fluuius Cloyd hodie Ger. Mercator. mihi videtur vrbis nomen non fluuij ex Hectore Boëtio: & Alcluit videtur mihi Beda Vrbem deſcribere qui tradit eam à fluuio ſic dici Cluit nuncupato ad quem ſita eſt: Al enim petram ſignificare ait. Dounbriton hodie dici ſcribit Boëthius, vide Glora.

Alemania, vide Heraclea.

Alcmæon, Amphiarai vatis & Eriphyles filius. Huic Amphiaraus ad bellum proficiſci coactus, nequitiam Eriphyles in ſe aperuit, eique futuræ mortis ſuæ vindictam reliquit, qui defuncto patre memor præcepti, vt in patrem pietatem ſeruaret, impius in matrem factus eſt, eamque necauit. Ex Bocatio. Huic fabulæ à cæteris additur: quum poſtea ob matris cædem Alcmæon furiis agitaretur, veniſſe ad fluuium Phlegeum, à quo luſtratus eſt, & cùm filiam eiuſdem Alpheſibœam amaſſet, donato illi monili, quod matris Eryphiles fuerat, vxorem illam duxiſſe. Cæterum, cùm aliquando ad Acheloum fluuium poſt ea tempora forte rediiſſet, placuiſſetque ipſi Callirhoe Acheloi filia, monile quod ſuperiori coniugi dederat, etiam huic nuptiarum ſpe pollicitum eſſe. Ad quod tamen repetendum quum proficiſceretur, à fratribus Alpheſibœæ Themone & Azione occiſum eſſe: qui tamen & ipſi ab eodem mutuis vulneribus petiti perierunt. Vel, vt Ouid. videtur ſentire, à filiis Callirhoes, quos Iupiter natos ſtatim deos fecerat, in vltionem patris occiſi ſunt. Ouid. li. 9. Meta. Ab eo fit adiectiuum, Alcmæonius, nia, nium Propert. lib. 3.

Alcmæon, Æſchyli filius XIII. Athenienſium Archon ſeu princeps, regnauit annos 2.

Alcmæon, qui & Alcman philoſophus Crotoniates, Pythagoræ auditor, primus de naturæ ratione ſcripſit lingua Dorica. Suidas, Is primus morbo pediculari periit, vt ſcripſit Ælian.

Alcmæon, Themiſtæ accuſator. Plut. in Ariſtide.

Alcmena, aut Alcmene, Electrionis & Lyſidices filia, Amphitryonis vxor, cui hac lege nupſit, vt mortem fratris ſui, à Thelebois occiſi, vlciſceretur: in qua expeditione cum Amphitryon verſaretur, Iupiter in Alcmenam ardens, forma militantis viri ſumpta, ante lucem, quaſi ab expeditione rediens, ad eam acceſſit: illa autem maritum ſuum eſſe credens, cum eo concubuit, etſi antea ab Amphitryone prægnãs eſſet, concepitque & ſic ex vno tẽpore geminos peperit Iphyclum ex Amphitryone, Herculẽ verò ex Ioue.

Alcman, è Lydia, Sardienſis poëta Lyricus filius Damantis vel Titari claruit XXVII. Olympiade, cùm apud Lydos regnaret. Ardis pater Aiattæ: & cùm amoribus valdè deditus eſſet amatorios cantus primus inuenit. Suidas.

Alcmania, ciuitas Cariæ mediterranea, alias Heraclea dicta. Steph.

Alcmenes, nomen ſculptoris, Phidiæ diſcipuli. Plin. lib. 4.

Alcmenon XIII. Athenienſium rex, regnauit annis II.

Alcomenæ, ciuitas in Ithaca inſula, & alia Illyriæ.

Alcon, Cretenſis ſagittarius, cuius filium cùm draco inuaſiſſet, tanta arte direxit ſagittam, vt ea currens in ſerpentis deficeret vulnere, nec tranſiret in filium. Seruius illum Virgil. Eclog. 5.

Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.

Fuit hic Codrus Erichthei Athenienſium regis filius qui ex Attica in Eubœam fugit.

Alcona Pompeiana, Galliæ Narbonenſis portus XVIII. M.P. à Telone Martio Anton.

Alcoranus, liber quem impius Mahumetus vnà cum magiſtratu ſuo Sergio monacho, & ſociis quibuſdam Iudæis cõſcripſit, partim ab Hebræis, partim à Chriſtianis mutuans: ante 50. annos auſpiciis Abbatis Cluniacenſis, in Hiſpania, in linguam Latinam verſus fuit à *Roberto Retinenſi* Anglo & *Hermanno Dalmata* quæ verſio Baſileæ ab Oporiſio excuſa non immeritò à viris eruditis culpatur, tanquam parum acurata & fidelis Verſiones Italica & Germanica, nihilo Latina illa ſunt feliciores, vtpote ex ea, non ex Arabico prognatæ: fit autem hæc vox ab articulo Arabico, al, & voce Coranon quæ vel lectionem vel collectionem ſignificat.

Alcta, Siciliæ mediterranea vrbs. Ptol.

Alcuinus, vir eruditiſſimus, variis & reconditis ornatiſſimus diſciplinis, primus apud Pariſios litterarum aperuit ludum honeſtiſque effecit exhortationibus, vt Carolus Magnus, cuius præceptor fuerat, Pariſienſe extruxerit gymnaſium, multiſque exornauerit priuilegiis, Munſt. lib. 3. Coſm. Conradus de ipſo hunc in modum ſcripſit, in Biblioth. ſcriptor Alcuinus, ſeu Albinus monachus, ac diaconus, Abbas monaſterij S. Martini Turonenſis, natione Anglicus, & S. Bedæ preſbyteri quondam auditor, infinita pene ſcripſit volumina: author vbique pius, vbique doctus, ſuccinctus, maturus, grauis, ſcientia plenus, & ante alios præcipuè dignus, qui ſemper in hominum manibus teratur, quo vanitas omnium rerum quæ ſub Sole geruntur, magis dilucеſcat & corda mortalium ab inſtabilium rerum curis, ad amorem cœleſtium ardentius inflammentur,

Alcumena, mater Herculis, Amphitryonis Thebani vxor, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, i. à robore, quoniã mulier multum præ ſe tulerit animi conſtantiæ, ad viros proximè accedens. Heſiod.in Aſp.

Alcyone, vel Alcinoe, vna ex Pleiadibus, ex Atlante & Pleione nata, quæ placuit Neptuno: ex quo peperiſſe volunt Alcyonem, coniugem Ceycis regis Thraciniæ. Vide *Pleiades*. Bocatius lib.4.

Alcyone, Neptuni filia, Ceycis vxor, cùm ad oraculum nauigans naufragium feciſſet, doloris impatiens, ſe ſubmerſit, & Deorum commiſeratione in auem ſui nominis mutata eſt. Ouid. li. 11. Metamorph.

Ingemit Alcyone, lacrymas mouet, atq; lacertos
Per ſomnum, &c. Vide *Ceyx*.

Alcyone, Eueni fluminis filia, quæ & Marpeſſa dicta eſt: vxor Idæi, quam Apollo cum rapuiſſet, non dubitauit maritus ſumpto arcu & ſagittis vxorem vi ab eo repetere: quod cùm fruſtrà conatus eſſet, parentes filiæ caſum lugentes, commutato nomine Alcyonem eam appellarunt, quòd fatum ſuperiori Alcyone non diſſimile ſortita videretur. vide *Marpeſſa*.

Alcyoneus, Antigoni filius. Laert. li. 4. Plutar. in Pyrrho.

Alcyoneus gigas fuit Porphyrionis frater, ab Hercule telis confoſſus: cuius filiæ, quas ſeptem numerant, ob patris mortem in mare præcipitatæ, ab Amphytrite in Alcyones ſunt mutatæ: quarum nomina ſunt Phoſtonia, Anthe, Methone, Alcippe, Palene, Drimo & Aſterie. Suidas.

Alcyonium mare, vide Corinthiacus ſinus.

Alcyoniũ ſtagnũ immẽſæ altitudinis, Pauſan. in Corinthia. ſic de eo: Nero imperator enim iunctis ad multorũ ſtadiorum funibus, ad eoſq; plumbo religato, additis eo aliis ad vſum inſtrumentis, nullũ tamen potuit altitudinis terminũ deprehendere. An hoc idem ſtagnum ab eodem Pauſania quoq; Amphiarai fons dicatur, mihi nõ ſatis liquere, ex eius lectione, ingenuè fateor.

Aldegiſius, Deſiderij Longobardorum regis filius à Carolo magno victus, & in carcerem coniectus.

Aldeſcus, Sarmatiæ Europææ fluuius, qui ſe vnà cum Panticape ex Riphæis montibus oriens in mare glaciale exonerat. Dionyſius Suidæ, fluuij & vrbis nomen eſt.

Alduabis eſt fluuius Celtarum, oriens circa montem Iuram, Sequanos ab Heluetiis diuidens, lapſuſque per comitatum Burgundiæ, mõtem Bellicardum, inſulam & Claravallem caſtella perluit, ac Veſontionem Sequanorum oppidum, vt circino circumductum penè totum tingit: deinde Dolam vrbem præterfluens circa Virodunum, non longè à Cabillonenſi vrbe Agari fluuio miſcetur, Gallicè, *le Doux*, Cæſar lib. 1. Comment. Ful. Vrſinus legit quidem apud Cæſarem Alduabis: eo tamen loco alij Codices *Aldunadubis* & *Alduadalis* habent. Ptolemæo *Dubis* eſt: Iulianus Apoſtata in epiſtolis *Dounubim* vocat. Galliæ Narbonenſis fluuius eſt, quem Poldus Marlianus hodie *Doux* nomẽ habere ait.

Ale, regio, in quam filij Iſrael tranſlati fuêre ab Aſſyriorum rege. 1. Paral. 5.

Alea, vrbs Arcadiæ Theſſaliæ, & Carpetanorum. Steph. Pauſan.

Alea. gens Celticæ Steph.

Alea, inſula, Plin. 6.28.37.

Alea, Mineruæ cognomen, quæ circa vrbem Aleam colebatur, vt videre eſt apud Herodotum lib. 1.

Alebas, rex Lariſſæorum, qui à ſuis ſatellitibus obtruncatus eſt. Ouid. in Ibin.

Quóſque putas fidos vt Lariſſæus Alebas,
Vulnere non fidôs experiare tuo.

Alea Rhadamanti ſepulchrum iuxta fontem Ciſſuſſam. Plut. in Lyſandro.

Alebecerij, populi Galliæ Narbonenſis. Plin. lib. 3. cap. 4.

Alecto, furia infernalis, Latinè inceſſans dicta, ab α priuatiuo, & λήγω deſino: quia cupiditas nunquam ſatiatur. Tres autem furiæ à poetis deſcribuntur, Alecto, Megara, & Tiſiphone. Virg. lib. Æneid. 7.

Luctificam Alecto dirarum ab ſede ſororum.

Porrò furiæ dicuntur à poetis filiæ Acherontis & Noctis, vt notant Virg. interpretes. Vide *Furia Eumenides*.

Alector, filius Anaxagoræ, Iphim genuit & Capaneũ, qui fuit vnus ex ſeptem ducibus Argiuorum apud Thebas. Volaterr. Alectoris propugnaculũ, circa Boryſthenis oſtia Dion Pruſæus.

Alectryon, teſte Luciano, adoleſcẽs fuit Marti adeò familiaris, vt adulterij quo Veneri ille commiſcebatur, conſcius adhiberetur, foribuſque cuſtos apponeretur, ne Solis interuentu adulter deprehenderetur: verùm quum ille ſomno captus negligentius excubias ageret, amantes à Sole deprehenſi ſunt, & apud Vulcanum delati, catenîſque adamantinis multò antè eum in vſum paratis ſunt impliciti. Quo nomine Mars indignatus, Alectrionem in auem ſui nominis transformauit, quem gallum Latini appellant, qui etiam hodie veteris negligentiæ memor. Solis aduentum cantu ſuo prænuntiat.

Alecus fluuius.

Alédrus, vide *Chytri*.

Alêgenor, vnus filiorum Bœoti: quatuor enim fuerunt. Hippodamus, Electrion, Archilycus, & Alegenor. teſte Diodoro lib. 5.

Aleius campus, locus eſt Lyciæ, in quem cecidit Bellerophontes, cùm à Pegaſo ab œſtro agitato excuteretur: ſic dictus, quod in eo cæcus

cus erraſſet Bellerophontes, donec periret. De campis Aleis Plin. 5.27. Vide *Hala*.

Aćle, oppidum Phazaniorum in Africa. Plin. 55.18.

Alemannia, regio Alemannorum, quę & Germania: quanquam poſterior appellatio apud autores ſit frequentior Claud. 7. Paneg. vide Alamani & Germania.

Alemánni, Germani ob id appellati, quòd cùm Germani illi Septentrionales, præſertim Tranſalpini, mutare ſedes cogitarent, imitati priorēs Germanos, qui trāſito Rheno, quo ſe totos omnes veluti virum eſſe oſtenderēt: ſibi hoc nominis quaſi *gar ein man* impoſuerunt ipſi ſe quod fortiſſimi bellatores, & viri omnes eſſe & vellent & deberent. Alemannos quaſi *allemenner* appellauère. Extat hodie Alemannorum agri vetus nomen ſupra Brigantium & lacum Acronium, vulgò *das Algau*, quaſi *Almangau*. Beatus Rhenanus in Corn. Tacitum. Alioqui Alemanni Teutones, Teutonæ & Teutonici, à Teutone Deo, quem venerabantur, Virg. lib. 6.

Teutonico ritu ſoliti torquere Cateias.

Lucan. lib. 1.

Videmus & Martem Libyos, curſumq́; furoris Teutonici. Idem lib. 6.

Cantaber exiguis aut longis Teutonis armis.

Germani porrò dicuntur, quòd vicini ſint Belgis. Item & Germanici, vt tradit Suetonius in Auguſto: vt tamen quibuſdam Pannonicis & Germanicis, aut interueniret, aut non longè abeſſet Rhenicolæ dicuntur, quòd habitēt ad Rhenum fluuium. Stephanus Alemannos facit populos Germanis vicinos habitantes iuxta Lemannum lacum, ſic dictos à Manno Teutonis filio.

Alemanni à Conſtantino prima congreſſione apud Lingonas victi, ſecunda verò, ſuperati ſunt, cæſaque Alemannorum L.X.M. Ammian. libro 15. A Iuliano Cæſare prope Argentoratum Galliæ vrbem victi, totúſque eorum exercitus fermè extinctus Eutrop. in Conſt. lib. 60 Ammian. lib. 15. A Gratiano Imperatore apud Argentarium Galliæ vrbem ſuperati ſunt, cæſaque circiter XXX. M. Oroſ. à Theodoberto Mettenſium rege Venetias miſſi, à Theodato Romanorum Imperatore victi, atque Italia expulſi. Blond. lib. 3. Decad. 1. à Clodoueo Francorum rege victi, ſubactíque ſunt. Æmil.

Alemanni, ab Hercule Alemanno dicti, qui in eos populos habuit imperium, auctore Beroſo. Alij verò ſcribunt Tuſconius filium Alemannum fuiſſe vocatum, à quo Teutones, deinde Alemàni vocati ſunt. Sunt autem huiuſmodi Beroſi verba, Sexto anno, inquit, Semiramidis, Aſſyriorum reginæ, iuxta Rhenum Mannur, Tuiſconis filius, Germanorum regnum obtinuit. At alij Germanos à quodam lacu Lemano dictos fuiſſe aſſerunt: de ſitu autem ipſius diſſentiunt multi: plures tamen conſentiunt hunc eſſe lacum Geneuenſem. Sunt & alij, qui dicunt Alemanos fuiſſe nomen Germanorum, vt ſit idem quod *Alman*, id eſt, omnes viros eſſe, ſicut & multa alia huiuſmodi nomina inueniuntur, qualia ſunt Marcomanni, Cænomanni, &c. Sic Alemanus idem ſonat, quod totus vir propter corporis robur, & animi ferocitatē. Viri toti ſunt Alemani, nulla ex parte effœminati: ac tales quidem olim fuère contra Romanos. Alemanus ob fortitudinem Hercules cognominatus eſt, quòd omnes, qui aliquid fortiter geſſiſſent, Hercules vocarentur, vt in Saturnal. ſcripſit Macrobius, & ob id teſte Cornel. Tacit. omnium virorum fortium, Germani in prælium ituri, hunc Herculem primum canunt: ſuntque carmina quorum cantu, quem Barritum vocant, accendunt animos, futuræque pugnæ fortunam augurantur: terrent enim, vel trepidant, acies provt ſonuit: nec tam vocis ille, quam virtutis concentus videntur. Affectantur præcipuè aſperitas ſoni & fractum murmur obiectis ad os ſcutis, quo plenior & grauior vox intumeſcat repercuſſu hæc Tacitus.

Alemanus, fluuius apud Ryſios in Sueuia originem à rubro caſtro *Rotemburg* trahens: hic ad *Kelbaim* oppidum iungitur Danubio vulgò *Altimola vel Altmum* appellatur. Vide Althamerum in Tacitum G. Fabricius.

Alemi regionis nomen. 1. Macc. 5.

Alemuſij, Atticæ populi, apud quos eſt Cereris legiferæ & Proſerpinæ templum, Pauſ. in Attica.

Aleniticum, vide Ælaniticus.

Alenticus ſinus. Plin. lib. 6. cap. 28.

Alens, Coi inſulæ locus. Theocr. Ciliciæ fluuius. Theocr. ſcholiaſtes.

Aleon oppidum, Plin. 5.29.52.

Aleopetra, inſula in Mœotide Calep.

Aleos. fluuius Erythris. Plin. 31. cap. 2.

Aleos, Colonia Corſicæ à Sylla dictatore deducta. Plin. lib. 3 cap. 5.

Alep, aliàs Alexandria, oppidum ſub monte Tauro in Comagene Syriæ, vbi famigeretum eſt emporium. Munſt. lib. 5. Coſm.

Aleria, Plinio 3. cap. 6. colonia. vide Valeris Colonia.

Ales fluuius apud Colophonem, omniū in Ionia gelidiſſimus. Pauſan. qui, vt Hermolaus annotauit flumen Colophōtis frigidiſſimum Aueionta vocat, ſed quod ſynonyma ſint, non aſſero.

Aleſium, locus ad Amphilocidem proximus, in quo omnibus menſibus accolæ forum congregant. Iacet autem in via montana, qua ex Elide ad Olympiam commeatur.

Aléſa, ciuitas eſt Siciliæ. Ptolemæo. Strabo. hinc Aleſinus, na, num. Cicer. in Epiſt. fam. in

Aleſina vrbe. Vide Haleſina, & Alæſa.

Aleſca, vide Aliſca.

Aleſia, vide Alexia.

Aleſini, Arabes circa Perſicum ſinum & Babyloniæ regionem. Strabo.

Aleſium, oppidum Peloponneſi, apud Strabonem lib. 8.

Aleſius, Sceluntis filius, vnus ex procis Hippodamiæ, vel ſecundùm alios, Garagetti filius, vnus ex illis, qui cum Pelope aduenêre: Ab hoc Aſiam petram dictam ait Stephanus, qui etiam Haleſij agri in Epiro meminit, in quo ſal copioſus fiat.

Aleſius, oppidum Elidis. Steph. Item mons Arcadiæ non procul à Mantinea, ſic dictus ab errore Rheæ. Pauſ.

Aleſtes & *Celandus*. Hiſpaniæ fluuius, qui fortè *Cauado* hodie dicitur: ſic miſi Cluſius in ſuis ſchedulis manuſcriptis ex Hiſpanica ſua peregrinatione allatis. *Celandum* apud Melam inuenio. Aleſtes Bracatam Auguſtam irrigat.

Aleſius, Siciliæ fluuius eſt, littore Septentrionali, prope Aletam vrbem: cuius meminit antiqua tabula marmorea, vt tradit Fazellus, qui eum hodie *Pittiaco* vocari ait. Eſt & fluuius Tuſciæ, iuxta Aleſium. Sil. lib. 8.

Aleta, Illyrici in Dalmatia oppidum. Ptolem. quod hodie Moſth appellant.

Alete, vrbs Siciliæ maritima. Ptol.

Alethes, nomen fuit proprium viri Troiani, quaſi ἀληθής, id eſt, verax fuerit. De quo Virg. lib. Æneid. 1.

Et quæ grandæuus Alethes.

Alethes, I. Corinthiorum rex regnauit annis XXXV.

Aletides, ſacrificia quædam Athenienſium, pro Icaro & Erigone, quæ oſcillis (quid autem oſcilla ſint dicetur ſuo loco) agebantur. Cùm verò in finibus Athenienſium multæ virgines ſine cauſa ſuſpendio ſibi mortem conſciſcerent, propter Erigonem, habito ab Apolline oraculo ſacrificium ſolenne inſtituerunt, quod publicè priuatimque faciebant, & id Aletides appellabant, quod Erigone ſola cum cane ignota patrem Icarum mendica perſequuta ſit, quas Græci Ἀλήτιδας nominant, & ἀλήτης mendicus, vagus & erro dicitur. Hyg.

Aletini, populi. Pli. 3. 11. 35. & Alettini. 3. 11. 38.

Aletium, oppidum Salentinorum in Italia, authore Ptolem. & Plin. 3. 21. 38. Græcè Ἀλήτιον Leze Mario Nigro dicitur *Baleſium* Plinij, & *Valetium* Pomponij eſt, ni fallor; etſi Niger Baleſium S. *Cataido* dici ſcribat.

Aletrium Straboni Latij oppidum eſt. *Alatro* nunc dici ſcribit Leander: incolas *Aletrinates* habent. Cicero & Plinius.

Aletrinates, populi Italiæ in Tractu Campaniæ, Plin. lib. 3. cap. 5. Aletrium oppidum eorum, Strabo.

Aleus, fluuius Siciliæ, & tribus quædam ſiue locus in Coo: ita dictus ab Alentio quodam rege. Interpres Theocriti in ſeptimum Idyllion.

Aleus Iupiter, vide Elis.

Aleus, vide Halmus.

Aleus, vide Halnus.

Aleu, Arabiæ fœlicis inſula. Plin.

Alex Locrorũ flumen in Italia Ἄληξ. Straboni, Dionyſio & Thucydidi. *Caicinus*. Pauſaniæ, Æliano, & Plin. lib. 3. c. 10. ſynonyma ſunt Hermolao: Aleſſo hodie dici ſcribit Leander. *Lucanum* hunc quoque vocat Marius Niger, *Caicinum* ſeu *Caicinum* Locrenſium in magna Græcia fluuium eſſe, qui horum agrum à Rhegino diuidit. Pauſanias in Eliacis docet: at *Cæcinus*, & *Alix* ſunt diuerſa flumina Thucydidi lib. 3. Alecem hunc fluuium credo Ciceronem ad Trebatium, *Haletem* nuncupare, & fortaſſe eundem Theocritus *Allontem* vocat.

Alexamenus Ætolus, Nabidis tyranni Lacedæmonij interfector, mox ab Lacedæmoniis ipſis in regia obtruncatus. Liu. Decad. 4. lib. 5.

Alexander Aphrodiſæus, interpres Ariſtotelis, ſed tali ingenio qui Ariſtotelem carpat. Suidas & Steph.

Alexander Grammaticus, oppido Gotthico natus, de varia hiſtoria ſiue materia XXXIV. volumina ſcripſit, peritiſſimus ætatis ſuæ vir.

Alexander, Iudæorum rex, Ianeus dictus: regnauit annis 27.

Alexander cognomẽto Magnus, Philippi Macedonum regis & Olympiadis filius, quamlibet Olympias nobiliorem ei patrem acquirere affectauerit, quũ ſe coitu Draconis grauidã affirmaret. Ita tamen & ipſe erat vt Deo genitus crederetur, peragrauit orbem rectorib. Ariſtotele ex Calliſthene vſus: ſubegit Aſiam, Armeniã, Iberiã, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum, Taurum, Caucaſumq́ ingreſſus eſt. Bactros domuit. Medis & Perſis imperauit: cepit Indiam emenſus omnia ad quæ Liber & Hercules acceſſerant. Forma ſupra hominem auguſtiore, ceruice celſa, lætis oculis & illuſtribus malis ad gratiã rubeſcentibus, reliquis corporis non ſine maieſtate quadam decoris: victor omnium vino & ita victus ſic morbo vinolentiæ apud Babylonem, humiliore quam vixerat fortuna, exemptus eſt anno ætatis trigeſimo, quum annos duodecim regnaſſet. Solin. Polyb. c. 15. Eius res geſtas ſcripſerunt Q. Curtius, Arrianus, & Plutarchus.

Alexander Magnus tanto amore homines ingenio & ſcientia præſtantes eſt proſecutus, vt Homeri ſcripto ſcrinio Darij, Perſarum regis, concludi, ac tanquam pro viatico ſeruari iuſſerit: & Pindari vatis familiæ, penatibúſque peperce-

Digitized by Google

perceſſerit; cùm Thebes caperet & Ariſtotelis philoſophi patriam ciuitatem condiderit. Plin. lib. 7. ca. 29. Edixerat ne quis ipſum alius, quàm Apelles pingeret, quàm Lyſippus ex ære duceret, quàm Pyrgotheles ſculperet. ibidem Plin. c. 37. Quam ipſe bibaciſſimus fuerit, & quod ebrietate & crapula obierit, vide in dictione, Proteas.

Alexandri, quæ & Arabia inſula Perſidi adiacens Ptolemæo Ἀλεξάνδρου Ἀραβία.

Alexandri Magni aræ & finis. Plin. 6. 16. 18. & c. 17. 6. 57. Romanorum ad ipſum legatio 3. 5. 89. Itineris eius menſores, 6. 17. 50. Nauigatio, 6. 23. 19. Aræ, 6. 15. 3. Bucephala oppidum, ibique eius ſepulchrum, 6. 10. 1. Darium vbi vicerit, 6. 15. 39. Plut. in Alexan.

Alexander, Amyntæ filius, legatos Megabyzi ad Amyntam patrem ſuum miſſos laſciuientes occidit, Iuſtin. lib. 7. Decimus fuit Macedonum rex, regnauit annis LXIII.

Alexander, Ariſtobuli filius, Iudæam inuaſit, cuius exercitum Gabinius vicit, Ioſeph. lib. 14. c. 11. belli Iud. lib. 1. cap. 17.

Alexander, qui & Epiphanes, XI. Syriorum rex regnauit annis V. ſecundum Ioſephum: ſecundum Eutropium verò X. menſes VIII.

Alexander, Caſſandri filius Macedonum rex regnauit cum Antipatro annis II.

Alexander XIX. Macedonum rex, regnauit annum vnum interfectus eſt à Ptolemæo Alorite. Plutarch. in Pelopida.

Alexander, X. Corinthiorum rex, regnauit annis XXV.

Alexāder, Olympiadis frater, Arymbæ in Moloſſorum regno ſucceſſit, Timoleum Leptinam ad deditionem coëgit, in Peloponneſum exulatum miſit, ciuitates libertate donauit. Diod.

Alexander Pheræus in Theſſalia tyrannidem apud Pheræos exercuit. De hoc Cicer. Offi. lib. 2. Quid Alexandrum Pheræum quo animo vixiſſe arbitramur? qui quum vxorē Theben admodum diligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum & eum quidem compunctum notis Troiciis, diſtricto gladio iubebat anteire: præmittebatq; de ſtipatoribus ſuis, qui ſcrutarentur arculas muliebres, & ne quod in veſtimentis telum occultaretur, exquirerent. O miſerum qui fideliorem & barbarum & ſtigmaticum putaret quàm coniugem; nec eum fefellit opinio, ab ea enim eſt ipſe propter pellicatus ſuſpicionem interfectus, Ouid. in Ibin.

Inque tuo thalamo iuguleris more Pheræi,
Qui datus eſt letho coniugis enſe ſuæ.

Huius meminit Plut. in Pelopida, vt & Valerius Maximus. lib. 9. cap. 14.

Alexander, Pyrrhi filius, Epirotarum rex, regnum Macedoniæ oppugnauit.

Alexander Zebenna, XVII. Syrorum rex Demetrium vicit, regnauit annis II. Iuſtin. lib. 39.

Alexander, XI. Syrorum rex à Ptolemæo Philometore conſtitutus, regnauit annis V.

Alexander, Iudæorum rex, regnauit annis XXVII. Lamneus à Ioſepho & Philone dicitur.

Alexander, natione Phryx, apud Carthaginem Imperator electus, à Conſtantini exercitu iugulatus eſt. Eutrop. lib. 11.

Alexander VII. Conſtantinopolitanus Imperator, vir luxu & ignauia perditus, regnauit anno vno & menſe vno.

Alexander Epirotes vbi obiit. Plin. 3. 11. 2.

Alexander quidam genere Phryx, diſciplina medicus, & vitæ & morum probitate cunctis charus, Dei amore concitatus, cùm aſſiſteret tribunali, nutibus ad confeſſionem hortabatur eos, in quos quæſtiones ac tormenta exercebantur, ita vt omnibus, qui aſtabant, palam fieret quid animo gereret. Cumque id populi notauiſſent, & ægrè ferrent eos qui prius negauerant, quod negauerant confeſſione ſua reuocare, conclamauerunt aduerſus Alexandrum, hæc ipſo inſtigante committi. Qui iuſſus à præſide in medium ſtatui, & quis eſſet interrogatus, Chriſtianum ſe eſſe libera profeſſione teſtatur, quem continuò præſes beſtiis adiudicauit. Euſeb. lib. 5. cap. 1. hiſt. Eccleſ.

Alexandra, Iudæorum regina, vxor Alexandri: filium Hircanum ſacerdotio præfecit. Phariſæis vniuerſæ Iudæorum Reipublicæ adminiſtrationem commiſit, regnauit annis IX. Eſt & Alexandra, quæ & Caſſandra Priami filia ac vates. Hoc etiam nomine Lycophronis inſcribitur poema de Alexandro Paride, Volaterran.

Alexandria, vrbs Ægypti, non longè à Nili oſtio, quod Canopicon dicitur, ab Alexandro Macedone condita, quam Dinocrates architectus metitus eſt mirabili ingenio, quindecim millium paſſuum laxitate, ad effigiem Macedonicæ chlamydis, orbe girato laciniosam, anguloſo dextra læuaque procurſu. Mareotis lacus ad Meridianam vrbis partem Euripo Canopico oſtio immittitur. Habuit olim ſcholas omnium diſciplinarum liberalium, fuitq; ob commoditatem maximum totius orbis emporium. Conſtructum autem fuit ante Saluatoris aduentum anno vigeſimo ſupra trecenteſimum, intra ſpatium ſeptendecim dierum (vt teſtatur Iuſtinus lib. 11.) cum ſex millibus murorum paſſibus, olim Leontopolis: Racotis. Polis, Pharos, Sebaſte, Augusta Iulia, Claudia Domitiana, & Alexynteria cognominata eſt. No Hebræis dicitur teſte D. Hieronymo. hodie *Scanderia* vulgò dicitur à Turcis. A quibuſdam *Alexandreta* & *Alexandrona*.

Alexandria Ægypti difficulter aditur, Plinius.

5.51.3, & cap.12.16.34. Obeliſcus in ea. Plinius 36.9.6.15. Deſcriptio eius, 5.10. per totum, & u.34.6.6. Nomos 5.9.16. Diſtantia eius ab Heliopoli.6.23.74. à Sicilia,6.33.7. Vocatur etiam Pharos. Steph.

Alexandria, vrbs Aſiæ, etiam ab Alexandro condita.

Alexandria, vrbs Scythiæ.

Alexandria, vrbs Liguriæ,vel Lombardiæ, ab Alexandro Pontifice maximo condita. Dicitur item Alexandréa. Propertius.

—noxia Alexandrea aptiſſima tellus.

Alexandria Ægypti,ab Alexandro, poſtquam Ægyptum ſine labore obtinuiſſet, condita: ab Antiocho, Ptolemæo ad Peluſium nauali pugna victo obſeſſa. Liuius lib.4. Decad.1. Eandem à Romanis ſubmerſam Cęſar publicis inſtaurauit éxpenſis. Caſſ. Diocletianus, Alexandriam menſe VIII. cepit. Optimates cæcidit. Læt. Oroſ. Eutrop. Demum à Perſis quoque capta eſt. Blond.

Alexandria apud Tanarum fluuium à Mediolanenſibus, Placentinis, & Cremonenſibus ædificata. Blond.

Alexandria, ab Alexandro victis Paropamiſadibus: ad Caucaſum montem ædificata.

Alexandria, iuxta Baſtrum. Plin.6.16.17. Carmaniæ oppidum, Plin.6.2.70. Ciliciæ, 5.17.2. iuxta Calpium, 6.13.40. Indiæ. 6.23.<.9. Alexandria Margiana vbi. 6.16.6. ad Tigrin fluuium, lib.6.cap.27. Troadis 5.30.16. Stephanus, & alij octodecim huius nominis ciuitates enumerant, videlicet Ægyptiam, Troadem, Thraciam, Neartorum, Opianam circa Indiam, Ciliciam, Cypriam, Cariam, Bactrianam, Arachoſiam, Macarenam, Sorianam, Indicam, Arachoſianam, Ariam, Melanam, Sogdianam, Tanaitidem. Sunt & aliæ Alexandriæ, nempe Carmanica, Mygdonica, Caucaſæa. Ptol. Plin. Arrian. Curtius, Strabo.

Alexandria, mons & pars Idæ, Antandro imminens vbi controuerſiam dearum aiunt à Paride diſceptatam. Strabo. Steph.

Alexandria, nomen Syluæ Chalcidenſium ſupra Clazomenios, in Ionia. Strabo.

Alexandrinorum Nomus, in Ægypto. Ptolem.

Alexandropolis, Medorum vrbs, ab Alexandro ſubacta & ſic vocata, Plutarch. in Alexandro, vide Megara.

Alexandrini, à Ptolomæo Ægyptiorum rege miſſi, Romam venerunt, & amicitiam, quam à Romanis petierant, obtinuerunt. Eutropius li.2. Iidem regem Auletem regno eiecerunt, qui Romam fugiens, auxilium P.R. quæſiuit, & à Gabinio reductus eſt. Plutarch. in Catone. Strabo Geograph. lib.17.

Alexandrium, Iudææ oppidum apud Ioſephum lib.14. antiquit. Iudaic.6. Strab.lib.16.

Alexandropolis, Parthorum ciuitas: ab Alexandro Magno conditore, Plin.6.11.15.

Alexas, Laodicenus, qui Antonium ab Octauia diſiunxit, & Cleopatræ coniunxit, ſuæque perfidiæ Cæſaris iuſſu luit pœnas. Plut. in Ant.

Alexippus, medicus Alexandri. Plutarch. in Alexand.

Alexia, Ptolemæo Regiacum. Vide Regiaco. Diodor. lib.5. ab Hercule condita, totius Celticæ metropolis, vulgò dicatur *Arras*. Aliis eſt Alexia.

Alexia, inter Celtas oppidum Mandubiorum in ducatu Burgundiæ, finibúſque Heduorum: non longè à Lingonenſibus, nunc in vici formã redactum, nomen retinens, à quo etiam hodie vt pleriſque placet, magna pars eius regionis Alletum nuncupatur nec longè diſtat à vico qui Flauiacum appellatur. In cuius Alexiæ expugnatione nonnullæ muniriones in floris lilij formam Cæſaris iuſſu, vt ipſe ſcribit, factæ ſunt Cæſar, 1. Com. Nihil hodie eius exſtat, præter nominis vmbram. *Abize*, Paradin.

Alexia, ciuitas olim apud Lingones inexpugnabilis, ab Hercule Ægyptio, Oſiridis filio condita: & qua occaſione, vide in dictione Galathea. Eam non ſine ſudore magno Cæſar adæquauit ſolo, Munſt. lib.2. Coſmog.

Alexiacos, i. malorum depulſor Apollo vocatus eſt. Arrian. li.8. Pauſan. in Eliacis & Atticis ideò illi nomen inditum ait, quòd peſtilentiæ morbus cum bello Peloponneſiaco in Attica graſſaretur, oraculo Delphis reddito populum liberauerit: vnde eſt illi nomen factum: quod nomen Hercules poſtea eſt adeptus. Macrob. Heſych. Lactant. lib.5. Inſtitut. diuinarum.

Alexynteria, vide Alexandria.

Alexinus Elienſis, Eubulidis Mileſij diſcipulus, vir acer & contentionis viribus ac neruis clarus, Zenonis inimicus: dum nataręt in Alpheo flumine arundinis acumine læſus fato functus eſt. Laert. lib.2.

Alexio, Medicus, Ciceroni familiaris, cuius meminit idem Cicero libro 3. ad Atticum 15. epiſt.

Alexis Thurius, prius Sybaris, poëta comicus ante Menandrum reliquit plures fabulas, habuit filium Stephanum Comicum. Suidas.

Alexis, Aſinij Pollionis ſeruus, ſic dictus quaſi ſine reſponſione, ac ſuperbus: quem Virgilius rogatus ad prandium, cum vidiſſet in miniſterio omnium pulcherrimum, dilexit, cumque dono accepit. Hunc autem dilectum fuiſſe Pollioni conſtat, & Virgilium gratum ſe futurum exiſtimaſſe, ſi eum laudaret, cuius forma Pollio delectabatur: qui eo tempore Tranſpadanam Italiæ partem tenebat, & agris præerat diuidendis. Hæc Seruius, enarrans illud Virgilij

For-

Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin.

Alexius puer, Conſtantinopolitanus Imperator, regnauit annis III. Andronico à patre commiſſus, qui primò tutorem egit, dein imperij cõſortem: demum Alexium interfecit. Æmil. lib. 3.

Alexius Comnenus, Nicephorum Conſtantinopolitanum Imperatorem regno exuit, monachum fecit, regnauítque annis XXXIII.

Alexius Græcorum Imperator, fratrem oculis & vita priuauit.

Alexius Murtillus, puerum Alexium veneno interemit. Æmil.

Alfaterni, populi, Plin. 3. 5 112. & cap. 12. 3. 10. vide Nuceriæ.

Alfallani, populi. Plin. 3. 11. 35.

Alfredus VI. Anglorum rex, ab Adriano II. regia corona Romæ honeſtatur, regnauitq; annis XXVIII. Polyd. lib. 5.

Algarixa, vide Hieroſolyma.

Algidum, Italiæ oppidum vicinum Tuſculo, in alto monte ſitum, ex aëris algore dictum, nunc *Roca del Papa*, ex veteris ſitus deſcriptione notatur. Volater. Nemus item in Latio: vulgò *Selua del Aglio*.

Algidus, mons haud longè ab vrbe Roma, in quo eſt Algidum oppidum, hodie ſylua latrociniis incolarum accommoda. Horatius.

Quicunque aut gelido prominet Algido.

Meminit etiam Stephanus.

Algonum, locus apud Strabonem, vbi ferunt virgines in turrim in portu ſitam ſpectãdi cauſſa, quũ Theſmophoria agerentur accurriſſe, ac vna turris in mare decidiſſe. In Attica forſan.

Aliacmon, Macedoniæ fluuius, Ptolem hodie *Pelecas vel Platamonia*. ſcribitur & Haliacmon. Plin. l. 4. c. 10. & lib. 20. c. 13. & 1. 21.

Alia, fluuius Italiæ, vide Allia.

Alian, i. folia vel excelſus, filius Sobal. 1. Paral. qui Geneſ. 36. Aluan dicitur.

Aliardii, Africæ propriæ gens. Ptolem.

Aliaria, Commagenæ vrbs. Anton.

Aliartum, Bœotiæ oppidum, à M. Lucretio prætore expugnatum, Liu. 5. Decad. lib. 2.

Aliartus Ptolemæo Meſſeniæ ciuitas, *Nicaſtro* Nigro, *Arthodie* Theuero.

Alibaca, Pentapolis regionis vrbs, in Africa Ptolem.

Alibas, fluuius infernalis, omnia exſiccans. Suidas, in dictione κάρες forſan idem qui Ameles.

Alcadra, Mediæ vrbs, Ptolem.

Alicanum, Pannoniæ vrbs. Anton.

Alicarna, vide Chalcis.

Alichorda, Bactrianæ oppidum. Ptol.

Alicyrna, Acarnaniæ vicus. Strabo.

Aliciis, Laconiæ vrbs; & Atticæ tribus. Diod. Strabo.

Aliæ, inſulæ Æthiopiæ, in Adulico ſinu. Plin. lib. 6. c. 29. Elææ vocantur à Strabone.

Alicarnaſſus, nomen loci. 1. Macch. 15.

Alifa, vide Allipha.

Aliger, Cupido cognominatus eſt. Virg.

Ergo his Aligerum dictis affatur Amorem.

πτέρωτος, id eſt, Alatus vel pennatus à Platone in Phædro vocatur. Hinc & Cicero de Natura deorum eundem pennatum vocat, à Phurnuto vero πτερωτὸς dictus, quaſi dicas, volans & pennatus, quoniam leues & vagas amantium cogitationes faciat. Atque in auis modum ipſe ideò volare fingitur.

Aligmon, fluuius. Claud. de bello Getico

Et fluſſum rapidum damnant Aligmona Beſſi.

Alij, populi Æſienſes, vel Elei, quos geſſiſſe bellum Ætolis, ex Polybio cognoſcimus

Alilæi, Arabiæ felicis populi. Diodor.

Alimala, regio Lyciæ. Steph.

Alimus, nomen ciuitatis. 1. Mach. 5.

Alimus, untis, pars tribus Leontidis, nimirum in Attica Steph.

Alina, Catiæ vrbs, & Cyrceorum inſula. Steph.

Alinda, oppidum Plin. 5. 24. 18. alias Hynido vide *alma* in Stephano.

Alindoia, vrbs Macedoniæ. Steph.

Alingonis, portus circa Garumnam fluuium. Sidon. lib. 8. epiſt.

Alinza, vide Oroſa.

Aliphe, olim erat oppidum in Samnio. Hinc Aliphani populi, & Aliphana pocula, apud Horat. lib. 2. Serm.

Aliphereæ, Minerua cognominata eſt, vt Stephanus & Polybius ſcribunt. Aliphera autem vrbs fuit Arcadiæ, quæ (teſte Polybio) in ſummitate collis arcem & æneam ſtatuam Mineruæ à cæteris ſpecie ac magnitudine longè differentem habuit: quæ, à quo, aut cuius ſumptibus, quóve tempore erecta fuerit, etiam apud eius loci incolas in dubio fuit. Iural. de ſyntagmatis. lib. 11

Aliphiræi, populi Arcadiæ. Plin. 4. 6. & Steph

Aliptes, fuit fons apud Epheſum.

Aliſæi, vide Æolis.

Aliſarna, vrbs Troadis. Steph.

Aliſca, Pannoniæ vrbs Antonino, Aleſca li. Notitiarum in Valeria Prouincia oppidum. Simlerus *Anyanara* vocat.

Aliſontia Antonini, fluuius eſt in Moſellam erumpens *A f* Scaliger interpretatur apud Auſonium & Aliſontium reponendum eſſe ſuſpicatur.

Aliſum, vrbs Germaniæ, in maritimo Saxoniæ tractu Ptolemæo, aliàs Aliſus.

Aliſta, Ptolemæo Corſicæ inſulæ oppidum, *Iſta*, Pineto.

Aliſus, Ptolemæo Germaniæ vrbs in partibus

Digitized by Google

Septentrionalibus. *Parthen* Villanouano.

Alitemij, populi Lybiæ.

Aliterius Iupiter vocatus eſt, & Ceres Aliteria, quod in publica fame ſeruaſſent molitores, ne farina diriperetur: quod in Ariſtophane notant Grammatici. Plutarch.& Pollux.

Alizones, vide *Halizones.*

Alladius, qui & Rhemus, ſeu Aremulus Syluius Agrippæ filius xx. Latinorum rex, regnauit annis xix. ob impietatem fulmine ictus interiit. Oroſ. lib.1.c.20. Dionyſ.lib.1.

Allaliæ, vrbs Corſicæ inſulæ, à Phocenſibus condita. Herod.Steph. malim Alalia, vt ſuprà.

Allante, vrbs Macedoniæ, & Arcadiæ. Steph.

Allantenſes populi Macedoniæ, Plin.4.c.10.

Allaria, vel Alloria, ciuitas Cretæ. Steph.

Allectum, Scotiæ vrbs, quæ poſtea Deidonum appellatum eſt, vt teſtis eſt Polydorus, & ante eum Boethius. *Dunde* vernaculè dicitur apud eundem.

Allens, vide Alex.

Alia, fluuius, qui à Cruſtuminis montibus, præ alto defluens alueo, Tyberino amni miſcetur quadrageſimo ab vrbe lapide, vbi magna ſtrage Romani à Gallis duce Brenno profligati ſunt. Hinc Allienſis dies dictus eſt, tanquam infauſtus. Silius.

Mater & horrificis ſeſe extulit Allia ripis.

Virg. Æneid.lib.7.

Hac erant in faſtis, qui dat granis Allia nomen.

Quíſque ſecans in fauſtum interluit Allia nomen.

vbi Seruius dicit, aliud eſſe interpoſitum, nam quod Lucanus lib.7. dicit.

Non iſtas habuit pugnas Pharſalia partis.

Quas alia clades. non de flumine Allia intelligendum eſt, cùm ibi oſtendat omnes clades, quas Romani ſuperioribus temporibus paſſi ſunt, non eſſe cum Pharſalica clade comparandas, quæ alias ſuperauit. Aliæ igitur cum ibi prima correpta ſit, eſt ab Alius, alia, aliud. Ad hoc flumen Romanus exercitus olim deletus fuit à Gallis Senonibus, duce Brenno. Lucanus.

Et damnata diu Romanis Allia faſtis.

Alienus, prætor Siciliæ ſub Cæſare. Hirtius, de bello Afr.

Allifani populi. Plin.3.5.11.

Allipha Samnitum ciuitas Ptolemæo, *Alphi,* Mario Nigro ſingulari l, & per f, ſcribitur apud Sil. Italicum lib.12.

Alliſa, Samnitum vrbs. Ptol.

Allium, vrbs inter Pyrgum & Oſtiam.

Allobrox, apud Celtas eo tempore regnauit, quo Pharao Chencres in mari rubro periit, Moſe Hebræorum duce Beroſ. lib.5.

Allobroges, vel Allobryges, populi Galliæ Tranſalpinæ, qui Narbonenſibus aſcribuntur: ſiti ſunt iuxta Rhodanum, nunc Sabaudienſes & Pedemontani, victoria Fabij & Catilinæ coniuratione noti, ad tractum Lugdunenſem olim ſiti. Ptolemæo. Horatius.

Nouiſque rebus, infidelis Allobrox. Vide Steph. Gal. *Sauoye & Dauphiné.*

Allobrogum regio. Plin.3.4.16. Plut. vulgò *la Sauoye.*

Allobryges, Ptol. Marliano, Poldo, & Rhenano auctoribus Gallia Narbonenſis *Dauphinois.*

Alloëra, Lydiæ vrbs, Attalia poſtea dicta. Step.

Allophyli, vide Philiſthæi.

Allon, i. quercus, vel fortis, pater Sephei patris Ziza. 1.Paral.4.

Allotrige, populi in tractu Septentrionali Hiſpaniæ. Strab.lib.3.

Alloria, vrbs Cretæ, vt ex Polyhiſtore refert Steph.

Alma, mons eſt in Mœſia ſuperiore prope Sirmium quem Probus imperator, Eutropio teſte, opere militari vineis conſeuit. Cæl. lib. antiq. lect.18 c.11.

Alma, Etruriæ fluuius, Antonino, qui Leandro *Arbia* eſt, vide *Almus.*

Almanſor, dux Saracenorum de quo Volater.

Almath, i. occultatio ſiue iuuentus, aut ſecula, vel ſuper mortem, ciuitas in tribu Benjamin 1. Par.6. filius item Bechor filij Benjamin in 1.Par. 7. Hebr. Amelet. Vide *Alamach.* Eadem vrbs quæ & Almon.

Almedeſſos, oppidum in ora Thraciæ, Plin. li. 4.c.1. vide Halmydiſſus.

Almene, ciuitas ad Euxinum Pontum. Steph.

Almericus, Guidonis frater, rex Cypri.

Almericus, Balduini frater Hieroſolymorum rex VI. Ægyptios vicit. Alexandriam cepit, reddidit Soldano & Cares, nunc Cayrum, propter non ſeruatam à Soldano fidem, obſedit. Blond. lib.3. Æmil.lib.5.

Almericus hæreticus dicebat ideas in mente diuina creare & creari. Hunc Innocentius tertius cremeri iuſſit Lutetiæ. Volater.

Almo, fluuius Romæ vicinus, apud quem Romani olim ſacra Cybeles faciebant eodem ritu quo Galli ſacerdotes in Phrygia, ſimulachrum deæ, cultróſque victimarios, ibidem *lauantes* Lucan. *Et lotam paruo reuocant Almone Cybelem.* Ouid.in Faſt.

Eſt locus in Tiberim quo lubricus influit Almo,
Et nomen magno perdit in amne minor:
Illic purpurea canus cum veſte Sacerdos
Almonis dominam ſacráque luit aquis.

Almon, oppidum in Theſſalia, Plin.4.8.1.

Almon, ciuitas Bœotiæ, quæ ab Hellanico malè *Salmon* etiam dicitur, vt Steph. habet alias.

Almonia, vide Minya & Salmon.

Almon,

Almon, pater Laræ Nymphæ, ex qua Mercurius Lares peperit.

Almon, ciuitas tribus Benjamin, Ioſ.21. eadem vrbs, quæ & Almath.

Almópia, Macedoniæ pars, ſic dicta ab Almope gigante Neptuni & Athamantidos Helles filio. Steph.

Almopij populi. Plin.4.c.10.

Almops, Neptuni & Athamantidos Helles filius, à quo Macedoniæ pars Almopia: vnus fuit gigantum, qui contra Iouem bella mouerunt. Steph.

Almos, vide Halmus.

Almus, Hungariæ mons, quem Probus Imperator electiſſimis viribus ex Italia allatis (vt tradit in eius vita Aurel Victor.) conſeuit *Arpatarto & Tarozal* incolis vocatur, vt teſtatur Lazius. Vopiſcus Alma habet.

Aluus, frater Colomani Pannoniæ regis, qui à fratre excæcatus & occiſus eſt. Volater.

Alo, ἀλῶα τὰ, numero plur. feſtiuitas fuit agricolarum Athenis, quæ ſubuectis ex agris frugibus, in honorem Cereris, & Bacchi celebrabatur: ſic verò dicta, quod in areis, quæ Græcè ἅλως dicuntur præcipuè moras traherent homines, vnde & Cererem ἀλωάδα, i. areas replentem veteres nuncuparunt. Gyraldus de diis.

Aloëus gigas, cuius filij dicuntur Martem vulneraſſe. à quo patronymicum Aloides fuit, Titanis & Terræ filius, cui coniunx fuit Iphimedia: quam cùm violaſſet Neptunus, duos ex eo peperit filios, Othum & Ephialtem, qui & Aloidæ dicuntur, quos Aloeus educauit vt ſuos: & cum nouem digitis ſingulis menſibus creſcerent, gigantibus aduerſus ſuperos bellum parantibus, nec ob ſenium Aloeus ad illud accedere poſſet, miſit geminos adiutores, qui Apollinis & Dianæ telis confixi perierunt. Duxit ſecundam vxorem Eurybeam. Lucanus.

Impius hanc prolem ſuperis immiſit Aloeus.

Virgilius in 6. Æneid.

Hinc & Aloidas geminos immania vidi
Corpora, qui manibus magnum reſcindere cœlum.
Aggreſſi, &c.

Alogiani, hæretici, ſic vocati, tanquam ſine verbo: quia domini verbum recipere noluerunt, Ioannis Euangelium reſpuentes: in quo Dei filius Verbum patris appellatur.

Aloidæ dicti ſunt Othus & Ephialtes ab Aloëo gigante.

Aloïum, ciuitas Theſſaliæ circa Tēpe. Steph.

Alónis, inſula & ciuitas Maſſiliæ. Steph.

Alóne, vrbs Hiſpaniæ Tarraconenſis Pomponio. Melæ. *Alicante*, Cluſio. vide *Proconneſus*.

Alóne, inſula iuxta Cyzicum, & inter Lebedum & Teon Ioniæ, Plin. lib.2.88.

Alóne, Paphlagoniæ ciuitas. Steph.

Aloneſus. vide Haloneſus.

Alôni, populi Meſopotamiæ. Plin.6.26.16.

Alontigeceli, populi Hiſpaniæ. Plin.3.c.1.

Alontium, vel Aluntium, oppidum Siciliæ, Ptolemæo & Plinio. vide Aluntium.

Alope, mulier, à cuius nomine cognominata Alope, Theſſaliæ ciuitas, de qua Homerus lib.2. Iliad. Plin. lib.4. cap.7. Alia eſt Atticæ, alia Ponti, vnde Penteſilea nata eſt, quarta circa Eubœam, quinta circa Delphos, ſexta iuxta Locridem, &c. Stephanus Theocriti Scholiaſt. Alopen, Theſſaliæ aut Magneſiæ ciuitatem vocat.

Alopece, Mæotidis paludis inſula, *Iſle des Renards*, vocat eam Pinetus, déque ne magis ſignificatiuè, quàm propriè, ſubdubito. *Calarus* etiam vocari ex Stephano videtur, vide Taurice Cherſoneſus, dicitur & Alopecia, vt Ptolemæus, qui eam Tanais quoque appellari ait.

Alopece, eſt inſula Boſphori Cimmerij apud Plin. lib.4. cap.12. Eſt & altera eiuſdem nominis inſula è regione Smyrnæ ſita, in mari Ægeo, quę recenſetur à Plin. lib.5.c.31.

Alopecia inſula, Migadorum hominum domicilium. Strabo lib.11.

Alopeconneſus, inſula Plin. 4. c. 12. oppidum lib.19.c.3. Steph. Viſſe Calatus.

Alopecos, vide Orchalis.

Alopes, vide Epheſos.

Alor, vide Calor.

Alorus, Pæoniæ id Macedonia vrbs, Ptol. Stephanus.

Alos, Argiæ vrbs in Peloponneſo. Heſych. Arcadiæ vrbs. Steph. & Phthiotidis. Plin. & Theſſaliæ. Etymol.

Aloſanga, Indiæ extra Gangem vrbs. Ptol.

Alous, vrbs Illyridis. Steph.

Alpenus, Locrorum metropolis, apud Thermopylas. Herodot.

Aloſtigi, vide Alaſtici.

Alpes ἄλπεις τὰ ὑψηλὰ ὄρη. Steph. ὑψηλὰ ὄρη vel ἀλφὸς, à candore niuium dictę, quia perpetuis ferè niuibus albeſcunt. Sabini enim Alpum dixere, quod poſteri Latini album. Silius —*clauſas niuibus rupes, ſuppoſitáque cœlo Saxa vocat.* Sunt autem montes altiſſimi, Galliam Tranſalpinam à Ciſalpina diuidentes: nunc verò promotis finibus termini ſunt Italiæ & Germaniæ In longitudine centum millia paſſuum patēt à ſupero mari ad inferum, vt Cęlius tradit. Liuius verò tria millia ſtadiorum, hos Annibal peruios fecit, quos tamen Galli ante Annibalis aduentum quinquies traiecerant. Lucan.

Gallia per medias rabies effunditur Alpes.

Romano imperio ſaluberrimæ, Plin. 3. 4. 2. Ab Annibale exuperatæ. 16. 17. Sæpè tremuerunt, libro 2. cap. 8. Earum longitudo, Plin. 3. 19. 17. Al-

Digitized

titudo,267.f2.Geminę fauces,3.17.3.Trophęum,3.20.13.& inde Incolæ, 3.20. per totum. Alpinæ gentes a quo victæ,2.20.16. In his Saliunca qualis.Plin.21.7.31.Cryſtallus,37 2.44.56.

Alpia & Alpionia olim dictos huiuſmodi montes, fuiſſe ſcribit Strabo, hodie multis locis in Germania adhuc Alpen vocantur. Scalnij videntur à Lycophrone appellari, vt ſentit eius commentator Itacius. Alpis quoque ſingularis numer. Sic vſus eſt Lucanus & Dionyſ. Alexandrinus. De Alpibus vide Alciatum in commentariis in libellum Taciti,de Germani: [illegible] in primis Ioſiam Simlerum in libello quem de Alpibus inſcripſit.

Alpes Iuliæ Tacito,in foro Iulio, regione Italiæ Zeliæ Leandro, *Iulien* Schudo. Eas quoque *Carnicas* & *Noricas* nominari ſcribit Simlerus, commentar. de Alpibus.Am. Marcellinus tradit Iulias Alpes antiquitatem *Venetas* nominaſſe,vide Ardius.

Alpes ſummæ, Cæſari & Antonino, vulgò S. *Godart*.

Alpes Venetæ,vide Alpes Iuliæ.

Alpeſa, oppidum eſt Celticæ regionis in Hiſpania vlteriori Plin.lib 3.c.1.

Alpha, fluuius non longè ab Aquileia,vbi occiſus & proiectus dicitur Conſtantin.

Alphabucelis, Marſorum in Italia vrbs. Ptol.

Alphaterna & Alphaterna,vide Nuceria.

Alpia, litus ad Septentrionem Tyrrheni & Ionij maris.Steph.

Alp[illegible],vicus prope Thermopylas,item metropolis Locrorum.Steph.

Alpenor,vates ab Vlyſſe interfectus,Eocat.

Alpeta,oppidum.Plin.3.1.58.

Alphæus,vide Alpheus.

Alphæus,i.milleſimus,vel doctus,aut dux,pater Iacobi Apoſtoli,Matth.10.Marc.2.Luc.6.

Alfaterni,vide Alfaterni.

Alphaternia,vide Nuceria.

Alpheius,Peloponneſi fluuius,Ptolem. Hodie *Rofea* vide Alpheus.

Alpheias dicitur Arethuſa apud Ouid. lib. 5. Metamorph.quaſi Alphi filia

Tum caput Eleis Alpheias extulit vndis.

Vbi alludit ad fabulam, qua ferunt Arethuſam Alphei amatoris vim fugientem, in fontem ſui nominis eſſe conuerſam.

Alphenus, nomen eſt ſutoris apud Horatium libro Sermonum --- *vt Alphenus vafer in omni*

Abiecto inſtrumento artis,clauſaq; taberna

Sutor erat [illegible]

[illegible] vir doctiſſimus, iuris profeſſ[illegible] [illegible] conſil.Lamprid.

Alphe[illegible] Phlegei fluminis filia,quam [illegible] donato illo monili quod Erip[illegible] [illegible]rat,in vxorem duxit.

Alpheſibœus,paſtor.Virg.Eclog.5.

Saltantes Satyros imitabitur Alpheſibœus.

ab ἀλφῶ inuenio,quaſi inueniens boues.

Alphea Diana ex euentu quòd Alpheus amore Dianæ percitus, Ortygiam vſque eam ſit inſecutus, ac mox deſtiterit: ob id extructo mihi deæ templo illi conciliatum eſt de facto cognomen.C[illegible]. Rhod.lib.12.

Alpheus,fluuius Elidis Arcadiæ ciuitatis,iuxta Piſas defluens lõgo curſu Achaiam, & ibi à terra abſorptus,atq; ſubter mare defluẽs, ex Græcia in fontẽ Arethuſam apud Syracuſas in Sicilia ſe attollit,inde in mare Siculũ cadit, Virg.3. Æneid.

——*Alpheum fama eſt huc Elidis amnem,*

Occultas egiſſe vias ſubter mare,qui nunc

Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur vndis.

Strabo lib.6.ait Alpheũ ſumere originẽ in Peloponneſo,& per mare ſub terra in Arethuſam fontem terminari.quamobrẽ finxerunt poetæ Arethuſam venatricẽ damnatã ab Alpheo.fug[illegible] per ſubterraneos cuniculos in Ortygiã, quã Alpheũ fuiſſe inſeq[illegible]utũ Pauſanias dictũ exiſtimat.quod Alphos vitiliginis ſpeciẽ curet.Plin.4.5.10.11.& c.106.2.8.& c 5.11.5.Hunc fluuiũ nonnulli Ethnici pro Deo coluerunt, cui & ſtatuam & communem aram cum Diana erexerunt. Conſecuta fuit etiam ipſa Arethuſa poſtmodum diuinos honores, vt ait Nicanor Samius lib.5.de fluminibus,ſiquidem mos fuit Ægienſium,qui populi fuerunt Achaiæ, liba ſumpta ex ara Salutis in mare proijcere, quæ ſe mittere Arethuſæ Syracuſas teſtarentur,ſicut refert Melanthes li.2. de Sacrificiis. Quoniam non animi ſolum, ſed etiam corporis munditiES Deo gratiſſima exiſtimanda eſt, idcirco aquam illã quæ vim haberet purgandi, ſacrificiis accommodatam eſſe Ethnici ſanxerunt, & fluuium ipſum qui huiuſmodi aquam ſuppeditaret exiſtimarunt eſſe Ioui amiciſſimum atque acceptiſſimum. Alij mythologi diuinam vim animorum noſtrorum virtutiſque naturam per huiuſmodi fabulam explicarunt, quippe quod ſicuti materia appetit formam, vt ſuum proprium bonum (quum ipſa per ſe inutilis ſit & otioſa appareat) ſic anima noſtra virtutem tanquã formam ſuam expetit. Hæc cauſa eſt cur Alpheus fingebatur ſequi Arethuſam, cum [illegible] ſine impe[illegible]: & ἀρετὴ virtus à Græcis nominatur.N[illegible] mythologi li.8.c.21. Græcè ἀλφειὸς Ptolemæo & aliis *Ripheo* Sophiano eſt *Alabo* Alph. Adriano. Niger ſcribit ab accolis *Orfeo*, [illegible] Italis *Carbon* vocari. Video à Ceteris *Rofeam* appellari. Auctor de [illegible] ſcribit hunc antea [illegible], & N[illegible] vocatum.De hoc fluuio Alpheo vide Corographiam Siciliæ Claudii Arетij, qui ſcribit hunc non in fontem Arethuſæ, ſed è mari iuxta huius os erumpere vocarique vulgò *Oculum*.

tum Zilice, de eo vide Fazellum lib. 4. decadis.

Alphenus, Varus Iuriſconſultus Cos. fuit cum P. Vinutio, vt Pomponius ſignificat, qui Serui Sulpitij diſcipulum hunc fuiſſe ſcribit, plurimumque ipſum apud auditores authoritatis habuiſſe. Meminit huius & Gell. lib. 6. ca. 5. Horat. vrbanè hunc deridet lib. 1. Serm. Satyr. 3. quod abiecta ſutrina, Romam venerit, vbi Magiſtro vſus Sulpitio: tantam ſibi iuris ſciētia exiſtimationem peperit, vt conſulatum adipiſceretur.

Alpheoniæ Dianæ templum, locus eſt ad Alphei fluminis oſtium, ab Olympia ſtadiis 80. diſtans, Strabo lib. 8.

Alphion, locus in Pyrrhœa, vitiligenes tollens. Plin. lib. 31. cap. 2.

Alphius, fœnerator, à quo primùm profecta fertur celebris illa ſententia: vel optima nomina non appellando, mala fieri, huius meminit Horat. in Epod. Ode. 2. vide Myenus.

Alphonſus, III. Hiſpaniarum rex, cognomento magnus, regnauit annis XI.

Alphonſus, IV. Hiſpaniarum rex, regnauit annis V. menſibus VII.

Alphonſus, V. Varemundi filius Hiſpaniarum rex, regnauit annis XXXVII. Ritius XXVI. eum regnaſſe ait. Volaterran.

Alphónſus, VI. Hiſpaniarum rex, regnauit annis XLIII.

Alphonſus, VII. Alphonſi VI. Nepos ex Viraça filia Raymundi Barcinonis comitis vxore, poſt maternum auum imperauit annis LI.

Alphonſus, VII. cognominatus Bonus, Hiſpaniarum rex, paternum regnum recepit, Elionaram Angliæ regis filiam vxorem duxit, regnauit annis LIII.

Alphonſus, XI. Caſtellæ rex, regnauit annis XL. Is aduerſus Saracenos fœliciter pugnauit, ſubiugatis oppidis Alcala & Bencay, quam nunc Regalem appellant. Volater. lib. 2.

Alphonſus, Aragonum rex, Neapolim cepit, Apuliæ regnum pulſo Renato obtinuit.

Alphonſus, cognomento Caſtus, Hiſpaniarum rex, regnauit annis XLI.

Alphonſus, Hiſpaniarum rex, regnauit annis XIX.

Alphonſus, Hiſpaniarum rex, de quo Platin. in Clemente.

Alpinus, poëta Memnonis Auroræ filij bella deſcripſit, ſed tam malè, vt ab Horatio dicatur,

Memnona ſuis carminibus iugulare,

Alpis, vide Alpes, & Carpis.

Alponos, ciuitas & mons Macedoniæ. Aliqui Theſſaliæ ciuitatem faciunt. Eſt & alia Locrorum, qui Epinemidij vocantur. Steph.

Alſa, fluuius eſt fori Iulij, Aquileam præterfluens, Plin. lib. 3. cap. 18. varia nomina vulgò ſortitur, aliis enim *Anſa*, aliis *Anſa, Limino & Lizonzio* dictus eſt. Alſuauus, ego eum apud Caſſiodorum dici ſuſpicor.

Alſademus, vide Sireon.

Alsfeldia, vrbs in Germania.

Alſienſes, Italiæ populi, ab Alſia vrbe. Liuius.

Alſietina Aqua quæ eadem vocatur Auguſta. Frontinus Aquæ ductum vrbis Romæ dicit.

Alſatia, ab Hungaris per Alemanniam & Lotharingiam deſcendentibus vaſtata eſt. Æmil.

Alſius campus, vide Tragaſæ.

Alſium, vrbs Tuſcorum, Ptolemæo. Plin. 3. 5. 30. 60. Cere, Leandro.

Alſius, Achaiæ in Peloponneſo fluuius, qui è Sibylo monte in Hermum fluit. Pauſan.

Altaba, Africæ propriæ vrbs. Anton.

Alſus nomen eſt paſtoris apud Virgilium lib. 12. Æneidos.

Sic rigido latum enſe ferit Podalirius Alſum Paſtorem.

Altadas, XIII. Aſſyriorum rex, regnauit annis XXXII. quibus perpetuis deliciis ſe exſatiauit, exiſtimans vanum eſſe laboribus & ſuę vitæ miſeria continuò laborare, non quidem aliorum humanæque gentis vtilitate & beneficio, ſed exitio & ſeruitute. Beroſius.

Altanum, eſt Calabriæ oppidum. Anton. hodie *Soreto*.

Altao, vrbs Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptolemæus.

Altaripa, circa Moguntiam in Germania vrbs lib. Notitiarum.

Altéa, Oenei regis Ætoliæ vxor, & mater Tydei, teſte Seruio in illud Virgilij Æneid. 6.

Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis.

Parthenopæus, &c. Vide Althea.

Altellus, Romulus dictus, quaſi in terra altus à lupa: ſiue quod telis aleretur, ſiue quod rebus geſtis excelſus ac glorioſus eſſet, ſeu quod à Latio Sabinorum rege in colloquium poſtulatus, alternis vicibus eum audierit: nam ſicut à macro macellus, à vafro vafellus, ita ab alterno Altellus. Feſt. Pomp.

Alténius, Cariæ mons, qui ſcorpiones procreat aduenis quidem innocuos, incolis verò pernicioſos & infeſtos. Alex. ab Alexand. lib. 2. cap. 17.

Alternia, Carpitanorum in Hiſpania vrbs. Ptol.

Altes, Peloponneſi vrbs ad Chaldaum amnem, qui in Alpheum influit. Xenoph. 7. hiſtor. Græcarum. Altis à Pauſania in Eliacis vocatur.

Altêus, Tuſci filius, regnauit annis XX.

Altha, Babyloniæ vrbs. Ptolem.

Althæa, Theſtij filia, Oenei Calydoniæ regis vxor, cui inter alios filios Meleagrum peperit: quo nato audiuit fata circum ignem dicentia, tam diu natum victurum, quamdiu

ſtipes, qui tunc ardebat, ab igni inconſumptus maneret. Hunc aſſeruauit in eum diem, quo omnes filios præter Meleagrum in quadam ſeditione occubuiſſe intellexit, quem vt etiam mortuum audiret, ſtipite concremato obtinuit, nimiaq; ob hanc rem concepta lætitia etiam ipſa periit. Alij tradunt eam, quòd ægrè ferret, fratres ſuos à Meleagro filio interfectos ſtipitem fatalem (vt fuſius refert Ouid. lib. 8. Metamorph.) conditum à Parcis, in quo vita Meleagri continebatur, flamma percuſſiſſe: quo conſumpto Meleager extinctus eſt. Ouid. lib. 1. Triſt. *Vtque cremaſſe ſuum fertur ſub ſtipite natum Theſtias, & melior matre fuiſſe ſoror.*

Althæmenes, Coloniæ in Cretam dux Ciſſi filius fuit illius qui Argeos cōdidit ea tempeſtate qua Procles Spartam. Strabo ſub finē libri decimi. Ciſus κισσ vocatur à Pauſania & Temeni qui Argos occupauit filius dicitur. vide Cretenia

Althea, vrbs Olcadum, Noua ciuitas dicta. ... Althæa. Vide Olcades.

Althæmus, fluuius ſanans omnium vlcera animalium ope Podalyrij, Iſacius in Lycophr.

Althepia, vide Oræa.

Althepus, Neptuni filius, Ægyptiorum rex, à quo Ægyptus Althepia terra cognominata Cæl. Rhod. lib. 12.

Alti Euros, Africæ propriæ locus. Anton.

Altilia, oppidum Liguriæ à Tranquillo commemoratum: hodie quoque Alteiola vulgò appellatur. Volaterr.

Altinum, vrbs olim in littore Venetiæ florentiſſima iuxta Aquileiam. Pompon. Plin. l. 3. 18. 2. hodie *Altino*, quam Villanouanus *Torcello* dici ait Græcè Ἄλτινον.

Altinum, Mœſiæ ſecundæ oppidum, Anton. lib. Notit. Lazius *Tolna* vocari ait. *Boſech* Simlero videtur.

Altinates, Altini incolæ. Plin. Iunior. lib. 3. ad Maximum, epiſt. 46.

Altiſſiodorum, oppidum in Gallia. Gal. *Auxerre*, vide Vellaunodunum.

Altius, Iupiter dictus eſt ab alti luco, Ioui ſacro. Cæl. Rhod. lib. 13. cap. 17.

Altis, lucus iuxta Olympiam, Ioui ſacer. vide Iouis lucus.

Altus, prope Theſſalonicam eſt. Steph.

Alua, aſcenſus eius, ſiue præuaricatio ipſius: ciuitas Idumæorum, Gen. 36. 40.

Alian, filius Sobal. Gen. 36. 23.

Aluaca, Mediæ oppidum. Ptol.

Aluerni, vel Aruerni, aut Auerni, populi Aquitaniæ, qui cum ſe à Troianis oriundos eſſe dicerent audebant ſe Romanorum fratres appellare. Vide Aruerni.

Aluntium, oppidum. Plin. l. 3. c. 8.

Aluona, Lyburniæ vrbs. Ptolemæo, Pli. 3. 21. 7.

Aluus, ſeu Alus, ſeu potius Halus Arcadiæ vicus, quem Æſculapij fanum quoq; vocant. Pauſan. in Arcad. quanquam ibi potius legendum ſit Caus, vt ex Stephano oſtendit Sylburgius.

Alus, i. commiſtio, ſeu conſperſio, locus ad quem deſcenderunt filij Iſrael à Dalphea aſcendentes in terram Chanaan, Num. 33.

Aluta, Ptol. Daciæ fluuius *Aluata*, Mercatori. Lazius & Sambucus ſcribunt *Olth* Hungaris, & *Alth* Germanis dici.

Alutæ, gentes Illyricæ in conuentu Scardonitano. Plin. 3. 2. 5.

Aluteſes, Alpini populi. Pli. 31. 8. 11. *Ledro* oppidum putat Simlerus: à quo Lodronij comites.

Aluum. Ptolem. Hiſtriæ oppidum mediterraneum Leandro *Algona*.

Alyatta, regio Bithyniæ, ab Alyattis imperio. Steph. inde, Alyattenus, qui Alyattum incolit.

Alyattes, Lydorum rex fuit, Crœſi pater, cui extructum eſt monumentum apud Sardos, maxima impenſæ parte ab ancillis, quæ omnes apud Lydos corpore quæſtum faciunt, in hoc opus collata.

Alybas, aliàs Metapontium in Italia: vel Thraciæ ciuitas: inde Alybantius, Steph.

Alyba, regio, Homer. 2. Iliad. non procul à Myſia, vbi argenti fodinas eſſe dixit Stephanus Hellanicus ſcribit eſſe paludem Ponticam, vide Chalybes.

Alybe, colūna, Græcis ἀλύβη, quæ Abyla Latinis, promontorium in Africa ad fretū Gaditanū *Ciuta* *Caſtaldo*, *Sierra dalmarſa* Oliuario, *Almina* Cluſio. Mons Simiarum à Nautis: Belgis ſeu *Schemin kelberg*, *ſierra Ximiera* à Petr. de Medina, quod idē ſignificat. *Alcudia*. Arabibus.

Alycæa, Arcadiæ oppidum. Pauſan.

Alycæus, Scyronis filius, qui à Theſeo interfectus loco Megarenſis agri nomen dedit. Plut. in Theſeo. Peloponneſi etiam vrbs eſt. Steph.

Alychme, in qua Alychmias Mercurius colitur. Steph.

Alydda, Phrygiæ maioris vrbs. Ptol.

Alymne, vrbs Phrygiæ maioris. Liuius.

Alyſius Bacchus ἀπὸ τοῦ λύω, id eſt, ſoluo. Cæl. lib. 7. c. 15.

Alyſoni, populi Scythiæ Aſiaticæ, Herodoto lib. 4.

Alyxothoe, filia Dymantis, vt teſtatur Ouidius, 11. Metam. de Mergo loquens.

Quamuis eſt illum proles enixa Dymantis
Æſacum vmbroſa furtim peperiſſe ſub Ida
Fertur Alyxothoe.

Hæc à Priamo peperit Æſacum, qui poſtea in mergum verſus eſt, Bocatius. Vide Æſacus.

Alyſſus, Arcadiæ fons eſt, cuius aqua canis rabidi morſui medetur. Pauſan.

Alyzia, ciuitas Acarnaniæ, ab Alyzo Icarij filio

lio dicta, Steph.

A M.

Amáad, ciuitas tribus Aſer, Ioſue 19.

Amacaſtis, Indiæ intra Gangem vrbs.

Amaccura, Africæ vrbs, D. Auguſtino.

Amachan. Arabum caſtrum Hiſt. Miſcel. 23.

Amaci, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. Ptol.

Amadati, i. conturbans legem, vel menſura pater Aman. Eſter 3.

Amadôca, ciuitas Sarmatiæ in Europa. Et Amadoci montes & populi in eadem Sarmatia. Ptol. Steph. Scythiæ populos eſſe ſcribit, & terram eorum *ἀμαδόκιον* vocari.

Amagetrobia, vide Magètrobia.

Amalaſiuntha Theodorici filia, Athlaricique Gotthorum regis mater, cum qua imperauit ipſe filius octo annos, auſpicatus, anno mundi 4488. Chriſto nato 526. hæc mortuo filio Athlarico Theodatum cognatum in conſortem imperij legit: verum ingratus hic, ac perfidus, eam paulo poſt relegauit: tandem etiam obtruncari iuſſit.

Amalchium, Plinio maris Oceani ſeptentrionalis portio, quam nos mare congelatum vocamus. Plin. lib. 4 cap. 13.

Amalech, filius Eliphas ex Thamna concubina, nepos Eſau. Geneſ. 36. à quo.

Amalechitæ, pars Idumæorum, vicini Iudææ verſus meridiem. Num. 13. contra quos pugnat Moſes Exod. 17. & poſtea Iſraelitæ Num. 14. Hos Saul iubetur delere, 1. Reg 15. iuxta legem Deut. 25. fit eorundem mentio. Gen. 14. Num. 2. 2. 4. 2. Reg. 1. Pſal. 82.

Amalechitis, vide Idumæa, & Auræi.

Amali gens Getica, cui ſeruiebant Oſtrogothæ. Iornand.

Amallobrica, Hiſpaniæ vrbs, inter Salmanticam & Complutum. Anton.

Amaltheæ cornu, locus in Sicilia, Athen. lib. 12. c. 20 Libyæ locus apud Diodorum lib. 3.

Amalthæa, nutrix Iouis. Nam Meliſſus rex Cretæ duas filias habuit. Amaltheã & Meliſſam, quæ Iouem caprino lacte & melle nutriuerunt, Lactant. lib. 2. Inſt. Alij dicunt nutricem eam fuiſſe capram, & Amalthæam dictam, vt Permenius poeta Græcus: & Meliſſi filias Adraſteam, & Iſdam faciunt. Fabulantur alij Amaltheæ capræ alterum cornu Iouem poſtquam adoleuiſſet, officij præmium nutricibus dediſſe, vbi capram inter ſidera collocaſſet: cui illam adiecit facultatem, vt quicquid ab eo optaretur, qui illud haberet, ſiue cibus, ſiue potus, continuò naſceretur. Alij non capram, ſed Hæmonij Ætolorum regis filiam Amaltheam, quæ cornu non capræ, ſed tauri habuerit, fuiſſe ſenſerunt quod vim illam habuerit, vt ſcribit Pherecydes. Vide Achelaus.

Amalthæa Sybilla. Hanc Seruius (enarrans locum 6. Æneid. *Hic ergo namq́; tuas ſortes arcanáque fata*, &c) ait obtuliſſe Tarquinio regi nouem libros, in quibus erant fata & remedia Romana, & pro his popoſciſſe tercentum Philippeos qui aurei tunc precioſi erant. Qua contempta, alio die, tribus libris incenſis reuerſa eſt, & tantumdem popoſcit; item tertio: aliis tribus incenſis, cum tribus reliquis reuerſa eſt, pro quibus tercentum Philippeos, quantum poſtulauerat pro nouem libris accepit.

Amamaſſus, vide Tamaſſus.

Amana, fides ſiue veritas, vel nutrix, fluuius Damaſci qui & Abana dicitur, 3. Reg 5. Eſt & mons Ciciliæ, qui & Amanus dicitur, in quo oppidum Bonite eſt. hic à Syris (vt Plin. inquit li, 5. c. 22. Ciliciam ſeparat.) Cantic. 4. 8. fit huius mentio.

Amándra, regio ad Nilum fluuium, in quatuor diuiſa populos, Peucolaitas, Aſſagalitas, Ceretas, & Abſoos. Plin. 6. c. 36. Vrbs etiam in Æthiopia Cephei regis regione. Suidas.

Amandæ, Indiæ populi. Plin.

Amanicæ, Pylæ, vel Portæ Ptolemæo, quę Curtio, & Straboni, *Armanides*: Polybio *Menida* ſunt ſine a, Plin. *portas Amani* montis appellat: ſunt montis Amani anguſtiæ vel fauces. *Scanderona* vocantur ab Albyfedea, vt exiſtimat Ramuſius. *Portella* nominantur à Mario Nigro *Syria Porta* ſunt eædem Ptolemęo, aut non longè hinc diſtans. *Cilicias portas* Plinius hoc tractu quoque deſcribit. Strabo l. 14.

Amanoides, Ciliciæ promontorium, Pomponio ſic dictum, quod formam effigiemque Amani circum nauigantibus exhibeat.

Amantani, Ptolemæo, populi Pannonię inferioris, quæ hodie Vngaria dicitur. Plin. 3. 23. 5. & lib. 3. c. 2. 5. & li. 2, c. 7. 4. 10. 11. Amantes appellat.

Amontia, ciuitas Macedoniæ. Ptol. Steph. Calabriæ oppidum, Cedreno.

Amantini, vide Amanteni.

Amanum, portus. Plin. lib. 4. c. 20.

Amanus, mons Ciliciam à Syris ſeparans, Strabo lib. 11. Alij putant eſſe montem Cappadociæ qui & Taurus dicitur, Stephanus à Tauro deſcendere ſcribit, & ſic dictum quod Oreſtes cum Iphigenia Dianam illuc perferens, inſania liberatus ſit. Eſt autem Ptol. portio montis Tauri ad Ciciliam. Plin. 6. 22. 5. & cap. 14. 6. 15. hodie *Monte Negro*.

Amanus, Deus apud Perſas. Herod.

Amani, montis portæ, Plin. 4. 27. 2. Amanicæ pylæ Ptolemæo.

Amaria, ciuitas Arabiæ fœlicis, non procul à Mera metropoli. Ptol. lib. 6. cap 7. *Armenia vrbs* Cedreno.

Amarácus, puer Cynaræ regis Cypri, vnguentarius, qui caſu lapſus dum ferret vnguēta, ...

Digitized by

alabaſtrum, maioréque ex confuſione odorem creauit. vnde optima vnguenta Amanacina dicuntur. Hic deinde cum nimio dolore cõtabuiſſet, in herbam odoriferam eiuſdem nominis, deorum commiſeratione commutatus eſt. Dicitur & Samſucus, vulgò Maioranam vocant.

Amaranti, populi Colchici, à quibus Phaſis profluit. Steph. item vrbs in Ponto. Apollonius.

Amarantius, vide Phaſis.

Amardi vel Amarbi, populi Hyrcaniæ ad ſinum Scythicum. Plin. 6.13.15. & li. 6. c. 17. Steph. ex Strab. ſcribit Amardos eſſe populos Hyrcanis vicinos, Mardos autem in Perſia. Vbi verò Mardorum ſuo loco meminit, Hyrcaniæ gentem facit.

Amardus, fluuius Mediæ. Ptol.

Amari fontes, circa Arſinoen, ad ſinum Arabicum. Plin. Strabo.

Amariſpij Bactriana gens. Ptol.

Amarſias, nauta fuit qui Theſeum in Cretam ad Minotaurum nauigantem vexit. Simonides apud Plutarchum in vita Theſei.

Amarthêus primus, Saites, Ægyptiorum rex, regnauit annis VI.

Amartus, Græciæ vrbs. Homer.

Amarua, ſeu Amaruſa, Hyrcaniæ oppidum. Ptol.

Amaryſia, Dianæ cognomen tractum (vt Pauſaniæ in Atticis videtur) ab Amaryntho Eubœæ vico, vbi ſumma cum veneratione colebatur Diana.

Amaryllis, ruſticæ nomen fuit: cuius Theocritus & Virgilius ſæpè meminerunt.

Amarynceus, Epeorum rex, in Bupraſio ſepultus. Strab. lib. 3.

Amarinthus, fluuius inter Arcadiam & Triphyliam, qui in Alphæum defertur. Strabo. Pauſaniæ, Straboni, Ptolemæo & Stephano inſulæ quoque Eubœæ, vicus eſt iuxta Eretriam, in quo Diana colebatur: quæ inde Amariſia dicta eſt. Imò pro inſula Eubœæ vſurpatur apud Pauſaniam, vnde id deſumpſit Stephanus.

Amas, mons in Laconica regione. Pauſanias.

Amaſenus, Volſcorum fluuius in Latio, vltra quem Metabus rex Volſcorum, ſuos fugiens, filiam ſuam Camillam telo alligatam proiecit. Eſt etiam Siciliæ fluuius.

Amáſia, Germaniæ ciuitas. Ptolem. hodie Marpurgum. Plinius 6. 3. 2. 12. Vide Amiſius. Stephanus Amiſſam Germaniæ ciuitatem facit.

Amáſia, vel Amoſea, vrbs Ponti Strabonis patria. Steph. Eidem Amiſus, vrbs Ponti eſt à Sinope diſtans ſtadiis quingentis: vnde Amiſius, & Amiſenus.

Amaſia, ſiue Amaſias, id eſt, fortitudo domini, pater Ioſa principis 1. Paralip. 4. filius Elciæ, filij Amaſa. 1. Paralip. 6. Nomen item ſacerdotis, Amos 7. Denique rex Iuda, filius Ioas, filij Ochoſiæ, filij Ioram, filij Achab 4. Regnare cœpit anno ſecundo Ioas regis Iſrael, regnauitque annis 11. Idumæos vicit 4. Reg. 14. 2. Paral. 25. occiſum in Lachis.

Amaſia, Straboni fluuius eſt Germaniæ inter Rhenum & Albim, iuxta Emdam Phryſię Orientalis metropolim, in Oceanum illabens.

Amaſis, rex Ægypti, cuius tumulus fuit vna pyramidum. Lucan. lib. 9.

Nec mihi pyramidum tumulis, euulſus Amaſis

Regnauit annis XLIII. Hic legem condidit, vt quique quotannis apud præſidem ratione᷑ vitę redderet, demonſtraretque vnde viueret, aut quo quæſtu ſuſtentaretur, qui hoc non faceret, morte afficeretur. Hanc legem Solon ab Ægyptiis tranſtulit ad Athenienſes. Plinius 26. c. 32. Plutarch. in Sympoſio ſeptem ſapientum, quum ab amicis ideò carperetur, quod vbi à ſomno mane in multum diem rerum adminiſtrationi vacaſſet, reliquum temporis luſu, riſu & cute curanda traduceret, reſpondit, vt refert Herodotus lib. 2. *τὰ τόξα οἱ κεκτημένοι ἐπεὰν μὲν δέωνται χρᾶσθαι ἐντανύουσι, ἐπεὰν δὲ χρήσωνται, ἐκλύουσι. εἰ γὰρ δὴ τὸν πάντα χρόνον ἐντεταμένα εἴη ἐκραγείη ἂν ὥστε ἐς τὸ δέον οὐκ ἂν ἔχοιεν αὐτοῖσι χρᾶσθαι. οὕτω δὴ καὶ ἀνθρώπου κατάστασις. εἰ ἐθέλοι κατεσπουδάσθαι αἰεὶ μηδὲ ἐς παιγνίην τὸ μέρος ἑαυτὸν ἀνιέναι, λάθοι ἂν ἤτοι μανεὶς, ἢ ὅγε ἀπόπληκτος γενόμενος, τὰ ἐγὼ ἐπιστάμενος, μέρος ἑκατέρῳ νέμω.*

Amaſis, peditum Darij dux contra Cyrenenſes miſſus, regnauit annis XXX. Herod.

Amaſius, Ptolemęo: *Amaſia* Straboni, *Amiſia* Tacito, *Amiſius* Plinio, & Pomponio, Germaniæ fluuius in eius Oceanum erumpens. *Ems* hodie. vide infrà *Amiſius*.

Amáſſi, populi circa Mæotim. Plinius 6. 7. 5.

Amaſtris, Xerxis vxor, vxorem Maſiſtæ Bactrianorum præſidis excarnificauit, eius mamillas præcidit, eáſque obiecit canibus: item nares, aures, labra, linguam turpiſſimis plagis deformauit. Volaterran.

Amaſtris Ptolemæo, aliis etiam Amaſtrum Aſiæ minoris in Bithynia oppidum ad Pontum Euxinum, quod olim *Seſamum* vocatum fuit, auctore Plinio: *Cromma* quoque Stephano Tzetza ſcribit ſic ab Homero vocari: ſed Strabo lib. 12. tradit illud ex quatuor pagis conſtructum, Seſamo nempe, Cytoro Cromma, & Teio, Ptolemæus *Tion* habet. Sed hæc tria vltima ſunt illi diuerſa, vicina tamen Amaſtri vrbi, *Samaſtro* hodie dicitur, teſte Nigro.

Amaſtrum, ſiue Amaſtris, vrbs metropolis Paphlagoniæ. Strab. lib. 7. Flaccus lib 6.

Amáta, vxor Latini regis, mater Lauiniæ, & ſoror

ſoror Veniliæ deæ, quæ ne videret Æneam generum, laqueo gulam fregit, priuſquam etiam vrbs ab hoſte eſſet expugnata Virg.lib.2.

Amáth, populi Indiæ. Plin. 6. 20.29.

Amath, filius Chanaam, qui Amathones inſtituit. Ioſeph.

Amatha, vel Amathe, regio Arabiæ, quæ nunc Aematha vocatur, ab arenæ multitudine. Steph.

Amata, à Pontifice appellabatur virgo Veſtalis, cùm ad Veſtæ myſterium capiebatur: quod prima, quæ hoc ritu capta fuit, hoc fuerit nomine. Capi autem ideò dicebatur, quod veluti bello capta à parente, vel ab eo in cuius poteſtate erat, manu à Pontifice maximo apprehenſa adducebatur.

Amath, vrbs Phœniciæ, & alia Siciliæ. Steph.

Amathea, Nymphea, quaſi per arenam currens ἄμμος, arena, θέω, curro.

Amathei, populi Arabiæ fœlicis, Plin. 6.28.66.

Amathus, Amathuntius, inſula maris Ægei, Veneri ſacra, vnde tota inſula Amathuſa dicebatur. Ptol. Plin. 5.5.12. metallorum fœcundiſſima Ouid. Metam. 10.

Amathus, thuntis, Cipri ciuitas, vt Steph. ſcribit, vetuſtiſſima, in qua Adonis Oſiris colebatur, qui cùm Ægyptius eſſet, Cypri & Phœnices proprium fecerunt. Dicta eſt autem vrbs ab Amatho Herculis filio, vel à Cyniræ matre Amathuſa, fuit fœcunda metallis. *Limiſſo*, Mercatori, vide Pamiſus. Amathus eſt etiam Ptolemæo Palæſtinæ vrbs, quæ Græcè Thermæ dicitur, Hageſippo teſte, eo quod fontem calidum habeat: Syro enim ſermone ἀμμαθὰς, aquarum vapor appellari fertur. Hegeſip. lib. 4. c. 16.

Amathuſia, Venus celebris Græcis & Latinis cognomine vocitata, quæ & interdum Amathuntia dicta eſt. Amathuſa verò ab inſula, vel vrbe potiùs, in qua ſumma veneratione colebatur nuncupata eſt.

Amathus, Laconiæ oppidum, Strabo fluuius, apud Homer. Iliad. 2.

Amathuntéus, tea, teum. Ouid. Metam.

Lactantes vitulos, Amathuntea, q; bibentes:
Similiter Amathuntius, tia, tium.
Nam te iactare non eſt, Amathuntia noſtri.

Amathuſiacus: apud Ouidiũ ab Amatho, Herculis filio, ab Amathuſa matre Cinyræ. Steph.

Amathus, fluuius, Pylon vrbem Neſtoris patriam præterlabens, à quo Pylos Amathuſa videtur appellata. Hic etiam *Pamiſus* vocatur Strab. lib. 8. Idem, aliquanto poſt, tradit hunc nominari Manaum & arca licum.

Amathúſia, olim dicta tota Cyprus. Steph. Amathuſa autem Ptol. lib. 5. c. 14. [illegible] 5.31.11.

Amathuſij, Cypri ſunt ab Amathunte vrbe Strab. lib. 8.

Amatini, populi in Epiro, Cæſar. lib. 3. de bello ciuili.

Amaxa, Amaxantea, Amaxia. vide infrà cum aſpiratione: licet apud Stephanum cum tenuí ſcribantur.

Amaxia, Ciliciæ eſt vrbs, materia ad naues fabricandas maximè abundans, quam Cleopatra ab Antonio dono accepit. Strabo lib. 14.

Amáxitus, locus Plin. lib. 5. c. 30. aſpiranda videtur. Stephano oppidum eſt Troiæ, arâ duodecim deorum inſigne, quod Agamemnon conſtruxit. Hinc Amaxiteni dicuntur Amaxiti incolæ, Suos Apollodorus Amaxitenos vocat. Pli. lib. 5. cap. Eſt & Amaxitus, oppidum in ſinu Doridis Plin. lib. 5. c. 9.

Amaxobij, populi inter Sarmatas.

Amazones, bellicoſæ mulieres, magnam Aſiæ partem occupauere. dictæ, quod altera ex mammis careant. ab α ſine, & μαζός, mamma, vel ab α & μάζα. i. puls ſeu panis, quaſi ſine pane, eò quod tantùm veſcerentur carnibus. Alij ab ἅμα, & ζῆν, tanquam in commune viuentes ſine viris, quaſi ἀμαζῶσαι vocantur quoque *Sauromatides* & *Sauropatides* Euſtat. & Steph. Æorpata, i. viricidas eas appellant. Scythæ, vt tradit Herodotus. Stephanus dictus putat à Nympha Amazonide, filia Samornæ. Alij ab Amazone puella, Dianæ ſacerdote & regina Epheſi. Erant autem Scithiæ mulieres prope Tanaim & Thermodoõtem fluuios habitantes ſine viris: ne tamẽ genus periret, finitimis cõgrediebãtur: & ſi qui mares naſcebãtur, ſtatim interficiebant: puellis autem dexterã inurebãt mammam, quo expeditiùs dextro brachio in certamine vterentur. Harum reginæ fuerunt Marpheſia, & Lampedo quæ maiorem Europæ partem ſubegerunt. Marpeſiæ, filia Orythia ſucceſſit, quæ ſororem Antiopẽ habuit. Poſt Oritham Pentheſilea regno potita eſt, quæ ad bellum Troianum profecta in auxilium Phrygibus, ab Achille, poſt multas res præclariſſimè geſtas occiſa eſt: hæc ſecurim bellicam, & peltam prima omnium inueniſſe dicitur. Claruit quoque inter Amazones, & Menalippe, item Hippolyte, quæ ab Hercule capta, & à Theſeo in vxorem ducta eſt. Saluſt. Iuſt. Virg. *Threiciam ſexto ſpoliauit Amazona baltheo.* Aliæ fuerunt huiuſmodi mulieres in Aphrica & Oblybiæ dictæ ſunt, de quibus Dionyſ. lib. 4. Vnde Silius lib. 2. Hoſpitem Hiarbæ filiam Amazonidam vocat.

Amazonum gens vbi. Plin. 6 13.11.27. Connubia. 6.7.4. Opus earum, Epheſus lib. 5. cap. 20. Origo Iuſt. lib. 2. Priamo vna cum Memnone auxilium tulerunt: templum Dianæ Epheſi cremarunt. Manethus. In Aſiam cum Cimmeriis impetum fecerunt. Euſeb.

Amazónia, Amazonũ regio dicitur, & ciuitas.

Amazónium, locus in Attica, vbi Theſeus Amazones vicit: & Cumæ ciuitas, vbi Amazónes

Digitized by Google

habitabant. Eſt & Amazonium in Bœotia, & Mazeū in Bithynia interpolato nomine Steph.

Amazónium mare, Euxini maris pars, ab Amazonibus occupata. Steph.

Amazónius: Apollo dictus eſt apud Lacedæmonios, quoniam in agro Pyrrichio Amazones contra Græcos pugnare deſierant. Pauſan. in Laconicis.

Amazónius, mons in maiori Aſia, præter cuius radices Thermodoon amnis labitur: ſic dictus ab Amazonibus, quæ penes hunc habitarunt, alias Amazonicus. Plin. 5.27.37.

Ambacium, ſeu Ambracium, oppidum Celticum in Turonenſi prouincia, quod Ligeris amnis alluit: propter ſummam loci amœnitatem, eſt Francorum regum Baſilica, præſidij munitiſſima: vulgò *Amboiſe*. Greg. Turon. lib. 10. cap. 31.

Ambatæ, populi ſunt Aſiæ Ptolemæo.

Ambaruale Sacrum, ad arua, & ſegetes luſtrādas, multa prece & ceremonia celebrabatur. Ambarualis hoſtia, vt ait Feſtus apud Macr lib. 3. quæ rei diuinæ cauſa circum arua ducitur ab his qui pro frugibus faciunt ſeu ſacrificant. Ambaruale, inquit Seruius, ſacrificium dictum eſt, quòd arua ambiat victima: ſicut Amburbale, vel Amburbium Sacrificium, quod vrbem circuit & ambit victima. Porrò Ambaruale ſacrum, niſi de porca fœcunda & grauida, aut vitula fieri conſueuerat. Vnde Virg. Eclog. 3. *cùm faciam vitula pro frugibus, &c.* Eam Victimam maturis frugibus ter circum arua ducere conueniebat, omnéſque poſt clamantes ſe ſequebantur: ex quibus vnus querna corona ornatus, cum ſolemni ſaltatione, compoſito carmine, Cereris laudes decantabat, ac poſtquam vino & lacte libaſſet, antequam fruges meterent, porcam Cereri immolabant. Virg. Georg. 1.

Terque nouas circum felix eat hoſtia fruges,
Omnis quam Chorus & ſocij comitētur ouātes,
Et Cererem clamore vocent in tecta, neque ante
Falcem maturis quiſquam ſupponat ariſtis,
Quam Cereri torta redimitus tempora quercu,
Det motus incompoſitos, & carmina dicat.

Ambarri, populi Galliæ Lugdunenſis. Cæſari Gal. *Le pays alentour de Neuers.*

Ambaſtæ, populi Aſiæ.

Ambaſtum, fluminis nomen in Aſia. Ptol.

Ambaſum, metropolis Phrygum. Steph.

Ambautæ, Paropamiſi gens. Ptol.

Ambe, Arabiæ Felicis vrbs Ptol.

Ambianum, vel Ambianenſis ciuitas, Galliæ Belgicæ præſtantiſſima, in Picardiæ prouincia, ſic dicta ab ambientibus aquis, quibus vndique circundatur. Ambitur enim Sona flumine, quod in varios ibi, & multiplices diſcinditur tubos & canales. Pet. de Natalibus lib. 8. cap. 137. Antea verò dictam quidam volunt Samarobrinam, vel potius Sommonobriam reſtauratam ab Antonio Pio, eiúſque filio Aurelio. Munſt. lib. 2. Coſm. vulgò *Amiens*.

Ambiani, ſiue Ambianenſes, populi Galliæ Belgicæ, quos Plin. 4.17.7. & cap. 32.5.22. Bellouacis coniungit.

Ambiati, populi olim Galatiam incolentes, de quibus Solinus & Plinius. Galatiam primis ſeculis priſcæ Gallorum gentes occupauerunt, Toliſtobogi, Voturi, & Ambíati, &c. Plin. lib. 5.32. Solin. c. 53. Hodie in exemplaribus noſtris legitur Ambitus. apud Solinum, Ambiani, ſed in manuſcriptis emend. Ambitij.

Ambigatus, Celtarum rex fuit, qui vbi maiorem vidit ſuorum multitudinem quàm vt commode ab ea regione ali poſſent. Belloneſum & Sigoneſum ſororis ſuæ filios cum magna Senonum parte ad quærendas nouas ſedes, alterum in Italiam, alterum ad ſaltus Hercynios miſit, Liuius ab vrb. cond. lib. 5.

Ambibareti, erant populi, in quos Cæſar hyemandi cauſa Caium Antiſtinum Rheginum cum legione vna in ſeptimi Commentarij fine miſiſſe ſe commemorat: & fortè erant Ambionenſes, vel aliqui his proximi, vt eos, Atrebateſque & Morinos finitimos in fide cōtineret. Non enim eſt veriſimile, quin aliquam legionem illic collocarit, vt ſuperioribus annis conſueuerat: de qua non conſtat: niſi de hac intelligamus.

Ambibarij, populi Celtarum inter Aremoricas ciuitates, Oceanum attingentes finitimi Rhedonibus & Lemouicibus, circa Britanniam citeriorem, & Normaniam in regno Francorum ſiti. *Ambie* eo in loco ponitur à Vigenereo, prope montem S. Michaelis.

Ambilatri, populi Galliæ Aquitanicæ Plinio lib. 4. cap. 19. Dalechampius tamen legendum putat eſſe Ambilates & vocem hanc tractam è cap. 18. inſertam eſſe capiti decimonono imprudentia, atque ita erunt populi Galliæ Lugdunenſis, vide vocem ſequentem.

Ambiliates, populi inter Celtas, Lexobiis Nannetibus, Diablindis, & Oſiſmiis proximi, in Britannia citeriore. qui oppoſiti ſunt Angliæ, in regno Francorum ſiti. Gal. *Auranches, & le pays alentour d'Auranches.*

Ambiuariti, qui Benuni ſiue Brabantini, inter Belgas populi erant circa Rhenum & Moſam flumina. Ad quos prædandi frumentandique cauſa partem equitatus miſerant Vſipetes Germani & Tenchtheri populi, qui cis Rhenū tranſeuntes finibus ſuis Menapios (nunc Iuliacenſes) expulerant. Inde coniectura eſt hos Ambiuaritos incoluiſſe eam Ducatus Brabantiæ partem, in qua Buſcumducis, Breda, & Bergæ oppida Leodienſis diœceſis, & Antuerpia oppidum Cameracenſis diœceſis extant: Nuſſiaque & Gel-

Geldriæ citerior ſitæ ſunt, circa quæ loca per Campaniam Brabantiæ vſque Tungros oppidum propè vſque Leodium, vt pleriſque placet mare Oceanum protendebatur, Gallicè *Brabançons*.

Ambiorix, dux Gallici exercitus, Cæſar in Com. de bello Gal. lib. 5.

Ambitui, vide ſupra Ambiati.

Amblas, vrbs Piſidiæ, Steph. Strabo lib. 12.

Amboglanna, Britanniæ inſulæ vrbs. lib. Notit.

Ambra, Vindeliciæ vrbs Anto. Simlero, *Brag* eſt ad Ambrum fluuium.

Ambrácia, nobilis ciuitas Theſprotiæ Epiri iuxta Acherontem fluuium, ab Ambracia Theſproti filio, prius Epuia & Paralia dicta: vulgò *Larta* appellatur apud Ptolemæum. Vide Dexamenæ. Dij quidam feruntur in Ambracia concilium celebraſſe. Fuit Pyrrhi regia, quam Auguſtus Nicopolim à victoria nominauit, cum viciſſet Antonium. Plin. 4 1. 5. Steph.

Ambraciôtes, ſiue Ambraciota, Cleombrotus dictus, qui cùm Platonis librũ de immortalitate animarũ perlegiſſet, præcipitẽ ſe dedit in mare.

Ambracius ſinus, pars Adriatici maris Epiro adiacens. Plin. 4. 1. 5. *Golfo del Arta*. Sophian.

Ambracus, Epiri oppidum, diuerſum ab Ambracia. Steph.

Ambrodax, Parthiæ vrbs. Ptol.

Ambronæ, vide Liguria.

Ambrónes gentes Galliæ, quæ ſubita inundatione maris, quum ſedes ſuas amiſiſſent, rapinis ſe alere cœperunt. Hos cum Cimbris Teutoniciſque Marius deleuit. Hinc tractum eſt, vt turpis vitæ homines, Ambrones dicantur. Feſtus & Eraſmus in Chiliadibus.

Ambroſia, Dionyſij feſtum, apud Iones in primis, quæ Lenæa & Choæ dicebantur. Cæl. lib. 28. cap. 25.

Ambroſij, mons in Anglia, Britannorum heroum clade nobilitatus: hodie *Stonheg* nominatur, vbi immenſæ magnitudinis ſaxa conſpiciuntur, modo tam incredibili conſtructa, vt omnes in admirationem tantæ ſtructuræ conuerterint. Ortelius.

D. Ambroſius, vir admirandus, Mediolanenſis Epiſcopus, ex præſide electus priùs, quam ſacri baptiſmatis donum & gratiam ſuſcepiſſet. Sozom. lib. 7. c. 8. hiſt. trip. Quanta loquendi libertate apud Theodoſium Magnum eſt vſus, ipſum diuino vinculo ligans. Vide in dictione, Theodoſius, & in hiſt. trip. lib. 9. cap. 40.

Ambroſius, vir quidam & genere, & literis ſatis clarus, cùm Valentini dogmatis ſectator extitiſſet, ſecundum veritatem catholicæ fidei ab Origene conuictus, ac tanquam veri luminis ſplendore radiatus, relictis errorum tenebris, ad eccleſiæ Catholicæ lucem, ſplendoremque conuerſus. Euſeb. lib. 6. c. 15. hiſt. eccleſ.

Ambroſius Calepinus Bergomenſis ordinis D. Auguſtini, quo tempore Ludouicus Sfortia Mediolanenſibus dux præerat, floruit: diuinarum & humanarum literarum indagator ſtudioſiſſimus. Vnde opus pergrande ſua induſtria, magno labore, ex innumeris prope authoribus collectum, de vocabulorum notitia, & præpoſitionum interpretatione Græca & Latina, cum authorum atteſtatione, nobis commune fecit. In quo non ſolum quæ ad litterarum & poetarum, & oratorum cognitionem plurimum conferunt, ſed etiam quæ ad medicos, philoſophos necnon doctores eccleſiaſticos pertinent, vocabula doctè ſatis, eleganterque explicuit. Quæ profectò doctis pariter & indoctis, non mediocre attulerunt ſubſidium. Hæc Ioannes Tritem. de Eccleſiaſticis ſcriptoribus.

Ambryſius, nomen duarum vrbium, quarum vnam Strabo locat in Phocide, alteram in Bœotia. Quidam etiam Amphryſum rectè dici affirmant. Pauſanias Ambroſon quandoque vocauit, ad heroe ſumpto nomine. Polybius, Liuius & Plinius, Eraſmus item in prouerbiis.

Ambuareti, Galliæ populi apud Cæſarem. lib. de bello Gal. 7. vulgò *Ambrun, & le pays d'alenuiron*.

Ambubaiæ, teſte Acrone, mulieres Tibicinæ Syrorum lingua dicuntur. Alij Latinum putant & dictum, quod am, id eſt, circum, Baias, locum amœniſſimum, & voluptatis plenum, verſentur. Horat. 1. Serm. Sat. 2.

Ambubaiarum collegia pharmacopolæ,
Mendici, mimæ, balatrones: hoc genus omne.
Mæſtum ac ſollicitum eſt cantoris morte Tygelli.

Ambulij, cognominati ſunt à Laconibus Caſtor & Pollux, quorum etiam ara fuit eo in loco, vbi Iupiter & Pallas eodem cognomine colebantur. Pauſanias, in Laconicis.

Amburbale, Sacrificium in ambiendis & luſtrandis vrbibus Lucan. lib. 2.

Mox iubet & totam pauidis à ciuibus vrbem
Ambiri, & feſto purgantes mœnia luſtro
Longa per extremos pomœria cingere fines.

Vide Ambaruale.

Ambuſtus, cognomen Fabiorum. Plinius, hoc geſſit Fabius Eburnus, quod fulmine eſſet ambuſtus, vt ſcripſit Feſtus. Ab hoc Fabio, tanquam hæreditarium eius poſteri retinuerunt.

Amebi, Hippadis Pelagi inſula. Ptol.

Amelas, oppidum Lyciæ. Plin. lib. 5. cap. 27.

Amelech, id eſt, rex, ſiue conſiliarius, pater Ioas 3. Reg. 22. 1. Paral. 18. Fuit & alter quidam de quo Ierem. 36. 38.

Ameles, fluuius apud inferos, cuius aquam

nullum vas continere poteſt. Plato lib. 10. de Repub.

Amelianus, fluuius, vide Amenannus.

Amelius, philoſophus Apamenſis, diſcipulus Plotini, Porphirij magiſter, Ammonij & Origenis coætaneus. Suidas.

Amelongus, Romualdi regis Longobardorũ miles, cui tantum robur extitit, vt Græcum quẽdam equitantem ictu baculi ſella excuſſerit, & in aëra ſupra caput ſuum extulerit. Paulus Diaconus.

Amêla, ciuitas Mediæ. Ptol.

Amenannus, Straboni Siciliæ fluuius ad Ætnam montem, qui hodie *Indicello* dicitur, ſcribit Fazellus. *Amenes* Pindaro dicitur; hæc omnia ſunt ſynonyma. Amelianus Stephani videtur in voce Carane.

Amenophis, II. Ægypti rex, regnauit ann. XXXI. Edictum de necandis Hebræorum pueris propoſuit, cui per obſtetricum pietatem ſatisfactum non fuit.

Amenophis, Ægypti rex III. regnauit annis XL. Græciam, Syriam, & Phænicen ſuæ ditioni adiunxit, Scythas ſubegit, atque in Thraciam exercitum duxit, Herod. lib. 2. Hic à Iuſtino lib. 2. & Oroſ. lib 2. cap. 14. Vexores dici videtur: ab aliis Seſtoris.

Amenóphis IX. Ægyptorum rex, regnauit annis XXVII. Hic quoque *Phœbo* ab Herodoto libro 2. dici videtur. Fuit filius Seſtoris, & ob impietatem (quia in Nili exundatione, ſumptum ſpiculum in medios vortices excorſit) excæcatus, ruſuſque poſt vndecimum annum oraculo monitus, vt lotio mulieris, quæ vnum tantùm cognouiſſet virum, oculos lauaret, ideoque lauit, & viſum recepit, Herod. lib. 2.

Amera, vrbs Antorum, circa Mæotidem paludem, Procopius.

Ameria, ciuitas Vmbriæ, ante Perſicum bellum annis nongentis ſeptuaginta quatuor condita: vnde ſalix Amerina apud Plinium lib. 14. c. 9. Et Amerina retinacula pro viminibus. Virgilius Georg. Stephanus ἀμέριον vocat. Eſt autem ab Amerio ſic appellata patria Roſcij Amerini, quem defendit Cicero. Plin. in deſcriptione Italiæ 34. 16.

America, quæ ob immenſam ſuam longitudinem (circulum enim vtrumque arcticum & antarcticum pertingit & tranſit) Nouus orbis hodie vocatur, veteribus incognita manſit, vſque ad annum à Chriſto nato 1492. quo primum à Chriſtophoro Columbo Genuenſe detecta eſt, vel vt ab Americo Veſpuccio Florentino humanæ admirationis modum excedere videtur. Cõſiderata namque cum antiquorum in deſcribendo orbe terrarum diligentia, & Ampliſſimorum Imperiorum ad perquirendas regiones commoditate, opportunitateque, tum humani generis dira atque inſatiabili auro atque argento inhiante cupidine nihil non tentante, quo iis potiatur quibus hæ regiones incredibili copia abundant, tamdiu potuiſſe orbi noſtro latere homines docti non ſemel mirati ſunt. Tota autem hæc pars hodie circumnauigata eſt præter eum tractum qui Septentrionem aſpicit, cuius littora nondum perluſtrata ſunt. A Septentrione in Meridiem deſcendit ſub forma duarum peninſularum quæ tenui Iſthmo diſcernuntur. Ea peninſula, quæ ſeptentrionalior eſt, Nouam Hiſpaniam Mexicanam prouinciam, Terram floridam, & Terram nouam comprehendit. Meridionalior verò (quæ terra firma Hiſpanis vocatur) Peruuiam Braſiliamque continet. Ortel. in Theatro. Americam Petr. Appian & Gemma Friſius multis locis ſuæ Coſmographiæ eam deſcribunt Fran. Lopez Gomara, & Hieronym. Girana Tarraconenſis eius prouincias & partes vnà cum variarum gentium in eis habitantium moribus deſcripſerunt. Extant & Hiſpanica ac Italica lingua non pauci alij Scriptores, qui noui huius orbis ſitum, ſolum, fertilitatem & ſtatum exactè depingunt. Eius amplitudo (inquit G. Friſius) eſt quaſi 515. milliarium Germanicorum, & longitudo quaſi 750. milliarium Germanic.

Amerini, populi. Plin. 3. 14. 6. Amerinis viſa arma cœleſtia, lib. 2. cap. 57.

Ameriola, oppidum in Latio. Plin. 3. 5. 1. 35.

Ameſtratus, vrbs Siciliæ. Steph. huius incolæ dicuntur Ameſtratini. Horum meminit Cicer. 5. act. in Verrem: Quid Ameſtratini miſeri, impoſitis ita magnis decumis?

Ameſtris, regina fuit Perſarum, vxor Xerxis, de qua multa Herodot. Hæc vt gratiam diis referret, quod in vita diu proceſſerat, quatuordecim illuſtrium Perſarum liberos ſub terram viuos defodiſſe & votum perſoluiſſe dicitur.

Amianus Alexandrinus, Epiſcopus B. Marc Euangeliſtæ diſcipulus, oculum ſibi perforauit, quod intuitu parum pudico tranſeuntes fœminas conſpexiſſet. Sabel. in Exemplis.

Amicitia gentium Dea, cuius quamuis aras non legamus, in quibuſdam tamen ſcholiis ad Hebræas quaſdam ſententias ſic legiſſe ait Gregorius Gyraldus ſyntagmatis l. 1. Apud Romanos, inquit, Amicitiam pictura antiquitus pulchrè demonſtrabat. Pingebatur enim iuuenis forma detecto capite, quæ erat tunica rudi induta, in cuius fimbria ſcriptum erat, mors & Vita: in fronte, Æſtas, & Hyems: habebatque latus apertum vſque ad cor, & brachium inclinatum, digito cor oſtendens. Ibi ſcriptum erat, Longè & Propè. Eius explicationem vide apud Gyraldum in lib. de Diis gentium.

Amicus

Amicus & dexter, id eſt, propitius & fauens Hercules cognominatus eſt, idque ſumptum ex eo quòd lucri deus Hercules ab Ethnicis crederetur, Horat. lib. 2. Serm. Satyra 6. & Perſius Satyr. 2. rationem horum cognominum exponit Porphyr. Horatij interpres.

Amicuſa, inſula in mari rubro. Steph.

Amida, Meſopotamiæ ad Tigrum oppidum à Sapore Perſarum rege ingenti exercitu obſeſſum, captumque eſt cæſis Romanis, Ammia. libro 19. à Conſtantino Imperatore ampliatum. *Caramit* vulgari lingua opinor.

Ametus rex Theſſaliæ, vide Admetus.

Amilcar, dux Carthaginenſis, cognomento Rhodo, facundia ſolertiaque, inſignis, de ſententia Athenienſium, qui ea tempeſtate creſcentem Alexandri Magni potentiam timebant, in caſtra ad Alexandrum venit, ſeſe & exulem fingens, & militem offerens. Parmenone aditum conciliante, atque in conſiliis eius exploratis, in tabellis ligneis cera deſuper inductis omnia ciuibus ſuis perſcribebat. Auctor Trogus lib. 21.

Amilcar, an alius, an idem, quem ſupra nominant, inter authores non ſatis deprehenditur qui à Syracuſanis accerſitus eſt contra Agathoclem tyrannum eos obſidione prementem. Trogus lib. 22.

Amilcar, cognomento Barcha, pater Annibalis, qui primam ſecundùm filium Annibalam inter Pœnos duces gloriam obtinuit. Hic ex Liuio & cæteris hiſtoriæ ſcriptoribus notiſſimus eſt.

Amilcarem alium Liuius lib. 31. memorat, cùm ait L. Furium prætorem Gallos inſubres rebellãtes, & Amilcarem Pœnum in ea acie vicisse.

Amilco, Carthaginenſium dux, qui cùm nauali terreſtrique bello ſæpe victoria potitus eſſet, demum in Sicilia peſte omnem fermè exercitum amiſit. Iuſt. lib. [illegible]

Amilton, promontorium prope Byzantium. Dionyſ. hodie *Tripitton*.

Amilus, amnis in ſaltibus Mauritaniæ, ad quem niteſcente Luna greges elephantorum deſcendunt, ibique ſe purificantes, ſolenniter aqua conſperguntur, atque ita ſalutato ſydere in ſyluas reuertuntur vitulorum fatigatos præ ſe ferentes. Plin. lib. 8. [illegible]

Amilus, [illegible] Steph. & [illegible] nomen.

Amimo [illegible] & venatrix, quæ dum in ſyluis iaculo ſe exerceret, Satyrum læſit, & poſtmodum à Neptuno eſt compreſſa.

Aminadab, populus ſpontaneus, ſiue populus voluntarius [illegible] princeps, filius Ram, filij [illegible] item Nahaſſon principis [illegible] Ruth. 4.

Aminaſus rex [illegible]

Aminea regio iuxta Falernum [illegible] vini. Virg. 2. Georg.

Sunt & Aminea vites firmiſſima vina, &c. Ptolemæo eſt oppidum in Campania: vbi ſunt generoſa vina. Amineum idem Falernum vocat lib. 3. Vide Amynæ & Falernus.

Aminei, populi Campaniæ: eius agri cultores qui poſtea dictus eſt Falernus. vnde Aminea vina olim dicta ſunt Falerna, vt à regione nimirum nomen ſortita: non (vt Seruius ſomniat) ab eo quòd ſine minio eſſent, hoc eſt alba, & ruboris expertia.

Aminenſes populi, Plin. 4. 2.

Aminius, Arcadiæ fluuius. Pauſan.

Amminone, fluuius Ciliciæ, non longè à Thebis. Viuius.

Aminſus, vide Amiſus.

Amiternula, vrbs paruarum opum fuit in Apulia. Feſtus.

Amipſias, poëta comicus. Volater. & Suidas.

Amiſena, regio Cappadociæ, Strab. lib. 12.

Amiſus, vrbs Ponti, vide Amaſia, Amiſon.

Amyſius, fluuius Germaniæ, Pomponio, quem Strabo Amaſium vel Amaſiam vocat. Ptolemæus Amaſium; qui Vidrum tamen alium (nimirum Viſurgim aut Viadrum intelligit) nominat, hodie *Ems* vocatur à Germanis, quaſi *Emſius* corrupto vocabulo, quanquam verius eſt, Latina illa nomina ex Germanis nata defluxaque fuiſſe. Ortus hic Weſtphaliæ montanis, inter Friſios, & quos hodie Bremenſes vocant, Oceano miſcetur. Vadianus Pomponij interpres. Plin. 4. 14. 7.

Amiſon ciuitas Ponti nobiliſſima.

Amiſodorus, vide Sidace.

Amiſſa, vide Amaſia.

Amiſus, Galatiæ vrbs, Ptolemæo, *Simiſo* à [illegible] bellico dicta. Straboni *Amiſſus*, à poëta dictam *Heneta* ſcribit Zenodotus, apud Strabonem. Idem Strabo tradit illam ab Athenienſibus frequentatam & *Piræum* dictam; Plinius [illegible] eſt, Mithridate victo, *Pompeiopolim* vocatam. Niger putat hodie *Simiſo* dici.

Amital, i. calor roris, aut indignatio roris, mater Ioachaz filij Ioſiæ 4. Reg. 2[illegible] mater item Sedeciæ fratris Ioachaz 4. Reg. [illegible]

Amiternum; vrbs Veſtinorum in Italia. [illegible] hodie *Aquilia*. ex hac Criſpus Saluſtius natus.

Amiternum, Campaniæ oppidum. Virg. 7. Æneid.

Vna ingens Amiterna cohors, &c. Plin. [illegible]

Amiternini, populi, vel Amiterni, Plin. [illegible]

Amithaon, pater Melampodis medici & Sabinorum vatis. Statius 3. Theb.

—ſolers tibicura futuri.

Amphiara datur, iuxtaq; Amithaone cretus,
Iam ſenior, ſed mente virens. Pœniuque Melampus Aſſacias paſſus.

Amithaonius, a, um, Virg. 3. Georg.

Quæſitaque nocent artes, ceſſere magiſtri.
Phyllirides Chiron, Amithaoniúſque Melampus.

Amitinenſes, populi. Plin. 3.5.62.

Amithoſcuta, regio Arabiæ, Plin. lib. 6. capite 28.

Amitrochitones, vide Heraclea.

Amitrochates, rex Indorum per epiſtolam ab Antiocho mitti ſibi iſchadas flagitauit. Cæl. Rho lib. 18. c. 9.

Amma, i. obſcurata, ſiue cooperta, aut populus eius, ſiue cum ea, ciuitas in tribu Aſer. Ioſ. 9.

Ammana, vide *Philadelphia*.

Ammæa, Meſopotamiæ, & Arabiæ deſertæ vrbs, Ptolem. Amit. Nigro.

Ammædata, Africæ propriæ vrbs. Ptolemæo. *Metridera* apud Oroſium, *Mercedes* apud Ferculphum nominatur, *Medere* in libello de Limitibus, *Admedera* apud Antonium, an hæc ſynonyma, an corruptas lectiones vocitem, neſcio.

Ammaitha, Syriæ vrbs. lib. Notit.

Ammanitæ, genus Nabatheorum Arabum, Ioſepho: ab Ammiano filio Loti. In vetere Teſtamento. Ammoitæ vocantur.

Ammaum, nomen ciuitatis, 1. Macchab. 9.

Ammianus, poëta quidam celebris, cuius meminit Cæl. Rhod. lib. 17. cap. 18. refertque ex eo diſtichon quoddam, cuius hic ſenſus eſt: Faciliùs multo eſſe, coruos reperiſſe albos, volantéſque teſtudines, quam rhetorem ex Cappadocia vitæ probioris.

Ammiel, i. populus Dei, ſiue mecum Deus, pater Bethſua, matris Salomonis. 1. Paral. 3. quæ & Bethſabee dicta eſt. Filius item Gemalli, Num. 13. Pater Machir de Lodebar. 2. Reg. 9. 1. Paral. 26.

Ammienſes, populi Hiſpaniæ. Plin. lib. 4. cap. 21. ab Ammia ciuitate, cuius meminit Ptolemæus.

Ammiſadai, id eſt populus omnipotentis, ſiue mecum Omnipotens, aut mecum deuaſtator, pater Ahiezer, principis tribus Dan. Num. 1.

Ammites, fluuius Græciæ, Athen.

Ammiud, i. populus laudis vel confeſſionis: aut mecum laus ſiue confeſſio, pater Eliſama, principis tribus Simeon, Num. 34. Pater Tholmæi, 2. Reg. 13. 1. Paral. 9.

Ammochoſtus, vide Pedalium.

Ammodis, vide Arenoſum.

Ammon, alij Hammon, dicitur Iupiter in ſpecie arietis, ſicut colebatur in Lybia: quòd ſitienti Libero patri in Arabiæ deſertis, Iouémque imploranti, apparuerit in forma arietis, qui terram concutiens pedibus, fontem oſtenderit. Quamobrem templum illic ædificatum Ioui Ammoni, hoc eſt, arenario conſecrauit. Græci enim ἄμμον arenam vocant. De quo fuſiùs Perottus. Et de Ammonij delubro. Plin. lib. 6. cap. 19. Ammonis oraculum vbi, Plin. lib. 5 c. 5. Lucanus lib. 9.

Quamuis Æthiopum populis, Arabúmque beatis
Gentibus ac Indis, vnus ſit Iupiter Ammon.

Vide Curtium lib. 4. Diodor. lib. 17. & Arria. lib. 3. Sunt qui dicant lingua Ægyptia Amnon Iouem dici, hinc corrupto nomine Ammonem vocitatum. Alij tradunt Ammonem dictum ab Ammone, quondam paſtore, qui primus illic templum ædificauit. Alij autem rectius interpretantur, qui Ammonem ſeu Chamonem à Chamo, Noachi Patriarchæ filio, veræ religionis deprauatore & ſuperſtitionis in Africa inuentore deductum tradunt. Vide Peucerum in Comment. de Diuinat. generibus. Huius meminere Suidas & Ariſtophanes ἐν ὄρνισι.

Ammon, pugil cæſtibus, de quo Ouid. 5. Meta.

Hinc gemini fratres Broteáque & cæſtibus Ammon,
Inuicti vinci ſi poſſent cæſtibus enſes.

Ammon, Tritonis filius, rex Lybię, pater Dionyſij, qui & Bacchus dicitur.

Ammon, i. populus eius, XVII. Iudæorum rex, regnauit annis III. Qui dum imitaretur opera patris, quæ ille iuuentute præſumpſerat dolum paſſus à ſuis in domo peremptus eſt, Ioſeph. lib. 10. c. 4. Reg. 21.

Ammon, & Ammonaria, apud Alexandriam ſub Decio martyrio coronati ſunt: quorum Ammon ex militibus fuit: Ammonaria ex nobilibus matronis. Euſeb. lib. 6. c. 29. & ſeqq.

Ammon, Geneſ. 19. filius Lot ex filia ſua minore, à quo Ammonitæ populi.

Ammon Ægyptus, monaſticum vitæ genus excoluit, & quum ſuorum impulſione vxorem duxiſſet: cum illa nunquam rem habuit: ſed perpetuam cum illa virginitatem ſeruauit. diſcipulos multos habuit. Sozom. lib. 1. hiſt. Eccleſ. c. 14.

Ammonia, mediterranea pars Lybiæ, & tota Lybia ab Aminone. Steph. Vide *Paratonium*, & Lybia.

Ammoniacus, a, um, ab Ammonia ciuitate, quæ & Paratonium dicitur Straboni lib. 17. vt Ammoniacum ſal. hanc Stephanus ἀμμωνίαν vocat. Hodie *Cancaron de Mahoma* dici ſcribit Villanouanus in ſuo Ptolemæo.

Ammonia Iuno, i. arenaria, culta in Græcia ab Eleis. Pauſan.

Ammonij promontoriũ in Arabia felici. Ptol.

Ammonitæ, Palæſtinæ gens, Geneſ. 19.

Ammonius Alexandrinus, ſummus philoſophus præceptor Origenis, vt ait Porphyrus lib. 3. contra Chriſtianos. A puero Chriſtianus fuit: poſt,

poſtquam autem ad maturam ætatem peruenit, ſeſe ad philoſophiam conuertit deſerta fide. Euſeb. 6. hiſtoriæ ait, Ammonium fidem Chriſtianam cum philoſophicis ſtudiis integram illibatamque ſeruaſſe vſque ad extremum.

Ammónius, Hermæus, Ægyptius, Ioannis Grammatici præceptor, quem habuiſſe aſinum ſapientiæ auditorem dicunt: rem ſanè prodigioſam ſed quam memoriæ prodidit Suidas.

Ammónius monachus, ad Epiſcopatum gerēdum vocatus dextram ſibi amputauit auriculam, vt mutilo corpore ordinationem effugere poſſet. Cumque poſtea etiam Euagrius à Theophilo Alexandrino pontifice ad epiſcopatum vocatus, nullo corporis membro amputato aufugeret, Ammonioq; forte fortuna occurreret & facetè illum propterea perſtringeret, quòd auriculam præcidendo, facinus feciſſet, ſeque coram Deo reum ipſe peregiſſet. Ammonius illi reſpondit. At tu inquit Euagri non putas te pœnas daturum, quod lingua propter nimium tui ipſius amorem exciſa, gratia quæ donata eſt tibi, minime vſus ſis. Socra. hiſt. Eccl. li. 4 c. 18.

Ammonus, Africæ propriæ vrbs, Ptol.

Ammôthea, Nympha marina, Nerei & Dorcidis filia, vt placet Heſiod. in Theogonia: ita dicta ἀπὸ τῆ ἄμμου καὶ θεῖν, quaſi per arenam diſcurrens.

Amnon, Arabiæ felicis fluuius. Plin. li. 6 c. 28.

Amnon, primogenitus Dauid, ex Achinoam vxore, 2. Reg. 3. Filius Simeonis, 1. Paral. 4.

Amnamethu, Arabiæ felicis inſula, in mari Indico. Ptol.

Amnias, vide Zaliſcus.

Amniſus, Cretæ fluuius Callim.

Amniſus, Straboni in Creta inſula Cnoſſi nauale: *Piſterna* Nigro, vnde Nymphæ Amniſiades & Amniſides. Steph.

Amnium, Bithyniæ fluuius Appian.

Amnus, Thuſcorum rex regnauit annis xxv.

Amœbeas, citharœdus fuit caſtiſſimus, qui vxorem nunquam attigit.

Amolbus, ciuitas Magnetum, & alia Macedoniæ. Steph.

Amonius, vir nobilis, cuius tanta fuit abſtinentia, vt nunquam niſi panem aſſum ederit, nunquam iratus, nunquam mentitus fuerit.

Amon, i. fidelis aut verax, ſeu artifex, aut nutritius, vel pædagogus, filius Manaſſe rex Iuda. 4. 21. Paral. 22. Paral. 33. Ierem. 1. 25. Sopho. 1. Matth. 1. Princeps item Samariæ ciuitatis. 3. Reg. 22. 2. Paralip. 18. Tertius quidam, de quo Nehem. 7.

Amôna, vrbs in terra Iſrael verſus mare mortuum, quod eſt in parte Orientali Iudææ, iuxta quam Gog ſepultus iacet. Ezech. 38.

Amordi, vide Scythæ.

Amôrges, ex Larij ducibus vnus, qui in Caria ociderunt. Herod. lib. 5. In eas inſidias Perſæ noctu incidentes, obtruncati ſunt cum ducibus ſuis Dauriſe & Amorge & Siſamace, necnon Myrſe Gygis filio.

Amórgos, inſula vna ex Cycladibus Strabon. Vide Stephanum & Plinium, 4. 12 86. dicitur & Amurgus Ptolemæo. Hæc quondam *Hypere Patage* (vel vt alij *Platage*) Plinio dicitur. Stephanus ſcribit eam quoque *Pancale Pſychia* & *Carceſia* appellari. Hermolaus addit ab eodem *Morgo* nuncupari. *Amurgo* adhuc nomen retinere dicit Sophianus.

Amoria, Armeniæ vrbs. Procop.

Amorium, Phrygiæ maioris oppidum. Ptol.

Amorrhæi, i. amari, vel rebelles, aut loquaces, populi quidam qui Libanum montem à tergo Phœnicis tenent. Alij Galaad montem, inter flumina Iacob & Arnonem. Alij montanā Pharan. inter Sina & Cades-barne occupabant. Gen. 15.

Amorrhæus, filius Chanaan. Gen. 10.

Amorois fluuius. Plin. 4 12. 145.

Amos, i. fortis, vel robuſtus, pater Iſaiæ prophetæ. Iſa. 1.

Amos, i. oneratus, vel onerans. Propheta vnus ex duodecim, cuius prophetia extat.

Amos Ægyptius, pater fuit Clinomonachorum, quos ore operto menſæ iubebat accumbere, ne parcè comedentium virtus appareret.

Amoſa, i. iurgium, vel adinuentio, aut compreſſio, ciuitas tribus Benjamin. Ioſ. 18.

Amos Syrach, Iudæorum dux, regnauit annis xiv. Cuius fuit tanta caſtitas, vt cum vxore nunquam fuerit congreſſus, ſed eidem amorem virginitatis in animum induxerit.

Amôſis, Ægyptiorum rex, regnauit annis xxv. Euſeb.

Ampe, ciuitas ad mare rubrum. Steph. & Herodot. lib. 6. Gentile eſt Ampæus.

Ampéla, oppidum Cretæ. Plin. 4. 12. 34.

Ampeloéſſa, oppidū in Decapolitana regione, quæ Syriæ proxima eſt, authore Pli. 5. 18. 16.

Ampelone, colonia Mileſiorum in Arabia felici.

Ampelos, inſula ſeu promontorium. Straboni: in Samo, ex aduerſo Drépani montis Icarij. Sed & iuga omnia quæ totam Samum fuerunt montoſam, eodem nomine vocant.

Ampelos, ciuitas Cretæ, Ptol. Macedoniæ oppidum. Plin 4. 10. 17. Ciuitas Liguriæ Stephano: item promontorium & portus Sami & Cyrenes.

Ampelos Bacchi Amaſius. Ouid. 3. Faſt.

Ampelon intonſum, Satyro Nymphaq; creatum,
Fertur in Iſmarijs Bacchus amaſſe iugis.

Ampelus, vide Ampelos.

Ampeluſia, promontorium Africæ in Mauri-

Digitized by Google

tania. Ampeluſiam (inquit Pomp. Mela) Græci, Afri, aliter, ſed idem ſignificante vocabulo ap- pellant. In eo eſt ſpecus Herculi ſacer. Plin. 5. 1. 2. Promontorium Oceani occidui extimum Ampeluſia nominatur à Græcis. Eſt autem ſitũ in Mauritania, vltra Herculis columnas, vbi quondam Luſa & Cotta fuêre oppida, poſtea Tingi, à quo Tingitana, Mauritania dicta.

Amphalici, vide *Parauai*.

Amphane, vrbs Dorica. Steph.

Amphapalia, locus Cretæ. Strabo.

Amphaxites, qui circa Axium fluuium habi- tat. Stephanus.

Amphe, vna Cycladum. Vide *Caſos*.

Amphea, vrbs Meſſeniæ Steph.

Amphiala, oppidum Atticæ Straboni.

Amphialus, Phæacenſis, ſaltu præſtans apud Homer. Odyſſ. 8.

Amphiarai balnea, locus eſt Africæ, vt ait Ste- phanus in *ἀβαι*.

Amphiarai, fons, vide Alcyonium ſtagnum

Amphiaraus Oeclei filius, à quo Oeclydes di- ctus, & maritus Eryphiles Græcus vates, quem Adraſtus rex ſecum ad bellum Thebanum du- cere voluit: ſed ille præſciens ſe illinc non redi- turum, latuit: & cum diu inueniri non poſſet, tandem ab Eriphyle vxore ſua, aureo monili ab Adraſto, rege corrupta, productus eſt: atque ita proficiſci coactus primo die quo ad Thebas ve- nit, hiatu terræ abſorptus eſt, filios habuit Alc- mæonem, Amphilocum, Tiburtum, Coraſam & Catilium. Ouid.

Notus humo merſis Amphiaraus equis.

Huius meminit Statius lib. 1. Thebaidos

— Non tu ipſe pater, non docte futuri

Amphiarae vides. Stephan. Pro deo cultus eſt poſt mortem, templumque apud Oropio- habuit ex marmore candido conſtructum, vbi fons & Ara, cuius deſcriptio extat apud Pauſan. in Atticis.

Amphiaraus vnà cum curru abſorptus eſt hoc modo: Cum duces, qui Polinicem ſecuti ſunt conuiuium agerent: quædam aquila deſ- cendens, telum Amphiarai in ſublime tollit, móxque demerſit: id autem humi fixum, eſt in laurum verſum, quo in loco cum poſtridie di- micaret, Amphiaraus, vnà cum curru abſorptus eſt, ibique oppidum hac etiam ætate vocatur Harma, id eſt currus, Plut. in Paral.

Amphias, Tharſius fuit, qui ex infima ſorte ad ſummas opes euectus, quum amicum tan- quam degenerem multis probris affeciſſet, tan- dem velut reſipiſcens ſubiecit ſed & nos ex iiſ- dẽ temonibus ſumus. Quæ vox ab aſtãtibus ſum- ma lætitia eſt excepta. Macrob. Sat. 7. c. 3. citiæ.

Amphigenia, vrbs Meſſeniæ, vide Steph.

Amphicica, vide Opitica.

Amphicrates, quidam hiſtoriographus, qui libros De viris illuſtribus ſcripſit, Cælius Rhod. lib. 13.

Amphictyon, Deucalionis filius poſt Cranaũ Atticæ imperauit: huic inuentam ferunt ſom- niorum & portentorum interpretationem. Re- gnauit annos x. huius ætate templum Delii con- ſtructum eſt ab Erycthone filio Cecropis. Eu- ſeb. in Chronico.

Amphictyon, Helen filius, amplũ illud Græciæ conſilium inſtituit: quod Amphictyoni- cum eſt appellatum. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 4. Conſtabat autẽ ex ſeptem Græciæ ciuitatibus, Strab. lib 9. Cui conſilio qui præerant, Amphi- ctyones vocabantur, vnde decreta Amphictyo- num citat Demoſthenes in Oratione pro Cteſi- phonte. Hinc etiam dictæ Leges Amphictyoni- cæ, quibus ad concordiam excolendam multa- bantur. Bud. in Annotat. prioribus, & Eraſmus in Chiliadibus. Hic primus à Dionyſio edoctus a- quam vino miſcuit, quo nomine ſurripi, homi- nes ſunt viſi, quos meraca prius incuruabat po- tio, vnde Dionyſio erecta ara, quem *ὀρθὸν* i. re- ctum vocant. auctor Philochorus. Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 15.

Amphidamas, Buſiridis filius, quem Hercules vna cum patre hoſpites immolante interfecit.

Amphidoli, ciuitas Triphyliæ. Steph.

Amphigenia, ciuitas, cuius meminit Statius 4. Thebaidos 36.

Huic parere dati, quos fertilis Amphigenia:

Planique Meſſena, montanáque nutrit Itho- ne.

Meminit & Homerus.

Amphilochium Argos oppidum. Plin. 4. c. 1.

Amphilochus Argiuus filius Amphiarai & E- ryphyles, reuerſus ab expeditione Troiana, pa- tria relicta Argos Amphilochicum cæteramq; Amphilochiam condidit rex & augur apud Græcos, Mirandula in Hymnis.

Amphilochi aut mentitus adiit malè ſana ne- faſtos.

Hom. in Odyſſ. in Oropo Atticæ pro deo cultus. Liu. Decad. 5. lib. 5. Huius Athenis Aram, Spartæ monumentum fuiſſe Pauſanias tradit.

Amphilochus Athenienſis, philoſophus, & a- griculturæ ſcriptor. Varro lib. 1. de re ruſt.

Amphilochi, aut Amphilochici, ex agro Am- philochico oriundi. Steph.

Amphiryſus, fluuius, ab Aſſero monte Samij fluit, Steph.

Amphilytus, Acarnan ariolus. Herodot. lib. 1. Hic diuina pompa fungens ſic vaticinatus eſt.

Eſt numus proiectus, item ſunt retia tenta

Nocte meant thynni, claro ſub ſydere Lunæ.

Amphimachus, Amphiarai & Eriphyles fi- lius, quem Homerus cum aliis Græcorum du- cibus

Digitized by Google

cibus Troiam veniſſe ſcribit.

Amphimalis, ſinus Cretæ inſulæ. Ptolem. hodie S. Nicolaus vocatur, à Sophiano. *Golfo de la Suda*.

Amphimalium, vel Amphimalia, ciuitas eſt Cretæ. Plin. 4.12.23.

Amphimedon, Libycus quidam, qui in aula Cephei regis aduerſus Perſeum pugnans occiſus eſt. Ouid. 5. Metamorph.

Amphimedon, procus Penelopes à Telemacho Vlyſsis filio occiditur. Odyſſ. 22.

Amphimetrium, vide Cerne.

Amphinome, Nympha à circumpaſcendo, quod proprium eſt aquarum, quæ ripas & littora circunquaque depaſcunt.

Amphinone, mater Ioſanis, gladio ſibi pectus transfixit, & periit abſente filio, N. Comes, mythologiæ lib. 6. cap. 7.

Amphinomus, & Anapius Siculi fratres, quũ Ætnæ incendio Catana vrbs: & omnia propè Siciliæ loca deflagrarent, parentes humeris impoſitos periculo ſubduxerunt. Silius,

Tum Catane nimium ardenti vicina Typhæo
Et glomeraſſe pios quõdam celeberrimæ fratres,
Autor Ætnæ, *Amphinomus fraterque patri ſub munere fortes.*
Quin iam vicinis ſtreperent incendia tectis,
Accipiunt pigrumq́; patrem, matremq́; ſenilem.

Amphinomus procorum Penelopes optimus, à Telemacho Vlyſsis filio interfectus. Odyſſ. 22.

Amphion, filius Iouis ex Antiope Nyctei filia, quæ cùm Lyco regi nupſiſſet, ab Epapho (vt apud Hyginum legitur) aut certè Epopeo (vt in Corinthiacis habet Pauſanias) per dolum eſt conſtuprata: qua re cognita, Licus vxorem repudiauit: quam Iupiter iam viduam compreſsit, ex quo & grauida effecta eſt. Id ſentiẽs Dirce, cum qua ſecundas nuptias Lycus contraxerat, ſuſpicata eſt virum clàm cum Antiope conſueſcere: eámque ob cauſam famulis imperauit, vt carceri eam includerent. Verùm inſtãte iam tempore partus, Iouis miſeratione ſoluta eſt, & in Cithornem montem confugit: ibique partus dolore correpta, cùm idoneum pariendi locum quæreret, in biuio gemellos edidit, quos paſtores pro ſuis educarunt, & alterum quidem Zethum appellarunt, ἀπὸ τοῦ ζητεῖν τόπον, alterum autem Amphionem, ὅτι ἐν διόδῳ ἢ ὅτι ἀμφὶ ὁδὸν μήτηρ αὐτὸν ἔτεκε. Hi poſtea adulti, cognitis iniuriis quibus matrẽ ſuam affecerat Dirce, tauri indomiti caudæ eam alligarunt, tauróque per loca aſpera agitato, diris eam cruciatibus laniarunt, donec eius miſertus Bacchus, in fontem ſui nominis eam commutauit. Fuit autem Amphion muſicus tam inſignis, vt teſtudinem à Mercurio dicatur accepiſſe, eiúſque ſono ſaxa ad vrbis Thebanæ conſtructionem attraxiſſe. Horatius in arte Poëtica.

Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda.

Sepultus eſt vnà cum fratre ſuo Zetho in Ithuræa vrbe Bœotiæ. Steph. de Amphione lib. 1. Apollonius Rhodius in Argonauticis, Pauſanias, lib. 2. Eliacõn narrat Ægyptium quendam ſibi dixiſſe Amphionem & Orphea fuiſſe Magos: idcircò hunc feras & arbores, illum ſaxa, quibuſdam vocibus & carminibus quoquo voluerint ducere dictos eſſe Virg. Georg. 4.

Mulcentem tigris & agentem carmine quercus.

Plura de Amphione N. Comes, mythologiæ lib. 9. cap. 15. Eum autem mouiſſe ſaxa ſcribit Albericus, nihil aliud fuiſſe, quàm melliflua oratione ſuaſiſſe ignaris atq; rudibus hominibus, & ſparſim degentibus, vt in vnum conuenirent, & ciuiliter viuerent, & in defenſionem publicam ciuitatem mœnibus circumdarent. Quòd autem à Mercurio citharam ſuſceperit, id ſignificat eum eloquentiſſimum fuiſſe. Ex Bocat.

Amphion, filius Iaſij, imperauit (vt dicit Leontius) Orchomeniis, Minyeis & Pyliis vocatus alio nomine Argus, cui vnica fuit filia nomine Chloris. Homerus, Pauſanias.

Amphipagus, vide Corcyropolis.

Amphipolis, ciuitas Thraciam Macedoniæ iungens, dicta quod eam Strymon amnis circunfluat. Vide Steph. & Plin. 4.10.23. & 5.14. & 10. & 50.9. Macedoniæ vel Thraciæ ciuitas, vel potius inter Thraciam Macedoniámque ſita, Philippo Macedoni & Athenienſibus bellorum cauſam dedit, quam Braſidas Lacedæmoniorum dux bello Peloponneſiaco occupauit. Hæc prius *Acra, Eion, Myrica, Crademna, Anadramus*. Item *Vrbs Martis*, & *Nouem via* ἐννέα ὁδοὶ appellata fuit, Suida auctore. at hic eam in Thracia ponit, vt etiam ab Herodoto in Polymnia, ni fallor: vbi eam *Nouem vias Hedonorum* ἠδωνῶν vocat. Item Thucydes lib. 1. vbi tamen interpres malè *Decemuia* habet. Sed Regionum confinia ab auctoribus interdum confundi, non eſt infrequens. Hodie *Chryſopoli* eſt vt Nardus in Liuio perhibet. vide *Thapſacum*, & *Myrcinus*: eandem enim eſſe dubito.

Amphipolis, eſt etiam ciuitas Syriæ iuxta Euphratem à Seleuco condita, Syrij *Turmedam* vocant.

Amphipolitani lacus meminit. Suidas.

Amphipyros, Dianæ cognomen eſt apud Sophoclem in Trachiniis, ea videlicet cauſa, quòd vtraque manu facem geſtat. Eadem & Hecate exiſtimatur. Cæl. lib. 11. c. 26.

Amphiroe, Nympha ab vndecunque fluendo, Heſiodo in Theogonia eſt Oceani filia.

Amphiſa, fluuius in Phocide.

Amphiſbæna, ſiue amphiſibæna ſerpentis nomen in Libyæ deſertis naſcentis, duo habentis capita, quorum alterum loco ſuo eſt, alterum loco quo cauda eſt, quæ cauſa eſt vt cap. vtrimque venenum fundente ſerpat tractibus circularibus. Plin.lib.10.c.20.& c.13. Solin.c. 49. Lucanus.

Et grauis in geminum ſurgens caput Amphiſbana.

Amphiſcij vocantur ij, qui ſub equinoctiali circulo habitant, eo quòd quadruplici verberentur vmbra: nam Sole exiſtente in alterutro punctorum æquinoctialium, id eſt, in principio Arietis aut Libræ, vmbra eorum matutina jacitur verſus Occidentem, veſpertina verſus Orientem. Sole autem Cancrum aliquódve ex cæteris ſignis Septentrionalibus perambulante, vmbram habet Auſtralem: contra vero Septentrionalem. Sole ſub Capricorno aliquóve alio Auſtralium ſignorum iter faciente. Cæl. Rhod lib. 24.c.17.hos Antiſcios vocat.

Amphiſſa, vrbs Locrorum Ozolorum in Achaia ita dicta, teſte Steph. quod vndique montibus cingatur, vel ab Amphiſſa, Macaris & Apollinis filia Hermol.in Plinium lib 39.cap.3. Phocidis.eſt Plinio & Lucan.lib.3.

Phocaicas Amphiſſa manus, ſcopuloſáque Cyrrha.

hinc Amphiſſæi, qui Delphicum templum diripuerunt, vt eſt videre apud Demoſthenem in Oratione pro Cteſiphonte, Nigro Lambino dicitur: Armeniæ quoque minoris regio ſic dicta Lycophroni.

Amphiſſene, regio minoris Armeniæ. Steph. ex Strabone.

Amphiſſia, magnæ Græciæ vrbs. Ouid.lib.15. Metamorphoſ.. n nota, eo verſu, leuibúſque Amphiſſia remis, Saxa fugit. Hodie *Arocella* nuncupatur auctore Bartio.

Amphiſtides, vir quidam qui tantæ fuit ſtultitiæ, vt ignoraret vtrum ex parente eſſet prognatus.

Amphiſtenes, vir Lacedæmonius, qui cùm Dianæ ſacra faceret, in furorem eſt conuerſus. Pauſa.lib.3.

Amphiſtratus, & Rhecas, Laconum duces fuere, qui Heniochiam inhabitarunt, quam ſic dictam ſcribunt, quod hi Aurigæ Caſtoris & Pollucis eſſent. Strab.lib.11.

Amphiſtratus, nomen ſtatuarij. Plin.li.36.c.5.

Amphitales ἀμφιθαλὴς, i. vndique germinans, Cupido dictus eſt, quod mutuus & reciprocus ſit amor. Ariſtophan. in auibus.

Amphitheatrum, locus Athenis ſpectaculorũ gratia, forma rotunda, & veluti ex duobus conſtans theatris, vnde amphitheatri nomen impoſitum. Theatrum autem, Hemicycli ſpecie conſtructum erat ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, quod eſt video appellatam. Conſuetudo eius à Græcis ſumpta eſt. Nam quum agrorum cultores feriatis diebus ſacra diuerſis numinibus per agros celebrarent, Athenienſes hoc in vrbanum ſpectaculum tranſtulerant, Theatrum Græco vocabulo appellantes: quod eò conueniens turba, è longinquo ſine aliquo impedimento ſpectaret. Hunc morem poſtea Romani, vt pleraque alia, in vrbem tranſtulerunt. Sipontin. Martialis.

Omnis Cæſareo cedat labor Amphiteatro.

Hinc ludi Amphitheatrales, qui in Amphitheatro fiebant. Italis hodie *Coliſeo*.

Amphitoe, Nympha marina Nerei & Doridis filia, vt poſt Heſiodum tradit Hyginus in fabulis poëticis à curſitando dicta.

Amphithemis, Thebanorum dux, qui bello Græciæ Lacedæmonios implicauit. Plut. in Liſandro,& Pauſ lib.3.

Amphitrite, Nerei vel Oceani & Doridis filia, Neptuni vxor, cuius nuptias cũ à principio fugeret, virginitatẽ ſeruare cupiẽs miſit ad eã Neptunus Delphinũ, qui per varia loca quæſitam: tandẽ ad radices Atlantis montis inuenit,& vt Neptuno iũgeretur perſuaſit.. Hinc à poëtis maris dea fingitur, ex qua natus eſt Triton, vt canit Heſiodus. Sumitur interdum pro ipſo mari, Ouid.

——nec brachia longo

Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Dicta ἀπὸ τοῦ ἀμφιθέειν τὴν γῆν, hoc eſt, quod mare terram circumquaque atterat, vel ἀπὸ τοῦ τρεῖν quod eſt terrere. Mare enim circum ſe nauigantes pereundi terrore inſequitur. Heſiodus in Theogonia. Euripides in Cyclope aquam nominat Amphitriten, & Orpheus in Argonauticis Amphitritem vocat glaucam, piſcoſam & immenſam, quæ epitheta mari non deæ conueniunt. Hæc cum aqua ſit, dicitur vxor Neptuni, qui eſt ſpiritus per vniuerſam aquæ molem diffuſus,& tanquam anima ipſius elementi aquę: eſt enim Amphitrite corpus & materia humoris omnis, qui vel intra terram eſt, vel intra terram includitur. Delphini præſtantiam ſuper omnes piſces deſignarunt poëtæ, quum Neptuno Amphitriten conciliaſſe dicunt: tum eius piſcis naturam & ſolertiam.

Amphitrope, pars Antiochidis tribus. Steph.

Amphytrio, princeps Thebanus, Alcei filius, Alcmenam Herculis matrem duxit: cui illa hac conditione nupſit, vt mortem fratris ſui à Teleboïs occiſi, vlciſceretur. In qua expeditione Iupiter imagine eius aſſumpta, toto trinoctio cum ea concubuit: quæ quamuis antea ex viro grauida eſſet: inſuper tamen ex Ioue concepit, eo ſemq; tempore Ioui Herculem, Amphitryoni Iphiclum peperit. Hinc Amphitryoniades patronymicum, & per epentheſin Amphi-

tryo.

tryronides, quo poëtę vtuntur pro Hercule. Amphitryonis reuera filio: quamvis ob rerum geſtarum magnitudinem nonnulli originem eius ad Iouem retulerint. Virg. Æneid. lib. 8.

Interea cum iam ſtabulis ſaturata moueret
Amphitryoniades armenta.

Amphitus, & Telchius Caſtoris & Pollucis aurigæ, à quibus Heniochorũ gentem ortum habuiſſe conſtat. Plin. lib. 6. c. 5. Verum apud Strabonem Amphiſtratus & Rhecas vocantur lib. 11.

Amphorites, genus certaminis & exercitii literarij in Ægina Æcia, vbi bos præmium fuit Dithyamborum poëtis, qui præclarius in Dionyſiam cecinisſent. N. Comes, mythologiæ lib. 5. cap. 4.

Amphryſus, fluuius Theſſaliæ, vel Magneſiæ, iuxta quem Apollo pauit armenta regis Admeti Lucanus.

——flumine puro
Irrigat Amphryſus famulatis paſcua Phœbi.

Virg. in Georgicis.

——te memoranda canemus.
Paſtor ab Amphryſo. Alius eſt in Phrygia eiuſdem nominis, reddens mulieres ſteriles. Plinius lib. 32. cap. 2. Hinc Amphryſiacus. Papin.

Amphriſiaco paſtor de gramine carpſi.

Eſt & nomen duarum vrbium. Stephan. Phocidis vrbem facit *Amphryſus*. Et Amphryſia vates, pro Sibylla, id eſt Apollinea. Virg. libr. 6. Æneidos.

Amphracia, eadem quæ Ambracia ſuprà.

Ampre, oppidum. Plin. 6. 28. 66.

Ampreute, populi. Plin. 6. 4.

Amphaſa, caſtellum in Numidia. Pomponius Mela. lib. 1.

Amphaſa fluuius Numidiæ. Plin. 5. 2. 17. 19. & 5. 3. 1.

Ampſalis, ciuitas Sarmatiæ in Aſia. Ptolemæo.

Ampyx, nomen viri proprium. Ouidius 12. Metamorph.

Ampyca quid referam, qui quadrupedantis Oecli,
Fixit in aduerſo cornum ſine cuſpide vultu?

Ampycides, Mopſus, Ampycis filius. Ouidius Metamorph.

Ampycidéſque ſagax, & adhuc à coniuge tutus Oeclydes, & lib. 12.

Ampycus, Tytanoros filius, qui ex Chloride (ait Apollonij commentarius) Mopſum augurem ſuſcepit, à quo Amphycides appellatur. Ouid. 12. Metamorph.

Nec tu crediderit tantum ceciniſſe futura
Ampyciden Mopſum.

Ampyx, Patrenſis nobilis Pelidis filius. Pauſan. lib. 1.

Amram, i. populus excelſus, vel manipulus eorum, aut cum excelſo, filius Ceath, filij Leui. Exod. 6. 1. Par. 6. 2.

Amri, i. amarus, vel loquens, ſiue exaltatio. Pater Zacchur, Nehem. 3.

Amri, i. Manipulus, vel dominium, ſiue populus rebellis, vel amarus. Princeps militiæ ſuper Iſraël, rex tandem conſtitutus, regnauit annis XII. 3. Reg 16. Mach. 6. Pater Athaliæ, matris Ochoziæ, filij Ioram 4. Reg. 8. filius Bechor, filij Benjamin, filij Iacob. 1. Paral. 7.

Amraphel, rex Sennahar. Gen. 14.

Amſaga, vide *Ampſaga.*

Amſanctus, locus in medio Italiæ apud Hirpinos, ſulphureas habens aquas: quæ quod vndique ſyluis anguſtíſque clauſæ ſint, tamen peſtilentem emittunt odorem, vt propius accedentes eo necentur. Hic factus eſt locus fabulæ, in Amſancti vallibus inferorum ſpiraculum eſſe. Cic. 1. de Diuin. Quid enim non videmus, quam ſint varia terrarum genera: ex quibus & montifera quædam pars eſt, vt Amſancti in Hirpinis, & in Aſia Plutonia, quæ vidimus? Virgil. Æneid. 7.

Eſt locus Italia in medio ſub montibus altis
Nobilis, & fama multis memoratur in oris,
Amſancti valles, &c.

Amſtelrodamum, florentiſſima & primaria Hollandiæ ciuitas, mercimoniorum ſitúſque cauſa toto terrarum orbe celebris, forma oblonga & ferè triangulari, Venetiarum inſtar, marinis circumluitur aquis: loci ratione inexpugnabilis, maximis nauigiis frequens eſt, quæ Anglicis, Hiſpanicis, vel Oſtromarinis onuſtæ mercibus maximo numero intra ciuitatis mœnia recipi exonerarique poſſunt. Pollentes opibus ciues habet, adeò vt, licet trecentarum quandoque nauium claſſis vno eodémque tempore appellat, ingentis pretij merces conferens, earum tamen omnium promptiſſimi hic inueniantur emptores, qui ſtatim vel numerata pecunia, vel aliarum mercium permutatione omnia exterarum nauium bona comparent, vt vel ſexto etiam die itineri ſe rurſus committere queant. In domeſticæ ſupellectilis nitore, cum vniuerſæ Hollandæ, cum huic imprimis Ciuitati palma debetur. Omnia eius ædificia maximis alui innituntur lignis, vt plus ſumptuum in fundamenti collocationem quam ſuperioris ædificij conſtructionem impendatur. Lanificio etiam claret, vulgò *Amſterdam.*

Ambar, i. ſpecies ſine forma vel figuratus, vel pictus, ſiue mortem maledicens, nomen loci in tribu Zabulon, Ioſ. 19.

Amulius, rex Albanorum, Proce filius, Numitoris frater natu minor, quem imperio pepulit, filiúmque eius Lauſum necauit: filiam verò Iliam Veſtæ ſacerdotem fecit, vt ſpem ſobolis

Digitized by Google

auferret. Liu. lib. primo, ab vrbe condita. Hanc Mars compreſſit, vnde nati Remus & Romulus quos cum matre Amulius præcipitari iuſſit in Tyberim. Hos Fauſtulus paſtor reperit, vxoríque ſuæ Accæ Laurentiæ alendos tradidit Seruius, Occiſus fuit à Remo & Romulo gladiatoribus, & regnum auo Numitori reſtitutum. Diuerſimode à diuerſis hæc fabula narratur præſertim ab Euſebio, Plutarcho in Romulo, Tito Liuio lib. 4. Decad. 1. Dionyſ. lib. 1. & Eutrop. etiam lib. 1.

Amulius, pictor nobilis, qui Mineruam depinxit, quæ ſpectantem ſpectabat quacunque aſpiceretur. Plin. lib. 35.

Amus, ciuit. Cariæ, ..., Steph.

Amyxtus, quaſi abſque raſura: cognomen Iouis: nam Iupiter imberbis celebratur à campanis ab α & ξυρέω. Vide Auxur.

Amycla, vna è filiabus Niobes, quam tradit Pauſanias cum Melibœa à ſorore ſeruatam, implorata Latonæ venia. Homerus tamen omnes interiiſſe tradit. Herm. in Plin. libro 36. capit. 5.

Amuretes, Turcarum rex fuit, qui imperium Turcicum multis oppidis, ciuitatibus & prouinciis occupatis longè latéque propagauit anno Domini 1426.

Amyclas, Lacedæmonis filius, cretenſis. Stephan.

Amyclæ, in Italia inter Caietam & Tarracinam à Laconibus Caſtoris & Pollucis comitibus conditæ, & ab Amyclis Laconiæ ſic appellatæ, cuius cum ciues ſecundum Pythagoream ſectam, ab eſu carnium & animalium cæde abſtinerent, ſerpentéſque ex vicinis paludibus natas occidere nefas putarent, ab iiſdem ſunt interempti. Sed cùm frequenter hoſtium aduentus falsò nunciaretur, legibus cautum eſt, ne quis porrò hanc famam ſpargeret. Vnde poſtea ex improuiſo captæ ſunt Amyclæ. Hinc prouerbium. Loqui volo: nam ſcio Amyclas tacendo periiſſe, de Amyclis oppido, vnde etiã Tacitæ dictæ. Virgil.

Et tacitis regnauit Amyclis.

Plin. 4. 5. 18. & 5. 5. 9. 2. & cap. 29. 19. 8. 3. Straboni olim *Limna* appellata. In hoc loco nunc *Verdonia* eſt, vt tradit Mar. Niger.

Amyclæ, Peloponneſi ciuitas, Tyndari regis, Caſtoris & Pollucis patria, vna ex iis vrbibus quas olim Lacedæmonij centum tenuerunt, inſtitutis etiam communibus ſacris pro ſingularum ſalute, quæ Hecatombas ab earum numero memorabant. Euſtach. nomen indidit. Amyclas Lacedæmonis filius, Hyacinthi pater & Daphnis puellæ; quorum matrem Diomedem interpretes Nicandri nominat Amyclis, (vt in tota ferè Laconia) ſumma veneratione Apollo colebatur. Virg. Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis cyllarus vide Seruium.

Amyclæi coloniam miſerunt in cretam. Onich.

Amyclæum, ciuitas in Creta, & portus. Steph.

Amyclæus, Apollo dictus, vt Poly. li. 5. narrat, propter Amyclas, qui locus eſt in agro Spartano omni arborum ac frugum genere refertiſſimus, vbi eſt templum Apollini dicatum inter cætera eius regionis templa opere diuitiiſque præcipuum. Strabo lib. 8. & Thucyd. lib. 5.

Amyclæus ſtatuarius. Pauſ. lib. 5.

Amycli portus, Plinio *Daphne*, vel *Laurus inſana* δάφνη μαινομένη Arriano, & Boſphori Thracij ad littus Aſiaticum. Hodie *Lamia* & *Scala marmorea* dici ſcribit Pet. Gyllius in ſuo Boſphoro. Ego verò Amyci non Amycli, apud Plin. lego: vide *Daphne*, & Amycus.

Amyclas, nauta, à quo Cæſar tempore belli ciuilis in Italiam vectus eſt. Lucian. lib. 5.

——Molli conſurgit Amiclas,
Quem dabat alga toro.

Amycus, Neptuni & Melies nymphæ filius, Bebryciorum rex, qui eam conſuetudinem habuit, vt aduenas in Bebrycium nemus ad certamen prouocaret, & inſidiis circumuentos ibidem interficeret. Cum itaque Argonautæ illuc veniſſent, Pollux ab eodem ad certamen prouocatus, cognitis inſidiis, ſocios conuocauit, & ab iis adiutus, Amycum interfecit. Virgil. 5. Æneid.

—qui ſe
Bebricia veniens Amyci de gente ferebat.

Amyci portus in Ponto. Plin. lib. 6. c. 44.

Amyco, Bebrycum rege interfecto clarus. Eius tumulus à ſupremo die lauro tegitur, quam inſanam vocant: quoniam ſi quid ex ea decerptum inferatur nauibus, iurgia fiunt, donec abjiciatur. Apollonius poëta ſcribit hunc Amycum à Caſtore & Polluce comitibus Herculis interfectum: quamobrem Lycus Daſcyli, qui eius loci rex erat, filius, ſacellum eis dedicauit. Hermol. in Plinij locum ſupra citatum.

Amycus, centaurus Ixionis & Nubis filius. Ouid 12. Metamorph.

Primus Ophionides Amycus penetralia donis
Haud veritus ſpoliare ſuis.

Amycus, Æneæ comes, Virg. lib. 9.

—inde ferarum
Vaſtatorem Amycum, &c.

Amydon, ciuitas Pæoniæ, ſeu Macedoniæ non longè ab Axio fluuio, vnde auxilia miſſa fuerunt Troianis. Homer. Iliad. 2. Iuuenal. Satyr. 5.

—Et hic Amydone relicta.

De Amydone colonia, Plin. 6. 28. Apud Steph. acuitur vltima, fortè legendum Abydon.

Amylia, regio Italiæ, vide Æmilia.

Amymni, populi Epiri, Stephan.

Amy-

Amymone, Danai regis filia, vna ex quinquaginta ſororibus, quæ dum ſe in ſyluis iaculando exerceret, Satyrum percuſſit imprudens, qui impetu in eam facto, vim ei voluit inferre. Quapropter implorato Neptuni auxilio, ab eo paſſa eſt, quod à Satyro formidarat. Itaque prægnans facta Nauplium peperit. Hanc in Smaragdo Alexander ſculpi voluit. Strabo lib. 8.

Amymone, fons apud Argos iuxta Letnam, ab Amymone Danai filia nomē habēs. Fertur enim Neptunus ab Amymone imploratus, tridentem in Satyrum emiſiſſe: illum verò leui corporis declinatione ictum euitaſſe, tridentemque in petra hæſiſſe: quem cùm inde Neptuni iuſſu euulſiſſet Amymone, fons limpidiſſimus ſubſecutus eſt hunc Neptunus à nomine adamatæ puellæ Amymonem appellauit. Plin. lib. 4. cap. 5. Strab. lib. 8. Alij Amymonem dicunt tædio vitæ affectam, in fontem ſui nominis fuiſſe conuerſam.

Amymon, Græciæ fluuius ab eadem ſic dictus.

Amynæ, teſte Macrobio lib. 3. Satur. loca, vbi poſtea Falernum. Vnde Amyneæ vites. Virg. 2. Georg.

Sunt & Aminea vites firmiſſima vina.

Vide Aminea.

Amyntæ, Theſprotica gens. Steph.

Amyntas, Macedonum rex ex priore coniuge Alexandrum; Perdiccam, & Philippum Alexandri magni patrem, ex poſteriore autem Achelaum, Aridæum, & Menelaum genuit: ſed Philippus amoris erga fratres oblitus eos trucidauit, atque ita patri in regno ſucceſſit.

Amyntas, paſtoris nomen apud Theocrit. & Virgil.

Amyntas XIX. Aſſyriorum rex, regnauit annis. XLV.

Amyntas, IX. Macedonum rex, regnauit annis L.

Amyntas, XVI. Macedonum rex, regnauit annis VI.

Amyntas, XVIII. Macedonum rex, regnauit annos XXI.

Amyntor, Homer. Iliad. 2. Phœnicis pater. Ouid.

Venerunt ad te Telamone & Amyntore nati.

Amyntor, vnus ex filiis Ægypti, à Damone vxore Danai filia prima nocte interemptus. Hyginus in fabulis poeticis.

Amyntor, Dolopum rector, Ouid. 12. Metamorph.

Quem Dolopum rector bello ſuperatus Amyntor.

Amyrgium, campus Sacarum. Steph.

Amyras, vide *Iolcus.*

Amyricus, campus circa Theſſaliū. Polyb. li. 3.

Amyris, ciuitatis Sybaris incola, de quo hæc narratur hiſtoria: Quum Sybaritæ opibus florerent, quendam Delphos amandarunt, qui de rerum ſuarum ſucceſſu ſuſcitaretur oraculum. Reſponſum eſt, euertendam Sybaritarum fortunam, vbi plus honoris habere cœpiſſent hominibus quàm diis. Euenit deinde, vt ſeruus à domino vapulans ne quicquam ad deorum aras confugiſſet, poſt ad heri monumentum confugiens, liberaretur à plagis: quod ſimulatque conſpexit Amyris, collectis rebus ſuis, in Peloponneſum demigrauit, reliquis interim Sybaritis hominem, velut inſanum ridentibus. Inde prouerbiali figura dici cœptum. Amyris inſanit, vbi quis ſub inſaniæ prætextu, rebus ſuis conſulit, aut vbi quis ſolus periculum proſpiciens, in tempore ſibi cauet, creditus interim vulgò deſipere: deinde euentus docet illum vnum ſapuiſſe. Euſtathius Iliad. 2.

Amyrus, Theſſaliæ oppidum. Steph.

Amyſchnæum, loci nomen. Steph.

Amyſtis, Indiæ fluuius, qui in Gangem influit. Arrian.

Amyſum, oppidum. Plin. 6. 9. Vide Amiſon.

Amythāon, Crethei filius, ex Tyro ſuſceptus, homo bellicoſiſſimus, habitus inter nobiliores medicos, ex Dorype coniuge Melampum genuit. De vtroque Homer. in Odyſſ. & Virgil. Georg. 3.

——Amythaoniúſque Melampus.

Amythaonia, Elidis pars eſt, ita dicta ab Amythaone Crethei filio. Steph.

Amytron, Thraciæ vrbs. Heſych.

Amyzon, Cariæ vrbs. Plin. 5. 29. 28.

A N

Ana, vel Anas, Hiſpaniæ fluuius, Bæticam à Luſitanis diuidens, oritur in agro Amitano, vel Laminitano Hiſpaniæ citerioris, & modò in ſtagna ſe fundit, modò in anguſtias ſe reſorbet, & in totum cuniculis ſe condit, ſæpiúſque naſci gaudet, demum in Atlanticum mare effunditur, vt teſtantur Strabo & Pomponius, & Plin. 3. 1. & 4. 9. vulgò Guadiana.

Ana, i. reſpondens, vel cantans, ſiue affligens, vel pauper, pater Oolibama, vxoris Eſau. Gen. 36. Filius item Sebeon, filij Seir Horrei. Gen. 37. 1. Paral. 2.

Ana, i. Commotio, vel motus, nomen idoli, 4. Reg. 18. 19. Iſa. 37.

Anab, id eſt vua, aut nodus, nomen ciuitatis, ſiue montis, Ioſue 11. & 15.

Anabeſineus, nomen iuuenis fortis. Odyſſ. 8.

Anabis, Iacetanorum vrbs in Hiſpan. Tarraconenſi, Ptol. pagus Ægypti. Euſeb.

Ananus, ſummus ſacerdos, à Cyrenis conſtitutus. Ioſeph. lib. 15. cap. 5.

Anacæa, pars tribus Hippothoontidis. Steph.

Anace, vrbs Achaiæ. Steph.

Anacalypteria, dies feſtus fuit poſt nuptias,

Digitized b

cùm ſponſa reuelabatur, vt ab omnibus conſpiceretur. Munera etiam noua ſponſæ allata ἀνακαλυπτήρια ſignificabant, dicta ἀπὸ τοῦ ἀνακαλύπτειν, i. reuelando: quoniam eiuſmodi dona eo die quo ſponſa reuelabatur ab amicis domeſticis, & ipſi ſponſo conferebantur.

Anacharſis, ex Scytharum genere, ſapientiæ admirandæ: quod mirum viſum eſt, quum inter hos ſolus fuerit doctus, & philoſophus repertus. Vnde prouerbium de raris hominibus, Anacharſis inter Scythas. Floruit Solonis temporibus. Cuius imaginibus inſcriptum eſt, Lingua, ventre, pudendis abſtinendum eſſe. Plinius tradidit Anacharſim inueniſſe rotam figuli, cuius circuitu vaſa formantur. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famem pro pulmento habebat. Hic leges aranearum telis quam ſimillimas eſſe dicebat. Interrogatus autem quo pacto quis abſtemius fieret: reſpondit, Si ebrioſorum motus ſibi ante oculos ponat. Pecuniam faſtumque contempſit. Cicer. lib. 5. Tuſcul. quæſt. Is demum Athenienſium leges apud ſuos introducere conatus, vt patriæ conſuleret, à fratre eius loci rege, ſagitta confoſſus eſt. Author Laertius.

Anachis, vnus ex Laribus diis apud Ægyptios. hi enim quatuor eſſe Lares opinabantur: Dymonem, Tychin, Heroen, & Anachim, quos putabant, ſimulatque in lucem editus eſſet homo illius peruigilem curam agere. Alex. ab Alex. lib. 8. ſed Gregorius Gyraldus ſyntagmate 15. exiſtimat hæc nomina corruptè legi pro Dynamis. Tyche, Eros & Anance, id eſt, vis, fortuna, amor, neceſſitas.

Anacium, mons, in quo Dioſcurorum fanum. Phauor. Huius etiam meminit Polyænus. In Attica eſt.

Anacole, Ægæi maris inſula. Anton.

Anacreon, poëta Lyricus, ex Teio Ioniæ ciuitate, vt ſcriptis, ita & toto vitæ genere ſupra modum laſciuus. Amauit inter cæteros puerum nomine Batyllum, inſignis pulchritudine ſpectabilem, & Megiſthea, Horat.

Non aliter Samio dicunt arſiſſe Batyllo
Anacreonta Teium.

Periit ſtrangulatus acino vuæ paſſæ, vt tradit Plin. lib. 7. cap. 7. In honore fuit apud Polycratem Samiorum regem, cuius etiam puerum Siſmerdin dilexit. Ælianus. Huius poëma totum amatorium eſt, vt ſcribit Cicero, & laſciuiæ plenum.

Anactoria Acarnaniæ ciuitas, Corinthiorum colonia. Steph.

Anactoria, ciuitas Moloſſorum in Epiro, & inſula, quæ poſtea Miletus dicta eſt. Plin. lib. 5. cap. 29.

Anactorium, vt ſcribit Herodotus, fuit templum Cereris in Eleuſine. Pollux Anactorium pro Adyto accipit.

Anactorium, Epiri oppidum, ad ſinum Ambracium, Straboni, Vonizza Sophiano dicitur, *Anactoria* Plin. lib. 4. cap. 1.

Anadyomene, Plin. li. 35. c. 10. Venerem exeuntem è mari diuus Auguſtus dicauit in delubro patris Cæſaris, quæ Anadiomene vocatur verſibus aliquot Græcis, collaudata & opere & pictore corruptam: huius inferiorem partem qui reficeret, non potuit reperiri: verum ipſa iniuria ceſſit in gloriam artificis. Conſenuit hæc tabula carie: aliamque pro ea Nero principatu ſubſtituit ſuo, Dorothei manu.

Anadyomenes, meminere non modò poëtæ, ſed & philoſophi, Plutarch. & Artemidorus, libro 2.

Anæa, vrbs Cariæ, à qua Anaiticus, ſiue Anæiticus, vt Anaiticus locus contra Samum: vnde Anæus Menelaus, Peripateticæ familiæ, hiſtoriarum quoque ſcriptor egregius. Oppidanos eius loci, Thucydides Anaitas pronuntiat, tetraſyllabos. Meminit & Ephorus Anæos, vt nomen vrbi vna Amazonum dederit, quæ Anæa diceretur. Hæc Hermolaus in illud Plinij libro 16. cap. 36. Calami probationes Gnidij, & qui in Aſia circa Anaiticum lacum naſcuntur.

Anætia, oppidum maioris Armeniæ quod ab Euphrate alluitur. Plin. lib. 5. c. 24.

Anagnini, populi. Plin. 3. 5. 112.

Anaitis dea. Hanc deam colunt imprimis Armenij, ita more recepto, vt vel nobilitate præſtantes, eius miniſterio dedicent filias, quæ inibi corporis, pudicitia in vulgus data, velut inde auguſtiores factæ, mox traduntur viris, nemine non coniugia id genus alacriter admittente. Huius deæ numini dicata ſunt Sacarum feſta: dies quoque illi ſacer vocatur Saca. In his ſacris turba virorum & mulierum vino ſeſe ingurgitabat, vel vſque ad ſtuporem. Celebritatis ratio ex hiſtoria eſt, Cyrus quum expeditionem in ſacas feciſſet, prælio victus, fugit, & caſtris eo loco poſitis vbi impedimenta reliquerat, paulum quiete refecto exercitu tabernacula omnis rerum copia ac maximè vino plena relinquens fugam ſimulat Sacæ inſequentes quum caſtra hoſtium vacua, cibo potuque plena reperiſſent, ſeſe plus æquo ingurgitarunt. At Cyrus reuerſus, illos ſomno, vinoque obrutos deprehendens, vniuerſos penè deleuit, & diuinatus oblatam ſibi hanc victoriam arbitratus, diem illam Deæ quam patrio more colebat conſecrauit & Sacæa appellauit: vbicunque autem fanum eius Deæ eſt, ibidem ſtatutum eſt celebrari Sacæa feſtum bacchicum, per diem & noctem Scythico habitu potantibus viris ac mulieribus, atque in vino inuicem per ioca & laſciuiam congettan-

d by Google

contantibus. Deam hanc ſunt qui Dianam interpretantur, quam à Lydis eximiè coli, Herodoto credimus, & Pauſaniæ in Laconicis rebus. Sed Strabo etiam Armenios hanc venerari prodit, præcipuè Zeleticæ regionis incolas. Plinius libro 33. capite 4. Strabo libro 11. & 12. Hermol. in Plinium, & Cælius libro 18. capite 19. Vide Gyraldum & Alexand. ab Alexandro l.5.c.12.

Anager, fluuius, vide *Anigrus*.

Anágnia, ciuitas Hernicorum in Latio, vbi Antonius ſorore Auguſti contempta, & Cleopatra in vxorem ducta, monetam feriri iuſſit. Virgilius lib.7. *qui roſcida riuis Hernica ſaxa colunt.*

Quos diues Anagenia paſcit, &c. Silius Italic.
Hernicaq; impreſſo raduntur vomere ſaxa,
Queis putri pingues ſulcâris Anagnia glebâ.

Anagyros, pars tribus Erechtheidis. Steph.

Anaharath. i. ariditas, vel incenſio vel ira ſiue hinnitus, aut raucedo, ciuitas in tribu Iſſachar, Ioſue 19.

Analitæ, Arabiæ felicis populi. Plin. 9. 28.

Anamaſcia, Pannoniæ inferioris vrbs, Antonino, Almaz Simlero: qui addit pro eo in libro Notitiarum malè *Adnamantia* legi: ſed Anamatia habet Lazius, in ſua Vienna. Vide *Teutoburgium.*

Anamaſis, qui & Amaſis Ægyptiorum rex, regnauit annis XLIV.

Anamæon, adoleſcens, Mæones à ſe dictos condidit, & regnauit CI.

Anámelech, i. reſponſio, aut canticum regis, ſiue afflictio vel paupertas regis vel conſiliarij, Deus Sepharuaim, 4. Reg. 17.

Anamim, i. fons ſiue oculus aquarum, filius Meſraim. Gen. 10.

Ananélus, ſummus Iudæorum ſacerdos ab Herode conſtitutus ab eodémque mox ſacerdotio priuatus.

Anáni, i. Nubes, ſiue augurium aut diuinatio, filius Elioenai filij Naariæ 1. Paral. 5.

Anánia, ſiue Ananias, i. Nubes domini aut diuinatio Domini, nomen vnius ducis regis Oziæ 2. Paralip. 26. Nomen etiam ciuitatis, in qua filij Benjamin habitarunt poſt Babylonicam captiuitatem. 2. Eſdr. 11. Nomen item viri cuiuſdam, de quo Actorum 5. cuius cor dicitur ingreſſus ſatanas, de quo vide Cæl. Rhodigin. libr. 2. capite 13.

Anânus. Alexandriæ Epiſcopus poſt Marcum Euangeliſtam, anno primo Neronis Imperatoris Euſeb. lib. 2. cap. 24.

Anaphes, inſula ſponte in mari enata, vt ſcribit Plin. lib. 2. c. 7. & lib. 2. 12. Ammianus quoque, Emerſerunt, inquit, Delos, & Hiera. & Anaphe, & Rhodus. Dicta Anaphe ab Argonautis, quia tempeſtate laborantibus, intermeſtris Luna ex inſperato illis apparuit ἀπὸ τοῦ ἀναφανείσης σκοτομένοις. Steph. Ab hac inſula Apollo Anaphæus cognominatus eſt, in qua colebatur.

Anapauoménos, fons. Plin. 2. 103. In Dodone, inquit, Iouis fons, quum ſit gelidus, & faces immerſas extinguat: ſi extinctæ admoueantur, accendit. Item meridie ſemper deficit vnde Anapauomenon vocant: mox increſcens ad medium noctis exuberat, ab eo rurſus ſenſim deficit.

Anapias, & Amphinomus fratres, de quibus Seneca lib. 3. de Benef. Vicere, inquit, Siculi iuuenes, cùm Ætna, maiore vi peragitata, in vrbes, in agros, in magnam inſulæ partem effudiſſet incendium, vexerunt parentes ſuos: diſceſſiſſe creditum eſt ignes, & vtrinque flamma recedente, limitem adapertum per quem tranſcurrerent iuuenes, digniſſimi qui magna tutò auderent. Meminit Valer. Maximus libro quinto capite quarto, Anapum vocans, Cælius quoque lib. 11. cap. 17. Anapis vel Anapus Siciliæ fluuius, Cyan. &c. Cyanem Nympham amaſſe fertur, quæ cùm Plutonem inhibere vellet, ne Proſerpinam raperet ab ipſo contempta, in ſui nominis fontem, vel ſecundum alios, in ſtagnum mutata eſt, & Anapi iuncta in mare ſeſe exonerat. Ouid. lib. 5. Metamorph.

Præterit & Cyanem, & fontes lenis Anapis,

Ἄναπος inquit interpres Theocriti Idyl. 1. ſic dictus eſt, ὡς αἰεὶ ποταμὸς [illegible] ὕδωρ, ἢ [illegible], decem ſtadiis procul à Syracuſis labitur. Plutarch. Item fluuius in Chaonia 80. ſtadiis à Strato vrbe diſtans. Thucyd.

Anariacæ, Straboni, Anariaci. Plin. ad mare Caſpium adortum incolentes.

Anarrhyſis dicebatur ab Athenienſibus ſecundus trium vel quatuor dierum qui vocabantur Apaturia, eratque Dionyſio ſacri. Ita appellatus: quia eo die victimæ immolabantur Ioui Tribuli ſeu Sodali & Palladi ἀναρρύειν enim priſco ſermone eſt θύειν ſacrificio, διὰ τὸ τοὺς [illegible] ἱερεῖα [illegible] θύειν. Vide Apaturia.

Anartes, Cæſari ſunt populi Dacis vicini, Walach., Seruij, & Bulgari ſunt Blaſio Vigenereo. Marliano vero, populi trans Rhenum, & Danubium, prope Herciniam ſyluam Dacis finitimi. Cæſar. lib. 6. Comment.

Anas, Hiſpaniæ fluuius Straboni, Ana Ptolemæo: *Rio Guadiana* dicitur Hiſpanis, ab Arabibus recepto vocabulo, quibus *Guad* fluuium deſignat: quaſi dicerent fluuium Anæ: Eſt etiam fluuius Siciliæ apud Liuium libro 24. quem Anatim vocat. Vide Ana & Anatis.

Anaſei, Anaſes.

Anaſſus, fluuius Carnorum, Venetæ ditionis

Digit

Plinio 3.18. *Plauis* interpretatur Leander. *Trenica*. Caſtaldus Mar. Niger dicit eum hodie *Lugnano*,& à quibuſdam *Stella* vocari. Piaue à Fortunato *Plauis* appellatur.

Anaſtaſius , Imperator , regnauit annis XXVIII.

Anaſtaſius,IV.Papa ſedit annum 1.& menſes 4.moritur die 34.Decembri anno 1154.

Anaſtaſia , ciuitas in Meſopotamia inexpugnabilis ac pulcherrima ab Anaſtaſio Imperatore.vbi Daria erat ædificata.Procop.lib.1.de bello Perſico.

Anath , i. reſponſio , ſiue canticum , aut afflictio,ſiue paupertas, pater Samgar,iudicis Iſrael. Iud.3.

Anatha , vrbs quam Arrianus Tyron vocat. Steph. Vide Phatuſæ.

Anathoth, i.reſponſiones vel cantica. aut afflictiones vel paupertates , ciuitas quæ tribus milliaribus diſtat ab Hieruſalem.Iſa.10.Ioſ.21.Item filius Bechor, filij Benjamin, filij Iacob.1.Paral. 7.

Anathólius,alius Conſul,Agapiti collega.

Anathóthia,i.reſponſiones,vel cantica domini,&c filius Seſac.1.Para.8.

Anatilia,oppidum.Plin.3.4.

Anatilorum regio , eſt in Gallia Narbonenſi. Ptol. *Prouence* à I.Poldo appellatur.

Anatis,Mauritaniæ Tingitanæ fluuius.Plin.& Solinus.

Anatole,vna horarum: quarum varia nomina deſcribuntur ab Hygino,ca.185.Nomen montis circa Gangem fluuium , qui & *Coripha* , in quo Sol Anaxibiam Nympham compreſſit, vt ſcribit Plutarch.de montib.

Anatolicum Thema apud Conſtantinum Porphyrogennetam , ea pars Aſiæ minoris , quam Turcæ etiamnum corruptè *Natolia* vocant.

Anatolius , Laodicenſis Epiſcopus , philoſophus.

Anatôlius , Coſ. Romanus, Valentiniani Auguſti v.collega.

Anaua, vrbs Phrygiæ.Steph.

Anauchidas, luctator Phylidis filius Eleus,qui victis lucta pueris, & poſtea viris, eſt coronatus. Pauſ.Eliac.lib.2.

Anaudôma, oppidum Sienitarum.Plin.6.29.

Anaurus , lenis fluuius in Theſſalia, oriens in Pelio monte : ſic dictus quòd ex ſe neque auram neque nebulam mittat.Lucan.lib.6.

Quiq; nec humentes nebulas, nec rore madentē
Aera,nec tenues ventis aſpirat Anauros.

De hoc fluuio , vel potius torrente Apollonius poëta in Argon. lib. 6. Sunt qui dicant Nilum hoc nomine vocari , quòd ſit ſine aura. Eſt quoque Troadis fluuius ad Idam montem , vbi Paris paternas paſcebat oues , vt refert Coluthus Thebanus , de raptu Helenæ. Syriæ fluuius eſt Leandro ad hunc Coluthum & Brodæo in miſcellaneis.

Anáuſis , apud Flac. in Argonaut. procus eſt Medeæ,Alanorum & Heniochorum rex,poſtea à Styro riuali interfectus.

Anax,vir,fuit Cœli & Terræ filius:à quo Miletus olim,dicta fuit Anactoria. Cæl.lib.5.cap.1. Pauſ.in Atticis.

Anax, ἄναξ, i. rex Apollo nuncupatus eſt Ariſtop.Homerus frequenter.Notant Grammatici, quod ἄναξ dicitur ab ἄκος , quod medelam curam que ſignificat: & reges Anactes, quòd curam habeant. Primi autem hoc nomine Caſtor & Pollux dicti ſunt quòd nauigantium curam gererent. Sed & cæteri dij Anaces dicti, præter Iouem,qui βασιλεύς.

Anaxagoras,Clazomenius philoſophus, Anaximenis diſcipulus , in Phyſicis præcellens. Hic non modò generis gloria & diuitiis , verùm animi quoque magnitudine clariſſimus , totum patrimonium ſuis ſponte reliquit : & cùm ab eis negligentiæ inſimularetur : Quid ergo , inquit, nónne vos iſta curatis ? Mox abſcedens , ad ſpeculandam rerum naturam ſe contulit , ſtudio doctrinarum flagrans , rei & priuatæ & publicæ omnino negligens,& incurioſus adeò,vt cuidam ipſum ita compellanti : Nulláne tibi patriæ cura eſt ? dixerit , Mihi verò patriæ cura & quidem ſumma eſt , digitum in cœlum intendens. Hic cum poſt diutinam peregrinationem in patriam rediiſſet , poſſeſſionéſque deſertas vidiſſet : Non eſſem, inquit, ego ſaluus, niſi iſti periiſſent. Qui pluris faciens culturam ingenij , quam prædiorum , famam conſequuntur, eſt inter philoſophos.Lampſaci periit.Lucret.lib.1.Nunc & Anaxagoræ ſcrutemur ὁμοιομέρειαν.Huius morientis præclarum dictum refert Cicero libr. Tuſculanarum quæſtionum 1. De hoc Suidas & Diogenes Laërtius plura. Fuêre item eodem nomine alij tres. Primus Æginera de Iſocratis diſciplina veniens ſtatuarius.Alius cuius meminit Antigonus.Tertius,Grammaticus Zenodoti diſcipulus. Author. Diogenes Laërtius. Pauſanias Eliacon. 1.

Anaxagoras, prædixiſſe cœleſtium literarum ſcientia , quibus diebus ſaxum è ſole eſſet caſurum , fertur : idque interdiu in Thraciæ parte ad Ægos flumen fuiſſe factum : qui quidem lapis etiam nunc oſtenditur , & magnitudine vehis, id eſt, plauſtri, aduſto colore. Plin. lib. 2. cap. 18. Lunæ quoque defectus primum monſtraſſe dicitur : vnde Plutarchus in vita Niciæ ita ait , primus autem , qui lunaris luminis , atque vmbræ cauſam deprehenderit , ac literis mandare auſus fuerit , Anaxagoras fuit. Etenim quod is antea ignotus eſſet , ex eo probat:

Digitized by Google

bat, quod cum Nicias malè geſtis rebus, Siciliam deſerere decreuiſſet: & nocte forte luna defeciſſet, omnes milites propter rei ignorationem, quam paulò ante Anaxagoras calluerat, turbati, malum aliquod ſibi portendi arbitrati ſunt. Anaxagoras omnium hominum primus, librum ab ſe compoſitum & conſcriptum, in lucem prodire, & proferri curauit. Laertius libro 2. Deum eſſe cenſuit, infinitam mentem quæ per ſeipſam moueretur. Polyd. Virg. libr. 1. c. 1. de rer. inuent.

Anaxagoras, Argiuorum rex. Pauſan. in Corinthiacis.

Anaxander, Eurycratis filius, Spartæ rex. Pauſan. in Laconicis & alibi.

Anaxandrides, Leonta filius Lacedæmoniorum rex, ſolus Lacedæmoniorum duas vxores ſimul habuit, & duas domos ſimul inhabitauit. Pauſan. in Laconicis.

Anaxandrides, comicus Rhodius tempore Philippi Macedonis, docuit fabulas 65. vicit decem, vt ſcribit Suidas.

Anaxarchus, philoſophus Abderita, ſectator Democriti, habuit inimicum Nicocreontem Cypri tyrannum à quo comprehenſus, coniectúſq; in pilum ptiſanæ, ſiue mortarium ſaxeum: quod Græci ὅλμον vocant, ibique ferreis malleis contuſus, adeò toleranter pertulit aſperrimos illos cruciatus, vt verbum illud memorabile conduplicauerit, Tunde, tunde, Anaxarchi follem (aliàs pilam) Anaxarchum enim non tundis. Ad vltimam amputationem linguæ minitante tyranno, protinus dentibus abſciſſam & commanducatam, in os eius ira patulum conſpuiſſe dicitur. Teſtes ſunt Laertius, Valerius, Cicero 3. de Natura deorum, & 2. Tuſcul. Meminit eius etiam Ouid. in Ibin.

Aut vt Anaxarchus pila minuaris in alta.

Floruit autem Anaxarchus Olymp. 114. ex Suida.

Anaxáretes, puella Cypria, ex Salamine oppido, forma inſignis, & regia ſtirpe ſuperba: quam cùm Iphis infimæ ſortis iuuenis perditiſſimè adamaret, & ab ea ludibrio haberetur, doloris impatientia ſeſe ad fores eius ſuſpendit: cuius funus cùm Anaxaretes, ſiccis immotiſque oculis intueretur, in ſaxum eſt conuerſa. Ouid. Metamorph. 14.

Anaxénor, citharœdus, quem Tyana ciuitas valde extulit, ſed magis M. Antonius, qui quatuor ciuitatum ei tributa legenda tribuit, vt ait Strabo lib. 14.

Anaxias, ducis Thebanorum nomen apud Pauſan. lib. 3.

Anaxibia, ſoror Agamemnonis, Pauſanias libro 1.

Anaxicrates, Athenienſium archon. Pauſan. lib. 3.

Anaxidamus, Zeuxidami filius, Spartanorum rex. Pauſ. in Laconicis.

Anaxilas, poëta comicus, cuius meminit Suidas.

Anaxilas, ſeu Anaxilaus Meſenius Rheginorum tyrannus. Zanclam bello capit Olympiade 80. & Meſſanam appellari iubet. Is iuſtitia cum cæterorum tyrannorum crudelitate certans, moderationis ſuæ haud mediocrem fructum tulit. quippe decedens quum filios paruulos reliquiſſet, tutelamque eorum Micalo (alij Smicytho) ſpectatæ fidei ſeruo commiſiſſet: tantus amor memoriæ eius apud omnes fuit, vt parere ſeruo, quam deſerere regis filios mallent, principéſq; ciuitatis obliti dignitatis ſuæ regni maieſtatem adminiſtrari per ſeruum paterentur. Is verò tutelam ſanctè geſſit & perductis in ætatem pueris & bona & imperium tradidit, deinde paruo viatico ſumpto profectus eſt & Olympiæ cum ſumma tranquillitate conſenuit. Pauſan. in Meſſanicis. Iuſtin. l. 4. Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 11.

Anaxilâus Lacedæmonius, cuius meminit Plutarchus in Alcibiade, dixit enim Anaxilaum & Lycurgum à Lacedæmoniis in vincula coniectos, in iudiciumque vocatos, ac deinde omni ſupplicio abſolutos, è vinculis exiiſſe.

Anaximander, Mileſius philoſophus. Thaletis ſodalis, auditor ac ſucceſſor, primus terræ mariſque circuitus deſcripſit, & ſphæram conſtruxit. Laert. Præterea cylindri formæ eſſe terram aſſeruit tantæ profunditatis, vt ad altitudinem profunditas tertia inueniatur. Is infinitatem rerum poſuit, qua omnia naſcerentur, vt refert Cicero Academicarum quæſtionum lib. 4. Horologium & Gnomonem inuenit, primus etiam Geographicam tabulam edidit, fuit & alius Anaximander hiſtoricus, & ipſe Mileſius, Ionicus ſcriptor. Laertius lib. 2.

Anaximander, opinatus eſt natiuos eſſe deos longis interuallis orientes, occidentéſque. Cicero & Polyd. Virg. lib. 1. de rer. inuen. Itémque ex aqua terráque calefactis homines exortos eſſe putauit, ibidem Polyd. Virgil. capit. 3. Denique Lacedæmoniis fertur perdixiſſe, vt vrbem, ac tecta cuſtodirent, quod inſtaret terræ motus: ac tum vrbs eorum tota corruit. Plin. lib. 2. cap. 79.

Anaximenes, philoſophus, Eraſiſtrati filius Anaximandri diſcipulus & ſucceſſor, eo die obiit quo Sardis capta fuit. Hic principium rerum aërem opinatus eſt, quem genere infinitum, qualitatibus finitum aiebat: cuius condenſatione ac rarefactione cuncta gigni putauit. Motum verò ab æterno eſſe dixit: terram, ex aëre conſtipato, primùm omnium factam, latam, magnam, idcircò non abſque ratione ſu-

per aërem contineri. Solem, Lunam, cæteráſque ſtellas à terra ortum habere. Aërem infinitum aſſerebat, eumque deum ſtatuebat, vt eſt author Cicero Academic. quæſt. lib. 4.

Anaximenes, aëra deum eſſe ſtatuit. vnde Virg. lib. 2. Georg.

Tum pater omnipotẽs fœcundis imbribus æther;
Coniugis in gremium lætæ deſcendit, & omnes
Magnus alit magno commixtus corpore fœtus.

Primus horologium ſolarium in quo vmbilici Solis, quem Gnomonem vocant, vmbra horas oſtendit apud Lacedæmonios adinuenit. Plin. lib. 2. c. 78.

Anaximenes ſophiſta Alexandri Magni tempore vixit, de quo hæc Pauſanias, lib. 6. Alexander, ira percitus, cùm Lampſacenis, qui rebus Perſicis aduerſus Alexandrum fauiſſent, extrema eſſet minitatus, Lampſaceni verò habita ratione vxorum & liberorum, ipſius denique patriæ ſupplicaturum Anaximenem amandaſſent ad Alexandrum, qui & Alexandro & ipſi Philippo notus erat, Alexander autem cauſa illius aduentus audita iuraſſet, vocatis in teſtimonium diis Græcorum ſe, quicquid ille petiiſſet, contrarium facturum: Hac in re (inquit Anaximenes) mihi gratificare, ô rex: vendas ſub haſta mulieres Lampſacenorum & liberos, totum oppidum ſolo æques, templa deorum incendas. Alexander cùm nihil contra dolum comminiſci poſſet, veniam dedit Lampſacenis inuitus. Is inſtituiſſe dicitur, ab eodem Pauſania, vt oratio extemporalis & declamatio fieret exercitationis cauſa. Fuerunt & alij duo Lampſaceni eius nominis, orator vnus, alter hiſtoricus, qui oratoris nepos, Alexandri geſta conſcripſit. Anaximenis extant epiſtolæ 2. ad Pythagoram. Natus eſt 63. Olympiade. Laert. lib. 2.

Anaxipolis Thaſius poëta Comicus, de quo Plinius hiſt. natur. lib. 14. cap. 14. in veteribus editionibus. Sic quoque poſtea diu tranſmarina vina in auctoritate fuerunt, & ad nos vſque noſtros, quin & Falerno iam reperto, ſicut apparet ex illo Comico verſu Anaxipolis Thaſij.

Quinque Thaſij vini inde depromam, Falerni ... bina.

Huius meminit Marcus Varro & Columella inter rei ruſticæ ſcriptores.

Anaxippus, nouæ Comœdiæ ſcriptor, floruit temporibus Antigoni & Demetrij cui ab euertendis vrbibus Poliorcetes cognomentum fuit. Dicere ſolitus erat, philoſophos in ſermone tantum ſapientes, in vitæ verò actionibus inſipientes. Multæ illius fabulæ ab Athenæo recenſentur.

Anaxithea Danais, ex Ioue peperit Olenum. Steph. in voce ...

Anaxius; fluuius per Feltrenſem agrum fluens.

Anaxo, Ancæi filia, quam quidam Alcmenæ matrem faciunt, non Lyſidicen, ſororem Pithei ex Pelope & Hippodamia, vt habet Plutarchus.

Anaxilides, philoſophus, de quo Hieronymus contra Iouinianum ſcribit, quòd in libro 2. philoſophiç ferat Potoriam matrem Platonis phantaſmate Apollinis oppreſſam fuiſſe, & ob id ſapientiæ principem Platonem arbitretur.

Anaxippus Mindæus Herculi ſtatuam conſecrauit. Pauſan. Eliac. lib. 1.

Anaxirrhoe, Coroni filia, Epei vxor, Pauſanias Eliac. lib. 1.

Anazarbus, vrbs Ciliciæ ad Pyramum fluuium, ab Anaxarba conditore, Oppiani poëtæ & Dioſcoridis rei herbariæ peritiſſimi patria: Stephano. Hæc nunc *Cæſar-Auguſta*, inquit Plinius. *AnaZarba* legit Stephanus. Suidas ſcribit olim *Cyinda*, poſtea *Diocæſarea* vocatam: huius *διοικητικῶς* meminit hoc tractatu Ptolemæus. *Azar* hodie nominatur, ſi Moletio credendum ſit.

Anaxarbeni, populi in. Plin.

Ancæus, Lycurgi filius, patria Tegeates, vnus ex Argonautis, Hyginus in fabulis.

Ancæus, Neptuni filius, patria Samius (alias rex Sami) qui & ipſe inter Argonautas ab eodem commemoratur Hygino. Is (vt ſcribit Ariſtomenes) agriculturæ ſtudioſus fuit: quum autem vineam plantaret, nimium graui labore ſeruos premebat: quare illorum quidam dixit, Dominum ex illa vinea fructum nunquam percepturum. Ancæus verò poſteaquàm vua maturuit, lætus vindemiabat: coactáque vindemia, vinum ex lacu ſibi hauriri iuſſit, increpans eum, qui futurum prædixerat, vt nunquam eius vineæ vinum biberet. Poculum igitur cum ori admoueret, dictum ſeruo in memoriam reuocauit. Cui ſeruus, Multa cadunt inter calicem, ſupremáque labra. His verò dictis, quidam accurrit, nuntians quàm maximum aprum (cuius meminit Homerus Iliad. 1. & Ouid. 8. Metamorph.) vineam ingreſſum illam vaſtare totam. Itaque abiecto Ancæus poculo, ad aprum feſtinauit, ab eóque dente ictus interiit. Vnde natum eſt prouerbium in eos, quibus præter ſpem aliquid euenit: quod ſic è Græco in Latinum Cato vertit. Multum intereſt inter os & offam. Vide Eraſm. Adag. Meminit huius Apollonius Rhodius, & eius interpres.

Ancalites, populi in Anglia, Trinobantibus, Bibrogis, Caſſiis & Cenimagnis proximi. Cæſar libro 5. Commentar. *Akalut*, Glareano.

Ancaria, dea ab Aſculanis populis colebatur vt patria & tutelaris, ne hoſtium vaſtarentur incurſu

incurſu. Alexand. ab Alex.

Anchariam ſcribit Cælius lib. 22. c. 3.

Anchara, oppidum Italiæ, Steph.

Anchaces, dux aut imperator contra Æeten Colchorum regem, fratrem Perſæ. Valerius 6. Argon.

Doctius & Anchares patule vaga vincula gyro
Spargere & extremas laqueis adducere turmas.

Ancharia, Octauiæ mater. Plut. in Ant.

Anchemolus, filius Rhœti, Marrubiorum regis in Italia: cui cùm pater Caſperiam, ſeu Caſpiam nouercam ſuperinduxiſſet priuignus eandem ſtuprauit: quo cognito cùm pater eum perſequeretur, & ad pœnam vocaret, fugiens ille ad Turnum ſe contulit. Poſtea tamen à Pallante Euandri filio occiſus eſt. Virgil. libro 10.

—& Rhœti de gente vetuſta,
Anchemolum thalamos auſum inceſtare nouercæ.

Vide *Antemolus.*

Anchiſites, ventus ab Anchiſa portu Epiri ſpirans, cuius mentio eſt apud Halicarnaſ. Cic. 7. ad Att. Flauit ab Epiro pleniſſimus Ancheſites. Anteà legebatur Anchemitis: ſed ſic reſtituit Turnebus.

Ancheſius, mons ab Anchiſe monumento dictus: iſque eſt iuxta Orchomenum. Pauſan. lib. 8.

Anchesmus, mons Atticæ, in quo eſt Iouis Ancheſmij ſtatua. Pauſ. in Attic.

Anchiala, ciuitas Ciliciæ de qua Strab. lib. 14. Poſt Zephyrium, inquit, Anchiaſa paulo ſupra mare ſita, Sardanapali opus, vt Ariſtobulus ait: Anchiales, meminit Plinius 5. 27. Ex hac vrbe fuit Athenodorus, qui non à Sardanapalo, ſed ab Anchiale Iapeti filio conditam vult, à quo nomen vicino flumini Ouidius lib. 1. Triſt.

——& ab his per Apollinis vrbem.

Vecta per Anchiali mœnia ſundat iter. Steph.

Anchialus, vrbs Thraciæ ſita intimo ſinu, atque vbi Pontus alterum ſui flexum angulo finit, non procul à magna Apollonia.

Anchialo hodie Sophiano teſto. *Kenkis* Mercatori.

Anchialum, Plinio l. 4. cap. 11.

Anchialos, aſtrologi nomen, cuius meminit Cicero lib. de Diuinat.

Anchialus, Mentis filius, vir bellicoſus. Odyſſ. 1.

Anchialus, Phæacenſis. Odyſſ. 8.

Anchimolus, Sophiſta apud Elidem fuit, aquæ potor, ac ficis tantummodo ſolitus veſci, nec tamen aliis imbecillior habebatur. Cæl. lib. 11. cap. 13.

Anchion, curſor nobilis Lacedæm. libro 2. Pauſan.

Anchiſa, oppidum Italiæ. Steph.

Anchiſes, Capis filius, ante bellum Troianum nemorum latebras & ſolitudines coluiſſe fertur: gregibus & armentis intentus fuit: quibus cùm vacaret, à Venere adamari cœpit, & cum ea concubuit, vnde natus eſt Æneas apud Simoenta Troiæ fluuium. Seruius Porrò cùm ſe Veneris concubitu vſum fuiſſe iactaſſet, ab eadem oculis eſt priuatus: propterea dicunt eum Troianorum conſiliis non interfuiſſe. Ardente Troia cùm nulla ſalutis ſpes appareret, ſenio confectum Æneas humeris impoſuit, ſecumque Drepanum vſque Siciliæ vrbem vexit, vbi fatis conceſſit, Virg. Æneid. 1.

Tunc ille Æneas quem Dardanio Anchiſæ.
Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad vndam?

Anchiſus, Arcadiæ mons, Pauſan. apud cuius radices Anchiſæ monumentum.

Anchitæ, Arabiæ felicis gens. Ptol.

Anchoe, locus circa Cephiſſi fluminis oſtia, & ibidem lacus eodem nomine Strabo.

Anchora. Gr. Ἄγκυρα Tectoſagum, qui quondam Galatiæ partem, Phrygiam maiorem verſus, caſtellum erat. Alterum quoque fuit, eiuſdem nominis Lydiam verſus, circa Blaudum Phrygiæ oppidum. Strabo lib. 12.

Anchorarius, mons. Plin. 5. 15.

Anchurus, Midæ filius, de quo ſic Plutarchus in Parallelis. ca. 9. Circa Celænas Phrygiæ oppidum terræ hiatus cum aqua domos complures ipſis cum hominibus abſorpſit in profundum. Midas rex oraculo monitus vt res pretioſiſſimas coniiceret (ita enim futurum, vt terra coiret) auro & argẽto iniecto nihil opis attulit, Anchurus regis filius, quum nihil in vita humana pretioſius anima ſecum ipſe verſaſſet, datis genitori complexibus, & Timotheæ vxori, equum aſcendit, inque hiantem locum concitatus eſt. Poſtquam in vnum terra rediſt, auream Iouis Idei arã eo in loco dedicauit. Caliſthen. 2. Metamorph.

Ancile, ſcutum breue, authore Feſto ad vocem Mamurij, ita ex vtroque latere reciſum, vt nullus angulus videri poſſet, & ſummum infimumque eius latus medio pateret. Fertur id Numæ Pompilij tempeſtate de cœlo decidiſſe, vnaque editam vocem omnium potentiſſimam fore ciuitatem quandiu in ea manſiſſet. Itaque facta ſunt eiuſdem generis plura ne internoſci celeſte poſſet. De hoc Ouid. 3 Faſt.

Ecce leui ſcutum verſatum leniter aura.
Decidit, à populo clamor ad aſtra venit.

Et paulo poſt,

Idque ancile vocat, quod ab omni parte reciſum eſt
Quémque notes oculis, angulus omnis abeſt.

Anclacæ, Sarmatiæ Aſiaticæ populi. Plin.

Ancon, Leucoſyrorum vrbs in Cappadocia. Ptol. apollon. Ancon. Portum vocat Arria. in Periplo.

Ancon,onis,vel Ancona,næ,vrbs totius Piceni celeberrima, in littore Adriatici maris à Siculis condita, portum habens inſigni opere à Traiano Cæſare extructum. Nomen habet à ſitu qui cubiti flexuram refert. Græci enim & cubitum, & locum cubitu modo ſinuoſum ἀγκῶνα appellant. Plin.lib.3.cap.13. A Siculis condita eſt colonia Ancona, appoſita eſt promontorio Cumero in ipſo flectentis ſe oræ cubito. Luc.lib.2.

Illic Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon. de ...ius gnomone. Plin.lib.2.c.72. Ptol.& Pomp. Gall. *Ancone.*

Ancobaritis, regio deſertæ Arabiæ oppoſita Epit. Strab. in Meſopotamia eſt, apud Ptolemæum.

Ancorarius,mons in Mauritania,circa Tingitanum Caſtellum. Ammian.

Ancóre, vrbs Bithyniæ, Antigonia poſtea dicta, deinde Nicæa. Steph. Vide *Nicæa.*

Ancrina, Siciliæ oppidum. Ptol.

Anculi,& Anculæ,dij deæque ancillarum.Feſtus.

Ancus Martius,quartus Romanorum rex,nepos Numæ ex filia. Hic Latinos bello domuit. Auentinum & Martium montem vrbi addidit, Ianiculum ponte Sublicio vrbi coniunxit, Romanorumque limites ad mare vſque promouit: vbi & Oſtiam condidit: fertur præterea primus, carcerem inſtituiſſe, ſic ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος, i. à cubito dictus, quem incuruum habuiſſe dicitur, vt ait Seruius. Tit.Liuius. lib.1.

Ancus,Numidiæ fluuius iuxta Icoſium fluens, Pom.Mela.

Ancyra,Plin.lib.5.c.vltimo,Galatiæ vrbs magnæ Phrygiæ contermina, ideò ab aliis Phrygiæ, & aliis Galatiæ tribuitur. & Plinius loco citato duas Ancyras memorat,alteram in Phrygia, alteram in Galatia. Hinc Synodus Ancyritana in iure Pontificio.Dicta Ancyra ab anchoris nauium captarum à Mithridate, quas Ptolemæus Ægypti rex ſuppetias Gallogræcis miſerat.Stephanus,hodie Angouri.Aliam Liuius lib. 43. circa Macedoniam aut Illyricum collocat.

Ancyræ, Siciliæ vrbs, Diodor lib 14.

Ancyreum, Aſiæ minoris promontorium, vbi Pontus finitur, incipitque Boſphorus, Dionyſ. hodie *Pſomion.*

Ancyrion, oppidum Italiæ. Steph.

Ancyron, vrbs Ægypti. Steph.

Anda, Africæ vrbs. Polyb.

Andabaſis, regionis nomen, vnde coccum optimum adfertur Serapio.

Andabatæ, populi, aliàs gladiatores, cluſis oculis pugnantes.Cic.ad Treb.l.7.Epi.fam. Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus. Vide in Chiliadibus Eraſm.

Andabilis,Cappadociæ ciuitas,apud Anton.

Andaca,Indię vrbs,quam Alexander deditione accepit. Arria.

Andania, Arcadiæ vrbs in Peloponneſo. Strabo, quam Meſſeniæ tribuit Pauſan. vt & Stephanus, qui Meſſeniam ipſam ſic quoque appellatam vult.

Andania, mulieris nomen, apud Pauſaniam lib 4.

Andauis,apud Strabonem, fluuius eſt Carmaniæ regionis Mela.& Plin.6.23.69.

Andanum,vrbs Carię. Vide Steph.in Bargylla.

Andatæ, populi Indiæ plurimis vicis & xxx. oppidis,quæ muris turribúſque muniuntur. Pli. lib.6.c.19.

Andarba, Dalmatiæ vrbs. Anton.

Andariſtus,Pelagonum in Macedonia locus. Ptolemæus. & Andariſtenſes populi apud Plinium.

Andares,locus in Britannia inſula. Xiphilin. in Nerone.

Andatis, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum in Nili ripa. Plin.

Andautonium, Pannoniæ ſuperioris oppidum. Ptol.

Andebonthus, filius legitimus Cuntonis Anglorum regis ægrè ferens Aroldum filium nothum eiuſdem Cuntonis patri ſucceſſiſſe, mortuum Aroldum refodi iuſſit, eiúſque corpus in mare proiici. Volater.

Andecrium, Dalmatiæ mediterranea ciuitas, Ptol. Andretrium Straboni.

Andegauia, regio Galliæ Turonibus ac Biturigibus finitima, Oceanoque proxima. Gallicè *Angiers.*

Andegaui, populi, qui & Andes. Tacit. lib.3. Erupere primi Andegaui ac Turonij, quorum Andegauos Acilius Auiola legatus excita cohorte, quæ Lugduni præſidium agitabat, coercuit. Plin 4 c.18.

Andelus, ciuitas Hiſpaniæ,non procul à Pompeopoli, quæ vulgò Pampilona appellatur, metropolis regni Nauarræ. Gall. *Pampelune.*

Anderica, Ciſſiæ regionis ſtathmus, 210. ſtadiis à Suſis, Herodot.

Anderida,littoris Saxonici vrbs in Britannia, lib. Notit. *Nevvenden* in Cantia eſt Camdeno.

Anderidum, Vaſconum in Hiſpania oppidum. Ptolem.

Andera, vel Andeira Phrygiæ oppidum iuxta Sceſim in quo lapis reperitur qui vſtus in ferrum tranſit, deinde cum quadam terra in camino excoctus pſeudargyrum ſeu falſum argentum ſtillat: cui vbi eſt æs additum, temperamentum fit quod orichalcum vocant. Steph. ex Stra-

ex Strabonis 13. Hinc Andirenus & Andirene, Anderam Plin. vocant l. 5. cap. 30.

Anderæ, populi Æthiopiæ ſub Ægypto. Plin. 6. 30.

Andes, ium, vicus non procul à Mantua, Virgilij patria: hinc Andinus, adiectiuum: vt Andinus cantus, Silius Italicus, lib. 8.

Mantua Muſarum domus, atque ad ſydera cantu.

Euecta Andino, id eſt, Virgiliano.

Andes, populi inter Celtas, Carnutibus & Turonibus finitimi, ac Ducatui Bituricenſi, Cenomanóque proximi, quos Ligeris flumen alluit. Gallicè *Le pays d'Anjou*.

Anderhannalis, vicus in Gallia Belgica Anton. *Echternach* Simlero. In agro Treuerenſi videtur.

Andiantes, Pannoniæ inferioris populi. Ptol.

Andirina, mater deûm cognominata à loco, de quo Strab. lib. 13. Sub Andira (inquit) templum eſt matri Deûm Andirinæ ſacrum & ſubterraneum antrum Palæam vſque. Eſt autem Palæa habitatio quædam ſic appellata, quæ ab Andiris diſtat ſtadijs 130 Subterraneum hunc meatum demonſtrauit capra quædam quum in os eius inciſiſſet & poſtridie à paſtore quodam forte fortuna ad ſacrificium eunte, apud Andira inuenta fuiſſet. Strabo.

Andizetij, populi Pannoniarum, vt refert Strab. lib. 7. iidem quos Ptol. Andiantes vocat.

Andócides, orator Athenienſis, filius Leogoris Hellanicus referente Suida.

Andoinus, Longobardorum rex.

Andologenſes, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis. Plin. 3. 32.

Andomatis, Indiæ fluuius qui in Gãgem fluit, & oritur ex Mandiadinis, Indica gente. Arrian.

Andomatunum Longonum vrbs. Ptol. in Gallia Belgica. Villanouanus *Langres* eſſe putat.

Andoriſippo, vrbs Hiſpaniæ Bæticæ, Plin. lib. 3. c. 1. quædam exemplaria legunt apud Plinium, Andoriſæ. Porrò longitudinem, &c.

Andraca, Cappadociæ in Chamana regione vrbs Ptol.

Andrágoras ſubita morte periit. Mart. lib. 6.

Andramytes, rex fuit Lydorum, qui primus omnium mulieres fecit eunuchas, eiſque vice eunuchorum vſus eſt. Cæl. Rhod. lib. 10. cap. 14. & Alex. ad Alex. lib. 2.

Andrapana, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

Andraſimundi Taprobanæ, inſulæ promontorium, Ptol.

Andraſſum vrbs in Aſia minori circa Galatiam, Cedren.

Andreæ, vel S. Andreæ inſula Propontidis.

Andreas, nomen Apoſtoli, Marc. 4. 10. qui ante vocationem ſuam diſcipulus erat Ioannis Baptiſtæ Ioan. 1.

Lotus nobiſcum eſt hilaris, cœnauit & idem
Inuentus manè mortuus Andragoras.

Andréas II. Ladiſlai patruus, Vngariæ rex, regnauit annis XXXVI.

Andréas III. Vngariæ rex, regnauit annis XII. à Bâlâ, qui ei ſucceſſit, victus, regnóque exutus eſt.

Andreas, Arginus ſtatuarius. Pauſ. lib. 6.

Andreus, Perei filius Thebanus. Pauſ. lib. 6.

Andreis, Pauſaniæ, Græciæ regio, quæ poſtea Phlegiantis dicta fuit.

Andreſti, Indiæ populi ab Alexandro magno victi.

Andri, populi circa Claſtidium in Gallia Ciſalpina. Polyb. 2.

Andria, vrbs Elidis & alia Macedoniæ. Steph.

Andriaca, oppidum in Media & item Lycia. Ptol. Rurſum in Thracia, Straboni. Vide Plinium 5. 17.

Andriclus, Ciliciæ mons. Strabo li. 14. qui ait, Vlterius eſt mons Andriclus, & aſpera quædam præternauigatio, nomine Plataniſtus. Eſt etiam fluminis nomen. Plin. lib. 5. c. 15. quem Strab. Andrium vocat, & in Scamandrum fluere affirmat. Dicitur & Andricus Andricius.

Androbius, pictor nobilis, de quo Plin. lib. 35. cap. 11.

Androcalis, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum apud Plinium.

Androgea, Perſidis regio. Cedren.

Andromachidæ, populi ſunt, qui virgines nupturas exhibent ſuo regi, qui pulchriorem & gratiorem ſibi ſtupret.

Androclea, vna eſt ex filiabus Antipœni, quæ pro ſalute populi Thebani ſeipſas interfecerunt. Nam cũ pugna eſſet Thebanis & Herculi contra Orchomenios, oraculũ eſt allatum bello fore eos victores, ſi manũ ſibi inferret qui generis dignitate inter ciues eſſet notiſſimus: & Antipœnio (hic enim maiorũ genere maximè illuſtris erat) non placeret pro populi ſalute mori, eius filiabus Androcleæ & Heracleæ placuit. Vbi itaq; ſeipſas interfeciſſent, hic eis pro tanto beneficio honos eſt habitus, vt in parte templi Dianæ Eucliæ Leonis ſimulachrum ab Hercule illis dicatum conſpiceretur. Pauſ. 9. Bœotic.

Andronicus, poſt annum ferè quadringenteſimum decimum, quàm Roma condita fuit, fabulam primus dedit, anno ante Ennium. Cic. lib. 1. Tuſcul. & Quintil. lib. 1.

Andrócleus, Philoſophus, Porphyrij diſcipulus, cuius ipſe Porphyrius mentionem facit. Volaterran.

Androclus, Codri filius, rex Ionum. Pauſ. lib. ſeptimo.

Androchidas Lacon, cui cùm probro daretur,

Digitized by Google

quòd cùm claudus eſſet, bellatoribus ſe immiſcuiſſet: ideóque ab omnibus tanquam inutilis à prælio arceretur: ita commotus reſpondit, in aciem aſſiſti oportere, qui de prælio non de fuga cogitet. Plutarch. in Apoph. & Cæl. Rhod. lib. 14. c. 5.

Androcopus, is qui Lebedon condidit, loco quodam occupato nomine Artis. Strabo lib. 14.

Androcydes, medicus ſapientia clarus, cuius extat epiſtola quædam ad Alexandrum magnũ ſcripta, apud Plin. his verbis, Vinum potaturus, rex, memento te bibere ſanguinem terræ: ſicut venenum cicutæ, vinum eſt, ſic & vinum cicuta homini. Plin. l. 14. cap. 5. fuit & alius Androcydes pictor. Plin. l. 35. 9.

Andrôdamus, Rheginus, qui leges condidit Calcidonenſibus, populis Thraciæ. Ariſt.

Androdus, Dacus ſeruus. Romæ in circo maximo agnitus à leone, cuius pedem vulneratum aliquando curauerat in ſyluis. Eius hiſtoriam lectu digniſſimam. vide apud Gel. lib. 5. c. 15.

Andrógeus, filius Minois Cretæ regis, & Paſiphaes, qui cùm omnes in Palæſtra ſuperat, ab Athenienſibus & Megarenſibus ex inuidia occiſus eſt. In cuius vitionem Minos, Niſo Megarenſium rege occiſo, Megaram euertit, Athenienſes acri bello ſuperauit, eóſque quotannis ſeptem adoleſcentes & totidem puellas, à Minotauro deuorandas in Cretam mittere coegit. Virg. Æneid.

In foribus, lethum Androgeo tum pendere pœnas
Cecropidæ iuſſi, &c.

Androgeus, vnus è Græcorum ducibus, qui Troiam profecti ſunt, Virg. Æneid. 2.

Primus ſe Danaûm magna comitante caterua,
Androgeos offert nobis ſocia agmina credens.

Andrógyne, vel Androgini, populi in Africa, ſupra Naſamones, vtriuſque naturæ, inter ſe vicibus coeuntes, dextra mamma his virilis, leua muliebris. Plin lib 7. c. 2.

Androlitia, oppidum, Plin. 5. 29.

Andrómache, Hectoris Troiani vxor, Ætionis regis Thebarum Ciliciæ filia, Aſtyanactem peperit mortuo Hectore Pyrrhus eam in Græciam abduxit, & ex ea Moloſſum ſuſcepit, poſtea verò Heleno vati Priami filio, cum parte regni in vxorem dedit. Author Volater. Virg. lib. 3. Æneid.

Hectoris Andromache Pyrrhinos connubia
ſeruas?

A viri pugna nomen ſortita eſt: fuit enim quædam veluti virago.

Andrómachus, adultor Craſſi, à quo ipſe Parthis proditus eſt. Plut.

Andrómachus, fuit etiam ſophiſta è Neapoli Syriæ filius Zonç qui Nicodemiæ grammaticam docuit Diocletiani temporibus. Suid.

Andromachus, Syriæ, & Phœniciæ præfectus ab Alexandro, viuus à Samaritis crematus eſt, Curtius lib. 4.

Andrómattunũ, Lingonũ ciuitas in Gallia. Pt.

Andrómeda, vel Andromede, Cephei Æthiopum regis, & Caſſiopes filia, ob matris ſuperbiam, quæ ſe Nereidas forma ſuperare gloriabatur, à Nymphis ſaxo alligata fuit, & ceto marino monſtro expoſita: poſtea tamen à Perſeo in patriam reuertente: occiſo prius ceto, liberata eidem nupſit. Propert. lib. 2.

Andromede monſtris fuerat deuota marinis,
Hac eadem Perſei nobilis vxor erat.

Plin. lib 5. cap. 13. Poſtremo Mineruæ beneficio inter aſtra collocata dicitur, oritúrque in parte Piſcium duodecima. De hac tragœdiam ſcripſit Euripides: eámque ab eius nomine Andromedam appellauit.

Androna, Cyrrheſticæ regionis in Syria oppidum. Anton.

Andrómon, nomen proprium eius qui Colophonem ædificauit.

Andron, Ptolem. oppidum inferioris regionis Nili.

Andron Catanæus, teſte Theophraſto, tibiis canens, primus omnium motiones corporis & rythmos excogitauit. Cæl. Rhod. lib. 5. c. 4.

Andronicus, i. vir victorioſus, nomen viri, Roman. 16.

Andronicus Rhodius, philoſophus Peripateticus, cuius meminit Strabo.

Andronicus grammaticus, deſidioſior in profeſſione Græca, cuius meminit Tranquillus.

Andronicus hiſtoricus, res Alexandri ſcripſit. Volaterran.

Andronicus, Græcorum Imperator, regnauit ann. 1.

Andronorus, legiſlator fuit Chalcidẽſium eorum qui in Thracia ſunt. Alex. ab Alex. li. 6. c. 10.

Androphagi, Scythiæ gentes in Europa. Hero.

Andropompus Thebanus, Bori filius, Xanthum non ſingulari certamine, ſed fraude interfecit. Pauſ. in Bœoticis, quamvis id à Melantho Andropompi filii non ab ipſo Andropompo factum fuerit. Vide Apaturia.

Andros, Britanniæ inſula, Plin. lib. 4. c. 6.

Andros maris Ægei inſula prima inter Cyclades vicina Samo, cum oppido eiuſdem nominis, quæ Aſiæ adiacet ex oppoſito ad Epheſum, Ouid. lib. 12. Metamorph.

Et totidem natu Andros fraterna petita eſt.

Hæc primò dicta fuit *Cauros*, poſtea *Antandros*, hinc *Andrius, dria, drium*, Steph. nominatam ſcribit ab Andro Eurimachi filio, &c. Ibi fons eſt, qui quotannis, nonis Ianuariis, vini ſapore fluit. Plin. lib. 2. c. 103.

Androſia, Galatiæ oppidum Ptol.

Andro-

ed by Google

androſthenes, prætor Theſſaliæ. Pompeio fauens, à Cæſare obſidetur & expugnatur. Cæſar lib. 3. de bello ciuili.

androſthenes, ſtatuarius Thebanus. Pauſan.

Anecus, Siciliæ fluuius, qui per 2000. paſſuum ſub terra mergens, Syracuſis miſcetur mari, appellatúrque *Ano* poſt *Anapoſcanos*, ſuperior. anotiſphoros.

ancianum Antonino, hodie *monte Agnano*, Simlero: vrbs Italiæ inter Patauium & Mutinã.

anelontis, fluminis iuxta Colophonem meminit Pauſ. cuius prædicat frigiditatem.

anem, nomen ciuitatis, 1. Paral. 6.

anemo, fluuius in octaua Italiæ regione, Pli. 3.15. hodie *Roſanario, Fantino, & Santerno.*

anemolia, Phocidis vrbs, quæ poſtea Hyampolis nominata eſt. Strab. Bœotiæ ciuitas. Ptol.

anemoſa, vicus in Arcadia Pauſ.

anemothicos, circa Cariam vrbs, Phorphyrogen.

anemotis, Palladis nomen eſt, inde tractum: cùm Mothonem Peloponneſi ciuitatem, locáque vicina, venti paulò violentiores, minúſque tempeſtiuè perflantes inſigniter oblæderent, Diomedis, qui tum ibi imperabat, ſuaſu ſimulachrum Palladi erectum eſt, eidémque ab incolis fuſæ preces: quibus fuſis mox ventorum ceſſauit impetus, nullúmque deinceps calamitatis genus incolis poſteà enatum: vnde cognomen Minerua à ſedatis ventis adepta eſt, Cæl. Rhod. lib. 20. c. 19.

angæus, Lycurgi Regis Thraciæ filius, qui Sannum oppidum condidit.

anemoréa, vrbs Phocidis, quæ nunc Anemolia dicitur, in confinio Phocidis, & Delphorum in alto colle. Situs eſt autem ſupra eam locus καλὸς πτίσεως dictus, qui ventis nunquam non impetitur, vnde nomen vrbis. Steph.

anemurinum, Ciliciæ oppidum, Pli. li. 5. c. 27. & 33. *alemura* Nigro.

anemuſa, inſula maris mediterranei. Ptol.

anemytas, apud Tarentinos aſinus erat, qui ventis ſacrificabatur Etym. magnum.

ameritæ, Marmaricæ Nomi gens, Ptol.

aner, i. reſponſio aut canticum lucernæ, ſiue affligens lucernam. Frater Mamre, Gen. 4. Nomen item ciuitatis in tribu Manaſſe, 1. Chron. 6.

anethuſſa, vrbs Libyæ. Steph.

anétia, oppidum Plin. 5.24 vide ſupra Anetia.

aneticus, Añæ locus, eſt arundinibus abundans.

anetis, Dea quædam in Armenia. Armeniis autem lex erat, vt virgines in phano vetuſtiſſimo Anetis deæ proſtituerentur: vbi ipſius ſtatua ex ſolido auro ſita erat, quam Antonius expilauit. Quibus emeritis, cuiuſvis præcipui hominis coniugium ſortiri fas erat, nemine abnuente aut tale coniugium detractante. Alex. ab Alex. lib 2. c. 24. Vide ſupra Anaitis Dea.

angæ, Paleſtinæ locus Cedren.

angæ, montes à ſiniſtro Ciliciæ, Iudith. 2.

angaris, mons Palæſtinæ, Plin. 5.13.

angaris, Bithyniæ emporium, prope Helenopolim Socrat. lib. 8. c. 20 hiſt. Eccl.

angæ, Arabiæ fœlicis vicus, Ptolem.

angia, Theſſaliæ vrbs. Liu.

angele, pars è tribu Pandionide. Steph.

angelia, Mercurij filia apud Pindarum, ideò fingitur quod Mercurius nunciis præſit. Vide Cælium, lib. 18. c. 6.

angellæ, Bæticæ vrbs, Anton. in Cordubam, & Hiſpalim.

angelus, Neptuni filius, ex concubitu Nymphæ cuiuſdam in Chio natus, Pauſ lib. 7.

angelion ſtatuarius, qui Apollinis ſimulachrum apud Delos fecit Pauſ. in Corinthiacis.

anger, fluuius in Illyrico.

angerona, ſilentij dea cui ſacrificabatur ad diẽ XII. Calẽdas Ianuarij, ore obligato obſignatóque ſimulachrũ habebat. Plin. lib. 3. c. 5. Angeroniam vocat Macrobius Saturna. lib. 1. c. 10. Diuæ (inquit) Angeroniæ Pontifices in ſacello Volupiæ ſacrum faciunt: quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait, quod angeros ac animorum ſolicitudines propitiata depellat. Maſurius adjicit, eius deæ ſimulachrum ore obligato atque obſignato in ara Volupiæ propterea collocatum, quod qui ſuos dolores anxietatéſque diſſimulãt, perueniant patientiæ beneficio ad maximam voluptatem. Iulius Modeſtus ideò ſacrificari huic deæ dicit, quòd populus Romanus morbo, qui Angina dicitur, præmiſſo voto ſit liberatus, fortè ſcribendum Angenora quia cohibet os. Eſt enim Dea ἰχεμυθίας vt Sophocles ἀλ τοὶ χεῦμα κλῆις ἐπὶ γλώσσης βέβηκεν. Scal.

anges, mater Elephi, quem ſuſcepit ab Hercule.

angidiſtis, mater Deorum apud Peſſinuntios, vbi templum maximum habet ſummáque colitur veneratione. Strab. lib. 12. Sunt tamen qui apud Strabonem legant ἄγδιστιν Agdiſtin, non verò Angidiſtin.

angites, Thraciæ fluuius, qui Strimonem ſubit. Herodot.

angitiæ, nemus in Marſorum regione. Virg. Æneid. 7.

Te nemus Angitiæ vitrea te fucinus vnda.

angitula, Anton. Italiæ flumen in Calabria regione.

angium, vrbs opulenta circa Peloponneſum. Lacon.

anguianus, Gallicæ claſſi præfectus in prælio nauali aduerſus Turcas. Paul. Ienius.

anglia, Britannia, inſula in Oceano, vndique

Digitized by Google

à circumfuſo mari complexa, nuſquam iuncta continenti, ſed ab omni orbe noſtro diuiſa: quondam ab albis rupibus quas mare vndique alluit, Albion dicebatur. Hanc primum Troes incoluerunt, Palladiſque oraculo claſſe in hanc inſulam migrauerunt, atque gigantes, tunc inſulam tenentes, multis victos prælijs expugnauerunt. Hos poſtmodum longo tempore tractu, Saxones, illuſtres Alemaniæ populi oppreſſere eorúmque agros & opes inter legatos Saxonum regina Angela diuiſit, ſuúmque inſulæ nomen reliquit. Quanquam plerique Angliam veluti noſtri orbis angulum prædicent. Situs ipſius eſt contra aſpectum Galliæ & Hiſpaniæ, ambitus quadrageſies octies & ſeptuaginta quinque millibus paſſuum conſtat.

Anglia, primùm dicta eſt Albion, ſeu Albania ab albis rupibus, quæ primum illuc nauigantibus apparēt, vnde cretacei lapides ad nos aduehūtur, quorū vſus eſt in Abacis calculatoriis, ait Munſt. lib. 2. Coſ. Poſtea Britannia appellata eſt à Bruto, Syluij Poſthumi Latinorū regis Filio, duce quorundam Troianorum, qui 40. annis poſt Troiam à Græcis exciſam, claſſe in hanc inſulam venere, atq; Aborigines, tunc eā incolentes, ad vnum occidere. At Beda in Anglia natus, ſcribit Angliam appellatam Britanniam à Britannis, Galliam olim incolentibus. Eſt autem Anglia Oceani Polygonia inſula, ab omni continente per mare diſcreta: & hodie in duo regna diuiditur, nempe Anglicum & Scoticum, fluuio Saluato. Veteres Britanniam ſterilem dixerunt, & ne ſcrupulum quidem auri, argenti, aut æris in ea reperiri. Sed hodie ipſa mineralibus abundare deprehenditur. Terram ſulphuream, & bituminoſam, ad ignem aptiſſimam habet. Triticum ea terra producit, ſiliginem, piſa, auenam, & alias eiuſmodi fruges, quantum inſulæ ſufficit. Hæc Munſt. Hodie in duas partes diuiditur, Angliam videlicet veteribus Lhoegriam, & Cambriam, ſeu Walliam. Tota hæc Anglia aut Lhoegria & Cambria proprio gaudet rege: cui multi eius regionis duces, comites, principéſque obediunt. Regio eſt quocunque anni tempore temperatiſſima. Cœlum craſſum, in quo facilè nubes, imbres, ventíque coguntur, atque eò minus frigoris, æſtúſque propter aëris denſitatem. Lupos neque vlla animalia rapacia nutrit: vnde infiniti ferè ouium greges. Omni etiam pecudum aliorum genere abundat, præter aſinos, camelos, mulos, & elephantos. Canum genus nullibi gentium maius ferociúſque. Solum fœcundum & frugiferum. Tanta hic Roſmarini copia, vt hortos inde ſepiant. Vino caret, ſed cereuiſia optima vtuntur incolæ, quæ in alias regiones tranſuehitur. Oceanus, qui inſulam alluit, omnis generis piſcium copia abundat. Fert hæc regio aurum, argentum, cuprum, plumbum, ſtannum optimum & magna cum abundantia: ferrum denique, ſed exigua eius copia. Gens procera ſtatura, venuſta & candida facie eſt, cæſiis vt plurimum oculis, &, vt ſono linguæ Italis perſimiles, ita corporum habitu ac moribus ab illis penè nihil diſcrepent: veſtimento non multum abſimili Gallico vtuntur: fœminas niueus candor inſigniſque forma, & longè decentiſſimus veſtibus honeſtant: victus maxima pars in carne conſiſtit. Bello ſunt intrepidi, optimi ſagittarii, ac in militia moræ haud multum patientes: idcircò vbi ad arma ventum eſt, ſtatim de omnibus fortunis alterius partis dimicatur, quia omnia ſequūtur victorem, ſed neque arces ædificant quin olim conditas, vetuſtatéque ruentes domos minus ſarciendas curant. Vrbes habent atque oppida egregia, frequentéſque pagos & villas magnificas. Primaria vrbs emporium & regia ſedes eſt Londinum, ad flumen Tameſim ſita. Polyd. Virgil. Vide Britannia & albion.

Angelus, Ptolemæo. *Angulania* Plinio, Veſtinorum vrbs in Italia, vulgò *Citta S. Angelo.*

Angriuarij, Ptolem. Tacit. Germaniæ populi, potens Saxonum dynaſtia, ad Luppiæ fluminis caput: vulgò *Egern*, vel *Angeren*, vel *Angermund.*

Angrus, fluuius ex Illyricis verſus Boream fluens Herod lib. 4. Qui ex Illyricis in Aquilonem tendens Angrus planitiem Triballicam interfluens Brongum intrat. Brongus iſte Iſtrum. Herodotus 4.

Anguifer, & Anguitenens Sydus eſt cœleſte, de quo ſic Columella. lib. 11. c. 2.

Anguifer, qui à Græcis dicitur ὀφιοῦχος, mane occidit; tempeſtatem ſignificat. Cic. de natura deorum. Atque hæc quidem à tergo, propter caput autem Anguitenens. Vide Hyginum in ſignis cœleſtibus.

Anguigenæ, populi quidam non procul ab agro Priapeno, quos antiqui finxerunt cognationem quandam cum ſerpentibus habere. Proditum eſt enim mares ſerpentum morſibus remedio eſſe, ſi eos continuo attigerint, quemadmodum incantatores, ac primo liuorem transferre, poſtea tumorem ac dolorem ſedare. Strabo. lib. 13. ὀφιογενεῖς appellat.

Angulani, populi. Plin 3. 12.

Anguitia, Æetæ filia, ſoror Circes & Medeæ, quæ Marſis remedia contra venena oſtendit. Sil. lib. 8.

Aeeta prolem Anguitiam mala gramina primum
Monſtrauiſſe ferunt, tactúq; domare venena,
Et lunam excuſſiſſe polo, ſtridoribus amnes
Frænantem, ac ſyluis montem nudaſſe vocatis,

pate-

by Google

Putatur hæc ſedem habuiſſe apud Marſos, non procul à Fucino lacu. Virg. 7. Æneid.

Te nemus Anguitiæ, vitrea te Fucinus vnda,
Te liquidi fleuere lacus, &c.

Angurus, mons Scythiæ, iuxta Iſtrum fluuium, Apollon. lib. 4.

Anguturi, gens circa Indum fluuium. Plin.

Angyrorum vrbs in Ægypto. Ptol.

Ani, i. reſponſio, ſiue canticum, ſiue afflictus, vel pauper, nomen Ianitoris, & cãtoris. 1. Par. 13.

Ania, Romana mulier, quam cùm propinquus moneret, vt alteri viro nuberet (eſſe enim ei & ætatem integram & faciem bonam.) Nequaquã hoc faciam, inquit: ſi enim virum bonum inuenero, vt antè habui, nolo timere ne perdam: ſi malum, quid neceſſe eſt poſt bonum, malum ſuſtinere.

Anania, Peloponneſi fluuius. Strabo.

Aniaca, regio circa Armeniam. Cedr.

Aniana, Meſopotamiæ vrbs. Ptol.

Anianæ Thermæ, Cumanorum in Campania felici.

Anianus ſinus, Liu.

Anichæ, gens Indica. Ptol.

Anicium, Galliæ vrbs, quam Podium, vulgò *Le Puy* vocant.

Anidò, Liguriæ montes. Liu.

Anigræa, Peloponneſi locus. Pauſ.

Aniam filius Samidæ, filij Galaad, filij Machis, filij Manaſſe. 1. Paral. 7. Lat. nauis populi, aut dolor, ſiue fortitudo populi.

Anichia, oppidum. Plin. 4. 7.

Aniger, vel Anyger.

Anigrus, fluuius Theſſaliæ, in quo Centauri ab Hercule vulnerati lauerunt vulnera ſua: quã obrem quum primò habuiſſet aquas dulces, atque potabiles: habuit poſtea fœtidas, atque turpes Ouid. 12 Metamorph.

Antè bibebatur: nunc quas contingere nolis,
Fundit Anigrus aquas, poſtquam (niſi vatibus omnis
Eripienda fides) illic lauere bimembres
Vulnera, clauigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Anigriades, nymphæ, ab Anigro flumine nuncupatæ, Strab & Pauſ.

Anim, i. reſpondentes ſiue cantantes, aut afflicti, ſiue pauperes nomen ciuitatis. Ioſue 15.

Animotha, Arabiæ vrbs, lib. Notit.

Anima vrbs Indiæ extra Gangem. Ptol.

Aninacha, Indiæ intra Gangem oppidũ. Ptol.

Anio ſiue Anien, nobilis Italiç fluuius, in mõtibus Trebianorum naſcens, Tiburtinum irrigans agrum, vbi è ſublimi in ſubiectam vallem magno impetu delabẽs efficit cataractam: deinde per plana fluens, tres nobiles lacus ſecum in Tyberim defert, vulgò *Teuerone*. Nomen autem accepiſſe putatur ab Anio Hetruſcorum rege, qui inſequens Cethegum, filiæ ſuæ raptorem, quum eum aſſequi non poſſet, in hunc fluuium inſiluit: & vt Anio vocaretur, effecit. Propert. li. 4.

Ramoſis Anio qua pomifer incubat aruis.

Hinc Anienus, na, num: Idem.

Sive Anienæ tuos traxerit vnda pedes.

Aniſis, qui & Aſychis, Ægyptiorum rex, à ſacerdotibus deſignatus, regnauit annis VI.

Aniſum, vrbs eſſe videtur Siciliæ, apud Ouid. 4. Faſtor.

Iámque Leontinos, Aniſenaq́ flumina curſu
Præterit.

Vt flumina Aniſena, aut Aniſum flumen, quod Aniſo præterlabitur: niſi flumen Aniſenum dicat, pro Aniſo flumine.

Aniſus, Auſtriæ fluuius, hodie *Ens*. Rhenan.

Anitha, Arabiæ Petreæ vrbs. Ptol.

Anitorgis, Celtiberorum vrbs. Liu.

Aniſtis Lacon, Alexandri Magni curſor à Sicyone Elim vſque mille ducenta ſtadia vno die percurrit. Solin. lib. 1. cap. 6.

Anicius Ædilis Curulis Plin. lib. 33. c. 1. Appij Cæci ſcriba promulgauerat, vt Ædilis Curulis crearetur cum Q. Anitio Præneſtino, qui paucis ante annis hoſtis fuiſſet: præteritis C. Petilio & Domitio.

Anitius Rufinus, Coſ. Rom. Acilij Seueri collega.

Anitius, Paulinus Conſul, Ceionij Iuliani Camœnij collega.

Anitius Paulinus iunior, Conſul. Pub. Optatij collega.

Anitius Fauſtus, II. Conſul, Galli collega Horum tempeſtate ſe vt deum adorari Diocletianus iuſſit. Caſſiod. Euſeb.

Anius, locus Puteolis vicinus eſt, qui hodie *Lago Sudatorio* dicitur. Bocat.

Anius, Apollinis filius ex Rhea, & rex in Delo habuit Andrum filium. Virg. lib. 3. Æn.

Rex Anius, rex idem hominũ, Phœbiq́, ſacerdos,
Vittis & ſacra redimitus tempora lauro.
O currit. De hoc vide Cæl. Rhod. lib. 7. ca 15.

Anna, i. gratioſa, ſiue miſericors, aut requieſcens: vel donans, altera vxor Elcanæ, 1. Reg. Heb. Hanna. Nomen item Propheteſſæ cuiuſdam filiæ Phanuel, de qua Luc 2.

Anna, dea ab annis quibus præſidebat vocata, cui menſe Martio priuatim & publicè ſacrificabatur, vt populo Annare, & Perennare liceret. Fuit Beli filia, ſoror Didonis, cui in fuga comes fuit: quæ poſtquàm mortuam ſororem vidit, & Carthaginem ab Hiarba Getulorum rege occupatam, relicta ſede patria, ad Battum regem, qui Melitæ imperabat, curſum arripuit: à quo iure veteris hoſpitij benignè ſuſcepta, duos circiter annos ibi manſit. Sed cùm Pygmalionem fratrem iam cum armis aduentare didiciſſet,

Barrus vereri potentiam illius, Annam vt inde abiret, hortatus eſt. Mox igitur mare ingreſſa, dum Cametam vel Cratidem fluuium nauigare contenderet, vi tempeſtatis acta, in Laurentem oram peruenit, vbi iam Æneas paratis rebus, & ducta vxore Lauinia imperabat: à quo benignè inuitata, in regiam cum eo profecta eſt: cui mox Lauinia tendere inſidias cœpit. Sed Anna in ſomnis à Didone monita, vt infauſtam domum relinqueret, ſtatim per feneſtram exiliit, cumque citato curſu ad Numicium amnem perueniſſet, in eum ſe præcipitem dedit. Orta deinde luce, magno clamore eam quæritantibus, apparent veſtigia pedum vſque ad Numicium amnem, vnde Ouid. 3. Faſtor.

—placidi ſum Nympha Numici,

Amne perenne latens Anna perenna vocor.

Anna, ciuitas Iudææ ſupra Hierichuntem. Steph.

Annacus, annis ccc. vixit. Vide Step. in Icono.

Annana, Arabum vicus. Egeſipp. lib. 1.

Annarus, rex Babyloniæ, qui tanti luxus fuiſſe fertur, tamque gulæ deditus, vt ſtola muliebri amictus, mero & vnguento madens centum & quinquaginta pſaltriis ſimul accubantibus velut officina nequitiæ, magnis effuſionibus cœnitaret, Alex. lib. 5.

Annas, i. affligens, vel humilians, aut reſpondens, pontifex Iudæorum, ſocer Caiphæ pontificis, Ioan. 18. Luc. 3. Act. 4.

Anneſel, Africæ propriæ vrbs. Anton.

Anneus Seneca Cordubēſis, declamator Stoicus philoſophus, & idem poëta Neronis præceptor, à quo ſolutis venis interfectus eſt. Tacitus.

Anneſtus, vel Anneſtum, Arabiæ fœlicis oppidum à Gallo deletum, Plin. 6. 18.

Annibalis inſula. Plin. lib. 3. c. 5.

Annibalis ſpeculæ, terrenæque turres, iugis montium impoſitæ in Hiſpania. Plin. l. 35. c. 14.

Annibal, Carthaginenſium dux aut imperator, Amilcaris filius, quem adhuc impuberem iureiurando ante aras pater aſtrinxiſſe fertur vt quam primum per ætatem liceret arma contra Romanos ſumeret, in Hiſpaniam traiecit, Gallos ad Rhodanum ſuperauit. Eutr. 3. Alpes peruias fecit: in Italiam venit: Saguntum cepit. Liu. lib. 1. decad. 3. Titum Sempronium Conſulem apud Trebiam profligauit. Flaminium Cōſulem fudit ad Traſimenum lacum 15000. Romanorum cæſis, à Fabio Maximo imminutus. Liuius 4. Eutr 3. Poſtea reſumptis viribus Paulum Æmilium & Ter. Varronem Conſules apud Cannas vicit 40000. peditū & 2700. equitum cæſis, tribuſque & dimidio modiis annulorum Carthaginem miſſis, caſtris prope Romam poſitis, tempeſtate coactus: in Campaniam venit: à Marcello apud Nolam victus eſt. Liuius lib. 3. Eutropius. Florus. apud Cannas à Sempronio Graccho, magna ſuorum cæde repulſus nauali pugna, ad Eumenem victus, Liuius 7. Florus l. 8. Iuſtinus 32. Carthaginem rediit, vt eam à P. Scipionis Africani obſidione liberaret. cum quo apud Zamam oppidum Africæ congreſſus 20000 Pœnorum cæſa ſunt, ferè totidem captis: ipſe ad Antiochum confugit, à quo auxilium ac vires ſumpſit: cum quo poſtremò etiam ſuperatus eſt. Liuius 5. Iuſtinus 3. Plutarch. in Annibal. Cæterùm à Romanis poſtulatus apud Antiochum ac Pruſiam reges, ipſorum fidem ſuſpectam habens, hauſto quod annulo incluſum geſtabat veneno, ſeipſum confecit. Plutarch. Eutropius 4. Oroſ. 4. 20. quo loco ait lapidibus obrutum fuiſſe à Carthaginienſibus, ob rem malè geſtam. Liuius lib. 9. ſcripſit cruci affixum fuiſſe. Cæterùm Pruſam condidit. Plin. 5. 32. Meretricio amore detinebatur. Idem 3. XI. turres ædificauit. Idem 2. c. LXXIII. ſpeculas extruxit. 35. 14.

Annibal Carthaginienſis alius magni filius, ab Amilcone duce in Lilybæum, quod à Romanis oppugnabatur, ad Siculos in officio continendos miſſus eſt. Polybius.

Annibal Rhodius, dux item Carthaginienſis, Siculo bello interiit. Polyb.

Annibi, montes & gentes in Serica regione, Ptol.

Anniceris, Cyrenæus nobilis fuit equorum agitator, qui artem Platoni oſtentaturus ante Academiam currus iunxit, ſæpéque eundem curſum iiſdem veſtigiis nihil delirando appetiit. Cæl. Rhod. lib. 17. cap. 31. ab eo Plato captiuus redemptus eſt Laert. lib. 2.

Annichori, vel Annichores, populi Perſis vicini, quorum vel regio, vel vrbs Amichorum vocatur. Steph.

Annium, Elidis in Peloponneſo oppidum.

Annius Rufus, Iudææ præfectus, regn. an. 11.

Annius Verus, Conſul Romanus, Augurini collega.

Annius Libo, Conſul Romanus, Torquati Aſprenatis collega.

Annius Tacitus, XXXIII. Romanorum Imperator, regnauit menſibus VI. Idem conſul cum Æmiliano fuit atque à patribus Imperator electus eſt. Occiſus eſt in Ponte militaribus inſidiis. Pompon. Florian.

Annius, Anulinus Conſul, Numidij Tuſci collega.

Annius Scapula, maximæ dignitatis & gratiæ prouincialis homo, propter coniurationem in Caſſium interfectus eſt. Hirtius de bello Alexand.

Anos, Anopoſcænos, & Anotiſphorus, vide Anecus.

Anob vua, aut nodus, filius Gos. 1. Chron. 4.

Anœgata

Ancegata, Libyæ interioris vrbs. Ptolem.

Anolus, Lidyæ vrbs. Steph.

Anonium, Brechunorũ in Italia ciuitas. Ptol.

Annon, dux exercitus Carthaginenſis, coactus eſt vertere ſolum exilij cauſa, quod in expeditionibus leonem haberet ſarcinas ferentem, veluti eſſet id argumento, eum ad tyrannidem aſpirare. Plut. in Probl. ciuil. lib. & Plin. lib. 8. c. 16. & Cæl. Rhod. lib. 13. c. 29.

Annon Carthaginenſis, præ nimio faſtu humanis terminis non contentus, cupiebat maiora, vt quæ ſunt ſupra hominem de ſe prædicari. Nam cùm aues multas ex iis, quæ modulationibus in cantu vtuntur, emiſſet, nutriuit eas in obſcuro loco, docuitque id vnum dicere, Annon Deus eſt. Cùm autem aues vnam hanc vocem auditam percepiſſent, aliam aliò dimiſit, ratus carmen illud quod aues edocuerat, aliis in locis etiam diuulgatum iri: quæ tamen opinio eum fefellit: nam aues ſemel ſolutæ, & ad propria conſuetaque loca profectæ, priores & naturales cantus edebant contempto Annone & iis diſciplinis quas captiuæ didicerant. Ælian. de var. hiſt. lib. vlt. Simile extat exemplum de Pſaphone, cuius meminit Eraſmus in Adagiis.

Anopæa, mons & via ſic dicta, prope Aſapum fluuium in Melienſi regione, Herod.

D. Anſelmus, Cantuarienſis in Anglia fuit Epiſcopus Mun. l. lib. 2. Coſmog. Is à Gulielmo Rufo, Anglorum rege, crudeliter occiſus, quod eius tyrannidem carperet, anno Domini 1100.

Anſibarij, Germaniæ inferioris populi proximi Friſiis, pulſi à Chaucis. Tacitus Annal. 13.

Anochus, luctator. Pauſ. lib. 7.

Anonus, fons. Pauſ. lib. 5.

Anolus, vrbs Lydiæ, ab Anolo Aſij filio dicta Steph.

Anôpolis, vrbs Cretæ. Vide Araden.

Anſactus, lacus apud Lucanos, vel vt Plin. habet in Hirpinis, ex quo tam lethalis odor euaporat, vt volantes deſuper aues eo ſuſcepto necentur. Virg. lib. 7. Æneid.

Eſt locus Italiæ in medio ſub montibus altis:
Nobilis, & fama multis memoratus in oris,
Anſancti valles, &c. Vide Amſanctus. De Anſancti ſpecu. Plin. 2. 95 hodie, *La valle de Frecenſe*, ab incolis Os inferni.

Anſer, poëta, quem Ouidius procacem vocat, lib. 2. Triſtium.

Cinna quoque hic comes eſt, Cinnáque procacior Anſer.

Antacæ, Aſiaticæ Sarmatiæ populi. Plin. lib. 6. cap. 7.

Antachara, vrbs Indiæ intra Gangem. Ptol.

Antacites, amnis in Aſiæ latere, ad Tyrambum oppidum: à quo piſces Antacæi, ſalſamentum Athenæo, cæteriſque nobile, nunc & in hodiernum vſque diem à Mæoti lacu præſtantiſſimi quotannis inuehuntur. Amnem hunc apud Ptol. corruptè legimus Atticum pro Antacite. Importantur Antacei, & ex Boriſthene, vt inquit Herod. Hermolaus in Plin. lib. 6. c. 7.

Antæas, Scytharum rex, Iſmeniam tibicinem bello captum iuſſit ad cœnam canere. Omnibus autem admirantibus, & præ voluptate plaudentibus, iureiurando affirmauit ſuauius ſe interdum equum hinnientem audiſſe. vſque adeò aures habebat à Muſica abhorrentes, animúmque in præſepus, imò verò audiendis aſinis, quam equis appoſitiorem. Plu. in lib. de Alexandri fortuna & virtute.

Antæ, populi trans Iſtrum Procop.

Anteopolis, ciuitas in Ægypto: ciuis Antæopolita, vel Anteon dicitur. Steph.

Anteopolites, præfectura in Aſia. Plin. 5. 9.

Antæus, Gigas, Neptuni ex Terra filius, magno, ac procero corpore, quippe qui cubitis 64. adoleuerit in Libya ap. id lixum oppidum à flumine Mauritaniæ eiuſdem nominis ita vocatũ, qui locus Antæi regia dicitur. Is quoties membra labore defeſſa eſſent, tactu Terræ recreabatur, quem Hercules Palæſtra pectori aſtrictum expirare coëgit. Scribit Plutarchus, Sertorium Romanorum ducem, apud Tygænum oppidũ Libyæ effoſſo ſepulchro, Antei cadauer inueniſſe. Euſebius libro de Tempor. ſcribit, Antæum palæſtricæ artis fuiſſe doctiſſimum, & quorumcunque certaminum: & ob id oſtendit, ſe arbitrari fictum, quod fuerit filius Terræ, & quod viribus reſtauraretur ab ea. Sunt tamen qui dicant, hunc ab Eubulo primo Iouis filio, in lucta ſuperatum eſſe, & eundem poſtea Herculis cognomen meruiſſe. Huius regiam in Mauritania eſſe non procul ab Heſperidum hortis, Plinius author eſt. Lucanus tamen ferè in fine libri quarti, paulò aliter ſentire videtur, vbi totam hanc fabulam deſcribit. Quam ego ſanè (inquit N. Comes, mythologiæ lib. 7. cap. 1.) nihil aliud ſignificare crediderim, quam medicorum quoddam dogma, contraria ſcilicet contrariis eſſe curanda, vt nomen Antæi videtur ſignificare, quod tamen etiam poteſt ad multas politicas transferri actiones & iudicia, & ad vtilitatem vniuerſæ humanæ vitæ. Cùm enim Hercules Sol exiſtat, terra frigida contracta recreat quæ nimio calore fuerint exuſta, quamobrem reuocat in vitam ipſum Antæum. ſic namque docemur calidis ægritudinibus refrigerentia medicamenta eſſe adhibenda, at non violenta tamen, ne propter antiperiſtaſin inualeſcat morbus & fiat apoſtema. Neque in rebus ciuilibus eadem ratione extrema eſſe poſſe vtilia demonſtratur. Illud autem ſignificatur, quod Antæus vi Herculis oppreſſus, id eſt, ardore Solis

Digitized by Google

propè extinctus attingens tantùm terram requiſceret: nam contrariis adiuuanda eſt & excitanda vis naturæ; at non contrariorum mole obruenda.

Antagoras Cous, vir cuius meminit Pauſan. Item Antagoras Rhodius Poëta non ignobilis, cuius feſtiuiſſimum fertur reſponſum. Hic enim gulæ nonnihil impartiendum ratus, congrum intentius coquebat: admonitus ſuper ea re Antigonus, illique aſſiſtens retrò, leuiter retractum interrogauit, Putáſne, inquit, ô Antagora, Homerum Agamemnonis & Græcorum rebus carmine celebrandis diſtentum, quo pacto congri melius ſaperent, penſitaſſe? Huic ille, An opinaris, inquit, ô rex, Agamemnonem, cui tantarum rerum onus incumberet, ſolicitus, perſcrutatum, ecquis in exercitu congrum coqueret? Cæl. lib. 7. c. 8. ex Plutarcho.

Antálcidas, Lacedæmonius, de quo Plutarch. in vita Pelopidæ, & Pauſ. lib. 4.

Antánder, Meſſeniis dux contra incurſiones Lacedæmoniorum. Pauſ. lib. 4.

Antándros, Strab. 3. & Plin. 4. 12. Phrygiæ vrbs ad Meridiem poſita, quam habitauere Leleges, finitimi Cilicibus. Plin. 5. 30. & 16. 33. Edonis prius vocata, deinde Cimmeris & Aſſos & Apollonia. Virg. 3 Æneid.

—claſſemque ſub ipſa

Antandro & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Dicta, vel quòd de Andro inſula eam condiderunt coloni, quaſi ἀντὶ ἄνδρου, vel quia Græci venientes per Thraciam, cepere Polidorum, pro cuius pretio, hanc accepere ciuitatem. Steph. & Seruius.

Antandrum, ſaxum magis quàm inſula inter Tenedum & Chium, qua Ægæus ſinus panditur à dextra nauigantibus.

Antanij, Cariæ gens Porphyrogen.

Antapriſtena, Myſiæ vrbs. Nyceph.

Antaradus, Syriæ vrbs. Ptol. Pli. nunc *Tortoſa*. Conſtantiam nominatam à Conſtantio Imper ſcribit. Cedrenus. Vide in Arado.

Antarcticus, polus Auſtralis, arctico oppoſitus, qui terrę obiectus à nobis cerni non poteſt: à noſtris Meridionalis dicitur.

Antariani, populi, Plin. 7. 17. vide Scythæ.

Antebrogius, Rhemorum qui proximi Galliç ex Belgis erunt, legatus ad Cæſarem lib. 2. Comment.

Antelia, Armeniæ minoris vrbs. Ptol.

Antemantunum, Galliæ Belgicæ vrbs. Anton.

Antémna, vrbs Sabinorum, vna ex illis quæ Romulo reſtiterunt. Steph. Plin. 3. 5. Dicitur & pluraliter.

Antemnæ, quòd hanc amnis præterfluat, quaſi ante amnem. Virg. lib. 7.

Ardea Cruſtumeriq; & Turrigeræ Antemnæ,

Tegmina tuta cauant capitum. Hinc Antemnates. Strabo lib. 1.

Antenacum, Ammiano, *Antonacum* habet liber Notit. Anturnacum, Anton. Germaniæ oppidum ad Rhenum, *Andernach* vulgò.

Antênor, vnus ex Troianorum principibus, qui deleta à Græcis Troia, adiunctis ſibi Henetis & Paphlagonibus, in intimum maris Adriatici ſinum peruenit, vbi primùm exiguum condidit oppidum, quod à nomine relictæ patriæ Troiam appellauit. Verùm quum id affluente vndique multitudine perangustum videretur, paulò longiùs à mari vrbem condidit ampliorem, quam de nomine ſuo Antenoream appellauit: quamuis poſtea mutato nomine Patauium primùm, mox Padua fuerit nuncupata. Virg. 1. Æneid.

Antenor potuit mediis elapſus Achiuis

Illyricos penetrare ſinus atque intima tutus

Regna Liburnorum & fontem ſuperare Timaui.

Hic tamen ille vrbem Pataui ſedéſque locauit

Teucrorum, atque vrbi nomen dedit.

Hunc nonnulli veteris hiſtoriæ authores, patriæ ſuæ proditorem aſſerunt, & Vlyſſem diſſimulato habitu intra mœnia agnitum domi ſuæ occultauiſſe. Conſtat eum Græcorum legatos benignè hoſpitio excepiſſe, & reddendæ Helenæ à principio authorem fuiſſe. Obiit Patauij, vbi etiam hodie ſepulchrum eius oſtenditur. Filios habuit, vt teſtatur Homerus, Archilochum, Athamantha, Laodocum, & Helycaona, & ſecundùm quoſdam, alios duos Archelaum & Antheum, quem Paris imprudens interfecit.

Antênor, Scytharum ad oſtia Danubij rex, à Gotthis in bello cum multis cæſus eſt. Huic ſucceſſit filius Marcomirus.

Antenor, nomen ſtatuarij apud Pauſaniam lib. 1.

Antenor, Marcomiri filius, Francorum rex, regnauit annis xxx. Hic habuit ex Britannia vxorem Cambrem, quæ prudentia & forma omnibus ſui temporis præſtantior fuit, à qua populi Sicambri dicti ſunt.

Antequia, Autrigonum in Hiſpania vrbs. Pto.

Anteros, filius Veneris & Martis, cuius meminit Cic. lib. 3. de nat. deor. & Pauſ. lib. 1.

Antes, gens Scythiæ fortiſſima, habitans ad Ponticum mare, à Danubio, ad Donaſtrum vſque. Agathias.

Anteuorta, dea Romanorum, quòd præterita noſſet. Cel. Rhod. lib. 25. c. 30.

Anthâna, Plin. 4. 5. vna ex centum vrbibus Laconiæ, ab Anthe Neptuni filio per Cleomenem Leonidæ fratrem excoriato, oraculis in pelle eius ſeruari iuſſis. Eſt & Arcadiæ ciuitatis. Steph. Vide ἄνθεια, apud Steph.

Anthâ-

Anthânis, olim dicebatur Trœzen, Peloponneſi vrbs. Steph.

Antharis, Longobardorum rex, Teudelinam (aliàs Theolindam) Garibaldi Bauarorum regis filiam accepit vxorem, Hiſtriam incendiis & cædibus repleuit, Francilionem Ciſalpinæ Galliæ præfectum vicit, Gomúmque cepit. demum cùm ſex annos regnaſſet, inſidiis domeſticorum apud Ticinum extinctus eſt venenato poculo, Author Paulus Diaconus de rebus geſtis Longobardorum. Paul. Æmil. lib. 1. Blond.

Antharius, XVI. Sicamborum rex, regnauit annis XXXV. Moguntiam, quæ tunc temporis Romanorum erat colonia, euertit: à Gallis, Romanorum auxilio, victus eſt, cui ſucceſſit filius Francus, à quo Sicambri Franci dicti ſunt.

Anthas, Antheæ ciuitatis conditor. Pauſ. li. 2.

Anthêa, vide Anthia.

Antheas, Sumeli filius, vide Anthias.

Antheas, Lydius poëta, qui primus poeſim ex compoſitis nominibus excogitaſſe dicitur.

Anthedon, vrbs Bœoticæ, de qua ſic ſcribit Hom. Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν. Etymon habet ex flore fertilique agro, vel ex Anthedone Neptuni prognato: habitata quondam Thracibus, de qua Pomp. & Strab. lib. 9. Steph.

Anthedon, portus Peloponneſi eſt inter Spiræum promontorium, & Bucephalum portum. Plin. lib. 4. c. 5. Athenienſium portus apud Ptol. videtur.

Anthedon, Syriæ vrbs Gazæ vicina mare verſus Plinio. Poſtea dicta *Agrippias*, Ioſepho auctore, *Geth* Volateranus vocat. *Lariſſa* Niger, idem alibi dicit præſidium nunc eſſe, quod *Daron* appellant.

Anthela, vicus circa mare: quem Aſopus amnis præterfluit, in Trechina regione Peloponneſi. Herodot. lib. 5.

Anthemon, Troianus Simoeſij pater. Homer. lib. Iliad. 4.

Anthemis, inſula maris Mediterranei, Melamphylus quoque & Parthenia vocata à fluuio Parthemio, qui Imbraſus poſtmodo appellatus eſt. Eadem eſt hæc inſula cum Samo Ionica. Strabo lib. 10.

Anthemius Auguſtus, LI. Romanorum Imperator, regnauit annis V. Idē Romanus cōſul ſolus.

Anthemius conſul Fl. Stiliconis collega. Horum ætate Rhadagaiſus in Feſulanis montibus concluſus captus atque occiſus eſt, multis Gotthorum millibus cæſis & diuenditis. Pomp. in Theodo. Diac. li. 13. Oroſ. lib. 7. c. 37. Æmil. li. 1.

Anthemius Conſul, Florentini collega.

Anthemoiſis, nomen paludis circa Mariandinos; Apollon. lib. 2.

Anthêmus, oppidum. Plin. 2. 16, & 4. 10. Vide Antemus.

Anthêmus, vrbs Syriæ, Strabo. & alia Macedoniæ, fluuius Colchidis, & Gadis inſulæ.

Anthemûſa, inſula, eadem quæ Samos. Parthemia primum, deinde Dryuſa appellata. Plin. lib. 5. c. 31. vide Samus.

Anthemûſa, ciuitas Meſopotamiæ apud Strabon. lib. 16 Plin. lib. 5. c. 24. & Aſiæ ille tractus in quo ſita eſt Anthemuſia quoque vocatur Ptolemæo, *Alidulì* Caſtaldo.

Anthemûſis, lacus Mariandynorum. Steph. idem qui ſupra Anthemoiſis.

Anthena, Cynuriç terrę in Peloponneſo vrbs. Thucyd. lib. 5.

Anthermus Chius, Micciadis filius, Malæ nepos ſculptor inſignis, cuius filij Bupalus & Anthermus clariſſimi in ea ſcientia fuère, Hipponactis poëtæ ætate, cuius imaginem quòd illi notabilis fœditas vultus eſſet, laſciuia iocorum propoſuère ridentium circulis, quod Hipponax indignatus amaritudinem carminum diſtrinxit in tantum vt credatur, aliquos ex iis ad laqueum compuliſſe quod falſum eſt. Complura enim in finitimis Chio inſulis ſimulachra poſtea fuère, ſicut in Delo, quibus ſubiecerunt carmen, non vitibus tantùm cenſeri Chium, ſed & operibus Anthermi filiorum. Oſtendunt & Iaſij Dianam manibus eorum factam. Et in ipſa Chio narrata eſt operis eorum Dianæ facies in ſublimi poſita, cuius vultum intrantes triſtem exeuntes exhilaratum putant. Candido autem marmore vſi ſunt è Paro inſula, quem lychniten appellauère. Plinius lib. 36. cap. 5.

Anthes Anthedonius, hymnorum repertor. Plut. lib. de Muſica.

Anthes, Neptuni filius. Vide Anthana, & Anthedon. apud Steph.

Antheſphoria, feſtiuitas fuiſſe traditur quæ in honorem Proſerpinæ fiebat, ſic dicta à legendis floribus. Nam cùm à Dite Proſerpina rapta eſt, floribus legendis erat intenta, vt ex Ouidij & Claudiani carminibus liquet.

Antheus, Antenoris filius, quem Paris amauit, & imprudens interfecit. Quo nomine dictus eſt & vnus ex Æneæ ducibus, de quo Virgilius.

Anthea, Sergeſtúmque vocat.

Anthia, vrbs Peloponneſi propè Argos: & alia Ponti iuxta Thraciam Mileſiorum & Phocenſium colonia. Eſt & Libyæ vicus, & Italiæ ciuitas, Antium poſtea dicta Steph. vide Thurini & Trallis.

Anthia Leontino teſte, filia fuit Amphianarſæ, & vxor Præti Argiuorum regis, Abantis filij. Bocat. lib. 2. c. 2.

Antia, lex dicebatur quam Antius Reſtio tulit, quæ licet optima eſſet, luxuriæ tamen obſti-

natione nullo abrogante obliterata eſt. Propter quod Reſtionem ipſum tradunt, quandiu poſtea vixit, foris non cœnaſſe, ne teſtis fieret contemptæ legis, quam publico loco pertuliſſet. Macrob. li. 3. Saturn. c. 17. Gellius l. 2. c. 24.

Anthinæ, inſulæ. Plin. 31. 46.

Anthias Eumeli filius, Triptolemi illius qui ex Attica rationem ſeruandarum frugum Patras inuexit, dracones currui iunxit, & ſementem facere voluit: ſed curru elapſus diem extremum obiit. Pauſ. lib. 7.

Anthion, puteus eſt in Bœotia, vbi à Proſerpinæ raptu ſediſſe Cererem ferunt vetulæ imagine præditam. Quo nomine velut Argiua à Celei filiabus deducta ad matrē eſt. Cæl. li. 24. c. 17.

Anthiſteria, ſacra quæ apud Athenienſes in menſe qui Ἀνθεστηριών appellabatur (quod plurimos flores progigneret) agebantur in quibus, vt à Latinis in Saturnalibus, ſerui Græciæ hilaribus conuiuiis à dominis ſuis excipiebantur: quibus peractis, quum ad ſolitas operas reuocarentur, hoc pacto dicebant heri, Θύραζε, Κᾶρες, οὐκ ἔτ' ἀνθεστήρια. i. Exite Cares, non amplius enthiſteria. Vide Adagium, foras Cares.

Anthium, oppidum Thraciæ. Plin. in Thraciæ deſcriptione; Aſtice regio, inquit, oppidum habuit Anthium, nunc eſt Apollonia. Stephan. Ἀνθείαν vocare videtur.

Anthium, Italiæ ciuitas, Steph. Ἄνθεια, Ἀνθειον, & Ἀντία. Vide Antium. Plin. 4. 21.

Anthius, id eſt Floridus Bacchus, Athenis cultus fuit, Patrenſes quoque Anthei Dionyſij ſimulachrum habuerē, vt Pauſanias docet. Catull.

At parte ex alia florens volitabat Iacchus.

Anthis & Stagonion meretriculæ quædam fuerunt, Aphyæ cognominatæ, quod minutulæ forent, albæque, ac oculis grandioribus, vt ex Apollodoro refert Cæl. lib. 8. cap. 19

Antho, Amulij Albanorum regis filia.

Anthonges paſtor, ſeditionem in Iudæa mouit, propter quam duo fermè hominum millia à Varo in crucem ſubacta ſunt. Ioſeph. li. 17. c. 12. 15. De bello Iud. lib. 2. c. 1. & 2.

Anthóres, vir, de quo Virg. lib. 10. Æneid.

—et illa volans clypeo eſt excuſa, procúlque
Egregium Anthorem latus inter & ilia figit:
Herculis Anthorē comitem, qui miſſus ab Argis
Hæſerat Euandro, atq; Itala conſederat vrbe.

Anthos, vnus ex filiis Neſtoris.

Anthracia Nympha Pauſ. lib. 7.

Anthraceorum mōtes in Theſſalia. Xenoph.

Anthropógraphus dictus eſt Dionyſius, quòd nihil aliud quàm homines pinxit, Plin. lib. 35. cap. 10.

Anthromorphitæ hæretici, ſimplicitate ruſtica Deum habere membra arbitrantur. Hiſt. Eccleſ.

Anthropophagorum Inſulæ, vide Sindæ.

Anthropóphagi populi Scythiæ, humana carne veſcentes. Siti ſunt ad Orientem ac Septentrionem, Maſſagetis finitimi, & circa hos triſtiſſima ſolitudo, & mare quod Thabin vocant. Vide Plin. 4. 12. & 6. 7. & Gellium.

Anthuſa, vide Conſtantinopolis & Roma.

Anthylla, & Antylla, vrbs in Ægypto, de qua Herodot. lib. 2. Harum vrbium Anthylla, quæ eſt inſignis, datur ſemper peculiaris in calciamenta vxori eius qui in Ægypto regnat. Steph.

Anti, Hunnorum gens, circa Mæotidem paludem, quos Fl. Iuſtinianus deuicit: vnde Anticus cognominatus eſt. in Digeſt. Procopius.

Antia, vrbs Italiæ ſubdita Romanis, ab Antea Vlyſſis & Circes filio dicta. Steph.

Antias, dea, fortuna vocata eſt, ab Antio oppido, vbi templum famoſiſſimum, multorum etiam principum donis ornatum habuit. Vnde etiam ciuitas fortunæ ipſius tutela dicta eſt. Horat. 1. Carm. Ode 35.

O diua gratum quæ regis Antium, &c.

Antiatinam vocat Suet. in Calicula. Monuerunt & ſortes ſeu fortunæ Antiatinæ, inquit, vt à Caſſio caueret.

Antianæ, Pannoniæ oppidum. Anton.

Antiatæ, dicti ſunt populi Italiæ, qui Antium vrbem Latij maritimam incolebant. Plurimum claſſe valebant, cuius rei indicio id eſſe poteſt, quod deleto à Romanis Antio, roſtra nauium in foro affixa nomen fecerunt loco, vnde ad populum concio haberi ſolet. Vide Liuium 1. deca. lib. 6.

Antibáchi, inſula in Arabico ſinu. Stephan. & Plin. Antibacchiæ 6. 29.

Antibarani, Aſiæ Scythicæ populi. Pom.

Antibole, vnum oſtiorum Gangis fluminis. Ptol.

Anticanis, ſydus, quòd ante maiorem canem oriatur προκύων. Hic in lacteo circulo defixit pedibus æquinoctialem circulum tangit, ſpectat occaſum: vt inter Geminos & Cancrum conſtitutus, occidit in ortu Capricorni, exoritur cum Leone. Conſtat tribus in totum ſtellis. Cicero.

Anticanem Procyon Graio qui nomine fertur.

Anticaucaſus, mons Seleuciæ. Strabo.

Anticatones, dicti ſunt duo libri, quos Cæſar contra Catonem ſcripſit. Suet. Plutarch.

Anticeitas, vide Anticites.

Antichthones, Martianus ſeiungit ab Antœcis & Antipodibus, qui inferna terræ nobis oberſa habitant. Pomponius tamen videtur Antichthones pro Antipodibus accipere. Plin. lib. 6. cap. 22. Populi ad Taprobanam inſulam habitantes, in zona hyemali. Dicti ab ἀντὶ quod eſt contra: & χθὼν, id eſt, terra, quòd contraria parte

parte aduerſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia. Alio nomine Antipodes appellantur. Quod ita eſſe Macrobius 2. de ſomnio Scipionis, & Plinius libro 2. cap. 65. oſtendere conantur. Fabuloſa eſſe aſſeruit Auguſtinus capite 9. libr. 16. de ciuitate Dei. & Lactant. capite 24. libro 3. Diuinarum inſtitutionum: & Lucretius lib. 1.

Illi cùm videant ſolem, nos ſydera noctis
Cernere, & alternis nobiſcum tempora cœli,
Diuidere, & noctes pariles agitare diebus.
Sed vanus ſtolidis hæc omnia parturit error.

Alij altius intelligunt, vt inquit Seruius in 6. Æneid. qui ſub terra inferos volunt, ſecundum Chorographos Geometras, qui dicunt terram σφαιροειδῆ eſſe, quæ aqua & aëre ſuſtentatur, quod ſi ita eſt, ad Antipodes poteſt nauigatione perueniri: quia quantum ad nos ſpectat, inferi ſunt ſicut nos illis. Hinc eſt quod terram eſſe inferos dicimus, quanquam illud ſit: quia nouem cingitur circulis. Tiberianus etiam inducit epiſtolam vento allatam ab Antipodibus, quæ habet: Superi inferis ſalutem. Sunt vt etiam Strabo retulit libr. 1. qui Orientis extremi, & maximè ad Occaſum inclinatæ regionis incolas, quales ſunt Indi atque Hiſpani, Antipodes eſſe contendant, ratione conſimili Antipodes eſſe, qui tum extremam Meridiei tum Septentrionis partem vltimam incolunt. Cicer. 4. Academicarum quæſtionum, Nónne etiam dicitis eſſe è regione nobis, è contraria parte terræ, qui aduerſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia, quos Antipodas vocatis?

Antices amnis Aſiæ, à quo piſces Anticæi, ſalſamentum nobile. Importantur Anticæi, & ex Boryſthene, vt inquit Hieronymus. Et in hodiernum diem à Mæoti lacu præſtantiſſimi quotannis inuehuntur.

Anticlêa, Dioclis filia, mater Vlyſſis, quæ quum duceretur ad Laertæ nuptias, à Siſypho latrone Æoli filio corrupta eſt. Alij dicunt, cùm Laertæ iam nupſiſſet, & ad oraculum iam pergeret conſultura, captam à Siſypho latrone, & vt multi putant, ex eo Vlyſſem concepiſſe. Quod Aiax apud Ouidium 13. Metamorph. vitio vertit Vlyſſi.

& ſanguine cretus Siſyphio.

Anticoli, Libyæ interioris populi. Ptol.

Anticondyles, populi Bœotiæ. Steph.

Anticrates Lacon Epaminondam Thebanorum ducem haſta traiecit. Plut. in Agide.

Anticragus, mons Lyciæ, Crago oppoſitus, teſte Strab. lib. 4.

Anticyra, inſula ad ſinum adiacens Maliacum & Oetam montem, cuius meminit in Theſſalia Strabo lib. 9. In hac, authore Plinio, Elleborum tutiſſimè ſumebatur, ac copioſum & optimum creſcit. Ouid. lib. 4. de Ponto.

I, bibe, dixiſſem purgantes pectora ſuccos,
Quicquid & in tota naſcitur Anticyra.

Vnde quoties inſanum hominem ſignificare voluerunt, Anticyram mittebant. Plin. 15. 55.

Anticyra, ciuitas iuxta Cyrrham in Phocide regione, in Corinthium cõuerſa ſinũ: ab Anticyreo quodam, Herculis ætate, Cypariſſus ab Homero dicta. Steph. de Anticyra oppido. Plin. 4. 3.

Antidalæi, populi Arabiæ fœlicis. Plin. 6. 28.

Antidonus, Philippi regis miles fortiſſimus: qui in obſidione Perinthi catapulta confoſſus non prius eam euelli paſſus eſt, quàm hoſtem fugatum inter mœnia compuliſſet.

Antiodotus, Pictor fuit nobilis, Euphranoris Iſthmij diſcipulus, qui maximè inclaruit diſcipulo Nicia Athenienſi, cui fuit peculiare diligentiſſimè mulieres pingere, Plin. lib. 35. c. 11.

Antigenes, puer ruſticus, apud Virg. in Daphn.

At tu ſume pedum, quòd me cùm ſæpè rogaret
Non tulit Antigenes, & erat tũ dignus amari.

Antigenides, Suidæ, Thebanus muſicus, Philoxeni diſcipulus, primus calcinamentis Mileſiis laſciuioribus vſus eſt. Plin. cap. 36. lib. 16. Hic etiam, vt author eſt Cicero in Bruto, diſcipulo frigenti ad populum ait, Mihi cane & Muſis. Gell. lib. 15. cap. 17. Valerius lib. 3. cap. 7. De fiducia ſui.

Antigona Berennia, ex Philippo filia, Pyrrhi vxor fuit. Plut.

Antigona Pſaphara, Paraxiæ regionis vrbs. Ptolem.

Antigone, ſcortum quoddam, quod Phillotam amantem circumuenit. Plut.

Antigone, filia Oedipi regis Thebanorum, patri cæco & à Creonte in exilium acto, viæ dux fuit. Seneca in Oedipo, & Statius in Thebaide. Eadem poſtea cum ad officium funebre ſuorum fratrum, Eteoclis videlicet & Polynicis veniſſet, ibique adiuuante Argiua Polynicis coniuge, fratrum cadauera cremaſſet, ambæ Creontis iuſſu captæ & occiſæ ſunt: quarum mortem poſtea Theſeus vlciſcens, Creontem interfecit. Hæmon autem amator ad Antigones mortuæ tumulum ſe interfecit. Propertius libr. 2.

Quod non Antigones tumulo Bœotius Hæmon
Saucius ipſe ſuo corruit enſe latus. Tragœdiam Antigonem ſcripſit Sophocles, grandi cothurno, ſæpiſſimè editam, & doctis omnibus probatam.

Antigone, Laomedontis regis filia, quæ ob formæ pulchritudinem, auſa fuit ſe Iunoni præferre. Quapropter Iuno ira, eam in ciconiam vertit. Ouid. lib. 6. Metamorph.

Antigonenſes, populi Plin. in Prolog.

Antigonia, ſeu Antigonea oppidum in Troade, quod & Troas dicitur, poſtea Alexandria

Antigónia, ciuitas Chaoniæ in Epiro, hodie *Croia.*

Antigonia, Plinio Macedoniæ oppidum eſt ab Antigonio Gonati filio condita, quod noſtro tempore Coiogna dicitur, niſi Pinetus fallat in ſuo Plinio Gallico.

Antigonia, inſula Boſphori Thracici, quæ Græcis hodie inſula principis à frequenti filiarum principum habitatione, virginitatem ſolitariam profitentium, ex Petr. Gillij Boſphoro. Alia eſt Antigonia Arcaniæ Mantinea dicta, quam vide ſuo loco. Alia Bithyniæ iuxta Daſcylium, vide Nicea Antigonia, alia Syria prope Antiochiam eſt & Caſtellum Cizicenæ Stephano. Vide Troia.

Antigonis, tribus Atticæ ab Antigono dicta. Stephanus.

Antigonus, Primus poſt Alexandrum in Aſia regnare cœpit: duodeuiginti annis multa bella geſſit, in quibus tandem occubuit. Plutarch. in vita Pyrrhi.

Antigonus, primus rex Aſiæ, regnauit annis XVIII.

Antigonus XXXVI. Macedonum rex, regnauit annis XII. Huic cognomen fuit *Doſon* (ait Plutarchus in Paulo Æmilio) eo quod multa promitteret, pauca verò præſtaret. De morte eius vide *Motho.*

Antigonus Gonatas, XXXIV. Macedonum rex regnauit annis XXXVI. Lacedæmonem obtinuit Euſeb. Athenienſibus libertatem reſtituit. Gallos ſuperauit, demum à Pyrrho Macedoniam occupante regno pulſus eſt.

Antigonus, XI. Iudæorũ rex, regnauit annis 3.

Antigonus, Ariſtotelis filius, Parthorum auxilio Iudæam occupauit, regnauitque annis V.

Antigonus, Alexandri præfectus. Lycaoniam capit. Curtius lib. 4.

Anticragus, mons Lyciæ, Crago oppoſitus, Strabo.

Antilia apud Suetonium locus, ex quo Volaterrani Liguriæ vrbem facit, quam Alteiola vocat. Sed exemplarium admodum dubiam fidem hoc loco deploro, cùm alij Antlia, alij Lacomia, alij aliter legant.

Antilibanus, excelſus mons, ſacris literis celebratiſſimus ad Septentrionem Iudææ ex aduerſo Libani, de quo Plin. lib. 5. cap 20. à quo omnis regio ſupra Libanum ad orientalem plagam reſpiciens Antilibanus appellatur, circa regionem Damaſci quæ cecidit in ſortem tribus Manaſſe. *Abolinas* hodie vulgò dici perhibet Poſtellus: quibuſdam videtur non eſſe montem proprium à Libano, ſed iugum, aut cornu in occaſum Brumalem protenſum, iunctum huic circa Cæſaream Philippi, tanta verò magnitudine, vt mons proprius iuſtè appellari poſſit.

Antilochus, Neſtoris & Eurydices maior natu filius, patrem ſecutus ad bellum Troianum, in pugna à Memnone Auroræ filio eſt occiſus, vt tradit Homerus, vel ab Hectore, vt ait Ouidius in Epiſtola Penelopes:

Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore victum.
Antilochus noſtri cauſa timoris erat.

Vnde patris prece motus Achilles Memnonem occidit.

Antilochus, rex Meſſeniorum, Pauſ. lib. 7.

Antimachus, Colophonius, poëta Græcus. Is quum poema quoddam obſcurum recitaret, atque omnes præter Platonem, quod minimè illud intelligerent, diſceſſiſſent. Plato mihi (inquit) pro omnibus. Nam & poëtis hoc quidem concedi poteſt, oratoribus minimè, quum popularis ſit illa facultas, illeque tantum ſit bonus orator, qui multitudini placet. Hæc Cicero & Plutarchus in Lyſandro. Hic aggreſſus belli Thebani materiam, vigeſimum quartum volumen impleuit, antequam duces Thebas vſque produceret. Antimachos alios Suidas ponit, alterum Ægyptium, patria Hieropolitanum, alterum poëtam Melicum, cognomento Pſecada.

Antimachus Troianus, qui donis Alexandri, auroque corruptus, impedimento fuit quo minus Helena redderetur: quin pro concione Troianos hortatus eſt, ne Menelaum, dum legatus ad eos in vrbem veniſſet cum Vlyſſe, redire ad ſuos ſinerent, ſed in vrbe aſſeruarent, trucidarentque. Homerus lib. Iliad. 11.

Antimenes, Driphentæ filius, Pauſ. lib. 2.

Antinoe, vrbs Ægypti, ita dicta ab Antinoo Adriani amaſio, vt ſcribit Hieron. in Iouinian.

Antinoe, Cephei filia. Pauſ. lib. 8.

Antinous, Bithynicus, ab Adriano principe adamatus, cui templum apud Mantineam conſtituit. Pauſ. 8.

Antinous, procus Penelopes, ſuperbus, ab Vlyſſe in conuiuio bibens ſagitta transfixus. Odyſſ. 22. Propert lib 4 eleg. 5.

Penelopen quoque neglecto rumore mariti,
Nubere laſciuo cogeret Antinoo.

Antióchia vrbs Syriæ, quæ prius Metropolis, Epidaphne, & Reblatha, & ab aliis Theopolis, h.e. Dei ciuitas eſt appellata, à Seleuco Nicanore in ſuorum memoriam condita. Olympiade 119 quam Orontes fluuius interfluit, & ab Occidente lauat Parfar fluuius. Strab. in Seleucia Syriæ quatuor inſignia ſunt oppida: ob id & Tetrapolis dicta regio, Antiochia, (lege potius, Antiochia apud Daphnem, ἐπὶ Δάφνῃ) Epidaphne cognominata: Item Seleucia, Pieria, Apamea, Laodiceaque. Vide Theopolis. Alia eſt Antiochia ad Perſicum littus.

Antióchia, Syriæ pars. Plin. 5.12. in Syriæ deſcriptione, & item Pomponius.

Antiochia, oppidum Mygdoniæ Aſiæ. Plin. li. 6. cap. 13. Hanc Stephanus Meſopotamiæ eſſe ſcribit, & Mygdoniam vocari: ab incolis autem *Aſiken*, vel *Niſibin*.

Antióchia, inſula maris Mediterranei, Strongylæ inſulæ proxima, Plin. 5.31.

Antiochiæ nomen ad multas ciuitates transfertur: alia enim eſt Lydiæ, alia Piſidiæ: alia inter Cœleſyriam & Arabiam Semiramidis, alia Ciliciæ ad Pyramum fluuium, alia Pieriæ, quam Aradum Syri vocant: alia ad paludem Callirhoen, alia prope Taurum in Comagene, alia in Scythia, alia in Caria, quæ & Pythopolis vocabatur, de qua plura apud Stephanum. Alia in Margiana Parthiæorum, vltima denique Tharſus. Stephanus Cœleſyriæ Antiochiam, aliàs *Gadara* vocari ſcribit.

Antiochenſes, populi Plin. 4.18.

Antióchida, maris partem, Antiochus à ſe appellauit. Plin. 2.67.

Antiochus, nomen regum Syriæ: ferè enim hoc nomine omnes vocati ſunt, vt Antiochus Soter, Antiochus Deus, Antiochus Magnus, Antiochus Euſebius, de quibus Appianus copioſius in Syriaco, & Trogus.

Antiochus, rex Aſiæ, vrbis Magneſiæ (quę Tiberij Cæſaris tẽpore vnà cum duodecim aliis ciuitatib. terræ motu nocte corruit) caduceatores veteranos, alueorũ ducendorum cauſa, ad ſe miſſos miratus, quod cano capillo & barba valde nigra eſſent, à medicis ſuis, hac de cauſa accerſitis, huius rei cauſam inquirit. Cui Medici, Non mirandũ ô rex aquoſa Magneſiæ habitatio, flumine Meãdro, & ingẽti palude circumſepta, hoc efficit: nam cerebrũ ita humefactum reddit, vt capitis plus ante ſenium albeſcat. At caduceatores, Non ita, ô rex, ſed quia capitis crines ſint barba natu maiores: nam naſcendo capillos è vulua matris, barbam autem multo poſt tempore ſuſcipimus. Ælianus lib. 1. var. hiſt. & Ariſtides Mileſius.

Antiochus Soter, Seleuci filius, eiuſq; nominis primus, II. Syriæ & Aſiæ rex, regnauit annis XIX.

Antiochus, Antiochi Soteris filius, Atheos dictus, regnauit annis XX. & veneno tandem ab vxore Laodicæa extinctus eſt.

Antiochus Magnus, Seleuci frater VI. Syriæ & Aſiæ rex, regnauit annis XXXVI. Is in Cœleſyria omnes Ptolemæi ciuitates ſubegit. Liu. lib. 3. Decad. 4. Philometorem prælio ſuperauit, ab Attilio Glabrione ad Thermopylas cæſus & è Græcia pulſus eſt. Liu. 6. Appian. de Syriaco bello Oroſ. lib. 5. Flor. 2. cap. 8. Hierax vulgò appellatus eſt, quod accipitris more in rapiendis alienis vitam duceret.

Antiochus Epiphanes, hoc eſt, illuſtris ſiue nobilis, VIII. Syriæ rex, regnauit annis XII. Hic Hieroſolymam deſtruxit, & multa mala Iudæis intulit, crudeliſſimus omnium tyrannorum. Hic eſt Antiochus Epiphanes, quem cognomine paululum immutato, aliquando Epimanem, pro Epiphane, id eſt, furibundum, & mente captum appellat Polybius. Hunc namque ſcribit immẽſos pecuniarum theſauros in comeſſationibus & ſympoſiis prodegiſſe & breui profudiſſe: ſolitumque eſſe ludibundum, interdum & ebrium grandiuſculos nummorum ſacculos in viis publicis abjicere, ac ſubinde dictitare, Iſthæc accipiant ij quos ſors fortunáve huic commodo iampridem deſtinauit. Nonnunquam etiam roſis coronatum, aureaque indutum chlamyde, vagari ſolitum dicit, lapides ſinu geſtantem, quibus obuios quoſque impeteret. Públicis quinetiam balneis iſte cum populo promiſcuè lauari conſueuerat pretioſiſſimiſque vnguentis inungi: vnde cum quidam aliquando illi è populo dixiſſet, Beatus es, ô rex, qui adeò bene oles. Aſt ego, inquit, hac tibi in re continuò ſatisfaciam, & perquàm ſaturum reddam: quo dicto, bicongium vas pretioſiſſimi plenum vnguenti ſuper illius caput infundi iuſſit: ex quo vehemens adeò odoris fragrantia eſt exorta, vt pleroſque à foro ipſo, & longinquis etiam vrbis partibus excitatos, ad eum ſtatim locum contraxerit, vt impellentium ſeſe ſtudio hinc inde, & craſſi vnguenti lubricitate, & plurimi balneatorum humi caderent: & rex ipſe profuſiſſimo, pene enectus cachinno, pronus corruerit: & vt in turba ſolet, non belle etiam acceptus, & conflictatus fuerit. Hunc aliquando ferunt in certaminibus, quæ Antiochiæ celebrauit, omnes, qui aderant, Græcos inuitaſſe, pretioſiſſimiſque vnguentis ex aureis guttis perunctos omnes conuiuio ſuſcepiſſe: in quo ipſe inuicem diſcubuiſſe, ac diſcumbentibus miniſtraſſe dicitur. Cùm mimis etiam & hiſtrionibus licenter adeò, & imprudenter ſaltaſſe, vt omnes conuiuas, præ pudore, oculos à ſe auertere cogeret. Is eſt Antiochus, qui Romæ aliquando pro obſide fuerat, & inde ad regni euectus apicem, ad has inſaniæ notas, regali licentia, ſine reſpectu, turpiter declinauit. Hæc Polybius.

Antiochus Eupator, IX. Syriæ rex, regnauit annis II. Philippum, cui Antiochus Eupatoris pater, regni curam commiſit, vicit & occidit: & demum à Demetrio vnà cum Lyſia interfectus eſt. Ioſeph. lib. 12. c. 15. Iuſtin. lib. 34.

Antiochus Theos, XIV. Syriæ & Aſiæ rex, regnauit annis XV.

Antiochus Sedetes, vel Soter, vel Pius XV. Syriæ rex, regnauit annis IX. à Cleopatra, ad nu-

prias & regiam quæ in Seleucia erat inuitatus fretus Simonis auxilio, Triphonem Doram obſidentem fudit, fugauit, ac Apameam cepit, interemit, anno regni ſui tertio. Ioſeph. lib. 15. c. 11.

Antiochus Gryphus, XVII. Syriæ rex, regnauit annis XXIX. Hunc Ioſephus frequenter Philometorem vocat. Is cum Seleuco Gryphi filio de imperio dimicauit, acieque victus interiit.

Antiochus Gryphus, XVIII. Syriæ rex, regnauit annis X. interfectus eſt ab Herodiano.

Antiochus Cyzicenus, XX. Syriæ rex, regnauit annis XIV. Is fratrem Antiochum regno Syriæ exuit, ac bello vicit.

Antiochus, Comagenorum rex. Cæſar lib. 3. de bello ciuili.

Antiochus, Conſul, Baſſi collega.

Antiochus. Liber pater dictus, Damaſcenorum, rex fratri Philippo ſucceſſit. Ioſeph. lib. 13. c. 21. Hic ab Arabum rege occiſus eſt.

Antiochus Aſcalonia, ex veteri Academia dicendi peritiſſimus, Luculli, Ciceronis & Bruti præceptor, de quo Plutarc. in Lucullo.

Antiochus Syracuſanus, hiſtoricus, qui ſcripſit de Italia: citatur ſæpè à Strab. & Dion.

Antiochus ſophiſta, quem Argæ Cilicum tulere, doctiſſimus, de quo Philoſtratus ſecurus in figuris, vehemens in accuſationibus, venuſtus in defenſionibus, in demonſtratiuis potens: in forenſibus ſophiſta, in ſophiſticis forenſi vtebatur oratione

Antiochi, vxor Stratonice, nomen dedit Stratoniceæ vrbi Macedoniæ. Steph. Tarſus etiam Ciliciæ ab Antiocho Epiphane, Antiochia dicebatur. Steph. Item Trallis Lydiæ vrbs Antiochia aliàs vocabatur.

Antiochis, mater Antiochi Seleuci filij, & mulier quævis, & quavis Antiochia oriunda: prætereà nomen tribus. Steph.

Antiopa, Steph. in Hyſia, Nyctei filia, & vxor Lyci regis Thebarum & Ægyptiorum. Lactantio. Hanc Iupiter in ſatyrum mutatus compreſſit, quod cum Lycus comperiſſet, ea repudiata Dircem ſuperinduxit, à qua in carcerem confecta eſt: verùm cùm partus aduenniſſet, ruptis vinculis aufugit in Citheronem, ibique Zethum & Amphionem peperit & expoſuit: ſed à paſtoribus reperti: ab iiſdem educati ſunt, qui poſtea adulti, matris iniuriam vlciſcentes, Lycum cum vxore Dirce interfecerunt. Vide Amphion. Propertius.

Tu licet Antiopa formam Nycteidos in
Spartanam referas laudibus Hermionem.

De hac copioſè Pauſ. lib. 8.

Antiópe, Amazonum Regina, de qua hæc N. Comes mythologiæ lib. 7. c. 9. fama eſt. Amazonas bellicoſas fœminas in Græciam aliquando cum armis hoſtiliter irrupiſſe, atque in Athenienſium agrum præcipuè feciſſe impreſſionem Antiopenque ipſarum reginam, vel (vt alij malunt) Hyppoliten fuiſſe à Theſeo ſuperatã cùm illi Scythę opem tuliſſent. Plutarchus in Theſeo.

Antiorus, Lycurgi filius. Plut. in Lycurgo.

Antipater, Philoſophus & poëta Sidonius, ſeu ex Tyro Phœniciæ, Stoicæ ſectæ, Catonis Vticenſis præceptor. Plut. poſt Panætium de officiis ſcripſit. Hic quo die natus fuit, eadem ſemper febre laborauit ſingulis ætatis ſuæ annis, eodemque die, atque eodem morbi genere conſumptus eſt. Hic nobili epigrammate Sappho, decimam inter muſas coaptat. Ex tempore innumerabiles penè verſus faciebat. Cic. & Quintil.

Antipater, Iolai filius, è Paliura ciuitate Macedoniæ, miles Philippi, deinde inter Alexandri duces, & regni ſucceſſores, diſcipulus & ipſe Ariſtotelis Suidas, Plutarchus. Succeſſor Alexandro in regno Macedoniæ, poſt bellum Athenienſibus illatum: legatis ad eum de pace venientibus, quorum princeps erat Xenocrates, reſpondit ſe in amicitia permanſurum, ſi ſibi Demoſthenes & Hyperides dederentur. Si eius præſidium in Munychiam, id eſt, Athenarum arcem recepiſſent: Si denique abſumptam in eo bello pecuniam, acceptaque damna reſarcirent. Quibus illi conditionibus conſenſerunt.

Antipater & Alexander, Caſſandri filij, XXVI. Macedonum reges, regnarunt annis IV.

Antipater, XXXII. Macedonum rex, regnauit dies XLV.

Antipater, Cilicum rex.

Antipater, Herodis pater, vir maximus ac potentiſſimus Iudææ procurator à Cæſare conſtitutus, muros ciuitatis reædificauit, Phaſelum Hieroſolymæ, Herodem Galilææ præfecit, veneno à Malicho necatus eſt. Ioſeph. bell. Iud. lib. 1. c. 21. Antiq. lib. 14. cap. 24. Volater. in hiſtoria Hieroſolymitana.

Antipater, Herodis filius à patre quinto die priuſquam animam ageret, in vinculis interfici iuſſus eſt. Ioſeph. lib. 17. c. 9. de bel. Iud. Hegeſip. lib. 1. cap. vltimo.

Antipater Tarſenſis, Philoſophus, authore Plutarcho.

Antipater Hieropolitanus, ſophiſta nobilis, præceptor liberorum Seueri principis, cuius etiam res geſtas ſcripſit, ac Magiſter Epiſtolarum fuit. Philoſtratus.

Antipatria, Daretidis vrbs, Polybio, Macedoniæ, Liuio.

Antipatris, Palæſtinæ ciuitas, nunc diruta, quam Herodes rex Iudææ ex patris ſui Antipatri nomine vocauerat, de hac Raphael Volaterranus libro 1. Geographiæ. Ad hanc Paulus ductus eſt captiuus, Act. 23.

Antiphanes, Argiuus nobilis & ingenioſus, ſtatua-

ſtatuarius. Pauſan.

Antiphanes, Scriba equitum Alexandri. Curtius lib. 7.

Antiphates, Læſtrygonum Anthopophagorum rex, vnus ex poſteris Lami, Formiarum cōditoris. In cuius littore cùm aliquando eiectus eſſet Vlyſſes, tréſque à ſociis miſiſſet qui regionem explorarent, Antiphates vnum ex his apprehenſum ore dilaniauit: reliqui duo vix fuga ſalutem quæſierunt: quos Antiphates cum magna Læſtrygonum manu inſecutus, naues Vlyſſis omni conatu oppugnauit, ſaxiſq; & trabibus in eas coniectis omnes demerſit, vna tantùm excepta, qua Vlyſſes ipſe cum nobilioribus aliquot ſociis vehebatur, qui ſuccisis repentè rudētibus ſe ſuóſque eripuit, Ouid. 14. Metamorph.

Inde Lami veterem Læſtrygonis, inquit, in vrbem

Venimus: Antiphates terra regnabat in illa,

Vide hæc latius apud Homerum, Odyſſææ 10.

Antiphates, nothus Sarpedonis. Virg. lib. 9.

Et primum Antiphatem: is enim ſe primus agebat.

Thebana de gente nothum Sarpedonis alti.

Hic Æneam in Italiam ſecutus à Turno Rutulorum rege occiſus eſt.

Antiphellus & phellus, loca Lyciæ. Steph. De Antiphello, Plinius 5.27. & 31.11. vbi molliſſimas ſpongias circa illius muros reperiri ait.

Antiphili, portus maris rubri è latere Africano, apud Strabonem eſt lib. 16. *Vella* hodie dici putat Stuckius.

Antiphēmus, & Lacius fratres, Stephano in Γέλα & Pauſanias in Arcadicis.

Antiphilus, nobilis pictor, qui inter egregia opera puerum in ignem curuatum & flantem pinxit, quo igne paululum flatu excitato tota domus videbatur aliquantulum lumen accipere per noctem in Ægypto natus ab Cteſidemo didicit artem pingendi Gryllos, quos vocant, ridiculo habitu pinxit. Plin. lib. 35. c. 10. & 11. Fuit Apellis æmulus. Lucianus.

Antiphon Rhamnuſius orator, & dux Atheniensis, præcepta dicendi tradidit, primuſque omnium orationem ſcripſit, quo neminem melius orauiſſe cauſam capitis, quum ſe ipſe defenderet, aiunt Quintilianus, Thucydides, Cic. in Bruto.

Antiphonos Priami filius, ad quem cum cæteris Priamus Hectoris corpus ab Achille redempturus verba facit. fratrem habuit Antiphum. Homer. Iliad. 7.

Antiphra, oppidulum prope Alexandriam, non procul à mari. Steph.

Antiphus, Priami filius ex Hecuba, quem Agamemnon vnà cum Iſo fratre, ſed illegitimo thoro nato in bello Troiano interfecit.

Antiphus, filius Theſſali, & nepos Herculis, qui cum fratre Philipppo dux triginta nauium cum aliis Græcis ab Troiam commigrauit, vt apud Homerum lib. Iliad. 2.

Antiphus, & Alitherſes, Vlyſſis amici, Odyſ. 17.

Antipodes. Cic. 4. Acad. quæſt. Nónne etiam dicitis eſſe è regione nobis è contraria parte terræ qui aduerſis veſtigiis ſtent, contra noſtra veſtigia, quos Antipodas vocatis? Ioachimus Vadianus in Melam. Pli 6.22.1. Vide Antichthones.

Antipœnus, Thebanus nobiliſſimus, cuius filiæ pro patriæ ſalute ſeipſas interfecerunt. Pauſ. Vide ſuprà Anticlea.

Antipolis, oppidum Plin. 3.4. Ianiculum 3.5.

Antipolis, Galliæ Narbonēſis in extrema prouinciæ vrbs. Ptol. vulgò *Antibes Rhagui*, Poldo.

Antipyrgus, Ptol. vrbs Marmaricæ Strab. Tetrapyrgia, vulgò *Luco*.

Antirrhium, promontorium, cui alterum ῥίον dictum in Peloponn. obuertitur. Plin.

Antirrhodus, Ægypti inſula circa Pharum. Strabo.

Antiſara, quæ & Tiſara Stephano, Datinorum vrbs & portus.

Antiſiæ ſunt circuli, ſiue gradus circulorum, in quibus Sol conſtitutus, dies diebus & noctes noctibus adæquat, veluti dicas æquales ex aduerſo, legendum videtur Antiſciæ. Cæl. Rho. 24. lib. 4. 17.

Antiſcij, Vide ſupra in dictione Amphiſcij.

Antiſſa, oppidum in Leſbo inſula. Pompo. Steph. addit inſulam quoque vnam Cycladum ſic vocari, & aliam Indiæ. Plin. 5.31. Eſt & inſula Leſbi adiuncta. Plin. 2.89.

Antiſſiodorum, ciuitas Galliæ in Senonenſi prouincia, quondam Burgundis ſubdita, incendio repentino combuſta, à Mathilde Comite reſtaurata, qualis hodie conſpicitur, vulgò *Auxerre*.

Antiſthenes, philoſophus, poſteaquam docuiſſet Rhetoricam, audiſſetque Socratem, dixiſſe fertur ad diſcipulos, Abite, & magiſtrum quærite: ego enim iam reperi: ſtatimque venditis quæ habebat, & publicè diſtributis: nihil ſibi præter palliolum reſeruauit. Princeps fuit Cynicæ ſectæ & ad audiendum Socratem, quotidie ibat ex Pyræo, quadraginta ſtadiis emenſis: acutus, magis quàm eruditus, præceptor Diogenis, patientiam & duritiam adamauit. Cic lib. 3. de Oratore ad Quintum fratrem: Antiſthenes multos quidem populares eſſe deos aſſerebat, vnum tamen naturalem ſummæ totius artificem. Polyd. Verg. li. 1. c. 1. de rerum inuent. Fuit & Antiſthenes diſcipulus Heracliti. Alius Epheſius, tertius Rhodius, hiſtoricus, vt tradit Diogenes Laertius. Fuit & Antiſthenes Sybarita.

Antiſtiana, Hiſpaniæ citerioris vrbs inter Barcinonem & Tarraconem. Anton.

Antiſtius, Romanus nobilis qui vxorem, quam cum libertina fabulari viderat, repudiauit. Alex. ab Alex. lib. 4.

Antiſtius Turpio, miles factionis Pompeianæ, in Hiſpania, ita fidens viribus, vt aduerſarios Cæſarianos ſolus ad pugnam prouocarit. Hirtius de bello Hiſpan.

Antitheus, Athenienſium archon, Olymp. 166. Pauſ. lib. 7.

Antitaurus, mons Tauro oppoſitus. Strab. lib. 11. & 12. Taurus itaque in Septentrionem verſus, in multos quaſi ramos diſcinditur, quorum vnus eſt Antitaurus, qui Sophenam comprehendit in conualle quadam, quæ inter eum iacet, atq; Taurum vltra Euphratem. In eo valles ſunt profundæ & anguſtæ, in quibus ſita ſunt Comana ciuitas memoratu digna, & Bellonæ fanum, quod illi Comana vocant.

Antiueſtæum, promontorium Britanniæ, quod etiam *Belerium*. Ptol. Diod. *Belerium*, in Cornubia, ſeu Cornwalia.

Antium, vetus vrbs Latij, Voſcorum caput, Romanorum colonia: ita dicta, quod ante alias vrbes in ipſo littore ſita fuerit, ad Romanorum otium, rerumque vrbanarum permutationem accommodata. In hac fuit Fortunæ templum. Horat 1. Carm.

O diua gratum quæ regis Antium.

Hinc Antiates. vrbis huius incolæ, multis nauibus olim diuites, quarum roſtra Antio à Romanis deleto in foro affixa, nomen fecerunt loco ex quo concio haberi ſolebat ad populum. Vide Liuium libro 1. ab vrbe condita. vide Antias & Antiatæ.

Antiatæ populi. Plin. 6. cap. 7.

Anxiteni, Indiæ populi. Plin.

Antobroges, populi Aquitaniæ Narbonenſi prouinciæ contermini, non procul à Cadurcis populis. Plin. lib. cap. 9.

Antœci, populi qui inhabitant contrariam zonam Antichthonibus.

Antomenes, vltimus Corinthiorum rex, regnauit annum 1. Reges poſt hunc non fuerunt, ſed annui principes conſtituti.

Antona, fluuius in Anglia, hodie Veium vocari, auctor eſt Polydorus. Lipſio nomen vrbis.

Antoninus Caracalla, Seueri filius Romanus Imperator, denominatus à genere veſtis, quam populo erogauit. Cæl. Rhod. li. 16. c. 10. Hic libidinis impatientia nouercam ſuam duxit vxorem. Cæl. Rhod. lib. 16. c. 10. & Euſeb.

Antonius Imperator Romanus cognomento Pius, regnauit annos 23. anno Domini 138. ſucceſſit Hadriano Cæſari.

Antoninus Commodus, Antonino Pio ſucceſſit, cui cùm aliquando pugnaret, ſitique grauiſſima cruciaretur: pluuia diuinitus miſſa eſt: cum è contrario Germanos & Sarmatos fulmina perſequerentur, plurimóſque interficerent: anno Domini 178.

Antoniopolitæ, in Lydia, qui Mæandro alluuntur. Plin.

Antoninopolis, in Meſopotamia, à Conſtantio extructa, Ammian. lib. 18.

Antonius Gnipho, poëta Gallus, Romæ docuit Rhetoricam & poemata in domo Iulij Cæſaris adhuc pueri: cuius ſcholam Cicero & clari viri frequentaſſe dicuntur. Nihil vnquam de mercedibus pactus eſt, eoq; plura ex diſcentium liberalitate conſecutus eſt. Vixit annos L. Tranquil.

Antonius Muſa, medicus Auguſti Cæſaris. Plin. lib. 29. 1. & 33.

Marcus Antonius orator, Triumuiri auus, de quo Cicero in Bruto: Omnia veniebant Antonio in mentem, eaque ſuo quoque loco, vbi plurimum proficere & valere poſſent: vt ab imperatore equites, pedites, leuis armatura, ſic ab illo in maximè opportunis orationis partibus collocabantur. Erat memoria ſumma, nulla meditationis ſuſpicio, imparatus ſemper aggredi ad dicendum videbatur, ſed ita erat paratus, vt iudices illo dicente nonnunquam viderentur non ſatis parati ad cauendum fuiſſe.

Marcus Antonius oratoris filius, natu maior in Cretico cognomen fuit, Cottæ conſulis, & Cethegi fauore in Senatu curationem rei frumentariæ totius oræ maritimæ nactus, Siciliã & prouincias omnes depopulatus eſt. Et ad poſtremũ inferens Cretẽſibus bellum, ibi morbo interiit. Hunc Salluſtius ait perdundæ pecuniæ genitum, & vacuum à curis, niſi inſtantibus. Pædianus.

Antonius, alter oratoris filius, cognomento dictus Hybrida, multos in Achaia ſpoliauit, nactus de exercitu Syllano equitum turmas, quamobrem Græci accuſarunt eum apud Marcum Lucullum prætorem, qui ius inter peregrinos dicebat. Hunc Cicero in Verrinis vocat in exercitu Syllano prædonem, in introitu gladiatorem, in victoria quadrigarium. Nam inter eos fuit, qui iuſſu Syllæ in Circenſibus, quos ipſe poſt victoriam fecit, quadrigas agitauerunt: cum Cicerone conſul fuit, eique maximè aduerſus, quòd Catilinę faueret, ſed Ciceronis conſilio ac prudentia delenitus accepta Macedonia prouincia pro republica ſe ſtaturum recepit, idque præſtitit. Re apud Dardanos malè geſta in vrbem reuerſus à M. Lælio accuſatus, damnatus eſt & in exilium actus.

M. Antonius Triumuir, Marci oratoris filius, & Lucij frater, cauſa & fax totius belli ciuilis fuit, cùm eſſet Tribunus clam ex vrbe ad Cæſarem in Galliam profugit. Mutinam Bruti prouin-

uinciam inuadentē, hortante Cicerone Senatus hoſtem iudicauit: ſuperatúſque ab Hircio & Päſa Coſſ. à Cæſare puero, mox Triumuiratus fœdere inter eum & Lepidum ac Cęſarem inito, Brutum & Caſſium in Macedonia apud Philippos ſuperauit. Quo bello confecto, Octauius valetudinis cauſa Romam rediit: Antonius in Græciam, Aſiamque profectus, honore quaquauerſus ingēti eſt exceptus. Cum illi Oriēs, Auguſto Occidēs, Lepido Italia obtigiſſet, multos per Orientem reges & Tetrarchas debellauit, inter quos Antigonum, Iudæorum regem, ſecuri percuſſit: quod antea regum nulli contigit, Fuluiam initio Triumuiratu repudiauit, vt Octauiam Auguſti ſororem duceret: vtramque poſtremò ob Cleopatram Ægypti reginam contempſit: ad bellum Parthicum, Ventidium legatum miſit. Sed repudiata Octauia, cauſa fuit inter eum & Octauium diſſenſionis. Qui cùm poſtremò ad Actium naualí prælio congrediens, ſuperatus eſt, Alexandriamque confugiens, atque ibidem ab eodem obſeſſus, gladio ſponte occubuit, anno ætatis LVI. Cæſare quartum & M. Craſſo Coſſ. anno v. cap. 724. Plutarchus in eius vita.

L. Antonius, Triumviri frater apud Peruſiam ab Octauio obſeſſus, in deditionem cum ccc. aliis venit, quibus, vt ait Liu. in Epiro, Octauius ipſe pepercit, vt verò Tranquillus, omnes ad aram Cæſaris necare crudeliter iuſſit.

Antónius Iulianus, rhetor Romæ, perquam fuit honeſti atque humani ingenij, doctrina quoque vtiliore ac delectabili, veterumque elegantiarum cura & memoria multa.

D. Antonius, vir Ægyptiaci ſanguinis, monachis Chriſtianorum initium dedit, licet non ante omnes monachos fuerit. Primus tamen mirè omnium ſtudia ad eam vitam imitandam incitauit; monachorumque dogma inſtituit, ſicuti mox D. Baſilius in Græcia fecit, & Hilarius in Syria, Polyb. Virg. li. 7. c. 2. de rer. inuent. Panis illi eſcæ fuit, & aqua potui ſemel in die, & ſub occaſum ſolis tenui cibo reficiebatur: cuius ſanctitas ita celebris erat, vt Helena Conſtantini imperatoris mater, ſe & filium per literas illi commendarit. Obiit in Eremo, annos centum & quinque natus: qui fuit annus ſalutis humanæ trecenteſimus ſexageſimus primus. Eccl. hiſt. autores.

Antoniopolitæ, populi. Plin. 5. 29.

Antóniorum familia Romæ, nobiliſſima vetuſtiſſimaque, ab Antone Herculis filio, oriunda Gel.

Antor, Centauri cuiuſdam nomen. Valer. 1. Argonaut.

——ardenti peragit clarus Antora quercu.

Antorides Pictor, Ariſtippi, filij Ariſtidis Thebani, diſcipulus. Plin. lib. 35. c. 10.

Antricum, oppidum Galliæ Narbonenſis, Normaniæ finitimum, vulgò *Chartes*.

Antron, nomen fluminis in Britannia.

Antronia, vrbs in Meſſenia Peloponneſi regione, ab antris, è quibus molares lapides exciduntur, appellata, à Strabone Antron dicta, item à Steph. qui Theſſaliæ vrbem eſſe ſcribit. Ab hac Antronij aſini dicti. Pomp. Mela. lib. 2.

Antronis aſinus, caſtellum in Pthiotica plaga, de quo ſic Strab lib. 9. ad Antronem verò munitum caſtellum eſt, in tranſitu in Eubœam, quod Antronis aſinum vocant.

Antuates, populi circa Rhodanum, extra Belgas, Celtas, & Aquitanos: finitimi Allobrogibus & Geneuæ, ac Galliæ Romanorum prouinciæ proximi. Huius nominis adhuc erat vicus & præfectura quædam monachorum inter Geneuam & Lugdunum, qui & Geneuenſis olim diœceſis, vulgò *Nantua*. Videntur tamen, ſecundùm Cæſaris deſcriptionem lib. 3. comment. Antuates magis fuiſſe inter Allobroges, & vicum Veragrorum, cui Diuus Mauritius, vulgò *Sainct Mauris*, Seduuenſis diœceſis nomen eſt. Hos quidem hodie Vautuates appellant Hodie vulgò *Le pays de Vaut*. Hæc regio varias præfecturas, pagos & oppida non pauca continet, circa lacum Lemannum, & vltra ad Septentrionem.

Antvverpia, ſeu Anuerpia, & Antuerpia, olim Atuatum & Atuacutum, nobile in Brabantia oppidum in ripa Scaldis, & partim maritimū variis Europæ nationibus frequentatum, mercimoniis mirū in modum floret. Sumptuoſis tam publicis quàm priuatis nitet ædificiis: auguſtiſſimo D. Virginis tēplo, cum turri ex candido lapide altiſſima: Ciuica, Hanſeatica, Anglica ac Portugallēſiū domo: Monaſterio Præmonſtratenſiū monumēto Iſabellæ Caroli ducis Burgūdionū cōiugis nobili. Anno 1567. die 5. Nouembris Antuerpiæ mœnia à Cronemburgio vſque ad Cæſaream portam diuulſa, ſolóque aquata fuêre: & Arx (vulgò *Citadelle*) vallo cincta, foſſa & aqua circundata, quinque propugnaculis ex viuo ſaxo munita conſtructa eſt: habens in circunferentia inter propugnacula supernè eminentes decem, & tres formas planas ad hoſtium inſultus propellendos fortiſſimas. Intus latè patentem aream percommodè claudunt ædes præſidiariis militibus aptæ. In areæ medio tunc ſtatua ænea deaurata maximis ſumptibus fuſa, Ferdinando Toletano, Albæ duci olim in Flandria Regis Hiſpani præfecto poſita, paulo poſt deturbata & comminuta eſt. Arx illa diruta & euerſa: denuo autem procurante Alexandro Duce Parmenſi inſtaurata & adhuc erecta permanet. nobili illo Europæ emporio propter bellorum in Belgio per 30. annos graſſantium incommoda ad ſolitudinem ferè redacto. Gall. *Anuers*.

Digitized by Google

Antros, eſt inſula in æſtu Garumnæ fluuij ex Pyrenæo monte delapſi, quam pendere & attolli aquis increſcentibus, ideò incolæ exiſtimant quia cùm videatur editior, aquis obiacet: vbi ſe fluctus impleuit, illam operis, nec vt prius tantum abit: & quod ea quibus ante ripæ colléſque ne cernerentur obſtiterant, tunc velut ex loco ſuperiore perſpicua ſunt. Pomp. Mela. lib. 3. c. 2.

Anubingara Taprobanæ vrbs. Ptol.

Anúbis, Ægyptiaca dicitur canis, in cuius forma colebatur Mercurius: quia nihil eſt cane ſagacius. Virg. Æneid 8.

Omnigenúmq; deûm monſtra, & latrator Anubis, Ouidius.

Per tua ſacra precor per Anubidis ora verendi.

Diodorus ſcribit Anubim filium fuiſſe Oſiridis & Iſidis, qui canem geſtabat tanquam armorum inſignia. Ex quo Ægyptij canem venerantur, & Anubim deum canino capite effingunt. Cæl. Rhod. lib. 3 c 11.

Anuchtha, Suſianæ vrbs. Ptol.

Anulinus, Conſul Romanus, Sabini 11. collega. Horum tempore Antoninus Caracalla Alexandriæ cùm eſſet, Alexandrinam iuuentutem conuocauit, eamque paſſim omnem, militibus ſigno dato, interemit & occidit Herodian. lib. 4. Spartianus.

Annulus, fluuius Mauritaniæ, ad quem elephantes niteſcente Luna noua deſcendere, ibiq; ſe purificantes aqua circumſpergi ſcribit Plin. lib. 8. c. 1. Dion. pergere elephantes ait πρὸς ὕδωρ ἀέναον, i. perennem aquam. Cæl. Rhodig. lib. 18. conſiderandum reliquit, an Plin. ἀέναον ex authore aliquo Annulum verterit. Pliniani codices emendatiores habent Amilus.

Anurogrammi, Taprobanæ populi, & Anurogrammum regia. Ptol.

Anus, nomen fluuij.

Anxa, oppidum in ora Senonum, quæ antea Gallipolis dicebatur, vt ſcribit Plin. lib. 3. c. 11. Magnæ Græciæ vrbs. hodie *Gallipoli*.

Anxantini, Pelignorum populi. Strabo.

Anxanum. Ferentanorum in Italia oppidum. hodie, *Lanzano*, vel *Lanziano*.

Anxani, populi. Plin. 3. 12.

Anxius, fluuius ex Armenio monte oriens, per Caucaſum in Meſopotamiam defluit, & Pactolo flumine Caucaſo cadenti occurrit, vnumq; facti in Euphratem demerguntur.

Anxur, vrbs Volſcorum, Plinio, quam olim Trachinam, nunc Tarracinem dicũt. Martialis,

Siue ſalutiferis candidus Anxur aquis. Hora.

Millia tum pranſi tria repſimus atque ſubimus
Impoſitum ſaxis latè candentibus Anxur.

Vide Tarracina. Plin. 3. 5.

Anxurus, ſiue Anxyrus, nomen eſt quo Iupiter à Campanis vocitatus eſt, qui maximè Anxuro colebatur imberbis, vel quaſi ἄνευ τοῦ ξυροῦ, i. ſine nouacula, quia nunquam barbam raſiſſet. Seruius in illud. Virg. Æneid. 7.

Circeumq; iugũ: quem Iupiter Anxurus aruis,
Præſidet & viridi gaudens Feronia luco.

Vide Anxirus.

Anydrus, inſula Plin. 5. 31.

Anyger, Anagrus, Aniger, Antiger, Theſſaliæ fluuius, in quo Centauri ab Hercule ſauciati, vulnera ſua lauerunt. Quamobrem cùm primò, dulces habuiſſet aquas, poſtea in fœtidas ſunt conuerſæ. Bocatius. Ouid. *Fundit Anigros aquas* &c. Fortaſſe idem qui ſupra Anager.

Anygridum, Nympharum ſpelunca ab Anigro fluuio haud longè diſſita in Samica regione. In hac ſi quis alpho laborans, aut lauca Nymphas apprecetur, ſacrificiis etiam præmiſſis, abſtergatque pollutas corporis partes, ac fluuium enatet, mox euadet incolumis. Cæl. Rhod. lib. 26. cap. 14.

Anyſis, Ægypti rex, Herodoto lib. 2. vrbs Ægypti. Steph.

Anthines, fluuius in Indicum mare defluens Laon.

Anytios Ægypti Nomus Herodot.

Anytus, Athenienſis cum Melito & Lycone Socratem accuſauit, & occidi curauit. Horat. lib. 2. Sermonum Satyra 4. *—qualia vincant Pythagoram, Anytiq; reum, doctumq; Platona.* Xenoph. poſtea ab Athenienſibus cum ſociis morte mulctatus eſt Laert. lib. 2.

Anzaba, fluuius circa Tigridem. Ammia. li. 18.

Anzeta, Armeniæ maioris vrbs. Ptol.

A O

Aod. i. laudans ſiue confitens, filius Gera, filij Iemini Iud. 3. Hebr. Ehud. tribus illis quas filij Aloci in Muſarum numerum retulerunt.

Aœde, Muſæ nomẽ, ex filiab. Aluœi. Paul. l. 9.

Aon, Neptuni filius, factione ſuorum ex Apulia pulſus, nauigio Eubœam & inde Bœotiam venit, vbi populis montes habitantibus imperauit, eóſque Aones, vt & montes vicinos appellauit. Porrò Aon filium Dimantem reliquit, qui ei in regno ſucceſſit.

Aones, populi ex Aonia. Paul. lib. 9.

Aónia pars montana Bœotiæ, cuius meminit Steph. vnde totam Bœotiam prius Aoniam dictam ſcribit. hinc etiam dictæ.

Aonides, Muſæ à fonte Aone, in eadem regione illis conſecrato. Iuuenalis.

—cupidus ſyluarum, aptúſque bibendis
Fontibus Aonidum.

Aónius, i. Bœotius, Seruio apud Virgilium.

Aonio rediens deducam vertice Muſas.

Aóticus Gotthorum rex.

Aóris, Arantis filius, venator bellicoſus, Stephan. & Pauſ. lib. 2.

Aórnos,

Digitized by Google

Aórnos, petra apud Indos præceps & inuia monumentis hiſtoricorum celebrata, quaſi auibus inacceſſa, Scribit Plutarchus Alexandrum cùm intellexiſſet hanc petram teneri ab homine meticuloſo, dixiſſe: Nunc locus iſte facillimus eſt captu.

Aórnos, vrbs in Epiro. Ptol. & Steph.

Aórnos, lacus inter Puteolos & Baias, qui poſtea paucarum literarum mutatione dictus eſt Auernus. Aórnos autem, quòd auibus careat: ipſæque ſuperuolantes graui eius odore enecentur, ſiue quod ſulphureæ exhalationes aërem vſque adeò extenuent, vt aues ſuſtinere non poſſit. Virg. Æneid. 6.

Spelunca alta fuit, vaſtóque immanis hiatu,
Scrupea tuta lacu nigro nemorumq́; tenebris,
Quam ſuper haud vllæ poterant impunè volantes
Tendere iter pennis, talis ſeſe halitus atris
Faucibus effundens ſupra ad conuexa ferebat.
Vnde locum Graij dixerunt nomine Aornon.

Plinius in Prooemio lib. 4. locum collocat in Epiro, qui & ipſe ab exhalatione auibus peſtifera nomen accepit.

Aornus, lacus eſt quidam iuxta Eridanum Italiæ amnem, cuius aqua ob grauéolentiam, à nullo penitus animalium temerè deguſtaretur. In hunc quondam ictum fulmine cecidiſſe Phaethontem credula fabulata eſt antiquitas, quamobrem & dirum illum, tetrúmque odorem contraxiſſe lacum, & mortiferam inſuper vim habuiſſe, quia ex illo bibentes, citiſſimam conſequi mortem conſtanter eſt creditum. In illius autem margine excelſas ſteriſſe populos fama eſt, vnde turgentibus ramis nitida ſudabant Electra, ex quo locum etiam fabulæ datum ferunt, Phaëthontis ſorores in arbores conuerſas, illius deſiderio, lachrymis molle ſuccinum iugiter diſtillare, quem lacum nonnulli Aornum appellauere. Sunt, qui Aornum lacum iuxta Cumas in Italia fuiſſe commemorent, ſic appellatum, quia nulla illum ſuperuolaret auis: figura rotundum, aqua in cæruleo colore ſubnigrante. Cæterùm, qui res ab Alexandro Magno geſtas ſcripſere, altiſſimam apud Indos petram Aornum appellari dixerunt: quoniam cum frigore magno, tum altitudine ſua, nulla illam ſuperuolaret auis, quidem quindecim in ſubiectum ſtadia exigi, & excreſcere illam perhibent. Cocceius verò Dion, & Agatoſthenes, necnon alij plerique hiſtoriarum conditores, Aornum neque petram eſſe, neque lacum autumant, ſed terræ quoddam barathrum in Syria Adiabene, ſ. per quod ob peſtilentem mortiferúmque inde emanantem halitum, nulla euolare poteſt volucris, ſed eo perueniens loci, vt ad perpendiculum ſuperſtes, illico exanimis concidere dicitur, Leonic. lib. 3. cap. 29.

Aornus, locus in Theſprotide, vbi oracula reddebantur. Pauſan.

Aorus, per ω ἄωρος, ciuitas Cretæ, ab Aora Nympha, Eleuthera etiam dicta. Stephanus.

Aôrſi, populi. Ptol. lib. 16. c. 14. non procul à Iaxarte fluuio, qui in Hyrcanum mare influit. Alios Plin. lib. 4. ca. 12. in Europa collocat Aorſos, & rurſus eorum meminit 6. 16. Strab. lib. 11. Aorſos dicit Tanaim fluuium accolere.

Aôti, populi ſunt in finibus Thraciæ, Getis finitimi, non procul ab Iſtro. Plin. lib. 4. cap. 11. Plin. lib. 4. c. 6.

Aoth, Hebræorum populi ex tribu Ephraim. Euſeb.

Aous, fluuius in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico adiacet, non procul ab Apollonia in mare illabens. Sunt qui Æantem appellent. Plin. lib. 3. ca. 21.

A P

Apadna, Meſopotamiæ vrbs lib. Notit.

Apadnas, locus in Iſauria. Procop. lib. 5.

Apæi, populi in Æthiopia ſub Ægypto. Ptol.

Apeſus, vrbs Troiadis, quæ & Pæſus dicitur. Eſt etiam Pæſus Dauniæ ciuitas, Steph.

Apaitæ, Aſiæ minoris populi. Strabo quondam Cercitæ, & Cercetici dicti.

Apamena, Syriæ regio. Ptol.

Apámia, ad Auſtrum in Mediterranea ſita, à Seleuco condita, Cœles regionis vrbs eſt x. mil. paſ. eb Aulocrene monte diſtans, Rhagis & Heracleæ vicina, quæque Seleuciæ & Laodicææ propter concordiam ſoror dicebatur: cui hoc nominis Antiochus à matre ſua Apama Artabazi filia & Seleuco Nicanori nupta impoſuit. Illic & reſtagnatio Euphratis cum Tigri confluit.

Apamia, ciuitas Parthorum. Ptol. eſt item ciuitas Ponti, apud eundem. Eſt & Apamea, Bithyniæ oppidum, à Nicomede Pruſij regis filio ſic appellata, quæ poſtea Myrica, à Myrio, Colophonio duce, dicebatur, Myrleam Colophoniorum habet Plinius, & Apamiam etiamnum hodie vocari ſcribit Sophianus. Apamia, Magnæ Phrygiæ vrbs, proxima poſt Epheſum dignitate, ad Marſiæ fluminis (qui cum Meandro coit) oſtia ſita eſt & Ciborus cognominata, auctor Strabo, Ptolemæus, & Plinius, qui eam Celenas, in initio Dameam dictam tradit cui ſuffragatur Liuius lib. 38.

Apamia, Mediæ oppidum, Raphane cognominarum. Plin.

Apamiæ, Phœniciæ vrbs eſt Euſtathio, ad Orontem fluuium ſita. Hanc Pharnaſea & Pellaidem dictam fuiſſe ait. Puto eandem ab Ammiano lib. 3. Meſene cognominari Stephanus.

Digitized

eam quoque *Cherroneſum* vocari ait. *Hamem* hodie dici Bellonius tradit.

Apameſte, oppidum in magna Græcia, cuius incolæ dicuntur Apameſtini, quorum meminit Plin.lib.3.c.11.

Apama, Antiochi Seleucidæ filia. Pauſ.

Apanda, Macedonum rex, Aſtyabati filius, regnauit annos xxx.

Aparctias, ventus ab Arcto flans, hoc eſt, à Septentrione. Plin.lib.2.c.4.

Aparni, Scythiæ populi, ex Nomadum gente, Hyrcanis & eorum mari proximè adiacentes. Strab lib.11.

Apartheni, populi ſunt circa Mæotim. Plin. 6.cap.4.

Apaſiacæ, gens Maſſagetarum. Steph. & Strab.

Apaturia, Minerua cognominata ab Æthra, quæ per quietem monita à Minerua, vt Sphæro ſacrificaret, cùm in inſulam traiecifſet, à Neptuno compreſſa, Palladis templum ibi erexit. Prætereaque conſtituit, vt Trœzeniorum virgines Zonas ante nuptias Apaturiæ Palladi conſecrarent. Erat & feſtum Athenis Apaturia nomine, quaſi Homopatoria, quod patres liberorum curiæ aſcribendorum gratia conuenirent, de quo feſto copioſè Suidas: fuerunt & Apaturia Dionyſ. i. Baccho conſecrata, hac de cauſa: Cùm bellum exortũ eſſet inter Athenienſes & Bœotos, Xanthius Bœotus Thimoetem Athenienſem Imperatorem ad ſingulare certamen prouocauit. His dimicantibus quidam à tergo Xanthij nigra pelle capræ indutus apparuit: tunc Thimœtes ſibi iniuriam fieri conqueſtus, quod ad ſingulare certamen Xanthius cum ſocio accederet: Xanthius reſpiciendi gratia conuerſus, ab aduerſario interficitur. Cùm verò Bacchus creditus eſſet pelle capræ apparuiſſe indutus, dies feſti fuerunt in eius honorem ab Athenienſibus menſe Octobri inſtituti. Tunc igitur celebrabantur Apaturia, ſic dicta à decipiendo ſpatio dierum quatuor, quorum primus Dorpia dictus eſt, quod Sodales ad veſperam in vnum coacti epularentur: Secundus, Anarrhyſin à ſacrificando, Ioui enim Sodali & Palladi ſacra faciebant: tertius, Curcotis, i, puellaris, quod ſcilicet pueros & puellas ſodalitati adſcribebant: quartus Epibda ſeu Additius. Suidas, Herodot. Xenophon. lib.1. Hellenicon, &c.

Apaturia, Venus dicta eſt, ab *ἀπατάω*, quod eſt decipio, nam cùm gigantes quodam tempore vellent eam interimere, dicitur in latebris tandiu delituiſſe, donec Herculis auxilio ſigillatim omnes interfecit.

Apaturum, Veneris templum in Phanagoria. Steph.ex Strab. Hecatæus ſinum quendam Aſiæ ſic nominat.

Apeauros, mons in Peloponneſo, Polyb.

Apelles Cous, pictor eximius, ingenio & gratia, quam in ſe maximè iactabat, præſtantiſſimus, voluminibus etiam apud Perſeum diſcipulum editis, quæ artis ſuæ doctrinam continerẽt. Floruit Alexandri Macedonis temporibus à quo tantùm depingi voluit. Is moriens Venerem imperfectam reliquit, quam nullus repertus eſt, qui vellet abſoluere. Ouidius.

Si nunquam Venerem Cous pinxiſſet Apelles,
Merſa ſub æquoreis illa lateret aquis.

Quintil.lib.12. Plin.35.10.

Apelles, monachus celebris, in monaſterijs Ægypti circa Achorin plurima edidiſſe miracula fertur. Hunc quum in opere fabrili teneretur occupatus, hanc namq; artem profitebatur, ſpectrum dæmonis noctu, habitu mulieris formoſæ, quam continens eſſet, tentare cœpit, qui ferro quod iam poliebat, ex igni extracto, dæmonis faciem exuſſit: dæmon autem cum fremitu & eiulatione aufugit. Sozomenus hiſt. Eccleſ.l.6. c.28.

Apelles, i. expellens vel abigens. Vir commendatus à Paulo. Rom.16.10.

Apelles, ſectator Marcionis, de cuius hæreſi vide Euſeb.lib.5.

Apellei, populi. Plin.6 17.

Apellicon, proprium viri nomen Strab.li.13. Hic magis librorum ſtudioſus quàm ſapientiæ, Ariſtotelis, Theophraſtiq; libros lacunis refertos emit, & lacunis inſcitè repletis, eos tranſcribendos dedit, quapropter libros edidit erroribus plenos. Huius bibliothecam Sylla poſtea, quum Athenas cepiſſet, Romam aduexit. De hoc plura Strabo lib.13.

Apeneſtes, Ptolemæo Apuliæ Dauniæ vrbs. *Mamfredonia*. Ligorio.

Apenninus mons, à penna quæ eſt ſummitas: vel, Aphœninus cum œ diphthongo (vt ſcribit Seruius) quaſi Alpes Pœni quem Annibal primus ſuperauit, in quo itinere alterum amiſit oculum. Hic Italiam diuidit, incipitq; à Genua, & ſupra Garnos incumbit. Liuius lib.21. Apennium dicit Stephan. Per mediam Italiam in longum extenditur, cujus dextra pars Tyrrhenum mare, ſiniſtra verò Adriaticũ reſpicit. Non procul à Genua Ligurum capite initium ſumit, tandemque in duo brachia diſcinditur, quorum alterum in agrum Brutium ad Fretum vſque Siculum: alterum verò per Apuliam vſque ad ſuperum mare porrigitur. Hinc Apennicolæ dicũtur, qui hunc mõtem incolunt. Virg.11.Æneid.

Apenninicolæ bellator filius Auni. Apennion, Stephanus vocat, in Saxonum Chronicis (vt Reinechius tradit in ſuo de familiis ſyntagmate) *Das Parther gebirge* appellatur Latinè ſonat, Parthorum montes. Vnde autem huius denominationis originem ducat, ſe neſcire addit: neque

neque ego facilè dixerim, apud Ottonem Friſingenſem libro 2. de geſtis Frederici I. vocatur etiam *Bardonis* mons. Item *Pardonis* per p apud Conradium à Lichtenau. Itali varia illi attribuunt pro locorum varietate nomina. *Monte Fiſcello* vocant eius iugum, vnde Nar fluuius emanat.

Apennini Sylua, Plin. 3. 5. Deſcriptio montis Apennini. Ibid.

Apera, Galatiæ oppidum. Anton.

Aper Conſul, Catulini collega.

Aper Conſul, Pollionis ſecundi collega.

Aperentia, vrbs Theſſaliæ. Steph.

Aperethes, Arcadiæ vrbs. Pauſan.

Aperia, vrbs circa Mœſiam, hiſt. Miſcel.

Aperopia, inſula Argiæ regionis. Pauſan.

Apertæ, Lyciæ vrbs. Ptol.

Apeſantus, Plinio *Argia*, Peloponneſiacæ regionis mõs *Apeſas* Stephano dictus. Item *Selene*, i. lunaris. Plutarchus in libello de fluminibus, & montibus, eum per diphthongum ſcribit in ſecunda Apæſantus, & addit eum aliquando *Argium Micænam Selenuntium & Opheltium* appellatum.

Apeſas. vel Apheſas, antis, mons Nemææ ſuperiacens, vbi Theſeus Ioui primum operatus creditur, Dictus ab Heroe, cui Apheſas nomen erat Papinius,

Mons erat audaci, ſeductus in æthera dorſo.
Nomine Lernæi dicunt Apheſanta coloni.
Gentibus Argolicis olim ſacer.

Lactantius in hunc locum vult montem eſſe Tarſi Ciliciæ, vnde ſe Perſeus miſit ad volandũ, quum ad extinguendam Gorgonem Libyam peteret ἀπὸ τ̃ ἀφεσιας nomen accepiſſe vult, ſed fortè Apeſanta legendum eſt apud Statium.

Ab hoc Apeſantius Iupiter dictus eſt. Plin. li. 4. Vide ἀπίτας apud Steph.

Apeſantius, Iupiter dictus eſt ab Apeſante monte, qui eſt ſupra Nemæam, vbi Perſeus ſacra Ioui facere ſolebat, vide Gyrald. ſynt. 2.

Apetua, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs, non procul à Corduba. Strab.

Aphace, vrbs Libyæ. Steph. Fuit & Aphaca Palæſtinæ locus inter Heliopolim & Byblum, vbi fanum Veneris Aphacitidis.

Aphæa, Diana dicta eſt, cuius in Ægina templum fuit. Pauſ.

Aphærema, Iudææ vrbs, 1. Mach 11.

Aphannæ, regio Siciliæ ignobilis: vnde prouerbium, ad Aphannas: de obſcuris & relegatis. Steph. ἀφάννας.

Aphara, id eſt, Vacca, ſiue frugifera, aut accreſcens, ſiue irritans, vrbs in tribu Benjamin. Ioſ. 1.

Aphar, Arabiæ felicis Metropolis: circa fretum ſinus Arabici. Arrianus in Periplo.

Aphareus, rex Meſſeniorum, filios habuit Idam & Lyncerum. Paul. in Meſſen.

Aphaieus, Marpiſſam Oenomani filiam viſam ex chorea rapuit. Plut. in Parallelis.

Apharantes, & Apharanſiadæ, populi Libyæ. vide *Phara*.

Aphas, Moloſſorum fluuius. Plin.

Aphaſius, mons in Media. Polyænus lib. 7.

Aphec, ſiue Apheca, i. pelagus, vel fortitudo, aut vigor, vrbs in tribu Manaſſe, Ioſ. 12. 13. Eſt & vrbs in tribu Iudæ, Ioſ. 15. Hieronymo in locis Hebraicis vſq; ad ſuam ætatem caſtellum grande Apheca nomine, iuxta oppidum Palæſtinæ. Vrbs præterea in tribu Aſer. Ioſue 19. Iudicum 1. iuxta vicum Eſron ciuitatis Iezrael, vbi dimicauit Saul in ſorte Aſer: & vbi Philiſtini contra Iſraël poſuerunt caſtra, 1. Reg. 4 19. Eo loci Benadad rex Syriæ vincitur, 3. Reg. 10.

Aphêdas, rex Athenienſium, vel, vt Stephan. Moloſſorum.

Aphedantes, populi in Moloſſis Steph. A rege Aphedante nuncupati.

Aphneus, Mars cognominatus eſt in Arcadiæ monte Creſio: inde verò denominationẽ ſortitus, vt Tegeatæ memorant, quod cùm Æropen Cephei filiam Mars compreſſiſſet, ipſa ex partu interiit: nihilominus tamen infans defunctæ matri inhærens, lac (Martis iuſſu) copioſè manans ex maternis mammis vtcunq; exſugebat, quapropter Deum Aphneum puerum verò Æropum vocarunt. Pauſ. in Arcad.

Apher, qui natus eſt ex Aphrica. Lucanus.

Et ſolitus vacuũ errare mapalibus Apher.

Vide *Afer*.

Apheſas, Statius 4. Thebaid. Nomine Lernæi memorant Apheſanta Coloni, Ciliciæ mons, vnde Perſeus auolauit, quando ad Gorgonis caput auferendum, in Africam proficiſceretur. Lut. Placidus. Vide Apeſas.

Aphetæ, vrbs Magneſiæ in Pagaſetico ſinu. Steph.

Apheterij Caſtor & Pollux appellati ſunt, teſte Pauſan. in Laconic. Aduerſus principium, inquit, ſunt Dioſcuri ἀφετήριοι, quaſi quod in carceribus templum haberent.

Apheterion, portus Gangeticus. Ptol.

Aphetor, Apollo dictus ab edendis oraculis. Cæl. Rhodig. libr. 8. cap 16. Gyrald. Syntagmate 7.

Aphia, i. flans, vel exufflans, ſiue loquens, aut illaqueans, filius viri Iemini. 1. Reg. 9.

Aphidas, Centaurus, fortè ἀφείδας, vt ſuprà.

Aphidas, XIV. Athenienſium rex, regnauit annos VIII. vel, vt alij, vnum tantum. Hic vltimus ex Brichthei familia Athenarum rex fuit, à quo hac occaſione ad aliud genus regnum tranſlatum, ait Euſebius, Xantho Bœotio prouocante Thimœta ad pugnam. Thimetes re-

cuſauit, Tum Melanthus Pylienſis Andropotapi filius, vir ſtrenuus ſingulare certamen cum Xantho ſuſcepit, & victor regnum Athenarum obtinuit.

Aphidantes, pars Moloſſiæ regionis. Steph.

Aphidantum, Arcadiæ municipium. Pauſan.

Aphidna, pars Atticæ & Leontidis tribus. Steph.

Aphidnæ locus celebris in Attica, Seneca in Hippolyto. —*paruas alius*
Calcet Aphidnas. Eſt & vrbs Lycaoniæ. Steph.

Aphile, vicus. Plin.

Aphneum, ciuitas Phrygiæ & Lydiæ. Steph.

Aphnitis, lacus prope Cyzicum Attynia prius dicebatur. Steph.

Aphnius, vide Aphneus.

Aphormium, locus Theſpienſium. Steph.

Aphrica, Plinio in Prologo tertij, tertia orbis pars eſt inter Aſiam & Europam ad Auſtrum ſita, incipiens ab Ægypto, in Gaditano freto definit, in qua populi habitant Mauri, Getuli, Numidæ, Garamantes, & Carthago vrbs. Mare quo cingitur à Septentrione Libycum, à Meridie Æthiopicum, ab Occidente Atlanticum dicitur. Pomponius Mela lib. 2. Plinius lib. 15. c. 4. Straboni libr. 2. eadem quoque Libya dicitur. Plinius in Prologo quinti. vide *Africa.* Hebræis dicitur Pul, & redditur Caſus, vel ruina, aut faba: vel pinguis, quæ in ſacris literis *Chameſia* vocatur: eius populum *Phutes* appellat Ioſephus. *Iphrichia* incolis vocari ſcribit Ioan. Leo. Theuetus dicit Arabibus, & Æthiopibus *Alkebulam*, & Indis *Beſacath* nominari, *Moorenlandt* noſtratibus ferè.

Aphrica propria Ptolemæo, Aphricæ pars ad mare mediterraneum: inter Mauritaniam, & Cyrenem regiones. *Minorem* vocat Mela. *Zeugitana* Plinio dicitur. *Naphthuhim* Hebræis teſte Arriano Montano. Hodie *Tunetanum* regnum hoc eſt loco.

Aphricus ventus inter Auſtrum & Zephyrum dictus, quod ab Africa flare videatur. Virg. Æneid. 1.

Vna Eurusq́; Notusq́; ruunt, creberq́; procellis
Aphricus.

Aphricum mare, quòd Aphricam alluit, à Metagono promontorio ad Orientem vſque ad Philenorum aras extenſus, Sardo, Siculo, & Ionio mari conterminum.

Aphrodiſias, olim Trœzen Peloponneſi. Stephanus.

Aphrodiſia, inſula in mari Perſico, vbi Perſis à Carmania diſpeſcitur: ſic dicta, quòd in ea Venus coleretur, alio nomine [illegible] dicta.

Aphrodiſiades duodecim Stephan. numerat. Plin. 6. 29. meminit Aphrodiſiadis inſulæ, & 4. 23. oppidi Aphrodiſiadis, vide *Megalopolis.*

Aphrodiſium, duorum oppidorum in Africa Propria nomen eſt apud Ptolemæum, quorum alterum *Coloniam*, alterum *Fanum* cognominat. Hoc Caſtaldus *Mahometta* interpretatur, Mercator verò *Africa.* Sic etiam Caluetus Stella, qui eius expugnationem à Carolo quinto factam deſcripſit, illudque à Mauris *Mehadiam* appellari ait. Idem ex Fazello didici, qui *Mahdiam* habet, Theuetus, *Elmahdua.*

Aphrodiſium, Ptolemæo promontorium Hiſpaniæ Tarraconenſis ad mare Mediterraneum, ad radices montis Pyrenæi, *Pyrenæa Venus*, Plinio dicitur *Veneris fanum* Latinis, *Cabo de Cruz* Cognato & Moletio, vide *Iouis Indigetis* lucus.

Aphrodiſium, Cariæ promontorium in ſinu Thymniæ Pomponio, quod *Aphrodiſias* Plinio appellatur.

Aphrodiſius, Præſul Bituricenſis, Petri diſcipulus, genere Ægyptius, iacet apud Bituriges. Volaterran.

Aphrodites, nomen quo Venus vocitata eſt, ab ἀφρὸς quod eſt ſpuma: nam de ſpuma maris natam ferunt.

Aphrodites, ciuitas iuxta Atribin & Æthiopiam, & Thruciam, Steph.

Aphroditia, regiuncula Laconiæ. Steph.

Aphſes, id eſt, comminuens vel eripiens, aut aperiens, aut deſtruens. Nomen viri 1. Chron. 24.

Aphthala, vel Apthæa, Ægypti nemus, Steph. hinc Aphthites.

Aphthónius ſophiſta, ſcripſit προγυμνάσματα, id eſt præexercitationes in Rhetoricam, & in artem Hermogenis.

Aphydna, vide Aphidna & Titacide.

Aphydnus, miles Æneæ à Turno cæſus. Æneid. 9.

Aphyte vel Aphytis oppidum Thraciæ, non procul à Pallene oraculo Apollinis inſigne: ab Aphyo quodam indigena ita dictum. Huius incolæ dicuntur Aphytæi. Steph. Huius incolas Iouem Ammonem nō minore cultu quàm ipſos in Africa Ammonios veneratos. Pauſanias in Laconicis refert, & Lyſandro vrbem oppugnanti Ammonem per noctem appáruiſſe & illum monuiſſe, & illi & Lacedæmoniis melius ceſſurum ſi Aphytæos deſiiſſent bello vexare. Itaque Lyſandrum obſidionem deſeruiſſe & Ammonis religioſius colendi eis auctorem fuiſſe.

Apia, regio, ab Api IV. Sicyoniorum rege appellata, Ægialea antea dicta, nunc Peloponneſus.

Apiates, Aquitaniæ populi, à P. Craſſo ſuperati. Dion. lib. 39.

Apiennates, Vmbriæ populi. Plin.

Apicius Romanus, omnium helluonum maximus gurges, cui parum fuit & principum congiaria

Digitized by Google

giaria, & Capitolij vectigal deuoraſſe, niſi inſuper gulæ ſuæ monumentum poſteris reliquiſſet, edito de gulę irritamentis volumine, quod etiam hodie omnium manibus teritur. Hunc Seneca, in libro de conſolatione ad Albinam, ſuo ſæculo vixiſſe teſtatur, & laqueo vitam finiuiſſe, cùm ſubductis rationibus ex ſeſtertio millies quod in culinam congeſſerat, centies tantum ſupereſſe ſibi cognouiſſet Iuuen. Satyr. 11.

——quid enim maiore cachinno
Excipitur populi, quàm pauper Apitius?

Apidanus, fluuius ex præcipuis Theſſaliæ, tardè fluens quouſque illi commiſcetur Enipheus, Melas & Phœnix quos ipſe ſecum in Peneum defert, vt habet Lucan. lib. 1.

—id gurgite vaſto
Apidanus nūquamq; celer niſi miſtus Enipheus

Demetrius Apidanū Troadis fluuiū facit. Steph.

Apidanēſes vel Apidónes, Arcades à quodam Apide. vide Euſtath. apud Dion perieg.

Apiennátes, populi. Plin. 3. 14. 15.

Apilas, vide Aſopus Plin. lib. 4. c. 10. 1.

Apilocarium Luſitaniæ vrbs. Phleg. Trall.

Apina, Tricaque, duo oppida Apuliæ à Diomede euerſa, quæ in prouerbij ludibrium tranſierunt, vt quoties rem nullius pretij oſtendere volumus, Apinas & Tricas nominemus. Martialis.

Sunt Apinæ, Tricæque, & ſi quid vilius iſtis,

Plin. 3. 11. Vide *Tricæ*.

Apiola, vel Apiolæ, ciuitas Italiæ capta à L. Tarquinio rege ex cuius præda Capitolium inchoauit. Plin. lib. 3. c. 15. Steph.

Apion, grammaticus, ætate Plinij, de quo ita libro 30. cap. 2. ſcripſit, quærat aliquis, quæ ſint mentiri veteres Magi, quū adoleſcentibus nobis viſus, Apion, Artis grammaticæ, prodiderit Cynocephaliam herbam, quæ in Ægypto vocaretur Oſyrites, diuinam, & contra omnia veneficia, ſed ſi ea erueretur, ſtatim eum, qui eruiſſet, mori: ſeque vmbras euocaſſe ad percontandum Homerum qua patria, quibúſque parentibus eſſet genitus, non tamen auſus profiteri quid ſibi reſpondiſſe diceret. Hæc Plinius.

Apis, Argiuorum rex, Iouis filius ex Niobe Phoronei filia, alio nomine Oſiris appellatus, Iſidem vxorem duxit. Achaiæ regno Ægialeo fratri conceſſo in Ægyptum traiecit: vbi cùm homines rudes ad mitiorem vitæ cultum traduxiſſet, colendarumque vinearum rationem eos edocuiſſet, concordibus omnium votis in regem eſt aſcitus. Cumque aliquandiu mira prudentia, parique clementia Ægypti regnum adminiſtraſſet, multaque in ſubditos beneficia contuliſſet, vita tandem functus, pro deo eſt habitus, eumque Ægyptij ſub viui bouis imagine coluerunt, qui corpore niger, candida fronte, in tergore alba nota inſignis, duplicibus pilis in cauda, & lingua cantharo notatus eſſet. eumque certos vitæ annos excedere non licebat, quibus peractis, in ſacerdotum fontem demergebant, deinde indicto iuſtitio, veſte ſciſſa, & laceratis crinibus defunctum plangebant, inuento verò alio mirificè lætabantur, reſponſa autem non vt reliqua oracula dare ſolebat: ſed ſi manu oblatum pabulum ſumpſiſſet à conſulentibus, ſecundos euentus atque omnia proſpera decernebat: ſi verò abnueret, omnia ſiniſtra portendebat. Ideò cùm à Germanico Imperatore pabulum oblatum renuiſſet, funeſtum omen & indubiam necem, quę paulo poſt ſecuta eſt, prænuntiauit. Ouid. 3. de Ponto.

Et comes in pompa corniger Apis erat.

Strabo lib. vlt. Plin. 8. c. 46.

Apis, vicus in Africa dictus, quia nobilis Ægypti religione eſſet. Plin. 5. 6.

Apis, III. Argiuorū rex, regnauit annis LIII.

Apis, IV. Sicyoniorum rex, regnauit annis XXV.

Apiſcion, viri Troiani nomen.

Apitami, populi. Plin. 6. 20.

Apitius Galba: ſcurra nobilis ſub Tyberio Cæſare. Iuuen. Satyr. 5.

Apobathra, Strabo lib. 13. ad Seſtum locus ab exſcendendo è nauibus Apobathra nominatur, vbi Xerxis nauis dicitur congelata Euſtath. ad Dionyſ. perieget. qui locus Straboni, facem præfert.

Apobæoti, populi Ætoliæ, Steph.

Apocopa, ſinus in Arabico receſſu. Steph.

Apocopi, montes Indiæ intra Gangem, qui Pœnæ deorum appellantur. Ptol.

Apœninus, mons qui ab Alpibus proficiſcens, vniuerſam Italiam vſque in Siciliam diuidit. M. Cato Pœninum montem nominare videtur, per quem Annibal exercitum traiecit in Galliam. Hinc Apœninus dictus, quod radices ſub Pœnino tranſitu Annibalis habeat. Vadianus Pomponij interpres. Vide ſupra Apenninus.

Apollinares ludi, qui in honorem Apollinis fiebant, prius in certo tempore celebrari, poſt à Licinio Varo Prætore lege lata. IV Non. Quintileis celebrati, boue aurato, capris duabus auratis. Liuius, Macrob. Seru. in 6. Æneid. Hos ludos populus laureatus ſpectabat ſtipe data pro cuiuſque copia. Feſtus.

Apollinaris, ingenio præſtantiſſimus, doctrina clariſſimus, carminum & verſuum elegantia, & promptitudine mirus ſuis libris, vt ait Baſilius, terrarum repleuit orbem. Familiaris fuit Gregorio & Baſileo defenſor coeſſentialitatis. Cùm Iulianus cognomento Apoſtata, Gręcorum diſciplinam interdixiſſet Chriſtianis, tum Apollinaris verſibus expoſuit ad Homericū modum

atque ſtilum hiſtorias antiquas ſacrarum literarum, & numero librorum, & elementorum notis iiſdem. Compoſuit & Iambos, & carmina. Sed ſententias quidem à veritate diuinæ ſcripturæ ad humanas fabulas detorſiſſe illum conſtat. In primis de reſurrectione mortuorum ineptiebat, cùm reuerſos ad legem, & circumciſionem, ſabbata, ritus, adorationem, cibos & ad templum traderet, tum de carne Chriſti, ſplendidis nugis multos ſeduxit. Ex catalogo Epiſc. Vide Euſebium, Socratem Sozomenum, Suidam.

Apollináris Conſul, Priſci collega.

Apollinarium regio, Plin. 3. 4.

Apollo. Iouis & Latonæ filius, Phœbus etiam dictus & Sol. Apollo autem vocatus ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν vel ἀπολύει τοὺς ἀνθρώπους τῶν κακῶν, i. ægrotationibus homines liberet, natus in Delo eodem partu cum Diana, quæ & ipſa Phœbe dicitur. Adultus Pythonem ſerpentem ſagittis occidit: deinde Cyclopes ob fabricatum fulmen quo filius eius, Æſculapius fuit ad inferos detruſus: vnde aliquandiu diuinitate priuatus, Admeti Theſſaliæ regis armenta apud Amphryſum eiuſdem regionis fluuium pauit. Fertur accepiſſe Citharam à Mercurio: & poſtea Muſis præfuiſſe. Amauit Cyrenem puellam, item Daphnem: Penei fluminis filiam, quæ fugiens illius amorem in laurum conuerſa eſt arborem huic ſacram. Item Hyacinthum, liberali forma puellum quem mortuum in florem ſui nominis commutaſſe fertur. Branchum item Theſſalum, cui in ſuo templo ſacra fieri iuſſit. Vicit Marſyam tibicinem, à quo laceſſitus fuerat tibiæ cantu, victum excoriauit. Ille muros & Troiæ, adiuuante Neptuno, Laomedonti regi ædificauit. Medicinæ vſum primus intuliſſe, & propterea deitatem meruiſſe dicitur. Author eſt carminis & Muſices: quapropter poëtæ præcipuum ſibi numen faciunt. In Rhodo inſula Coloſſum habuit tantæ magnitudinis, vt inter ſeptem mundi miracula ſit connumeratus. Triplex eſt eius poteſtas, vt ſit Sol in cœlo, Liber pater in terris, Apollo apud inferos: eius ſimulachro tria appingebantur, lyra, clypeus, & ſagittæ. Eidem vt Baccho perpetua iuuentus adſcribitur, propterea ſemper imberbis à poëtis fingitur. Multa habet nomina, à locis in quibus potiſſimum colebatur, ſibi indita: Agyæus, Alexicacus, Boëdromius, Clarius, Carnius, Carnias, Cereata, Compitalis, Diradiotes, Dindymæus, Epicurius, Grynæus, Horius, Iſmenius, Leochares, Muſarum dux, Muſarum præſes, Parcarum ductor, Parthaſius, Patronus, Pytheus, Smintheus, Thermius, Verticalis, &c. de quibus vide Pauſ. Plura alia extant lib. 1. epigrammat. Græcorum, acroſtichis ingenioſiſſ. comprehenſa.

Apollo dicitur reperiſſe artem Rhetoricæ, vt author eſt Artemidorus, quam alij dicunt è cœlo ab Ioue, per Mercurium, procurante Prometheo demiſſam.

Apollo, Ægyptiaca lingua vocatur Horus, à quo horæ nomen acceperunt, vt ait Macrob. Ipſi lyræ, tibi aurum & fiſtularum aſſignatur inuentio. Nam eiuſdem ſimulachrum apud Delum dicitur in dextera arcum habuiſſe, in læua Gratias: quæ ſingulæ ſingula Muſices inſtrumenta geſtabant manibus: vna lyram, altera tibias: quæ autem erat media, fiſtulam gerebat, Polyb. Virgilius libr. 1. cap. 5. de rerum inuentione.

Apollo, à Gallis olim cultus, quem morbos depellere credebant. Cæſar libro 6. Commentar.

Apollines, quatuor Cicero conſtituit. Primum antiquum cuſtodem Athenarum: Alterum, Corybantis filium natum in Creta: Tertium, Ioue & Latona natum, qui ex Hyperboreis Delphos venerat, quamvis Euſebius antiquiorem illum deſcribit: Quartum, in Arcadia, quem Arcades, quod illis leges dederit, Nomium vocant. Deinde ob nimiam ſeueritatem regno pulſus, ad Admetum Theſſaliæ regem confugit, & iuxta Amphryſum amnem eius armenta pauit. Quare à poſterioribus pro deo colitur, & ab Homero variis nominibus appellatur, ἀργυρότοξος, ἑκηβόλος, ab eius ſcilicet artibus & inuentis.

Apóllo Nomius, id eſt, paſtor, dictus eſt, quo tempore Admeti regis pauit armenta.

Apollinis tripus vas aureum trium pedum à Vulcano fabrefactum, ac pro munere Pelopi datum, dum vxorem duceret.

Apollo Capitolinus, Plin. 4. 13.

Apóllinis, inſula in Libya, Steph.

Apóllinis Actij templum Plin. 4. 1.

Apollinis, Phæſtij portus, Plin. 4. 5. Oraculum Delphicum 4. 3. Vrbs. 5. 9. Oppidum. 6. 30.

Apollinis Clarij templum, 5. 29. Eiuſdem ſpecus mirus, 2. 103.

Apóllinis & Herculis contentio de tripode. Pauſan.

Apollinis odium in tibicines Pauſ.

Apollinis ſacrificia. Pauſan.

Apollinis ſimulachrum Amyclis, apud Corinth. ad radices Cuculini. apud Delios, Pheneutas, in Lycone, apud Megalop. apud Patrenſes, in Olymp. in Sicyone. Pauſ.

Apollinis templa variis in locis ędificata. Pauſan.

Apollinis & Marſyæ certamen vbi. Plinius 6. 19.

Apollinis Dindymæi aræ vbi, à quo Plin. 6. 16. eiuſdem oraculum, 5. 29.

Apollo, veteres Ethnici appellarunt varia

Naturæ

Digitized by Google

Naturæ vires, vel ſiderum, vel ſummi Dei in res humanas actiones variis deorum nominibus. Quid per Apollinem intelligerent, declarauit Cicero lib. 3. de Natura Deorum: illa autem, Balbe (inquit) quæ tu à cœlo aſtriſq; ducebas, quam longè ſerpant non vides, Solem Deum eſſe, lunámque, quorum alterum Apollinem Græci, alteram Dianam nuncupant. Et Plato in Cratylo, vbi nominis rationem perquirit, quæ ad quatuor facultates ex illius extenditur ad muſicam, diuinationem, medicinam, peritiámq; mittendarum ſagittarum, Apollinem, nunc quia non plures ſint, nunc à ſoluendo, nunc à mittendo, nunc à rerum ſimplicitate dictum contendit, quæ Soli conueniunt omnia ac nulli præterea. Quid enim veritatem magis aperit quàm Sol, & omnem tenebrarum caliginem ex humanis rebus diſpelcit? aut quid magis confert medicorum pharmacis? ſiquidem herbæ quæ in apricis locis naſcuntur, multo magis rei medicæ conferunt, quàm in vmbra aut in humidioribus locis, nutritæ. Hic eſt generationis rerum & corruptionis vnicus author. Hic longiſſimè è cœlo in terras radios ſuos minimè debilitatos iaculatur, vnde dictus eſt à poëtis ἑκάεργος è longinquo operans: & *Loxios*, quia obliquum habeat inceſſum ſub ecliptica: & *Phœbus*, à ſplendore luminis: & *Delius*, quia occulta manifeſtet: & ab huiuſmodi cauſis multa nomina obtinuit, quæ nulli certè niſi Soli conuenire poſſunt. Hic peſtis & Salutis ſolus eſt opifex, quoniam in Symmetria caloris vniuerſa animantium vita ſalúſque continetur. Hic medius inter cæteros planetas tanquam Dominus cæterorum collocatur: quorum motus incredibilem efficere harmoniæ ſuauitatem crediderunt Pythagorici, qua de re Muſices author putatus eſt. Huic & Cytharæ inuentionem tribuerunt, quæ ſeptem chordis prius muniebatur, aut vt Virgil. lib. 6. Æneid.

Nec non Threicius longa cum veſte Sacerdos
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.

Qui chordarum numerus planetarum numero conueniebat: cùm plurium chordarum inſtrumenta muſica recentiora ſint, vel Pythagoræ temporibus vel Orphei. Hic Iouis & Latonæ filius fuiſſe creditur, & in Delo natus, quia poſt illam confuſam mundi, vt vocant, materiam, ex qua vniuerſa quæ ſunt, creata creduntur, quæ Λητὼ (vnde Latona) à latendo & ab inſcitia vocata fuit, ab omnium rerum opifice Deo lux primo omnium prodierit. Nam dicuntur Apollo & in Diana in Delo, quia continuò exorta luce res cognoſci & videri poſſe cœperunt, cùm prius in confuſa & informi materia deliteſcunt. Qui Dionyſij filios putarunt eſſe, vim & actiones Solis Apollinem eſſe crediderunt, ac Dionyſium eſſe Solem ipſum: cuius filia ſit Luna, cùm à Sole patre lumen vímque ſuam vniuerſam accipiat. Eadem ratione qua calor mediocris confert omnibus animantibus, putatur Æſculapius, qui medendi artem callet, Apollinis eſſe filius. Huic Apollini, vt mitior eſſet, peſtémque leuaret, vt à nonnullis traditum eſt, ludi Apollinares fuerunt inſtituti, cuius cum duæ ſint poteſtates nimio calore & intemperie aëris perdendi, ad eam vim placandam, Pæan in hymnis cantabatur: Æſculapius à Ioue irato fulmine perculſus interiit: quia cùm ſolis benignitas & temperies animantibus ſit ſalubris, aliquando ab inflammato aëre peſtis oritur, & in morborum grauitatem tota illa Solis clementia vertitur: quare grauior fit peſtilentia mediis temporibus, quàm per ſummos calores, aut per eximia frigora: Illa autem omnia Iouis, id eſt Dei ſupremi & altiſſimi nutu fiunt. Apollo dicitur mortem filij grauiter ferens, Cyclopas Iouis miniſtros fulminúmque artifices interemiſſe, quod nihil aliud ſignificat niſi Solis beneficio rabiem illam vaporum, quæ peſtem excitauerunt, fuiſſe extinctam. Nam ex ipſis vaporibus quodammodo affectis morbos procreari conſtat & ſalubritatem euerti, & è vaporibus fulmina Ioui confici, cùm illi ſint fulminum artifices. Cùm enim Æſculapius ſit Apollinis filius medicus peritiſſimus, iſque ſit aëris optimè affecti temperies, hanc temperiem eximius calor deſtruit, per quem vapores conſumuntur, neque vſquam poſſunt conſiſtere. Cùm aliquid ſimile fortaſſe ſuperioribus temporibus contigiſſet, vt fabulati ſunt de Phaëthonte, ita ob hanc rem datus eſt locus fabulæ, quod ob fulmine occiſum filium, Apollo Cyclopas fulminum fabros occiderit, E cœlo autem per id tempus deſcendiſſe fingitur, quia benignior & quaſi humanior quàm antea Solis natura ſentiebatur. Id cùm ita contigiſſet cognouerunt mortales Solem eſſe omnium rerum moderatorem: quare cùm tepor illius conferat animantibus, pauiſſe armenta Admeti dicitur. N.Comes, Mythologiæ lib. 4. cap. 10.

Apollinis ciuitas magna in Ægypto. Ptolem. *Munſia* nunc dici ex Io. Leone colligit Zieglerus. Stephanus.

Apollinis ciuitas parua, in Ægypto, Libyam verſus. Ptol. Steph.

Apollinis ciuitas tertia in Æthiopia iuxta rubrum mare. Steph.

Apollinis arx ad Syllæ antrum: cuius meminit Virgil. Æneid. ſexto. hodie *Arco Felice* nominari tradit Pighius in Hercule Prodicio.

Apollinis Fanum, in Africa propria ſitum. Ptol.

Digitiz

Apollinis fons apud Cyreneos in Africa Euſtath.

Apollinis promontorium, Ptolemæo & Liuio, in Africa propria eſt, *Roſamuzat* Mercatori. Eſt & Apollinis promontorium in Mauritania Cæſarienſi, eidem Ptol. quod *Cabo de Tenes* à Caſtaldo vocatur. Plin. l. 1. c. 2. & 4.

Apollinis templum, Zerinthium vocant incolæ, Liuio teſte libro 38 qui hoc in Thracio deſcribit, in Æniorum finibus, Apollinis templum in Myrienſi ſinu Lyciæ. Ælian.

Apollo in Thebaide monachus, annis quadraginta in interiore moratus eſt ſolitudine, paruulam in monte vicino ſpeluncam habens: ſed pro miraculorum multitudine, breui effectus inſignis, plurimorum præſul extitit monachorum. Sozom. lib. 8 c. 1. hiſt. trip.

Apollos, vir quidam Alexandrinus, magni nominis in primitiua Chriſtiana Eccleſia. Act. 18. & 1. Corinth. 3.

Apollocrates, alter ex Dionyſij filiis qui vnà cum patre, in expeditionem dum exularet profectus eſt, Strab. lib. 6.

Apollodorus, pictor excellens. Plin.

Apollodorus, Athenienſis grammaticus, Aſclepiadis filius Panætij Rhodij philoſophi, & Ariſtarchi grammatici diſcipulus. Primus, genus metri Triambici inuenit, vt teſtatur Suidas. Scripſit quoque hiſtoriam Athenienſium vſque ad reditum Heraclydarum, vt author eſt Diodorus Siculus.

Apollodôrus vſque adeò arte emicuit grammatica, vt ei Amphictiones Græciæ honorem habuerint. Plin lib. 7 c 37.

Apollodórus Tarſenſis, Tragicus, cuius Tragœdias Suidas recenſet.

Apollodórus Gelous, poëta comicus, eodem tempore quo & Menander, fabulas ipſius nonnullas commemorat Suidas.

Apollodórus Pergamenus rhetor, Caſſidij alias Collidis, item Cæſaris Augusti præceptor & familiaris, ſcripſit de Rhetorica, vt author eſt Strabo.

Apollodorus Philoſophus Epicureus, vltra 40. volumina conſcripſit. Laert. lib. 10.

Apollodorus, pictor nobilis Athenienſis, qui primus ſpecies exprimere inſtituit, primúſque gloriam penicillo contulit: fecit ſacerdotem adorantem & Aiacem fulminatum.

Apollodorus, Caſſandriæ tyrannus. Pauſ.

Apollonia, Cyrenaicorum nauale in Pentapolitregione Ptolemæo auctore eadem fortè *Libyca* Stephani, quam *Cyrenem* quoq; vocant. Ptolemæus duas ex his facit. Hanc Apolloniam Caſtaldus *Benandrea* dici hodie ſcribit.

Apollonia, Phrygiæ vrbs, quam *Margion* quoque vocat. Steph.

Apollonia Mygdonia, Ptolemæo, Mygdoniæ in Macedonia vrbs, hodie *Ceres* Nigro teſte.

Apollonia Taulantiorum in Macedonia oppidum, Ptolemæo ad Ionicum mare ſitum eſt. *Siſſopoli* Pineto appellatur. Niger dicit hoc loco Caſtellum eſſe *Piergo* dictum. Sophianus ait antiquum nomen retinere. Arbitrij ius ſit apud lectorem. Hanc Apolloniam vocat Plinius Corinthiorum coloniam, ex quo ſuſpicor eandem eſſe cum ea quam Stephanus *Gylax*, & *Gilacia* dictam ſcribit (etſi eam in Illyrico ponat) nam & Coloniam Corinthiacam eſſe ait, non longè ab Epidamno ſitam, quod in Macedoniæ confinibus eſt, vbi eadem à Ptolemæo & Plinio deſcribitur, fines namq; regionum ab Auctoribus confundi non ſemel experiuntur.

Apollonia, Cretæ inſulæ vrbs antea Eleutera appellata Stephano.

Apollonia, Athomontis oppidum eſt Plinio, cuius incolas Macrobios cognominat idem. Sed hoc epitheton videtur Mela vrbi *Acrrathon*, in montis huius vertice ſitæ, tribuere, cùm inquit, eius incolas dimidio longiorem vitam quam in aliis terris eſſe.

Apollonia, Aſiæ oppidum maritimum: Aſos dictum in Actis Apoſtolorum. D. Hieronymus, in locis Hebraicis, Apollonia Straboni vrbs eſt in ora Ponti, Mileſiorum colonia, maiori ſua parte condita in parua quadam inſula, Hanc Plinius Apolloniatarum inſulam vocat: fortè idem cum Thynias Apolloniatum, quam vide ſuo loco.

Apollonia, Thraciæ vrbs, Plinio Anthium olim vocata. Mela Magnam cognominat. Hæc Siſſopoli à Nigro dicitur. Pineto vetus nomen manet.

Apollonia, vrbs in Parnaſſo iuxta Delphos: aliàs Cypariſſus dicta. Steph. Vide in *Cypariſſo*. Trœzen etiam Peloponneſi olim Apollonia dicebatur, Steph.

Apolloniaticum bitumen. Plin. 35. 15 & 2. 106.

Apolloniatæ, populi Apolloniæ. Plinius 5. 30. Cariæ populi, 5. 29. Valer. Maximilian. libro primo, Apolloniatæ quidem pœnitentiam egerunt.

Apollonienſes populi. Plin. 5 30.

Apollonienſes, pars quædam addita Attalidi tribus. Steph.

Apollonius Rhodius, Alexandriæ tamen natus, Callimachi diſcipulus, æqualis Eratoſthenis grammatici, cuius etiam ſucceſſor fuit in præfectura bibliothecæ apud Ptolemæum Euergetem.

Apollonius Alexandrinus, cognomento Dioſcorus, pater Herodiani grammatici, nobilis & ipſe grammaticus, filiúmque erudiit: ſcripſit de conſtructione partium orationis, & alia complura:

plura in arte grammatica.

Apollonius, Aphrodiſienſis hiſtoricus, ſcripſit res Caricas de Trallibus, de Orpheo, eiúſque myſteriis.

Apollonius Molo Rhodius, præceptor Ciceronis, & Cæſaris eodem tempore, vt ſcribit Plutarchus, Romæ docuit, quo legatus venerat de præmiis Rhodiorum, Dictatore Sylla: orator vnus in cauſa ſcriptórque præſtantiſſimus, & in annotandis, animaduertendíſque vitiis, & inſtituendo, docendóque præſtantiſſimus, vt ait Cicero in Bruto.

Apollonius, Alabandenſis (Alabanda autem oppidum eſt minoris Aſiæ) dicendi magiſter clariſſimus teſte Suetonio, qui cum mercede doceret, tamen non patiebatur eos, quos iudicabat non poſſe oratores euadere, operam apud ſe perdere: dimittebátque quemque ad quamcunque artem putabat eſſe aptum, vt ſcribit Cicero lib. 1. Orat.

Apollonius Citieus, medicus Strabo lib. 16.

Apollonius Herophilius Herophili diſcipulus, ſcripſit de vnguentis, author Athenæus, apud Plinium tamen Apollodorus ſcribitur.

Apollonios ſophiſtas duos ponit Philoſtratus, Naucratitem vnum, alterum Athenienſem qui ambo M. Antonini principis tempore concurrentes, docuere Athenis.

Apollonius Tyaneus, Pythagoricus philoſophus, cuius vitã Philoſtratus ſcripſit, & ante hũc Damis ipſius peregrinationis comes. Hic dum Epheſi vitam ageret, & fortè in multitudine diſputaret, per eam horam, qua Domitianus interficiebatur, defixus & elinguis ſtetit, tum autem exclamauit, Euge Stephane pulchre, Stephane percute peccatorem: pulſaſti, vulneraſti, & interfeciſti. Hic ſermonis animalium peritus erat. Cæl. Rhod. libro 17. capite 13. Idem hoc vnum à diis poſcebat, vt bonos cognoſceret, malos vitaret. Alex ab Alex. lib 4.

Apollonius, nomen viri, quem occidit Iudas Machabeus, 1. Machab. 3.

Apollonus, cognomine Titus, à Ionatha victus, fugatúſque eſt, Ioſeph. lib. 13. cap. 6.

Apollonius, ſenator Romanus, lecto Senatus Apologetico pro fide Chriſti, capite truncatus eſt, Euſeb. lib. 5. c. 21.

Apollonius, Stoicus philoſophus.

Apollonius, Conſul, Magni collega.

Apollonius luctator. Pauſan.

Apollonia virgo, ſub Decio Imperatore apud Alexandriam cum aliis permultis martyrio coronata eſt. Euſeb. lib. 6. cap. 19. & ſequentibus.

Apollonius monachus, quamvis reliquo vitæ tempore mercaturam exercuiſſet, tamen ætate ingraueſcente, ad Scetin profectus eſt. Ac quum ſecum conſideraret, ſe per ætatem nec ſcribere, neque vllam aliam artem poſſe diſcere, ſuis ipſius pecuniis omnia tum medicamentorum, tum rerum aliarum ægrotis neceſſariarum genera cõemiſſe traditur: & quotidie à primo mane vſque ad horam nonam per ſingula monachorum oſtia perrexiſſe, quò ægrotos inuiſeret. Quod genus diſciplinæ quum neceſſarium ſibi & accommodatum comperiſſet, in eo quod reliquum erat tranſegit. Quum autem iam eſſet è vita migraturus, ea quæ poſſidebat, alteri tradidit, deditque in mandatis vt eadem ipſe pietatis officia obiret Sozom. hiſt. Eccleſ. lib. 6. c. 29.

Apollonohieritæ, populi Plin. 5. 29.

Apollopolitis præfectura Plin. 5 9.

Apollophanes regis Antigoni adulator.

Apollion, i. perdens, vel deſtruens. Apoc. 9.

Aponiana inſula, Lilybæo proxima Hirtius. de bello Afr.

Aponus, vicus ad Euganeos colles in Italia prope Patauium, vbi & aquæ calidæ variis morbis aptæ. Claudiani Elegiaco carmine laudatæ & à Theodorico Gotthorum rege mœnibus cinctæ, teſte Caſſiodoro. Lucan. lib. 6

Euganeo ſi vera fides memorantibus augur.
Colle ſedens, Aponus terris vbi fumifer exit,
Atque Antenorei diſpergitur vnda Timaui
&c.

Nomen ei, quia contra morbos eſt, vel quia cura dolorem medetur.

Apoſtropia, Veneris cognomen, quæ in hunc finem ſic à Cadmo cognominata, vt ab omnibus ſpurcis artibus auocaret, & ab obſcœna libidine, & à concupiſcentiis auerteret. Pauſ. lib. 1. & 9.

Apotomiæ, Marmaricæ nomi gens. Ptol.

Apotropæi, dij malorum depulſores, quibus immolabatur agnicula. Perſ. in Satyr. & Amm. Marcel. lib. 25.

Appa, Arabiæ fœlicis vrbs. Ptol.

Appadana, Perſiæ vrbs. Ptol.

Appenzella, Heluetiæ pagus, quaſi Abbatum cella. Habuerunt enim hic Benedictinæ ſocietatis Abbates, arcem, Claux nominatam, tutiſſimum quouis tempore refugium, quorum authoritas paulatim adaucta non huic tantùm pago, ſed vniuerſo territorio appellationem dedit, quod Marti atque Bellonæ conſecratos homines producit, eamque ob cauſam ad Heluoticum fœdus anno M. D. XIII. admiſſi, decimum tertium in ordine locum obtinent. Vulgò *Appenzel*.

Appha, Parthiæ oppidum. Ptol.

Apphadana, Meſopotamiæ vrbs. Ptol.

Apphaim, filius Nadab, filij Semei, filij Onam. 1. Paralip. 2. Lat. vultus vel facies, aut furores, ſiue nares, vel piſtores.

Digitized by Google

Apphana, Perſici ſinus inſula. Ptol.

Apphar, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Ptol.

Apphus, filius Matathiæ, filius Ioannis, 1. Machab. 2.

Appia nomen fœminæ apud Paulum ad Philemonem. Lat. producens, vel pullulans.

Appia, via eſt à Roma in Campaniam, & à mare vſque Brunduſium, quam Appius Claudius Conſul lapidibus ſtrauit, longitudine CCCXXX. M. paſſuum, quibus nonnulli XX. adijciunt propter ambages: etiam Latia, ſiue Latina, Auſonia, Claudia, & Troiana dicebatur. Vt annotauit Goltzius in ſua Magna Græcia, capite de Tiano. Appiam & Latinam diuerſas dicit. Procopius, vide Cicer. in oratione pro Milone.

Appiani populi. Plin. 5 29.

Appianus Alexandrinus, Traiani, Hadriani & Antonini temporibus vixit Romæ primum fuit cauſſarum patronus, poſtea adlectus fuit Cæſaris procuratoribus Hiſtoriam Romanam ſcripſit libris 24. Acorſus ab Ænea, & Ilio capto, percurrit illa tempora vſque ad Romulum. Inde accuratius perſequitur omnia vſque ad Auguſtum: quædam etiam carptim atque obiter addit vſque ad Traianum. Vide Suidam & Photium in Bibliotheca.

Appiades, deæ Venus & Pallas dictæ ſunt: ad Appias aquas illis templum erectum erat prope Cæſaris forum, Cic. 3. epiſt ad Appium ſcribens: Idque me, inquit (quoniam tuita vis) ſpero non inuita Minerua facturum, quam quidem ego, ſi fortè de tuis ſumpſero, non ſolùm Palladа, ſed etiam Appianda nominabo. Cæl. Rhod. lib. 12. c. 1.

Appiara, Myſiæ inferioris oppidum. Anton.

Appidanus, Theſſaliæ fluuius, quem Herodotus in Peneum fluere dicit. Ouid. Prop. vide ſupra Apidanus.

Appio, Græcus ſcriptor, πολυίςωρ appellatus, facili atque alacri facundia, vt teſtatur Gellius, res geſtas Alexandri Macedonis ſcripſit..

Appion, grammaticus celebris. Pliſtonici filius, cui nomen Mochrus genere Ægyptius, ſub C. Cæſare tota circumlatus eſt Græcia. Hunc Tiberius per contemptum. Cymbalum mundi appellabat, quoniam publicæ famæ tympanum potius videri poſſet. Immortalitate à ſe donari ſcripſit, ad quos aliqua componebat. De hoc etiam Ioſephus ſcribit, quod eſſet malus & indoctus, totiúſque vitæ temporibus importunus calumniator omnium, cor aſini habens. Fuit temporibus Dionyſij Halicarnaſſei & Ioſephi.

Appiorum gentem Romæ eſſe cognominatam legimus, ab Appij corona, quam L. Appius in Achaia meruit.

Appius proſcriptus à triumviris, opes ſuas ſeruis diuiſit, à quibus quum nauem cum iiſdem conſcendiſſet, in Siciliam tranſiturus, maris tempeſtate oborta in ſcapham quaſi in tutiorem ſpem depoſitus, ſaluus euaſit, illi perfracta naue ad vnum omnes cum opibus propter quas Dominum prodiderant perierunt. Appian. 4.

Appius, Annius Trebonius Gallus, Conſul Romanus, M. Attilij collega.

Appius Claudius Craſſus, Conſul, Sp. Nautij Rutilij collega, ad Vſcanam à Perſeo victus. Liu. lib. 2. Dec. 5. Celtiberos vicit, caſtríſque exuit. Ibidem.

Appius Claudius decemvir, cum ſociis magiſtratum vi obtinuit: exilio demum damnatus eſt.

Appius Claudius cæcus, orator Romanus, de quo Cicero in Bruto, & Tuſcul. lib. 4.

Appius Claudius pulcher, Cæci nepos, Conſul, P. Seruilij collega, cuius ætate Sylla depoſito magiſtratu vitam vixit priuatam. Appian. lib. 1. commentarióſque ſcripſit, quos Lucullo dedicauit. Plut.

Appius Claudius Pulcher, Conſul, L. Domptij Ænobarbi collega.

Appius Claudius Pulcher, alius Conſul, M. Sempronij Tudetani collega.

Appius Claud. Pulcher, alius Conſul, Q. Fuluij Flacci III. collega Sub his Tarentum ab Annibale captum eſt: Pœni à Coſſ. victi cæſique ſunt, Liu. lib. 5.

Appius Claud. Pulcher, alius Conſul, C. Norbani Flacci collega, de Aphris & Hierone triumphauit. Polyb. lib. 1.

Appius Claud. Lentulus Conſul, M. Perpennæ collega.

Appius Iunius Syllanus Conſul, P. Silij Neruæ collega.

Appius Claud. Ruffus, Conſul, P. Sempronij Sophi collega.

Appius Claud. Sabinius, C. Quinti Capitolini collega.

Appius Claud. inuenit Romanis litteram R, vt pro Valeſiis & Fuſiis Valerij dicerentur & Furij.

Appij forum, Hieronymus putat ab Appio quodam Conſule appellatam, à quo via Appia cognominata. Verùm Appij forum oppidum fuit: longius à Roma quam Aricia diſtans, quod Horat. lib. 1. Serm. Sat. 5. oſtendit his verbis:

Egreſſum magna me excipit Aricia Roma
Hoſpicio modico, rhetor comes Heliodorus
Græcorum lingua doctiſſimus, inde forum Appi
Differtum nautis, cauponibus atque malignis.

Ad hanc vrbem Paulus venit, cùm duceretur Romam. Act. 28.

Apros, colonia ἄπρος Thraciæ oppidum eſt. Plinio.

Plinio & Iuſtino. Hoc Theodoſiopolis dictum ſcribit Cedrenus. Apri tamen hodie Sophiano.

Apries, vel Aprius, Pſammis Ægypti regis filius regnauit annis xxx. Hic, vt teſtatur Herodotus lib. 2. ab Ægyptiis, qui ad Amaſim defecerant, ſtrangulatus eſt, & in paternis monumentis ſepultus.

Apronianus Conſul, Pauli collega.

Apronianus alius Conſul, Braduæ collega. Sub his incendium Romæ fuit.

Apronius, vir Prætorius dormitans capitis motu nutabat. Id animaduertẽs Caligula præconem admonuit, ne illum ſibi nutantẽ præteriret, nec hoc monere deſiit, donec ignorãti tredecim gladiatores ſeſtertium nonagies addicerentur.

Aprusa, Flaminiæ fluuius Plinio, Pluſa L. Alberto.

Apruſtani, Brutiorum mediterranei populi. Gabriel Barrius ex iis Caſtrouillano vrbem Calabriæ facit, alio in loco dicit fortè *Vernicatium* oppidum in eo loco eſſe.

Aprutiũ, Italiæ regio inter Apuleiã, & Picenũ. Hæc etiam Samnium dicebatur. In ea ciuitates fuerunt, Aquila, Adria, Sulmo, Ortona, Arpinum Aquinum, & multæ aliæ. Vulgò *Abbruzzo*.

Apſarus, locus in Euxino, Abſyrtus antea dictus. Steph.

Aſilæ gens Scythica, Lazis vicina. Steph.

Apſintes, ſophiſta, Gadaræus, Smyrnæ præceptorem habuit Heraclidem Lycium, Nicomediç Baſilium: docuit Romæ Maximiniani tempore, cuius beneficio adeptus eſt conſulatum.

Apſinus rhetor nobilis Athenienſis. Cęl. Rho. lib. 6. c. 17.

Apſórus, vrbs Ponti Cappadocici, & Fl. ad mare Euxinum Ptolemæo. *Apſarum* habet Arrianus & dicit eam quoque *Apſyrtum* appellatam olim quòd Medea ibi Apſyrtum occiderit. Strabo, & Plin. hoc in mari Hadriatico in eiuſdẽ nominis inſula factum ſcribũt: tanta eſt inter veteres rerum geſtarum inconſtantia. Hũc fluuium Ægialum appellatum ſcribit Stukius, & num idem dicatur *Naxius* ab Æliano, ſubdubitat.

Apſorus, inſula in mari Adriatico adiacens Liburniæ, in qua ciuitas eodem nomine Ptol. lib. 1. ſcribit.

Apſorus ciuitas Illyriæ. Steph.

Apſus, fluuius in ea parte eſt Macedoniæ, quæ Adriatico mari incumbit. Lucan. lib. 5.

Tellus, quam volucer Genuſus, quam mollior Apſus Circumeunti ripa, &c.

Abſynthus, ciuitas Thraciç & regio Abſynthis dicitur. Fluuius item & populi Abſynthij Dion.

Apta Iulia, Vulgientium oppidum in Gallia Narbonenſi Plin.

Aptera, vel Apteria neutri generis, pluralis numeri, vrbs in Lycia, & oppidum in Creta à Sirenibus vocatum, quod victæ ibi cantu à Muſis præ mœrore exutæ pennis in mare deſiluiſſent. Steph. & Panſ.

Apteron, fortè Plinij 4. 12. Mar. Niger. *Paleocaſtro* nominat.

Apteros Victoria ἄπτερος Νίκη, i. ſine alis & implumis, ab Athenienſibus formabatur, teſte Pauſan. in Atticis, cuius & ſtatuam adſcribit. Idem in Laconic. ait victoriam, ideò ἄπτερον i. implumem eos ſtatuiſſe: ne videlicet euolaret.

Aptuchi fanum in Cyrenaica regione. Ptol. 4. c. 4.

Apua, oppidum eſt ad fonteș Macri fluminis. *Caſtello di ponte tremulo.* Leandro.

Apuânis Ligures, teſte Liuio lib. 10. Sempronius inquit, è Piſis in Apuanos Ligures vaſtando aperuit ſaltus, &c.

Apulia, Italiæ regio, mari Adriatico contermina (vulgò *la Puglia*) inter Dauniam & Calabriam, quæ & Iapygia ab Iapyge Dædali filio qui eam regionem tenuit vſque ad Dauniam, dicta eſt. In ea ſunt vrbes Barium oppidum ditionis Mediolanenſium principum Beneuentum, Luceria & mons Garganus. Vadian. Iuuenalis, *Vendit agros, ſed maiores Apulia vendit.*

Diuiditur in Apuliam Dauniam, quæ *Puglia plana* eſt Leandro, & Apuliam Peucetiam, quæ *terra di Barri* appellatur. Vide Plinium.

Apulæ, oppidum, vide Veretum.

Apulum, Daciæ vrbs. Ptol. hodie *Alba Iulia.*

Apuſcidamus lacus. Plin. 31. 1.

Apyræ, Lyciæ vrbs Plinio. Finica, nunc ibi Caſtellum Nigro teſte.

Apyri, quos Tapyros vocat Geographus, vt Euſtathius tradit in Dionyſij Periegeſi, populi ſunt Hyrcanis vicini.

A Q.

Aquæ auguſtæ Ptolemæus, vrbs Aquitaniæ in Gallia vulgò *Baionne*.

Aquæ Bilbitanorũ Antonino, quòd in Bilbilis Tarraconenſis vrbis agro ſitæ ſint, fortè ſic dictç. In Arragonia ſunt & *los Baños de Athama* vocãtur, Varrerio teſte, cui ſunt etiã hodie aliæ ſic dictæ in Bætica, quo vero nomine ex Antiquis cognitæ fuêre ſtudioſis indagandum relinquo.

Aquæ Caiæ. Harum meminit Strabo lib. 5. vt refert Annius Viterbienſis Item Tibullus in eo carmine. Nunc autem ſacris Caiarum maxima lymphis Etſi Baiarum in exemplaribus impreſſis legatur, vt idem Antoninus dicit, ſed rectè necne, alij videant. *Bagni de Foliaro.* Leand. vocat eáſque prope Viterbium deſcribit.

Aquæ calidæ vrbs Britanniæ, Ptolemæo, vicus aquarius alijs dictus, vulgò *Vich, Vique.*

Aquæ Calidæ ὕδατα θερμὰ Ptolemæo, Cilinorum in Hiſpania Tarraconenſi oppidum. *Orenſe,* Beuterus vertit.

Digitized by Google

aquæ Flauiæ, Portugalliæ oppidũ, quod hodie *Chanes* nominatur. Vetuſta inſcriptio, quam Aldus in Orthog. edidit, meminit huius nominis.

Aqua Marcia, vrbs Romæ, quondam *Anfeia* dicebatur, & fons eius *Picenia*. Plin. lib. 31. c. 3.

Aquæ Quinctiæ, ſiue Quinctianæ Seurorum in Hiſpania Tarraconenſi oppidum. *Aquæ caldes*, Moletio dicitur.

Aquæ ductus. Heb. Amma collis in tribu Benjamin, iuxta Giah, & Gabaon, vbi Aſael frater Ioab confoſſus fuit ab Abner. 3. Reg. 2.

Aquæ mortuæ, oppidum Galliæ Narbonenſis opera C. Marij. e. paſſus Rhodani oſtiis deductæ. Plin. Manet hodieq; nomen. vulgò *Aiguesmortes*. Hæ etiam Foſſæ Marianæ dicuntur.

Aquæ Sextiæ Salyũ, Galliæ Narbonenſis vrbs, *Sextilia* habet Plutarchus in vita C. Marij *Colonia Iulia Aqua ſextia legio* XXV. Vocatur in antiqua inſcriptione, vt patet in Theſauro Goltzij Colonia Iulia Auguſta Aquæ Sextiæ etiã in vetuſta inſcriptione, quam habet Scaliger in ſuo Auſonio: Nunc ampliſſima, nobiliſſima, opulentiſſima Aquẽſis ciuitas, vel potius Senatus populúſque Aquenſis Auguſtiſſimus, Gallicè *Aix, le Parlement de la Prouence*. Ioanni Poldo, eam autem Sextius Dux redactis in poteſtatem Salyris ædificauit: vbi extant Aquæ Calidæ Straboni.

Aquæ Solis, Antonino oppidum, Thermæ, vel Aquæ Calidæ ὕδατα θερμά. Ptolemæo, Bedæ, & Gyldæ *Badonius*, vel *Badonens* mons eſt, vt Lelandus docet, qui hoc Britannicè *Cairbaden* appellat, oppidum eſt Belgarum, Albionis inſulæ. Lhuydus ſcribit Anglicè *Bathe* vocari.

Aquæ Statellorum Straboni, Statyellorum Plin. 3. 5. Statellates vocat Liuius Statiellenſes ſunt libro 11. epiſtol. Ciceronis Lombardiæ Ciſpadanæ oppidum eſt, quod *Acqui* hodie dicitur, vt Leander vult. Hermolaus autem putat *Alexandriam*, quæ *Della paglia* cognominatur, eſſe hoc loco, cum inquit: Hinc ſe noſter Merula Statyelenſem nominat, ibi natus, vbi nunc Alexandria Paleatum cognomine eſt ſita. Robertus Cœnalis in Gallia ſcribit hanc Alexandriam olim vicum fuiſſe, Roboreto nomine, & ab Ænobarbo Imp. in orbem extructum, atque ab eo *Caſeres* appellatam: poſteà verò ab Alexandro Pontifice *Alexandria* nuncupatum.

Aquæ Voconis, Ant. Hiſpaniæ Tarraconenſis oppidum. *Balnerle* Epiſcopo Gerundenſi.

Aquæ, apud Geographos plura alia eiuſmodi extant nomina, vt Aquæ Baliſſæ in Pannonia, Aquæ Gelinæ, Aquæ Conuenarum, Lææ, Neapolitanæ, Hypſitanæ, Luſitanæ, Perticianenſes Querquennæ, Regiæ, Siccæ, Sueſſanæ, quæ partim thermæ, partim vrbes & oppida olim fuerunt.

Aquárius, rij, vndecimum ſignum Zodiaci, proximum Capricorno, oritur xv. Calendas Februarij. Fabulantur poëtæ hunc fuiſſe Ganymedem, quem Iupiter, eius pulchritudine captus, ab aquila in cœlum raptum, miniſtrum ſuum feciſſe exiſtimatur.

Aquarij, fuerunt Hæretici quidam, qui ſolam aquam offerebant in calice ſacramenti, Cælius Rhod. lib. 18 c. 40.

Aqua via, vel Aqua viua, Pannoniæ vrbs. Ant.

Aquenſes, Italiæ populi, cognomine Taurini Plin. 3. 5.

Aquenſium, Ciuitas in Nouempopulana eſt, teſte libello Prouinciarum. Huius incolas *Vicani Aquenſes* dici docet Scaliger ex lapide antiquo, ibidem extante, idem Scaliger eandem *Aquas Bigerronum* dicit vocari. hodie *Dax*, vt ſcribit Cænalis.

Aquicaldenſes, populi Plin. 3. 1.

Aquila, vir Iudæus ex Ponto. Act. 18.

Aquila, vrbs Brutiorum, ex ruinis Furconij antiquiſſimi oppidi, à Longobardis ædificata. Volaterranus.

Aquila, Scythiæ fluuius. Herodot.

Aquila maior & minor, Mauritaniæ Tingitanæ loca duo. Anton.

Aquila, Tuſciæ mediterraneæ vrbs. Ptol. *Aquapindente*, Leandro. Aquenſes fortè Plinij, quos Taurinos cognominat.

Aquila, aſtrum, cuius ala dextra circulum æquinoctialem parum prodit: ſiniſtra autem nõ longè à capite Ophiuchi videtur. Roſtrum eius à reliquo corpore diuidit circulus à Cãcro ad Capricornũ perueniẽs. Exorto Leone occidit: exoritur autẽ cum Capricorno, habẽs in capite ſtellã vnam, in vtraq; penna vnam, in cauda vnam. Fabulantur poëtæ hanc eam eſſe quæ Ganymedem rapuit, eiuſq; officij gratia à Ioue inter aſtra fuiſſe collocatam. Hyginus in Aſtron. poët.

Aquilaria locus in Africa, Cæſar in Comm. 2. de bello ciuili.

Aquileia, ſeu Aquilegia vrbs Carnorum ſeu fori Iulij ad Natiſonem fluuium, Romanorum colonia, XII. M. diſtans à mari iuxta quam & Timanum amnem nonnulli locarunt Martialis.

Et tu Ledæo fœlix Aquileia Timauo

Ex hac orti ſunt Chromatius, ad quem Hieronymus ſæpè ſcripſit, & Rufinus Græcè Latinéque eruditus, qui Ioſephum conuertit in Latinum: cuius originalis eſt Mediolani in ſancti Ambroſij fano, Longobardis characteribus carioſiſſimus, per ſſcribit Strabo, Aquileia, à Romanis condita in Italia, incumbentibus Barbaris oppoſita, emporium Illyricarum gentium. Liuius de bello Macedonico: Aquilea, inquit, colonia Latina eodem anno in agro Gallorum deducta. Hæc enim vrbs non prius caput extulit, quàm ſubactis Pannoniis, ex quibus

bus tanquam clauſtris ad Danubium patefactis, tutum id cœpit eſſe iter, quod teſte Tranquillo, Auguſtus ſæpè frequentatur. Hæc Liuius: nunc *Agar* vulgò vocatur, vide Plinium & Stephanum. Aquileienſium fides probata eſt, Maximinorum patris & filij bui . vt ſcribit Capitolinus Hi enim tanta fide contra Maximinum pro ſenatu fuerunt, vt funes de mulierum capillis necterēt, quibus ſagittas excuterent penuria neruorum hanc Pomp. Mela *Ditem* cognominat. Hodie Patriarchatus, olim domicilium Imperatorum fuit, adeò vt altera Roma diceretur. XII. M. pallium in ambitu habuit, & in ea aliquando cenſa ſunt CXX. M. ciuium: felicitas vrbis præcipuè à negotiorum frequētia procedebat, quoniam ex cunctis propemodum orbis partibus, ob ſummam loci opportunitatem & aditum, tam mari quàm terra commodiſſimum merces eò conuehebantur. Deſiit autem id ſummum mercaturæ ſtudium vnà cum ipſius ciuitatis fortuna, caput dein efferentibus Venetis, qui negotiandi rationem omnem ad ſe traxerunt: adeò vt ex florentiſſima frequentiſſimáque nunc propemodum ad ſolitudinem perducta ſit. I. Candidus Sabellicus.

Aquilicia, ſacra à Romanis fieri ſolita. Cùm in magna ſiccitate, aqua eſſet euocanda, tunc Ioui immolabatur, & hæc ſacrificia Aquilicia dicta ſunt. Sacerdotes Aquilices. Tertullian. in Apologet. & adu. Marcionem.

Aquilia, ſiue vno L Aquilia: gens fuit Romæ patricia ab Aquilo, id eſt nigro calore, ita dicta. Hæc familia paucos habuit claros. Prodierunt tamen ex ea nonnulli Conſules.

Aquilius, cognomen Iuriſconſulti à calore nigro.

Aquilo, ventus dictus à vehementiſſimo volatu inſtar aquilæ: Græcis *Βορέας* ſiccus & frigidus. Ouid. lib. 6. Metamorph.

Apta mihi vis eſt, qua triſtia nubila pello,
Et freta concutio, nodoſáque robora verto,
Induróque niues, & terras grandine pulſo,
&c.

Flat ab æſtiua & ſolſtitiali plaga Orientis. Aquilones etiam dicuntur venti, qui octo fermè diebus exortum Caniculæ antecedunt, & perflant diebus quadraginta, quos vocant Eteſias & Prodromos, quaſi præcurſores.

Aquiloni, populi, Plin. 3. 11.

Aquilinus Conſul, Iu. Ruſtici collega.

Aquilinus, alius Conſul, Æmyliani collega.

Aquilinus, alius Conſul, Iunij Maximi coll.

Aquinates, ſaltus. Plin. 3. 15.

Aquincum, Pannoniæ inferioris vrbs. Ptol.

Aquinius, nomen ius quidam poeta fuit, de quo ſic Cicero 5. Tuſcul. Ad hæc hominem cognoui poetam, & mihi fuit cum Aquinio amicitia, qui non optimus videretur.

Aquinum Latinorum oppidum, Pli. 3. 5. quod Melpha fluuius alluit, Strabo. vulgò *Aquino*, Thomæ doctoris ſcholaſtici patria.

Aquiſgranum, Gall. *Aix*, vrbs Imperialis in Menapiorum finibus inter Rhenum & Moſam ſita, Romanorum Imperatorum prima in auguratione ac coronatione D. Caroli Magni ſepultura, ſeptennalíque peregrinorum viſitatione celebris. Nomen ſortita à Romano principe Grano, Neronis (vt quidam aiunt) fratre qui aquas calidas inueniens in hoc tractu iuxta habitauit, atque arcem ſtruxit, cuius adhuc extat monumentum, turris Grani dicta: quam quidem arcem ſunt qui credant Veteram eſſe, cuius meminit Ptolemæus Coſmograph. lib. 2. c. 9. Ab aquis calidis & Grano repertore ſic denominata, vrbis formā accepit à Carolo magno qui ſedē regni & Galliæ Tranſalpinæ caput eā conſtituit. Adeò natura ipſa hunc locū variis multiſq; dotibus locupletauit, vt ad felicitatē mundanā nihil deeſſe videatur. Fontes aquarū calidarum vberrimi & ſalubèrrimi Sunt quidā eorū inter mœnia, quidam extra non procul in vico ſuburbano Intra vrbē duæ ſunt præcipuæ thermæ, quarum alteræ dicuntur Regiæ alteræ Cornelianæ, quæ quidē, vt loci intercapedine diſtāt, ita & aquarum qualitatibus & facultatibus, cùm inter ſe, tum à ſuburbanis nonnihil diſcrepant.

Aquitania, regio & tertia Galliæ pars, ab obliquis aquis Ligeris. Hæc à Circio Oceanum habet, qui Aquitanicus ſinus dicitur, ab Occaſu Hiſpaniam, à Septentrione Lugdunenſem prouinciam à meridie Narbonenſem In ea Toloſa & Burdegala ciuitates: vnde Aquitani populi. Pli. li. 4. Gallia omnis Comata vno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur, amnibus maximè diſtincta, à Scaldi ad Sequanam Belgica: ab eo ad Garumnam Celtica, eademque Lugdunenſis: inde ad Pyrenæi montis excurſum Aquitania; Aremorica antè dicta *Ἀρεμορικὴ* ſcribitur, & in Santones *Ἀκυιτανία* apud Steph. Gallicè, *Gaſcongne & Guyenne*.

Aquites, nomen ſacerdotis apud Phaſidem. Valer. Flac. lib. 7.

Indigenis ſacratus aquis, magnuſq; ſacerdos,
Phaſides Arctou Aquites errabat in armis.

Aquula, oppidum Hetruriæ: vide ſupra Aquila.

A R

Ar, id eſt, ſuſcitatio, ſiue vigilia, aut euacuatio, vel denudatio, ſeu ciuitas, aut æmulus. Moabitarum Metropolis ad Arnon ſita. Deut. 2. Iſa. 15. Num. 21.

Ara, vrbs Aſſyriorum, 1. Paral. 5. Hieronymus in quæſt. Hebr. ipſam Rages eſſe ſcribit Medorum ciuitatem, de qua Tobiæ 1. Lat. Mons, aut

prægnans,ſiue demonſtratio.

Ara,filius Iether, 1.Paral.7. Lat.Maledicens, aut videns.

Ara, ciuitas Arabiæ regia, & inſula Arabiæ adiacens.

Ara, ſignum cœleſte, Antarcticum circulum contingens inter Hoſtiæ caput, & extremam Scorpionis caudam collocatum. Occidit ſub exortum Arietis: exoritur autem cum Capricorno, Stellas habet quatuor, quarum duæ in ſumma, reliquæ in intima eius parte ſitæ. Inter aſtra autem ideò putatur translata, quod in ea fœdus arctiſſimum percuſſerint dij, quo tempore inferentibus bellum Gigantibus, cœli poſſeſſionem armis tutari cogebantur. Hyginus de Signis cæleſt. & in Aſtronom.poët.

Ara,apud Geographos reperiuntur Ara amoris,Decij,Flauia, Herculis, Iouis montani, Iouis Panomphæi, lapidæa,Tutila,Vbiorum. Item Aræ Ioniæ, Alexandri, Conouis, Flauiæ, Herculeæ,Lugdunenſes, Murtiæ, Philænorum, Semiramidis, Sextianæ, ſunt autem hæc nomina oppidorum, promontoriorum, inſularum,&c.

Ara Lugdunenſis, ad confluens Rhodani & Araris erat,hodie vulgò *Ainay*. Strabo docet eã in templo D.Cæſaris Auguſti decreto fuiſſe.

Araas, i. ira, vel calor confidentiæ, ſiue protectionis, pater Thecuæ, patris Sellum, mariti Oldæ prophetidis, 4.Reg.22. Heb.Harehas: qui 2.Paral.34. dicitur. Haſra.

Arab, i, Inſidians, vel multiplicans, aut feneſtra, ſiue locuſta, nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ioſ.15.

Araba, nomen viri. 1.Macchab.15.

Arabarches, publicanus apud Ægyptios, qui præerat exigendo vectigali de iis pecoribus quę ex Arabia inÆgyptum adducebantur. Iuu.Sat.3.

——inter quod auſus habere.

Neſcio quis titulos Ægyptius atq; Arabarches.

Arabathane,nomen ciuitatis, 1.Mach.5.

Arabia,Gentium nulli poſtferenda, amplitudine longiſſima, à monte Amano è regione Ciliciæ, Comagenéſque deſcendit ad littus Ægyptiacum, inquit Plin.li.6. c.28. Idem Arabes ad Meroën ex Iuba auctore ſcribit,& vltra Tigrim ad Characem vſque verſus Ortum extendit, eſt regio Aſiæ maioris inter Iudæam & Ægyptum ab Arabo Apollinis, & Babyloniæ fluuio. Solinus Arabiam interpretatur Sacram. Hi eorum populi ab ipſo Plin. enumerantur: *Arei, Vſcita, Autai, Azarai, Catabani, Eldamari, Eſbonita, Cnebadai, Mardani, Maſei, Orei, Rhetani, &* *Scenita*: Strabo hos addit *Chaulotaos, Agraos &* *Chatramotitas*. Eſt autem triplex Arabia Plin. lib.2. ἀρωματοφόρος, εὐδαίμων, λιθώδης, πετραῖος dicta: altera Petræa, tertia deſerta.

Arab ia, i, veſpera aut veſpertina vel fideiuſſio ſiue ſuauitas, aut coruus, ſiue coruina, ſeu deſertum,vel ſalix,aut commiſta. Arabes,Hebr. Arbijim veſpertini, aut fideiuſſores, ſiue ſuaues aut campeſtres,vel corui, aut ſalices, vel miſtiores, 2.Chron.26.

Arabia Petræa, ſic dicta à Petra vetuſtiſſimo oppido: Ptolem. Strab. ac Plin. alio nomine Nabatheca dicitur.

Arabia deſerta Ptolemæo, Straboni autem Scenitis, vbi & Siene vrbs. Plin. ἀπὸ τῶν σκηνῶν, quod gens vaga & ſine ædificiis in tentoriis habitet Catabanum & Eſbonitarum & Scenitarum & Arabum, vocatúrque ſterilis præterquam vbi Syriæ confinia attingit. Plin li.5.c 11. hæc à Meridie montibus Arabiæ felicis cincta eſt, à Septentrione Meſopotamiam habet, ab Occidente, Petræam.

Arabia fœlix,Meridiem verſus, inter duos ſinus Arabicum & Perſicum veluti peninſula excurrit; quæ Straboni bis, vt India, feritur ob fœcunditatem: fluminibus ſcatet. Plin. lib 6. c. 28. Stephanus Arabiam duplicem ſcribit, alteram aromatum feracem,alteram Ægypto & Syriæ viciniorem. Meminit & Arabij tibicinis in prouerbio. Quidam Arabiam, Panchaiam & Sabæorum gentem eandem eſſe exiſtumant, in qua thus naſcitur. Virg.6.Æneid.

—ſolis eſt thurea virga Sabæis.

Idem.

Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis,

Item in Cul. *Panchaia thura*. In ea mons Sina, qui & Oreb, in quo Moſes legem accepit. In ea phœnix auis naſcitur, & Sardonix gemma.

Arabes, populi vnguentis & aromatis fruticibus abundantes, mitrati degunt, & intonſo crine: barbam abradunt, præterquàm in ſuperiori labro: ſagittas veneno inficiunt, matrimonium non habent, &c.

Arabes, qui fœlicem incolunt Arabiam, ea olim vtebantur conſuetudine, vt vna omnibus conſanguineis vxor eſſet. Ex his enim (teſte Strab. lib.6.) qui primus ad eam ingrediebatur, poſito pro foribus baculo (nam baculum ex more quiſque gerebat) cum ea coibat, ipſa tamen cum natu grandiore noctes agebat. Quapropter omnes omnium erant fratres. Adulter apud eos capitis damnabatur, qui ex eo deprehendebatur, quòd alius generis eſſet. Vndè hoc relatu dignum aliquando accidit. Erat enim cuiuſdam regis filia, mira quidem pulchritudine, cui quindecim erant fratres, qui eius omnes æquè amore flagrabant: propterea alius poſt alium iunctim ad eam ingrediebantur. Illa autem aſſiduo coitu iam defeſſa, rem huiuſcemodi comminiſcitur. Fecit ſurculos non vtique fratrum ſurculis abſimiles: ex quo ſtatim ab ea quiſpiam exibat, ſurculum aliquem ſimilem

ante

ante ianuam ponebat, quo fratres, qui ſubinuicem ſequebantur, ſurculum pro foribus fixum cernentes, eorumque aliquem intus eſſe putantes, ab ingreſſu arcerentur. Verùm cùm aliquando omnes in foro eſſent, vnus ad fores acceſſit & cùm baculum vidiſſet, ſuſpicatus adulterum intus eſſe (ſciebat enim ſe omnes fratres in foro reliquiſſe) currens ad patrem, ſororem de ſtupro accuſauit: ſed cognita re, eã falsò criminari conuictus eſt. Hæc Strabo, Arabes maſculos ſuos omnes annum decimum tertium natos circuncidere ſolent, quod eo ætatis tempore Iſmael, gentis illius auctor, fuerit circunciſus Geneſ. 10. & Comeſt. in illum locum.

Arabicus ſinus, *mare rubrum* Europæis, *Mar di Mecha* ab accolis vocatur. Bartio *Bohar Corſun*, id eſt, mare clauſum dicitur. Hebræi *mare Suph.* nominant.

Arabis, ſiue Arabius, fluuius apud Plin. lib. 1. Arbis ſcribitur, qui ab Artianis montibus per Drangas & Gedroſios in Oceanum defluit.

Arabis, fluuius Indiæ, cuius accolæ Arabitæ Steph. Æthiopiæ vicus. Ptol.

Arabriga, Luſitaniæ vrbs mediterranea, hodie *Arrabida*.

Arabs, vel Arabus, Apollinis filius, ex Babylone, vt inquit Plin. lib. 7. quem medicæ artis dicit etiam repertorem: fortaſſe quod Babylone natus, ibi medicinæ ſtuduerit: poſtea autem ad Arabes detulerit. Item Arabs, vel Arabus, eſt lapis, teſte Plin. lib. 36. cap. 22. eburnei candoris qui in puluerem redactus aptiſſimus dentifriciis eſt.

Arabyza, ciuitas Cauconidis, quæ nunc Peſenus. Steph. malim Peſſinus. Vide *Arabu*.

Aracæus, i. neruus, aut Syriacè fugitiuus, filius Chanan, Geneſ. 10. qui Arcas oppidum condidit contra Tripolim in radicibus Libani ſitum.

Arach, i. Longitudo, vel medicina, aut ſanitas ciuitas in qua regnauit Nemrod. Geneſ. 10. Hanc & Edeſſam vocari teſtatur Hieronymus.

Arachites, i. Longus vel procerus, ſiue ſanans aut medicans, 2. Reg. 15.

Arachne, puella Lydia, Idmonis filia lanificij peritiſſima ægrè ferens opus ſuum à Pallade, qua cum certamen ſuſceperat, confractum, laqueo gulam ſibi fregit, quam Pallas in araneam mutauit. Ouid. lib. 6. Metamorph.

Non tulit infœlix, laqueoque animoſa ligauit,
Guttura, pendentem Pallas miſerata ſeuauit.

à Græcis ἀράχνης à Latinis Aranea dicitur. Virgil. lib. 4. Georg.

In foribus ſuſpendit aranea caſſes.

& vt notat Seruius, Araneus, etiam ab antiquis dicebatur. Conſtat, inquit Plinius, Arachnen linum & retia inueniſſe, cuius filius Cloſter fuſos in lanificio inuenit. Hoc etiam nomine, vt ſcribit Liuius, dicta eſt ciuitas Theſſaliæ.

Arachnæum mons in Argo. Steph.

Arachóſia, ciuitas non procul à Maſſagetis, Semiramide condita, quæ etiam Cophen vocabatur. Stephan. de Cophe fluuio, qui influit Indum.

Arachoſa, vna è Satrapiis vltra Indum fluuium, cuius meminit Plinius in deſcriptione Indiæ, & Strab. lib. 11. Scribitur & Aracoſia.

Arachoſia, regio maioris Aſiæ, in qua Alexandria & Arachotos ciuitates ſunt.

Arachoſia, Aſiæ regio, Ptolemæo. Arachotis etiam dicitur. *Cabul* Caſtaldo, *Poboli h* Theueto, *Cheſimur* Mercatori nuncupatur. Vide *Drangiana* & *Iarah*.

Arachoti, Indiæ ciuitas, ab Arachoto fluuio ſic dicta, qui ex Caucaſo profluit. Sunt & populi prope Maſſagetas. Steph.

Arachotus, Arachoſiæ lacus eſt apud Ptolem. Marcellinus Arachotoſcrene nominat. Item vrbis, eiuſdem regionis nomen eſt apud Ptolemæum: Plinius Arachoſiorum oppidum vocat & quibuſdam *Cophen* dictam ſubiungit. Hæc vrbs Arachoſia à Steph. dicitur: additque eam à Semiramide conditam & nominari *Cophen*.

Arachthus, vnus è quatuor nobiliſſimis fluuiis Epiri, non procul à Nicopoli, in ſinum Ambracium influens. Strabo lib. 7.

Aracynthus, vrbs Bœotiæ, & mons Achaiæ. Virg. in Bucol.

Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.

Eſt & mons Ætoliæ, Mineruæ ſacer, vt teſtis eſt Plinius, vel vt Martianus. Acarnaniæ Stephano mons Bœotiæ, à quo Minerua, Aracynthis dicta fuit.

Arad, i. onager, aut Syriacè Draco, ciuitas Amorrheorum, ad ſortem Iuda pertinens, ad Auſtrum ſolitudini Cades vicina, in qua habitauerunt filij Obab, ſoceri Moſi in medio Iſraelis. Refert Hieronymus in locis Hebraicis, vſque ad ſuam ætatem oſtendi villam ab oppido Malatis, quarto lapide ab Hebron. xx. Num. 21. Iudic. 1.

Aráden, vrbs Cretæ, quæ & ἀνώπολις vocatur, quòd ſuperiore loco ſit. Steph.

Aradij, Phœnicum populi ab Arado ciuitate qui cum cætera Phœnicia, Syriacis regibus vt amicis obtemperabant. Strab. lib. 16.

Aradius, i. maledictionis abundantia, aut deſcendeas, vel imperans, filius Chanaan Gen. 10.

Araduca, vrbs Luſitaniæ, quam hodie *Arzuam* ab Hiſpanis vocari volunt. De hac Ptol. li. 2. c. 5.

Aradus, ciuitas Tripoleos in Phœnicia, non procul à Tyro & Sydone. Tripoli enim maritimum oppidum dictum eſt à tribus oppidis, ſcilicet Tyro, Sidone, atque Arado. Authores ſunt Plin. & Strab. Arado oppoſita eſt Antaradus in.

Meridiem, quæ hodie Tortoſa dicitur, amœniſſima ciuitas, ſita non procul à Damaſco, vt Ptol. ſab. Aſiæ 4. indicat.

Aradnus, Phœniciæ ciuitas, alio nomine Antiochia. Steph. Et alibi Aradum, Phœniciæ inſulã eſſe ſcribit, alteram rubri maris. tertiam Cretæ.

Aræ Flauiæ, Germaniæ vrbs ad Danubium Ptolemæo, vulgò *Nordlingen*.

Ara lapidea olim, inquit Lazius, Pannoniæ vrbs, quæ hodie Pechlarn in Auſtria dicitur. Retinet adhuc nomen fluuius præterfluens Erlaph. Arlapa habet liber Notitiarum. Vide Arlape.

Aræ Seſtianæ, Plinio Auguſti Turris, Pomponio lucus Auguſti. Ptolemęo ſunt ſynonyma eius vrbis in Hiſpania, (vt Villanouanus & Tarapha volunt) quæ hodie *Lugo* dicitur.

Aræ Solis vt in exemplaribus Latinis legitur. Aræ Seſtij etiam in Græcis Ptolemæi codicibus, σηστίου βωμοὶ promontorium eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, poſt Nerium promontorium. Moletius *Capo di Mongia* vertit. Has aras Seſtianas tres ſcribit Plinius Auguſto dicatas.

Ara Tutila, oppidum Corſicæ Inſulæ, Calonica dicit Pinetus vulgò dici.

Araducta, Luſitanorum vrbs Ptolemæo, *Lamarante*, Moletio.

Aræni, Littus Thraciæ, antea Draconis, dictum fuit. Plutarchus in quæſtionibus Græcis.

Aræ, tres inſulæ Ioniæ, ſic dictæ propter execrationes, quibus Dorienſes deuouerunt Pentapolitas Steph.

Aræthyrea, regiuncula Achaię, poſtea Aſophis dicta, vrbem habens eiuſdem nominis, quam Homerus in catalogo ab amœnitate commendat, ἀραιθυρέην ἐρατεινήν eam appellans. De hac Plin. lib. 4. c. 5. Strabo lib. 8.

Aræus, Iupiter dictus eſt, quod ei cuncti effundant preces, aut quem cuncti precentur, Cæl. Rhod. lib. 15 c. 18.

Aragus, fluuius Moloſſorum, de quo Strabo libr. 11. Sed præcipuè Aragum dicunt in partes multas diuiſum, regionem Maſſagetarum alluere, aliis oſtiis in aliud mare exeuntem, Boream verſus, vno aut ſolo Hircanium verſus.

Aragus, fluuius in Hiſpania à Diuo Eulogio citatur. hodie *Arga* vocatur: vt Ambroſius Moralis addit, qui dicit eum non longè à Baiona vrbe oriri, & in Egam flumen intrare, quod idem Eulogius Cantabrum vocat.

Aralius, qui & Analius, VII. Aſſyriorum rex regnauit annis XI. Caſſiodoro, Euſebio. Claruit ingenio & ſtudio militari, & primus adauxit pompas, & gemmas, ac muliebres delicias.

Aram, i. Celſitudo aut ſublimitas, ſeu decipiens aut maledictio eorum, filius Sem. Geneſ. 10. à quo Armenij ſiue Syri Græcis, Gen. 22. Nu. 23. 1. Paral. 2. Vide *Syria*. Filius item Gomer, filij Heber. 1. Paral 7.

Aram, in Hebræo Ram, filius Eſrom filij Pharez, Rut. 4. Matt. 1. & Luc. 3. interpretatur excelſus, vel ſublimis, aut projiciens.

Aráma, ciuitas in tribu Nephthali. Ioſ. 19.

Aramæi, Plinio ſunt Scythæ, ſcribit enim Scythas vocatos eſſe Sacas à Perſis, & ab antiquis Aramæos.

Aran, i. arca, ſiue exultans, aut maledictio eorum, filius Diſon, filij Seir, & filius Ierameel primogeniti Eſron, Gen. 39. 1. Par. 2.

Aran, mons ſiue montanus aut prægnans, ſiue concipiens vel cantans, aut præco filius Thare patris Abraham. Gen. 11. 1. Paral. 23.

Arandis, Luſitaniæ, vrbs Ptolem. *Torre vedra*, Moletio dicitur.

Araniumſ, oppidum in Æthiopico ſinu. Plin. lib. 6. c. 29.

Aranthas Bebrycius octonis cubitis longus fuiſſe traditur.

Arantia vrbs, *Phlius* poſtea dicta, Steph. qui etiam in Aræthyrea de eadem ſcribit.

Arapha, i. medicina, ſiue relaxatio, aut gigantiſſa: vel montis os, aut mons hic. Nomen quorundam gigantum, qui ſic dicebantur, quod animos videntium ſe diſſolnerent, 2. Reg. 21. 16.

Araphêa, inſula Cariæ. Steph.

Araphen, pars tribus Ægeidis. Steph.

Arapotes, Plinio, *Maria & Mareotis* μαρεία καὶ μαρεῶτις, Straboni Stephanus μαρεία & μαρεῶτις habet. Lacus Ægypti eſt, qui Alexandriæ incumbit à plaga meridiana. *Butheira* Zieglero dicitur. *Lago de Antacon*, ab oppido eius nominis ei adiacente videtur appellari, in quadam Ægyptiacæ Topographiæ tabula manuſcripta, quæ apud me eſt, ego ex eadem tabula ſuſpicor hoc oppidum *Antacon*. Strabonis *Schedia* eſſe. Pro Arapotes, *Rhacotes* legendum, & non lacum, ſed locum ſuadet Pintianus, in ſuis caſtigationibus Plinianis lib. 5. cap. 10. vide Alexandria.

Arar, fluuius Galliæ Narbonenſis, à monte Vogeſo, per fines Heduorum & Sequanorum in Rhodanum, iuxta Lugdunum fluens. Plin. 3. 4. alio nomine *Sagona*: clarus ponte Cæſaris vno die militum opere fabricato, Araris item dicitur ſed per apocopen, Arar, vt teſtatur Priſcian. in 7. vulgò, *La Saone*. Claudianus.

Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit.

Lucanus lib. 7.

—Rhodanúmque morantem.
Præcipitauit Arar.

Alius eſt ab eo qui per Heluetios lapſus, hodie arola, vulgò, *Ar* dicitur, ab eodem cum Moſa ſca-

Digitized by Google

ſa ſcaturiens monte ad oppoſitas mundi partes fluit, qua de re vide plura in dictione Moſa.

Ararat, regio Armeniæ, aut ipſa Armenia 4. Regum 19. Iſa.37. mons eſt iuxta Boccatium maioris Armeniæ Lat. maledictio tremoris, ſiue Lux euntis.

Ararauceles, populi in Cyrenaica regione. Plin.lib 5.cap.5.

Araræna Nomadum regio eſt, ex magna parte deſerta, cuius Sabus rex fuit. Strab lib. 10.

Ararius Oſtrogothorum in Italia rex, menſe v. poſt electionem interfectus.

Ararus, Scytharum fluuius, in Heniochis mõtibus eo modo quo Euphrates oritur, ſex mil. pa ſuum interuallo, quoad campos Armeniæ ſecat. Labitur placidus & ſilens, neque in vtram partem currat, manifeſtum: cum in aſperiora deuenit, hinc atq; illinc rupibus preſſus: & quanto anguſtior, tanto magis pernix. Frangit ſe ſubinde ad oppoſita tantum, atque ob id cum ingenti murmure, ſonãſque deuoluitur, adeò citu, vt qua ex præcipiti in ſubiecta caſurus eſt, non decinet ſtatim vndam, ſed vltra quàm canalem habet, euehat, plus iugeri ſpatio ſublimis, & aquis pendentibus ſe ſine alueo ferens, deinde vbi incuruus, arcuatoque amne deſcendit, ſic tranquillus, iterumque compoſitus, & vix fluens in littus elabitur: Herod.lib.4.

Araſpas, Medus, cui Panthea Abradatæ vxor à Cyro aſſeruanda data eſt, Cæl.Rhod.lib.13.c.33.

Aratia, inſula contra Perſidem cum monte præalto, Neptuno ſacra. Plin.6.c.25.

Arator, poëta Chriſtianus, Romanus ſubdiaconus. Apoſtolorum acta hexametro verſu compoſuit. Volater.

Aratrij, Indiæ intra Gangem gentes, circa Barygazam. Arr. Periplus.

Aratus, Græcus poëta antiquiſſimus, Menecratis diſcipulus, optimè de Aſtrologia iudicio Ciceronis ſcripſit. Cuius Phænomena Cicero vertit adhuc adoleſcens Scripſit hymnos in Pana, item de Aſtronomia, quod opus Cicero carmine reddidit. Ouid.

Cum Sole & Luna, ſemper Aratus erat.

Alius fuit Aratus Sicyonius, optimus princeps qui patriam ſuam a tyrannide liberauit, de quo Tullius lib.3. Officiorum, & Liuius lib.69. & 70. Polyb.lib.2. Plutarch. in Arato.

Arauiſci, Pannoniæ populi. Plin.lib.3 cap.25.

Arauracides, Pentapolis regionis in Africa populi. Ptol.

Araurius fluuius Galliæ Narbonenſis Agatam præterfluens. Ptol. Rauraris vel Araurius, Straboni appellatus. Is etiam prope Maſſiliam Petroſus vocatur, quod lapidibus ſit maximè refertus. Vide interpretem Pomponij. Gal. Erand Strab. l.4.

Arauſij, Galliæ prope Prouinciam oppidum, vulgò *Aurange.*

Arauſio, & Arauſienſis ciuitas dicta, vulgò, *Aurange*, principatus nobiliſſimus, qui nunc ditionis eſt Naſſouienſium principum, olim Cabilonenſium imperio inſignis: in qua Theatri ingentis ruinas, & ſtupendi operis murum quadrato affabre lapide videre eſt. Fuit olim Arauſio. Secundanorum, vt Arelate Sextanorum, Septumanorum Bæterræ, Forum Iulij Octauianorum. Narbo Marcius Decumanorum. & id genus cognominibus appellabantur coloniæ à legionum, quæ ibi erant præſidio videlicet ordine numeroque. De his plura Vadianus Pom. Melæ interpres ſcripſit.

Arauzona, Illyrici oppidum. Ptol. *Oſtroniza*, Nigro.

Araxa, vrbs Lyciæ. Steph.

Araxa, Noe Patriarchæ filia, & Britonis mater, qui originem & nomen dedit Britonibus. Gildas libr. de orig. Briton. inſular.

Araxe, vel Araxi, populi Illyriæ Steph.

Araxes, Armeniæ fluuius ex monte Abon, ſiue Abam, aut Agan, ex quo Euphrates naſcitur, contrario tamen ei curſu, verſus Orientem tendẽs, vſq; ad Atropatiam: deinde ad Boream conuerſus Azaram præterlabens, in mare deſinit Hyrcanum. Strabo Herodotus tamen ſecus ait. Porrò Araxes in Theſſalia, idem qui Peneus. ἀπὸ τ͂ ἀράσσειν vocatur quod opera Iaſonis, & labore Penei Theſſalici, montiũ continuationẽ diſrupit. Stephanus & item Strab. Lucan. lib.7.

—Armeniúmque bibit Romanus Araxem.

Ibi Arcam Noe poſt diluuium reſediſſe ferunt Super hunc Alexander magnus & Auguſtus Cæſar pontes ſtruxerunt.

Araxeni, populi. Steph. in Syropoli.

Araxus, vrbs iuxta Pontum ab Araxo duce. Steph.

Araxus, Peloponneſi eſt promontorium, apud Ptolemæum Bordonius *Chiurenza*, Niger *Tornaſe* indigitat.

Arba, inſula & ciuitas Illyrici, Plin. lib.4.c.21.

Arbace, ciuitas Celtiberiæ. Steph.

Arbaces, primus Medorum rex, regnauit annis XXVIII.

Arbanium, ciuitas iuxta Pontum. Steph.

Arbaxani, populi Liguriæ. Steph

Arbea, vel Arbee, ciuitas Iudææ, quæ & Hebron & Mamre. Geneſ.23. ſic dicta quia ibi tres Patriarchæ ſepulti fuere, & quartus Adam.

Arbêla, vrbs Siciliæ. Steph. & ciuitas Perſicæ, ab Arbelo Athmonei filio dicta. Steph.

Arbella, terminus Iudææ, ortum ſolis aſpiciens, Hieron. in locis Hebraicis. Eſt vſque hodie vicus Arbel trans Iordanem in finibus Pellæ ciuitatis Palæſtinæ. Et alius hoc vocabulo

Digitized by Google

in campo prægrandi, diſtans ab oppido Legionis millibus nouem. Strab.lib.16.

Arbelitis, regio proxima Syriæ, vbi Darium Alexander debellauit. Plin.lib.6.cap.13.

Arbelus, hominum primus, qui pro Deo habitus fuit,& Iupiter cognominatus, filius Nembrod. Cyrillus lib.3. contra Iulian. Apoſt.

Arbetio, Conſul Romanus Mauortij Lolliani collega, vxoris literis quas inconſideratius illa ſcripſerat in ſuſpicionem affectati imperij ductus interficitur ſub Conſtantin. Ammian.

Arbij, ſeu Arbies, ſeu Arbitæ populi Indis finitimi, non procul ab Arianis & Gedroſis: ita dicti ab Arbi vicino fluuio. Plin.lib.6.c.23. Strabo. Stephanus.

Arbis, Straboni & Plinio; Artabium Marcellino, & Araphius Ptolemæo. Gedroſiæ in Aſia fluuius Indorum ab Occidente (vt Plinius & Nearchus apud Arrianum perhibent) terminus. *Berbero* hodie vocatur Nigro.

Arbius, mons Cretæ,& montis incola ſimiliter. Ab hoc monte Iupiter Arbius cognominatus eſt, quòd ibi ſit educatus, Steph.

Arbocala, vrbs quam Annibal aduerſus Romanos proficiſcens cepit. Plut.in Annib.

Arbon, ciuitas Illyriæ. Steph.

Arbona, montis nomen, de quo Plin. lib.4. c. 12. Ptol. Abnobam vocat.

Arboream, ſcribit Leander Alb. olim vocatam Sardiniæ vrbem, quam hodie *Oriſtagni* vocant.

Arbor fœlix, Antonino Heluetiæ oppidum ad Brigantium lacum ſitum. *Arbon* Rhenano teſte.

Arborichæ, Galliæ Belgicæ inſulæ, Procopio. Iacobus Meierus accipit pro iis quas Moſa Scaldiſque oſtia faciunt, vulgoque hodie *Zeelanders* vocamus. Becanus l.3. Francicorum docet Brabantos præcipuos Arborichorum eſſe, quibus adiungit Eburones. Sed Abroditi hoc loco apud Procopium legendum contendit Petr. Diuæus, quorum mentio eſt apud Witichindum, Annonium, Eginarthum & eius ſcriptores. Sigebertus etiam hos à Carolo M. perdomitos ſcribit.

Arboroſa, Ammiano, li.16. vrbs Galliæ. *Arbois* eſt in comitatu Burgundiæ. Hoc me docuit Victor Giſelinus.

Arbor, piſcis eſt in Oceano Gaditano, tam vaſtis diſpanſus ramis, vt fretum nunquam ingreſſus credatur. Plin.lib.9.c.4.

Arbucale, ciuitas maxima intra Iberum, quam Annibal ægrè obtinuit. Steph.

Arbuſcula, meretrix, floruit cum Origene & Cythoride meretricibus.

Arbuſcula, muliercula mima, quæ cùm à populo exploderetur, ab equite autem quodam laudaretur, contentam ſe eſſe dixit bonorum teſtimonio. Horatius lib.1. Sermon. Sat.vltima.

Nam ſatis eſt equitē mihi plaudere: vt audax,
Contemptis aliis, exploſa Arbuſcula dixit.

Arbiti, montes Gedroſiæ Ptolomæi, à Marcellino *Barbitani* vocantur.

Arca, Pyriæ Cœles vrbs, antiquum adhuc retinens nomen inter Barbaros, teſte Ioſepho 5. Antiquitatum.

Arcades, ciuitas Cretæ,& ciues eiuſdem.

Arcadia, Peloponneſi regio intima, à mari vndique remota: ab Arcade filio Iouis ex Caliſto Lycaonis Arcadiæ regis filia ſic appellata. Hæc, vt Euſtathius docet, aliquando dicta eſt Pelaſgia, à Pelaſgo rege, magno & ſapiente viro, qui vitæ cultioris apud eos fuit, & victum ex ſtirpibus herbarum, arborumq; frondibus tranſtulit ad glandem, maximeque fagineam. Eadem *Lycaonia*, Gigantis & *Parrhaſia* dicta eſt Stephano, poſtremoque ab Arcade, cùm Pelaſgos in ditionem redegiſſet, *Arcadia* nominata. In montes LXXVI. attollitur. Habet aſinos proceriſſimos, qui ob corporis magnitudinem in prouerbium abierunt. Habet & lapidem Aſbeſton, hoc eſt, inextinguibilem. Fuit autem tota hæc regio paſtione potius pecoris, quàm aut negotiationi, aut agriculturæ dedita: ideoque Pana, Paſtorum deum, velut peculiare numen ſibi vindicarunt. Virg. Ecloga 4.

Pan etiam Arcadia mecum ſi iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat ſe iudice victum.

Arcádia, Stephano Cretæ ciuitas: item Ægypti, vna ex tribus in Amorgo inſula: ſed videtur Arceſina legendum, Oracula Lacedæmoniis data, de Arcadibus & Tegeatibus, Stephanus habet in Tegea. Plin.lib.31.c.1.

Arcadiopolis, Thraciæ vrbs. Cedren.

Arcadius Probus, vna cum Paſchaſio & Euthico propter fidem à Genſerico martyrio coronatus eſt. Huic manus primū, demum pedes eoque modo cętera mēbra ſeriatim amputata ſunt.

Arcadius, & Honorius XLV. Romanorum Imperatores cum patrę Theodoſio regnarunt annis III.

Arcadius Rufinus Conſul. Rom. Sabini collega.

Arcadius, Noe nepos, Arcadiam tenuit,& nominauit, Beroſ. lib 4.

Arcanum, Ciceronis villa, Blondo cui oppidum Caſſinati propinquum, quod Arce nunc dicitur. Cic. eius meminit in Epiſtolis ad Atticum. lib.7. & 10. ſed fratris ſui dicit. Non procul à Minturnis fuiſſe videtur.

Arcas, Armeniæ minoris vrbs. Anton.

Arcas, Iouis & Caliſtus filius, à quo Arcadia & Arcades, quos quia vetuſtiſſima gens fuit, ante Solem & Lunam fuiſſe poëtæ fabulantur, & ex arboribus eſſe natos. Hunc Arcadem Lycaon-

caon, cùm Iouem hoſpitio recepiſſet, infantem membratim lacerauit, & Ioui comedendum appoſuit: quod animaduertens Iupiter, Lycaonem incēſa prius eius domo, commutauit in lupum: Arcadem verò compactis membris in vitam reduxit, & iam adultum vna cum matre à Iunone ob adulterium in vrſam mutata, aſtris intulit: & ſic Caliſto facta eſt Vrſa maior, Arcas verò minor. Quod Iuno ægrè ferens, à Thetide precibus impetrauit, ne Caliſto & filius poſtquam ſydera facti eſſent, in Oceanó ceu ceteræ ſolent, lauarentur. Sunt tamen qui Arcadem in Bootem mutatum dicant: communior tamen eſt prior ſentētia. Varias opiniones vide apud Perottum.

Arcadis filius, *[illegible]*, cuius Lycaon, cuius Pelaſgus, cuius Theſprotus, cuius Amarax, cuius denique Ephy.us fuit, à quo Ephyra, Epiri vrbs. Steph.

Arcati, regia Sora, Indiæ intra Gangem regia, Ptolemæo, *Biſnagar*, Caſtaldo.

Arce, ciuitas Phœniciæ, Steph. Vrbs etiam in Libano monte Ioſeph.

Arcena, Imp. Alexandri patria. Lamprid.

Arcennum, Tuſciæ vrbs *Bracciano* vocatur à Leandro.

Arceta, vrbs Alpibus vicina, quam Annibal vaſtauit. Plut. in Annib.

Arceſilas, & Arceſilaus, philoſophus, Ptolemonis diſcipulus: in diſputatione pertinacior, & magno ingenij acumine. Cicero de finib. lib. 3. Ex Pitane Æolica ciuitate ortus, relicto genitali ſolo Sardeis perrexit: mox Athenas profectus, in Academiam, ſe ad Crantorem contulit, quem Platonicam philoſophiam omnino commutaſſe, nouamque quandam conſtituiſſe ferunt. Cauillator vocatus eſt, quòd cùm nihil ſe ſcire diceret, nec alios ſcire quicquam pateretur, ſed omnes turbaret ſophiſmatibus. Obiit immodice potus. De eo dicit Perſius,

——non ego curo

Eſſe quod Arceſilas, ærumnoſiq; Solones.

Is conſtitutam philoſophiam, vt Gracchus Rempublicam euertit. Cic. lib. 4. Acad. quæſt. Fuerunt & tres alij Arceſilai. Primus, poëta priſcæ comœdiæ, alter elegiacus: tertius, ſtatuarius, in quem & Simonides ſcripſit epigramm. Laert. lib. 4.

Arceſilaus, ſculptoris nomen apud Plinium, qui leænam marmoream fecit. item aligeros ludentes cum ea cupidines, quorum alij religatam tenerent, alij è cornu cogerent bibere, alij calcearent ſoccos, omnes ex vno lapide, Plin.

Arceſilas, pictor Tiſicratis filius. Plin. lib. 35. cap. 11.

Arceſilaus, vnus è quinque ducibus Bœotorum, qui ad Troianos cum 50. nauibus aduenerunt, vt oſtendit Homer. Iliad.

Arceſines, ciuitas in Amorgo, vna ex Cycladib. Ptol. Steph.

Arceſines, Indiæ fluuius, in Indum decurrens. ſerpentes fert longitudine cubitorum 70. teſte Philoſtrato lib. 2. de vita Apoll.

Arceſius, Iouis filius, pater Laertis. Vlyſſes apud Ouidium, contra Aiacem.

Nam mihi Laertes, pater eſt, Arceſius illi.

Iupiter huic, &c. ſcilicet Arceſio, condidit Arceſicerata vrbem. Steph. in Epiphania. Homer. Odyſſ. 11.

Arcéus, VI. Medorum rex, regnauit ann. 40.

Archácius, grammaticus, ſcripſit nonnulla commemorata à Suida.

Archæa, Æolidis in Aſia vrbs. Pauſ.

Archabis, fluuius in Euxinum erumpens, deſcribitur ab Arriano Arcadis Ptolemæi videtur, Cappadociæ.

Archæatidis, Peloponneſi regio. Polyb.

Archagathus, Peloponneſius Lyſaniæ filius medicus primus à Romanis receptus. Plin. 29. 1.

Archama, Ciliciæ præfecturæ in Cappadocia vrbs. Ptol.

Archander Danai ſocer Herodot. lib. 2.

Archandrópolis, ciuitas Ægypti, Stephano ex Herodoto.

Archæanax, Mityſenæi cuiuſdam nomen, qui ex lapidibus vicinarum vrbium deuaſtatarum Sigeum conſtruxiſſe dicitur, quod poſteà Athenienſes miſſo Phrynone Olympionice occuparunt, quum Leſbij de vniuerſa fere Troade diſceptarent. Strabo libro 13.

Archédicus, poëta comicus, ſcripſit contra Democharem Demoſthenis propinquum, Fabula ipſius Theſaurus & Diomartanan. Author Athenæus.

Archelais, Cappadociæ colonia, à Claudio Cæſare deducta. Plin. Solin. Iudææ vrbs. Ptol. vici nomen in Palæſtina, Ioſeph. antiq. 17. lib.

Archelaûs, philoſophus Athenienſis ſeu Mileſius, patrem habuit Apollodorum: fuit auditor ſucceſſorque Anaxagoræ, à quo Socrates philoſophiam audiuit. Cic. 5. Tuſc. Hic Phyſicam philoſophiam ex Ionia Athenas inuexit: fuitque Phyſicus appellatus, quod in eo defecerit philoſophia naturalis, Socrate ethicen introducente. Quanquam ne hic quidem ethicæ rudis fuit, qui de legibus, de honeſto, & de æquo philoſophatus eſt.

Archelaus, Antenoris Troiani filius, quem Homerus ſcribit rei militaris peritiſſimum fuiſſe. Alius fuit geographus, qui terram omnem ab Alexandro peragratam deſcripſit. Alius de rerum naturis carmine ſcripſit. Alius oratoriam docuit. Author Diogenes Laertius.

Archelaus, Præſul Meſopotamiæ, qui librum diſputationis contra Manichæum Syro ſermo-

ne compoſuit ſub Probo Imperatore, author Hieronym.

Archelaus, XII. Macedonum rex, regnauit annis XXIII. fuitque interfectus ab adoleſcente Cratena nomine, quem habebat in deliciis quod ei promiſſam filiam alteri deſpondiſſet. Volater.

Archelaus, VII. Lacedæmoniorum rex, regnauit annis LX.

Archelaus XIII. Iudæorum rex, regnauit annis IX. Glaphyram Archelai Capadocum regis filiam Alexandri fratris ſui relictam, contra legem vxorem duxit: à Cæſare exilio damnatus, Viennæ Gallorum mortuus eſt. Ioſeph. lib. 17. c. 18. Ægeſip. lib. 5. c. 5.

Archelaus, princeps populi, filius Herodis illius qui innocentes occidit, rex Iudææ. Matt. 2.

Archelai, in Cappadocia regnauerunt, ex his alter ſuperatus à Sylla eſt, quòd Mithridati auxilium tuliſſet, alterum Romanæ retinuit Tyberius.

Archemolus, Rhœti regis Marrubiorum in Italia filius. Virg. Æn. 10.

—& Rhœti de gente vetuſta

Archemolum thalamos auſum inceſtare nouerca,

Legendum videtur Anchemolus, vt libro 5. Æneid.

Archemorus, qui & Opheltes, Lycurgi Thracum vel Nemeæ regis filius, qui adhuc infans à ſerpente occiſus fuit. Statius in Thebaid. ſic dictus, quod futurum apud Thebas regibus oſtenderit exitium. Hic Hipſiphilen nutricem habuit, quæ cum ſitientibus Achiuis, qui ad Thebaidem expeditionem proficiſcebantur, Langiam fontem oſtenderet Archemorum puerum ſuper viridi herba depoſuit, qui à ſerpente vulneratus periit. Vnde fons ille Archemorus vocitatus eſt, & annus agon in pueri illius memoriam celebrari cœpit: ludos Nemæos appellabant. author eſt Archias poëta lib. 1. epig. Græcorum.

Archémorus, Amphionis ex Niobe filius, quem Ouid. Antegonum nominat.

Archemorus, fluuius qui antea Langia dicebatur, Statio auctore. Largia habet Vibius, male, vide Nemea.

Archeptólemus, filius Iphiti Hectoris auriga ſuffectus in locum Enipei, qui à Diomede interfectus eſt.

Archeſilaus, vnus è quinque ducibus Bœotiorum, qui ad Troiam cum quinquaginta nauibus aduenerunt. Home. lib. Iliad. 2.

Archeſilaus philoſophus, Theophraſti auditor, qui tandem in Academiam ſe ad Crantorem contulit, poeticæ quoque operam dedit. Laert. Solin. cap. 12. vide ſupra Areſilaus,

Archeſtratus, poëta Sardanapali ſectator, cuius hoc fuit decretum in conuiuio, vt conuiuæ aut tres, aut quatuor, aut non plures quinque eſſent, aliàs manipularius & ex rapto viuentium conuentus fuerit. Cæl. Rhod. lib. 28. cap. 8.

Archéſtratus, III. Lacedæmoniorum rex, regnauit annis XXXV.

Archias, Architelis filius ſiue puer fuit, qui quum in Œnei conuiuio manibus aquam infunderet, condylo ab Hercule eſt interfectus. Cæl. Rhod. lib 4. cap. 5.

Archias, poëta Antiochenus Romæ claruit adiutus à familia Lucullorum, & nonnullis Græcis ciuitatibus donatus: Ciceroni in primis familiaris. Hic diſcedens è Sicilia, cum L. Lucullo Heracleam venit, cuius auſpiciis in eandem ciuitatem adſcriptus eſt. Deinde lite mota à Græco quodam Cicero ipſum defendit, vbi multa de laudibus poëticæ dixit. Aſconius Pædianus.

Archias Imperator, condidit Syracuſas. Volaterranus.

Archias Hybleus, præco celeberrimus, vicit tres Olympiades & Pythica, vbi Icon ipſius & epigramma Græcum. Pollux.

Archias Mitylenæus, muſicus, & de agricultura ſcripſit, & epigrammata. Vide Architas, ſolent enim hæc nomina confundi.

Archias Corinthius. Vide Syracuſæ.

Archiataroth, nomen loci, Ioſ. 16. limes terræ. Ioſ.

Archibius, Apollonij filius, Grammaticus in Callimachi epigrammata enarrationum ſcripſit. Suid.

Archibius, Ptolemæi filius Leucadius vel Alexandrinus, grammaticus, docuit Romæ ſub Traiano principe, Suid.

Archidamia, mulier Spartana, quæ Lacedæmoniis deliberantibus mulieres in Cretã mittere cum gladio in Senatum venit, viros iurgata, ſi viuendum fœminis putent Sparta euerſa, Plu. in Lyc. de eius morte, idem in Agide.

Archidamus, princeps Lacedæmoniorum Teſidis filius, Methonem ad Athenienſes deficientem recepit, in bello contra I[illegible] primus è naui proſiliens, nec vulneratus eſt, nec ſcutum amiſit: denique aduerſus Amphipolim ſtrenuè decertauit. Inſimulatus poſtremo quòd Agonis Thraciæ regis amicitiæ ſtuderet, damnatus eſt. Suidas.

Archidamus, rex Spartanus, rogantibus ſociis quantum pecuniarum foret ſatis ad bellum Peloponneſiacum, ſcienter reſpondit, Bellum ordinaria non quærere.

Archidamus, Lacedæmoniorum rex, Arcades Argiuóſque vicit, trophæam erexit. Xenophon libro ſeptimo, pro Tarentinis pugnans interemptus eſt.

Archi-

Digitized by Google

Archidas, Athenienſium dux nomine, ſed reipſa tyrannus, à ſuis eſt interfectus. Plut. in Ageſil.

Archidemia, fons Siciliæ. Plin. 3. 8.

Archidium, Cretæ vrbs. Pauſan.

Archigallus, ſacerdotum Cybeles magnæ matris deorum dicebatur Antiſtes. Plin. lib. 25. de picturis Parraſij. Iul. Firmicus lib. 3. cap. 6. Tertul. in Apolog.

Archigenes, medicus, in quem ſæpius inuehitur Galenus. Iuuenalis.

—nunc corpore ſano aduocat Archigenem.

Pro Græculis vel ſimilibus poni conſueuit, qui ſe præ omnibus ſui generis ſciolos oſtendunt.

Archigenes, Siculus Ariciam vrbem cõdidit.

Archigetes, Apollinis epitheton. Thucid. lib. 6. Alij Argentem vel Archegenetem legunt, alij verò Aïgeneten, [illegible]. Huic Camarinenſes, qui ſacram Soli inſulam incolebant, rem ſacram faciebant vti Deo qui ſemper exoriens gignitur, quique ipſe generat vniuerſa ſeminando, fouendo, producendo, alendo, augendoque, ſed apud Thucydidem hodie legitur Archegetes, Græcorum, inquit, primi Chalcidenſes ex Eubœa duce Thucle tranſeuntes Naxum incoluerunt & aram Apollinis Archegetæ, quæ nunc extra vrbem viſitur, extruxerunt, vbi quoties è Sicilia ſoluunt oracula petituri, primùm ſacrificant.

Archile, Pentapolis regionis in Africa oppidum. Ptol.

Archilochus Græcus, poëta Parius, perſecutus eſt Lycamben ſocerum ſuum quod ei filiam pactam nomine Neobulon alteri collocauerat: eumque ad laqueum ob Iamborum petulantiam in eum ſcriptorum compulit. Horat.

Archilocum proprio rabies armauit Iambo.

Ouidius.

Tincta Lycambeo ſanguine tela madent.

Quintilianus, Archilochus primus inter eos qui Iambos ſcripſere: ſumma in eo vis, elegantes ſanè, vibrantéſque ſententiæ plurimum ſanguinis atque neruorum: adeò vt videatur quibuſdam, quod quidem veneni eſt, materiæ, eſſe, non ingenij vitium. Emicuit regnante Romulo, vt ait Cicero in Tuſcul. Huius libros ob inuerecundiam & obſcœnitatem Lacedæmonij ex vrbe tolli iuſſerunt, authoremque eorum in exilium miſerunt. Poſtremò à quodam, cui nomen Coraci, in bello interfectus fuit. Huius interfectores Delphis arguit Apollo, ob clariſſimum eius ingenium. Plinius libro 7. capite 29.

Archilochus, poëta Lacedæmonius, floruit Romæ, regnante Tullio Hoſtilio.

Archilochus, Neſtoris filius, & Euridices. Homer. in Odyſſ. patrem in expeditione Troiana ſecutus, à Memnone interfectus eſt.

Archimedes Syracuſanus, geometra, ſæpenumero inuitus ad balnea ductus, dum perungendus in craterem conſtitueretur, per corporis vnguenta, figuras ac lineamenta digito inſcribebat. Plutarc. in vita Marcelli. Cicero 1. Tuſcul. Quum eſſet in Sicilia quæſtor, ſepulchrum eius inter vepres inueniſſe gloriatur. Hic vel vt deus terrenus mechanico artificio ſphæram vitræam fecit, in qua mira conuerſione diſſimiles motus circulorum viſebantur. Claudian.

Percurrit proprium mentitus ſign fer annum.
Et ſimulata nouo Cythia menſe redit.

Marcellus in expugnatione Syracuſarum interdixit, ne Archimedes vnus violaretur: verum cùm Syracuſæ caperentur, & ipſe animo ac oculis in terra defixis, formas Geometricas deſcriberet, ab ignoto milite interfectus eſt.

Archimedes, grammaticus Trallianus, edidit commentarios in Homerũ & Mechanica. Suid.

Archinara, Indiæ extra Gangem vrbs. Ptolemæus.

Archion, locus iuxta Byz[illegible] Phoc[illegible] nunc. Pet. Gyllius.

Archippe, Marſorum oppid[illegible] Marſia Lydorum duce conditum, quod [illegible] cu Fucino hauſtum ſcribit Plin. lib. 3. cap. 12. [illegible] hoc oppido Archippum regem dicit, Æneid. 2.

Archippus philoſophus, Thebis ſcholas habuit, & Pythagoræ auditor fuit. Hieronym.

Archippus, nomen viri. Coloſſ. 4. 17. Epiſt. ad Philemon. 2.

Archippus, III. Athenienſium Archon, regnauit annis XIX. Sub hoc floruit vt. Homerus, ciuis Athenienſis, qui nouas Athenienſibus leges dedit.

Archippus, comicus Athenienſis, ſcriptor fuit antiquæ comœdiæ.

Architis, Venus apud Aſſyrios culta, vt Macrob. teſtatur, quæ olim magna veneratione viguit, mox à Phœnicibus culta, vnà cum Adonide, quem quotannis etiam lugeri ſacra teſtis eſt hiſtoria. Quod verò in Libano culta fuerit, docet Muſæus in pœmate Herus & Leandri, & Lucianus lib. de dea Syria.

Archontes, nouem erant principes, nẽpe Rex, Archon, Ptolemarchus & Teſmothetæ ſex, quibus ius omne quod primum Regum, deinde Archontum fuerat ita eſt diuiſum, vt in eorum manu & poteſtate tota eſſet Athenienſium Reſpublica. Eorum omnium ſimul auctoritas erat populi concioni, iudiciis ſacris, reique bellicæ præeſſe. Ante Solonem ſuffragio eligebantur: at ille ſorte vt id fieret inſtituit, ita tamen vt poſtquam lecti eſſent, in Senatu quidem examinarentur, in Comitiis populi probarentur. Apud Archontem verò, à rege & ſociis ſepara-

Digitized b

rum, lites intendebantur de mala tractatione, ebrietate, rerum diuiſarum electione, tutela pupillorum, hæreditatibus, &c. quinetiam idem curator erat mulierum, quæ poſt mariti mortem prægnantes eſſe viderentur. Pollux Lyſias, Demoſthenes.

Archontici, Valentinianorum hæreticorum ſecta, vniuerſitatem, quam Deus condidit, opera eſſe principum, ſeu *ἀρχόντων* dicebant, & negabant reſurrectionem carnis, baptiſmum & Cœnam Domini prorſus abjiciebant. Vide Theodoretum.

Archytas, Mityleuæus muſicus: cui cùm probro daretur, quod non exaudiretur, reſpondit, Inſtrumentum pro me loquitur. Fuit & Architas agriculturæ ſcriptor, & alius poëta epigram. Author Diogenes, lib. 8.

Archytas Heſtyæi, ſiue (vt alij malunt) Mneſarchi filius, Philoſophus Pythagoricus, patria Tarẽtinus, eiúſque ciuitatis facile princeps, Platonem, cuius in geometria diſcipulus fuerat, per litteras monuit, vt ex Sicilia diſcederet, quod Dionyſ. de eo necãdo cogitaret. Cubũ primũ inuenit. Columbã ligneam tam affabrè effinxit, librauit & inflauit, vt viuæ volatũ imitaretur. Primus platagen, hoc eſt, crepitaculũ puerorũ inuenit, quò pueros nunquã quieſcentes detineret, & à periculoſioribus ludis auocaret. Hinc factus eſt locus prouerbio, vt deſipientes, & puerilia tractantes, ad Archytæ platagen dicamus recidiſſe. Huius meminit Horat. lib. 1. Car. Ode 28.

Archytas, mundum ingenitum, & incorruptibilem, hominúmq; genus ſine vllo ortus principio ab æterno fuiſſe eſt opinatus. Cen.

Arci, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis, quod hodie *Hariſa* dicitur ex antiqua inſcriptione eiuſdem loci, hoc me docuit Cluſius.

Artilacis, nomen duorum in Hiſpania oppidorũ, Ptolemæo. Alterum in Bætica, quod Moletius *Alcala herta* vocat. Alterum Baſtetanorum, in Tarraconenſi regione. *Atebiſana* idem Moletius appellat.

Arciua, oppidum in Dacia. Ptolem.

Arcitenens, Apollo cognominatus eſt. Ouid. 1. Metamorph.

Hunc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis
Ante niſi in damis capreiſque fugacibus vſus.

Arcirocſſa, ciuitas in Ponto Heracleæ. Steph.

Arcobriga, Ptolemæo ſunt duæ huius nominis vrbes, primam in Luſitania ſtatuit: *Alcaſor* Moletio. Alteram in Tarraconenſi Celtiberorum regione: hodie *Arcoz*.

Arconeſus, inſula Cariæ, Steph. aliàs Aſpis dicta. vide Cyzicus.

Arctanes, gens Epirotica, Steph.

Arcticena, Parthiæ regio, Ptol.

Arcton, mons imminens, Cyzico, à Iouis nutricibus, quas illic in *ἄρκτους*, i. in vrſas migraſſe tradunt. Steph. in Arcton Cyzico.

Arctonneſus, oppidum eſt Mileſiorum, ad Propontidem ſitum, quod alio nomine Cyzicum appellatur. Plin. lib. 5. c. vlt.

Arctóphylax, ſidus iuxta maiorem vrſam, alio nomine Bootes. Cic. in Phænomenis Arati.

Arctóphylax, qui vulgò dicitur eſſe Bootes, Latinè vrſæ cuſtodem appellare poſſumus, quod veluti cuſtos quidam vrſæ adhibitus à tergo eam ſubſequatur. Simili etiam ratione Bootes appellatur, quod in modum bubulci plauſtrum ſequatur, ruſtici enim Septentriones plauſtra vocant. Fabulantur autem poëtæ, hunc eſſe Caliſtus ex Ioue filium, cui nomen Arcadi fuit, vt latiùs ſuprà explicatum eſt. Vide Arcas.

Arctos, Græcè vrſus vel vrſa, pro duobus ſignis cœleſtibus accipitur, quæ vrſæ Latinis appellantur Septentrionali polo, velut axe quodam nixæ, Arctico circulo clauſæ, & ita collocatæ, vt vtraque reſupinata, alterius contegat caput, ſed caput eius quæ ſuperior eſt ad caudam inferioris contendat. Alteram maiorem vrſam, ſiue Cynoſuram appellant, i. Canis caudam. Hanc Phœnices, illam Græci nautæ obſeruant. Ouid. Faſtorum.

Eſſe duas Arctos quarum Cynoſura petatur
Sidoniis Helicen Graia Carina notet.

Porrò autem Helicen ſcribit Heſiodus Caliſto Lycaonis Arcadiæ regis filiam fuiſſe, ſtudio venationis inductam, relicto patre, factámque vnam ex comitibus Dianæ, poſtea verò à Ioue compreſſam, in vrſæ effigiem ab ipſa dea commutatam fuiſſe, quæ Græcis Arctos appellatur, in qua ſpecie non multò poſt filium pepererit Arcadem, qui Arcadiæ Peloponneſi regioni nomen dedit. Hinc Arctous, a, um, Septentrionalis. Martialis 10.

Fœlices, quibus vrna dedit ſpectare coruſcum
Solibus Arctois ſyderibúſque ducem.

Arcturus, ſtella in ſigno Boote, poſt caudam maioris vrſæ, cuius ortus & occaſus futuras tempeſtates portendit. Oritur à Canicula ferè poſt diem quinquageſimum. Dictus Arcturus *ἀπὸ τῆς τῆς ἄρκτου οὐρᾶς*, ab vrſinæ caudæ ſimilitudine. Virg. 1. Georg.

At ſi non fuerit tellus fœcunda ſub ipſum
Arcturum, tenui ſat erit ſuſpendere ſulco.

Arculus, deus penes quem fuit arcarum cuſtodia.

Arcyes, populi circa Colchidem, ad Pontum Euxinum. Orph. in Argonaut.

Ardabigara, Aſſyriæ oppidum & gens. Procop.

Ardabúrius, Conſul Romanus Hierij collega.

Ardálides, vel Ardaliotides Muſæ, coluntur in Trœzene, ab Ardalo quodam conditore, aut à lo-

by Google

à loco dictæ. Steph.

Ardalus, Vulcani filius, quem tibiam adinueniſſe, & ab eo Muſas dictas Ardalidas ſcribit Pauſan. fuit autem apud Trœzenos vetus Ardaliara; ſuper qua Muſis & Somno res diuina peragebatur, quod ſomnus videatur eſſe Muſicis amicus. Rhod. lib.27.c.16.

Ardania, Ægypti regio ſupra Paratonium. Strabon.

Ardanis, vel Ardanaxes, Marmaricæ promontorium. Ptol. Strabo.

Ardaxanus, fluuius Illyriæ circiter Lyſſum vrbem Polyb. 5.& 8.

Ardea, Perſiæ vrbs. Ptol. Ammian.

Ardea, Vlyſſis & Circes filius. Steph in αὐτῶν.

Ardea, vrbs in Latio, Turni & Rutulorum regia, quaſi Ardua, id eſt, magna & nobilis, licet Hyginus ab augurio auis Ardeam dictam velit, alij verò, à feruore regionis. Martial.

Ardea ſolſtitio, Praſtanaq; rura petantur.
Quiq; Cleonæo ſidere feruet Ager.

Hanc vrbem poſt Turni mortem igne conſumptam, & in auem ſui nominis commutatam fabulatur. Ouid. 14. Metam. à Danae Perſei matre vel à Dauno Pilumni filio condita fertur, vide Seruium.

Ardeátes, Ardeæ incolæ.

Ardittus, nomen loci Athenis, ſic dicti ab Arditto heroe, vbi ſacramento ſe obſtringebat populus Etym.

Ardiæi Illyriæ populi Strab lib.7. Poſteritas autem Ardiæos vocauere Varalios, verum reiecere illos Romani in interiora terræ, longius à mari, quum latrociniis cuncta vaſtarent, agris incumbere colendis coegêre.

Ardices, Corinthius pictor fuit. Plin. lib.35. cap.3.

Ardia, ciuitas Illyriæ. Steph. inde ciues Ardiæi dicuntur.

Ardinium, ciuitas in campo Thebæ. Steph.

Ardeſcus, teſte Ariſtarcho, fluuius Scythiæ, cuius meminit Herodotus lib.4.

Ardiſtama, Galatiæ oppidum. Ptol.

Ardius, vt Xylander legit apud Strabonem Græca ἄρδιον, habent, Mons eſt qui Dalmatiam mediam ſecat. Hic, vt Beat. Rhenanus (in Pacati Panegyrico Theod. Aug. dicto) ſcripſit, ſub *Iuliarũ Alpium* nomine à Sext. Rufo deſcribitur.

Ardon, i. imperans ſeu deſcendens, filius Caleb, ex Azuba vxore. 1. Paral. 2.

Ardonea, ciuitas Apuliæ. Liu.

Ardotium, Illyrici oppidum. Ptol. hodie *Magonicha*.

Arduba Dalmatiæ oppidum à Tiberio expugnatum. Dion. lib.56.

Arduénna, Galliæ maxima ſylua. Cæſ. libr. 6. à ripis Rheni, finibúſque Treuerorum ad Neruios pertinet; millibus amplius quingentis in longitudinem patens. Idem li.5. Sylua arduenna ingenti magnitudine per medios fines Treuerorum à flumine Rheno ad initium Rhemorum pertinet. Gall. *La foreſt d'Ardenne, ou les Ardennes.*

Ardyenſes, circa Rhodanum gens, Poly. lib.3.

Ardys, filius Gygis, Lydorum regis, cui etiam in regno ſucceſſit. Herodot. lib.1.

Are, regio Arabiæ fœlicis, & inſula in ſinu Arabico. Ptol.

Area, Mineruæ epitheton. i. fortis & ſtrenua, cui apud Platæenſes ex Marathoniæ pugnæ manubiis ædificatum eſt templum, Mineruæque Areæ conſecratum. Palæph. lib.2.

Area, nomen viri, 1. Eſd. 2. 2. Eſd. 6. via, vel annona.

Area, ſiue Atia, inſula in Ponto verſus Colchos Marti ſacrata.

Area, fons & lacus in Thebis, cuius incolæ Arij dicuntur. Steph.

Areacidæ, Numidica gens Polyb.

Arebrigium, Antonino oppidum ſupra Auguſtam Salaſſorum, quidam *Eriburicum* vocant, & veteri Celtica lingua *Berenburg* dictum putant. hodie fortè *Tuile*, vt Simler. in comment. de Alpibus.

Areburgium, vicus inter Treuiros & Coloniam Agrippinam. hodie *Arenſberg* Simler.

Areca, Syriæ vrbs in Comagena. Ptol.

Arec, filius Olla. 1. Para. 7. v. 39. idẽ quod Area.

Arecómici, populi in Gallia Narbonenſi, qui & Volſcæ dicuntur Straboni, libr. 4. quorum portus, & nauium receptaculum, Narbo dicitur. Plin. lib. 3. c. 46. Legitur apud Strabonem Aricomiſci. Gall. *Auignon*, aliis *Niſmes*.

Ared, filius Beniamin Geneſ. 46.

Aredate, Ptolemæo eſt Auſtriæ oppidum, quod nunc *Lintz* vocant.

Areſa, Phœniciæ vrbs. lib. Notit.

Aregia, Hiſpaniæ vrbs. Iſidor.

Aregon, Pictoris nomen, de quo Strab. lib. 8. in Alpheoniæ Dianæ templo. Cleanthis & Aregontis picturæ viſuntur, hominum Corinthiorum. Alterius quidem Troiæ captiuitas, & Mineruæ natalia. Alterius eſt Dianæ in cunis deportatio, opera laude plurima celebrata.

Arei, populi in Africa. Liu.

Areia, Thebarum fons, & locus. Steph. vide ſupra Area.

Arelatum, vrbs Ptolem. *Arelate* Sextanorum Colonia Plinio dicta, quòd è ſexta legione milites Coloni eo deducti ſint. Galliæ Narbonenſis nobilis vrbs, quam Strabo ad Rhodanum ſitam ampliſſimo emporio, inſignem eſſe ſcribit *Multarum ciuitatum decus* vocat Marcellinus, Gallulã Romam nominat Auſonius Conſtanti-

tiam appellari ſanxit Fl Conſtantinus Imperator, vt docet in Auſonio ſuo Scaliger, qui antiquam inſcriptionem etiam profert, in qua Arelate *Mamiliaria vocatur.* Antiqua inſcriptio eſt in Goltzij Theſauro, quæ habet, *Col. Iulia Pia Arelate.* *Aram Latam* olim dictam à duabus columnis (quæ etiam hodie extant in Muſarum Sacro quibus ara impoſita erat, ſcribit ex Geruaſio Guaguinus, hodie *Arles*, in eo loco ſita vbi à mari recipitur Rhodanus fluuius: quam Henricus IV. rex Galliarum monte ab Oriente, in quo p ſtrina alata amplificandam, vallis & antemurali vallandam, muriſq; circumcingendam curauit, vnde eam ciuitatis partem ciues, & viri Arelatenſe Henricopyrgum nominatam voluerunt. habet & ſuburbia trans Rhodanum nomine *Trinqu. t illes* bis centeſimo lare celebria. Vrbs ſanè ædificiorum, Amphiteatri, ſiue Arenarum, Dianæ delubri, Rholandææ Turris, nunc armamentarij, Pyramidum Elyſij campi, nunc diui Honorati Flaminiæ, montis maioris Abbatiæ opulentiſſimæ, ſed imprimis antiquiſſimæ regum Baſilicæ antiquitate longè nobiliſſima: à qua vrbe totum Arelatenſe regnum nomen habuit, in cuius ſolo plurimum creſcit frumentum, vnde incolæ non parum diteſcunt: eo enim adnauigant Genuenſes ex Italia, atque Hiſpania ab occaſu, & auehunt frumentum: atque ob id ſemper eſt ibi carum. Hærétque vrbs ipſa ad collem, ab occidente clauditur Rhodano, ab oriente verò habet paludem magnam, & ad Auſtrum campum fertilem: efficit enim ibi Rhodanus inſulam quam *Camargues* vocant, quæ quatuor ferè milliaribus Germanicis patet in longum & latum, ferens frumentum & vinum, atque paſcua copioſa. De eius regno pauca admodum inueniuntur. Inuenitur autem de eius vltimo rege, qui Boſo vocatus fuit, hiſtoria huiuſmodi: Denuntiauit rex Boſo Epiſcopo Arelatenſi in vigilia Natalis Chriſti, ne matutinum officium in Eccleſia celebraret, niſi ipſo præſente. Epiſcopus autem cùm aliquandiu cum clericis aduentum regis exſpectaſſet vltra horam conſuetam, nec ille veniret, ſacra eſt perſecutus. Et ſuperueniens rex, expoſtulare cœpit cum Epiſcopo, cur non exſpectaſſet: commotúſque dedit in medio populi & clericorum, alapam Epiſcopo, quam iniuriam populus ægre ferens, in tumultum eſt verſus: Deinde verò factum eſt, cùm Epiſcopus adiiſſet Imperatorem, eſſetq; conqueſtus, quali contumelia rex ipſum coram populo affeciſſet: Cæſar iratus, per barbam ſuam iurauit, ſe hanc vlturum contumeliam, mortéque punitutum, vnde collecto, ſine vlla cunctatione magno exercitu ingreſſus eſt Galliam, obſedit, & expugnauit Arelatum: cepit regem, & aulicos eius, mandauitque ipſum regem decollari. Archiepiſcopus verò vnà cum reliquis Epiſcopis, Abbatibus, & Principibus, mitigans Imperatoris furorem, ſua obtinuit interceſſione, vt hoc iudicium ſanguinis ſuſpenderetur. Tunc ait rex, Non eſt æquum, vt rectum Imperatoris iudicium executioni non mandetur: cùm non conueniat vel vllum verbum ex principis ore egredi fruſtrà. Cumq; de hac ſententia multa vtrinque fierent verba, tandem decretum eſt, vt rex tonſus, ac regio titulo ſpoliatus, truderetur in Cœnobium, quo facto Imperator, nempe Otto primus Arelatēſe regnum Romano incorporauit imperio. Hęc Müſt. li. 2. Coſm.

Areli, filius Gad, filij Iacob. Gen. 46. qui & Ariel dicitur.

Arellius, celebris Romæ pictor, paulò ante diuum Auguſtum, niſi flagitio inſigni corrupiſſet artem, ſemper alicuius fœminæ amore flagrans, & ob id deas pingens ſub dilectarum imagine. Hæc Plin. lib. 35. cap 10.

Arembus, Indiæ intra Gangem oppidum. Ptolem.

Aremici, & Aromici, ſeu Aremorici Galliæ populi, ad fines Volgarum ſunt Cæſari, *Armaignac* Marliano eſt.

Aremórica, Galliæ regio, quæ nunc Aquitania. Plin. lib. 4. cap. 17. Cæſar. 7. belli Gall. vniuerſis ciuitatibus quæ Oceanum attingunt quæque eorum conſuetudine Aremoricæ appellantur, quo ſunt in numero Curioſolites, Rhedones, Ambibarij Cadetes, Oſiſmi, Lemouices, Vnelli, Senani. Legitur & Armorica. Dalechampius legit Areromica.

Arémulus Syluius, qui & Remus Agrippæ filius. XII. Latinorum rex, regnauit annis XIX. præſidium Albanorum inter montes, vbi nunc Roma eſt, poſuit: ob impietatem fulmine ictus interiit, Oroſ lib. 1. cap. 20.

Aréna, ſex Arenæ, ciuitas eſt Triphyliæ & Meſſeniæ in Peloponneſo. Homerus *ἐρατεινὴν* amœnam vocat, quod flumine Minyo abluatur, vt notat Euſtathius eius interpres. Meminit & Steph.

Arenacum, Tacito Germaniæ vrbs, in Geldriæ Ducatu, hodie *Arnhem* dicta, vt Dimæus & Rhenanus tradunt.

Arenates, Hiſpaniæ populi. Moral.

Arendæ, Lyciæ vrbs Ptol.

Arene, Straboni Meſſeniorum oppidum in Peloponneſo prope Minyum fluuium. Meminit eius Plin. & Pauſanias, qui addit *Orbalium* nuncupatam poſtea. Scholiaſtes Apollonij Rhodij dicit ex Piſandro, *Hieranum* quoq; dictam, *Semicum*. Herouin temporibus, aut aliquanto antè Arenem vocatum fuiſſe Pauſaniæ perſuaſum eſt. Eſt hoc tractu etiam *Arena* vrbs. Straboni, quum etiam falsò quidam Arenam appella-

appellauere, vide Arena.

Arenium, Italiæ locus inter Hiſtionium & forum Cornelij, Anton.

Arenoſum littus, Corſicæ inſulæ vrbs maritima. Ptolem. ἀμμώδης, *Laiero* interpretatus eſt Pinetus.

Areopagitæ. Iudices Athenienſes ſeueriſſimi, de cauſis capitalibus pronuntiabant tanta integritate, vt noctu, non interdiu iudicarent, quòd non dicentes, ſed quæ dicerentur obſeruarent. Hi in templo Martis iudicabant: quòd cùm Mars, qui Græcè dicitur ἄρης, homicidij crimine reus fieret, iudicantibus duodecim diis in eo pago ſex ſententiis abſolutus ſit. Alexander ab Alexandro lib. 3. cap 5. & libro 4 cap. 11. & libro 6. cap. 11. Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 19. Budæus in Pandectis. Eraſm. in Chiliadib. Plutarch. in Solone.

Areopagus, vicus erat Athenis, à templo Martis ſic cognominatus, vbi primum iudicium capitis actum fuiſſe ſcripſit Plinius cap. 56. libr. 7. Verùm quid ageretur in Areopago, Iulius Pollux libro 8. ſcribit de magiſtratibus Athenienſium, & eorum locis. Vide Stephanum, qui etiam agrum quendam Thraciæ deſertum ſic vocari ſcribit, & Areopedinus gentile facit ab Areopago.

Areópolis, Arabiæ ciuitas, quæ & Moab & Arihel, Palæſtinæ vrbs eſt D. Hieronymo: *Rabathmona*, etiam vocari ſcribit Stephanus: Sed hic eam in Arabia ponit: Rhabmathmonia, habet Ptolemæus in Arabia Petræa.

Areopolitæ, qui habitant Areopolim.

Areos neſos, vel inſula eſt in Ponto iuxta Colchos Steph. vide Ario.

Ares, etis, regio Eubœæ, Stephanus, hinc Areſius gentile.

Areſcon, vir quem Licinius Mutianus prodidit viſum à ſe Argis, cui nomen Areſcuſæ fuiſſet, nupſiſſe etiam, mox barbam & ad virilitatem proueniſſe, vxorémque duxiſſe. Plin. libro 7. capite 4.

Areſtanus, quidam ruſticus cuius capra Æſculapium à matre expoſitum lactauit, cane cuſtode. Pauſ. lib. 2.

Areſtor, pater Pelaſgi, vide Parrhaſia.

Areta, Ariſtippi philoſophi filia, aliis mater, qui ei ſucceſſit in ſchola: ſummum bonum in ea voluptate, quæ maximè ſenſum moueret, poſuit. Laert. lib. 2.

Areta, Dionis vxor, in mare viua demerſa, Plut. in Dione.

Aretam, Calabriæ fluuius eſt, vt ex etymo ſcribit Gabr. Barrius in ſua Calabria, qui cum nouo nomine Lipula vocat.

Aratus, Dionis filius. Plut. in Dion.

Aretas, ſocer Herodis Tetrarchæ, Arabiæ Petreæ & Damaſcenæ ciuitatis dominus. 2. Machab. 5. 2. Corinth. 11.

Arete, vnica nata Bexinoris, quam Alcinous Phæacum rex duxit vxorem, & ex ea Nauſicaam filiam & tres filios ſuſcepit: ad hanc Vlyſſes ductu & conſilio Palladis transformatæ in effigiem Calpis virginis, à Calyſtone Nympha veniens naufragus acceſſit, & multa illi interrogatus expoſuit, & tandem honorificè ab ea ſuſceptus eſt. Ex Bocatio.

Arethas, inferioris Syriæ rex, poſt Antiochum deſignatus.

Arethiſſa, lacus maioris Armeniæ, omnia illata pondera ſuſtinens: Solino Straboni ἀρϑοῦσ. Vnum ei piſcium genus eſt, & hoc tranſcurrẽtis fluuij alueo non miſcetur, ſicut nec è tigri piſces tranſnatant. Per hunc Tigris fluuius tam impetuoſo curſu fluit, vt nec lacus Tygri, nec Tygris lacui admiſceatur. Plin. Arethuſam vocat.

Arethôus, rex in Arna Bœotiæ.

Arethuſe, Nerei & Doridis filia, Elidis Nymphæ & Dianæ comes: quam cum Alpheus fugientem perſequeretur, à Diana in fontem ſui nominis commutata eſt: cuius aquas cum ſuis miſcere vellet Alpheus, illa à terra abſorpta, in Ortygiam inſulam, deinde in Siciliam delata eſt. Alpheus autem cùm propter mare ſequi non poſſet, per cuniculos ſubterrãneos in Siciliam peruenit, ibíque aſſociatis Arethuſæ aquis, in mare Siculum ſeſe exonerat.

Arethuſa, lacus in Armenia maiori, in quo nihil mergi poteſt, & piſces nitroſos alit. Plin. lib. 2. cap. 103. vide ſupra Arethiſſa.

Arethuſidi fons circa Smyrnem. Item Chalcidis Eubœæ, vt & Ithacæ & Bœotiæ prope Thebas. Didymus. octo fontes huius nominis memorat, vt epitheton eſſe putetur cuiuſcunque fontis, ab irrigando. Steph. Solinus.

Arethúſa, locus Syriç munitus iuxta Emeſſam. ſexdecim millibus paſſuum, à qua Arethuſij, vt inquit Strabo.

Arethuſa, Amphaxitidis regionis, in Macedonia oppidum ad ſinum Strymonicum *Tadino* hodie niſi fallat Pinetus.

Arethuſa eſt Virgilio, & aliis iuxta Syracuſas fons quem Alabum, Ptolemæi eſſe vult Erythræus *Vagedruſa* malè legitur pro *Arethuſa* apud Silum omnibus quod hactenus vidi excuſis codicibus, verſus eſt lib. 14. qui ſic ſonat Qui fontes Vagedruſa tuos, & pauperis aluei Hypatem, &c. quo deceptus Volaterranus libr. Geographiæ 6. Vagedruſa inter Siciliæ fluuios enumerat.

Aretini, Italiæ populi Plinio, qui ter eos eodem capite nominat, cognomináque addit Veteres, Fidentes, & Iulienſes.

Aretinum Plin. Arrhetium Ptol. Tuſciæ vrbs. Colonia Romanorum mille ac cc. à Roma

diſtans ſtadiis. Strabo libro 5. Itali nunc vulgò vocant *Arezzo*.

Arêtus, filius Neſtoris & Euridices. Bocatius libro 10.

Areua, fluuius citerioris Hiſpaniæ, à quo nomen ceperunt Areuaci populi, de quo hæc Plinius libr. 3. cap. 3. Areuacis nomen dedit fluuius Arena. *Ereſma* nunc appellari credit Nauagierus in ſuo itinerario Italica lingua ſcripto.

Areuacæ, Ptolemæo Hiſpaniæ Tarraconenſis populi ſunt. Strabo & Plin. Areuaci legunt, per duplex cc. habet App. Alexandrinus, ἀρουάκκοι hoc tempore, eorum vrbem Maruefia dici ex eius antiquis ruinis colligit Car. Cluſius. Eſt tamen in hoc tractu pagus qui antiquum nomen retinere videtur. *Aranacca* enim vulgò etiam vocatur, 3000. paſſuum à Madrito diſtat Septentrionem verſus. Nauagierus *Arinalo* vrbem habet, quam credit antiquum Areuacorum nomen retinere.

Areus, Lacedæmoniorem rex, apud Corinthum defunctus Plut.

Aréuna, viri nomen, 2. Reg. 24. qui 1. Paralip. 21. dicitur Ornam, Lat. arca, canticum, lux noſtra, exultatio.

Areus, Bithyniæ fluuius. Plin.

Argadina, Margianæ oppidum Ptol.

Argæi, Indiæ populi. Iuſtin. lib. 3.

Argæus Pelopis filius, & Alectoris pater. Alius fuit Lycimnij, qui ab Hercule abductus, vi morbi pêregrè periit, cuius crematos cineres Hercules retulit, vt iuſiurandum quod dederat ſe illum reducturum, ſeruaret. Hunc dicunt primum fuiſſe, qui crematus ſit, & ab eo deinde morem ſeruatum. Cælius Rhod. lib. 17. cap. 31. vide Argius.

Argæus, ſiue Argeus Apollinis & Cyrenes Hyperſei ſiue Pernei filiæ filius. Quatuor enim filios, Apollinem ex Cyrene ſuſtuliſſe produnt. Ariſtæum, Nomium, Authocon, Argæum. Iuſtin. lib 13. ſub finem Callimach. Latino in Apoll. Virg. l. 4. Georg.

Argæus, Cappadociæ mons, quam ab vna parte cingit, arduus, & perpetuis pruinis rigens, cui Maxata Cappadocum metropolis ſubiacet.

Argâis, inſula iuxta Lyciam. Stephan.

Argais, parua inſula, iuxta Canobum. Steph.

Argâlus, rex Laconum.

Argánta ciuitas Indiæ Stephanus.

Arganthonis, Myſiæ mons prope Chium. Strabo. Stephanus vult ita appellatum ab Arganthonide Rheſi coniuge.

Argantónius rex Herodoto, in Arna ciuitate Bœotiæ.

Arganthónius, rex in Hiſpania, quem Plinius ait vixiſſe cxx. annos: Silius autem ccc. qui eius meminit lib. 3.

Arganthonius armat Carteia nepotes,
Rex proauus fuit humani ditiſſimus æui,
Ter denos decies emenſus belliger annos.

Argantomagum, Aquitanicæ Galliæ oppidum. Anton.

Argaradauca, Mediæ vrbs. Ptol.

Argaricus ſinus Indiæ, intra Gangem Ptol. Mercatori *Golfo di Bengala*.

Argas, Demoſthenes eſt cognominatus, de morum feritate ac natura immiti: aliàs qui præter annorum rationem ſapit, Argas item dicitur. Cæl. Rhod. lib. 18. c. 6. & Plut.

Argath, Armeniæ vrbs. Cedren.

Argea, loca Romæ ſic appellata, quòd in his ſepulti eſſent quidam Argiuorum illuſtres viri. Feſtus. Varro lib. 4. de lingua Latina. Reliqua vrbis loca olim diſcreta, quũ Argeorum ſacraria in ſeptẽ & viginti partes vrbis ſint diſpoſita. Argeos dictos putant à principibus, qui cum Hercule Argiuo venere Romam, & in Saturnia ſubſederunt. Apud Feſtum legendum eſt Argei vt apud Varronem, Plutarchum, Ouidium & alios legitur. In lege Flaminia, quum eat ad Argeos neque caput comito, neque capillum depertito.

Argeathæ, Arcadiæ vicus. Pauſan.

Argelia, Germaniæ vrbs. Ptol. *Torgavv* Saxoniæ. P. Appiano.

Argennoiſa, vel Argennuſa inſula ad continentem Troadis prope Argennum promontorium iuxta quod Alcibiades extinctus eſt. Steph. Elatus & Elaphus.

Argentarius mons, ſiue promontorium Tuſciæ, ſiue Etruriæ *Monte Argentaro* vernaculè dicitur, huius meminit Rutilius in ſuo itinerario. Videtur à Plinio & Ptolemæo ſub nomine Telamon deſcribi.

Argenteola, Auſtriæ vrbs in Hiſpania. Ptolemæus.

Argenteus, Galliæ Narbonenſis fluuius. Gall. *Argentine*. In Octauanorum colonia, quæ Pacenſis appellatur & Claſtica. Plin. lib. 3. c. 4.

Argenteus, mons in Hiſpania, vnde Bætis effluit Incolis *Sierra Segura*, & Cluſio *Sierra d' Alcara*. fortè Tugienſis ſaltus. Plinij, ex eo enim ipſe Bætim oriri ſcribit.

Argentini, Calabriæ populi. Plin.

Argentomagum in Normandiæ Ducatu oppidum. Gall. *Argenton*.

Argentina, ſeu Argentoratum, cuius & ob antiquitatem Ptolemæus lib. 2. Eutrop. Marcel. & alij meminere, ciuitas eſt vetuſtiſſima ſimul & magnificentiſſima Argentuaria dicta Alſatiæ metropolis prope Rhenum ſita: primò ſub Treuirenſium dominio fuit, quam poſtea Cæſar quum vniuerſam prouinciam Helueticorum & Heduorum perdomuiſſet, traiecto Rheno fluuio ſubiecit. Huic tum Conſulem & Quæſtorem dedit, qui in ea vrbe Cameram Romanorum pro tribu-

tributis ſoluendis erexerunt (vnde nomen Argentinæ ortum eſt) & vſque ad imperij inclinationem ibidem perſtiterunt. Tandem Attila è Sicambrorum finibus egreſſus, primum Illyricos inuaſiſſe dicitur, deinde omni penè Germania peruagata, Argentinam tandem expugnauit, & diruto eius muro propter viarum multitudinem, quas in muro fecerat, *Straſbourg* vocari iuſſit. Vtrumque nomen hodie retinet inter imperij liberas ciuitates prima. Chron. Argentin. Munſter in Coſmograph.

Argentinus Deus colebatur ab antiquis, ſicut & Æſculanus, quem patrem illi poſuerunt, quia prius ærea pecunia in vſu cœpit, poſt Argentea Auguſtin.

Argennum, promontorium Æolidis, Ptolemæo in Aſia minori. *Cabo ſtellaro*, Sophianus, *Cabo bianco*. Niger & Bordonius indigitant.

Argennum, Leſbos inſulæ promontorium Ptolemæo: hoc Niger ſcribit *Sigrium* à Strabone appellari.

Argennum, Ptolemæo Siciliç promontorium eſt, ad fretum Mamertinum. Leander *Lingua del faro* interpretatur. Fazellus *Cabo de S. Aleſſo* vocat, idem ſcribit *Lingua del faro* quoque brachium S. Reineri appellari. At quo nomine antiquitus vocatum hoc fuerit ipſe non addit.

Argennus, inſula in ora Ioniæ. Plinius vide *Hera*.

Argenoneſcum, Hiſpaniæ Tarraconenſis oppidum. Ptol. *Arnano*.

Argenta, Theſſaliæ vrbs. Liu.

Argentanum, oppidum Brutiorum, eſt apud Liuium, *Marco* hodie, teſte Barrio.

Argenteola, Aſturiæ vrbs in Hiſpania. Ptol. *Medules* Moletius vocat.

Argentoratum, Ptolemæo, Marcellino & Sexto Aurelio: Argentina aliis Germaniæ vrbs eſt per ſe ſatis nota. hodie *Straſbourg*. Straſburgum etiam nominat Regino, qui ante annos quingẽtos & amplius ſcripſit. Exteri omnes etiamnum Argentinã vocant Rob Conſtantinus hanc eandem eſſe putat cum ea quam Aurel. Victor, & Diaconus ex Marcellino, Argentariam appellant, trigintáque Alemannorum millia à Gratiano Imperatore ibidem cæſa tradit. Sed Rhetian legit cum Ptolemæo Argentaria, de quo vide ſuo loco ſeu Arginuſa, vt Plin. lib. 5. c 13.

Argenuſa, vocat. vide ſupra Argenoiſa. Arginuſam vocat.

Argentuaria: Galliæ Belgicæ vrbs eſt. Ptolemæo: hodie vicus eſt Ello flumini imminens. Hoburg nomine, vt Rhenino placet. Irenicus putat *Colmar* ciuitatem eſſe.

Argéſtes, ventus, qui & Caurus, occidentalis frigidus. Plin. lib. 2. Ab occaſu æquinoctiali, Fauonius: ab occaſu ſolſtitiali, Corus: Zephyron & Argeſten vocant.

Argeſtrâtus, III. Lacedæmoniorum rex, regnauit annis XXXV.

Argêus, V. Macedonum rex, regnauit annis XXXVIII.

Argêus, XVII. Macedonum rex, regnauit annum vnum.

Argêus, mons omnium altiſſimus, qui ſemper in ſummo niues habet. Strabo li. 12. vide Argæus.

Argéus, idem quod Argiuus. Horat. lib. 4. Car. *Tibur Argeo poſitum colono*. Argei quoque, teſte Varrone dicebantur effigies ſcirpeæ, quæ per virgines Veſtales iaciebantur ſingulis annis in Tyberim per pontem Sublicium.

Argia, Adraſti Argiuorum regis filia, & vxor Polynicis, qui Theſſandrum peperit, tanta in virum pietate, vt cadauer eius inter maximos cæſorum aceruos nocturno tempore conquirere non dubitarit, & contra edictum Creontis, funeris iuſta ei perſoluere, ab vna adiuta Antigone Polynicis ſorore, & quæ ipſa noctu deceptis cuſtodibus, Thebis egreſſa erat, vt idem fratribus ſuis præſtaret officium. Quamobrem vtraque à Creonte interfecta eſt: cuius rei vltionem, enecato Creonte, Theſeus fecit. Reliqua apud Statium libro 2. Thebaidos. Vide Antigone, & Adraſtus. Hæc in fontem ſui nominis conuerſa dicitur.

Argia, Peloponneſi regio, Ptolemæo. *Saccania* Caſtaldo, putatur *Romania* hodie dici.

Argiæ, inſulæ numero viginti Cariæ adiacentes, Plin. lib. 5. c. 31.

Argidaua. Daciæ oppidum. Ptol.

Argila, vrbs Cariæ. Steph.

Argila, magnæ Mauritaniæ oppidum, à Portugalliæ rege expugnatum ann. M. CCCC. LXXII. vulgò *Arzila*.

Argilius, Herod. lib. Hiſt. 7. vrbs Æmathiç, non procul ab hoſtiis Stymonis fluuij, verſus occidentem, Steph ciuitas eſt Thraciæ, &c. Thucid. li. 4.

Argilêtum, locus Romæ iuxta Palatium, vbi tabernæ opificum erant, præſertímque bibliopolarum, à quo Argiletanæ dicebantur. Martialis, Argiletanas mauis habitare tabernas, dictus ab Argo, Argiuorum duce, qui ab Euandro hoſpitio exceptus cum in affectati regni ſuſpicionem veniſſet ab Arcadibus, inſcio Euandro, eſt occiſus: cui poſtea Euander tumulum erexit, quem de nomine eius Argiletum appellauit. Virg. 8 Æneid.

——*& lethum docet hoſpitis Argi.*

Alij Argiletum dictum putant, quaſi Argilletum, ab Argilla, hoc eſt creta, cuius eo in loco magna erat copia. Vtramque opinionem refert Varro lib. 4. de lingua Latina.

Argylium, Bithyniæ oppidum mediterraneum. Ptol.

Argillus, Ægypti mons, circa Nilum fluuium. Plut.

Argina, Locrorum Ozolorum oppidum. Plinius.

Arginuſæ Straboni libro 13. tres paruæ inſulæ, continenti proximæ, Canis adiacentes inter Mityleuem & Methymnam.

Argiope, nymphæ nomen.

Argiphontes, cognomen Mercurij, ab Argo centoculo Iûs cuſtode, quem Iouis iuſſu interfecit. Mythologici interpretantur Argum, ſphæram eſſe ſtellatam: quod illi inſit ſpecies quædam cœleſtium oculorum. Io autem terram eſſe volunt, quam Ægyptij in Hieroglyphicis literis bouis imagine exprimunt. Hanc Argus, hoc eſt cœlum ſtellarum, nocturno tempore deſuper videtur obſeruare. Mercurium autem Solem interpretantur, qui Argum tunc dicitur occidere, cum luminis ſui magnitudine ſtellas omnes obſcurat, earúmque conſpectum mortalibus eripit. Vide Macrobium, Satur. lib. 1. c. 19.

Argippei, populi ſunt inter Sauromatas, vt oſtendit Herodotus lib hiſt. 2. ab ipſa natiuitate calui, ſimis naribus, & ingenti mento, proprio quodam oris ſono, ex arboribus victitantes. Hi quum arma nulla habeant, à nemine tamen afficiuntur iniuria, quod ſacri putentur. Iidem finitimorum controuerſias dirimunt, & ad ſe confugientes ab iniuria tuentur. Hoc Zenobius Orgêpeus appellat, vt ſcribit Pintianus in Melam.

Argiri, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolem.

Argirippa, vide Argyrippes.

Argiſſe, Theſſaliæ ciuitas prope Peneum, condita à filiis Lariſſæ, quæ deinde Argura vocitata. Volaterranus.

Argita, Hiberniæ fluuius Ptol.

Argiua Iuno ab Argis denominata, quo loco Iunonis ſacra celebrabantur, in quibus Hecatombe. i.e. ex centum bobus ſacrificium fiebat. Virg. Æneid. 3.

Iunoni Argiuæ iuſſos adolemus honores.

Argiuæ Iunonis ſignum à Pauſania deſcribitur hoc modo. Deæ ſignum, inquit, in ſolio ſedet, eximia magnitudine, auro & ebore fabricatum, Polycleti opus, corona capiti impoſita, ea gratias & horas egregiè factas habet Dea manu altera Punicum malum, altera verò ſceptrum tenet, quæ de malo Punico arcanis conſignata ſunt ſacris, ſilentio prætereo. Cuculum verò iccirco ſceptro aiunt impoſitum, quod virginis Iunonis amore captus Iupiter, in eam ſe auem vetterit, quam puella tanquam ludicrum captarit.

Argizala Galatiæ vrbs Ptol.

Argius, Licimnij filius, primus fuit, cuius cadauer concrematum fuit. Cæl. lib. 17. cap. 21. vide ſupra Argeus.

Argo, nauis in qua Iaſon cum LIV. heroibus Theſſalis nauigauit Colchos: fuitque teſte Diodoro iuxta Pelion ædificata: magnitudine atque apparatu longè maiore, quàm quæ ad eam diem fieri conſueuerant. Erat enim antea paruarum nauicularum vſus. Virg. Eclog.

Alter erit & Tiphys, & altera quæ vehat Argo Delectos heroas. Dicta eſt ab Argo architecto, qui etiam inter nauigandum eius reſarciendæ curam ſuſceperat. Val. Flaccus.

——Ad tharum Tritonia deuolat Argum.

Moliri hunc puppim iubet, & demittere ferro Robora: Seu ab ἀργὸς, quod eſt velox. Diod. Alij ab Argiuis, hoc eſt, Græcis. Cic. lib. 1. Tuſc. quæſt. Et eas anguſtias, per quas penetrauit ea quæ nominata Argo, quia Argiui in ea delecti viri vecti petebant pellem inauratam arietis. Constructa autem fuit arboribus Dodonæ ſyluæ, quibus olim reddebantur oracula. Vnde poëtæ fingunt ipſam fuiſſe locutam beneficio Mineruæ, quam eius inuentricem eſſe ferunt.

Argob, i. gleba vel glarea, aut maledictio putei, vel dorſi, ſiue lux altitudinis. Nomen regionis Baſanitidis. Deut. 3. 13. quæ in ſortem dimidiæ tribus Manaſſe cecidit, vocata terra Rephaim 3. Reg. 4. & 4. Reg. 15.

Argobaſtes, quum Valentinianum iuniorem apud Viennam dolo ſtrangulaſſet, vt eidem in imperio ſuccederet, Theodoſio mortem vlciſcête ſuperatus ſua ſe manu percuſſit. Paul. Diac.

Argoda, Tauricæ Cherſoneſi vrbs. Ptol.

Argolicus ſinus, ad Peloponneſum Ptol.

Argolicus, idem quod Argiuus & Argeus.

Argolis, ſeu Argia, regio in Peloponneſo ad ortum mare habens, ad Occidentem agrum Laconicum.

Argonautæ, heroes qui cum Iaſone in Argo naui Colchos profecti ſunt, ad diripiendum vellus aureum. Sunt qui dicant fuiſſe duos & quinquaginta numero, alij addunt quatuor. Valer. Flac. lib. 1. multos enumerat Orph lib. 1. & Apollonius in Catalogo heroum. Horum autem præcipui fuerunt Iaſon, Typhis, Caſtor, Pollux, Hercules, Hylas puer, Telamon, Theſeus, Orpheus, Nauplius, Mopſis, Zeres & Calais. Dicuntur quoque Minyæ.

Argopelaſgos, Homerus vocat Theſſalos.

Argos, ſignum cœleſte, dictum ab Argonautis Oritur pridie Idus Mart.

Argos, vetus & nobilis vrbs Achaiæ in Argolide, quod etiam Argos Hippium vocatum eſt, ab equorum præſtantia, qua tunc temporis clarum. Horatius.

Aptum dicit equis Argos, ditéſque Mycenas.

Argos, regio ab Araia matre Pelaſgi, qui illi imperauit, vnde Argi & Argiui populi, ſicuti Achæi & Achiui, qui Argolici à Perſis dicti, & Argolis regio, omnis denique Peloponneſus, præter-

præſertim Laconica, Argea Straboni appellata, & Homero Helena Argea dicta, vnde propter frequentiam ac varietatem huius nominis manauit prouerbium in iactabundos & ſycophantas, ἀρ῀ γεῖα φορα.

Argos, Peloponneſi ciuitas iuxta Athenas, vt vtrique populi vno puteo vterentur. Vnde & Fratrias dixerunt ἀπὸ τοῦ φρέατος, quas tribus vocamus. Huius rex primus Phoroneus fuit. Dicta Argos ab Argo rege, vt ſcribit Auguſt. lib. 18. de Ciuit. Hinc Argiui Græci dicti ſunt, & Argolicus ſinus, & Argolici duces, & Argolica regio.

Argos Theſſaliæ oppidum, quod Pelaſgicon dicunt à Pelaſgis. Lucan.

— vbi nobile quondam Nunc ſuper Argos erat.

Argos, oppidum in Acarnania, non longè à Mycenis, Amphilochium cognominatum, quod Alcmæon eiúſque liberi condidere. Strabo li.7.

Argos, Apuliæ oppidum, à Diomede conditum. & primum à nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellatum, quod deinde Argyrippam, & poſtremò Arpos vocitarunt. Theſſaliam quoque Argos Pelaſgicum appellat. Plin. lib. 4. c. 7. Ipſam præterea Peloponneſum antiqui Argos, & Argos Archaicum appellauere. Strabo lib. 8. Sunt & aliæ ciuitates hoc nomine, quas exponit. Steph.

Argos, Peloponneſi oppidum in Argia regione, Ptolemæo. Duo ſunt Plinio hoc tractu huius nominis oppida, alterum Hippium, alterum Dipſium cognominant. Polydipſium ab Homero dicitur Strabone teſte, πολυδίψιον, Phoronicum videtur primò appellatum, ex Pauſania & Stephano, apud quem etiam Ἰάσον & Δῶρον dicitur. Euſtathius quoque tradit à Sophocle Doricum, Hippobotum & Iaſum cognominari. Item Ægialiam & Apian vocatam. Sophianus author eſt, hodie adhuc *Arge* nominari. Vide quoque Arbi, Corcyra, Lariſſa, & Peloponneſus.

Argynnus, puer formoſus (Agamemnoni chariſſimus) ſubmerſus, Propert.

Sunt Agamemnonias teſtantia littera curas
Quæ notat Argynni pœna natantis aquas.

Argos, Agenoris equus, à quo Argos Iaſonis ciuitas dicta fuit, vt inquit Hellanicus.

Argous, portus eſt in Æthalia, ab Argo naui dictus vt perhibent. Illo enim Iaſonem adnauigaſſe ferunt, vt Circes Domicilia quæreret, quam Medea viſere concupiſcebat. Strab. lib. 5. *Porto ferraro* putat Iouius, in Ilua inſula.

Arguda, paropaniſi vrbs. Ptol.

Argulus, filius Amyclatis, quem primum apud Achæos quadrigam iunxiſſe dicunt, cùm alij Arogilo illud adſcribant.

Arguta, ciuitas Theſſaliæ, [illegible] Argiſſa dicta. Eſt & locus Eubœæ, vide Stephanum, qui loci illius incolas Argiuos & Leontinos vocari ſcribit.

Argus, Arestoris filius πανόπτης à Græcis cognominatus, quòd totus oculis ſcateret. Hunc poëtæ fabulantur à Iunone conſtitutum fuiſſe cuſtodem Ius Inachi filiæ, à Ioue in iuuencæ formam commutatæ: quem poſtea Mercurius Iouis iuſſu interfecit, oculis eius fiſtulæ ſono ſopitis Iuno autem oculos eius aui ſuæ, hoc eſt pauonis caudæ inſeruit. Ouidius libro primo Metamorph.

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.
Inque ſuis vicibus capiebant bina quietem:
Cætera ſeruabant atq; in ſtatione manebant.

Mythologici Argum interpretantur ſphæram ſtelliferam, innumeris oculis, hoc eſt, ſtellis refulgentem, Mercurium autem Solem eſſe volunt, qui tunc Argum dicitur occidere, cùm diurno ſuo lumine ſtellarum lucem obſcurat. Vide Macrobium primo Satur. cap. decimonono vnde & ἀργειφόντης Mercurius cognominatus eſt, quod Argum peremit.

Argus, quibuſdam Argolus, rex Argiuorum, filius Apis. Ex cuius nomine Argi & Argiui appellati ſunt, quo regnante cœpit vti frugibus Græcia delatis aliunde ſeminibus. Poſt obitum deus haberi cœpit.

Argus, Phryxi filius, IV. Argiuorum rex, regnauit annis LXX.

Argus, canis Vlyſſis, ſolus dominum vigeſimo demum anno domum redeuntem agnouit. Homerus Odyſſ. lib. 17.

Argus, vide Amphion.

Argus nomen viri cuiuſdam, qui quum de Euandri apud quem hoſpitio ſuſceptus erat, cogitaret interitu vt ipſe regnaret, Euandro hæc non ſentiente ſocij intellexerunt, & Argum necarunt: cui Euander & ſepulchrum fecit, & locum ſacrauit: non quòd talia ille mereretur, ſed hoſpitalitatis cauſa. Inde & Argiletum ab Argo illic ſepulto. Virg. Æn. 8.

Nec non & ſacri monſtrat nemus Argileti.
Teſtatúrque locum & lethum docet hoſpitis Argi.

Argyna, oppidum Locrorum, cuius incolæ cognominantur Ozolæ. Plinius libro quarto cap. 3.

Argynnis, Venus cognominata, ab Argynno puero ab Agamemnone rege amato, qui cùm frequentius nataret in Cephiſo flumine periit, quo in loco ſepeliuit eum Agamemnon, ibidémque Veneris Argynnidos, id eſt turpitudinis ſuæ templum conſtruxit. Propert.

Sunt Agamemnonias teſtantia littera curas,
Quæ notat Argynni pœna natantis aquas.

Argypana, Dauniæ vrbs. Polyb.

Argyra, vrbs & fons Achaiæ, & regio Indiæ extra Gangem. Ptol. Steph.

Argyria, vrbs circa Troadem. Strabo.

Argyra, ciuitas Siciliæ vel Epiri, vnde ſe Diodorus Siculus oriundum facit, à qua Argyrini. Eſt etiam metropolis Taprobanæ. Steph.

Argyra Nympha, cuius amore quum Selenius torqueretur, obiit eius nimio deſiderio, & à Venere in cognominem fluuium mutatus eſt, cuius aquam amantibus prodeſſe ad amoris remedia, fuit opinio: nam amantes in ipſo flumine abluti, deſiderij obliuionem concipere putabantur. At verò Argyram ipſam & fonti & vrbi Argyræ nomen dediſſe tradit Pauſan.

Argyræ, extra Indi oſtium inſula adeò fœcunda metallorum, vt plerique eam (cum altera proxima nomine Chryſa) aurea ſola prodiderint & argentea habere. Solin. cap. 65. Plin. lib. 6. Mela lib. 3. aut ex re nomen aut ex vocabulo ficta fabula eſt.

Argyrini, populi Epirotici. Steph.

Argyrippa, oppidum Apuliæ, à Diomede conditum, & primùm à nomine patriæ Argos hippium appellatum, quod deinde Arpos vocitarunt. Vide Argos. Virg. 11. Æneid.

Ille vrbem Argyripam patria cognomine gentis
Victor Gargani condebat Iapigis aruis.

Steph.

Argyrôndas, vel Argyrondes Ætoliæ fluuius, Ariſtarcho & Heſiodo, propter argenteum aquę candorem.

Argyropilus, Imperator fuit, qui Zoæ vxoris & Michaëlis Paphlagonis eius adulteri dolo inter balnea aquis ſubmerſus eſt. Bapt. Egmatius.

Argyrotoxos, argenteum arcum gerens, dictus eſt Apollo.

Argyrus, ciuitas apud Philiſtum. Steph.

Argyrus mons, vide Tarteſſus.

Argyrutum, Illyrici vrbs. Ptol.

Aria, Aſiæ regio. Ptol. hodie *Corazan*, item lacus, vrbs & fluuius eiuſdem regionis. Ptol.

Aria, vna è Satrapiis Indiam terminantibus. Plinius.

Aria, Ptolemæo, Aſiæ regionis fluuius. *Puſimalon* fortè hodie.

Aria, Ponti Euxini inſula, alio nomine Chalceritis, Plinio teſte. *Farnaſia* interpretatur à Pineto, *Areos Neſos*, id eſt, Martis inſula, eam appellat Stephanus, *Aretias* Appollonio eſt ſecundo Argonauticorum, & *Arrhentias*, Arriano in ſuo Periplo.

Aria, Ariæ regionis lacus: apud Ptolemæum, quæ ex Aſiæ Abylſedræ tabulis Burgiani vocari videtur. Aria huius regionis etiam vrbs & fluuius eſt, qui Arius. Arriano in vita Alexandri.

Aria, Aſiæ mons Ammianus 23, vbi Anniba legit Accurſius, Annibi Ptolemæi videntur vide Aria, Iarach, Media, Nouaria, Thracia & Tourus.

Aria, antiquum nomen Thraciæ. Steph.

Aria, Romana matrona, de qua Mart. lib. 1.

Caſta ſuo gladium cum traderet Aria Pæto.
Quem de viſceribus traxerat ipſa ſuis:
Si qua fides, vulnus quod feci nō dolet (inquit)
Sed quod tu fa ies, hoc mihi, Pæte dolet.

Ariabignes, Darij filius, ex filia Gobryæ, qui vnà cum Præaſpe & Megabaza præpoſitus fuit claſſi Xerxis, Herod. lib. 7.

Ariaca, Margianæ vrbs. Ptol.

Ariacæ, Scythiæ populi, iuxta Iaxartem fluuium. Ptol. *Decian. I. Caſtaldo.*

Ariaces Saldinorum, Gens Indiæ intra Gangem. Ptol.

Ariacos, oppidum Myſiæ vel Troadis. Plin.

Ariadne, ſiue Ariadna, Minois Cretenſium regis ex Paſiphae filia, Theſeum, cuius amore detinebatur, per filiū à labyrintho extricauit, eumq; redeuntem in patriam vſque ad Naxum inſulam inſecuta eſt: quo loco à perfido Theſeo relicta, ac lugens, Libero patri nupſit, à quo donata eſt corona Cnoſſia ſeptem ſtellis adornata, quam ille à Venere acceperat. Catullus in Argonauticis, Elegia 17. Propertius lib. 3. Eleg. 17. Poſtremò à Diana dicitur ſagitta percuſſa atque occiſa, quod virginitatem non ſeruaſſet.

Arialbinnum, Anton. oppidum Sequanorum vulgò *Malbauſen*. Simler.

Arialdunum, Hiſpaniæ vrbs. Plin.

Ariamnes, nobiliſſima Armeniæ ciuitas. Tortellius.

Ariamenes, Xerxis frater.

Ariamnes, vide Augarus.

Arianda, Cariæ vrbs Mela.

Ariania, gens vicina Caduſiis. Steph.

Ariantas, rex Scytharum qui à ſingulis ſubiectis ſibi quotannis offerri ſagittam volebat, Rho lib. 23. c. 10.

Arianthe, ciuit. Œnotrorū. Step. vid. Arinthe.

Ariânus poëta, cuius carminib. Tyberiū Principem delectatum fuiſſe Tranquillus ſcribit. Eius autem opera Suidas commemorat, Metaphraſim Georgicorum Virgilij: Alexandriada, poëma videlicet de rebus geſtis Alexandri Macedoniæ regis libri XXII.

Arianus, è Nicomedia hiſtoricus, Xenophon minor cognominatus, ſicut ille in Cyro, ita hic de Epicteto philoſopho, eiúſque diſſertationibus opus edidit tribus voluminibus. Scripſit quoque hiſtoriam Alexandri Magni. Emicuit Romæ ſub Adriano & M. Antonino principibus, à quibus ob litteras honoribus conſularibus ornatus eſt. Author Heliconius.

Ariapythes, Scytharum rex, Tortellius.

Ariarathes, Tracum rex, Liuius lib. 2. Dec. 5,

Ariára-

Ariarathes, Cappadociæ rex à Perdicca obſeſſus, quum iam deſperaret effugium, ne quid fructus aut trophæorum accederet inimicis, vrbem incendit, ſibique & ſuis omnibus mortem conſciuit.

Ariania gens Caduſcis finitima. Steph.

Ariarathea, ciuitas prope Cappadociam, ab Ariarathe rege Antiochi genero. Steph.

Ariaſpe, Drangianæ vrbs. Ptol.

Ariaſſis, Phrygiæ in Pamphylia oppidum. Pto.

Ariarathes, Cappadociæ rex, ſub quo Cappadoces primum petierunt populi Romani ſocietatem: cuius deficiente ſtirpe, lectus eſt Ariobarzanes, & à Mithridate ſæpe pulſus, Romanorum armis reſtitutus. Volater.

Ariathis, nomen viri proprium Tortellius.

Aricandos, amnis in Lycia, à quo & vrbs ibi Aricanda nomine.

Aricada Drangianæ vrbs. Ptol.

Arichondas, fuit primus author tubarum in Græcia.

Aricia, puella Attica, Hippolyti vxor, poſtquam ille à Diana in Italiam fuiſſet tranſlatus Virgil. Æn. 7.

Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello
Virbius inſignis quem mater Aricia miſit.
Eductum Ægeriæ lucis.

Aricia, oppidum Latij poſt Albanum montem in via Appia, ab Hippolyto Theſei filio conditum: ita dictum ab Aricia nobili Atticæ regionis fœmina, quam idem fertur adamaſſe. In agro Aricino præſtantiſſimi proueniebant porri: de quibus Martialis. lib. 11.

Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros,

Lucanus.

Diſtat ab excelſa nemoralis Aricia Roma.

In hac Oreſtes Oraculo monitus, ſimulachrum Scythicæ Dianæ, quod de Taurica regione tranſtulerat, priùs quàm Argos peteret, conſecrauit. Erat ad huius templum nemus quod vocatur Aricinum, dicente Ouidio lib. 5. Faſtorum.

Vallis Aricinæ ſylua percinctus opaca,
Eſt locus antiqua religione ſacer.
Hic iacet Hippolytus furiis diſtractus equorum,
Vnde nemus nullis illud aditur equis.

Ariciæ, arua ardentia, ſi in ea deciderit carbo. Plin. lib. 2. c. 107.

Aricinium nemus, iuxta Ariciam, in quo Ægeria nympha, cum qua loqui ſolitum ferunt Numam Romanorum regem. In hoc Diana Hippolytum ab inferis Æſculapij opera reuocatum abſcondit. Eſt præterea in hoc nemore Ægeriæ Nymphæ fons, vbi Numa hydromantiam exercens, dicebat ab eadem Nympha ſibi dari conſilia. Plutarch.

Aricinius lacus, iuxta Aricinam vrbem, quod ſpeculum Dianæ vocabatur, in quo nunc quoque inſulæ, cum proceris arboribus nobiles conſpiciuntur

Aricomici Volſcæ, populi. Galliæ. Strab. lib. 4 Vlteriores fluuij (Rhodanum intelligit) partes Volſcæ, quos Aricomiſcos appellant, maximum incolunt ſpatium, quorum portus & nauium receptaculum Narbo dicitur. Apud Pomponium tamen & reliquos, Aracomici leguntur, & rectius.

Ariconium, Angliæ oppidum. Anton. *Kenceſter*, vulgò.

Aridai, filius Amã, filij Amadatha, Eſth. 9. Lat. leo abundans, aut maledictionis abundantia.

Aridátha, i. Leonis lex, ſiue ritus maledictionis, filius Aman, filij Amadatha, Eſth. 9.

Arideus Philippi notus, Alexandri frater, nihil tale cogitans rex & fratris ſucceſſor creatur. Curtius lib. 10.

Aridices, philoſophus, de quo ſic Macrob. lib. 7. Saturnall. c. 3. Quum regis libertus ad nouas diuitias nuper erectus, Philoſophos ad conuiuium congregaſſet, & irridendo eorum minutulas quæſtiones, ſcire ſe velle dixiſſet, cur ex nigra & alba faba, pulmentum vnius coloris edatur? Aridices philoſophus indignè ferens, Tu nobis, inquit, abſolue cur de albis & nigris loris ſimiles maculæ gignantur.

Arie, nomen loci, 4. Reg. 15. Lat. leo, ſiue lux Dei.

Ariel, c. 19. Iſaiæ accipitur pro ciuitate Ieruſalem, in qua altare holocauſti. In 43 verò Ezechielis, altare holocauſti ſignificat. Eſt enim nomen viri, 1. Paral. 11. Lat. altare, ſiue Leo, aut lux Dei.

Ariel, nomen viri, Num. 26. & 1. Paral. 11.

Arieldela, Ægypti vrbs, lib. Notit.

Arielita, populi. Num. 26.

Ariéna, Haliattis filia, vxor Aſtyagis, regis Medorum. Herodot.

Aries, primum eſt Zodiaci ſignum, quod Sol ingrediens IV. Idus Martias æquinoctium vernum efficit. Fabulantur poëtæ hunc illum ipſum eſſe arietem, qui aureo vellere inſignis Phryxum per Helleſpontum traiecit. Alij eum eſſe malunt, qui Libero patri in Libyæ deſertis ſiti laboranti fontem oſtendit. Hyginus de Signis cœleſtibus.

Arietis fons, Tauricæ Cherſoneſi promontorium. Ptol.

Arigæum, vrbs Indiæ quam Alexander incenſam & deſertam reperit. Arrian. lib. 4.

Arij, populi vltra Indiam. Arabiæ populi. Plinius.

Arij, Aſiæ Scythicæ populi. Herodot. lib. 4. Germaniæ populi. Tacit.

Arima, locus Ciliciæ, vel Syriæ, vel in Pythecuſis, iuxta Tyrrhenos, vbi Typhœum terra

obrutum in fabulis eſt. Steph. Vide Inarime.

Arimanis, vnus ex tribus illis principibus, quos placet veteribus quibuſdam habere imperium ſuper mundum, hi ſunt Oremaſis, Mitris, Arimanis: de quibus Cæl. Rhod. lib. 7. c. 14.

Arimanius, Plutonis cognomen apud Perſas.

Arimantis, Pentapolis regionis in Africa vrbs. Ptol.

Arimara, Syriæ ad Euphratem vrbs. Ptol.

Arimaſpes, Zoroaſtri amiciſſimus. Rhod. lib. 23. c. 4.

Arimaſpus, fluuius eſt Scythiæ in Aſia ad Septentrionem, aureis arenis abundans. Lucan. li. 3.

Arimaſpi, eiuſdem fluminis accolæ, vel populi Scythiæ Europææ, habentes vnum oculum in fronte, qui perpetuò bella gerunt cum gryphibus, aurum & Smaragdos colligentibus. Lucan. lib. 3.

——auróque litigat,
Subſtringens Arimaſpe comas.

Dionyſius Arimaneas, vel Arimannos vocat. Æſchylus verò *μονῶπα στρατόν*, i. vnoculum exercitum, quod ſagittarij quum ſint optimi, alterum inflectunt oculum, vt à paruis adſueti, altero melius cernant, vnde etiam nomen adepti ſunt. Herodot. Nam Ari Scythicè vnum ſignificat, & Maſpos oculum, prope hos Riphæi ſunt montes.

Arimaſthæ, populi iuxta pontum Euxinum. Orph. in Argon.

Arimathæa, ciuitas. Matth. 27.

Arimazes Sogdianus, loco edito & exercitu fretus, an Alexander poſſet volare interrogans, tandem perterritus deſcendit in regis caſtra, cum propinquis & nobiliſſimis gentis ſuæ, quos omnes verberibus affectos ſub ipſis radicibus montis Alexander crucib. iuſſit affigi. Curt. lib. 7.

Arimbas, Epiri ſeu Moloſſorum rex.

Arimi, montes & populi Myſiæ & Lydiæ. Suidas. Strabo.

Ariminum, vrbs vetus in Flaminia iuxta Rubiconem fluuium, Galliam à Flaminia ſeparans. Lucan lib. 1.

Vicinúmque minax inuadit Ariminum &
ignes.

Liuius coloniam in Picenum cum Beneuento deductam. Rurſus lib. 14. Sempronio prætori Ariminum prouincia obuenit. Strabo Vmbrorum dicit coloniam, ſicut & Rauennam. Hæc prius à Cæſare occupata initium ciuilis belli dedit. Stephanus. Fuit autem ædificata Sempronio & Appio Claudio conſulibus. Eam Octauianus ampliauit, & à Liburnis dirutam Diocletianus repoſuit, victiſque Liburnis arcum triumphalem in ea extruxit. Hodie *Rimini*.

Ariminum, viæ Æmiliæ fluuius. Plin. *Marida*, vel *Marecchia* Leandro.

Arimphæi, populi Scythiæ Plinio, vel Aſiæ Septentrionalis propè Riphæos montes, aut vbi Riphæi deſinunt. Ammiano. In nemoribus victitant baccis, iuſti, ac moribus placidis, quorum vterque ſexus detonſos capillos habet, &c. Cæl. Rdod. lib. 20.

Arimus, rex Myſiæ, ſeu Mæoniæ. Varro Xanthum citans antiquum rerum ſcriptorem.

Arina, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum Ptol. *Tezela* hodie.

Arindela, pars quædam, aut vicus Palæſtinæ. Steph.

Arinianum, Coloniam, ad ripam Arni fluminis, condidiſſe Ianum ſcribit Cato. Leand. Albertus putat noſtra ætate eſſe *Arignano*.

Arinthe, ciuitas Oenotrorum in Meſopotamia Steph. qui & Arianthen Oenotrorum ciuitatem paulò antè ex Herodoto ſcripſerat.

Arinthéus, Conſul, Maximi collega.

Arioáldus, Longobardorum rex, poſt mortem Theudelindæ, eiecto Adoaldo, regno præfectus eſt. Blond. lib. 9.

Ariobarzanes, Cappadociæ rex, Pompeio in Pharſalico bello fauit, populi Ro. amicus fuit, & à Cicerone cum toto regno ſeruatus, libr. 9. ad Atticum.

Ariobarzanes, Darij Perſarum regis præfectus militiæ, quum per mediam aciem Macedonum cum multo ſuorum atque hoſtium ſanguine erupiſſet, Perſepolim vrbem regiam occupare feſtinans à cuſtodibus vrbis excluſus cum omnibus fugæ comitibus 40. equitibus videlicet & 4000. peditibus renouato prælio cecidit. Curt. lib. 5.

Ariobarzanes, mons inter Parthos & Maſſagetas. Oroſius.

Arioc, rex Ellaſar, Gen. 14. Lat. procerus, vel ebrietas tua, aut leo tuus.

Ariola, Galliæ Belgicæ vrbs. Anton.

Ariomandes, Athenienſium aduerſus barbaros dux. Plutarch.

Ariomârdus, teſte Herodoto, Darij filius.

Ariomedes, Xerxis nauarchus Plut. in Demo.

Arion, Methymneus, citharœdus, & poëta Lyricus, ex Leſbo inſula: emicuit Olympiade XXVIII. Scripſit cantica circiter verſuũ duo millia. Dicitur & Tragici carminis primus inuentor fuiſſe, & chorũ inſtituiſſe, ac Dithyrambicũ carmen cecinſſe, author Suidas. Huius Arionis hiſtoriam Ouidius in Faſtis, & Gellius libro 16. ac Ælianus de animalibus pluribus referũt verbis. Charus fuit Periandro Corinthiorũ tyranno, cuius auſpiciis in Italiam profectus, grandem pecuniam ex arte ſua promeruit: cumque iterum Leſbon inſulam peteret, videretque ſibi inſidias à ſociis parari propter opes, quas ſecum adferebat, nautas orauit, vt carmen aliquod, priuſquam

quam moreretur, concinere permitterent, quod cùm impetraſſet ſumpta cithara, modulans de naui in mare ſe coniecit: ſed à Delphine illecto eius cantu, dorſo exceptus, Tænarum (quod oppidum eſt Laconiæ) vectus eſt antequam nautæ illuc appuliſſent: & ibi relicto Delphine Corinthum petiit, omnemque rem geſtam Periandro enarrauit: qui tamen illius verbis minimè credidit, donec etiam hiſtoriam à nautis compertam habuerit. Virg Eclog. 5.

Orpheus in ſyluis, inter delphinas Arion.

Sed hæc fabuloſa creduntur. Lege Herod. Plut. in conuiuio.7.Sap.Gell.Plin & Volat.

Arion, equi nomen, de quo Propertius,

Qualis & Adraſſi fuerit vocalis Arion.
Triſtis ad Archemori funera victor equus.

V. de Cygnus.

Ariopagus, vide Areopagus.

Ariouindus, conſul, cuius collega fuit Aſper.

Ariouinius, conſul, Meſſalæ collega.

Ariouiſtus, Germanorum rex, numeroſas habuit copias, vel hoc vno argumento, quod à Cæſare victus, octoginta ſuorum militum millia amiſerit. Plutarchus Cæſar. Comment. lib. 1.

Ariphron, Phericlis filius IX. Athenienſium archon, regnauit annis XX.

Aripetrus, Clotarij filius, rex Francorum.

Arippara, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

Aris, Meſſeniæ fluuius. Pauſan.

Ariſabion, Indiæ extra Gangem vrbs. Ptol.

Ariſai i ſponſus, filius Aman filij Amadatha, Eſther. 9.

Ariſba, ſiue Ariſbe, oppidum Troadis Mitylenorum colonia in littore Rhœteo, ab Achille euerſum. Virg. 9. Æneid.

Bina dabo argento perfecta, atque aſpera ſignis,
Pocula deuicta genitor quæ cepit Ariſba.

Lucanus lib. 3.

—& nimium glebis exiſis Ariſbe.

Ariſbe, vrbs Phrygiæ iuxta Pontum. Homer. Iliad. 2. vide Steph.

Ariſbe, ciuitas in Leſbo, cui Ariſbe Macaris filia nomen dedit. Eſt item Bœotiæ vrbs, apud Suidam.

Ariſbus, fluuius Thraciæ. Stephan. Troadis, Strab.

Ariſeria, Cyrrheſticæ regionis in Syria vrbs. Ptol.

Ariſpæ, Indica gens, circa Indum fluuium. Arrian.

Ariſtænetus, conſul, tempore Honorij Imperatoris.

Ariſtagoras Mileſius, philoſophus. Laert. li. 1.

Ariſtarchus, nomen illuſtris viri Theſſalonicenſis. Act. 19.

Ariſteas, vir fuit præſtantiſſimæ virtutis & eloquentiæ, qui legatus eſt à Ptolemæo Lego rege ad Eleazarum Iudæorum pontificem pro conquirendis 72. viris, qui Iudaicam legem Græco ſermone donarent. Apud Philocratem fratrem de ipſis 72. interpretibus legis Hebraïcæ, librum, qui hodie extat, ſcripſit. Conrad. Geſn. in Biblioth. & Ioſeph. libr. 12. cap. 2. Antiq. Iud

Ariſtæum, oppidum Thraciæ, in montis Hæmi radicibus ſitum. Plin. 4. cap. 11.

Ariſtæus quidam, cuius anima euolare ex ora viſa eſt corui effigie. Plin. lib. 7. c. 52.

Ariſtæus, Apollinis ex Cyrene filia, Penei regis Arcadiæ filius, hic deinde in Arcadia regnauit. Hunc primum apum & mellis vſum, lactiſque coagulum demonſtraſſe, vſumque olei & alia quamplurima adinueniſſe refert Iuſtinus lib. 14. Fabulam ſic commenti ſunt poëtæ: Ariſteum Eurydicem Orphei adamaſſe, quem illa fugiens, à ſerpente eſt occiſa, in cuius vltionem nymphæ omnes apes perdiderunt. Quapropter matris auxilium implorauit, quæ illum ad oraculum Prothei perduxit, à quo infortunij cauſam edoctus, Eurydicem ſacrificiis placare iuſſus eſt, quod cùm faceret, tauróſque quatuor, totidem iuuencas immolaret; ingens apum multitudo à bobus erupit, atque hoc pacto apes ſuas recuperauit. Virg 4. Georg.

Paſtor Ariſtæus fugiens Peneia Tempe, &c. ſic Ouid. lib. 1. Faſt.

Flebat Ariſtæus, quod apes melle necatas
Viderat inceptos deſtituiſſe fauos.

Ariſtagoras, præfectus exercitus Darij contra Græcos. Herod. lib. 5.

Ariſtagoras, Mileti tyrannus, Dario rebellauit, ſuaſu Hiſtiæi. Herod lib. 5.

Ariſtander, vates apud Plutar. in Alexand. vbi ait: Quod prodigium conſpicatus Alexander, accitis Ariolis Ariſtandro & Cleomanti Spartano aperit. Curtius lib 4. & 7.

Ariſtandrus, ſtatuarius nobilis apud Spartanos. Pauſan.

Ariſtarcha Ephæſina quædam matrona, quæ Dianæ iuſſu vna cum Phocenſibus nauigationem ſubiit, atque in Maſſilia, templi Dianæ conſtructi ſacerdos eſt deſignata. Strab. lib 4.

Ariſtarchus, grammaticus Alexandrinus, oriundus è Samothracia, patre item Ariſtarcho, floruit Olymp. CLVI. ſub Ptolemæo Philometore, cuius etiam filium erudiit. Scripſit Commentarios ſupra mille: fuit diſcipulus Ariſtophanis grammatici. Deceſſit in Cypro, ſeipſum cibi abſtinentia necans: ob morbum hydropiſeos, ætatis anno LXXII. filios reliquit Ariſtarchum & Ariſtagoram, ambos ſtultos. Suid. Ælianus tradit hunc tam caſtigato fuiſſe iudicio, vt Homeri verſus non putaretur, quem ipſe non probaret. Vnde etiam hodie Ariſtarchos

vocamus, alienorum ſcriptorum cenſores, Ouidius de Ponto:

Corrigere at res eſt tantò magis ardua, quantò
Magnus Ariſtarcho maior Homerus erat.

Ariſtarchus Tageates, poëta Tragicus, Æſculapio pro recepta ſanitate fabulam vouit. Emicuit tempore Euripidis. Docuit tragœdias LXX. vicit duabus. Horat.

Ariſtârchus, Epheſi tyrannus. Fuit item alius mathematicus, Suidas.

Ariſtarchus, Macedo Theſſalonicenſis. Act. 19. 27. Coloſſ. 4.

Ariſtarchus, tragicus Florentinus.

Ariſtarete, Nearchi filia & pictrix ſui temporis inter nobiles. Plin lib. 35. c. 11.

Ariſteas, Proconneſius genere, carmina quæ dicuntur Arimaſpea compoſuit libris tribus. Præterea Theogoniam circiter verſus mille. Emicuit Crœſi & Cyri temporibus. Hic animam quoties vellet, reſumebat. Suid. Plutarch. in Romul. & item Herodotus.

Ariſtodemus, VIII. Corinthiorum rex, regnauit annis XXXV.

Ariſteras, inſulæ nomen apud Pauſan.

Ariſtes, Sogdianæ gens. Ptol.

Ariſteu, Marmaricæ locus. Anton.

Ariſtêus ſophiſta, temporibus Antonini Imperatoris.

Ariſtias, Satyricus poëta apud Pauſan.

Ariſtibus, fluuius Pœoniæ. Polyæn. lib. 4.

Ariſtides, Athenienſis nobilitate & iuſtitia, inſignis: quamobrem etiam δίκαιος cognominatus eſt. Cum Themiſtocle diſſenſit, vt Cato cum Cæſare. Huius iuſtitiam non ferens Themiſtocles, exilio decem annorum damnari curauit. Poſtea veniente cum ingenti exercitu Xerxe, Perſarũ rege, pro ſalute patriæ ab exilio reuocatus eſt. Tandem cum multas præfecturas geſſiſſet, in tanta paupertate obiit, vt vix tantillum pecuniæ corradi potuerit, quæ veſpillonibus & vilibus cadauerũ funeratoribus daretur.

Ariſtides, rhetor & ſophiſta, vixit temporibus Antonini & Commodi Imperatorum.

Ariſtides, philoſophus, à ciuitate Adrianorum Myſiæ, Smyrnæ docebat: & aduenienti fortè M. Antonio principi vnus omnium non proceſſit obuiam: eóque modo in cognitionem & amicitiam venit Imperatoris. Philoſtratus.

Ariſtides, Thebanus pictor, Apellis tempore. Is omnium primus animum pinxit, & ſenſus expreſſit omnes, quos Græci vocant ἤθη: durior aliquantulùm in coloribus. Huius picturæ alia præcipuè laudatur: Infans adrepens ad mammam matris ex vulnere morientis, ac manu prohibentis: ſentire mater & timere videtur, ne è mortuo lacte ſanguinem infans lambat. Quam tabulam Alexander tranſtulit Pellam, ex Plinio.

Ariſtides, Athenienſis, philoſophus Chriſtianus eloquentiſſimus, ſub priſtino habitu, volumen noſtri dogmatis rationem continens, Adriano principi tradidit. Hieron.

Ariſtides, orator Athenienſis inter x ſecundus: cuius multæ extant orationes & declamationes.

Ariſtippus Cyrenæus, Socratis auditor, primus quæſtu philoſophatus eſt. Cum Xenophonte ſimultatem habuit, & à Diogene Canis regius appellatus eſt, quòd Dionyſio ac diuitibus ventris gratia adularetur. Horatius.

Si pranderet olus patienter, regibus vti
Nollet Ariſtippus: ſi ſciret regibus vti,
Faſtidiret olus.

Is dicebat lautiorem victum nulli eſſe impedimento ad bene viuendum. Habuit ingenium ad omnia pro tempore, loco & perſona ſimulanda omnino promptum, quamobrem Dionyſio præter cæteros charus fuit. Et vt præſentibus voluptatibus libenter fruebatur, ita & abſentes facilè contemnebat. Hic cùm è patria in Græciam philoſophandi cauſa proficiſceretur, iuſſit ſeruos aurum proiicere, vt expeditiores ad iter capeſſendum eſſent. Voluptatem bonorum, dolorem malorum, finem conſtituit, cæteras ſcientias excluſit, illud ſolum vtile putans, vt quæras, ſi quid domi mali, aut boni contigit. Summum bonum poſuit in leni motu ad ſenſum emanante, id eſt, in voluptate corporis ſenſus titillante. Qui ab eo fluxerunt, & in dogmate permanſerunt, à præceptoris patria Cyrenaici ſunt appellati. Tradunt Platonem dixiſſe, ſoli Ariſtippo & chlamydem & pannum ferre datum eſſe. Horatius.

Omnis Ariſtippum decuit ſtatus & color & res.

Ariſtippus, philoſophi nepos ex filia Metrodidacte. Hic in nauigio ob tempeſtatem expalleſcens, interrogatus quare philoſophus timeret? reſpondit, Non eandem ſibi & interroganti cauſam eſſe: quoniam is non eſſet magnopere ſollicitus pro anima nequiſſimi nebulonis, ipſum autem pro Ariſtippi anima timere, huius meminit Cicero Academicarum quæſtionum. 4 & lib. 1. de Natura Deorum.

Ariſtippus hiſtoricus, Arcadiæ hiſtoriam ſcripſit, Laert. lib. 2.

Ariſto Argius, palæſtria, apud quem Plato exercitatus eſt, & ab eo propter egregium corporis habitum Plato cognominatus, quum prius Ariſtocles ex aui nomine vocatus eſſet. Laert. lib. 3.

Ariſto, Platonis pater, Laert.

Ariſto philoſophus Peripateticus. Hūc fama eſt, quum caluus eſſet, æſtum Solis excepiſſe capite, atq; ita mortem obiiſſe. Fuit & alius Ariſto

Digitized by Google

ſto Ilietes, Peripateticus, alius item muſicus Athenienſis, quartus tragicus poeta: quintus Alæenſis, qui artes oratorias ſcripſit: ſextus Alexandrinus, Peripateticus. Laert.lib.7.

Ariſto, poeta Athenienſis, qui fame eſt extinctus, quod ſuis carminibus Athenienſium laudes fuiſſet inſectatus.

Ariſto, philoſophus Scepticus, quaſi quæſtor & conſiderator. Semper enim in quęrendo conſiderandóque verſatus eſt, patria Cous, Zenonis auditor. Apud quem omnia indifferentia erant, vt inter optimè valere, & grauiſſimè ægrotare nihil intereſſe diceret: qui reiectus fuit, quòd natu ram omnino relinqueret.

Ariſto Epheſius, genus fœmineum peroſus, cum aſina concubuit, ex eóque concubitu genita eſt puella, cui à crinibus aſininis nomen Onoſcelæ inditum eſt. Plut.in Paral.

Ariſtobathra, Indiæ intra Gangem oppidum. Ptol.

Ariſtobula, Diana dicta eſt à Themiſtocle, qui Athenis Dianæ tẽplum erexit quod in Perſico tumultu ipſe rebus Græciæ ſalutaria protuliſſet conſilia. Cæl.Rhod.lib.10 cap.5.

Ariſtóbulus, Magiſter Ptolemæi 2.Mach.1.

Ariſtóbulus, v. Iudæorum rex, regnauit anno vno.

Ariſtóbulus, apud Iudæos rex, & pontifex pariter. Eutrop.lib.5.

Ariſtóbulus, IX. Iudæorum dux, regnauit annis VI.

Ariſtóbulus, Herodis Chalcidis tetrarchæ filius, Armeniæ minoris adminiſtrator.

Ariſtóbulus Iudæus, ex Paneade, Agathobuli Hebræi diſcipulus, vnus ex LXXII. interpretibus, qui ſacros libros in Græcum ſermonem conuerterunt. Qui multa in præceptis Moſeos proponenti regi Ptolemæo tunc Iudææ domino perdoctè interpretatus eſt: commentarios in legem Hebræorum edidit. Author Euſebius.

Ariſtóbulus, hiſtoricus Iudæus, res geſtas Alexandri magni conſcripſit, coméſque ipſius peregrinationis fuit. Volater.

Ariſtocles, philoſophus, priùs dicebatur ex aui paterni nomine, poſtea autem ob humerorum latitudinem Plato appellatus.

Ariſtocles, philoſophus Meſſanenſis, Peripateticus, ſcripſit de Philoſophia librum vnum, vter eſſet ſtudio & doctrina prior. Homerus an Plato: ſcripſit & de arte rhetorica. Suid.

Ariſtocles Lampſacenus, philoſophus Stoicus ſcripſit libris quatuor enarrationem eorum quæ Chryſippus tradidit de ratione ſingulorum dicendorum & cogitandorum. Suidas.

Ariſtoclia, formoſiſſima puella, quæ rem diuinam factura, nuda eſt à Stratone viſa, qui in eam exarſit, ante etiam à Calliſthene amata. Hæc verò nuptiarum die, in amantum manibus diſcerpta eſt, quorum poſtea alter ſibi manus conſciuit, alter aufugit, nec vnquam amplius viſus eſt. Plut.in amat.narrationibus.

Ariſtocles, Pergamenſis ſophiſta, floruit ſub Traiano & Adriano: ſcripſit de arte rhetorica, Epiſtolas & declamationes: ſectæ fuit Peripateticæ, horridus aſpectu, voluptatibus tamen & lyræ poſtea indulſit.

Ariſtoclides, Orchomeni tyrannus, qui cùm Stymphalide virgine potiri non poſſet, primum patrem eius de medio ſuſtulit: deinde & virginem ipſam quæ ad aras confugerat, multis vulneribus confodit. Quamobrem in eum vniuerſa Arcadia bellum ſuſcepit, virginiſque necem tyranni morte vlta eſt.

Ariſtocrates, ciuis Rhodius, qui quòd plurimum dignitatis, ſtrenuitatiſque præ ſe ferret, ciuiũ omnium conſenſu belli dux delectus eſt: in quo ſpem ſuorum egregiè feſellit, vt qui in rebus gerendis, tanquam adulterinus nummus in igne degener planè apparuerit, & omninò alius quàm prima fronte promiſerat. Suidas.

Ariſtocrates, rex Spartanorum, qui hoſtes donis ſolebat corrumpere.

Ariſtodemus, Aruicinorum victor, Dionyſ. libro 7.

Ariſtodemus, Cumarum tyrannus, cognomento mollis & malacus, cuius furores deſcribit Plut.lib.1.de reb.geſtis illuſtr.mulierum.

Ariſtodemus Niſæus, filius Menecratis Ariſtarchi diſcipuli, quem Strabo dicit ſe iuuenem vidiſſe ſenem.

Ariſtodemus, Magni Pompeij filios erudiit: mane rhetoricam, meridie grammaticam docebat. Strabo.

Ariſtogenes, Ouidius vel Thaſius medicus, ſeruus Chryſippi philoſophi. famam adeptus eſt ex curatione Antigoni Gonatæ, Macedoniæ regis, cui libros de arte ſua dedicauit. Suidas.

Ariſtogiton, orator Athenienſis impudens, ex quo canis vocatus eſt ab Athenienſibus, ſcripſit apologiam ad Demoſthenem ducem contra Timotheum, ad Lycurgum contra Timarchum.

Ariſtogiton, & Harmonius, liberatores tyrannidis Piſiſtrati, quibus ſtatuæ in foro ab Athenienſibus poſitæ Suidas.

Ariſtolaus, Pauſiæ filius & diſcipulus, ſeueriſſimus pictor, cuius opera nonnulla com memorat Plin.

Ariſtomache, vxor Dionyſij Syracuſani, Plut. in vita Dionis.

Ariſtomache, alia fuit vxor Dionis.

Ariſtomachus, de arte vini ſcripſit. Plin.

Ariſtómenes, Athenienſis comicus inter ſecundos antiquæ comœdiæ, Olymp. CLXXXVII.

Digitized by Google

cognominatus θυροποιὸς. Suidas.

Ariſtomenes Meſſenius, Athenienſium dux iuſtiſſimus, vt ſcribit Hieronymus, victis Lacedæmoniis, & nocturna ſacra celebrantibus, quæ vocabantur Lacinthina: rapuit de choris ludentium virgines duodecim, & tota nocte gradu cõcito fugiens, exceſſit de finibus Spartanorum. Cúmque eas comites eius vellent violare, monuit quantum potuit, ne hoc facerent: & ad extremum quoſdam non parentes interfecit, cæteris metu coërcitis. Redemptæ poſtea à cognatis puellæ, cùm Ariſtomenem viderent cædis reum fieri, tamdiu ad patriam non ſunt reuerſæ quamdiu iudicum aduolutæ genibus, defenſorem pudicitiæ cernerent abſolutum. Tanta calliditate fuit, vt Lacedæmoniorum ſæpe vrbem ingreſſus & aliquando captus, atque in vincula coniectus, clàm aufugerit; quòd cùm tertio feciſſet, tandem occiſus eſt à Lacedæmoniis, cuius execto corpore, inuentum eſt cor piloſum.

Ariſtomenes, qui ad Helleſponti oram recuperandam à Dario erat miſſus, à claſſe Macedonum ex Græcia accita, captis aut demerſis nauibus, ſuperatur. Curt. lib. 4.

Ariſton, Ætolorum dux.

Ariſton, ſculptor, cuius meminit Plin.

Ariſton, iuriſconſultus apud Gel. lib. 11. capite 18.

Ariſtonautæ, Pellenæorum nauale in Peloponneſo. Pauſ.

Ariſtonicus, grammaticus Alexandrinus, ſcripſit librum in Theogoniam Heſiodi, & de nominibus, ſiue conſtructione, apud Homerum.

Ariſtonicus, Eunuchus. Ptol. qui animum ſupra Eunuchum gerebat, dux fuit belli fortiſſimus: præterea liberalis in omnes Suidas.

Ariſtonicus Attali regis filius, Aſiam inuaſit. Flor. libro 59. Eutrop. Oroſ. 5. capite 8. Iuſt. lib. 36.

Ariſtonicus Methymnæ tyrannus, cum Pyraticis nauibus ad Pharnabazum Darij ducem, ab Alexandro iam captum, veniens ignarus rerum imprudenter ſe in manus Macedonum cum ſuis coniecit. Curtius lib. 4.

Ariſtonus, citharœdus Athenienſis, qui Pythia ſexies vicit. Plut.

Ariſtonides, ſtatuarius inſignis, qui quum Athamantis furorem Learcho filio præcipitato reſidentem, eiúſque pœnitentiam vellet exprimere, ferrum & æs miſcuit, vt ferri rubigine per nitorem æris relucente exprimeretur verecundiæ rubor. Plin. lib. 34. c. 14.

Ariſtónymus, poeta comicus ſub Philadelpho: præfuit regiæ bibliothecæ poſt Apollonium. Veniens tandem in ſuſpicionem, quod ad Eumenem transfugere cuperet, in cuſtodia per aliquot annos fuit: tandem liberatus, mortem non multo poſt obiit, Athenæus in Dipnoſophiſtis.

Ariſtonus, præfectus Pæonum equitum Alexandri, vir bellicoſus & prudens. Curtius lib. 4. 9. & 10.

Ariſtonis, vrbs in Ægypto. Anton.

Ariſtopátra, mater Cratêri, qui ſub Alexand. militauit. Strab.

Ariſtophanes, poeta comicus, Philippi filius, ex Lindo Rhodi oppido ortus, inuentor tetrametri, in carpendis hominum vitium liberrimus. Cum Socrate inimicitias exercuit, quem in Nubibus, vt iuuentutis corruptorem acerrimè inſectatur. Filios habuit Aratora, Philippum, Philetærum, comicos omnes. Docuit fabulas LIIII. Suidas. Horat. libro 1. Sermo. Sat. 4.

Eupolis, atq; Cratinus, Ariſtophaneſq; poeta.

Atticæ linguæ nobilitate adeò præpolluit, vt Dionyſio roganti aliquem eius ſermonis eruditum, hunc Athenienſes nominauerint.

Ariſtóphanes, Byzantinus grammaticus, Apellis filius, idem dux exercitus, diſcipulus Callimachi, Zenodoti & Dionyſij, Suidas, Quintil. libro 1.

Ariſtophili, Paropaniſi populi. Ptolem.

Ariſtophilides, Tarentinorum rex, Darij Perſarum regis tempore.

Ariſtophon, pictor. Plin. lib. 35. c. 11.

Ariſtophon, Athenarum ciuis, qui ſæpè gloriabatur quod nonagies quinquies accuſatus ſemper euaſiſſet.

Ariſtor, Crotopi filius, pater Argi centoculi, qui Ariſtorides vocatur. Ouidius 1. lib. Metamorph.

Donec Ariſtorida ſeruandam tradidit Argo.

Ariſtoteles Stagyrites, philoſophus, Peripateticorum princeps, patre Nicomacho medico, matre Phaſtiade, paruus, gibboſus & balbutiens, ſed ob ſummam eruditionem ſocius, præceptor, & ſecretarius Alexandri factus. Quintilianus, Quid Ariſtotelem? quem dubito ſcientia rerum, an ſcriptorum copia, an eloquendi ſuauitate, an inuentionum acumine, an varietate operum clariorem putem? XVII. annos natus, Athenas profectus, Platonis auditor fuit x annis. Alexandro diſcipulo vſque adeò charus, vt Stagiram eius patriam ab ſe dirutam reſtituerit. Exceſſit anno LXVIII. eodem quo Demoſthenes anno mortuus eſt, hic in Apulia, ille in Eubœa: ambo profugi, perſequente Antipatro. Plutarch. in Sylla, libros ſupra trecentos reliquit. Alexandro in Aſiam profecto Athenas rediit, & in Lycio gymnaſio XIII. annis docuit. Poſtea accuſatus, quod de diis non rectè ſentiret, cedens inuidiæ, abiit in Chalcidem, ibique reliquum vitæ tranſegit.

Ari-

Ariſtoteles, omnium primus Bibliothecam inſtituiſſe dicitur, vt ait Strabo lib.3.ita ſcribens: E Sceps ciuitate Philoſophi fuêre Socratici, Eraſtus, Coriſcus, & Neleus Coriſci filius, qui Ariſtotelem ac Theophraſtum audiuit, & ſucceſſor fuit Theophraſti Bibliothecæ, in qua Ariſtotelica mera. Nam Ariſtoteles & Bibliothecam & ſcholam Theophraſto reliquit, & primum omnium (quos ſcimus) libros congregauit, & Ægypti reges ordinem Bibliothecæ docuit. Theophraſtus verò eam Neleo commiſit, Neleus Sceps~ detulit, ac poſteris tradidit, hæc ille. Septem alij fuêre Ariſtoteles. Primus qui Athenis Rempubl. adminiſtrauit: Secundus, qui Iliadem Homeri deſcripſit: tertius, Siculus orator, qui ad Panegyrum Iſocratis reſcripſit: quartus cognomine Mythus, Æſchinis Socrati neceſſarius: quintus Cyrenaicus, qui de poëtica ſcripſit: ſextus, Pędotriba, cuius meminit Ariſtoxenus, in vita Platonis: ſeptimus, Grammaticus ignobilis, qui de pleonaſmo artem ſcripſit. Laërt.

Ariſtoteles Syllogiſmorum, hoc eſt, collectionum rationem inuenit: nam antiqui interrogationibus quibuſdam tantùm vtebantur.

Ariſtótimus, Epirorum vrbem per tyrannidem occupauit, & Hellanici induſtria v. menſe poſtquam tyrannidem occupauerat oppreſſus eſt. Iuſtin. lib.26.

Ariſtóxenes, ſiue Ariſtóxenus, muſicus illuſtris tempore Tulli Hoſtilij, III. Romanorum regis.

Ariſtoxenus, Tarentinus, Mantineæ tamen agens, philoſophus & medicus nobiliſſimus, audiuit Lamprum philoſophum Erythræam, deinde Zenopilum Pythagoræum: poſtremò Ariſtotelem: cui morienti conuitium dixit, quod Theophraſtum ei in ſcholæ ſucceſſione præponeret. Scripſit in omni genere doctrinæ, ſed in muſica prǽſertim. Suidas. Hic animam dixit harmoniam eſſe. Cicero in Tuſculanis.

Ariſtoxenus Cyrenæus, ita delicatus in hortorum cura, vt veſperi lactucas mulſo, & vino, & melle irrigaret, vt luxurioſiùs ſuccreſcerent, & ſaporis eſſent præſtantioris Suidas.

Ariſtoratus, Sicyoniorum tyrannus. Plin. lib. 35.c.10.

Ariſtyllus, poëta deformis ore ſemper hiante, quem taxat Ariſtophanes in Pluto. Alius magis taxatus videtur, quod ore paululum diducto, loqueretur, vt vox magna ex parte prodiret per nares ſtridula, qualis eſt porcorum, quod vitium in quorundam pronunciatione cantúque videmus.

Arthédana, Iudææ ciuitas maritima. Egeſip. lib.1.

Arihei, Palæſtinæ gens. Ioſeph. 5. Antiq.

Aritia, Virg. 7. Æneid. ciuitas iuxta Albam eſt Sermio. x. M. paſſ. ab vrbe.

Aritium, Luſitaniæ vrbs. Ptol.

Aritium prætorium, oppidum inter Vliſipponem & Emeritam, Anton.

Ariuates, Pannoniæ populi. Plin.

Arithbertus, Clotarij Francorum regis primogenitus ex paterna hæreditate Pariſiorum vt Guntranus Aurelianenſium, Chilpericus Sueſſionum, Sigibertus Metenſium regno ſucceſſit. Paulus Æmilius, lib.1.

Arithbertus, Longobardorum rex, Alpes Cottias vſque ad Galliarum Alpes, Ioanni Papæ. D. Petri nomine, donauit. Initium amplitudinis Romanæ Eccleſiæ. Blond. lib. 10.

Arius, VI. Aſſyriorum rex, regnauit ann. XXX. collecto exercitu poſt patris Niniæ obitum. Euſeb. Caſſiod. Bactrianos & omnes Caſpios ſubiecit.

Arius, fluuius Aſiam irrigans inter Indos & Parthos, quæ pars à fluuij huius nomine Aria ſiue Ariana eſt denominata. Plin. lib. 6. c. 23. Hinc & populi ipſi Arij dicti. Lucan. lib. 3.

—Hinc fortis Arius
Longáque Sarmatici ſoluens ieiunia belli.
Maſſagetes, &c. Eſt etiam fluuius propinquus Bactris, Alexandriam (quam ibi conſtruxit Alexander) præterfluens. Vide *Arij*.

Aruſius ager aſper & importuoſus Chiis inſulæ, vinum omnium Græcanicorum optimum ferens, à Plinio & Virg. Aruiſium per metatheſin dictum. Strabo.

Arizanthi, Mediæ gens, Herodot.

Arla, Parthorum caſtrum. Straboni.

Arlape, legitur apud Antoninum, ex quo Simlerus facit *Erla*. apud Pechlarn, in Noricis. Vide Ara lapidea.

Armaggeddon, nomen loci. Apoc. 16.

Armagara, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

Armalchar, Euphrates fluuius. Sic ab Aſſyriis appellatus & ſignificat regium flumen. Plin. lib. 6. cap. 26.

Armata, Venus à Lacedæmoniis culta fuit, de qua ſic imprimis Lactantius: Cùm Meſſenios obſiderent Lacedæmonij, & illi furtim deceptis obſeſſoribus egreſſi ad diripiendam Lacedæmonem cucurriſſent, à Spartanis mulieribus fuſi fugatíque ſunt. Cognitis autem hoſtium inſidiis, Lacedæmonij inſequebãtur. His armatæ mulieres obuiam longius exierunt, quæ cùm maritos ſuos cernerent parare ſe ad pugnam, quia putarent Meſſenios eſſe, corpora ſua nudauerunt. At illi vxoribus cognitis, ex aſpectu in libidinem concitati, vt erant armati, permixti ſunt vtrique: propter cuius facti memoriam ædem & ſimulachrum Veneri armatæ poſuerunt Veneti armatæ. Pauſ. & Quintil. meminêre. Et in armatam Venerem Auſonius ſequenti te-

traſticho luſit.

Armatam Venerem vidit Lacedæmone Pallas:
Nunc certemus, ait, iudice vel Paride.
Cui Venus, Armatam tu me temeraria temnis?
Quæ, quo te vici, tempore nuda fui.

Armatus conſul, collega Baſilij tempore Leonis Romanorum Imperatoris.

Armatrites, Euſebio Armametres, IX. Aſſyriorum rex, regnauit annis XXXVIII. ad voluptates & delicias conuerſus, ea, quæ ad libidinem ſpectant poſteaquam inueniſſet, multum ampliauit. Beroſus. Caſſiod.

Armauiara, Armeniæ maioris oppidum, Ptolemæo.

Armaxa, Cappadociæ vrbs. Anton.

Armedon, Cretica inſula ante Sammonium promontorium. Plin.

Armena, Paphlagoniæ vicus, Ptol. Steph. vel vrbs, vt Plinio videtur.

Armenes, Cappadociæ rex.

Armenia, regio Aſiæ inter Taurum & Caucaſum mõtes, à Cappadocia ad Caſpium mare vſq; protenſa: ab Armenia Theſſalo Iaſonis comite (inquit Strabo) dicta. Maior Armenia (inquit Plin. lib. 9.) poſt mediam ad Occidentẽ occurrit. Ea (vt ait Ptolemæus) à Septentrione Colchidẽ habet, Iberiam & Albaniam, ab occaſu magnum Euphratis curſum, qui Cappadociã, minorem Armeniam & Syriam Comagenẽ relinquit à dextris, ab oriente partẽ Hyrcani maris ac mediam, qua mõtes Caſpij aſſurgunt, à Meridie Meſopotamiam atq; Aſſyriam montes in Armenia ſunt Moſchici, qui ſupra partem Ponti ad Cappadociam ſe efferunt: Pariedrus, in quo fontes habent Euphrates & Araxes fluuij: Antitaurus, qui ab Euphrate ſciſſus & Mediã percurrens, poſtremò Albus appellatur: Gordica, ex quo Tigris oritur, Taurus ac Niphates, qui Meſopotamiam atque Aſſyriam ab Armeniis diſterminant, Caſpij, qui vergunt ad Medos, & Caucaſi qui Septentrionalia Iberiam verſus Albaniámque concludũt. Flumina ſex, Cyrus qui monte ortus Caucaſo à ſiniſtris, Iberiam, Albaniámque dimittens, Armeniã à dextris, in Hircanum defertur pelagus, Araxes, Phaſis & Lycus, Tigris, Euphratéſque. In Armenia pretioſum inter reliqua aromata naſcitur Amomum. Armeniam Hebræi Ararat vocant. In ea ciuitas Artaxata inſignis. Inde Armenij & Armeni dicti. Vide Ptolemæi tabulam Aſiæ 4. Plin. lib. 5. & Strab. 2. Plura de Armenia apud Steph. In maiorem & minorem diſtinguitur, quarum partes ab Ortelio diligenter ex Euſtathio collectæ, enumerantur.

Armenius, mons ab initio Hircaniæ Steph.

Armenochalybes, Cappadociæ populi, circa Armeniam maiorem. Plin.

Armamentarium Romanorum olim fuit apud Batauos, in oſtio Rheni, hodie obſtructo, ad Cattorum vicum, pagum ſic hodie dictum huius Armamentarij veſtigia & ruinæ, quæ extant, accolæ *Thuyſ te Brettam* vulgò vocant. Antiqua inſcriptio ibidem inuenta, huius loci meminit, quam quia ab aliquibus vulgatam admodum mendosè videam, hic aſcribere, in gratiam antiquariorum operæ pretium duxi. *Imp. Caſ. L. Septimius Seuerus Aug. & M. Aurelius Antoninus Caſ. Con. XV. vel. Armamentarium vetuſtate conlapſum reſtituerunt, ſub Val. Pudente Leg. Aug. Pr. Pr. curante Cæcili Batone Pre.*

Armiæ, Libyæ interioris populi. Ptol.

Armiana, Parthiæ oppidum. Ptol.

Armais, qui & Danaus Ægypti rex, regnauit annis 5. Euſeb. ad num. 528.

Armiluſtrium, feſtum apud Rom. quo res diuinas armati faciebant, & ſacrificantes canebant tubis, item locus in quo eiuſmodi ludi fiebant. Varro hoc nomen ab ambitu luſtri dictum putat, quod ibi circumferretur pompa, & equi currerent.

Armiſtæ, Dalmatica gens. Plin.

Armitus, Siracuſanus, potu nimio in ebrietatem lapſus, filias ſtupro contaminauit. Plutarchus.

Arminius, Germanorum Cheruſcorum dux, tempore Æmilij Lepidi conſulis. Corn. Tacitus.

Armifera, Armigera, Armiſona, Armipotens, Pallas à Poëtis vocatur. Ouid. libro 14. Metam. *Nec tamen Armifera ſeruatum cura Mineruæ.* Idem, lib. 3. Faſtorum, *Armiger, Armigera correptus amore Mineruæ.* Virg. 3. Æneid. *Tum nomina ſancta precamur Palladis Armiſonæ.* Et lib. 2.

Peneleï dextra Diuæ Armipotentis ad aram
Procumbit.

Armoni, filius Saul ex Reſpa 1. Reg. 21.

Armoracea, fluuius de montibus Arabiæ deſcendens in ſtagnum, Aſphaltitem erumpit: diuidit Moabitidem & Ammonitidem. Ioſeph. lib. 1.

Armóricæ, vel Aremoricæ, ciuitates Galliæ apud Cæſarem.

Armozum, Ptolemæo *Vadichora*, vel *Badichora*, Arriano, *Harmazanta*. Marcellino. Carmaniæ promontorium eſt ad fretum ſinus Perſici è regione Arabiæ fœlicis. *Cabo Iaſquette* hodie videtur.

Armuzia & Armozei. Plin. lib. 6. c. 25. Armuſa, Ptolem. Harmozia. Arrian. regio in ora Carmaniæ, in qua vineæ coluntur & arua ad flumen Andanin XXV. M. ſpatio. Videtur hodie occupare Ormus regnum & in eo eiuſdem nominis celeberrimum emporium, ad fretum ſinus Perſici. Ortelius.

Arna, ciuitas Lyciæ, Xanthus poſtea dicta Steph.

Steph. Arnæus. Vide *Irus*.

Arna, Vmbrorum Ptolemæo in Italia vrbs, Plinio *Arnates* ſunt, vide Xanthus.

Arnam, filius Raphaiæ, filij Ieſaiæ, filij Phaltiæ, 1. Paral. 3. Lat. exultus, arca eorum, lux, maledictio.

Arnátes, Plinio, populi in Italia, ab Arna Vmbrorum ciuitate.

Arne, Æolij ſecundi filia, Iaſonis mater. Diod. Sic. l. 4. Tzetzes in Lycophron.

Arne, ciuitas iuxta ſinum Maliacum. Plin.

Arne, vrbs Bœotiæ, & alia Theſſaliæ à Bœotis deducta, quæ *Cierium* vocatur (dicunt autem Arnem, Æoli filiam fuiſſe) tertiam Meſopotamiæ, quartam *Eraſiniorum* iuxta Thraciam. Steph. Vide *Charonea*.

Arnéæ, ciuitas Lyciæ. Steph

Arnefridus Lupi filius, propter quem Sclaui, qui Hiſtriam & Dalmatiam incolebant, eum volentes in paternum reſtituere Ducatum, multis incommodis affecti & fugati ſunt à Vectare Vincentiæ Comite. Blond.

Arni, populi quos Hercules Libycus, Latinorum rex, debellauit, & Italia expulit.

Arnine, fluuij nomen inter Pyrgos & portum Herculis, Anton.

Arniſſa, Græciæ vrbs, Taulantiorum regionis in Macedonia. Ptol.

Arnoba Plinio, Abnoba Ptolemæo, Arbona Cornelio Tacito, mons eſt ex aduerſo Raurici, Galliæ oppidi, ex quo Danubium oriri ferunt. Vide *Abnoba*.

Arnóbius, in Africa rhetor, libros de religione Chriſtiana conſcripſit, qui hodie extant.

Arnólphus, Romanorum imperator, imperauit annis XII. Hic quum ad rapinas & templorum ſpoliationes animum conuertiſſet, iuſta numinis ita paulò pòſt morbo pediculari interiit. Bap. Egnat.

Arnólphus, Bauariæ dux, poſt Luithaldum.

Arnolphus, Carlomani ex concubina filius, cui Garnutũ Comitatum Ludouicus conceſſit.

Arnon, i. exultans ſiue arca eorum, aut Lux filij, vel Lux, aut maledictio permanens vel æterna, fluuius Moabitarum, Ioſepho lib. 4. Antiq. Iudaic. c. 4 de montibus Arabiæ fluit, ac per totam ſolitudinem labens, in Aſphaltidem lacum erumpit, ſeiungens Moabitidem & Ammonitida. Hieronymo verò eſt rupes excelſa in limite Amorrhæorum & Moabitarum. Num. 2., Deut. 2. Ioſue 12. & 13. Iudicum 11. Ierem. 46.

Arnon, ciuitas Moabitarum, & deinceps Sehon regis Amorrhæorum. Num. 21. Ioſue 2.

Arnuphis, Ægyptius philoſophus arte magica & dæmonum præſtigiis præſtantiſſimus.

Arnus fluuius Tuſciæ rapidiſſimus, ex Apénino oritur, & Florentiã alluens, in Tyrrhenũ mare effluit. Author Pli. hinc Arnis, dis, & Arnicola.

Arocelum, Hiſpaniæ Tarracon. oppidum. Varrerius.

Arocha, Locrorum in Italia fluuius. Plin.

Arod, i. imperans, ſiue deſcendens, filius Gad, filij Iacob. Num. 26.

Arod, filius Beriæ, 1. Paral. 8 Lat. Onager.

Arodi, filius Gad, filij Iacob. Geneſ. 46.

Aróanius, fluuius Arabiæ apud Pauſan. vide Olbius.

Aróe, ciuitas Achaiæ, à cultu terræ ſic dicta, aliàs Patræ. Steph.

Aróer, i. Myrica, ſiue ſuſcitatio vigiliæ, aut denudatio pellis, aut denudatio æmuli, vrbs Moabitarum, ſita eſt ſuper ripam torrentis Arnon extructa à filiis Gad Deut. 2 Ioſ. 12. & 13. Ier. 46. contra Rabbath. Ioſ. 13. ceſſit tribu Gad. Iud. 11. fit eius mentio. 1. Reg 30. 2. Reg. 24. Numer. 21. 32. 33. 4 Reg. 10.

Aróer, regio circa Damaſcum, (vt alij volunt) Armonis, cuius meminit Iſaias cap. 17.

Aroerni, gens bellicoſa Gallorum. Steph. Aruerni quibuſdam dicti.

Arógilus, primus quadrigam in Græcia iunxit, regnante Argis Phorbante, Euſeb. Vide Ærulus.

Arola Heluetię fluuius, Regino. vulgò *Die Ar*.

Arolus, Beſaltæ regionis in Macedonia vrbs. Ptol.

Aromata, Africæ promontorium, & emporiũ Æthiopiæ ad ſinum Barbaricum. Ptol. *Capo de Guardafu* Mercatori, & *Guardafuni*, Barroſo.

Aróma, vrbs Æthiopum, Steph. Cariæ pagus. Strab.

Aróma, vrbs Cappadociæ, cuius meminit Capella poſt Plinium.

Aroſapes, Arianæ regionis fluuius. Plin.

Aroteres, Æthiopes circa Adalicum ſinum, Plin. gens item Scythiæ, eidem. In ea parte Æmi montis vbi Polydori tumulus. Solinus.

Arotræ, apud Syracuſanos dicuntur liberi quidem, ſed qui ob vnum inopiæ nomen ſeruant. Cæl. lib. 25. c. 18.

Arotus & Marotus, duo angeli, vt fabulatus eſt impoſtor Mahumetus, à Deo miſſi, vt homines docerent, ne occiderent, nec falsò iudicarent, nec vinum biberent: quos quædam mulier forma præſtantiſſima in cœnam inuitauit, eóſque, vt vinum biberent, ſolicitauit. Hi igitur vino cùm incaluiſſent, eam ad amorem concitarunt: quibus illa tandem quidem aſſenſit, ea tamen lege, & conditione, vt verba, quibus in cœlum facilis eſſet aſcenſus quemadmodum illi dictitabant, aperirent: quæ cùm voti facta fuiſſet compos, pollicitis minimè ſtetit: ſtatimque in cœlum rapta, vbi cùm rem omnem, vt fuerat geſta, Deo narraſſet, in ſtellam matutinam, quam Luciferum vulgò

Digitized by Google

ſeu Auroram vocitant, mutata fuit: & angelus vterque grauiſſimas Deo dedit pœnas, vnde Deus hominibus, ne, vt iam illis duobus Angelis acciderat, in poſterum delinquerent, vini vſum prohibuit, hæc author Alcorani.

Arpandes, Ægypti, pro Cambyſe præfectus, poſtea à Dario interfectus. Herod. lib. 4.

Arpani, in ſecunda Italię regione populi. Plin.

Arpeſſus, Thraciæ fluuius in Hebrum cadens. Appian.

Arphad, inſula in Phœnicia, non longè à Damaſco. Plin. lib. 5. c. 31. Pompon. Mela lib. 1. Ezech. 28. Iſaiæ 10. 4 Reg. 19. & Iere. 49. Lat. Lux redemptionis, aut ſternens aliquid ad reclinandum.

Arpháxad, filius Sem, Geneſ. 10. Luc. 3. à quo Chaldæi. Lat. Sanans vel laxans.

Arpi, vrbs Apuliæ quæ Seruio in 7. Æneid. primo Argi, poſt Argyrippa, deinde Arpi dicta, à Diomede condita, quam priùs Argos hippium vocauit, deinde Argyripum. Virg. lib. 11.

Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis, &c. Vide Argyrippa.

Arpiages, Ouid. in Ibin: *Vt puer Arpiage referas exempla Thyeſtæ,*
Inque tui caſus viſcera patris eas. lege, Vt puer Harpagides, &c.

Arpij, Myſiæ inferioris populi. Ptol. 15. id eſt, Harpagi filius, quem Aſtyages Medorum rex patri epulandum appoſuit, quod itidem Thyeſtæ acciderat.

Arpina, ciuitas Elidis, ab Arpina Aſopi filia, Steph. vide Olympia.

Arpina, Aſopi filia, quæ ex Marte Œnomaum peperit. Steph.

Arpinum, Liuio Arpinates Plinio hodie *Abruzzo*, Volſcorum ciuitas inter Foram & Aquinum in monte porrecta, M. Tullij & C. Marij patria: qui inde Arpinates dicuntur. Iuuen. Satyra 8. de Cicerone.

Hic nouus Arpinas ignobilis, & modo Romæ
Municipalis eques, galeatum ponit vbique
Præſidium attonitis. Et paulò pòſt de Mario.
Arpinas alius Volſcorum in monte ſolebat
Poſcere mercedes alieno laſſus aratro.
Arpino nomen habet apud Leandrum.

Arponium, Italiæ oppidum in magna Græcia. Diodor.

Arra, Arabiæ fœlicis oppidum. Plin. & vicus. Ptol. & Chalcitidis locus. Anton. & ciuitas Illyriæ. Stephan.

Arrabo, qui & Narrabo, Pannoniæ, vel, vt hodie, Hungariæ fluuius. Sic Lazius & Wernherus, qui eum Rab vocant. Narabo, apud Ptolemæum legitur.

Arræi, Thraciæ populi Iſtrum verſus. Plin.

Arrebaci, Hiſpaniæ populi. Plin.

Arrhabon, Iberiæ fluuius. Steph.

Arrhade, Arabiæ deſertæ vrbs. Ptol.

Arrhapa, Aſſyriæ oppidum. Ptol.

Arrhapachitis, Aſſyriæ regio. Ptol.

Arrhentia, ciuitas Italiæ. Steph.

Arrhetium, ciuitas Tuſcię. Steph. Vide *Aretiũ*.

Arrhechi, gens Mæotica. Steph.

Arria, matrona Romana, vel Patauina generis nobilitate & pudicitia inſignis, vxor Peti, quæ, dãnato viro, prior ſe gladio confodit, eundémq; deinde eximẽs, viro tradidit, ſuo eũ exẽplo exhortãs, vt fortiter moreretur. Vide *Aria*.

Arrianus poeta, vide *Arianus*.

Arrianus Nicomedius hiſtoricus, Xenophon minor cognominatus, vide Arianus.

Arribantium, Dardaniæ vrbs in Myſia ſuperiori. Ptolemæus, à Lazio in ſua Græciæ tabula. *Vuezitерno* vocatur.

Arrius, Ciceronis familiaris, cuius epulum lautiſſimum commemorat in Vatinium. Horatius quoque lib. 2. Carminum.

Atque epulum (ait) arbitrio Arrij.

Arrius, philoſophus Alexandrinus, qui Auguſto venienti Alexandriam, poſt victoriam Actiacam, ſe obtulit, tantoq; in honore fuit apud eum, vt Auguſtus ipſe palàm ſit faſſus, Alexandrinos tribus de cauſis, ab ſe conſeruatos eſſe: ob Alexandri primùm memoriam: deinde ob vrbis pulchritudinem: poſtremò propter Arrium philoſophum. Plutarch. in Antonio.

Arrius item Alexandrinus, hæreſiarcha, Arrianæ ſectæ auctor, vt ſcribit Ruffinus, li. 10. Cõtra hunc multa Auguſtinus, & alij ſcripſerunt. Hic dum ſuam hæreſim, qua Filium ab æterna Patris ſubſtãtia conabatur abducere, paſſim diſſeminaſſet, acriuſq; ſerperet, & eundo vires acquireret ipſa cõtagio, ſuæ tandẽ impietatis pœnas luit. Etenim dum Conſtantinopoli ſeceſſum peteret, ventris exonerandi cauſa, fluentibus foras inteſtinis, miſerã euomuit animã, eius poſtea iudicium experturus de quo perperã ſenſerat. Volat.

Arronacum, malè legitur in quibuſdam Taciti editionibus pro Arenatum.

Arræci, Bæticæ oppidum in conuentu Hiſpalenſi. Plin. lib. 3. c. 1.

Arryba, & gentile Arribas. Steph.

Arſa, nomen præfecti ciuitatis Therſæ 3. Reg. 15. Lat. voluntas, curſus, maledictionis exitus.

Arſa, ciuitas Hiſpaniæ. Steph.

Arſaces, Parthorum rex, cuius memoriæ hũc honorem Parthi tribuerunt, propter quæſitum conſtitutumq; ab eo regnum, vt omnes deinde reges ſuos Arſaces appellauerint, quemadmodum Ægypti ſuos Ptolemæos. Quin & Parthi ipſi ab eo dicti ſunt Arſacidæ. Lucan. lib. 1.

Plus illa vobis acie, quàm creditis actum eſt.
Arſacidæ, & Arſacæ Straboni lib. 15.

Digiti

Arſaces, Armeniorum rex.

Arſaces, Armenius ciuis, proditionis conuictus à Iuſtiniano Imperatore, hoc ſupplicij genus tulit, vt camelo inſidens, ac per vrbem circunductus ſe omnibus viſcendum præberet. Cęl. Rhod. lib. 7.

Arſacia, priùs Europus, vrbs in Media, ſic à Parthis appellata. Volater. Stephanus ait magis quàm Mediam ad ortum ſitam, & incolas Arſacidas vocari, vide *Raſa*.

Arſaciana, ſiue Nouis, Pannoniæ Sauiæ vrbs. lib. Notit.

Arſæ, Arabiæ fœlicis gens. Ptol.

Arſacius, Conſtantinopolitanus Epiſcopus.

Arſagalitę, populi ad Indum fluuium, Caucaſo monti contermini. Plin. lib. 6. c. 20.

Arſalis, rex Canæ.

Arſametes, Aſiæ fluuius circa Parthiam aut Armeniam. Tacit. Annal. 15.

Arſames, vel Arſes, Ochi filius, 15 Perſarum rex, regnauit annis IV. Euſeb. ad annum. 1678.

Arſamote, oppidum maioris Armeniæ. Euphrati proximum: de quo Plin. lib. 6. c. 9.

Arſames, Siciliæ præfectus, igne & ferro regionem vaſtat, vt hoſti Alexandro ſolitudinem faceret. Curtius lib. 3.

Arſamia, vrbs Germaniæ. Ptol.

Arſames, Artaxerxis filius, qui fratris Ochi inſidiis periit. Plut.

Arſanias, Armeniæ fluuius in Euphratem defluens, quem Tigridi miſceri volunt: & demum cùm leuius fluat, ſeparari, & in Euphratē mergi.

Arſaratha, vrbs Armeniæ Maioris.

Arſatianum, Pannoniæ vrbs. Anton. hodie *Arſa*.

Arſen, Arcadiæ fluuius.

Arſena, palus Armeniæ maioris, nitroſa & vnius generis piſces habens, per quam Tigris fluit. Strabo.

Arſenaria, Mauritaniæ Cæſarienſis colonia, Ptol. lib. 4. c. 2. Plin. lib. 5. c. 11.

Arſenotheylas eos antiqui eſſe dixerunt, qui vtrumque ſexum participarent, quaſi maſculo fœminas, quo nomine quædam quoque animalia ab Ariſtotele nominantur, ſemetipſa ineuntia. Cæl. Rhod. lib. 19 c. 12.

Arſenium, Germaniæ oppidum apud Ptol. lib. 2. cap. 11.

Arſenius, fuit Rom. patricius, qui quum vocem hanc ab incerto authore audiuiſſet: Fuge, tace, & quieſce, relicta paterna hæreditate ad cœnobium properauit.

Arſenus, lacus in Armenia quem etiam Thoſin vocant, nitroſus plurimum, vnde veſtes dilacerat ac rumpit, & propterea eius aqua non bibitur. Strab. lib. 1. vide ſupra Arſena.

Arſeſa, Armeniæ maioris regio. Ptolem.

Arſia, Hetruſcorum ſylua, Romanorum cum Veientibus & Hetruſcis pugna celebris, ab Arſio heroe ſic dicta. Vrſos à Plutarcho, Liu. & Halic. lib. 5.

Arſia, Italiæ fluuius, Campaniam præterfluens, cuius latitudinem ab vno latere diſterminat, Varo fluuio alterum occupante. Plinius libr. 3. cap. 6.

Arſiana, Suſianæ vrbs. Ammian.

Arſicodani, Arabiæ fœlicis populi. Plin.

Arſicóras, Sardorum rex tempore Annibalis.

Arſicua, Germaniæ vrbs eſt Ptolemæo, *Bryn.* Sileſiæ eſt Villanouano.

Arſietæ, gens Sarmatiæ Europeæ. Ptol.

Arſinarium, promontorium Libyæ interioris. Ptolem. hodie *Cabo verdo*.

Arſinoë Ptolemæi Lagi filia, Ptolemæi Philadelphi & Ptolemæi Cerauni ſoror, Lyſimachi Macedonum regis vxor, marito mortuo à fratre Cerauno Macedoniç regnū ambiente & nuptias eius ideò petente decepta, illum in vrbem ſuam Caſſandream vltro inuitat, filióſque ſuos Lyſimachum ſexdecim annos natū, Philippum triennio minorem, vtrumque forma inſignem, coronatos occurrere iubet, quos Ptolemæus ad celandam fraudem, cupidè & vltra modum veræ affectionis amplexus, oſculis diu fatigat. Vbi ad portam ventum eſt, occupari arcem iubet, pueros interfici: qui quum ad matrem confugiſſent, in gremio eius, inter ipſa oſcula trucidantur. Proclamante Arſinoë quod tantum nefas aut nubendo, aut poſt nuptias contraxiſſet, pro filiis ſæpè ſe percuſſoribus obtulit, frequenter corpore ſuo puerorum corpora amplexata protexit: vulneráque excipere quæ liberis intendebantur, voluit. Ad poſtremum etiam ſpoliata funeribus filiorum, ſciſſâ veſte & crinibus ſparſis, cum duobus ferculis ex vrbe protracta, Samothraciam in exilium abiit, eo miſerior quod mori cum filiis ei non licuit. Iuſt. lib. 17. & 24.

Arſinoë, Ptolemæi Auletæ filia minor, Cleopatræ ſoror, dum Cæſar in regia Alexandriæ obſideretur vacuam poſſeſſionem regni ſperans ad Achillam ſe ex regia traiiecit: vnáque bellum adminiſtrare cœpit: ſed mox controuerſia de principatu inter eos orta, cùm vterque vtrique inſidiaretur, Arſinoë per Ganymedem nutricium ſuum Achillam interfici curat, atque hoc modo imperium obtinuit. De hac Lucanus in fine lib. 10.

—nec non ſubrepta paratis

A famulo Ganymede dolis peruenit ad hoſtes

Cæſaris Arſinoë, &c. Cæſar de bello ciu. lib. 3. Pauſan. de bello Alexandrino.

Arſinoë tres in Cypro maritimæ ciuitates huius nominis: vna inter vtramque Paphum, hodie *Aſdimo*: alia inter Pædalium & Salaminem,

hodie *Famagoſta*: tertia, circa Callinuſam, hodie *Leſcaro* Luſignano. Strab. Ptol. Item, vrbs Ægypti. Ptol. hodie *Sues*. Alia item in Ætolia, in Syria, Cœleſyria, Cilicia, & alibi, ita vt quatuordecim vrbes huius nominis extare ex veterum conſtet monumentis.

Arſinoe, olim Epheſus in Cyrenaica regione, Stephano à Ptolemæo Philadelpho. Arſinoes fratre ædificata; cuius vrbis fluuium Ptolemæum appellauit.

Arſinoe, Ptolemæo, quæ & *Teucheira* Marcellino Pentapoleos in Africa oppidum, *Taucheira* per a, in prima legitur apud Stephanum, qui alio in loco illud *Tregeira* appellat. *Toacara* Mercatori *Trochara* Oliuerio.

Arſinoe Ægypti ciuitas ad Nilum eſt, quæ olim quoque Crocodilorum ciuitas dicebatur, Strabone teſte.

Arſinoe, Ptolemæo Ægypti vrbs, ad ſinum Arabicum. Hanc ſcribit Becanus à Moyſe *Bagulſephon* vocari, licet alij *Beelſephon* malè efferant *Sues* hodie, P. Gylius Stuckius à Sarracenis *Barraarn* dici ait.

Arſinoe, vrbs Trogloditica, prius Olbia dicta. Steph.

Arſinoe, apud Strabonem Ætoliæ oppidum eſt, antea Conopa dictum. Vide Epheſus, Marium & Patara.

Arſinus martyr, ſub Decio apud Alexandriam martyrio coronatus.

Arſiſaca, Mediæ vrbs. Ptol.

Arſitis, Hyrcaniæ regio. Ptol.

Arſonium, vrbs Germaniæ Ptol.

Arſopæ gens circa Pontum Euxinum. Orph. in Argonaut.

Arſyſa, Ptolemæa in Latinis codicibus, ſed melius Areeſa vt, Græcè ſcriptum habet. Armeniæ maioris palus, *Giocho* ex recẽtiorum tabulis hodie videtur. Vide ſupra Arethuſa & Arſena.

Arſyſia, regio Pſyrorum & Chij. Steph.

Artabanus filius Hiſtaſpis, & frater Darij, præfectus prætorio. Xerxem bellum Græcis inferre parantem primò diſſuadere conatus eſt, ſed poſtea bello II. Græciæ infeliciter à Xerxe geſto, deficiente regis maieſtate, in ſpem regni adductus, adiuuante Mithridate Eunucho Xerxem obtruncat & Darium maiorem natu filium apud Artaxerxem minorem natu accuſat parricidij hortatúrque vt parentem vlciſcatur, & pœnas ſumat de fratre, & regnum occupet, itaque ita Darius innocens & non auditus trucidatur, atque Artabanus in ſocietatem regni aſſumitur ab Artaxerxe per ſeptem ferè menſes. Inde quum Artabanus etiam Artaxerxi inſidias ſtrueret, trucidatur. Diodor. Verùm Iuſtinus hiſtor. 3. hæc paulò aliter narrat, nempe Artabanum quum certamina principum de regno metueret, aſſumpſiſſe in ſocietatem conſilij Bacabalum, qui præſenti ſtatu contentus rem prodidit Artaxerxi, vt pater eius occiſus eſſet, vt frater falſa parricidij ſuſpicione oppreſſus, vt denique ipſi pararentur inſidiæ, quibus cognitis Artaxerxem, veritum numerum filiorum Artabani, in poſterum diem paratum eſſe armatum exercitum iuſſiſſe recogniturum & numerum militum & in armis induſtriam ſingulorum. Itaque quum inter cæteros ipſe Artabanus armatus aſſiſteret, regem ſimulaſſe ſe breuiorem loricam habere, iuſſiſséque Artabanum ſecum commutare, quem exuentem ſe, ac nudatum, gladio traieciſſe: tum & filios eius corripi iuſſiſſe.

Artabanus, Parthorum rex, ex Arſacidarum genere inimicus Tyberij Cæſaris, Armeniam inuaſit, quem Artaxerxes Perſa eius miles interfecit, regnúmque Perſis reſtituit annis ab vltimo Dario, qui victus fuit ab Alexandro, DXXXVIII. regéſque deinceps Perſarum, non Parthorum dicti ſunt.

Artabatitæ, Æthiopes, quadrupedum ferarum modo vagi. Plin. Iſidorus. Solinus.

Artabazus, Darij ſingularis amicus. Curtius lib. 5. ſe cum nouem filiis comitantibus Alexandro dedit, poſt interitum Darij. Curt. lib. 6.

Artabazus, alius ex ducibus Xerxis, qui re infœliciter aduerſus Græcos geſta, cum paucis ſuorum effugit. Herod. lib. 9. alij Artabazen vocant.

Artabri, Luſitaniæ & Hiſpaniæ populi, qui etiam Artabritæ dicuntur: ita dicti ab Artabro vicino promontorio. Strab. lib. 3.

Artabrum, promontorium Hiſpaniæ. Plinius.

Artaca, ſeu Artace, in Cyzicenorum inſula mons eſt arboribus plenus: ante quem iacet quędam parua inſula eodem nomine: prope eſt promontorium, quod Melanos appellatur. Strabo 12. & 13.

Artacacna, Bactrianæ regionis oppidum. Curtius libr. 6. Alij Arcana, Artacoana, & Chortacana legunt.

Artace, Mileſiorum colonia in Aſia, quam Stephanus Phrygiæ ciuitatem facit. Plin. portum. Ptol. villam appellat.

Artace, caſtellum Bithyniæ. Ptol.

Artacena, regio Aſſyriæ circa Arbelam. Strabo lib. 16. in qua Darium Alexander ſuperauit.

Artacæas, dux in exercitu Xerxis. Herodot. lib. 7. Hic totius exercitus vno rege excepto proceriſſimus: quippe qui ad ſtaturam quinque cubitorum quatuor tantum digitorum deerat altitudo.

Artacæos, inſula in Propontide, cum oppido eiuſdem nominis. Plin. lib. 5. c. 33.

Artaci populi Thraciæ, Steph.

Artacia, fons apud Leſtrygonas, Odyſſ. 10. alij alibi.

alibi collocant, videlicet circa Lami vrbem, vel circa Caietam,& circa Propontidem.

Artacina, Cretæ vrbs. Ptol.

Artacoana. Ariæ regionis regia. Arrian. libro 3. Vide Artacacna.

Artæa, regio Perſica, cuius incolæ Artæi, vel Arteatæ.

Artæi murus, oppidum iuxta Rhyndacum fluuium. Steph.

Artagéras, ſeu Artagera Armeniæ maioris vrbs. Strabo Paterculus.

Artagerſes, dux Caduſiorum, quem Cyrus interfecit. Plut.

Artagigarta, Armeniæ maioris oppidum. Prolemæus.

Artagira, Libyæ interioris vrbs. Ptolem.

Artamis, Pentapolis in Africa regionis vrbs. Ptol.

Artanes Sophenus, rex Armeniæ Auſtrales partes tenuit, eas maximè quæ vergunt ad Occidentem, à Tigrane deletus eſt, Strabo lib. 11. Eſt & Artanes, fluuius in Iſtrum defluens, Herodot. libr. 4.

Artaniſſa, Iberiæ Aſiaticæ oppidum. Ptol.

Artaphérnes, vnus ex Ducibus Darij, primus Sardium præfectus, apud Marathonem debellatus Herod. lib. 7.

Artatus, Illyriæ amnis, Liu. lib. 44. hodie *Fiume della Iſtria.*

Artauaſdes, ſeu Artuaſdes Tigranis filius, maioris Armeniȩ rex, eruditiſſimus fuit, & non modo tragœdias ſcripſit, verum etiam orationes atque hiſtorias commentatus eſt, Craſſum bello contra Parthos iuuit & tamdiu floruit, quamdiu Romanorum amicitiam coluit, Qqum autem Antonium Parthis prodidiſſet in bello contra eos ſuſcepto, Antonius eum & legationibus & promiſſis eò dedexit vt in caſtra ad ſe veniret, vbi ſtatim comprehenſus fuit, & Armenia ipſa rege abſente ſubiugata, ipſeque rex Alexandriam in Ægyptum abreptus, & in triumpho per vrbem deductus eſt, catenis aureis vinctus, habitúſque aliquantiſper in cuſtodia, bello tandem Actiaco glicente interfectus eſt Dio. Strabo lib. xi. ſub finem Appianus in Parthico, & Plutarchus in Craſſo.

Artanaſdus Leonis Iſaurici gener, quum Conſtantinus Copronymus affinis ſilius contra Saracenos in Aſiam mouiſſet, imperium inuadit, Imagines Conſtantinopoli reſtituit, vt vulgum ſibi conciliet, & liberos Conſtantini captos in vinculis habet, ſed aliquot prælijs à Conſtantino victus, tandem à plebe Conſtantinopolitana pellitur, & à Conſtantino cum filijs capitur, illiſque oculi eruuntur. Cedren. Miſcell.

Artaunum, vrbs Germaniæ, Ptolemæo: hodie Herbipolis, vulgò *Vuirtzburg.*

Artaxa, vel Artaxias, dux militiæ apud Antiochum magnum. Ilo à Romanis deuicto, Armeniæ regnum tenuit, à quo Tigranes originem traxit. Strabo lib. 11.

Artáxata, vrbs Armeniæ maioris. Strab. lib. 11.

Artáxata, Artaxiaſata appellata, quam Annibal Artaxiæ regi condidit, ad Araxem fluuium. Item Artaxata iuxta fines Atropatræ propè Araxem. Steph. eſt tantùm pluralis numeri Iuuen.

Sic prætextatos referunt Artaxata mores.

Artaxerxes, generale nomen eſt, vt Lyrano & Metaſtheni Perſæ placet, regum Perſarum: quemadmodum Cæſar, Romanorum Imperatorum. Pharao ſeu Ptolomæus regum Ægyptiorum, &c. de huius vocis origine vide Ioſephum Scaliger. in libris de emendatione temporum.

Artaxerxes, XII. Perſarum rex, qui & Ochus, regnauit annis XXVI. Euſeb.

Artaxerxes, filius Xerxis, regis Perſarum, Longimanus & Aſſuerus dictus, ex pellicibus habuit filios CXV. & ex iuſto matrimonio tres, Darium, Ochum, & Ariaraten: quorum Darius à patre rex factus, contra patrem leui de cauſa cum quinquaginta fratribus coniurauit: qui omnes cum vxoribus & filiis à rege ſunt occiſi. Author Iuſtinus poſt Trogum. Hic aiebat, Beneficium dare longe magis regale, quàm auferre.

Artaxerxes, Cyri iunioris frater, cognomento Memor. Huic cùm pauper quidam malum ingentis magnitudinis obtuliſſet, iucundè ſuſcepit: Per Solem, inquiens, hic is mihi videtur: quem vrbem quoque ex parua magnam reddere poſſe exiſtimem.

Artayctes, Perſa fuit Secti præfectus ſub Xerxe. qui quum multa nefariè perpetraſſet, tandem à Xantippo Athenienſium duce captus, viuus palo ſuffixus eſt. Herod. lib. 6.

Arteatæ, gentes Perſicæ, Herod. lib. 1. hiſtor. 1. Stephanus in Artæa: quanquam & inferius apud eundē ἀρτεάτου, pro ἀρτεάτου perperā ſcribitur.

Artemas, nomen viri, Tit. 3.

Artémbares, vir clarus apud Medos. Herod.

Artemidis ara, vide Zela.

Artemidôrus Gnidius, Romæ Græcas literas docuit Bruti familiaris: libellum de coniuratione obtulit Cæſari, extremo die ingredienti in ſenatum, vt ſtatim legeret: quod ille minimè fecit. Plutarch.

Artemidôrus Daldianus, ex Daldis ciuitate Lydiæ, ſcripſit de interpretatione ſomniorum, de auſpiciis, & de Chiromantia. Suidas.

Artemidita, Armeniæ minoris oppidum. Ptolem.

Artemis, Dianæ ſiue Lunȩ cognomen, à luminis eius natura: ſiue ab eo, quod aërem ſecet, quaſi ἀερότομος ſiue (vt Strab. lib. 14. tradit ἀπὸ τοῦ ἀρτεμέας ποιεῖν, quod integros reddat per-

Digitized by Google

tus,& parientibus præſit.

Artemiſia,Lygdamis filia,paternum genus ex Halicarnaſſo, maternum è Creta deducens Halicarnaſſeorum, Coorum, Niſyriorum,& Calydniorum regina, virilis audaciæ fœmina in auxilium Xerxi contra Græcos venit, & adeò ſtrenuè ſe geſſit, vt Xerxes diceret. Viri quidem extiterunt mihi fœminæ; fœminæ autem viri. Hanc Aminias Palleneus Atticæ nauis trierarchus inſequutus eſt,non priùs deſtitutus quam aut illam cepiſſet, aut ipſe captus eſſet, quippe trierarchis Atheníenſium præceptum erat,vt eam caperent, propoſitúmque premium decem millium drachmarum, ei qui viuam cepiſſet. Indignè enim ferebant mulierem aduerſus Athenas militare. At illa prudentia ſua euaſit.Herodot. Iuſtin.Suidas.

Artemiſia,filia Hecatomni,Mauſoli.Cariæ regis ſoror & vxor, inſigni pudicitia prædita, viri demortui cineres vino commiſtos ebibit: ad funus quoque ornandum primos Græciæ oratores accerſiuit: huicque ſplendidum erexit ſepulchrum, vt magnifica omnia monumenta, Mauſolea deinceps ab illius nomine fuerint appellata.Gellius libr.10.Suid. Vitruuius libro ſecundo.

Artemiſium, promontorium Eubœæ, cuius Demoſthenes meminit in Oratione pro Cteſiphonte.Suidas.

Artemiſium,Dianæ ſimulachrum. Item Artemiſius apud Macedones Maium menſem ſignificat.Suidas.

Artemiſium, lacus prope Ariciam, Dianæ ſacer, quaſi Dianium dictum: Latini Nemorenſe dixerunt,vnde & Nemorenſis rex,& ſacerdos illius regionis.

Artemiſium, vrbs Œnotrorum in Mediterraneis.Eſt & Eubœæ ciuitas.

Artemiſius,mons Arcadiæ.Plin. lib. 4. in quo Artemiſia herba.

Artemita,ciuitas quingentis ſtadiis à Seleucia diſtans, ad Orientem expoſita. Strab. libr. decimoquinto.

Artemita,Stephano inſula eſt,contra Acheloi fluminis oſtium.Artemia Straboni dicitur.Fortè Artemiſia Plinij eſt.

Artemita,inſula Tuſciæ, iuxta Thaliam inſulam.

Artemita,ciuitas Parthyæorum ad Cherroneſum circa oſtia Alcheloi, ſic vocari ſcribit Strabo.Eſt etiam inſula prope Oxeas inſulas. Steph.

Artemite,inſula Ortygiæ proxima,quam alij Celaduſam vocant.

Artemitium, vrbs Œnotrorum, aliàs Artemiſium.

Artémius, præfectus carceris Romæ, vnà cum vxore Candida & Paulina filia iacent in via Aurelia, martyres ſub Adriano principe. Author Volater.

Artêmon,medicus,quem Plin.lib.28.cap.1.ex hominis cremati caluaria aquam propinaſſe ſcribit aduerſus morbum Comitialem.

Artemon, pictor nobilis, cuius opera enumerat Plin.lib.35.cap.11.

Artemon, Syrus quidam ex infima plebe Antiocho regi adeò ſimilis, vt Laodice coniux regia necato iam Antiocho per eum mimum commendationis,regniique ſucceſſionis peregerit, vt tradit Plin.lib.7.cap.12.

Artemon,faber,qui è paupere diues, voluptariam vitam agere cœpit, vt eſt apud Athenæum. Hic circumlaritius eſt cognominatus.

Artémona, Plauto, mulier quædam ab ἀρτάζω perficio, quod perficeret quæ vellet, quod eſſet egregiè dotata.

Artêna, vrbs à Romanis capta, anno ab vrbe cond.& exactis reg.CCCIV.Liu.lib.4.

Arthabaticæ, ſunt populi qui inſtar ferarum vagantur.Plin.libr.6.cap.30.Solin.

Arthefium,regio Flandriæ vicina,igne ferróque ab Anglis vaſtata, anno M.CCCC.XXVI. Carolo VII. apud Francos regnante.

Arthûrus,Britanniæ dux.

Artiaca,Galliæ vrbs.Anton.

Articaudna, Ariæ vrbs.Ptolom.

Articuleius Pætus, conſul, tempore Traiani Imperatoris.

Artigis, Hiſpaniæ ciuitas. Ptol. *Albama* dicta.

Artigula, inſula in Æthiopia, in qua primum viſum eſt animal ſphingion. Plinius libro ſexto cap.29.

Artilzarmin,IV.Medorum rex,regnauit annis L.Metaſt.

Artimiripes, Armeniæ rex, quem Antonius vicit.

Artines, VII. Medorum rex, regnauit annis XXII.

Artobriga, Vindeliciæ vrbs in Germania. Ptol.hodie *Valtemburg*.Aliis *Altzburg & Regenſpurg*.

Artiſſa,vide Arethiſſa.

Artóchmes, vnus è Xerxis ducibus, qui Darij filiam vxorem duxit.Herod.lib.hiſt.7.

Artomici, vel Aremici, populi extra Celtas, Belgas & Aquitanos citra Rhodanum, finitimi Volſcis, non longè à Gaballis, Aruernis, Heluiis, Rhutenis, Maſſilienſibus & Cadurcis. Hos coniectura eſt fuiſſe Artomicorum populos, quorum ciuitas eſt Epiſcopalis & prouinciæ Viennenſis in finibus Galliæ Prouinciæ Romanorum, quos Auracenſes dicimus, vbi Principatus eſt Francorum regi non ſubditus. Vulgò *Aurange*. Alij dicunt eſſe populos quos Armeniacenſes nunc appellamus, vulgò, *La Conté d'Ar-*

d'Armaignac, De his Cæſar lib.7.Comment.

Artontes, Mardonij regis Thebarum filius, Pauſan.in Bœoticis.

Artos, rex Meſapiorum.

Artotyritæ hæretici, quibus oblatio eorum hoc nomen dedit: offerebant enim panem & caſeum, dicentes à primis hominibus oblationes de fructibus terræ & ouium fuiſſe celebratas. Epiphan.

Artymneſus, ciuitas Lyciæ, Xanthiorum colonia, Steph.

Artynia, ſtagnum minoris Aſiæ, circa Cyzicum & Miletopolim ciuitatem, ex quo Rhyndacus fluuius, antea Lycus denominatus oritur, Aſiam & Bithyniam diſterminans. Steph. Plin. lib. 5.cap.32. Aphnitis quoque dicta.

Aruales, duodecim fratres ſacerdotes, quos Romulus primus inſtituit, ſéque inter illos nominauit, quorum officium erat, Cereri & Baccho pro frugum & vini vbertate Ambaruales hoſtias mactare: quæ idcircò dicebantur, quod antequam mactarentur, ter circum arua ducerentur, Virg 1.Georg.

Térque nouas circum fœlix eat hoſtia fruges.

Aruæ, Hircaniæ oppidum, vbi clementer recepit Alexander M.Darij Perſarum regis mortui præcipuos duces. Curt.lib.6.

Arualtis, Libyæ interioris mons. Ptol.

Aruarij, Indiæ intra Gangem populi. Ptolemæus.

Arubóch, nomen ciuitatis, 3.Reg.4. Lat.Cataractæ,ſiue feneſtræ,aut inſidiæ vel locuſtæ.

Arucci, Hiſpaniæ Bæticæ & Hiſpalenſis conuentus vrbs. Plinius. Ptolem.inſcriptio antiqua huius loci alij Aruci legunt; hodie *Moron*, vt vult Cluſius.

Arucia, oppidum Illyrici. Ptolem.

Aruerna,ſeu Aruernæ, ciuitas Galliæ Epiſcopalis in Aquitanica prima hodie *Clermont*.

Aruerni,Stephano,populi Galliæ ad Ligerim ſiti, qui quod ſe à Troianis oriundos putarent, Romanorum ſe fratres appellare non dubitarent. Lucanus lib.1.

Aruerni noſtros auſi ſe dicere fratres.

Hi cùm aduerſus Cæſarem arma cepiſſent, duce Vercingentorige, ingenti ſuorum clade ſunt ſuperati. Gall *Auuergne* Strabo lib.14.

Aruiſium, promontorium in Chio inſula,generoſiſſimo vini genere nobilitatum. Virg.6.Eclog.

Vina nouum fundam calathis Aruiſia nectar.

Budæus ea eiſe exiſtimat, quæ hodie literæ vnius adiectione Maruiſia dicuntur: quæ tamen non tam à Chio, quàm è Creta inſula aduehi conſtat. Volater.

Aruiragis, rex Britanniæ Iuuenal. Sat.4.

Aut de temone Britanno excidit Aruiragus.

Arula, vulgò *Le Loir*, fluuius, qui ciuitatem Galliæ nomine Caſtoldunenſem, Gallicè *Chaſteaudun*, alluit: cuius eo anno quo Childebertus, Francorum rex, ab vxore veneno peremptus eſt, aqua ſponte feruens, & ebulliens, ingentem piſcium copiam in ripam eiecit. Amm. Monach.lib.3.c.85.

Arum, i.excelſus, ſiue ſublimis, aut ſeparans, proiiciens, pater Aharchel. 1.Paral.4.

Arun, vicus Samariæ, Ioſeph. belli Iud. lib.2. cap 3.

Arúnca, vrbs Italiæ, ab Auſonibus condita. Feſtus.

Arúci,Bæticæ populi apud Plin. vide Arucci.

Arúnci,Samnitum populi in Italia. Liu.li.18. Virg.Æn.7. *Aruncos ita ferre ſenes,&c.*

Arund. Hiſpaniæ Bæticæ vrbs. Plin. Ptolem. *Ronda* hodie.

Aruns, vates Tuſcus, diuinandi ſcientia inſignis, Lucan.lib.1.

Acciri vates, quorum qui maximus ætò

Aruns incoluit deſerta mœnia Lunæ.

Aruns, miles Troianus, qui Camillam occidit apud Virg. lib.11. Æneid.

Aruns, Tarquinij Superbi filius, natu maximus, qui in ea pugna, quæ ad Regillum Lacum facta eſt, Iunium Brutum interemit, ab illo viciſſim haſta traiectus eſt. Liu.lib.2.ab vrbe condita.

Arúntius Paterculus, Æmilio Cenſorino tyranno Ægeſtæ equum æneum, vt ſontes includeret, à ſe conflatum donauit, cui ipſe primùm à tyranno iniectus eſt. Plutarc. in Paral. minoribus.

Arúntius Stella, natus ex familia conſulari, floruit eo tempore, quo Flauij Cæſares Romæ imperarunt. Violantillam puellam Neapolitanam in vxorem duxit, quam Martialis Anthiden Græcè vocat. Scripſit Elegias & opus de Aſteride, & poema de interitu Columbæ. Prætor Romæ creatus eſt & Duumuir.

Aruntius, cùm Bacchi ſacra deſpicaretur, vlciſcenti numine in ebrietatem lapſus filiam Medulianam corrupit. Quod ægrè ferens puella patrem ipſum interfecit. Plutarch.in Paral.

Arupenum, Iapidum vrbs apud Strabonem. Alij Arupium vocant.

Arupnum, Galliæ oppidum in Aquitania. Sidonius ep.7. ſed alij Auernam legunt.

Arus, fluuius, vide Drys.

Arunuij, Galliæ Lugdunenſis populi. Ptol.

Aruzis, Mediæ vrbs. Prol.

Arxama, Meſopotamiæ vrbs.

Arxana, Armeniæ regio. Procop.

Arxatá, vrbs Armeniæ, propè Araxen fluuium, & iuxta fines Atropatiæ. Strab. lib.11.

Arxippus, 111. Athenienſium Archon impe-

Digitized by

rauit annos xix.

Aryandes, Ægypti prætor, à Cambyſe conſtitutus, aliquanto poſt tempore quum æmulari Darium vellet, ab eo eſt interfectus. Herod. libro 4.

Arycanda, ciuitas Lyciæ. Steph.

Arymmagdus, Ciliciæ fluuius, Ptol. Sequino dicitur Nigro.

Arymphæi, ſunt populi. Plin.

Arype, ciuitas Ægypti, cuius ciues Arypes. Steph.

A S

Aſa, filius Abiæ, pronepos Salomonis, Rex Iuda, zelo veræ pietatis & virtute bellica præſtans, profligauit Zethæ Æthiopis exercitum qui 1000000. conſtabat, 1. Reg. 15. & 2. Paral. 14. matrem Mahacam à regni adminiſtratione remouet, eo quod idolum ſibi confeciſſet, Benadadi Syri opera Baaſam regem Iſraelis fugat. Tandem podagra laborans in medicis magis quàm in Deo confiſus, moritur, ibid.

Aſa Leuita, filius Elkanæ. 1. Paral. 9. 16.

Aſabel, filius Benjamin. Gen. 46. qui 1. Paral. 7. Iadiel dicitur.

Aſaborum, Arabiæ fœlicis promontorium, apud Ptol. *Mochandan*. Ioannes Barrius vocat.

Aſachæi, populi in montibus Æthiopiæ, abſunt à mari dierum quinq; itinere, viuentes elephantorum venatu. Pli. li. 8. Soli. apud quos maximè naſcuntur dracones. dicuntur & Aſachæ.

Aſacus, fluuius alluens Heracleam ciuitatem ſitam ad radices montis Œtæ. Liu. lib. 5. belli Macedonici.

Aſæ, vicus Corinthiacus, & aliæ Thraciæ, Steph.

Aſæa, mons. Suidas.

Aſæus, vnus ex principibus Græcorum interfectus ab Hercule. Homerus lib. 11. Iliad.

Aſael, i. fecit Deus, filius Seruiæ, frater Ioab, interficitur in bello cum Iſboleth. 2. Reg. 2. 2. Reg. 23. 1. Paral. 2. 2. Paral. 31.

Aſaia, i. fecit Dominus, ſiue factura Domini, ſeruus Ioſiæ regis, 4. Reg. 22. Nomen item principis. 1. Paral. 4. 6. 9. 15.

Aſalaminius Bacchus cognominatus eſt ab Ariſtophane, q. d. imbellem, à naue illa Athenienſium Salaminia, qua in difficilibus rebus vtebantur.

Aſalelphôni filia Etom. 1. Paral. 4 Lat. vmbra vel ſubmerſio, aut ſonitus vel tinnitus vultus.

Aſalia, i prope Dominum, ſiue ablatio vel ſeparatio Domini, pater Saphan Scribæ. 4. Reg. 22.

Aſama, Ptol. Mauritaniæ Tingitanæ fluuius. *Omirabi* Caſtaldo.

Aſampatæ, populi circa Mæotim. Plin. lib. 6. cap. 9.

Aſan, ciuitas in tribu Iudæ. Ioſ. 15. 19. 2. Reg. 30. 1. Paral. 4. & 6. Lat. fumus, aut fumigans.

Aſana, pater Oduia, 1. Paralipom. 9. Lat. Rubus.

Aſanea, Germaniæ vrbs apud Ptolemæum, ex qua Villanouanus *Clepperu* facit, Poloniæ ciuitatem.

Aſander, viri proprium, apud Strabonem, li. 7. qui Tauricam Cherſoneſum à continente ſeparauit, ducto per eius Iſthmum muro, à ſinu Carcinitico vſque ad Mæotim paludem.

Aſania, aut Aſana, fluuius Mauritaniæ circa montem Atlanticum Solin. Ptol.

Aſaph, filius Barachiæ, filij Samna. 1. Paral. 6. Pater item Zechri, 1. Paral. 9. Lat. colligens, aut finiens.

Aſar-mahat, dux Iudæorum, imperauit annis ix.

Aſarhaddon, i. ligans acumen, vel lætitiam, filius Sennacherib, qui poſt eum regnauit, 4. Reg. 19. Iſai. 37.

Aſaramel, nomen loci, 1. Machab. 14.

Aſarela, nomen viri, 1. Paral. 25. Lat. beatitudo Dei, aut intuens fortem vel quercum, ſiue greſſus Dei.

Aſarota fuerunt pauimenta, in quibus variis coloribus cœnarum reliquiæ depictæ erant, ita vt facilè quis falli potuiſſet, exiſtimans veras eſſe reliquias & totum pauimentum non fuiſſe verſum quum tamen reuera diligentiſſimè purgatum erat. Sic Zeuxidis vuæ pictæ aues decipiebant, & Parrhaſij linteum ipſum Zeuxin. Itaque pauimentũ hoc quoad apparentiam tantùm ἀσάρωτον (ab α priuatiua & σαίρειν) & factitiis cœnarum reliquiis conſperſum erat, ne ſcilicet dum veræ reliquiæ, & ſordes in illud è menſa decidebant, tam facilè animaduerterentur. Hoc confirmatur eleganti Plinij loco libro 6. c. 25. vbi ſic ait: *Celeberrimus fuit in pauimentorum genere Zenodorus, qui Pergami ſtrauit, quem vocant ἀσάρωτον οἶκον, quoniam purgamenta cœnæ, quæque euerri ſolent, in pauimento veluti relicta fecerat, paruis è teſtulis, tinctiſque in varios colores.* Statius Syluar. lib. 1.

Nam ſplendor ab alto

Defluus, & nitidum referentes aëra teſtæ.

Aſaſobas, fluuius Æthiopiæ iuxtà Meroen. Heliodorus Æthiopicæ hiſtoriæ libro decimo.

Aſbaim, i. Damulæ, vel pulchritudines, ſiue militiæ, nomen viri, 3. Eſd. 7.

Aſbamea, fons in Cappadocia, à Græcis Iouis periuri vocatus, ab incolis fons inextinguibilis, quod perpetuo ferueat: cuius aqua frigefacta periuros detegit ſi eam ebiberint, ait Philoſtratus.

Aſbamæus, Iupiter cognominatus eſt. Ammian. lib. 3. Apud Aſbamæi Iouis templum in Cap-

Digitized by Google

Cappadocia, ſtagno effluens fons cernitur, qui magnitudine aquarum inflatus ſeſe reſorbens nunquam extra margines intumeſcit.

Aſbel, i. ignis vetuſtatis, aut ignis defluens, vel decidens, filius Benjamin, Gen. 46. 21. qui 1. Par. 7. 11. Iadiel dicitur.

Aſbelitæ, populi, Num. 26.

Aſbyſtæ, vel Aſbeſtæ, populi Lybiæ ſupra Cyrenem, apud quos vulgatiſſimum Ammonis templum inter medias arenas conditum eſt. Ptol. Sunt & alij Aſbytæ apud eundem. Ptol. diuerſi ab Hammoniis. Haſbitæ Plinio, horum meminit etiam Silius lib. 2.

Aſbolus, vnus ex canibus Actæonis, à fuligineo pilorum colore. Nam ἄσβολος Græcis fuligo eſt Ouid. 3. Metam.

Et niueis Leucon, & villis Aſbolus atris.

Aſbôtus, vrbs Theſſaliæ. Steph.

Aſbylus Crotoniata, cuius meminit Pauſanias, & Plato in libris de Republica.

Aſbyſta, Stephano, ciuitas eſt Libyæ.

Aſca, Siciliæ ciuitas, quam Elymus princeps Troianorum condidit. Seruius.

Aſcalaphus, & Ialmenus fratres, Martis filij ex Aſtiocha, quos dicit Homerus dominos fuiſſe Orchomeni & Minionis ciuitatum, eoſque cum reliquis Troiam veniſſe. Iliad. 9.

Aſcalaphus, Acherontis & Orphnes Auernalis Nymphæ filius, poſtea à Proſerpina in bubonem mutatus. Nam poſt raptam à Plutone Proſerpinam, cùm Ceres filiæ ſuæ reditum à Ioue ea lege impetraſſet, ſi nihil apud inferos guſtaſſet cibi Aſcalaphus eum prodidit quod ſeptem grana mali punici ab arbore decerpti comediſſet, Indignata itaque Proſerpina, ſibi Aſcalaphi indicio negatum eſſe reditum, conuertit eum in bubonem auem funeſtam, & triſtium ſemper rerum nunciam. Ouid. 5. Metam.

Aſca lingium, Ptolemæo, vrbs Germaniæ, Hodie *Hildesheim*.

Aſcalon, i. appenſio, vel ſtatêra, ſiue ignis infamiæ, ciuitas Paleſtinæ, ſiue (vt Ioſephus habet libr. 5 cap. 3.) ſuperioris Idumeæ, quam Iudas expugnauit, Iudic. 1. Vbi Samſon triginta viros percuſſit, Iudic. 14. A conditore Aſcalo Hymeneri filio vocata. Steph. Diſtat ſecundùm Egeſippum libro 3. cap. 4. ſeptingentis viginti ſtadiis ab Hieroſolyma. Volaterra. lib. 11. Georg. Ierem 25 Amos 1. Soph. 2. Zachar. 9. Ab hac reguli Philiſtinorum Aſcalonitæ appellantur. Ioſue 13. 3.

Aſculus Tantali frater, Hymenæi filius à rege Lydorum Aciamo dux exercitus in Syriam miſſus vrbem de ſuo nomine condidit. Diodorus libr. 1. hodie Aſcalonia dicitur. Steph. Xanthus in hiſtoria Lydorum.

Aſcania, inſula maris mediterranei, non procul ab Andro. Eſt & regio Aſiæ, & palus in Troade. Euſtathius.

Aſcania, ciuitas Troiæ, quam condidit Aſcanius Æneæ filius.

Aſcania, Ptolem. Bithyniæ lacus. Is Caſtaldo *Iſnich*, Nigro *Lendar* vocatur. At Pet. Gyllius eum *Lago de Nicea* appellat, is oculatus teſtis eſt, dicitque eum fertilem eſſe piſcium, quos Græci Lilingia vocant. & quos crudos, ſole ſiccatos edere ſolent Conſtantinopolitani. Sunonenſis lacus videtur ab Am. Marcellino nominari lib. 26.

Aſcanius, Æneæ filius, ex Creuſa Priami filia. Virg. Liuius tamen primo ab vrbe, dubitat, Creuſæne, an Lauiniæ filius fuerit. Dictus ab Aſcanio Troadis fluuio, deinde Ilus ab Ilio Troianorum rege: poſtea Iulus, à prima barbæ lanugine. Vnde Virg. 1. Æneid.

At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur, Ilus erat dum res ſtetit Ilia regno.

Huic, cùm auus & pater iam diruta Troia, de fuga diſceptarent, flammula quædam in capitis vertice apparuit, quæ tamen nihil læſionis intulit, neque etiam manibus extingui potuit, vnde illi futuri imperij omen ſumpſerunt. Cum patre poſt multos errores in Italiam venit, vbi Turno occiſo & patre mortuo, cùm apud Lauinium xxx. annis regnaſſet, Albam Longam condidit: reſtituta tamen priùs in regnum nouerca, quæ antea ob timorem in ſyluas aufugerat. Tandem cùm in vniuerſum triginta octo annis imperij gubernacula tenuiſſet, iam moriens, cùm videret filium Iulum Syluium regno non ſatis aptum, Syluium poſthumum fratrem, ſed ex diuerſa matre, pietate & iuſtitia præſtantem, regni hæredem reliquit.

Aſcânius, Bithyniæ lacus iuxta Olympum & Pruſium: vel Phrygiæ lacus, aut fluuius Myſiæ, ab eodem ortum ducens. Virgilius 3. Georgicorum.

Illas ducit amor trans Gargara, tránſque ſonantem

Aſcanium. Vide ſupra Aſcania.

Aſcanius, fluuius in Bithynia ſecundùm Ptolem. qui hodie fortè *Aſcu* ex tabulis dicitur. Eſt & portus in Æolide Aſiæ.

Aſcantici Sarmatiæ Aſiaticæ populi. Plin.

Aſcaphus, Ægei maris inſula, Anton.

Aſcatancas, mons apud Sacas. Ptol.

Aſcatus, Thebanorum ſtatuarius. Pauſ.

Aſcatades, ſiue Aſtades, XVII. Lacedæmoniorum rex, regnauit an. XXI. qui funditus omnem Syriam ditionis ſuæ fecit.

Aſcaulis, vrbs Germaniæ, Prol. in tract. Septentrionali.

Aſcêne, ſiue Aſcenas, i. ignis quaſi diſtillans,

vel quaſi aſpergens, filius Gomer. Gen. 10. Sarmatiæ maximos populos fundauit, qui nunc Thuyſcones.

Aſcenez, populi quos Græci Rhegynos vocāt. Ierem. 51. Euſebio autem gentes ſunt Gotthicæ.

Aſchalitæ, populi circa Indicum ſinum Steph.

Aſcheion, Achaiæ vrbs. Steph.

Aſchilacæ, Troadis populi. Plin.

Aſcia, loca Indiæ, in quibus vmbræ non ſunt, Septentrióque non conſpicitur, nec horæ dinumerantur. Plin. lib. 2. cap. 73.

Aſciburgium, Ptolem. vrbs Germaniæ, vulgo *Emmerich*, non longè à Rheno fluuio, & cis eum inter Geldubam & vetera caſtra ſita, Mitniæ & Cliuenſi Ducatui proxima, vt ait Tacitus. Aſcipyrgion olim ab Vlyſſe quorundam opinione nuncupata *Duyſburg*.

Aſciburgius, mons Germaniæ. Ptol.

Aſcitæ, Arabes dicti ab vtribus quos Græci ἀσκοὺς vocant: quoniam bubulos, vt Plinius inquit, vtres binos ſternentes ponto, pyraticam exercent ſagittis venenatis. Hos Steph. iuxta Indicum ſinum collocat.

Aſclepiades, hiſtoricus Cyprius, tempore quo Pygmalion regnabat in Oriente, quo tempore ſcribit eſum carnium non fuiſſe.

Aſclepiades, philoſophus cæcus, qui Ciceroni libro 6. Tuſc. quæſt. interrogatus quid ei cæcitas attuliſſet: reſpōdit, Vt puero nō eſſet comitatior.

Aſclepiades poëta, à quo carmen Aſclepiadeum dictum eſt.

Aſclepiades Pruſienſis, Cn. Pompeij familiaris cùm in arte Rhetorica facultates decoxiſſet, Medicinam ſectatus eſt. Dicebat ſalutem conſtare cibi, potúſque abſtinentia: præterea geſtatione, ambulatione, frictione. Ipſe condita noua ſecta, ſpretis legatis, & pollicitationibus Mithridatis regis, reperta ratione qua vinum ægris medetur, relato è funere homine & ſeruato ingentem famam conſequutus eſt: ſed maximè ſponſione facta cum fortuna, ne medicus crederetur, ſi vnquam inualidus vllo modo fuiſſet ipſe: & victor ſuprema in ſenecta lapſu ſcalarum exanimatus eſt. Plin. lib. 7. 37. De eo quoque multa refert. Apuleius lib. 4.

Aſclepiades Antiochenus, martyr.

Aſclepiades Myrleanus, in Turditania Grammaticam docuit, & deſcriptionem gentium in iſtis regionibus agentium edidit. Strabo lib. 3.

Aſclepiades Anazarbeus, grammaticus, ſcripſit de fluminibus.

Aſclepiodórus pictor ætate Apellis, Olymp. CXII. quem in ſymmetria mirabatur ipſe Apelles: huic Mnaſon tyrannus pro XII. diis dedit in ſingulos minas tricenas, Plin.

Aſclepiodorus Alexandrinus, ſingulari ingenio ad omnia mathematica, ac inquiſitionem cognitionémque herbarum & lapidum. Suid.

Aſclepiodórus, conſul, collega Afranij Annibaliani.

Aſclepion, conſul, Ioannis collega, anno ab vrbe condita, 1250.

Aſclepius, filius fuit Machaonis, vt Auguſtinus putat & Æſculapij nepos.

Aſcletariō. Mathematicus, tēporib. Domitiani, qui aliquādo dixerat ſe diſcerptū iri à canibus, Quapropter à Domitiano iuſſus eſt interfici & accuratiſſimè ſepeliri, vt vanitas eius artis redargueretur. Sed repētina tēpeſtate diſiecto funere, ſemiuſtū canes diſcerpſēre. Suet. in Domitiano.

Aſcomarci, Sarmatiæ Aſiaticæ populi. Plin.

Aſconius Pedianus, à Pedia gente, in quā quia adoptatus primus ita vocatus. Duo omnino fuēre Aſconij Pediani, prioris qui familiaris fuit Virgilio, quē vt refert Iunius Philargyrius, dicentē audiuerat ſe Grāmaticis crucē fixiſſe illo verſiculo. Tres pateat cœli ſpatiū non amplius vlnas. Huius extāt cōmentarij in Orationes Ciceronis, & in eam pro Cornelio. Liuiū ſe nouiſſe profitetur his verbis; *ſunt tamē, qui eundē illum duorum numerū, quem Cicero, ponant, inter quos Tuditanus, & Pomponius Atticus, & Liuius noſter.* Alter Veſpaſiani æuo floruit, vt cognoſcimus ex Hieronymo in Chronico Euſebiano ad annū MDXCI. qui Veſpaſiani annus eſt ſeptimus, his verbis. Qu. Aſconius Pedianus, ſcriptor hiſtoricus, clarus habetur, qui 73. ætatis ſuæ anno captus luminibus, 12. poſtea annis in ſūmo omniū honore cōſeneſcit. Tria hinc diſcimus, primo hiſtoricum fuiſſe, ſecūdò floruiſſe eū ſeptimo Veſpaſiani anno, hoc eſt hiſtorias tum in lucem edidiſſe; tertio poſtea 12. vixiſſe annis, luminibus captum, hoc eſt vſque ad annum Domitiani ſeptimum. Vide Scalig. ad Euſeb. & Voſſinum hiſtor. Latinis.

Aſclus, ciuitas Italiæ. Steph. Forte Aſculum de quo infrà.

Aſcolia, feſta fuerunt apud Atticos, quibus inter vtres ſaltantēs bacchabantur, vnde & ab vtribus nomina ſumpſerunt. Virg. in Georg. horum meminit, & Gyral. 4. de poëtarum hiſtoria.

Aſcra, vicus Bœotiæ in aſpero & ſterili loco, in dextra parte Heliconis, Heſiodi patria. Silu. li. 2.

Aſcram rus miſeram penes hic Helicona colebat.

Hyberno dirum, triſte æſtu, optabile nunquam.

Ouid. lib. 4. de Ponto.

Intumuit vati nec tamen Aſcra ſuo.

Stephanus Bœotiæ vrbem ait eſſe, inde Aſcræus Heſiodus dictus.

Aſcrázapes, vel Ocrazapes, XXXVIII. Aſſyriorum rex, regnauit annis XLI.

Aſcruuium, vrbs Illyrici, Ptolemæo, hodie Aſcriuium.

Aſculum, oppidum, Apuliæ, memorandum clade

clade illata Pyrrho a Curio & Fabricio Roman. conſulibus. Plutarch. in vita Pyrrhi à Stephano *ασκ...* vocatur. *Aſc..lo* Leandro.

Aſcura, Armeniæ maioris vrbs. Ptol.

Aſcurus, Colchidis fluuius. Arria. in Periplo.

Aſcus gigas, Dionyſium vinctum cum Lycurgo in fluuium coniecit. Stephanus in Damaſco.

Aſdara, Cappadociæ oppidum. Anton.

Aſdaræ, populi ſunt Caucaſi montis incolæ, apud quos Topazius naſcitur.

Aſdrubal gener Amilcaris, patris Annibalis, regnauit VII. annos, fauente factione Barchina: demum à ſeruo barbaro, cuius dominum occiderat, interfectus eſt in medio ſuorum, comprehenſus deinde ſeruus circumſtantibus haud facti pœnitens, inter cruciatus & tormenta, ſpeciem ſemper ridentis præbens, occiſus eſt. Liu. lib. 21. Vide Haſdrubal.

Aſdrubal, Annibalis frater. Plutarchus in Annibale.

Aſdrubal, cui Caluo cognomen erat, in Sardiniam dux claſſis Carthaginenſium tempeſtate reiectus, ad inſulas Baleares, ibi tantiſper, quoad quaſſas reficeret naues, reſedit. Liuius.

Aſdrubal, dux bello tertio Punico à Scipione Æmiliano victus; Eius vxor facta deditione; cùm paucis ante diebus à viro impetrare non potuiſſet, vt ad victorem transfugeret, in medias vrbis flammas ſeſe cum filiis coniecit. Liuius lib. 5.

Aſdrubal, Giſconis filius, Plutarchus in vita Scipionis.

Aſdynis, inſula iuxta paludem Mœridis. Stephan.

Aſea, vel Aſeates, vicus Arcadiæ, ex quo Alpheus profluit. Steph.

Aſebaim, i. Damulæ, ſiue pulchritudines aut militiæ nomen viri, 1. Eſd. 2.

Aſedoth, regio & ciuitas in tribu Ruben: item vrbs Amorrhæorum. Ioſ. 10. 12. 13. Lat. effuſiones, ſiue decliuia, aut campeſtria, aut deprædationes.

Aſel, filius Elaſa, filij Rapha. 1. Paralipom. 8. 9. Lat. prope, aut iuxta, vel ablatio, ſiue ſeparatio.

Aſelli, duæ ſtellæ appellantur in Signo Cancri exiguum inter illas ſpatium obtinente nubecula quam præſepe appellant, Plin. lib. 18. capite 35.

Aſellio Sempronius, hiſtoricus, & tribunus militum, ſub Scipione Æmiliano, apud Numantiam: res eas quibus ipſe interfuit conſcripſit: citatur à Cicerone, Dionyſio, Halicarnaſſeo, Gellio, Chariſio, Seruio & aliis.

Aſellius Claudius eques Romanus, tribunus militum, ſub Claudio Nerone, apud Lucanos memoranda fortitudine. Volater.

Aſem, ciuitas in tribu Simeon. Ioſ. 19. Appellatur & Azoni, 1. Paral. 4. Lat. Os ab oſſe, aut fortitudo, vel clauſura, ſcilicet oculorum vel lignum eorum.

Aſemóna, vrbs tribus Iudæ, Ioſ. 15. idem quod Aſem ſignificat.

Aſéna, nomen viri, 1. Eſd. 2. lat. periculum, vel tribus.

Aſena, vrbs in tribu Iuda, Ioſ. 15. Lat. mutatio, vel duplicitas, aut dormitatio, ſiue nunc ignis.

Aſenaphar, nomen viri, 1. Eſd. 4. Lat. periculum, ſiue infortunium tauri, aut periculi incrementum.

Aſeneth, filia Potipharis, vxor Ioſeph. Gen. 41. 46. Lat. periculum, ſiue infortunium.

Aſer, filius Caath, filij Leui, 1. Paralipom. ſiue filius Core, filij Iſaac, filij Caath. Exo. 6. Lat. vinctus ſiue incarceratus, aut Syriacè, prohibitus.

Aſer, octauus filius Iacob ex Zelpha ancilla Leæ vxoris ſuæ, Geneſ. 30. Nomen item loci, Ioſ. 17. 3. Reg. 4. lat. Beatitudo, ſiue fœlicitas.

Aſeróth, nomen idoli. Iudic. 37. lat. Nemora, ſiue luci aut beatitudines, vel inſidiæ, ſiue greſſus.

Aſerus, Siciliæ vrbs, Ptol. *Monreal* Nigro. Fortè Aſſorum & Aſſorium. Steph.

Aſchur, filius Eſron, filij Phares, ex Abia vxore, 1. Paral. 2. Pater item Thecuæ, 1. Paral. 4. lat. denigratus, ſiue ignis libertatis, vel albedinis, aut foraminis.

Aſia maior, dimidia orbis terrarum pars, reliquas duas magnitudine ſuperans, ab Europa Tanai fluuio, ab Africa Nilo dirimitur: ab Ortu, Septentrione & Meridie Oceano abluitur, dicta ab Aſia Nympha Oceani & Tethyos filia, Iapeti coniuge, ex qua Prometheum ortum ferunt: vel ab Aſio Lydo, Manei filio, Virg. l. 1. Æneid.

——Libya deſerta peragro,
Europa atque Aſia pulſus.

Aſia minor, ſuperioris pars, in Cherroneſi formam coacta, cuius Iſthmus à ſinu Iſſico ad Pontum vſque Euxinum pertingit, hodie *Natolia* à Turcis appellatur, à Græco vocabulo *ἀνατολή*, quod Orientem ſignificat. Huius partes ſunt Cilicia, Lycaonia, Paphlagonia, Pontus, Cappadocia, Bithynia, Phrygia, Myſia, Lydia, Pamphilia, Æolis, Ionia, Lycia, & Caria. Virgil. 3. Æneid.

Poſtquam rex Aſiæ Priamique euertere gentem
Immeritam, viſum ſuperis.

Aſia, à veteribus multifariam diuiſa eſt. Hodie verò eam in quinque partes, ſecũdùm præcipua eius imperia non ineptè diuidi poſſe doctis videtur. Cuius prima pars, quæ Europæ cõtigũa eſt, & magno Duci Moſcouiæ paret, mari

glaciali, Obij fluuio, Kytaia lacu, & linea inde ducta ad Caſpium mare, Iſthmóque qui inter hoc mare & Pontum Euxinum eſt, terminatur. Secunda, quæ magno Ghamo Tartarorum Imperatori obedit, cuius fines à meridie ſunt mare Caſpium, Iaxartes fluuius, Imaus mons: ab Ortu & Septentrione Oceanus, ab Occidente iam dictum ducis Moſcouiæ regnum. Tertiam partem Ottomani ſeu Turcæ occupant, continétque quicquid terrarum eſt intra Pontum Euxinum, mare Ægeum (nunc Archipelagus dictum) Mediterraneúmque, Ægyptum, ſinu Arabicum, Perſicúmque, Tigri fluuio, Mari Caſpio, & Iſthmo, qui inter hoc & Pontum Euxinum videtur. Sub quarta regnum Perſiæ, quod hodie à Sophis gubernatur, comprehenſum eſt, & habet Turcas (quibuſcum ferè continuum bellum gerit) ab Occidente: magni Chami regnum à Septentrione, & in Orientem fermè ad Indum fluuium extenditur, à Meridie verò mari, quod hodie Indicum, olim rubrum appellatum eſt, alluitur. Quinta pars cæteras regiones obtinet, quas nunc Indias, vti & olim nuncupant: quæ non ab vno ſolo, vt aliæ, ſed pluribus Regulis (nã quælibet illius regio proprium ferè habet principem, quorum nõnulli etiam magno Chamo vectigales ſunt) regitur. Loca maritima, quæ ſunt à ſinu Arabico ad promõtorium vſque, vulgò *Cabo de Lampo* dictum (quod eſt ad 30. gradum latitudinis borealis, ferè omnia Luſitaniæ Rex poſſidet, aut ſibi tributaria fecit. Hanc Aſiã Strabo ſex, ab vndecimo incipiens, libris perſequitur. Ptolemæus eã tribus libris, quinto videlicet, ſexto & ſeptimo, deſcripſit, item duodecim tabulis, tribuitq; illi quadraginta prouincias.

Aſia, regio circa Sardes. Vide Erionia.

Aſia, ciuitas Lydiæ iuxta Tmolum. Eſt & inſula Æthiopiæ. Steph.

Aſia, paludis nomen in Lydia, Cayſtro flumini propinqua, circa quam inter alias aquaticas aues plures grues verſantur. Producit primam ſyllabam. Virg. lib. 7. Æneid.

—— & longa canoros
Dant per colla modos, ſonat amnis, & Aſia lõgè
Pulſa palus.

Aſia, Minerua cognominata eſt, cuius templum Pauſan. ait fuiſſe in ruderibus, conſtructum verò à Caſtore & Polluce ex Colcho reuerſis. Nam & apud Colchos eodem nomine templum fuerat.

Aſiána, ciuitas Elidis. Steph.

Aſianus, Sardienſis Epiſcopus.

Aſiarchæ, viri erant communi Aſiaticarum ciuitatum conſenſu delecti, qui communia negotia curarent. Strab. lib. 14. In libris Iuriſconſultorum vſurpatur hæc vox, vt & Syriarcharum. Sic autem dicti ſunt Sacerdotes certi, quorum munus erat ludos Theatrales in deorum honorem edere, quos propterea Ruffinus apud Euſebium Munerarios interpretatur, vt obſeruat Cuiacius, Iuriſconſ. longè doctiſſimus. Horum fit mentio apud D. Lucam Act. 19. 30. Vide de his Saldenum in marmoribus Arundelianis.

Aſiaticus, 11. conſul Q. Aquilini collega.

Aſibe, ciuitas Meſopotamiæ, ab incolis dicta alio nomine Antiochia. Steph.

Aſido, eſt oppidum Mediterraneum in Bætica, cuius meminit Plin. lib. 2 c. 1.

Aſiel, i fecit Deus, ſiue factura Dei, filius Sariæ, filij Ioſabiæ. 1. Paral. 4.

Aſilas, auguris nomen qui Æneæ in auxilium venit contra Turnum. Virg. Æneid. 10.

Tertius ille hominũ diuumq; interpres Aſilas,

Aſilas, dux Troianus, Æneid 2.

Et genus Aſſaraci Mneſtheus & fortis Aſilas.

Aſima, nomen idoli virorum Emath 3. Regũ, 17. lat. dictum: vel poſitio, aut ignis mortis.

Aſina, cognomen Corneliorum, quòd à Cn. Cornelio Scipione ad poſteros eſt propagatum. Hic enim quum Sponſores ab eo poſcerentur, aſinam produxit in forum cum pecuniæ onere, quaſi pro ſponſoribus præſens pignus: eámque ob cauſam Aſina poſtea dictus eſt. Macrob. lib. 1. Saturnal.

Aſinaria feſtus dies erat Syracuſis, ab Aſinario fluuio dictus, apud quem Athenienſium imperatores Nicias & Demoſthenes capti. Plutarch.

Aſiadum, Hiſpaniæ in Turdetanis vrbs, Ptolemæo. *Medina Sidonia* Cluſio. Sed hæc Sidonia eſt *Aſyla*, Ptol. ſi Moletio creditur.

Aſine, inſula ex Sporadibus, quas Electridas nonnulli vocant. Eſt & alia in mari Adriatico. Pompo. lib. 2. & eius interpres Vadianus.

Aſine, Meſſeniæ oppidum. Ptol. in Peloponneſo. *Anthora* Nigro dicitur: ſed *Phaneromini* Fauolio, & Sophiano. Hi Aſinæi, Parnaſſi olim accolæ, Dyropes appellabantur, quod nomen, in Peloponneſum reuerſi, diu retinuere, vt Pauſanias ſcribit. Pro Aſine, Pleton hoc loco (nam is quoque in deſcribenda Peloponneſo Ptolem. ſequitur) *Meſyne* legit. Luc lib. 8. Quas Aſine cautes, & quas chios aſperat vndas, hinc ſinus Aſinæus. Strabo. lib. 8. & Pomp. Mela. lib. 2. Stephan.

Aſine, Straboni Argiæ vicus, propinquus Naupliæ Marius Niger *Vulcanos* appellat. *Miſine*. legit Plethon.

Aſine, vrbs eſt Laconicæ, ab Aſine filia Lacedæmonis: Item Cypri & Siliciæ. Steph.

Aſinius Pollio, inſignis orator, Auguſti Cæſaris amicus, docuit Romæ tẽpore Pompeij Magni, ſucceſſitque ſcholæ Timagenis: ſcripſit bellum Cæſaris & Pompeij: primus omnium Romæ

mæ aduocatis hominibus ſcripta ſua recitauit. Quintilianus, Multa in Aſinio Pollione inuenio ſumma diligentia, adeò vt quibuſdam etiam nimia videatur, & conſilij & animi ſatis: à nitore & iucunditate Ciceronis ita longe abeſt, vt videri poſſit ſeculo prior.

Aſinius Pollio, omnium primus Romæ bibliothecam feciſſe dicitur, teſte Plinio lib. 35. ſic inquiens: Non eſt prætereundum & nouitium inuentum, ſiquidem non ſolùm ex auro, argentóve, aut certè ex ære in bibliothecis dicantur illi, quorum immortales animæ in iiſdem locis ibi loquuntur, quinimo etiam, quæ non ſunt, finguntur pariúntque deſideria non traditi vultus, ſicut in Homero euenit: quo maius (vt equidem arbitror) nullum eſt fœlicitatis ſpecimen, quàm ſemper omnes ſcire cupere, qualis fuerit aliquis. Aſinij Pollionis hoc Romæ inuẽtum, qui primus Bibliothecam dicando, ingenia hominum rempublicam fecit.

Aſinius Gallus, Pollionis filius, libros edidit de Comparatione patris Pollionis & Ciceronis in quibus patrem Ciceroni prætulit. Author Cæcilius. Plin. lib. 11. Epiſt. Contra quos Claudius Cæſar poſtea Ciceronis edidit defenſionem, Tranquillus in Claudio.

Aſinius Capito, grammaticus doctiſſimus, librum reliquit Epiſtolarum, in primáque ad Pacuuium Labeonem titulus præſcriptus erat. *Pluria & non plura ſcribi oportere*, rationéſque addit. Author Gellius, lib. 5. cap. 21.

Aſiongaber, vel Heſiongueber, nomen loci, in quo caſtrametati ſunt filij Iſrael, egreſſi de Hebrona. Numer. 33. Lat. lignum viri, vel robuſti aut conſilium viri, vel robuſti. Nomen item portus regni Edom ad mare rubrum, Deuteronom 2 & 2. Reg. 9. 2. Paralipom. 8.

Aſir, filius Iechoniæ, filij Ioacim, filij Ioſiæ, 1. Paral. 3. Filius item Core, 1. Paral. 6. Lat. vinctus, ſiue incarceratus, aut Syriacè, prohibitus.

Aſis, Vmbriæ mons.

Aſiſia, Ptol. *Aſſeſiates* vocat Plinius. Illyridis vrbs. Hanc ſcribit Niger nunc ſolo æquatam eſſe, ibidemque multa antiquitatis monumenta extare, & locum *Beribir* dici addit. Niſi tabulæ fallant, videtur mihi etiam *Bergane* vocari.

Aſius, filius Dymantis, & frater Hecubæ, ſed ex diuerſis patribus, & Hectoris auunculus, hic etiam Priamo aduerſus Græcos auxilium tulit Hom. in Iliade.

Aſius Iupiter, cuius vetuſtiſſim. phanum in Creta fuit, teſte Steph. hic dictus ab Aſo Cretæ oppido, quo in loco colebantur.

Aſius Manæi Lydi filius, Aſiæ nomen dedit.

Aſius, Ptolem. Semnonum fluuius in Italia. *Æſcum* hodie.

Aſius, campus prope Cayſtrum fluuium. Homerus, ἀσίῳ ἐν λειμῶνι καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα. Stephan.

Aſmodœus, nomen dæmonij. Tobiæ 3.

Aſmura, Ptol. Hircaniæ vrbs eſt, quam Marcellinus *Azmernam* vocat.

Aſom, ſextus filius Iſai, 1. Paral. 2 filius item Ierameel primogeniti Eſrom, 1. Paral. 2. Lat. feſtinatio eorum, ſiue ieiunans.

Aſom, ciuitas in tribu Simeon, 1. Paral. 4 quæ & Aſem, Ioſ. 19. Lat. os, vel fortitudo, vel clauſura oculorum, vel lignum eorum.

Aſnáa, nomen viri, 2. Eſd. 3. Lat. rubus, aut Syriacè inimicus.

Aſophis, regiuncula Peloponneſi, in tractu Achaiæ, circa Phliuntem, ab Aſopo fluuio, cui adiacet Homero Arethyrea dicitur. Plin. libro 4 cap. 5. Strabo libro 8. etiam Aſopiam appellat.

Aſopia, regio Aſopo fluuio finitima.

Aſopiades Æacus, Aſopi nepos, pater Æginæ matris Æaci. Ouid. lib. 7. Metam.

Huic Aſopiades petit irrita dixit, &c.

Aſopodorus Phliaſius poeta, qui primus poſt Antheam Lindium ex compoſitis nominibus poeſim excogitaſſe dicitur.

Aſopus, fluuius Aſiæ, vnà cum Lyco flumine Laodiceam vrbem præterfluit.

Aſópus, fluuius Bœotiæ, Thebas, Platæas, & Tanagram præterfluens. Hunc poetæ Æginæ patrem faciunt, ex qua Iupiter in ignem conuerſus, Æacum ſuſcepit. Quod cùm reſciuiſſet Aſopus, vndas ſuas in aſtra euomens Ioui bellum intulit, à cuius fulmine interfectus eſt. Hinc fit Aſopis patronymicum fœminin. quo poetæ vtuntur, pro Ægina Aſopi filia. Ouid. 6. Metamorph.

Aureus vt Danaen Aſopida luſerit ignis.

Aſopus, fluuius Peloponneſi in Chromio monte naſcens, Mediam præterfluit non procul à Lechæo in ſinum Corinthiacum influens.

Aſópus, fluuius in Para inſula. Strab. lib. 8.

Aſópus, Achaiæ fluuius, per Bœotiam in Epidaurum fluit.

Aſopus, Ptol. Laconiæ oppidum Mediterraneum, *Rampano* à Nigro interpretatur.

Aſopus, Liuio Macedoniæ fluuius, Heracleam alluens. Sunt qui eundem eſſe putant cum *Apilas* Plinij. Quatuor fluuios huius nominis Aſopi, in Græcia numerat Strabo lib. 8.

Aſor, vrbs aut regio Arabiæ. Ierem. 49. & Iud. 4. Vide Haſor.

Aſorhaldan, rex Aſſur, 1. Eſdr. 4. Lat. ligans acumen vel lætitiam.

Aſoth, i. faciens vel factura, vel tineæ veſtimentorum, filius Iephlat, filij Heber, 1. Paralipom. 7.

Aſórus, fluuius, Liuio lib. 6. Dec. 4. alluit Heracleam, ſitam in radicibus montis Œtæ. Hunc eſſe coniici poteſt, de quo Plinius libro 4. cap. 10. Hic à Bocatio Aſaſſus, ab aliis Aſurus vocatur, legitur hodie in exemplaribus quibuſdam Aſcordus.

Aſpagones, populi Indiæ, regionem Vitis & lauri & buxi, pomorũ, omniumq; in Græcia naſcentium fertilē incolentes, Pli. li. 6. c. 21. Solin.

Aſpaláthia, vrbs Taphiorum Steph.

Aſpalathis, inſula Lyciæ Steph.

Aſpar, Garamas quidam: de quo Pontanus,

Hinc Aſpar Garamas quo non præſtantior alter

Aut torquere manu iaculum, aut dare vulnera funda.

Aſpaſia, Mileſia Sophiſtria & Eloquentiæ magiſtra, Periclem docuit & amauit, ab eóque in matrimonium accepta, cùm eſſet captiua, cauſa fuit & ipſa duorum bellorum, Samij ſcilicet, & Peloponneſiaci. Plutarch. in Pericle, & Ariſtophanes in *ἀχαρνεῦ*.

Aſpaſius, ſophiſta Rauennas, Demetriani filius, ſub Alexandro Romæ profitebatur, auditor Pauſaniæ & Hippodromi, ſcripſit contra Ariſtonem & maledicos. Suid. Philoſtrat.

Aſpaſius Byblius, quoniam de byblo, i. de papyro librum condidit: conſcripſit item artem Rhetoricam, & Panegyricum in Adrianum principem, cuius temporibus floruit. Suidas.

Aſpáſius, Tyrius de Continente variam hiſtoriam ſcripſit. Suidas.

Aſpáthines: Perſa cum Dario in Magum Smerdim coniurauit. Herodot. lib. 1. hiſt. 3.

Aſpauia, Hiſpaniæ caſtellum ab Vcubi millia v. paſſuum diſtans Hiſp. lib. 1.

Aſpelia, Cypri inſulæ nomen. Plinius lib. 5. c. 31.

Aſpendus, Pamphyliæ vrbs, Argiuorum ædificium. Hic Veneri ſuibus ſacrificabant, eo quod author eius generis Mopſus ex Argis huc proficiſcens, cùm primum obuium ſacrificare voluiſſet, occurrit illi ſus. Pompon. lib. 1. Steph. ab Aſpendo conditam ſcribit.

Aſpendius citharœdus, prouerbio dici ſolet in eos, qui rei nullius quàm priuati ſui compendij rationem habent. Tractum ab artifice quodam Aſpendio, qui tam leniter ſiniſtra manu citharæ ſuæ chordas mouebat, vt ſonus ad ipſum tantùm citharœdum, aut certè ad proximè adſtantes perueniret. Cicero in 3. Verrina.

Aſper conſul, Ariouindi collega.

Aſperum mare, qui & Sinus barbaricus, Ptol. Trogloditicus Sinus Plinio eſt. Eum maris tractum obtinet, qui hodie *Golfo de Malinde* dicitur.

Aſphaces, populi in Cypro. Steph.

Aſphalius Neptunus dictus, quod illi facerent ſacra, qui terræ motuum ceſſationem vellent.

Aſphaltus, vel Aſphaltides, lacus Iudææ in Pentapoli: in quo nihil graue ſubmergi poteſt. In eo fuerunt Sodoma & Gomorrha, & tres aliæ vrbes, quæ propter nefandam populi luxuriam & libidinem cælitus exuſtæ ſunt. Mortuum mare ab hiſtoricis dicitur, nihilq; præter bitumen gignit: animal nullum habet, nec in eo aliquid viuum mergi poteſt. Solinus & Iuſtin. libro 36. Huius lacus aqua Aſphaltum appellatum, Græcis Naphtha, quæ eminus igni admota flammam concipit, ea capitis Medeæ inuolucrum ad Iaſonem miſſum intinctum fuerat.

Aſphar, nomen lacus in agro Thecuæ. 1. Machab. 9.

Aſphenes, i. pharetra aſperſionis vel diſtillationis, ſiue magus aſperſus: Præpoſitus eunuchorum regis Nabuchodonoſor. Daniel 1.

Aſpis, Numidiæ promontorium, à clypei forma dictum, in mare prominens.

Aſpis, inſula maris Mediterranei. Plin. lib. 5. cap. 31.

Aſpis, inſula prope Cyclades. Sunt & aliæ hoc nomine in Lycia & Caria.

Aſpis, vrbs à Latinis Clypea. Silius.

In Clypei ſpeciem curuatis turribus Aſpis.

Strabo, Coſſura inſula eſt ante Lilybæum & Aſpidem Carthaginenſem vrbem quam Clypeam vocant, in medio vtriuſque ſita, lib. 6.

Aſpis, promontorium Æthiopiæ, iuxta Ægyptum.

Aſpis, Africæ mons, Straboni prope Taphitim promontorium. *Meix* dici putat Auguſtinus Curio.

Aſpis, Macedoniæ ciuitas, à Philippo Perſei patre condita: & inſula inter Lebedũ & Teum, aliàs Arconeſus dicta: alia Pſyris vicina: alia quædam ſine arboribus, & alia vltra Pitiam. Steph.

Aſpiſij, Scythiæ intra Imaum montes: populi quoque ibidem. Ptol.

Aſpithra, Sinarum vrbs. Ptol.

Aſpledon, Achaiæ vrbs, quæ à nõnullis Spledon dicta fuit, deinde etiam Eudielos, i. aprica quod hybernationi locus commodus ſit, quo nomine etiam eius ager nominatus fuit. Strab. li. 9. Euſtath. Bœotiæ eam tribuit Plinius & Heſych. Phocidi Stephanus. Vide Hyettos.

Aſpona, ciuitas Galatiæ. Anton.

Aſporatius conſul, Herculani collega.

Aſpordenus & fugienſis ſteditatis gratia.

Aſporênus, mons Aſiæ. Pergamo proximus, ſic dictus, quod aſper & ſterilis ſit: vide templum quod ibi eſt matris deorum, Aſporenum dictum, dea quoque ipſa Aſporena dicta. Strab. lib. 13.

Aſpran-

Aſprandus, Longobardorum in Italia rex XVII. regnauit III. menſibus.

Aſpri, duo conſules, tempore Aurelij Antonini Imperatoris.

Aſpurgitani, populi circa Mæotidem paludem. Steph.

Aſrael, filius Ialeleel. 1. Paral. 4. Lat. Beatitudo Dei, vel intuitus fortis, aut greſſus Dei.

Aſriel, (idem ſignificans quod Aſrael) filius Galaad, filij Machir, filij Manaſſe, Num. 26. qui Ioſ. 17. Eſriel dicitur.

Aſrielitæ, populi. Num. 26.

Aſſa, ciuitas iuxta Athon: item vicus Sçithiæ. Steph.

Aſſabinus, Iupiter cognominatus eſt, & multa ceremonia olim cultus apud Arabes. Plin lib. 12. cap 12.

Aſſacana, Indiæ regio, in qua eſt Magoſa metropolis. Strab. lib. 15. apud Steph. Aſſaceni vocantur huius populi.

Aſſara, Ptol. Mauritaniæ Cæſarienſis fluuius, *Selſis* Caſtaldo.

Aſſaracæ, Libyæ interioris gens. Ptol.

Aſſaracus, Trois regis Troiani filius, frater Ili regis, genuit Capyn, à quo Anchiſes pater, Æneæ. Virg.

Et genus Aſſaraci.

Aſſaraddon, vltimus Aſſyriorum rex, Sennacheribi filius.

Aſſecomia, Antonino Hiſpaniæ oppidum intra Bracaram & Aſturicam.

Aſſedim, ciuitas in tribu Nephthali. Ioſ. 19. Lat. Venationes, aut inſidiæ, vel latera, aut Syriacè, deſtructiones.

Aſſedones, vide Eſſedones.

Aſſem, nomen viri, 1. Paral 11. Lat. nomen, vel nominatus, ſiue poſitio, vel poſitus.

Aſſera, vrbs Chalcidentium. Steph.

Aſſeriates, Plinio Alpini populi, *Val de Serra*. fortè, inquit Simlerus.

Aſſeſiates, populi Illyriæ in conuentu Scardonitano, inter eos qui eo conuentu ius habent Italicum, immunéſque dicuntur. Plin. lib. 3. c. 21.

Aſſeſus, vrbs Mileſiæ. Steph.

Aſſidæi, genus hominum inter Iudæos, Mach. 7. 2. Macch. 14.

Aſſidona, Hiſpaniæ Bœticæ regio, quam hodie *Xeres de la Frontera* vocant.

Aſſinatus, Siciliæ fluuius. Thucyd.

Aſſiſia, apud Mileſios Pallas dicta eſt, vel Aſſeſia, ab Aſſeſo Mileſiorum oppido, in quo templum habuit. Palæph. lib. 2.

Aſſo. Baſtetanorum oppidum. Ptol. in Hiſpania Tarraconenſi. Oſſea Moletio, in ſua Geographia. Ptolem.

Aſſos, Lyciæ ciuitas maritima in edito ſita promontorio, ad quam parum tutum eſt accedere. Vnde locus Stratonici vel Nicoſtrati citharœdi, Aſſon eas, vt citius ad exitij terminos peruenias. Altera eſt in Æolide. Tertia in Myſia vbi ſarcophagus lapis naſcitur, de quo ſic Plin. li. 2 c. 96. Circa Aſſon Troiadis lapis naſcitur, quo conſumũtur omnia corpora. Sarcophagus vocatur & lib 36. cap. 17. In Aſſo Troadis Sarcophagus lapis fiſſili vena ſcinditur. Corpora defunctorũ condita in eo, abſumi conſtat intra 40. diẽ exceptis dẽtibus. Ex hac fuit Cleãthes Stoicus philoſophus, qui Zenoni Citienſi in ſchola ſucceſſit, & eam Chryſippo Solenſi reliquit. Strab. lib. 13. Aſſon Troadis Plinius Apolloniam quoque vocat. De hac Paulus videtur mentionem facere. Act. 20. v. 13. Videtur & locus Cretæ in latere meridionali, Act 27. v. 13. ſed alij interpretãtur ἆσσον, prope. Quarta in Lydia. Quinta in Epiro minore.

Aſſórium, vel Aſſorum, ciuitas Siciliæ. Steph.

Aſſorũ, mõs Sami, à quo fluit Amphilyſus. Step.

Aſſorius, Mygdoniæ regionis in Macedonia vrbs.

Aſſos, ciuitas Cretæ, vbi vetuſtiſſimum Iouis templum. Steph.

Aſſus, vide Aſſos.

Aſſuerus, pater Darij regis Medorum. Dan. 9. 1 Eſd. 4. Hic à Metaſthene Perſa, Artaxerxes Aſſuerus vocatur. Ioſepho fuit Cyrus, Xerxis filius, qui poſt Dariũ patruũ, Perſis imperauit. Hũc Cyrum dixit Artaxerxem apud Græcos vocari, qui Longimanus cognominatus, regnauit XL. annis Heb. Aſchaſch veroſch, i. Princeps & caput.

Aſſum, Troadis promontorium. Ptol. *Santiquaranti*, Sophiano. vide Aſſos.

Aſſur, i. inſidians, ſiue beatus, aut aſpiciens, vel gradiens, filius Sem. Gen. 10. de terra Sennaar egreſſus, Gen 10. Iſa. 7.

Aſſur, Iudææ ciuitas, quam ædificauit Salomon, quo nomine dictus eſt filius Sem.

Aſſuri, nomen loci, 2. Reg. 2. Lat. Beatitudo, aut intuitus, vel greſſus.

Aſſurim, filius Dedam, filij Iecſan. Gen. 25. Lat. Inſidiantes, ſiue beati, aut aſpicientes, vel gradientes.

Aſſyria, regio maioris Aſiæ, quam Ptol. ab Ortu Mediæ parte terminat, ab Occaſu Meſopotamia, à Septẽtrione parte minoris Armeniæ, iuxta Niphatem montem, à Meridie Suſiana. Tib.

Eoiq; Arabes diues & Aſſyria.

Plin. lib. 5. cap. 12. Aſſyriam docet Syriæ partem eſſe, quæ poſtea vocata eſt Adiabene. Strabo autem lib. 6. longè latiores Aſſyriæ fines aſſignat, eo nomine comprehendens Babylon. & maximam circumiacentium regionum partem. Eadem & Syria à Græcis vocata eſt. Iuſtin. lib. 1. & Herod. lib. 7. quanquam multò latiores Syriæ fines fuerũt, quàm Aſſyriæ. Dicta eſt autem Aſ-

Digitized by Google

ſyria, (vt refert Auguſtinus lib. 15. De ciuitat.) ab Aſſur filio Sem. In Aſſyria autem fuerunt XVIII. regna.

Aſſyrij, populi poſt Euphratem loca tenent, amne tantum à Babyloniis diuiſi. Herodotus eoſdem populos cum Syris eſſe dicit. ſed à Græcis Syros: à Barbaris Aſſyrios vocari. Hi ſolebant in viis ægrotos præponere, & exquirere à prætereuntibus, ſcirentne aliquod morbi remedium: coma vtebantur non admodum magna, defunctos melle condibant & cera, clypeos geſtabant & pugiones: clauas item ligneas ferro inductas ac ligneos thoraces. Deum quem ſuum habent, Adad vocant, deam verò Adargatim.

Aſſyrij dicti ſunt à Nino, cognomento Ioue, qui nomine proprio Aſſyrius eſt vocatus. Xenoph. de æquiuoc. Aſſyrij & Babylonij vxores publica emebant auctione, quod etiam hodie apud Arabes & Sarracenos ſeruatur. Ptol. Verg. lib. 1. cap. 4. de rer. inuent.

Aſta, Turditanorum in Hiſpania ciuitas, Æſtuaria, inter ſacrum promontorium & Herculeas columnas. *Regia* cognominatur à Plinio. Eſt & Aſta in Liguria, non longè à Nouaria diſtans. Claud.

—nec plus pollentia rebus
Contulit Auſonijs, aut mœnia vindicis Aſta.

Plin. lib. 55. c. 12. Drangianæ item vrbs. Ptolem. & Indiæ locus. Arrian. in Periplo.

Aſtabeni, Hyrcaniæ populi. Ptol.

Aſtabóras, Æthiopiæ fluuius iuxta Meroen. Helio. lib. 10. Æthiopicæ hiſtor. Ptol.

Aſtacana, Bactrianæ vrbs. Ptol.

Aſtacamprum, Indiæ promontorium. Arr. in Perip.

Aſtacapra, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

Aſtacenum æſtuarium in Hiſpania Bætica. Pt.

Aſtacenus ſinus, Propontidis pars, hodie *Golfo de Nicomedie.*

Aſtaces, fluuius Ponti, de quo ſic Plin. lib. 2. c. 103. In Ponto fluuius Aſtaces rigat campos in quibus paſtæ nigro lacte equæ gentem alunt.

Aſtacilicis, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Pto.

Aſtacœni, populi Indiæ, mediã regionẽ inter Cophenem atq; Indum habitantes Strab. lib. 15.

Aſtacures, Africæ propriæ gens. Ptol.

Aſtacuri, Libyæ interioris populi. Ptol.

Aſtæ. Thraciæ gens. Steph.

Aſtageni, Arabiæ fœlicis gens. Ptol.

Aſtanda, Ariæ oppidum. Ptol.

Aſtacus, Aſiæ vrbs, ſinum à ſe cognominat Aſtacenſem, ab Aſtaco Neptuni & Olbiæ Nymphæ filio. Arianus in Bithynicis. Strabo. Megarenſium coloniam eſſe ait. Eſt & ciuitas in Acarnania. Plin. lib. 5. & altera Bithyniæ, item regio Byzantiorum, & Cephaleniæ colonia. Steph.

Aſtapa, Liuio Hiſpaniæ vrbs, quam Nauagierus putat hodie *Steppa* dici. Vide *Siſa Pone.*

Aſtapæi, Libyæ populi. Steph.

Aſtapus, fluuius Aſiæ, quem Aſtoſabam à nonnullis nominari ait Steph. lib. 10. in deſcriptione Ægypti. Plin. tamen lib. 5. c. 9. Nilus, inquit, Aſtapus cognominatus eſt, quod illarum gentium ſigna ſignificat aquam è tenebris profluentem, qui & Aſtabores læuo alueo dictus, hoc eſt, ramus aquæ venientis è tenebris, dextro verò Aſtuſapes, quòd latentis ſignificationem adjicit: nec ante Nilus, quàm ſe totum aquis concordibus rurſus iunxit. Niger ſcribit eum accolis *Abaui* dici, *Abanbi* Barrius. Vide Nilus. Aſtarete, vide Aſtatre.

Aſtarimus, frater Aſtarci, Tyri rex, regnauit annis 9.

Aſtaroth, antiqua ciuitas Og regis Baſan, in qua primum habitauerunt Gigantes: poſtea cecidit in ſortem tribus Manaſſe. Sunt autem duo caſtella in Batanea hoc vocabulo, nouem inter ſe millibus ſeparata, inter Adaram & Abilam vrbes. Fuit & Deus Philiſtæorum à Iudæis ſublatus. 1. Reg. & à Salomone reintegratus. 3. Reg. 11. Aſtaroth eſt pluralis gen. erant idola formam ouium præ ſe ferentia.

Aſtárte, Syriorum numen non aliud quàm Veneris: fortaſſe aut Iunonis: ſacræ litteræ Aſtartem Sydoniorum deam vocant: cui Salomo rex vni concubinarum ſuarum obſequi volens, altaria condidit. Eſt & ciuitatis nomen, & inſula in Æthiopia, Steph. & Palæph. lib. 2. Vide Philadelphia.

Aſtártus, Tyri rex, regnauit annis XXXIII.

Aſtaſana, Ariæ oppidum. Ptol.

Aſtelebe, ciuitas Lydiæ. Steph.

Aſtenas. Hiſpaniæ Bæticæ oppidum. Strabo.

Aſter, puer, Platonis carminibus celebratus, in quem etiam extant epigrammata lib. 3. Epigrammatum Græcorum.

Aſteria, vel Aſterie, filia Cei, Titanis filij, Theodontio. Hæc autem, vt ait Fulgentius, poſt vitiatam Latonam à Ioue dilecta eſt, à quo in aquilam verſo oppreſſa fuit eique ex eo concubitu Herculem peperit. Quæ tandem Ioui aduerſa, eiúſque fugiens iras, deorum miſeratione in coturnicem verſa eſt, quæ Græcè vocatur ὄρτυξ, noménque dedit inſulæ in quam aufugerat, vbi à Ioue in lapidem mutata eſt, vndiſque demerſa, & ab eiſdem huc illuc agitata: quæ tandem ob ſuſceptam Latonam ſupernatauit, & primò Neptuno ac Doridi conſecrata eſt: poſtea Delos dicta, in qua inſula Latona Apollinem & Dianam peperit.

Aſteria, ciuitas Lydiæ. Steph.

Aſteria, Hydei filia ex Bellerophõte Hydin ſeu Hydiſsũ peperit, à quo Hydiſſus vrbs Cariæ. Steph.

Aſteria, inſula in Archipelago mari inter Itha-

Ithacam & Cephaleniam, quæ alio nomine Delos nuncupatur, in qua primùm poſt diluuium Sol apparuit, & ab eo primùm eſt illuſtrata, vnde antiquitas eam Apollini conſecrauit, quod illic natus eſſe videretur: ibique fertur ignis primò inuentus, & inter Græcos in vſu habitus: quare Pyrpilos eſt cognominata, Oroſ. li. 1. c. 7.

Aſteris, Homero, Straboni & Auſonio in Perioche 4. Odyſſeæ. *Didaſcalio* Sophiano.

Aſterion, Cometæ filius, vnus ex Argonautis. Val. lib 1. Argon.

—celer Aſterion, quem matre carentem
Cretham gemino fouit pater amne Cometes.

Aſterion, Achaiæ fluuius in Nemea inſula, vel ſylua placidè effluens, fructuum iuxta ripam abundantiſſimus. Statius lib. 4. Theb.

Eraſinus & equus
Fluctibus Aſterion, &c.

Eſt etiam montis nomen in Argolico ſinu. Plin. lib. 45.

Aſterion, ciuitas Theſſaliæ. Homer. οἵ δ' ἔχον, ἀστέριον, τιτανοῖό τε λευκὰ κάρηνα dicta, quod in alto ſit monte, velut aſtrum fulgeat. Euſtath. Perſia nunc vocatur. Eſt & altera vrbs eius nominis in Syria.

Aſterion, herba naſcens in agro Argiuo ad ripam fluuij eiuſdem nominis, cuius folia Iunoni ſacra accolæ in coronas nectunt.

Aſteris, inſula in medio Sami & Ithacæ ſita. Strabo, Homer. Odyſſ. 4.

Ἔστι δέ τις νῆσος μέσσῃ ἁλὶ πετρήεσσα,
Ἀστερίς, οὐ μεγάλη, λιμένες δ' ἔνι ναύλοχοι αὐτῇ
Ἀμφίδυμοι. id eſt,

Saxa nunc medio ſuperemines inſula ponto
Aſteris, haud ingens, portus dās puppib. aptos,
Quos ſubeant hinc atque hinc.

Nunc autem ne ad anchoræ quidem iactum prorſus idonea. Eadem etiam Aſteria vocatur eidem Straboni lib. 2. Eſt & Aſteria ciuitas Hiſpaniæ. Ptol. Fuit item Titoni filia, & Latonæ ſoror.

Aſterium, vide ASTERION.

Aſterius, loci nomen in inſula Tenedo. Plutarch.

Aſterius, Cretenſium rex, regnauit annis XXII.

Aſterius, conſul, collega Protogenis.

Aſteropæus, filius Pelagonij cum Pæoniis venit Troianis in auxilium, Achilli irato ob occiſum Patroclum occurrere auſus, ab eo miſerè cæſus interiit. Hic Homero amphidexios cognominatur.

Aſterupeus, Spartanus nobilis, qui Lycurgum in formanda rep. iuuit.

Aſterúſia, mons Aſiæ vel Cretæ, ad meridiem mare ſpectans, cuius coloni ciuitatem eiuſdem nominis ad Caucaſum ædificauerunt. Stephan.

vrbs item Arabiæ fœlicis. Diodorus lib. 5.

Aſthæa, Gedroſiæ inſula. Ptol.

Aſthagura, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

Aſtyæ, promontorium Europæum, ad Boſphorum Thracium, *Cetrium* vulgò. Pet. Gyllius Plin. lib. 4. c. 11.

Aſtiagis, Africæ propriæ vrbs. Anton.

Aſtiocha, vel Aſtiochia, vide ASTYOCHIA.

Aſtorgius, filius Galeoti Foroiulienſium, principis, qui cùm longam obſidionem Cæſaris ab Alexandro Pontifice patre miſſi ſuſtinuiſſet, ad extremum victus & Romam ductus in Tyberim noctu præcipitatus eſt. Iouius.

Aſtorum, ἀστῶν Thraciæ regionis meminit Stephanus in καβύλη Aſticla, vide Aſtypalea.

Aſtica, regio Thraciæ. Plin.

Aſto, Proſopitis Nomi Ægypti ciuitas & metropolis, vbi Saturnus colebatur. Epiph.

Aſtoa, vicus Arabiæ fœlicis. Ptol.

Aſtomi, Indiæ populi Plin. cap. 2. lib. 7. ad extremos fines Indiæ ab oriente circa Gangem ſine ore, corpore toto hirti, veſtiti frondium lanugine, halitu tantùm viuentes, & odore quem naribus trahunt. Nullus ibi cibus, potúſque nullus: tantùm radicum florúmque variis odoribus, & ſylueſtrium malorum, quæ ſecum portant, longiore itinere viuunt, ne deſit olfactus: grauiore paulo odore haud difficulter exanimantur. Hæc Plinius.

Aſtouia, Germaniæ vrbs. Ptol.

Aſtrabe, vna Cycladum, Caſos poſtea dicta.

Aſtræa, Aſtræi ex Aurora, vel Icari, vel Iouis & Themidos filia: quæ quoniam diis fauit aduerſus patrem & patruos, in cœlum aſſumpta eſt, & in Zodiaco locata ea in parte, quæ ab ea Virgo eſt nominata.

Aſtræa, iuſtitia. Ouid. 1. Metamorph.

Vltima cœleſtum terras Aſtræa reliquit.

Aſtræus enim princeps iuſtiſſimus fuit, propter cuius æquitatem, eius filia Iuſtitia dicta eſt, vt ſcribit Aratus,

—nam cùm adhuc terras habitaret,
Nondum veſanos rabies nudauerat enſes,
Nec conſanguineis fuerat diſcordia nota.

Sed poſtea creſcentibus vitiis euolauit in cœlum. Vnde ait idem Aratus,

Et cæli ſortita locum, qua proximus illi
Tardus in occaſum ſequitur ſua plauſtra Bootes.

Aſtræa, ciuitas Illyriæ. Steph.

Aſtræus, fluuius Macedoniæ. Ælian.

Aſtrampſychus author antiquiſſimus ſcripſit de cura aſinorum, & ὀνειροκριτικόν, i. de coniectatione ſomniorum. Suidas.

Aſtrapæus, dictus Iupiter à coruſcatione.

Aſtraſſus, Indiæ intra Gangem oppidum. Ptol.

Digitized by Google

Aſtrata, Arabici ſinus inſula, apud Ptol. Caiaſſa ex tabulis apparet.

Aſtratæa, Minerua apud Laconas dicta eſt, quod Amazones vlterius progreſſę non fuiſſent, Athenîſque finem belli gerendi feciſſent: nam ἀστρατεία Græcis pax eſt, quando ſcilicet ceſſatur à bello.

Aſtræum, oppidum Macedoniæ, & Aſtræi populi ſunt eius vrbis incolæ. Ptol.

Aſtræus, vnus ex Titanibus qui contra deos arma ſumpſit. Ferunt hunc cum Aurora concubuiſſe, ac ex ea generaſſe Aſtræam virginem, necnon & omnes ventos, quos cùm fratres aduerſus Iouem bellum mouiſſent, omnes armauit, & in ſuperos emiſit.

Aſtræus, vnus fuit ex iis, qui in aula Cephei regis Perſeo vim inferre conati, ab eodem ſunt interfecti. Ouid. 5. Metamorph.

Occidit & Celadon Mendeſius, occidit Aſtræus.

Aſtrobi, Indica gens. Arrian.

Aſtrologus, Hercules dictus eſt, quòd eo die ſe flammis iniecit, quo futura erat Solis obſcuratio. Feſtus.

Aſtromela, vrbs Narbonenſis prouinciæ maritima Auaticorum. Plin. lib. 2. c. 4.

Aſtron Troadis fluuius, ex Ida monte oriens, Plin.

Aſtrope, vna ex Pleiadibus, alio nomine dicta Aſterope.

Aſtúia, Germaniæ vrbs. Ptolem. vulgò *Bedenhuſen.*

Aſtur, qui ab Aſturia eſt, Martial. de Aſturconibus.

Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit vngues
Venit ab armiferis gentibus Aſtur equus.

Aſtur, Hetruſci cuiuſdam nomen proprium, qui Æneæ ſuppetias tulit aduerſus Turnum, de quo Virg. lib. 10. Æneid.

Aſtura, qui & Stura Latij fluuius, de quo Feſtus inquit: Stura flumen in agro Laurenti eſt, quod quidam *Aſturam* vocant. *Stora* hodie dici ſcribit Leander, qui ſubiungit eum à Plinio *Nymphæum* appellari, ſed pace Leandri dixerim, *Stura, & Nymphæus* duo, diuerſaque ſunt flumina apud Plinium. *Storas* Straboni nuncupatur. Aſtura etiam Aſturum flumen eſt Oroſio li. 6. ca. 21. Ad Aſturam Latij Cicero occiſus fuit. Eſt & oppidi nomen non longè à Tarracina. Seruius 7. Æneid. Aſtyra, Stephano. Inſula quoque apud Plinium. Eſt & Pannoniæ vel Norici vrbs. in lib. Notit.

Aſtures, Hiſpaniæ populi, Gallæcis proximi aurifodinis, & equis quondam tolutariis nobilitati, quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio, Plin. lib. 8. Silius lib. 3. Eorum tractus Aſturiæ nomen habet.

Aſtúria, regio & ciuitas Hiſpaniæ, propè Luſitaniam, ab Aſtura fluuio ſic dicta, vbi ſunt breues equi, ſed inceſſu veloces, qui Aſturcones vocantur: hodie Pyrenæos montes, vulgus *Aſturias* vocat.

Aſturica Auguſta, Aſturum in Hiſpania vrbs. Ptol. olim *Rana* vulgò *Aſtorga.*

Aſturicani, Sarmatiæ Aſiaticæ gens. Ptolem.

Aſturum lucus, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs. Ptol. hodie *Ouiedo.*

Aſtuſapes, Nili fluminis Ægypti nomen. Plin. lib. 5. cap. 9.

Aſty, vel Aſtu Diodoro Siculo, nomen quo olim Græciæ vrbes vocabantur, Athenæ & Alexandria per excellentiam. Steph. pagus Ægypti, iuxta Canobium. Diodor. Steph.

Aſtyages, proprium regis Troianorum & Aſſyriorum nomen.

Aſtyages, Cyaxaris filius, Perſarum & Medorum rex, & pater Mandanæ, quæ Cambyſi mediocris dignitatis Perſæ nupta, Cyrum peperit. Herod. & Iuſt. lib. 1.

Aſtyalus, Troianus à Neoptolemo interemptus, vt ſcribit lib. 6. Iliad. Homerus.

Aſtyanáſſa, Helenæ Menelai vxoris ancilla laſciuiſſima, prima de variis concubitus modis librum conſcripſit: cuius exemplum poſtea imitatæ ſunt Philænis & Elephantine. Suidas.

Aſtyánax, quaſi vrbis princeps, ἄστυ, enim vrbs, ἄναξ, tutor ſiue rex, vnicus fuit filius Hectoris ex Andromache, natus poſt inchoatum bellum inter Troianos & Græcos, quem Vlyſſes naues è Sigeo ſoluens, è turri dedit in præceps, ne quid Troianarum reliquiarum ſupereſſet. Hunc Hector vt plurimum vocabat Scamandrum. Virg. lib. 2. Æneid.

Paruúmque manu Aſtyanacta trahebat.

Aſtycratia, filia Æoli. Hom. Odyſſ. lib. 10.

Aſtydamas Athenienſis, edidit tragœdias 42. vicit 5. Primus ex auditoribus Socratis ad poeticam ſe conuertit.

Aſtydamas, ſuperioris filius, & ipſe tragicus, cuius tragœdias nonnullas commemorat Suid.

Aſtydamas, hyſtrio fuit Morſimi filius. Huic cùm ſtatua in theatro ponenda decreta fuiſſet, quod in agendo Parthenæum ſeſe gnauiter ac ſcitè geſſiſſet, titulum ipſe conſcripſit, in quo ſuas laudes complectebatur: vnde factum prouerbium, Aſtydamas ſeipſum laudat.

Aſtydamia, Ormeni filia, quam Hercules, patre prius occiſo, rapuit. Ouid.

Nec referam partus Ormeni nympha tuos.

Aſtydamus Mileſius, ab Artobarzane, Perſarum Satrapa, inuitatus nouem conuiuis paratas epulas ſolus abſumpſiſſe dicitur. Leon. Tho. lib. 3. cap. 63.

Aſty-

Aſtygis, Tudetanorum in Hiſpanica Bœti: vrbs. Ptol. à qua Aſtygitanus ager.

Aſtylus, vnus ex Centauris futura prænoſcẽs, fratres monuit ne bellum aduerſus Lapithas mouerent, exortóque in nuptiis bello, ipſe ſibi timens, vnà cum Neſſo fugam arripuit. Ouid. Quíque ſuis fruſtra bellum diſſuaſerat augur.

Aſtylus ille etiam metuenti vulnera Neſſo,
Ne fuge ad Herculeos, inquit, ſeruaberis arcus.

Aſtylus, vel Aſtyllus, Crotoniata, curſor, tribus Olympicis continuis vicit, ſtadio, diaulo & dolicho. Quod autem in vltimo ſe Hieronis magiſtrum ac Syracuſanum à præcone declarari fecerit, Crotoniatæ irati, ſtatuam eius fregerunt, eiúſque bona publicarunt. Pauſan. & Plato in legibus, qui eum non tam curſu, quàm perpetua virginitate clarum prædicat.

Aſtymedúſa, Œdipi vxor, quam repudiata matre prius matrimonio ſibi coniuncta, ſed incognita, duxit: quæ vt liberis prioris coniugis infenſum parentem faceret, apud patrem eos accuſauit: tanquam qui ſe de ſtupro appellaſſent: quapropter Œdipus iratus, regnum cruentum reliquit.

Aſtynome, alio nomine Chryſeis, Chryſæ ſacerdotis Apollinis filia, quam Achilles Lerneſſo expugnato, ſecùm abſtulit, occiſo eius viro Mynete: vel, vt quidam codices habent, Menete, principe illius loci, vide Chryſeis.

Aſtynomi, Athenis decem erant viri, quibus cura pſaltriarum & tibicinum (alij addũt, & viarum, incumbebat, de quibus Plat. lib. 6. de legib.

Aſtynous, princeps Troianus à Diomede interfectus. Hom. lib 5. Iliad.

Aſtyóchia, ab Hercule ex Ephyre Laconiæ ciuitate rapta, ex qua Tleopolemum genuit.

Aſtyochia, vel Aſtyocha, Actoris filia, quam in cœnaculo paternæ domus Mars opptesſir, Homerus lib. 2. Iliad. vide Aſtiocha, ex qua genuit Aſcalaphum & Ialmenum fratres.

Aſtypalæa, vna è Cycladibus. Plin. & Strab. lib. 10. Vadianus putat Aſtyclam apud Pomponium corruptè legi pro Aſtypalæa. Stephanus numerat & alias quatuor Aſtypalæas, quarum vna ſit in Coo: altera ciuitas inter Rhodum & Cretam, tertia ciuitas in Samo: quarta promontorium iuxta Atticam. Ouid. lib. 1. de Arte.

Cunctáque piſcoſis Aſtypalæa vadis.

Inſula maris Ægæi vocatur quoque Stephano Pyrrha, Pylæa, & Theon Trapeza, id eſt, deorum menſa. Sophianus eam *Scampaliam* vocat.

Aſtypale, les, ciuitas in Aſtypalæa inſula, in qua Apollo c[illegible]batur, qui propterea Aſtypalæi cognomen [illegible] eſt.

Aſtypalæenſes populi, de quibus Strabo libr. 13. Aſtypalænſes itaque qui Rhœteum occupauerant, oppidum iuxta Simoentem condidere, quod nunc Poliſma nominatur, in loco non valdè idoneo, quapropter citò euerſum eſt.

Aſtyphilus, Poſſidoniates, vates fuit qui Iunioni Atheníenſi, cui erat familiaris, mortẽ prędixit ex præcedentibus prodigiis. Plut. in Cimone.

Aſtyr. Memnonis fuit auriga, à cuius nomine Aſtyres populi Gallœcis proximi dicti ſunt.

Aſtyra, regio Italiæ. Steph.

Aſtyra, vel Aſtyrum, ciuitas Myſię iuxta Troadem: Eſt & vicus prope Adramittum. item ciuitas Phœniciæ, vbi Minerua Aſtyris colebatur, & Bœotiæ iuxta Potnias. Steph.

Aſtyris, regio Italiæ. Steph.

Aſtyron, vrbs in receſſu Illyrici maris ab Argonautis condita, & à Colchis *Polas* dicta. Strabo ex Callimacho.

Aſuada, Palæſtinæ oppidum, lib. Notit.

Aſuciandæ, Sarmatiæ Aſiaticæ populi. Plin.

Aſula, oppidum in agro Brixiano.

Aſulani, populi apud Plinium, lib. 3. cap. 5. qui Ætolani.

Aſura oppidum proximè Philiſcum ad Euphratem, à quo ad Seleuciam decem dierum eſt nauigatio. Plin. lib. 5. c. 26.

Aſurus, vide Aſorus.

Aſychis, rex Ægypti Herod. lib. 2.

Aſylas, vates quidam. Virg. 10. Æneid.

Aſylum, templum à Romulo, Rheæ Ilię Veſtalis virginis filio ædificatum.

Aſyncritus, viri nomen, Rom. 16.

Aſyphus, Marmaricæ fons. Ptol.

A T

Ata, ſiue Ate, Ates Latinè dici poteſt noxa, detrimentum, nocumentum. Hãc exiſtimauit Homerus eſſe dæmonem humano generi noxium.

Atabuli, Æthiopiæ ſub Ægypto gens. Plin.

Atabulus, vel Atabulus. ventus in Apulia præcipuè ſpirans. Horatius, lib. 1. Satyra 5.

Incipit ex illo monteis Apulia notos
Oſtentare, mihi quos torret Attabulus.

Ideo Attabulus Apulus dicitur. Porphyrio ait dictum, quaſi ἀπὸ τοῦ ἄτην βάλλειν quod nocumentum peſtilentiámque inferat. Ventum hunc, Horatianum appellat Gellius lib. 2. c. 22. Plin. lib. 17. c. 24.

Atabyria, inſula, quæ poſtea Rhodus, Plin. lib. 5. cap. 31. vide Rhodus.

Atabyris, qui & Atabyrum Stephano mons altiſſimus in Rhodo inſula. Strabo lib. 14. à Telchine quodam Atabyrio, vnde Iupiter Atabyrius dictus, & Atabyriæ boues, quæ Æneæ erant & ingruente aliquo malo mugire ſolebant. Cæl. Rhod. lib. 6. & 7. Gyrald. in ſyntagm. Eſt & Siciliæ locus. Item Perſiæ vrbs, vt & Phœniciæ.

Atacini, populi Narbonenſes, ab Atace amne eius prouinciæ dicti, à quibus Romæ Atacinorum nomen. Hermolaus.

Digitized by

Atad, i. Rhamnus, ſiue ſpinetum, locus trans Iordanem, vbi exequias atque planctus peregerunt filij Iſrael ſuper morte Iacob, tertio ab Iericho lapide, duobus millibus à Iordane, qui locus dictus eſt poſtea Planctus Ægypti, Geneſ. 50. Nunc Beth hagla, quod interpretatur locus gyri, eo quòd ibi more plangentium circumierunt in funere Iacob. Hieronymus in locis Hebraicis.

Atæa, vrbs Laconiæ, & alia Phœniciæ. Steph.

Atalanta, vel Atalantis filia Schœnei regis in Scyro inſula, poëtis cantatiſſima, cuius fabulam Ouidius refert libr. 10. Metam. Vide Abantias. Propertius, hanc Iaſij Argiuorum regis filiam facit, cùm inquit.

Melanion nullos fugiendo Tulle labores,
Sæuitiam duræ contudit Iaſidos.

Hæc itaque cum pedum agilitate præſtaret, curſu cum procis certabat ea lege: vt ei à quo vinceretur nuberet, victos autem occideret. Multis igitur ſuperatis, Hippomenes, Martis aut Megarei filius, cum ea, in certamen venit, acceptis tamen priùs à Venere tribus aureis malis, in Heſperidum horto natis: quæ currens ſenſim proiecit in terram: quibus colligendis illa retardata, ab Hippomene eſt ſuperata: itaque pacta conditione nupſit. Portò cùm in templo Cybeles neglecta religione coirent, dea irata eos in leones commutauit, ſuóque currui ſubiugauit. Ouid. lib. 10. Metam.

—dubium Megareius heros
Gaudeat, an virgo magis his Schœneia dictis.

Atlante, virgo venatrix in Arcadia, de qua Hieronymus contra Iouinianum. Referunt fabulæ Atalantem Calydoniam virginem ſemper in venatibus, ſemper in ſyluis, non tumentes vteros fœminarum, faſtidiáque conceptus, ſed expeditam & caſtam amaſſe virtutem. Hæc virginitatis conſeruandæ ſtudio Dianæ ſe dedit comitem, & vnà cum cætera Achaiæ nobilitate iuuenum in Ætoliam à Melagro Œnei regis filio, ad aprum Calidonium perimendum vocata, prima aprum ſagitta percuſſit: poſtea quoque eidem Meleagro, à quo ob formæ elegantiam maximè diligebatur, nupſit, & ex eo Parthenopæum ſuſcepit.

Atalanta, vrbs ab Athenienſibus condita iuxta Locros, & inſula iuxta Pyreum. Steph.

Atalantæ, fons in portu Cyphantarum, quod ibi venatrix fœmina æſtu languida conſederit & petra venabulo eius percuſſa laticem præbuerit. Pauſan. in Laconicis.

Atalante, eſt exigua inſula Eubœæ adiacens, è regione Opuntiorum. Thucyd. lib. 2.

Ataphyni, gens Arabiæ. Steph.

Atarantæ, Libyæ populi. Arr.

Atarbicis, ciuitas in Propontidis quædam inſula. Steph.

Atargata, dea, quæ colebatur apud Aſſyrios. Strabo lib. 6. ab aliis Atergatis dicitur, vide infrà.

Atara, i. Corona, altera vxor Ierameel primogeniti Eſron, filij Phares, filiæ Iudæ, 1. Paral. 2.

Atarna, vrbs Myſiæ in Aſia, non procul ab Aſſo vrbe prope Leſbum. Steph.

Atarnes, Darij Perſarum regis frater, à quo locus quidam Myſiæ contra Leſbon Atarnes dictus eſt. Herod. lib. 7.

Atarnes, Herodoto Scythiæ fluuius eſt. *Moraniam* nunc appellari putat Peucerus.

Atarnites, Atarnæ tyrãnus, de quo Oui. in Ibin.

Aut vt Aternites inſutus pelle iuuenci
Turpiter ad dominum præda ferare tuum.

Quidam Acharnides legunt: ſed Turnebus ſic emendat, & de Hermia Atarnæ tyranno intelligit, Ariſtotelis neceſſario & percharo.

Ataroth, ciuitas in tribu Gad Num. 32. Latin. Coronæ, ſiue calamus inebriationis, vel ſaturitatis, aut conſilium inebr. vel ſaturitatis

Ataroth-adar, ciuitas in tribu Ephraim, Ioſue 16. Lat. Coronæ, ſiue calamus inebriationis, vel ſaturitatis pallij ſiue potentiæ aut magnitudinis.

Ataphyni, Magna gens Arabiæ. Steph.

Atas puer, Vipſanio conſule, à meridie ad veſperum quinq; & ſeptuaginta millia paſſuũ concurrit, magna omnium admiratione. Mart. lib. 4.

Siue leuem curſu vincere quæris Atan.

Plin. lib. 7. c. 10. Solin. lib. 1. c. 6.

Ataulphus, Gothorum rex, anno Chriſti 412. decreuerat Romam vel deripere vel expugnare, eámque Gothiam nuncupare niſi Placidia Honorij ſoror & vxor ipſius barbari ferocientem animum & iam paratum ſceleri, verbis emolliuiſſet. Paul. Diac.

Atax, fluuius Galliæ Narbonenſis, ex Pyrenæo monte infunditur in mare Mediterraneum. Plin. Lucan. lib. 1.

Mitis Atax gaudet Latias non ferre carinas.

vulgò *Aude*, Narbonem perfluit.

Ate, Homer. dea homines malis implicans, mentéſque ſeducens: cui repellendæ & placandæ Litæ Iouis filiæ oppoſitæ ſunt, quæ tantò ſunt tardiores, quantò noxa eſt grauior. Eraſmus in prouerbio, Ira omnium tardiſſimè ſeneſcit, ἄτη enim Græcis noxa dicitur.

Ategua, Hiſpaniæ Bœticæ ciuitas. Dion.

Ateia Palmyrenæ oppidum.

Atella, Campaniæ oppidum, à quo ludi Attellani, fuit enim in illo Amphitheatrum egregium. Steph.

Atelos, inſula vnguento nobilis Callimacho. Vide Agathuſa.

Atelphos, Colchidis amnis. Plin.

Atena, pars tribus Antiochidis. Steph.

Digitized by Google

Atepomarus, Gallorum regulus, Romanis belligerans, non ante ſe ceſſurum dixit, quàm ipſi ſuas ad coitum vxores expoſuiſſent, cæterùm, ancillarum conſilio ſeruas mittentes barbaros laſſos, incredibili ſopore captos accipiunt, erumpentes in Gallos, victoriam reportarunt. Ratana ſiquidem (hæc enim author extitit conſilij) per caprificum muros aſcendens, conſulibus ſignum dederat. Ex eo autem facto feſtus dies inſtitutus, ancillarum appellatur. Plut. in Parall.

Ateſtanus, rex Angliæ fuit, qui Edimum adoleſcentem in nauigio ſine remige fluctibus perdendum expoſuit.

Ater, nomen viri, 1 Eſd. 2. Lat. ſiniſter, vel clauſus.

Ater, mons in regione Cyrenaica, Pli. li. 5. c. 5.

Atergátis, quam & Atergatam & Decreto Strab. lib. 16 appellat, dea Aſcalonitarum Syriæ, quam Plin. prodigioſam vocat, quod ſimulachrũ eius ſuperiore parte mulierem, reliqua piſcem refert. Hanc referũt fuiſſe matrem Semiramidis, quæ ob amiſſam pudicitiam, tantũ animo dolorem concepit, vt ſeſe in lacum præcipitem dederit: cúmque cadauer eius ab vrinatoribus inueniri non poſſet, creditum eſt eam in piſcẽ fuiſſe transformatam. Quò factum eſt, vt deinceps à piſcium eſu vicini populi religioſiſſimè abſtinerent. Vnde & Atergatim dictam volunt, quaſi *ἀτεργατιδ*, quod Syris ſine piſcibus ſonat. Macrob. 1. Saturn. duo fuiſſe Aſſyriorum numina tradit, Adad, & Atergatim, ex quibus omnia gigni arbitrabantur: per Adad, Solem, per Atergatim, terram intelligentes. Cæl. lib. 25. c. 5.

Aterium, ciuitas Siciliæ. Steph.

Aternus, Pelignorum fluuius in Italia per agrum Adrianum in mare Adriaticum illabens. Plin. Ptolem. Strabo & Varro. *Peſcara* dicitur. Leandro, Collenutio & Blondo, qui ſcribit ad eius oſtium eiuſdem recentis & antiqui nominis oppidum. Antonino & Liuio oppidum eſt Aternum, ſed & Straboni fluuius eſt & vrbs cognominis.

Ateſis, vide Atheſis.

Ateſte, ciuitas regionis Venetæ, vt tradit. Plin. hodie caſtellum, vulgò *Eſte*.

Atretona, Hiſpaniæ Bœticæ vrbs. Strab.

Athach, nomen ciuitatis, 1. Reg. 30. Lat. hora tua, ſiue tempus tuum.

Athac, nomen Eunuchi. Eſt. 4. Latin. percutiens, vel humilians, vel ſubijciens.

Athaias, nomen viri, 2. Eſdr. 11. Lat. hora, vel tempus domini.

Athalai, nomen viri, 1. Eſd. 10. Lat. hora mea, vel tempus meum.

Athalaricus, Gotthorum rex in Italia cum Amalaſuntha matre, imperauit annis VIII. Quũ à matre prudentiſſima fœmina in bonis artibus inſtitueretur, id indignè ferentes Gothi, matri illum eripiunt, & remotis præceptoribus ipſi iuuenes adiungunt cum quibus ſimul bellicis artibus aſſuefieret, ſed ab illis corruptus, paulò poſt morbo lethali contracto obit.

Athalia, mater Ochoſiæ, filij Ioram regis Iudæ filia Amri regis Iſrael, 4. Reg. 8. Lat. hora vel tempus domini.

Athamania, regio Illyriæ, vel Theſſaliæ. Stephanus.

Athamanes, populi Ætholiæ, Plinius, libr. 4. cap. 2.

Athamas, Æoli filius, Thebarum rex, Nephelem vxorem duxit, ex qua Hellem & Phryxum genuit: ſed Nephele inſania Liberi patris concitata, cùm in ſyluas abiiſſet, Athamas liberis ſuis Ino Cadmi filiam ſuperinduxit nouercam, quæ eos tot apud patrem accuſationibus, tot dolis eo compulit, vt conſcenſo aureo ariete (quem quidam ex Neptuno & Theophane genitum tradunt, & eius vellus à Phryxo Marti conſecratum, poſtremò inter ſydera relatum) fuga ſibi conſulerent. Quapropter Iuno irata, furias in Athamantem immiſit, quæ in tantam rabiem eum duxerunt, vt cùm Ino ad ſe ire videret, hanc leænam & filios ſuos eiuſdem catulos arbitratus, rapto Learcho ex filiis altero ſaxo illiſerit, quod Ino videns cum Melicerto altera prole fugiens, ſe ex rupe quæ Leucothen dicitur, in mare præcipitem dedit Ouid. lib. 4. Metamorph.

Déque ſinu matris ridentem, & parua Learchum.
Brachia tendentem rapit, & bis, térque per auras.
More rotat funda, rigidóque infantia ferro.
Diſcutit ora ferox. &c.

Idem lib. 6. Faſt. Statius.

Torua adhuc Athamas inſanos flecteret artus.

Hinc Athamantis, Helle eiuſdem filia: & Athamantiades, Athamantis filius. Vide INO. Stephan. in Teos ſcribit Athamantem filiam Atam nomine habuiſſe, & Teon vrbem Ioniæ condidiſſe, quam Anacreon inde Athamantidem cognominat.

Athamantiades, id eſt, Phryxus Melicertes vel Learchus, Athamantis filius.

Athamas, Phthiotidis in Theſſalia mons. Pli. Inde Athamantes populi. Lucan. lib. 3.

— & vagus alius
Diſperſis ſyluis Athamas &c.

Athamas fluuius, qui ſuo tractu certo tempore, ligna incendit. Ouid.

Admotis Athamantis aquis incendere lignum
Narratur, minimos cùm Luna receſſit in orbes.

Athana, oppidum Arabiæ fœlicis, Plinius 6. c. 18.

Athanagia, citerioris Hiſpaniæ in Ilergetibus vrbs. Liu.

Athanagildus, Gotthorum rex, regnauit annis 14.

Athanai, filius Zara, filij Adia. 1. Paral. 6. Lat. fortis, ſiue aſininus, aut donans.

Athanaricus, 1. Hiſpaniæ rex, regnauit annis 21.

Athanaricus, Gotthorum rex.

Athanaſius præſul Alexandrinus, educatus ab Alexandro eius ciuitatis pręſule, olim diaconus, in concilio Niceno Arianorum hoſtis perpetuus, deinde maximas perpeſſus inſidias, ad Cõſtantem Galliarum principem aufugit, Volater.

Athanatus, fuit vir prodigioſæ proceritatis, quem Plinius quinquagenario thorace indutum, cothurniſque quingentorum pondo calciatum per ſcenam ingredi ſe vidiſſe refert.

Athanati, apud Perſas dicebantur, teſte Theophraſto, decem millia virorum delectorum ex Perſis ad militiam, quorum ſi quis aut nece, aut morbo numerum minuiſſet, confeſtim ſubſtituebatur alius, nec vnquam plures aut pauciores erant decem millibus: erantque inter omnes præcipuo cultu decori & iidem omnium pręſtantiſſimi. Q. Curtius lib. 3. Vide plura apud Rhod. lib. 25. cap. 1. Eadem die omnes in prælio occubuerunt.

Athánas, petra locus Scythiæ vel Thraciæ, circa Iſtri fluminis oſtia, ad Sindi campum. Eurip. in Cyclope.

Athar, ciuitas in tribu Simeon. Ioſue 19. Lat. oratio aut deprecatio.

Athara, dea eſt, quæ barbaris Atergatis nominatur. Rhod. lib. 23.

Atharrabis, vrbs Ægypti. Steph.

Athárſata, filius Achelai, 2. Eſdræ 19. de quo & 1. Eſd. 2. 8.

Athena, Cataldi (qui poſtea fuit Epiſcopus) mater fuit: quæ in partu mortua, ab ipſo Cataldo primum nato ad vitam ſolo amplexu reuocata eſt.

Athéna, Minerua, quaſi Athrena ἀπὸ τοῦ ἀθρεῖν, quod videre ſignificat. Palladem enim intelligunt prudentiam. Mythici tamen ſic dictam tradunt, quod de Iouis capite proſiliens, integræ puella ætatis, nec vbera ſugere habuerit neceſſe, quod θηλάζειν dicunt Græci vt ſcribit Euſtathius, vt dicta ſit ἀθήνη, Athena, quaſi Athela, ἀθήλη quòd lactata non ſit. Cæl. lib. 14. c. 18.

Athénæ, ciuitas Græciæ inter Macedoniam & Achaiam, in ea littorali regione quæ olim Actæ, deinde Attica vocata, quaſi Actica. Hanc Cecrops primus condidit, vnde Cecropia dicta, poſtea à Mopſo Mopſopia, & ab Ioue Xuthi filio Ionia, poſtremò autem Athenæ à Minerua, quam Græci ἀθηνᾶν appellant. Ferunt enim Neptunum cum Minerua de vrbis huius nomine contendiſſe, tandémque inter eos ita conueniſſe, vt vrbi nomen imponeret, qui vtilius humano generi munus edidiſſet: cúmque Neptunus equum Pallas oleam produxiſſet, victum ſuffragio vno Neptunum Mineruæ conceſſiſſe. quæ vrbem recens conditam de nomine ſuo Athenas appellauit. Vide Hyginum, Fab. Poët. c. 164. Fuit hæc ciuitas omnium bonarum artium inuentrix, Philoſophorum & Oratorum mater, & Poëtarum alumna. Virg. in Æthna.

Nunc hic Cecropiæ variis ſpectantur Athenæ
Carminibus, gaudéntque ſui victrice Minerua.

Tres quibuſdam fuerunt Athenæ, à quibus Athenæi, Athenienſes, & Athenopolitæ dicti. De tribubus Athenienſium vide Steph. in Berenicede. De nouis Athenis Adriani, vide Olympicum.

Athenæ, oppidum Eubœæ inſulæ apud Strabonem ab Athenienſibus conditum: & *Diades* dictum. Sunt alio locorum (vt hoc præter inſtitutum addam) plures Athenæ, vt in fœlici Arab. Plin. Eſt & inſula, Ionij maris prope Epidamnum. Æliano lib. 14. animalium. Sunt præterea aliæ, Steph.

Athenæa, ſacra Mineruæ, quæ Erichthonius intulit Athenis, eáque vt quotannis ſollennia permanerent inſtituit. Pauſ.

Athenæum, locus Mineruæ dicatus, vbi profeſſores ſua ſtudia profitebantur. Iulius Cap. poſtea, verò adoleuit, in Athenæo controuerſiis declamauit, audientibus etiam imperatoribus ſuis. Lamprid. Ad Athenæum audiendorum & Græcorum & Latinorum rhetorum vel poëtarum cauſa frequenter proceſſit.

Athenæum, promontorium magnæ Græciæ, Dion. Halicarnaſſæo, hoc hodie in Calabria *Roſſia* dicitur, teſte Gab. Barrio.

Athenæum, ſiue Mineruæ promontorium, in Campania, quod alij *Prenuſſam* vocant, Plin. Sirenum promontorium appellat. *Campanellam* Iouius indigitat. De hoc Strabo lib. 5. in hunc modum ſcribit, Pompæo contiguum eſt Surrentum Campanorum vnde prominet Athenæum ſeu Mineruæ promontorium, quod alij Prenuſſum vocant. Eo in promontorio fanum eſt Mineruæ ab Vlyſſe conditum.

Athenæus, Coſmographus Græcus.

Athenæus, Peripateticus Philoſophus è Seleucia Ciliciæ, Auguſti tempore princeps aliquandiu patriæ ſuæ, deinde contracta amicitia, cum Murena, qui contra Auguſtum conſpirauerat, cum illo aufugit: captúſque admiſſus. cum inſons reperiretur, reuertens Romam, multis cum ſalutantibus, illud Euripidis reſpondit, ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπών. Author Strabo.

Athenæus

by Google

Athenæus Naucratica grammaticus, M. Antonini principis tempore. librum Dipnoſophiſtarum compoſuit, varium opus & eruditum, vt Plin. alter Græcus ferè dici poſſit: quod ad nos ſanè haudquaquam integrum peruenit, eius epitome ab Hermolao Byzantio tantùm relicta. Author. Suid.

Athenarum, promontorium, ponti Cappadocici. Ptolem.

Athenion, Athenienſis Imperator, cuius maxima fuit crudelitas Mithridatico bello. Rhod. lib. 22. cap. 21.

Athenion, pictor eximius, qui niſi iuuenis mortem obiiſſet, omnes ſui ordinis ſuperaſſet, Plin. lib. 35. cap. 11. Princeps eorum qui in colonias ab Alexandro deducti Catabactra orta inter ipſos ſeditione defecerant.

Athenodorus, inuitatus ad epulas à Bicone æmulo, per Boxum quendam Macerianum in conuiuio eſt occiſus. Cur. lib. 9.

Athenodórus, Athenienſis philoſophus Stoicus, hoc Auguſto documentum dedit. Cum Cæſar ira te ceperit, nihil prius neque dixeris, neque feceris, quàm ipſa quatuor & viginti elementa litterarum Græcarum tecum ipſe percurreris, & memoria recenſueris: vt ita concitatio illa quæ momentoſa eſt, mente alio traducta, parui temporis interiectu langueſcat: compoſuit opus varium, quod Διάφορα inſcripſit. Suid.

Athenodôrus, ſculptor marmorarius eximius. Plin. lib. 36. Item alius philoſophus Candonis filius, à vico quodam Cananita dictus, hic virtutem ſola virtute metiebatur.

Athénopolis, oppidum Maſſilienſium. Plin. li. 3. c. 5. *Ries*, quibuſdam, aliis *Tres*. Vide Maſſilia.

Atheſinus, fluuius è lacu, qui in Apennino eſt ſupra Carnos, & labitur in Iſtrum.

Atheſis, fluuius Galliæ Ciſalpinæ, in Tridentinis oritur Alpibus curſu rapido Tridentum alluit, deinde Veronam diuidens ad latus Padi paludes ingrediens non longè à Brundulo in Adriaticum mare influit. Virg. 9. Æneid.

Siue Padi ripis Atheſin ſeu propter amœnum.

A Germanis *Eeſch* hodie vocatur, ab Italis *l'Adice*. Niger vult Strabonis Atagim eſſe.

Athilla, rex Pannoniæ, ſuperbus inceſſu, huc atque illuc oculos circumferens, vt elata potentia in ipſo corporis motu appareret: hic è Gallia reuerſus Budam, fratrem (qui regnum occupauerat) de medio ſuſtulit. Paul. Iouius.

Athinius, Sarracenorum rex.

Athis, Syriæ vrbs ad Euphratem. Ptol.

Athirſata, i. contemplans annum vel tempus, filius Achelai, 2. Eſdr. 10. 1. de quo & 1 Eſdr. 2. 61. Sic dicebatur & Nehemias, Nehem. 7. & 8.

Athletes, 1. Corinthiorum rex, regnauit annis 35.

Athlibis, vrbs Ægypti & alia Arabiæ. Stephanus.

Athlula, Arabiæ vrbs, Dion. Caſſ. à Xiphilino Epibula vocatur.

Athmatha, ciuitas in tribu Iuda, Ioſ. 15. lat. lacerta, vel ſtellio.

Athmónum, pars Cecropis tribus. Stephanus.

Athona, Arabum vrbs. Ioſeph. Antiquit. libro 14. cap. 2.

Athos, vel Athon, mons quem Xerxes abſcidiſſe fertur, & velis feciſſe peruium: vnde à Nuuenale velificatus dicitur. hunc leporibus abundare teſtatur Ouidius.

Quot lepores in Atho, quot apes paſcuntur in Hybla.

Situs eſt inter Macedoniam & Thraciam, altitudinis mirandæ, vt vſque ad inſulam Lemnon vmbram porrigere dicatur. Nõnunquam mons Thraciæ dicitur, vt Homero in Hymno Apollinis. Nonnunquam etiam Macedoniæ & Æmoniæ, Plin. & Pompon. Fuit & nomen Gigantis, à quo mons nomen habet. Virgilius Æneid. 12.

Quantus Athos, aut quantus Eryx.

Eſt & ciuitas eiuſdem nominis ſuper eodem monte ſita. Italis, *Monte-Santo*, ſiue incolarum vernacula lingua *Agion oros* hodie, vt tradit Io. Tzetza & Bellonius, qui eum in ſuis obſeruationibus admodum accuratè deſcribit.

Athos, vrbis nomen in hoc monte. Steph. & locus in Ægypto. Euſeb. 9. præp.

Athous, Iupiter appellatus & cultus in ſummitate & vertice montis Atho, Pauſan.

Athoſis, filia & vxor Artaxerxis, Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 24. Plutarch. Atoſſa.

Athrax, vide Atracius & Atrax.

Athres, Scythiæ Europeæ fluuius. Herodot. hodie *Labus*.

Athribis, Ægypti metropolis. Ptol. Item vrbs Arabiæ. Steph.

Athrizæ, Arabiæ felicis gens. Ptol.

Athribitis præfectura. Steph.

Athrulla, oppidi Arabiæ nomen. Strabo libro 18.

Athrys, fluuius Thraciæ in Iſtrum fluens.

Athymbra, vrbs Cariæ iuxta Meandrum, ab Athymbro condita: Nyſſa poſtea dicta Stephan. iuxta Mæandrum fluuium

Athymbrus, vnà cum fratribus Athymbrado & Hydrelo Lacedæmone profectus vt fratres, vrbem quoque de ſuo nomine condidit. Strabo lib. 14.

Athyras, Thraciæ fluuius. Ptol. hodie *Aqua*

Athyras, portus & fluuius iuxta Byzan-

Digitized by Google

tium, & ſinus quidam & fluuius Scythiæ. Stephanus.

Athyta, ſacrificia dicebantur, quæ ἄθυτα, id eſt, ſine victimis offerebantur diis. Cæl. Rho. libro 12. cap. 1. Acapnothyta Luciano dicuntur, id eſt, Sine fumo ſacrificia, & perinde exigua, qualia ſunt inopum, quibus non eſſet victimarum copia.

Atia, Romanorum vrbs in Campania, à Samnitibus expugnata. Diodorus lib. 20.

Atiliana, Hiſpaniæ oppidum inter Aſturicam & Tarraconem. Anton.

Atilia, gens fuit plebeia, ſed nobilis tamen & antiqua, ex qua nonnulli egregij viri prodierunt.

Atynĉtus, libertus Cæſaris, vt ipſe teſtatur in marmore dicato cineribus vxoris Homonœæ, cum epitaphio pulcherrimo, quod ſe legiſſe Romæ Tortellius teſtatur.

Atina, ciuitas vetus Campaniæ, iuxta Pontinas paludes dicta à morbis, qui Græcè ἄται dicuntur, quos paludis vicinitas creat. Hanc Ptolemæus dixit fuiſſe Latinorum mediterraneam.

Atina, & Atinates, vrbs & populi Siciliæ Cic. pro Plancio. Lucanorum item populi, Pelignorum, & Apulorum. Plin.

Atinas, vir apud Virg. Æn. 11. *Fugit acer Atinas.*

Atintania, pars Macedoniæ, ab Atintano Macedonis filio. Steph.

Atiſcóti populi Britannici.

Atiſo, Inſubrum fluuius, Verbanum lacum influens. *Toſa* hodie vocari, Leander & Caſtilionæus aſſerunt. Huius Plutarchus meminit in vita Caij Marij. Xylander & Cruſerius pro eo Atheſim interpretantur, quàm bene, ipſi viderint. Atiſis habet Liuiana Epitome: Florus etiam Atheſim legit. Sed ipſius Caſtilionæi (ex quo Leandrum ſuam de hoc flumine ſententiam tranſtuliſſe ſuſpicor) ſententiam hic in gratiam ſtudioſorum, quibus fortaſſe eius libellus, quem de Inſubrum antiquis ſedibus edidit, copia non erit, libenter huc adiiciam. Is vbi de hoc flumine Toſa vocato, loquitur, hæc infit: *Amnis hic haud dubiè olim Atiſo dictus eſt: cuius ripas Catulum Caij Marij collegam vallo & foſſa muniuiſſe legimus: vt Cimbros Teutonos à tranſitu Alpium prohiberet, quos ab earum ſaltu arcere non poterat. Recentiores malè Græcum Plutarchi codicem ſunt interpretati, dum pro ἀντικρὺ Atheſim fluuium qui coronam præterfluit, poſuere: Titi Liuij errores ſequuti, qui celebritatem Gallicam pertaſus, & Veneta gloria ſtudioſiſſimus, Atheſim pro Atiſone ſcripſit, quod illud Veronenſis, hoc Nouarienſis flumen eſſet agri. Conſtat ſiquidem inter authores omnes (illum vnum ſemper excipio) flumen illud apud quem ſuperatis Alpibus Cimbri conſedere, duorum tantum dierum itinere ab eo loco in quo ſuperati ſunt Cimbri à Vercellis diſtare. C. enim Marius caſtrametatus fuerat citra Seſſitem, non procul à Vercellarum vrbe, in agro tamen Nouarienſi, quem locum accolæ Camarianum vocant, peritiores caſtra Mariana. Porrò Caudius ager nunc Caudia dicitur. Lacmellini tractus oppidum, non longè à Pado. Huic noſtræ opinioni calculum adiicit Euſebius Chronographus diligentiſſimus, qui Cimbros atteſtatur à Romanis profligatos, non procul ab vrbe Vercellarum à Pado. Verùm cùm caſtra Mariana licet agri ſint Nouarienſis, proximè tamen ſunt Vercellas, quàm Nouariam. Ideircò falsò hæc in Vercellenſi agro geſta produntur ab auctoribus, qui hæc interſtitia prorſus ignorabant, huiuſmodiq; victoriæ nomina ſemper ſumunt à locis proximioribus. Porrò Atheſim ſex dierum ſpatio, cuiuſcumque etiam exercitui expeditiſſimo, diſtare ab illis Alpibus per quas Cimbri tranſiuere, nemo eſt qui ambigat:* hæc de hoc fluuio Bonauentura Caſtilionæus, huic quoque ſuffragatur Gaudentius Merula in ſua Gallia Ciſalpina.

Atlanta, vel Atalanta, ciuitas apud Locros terræ motu inſula facta eſt ante Platonis natiuitatem. Euſebij chronicon.

Atlanticæ, inſulæ duæ, quas beatas & fortunatas vocant, paruo inter ſe diuiſæ mari, decem millibus ſtadiorum à Libya diſtantes. Imbres illic rari medioereſque, venti plurimum ſuaues ac roriferi. Solum pingue, nullo humano ſtudio excultum, perdulces fructus otioſæ multitudini præbet. Aër ſyncerus ac temperatus, & mediocri mutatione per tempora contentus. Nam qui à terra perflant venti Boreas & Aquilo, propter longinquitatem vaſta & inania incedentes ſpatia, fatigantur, priuſquam ad eas perueniant. Qui verò à mari perflant, Argeſtæ & Zephyri refrigerantes, raros & temperatos imbres ex pelago efferunt. Illic campos Elyſios & beatorum domicilia ab Homero reliquiſque poetis eſſe dicuntur. Has Plinius Heſperides vocare videtur. Nam & duas etiam numerat in mari Atlantico, eáſque vltra Gorgonas, præternauigatione Atlantis dierum 40. diſtare ait: Erunt fortaſſe *Spagnola & Cuba.* Ortelius.

Atlanticum mare, pars Aphricani in Mediterraneo à Mulucha fluuio, Mauros à Numidis ſeparante incipiens, & ad occiduum vergens. Abylam montem alluit, & ab Ampeluſia promontorio terminatur.

Atlantides, Africæ populi, tum pietate & religione inſignes habiti, tum erga aduenas & peregrinos hoſpitalitate commendati fuere. Hi ab ſe Deorum genus manaſſe aſſerebant, idque

idque credi volebant. Primum verò Deum Vranum, i. Cœlum, apud ſe regnaſſe prædicabant, & plures duxiſſe vxores, ex quibus 45. liberos ſuſtulit, præcipuéque ex Titea 17. qui à matre Titanes vocati ſunt. Diod. lib. 4. Euſeb. lib. 2. de pręparat. Euang.

Atlantes, Herodoto, Melæ & Plinio, ſunt Æthiopæ populi, inter quos nullam nominum appellationem eſſe aiunt. Hi fortè hodie regnum *Borno* dictum habitant, cuius incolas nullum proprium nomen habere tradit Ioannes Leo, omnéſque à quodam accidente appellari: vt quem procera ſtatura conſpiciunt, procerum: quem pinguedine onuſtum, pinguem: ſic cęcum, caluum, ſurdum, &c. nominãt. Vide Naſamones.

Atlantides, quindecim filiæ Atlantis ex Pleione Oceani vel Deucalionis filia, & quæ Vergiliæ dicuntur: quarum quinque Hyades nominatæ, à fratre Hya, ſororibus plurimum dilecto: reliquæ Pleiades à matre. Vergilię autem, quia Vere exoriuntur. Alexander ait Hyadas dictas, quod fuerunt Hyſes filiæ ex Bœotia. Alij ſeptem tantùm numerant, quarum vna quod Syſipho nupſit, non videtur. Cicero ait Hyadas à pluendo dictas. Noſtri Suculas à ſuibus, quoniam ſues luto gaudentes, indicant pluuias. Virg. Georg. 1.

Ante tibi Eoæ Atlantides abſcondantur.

Atlas, Iapeti & Clymenes, vel Aſiæ Nymphæ filius, Promethei frater, Mauritaniæ rex, monitus oraculo, vt caueret à Iouis filio, nullum hoſpitio ſuſcipiebat, quod Perſeus Iouis filius indignè ferens oſtendit ei caput Gorgonis, & ſtatim Atlas in montem conuerſus eſt. Cæterùm Atlas magnus fuiſſe aſtrologus dicitur, vnde cœlum portare fingitur: déque ſphæra primùm inter homines diſputaſſe, locum præbente fabulis ſphæræ inuentione. Virg. Æn. 4.

—— ubi cælifer Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Atlas hominis ſimulachrum, ſuſtinens columnas ædium, aut ipſum ædificium, ad ſimilitudinem Atlantis cœlum humero torquentis, qui etiam Latino vocabulo Telamon dicitur. Hi Atlantes plerumque gibboſi (vt inquit Seruius) fiunt, dum onera ſuſtinent, qui interdum compares ſunt, interdum auerſi, interdum ſeſe inuicem ſpectant. Mart.

Non aliter videtur Atlas cum compare gibbo.

Atlantis mythologiam prolixè explicat N. Comes lib. 4. cap. 7.

Atlantis, inſula, cuius meminit Mercator, & alij nonnulli volunt hodie Americam eſſe. Hæc quarta pars orbis numeratur, & Hiſpani Indiam vocant, ſed falsò & impropriè, cùm vera India, quæ Aſiæ regio eſt, ab inſigniore fluuio, Indo nominetur. Si verò huic parti ab eius flumine primario nomen indere illis libuiſſet. *Amazoniam* potius, vel *Orelianam* indigitaſſent. Ne hanc tamen cum India confunderent eam, *Occidentalem* aut *Hiſpanicam* cognominarunt, cùm altera *Orientalis*, & *Luſitanica* vulgò vocetur, ab orbis plagis, & regibus, nempe quibus ſubſunt, aſcitis nomenclaturis.

Atlas, rex Italiæ, pater Electræ vxoris Corritis.

Atlas, rex Arcadiæ, pater Maiæ, ex qua Mercurius natus eſt.

Atlas, hodie *Anchiſa*, ab aliis *Montes Claros*, mons Mauritaniæ ab Atlante rege Mauro cognominatus. Plin. Sed duo ſunt teſte Herodoto: Vnus ad columnas Herculis, alter verò interiore Lybia remotior: cuius ſummitas nunquam videri poteſt, quia nubes ab illo nec æſtate, nec hyeme diuellantur, quem incolæ cœli columnam eſſe aſſerunt. Et, vt poëtæ tradunt, fuit in illum Atlas Mauritaniæ rex conuerſus. Cui etiam Virg. formam viri tribuit. Æn. 4.

Atlantis cinctum aſſiduè cui nubibus atris
Piniferum caput & vento pulſatur & imbri:
Nix humeros infuſa tegit, tum flumina mento
Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.

Atlas, Africæ mons notiſſimus. Incolæ eum *Adirim* vocant, Auctor Marcianus Capella. *Dyrim* habet Solinus, ex Plinio. *Columnam cœli* ab indigenis dici ſcribit Herodotus. Atlas mons aut ſaltem eius pars, circa Mauritaniam Cæſarienſem, ab Æthico *Aſtrixis* vocatur ab Oroſio fortè *Aſtetxis*. A Dioſcoride *Tmolus*, vbi dicit Euphorbium prouenire in Mauriſiorum Tmolo monte. Plinius idem in Atlante naſci ait.

Atlas fluuius verſus Septentrionem ab Hæmo monte in Iſtrum fluens, ſic ab Atlante Arcadiæ rege cognominatus. Herodot. in Melpomene.

Atlas, hyperboreorum locus, vbi Heſperidum mala, Apollod. lib. 2.

Armaniſphe, Arabiæ fœlicis vicus. Ptolemæus.

Atmas, Scytha, qui vſque adeò otium deteſtabatur, vt diceret ſe, ſi quando ab omni negotio eſſet feriatus, nihil admodum ab equiſonibus differre. Cæl. Rhod. lib. 11. c. 1.

Atoma, animalia dicebantur ſacris non incongrua quaſi integra, inſectáque. Cælius Rhodi. lib. 12. c. 1.

Atniel, Hebræorum iudex, iudicauit annis vi 13. Hebr. Othniel. 1.

Atoſſa, filia Cyri. Herodot. lib. 4.

Atoſſa, Perſis olim imperauit, epiſtolarum conſcriptionem inuenit. Tatianus ex Hellanico.

Atraces, populi Ætoliæ, quibus nomen dedit Atrax, Ætoli filius Atracia, ipſa regio, vnde At-

tracis dicta Hippo lamia. Ouid. in Epiſt.

An fera Centauris indicere bella coegit.

Atracis Æmonios Hippodamia viros.

Atræ, ciuitas inter Euphratem & Tigrim. Stephanus, Herodian. Arabiæ ciuitas apud Zonaram.

Atramitæ, populi Arabiæ fœlicis, Plin. & Steph. Sabeorum pagus. Solin.

Atrani, populi Hirpinorum in Italia, apud Platonem & Plinium.

Atrapũ, locus prope Thermopylas, per quem Xerxes Lacedæmonios eſt aggreſſus, & Appian.

Atratinus, conſul collega Fuluij.

Atratinus, accuſator Cælij, vt in oratione Ciceronis, qui malè à quibuſdam Atracinus ſcribitur. Volater.

Atrax, qui cum Doſithoen violatam à Ioue perdidiſſet, id Deo vlciſcente ictus eſt fulmine. De vtroque meminit. Ouid. in Ibin.

Aut Iouis infeſti telo feriare triſulco,

Vt ſatus Hippomene, Doſithoëſque pater.

Atrax, vel Atracia, ciuitas Theſſaliæ partis Pelaſgiotidis, ab Atrace Penei & Buræ filio condita. Steph.

Atracius, poſſeſſiuum, deductum ab Atracia regione Ætoliæ, ſiue ab Atrace Theſſaliæ oppido: vnde Atraciam artem Statius appellauit Magiam, quæ apud Theſſalos plurimum viguit. Sic enim habet in lib. 1. Theb.

—*Qualis per nubila Phœbes*

Atracia rubet arte labor.

Atrebates, populi in Gallia, à quibus veſtes Atrebaticæ, quanquam Atribaticas pronunciat Suidas de coloris atri ratione, ſunt autem Atrebates textrino percelebres: vnde bitros, veſtis ea Gallica eſt, ab Atrebatibus quandoque petitos prodit hiſtoria. Cæl. Rhod. lib. 16. c. 10.

Atrebates, inter Belgas populi, finitimi Ambianis, Neruis ſeu Tornacenſibus, & Morinis, partem Picardiæ continent, vulgò *Le pays à l'entour d'Arras*. Item, *la Comté d'Arteis*. Lat. Arteſiæ Comitatus.

Atrebatij Ptolemæo ſunt Albionis inſulæ populi, qui *Barcockſire menne*, ſunt Leando *Birckſire menne*. Lhuydo *Barkeſ-ſchire* Camdeno.

Atrebatum, vulgò *Arras*, Arteſiæ metropolis, quam I. Meierus Annalium Flandricarum li. 15. Scutum, vallum ac murum totius Occidentalis Flandriæ nominat. Bipartito peculiari murorum ambitu diuiſa eſt. Pars altera Epiſcopo, altera Principi adſcribitur. Illa pulchra aſpectu, ſed minor, magnifico Cathedrali templo D. Virgini ſacro celebris eſt. In qua permultis libris manuſcriptis instructa Theologica bibliotheca videtur. Hæc autem multò amplior, pulcherrimarum ædium nitore, platearum latitudine, & foro immimis ſpacioſo, commendabilem ſe reddidit: quinetiam Abbatia D. Vedaſti, quæ opum magnificentia reliquas monarchorum ſocietates ſuperat. Ædes ciuium præter alias commoditates vinarias cellas longè maximas & ampliſſimas habent, quæ obſidionis & neceſſitatis tempore, incolis ſunt latibulo. Tom. 3. Theatri vrbium L. Guichardinus, eam deſcribit in Chorographia inferioris Germaniæ.

Atrêne, ciuitas. Steph.

Atreni, circa Armeniam populi. Herodian. lib. 3.

Atreus, filius Pelopis & Hippodamiæ, rex Mycenarum, Thyeſtem fratrem concubitu vxoris ſuæ Æropes vſum exilio multauit: cui deinde reuocato proprios filios, quos ex Ærope ſuſceperat, comedendos appoſuit: cuius facinoris horrore, Sol retroceſſiſſe fertur, reuocato ad Auroram curſu: quod vt Thyeſtes vlciſceretur: cum propria filia Pelopea concubuit, & ex ea Ægiſthum ſuſcepit, qui Atrei filium Agamemnonem interfecit.

Atrêus, Argis, Athenienſium rex.

Atri, populi, apud quos ne minimum quidem furari licebat. Euſeb. lib. 6. præp.

Atria, Ptol. vrbs iuxta Venetias, poſtea Adria dicta, à cuius ſubmerſione mare Adriaticum appellatum. Stephanus aliam Atriam Boiorum gentis Celticæ commemorat.

Atrianorum paludes, quæ Septem maria appellantur. Plin. lib. 3. cap. 16. Locus eſt circa Padi oſtia Rauennæ paludes Straboni lib. 5.

Atrianus, Italiæ fluuius. Ptol. *Tartaro* hodie, Mercatori.

Atricani, Italiæ populi, Halicarnaſſ. lib. 5.

Atridæ, Atrei filij, Agamemnon & Menelaus. Virg. 1. Æneid. *Atridas Priamumq́; &c.*

Atrius, Tuſcorum rex, regnauit ann. XXVII.

Atropatia, Stephano altera ex partibus Mediæ ita dicta ab Atropato duce, qui eam à Macedone vi tutatus eſt. Media enim diſtributa eſt in duas partes, quarum altera maior Media appellatur, cuius Metropolis eſt Ecbatana: altera minor, quæ & Atropatia dicitur Straboni libr. 11.

Atropos, vna ex tribus Parcis, quaſi ad nullius preces conuertatur, filia Demogorgonis vel Erebi & Noctis. Vide Parca.

Atta, ciuitas Arabiæ fœlicis, authore Ptol.

Atta, poëta comicus, apud Horat. his verſ.

Recte necne crocum floréſque perambulet Attæ Fabula.

Attaba, Aureæ Cherſoneſi fluuius. Ptol.

Attabas, & Numenius, latrones famoſiſſimi prouerbio locum fecerunt: Conuenerunt Attabas & Numenius.

Attacana, Armeniæ maioris oppidum. Ptolemæus.

Attaci, ſeriea gens, apricis ab omni noxio affla-

afflatu ſecluſa collibus, eadem, qua Hyperborei degunt temperie. Plin. lib. 7. cap. 17.

Attacotti, Marcel. Scotorum populi. H. Lhuyd. Buchananus putat eos inter Hadriani & Seueri vallum habitaſſe.

Attacum, oppidum Celtiberorum in Hiſpania. Ptol. *Alegon* Moletio. Sed *Ateca* Cluſio.

Attæa, ſtagnum in Bætico vrbe Phrygiæ, ſalem producens. Steph.

Attali Latrones, Arabum gens circa Tigridis oſtia. Plin.

Attália, ciuitas conuentus Pergami. Eſt item vrbs Pamphyliæ in ora maritima. Strab. Steph. vrbs Lydiæ. Aliqui verò (vt idem ſcribit) Ciliciæ Corycum ſic nominarunt.

Attalis, tribus Atticæ. Steph.

Attalus, Macedo, infeſtiſſimus Alexandri hoſtis, Curtius lib. 6.

Attalus, Pergami rex, pecunia ditiſſimus & ſplendida abundantique ſupellectile. Plin. lib. 8. Propertius:

Nec ſit in Attalico mors mea nixa toro.

Hic à populo Romano donatus eſt eo regno: cùm liberos non haberet, populum Romanum hæredem fecit: eiúſque ſubſtantia ampliſſima Romam eſt allata: vnde Attalicæ veſtes ſplendidæ, & opes ac traditiones Attalicæ. Fuit & Attalus quidam philoſophus.

Attalus, genere valde nobilis, & quod cunctis nobilius eſt, vir optimæ conſcientiæ, & in fide Chriſti per omnia exercitia ſemper martyr. Cúmque circumactus eſſet in Amphitheatro, titulo ſe præeunte, in quo ſcriptum erat, Attalus Chriſtianus, fremere in eum vulgi inſanientis furor cœpit vehementius. Cùm verò Attalus prunis ſubteriectis in ſella ferrea torreretur, cúmque odor aduſtæ carnis ad nares, & ora inſpectantis populi perferretur, voce magna exclamat ad plebem: Ecce, hoc eſt homines comedere (inſimulabant enim pagani Chriſtianos humana carne veſci) quod vos facitis. Quid à nobis velut occultum inquiritis facinus, quod vos aperta luce committitis? non enim neque comedimus homines, neque aliud quicquam mali agimus. Et cùm interrogaretur, quod nomen haberet Deus, reſpondit, Qui plures ſunt dij, nominibus diſcernuntur: qui vnus eſt, non indiget nomine, Euſeb. libro 5. cap. 3. hiſt. Eccleſ.

Attalyda, vrbs Lydiæ, condita ab Attye, poſt mortem eius à filio Lydo. Steph.

Attaſij, Maſſagetarum & Sacarum gens. Strabo. Sogdianæ populi. Plin.

Attea, Aſiæ pagus ad ſinum Adramittenum. Strabo.

Atteiatis, Italiæ oppidum in Piceno, libro de limitibus.

Atteius, Philologus, libertinus, Athenis natus quem Capito Atteius Iuriſconſultus eius patronus inter grammaticos rhetorem, & inter rhetores grammaticum fuiſſe ait, quem iuuiſſe Salluſtium in ſcribendo, author eſt Pollio. Coluit familiariſſimè Salluſtium, eóque mortuo, Pollionem. Author Tranquillus.

Atteius Prætextatus nobilis grammaticus Latinus. Suet.

Atteius Sanotus Commodi Imperatoris orator. Lamprid.

Attelebuſſa, Lycij maris inſula. Ptol. Plin. à Ptolemæo Atelebuſa dicitur.

Attella, vel Atella, oppidum Oſcorum in Campania, vbi grande Amphitheatrum: vnde Attellanæ Comœdiæ, ioculares & ſcurriles. Mantuanus.

Eſt locus Atella retinens cognomina priſca.

Hinc Atellani, apud Campanos inhoneſtiſſimi, quorum luxuria in ludis nimia erat.

Attena, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum. Plinius.

Attene, Arabiæ fœlicis regio, circa Gerram oppidum. Plin.

Attes, Calai Phrygis filius impotens generandi à matre genitus: qui quum adoleuiſſet, in Lydiam demigrauit, & Matris deûm orgia apud Lydos peregit. Quare quum ob id in honore eſſet, Iupiter inuidit, ſuémque immiſit, qui Lydorum labores & opera diripiebat: & cum alios plures, tum ipſum Atten interemit, &c. Pauſan. in Achaicis.

Atthis, Cranæi filia, à qua regio Attica, cùm priùs Actica ab Actione diceretur, ſiue ab Actæo rege, vt Fauorino & Lycophroni placet. Siue ab ἀκτῇ, quod littus ſignificat: quod ea regio magna ex parte littoralis ſit. Atthis etiam inſula dicta eſt, vbi Telamon habitabat. Apollon. 1. quæ Salamine, Attica inſula videtur.

Atthis, etiam poetis Luſcinia dicitur, in quo ſit alluſio ad fabulam, qua Philomela Pandionis Athenienſium regis filia in hanc auem dicitur transformata. Martial.

Sic vbi multiſona feruet ſacer Atthide lucus.

Attia, Arabiæ fœlicis oppidum, Ptol.

Attica, Cranæi 11. Athenienſium regis filia, à qua prouinciæ nomen inditum.

Attica, regio Græciæ inter Achaiam & Macedoniam ſita, in qua fuit vxor Athenienſis. Strab. inundauit Melochij XI. Aſſyriorum regis tempore.

Attica, quæ & Atthis, regio, vt Euſtathius ait. Idem hanc olim Acte. Actica, Poſidonia, Athenæ, Ionia, & Mopſopia dictam ſcribit. Hellas quoque Solino, & Cecropia Apollodoro. Græciæ notiſſima regio, in qua Athenæ, omni æuo celebres, vnde adhuc Ducatus Athenienſium

vulgò dicitur, ſi verum ſcribit Pinetus.

Atticum, Cyrenaicæ regionis locus. Anton.

Atticus, Platonicus philoſophus Romæ floruit, tempore Conſtantini Commodi Imperatoris. Eutrop.

Atticus, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Epiſcopus tempore Arcadij Conſtantinopolitani Imperatoris.

Atticus, conſul, collega Prætextati.

Atticus, conſul, collega Cæſaris tempore Theodoſij Imperatoris.

Atticus Veſtinus, conſul, collega Silij Neruæ, tempore Claudij Neronis Imperatoris.

Attidiates, populi in ſexta regione Italiæ. Plin. lib. 3. c. 14.

Attila, vide Attyla.

Attilianus conſul, Pompeiani collega.

Attilius Regulus, conſul Romanus, primo bello Punico, cùm Carthaginenſes ſæpè viciſſet, tandem per inſidias captus, Romam miſſus eſt à Carthaginienſibus, pro permutandis captiuis, quam ipſemet permutationem diſſuaſit & Carthaginem rediens, crudeliſſimè eſt necatus. Cic. lib. 3. Officiorum.

Attiri, Æthiopiæ ſub Ægypto gens. Ptol.

Attium, inſulæ Corſicæ promontorium, Ptolem.

Attuarij, Germaniæ populi. Velleius. Francorum gens. Amm. Marcellinus.

Attubi, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs. Plin. lib. 3. c. 1. *Eſpejo*, hodie.

Aturenſium ciuitatis meminit libellus prouinciarum, in Nouempopulana Galliæ regione. Nomen retinere ſcribit Scaliger, ſed deprauatione Vaſconica Atrenſium ciuitatem dici, vulgò incolarum *Aire*, ni fallor.

Aturrus Auſonio, Aturius Ptolemæo, Atyr Vib. Sequeſt. Tarbelliorum in Gallia Aquitanica fluuius in Oceanum erumpens. *Dour* fortè hodie, vt coniicit Vict. Giſelinus. *Ador*, vel *l'Ador*, vocat Ioſephus Scaliger. *Landu* interpretatur Naugierus. Heroldus *Aturum* legit, & non paruo errore ſcribit Galliæ Belgicæ fluuium eſſe, in regione Eyſalia, & vulgò *Geln* dici.

Attyla, vir fortis & prudens, imperandíque cupidiſſimus: cui ingenium erat acre, & circũſpectum, corpus validum & breue: item ingens animi magnitudo: indefatigabilis tolerantia laborum, exacta rei bellicæ diſciplina: aſtus & conſilij altitudo ſumma: præterea maxima doli & inſidiarum artificia, deperdita audacia, animus crudelis & elatus, perfidia plus quàm Punicus, egregia forma, toruus aſpectus, caput grandiuſculum, oculi imminuti, rara barba, ſimus naſus, cani ferè crines, color ſubniger, & magna libidinis impatientia. Erat etiam in inceſſu ſuperbus, circumferebat oculos huc & illuc, vt elati viri poteſtas motu atque corporis appareret. Illud quàm maximè verebatur, ne potius rex imperio, quàm imperium regi deeſſe videretur. Erat Attylæ hæc inſcriptio, qua in diplomatis vtebatur: Attyla Mundizi filius, & magni Nimrod nepos, Engadiæ natus, diuina benignitate Hunnorum, Medorum, Gothorum, ac Danorum rex, metus orbis, Deique flagellum. Poſtquam autem regiam dignitatem ſortitus eſt, omnes gentes ſibi ſubditas ad obſequia redegit. Multis & variis ſubactis, ac direptis regionibus, cum exercitu ditato ex Italia in regnum ſuum quo ſe receperat, triumphauit de bello Italico & Illyrico. Exhibuit munus gladiatorium, varia edidit ſpectacula. Sicambriæ populo ter dedit epulum, miſſilia ſæpe ſparſit, multaque populis conuenientibus prodegit. Et quamuis de inuadenda Aſia atq; Africa cogitaret, ſumma tamen libidine diffluens, inter conuiuia & ingentem concubinatum numerum mentem remiſit, puellámque Bactrianorum regis filiam cuius amore ſuccenſus erat, primariæ vxoris loco habere conſtituit: vnde Baccho & Venere corpus ita ea nocte confecit, vt inter dormiendum corpore ſupino, ſanguinis profluuio è naribus continuò ſuffocatus, interierit. Exterrefacta mulier, conuocatis cubiculariis promulgat inopinatum regis fatum: fatum (inquam) viro non indignum, vt qui alienum ſanguinem tantopere anhelauit, proprio eum interire docuit. Hæc Munſt. lib. 4. Coſ.

Atura, oppidum Galliæ Aquitanicæ. Gallicè *Aire*. vide Aturenſium ciuitas.

Aturia, pars Aſſyriæ, in qua Ninus ciuitas, Strab. lib. 16.

Aturius, Galliæ fluuius, teſte Ptolemæo, vide Aturrus.

Atyras, ſiue Pydaras, Aſticæ regionis, quæ eſt in Thracia, fluuius haud procul à Propontide. Plin. lib. 4. c. 11.

Atyrus, in Aquitania nobilis fluuius, è Pyreneis montibus labens, hodie penè nomen antiquum retinens. Gall. *l'Ador*. Scalig. Vide Aturrus.

Atys, fluuius Siciliæ. Claudianus.

Lucus erat prope flumen Atym, &c.

Euſtathius à celeritate, quaſi ſagittam, dictum eſſe ait. *Carabi*, Fazello. Plin. l. 3. c. 8.

Atys, cui Iſmene Œdipi filia fuit deſponſata, ſed tamen ante nuptias, à Tydeo interfectus eſt.

Atys, puer Cybele adamatus, ſacriſque ſuis præfectus, ea lege vt perpetuò caſtitatem ſeruaret. Sed cùm poſtea voti ſui parum memor, Sangaritidem Nympham compreſſiſſet, ab irata dea in furorem actus, teſtes ſibi exſecuit, cúmque etiam manus ſibi afferre conaretur, miſeratione

ratione Cybeles in pinum arborem mutatus eſt. Ouid. 10. Metamorph.

——Cybelius Atys

Exuit hac hominem, truncóque induruit illo, &c. producit primam ſyllabam.

Atys, Crœſi Lydiæ regis filius, qui cum antea ſemper mutus fuiſſet, in eo tandem prælio, quod Lydiæ ſeruitutem attulit, cum Cyri militem videret, ſublato enſe patri ſub cædem illaturum, nimia loquendi cupiditate, linguæ vinculum abrupit, claráque voce patris ſui interitum deprecatus eſt. Herod. lib. 1.

Atys, ex Hercule & Omphale prognatus, filios habuit Lydum, à quo Lydia dicta: & Tyrrhenum, à quo Tyrrheni appellati ſunt, de quibus in ſequentibus.

Atys Indus, ex Limniace Gangis filia genitus in Andromedæ nuptiis occiſus eſt à Perſeo. Ouid. lib. 5. Metam. ſtatim ab initio.

—erat Indus Atys quem flumine Gange

Edita Limniace vitreis peperiſſe ſub vndis,

Creditur, &c. Corripit autẽ primam ſyllabam.

Atys Syluius, Albæ Syluij filius, quem Euſebius Ægyptium Syluium vocat. Hic cum viginti nouem annis regnaſſet, Capy filio relicto diem clauſit.

Atys, pueri Troiani nomen apud Virgilium Æneidos 5.

A V

Aua, i. iniquitas, nomen idoli, 4. Reg. 18. 19. Iſa. 37.

Auadiæ, Bactrianæ gens.

Aualites, ſinus in dextra parte rubri maris, Steph. Vide Abalites.

Aualonia, vrbs Albionis inſulæ *Inis Aualon* vulgò.

Auantici, populi Heluetiorum ab oppido Auantico in Alpibus ſito dicti, de quibus Plin. li. 3.

Auara, ciuitas Arabiæ, ab Areta Obodæ filio nominata & condita, &c. Steph.

Auari, populi Italiæ, à Francis victi.

Auaris, Iſraëlitarum in Ægypto ciuitas, apud Manethonem (vt Ioſephus auctor eſt) Wiſſemburgius dubitat num eadem ſit, quæ in ſacris Bibliis *Rameſſes*, vel, vt alij, literarum metatheſi, *Raemſes* dicitur, quæ quoque *Goſen* vocatur Vide *Bubaſtis*.

Auaricum, oppidum Celtarum maximum munitiſſimumq; in finibus Biturigum, agri fertiliſſima regione, ferè ex omnibus partibus flumine & palude perpetua circumdatum, trans Ligerim fluuium, habens vnum & perauguſtum aditum, proximum Nouioduno oppido Biturigum, ac Genabo oppido Carnutũ, & Velauduno oppido Senonum, in Francorum regno ſitum, vulgò *Chaſteauneuf*, alij *Bourges en Berri*, alij *Viarons* appellant. Cæſar. lib. 6. commentar.

Auarum, Hiſpaniæ Tarraconenſis promontorium. Ptol. *Cabo de Viana*, Moletio.

Auaſtomathes, Mauritaniæ populi, Am. Marcel.

Auatici, Galliæ Narbonenſis populi. Plin. & Auaticorum ſtagna in eadem Gallia, Melæ.

Auaxa, Ponti vrbs, lib. Notit.

Auaſes Ægyptij appellant regiones habitatas & maximis deſertis circumdatas, quaſi quaſdam pelagi inſulas, quales ſunt multæ ad Africam, Strabo lib. 17. non procul ab initio & li. 2. ſub finem. Alij Abaſes, alij Amaſes, malè. vide Steph.

Auaſis, vrbs Ægypti, quæ & Oaſis vocatur. Steph.

Auatha, vel Auara, oppidum Arabum. Steph.

Aubriotus, Pariſiorum præfectus: arcem eam quam vulgò *la Baſtille* vocant, ædificauit, vt contra Anglos vrbi præſidium foret: muróſque verſus D. Antonium reſtaurauit, Itémque caſtellum illud, quod appellatur, *le petit pont*, aduerſus Scholaſticorum vniuerſitatis incurſiones, inſtruxit, qui odio ei erant infeſtiſſimo, quorum tamen opera miſerrimè periit. Annal. Franc.

Aubereum, Africæ propriæ locus. Anton.

Aucharæ, vel Auchetæ, Scythiæ gens, ad os Boſphori apud quos Hyſpanis oritur, Solin. Pli. lib. 4. c. 12. Herodot.

Auchiſæ, Cyrenes regionis gentes. Diodorus lib. 3.

Auchitæ, Ptol. Auſchyſæ, Herodoto & Auſchytæ. Steph.

Aúcula, vrbs Tuſcorum, Ptolemæo: alij Aquula.

Audianij, Iapygiæ, quam & Meſſapiam, Græci vocant, populi. Strab. lib. 6.

Audatha, Arabiæ deſertæ vrbs. Ptol.

Audea, Caſſiotidis regionis in Syria vrbs. Ptol.

Audena, Italiæ amnis. Liu. lib. 4.

Audia, Arabiæ petreæ vrbs. Ptol.

Audus, flumen, circa quod Audienſe in Mauritania Caſtellum. Amm. Ptol. Item Africæ propriæ mons.

Audon, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Ptol.

Auella, vrbs Campaniæ, abundans optimis nucibus, quæ dicuntur Auellanæ. Virg Æn. 7.

Et qui malifera deſpectant mœnia Auella.

Vide Abella & Abellinates.

Auendonis, Liburniæ vrbs. Anton. quem Lazius *Adelſperg*, nominat.

Auenio, vrbs Galliæ Narbonẽſis, quem Pontificij Clementi vendidit Ioanna Siciliæ regina Volaterranus. Stephano vrbs Maſſiliæ, iuxta Rhodanum, *Auignon*. Hæc ciuitas miras habet

Atad, i. Rhamnus, ſiue ſpinetum, locus trans Iordanem, vbi exequias atque planctus peregegerunt filij Iſrael ſuper morte Iacob, tertio ab Iericho lapide, duobus millibus à Iordane, qui locus dictus eſt poſtea Planctus Ægypti, Geneſ. 50. Nunc Beth hagla, quod interpretatur locus gyri, eo quòd ibi more plangentium circumierunt in funere Iacob. Hieronymus in locis Hebraicis.

Atæa, vrbs Laconiæ, & alia Phœniciæ. Steph.

Atalanta, vel Atalantis filia Schœnei regis in Scyro inſula, poëtis cantatiſſima, cuius fabulam Ouidius refert libr. 10. Metam. Vide Abantias. Propertius, hanc Iaſij Argiuorum regis filiam facit, cùm inquit.

Melanion nullos fugiendo Tulle labores,
Sæuitiam duræ contudit Iaſidos.

Hæc itaque cum pedum agilitate præſtaret, curſu cum procis certabat ea lege, vt ei à quo vinceretur nuberet, victos autem occideret. Multis igitur ſuperatis, Hippomenes, Martis aut Megarei filius, cum ea in certamen venit, acceptis tamen priùs à Venere tribus aureis malis, in Heſperidum horto natis: quæ currens ſenſim proiecit in terram: quibus colligendis illa retardata, ab Hippomene eſt ſuperata: itaque pacta conditione nupſit. Porrò cùm in templo Cybeles neglecta religione coirent, dea irata eos in leones commutauit, ſuóque currui ſubiugauit. Ouid. lib. 10. Metam.

—dubium Megareius heros
Gaudeat, an virgo magis hic Schœneia dictis.

Atalante, virgo venatrix in Arcadia, de qua Hieronymus contra Iouinianum. Referunt fabulæ Atalantem Calydoniam virginem ſemper in venatibus, ſemper in ſyluis, non tumentes vteros fœminarum, faſtidiaque conceptus, ſed expeditam & caſtam amaſſe virtutem. Hæc virginitatis conſeruandæ ſtudio Dianæ ſe dedit comitem, & vnà cum cætera Achaiæ nobilitate iuuenum in Ætoliam à Melagro Œnei regis filio, ad aprum Calidonium perimendum vocata, prima aprum ſagitta percuſſit: poſtea quoque eidem Meleagro, à quo ob formæ elegantiam maximè diligebatur, nupſit, & ex eo Parthenopæum ſuſcepit.

Atalanta, vrbs ab Athenienſibus condita iuxta Locros, & inſula iuxta Pyreum. Steph.

Atalantæ, fons in portu Cyphantarum, quod ibi venatrix fœmina æſtu languida conſederit & petra venabulo eius percuſſa laticem præbuerit. Pauſan. in Laconicis.

Atalante, eſt exigua inſula Eubœæ adiacens, è regione Opuntiorum. Thucyd. lib. 2.

Ataphyni, gens Arabiæ. Steph.

Atárantæ, Libyæ populi. Arr.

Atarbicis, ciuitas in Propontidis quædam inſula. Steph.

Atargata, dea, quæ colebatur apud Aſſyrios. Strabo lib. 6. ab aliis Atergatis dicitur, vide infrà.

Atara, i. Corona, altera vxor Ierameel primogeniti Eſron, filij Phares, filiæ Iudæ, 1. Paral. 2.

Atarna, vrbs Myſiæ in Aſia, non procul ab Aſſo vrbe prope Leſbum. Steph.

Atarnes, Darij Perſarum regis frater, à quo locus quidam Myſiæ contra Leſbon Atarnes dictus eſt. Herod. lib. 7.

Atarnes, Herodoto Scythiæ fluuius eſt. *Moraniam* nunc appellari putat Peucerus.

Atarnites, Atarnæ tyrãnus, de quo Oui. in Ibin.

Aut vt Aternites inſutus pelle iuuenci
Turpiter ad dominum præda ferare tuum.

Quidam Acharnides legunt: ſed Turnebus ſic emendat, & de Hermia Atarnæ tyranno intelligit, Ariſtotelis neceſſario & percharo.

Ataroth, ciuitas in tribu Gad Num. 32. Latin. Coronæ, ſiue calamus inebriationis, vel ſaturitatis, aut conſilium inebr. vel ſaturitatis

Ataroth-adar, ciuitas in tribu Ephraim, Ioſue 16. Lat. Coronæ, ſiue calamus inebriationis, vel ſaturitatis pallij ſiue potentiæ aut magnitudinis.

Ataphyni, Magna gens Arabiæ. Steph.

Atas puer, Vipſanio conſule, à meridie ad veſperum quinq; & ſeptuaginta millia paſſuũ concurrit, magna omnium admiratione. Mart. lib. 4.

Siue leuem curſu vincere quæris Atan.

Plin. lib. 7. c. 20. Solin lib. 1. c. 6.

Ataulphus, Gotthorum rex, anno Chriſti 412. decreuerat Romam vel deripere vel expugnare, eámque Gotthiam nuncupare niſi Placidia Honorij ſoror & vxor ipſius barbari ferocientem animum & iam paratum ſceleri, verbis emolliuiſſet. Paul. Diac.

Atax, fluuius Galliæ Narbonenſis, ex Pyrenæo monte infunditur in mare Mediterraneum. Plin. Lucan. lib. 1.

Mitis Atax gaudet Latias non ferre carinas.

vulgò *Aude*, Narbonem perfluit.

Ate, Homer. dea homines malis implicans, mentéſque ſeducens: cui repellendæ & placandæ Litæ Iouis filiæ oppoſitæ ſunt, quæ tantò ſunt tardiores, quantò noxa eſt grauior. Eraſmus in prouerbio, Ira omnium tardiſſimè ſeneſcit, ἄτη enim Græcis noxa dicitur.

Ategua, Hiſpaniæ Bœticæ ciuitas. Dion.

Ateia, Palmyrenæ oppidum.

Atella, Campaniæ oppidum, à quo ludi Attellani, fuit enim in illo amphitheatrum egregium. Steph.

Atelos, inſula vnguento nobilis Callimacho. Vide Agathuſa.

Atelphos, Colchidis amnis. Plin.

Atena, pars tribus Antiochidis. Steph.

Atepo-

Atepomarus, Gallorum regulus, Romanis belligerans, non ante ſe ceſſurum dixit, quàm ipſi ſuas ad coitum vxores expoſuiſſent, cæterùm, ancillarum conſilio ſeruas mittentes barbaros laſſos, incredibili ſopore captos accipiunt, erumpentes in Gallos, victoriam reportarunt. Ratana ſiquidem (hæc enim author extitit conſilij) per caprificum muros aſcendens, conſulibus ſignum dederat. Ex eo autem facto feſtus dies inſtitutus, ancillarum appellatur. Plut. in Parall.

Ateſtanus, rex Angliæ fuit, qui Edimum adoleſcentem in nauigio ſine remige fluctibus perdendum expoſuit.

Ater, nomen viri, 1. Eſd. 2. Lat. ſiniſter, vel clauſus.

Ater, mons in regione Cyrenaica, Pli. li. 5. c. 5.

Atergátis, quam & Atergatam & Decreto Strab. lib. 16. appellat, dea Aſcalonitarum Syriæ, quam Plin. prodigioſam vocat, quod ſimulachrũ eius ſuperiore parte mulierem, reliqua piſcem refert. Hanc referũt fuiſſe matrem Semiramidis, quæ ob amiſſam pudicitiam, tantũ animo dolorem concepit, vt ſeſe in lacum præcipitem dederit: cúmque cadauer eius ab vrinatoribus inueniri non poſſet, creditum eſt eam in piſcẽ fuiſſe transformatam. Quò factum eſt, vt deinceps à piſcium eſu vicini populi religioſiſſimè abſtinerent. Vnde & Atergatim dictam volunt, quaſi ἀτεργατιδος, quod Syris ſine piſcibus ſonat. Macrob. 1. Saturn. duo fuiſſe Aſſyriorum nomina tradit, Adad, & Atergatim, ex quibus omnia gigni arbitrabantur: per Adad, Solem, per Atergatim, terram intelligentes. Cæl. lib. 25. c. 5.

Aterium, ciuitas Siciliæ. Steph.

Aternus, Pelignorum fluuius in Italia per agrum Adrianum in mare Adriaticum illabens. Plin. Ptolem. Strabo & Varro. *Peſcara* dicitur. Leandro, Collenutio & Blondo, qui ſcribit ad eius oſtium eiuſdem recentis & antiqui nominis oppidum. Antonino & Liuio oppidum eſt Aternum, ſed & Straboni fluuius eſt & vrbs cognominis.

Ateſis, vide Atheſis.

Ateſte, ciuitas regionis Venetæ, vt tradit. Plin. hodie caſtellum, vulgò *Eſte*.

Atretona, Hiſpaniæ Bœticæ vrbs. Strab.

Athach, nomen ciuitatis, 1. Reg. 30. Lat. hora tua, ſiue tempus tuum.

Athac, nomen Eunuchi. Eſt. 4. Latin. percutiens, vel humilians, vel ſubjiciens.

Athaias, nomen viri, 2. Eſdr. 11. Lat. hora, vel tempus domini.

Athalai, nomen viri, 1. Eſd. 10. Lat. hora mea, vel tempus meum.

Athalaricus, Gotthorum rex in Italia cum Amalaſuntha matre, imperauit annis VIII. Quũ à matre prudentiſſima fœmina in bonis artibus inſtitueretur, id indignè ferentes Gothi, matri illum eripiunt, & remotis præceptoribus ipſi iuuenes adiungunt cum quibus ſimul bellicis artibus aſſuefieret, ſed ab illis corruptus, paulò poſt morbo lethali contracto obit.

Athalia, mater Ochoſiæ, filij Ioram regis Iudæ filia Amri regis Iſrael, 4. Reg. 8. Lat. hora vel tempus domini.

Athamania, regio Illyriæ, vel Theſſaliæ. Stephanus.

Athamanes, populi Ætholiæ, Plinius, libr. 4. cap. 2.

Athamas, Æoli filius, Thebarum rex, Nephelem vxorem duxit, ex qua Hellem & Phryxum genuit: ſed Nephele inſania Liberi patris concitata, cùm in ſyluas abiiſſet, Athamas liberis ſuis Ino Cadmi filiam ſuperinduxit nouercam, quæ eos tot apud patrem accuſationibus, tot dolis eo compulit, vt conſcenſo aureo ariete (quem quidam ex Neptuno & Theophane genitum tradunt, & eius vellus à Phryxo Marti conſecratum, poſtremò inter ſydera relatum) fuga ſibi conſulerent. Quapropter Iuno irata, furias in Athamantem immiſit, quæ in tantam rabiem eum duxerunt, vt cùm Ino ad ſe ire videret, hanc leænam & filios ſuos eiuſdem catulos arbitratus, rapto Learcho ex filiis altero ſaxo illiſerit, quod Ino videns cum Melicerto altera prole fugiens, ſe ex rupe quæ Leucothen dicitur, in mare præcipitem dedit Ouid. lib. 4. Metamorph.

Déque ſinu matris ridentem, & paruꝰ Learchum.
Brachia tendentem rapit, & bis, térque per auras.
More rotat fundæ, rigidóque infantia ferro.
Diſcutit ora ferox. &c.

Idem lib. 6. Faſt. Statius.

Tóruus adhuc Athamas inſános flecteret artus.

Hinc Athamantis, Helle eiuſdem filia: & Athamantiades, Athamantis filius: Vide INO., Stephan. in Teos ſcribit Athamantem filiam Atam nomine habuiſſe, & Teon vrbem Ioniæ condidiſſe, quam Anacreon inde Athamantidem cognominat.

Athamantiades, id eſt, Phryxus Melicertes vel Learchus, Athamantis filius.

Athamas, Phthioridis in Theſſalia mons. Pli. Inde Athamantes populi. Lucan. lib. 3.

—& vagus alis
Diſperſis ſyluis Athamas &c.

Athamas fluuius, qui ſuo tractu certo tempore, ligna incendit. Ouid.

Admotis Athamantis aquis incendere lignum
Narratur, minimos cùm Luna receſſit in orbes.

Athana, oppidum Arabiæ fœlicis, Plinius 6. c. 18.

Athanagia, citerioris Hiſpaniæ in Ilergetibus vrbs. Liu.

Athanagildus, Gotthorum rex, regnauit annis 14.

Athanai, filius Zara, filij Adia. 1. Paral. 6. Lat. fortis, ſiue alininus, aut donans.

Athanaricus, 1. Hiſpaniæ rex, regnauit annis 21.

Athanaricus, Gotthorum rex.

Athanaſius præſul Alexandrinus, educatus ab Alexandro eius ciuitatis preſule, olim diaconus, in concilio Niceno Arianorum hoſtis perpetuus, deinde maximas perpeſſus inſidias, ad Cõſtantem Galliarum principem aufugit, Volater.

Athanatus, fuit vir prodigioſæ proceritatis, quem Plinius quinquagenario thorace indutum, cothurníſque quingentorum pondo calciatum per ſcenam ingredi ſe vidiſſe refert.

Athanati, apud Perſas dicebantur, teſte Theophraſto, decem millia virorum delectorum ex Perſis ad militiam, quorum ſi quis aut nece, aut morbo numerum minuiſſet, confeſtim ſubſtituebatur alius, nec vnquam plures aut pauciores erant decem millibus: erantque inter omnes præcipuo cultu decreti & iidem omnium preſtantiſſimi. Q. Curtius lib. 3. Vide plura apud Rhod. lib. 25. cap. 1. Eadem die omnes in prælio occubuerunt.

Athánas, petra locus Scythiæ vel Thraciæ, circa Iſtri fluminis oſtia, ad Sindi campum. Eurip. in Cyclope.

Athar, ciuitas in tribu Simeon. Ioſue 19. Lat. oratio aut deprecatio.

Athara, dea eſt, quæ barbaris Atergatis nominatur. Rhod. lib. 23.

Atharrabis, vrbs Ægypti, Steph.

Athárſata, filius Achelai, 2. Eſdræ 19. de quo & 1. Eſd. 2. 8.

Athena, Cataldi (qui poſtea fuit Epiſcopus) mater fuit: quæ in partu mortua, ab ipſo Cataldo primum nato ad vitam ſolo amplexu reuocata eſt.

Athéna, Minerua, quaſi Athrena ἀπὸ τοῦ ἀθρεῖν quod videre ſignificat. Palladem enim intelligunt prudentiam. Mythici tamen ſic dictam tradunt, quod de Iouis capite proſiliens, integræ puella ætatis, nec vbera ſugere habuerit neceſſe, quod θηλάζειν dicunt Græci vt ſcribit Euſtathius, vt dicta ſit ἀθηλὴ, Athena, quaſi Athela, ἀθηλα quòd lactata non ſit. Cæl. lib. 14. c. 18.

Athénæ, ciuitas Græciæ inter Macedoniam & Achaiam, in ea littorali regione quæ olim Actæ, deinde Attica vocata, quaſi Actica. Hanc Cecrops primus condidit, vnde Cecropia dicta, poſtea à Mopſo Mopſópia, & ab Ioue Xuthi filio Ionia, poſtremò autem Athenæ à Minerua, quam Græci ἀθηνᾶν appellant. Ferunt enim Neptunum cum Minerua de vrbis huius nomine contendiſſe, tandémque inter eos ita conueniſſe, vt vrbi nomen imponeret, qui vtilius humano generi munus edidiſſet: cúmque Neptunus equum Pallas oleam produxiſſet, victum ſuffragio vno Neptunum Mineruæ conceſſiſſe. quæ vrbem recens conditam de nomine ſuo Athenas appellauit. Vide Hyginum, Fab. Poët. c. 164. Fuit hæc ciuitas omnium bonarum artium inuentrix, Philoſophorum & Oratorum mater, & Poëtarum alumna. Virg. in Æthna.

Nunc hic Cecropia variis ſpectantur Athenæ
Carminibus, gaudéntque ſui victrice Mineruà.

Tres quibuſdam fuerunt Athenæ, à quibus Athenæi, Athenienſes, & Athenopolitæ dicti. De tribubus Athenienſium vide Steph. in Berenicede. De nouis Athenis Adriani, vide Olympicum.

Athenæ, oppidum Eubœæ inſulæ apud Strabonem ab Athenienſibus conditum: & *Diades* dictum. Sunt alio locorum (vt hoc præter inſtitutum addam) plures Athenæ, vt in fœlici Arab. Plin. Eſt & inſula, Ionij maris prope Epidamnum. Æliano lib. 14. animalium. Sunt præterea aliæ, Steph.

Athenæa, ſacra Mineruæ, quæ Erichthonius intulit Athenis, eáque vt quotannis ſollennia permanerent inſtituit. Pauſ.

Athenæum, locus Mineruæ dicatus, vbi profeſſores ſua ſtudia profitebantur. Iulius Cap. poſtea, verò adoleuit, in Athenæo controuerſiis declamauit, audientibus etiam imperatoribus ſuis. Lamprid. Ad Athenæum audiendorum & Græcorum & Latinorum rhetorum vel poëtarum cauſa frequenter proceſſit.

Athenæum, promontorium magnæ Græciæ, Dion. Halicarnaſſæo, hoc hodie in Calabria *Roſſia* dicitur, teſte Gab. Barrio.

Athenæum, ſiue Mineruæ promontorium, in Campania, quod alij *Prenuſſam vocant*, Plin. Sirenum promontorium appellat. *Campanellam* Iouius indigitat. De hoc Strabo lib. 5. in hunc modum ſcribit, Pompæo contiguum eſt Surrentum Campanorum vnde prominet Athenæum ſeu Mineruæ promontorium, quod alij Prenuſſum vocant. Eo in promontorio fanum eſt Mineruæ ab Vlyſſe conditum.

Athenæus, Coſmographus Græcus.

Athenæus, Peripateticus Philoſophus è Seleucia Ciliciæ, Auguſti tempore princeps aliquandiu patriæ ſuæ, deinde contracta amicitia, cum Murena, qui contra Auguſtum conſpirauerat, cum illo aufugit: captúſque admiſſus, cum inſons reperiretur, reuertens Romam, multis eum ſalutantibus, illud Euripidis reſpondit, ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπών. Author Strabo.

Athenæus Naucratica grammaticus, M. Antonini principis tempore. librum Dipnoſophiſtarum compoſuit, varium opus & eruditum, vt Plin. alter Græcus ferè dici poſſit: quod ad nos ſanè haudquaquam integrum peruenit, eius epitome ab Hermolao Byzantio tantùm relicta. Author. Suid.

Athenarum, promontorium, ponti Cappadocici. Ptolem.

Athenion, Athenienſis Imperator, cuius maxima fuit crudelitas Mithridatico bello. Rhod. lib. 22. cap. 21.

Athenion, pictor eximius, qui niſi iuuenis mortem obiiſſet, omnes ſui ordinis ſuperaſſet, Plin. lib. 13. cap. 11. Princeps eorum qui in colonias ab Alexandro deducti Catabactra orta inter ipſos ſeditione defecerant.

Athenodorus, inuitatus ad epulas à Bicone æmulo, per Boxum quendam Macerianum in conuiuio eſt occiſus. Cur. l. b. 9.

Athenodórus, Athenienſis philoſophus Stoicus, hoc Auguſto documentum dedit. Cum Cæſar ira te ceperit, nihil prius neque dixeris, neque feceris, quàm ipſa quatuor & viginti elementa litterarum Græcarum tecum ipſe percurreris, & memoria recenſueris: vt ita concitatio illa quæ momentoſa eſt, mente alio traducta, parui temporis interiectu langueſcat: compoſuit opus varium, quod διάφορα inſcripſit. Suid.

Athenodòrus, ſculptor marmorarius eximius. Plin. lib. 36. Item alius philoſophus Candonis filius, à vico quodam Cananita dictus, hic virtutem ſola virtute metiebatur.

Athénopolis, oppidum Maſſilienſium. Plin. li. 3. c. 5. *Ries*, quibuſdam, aliis *Tres*. Vide Maſſilia.

Atheſinus, fluuius è lacu, qui in Apennino eſt ſupra Carnos, & labitur in Iſtrum.

Atheſis, fluuius Galliæ Ciſalpinæ, in Tridentinis oritur Alpibus curſu rapido Tridentum alluit, deinde Veronam diuidens ad latus Padi paludes ingrediens non longè à Brundulo in Adriaticum mare influit. Virg. 9. Æneid.

Siue Padi ripis Atheſin ſeu propter amœnum.

A Germanis *Eeſch* hodie vocatur, ab Italis *l'Adice*. Niger vult Strabonis Atagim eſſe.

Athilla, rex Pannoniæ, ſuperbus inceſſu, huc atque illuc oculos circumferens, vt elata potentia in ipſo corporis motu appareret: hic è Gallia reuerſus Budam, fratrem (qui regnum occupauerat) de medio ſuſtulit. Paul. Iouius.

Athinius, Sarracenorum rex.

Athis, Syriæ vrbs ad Euphratem. Ptol.

Athirſata, i. contemplans annum vel tempus, filius Achelai, 2. Eſdr. 10. b. de quo & 1 Eſdr. 2. 61. Sic dicebatur & Nehemias, Nehem. 7. & 8.

Athletes, 1. Corinthiorum rex, regnauit annis 35.

Athlibis, vrbs Ægypti & alia Arabiæ Stephanus.

Athlula, Arabiæ vrbs, Dion. Caſſ. à Xiphilino Epibula vocatur.

Athmatha, ciuitas in tribu Iuda, Ioſ. 15. lat. lacerta, vel ſtellio.

Athmónum, pars Cecropis tribus. Stephanus.

Athona, Arabum vrbs. Ioſeph. Antiquit. libro 14. cap. 2.

Athos, vel Athon, mons quem Xerxes abſcidiſſe fertur, & velis feciſſe peruium: vnde à Iuuenale velificatus dicitur. hunc leporibus abundare teſtatur Ouidius.

Quot lepores in Atho, quot apes paſcuntur in Hybla.

Situs eſt inter Macedoniam & Thraciam, altitudinis mirandæ, vt vſque ad inſulam Lemnon vmbram porrigere dicatur. Nõnunquam mons Thraciæ dicitur, vt Homero in Hymno Apollinis. Nonnunquam etiam Macedoniæ & Æmoniæ. Plin. & Pompon. Fuit & nomen Gigantis, à quo mons nomen habet. Virgilius Æneid. 12.

Quantus Athos, aut quantus Eryx.

Eſt & ciuitas eiuſdem nominis ſuper eodem monte ſita. Italis, *Monte-Santo*, ſiue incolarum vernacula lingua *Agion oros* hodie, vt tradit Io. Tzetza & Bellonius, qui eum in ſuis obſeruationibus admodum accuratè deſcribit.

Athos, vrbis nomen in hoc monte. Steph. & locus in Ægypto. Euſeb. 9 præp.

Athous, Iupiter appellatus & cultus in ſummitate & vertice montis Atho, Pauſan.

Athoſis, filia & vxor Artaxerxis, Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 24. Plutarch. Atoſſa.

Athrax, vide Atracius & Atrax.

Athres, Scythiæ Europeæ fluuius. Herodot. hodie *Labus*.

Athribis, Ægypti metropolis. Ptol. Item vrbs Arabiæ. Steph.

Athritæ, Arabiæ felicis gens. Ptol.

Athribitis præfectura. Steph.

Athrulla, oppidi Arabiæ nomen. Strabo libro 18.

Athrys, fluuius Thraciæ in Iſtrum fluens.

Athymbra, vrbs Cariæ iuxta Meandrum, ab Athymbro condita: Nyſſa poſtea dicta Stephan. iuxta Mæandrum fluuium

Athymbrus, vnà cum fratribus Athymbrado & Hydrelo Lacedæmone profectus vt fratres, vrbem quoque de ſuo nomine condidit. Strabo lib. 14.

Athyras, Thraciæ fluuius. Ptol. hodie *Aqua* . . .

Athyras, portus & fluuius iuxta Byzan-

tium, & ſinus quidam & fluuius Scythiæ. Stephanus.

Athyta, ſacrificia dicebantur, quæ ἀθύτων, id eſt, ſine victimis offerebantur diis. Cæl. Rho. libro 12. cap. 1. Acapnothyta Luciano dicuntur, id eſt, Sine fumo ſacrificia, & perinde exigua, qualia ſunt inopum, quibus non eſſet victimarum copia.

Atia, Romanorum vrbs in Campania, à Samnitibus expugnata. Diodorus lib. 20.

Atiliana, Hiſpaniæ oppidum inter Aſturicam & Tarraconem. Anton.

Atilia, gens fuit plebeia, ſed nobilis tamen & antiqua, ex qua nonnulli egregij viri prodierunt.

Atynêtus, libertus Cæſaris, vt ipſe teſtatur in marmore dicato cineribus vxoris Homonææ, cum epitaphio pulcherrimo, quod ſe legiſſe Romæ Tortellius teſtatur.

Atina, ciuitas vetus Campaniæ, iuxta Pontinas paludes dicta à morbis, qui Græcè ἄται dicuntur, quos paludis vicinitas creat. Hanc Ptolemæus dixit fuiſſe Latinorum mediterraneam.

Atina, & Atinates, vrbs & populi Siciliæ Cic. pro Plancio. Lucanorum item populi, Pelignorum, & Apulorum. Plin.

Atinas, vir apud Virg. Æn. 11. *Fugit acer Atinas.*

Atintania, pars Macedoniæ, ab Atintano Macedonis filio. Steph.

Atiſcoti populi Britannici.

Atiſo, Inſubrum fluuius, Verbanum lacum influens. *Toſa* hodie vocari, Leander & Caſtilionæus aſſerunt. Huius Plutarchus meminit in vita Caij Marij. Xylander & Cruſerius pro eo Atheſim interpretantur, quàm bene, ipſi viderint. Atiſis habet Liuiana Epitome: Florus etiam Atheſim legit. Sed ipſius Caſtilionæi (ex quo Leandrum ſuam de hoc flumine ſententiam tranſtuliſſe ſuſpicor) ſententiam hic in gratiam ſtudioſorum, quibus fortaſſe eius libellus, quem de Inſubrum antiquis ſedibus edidit, copia non erit, libenter huc adiiciam. Is vbi de hoc flumine Toſa vocato, loquitur, hæc infit: *Amnis hic haud dubiè olim Atiſo dictus eſt: cuius ripas Catulum Caij Marij collegam valle & foſſa muniuiſſe legimus: vt Cimbros Teutonas à tranſitu Alpium prohiberet, quos ab earum ſaltu arcere non poterat. Recentiores malè Græcum Plutarchi codicem ſunt interpretati, dum pro* ἀτισωνα *Atheſim fluuium qui coronam præterfluit, poſuere: Titi Liuij errores ſequuti, qui celebritatem Gallicam pertaſus, & Veneta gloria ſtudioſiſſimus, Atheſim pro Atiſone ſcripſit, quod illud Veronenſis, hoc Nouarienſis flumen eſſet agri. Conſtat ſiquidem inter authores omnes (illum vnum ſemper excipio) flumen illud apud quem ſuperatis Alpibus Cimbri conſedere, duorum tantum dierum itinere ab eo loco in quo ſuperati ſunt Cimbri à Vercellis diſtare. C. enim Marius caſtrametatus fuerat citra Seſſitem, non procul à Vercellarum vrbe, in agro tamen Nouarienſi, quem locum accolæ Camarianum vocant, peritiores caſtra Mariana. Porrò Caudius ager nunc Candia dicitur. Lacmellini tractus oppidum, non longè à Pado. Huic noſtræ opinioni calculum adiicit Euſebius Chronographus diligentiſſimus, qui Cimbros atteſtatur à Romanis profligatos, non procul ab vrbe Vercellarum & à Pado. Verùm cùm caſtra Mariana licet agri ſint Nouarienſis, proximè tamen ſunt Vercellas, quàm Nouariam. Idcircò falsò hæc in Vercellenſi agro geſta produntur ab auctoribus, qui hæc interſtitia prorſus ignorabant, huiuſmodiq́ue victoriæ nomina ſemper ſumunt à locis proximioribus. Porrò Atheſim ſex dierum ſpatio, cuiuſcumque etiam exercitui expeditiſſimo, diſtare ab illis Alpibus per quas Cimbri tranſiuere, nemo eſt qui ambigat:* hæc de hoc fluuio Bonauentura Caſtilionæus, huic quoque ſuffragatur Gaudentius Merula in ſua Gallia Ciſalpina.

Atlanta, vel Atalanta, ciuitas apud Locros terræ motu inſula facta eſt ante Platonis natiuitatem. Euſebij chronicon.

Atlanticæ, inſulæ duæ, quas beatas & fortunatas vocant, paruo inter ſe diuiſæ mari, decem millibus ſtadiorum à Libya diſtantes. Imbres illic rari mediocréſque, venti plurimum ſuaues ac roriferi. Solum pingue, nullo humano ſtudio excultum, perdulces fructus otioſæ multitudini præbet. Aër ſyncerus ac temperatus, & mediocri mutatione per tempora contentus. Nam qui à terra perflant venti Boreas & Aquilo, propter longinquitatem vaſta & inania incedentes ſpatia, fatigantur, priuſquam ad eas perueniant. Qui verò à mari perflant, Argeſtæ & Zephyri refrigerantes, raros & temperatos imbres ex pelago efferunt. Illic campos Elyſios & beatorum domicilia ab Homero reliquiſque poetis eſſe dicuntur. Has Plinius Heſperides vocare videtur. Nam & duas etiam numerat in mari Atlantico, eáſque vltra Gorgonas, præternauigatione Atlantis dierum 40. diſtare ait: Erunt fortaſſe *Spagnola & Cuba.* Ortelius.

Atlanticum mare, pars Aphricani in Mediterraneo à Mulucha fluuio, Mauros à Numidis ſeparante incipiens, & ad occiduum vergens, Abylam montem alluit, & ab Ampeluſia promontorio terminatur.

Atlantides, Africæ populi, tum pietate & religione inſignes habiti, tum erga aduenas & peregrinos hoſpitalitate commendati fuere. Hi ab ſe Deorum genus manaſſe aſſerebant, idque

Digitized by Google

ſdque credi volebant. Primum verò Deum Vranum, i. Cœlum, apud ſe regnaſſe prædicabant, & plures duxiſſe vxores, ex quibus 45. liberos ſuſtulit, præcipuéque ex Titea 17. qui à matre Titanes vocati ſunt. Diod. lib. 4. Euſeb. lib. 2. de præparat. Euang.

Atlantes, Herodoto, Melæ & Plinio, ſunt Æthiopæ populi, inter quos nullam nominum appellationem eſſe aiunt. Hi fortè hodie regnum *Borno* dictum habitant, cuius incolas nullum proprium nomen habere tradit Ioannes Leo, omnéſque à quodam accidente appellari: vt quem procera ſtatura conſpiciunt, procerum: quem pinguedine onuſtum, pinguem: ſic cæcum, caluum, ſurdum, &c. nominãt. Vide Naſamones.

Atlantides, quindecim filiæ Atlantis ex Pleione Oceani vel Deucalionis filia, & quæ Vergiliæ dicuntur: quarum quinque Hyades nominatæ, à fratre Hya, ſororibus plurimum dilecto: reliquæ Pleiades à matre. Vergiliæ autem, quia Vere exoriuntur. Alexander ait Hyadas dictas, quod fuerunt Hyſes filiæ ex Bœotia. Alij ſeptem tantùm numerant, quarum vna quod Syſipho nupſit, non videtur Cicero ait Hyadas à pluendo dictas. Noſtri Suculas à ſuibus, quoniam ſues luto gaudentes, indicant pluuias. Virg. Georg. 1.

Ante tibi Eoæ Atlantides abſcondantur.

Atlas, Iapeti & Clymenes, vel Aſiæ Nymphæ filius, Promethei frater, Mauritaniæ rex, monitus oraculo, vt caueret à Iouis filio, nullum hoſpitio ſuſpiciebat, quod Perſeus Iouis filius indignè ferens oſtendit ei caput Gorgonis, & ſtatim Atlas in montem conuerſus eſt. Cæterùm Atlas magnus fuiſſe aſtrologus dicitur, vnde cœlum portare fingitur: déque ſphæra primùm inter homines diſputaſſe, locum præbente fabulis ſphæræ inuentione. Virg. Æn. 4.

——— ubi cælifer Atlas
Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Atlas hominis ſimulachrum, ſuſtinens columnas ædium, aut ipſum ædificium, ad ſimilitudinem Atlantis cœlum humero torquentis, qui etiam Latino vocabulo Telamon dicitur. Hi Atlantes plerumque gibboſi (vt inquit Seruius) fiunt, dum onera ſuſtinent, qui interdum compares ſunt, interdum auerſi, interdum ſeſe inuicem ſpectant. Mart.

Non aliter videtur Atlas cum compare gibbo.

Atlantis mythologiam prolixè explicat N. Comes lib. 4. cap. 7.

Atlantis, inſula, cuius meminit Mercator, & alij nonnulli volunt hodie Americam eſſe. Hæc quarta pars orbis numeratur, & Hiſpani Indiam vocant, ſed falsò & impropriè, cùm vera India, quæ Aſiæ regio eſt, ab inſigniore fluuio, Indo nominetur. Si verò huic parti ab eius flumine primario nomen indere illis libuiſſet. *Amazoniam* potius, vel *Orelianam* indigitaſſent. Ne hanc tamen cum India confunderent eam, *Occidentalem* aut *Hiſpanicam* cognominarunt, cùm altera *Orientalis*, *&* *Luſitanica* vulgò vocetur, ab orbis plagis, & regibus, nempe quibus ſubſunt, aſcitis nomenclaturis.

Atlas, rex Italiæ, pater Electræ vxoris Corytis.

Atlas, rex Arcadiæ, pater Maiæ, ex qua Mercurius natus eſt.

Atlas, hodie *Anchiſa*, ab aliis *Montes Claros*, mons Mauritaniæ ab Atlante rege Mauro cognominatus. Plin. Sed duo ſunt teſte Herodoto: Vnus ad columnas Herculis, alter verò interiore Lybia remotior: cuius ſummitas nunquam videri poteſt, quia nubes ab illo nec æſtate, nec hyeme diuellantur, quem incolæ cœli columnam eſſe aſſerunt. Et, vt poëtæ tradunt, fuit in illum Atlas Mauritaniæ rex conuerſus. Cui etiam Virg. formam viri tribuit. Æn. 4.

Atlantis cinctum aſſiduè cui nubibus atris
Piniferum caput & vento pulſatur & imbri
Nix humeros infuſa tegit, tum flumina mento
Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.

Atlas, Africæ mons notiſſimus. Incolæ eum *Adirim* vocant, Auctor Marcianus Capella. *Dyrim* habet Solinus, ex Plinio. *Columnam cœli* ab indigenis dici ſcribit Herodotus. Atlas mons aut ſaltem eius pars, circa Mauritaniam Cæſarienſem, ab Æthico *Aſtrixis* vocatur ab Oroſio fortè *Aſtrixis*. A Dioſcoride *Tmolus*, vbi dicit Euphorbium prouenire in Mauriſiorum Tmolo monte. Plinius idem in Atlante naſci ait.

Atlas fluuius verſus Septentrionem ab Hæmo monte in Iſtrum fluens, ſic ab Atlante Arcadiæ rege cognominatus. Herodot. in Melpomene.

Atlas, hyperboreorum locus, vbi Heſperidum mala, Apollod. lib. 2.

Armaniſphe, Arabiæ fœlicis vicus. Ptolemæus.

Atmas, Scytha, qui vſque adeò otium deteſtabatur, vt diceret ſe, ſi quando ab omni negotio eſſet feriatus, nihil admodum ab equiſonibus differre. Cæl. Rhod. lib. 11. c. 1.

Atoma, animalia dicebantur ſacris non incongrua quaſi integra, inſectáque. Cælius Rhodi. lib. 12. c. 1.

Athniel, Hebræorum iudex, iudicauit annis VIII. Hebr. Othniel. 1.

Atoſſa, filia Cyri. Herodot. lib. 4.

Atoſſa, Perſis olim imperauit, epiſtolarum conſcriptionem inuenit. Tatianus ex Hellanico.

Atraces, populi Ætoliæ, quibus nomen dedit Atrax, Ætoli filius Atracia, ipſa regio, vnde At-

tracis dicta Hippodamia. Ouid. in Epiſt.

An fera Centauris indicere bella coegit,
Atracis Æmonios Hippodamia viros.

Atræ, ciuitas inter Euphratem & Tigrim. Stephanus, Herodian. Arabiæ ciuitas apud Zonaram.

Atramitæ, populi Arabiæ fœlicis, Plin. & Steph. Sabeorum pagus. Solin.

Atrani, populi Hirpinorum in Italia, apud Platonem & Plinium.

Atrapũ, locus prope Thermopylas, per quem Xerxes Lacedæmonios eſt aggreſſus, & Appian.

Atratinus, conſul collega Fuluij.

Atratinus, accuſator Cælij, vt in oratione Ciceronis, qui malè à quibuſdam Atracinus ſcribitur. Volater.

Atrax, qui cum Doſithoen violatam à Ioue perdidiſſet, id Deo vlciſcente ictus eſt fulmine. De vtroque meminit. Ouid. in Ibin.

Aut Iouis infeſti telo feriare triſulco,
Vt ſatus Hippomene, Doſithoëſque pater.

Atrax, vel Atracia, ciuitas Theſſaliæ partis Pelaſgiotidis, ab Atrace Penei & Buræ filio condita. Steph.

Atracius, poſſeſſiuum, deductum ab Atracia regione Ætoliæ, ſiue ab Atrace Theſſaliæ oppido: vnde Atraciam artem Statius appellauit Magiam, quæ apud Theſſalos plurimum viguit. Sic enim habet in lib. 1. Theb.

—Qualis per nubila Phœbes
Atracia rubet artis labor.

Atrebates, populi in Gallia, à quibus veſtes Atrebaticæ, quanquam Atribaticas pronunciat Suidas de coloris atri ratione, ſunt autem Atrebates textrino percelebres: vnde bitros, veſtis ea Gallica eſt, ab Atrebatibus quandoque petitos prodit hiſtoria. Cæl. Rhod. lib. 16. c. 10.

Atrebates, inter Belgas populi, finitimi Ambianis, Neruis ſeu Tornacenſibus, & Morinis, partem Picardiæ continent, vulgò *Le pays à l'entour d'Arras*. Item, *la Comté d'Artois*. Lat. Arteſiæ Comitatus.

Atrebatij, Ptolemæo ſunt Albionis inſulæ populi, qui *Barcockſire menne*, ſunt Leando *Birkſire menne*. Lhuydo *Barkeſ-ſchire* Camdeno.

Atrebatum, vulgò *Arras*, Arteſiæ metropolis, quam I. Meierus Annalium Flandricarum li. 15. Scutum, vallum ac murum totius Occidentalis Flandriæ nominat. Bipartito peculiari murorum ambitu diuiſa eſt. Pars altera Epiſcopo, altera Principi adſcribitur. Illa pulchra aſpectu, ſed minor, magnifico Cathedrali templo D. Virgini ſacro celebris eſt. In qua permultis libris manuſcriptis inſtructa Theologica bibliotheca videtur. Hæc autem multò amplior, pulcherrimarum ædium nitore, platearum latitudine, & foro immenſo ſpacioſo, commendabilem ſe reddidit: quinetiam Abbatia D. Vedaſti, quæ opum magnificentia reliquas monarchorum ſocietates ſuperat. Ædes ciuium prçter alias commoditates vinarias cellas longè maximas & ampliſſimas habent, quæ obſidionis & neceſſitatis tempore, incolis ſunt latibulo. Tom. 3. Theatri vrbium L. Guichardinus, eam deſcribit in Chorographia inferioris Germaniæ.

Atrêne, ciuitas. Steph.

Atreni, circa Armeniam populi. Herodian. lib. 3.

Atreus, filius Pelopis & Hippodamiæ, rex Mycenarum, Thyeſtem fratrem concubitu vxoris ſuæ Æropes vſum exilio multauit: cui deinde reuocato proprios filios, quos ex Ærope ſuſceperat, comedendos appoſuit: cuius facinoris horrore, Sol retroceſſiſſe fertur, reuocato ad Auroram curſu: quod vt Thyeſtes vlciſceretur: cum propria filia Pelopea concubuit, & ex ea Ægiſthum ſuſcepit, qui Atrei filium Agamemnonem interfecit.

Atrêus, Argis, Athenienſium rex.

Atri, populi, apud quos ne minimum quidem furari licebat. Euſeb. lib. 6. præp.

Atria, Ptol. vrbs iuxta Venetias, poſtea Adria dicta, à cuius ſubmerſione mare Adriaticum appellatum. Stephanus aliam Atriam Boiorum gentis Celticæ commemorat.

Atrianorum paludes, quæ Septem maria appellantur. Plin. lib. 3. cap. 16. Locus eſt circa Padi oſtia Rauennæ paludes Straboni lib. 5.

Atrianus, Italiæ fluuius. Ptol. *Tartaro* hodie, Mercatori.

Atricani, Italiæ populi, Halicarnaſſ. lib. 5.

Atridæ, Atrei filij, Agamemnon & Menelaus. Virg. 1. Æneid. *Atridas Priamumq́ &c.*

Atrius, Tuſcorum rex, regnauit ann. XXVII.

Atropatia, Stephano altera ex partibus Mediæ ita dicta ab Atropato duce, qui eam à Macedone vi tutatus eſt. Media enim diſtributa eſt in duas partes, quarum altera maior Media appellatur, cuius Metropolis eſt Ecbatana: altera minor, quæ & Atropatia dicitur Straboni libr. 11.

Atropos, vna ex tribus Parcis, quaſi ad nullius preces conuertatur, filia Demogorgonis vel Erebi & Noctis. Vide Parca.

Atta, ciuitas Arabiæ fœlicis, authore Ptol.

Atta, poëta comicus, apud Horat. his verſ.

Recte necne crocum floréſque perambulet Attæ
Fabula.

Attaba, Aureæ Cherſoneſi fluuius. Ptol.

Attabas, & Numenius, latrones famoſiſſimi prouerbio locum fecerunt: Conuenerunt Attabas & Numenius.

Attacana, Armeniæ maioris oppidum. Ptolemæus.

Attaci, ſerica gens, apricis ab omni noxio affla-

afflatu ſecluſa collibus, eadem, qua Hyperborei degunt temperie. Plin.lib.7.cap.17.

Attacotti, Marcel. Scotorum populi. H. Lhuyd. Buchananus putat eos inter Hadriani & Seueri vallum habitaſſe.

Attacum, oppidum Celtiberorum in Hiſpania. Ptol. *Alegon* Moletio. Sed *Atteca* Cluſio.

Attæa, ſtagnum in Bætico vrbe Phrygiæ, ſalem producens. Steph.

Attali Latrones, Arabum gens circa Tigridis oſtia. Plin.

Attália, ciuitas conuentus Pergami. Eſt item vrbs Pamphyliæ in ora maritima. Strab. Steph. vrbs Lydiæ. Aliqui verò (vt idem ſcribit) Ciliciæ Corycum ſic nominarunt.

Attalis, tribus Atticæ. Steph.

Attalus, Macedo, infeſtiſſimus Alexandri hoſtis, Curtius lib.6.

Attalus, Pergami rex, pecunia diriſſimus & ſplendida abundantique ſupellectile. Plin.lib.8. Propertius:

Nec ſit in Attalico mors mea nixa toro.

Hic à populo Romano donatus eſt eo regno: cùm liberos non haberet, populum Romanum hæredem fecit: eiúſque ſubſtantia ampliſſima Romam eſt allata: vnde Attalicæ veſtes ſplendidæ, & opes ac traditiones Attalicæ. Fuit & Attalus quidam philoſophus.

Attalus, genere valde nobilis, & quod cunctis nobilius eſt, vir optimæ conſcientiæ, & in fide Chriſti per omnia exercitia ſemper martyr. Cúmque circumactus eſſet in amphitheatro, titulo ſe præeunte, in quo ſcriptum erat, Attalus Chriſtianus, fremere in eum vulgi inſanientis furor cœpit vehementius. Cùm verò Attalus prunis ſubreiectis in ſella ferrea torreretur, cúmque odor aduſtæ carnis ad nares, & ora inſpectantis populi perferretur, voce magna exclamat ad plebem: Ecce, hoc eſt homines comedere (inſimulabant enim pagani Chriſtianos humana carne veſci) quod vos facitis. Quid à nobis velut occultum inquiritis facinus, quod vos aperta luce committitis? non enim neque comedimus homines, neque aliud quicquam mali agimus. Et cùm interrogaretur, quod nomen haberet Deus, reſpondit, Qui plures ſunt dij, nominibus diſcernuntur: qui vnus eſt, non indiget nomine, Euſeb. libro 5. cap.3. hiſt. Eccleſ.

Attalyda, vrbs Lydiæ, condita ab Attye, poſt mortem eius à filio Lydo. Steph.

Attaſij, Maſſagetarum & Sacarum gens. Strabo. Sogdianæ populi. Plin.

Attea, Aſiæ pagus ad ſinum Adramittenum. Strabo.

Atteiatis, Italiæ oppidum in Piceno, libro de limitibus.

Atteius, Philologus, libertinus, Athenis natus quem Capito Atteius Iuriſconſultus eius patronus inter grammaticos rhetorem, & inter rhetores grammaticum fuiſſe ait, quem iuuiſſe Salluſtium in ſcribendo, author eſt Pollio. Coluit familiariſſimè Salluſtium, eóque mortuo, Pollionem. Author Tranquillus.

Atteius Prætextatus nobilis grammaticus Latinus. Suet.

Atteius Sanotus Commodi Imperatoris orator. Lamprid.

Attelebuſſa, Lycij maris inſula. Ptol. Plin. à Ptolemæo Atelebuſa dicitur.

Attella, vel Atella, oppidum Oſcorum in Campania, vbi grande Amphitheatrum: vnde Attellanæ Comœdiæ, ioculares & ſcurriles. Mantuanus.

Eſt locus Atella retinens cognomina priſca.

Hinc Atellani, apud Campanos inhoneſtiſſimi, quorum luxuria in ludis nimia erat.

Attena, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum. Plinius.

Attene, Arabiæ fœlicis regio, circa Gerram oppidum. Plin.

Attes, Calai Phrygis filius impotens generandi à matre genitus: qui quum adoleuiſſet, in Lydiam demigrauit, & Matris deûm orgia apud Lydos peregit. Quare quum ob id in honore eſſet, Iupiter inuidit, ſuémque immiſit, qui Lydorum labores & opera diripiebat: & cum alios plures, tum ipſum Atten interemit, &c. Pauſan. in Achaicis.

Atthis, Cranæi filia, à qua regio Attica, cùm priùs Actica ab Actione diceretur, ſiue ab Actæo rege, vt Fauorino & Lycophroni placet. Siue ab ἀκτῇ, quod littus ſignificat: quod ea regio magna ex parte littoralis ſit. Atthis etiam inſula dicta eſt, vbi Telamon habitabat. Apollon. I. quæ Salamine, Attica inſula videtur.

Atthis, etiam poetis Luſcinia dicitur, in quo fit alluſio ad fabulam, qua Philomela Pandionis Athenienſium regis filia in hanc auem dicitur transformata. Martial.

Sic vbi multiſona feruet ſacer Atthide lucus.

Attia, Arabiæ fœlicis oppidum, Ptol.

Attica, Cranæi II. Athenienſium regis filia, à qua prouinciæ nomen inditum.

Attica, regio Græciæ inter Achaiam & Macedoniam ſita, in qua fuit vxor Athenienſis. Strab. inundauit Melochij XI. Aſſyriorum regis tempore.

Attica, quæ & Atthis, regio, vt Euſtathius ait. Idem hanc olim Acte. Actica, Poſidonia, Athenæ, Ionia, & Mopſopia dictam ſcribit. Hellas quoque Solino, & Cecropia Apollodoro. Græciæ notiſſima regio, in qua Athenæ, omni æuo celebres, vnde adhuc Ducatus Athenienſium

ratione Cybeles in pinum arborem mutatus eſt. Ouid. 10. Metamorph.

—Cybelius Atys

Exuit hac hominem, truncóque induruit illo, &c. producit primam ſyllabam.

Atys, Crœſi Lydiæ regis filius, qui cum antea ſemper mutus fuiſſet, in eo tandem prælio, quod Lydiæ ſeruitutem attulit, cum Cyri militem videret, ſublato enſe patri ſub cædem illaturum, nimia loquendi cupiditate, linguæ vinculum abrupit, claráque voce patris ſui interitum deprecatus eſt. Herod. lib. 2.

Atys, ex Hercule & Omphale prognatus, filios habuit Lydum, à quo Lydia dicta: & Tyrrhenum, à quo Tyrrheni appellati ſunt, de quibus in ſequentibus.

Atys Indus, ex Limniace Gangis filia genitus in Andromedæ nuptiis occiſus eſt à Perſeo. Ouid. lib. 5. Metam. ſtatim ab initio.

—erat Indus Atys quem flumine Gange

Edita Limniace vitreis peperiſſe ſub vndis,

Creditur, &c. Corripit autẽ primam ſyllabam.

Atys Syluius, Albæ Syluij filius, quem Euſebius Ægyptium Syluium vocat. Hic cum viginti nouem annis regnaſſet, Capy filio relicto diem clauſit.

Atys, pueri Troiani nomen apud Virgilium Æneidos 5.

A V

Aua, i. iniquitas, nomen idoli, 4. Reg. 18. 19. Iſa. 37.

Auadiæ, Bactrianæ gens.

Aualites, ſinus in dextra parte rubri maris, Steph. Vide Abalites.

Aualonia, vrbs Albionis inſulæ *Inis Aualon* vulgò.

Auantici, populi Heluetiorum ab oppido Auantico in Alpibus ſito dicti, de quibus Plin. li. 3.

Auara, ciuitas Arabiæ, ab Areta Obodæ filio nominata & condita, &c. Steph.

Auari, populi Italiæ, à Francis victi.

Auaris, Iſraëlitarum in Ægypto ciuitas, apud Manethonem (vt Ioſephus auctor eſt) Wiſſemburgius dubitat num eadem ſit, quæ in ſacris Bibliis *Rameſſes*, vel, vt alij, literarum metatheſi, *Raemſes* dicitur, quæ quoque *Goſen* vocatur Vide *Bubaſtis*.

Auaricum, oppidum Celtarum maximum munitiſſimumq; in finibus Biturigum, agri fertiliſſima regione, ferè ex omnibus partibus flumine & palude perpetua circumdatum, trans Ligerim fluuium, habens vnum & peranguſtum aditum, proximum Nouioduno oppido Biturigum, ac Genabo oppido Carnutũ. & Velauduno oppido Senonum, in Francorum regno ſitum, vulgò *Chaſteauneuf*, alij *Bourges en Berri*, alij *Viarons* appellant. Cæſar. lib. 6. commentar.

Auarum, Hiſpaniæ Tarraconenſis promontorium. Ptol. *Cabo de Viana*, Moletio.

Auaſtomathes, Mauritaniæ populi, Am. Marcel.

Auatici, Galliæ Narbonenſis populi. Plin. & Auaticorum ſtagna in eadem Gallia, Melæ.

Auaxa, Ponti vrbs, lib. Notit.

Auaſes Ægyptij appellant regiones habitatas & maximis deſertis circumdatas, quaſi quaſdam pelagi inſulas, quales ſunt multæ ad Africam, Strabo lib. 17. non procul ab initio & li. 2. ſub finem. Alij Abaſes, alij Amaſes, malè. vide Steph.

Auaſis, vrbs Ægypti, quæ & Oaſis vocatur. Steph.

Auatha, vel Auara, oppidum Arabum. Steph.

Aubriotus, Pariſiorum præfectus: arcem eam quam vulgò *la Baſtille* vocant, ædificauit, vt contra Anglos vrbi præſidium foret: muróſque verſus D. Antonium reſtaurauit, Itémque caſtellum illud, quod appellatur, *le petit pont*, aduerſus Scholaſticorum vniuerſitatis incurſiones, inſtruxit, qui odio ei erant infeſtiſſimo, quorum tamen opera miſerrimè periit. Annal. Franc.

Aubereum, Africæ propriæ locus. Anton.

Auchatæ, vel Auchetæ, Scythiæ gens, ad os Boſphori apud quos Hyſpanis oritur, Solin. Pli. lib. 4. c. 12. Herodot.

Auchiſæ, Cyrenes regionis gentes. Diodorus lib. 3.

Auchitæ, Ptol. Auſchyſæ, Herodoto & Auſchytæ. Steph.

Aúcula, vrbs Tuſcorum, Ptolemæo: alij Aquula.

Audianij, Iapygiæ, quam & Meſſapiam, Græci vocant, populi. Strab. lib. 6.

Audatha, Arabiæ deſertæ vrbs. Ptol.

Audea, Caſſiotidis regionis in Syria vrbs. Ptol.

Audena, Italiæ amnis. Liu. lib. 4.

Audia, Arabiæ petreæ vrbs. Ptol.

Audus, flumen, circa quod Audienſe in Mauritania Caſtellum. Amm. Ptol. Item Africæ propriæ mons.

Audon, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Ptol.

Auella, vrbs Campaniæ, abundans optimis nucibus, quæ dicuntur Auellanæ. Virg Æn. 7.

Et qui maliferæ deſpectant mœnia Auellæ.

Vide Abella & Abellinates.

Auendonis, Liburniæ vrbs. Anton. quem Lazius *Adelſperg*, nominat.

Auenio, vrbs Galliæ Narbonẽſis, quem Pontificij Clementi vendidit Ioanna Siciliæ regina Volaterranus. Stephano vrbs Maſſiliæ, iuxta Rhodanum, *Auignon*. Hæc ciuitas miras habet

Digitized by Google

vetuſtates: in ea etenim ſeptem ſunt palatia, ſeptem ſunt parochiæ, ſeptem hoſpitia, ſeptem ſacrarum virginum monaſteria, ſeptem Collegia, ſeptem monachorum conuentus, & ſeptem portæ. Hanc vrbem Petrarcha, & poſt eum Bocatius ſub nomine Babylonis deſcribit.

Auenticum, Heluetiorum oppidum apud Cæſarem & Tacitum. *VViefelſburg* Germanicè Rhenano *Auenche*, Gallicè, Marliano. Heluetiorum caput fuiſſe, teſtis eſt Tacitus, Amm. Marcellinus autem ſcribit ſuis quidem temporibus deſertam fuiſſe ciuitatem, ſed non ignobilem quondam, ex ædificiis ſemirutis colligi. Hodie latè patentes ruinæ viſuntur, & retinet patria lingua priſcum nomen. Vicus in agro Vautuatum, *Auanches, au pays de Vaut*.

Auentina, Diana cognominata, quod in Auentino monte Romæ in primis coleretur, quæ & Auentinenſis etiam à Valerio Max. appellata eſt. Plut. & Sext. Pomp. ædem Dianæ dicatam in Auentino. Seru. Tullio regnante, volunt. Halicarnaſſ. autem videtur Ancum Martium huius templi auctorem facere.

Auentinus, mons Italiæ, non procul à Roma, in quo Præneſte oppidum ſitum eſt.

Auentinus, vnus ex ſeptem vrbis Romæ montibus, cuius radicem Tyberis præterlabitur: ita dictus ab auibus (vt ex ſententia Næuij refert Varro) quarum ob ſitus opportunitatem, amniſque vicinitatem maxima ibi copia erat: vel ab Auentino Albanorum rege, in eo extincto & ſepulto: vel ab aduentu hominum, qui ad Dianæ templum, quod eo in monte à communi Latio conditum fuit, commeabant, vel ab aduecta, quod Varroni magis probatur. Erat enim hic mons à reliquis vrbis Romæ montibus paludibus diſcretus. Vnde ratibus ad eum aduehebantur, quadrantem pro naulo perſoluentes.

Auentinus, cognomento Syluius, Albanorum rex, pater Proculi Romuli Syluij filius, cui fulmine occiſo ſucceſſit, regnauit annis XXVIII. in Auentino ſepultus, cui nomen indidit.

Auentinus, filius Herculis ex Rhea, ſacerdote Turno aduerſus Æneam ſuppetias tulit. Virgil. Æneid 7.

Victoreſq; oſtentat equos ſatus Hercule pulchro
Pulcher Auentinus. Auentinus dictus quod in collis Auentini ſylua eum mater peperiſſet.

Auernus, lacus Campaniæ prope Baias, quem Plutoni dicatum, & inferorum limen eſſe rudis vetuſtas credidit. Dictus quaſi ἄορνος, hoc eſt, auibus carens, ſiue quod aues ſuperuolantes graui eius odore enecarentur: ſiue quod ſulphureæ exhalationes aërem vſque adeò extenuarent, vt aues ſuſtinere non poſſet, Virg. lib.6. Æneid.

Quem ſuper haud vllæ poterant impunè volantes
Tendere iter pennis, &c.
Vnde locum Graij dixerunt nomine Aornum.

Hoc Auguſtus intelligens diſſectis ſyluis amœna reddidit loca. Capitur plerunque pro ipſo inferorum loco, vel propter fœtorem, vel propter Necromantiam, quæ ibi exercebatur Lucretius lib.6.

Principio quòd Auerna vocant, non nomen id abs re
Impoſitum eſt, quia ſunt auibus contraria cunctis.

Strabo lib.6. Contiguus Baiis Lucrinus adeſt ſinus, intra quem Auernus eſt. Vide Aornos. *Lago di Tripergola* vocatur ab Erythreo & C. Fabricio. Stiga quondam appellatum ex hoc loco Silij lib.12 apparet.

Ille olim populis dictum Styga nomine verſo,
Stagna inter celebrem nunc mitia monſtrat Auernum.

Auerroes, natione Arabs, in Africa educatus naturali ſcientia vir præſtantiſſimus, omniumq; bonarum diſciplinarum encyclopædiam adeptus, ſecta Mahumetanus, apud Cordubam Hiſpaniæ vrbem vetuſtiſſimam floruit, circa annum Domini 1149. multa ac varia compoſuit. Librum (Colliget dictum) totam fermè medicinam complectentem edidit. Auicennæ medici æmulus, & inimiciſſimus fuit. hæc Symphor. Campeg. In commentariis ſuis in Ariſtotelem Græcos maximè eſt imitatus. A nonnullis Stimulus medicorum vocatur. nam & Galeno locis non paucis contradicit. Conrad. in Bibl.

Auerruncus, deus apud Romanos, qui mala auerruncare, hoc eſt depellere, atque auerrere putabatur. Cuiuſmodi apud Græcos habebantur Hercules & Apollo, quos idcircò ἀλεξικάκους ἀπὸ ποιμνίας καὶ ἀποτροπαίους appellabant. Pacuuius apud Varronem lib.6. de lingu. Lat. Deus qui meis rebus præeſt Auerruncus.

Aufeia aqua, olim dicta fuit, quæ poſtea Marcia dici cœpit omnium aquarum toto orbe (Plinio teſte) clariſſima, frigoris ſalubritatiſque laude cæteris præcellens: oritur in vltimis montibus Pelignorum: tranſit Marſos & Fucinum lacum: mox ſpecu merſa, in Tiburtina ſe aperit, nomen paſſuum millibus, fornicibus perducta, primus eam in vrbem ducere auſpicatus eſt Ancus Marcius vnus è regibus, poſtea Qu. Marcius Rex in prætura, à quibus Marcia aqua nomen accepit. Hanc rurſus reſtituit M. Agrippa. Plin. lib.31.c.3.

Aufidena, Ptol. vrbs Italiæ Caracenorum, qui ſub Feretanis ſunt, hodie adhuc extat.

Aufidenates populi, quorum Plinius inter Samnites meminit, lib.3.c.12.

Aufidius,

Digitized by Google

Aufidius, vir fuit apud Romanos matronarum corruptor. Iuuenal. Sat. 9.

Notior Aufidio mœchus celebrare ſolebat.

Procuratorem vultu qui proferat ipſe, Martia.

Acrior hoc cuius non erit Aufidius.

Aufidius cognomento Lurco, qui primus pauones ſaginare eſt aggreſſus, ex eo quæſtu reditum ſexagenorum millium ſeſtertiorum percipiens. Plin. lib. 10. c 20.

Aufidius Baſſus, nobilis, hiſtoricus tempore Quintiliani, qui de rebus Germanicis hiſtoriam conſcripſit.

Aufidus, vel Auphidus, Apuliæ fluuius, ex Hirpinis montibus oriens, & Canuſium vrbem præterlabens, in Adriaticum mare ſeſe exonerat. Plin. A quibuſdam Canna, quo nomine vicus ei ſupereminens vocatur, celebris Romanorum clade, Liuius in carmine fatidico lib. 25. Strabo verò lacum eſſe in Apulia dicit, Horat. lib. 3. Carminum.

Dicar, qua violens obſtrepat Aufidus, &c.

L'Oſanto à Leandro appellatur. Polyb. lib. 3.

Aufinates, populi in quarta regione Italiæ. Plin. lib. 3. c. 22.

Auful, Galatiæ rex, Toletam multis annis obſeſſam demum cepit, & Chriſtianorum religioni reſtituit. Blond. lib. 3. Decad.

Auga, æ: vel Auge, es: vel Augea, æ, mater Telephi, quam Euripides dicit ab Alæo patre (cùm ab Hercule corrupta deprehenderetur) in vrna quadam cum Telapho filio impoſitam, mari demerſam, Palladis prouidentia ad Caici oſtia delatam, & à Teutrante exceptam fuiſſe, quam ille in vxorem duxit, Thelephúmq; pro filio educauit, & regni ſucceſſorem inſtituit. Strabo lib. 13. Diodorus lib. 5. Auge (inquit) mater Telephi fuit ex Hercule, quæ à patre grauida deprehenſa, Nauclero cuidam tradita eſt ſubmergenda. Sed antequam ad mare perueniret, vrgente tempore partus Telephum peperit, quem inter virgulta abdidit, qui poſtea inuentus à paſtoribus, Corintho regi datus eſt, & Telephi nomine appellatus, quod à paſtoribus inuentus eſſet pendens ab vberibus ceruæ. Auge verò à mercatoribus, qui illam à Nauclero dono acceperant, in Cariam ad Theutrantem regem delata eſt, vbi poſtea à Taleph. filio fuit agnita.

Augara, Arabiæ vrbs. Ptol.

Augarus, Dioni, Acbarus, Appiano, Mazara, Floro, Ariamnes Plutarcho, Arabũ præfectus, qui Pompeio aliquot officiis fidelẽ operã nauauerat, atq; ita tũc ſibi fidẽ in paruis præſtruxerat, vt poſtea cùm operæ pretium eſſet, magna cũ mercede falleret. Cõſtat apud omnes hunc transfugã quocunq; nomine fuerit ſubornatũ à Perſis fuiſſe, vt Craſſi crudelitate in ipſius perniciẽ abuteretur. Alius quoq; fuit Augarus Oſroënorũ rex, qui cum ad Antoninum Caracallam tanquam ad amicum veniſſet ab illo cõtra fidem datam comprehenſus, & in vincula coniectus fuit, & Oſroene rege deſtituta capta.

Augaſij, populi Maſſagetarum.

Auge, Tregatis poëtria, μελοποιός. Steph.

Augéa, vrbs Locrenſiũ, cuius meminit Homerus. Eſt & altera eiuſdẽ nominis in Laconia. Step.

Augeas, rex Elidis, filius Solis & Naupidamos, filiæ Amphidamantis, quem Hyginus inter Argonautas connumerat. Bubile habuit 3000. boũ capax, nũquam ante Herculis aduentũ repurgatũ, cui cùm Augeas id purgandũ locauiſſet, Hercules Alpheum fluuium eo immiſit, eiúſque aquis 30. annorum fimum, quem egerere lõgum fuiſſet, nullo propemodum negotio eluit. Quo nomine cùm pactã ſibi mercedem exigeret, tergiuerſante Augea, Phyleum filium eius arbitrum delegit, qui cùm ſecundum Herculem pronunciaſſet, pulſus à patre in Dulichium inſulam confugit. Quam rem ægrè ferens Hercules, Elim diripuit, & Augeam interemit, reuocatúmque Phyleum patris loco regnare iuſſit. Ex commẽt. in Homerum. Alij Elei filium fuiſſe volunt, alij Phorbantis ex Hyrminé Nelei aut Nictæi aut Epochi filia, ex huius oculis radios tanquam ſolares emicuiſſe tradit Apollonij Scholiaſtes. Vide Pauſan. in Eliacis & Plin. lib. 17. c. 9.

Augeas, Athenienſis comicus. Athenæo.

Augiæ, vel geæ, oppidum aliud in Laconia, alterum in Locride, Homero. Vide Augea.

Augia maior, Germaniæ inſula, à Conſtantia non procul diſtans, tres habet parochiales Eccleſias: fert vinum, frumentum, atque poma. Sunt, qui ſcribunt, & experientia id quoque docetur, D. Pirminium omnes venenatos vermes, putã ſerpentes, aſpides, lacertos, bufones, & huiuſmodi, ex hac inſula ita fugaſſe, vt in hodiernum vſque diem in ea non inueniantur, & illati non maneant, aut moriantur. Aiunt etiam D. Marci Euangeliſtæ ſacrum corpus ibi in monaſterio quieſcere: vnde monachi eius Euangelium in Eccleſiaſticis officiis pronuntiantes, non vtuntur hac præfatione communi. Sequentia S. Euangelij ſecundùm Marcum, ſed ſequentia S. Euangelij ſecundum illum: quod Veneris, qui ſe habere oſſa huius Euangeliſtæ gloriantur, dicitur olim ſtomachum mouiſſe: quippe qui aliquam pecuniæ ſummam monachis illis dare voluerunt, vt ſoli reliquias viri ſancti poſſiderent, at monachi illud recuſarunt, Munſter. lib. 3. Coſm.

Augila, vrbs Libyæ. Steph.

Augias, vide Augeas.

Augilæ, Africæ populi, qui nullos deos putauerunt præter defunctorum manes, à quibus reſponſa petere ſolebant, ſepulchris incuban-

tes. Pomp. Mela.

Augur, conſul, Annij Veri collega.

Augures, & eorum collegium, ſummo in honore habitos legimus, non modò apud Romanos, ſed & apud Græcos & barbaros pleroſque. Nam Chaldæos primùm, & Piſidas ac Cilices dein Hetruſcos, ac Græcos, mox Latinos & Romanos augurandi diſciplina excelluiſſe legimus. Et augures quidem tres priùs Romæ fuêre propter tres ipſius tribus, Luceres, Rhamnenſes, Tatienſes: mox vno addito, quatuor extiterunt. Sed cùm poſtea plebs admiſſa eſſet in partem honorum vrbis, quinque plebei Augures creati ſunt, & patricij quatuor idque M. Valer. & Q. Apuleio Coſſ. Romani igitur nihil niſi augurato inchoabant. Locum verò Augurij ita fuiſſe legimus: Templum Augur conſtituebat, verſus Oriẽtem ſedebat, capite velato lituum, id eſt, incuruũ baculum, dextra manu geſtans, quo in cœlo regiones diuidebat. & quæ Auguria veniebant, prędicebat. Si læua fuiſſent, qua parte eſt Septentrio, fœlicia pronũtiabat: illa enim pars propter altitudinẽ proſpera putabatur. A dextra parte Meridies parum fauſta & infœlix credebatur, quia locus eſt depreſſus, plura Liu. lib 1. Halicarnaſſ. lib. 2. Plutarch. in Parall. & Problemat. Valer. Maxim. Cicero de Diuinatione. Varro, & alij. Augurum autem illorum deliria inter recentiores egregiè confutauit G. Peucerus, Commentario de variis diuinationum generibus.

Augurinus conſul, Sergiani collega.

Auguſta Auſciorum, Galliæ Aquitanicæ oppidum, *Aix en Guienne. Auex* Villanouano.

Auguſta Rauracorum, pagus prope Baſileam, vulgò *Augſt*, Itali *Oſta* vocant.

Auguſta Romanduorum oppidum, vulgò *Luxembourg*. Volaterranus *Conſtance* vocat.

Auguſta Sueſſonum, oppidum, *Soiſſons*.

Auguſta Cæſarea, vrbs ſupra Iberum in Hiſpania citeriore, diſtat à Numantia ad octoginta ſtadia.

Auguſta Treuerorum, vrbs Galliæ Belgicæ, vulgò *Trier*.

Auguſta Vindelicorum, celeberrima & perue-tuſta ſuperioris Germaniæ vrbs, poſt funeſtam Varianam cladem ſubactis Vindalicis, ab Octauiano Auguſto expugnata, reſtaurata, aucta, & tribus Romanorum millibus ad habitandum tradita eſt. Strabo lib. 4. Hinc Auguſti eſt nomen ſortita. Hungari poſtea eam inuaſerunt, quibus ab Othone primo graui prælio fuſis Romano Imperio reſtituta eſt. Sumptuoſiſſimis ædificiis, plateis amplis ac nitidis, mœniis aggeribúſque munitiſſimis, celeberrimis negotiorum commerciis, politiæ idea, incolis opulentiſſ. & diligenti pauperum cura nobilitatur, vulgò *Augſburg*.

Auguſta Gemella in Hiſpania. Authores Strabo & Plinius. Vide Tucci.

Auguſta Emerica, ciuitas Luſitaniæ, áb Emeritis Auguſti militibus, huiúſque conditoribus nomen ſortita. Nam (vt Diomedes refert) quo tempore Cæſar Auguſtus Cantabris & Aſturibus deuictis in Italiam redibat, reliquit milites, qui ſupra ætatem erant, atque conceſſit ipſis vt in Luſitania Auguſtam Emeritam conderent. *Medina del rio ſecco*, Taraphæ.

Auguſta Taurinorum, Italiæ Tranſpadanæ ciuitas, vulgò *Turin*, cuius populos Plin. lib. 3. cap. 7. *Taurinos* vocat: Eratoſthenes Tericos: alij *Tauriſcos* nominant, qui & *Troi* Stephano dicuntur. *Tauraſia* Appiano.

Auguſta Tricaſtinorum, Plinio, Galliæ Narbonenſis vrbs, *Aimergues*, I. Poldo.

Auguſta Vagiennorum, Liguriæ oppidum. Pt.

Auguſta Valeria, ciuitas regni Valentiæ in Hiſpania. Ptolem.

Auguſta Veromanduorum, Galliæ Belgicæ ciuitas, vulgò *S. Quentin*, quoniam D. Quintinus, martyrio pro Chriſti nomine ibi eſt coronatus.

Auguſta Veſſonum Galliæ Belgicæ oppidum. Ptol. *Soiſſons*, quibuſdam.

Auguſtæ, vrbs in Cilicia, & in Italia. Steph.

Auguſtæ, coniuges Imperatorum dicebantur, dum viuerent, diuę autem poſt mortem. Hoc nomen adeptæ ſunt Liuia Auguſti, Agrippina Agrippæ, Lepida Galbæ, Pompeia Sabina Othonis, Petronia Vitellij, & reliquæ, quas enumerat Volaterranus lib. 4.

Auguſtanica, vide Peluſium.

D. Auguſtin. Eccleſiæ Catholicæ fulgor, Hipponenſis fuit Epiſcopus, de quo hunc in modum ſcripſit S. Victor. Ea (inquit tempeſtate Hippone obſeſſa eſt ciuitas, quam omni laude dignus beatus Auguſtinus, librorum multòrum confector, Pontifex gubernabat. Tunc illud eloquentiæ, quod vbertim per omnes Eccleſiæ campos deducebat, ipſo metu ſiccatum eſt flumen, atque dulcedo ſuauitatis dulcius propinata, in amaritudinem abſinthij verſa eſt, vt Dauidicum præconium conueniret. Dum conſiſteret peccator aduerſum me, obmutui, humiliatus ſum, & ſilui à bonis. Vſque ad illud tempus ducentos iam triginta ac duos confecerat libros, exceptis innumerabilibus Epiſtolis, vel expoſitione totius Pſalterij & Euangeliorum, atque tractatibus popularibus, quas Græci homilias vocant, quorum numerum comprehendere ſatis eſt impoſſibile. Hæc S. Victor libr. 1. de perſecut. Vandal.

Auguſtobona Galliæ Lugdunenſis vrbs. Anton.

Auguſtobriga, Pelendonum in Hiſpania Tarraco-

raconenſi vrbs. Ptolem.

Auguſtobriga Verronum, Hiſpaniæ Luſitanicæ vrbs. Ptolem. varia nomina ſortita eſt, aliis enim, *Medina celi*, aliis *Burgos*, aliis *Villar de Pedroſo* dicitur.

Auguſtodunum, Heduorum vrbs in Gallia, Cæſar & Pomponius vulgò *Autun*.

Auguſtomana, Tricaſiorum vrbs in Gallia Lugdunenſi. Ptol.

Auguſtomagus. Galliæ Belgicæ vrbs, quam Simlerus vocat maximum oppidum Syluanectarum.

Auguſto nemetum oppidum: vulgò *Neuers*. Cæſar in Com. *Nemoſſus* Straboni.

Auguſtinorum, Pictonum vrbs. Ptolemæus, *Poictiers*.

Auguſtulus, Imperator ab vrbe condita 1228.

Auguſtus, vel ab augurio, vel ab augendo dictus, Romanorum Imperator ſecundus, patre Octauio ſenatore genitus, Cæſaris nepos, imperauit annos LVI. Quadrageſimo ſecundo anno imperij eius poſtea quam firmiſſimam, veriſſimámque pacem compoſuiſſet, Chriſtus Dominus in Beth-lehem natus eſt: cuius aduentui pax iſta famulata eſt. Eutrop. lib.7. c.2. Et Lucas Euangeliſta cap.2. refert ab hoc edictum exiiſſe, vt cenſeretur orbis vniuerſus.

Auguſtus Cæſar eo die, quo Ieſus Chriſtus in hunc mundum natus eſt, edicto vetuit, ſe dominum appellari, manifeſto præſagio maioris dominatus, qui tum in terris ortus eſſet. Fuit hic annus originis mundanæ nonageſimus nonus ſupra centeſimum ac quinquies milleſimum. Polyd. Verg. lib.4. c.1. ex Oroſio.

Auguſtus menſis, qui antea Sextilis nominatus eſt, id habuit nominis ab Octauio Cæſare Auguſto, quod hoc menſe Conſulatum inierit, triumphos in vrbem intulerit, ſimúlque ciuilibus bellis finis impoſitus fuerit, Munſter. lib.2. Coſm.

Auia, vel potius Liuia, vrbs Hiſpaniæ. Ptol.

Auia Ptolemæo, aut Furconium, vt placet Volaterrano antiqua inſcriptione. Nunc *Aquila*, Veſtinorum in Italia vrbs.

Auicébron, Maurorum princeps.

Auicenna Aboali, Hiſpanienſis medicus, natione, vt nonnullis placet, Arabs, quem vulgares Bithyniæ regem fuiſſe dicunt: & vt alij volunt, Cordubæ princeps & rex fuit, eminentiſſimi ingenij vir, omnium certè clariſſimus. Floruit anno Chriſti 1149. Ab Auerroe medico venenatum fuiſſe tradunt: ſed antequam ipſe periret, Auerroem interfeciſſe. Conrad. in Biblioth.

Auidienus, vir apud Horatium, qui fuit diues, ſed ſordidus ac parcus. Horat. Serm. Satyr. 2. *Auidienus*.

Cui canis ex vero dictum cognomen adhæret.

Auidius Caſſius, ab Orientalibus Imperator dictus. Is Romanus, alter Catilina dictus eſt, quod cruoris eſſet cupidus. Etenim inauditum & nunquam viſum tormenti genus commentus eſt: trabem enim longitudine centum pedum infixam terræ erigebat, cui à ſummo ad infimas partes illigatos homines flamma & fumo ſuffocabat.

Auidus, Africæ propriæ vrbs. Ptol.

Auiénus, conſul, tempore Valentiniani Imperatoris.

Auiênus Iunior, conſul, Probi collega.

Auij, Scythæ omnium Barbarorum iuſtiſſimi, ab Alexandro in amicitiam recipiuntur. Curt. lib.7.

Auim, i. iniqui, nomen ciuitatis tribus Benjamin. Ioſue 18.

Auimenſe, oppidum liberum in Africa. Plin. lib.5. cap.4.

Auiola, legatus Tiberij in Galliis quarto ipſius & ſecundo Druſi conſulatu, Gallos rebus nouis ſtudentes compeſcuit ann. v. c.773 Is authore Plinio in rogo reuixit. Et quoniam illi ſubueniri non poterat, præualente flamma viuus crematus eſt. Valer. de mirac. vide Acilius.

Auith, i. iniqua, ſiue peruerſa, aut temporalis, ciuitas in qua regnauit Adad, quartus rex in Edom, Gen. 36.

Auitta, Africæ propriæ oppidum. Ptol.

Auium, ciuitas inter Tyrum & Sidonem, Strab. lib.16.

Aula, arx ad Hæmi radices. Cedren. eſt Arcadiæ locus. Ælian.

Auladis, Meſopotamiæ vrbs. Ptol.

Aulanius Euander ſculptor, qui imagini Dianæ Timothei manu fictæ, in templo Apollinis caput repoſuit. Plin. lib.36. c.5.

Aulæ, nauale Ciliciæ inter Tarſum & Anchialem. Steph.

Aulerci, populi Galliæ Lugdunenſis apud Cæſarem, vulgò *Roane*. Item Aulerci ſunt populi inter Celtas ex ciuitatibus maritimis Oceanum attingentibus, quæ Armoricæ appellantur, proximi Rhedonibus, Seruuiis, Curioſolitis, Oſſinis, Aruellis Venetis ac Cenomanis in prouincia Turonenſi & Francorum regno ſiti, quos nonnulli Aurelianenſes eſſe opinantur: ſed illi prouinciæ ſunt Senonenſis. Aulerci item inter Belgas, proximi Eburonibus, & Lexobiis.

Auletes, Ægypti rex fuit & Cleopatræ pater, qui præter alia flagitia etiam choraulen exercuit, & adeò in ea gloriabatur, vt non cunctaretur certamina in regia celebrare, ad quæ ipſemet cum aliis concertaturus prodibat. Hic eſt, quem Alexandrini exegerunt. Strabo libro decimo ſeptimo.

Digitized by Google

Auli, Macedoniæ populi ad Ioniũ mare, Ptol.

Auleſtes, rex Tyrrhenus, à Meſſapo in bello Turni & Æneæ confoſſus, Virg.lib.12.

Aulis, is, vel idis, regiuncula Bœotiæ petroſæ, à caſtrametatione nomen ſortita. Straboni, ciuitas iuxta Chalcidem in Bœotia, Ouid.12. Metamorph.

——Bœotáque tellus,
Aulide piſcoſa, puppes tenuiſſet ituras.

Seruius ait inſulam eſſe & oppidum cum portu 50. nauium capaci in Bœotia, in quo portu, Græci ſub Agamemnone in Troiæ excidium coniurarunt: Virg.4.Æneid.

Nõ ego cum Danais Troianam excindere gentẽ
Aulide iuraui. Lucanus.
Euripúſque trahit curſum mutantibus vndis,
Chalcidicas puppes ad iniquam claſſibus Aulim.

Vide Ptolemæum & Homerum Iliad.2.

Aulocrene, regiuncula minoris Aſiæ, in conuentu Apameno, per quam ab Apamia in Phrygiam itur. Ibi Platanus oſtenditur, ex qua pependit Marſyas victus ab Apolline: Plin.19.c.14. & lib.5.c.29.

Auloes, vide Gaulales.

Aulon, mons Galabriæ, contra Tarentinam regionem, ferax vini, Martialis.

Nobilis & lanis, & Baccho fertilis Aulon.

In eo eſt oppidum eiuſdem nominis. Eſt & vrbs Ciliciæ.

Aulon, vel Aulona, Corin. colonia in Macedonia. Plin. *Velonia & Caulonia.* Sophian.

Aulon, Steph. vrbs eſt Laconica, vna ex centũ: & alia Arcadiæ, & alia ciuitas vel locus Cretæ: item Arabiæ locus: & alia à Crotoniatis condita Caulonia etiam dicta. Vide Gaulum & Caulon.

Aulon, authore Hieronymo, vallis grandis atque campeſtris, in immenſam longitudinem ſe extendens: quæ circumdatur ex vtraque parte montibus ſibi inuicem ſuccedentibus & cohærentibus, qui incipientes à Libano, & vltra vſque ad deſertum Pharam perueniunt. Súntq; in ipſo Aulone vrbes nobiles, Scythopolis. Tyberias, ſtagnúmque prope eam: ſed & Iericho, mare mortuum, & regiones in circuitu, per quas medius Iordanis fluit.

Aulon, teſte Theophr. campus eſt ampliſſimus & pulcherrimus inter Libanum & Antilibanum: vide plura apud Cæl. Rhod. lib.17.

Aulos, Peloponneſi vrbs ad Alpheum amnem, Plin.

Aulucum, nomen loci in Mauritania Tingitana, lib.Notit.

Aulonius, Æſculapius dictus eſt, teſte Pauſ. in fine Meſſeniac. ad Aulonem, inquit, delubrum eſt. cum ſigno Æſculapij Auſonij.

Au. Aternius Frontinalis conſul, collega Sp. Tarpeij Capitolini, anno ab vrbe condita 300.

T. Attilius Calatinus conſul, collega C. Sulpitij Paterculi, anno ab vrbe cond. 495.

A. Cornelius, magiſter equitum, anno ab vrbe condita 330.

A. Cornelius Aruina, dictator, anno ab vrbe condita 430. Liu. lib.7.

A. Corne. Coſſus, conſul, collega T. Quintij Cincinnati Pœni, anno à cond. vrbe 328.

A. Corne. Coſſus, conſul, Valerij Coruini collega, anno ab vrbe cond. 413.

A. Corn. Coſſus dictator, anno ab vrbe condita 381.

A. Corn. Coſſus, tribunus militum, anno ab vrbe condita 330. Liu. lib.4. Oroſ. lib.2.c.13.

A. Cor. Coruinus, conſul, collega Vinitij Quartini, anno ab vrbe cond. 797.

A. Corn. Scipio, Aruina, conſ. collega Popilij Lænatis, anno ab vrbe cond. 406.

A. Gabinius, conſul, collega L. Piſonis Cæſoniani, anno ab vrbe cond. 696.

A. Hirtius, conſul, collega C. Vibij Panſæ, anno à condita vrbe 711.

A. Licinius Nerua, conſul, collega Q. Cæcilij Cretici, anno ab vrbe 759.

A. Manlius Atticus, Coſ. collega Q. Luctatij Catuli Cerci, anno ab vrbe cond. 512.

A. Manlius Atticus, conſul, collega C. Sempronij Blæſi, ann. ab vrbe cond. 719.

A. Manlius Torquatus, conſul, collega Q. Caſſij Longini, ann. ab vrbe condita 590.

A. Manlius Capitolinus, tribunus militum, anno ab vrbe 351. & 367.

A. Manlius decemuir, anno ab vrbe cõd. 303.

A. Poſthumius Albinus, coſ. collega C. Luctatij Catuli Cærconij, ann. ab vrbe cond 511.

A. Poſthumius Albus, conſul. collega Sp. Furij Medulini Fuſci, an. ab vrbe cond. 290.

A. Poſthumius, tribunus militum, anno ab vrbe condita 373.

A. Poſthumius Regillenſis, conſul, T. Virginij Tricoſti collega, ſe conſulatu abdicauit, inde dictator factus eſt, anno ab vrbe cond. 258. Liu.

A. Poſthumius Regillenſis, tribunus militum anno ab vrbe cond. 556.

A. Poſthumus Tubertus, dictator ann. ab vrbe cond. 325.

A. Sempronius Atratinus, conſul, collega M. Minutij Augurini, anno ab vrbe cond. 257.

A. Virginius Cœlimontanus, conſul, collega T. Vetulij Gemini, ann. ab vrbe condita 260.

A. Virginius Rutilius, conſul, collega, Sp. Seruilij Priſci anno ab vrbe condita 278.

A. Vitellius IX. Romanorum Imperator, Imperauit mẽſibus VIII. diebus X. Is nobiles viros omnibus blanditiis ad ſocietatem imperij allectos, vario genere fraudis occidit, & in his vnum.

num veneno manu ſua porrecto in aquæ frigidæ potione, quam is febre affectus popoſcerat. Portitorem quendam nulla penitus vi iuſſit interfici, velle ſe dicens oculos paſcere. Duos item iuuenes à patre ſupplicium conantes auertere. Venit & in ſuſpicionem matri venenum porrexiſſe, quòd audiuiſſet à Cata muliere Vatriona diutiſſimè ſe imperaturum, ſi ſuperſtes parenti extitiſſet.

A. Vitellius, conſul, collega L. Vipſanij Publicolæ, anno ab vrbe condita 800.

A. Voluſius Saturnius, conſul, tempore Domitiani Imperatoris XIII. anno ab vrbe cõdita 839.

Aulziagri, iuxta Cherſonem populi Hunnici. Agathias.

Aunedonacum, vrbs circa Santones in Gallia. Anton.

Auo, vel Auus, Ptolemæo, fluuius Hiſpaniæ citerioris. Celerinorum populorum ſupra Bracaras, & Granios agrum alluit.

Aura, nomen canis.

Auradis, Mediæ vrbs. Ptol.

Aurana, Arabiæ deſertæ vrbs. Ptol.

Auran, i. foramen, ſiue libertas aut albedo locus in vicinia Damaſci. Ezech. 47.

Auranitis, Babyloniæ regionis tractus. Ptolemæus.

Auraſius, Mauritaniæ mons. Procop. hodie *Auraz*.

Aurauanus, Albionis inſulæ fluuius. Ptolemæus.

Auras, fluuius Europæ ab Hæmo in Iſtrum fluens. Herod lib. 4.

Aurea, frequens Veneris epitheton apud Poëtas.

Aurea Cherſoneſus, Indiæ peninſula. Ptole. *Malepa* quibuſdam hodie, aliis *Iapan* inſula videtur, vide Muſicana terra.

Aureatum, Germaniæ oppidum, hodie *Aichſtadt*.

Aurelia, cognomine Cariſia, Hiſpaniæ Bœticę vrbs. Plin. *Caroza* Taraphæ, *Cazorla* Moletio: videtur Cariſſa Ptolemæi, quam *Carixa* vocat Moralis: ſed locus deſertus eſt hodie.

Aurelia, porta vrbis Romæ Procopio. Pancratiana vocatur, vt tradit Marlianus. Nunc portam S. Petri vocari legitur apud Procop.

Aurelia, familia Romanorum ex Sabinis oriunda, à Sole (ἥλιον Greci vocant) dicta, quod ei publicè à populo Romano datus ſit locus, in quo ſacra faceret Soli, Feſt. Fuit & mater Cæſaris.

Aurelia, Galliæ Celticæ nobiliſſima ciuitas: anno Chriſti 276. ſtructa, ac denominata ab Aurelio Imperatore ad ripam Ligeris amnis. Hanc Cenomanorum vrbem vetuſtam fuiſſe volunt, non minus opibus, quàm munitione, populóque præſtantem, Munſt. lib. 2. Coſm. Hanc Cæſar Carnutenſium emporium vocauit, ipſamque incendio vaſtauit, vt ipſe lib. 7. ſcripſit, & Genabum olim vocatam fuiſſe quidam ab ipſo Cæſare volunt. Gall. *Orleans*.

Aurelianum, Auſtriæ oppidum Lazio, hodie *Lintz*, dictum, ad Danubium ſitum eſt.

Aurelius Prudentius Clemens, Hiſpanus, primum ætatem poſuit in agendis cauſis, demum ad præfecturam Theodoſij patrocinio conſcendit. Scripſit egregia opuſcula eleganti carmine, quæ extant.

Aurelius, pictor nobilis apud Romanos, temporibus Auguſti Cæſaris. Plinius libro trigeſimo quinto.

Aurelianus Romanus Imperator fuit, cuius tanta fuit liberalitas, vt tunicas viritim per populum dederit, item frumentum & oleum cum vino: crudelis tamen, vt qui ſororis ſuæ filium interfecit. Sext. Aur.

Aurelius Imperator quemadmodum Chriſtianorum precious ſuo ipſius exercitui, ſiti periclitanti optatam à Deo obtinuerit pluuiam, hoſtéſque diuinitus fugarit, vide Marcus Aurelius.

Aurelius Carus, Romanus Imperator fuit: in quum biennio imperaſſet, in caſtris ſupra fluuium Tygridem exanimatus fulmine occubuit. Author Flauius Vopiſcus.

Aurelius Olympicus, Nemeſianus poëta Afer genere, patria Carthaginienſis, floruit ſub Numeriano & Diocletiano Cæſaribus. Scripſit Kyanegetica, Nantica & Alieutica.

Aurelius Alexander, optimus fuit aruſpex, augur excellens, muſicus inſignis, qui orationem eruditiſſimè ſcripſit. Quibus rebus tantam impendit operam, vt conſueuerit, in conuiuiis, legentes audire, vel aliis veſcentibus legere.

Aureolus Pons, apud quem, vt Trebellius ſcribit Aureolus tyrannus à Claudio Imperat. fuit interfectus. Bapt. Egnatius ait eum in agro Mediolanenſi extare, vulgóque *Pontirolo* vocari.

Aureus mons, Ptolemæo Corſicæ inſulæ, *Monte Gradachio* Leandro dicitur.

Aureus, mons Hungariæ, qui *Matheegk* dicitur, Lazio auctore. Huius Aurei montis meminit lib. Notitiarum in Mœſia prima. Item Aurel. Victor.

Auricomus Apollo, à poëtis cognominatus eſt, propter ſolis radios, vt ait Phurnutus.

Auricornu, promontorium. Plin. libro nono, cap. 17.

Auria, Callaicorum in Hiſpania oppidum, ad Minium fluuium, hodie *Orens*.

Aurigia, Hiſpaniæ Bœticæ oppidum, hodie *Arſon*.

Digitized by Google

Aurinx, Hiſpaniæ vrbs Liuio lib. 24. *Moron* in Andaluſia, Beucero auctore.

Auriſij, populi Pontici. Agathias lib. 3.

Auritina, Africæ vrbs, Pentapolis regionis. Ptol.

Aurora, Titanis & terræ filia, Luciferi & ventorum mater, Tithonum Laomedontis fratrem rapuit, ex quo Memnona ſuſcepit: Tithonum autem ita adamauit, vt ſenem iam factum herbarum virtute, & ope medica iuuentuti reſtituerit. Dicitur & Cephalum rapuiſſe. Sappho apud Naſonem.

Hunc ne pro Cephalo raperes Aurora timebam:
Et faceres, ſed te prima rapina tenet.

Aurora, matutinus ſplendor quem cernimus ante Solem eleuatum: quam adeò poëtæ Tithoni dicunt filiam, non quia ex Tithono natam credant, ſed ex ſole, quem ſæpiſſimè ex nomine aui Tithonum vocant. Terræ autem ideò dicitur filia, quia videtur intuentibus è terra prodire. Ex Bocat.

Aurúnca, Latij ciuitas ab Auſone Vlyſſi Calypſus filio condita: à qua Aurunci vetuſtiſſimi Latij populi. Virg. 7. Æneid.

—& quos de collibus altis
Aurunci miſere patres.

Vide Auſonia, Arunca, & Arunci.

Auruſpi, Æthiopiæ ſub Ægypto populi. Plin.

Auſa, ciuitas Hiſpaniæ, Ptolemæus, *Vicq*, hodie.

Auſancali, Liburniæ oppidum. Ptol.

Auſara, vrbes duæ huius nominis in Arabia fœlici. Ptolem.

Auſchiſæ, populi Libyæ, Herod. lib. 4. Steph. *αὐσχίσαι*.

Auſcij, populi Aquitaniæ. Plin. vulgò, *Le pays d'Aux*.

Auſelij olim dicebantur, qui nunc Aurelij Feſtus.

Auſer, vel Auſeris, fluuius Italiæ, prope Leucam, cuius olim pars riuus ille, qui iuxta Pilas nunc labitur, fuit. Strabo, pro Auſeri, Æſarum ponit. hodie *Oſari* Leand. *Sarchio*.

Auſes, populi Aphricæ, caproneas è fronte demiſiſſe gaudent: virgines quotannis in honorem Mineruæ certamen edunt. Arma ſunt, lapides & fuſtes, Si qua ex ictu deceſſerit, falſa cenſetur virgo. Quæ omnium præſtantiſſimè deprædiata eſt, à cæteris armis decorata ſubuehitur curru per ambitum Tritonidis paludis. miſcuus illis cum muliere congreſſus. Herod. Mela, Steph.

Auſetani, populi Tarraconenſium proximi. Cæſar de bello ciuili lib. 1.

Auſigda, vrbs Libyæ, Hecátæus inſulam eſſe ſcribit Steph.

Auſinga, Perſidis vrbs, Ptol.

Auſitis, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Pt.

Auſitis, regio in qua natus eſt Iob. Hebræis Hus.

Auſoba, Hiberniæ fluuius. Ptol.

Auſon, vel Auſonius, Vlyſſis & Calypsûs filius, à quo poſtea Italia Auſonia dicta eſt, & eiuſdem populi Auſones, Auſonij, Auſonides. Vide Stephanum de deriuatis ab Auſone. In Italiam venit anno ante vrbem conditam 290. claſſe ab Auruno exceptus eſt, cui & ſedem in orientali Italia conſignauit.

Auſonia, pars Italiæ in qua ſunt Beneuentum, Tarracina, ab eodem Auſone dicta. Feſto pro tota Italia ſumitur, quæ Apennino finitur.

Auſones, antiquiſſimi Italiæ populi, ſupra Circeios, Oſcis finitimi, qui ea tenuerunt loca, in quibus poſtea conditæ fuerunt Cales & Beneuentum, ita dicti ab Auſone Vlyſſis & Calypſus filio, qui eiſdem in locis Aruncam vrbem condidit. Feſtus Inde Arunci à Virgil. lib. 7. Æneid. vocantur. Hi primùm extrema Italiæ littora coluiſſe dicuntur, quæ à Lacinio promontorio vſque ad Saleutinos extenditur: vnde & eius loci mare Auſonium eſt appellatum. Plin. lib. 3. cap. 10. Poëtæ tamen ſuo more, Auſoniæ nomen vniuerſæ communicant Italiæ. Italóſque omnes Auſonios appellant. Virg. 4. Æneid.

Quæ tandem Auſonia Teucros conſidere terra
Inuidia eſt?

Ibidem 12. Æneid.

Sermonem Auſonij patrium moréſque tenebunt.

Auſónium mare, aliàs Siculum, pars Ionij Brutiam alluens à Tarento incipit: ab Auſone Vlyſſis & Calypſus filio qui illic regnauit. Vide Hadriaticum.

Auſónius, ſophiſta, ſcripſit epiſtolas, & alia quædam ad Nonnum. Suidas.

Auſonius, Gallus Burdigalenſis, patre natus Auſonio medico, Poëta & Gratiani Imperatoris præceptor fuit: à quo quum ipſi ſimul & patri quæſtor fuiſſet, ad præfecturam duplicem & Conſulatum euectus eſt, cui in eo magiſtratu eleganti oratione gratias egit, quæ oratio inter cætera eius opuſcula etiamnum extat. Ex liberis Heſperium filium vidit Conſulem, filiam Phaleſio Conſulari viro iunxit, vnde natum ſibi nepotem cognominem & genethliaco celebrauit & protreptico ad ſtudia literarum hortatus eſt. Habuit & fratres duos, quorum maior ad ſummum culmen peruenit honorum, vt ipſe ſcribit, præfectus Gallis & Libyæ & Latio. Epigrammata eius doctis vnicè probantur. Moſellam verò ipſius ita prædicat Symmachus orator, vt libris Maronis adiungendum putet.

Auſonius alius, frater Iuliani fuit, eius ad quem

quem exſtant. D. Hieronymi epiſtolæ.

Auſtagena, Parthiæ tractus vbi Naptha profluit. Plin.

Auſtanitis, Armeniæ maioris regio. Ptolemæus.

Auſter, ventus meridionalis calidus, & humidus, exitialis & morboſus, ab hauriendis aquis dictus: vnde etiam Græcè eadem ratione νότος appellatur: quoniam νοτὶς Latinè humor dicitur. Virg. 1. Georg.

——vnde ſerenas
Ventus agat nubes quid cogitet humidus Auſter.

Et 4. Georg.

Frigidus vt quondam ſyluis immurmurat Auſter.

Hinc Auſtralis, & Auſtrinus, νότιος.

Auſtrania, Plin. lib. 4. c. 13. ſeu Auſtrauia, vt lib. 37. c. 3. legitur inſula Oceani Septentrionalis, à Romanis Gleſſaria dicta, dum Germanicus Cæſar ibi res claſſibus gereт, à ſuccino qui ibi gignitur, quem Germani Æſlum appellabant.

Auſtraſia, olim regnum, de quo ſic Munſt. lib. ſecundo Coſm. Anno Chriſti 1541. inquit, cùm filij regum Franciæ multiplicarentur, diſtracta eſt Francia in multa regna, durauitque hæc diuiſio vſque ad annum Chriſti 618. tunc enim omnia particularia regna in vnam redierunt monarchiam. Vnum appellabatur Auſtraſia, alterum Neuſtria: tertium regnum Sueſſionis. Sedebat & Aureliæ rex proprius, durabant tamen Auſtraſia & Neuſtraſia longiori tempore, quam reliqua regna. Extendebatur autem Auſtraſia vſque ad Rhenum: & habuit rex ille regiam ſuam Metis, aliquando Aquiſgrani, vel, vt alij volunt, Coloniæ: includebat enim Auſtraſia Lotharingiam, Brabantiam ac totam terram, quam circumſcribunt Moſa & Rhenus à Colonia vſque ad Alſatiam, vocabatur autem hoc regnum Auſtraſia, ab Auſtraſio præſide, quem Iuſtinianus Imperator illi regioni præfecerat. Alij tamen dicunt Auſtraſum regem in ea terra fuiſſe priùs, quàm Belgica à Francis ſubiugaretur. Sunt rurſum tertij, qui Auſtraſiam ab Auſtro denominatam putãt, quod ſcilicet auſtralior ſit reliqua Gallia, ſicut Auſtria orientalior reliquis Germaniæ regionibus, Nunc Lotharingia à Lotharo rege nuncupatur.

Auſtria, ſub Pannoniæ ſuperioris nomine his verbis deſcribitur à Georgio Rithaymero in ſuo de ſitu orbis terrarum compendio Pannonia ſuperior ad Solis ortum Leythæ fluuio iungitur: Ptolemæus hanc Rabonem ab Ortu terminum ſtatuit. Onaſo fluuio & Norico ad Occaſum. Sunt qui Cætio monte ab eo cardine finiant. Teio fluuio & Morauia a Septentrione: nam eò vſque hodie protenditur. Ab ea parte qua decurrit Sol, habet montana Styriæ. Gleba vberę & fertili gaudet, omníque genere frugum, & minimo cultus impendio. Crocum generoſum gignit, cum quo nullum aliud bonitate certare poteſt. Vinum naturæ amicum. Vrbes & antiquæ & nobiles multæ, quarum maximè inſignis Vienna extat, frequentibus Turcarum oppugnationibus, literarum ſtudio, frugum mercaturæque copia nobilis. Flumina Auſtriæ ſunt Danubius, olim regionis limes, nunc medius eam ſecans. Onaſius, Traunus, Erlaphus, Traiſius, Ypſius, Melicus, Marchia, Teius, qui Morauiam ab Auſtria diſiungit: Campus vario piſcium genere clarus, Leytha, & Suegadus in quo ſcitiſſimi ſaporis cancri. De origine vocabuli huius regionis hæc refert Lazius in comment. rerum Viennenſium Auſtriæ nomen recenti ſeculo natum eſt, ante annos circiter quadringentos, ab Auſtri (vt credo) venti flatu, qui iſta in regione frequens eſt, vel ob ſimilitudinem Germanicæ appellationis *Oſtenreich*, quod nomen Orientali regnorum ſuorum limiti Francorum reges indiderant, ceu & Occidentali *Vueſtenrei h.* Habuit hæc regio olim Marchiones, poſteà duces, deinde Archiduces, quib. hodie paret: Lazius, Munſter. in Coſmogr. Cuſpin. Bonfin. lib. 4. Decad. 4. rerum Hungar.

Auſtri cornu, promontorium in Æthiopia, Strabo. lib. 16.

Auſugáni, populi inter Feltriam & Tridentum, ab Auſugo oppido, quòd nunc Vallis Sugana, vulgò appellari ſolet, in qua magna eſt lanarum copia.

Auſander, filiam habuit Tagiram. Stephan in Tauchira.

Auſum, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Ptol.

Autaris, Arabiæ fœlicis locus. Plin.

Autariatæ, gens Theſprotica. Steph. & Illyrica Strab. Arrian. Diodoro.

Autentum, Byzacenæ regionis oppidum in Africa propria. Anton.

Autei, Arabiæ populi. Plin. lib. 5. c. 29.

Authe, Alcyonei gigantis, qui Herculis telis confoſſus eſt, filia. Is enim filias habuit ſeptem, quæ ob patris mortem in mare ſeſe præcipitantes, ab Amphytrite in Alcyones aues mutatæ ſunt. Harum nomina, Phoſonia, Authe, Methone, Alcippe, Pallenes, Aſterie, & Drimo. Ianus Parrhaſius in Claudianum, ex Egeſandro.

Authetani, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, Ptolem.

Authites, Ægypti nemus, Steph.

Autini, vel Auteri, Ptol. Hiberniæ inſulæ populi.

Autoba, Æthiopiæ vicus circa Nilum. Ptolemæus.

Autobulus, pictoris nomen, Plinius libro 35. cap. 11.

Autócanes, mons Homero in Hymnis.

Autochtones, populi qui non aliò referunt originem ſuam, verùm ex ipſo ſolo nati videri volunt. Latini indigenas vocant.

Autolata, Libyæ interioris oppidum Ptol.

Autólalæ, ſeu Autololes, populi Mauritaniæ Tingitanæ, à Getulis oriundi, finitimos omnes curſus celeritate ſuperantes. Silius lib. 3.

Necnon Autololes leuibus gens ignea plantis,
Cui ſonipes curſu, cui ceſſerit incitus amnis,
Tanta fuga eſt.

Autoleon, Crotonſatum Dux, Crotoniatibus aduerſus Locros bellum gerentibus, quum Locri propterea quod Aiax Locrenſis fuerat, quotieſcunque bello certabant locum illi in acie quaſi præſenti ſemper aſſignarent, in locum illum quem vacuum videbat irrumpens ab Aiacis Spectro in pectore vulneratus eſt, vulnere quotidie ingraueſcente donec oraculo monitus Achilleam Ponti Euxini inſulam delatus eſt, & ibi heroum ac præſertim Aiacis Locrenſis manibus placatis perfectè ſanatus eſt. Photius ex Conone. Pauſanias hunc Leonymum vocat.

Autolemus, vir quidam, de quo ſic Mart. in epigr. *Dixerat Autolemus flammas conſultus* (*Aruſpex*
Dic cauendas poſtero:
Credidit & rerum dubius de mane ſub amnis:
Delituit Ethruſci vndis.
Sed neque ſi fatum effugit: nam dum innata: (*Arno*
Ictus crematur fulmine.

Autolicus Mercurij & Chiones ſeu Philonidis Dædalionis filiæ, filius, ſeu vt vult Euſtathius Mercurij & Telauges Luciferi filiæ, à patre Mercurio id muneris conſequutus eſt, vt furaciſſimus eſſet, nec deprehenderetur in furto: vt quicquid ſurripuiſſet in quamcunque effigiem vellet, tranſmutaretur, ex albo in nigrum, vel ex nigro in album, in cornutũ, ex mutilo, in mutilum ex cornuto. Is cum Siſiphi pecus aſſiduè inuolaret, nec ab eo poſſet deprehendi, ſenſit eum furtum ſibi facere, quod illius numerus augebatur, & ſuus minuebatur, qui vt eum deprehenderet, in pecorum vngulis notam impoſuit, quæ quum Autolycus ſolito more inuolaſſet, Siſyphus ad eum venit, & pecora ſua ex vngulis deprehendit. Poſtea tamen amicitia cum illo contracta, & apud illum aliquamdiu commoratus Anticliam filiam eius compreſſit, poſtea Laertæ grauida data eſt in coniugium ex qua natus eſt Vlyſſes, qui ideo ab Aiace, Metam. 13. ſanguine cretus Siſyphio dicitur. Hygin. fab. 200. & 201. Strab. lib. 9. Parnaſſi incola & parietum perfoſſor appellatur, ſunt qui Iaſonis comitem & Sinopem condidiſſe volunt. Fuit & alius Autolycus pancratiaſtes nobilis cuius ſtatuam in Athenienſium Prytaneo fuiſſe auctor eſt Pauſanias in Atticis & Bœoticis. Plin. lib. 14. cap. 8. Item, Autolycus Areopagita, cui deprehenſus dum ſuos domeſticos in Charonica, vt aeris peſtilentis veneno de medio tollerentur, clam emitteret, à iudicibus condemnatus eſt. Suidas.

Autómalax, præſidium Ptolemæo, vrbs Cyrenes quæ & Pentapolis, à quinque eius præclaris vrbibus Berenice, Arſinoide, Ptolemaide, Apollonia, Cyrene, Automala Straboni dicta. Stephan. vrbs Libyæ.

Automate, inſula vna inter Cycladas: Hiera etiam dicta. Plin. lib. 2. cap. 37.

Automedon, vel Automedon, Dioræ filius, Achillis auriga, & Pyrrhi armiger. Virg. lib. 2.

Vna ingens Periphas & equorum agitator
Armiger Automedon, &c. (*Achillis.*

Autómoli, gens Æthiopica Steph.

Autónoe Cadmi, Thebarum regis filia ex Hermione coniuge, & Ariſtæi coniux, ex qua peperit Actæonem, Heſiodus in Theogonia. Ouid. lib. 3. Metamorph. Actæonem vocat heroem Autonoeium.

Autoſthenes, Athenienſium Archon circa 27. Olymp.

Autricum, vrbs Carnutum, Ptolemæo, vulgò *Chartres.*

Autrigones, populi Hiſpaniæ. Mela. lib. 3.

Autumedon, vir, Cic. pro Sext. Roſc. Ameri. Non adeſt iſte Tullius Roſcius, nõ ſuis manibus in curru collocat Autumedontem illum ſui ſceleris acerbiſſimi nefariæque victoriæ nuntium.

Auus, fluuius Theſprotiæ, ad quem Parauæi populi habitant. Steph. in Parauæi.

Auus, Ptolemæo, Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius.

Auxeſia, & Damia, puellæ Cretenſes, quæ cùm in ſeditione obrutæ fuiſſent lapidibus, apud Trozenam ciuitatem, in earum gratiam & memoriam feſtum ſolemne inſtitutum fuit, quod Lithobolea vocitabatur. Herodot. lib. 5.

Auximum, Piceni vrbs in Italia, à qua Auximates populi dicti. Strab. vulgò *Oſmum* dicitur: belli ciuilis tempore in poteſtatẽ Cæſaris venit.

Auxume, regia ciuitas Æthiopiæ, Ptolemæo, *Axomita*, vocatur ab Ariano in ſuo Periplo maris rubri. Αξουμιτης habet Steph. *Chaxumo* fortè hodie nomen habet.

Auxumum, Straboni: *Oximum* Liuio, Picenorum vrbs in Italia eſt. Procopius ſcribit Romanis *Metropolis* dici: hodie Oſmo vocari Leander auctor eſt. Idem quod ſupra Auximum.

Auzacia, Ptolemæo Scythiæ extra Imaum montem vrbs eſt: *Saccis* incolis [illegible] ſcribit Marius Niger.

A X

Axa, filia Caleb, Ioſue 15. Iudicum 1. quæ 1. Paral. 3. Achſa ſcribitur. Aa compoſita vel adornata, aut laſciuiens, ſiue confractio, vel diruptio velaminis.

Axalita; Bæticæ oppidum, quod *Lora* hodie, Claſio ex loci antiquitatibus.

Axanthos, inſula infra Hiberniam & Britanniam in Oceano ſeptentrionali. Plin.li.4.c.16.

Axaph. ciuitas in tribu Aſer, Ioſue 19. quæ c. 11 ſcribitur Achſaph.

Axatiara, oppidum in conuentu Hiſpalenſi. Plin.lib.31.c.3.

Axelodunum, Britanniæ inſulæ oppidum, libro Notit. *Hexham*, Camdeno.

Axénus pontus, quem hodie Pontum Euxinum dicimus, ſic & à truci accolarum barbarie appellatus: ἄξεινος enim inhoſpitalis eſt. Nam, vt Strabo lib.7. tradit, ſolebant Scythæ, maris huius accolæ, hoſpites immolare, eorumq; carnibus veſci, caluiſque vti loco poculorum, Oui. de Ponto.

Frigida me cohibent Euxini littora Ponti:
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

Axia, vrbs Locrorum Ozolorum, ab Axia filia Clymeni. Eſt & alia Italiæ, Steph.

Axiacæ, ſunt populi Sarmatiæ Europææ, inter Tyram & Boryſthenem amnes, & Peucinis & Carpianis proximi, ita dicti ab Axiace fluuio ex Peucinis iugis naſcente, qui Carpatho monti adhæret. Hos autem populos iuſtiſſimos fuiſſe tradit Pomp. lib.2. vt qui furti omnis ignari, nec ſua cuſtodirent, nec aliena contingerent. Meminit horum & Plin.lib.1.c.12. Ptol.li.3.c.3.

Axiace, Mercatori Europæ oppidum, ad Pontum Euxinum, quod nunc *Oczakou* quibuſdam vocatur.

Axiaces, fluuius, qui & Hypanis. Vide Hypanis. Hic Carpatho monti cohæret, à quo vicini populi Axiacæ nominati ſunt. Mela lib.2. Ptol. lib.3.c.5. Plin.4.c.12.

Axica, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptol.

Axima, vrbs Perſidis, Ptol.

Axinia, Arcadiæ mons.

Axinium, Celtiberorum vrbs, Appian.

Axiochus, philoſophus, cui Plato librum de morte ſcripſit, & dicauit.

Axion, frater Alpheſibœæ, quæ Alcmæoni nupſit, à quo Alcmæon ipſe interfectus crēditur: vel, vt Ouid. à filiis Callirhoes.

Axiopolis, Myſiæ inferioris vrbs, Ptol. cui Danubius ab hac ad Pontum vſque Iſter nominatur. Hanc vrbem hodie *Celonamich* dici ſcribit Oliuarius in Melam: etſi malè Aria pro Axiopoli legat ex tabulis Ptolemæi minùs caſtigatis.

Axiothea Phliaſia, nobilis mulier, quæ vna cum Laſthenia, Platone præceptore vſa, ornatuque interim virili auditorium eius ingreſſa eſt. Plutarchus & Laërtius.

Axiotæ, Troadis gens. Heſych.

Axius, fluuius Paphlagonum per Mygdoniam fluens. Plin.li.4.c.10. Herodot.li.6. Labitur in ſinum Thermaicum, efficit pecudem nigram, quæ ex eo potauit, diuerſa ab Haliacmone vicino amne natura, qui velleris nitorem potæ ex ſe pecudi affert. Vide Axus. Plin.l.3.c.2.

Axon, Ionum fluuius in minore Aſia, Plin.li. 5.c.57. fluuius item in Caria.

Axôna, fluuius in extremis Rhemorum. hinc Axones, eius accolæ, Lucan.lib.1.

Et Biturex, longiſque leues Axones in armis.
Vulgò, *le Diſne*, aliis *Ayſne*.

Axos, vrbs Cherroneſi Thraciæ.

Axumis. Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

Axumites, metropolis Æthiopum: Stephanus.

Axus, Macedonum fluuius, vide Axius: Stephano. Axus, ciuitas eſt Cretæ.

Axylis, Marmaricæ villa in Africa, Ptol. *Ferſili*, hodie, Mercat.

Axylus, Phryx, è ciuitate Ariſbe, inſigni erat humanitate & beneuolentia in hoſpites. Homerus lib. Iliados 6.

A Z

Aza, Armeniæ minoris oppidum: Plin. & Ponti Cappadocici, Ptol. & montis nomen in Palæſtina: Ioſeph.12. antiq.

Aza, i. fortitudo, aut capra, nomē viri, 1. Eſd.2.

Aza, vrbs Palæſtinæ, quæ & Gaza, ab Azone Herculis filio: Steph.

Azabetis tænia, Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs. Ptol.

Azael, rex Syriæ, vide Hazael.

Azagarium, Sarmatiæ Europææ oppidum: Ptol.

Azamora, Armeniæ minoris circa Cataoniam caſtellum: Strabo.

Azan, mons Arcadiæ, Cybele deorum matri ſacer, à quo nonnulli vicinam regionem Azaniam vocatam volunt: quam tamen Stephanus ab Arcadica muliere nuncupatam maluit, quæ Azano dicebatur: Statius lib.3. Thebaid.

Venit & Idæis vlulatibus æmulus Azan.

Azania, Æthiopię regio, ſinum rubri maris Barbaricum appellatum obtinens: à qua Azanum mare dictum: Plin.lib.6.

Azanes, Arcadiæ populi inter Græcos vetuſtate præſtantes, vt & Parraſij: Strabo lib.8.

Azani, Scythiæ intra Imaum populi, Ptol.

Azania, vrbs Maſſilienſium: Steph.

Azani, ſiue Azanium, vrbs Phrygiæ: Steph. lib 12. & Stephanus. Herodiano Æzani. Eſt & Arcadię pars ita dicta à monte editiſſimo, cui Azan nomen eſt, ſiue vt Stephano placet, ab Arcadia quadam muliere, quæ Azano dicebatur, vt dictum eſt, huius regionis incolæ Azanes dicti ſunt. Arcades enim, eodem Stephano teſte, olim in tres præcipuos erant diuiſi populos, Parrhaſios, Azanas, & hiſce recentiores Trapezuntios. In hac regione fons fuit,

cuius aquam guſtantibus tantùm deinceps aquarum oboriebatur faſtidium, vt ne odorem quidem earum ferre poſſent. Placet nonnullis Azanij fontis aquas vini, non aquæ faſtidium generare: quorum iudicio quo minùs ſubſcriberem, fecit Eudoxi ipſius authoritas ex ſexto lib. De terræ circuitu. Huic fonti vim contrariam obtinet, qui in agro Clitorio eſt, cuius aquas qui guſtauerit, abſtemius redditur.

Azanias, nomen viri, 2.Eſd.11.Lat. auris Domini, ſiue auſcultatio Domini, vel arma Domini.

Azanium fons, ait Eudoxus, cuius aquam guſtantibus tantùm vini tædium ſuperuenit, vt ne odor quidem eius perferatur. Vitruuius & Plinius aſſerunt talem fontem ſiue lacum fuiſſe in agro Clitorio, item Azanium eſt Æthiopiæ promontorium. Plin.

Azanoth-thabor, ciuitas, terminus tribus Nephthali. Ioſ.18. Lat. aures contritionis vel confractionis.

Azar, Ægypti mons. Ptol.

Azara, Armeniæ maioris vrbs, iuxta Araxen fluuium, & templum Dianæ dicatum in Perſia. Strabo. Item vrbs Sarmatiæ Aſiaticæ Ptol.

Azaraba, vrbs Sarmatiæ Aſiaticæ. Ptol.

Azareel, nomen viri, 1.Paral.12.25. adiutorium vel atrium Dei.

Azaria, qui & Vzia, XII. Iudæorum rex, regnauit annis LII. auxilium vel atrium Domini.

Azaria, filius Amaſiæ regis Iuda, 4.Reg.15. qui 2.Paral.26. Ozias dicitur. Eſt & nomen ſacerdotis, 2.Paral 26. Filius Iohanam, 2.Paral.28. Filius item Ethan, filij Zaræ, filij Iuda, 1.Par.2. Vide & 1.Paral.7.

Azarithia, fons in Phrygia, quæ Epictetus dicitur, paululum ſupra mare, qui paruos crocodilos nutrit. Strab.li.11. Steph. Zaretam vocat.

Azáticam, ſiue Azricam, i. auxilium reſurgentis, vel vindicantis, vel fortitudo vacua, nomen viri, 2.Eſd.11.

Azatha, Armeniæ maioris oppidum. Ptol.

Azau, filius Nachor ex Melcha. Gen.22. Lat. videns aut prophetans.

Azazeni, populi à quibus deletis Azazenici cognomen retulit Alexander Seuerus Imperator.

Azaz, pater Bala, 1.Paral.5. Lat. Fortis.

Azazias, nomen viri, 2.Paral.31. Lat. fortitudo Domini.

Azbai, nomen viri, 1.Paralipom.1. Lat. Hyſſopus mea.

Azboc, nomen viri, 2.Eſd.3. Lat. Hircus, vel fortitudo vacuitatis, aut fortis diſſipatio.

Azéca, ciuitas Amorrhæorum, quæ ſorte ceſſit tribui Iuda. Ioſ.15. Nehem.11. Hieronymo inter Eleutheropolim & Æliam ſita: quo loco Deus grandine & lapidibus gentes perdidit. Ioſ.10. Philiſtiim illic caſtra contra Iſrael habuerunt, 1.Reg.17. Hanc reparauit Roboam rex Iuda, 2.Paral.11. & rex Babylonis eam debellauit. Ierem.34. Lat. fortitudo, ſiue ſepta.

Azei, & Azeotæ, populi Troadis Steph.

Azenia, pars tribus Hippothoontidis in Attica. Steph.

Azetene, Armeniæ maioris regio. Ptol.

Azer, nomen viri, 2.Eſd.3. Lat. atrium, vel adiutoriū, fons exercitus, vel fortitudo fœlicitatis.

Azgad, viri nomen, 1.Eſd.2.8.

Azia, i. fortitudo, ſiue hircus Domini, nomen viri, 2.Eſd.11.

Azilis, vel Aziris, vel Azirus, locus, vel vrbs, vel fluuius Libyæ. Steph.

Azicis, Marmaricæ vicus. Ptol.

Azij, vel Aziotæ, Troica gens. Steph. vide ſupra Azei.

Aziris, Armeniæ minoris oppidum. Ptolem. Nigro *Arzicham*.

Aziza, nomen viri, 1.Eſd 10. Lat. fortitudo, aut fortis.

Azmaueth, nomen viri, 2.Reg.23. qui, 1.Paral.11. dicitur Azmot, 1.Eſd.2. Lat. fortis mors, ſiue hircus, aut fortitudo mortis.

Azmoth, filius Ioada, filij Achaz, 1.Paral.8.12. 17. Filius item Iore, 1.Paral.9. Nomen præterea cuiuſdam alterius, 1.Paral.11. qui, 2.Reg.23. dicitur Azmaueth.

Azochis, vrbs circa Meſopotamiam, Plin.

Azon, vide Aza.

Azonax, vir à quo in magicis inſtructus eſt Zoroaſter, Plin.lib.3.cap.17.

Azot, filius Eiacim, filij Abiud. Lat. adiutor, vel accinctus, Matth.11.

Azorus, vrbs Pelagoniæ Tripolitidis, Steph.

Azotij, populi in terra Chanaan, contra Aquilonem, Ioſue 13. Lat. ignis dilecti, vel patrui.

Azotus, Hebr. Aſdod, i. deprædatio, ſiue ignis dilecti, aut ignis patrui, inſignis Palæſtinæ vrbs inter Aſcalonem & Ioppem in tribu Dan, in qua gigantes habitarunt, capta à Ioſue duce, Ioſ.11. Sorte ceſſit tribui Iudæ, Ioſue 15. Hæc vna è quinque ciuitatibus Allophylorum, templo Dagon idoli nobilitata: 1.Reg.6. Quam vt ait Steph. condidit quidam è mari rubro profugus, ex nomine vxoris ſuæ Azes. Volater. lib.11. Cuius in Scripturis multa eſt mentio, Ier.25. Amos 1. & 2. Sophon.2. Zach 9. Iſa.20. 2.Par.26. In hac Philippus prædicauit Chriſtum, act.8. Eſt & Azotus vrbs Achaiæ, Pompon. Strabo. Steph.

Aziel, nomen viri, 1.Paral.12.

Azuba, mater Ioſaphat: filia Salai 3.Reg.22. vxor item Caleb filij Eſron, filij Iuda, 1.Paral.2. 2.Paral.20.

Azur, pater Ananiæ prophetæ, Ierem.28. Pater,

ter item Ieconiæ Ezech 11.

Azuritanum oppidum in Africa, Plin.li.5.c.4.

Azylia Epiri oppidum. Ptol.

Azzi, nomen viri, 2. Eſd. 11.

B A

BAAL, Aſſyriis, Iouis nomen, Punicis, dominum ſignificat, inquit Auguſtinus, vnde Baalſamen, quaſi dominum cœli dicunt. Fuit autem idolum Samaritanorum, & Moabitarum, Græci Martem putant, Num. 22. quod deſtruxit Gedeon. Iudic. 6. Eſt & nomen loci, 1. Paral. 5. Filius item Ioel. 1. Paralipom. 5. Filius Abigabaon 1. Paralipom. 8. Poſtremò filius Iahiel. 1. Paral. 9. Vox Hebræa ſignificat idolum aut dominans, vel ſubijciens aut poſſidens, cum quo ſequentes voces cognationem & ferè eandem ſignificationem habent.

Baal, mons circa Libanum in finibus Allophylorum.

Baala, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15. quæ & Cariath-iarim, & Cariat-baal dicitur.

Balaath, ciuitas in tribu Dan. Ioſ. 19 Ciuitas à Salomone condita, 3. Reg. 9.

Baalberith, Iudic. 9. Idolum vel dominus fœderis.

Baal-gad, nomen montis ſub monte Hermon. Ioſue 11. & 13. Lat. Dominus exercitus.

Baal-haſor, locus infra Ephraim vrbem Beniamin 2. Reg. 2. Lat. Dominantis atriũ aut fœnũ.

Baalhermon, mons circa Libanum in Palæſtinæ finibus, Iudic. 3. Lat. poſſeſſor deſtructionis.

Baalia, nomen viri, 1. Paral. 2. Domini, ſiue idoli deus.

Baal-iada, filius Dauid. 1. Paral. 14. poſſeſſor ſcientiæ.

Baalim, Idolum 1. Reg. 7 2. Paral 28. Ierem. 2. Rex item filiorum Ammon. Ierem. 40. Domini. Gallicè, *Patrons*.

Baal-meon, ciuitas Amorrhæorum, quæ ſorte obtigit filiis Ruben. Num. 32 Ioſ. 13 Hæc eadem dicitur Beelmeon, Dominus habitaculi ſiue idolum peccati.

Baal-pharaſim, locus in terra Chanaan, 2. Reg. 5. 1. Paral. 14. Lat. poſſidens diuiſiones.

Baal-thamar, vicus iuxta Gabaa, in tribu Beniamin. Iudic. 20. Dominus palmæ.

Baana, filius Remmon Berothitæ, 2. Reg. 4 Pater item Eled. 2 Reg. 23 Filius item Ahilud. 3. Reg. 4. Lat. in reſponſione, vel in afflictione vel in Cantico.

Baaras, locus & nomen plantæ mirabilis, cuius virtutes vide apud Ioſephum, lib. 7. c. 25. de bell. Iudaic.

Baarſates, Babyloniæ regionis fluuius. Ptolemæo.

Baaſa, III. rex Iſrael, regnauit annis XXIV. impius, omnem Hieroboam familiam & Nadab interfecit 3. Reg. 15. Ioſeph. libro octauo, capite nono.

Baâſa filius Abia, 4 Reg. 9. Lat. in factura ſiue in tinea, aut in compreſſione, vel ſcrutationem tollens.

Baba, Mauritaniæ oppidum, Auguſti colonia, Iulia campeſtris appellata. Plin. lib. 5. c. 5.

Babactes, & Bactes, Bacchi cognomen, ἀπὸ τοῦ βαβάζειν, quod eſt vociferari, Bacchæ enim in Liberi patris Orgiis inconditos quoſdam vlulatus edebant.

Babanenſes, populi Hiſpaniæ citerioris, in conuentu Carthaginenſi, quos inter celeberrimos ſtipendiariorum collocat. Plinius libro 3. cap. 3.

Babas, vir maximæ virtutis, cuius ſolius rex Herodes Aſcalonita conſiliis vtebatur, quòd rerum publicarum non parùm gnarus eſſet, ac proinde eum tyrannus ſuſpectum habens, crudeliter ipſi oculos erui iuſſit. Ioſeph.

Babæ, vrbs Libyæ, Steph. Vide Iulia campeſtris.

Babel, ciuitas. Gen. 11. Lat. confuſio, ſeu commiſtio. Steph. Seleucia dicta. Vide Babylon.

Babiba, Libyæ inferioris oppidum. Ptolemæus.

Babila, Armeniæ maioris vrbs. Ptolem.

Babilius, homo Romanus, quem Plinius lib. 19. in procemio ſcribit, à freto Siciliæ, ſexta die adminiculo herbæ cuiuſdam, Alexandriam perueniſſe: quod & quibuſdam aliis accidiſſe idem commemorat.

Babylus, Aſtrologus, à quo quum Nero de conſpecta ſtella crinita, quæ ſummis poteſtatibus exitium portendere vulgò exiſtimatur, didiciſſet, ſolere reges talia oſtenta cæde aliqua illuſtri expiare, atque à ſemet in capita procerum depellere: nobiliſſimo cuique exitium deſtinauit. Suetonius.

Babotana, Paropaniſi vrbs. Ptol.

Babrantium, vel Babras, Stephano, oppiduli nomen eſt Æolidis prope Chium, à quo gentile Babrantius.

Babulis, βαβύλων appellatur vrbs non procul à Delta Nili inſula, eam partem ſpectans in qua ſita eſt Memphis ampliſſima Ægypti vrbs, quæ hodie Cayrum appellatur.

Babylas, cùm ad martyrium duceretur, hæc de Pſalmis accinuiſſe dicitur: Conuertere, anima mea, ad quietem tuam: Dominus enim reſpexit te. Sunt qui ſcribunt tres adoleſcentes fratres, educatos à ſene, raptos & ipſos poſt varia tormenta ad cædem, detrectantes deorum ſacrificia, Babylam ante ſe iugulari curaſſe, ne quis metu ſupplicij reſiſteret poſtea; atque ita

Digitized by Google

illis interemptis, cùm dixiſſet: Ecce me, & liberos, quos Deus mihi tribuerat, porrexiſſe, ceruicem mandaſſéque aſtantibus, vt catenas, quibus vinctus erat, vnà cum ſuo corpore ſepelirent, ne ornamentis ſuis mortuo carendum eſſet: hæc ex catalop. Epiſcop. de quo ita ſcripſit Theodo. lib. 3. cap. 10. hiſtor. Eccleſ. Erant autem tunc (de Daphnæo Apollinis templo loquens) illic poſitæ clariſſimi victoris martyris Babylæ reliquiæ, & qui cum illo vnà decertârunt, adoleſcentium quorundam: apparebátque fallacis vatis conſueto mendacio obſiſtere gratiam martyris. Idem & Iulianus Apoſtata intelligens (tenebat enim ex antiqua adhuc pietate martyrum potentiam) ipſe quidem inde corpus mortuum tranſtulit nullum: reliquias autem victoriæ compotum martyrum tradidit deportandas Chriſti cultoribus, qui cupidè in lucum venere, & arcam plauſtro impoſuere, præeuntibus tubis & choreis, & cantibus Dauidicam melodiam inſonantibus, & ſingulis membris accinentibus: Erubeſcebant omnes, qui adorabant ſculptilia: deiectionem enim dæmonis arbitrabantur tranſlationem martyris. Item ibidem cap. 12. Dæmon quidem ille fallax vates martyris gloriam auxit, ſuáque nudauit mendacia: fulmen autem cœlitus demiſſum, totum templum incendio conſumpſit, & in minutiſſimos pulueres redegit ipſius Pithij ſimulacrum &c.

Babylas, præſul Antiochenus, vitæ meritis & doctrina præſtantiſſimus. Euſeb.

Babyle, ciuitas. Steph.

Babylon, vulgò *Bagadeth*, Ptolemæo, & aliis, Aſſyriæ, ſiue Babyloniæ, ſiue Chaldeæ totius primaria vrbs, à qua magna Meſopotamiæ Aſſyriéque pars Babylonia appellata eſt. Plinius libr. 6 cap. 16. Hanc Strabo libr. 16. à Semiramide conditam tradit. Hebræorum verò literæ originem eius à Nembroth gigante, & à linguarum confuſione Babel nominatam volunt. Ambitus eius quadringentorum octoginta ſtadiorum Euphrate fluuio mediam eam interfluente. Murum habuit coctili latere, atque interfuſo bitumine compactum, adeò latum, vt quadrigæ ſibi inuicem occurrentes, facilè pertranſire poſſent: foſſa extrinſecus latè patens, vice amnis circumfluebat: à fronte murorum centum portæ æreæ. Hæc vrbs cùm aliquando defeciſſet, & Semiramis circa cultum corporis occupata eſſet, ſoluta adhuc altera crinium parte ad recuperandam cucurrit, nec priùs decorem capillorum redegit in ordinem, quàm vrbem in ſuam poteſtatem vidit reſtitutam. Lucan. libro primo.

Cúmque ſuperba foret Babylon ſpolianda trophæis Auſonij, &c.

Hæc in ſacris literis, omnibúſque hiſtoricis nota & celebris. Theueto *Bengbedet*, Iacobo Caſtaldo *Baldath*. Barrio *Bagadad*, *Poçdatim*, & alibi *Pagdaciam* appellat Chalcondilas, & *Bagda*, Curopalates. Pro vario gentium idiomate, ſic variè ſcribi, & pronunciari autumo. Sunt qui *Suram* veterum ſic nominari hodie volunt, vt Sabellicus, in ſuo compendio hiſtorico, Ioannes Budinus, ſed magno errore, cum *Suſa* Suſianæ metropolis ſit, ad Budæum fluuium ſita, & Babylon omnium auctorum teſtimonio, in Aſſyria ad Euphratem ponatur. Vbi hæc *Baldach* quoque hodie videtur Otto Friſingenſis libr. 7. ſcribit partem antiquæ Babyloniæ, quæ adhuc habitatur, *Baldach* dici, ſéque ex populis tranſmarinis intellexiſſe. Sed ſi nobis quoque in re longinqua & obſcura diuinare liceat, auſim huic Babyloni accidiſſe, quod Auguſtæ Rauracorum, & aliis euenit, affirmare: vt quemadmodum pro hac Auguſta (quæ in ignobilem hodie pagum, vulgò *Augſt*, euanuerit) locum celebrem, illique propinquum, Baſileam accipimus: ſic pro illa Babylone quæ penitus interiiſſe conſtat (*Baldach* illam proximam, & Caliphe Babyloniæ ſede nobilem, nobis obtrudi ſinimus. Hanc noſtram coniecturam ex tabulis Aſiæ, quas Iacobus Caſtaldus Venetiis edidit: ſed quæ verè Abylfedeæ Iſmaëlis ſunt, ſumpſimus. In his namque tabulis, iuxta *Baldach* oppidum, videntur quædam antiqua vrbis fragmenta, quibus adſcriptum eſt, Babylonia. Benjamin certè in ſuo itinerario diuerſas vrbes facit ex *Babylone & Bagdad*. Hanc enim ille ad Tigrim, illam verò funditus deſtructam perhibet. Hanc Babylonem Ann. Viterbienſis Tetrapolim facit, ex Geneſeos cap. 10. dicitque eam conſtare ex *Babel*, *Elegh*, *Achad*, & *Kaine*: de quo alij iudicent.

Babylon, Ægypti caſtellum, Straboni natura munitum, à Babyloniis huc commigrantibus conditum. Vna hic è tribus erat legionibus quæ Ægyptum cuſtodiebant. Ptol. quoque Babyloniam vocat.

Babylonia, Ptolemæo, & aliis maioris Aſiæ regio. Videtur *Sinaar* à Moyſe vocari Gen. cap. 10. Meſopotamiæ partem ſpectans, ab ortu Suſiacam à Meridie ſinus Perſici partem, & ab Occaſu Arabiam deſertam: ita dicta à Babylone vrbe ſplendidiſſima, quæ olim Aſſyriorum regia fuit, & Chaldeæ totius caput.

Babylonicus populus fuit omnium in orbe terrarum primus, de quo Beroſus lib. 5. ita ſcriptum reliquit. Nimbrotus (inquit) accepto filio Ioue Belo, cum colonis furatus eſt rituales Iouis. Sagi, & cum populo venit in campum Senaxar, vbi deſignauit vrbem, & fundauit maximam turrim anno ſalutis ab aquis diluuij 10. regnauitque an. 56. ac deduxit turrim ad latitudinem & magnitudinem montium in ſignum atque monumentum, quòd primus in orbe terrarum eſt populus

pulus Babylonicus, & regnum regnorum dici debet.

Babylonij & Aſſyrij vxores ex publica authoritate emebant, quod hodie apud Arabes & Saracenos ſeruatur, Polyd. Verg. li. 4 c. 4. de rerum inuent. Hi omne id tempus inter duos exortus interceptum, diem vocabant: diem igitur ab exorto Sole auſpicabantur. Plin. lib. 11. Item Babylonij hac in re ſapienter factitare viſi ſunt, quod (teſte Herodoto lib. 1 & Strab. 16.) medicis non vtebantur: ſed languentes in forum efferebant, vt viri qui eos adirent, conſulerent, hortarentúrque ad ea, quæ ipſi faciendo ſimilem effugiſſent morbum, aut alium effugiſſe nouiſſent: nec fas erat quempiam ægrorum ſilentio præterire. Idem factitabant Luſitani, & Ægyptij, vt ait Strabo, lib. 3.

Babyrſa, caſtellum munitiſſimum Atropatiæ regionis in Aſia prope Artaxatam vrbem, Strab. lib. 11.

Babys, frater Marſyæ, qui nō veritus eſt ipſum Apollinem ad canendi certamen vocare. A quo cùm eſſet victus, ab eodem ſupinus de pinu ſuſpenſus excoriatus eſt. Deinde quum Apollo pararet Babya quoq; perdere, interceſſit Pallas, admonens hunc vſque adeò infeliciter & indoctè tibiis canere, vt omnino negligendus videretur, κάκιον inquiens, Βάβυς αὐλεῖ, i. Deterius Babys tibiis canit: quod & abiit in prouerbium de iis, quorum exercitatio ſemper vergit in peius.

Babyſenga, Indiæ extra Gangem emporium. Ptol.

Babytâce, vrbs Perſica. Steph. Huius incolæ ſoli mortalium aurum ſpernunt. Rhod.

Bacales, populi Libyæ iuxta mare. Herodot. libro hiſtor. quarto.

Bacalitis, Æthiopiæ ſub Ægypto regio. Ptol.

Bacare, Indiæ extra Gangem vrbs littoralis. Ptol.

Bacaſcami, Arabiæ populi, quorum oppidum Riphearma vocatur, quo nomine hordeum appellant. Plin. lib. 6 cap 28.

Bacaſis, Iacetanorum in Hiſpania Tarraconenſi oppidum. Ptol.

Bacatæ, Marmaricæ nomi gens. Ptol.

Bachacar, viri nomen, 1. Paralip. 9 Lat. vacua, vel inanis viſitatio, aut vapulatio, aut vacca.

Baccæi, Hiſpaniæ gens. Steph.

Baccha, villa circa Mæotidem.

Bacchanal, vel Bacchanale, locus in quo Bacchi celebrabantur (Διονύσιον) Plaut. in Aulul. *Ad Bacchas veni in Bacchanal.*

Bacchanália, quæ & Dionyſia Bacchi feſta, in quibus viri per noctem fœminis & teneræ ætati turpiter admiſcebantur per dolum. Vnde eſt illud, *Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia viuunt.* Hæc à multis Græciæ vrbibus, triennio quoque celebrabantur.

Bacchemon, Lactantio, Perſei & Andromedæ filius.

Bacchi, mons in Thracia eſt, circa Philippos. Appian.

Bacchi & Antibacchi, inſulæ duæ in Arabico ſinu. Ptol. Steph.

Bacchia, Albaniæ vrbs. Ptol.

Bacchis, vrbs Ægypti, iuxta Mœridis ſtagnum. Ptol.

Bacchium, inſula maris Ægei. Liu.

Bacchimones, populi Orientales, Bocatio qui poſtea ab Achemenide Bacchemonis filio Achemenides appellati ſunt: hi Apollinis ritus ſe inueniſſe aſſerunt.

Bacchiade Corinthij, à Bacchia Dionyſij filia oriundi: qui cum Actæonem Meliſſi filium in nocturnis Orgiis diſcerpſiſſent, eius necem tam impotenter tulit Meliſſus, vt obſeruato Iſthmiorum tempore, ſtans ante aram, Diras Corinthiis imprecatus ſit, niſi filij ſui necem vlciſcerentur, carmineq; peracto, protinus ſe præcipitem dedit. Corinthij itaque, vt ſe religione ſoluerent, Bacchiadas ex vrbe eiecerunt: qui cōſcenſa naui in Siciliam delati, inter Pachynum & Pelorum conſederunt. Ouid. 5. Metamorph.

Et quæ Bacchiadæ bimari gens orta Corintho,
Inter inæquales poſuerunt mœnia portus.

De Bacchiadis ita Strabo lib. 8. Bacchiadæ Corinthum tyrannide poſſidentes, multi ac locupletes, ac genere ſplendidi, 200. ferè annos imperium obtinuerunt, fructúſque emporij tutè perceperunt.

Bacchides, Meſopotamiæ præfectus, tempore Demetrij Soteris x. Syriæ regis, anno trecenteſimo octuageſimo quinto.

Bacchides, dux Sinopem vrbem Lucullo prodidit. Strabo lib. 12.

Bacchilides, Lyricus poeta Cous.

Bacchius & Bithus gladiatores nobiliſſimi, qui pares ætate & parès audacia fuerunt. Hinc natum prouerbium, Bithus contra Bacchium, quum duo pares viribus & audacia inter ſe dimicant Horat. *Vti non compoſitus melius cum Bitho Bacchius* nam cùm multos interfeciſſent, tandem congreſſi mutuis vulneribus ſe confoderunt.

Bacchilio, fluuius de Vicentinis montibus defluens.

Bacchus, Iouis ex Semele filius, vini inuentor, vnde & pro ipſo vino poni conſueuit. Primùm Dionyſius, deinde Liber pater, mox Oſiris, & Bromius, & Lenæus. A Græcis etiam διμήτωρ dictus, quòd duas matres habuiſſe fingatur. Ferunt enim Semelem ex Ioue iam grauidam, cum amatore deo (qui ſe illi daturum quicquid petiiſſet, per Stygiam paludem iura-

Digitized by Google

nerat) Iunonis dolo hoc ſibi munus rogaſſe, vt talis ſecum, qualis cum Iunone ſolebat, nocte vna concumberet, fulmine fuiſſe exuſtam, pueríſque vtero exemptum, Iouis femori fuiſſe inſertum: quem ille poſtea maturo partus tempore, more grauidæ mulieris enixus eſt, vnde Bimater, & bis genitus Bacchus dicitur. Hunc primùm matertera eius Iuno clã nutriuit, poſt modum Nymphis tradidit, quæ etiam ei alimenta dederunt. Habuit item Silenum alumnum, qui à ruſticis captus à Mida Baccho eſt reſtitutus. Currum ei attribuunt poetæ, quem tigres & lynces ducunt, ſequiturq́; Bacchantium turba. deus vini ab Ethnicis eſt habitus, quod primus vini vſum inueniſſet, vnde ſæpiſſimè pro ipſo vino ponitur. Sacer eſt & ei caper & aſinus, eo quod ferulæ huic ſunt gratiſſimæ cæteris iumentis non item: Ille autem quod vites rodat. Sacra huic Tamaritæ populi ab Indorum victoria redeunti inſtituerunt, actis circum torcularia choreis, quam diu ſpumarent muſta ἀπὸ τοῦ βάζειν, id eſt, à clamando: ſolebant enim bacchantes clamare. Hic orbem terrarum peragrauit: multas nationes domuit, Indos debellauit, & primus omnium triumphauit, vectus Indico elephanto. Diodor. Primus emere ac vendere inſtituit, & diadema regum ac triumphum inuenit. Dictus Bacchus, vt Diodoro placet, à Bacchis mulieribus, quæ illum βακχεύοντες, hoc eſt, inſanientes, & immodeſtè ſe gerentes, in Indiam ſunt ſequutæ: ſiue (vt Euſtathio placet) ἀπὸ τοῦ βαχεῖν, hoc eſt, à vociferando & vlulando, adiecta litera α, quo vaſtior ille Menadum ſonus in ipſo dei nomine redderetur. Baccho templa hæc erecta ſunt, in Ægina, Aleæ, apud Anthedonios, apud Argiuos, Butæ, in Bryſea, in Bulide. Gopæ Coronæ, apud Lynethaenſes, apud Eleos, apud Epidaurios, Hærenſes, circa Ilium montem, Larymnæ, apud Megarenſes, Megalop. Mynſios, Orchomenios. Pellinenſes, Phliaſios, Sicyonios, Tanagræos, Tægeates, Pauſanias.

Bacchus, Semeles filius fuiſſe fingitur, quia vinum filius eſt vitis: num eius mater Semele nuncupata eſt, ἀπὸ τοῦ σείειν τὰ μέλη, à concutiendis membris ſcilicet, vel quod arbor ipſa maximè cæterarum membra, ramos ſcilicet, mollia & ventis facilè agitanda præbeat: vel quod vitis per vinum hominum membra inflectat & regat. Iouis item filius dicebatur: quia innatus eſt vino calor quidam, & ab ipſa natura inſitus: neque poteſt niſi in locis calidis: aut in moderato calore ſaltem, vitis naſci. Iouis femori aſſutus fuiſſe dicitur, quia caloris maximè cupida ſit vitis, neque ſine illo viuere poteſt, aut eſſe fructuoſa: quare per acriores hyemes vites complures moriuntur. Illum educaſſe Nymphæ dicuntur è matris cineribus excipientes, quoniam omnium arborum vitis eſt humiliſſima, cuius fructus ſi aquam modicè ſortiatur, multò fit ſalubrior, & creſcit eodem tempore. Dicitur etiam delatus in Ægyptum ob loci calorem terræq́; feracitatem, cuius loci ſimilitudinem vitis requirit. Bacchus, id eſt, vinum, pro bibentium ingenio alios facit audaciores, alios loquaces timidos. tanquam fœminas: ideò mas & fœmina creditus eſt. Hunc Muſarum Comitem cenſuerunt: quia vini calor excitet ingenium: nam & diſertos & audaces, & fortes faciunt vini meracioris pocula, teſte Horatio.

Fœcundi calices quem non fecere diſertũ? &c. Idem & nudus & ſemper iuuenis habitus eſt, quod arcana effutiant facilè vino madidi. Reliqua de Baccho prolixè admodum deſcripta lege apud N. Comitem, mytholog. libro 5. capite 13.

Bacchæ, Bacchi ſacrificulæ quæ & Mænades, & Baſſarides, & Thyades noctu Baccho ſacrificabant alternis annis in Parnaſſo monte Bœotiæ. Dictæ ſunt Bacchæ ab inſanis clamoribus: currebant enim cum tædis & funalibus accenſis per noctem, quibus vtebantur in illis ſacrificiis, atque crinibus paſſis ita clamabant currentes, Eu, hoe, quæ voces ſunt bona ac fœlicia precantium. His poſtea vocibus in vnam compoſitis Euæus Bacchus vocari cœpit.

Bacchæ mulieres, tertio quoque anno ad Cithæronem montem cateruatim cum Thyrſis conuenientes, vt ibi Bacchi Orgia magno cum vlulatu celebrarent. Ouidius libro nono Metamorph.

Vtque tuo mota proles Semeleia Thyrſo,
Iſmaria celebrant repetita triennia Bacchæ.

Bacchus, martyr, vnà cum Sergio, ſub Diocletiano ad Euphratem paſſus eſt. Vterque ordinem in exercitu Cæſaris ducebat. Volaterranus.

Bacelus, vir quidam effœminatus, totúſque luxuriæ deditus. Vide prouerb. Bacelo ſimilis.

Bacẽnor, nomen viri, 2. Machab. 1.

Bacenis, ſylua ingens trans Rhenum, Sueuos à Cheruſcis pro natiuo muro diuidit. Nunc *Nigra ſylua* dicitur, non longè à Friburgo & Badenſi agro, inter Atheſin, Rhenum, Neccarum, Moganum & Danubium, Germaniæ flumina, Hercyniámque Syluam, & Haſſiæ regionis Germanicæ montes. Cæſar lib. 6. Comment.

Bachilides, lyricus, tempore Artaxerxis Perſarum regis.

Bachina, inſula iuxta Smyrnam commemoratur à Plinio lib. 5. cap. 31.

Bachylus, Eccleſiæ Corinthi moderator. Euſeb. lib. 5. cap. 22.

Bacis, vates quidam Bœotius, cuius meminit Cicero, lib. de Diuin.

Bacis, luctatoris nomen apud Pauſan.

Bacis, v. Corinthiorum rex, regnauit annis xxxv. A quo reges Bacidæ cognominati.

Bacte, βάκτης, Bacchi nomen, quemadmodum & Babactes, ἀπὸ τοῦ βάζω, inclamo, vociferor: ſolent enim Baccho, hoc eſt vino madidi, & mulieres, Liberi patris Orgia celebrantes, omnia tumultuario quodam & incondito clamore replere.

Bactra, orum. Scythiæ prouincia, vltra Aſſyriam, à flumine Bactro cognominata: Virg. lib. 2. Georgicorum:

Laudibus Italiæ certent non Bactra, neq; Indi.

Eius prouinciæ populi, Bactri, Bactrij, & Bactriani vocati ſunt, quorum rex fuit Zoroaſter magicæ artis inuentor

Bactra item, ſiue Bactrum: Plin. lib. 6. cap. 16. oppidum eſt eiuſdem regionis, Bactrianorum regum regia & totius regni caput, ita dictum à Bactro fluuio: cùm antea Ariaſpe appellaretur. De Bactrianorum moribus memoriæ proditum eſt ab Oneſicrito, canes apud illos ali, quos Sepulchrales vocant, quibus parentes morbo ætateve confectos obiiciunt dilacerandos. Mulieres autem Bactrianas, ſplendido cultu & vnguentis vti: à ſeruis & ancillis multò magis quàm viros coli, nec niſi equo inſidentes, magnóque & auri & gemmarum apparatu excultas in publicum prodire: matrimonij autem caſtitatem non ſeruare, ſed tam ſeruis quàm aduenis promiſcuè ſeſe commiſcere, nec à viris eo nomine accuſari, quibus ipſæ dominari videntur.

Bactrianum regnum, olim mille vrbibus fuiſſe inclytum ferunt. Huius primus inſtitutor fuit Ceter filius Aram: Ioſephus.

Bactros, ſeu Bactrus fluuius in finibus Scythiæ Aſiaticæ, à quo Bactra regio & vrbs nomen ſumpſit, Herodot. lib. 7. Lucan. 3.

Errantes Scythiæ populi quos gurgite Bactros
Includit gelido, &c.

Bachora nunc nominari Mar. Niger aſſerit.

Bacturingeron, eſt fluuius propinquus portui Patenno.

Bacuntius, Pannoniæ fluuius eſt, in Sauum influens: Plin. li. 3. cap. 25. *Bozuntha* Lazio vocatur.

Bacurij, & Bacyriani, gens Parthis & Medis viena: Steph.

Badacer, nomen ducis exercitu Iehu: 4. Regum 9.

Badacum, ciuitas Noricorum, ſiue Bauarorum, hodie *Salzburg*, à flumine quod Salezam vocant: Volaterranus.

Badad, pater Adad, regis quarti in Edom. Geneſ. 36. Lat. Solitarius, ſiue in mamilla, vel in dilectione.

Badaias, nomen viri, 1. Eſd. 10. Lat. Solus dominus, vel vectis domini.

Badan, nomen viri, 1. Reg. 12. filius Vlam filij Sares 1. Paral. 7. Lat. vectis, vel ſolus, aut in iudicio.

Badanatha, oppidum eſt Thamudeorum, qui ſunt populi in Arabia locis mediterraneis degentes: Plin. lib. 6. c. 28.

Bagatha, nomen eunuchi: Heſt. 1. & 2. Lat. in torculari, vel cibum tribuens.

Badas, vel Bada fluuius Syriæ: iuxta quem ſepultus eſt Memnon, Simonides poeta in Memnone dithyrambo Deliacorum: Strabo libro decimoquinto.

Badena, vrbs in Heluetia, alia in Marchia: à Thermis apud Germanos nomen ſuum habens.

Badêos, vrbs fœlicis Arabiæ, iuxta rubrum mare: *Stephano.* Badezorus Ithobali filius, rex Tyri, pater Margeni, auus Pygmalionis & Didonis: Ioſephus.

Badeza, vrbs Britanniæ: Steph.

Baduhennæ, Lucus in Friſis Tacito, vbi nongentos Romanorum confectos ſcribit. *Seuen Vvolden* fortè, id eſt, ſeptem ſyluæ.

Bady, fluuij nomen: Pauſan.

Bæa, mons Cephaleniæ, à Bæo Vlyſſis gubernatore: Steph.

Bæaca, ciuitas Chaoniæ: Steph.

Bæbe, oppidum Cariæ: Steph.

Bæbro, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ inter Bætinium fluuium & Oceani oram in mediterraneo ſitum: Plin. lib. 3. cap. 1.

Bæcyla, vrbs Iberiæ, iuxta Herculis columnas: Steph.

Bæla, v. Belo.

Bænis, fluuius eſt Luſitaniæ, omnium eius regionis fluuiorum longè maximus, cuius fons eſt apud Cantabros: alio nomine vocatur Minius: Strabo lib. 1.

Bæſampſa, ciuitas in Arabico ſinu circa rubrum mare, quæ domus eſt Solis: Steph.

Bæſi, vide SCYTOPOLIS.

Bæterræ Galliæ Narbonenſis vrbs, olim Septimanorum (à legionis ſcilicet Romanæ numero) colonia. Hócque eſſe verum nomen, vel ex elogio marmori, quod illic viſitur, inſculpto apparet: hiſce verbis. M. Iulio Philippo, nobiliſs. Cæſari, principi iuuentutis Septimanorum Bæterr. vel ex Græco nomine in antiquiſſimis manuſcriptis Ptolemæi tabulis lectos, βαιτέρραι. Quare illa Bætiræ Biterę Beterrę, &c. tanquam corrupta quorundam iudicio ſunt reiicienda, vulgò, *Beſiers*. De qua Pomp. Mela Step. Plin. lib. 3. c. 4. & Ptolemæus meminerunt.

Bętarreni, populi in Cęleſyria, non longè ab Ithuręorum gente, à quibus & oriundi dicuntur: Plin. lib. 5. cap. 23.

Bęthartha, vrbs Celtica: Steph.

Bæthárrus, magnus vicus in Palæſtina. Steph.

Bætica, tertia pars Italiæ, ſic à Bæti flumine dicta, ab incolis autem Turdetana: Stra. lib. 3. Ea nunc Granata dicitur, à grano quod Græci κόκκον vocant: quòd in ea copioſum coccum gignatur. Accipitur etiam pro Hiſpania, quod Bætis eam diuidat.

Bætis, vel Betis, Bethis, aut Betys, fluuius Hiſpaniæ vlterioris, à quo Bætica, Hiſpaniæ regio dicta, quæ ab accolis Turdetana: vt incolæ *Turdetani & Turduli* dicuntur. Dictus Bethis ἀπὸ τοῦ βάθους, quod eſt profundũ, a in e. In eos lanas pulchro colore tingi oſtendit Martialis, cùm ait,

Bætis oliuifera, crinem redimite corona,
Aurea qui nitidis vellera tingis aquis.

Scribitur à Stephano Bætis, cum æ diphthongo in prima, aitque ab incolis etiam vocari πέρκην. Is autem ex agro Tarraconenſi demiſſus mediam Hiſpaniam perfluit, mox mari propinquus lacum efficit magnum, ac demum occidentalem intrat Oceanum.

Bætium, vrbs Cappadociæ: Steph.

Bætius, fluuius Arabiæ Fœlicis: Ptolem.

Bætogabra, Ptolemæo Iudææ Mediterranea vrbs eſt. Becanus dicit eandem eſſe cum Caſtra Chabriæ, Strabonis, quam tamen hic ad mare Mediterraneum deſcribit. In eodem loco Aſion vel Heſion Gaber (cuius in Bibliis frequens mentio fit) eſſe contendit: ſed malè à Neotericis ad ſinum Arabicum, ſiue Mare rubrum collocari. Idem Ioſephum reprehendit, quòd hanc poſtea Berenicen appellatam ſcribit. De his ſatis fusè in ſuis Hiſpanicis.

Bætulum, Ptolemæo libro 2. cap. 6. Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius: alio nomine Betholon. Eius irrigatione ager Barchinonenſis lætiſſimus eſt.

Bætuli, nomen oppidi in eodem tractu: Plin. lib. 3. Ptol. lib. 2. cap. 3.

Bæturia, tractus Hiſpaniæ, qui incolis *Eſtremadura* dicitur, Varrerius *Bethuria* legitur apud A. Hirtium, & *Beturia* apud Liuium, ſine diphthongo apud vtrumque.

Bæus, gubernator Vlyſſis. Vide Bala.

Baga, Africæ propriæ vrbs quam Iuſtinus Imperator reſtaurauit, & incolæ eam Theodoriadem appellarunt, vt ſcribit Procopius lib. 6. de ædificiis Iuſtiniani. Videtur *Bagaſi*, apud eundem lib. 4. belli Wandalici, vt monuit Suualembergius.

Bagadônia, pars Macedoniæ Auſtralis, Steph.

Baganum, Ptolemæo, Neruiorum ciuitas: al. nomine *Tornacum*.

Bagiſtanus, mons Mediæ, apud quem Semiramis in petra ſtadiorum ſeptemdecim ſuam inſculpſit effigiem, quam viri centum donis venerarentur, Rhod. lib. 26. cap. 24.

Bagóas, lingua Perſica, Spado dicitur Ouidius.

Quem penes eſt dominam ſeruandi cura Bagoa.

Suidas ſcribit nomen proprium fuiſſe Eunuchi, quem turpiter Alexander Macedo adamauit. Proinde cum Perſa quidem nobiliſſimus Alexandrum, eiúſque amicos muneribus cumularet, ſoli Bagoæ nihil honoris detulit. Rogatus cauſam, reſpondit ſe amicos regis, non ſcorta colere. Cælius capite trigeſimo, libro octauo.

Bagóas, veneno Artaxerxem ſuſtulit, omnéſque regios filios, Arſene dempto, interemit: Diodor. in Alexandrum.

Bagoe, Nympha, quæ Thuſcis artem fulguritorum ſcripſit, quam quidam Sybillam putant Erythræam, cui nomen eſſet Herophila. Alij poſt Herophilam vixiſſe contendunt, quam Alexandri temporibus mulierum primam oraculo ceciniſſe arbitrantur: Alexander ab Alexan. lib. 2. c. 16.

Bagrada, Carmaniæ deſertæ fluuius, Ptolem. hodie *Binimir* N. Nicolao, ſiue vt alij, *Budmir*, Niger dicit incolis *Biſarti* vocari, *Biquelmic* Arabicè vocari addit Theuetus.

Bágrada, vel Bagradas, fluuius Africæ propriæ, qui iuxta Vticam labitur, apud quem ab Attilio Regulo, & à toto exercitu balliſtis & catapultis ſerpens centum & viginti pedum longus occiſus eſt. Authores Plinius libro octauo, capite decimoquarto, Gellius libro ſexto, capite tertio: Strabo libro vltimo, Lucanus libro quarto:

Primáque caſtra locat cano procul æquore, qua ſe
Bagrada lentus agit.

Bâhal, numero ſingulari, inquit Hieronymus Bahalim pluraliter Tyrorum deus. Vide Baal.

Bahalis, i. in lætitia, ſiue in arrogantia, Rex filiorum Ammon: Ierem. 40. 14.

Bahurim, nomen ciuitatis in tribu Benjamin 2. Regum 3. Lat. Electi, ſiue iuuenes, aut in foraminibus, ſiue in libertatibus.

Baiæ, arum, ciuitas Campaniæ, ſecus mare ſita, à Baio Vlyſſis ſocio illic ſepulto. In huius agro aquæ calidæ ſunt, & ad voluptatem & ad varios morbos commodæ: quia fertilitate ac copia rerum, ædificiis, littorúmque amœnitate præſtabant, magna Romanorum multitudo ad eas confluere ſolebant. Fuit hæc vrbs temperie aëris, & Romanorum frequentia, atque ornamentis ædificiorum celeberrima: Martial. ad Flaccum:

Vt mille laudem Flacce verſibus Baias,
Laudabo dignè non ſatis tamen Baias.

Horatius in Epiſtolis.

Nullus

Nullus in orbe locus Baiis prælucet amœnis. Silius.

Primores adſunt Capua, docet ille ſepentes
Vnde ferant nomen Baiæ comitémque dediſſe.
Dulichia puppis ſtagno ſua nomina monſtrat:
Baia Leandro. Hinc ſinus Baianus, qui Miſeno monte, illinc Puteolis clauditur.

Baiazeth Turcarum rex per Tamerlanem in bello captus: mulo inſidens, per exercitum in ignominiam ducebatur, potiſſimum ob ſuperbiam, qua turgidè intumeſcebat. Poſtea catenis aureis vinctus, & in ea cauea concluſus à Tamerlane, quocunque iret, ducebatur, quo in equum aſcendens ſcabelli vtebatur loco, ac, ſubter menſam, cùm ederet, inſtar canis, ad eius pedes ſolas de reliquiis cadentes colligebat micas, quibus tenuiſſimè ac turpiſſimè victitabat.

Bairon, hiſtoricus ſcripſit breuiarium rerum ab Alexandro geſtarum, Suidas.

Baius, Vlyſſis ſocius, in campania ſepultus, à quo Baiæ Campaniæ dictæ, authore Seruio.

Bal, lingua Punica Deus dicitur, Seruius Æneidos. Apud Aſſyrios autem Bel dicitur quadam ſacrorum ratione Saturnus & Sol.

Bala, i. inueterata, ſiue turbata, aut defluens, nomẽ ciuitatis in tribu Simeon. Ioſue 19. 1. Paral. 4. Ancilla item Rachel vxoris Iacob. Gen. 29. Vxor item Nephthali, 1. Paral. 7.

Bala, i. deglutiens, ſiue deſtruens, nomen vrbis, quæ Segor, item Saliſſa, ſiue Vitula conterminans in ſacris literis dicitur, Geneſ. 14. Eſt & filius Azaz, filij Semma, filij Ioel, 1. Paral. 5.

Balaam, i. vetuſtas populi, vel abſque populo, ſiue deuoratio, aut deſtructio eorum: filius Beor ariolus. Num. 22. Ioſue 12. Eſt & nomen ciuitatis, 1. Paral. 6.

Balaan, i. inueteratus, ſiue turbatus, filius Eſer, filij Seir Horræi, Gen. 36.

Balamir, Hunnorum rex, anno 336.

Balaneæ, Syriæ cauæ oppidum. Stephano Phœniciæ, cui & *Leucas* vocatur. Bagnias. Poſtell. *Valiana*, Niger appellat.

Balanea, oppidum in confinio Syriæ & Phœnices, Plin. 5. c. 20.

Balari, populi montanorum, qui ſpeluncas inhabitant, Strabo lib. 5.

Balari, Cyrniis exules dicuntur, teſte Pauſania: quod nomen Sardianæ montana incolentibus adhæſit, cum illuc receſſiſſent à Carthaginienſibus deficientes. Cæl. lib. 19. cap. 22. *Baromela Pineto*.

Balbinus, conſul, tempore Iulij Cæſaris.

Balbinus, conſul, tempore Antonini imperatoris III.

Balac, i. inuoluens, aut deſtruens, vel cum lambente, aut cum percutiente, filius Stephor. Num. 22.

Balach, Parthorum rex, Balduinum cum magna procerum militúmque parte cepit, Carras in carcerem coniecit. Blond. Æmil.

Baladan, i. abſque imperio, vel abſque iudicio, aut vetuſtas imperantis, vel iudicij, nomen viri, 4. Reg. 20. Iſa. 39.

Balan, i. inueteratus, ſiue turbatus, filius Iadihel filij Benjamin, 1. Paral. 7.

Balanam, i. idoli gratia, vel donum, aut poſſeſſor gratiæ, vel doni, filius Achobor, ſeptimus rex Edom. Gen. 39. 1. Paralipom. 27. Hel. Baalhaman.

Balantipyrgon, Ptolemæo, Indiæ intra Gangem vrbs, *Capilamba* vocatur Mercatori.

Balanus, vrbs in Epyro.

Balatrones, inquit Feſtus & Blateas, antiqui appellabant bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum ſoleis raditur. Deinde Balatrones dicti ſunt homines nihili & nullius pretij. Porphyrio in illud Horatij, Satyr. 1. *mendici, mimæ, Balatrones, &c.* à balatu & vaniloquentia dictos putat.

Balbia, Auſoniæ vrbs, vt habet Gab. Barrius, ex cap. 6. lib. 14. Plinij: etſi nonnulli, *Babia* legant, vt Hermolaus, hodie *Altimonto* dici ſcribit idem Barrius.

Balbinus Imperator, bis antè Conſul, & præfectus vrbis, & plurimarum prouinciarum rector, genus ſuum referebat ad Cornelium Balbum Theophanem, qui per Pompeium ciuitatem meruerat, quum eſſet patriæ ſuæ nobiliſſimus, idémque hiſtoriæ ſcriptor Capitolinus.

Balbura, vrbs Lyciæ. Steph. Vide Bvbo apud eundem.

Balbus, cognomen fuit Atiliorum, à balbutie primum vni ex illis impoſitum, & poſtea à poſteris retentum.

Balbus Cornelius, vide Cornelius.

Balbus, mons Aphricæ, inſignis latebra Maſiniſſæ regis à Syphace ſuperati: eſt enim fontibus abundans, & paſcuis agróque Carthaginienſi vicinus.

Balcea, vrbs circa Propontidem. Steph.

Balchus fluuius eſt Colchorum.

Baldad, i. vetuſta dilectio, vel mamilla, ſiue inueteratus motus, aut abſque motu, ſiue abſque dilectione vel mamilla. Hebr. Baldad. nomen viri Iob. 8.

Baldequinus, Damaſci rex, à Balduino ſuperatus. Blond.

Baldraca, puella generis obſcuri, peregrinęque conditionis, quamvis multarum rerum ob paupertatem indiga, noluit tamen corporis ſui facere copiam Othoni Imperatori. Volaterranus

Balduinus de Burgo, Francus, III. Hieroſolymorum rex, anno M. C X I X.

Balduinus, III. Fulconis filius, Hieroſolymo

Digitized by Google

rum v. rex.

Balduinus Flandrenſis, Græcorum imperator. anno MCCII.

Balduinus, Flandriæ comes ex vulnere diem clauſit extremum Gagui.lib.6.Polyb.lib.11.

Balduinus, II. admodum puer patri ſuffectus, cui nondum per ætatem idoneo Ioannem Brennum, Italia euocatum, Hieroſolymitanum regem nomine ſolùm coadiutorem dedere. Blond. lib.7.decad.2. Egnat. Volaterran.lib. 23. Æmil. lib.7.

Balduinus, Tarſis dominus. Blond. Æmil.

Baldus, vrbs Phœniciæ. Stepha.

Baleares, vulgò *Maiorque & Minorque*, duæ inſulæ ante Hiſpaniam 30000. paſſuum interuallo à ſe inuicem diſtantes: quarum maior, quæ Orientem ſpectat, 10000. paſſuum longitudinem habet, circuitum autem paſſuum 480000. cuius præcipua oppida olim fuerunt Palma & Polentia. Alterius in 60000. tantùm paſſuum longitudinem extenditur circuitus autem in paſſuum 50000. Dictæ Baleares (vt quidam volunt) à Baleo quodam Herculis comite ibi relicto. Aut certè ἀπὸ τοῦ βάλλειν hoc eſt, à iaculando, propterea quòd fundæ & iaculationis Baleares peritiſſimi habiti ſunt. Tradit enim Lycophron. & poſt eum Florus libro 3. cap. 8. eam hiſce in inſulis obſeruatam fuiſſe conſuetudinem, vt eſurientibus filiis à matribus ientaculum in ſublimi trabe proponeretur, quod illi contingere non poterant, niſi prius funda deiecillent. A Græcis dictæ ſunt γυμνησίαι, eo quod nudi incolæ aliquandiu vitam egiſſe dicantur, nec veſtibus vtentes, nec calceis. In hiſce inſulis tantus olim cuniculorum prouentus fuit, teſte Plinio libro 8. cap. 55. vt in eos præſidium militare ab Auguſto petere ſint coacti: Hodie ab Hiſpanis, quorum imperio parent, Maiorica & Minorica appellantur. Baleares etiam dicuntur incolæ harum inſularum, inde fit poſſeſſiuum Balearis, & Baleare. Virgil.lib.1.Georg.

Stupea torquentum Balearis verbera fundæ:
Baleridas habet Strabo *Balarides*. Steph *Balearis* in ſingulari vſus eſt Suetonius. *Chœrades* ab Apollonio vocari annotauit Gerbelius, & idem tradit ex Timæo Iſacius Tzetza. Antoninus vocat Maiorem *Columbam* & Minorem *Nuram*.

Baléth, vrbs à Salomone ædificata. Ioſeph.

Baléſium, maritimum Italiæ oppidum, non procul à Brunduſio. Plin.lib.3.c.11.v.Aletium.

Baleus, Hipponis filius, Corinthi ciuitatis primus auctor & fundator. Vell.lib.1.

Balus, qui iuxta Euſebium Xerxes, ſiue Balaneus VIII. Babyloniorum rex, regnauit annis XXX.

Baliârdus, Philoſophus Peripateticus, Pariſiis floruit, ab orthodoxis tamen in quibuſdam aberrans, à quibus nec per ſynodum iuſſu regis Ludouici huius gratia coactam, auelli potuit: quin in hoc loco deſerto cum ſociis nonnullis omne æuum abſtinendo exegit. Volaterranus lib. 22. Plat. Æmil.

Balgius, Germaniæ fluuius eſt in montibus Sarmatum ſcaturiens.

Balias, ſiue Balius (nam & in Græcis quibuſdam codicibus βαλίος) legitur, in aliis βάλιος, vnus ex equis Achillis, à balio colore ita dictus. Commemorat autem Homerus lib.16. Iliad tres Achillis equos, quorum duos Baliam & Xanthum immortales fingit ex Zephyro vento & Podarge Harpyia prognatos: tertium autem mortalem, nomine Pegaſum.

L. Baliênus, auunculus Catilinæ, Lucretium Aſellam conſulatum, contra voluntatem Syllæ, ad perturbandum ciuitatis ſtatum petentem occidit, iuſſu Syllæ tunc Dictatoris; accuſatus poſtea, ac damnatus. Pædian.

Balinienſes, in Latio populi, qui aliàs Tribulani dicuntur. Plin.lib.3.c.5.

Balis, vrbs Libyæ iuxta Cyrenem, dicta quòd Balis deus in ea coleretur. Steph.

Balia, vrbs Macedoniæ. Steph.

Ballio, lenonis nomen apud Plautum, à quo lenones in hiſtoriis Balliones dicuntur.

Baliſta, mons eſt Galliæ Ciſalpinæ ſitus apud Ligures.

Balœum, vrbs Macedoniæ. Steph.

Ballatha, Ptolemæo Meſopotamiæ vrbs, *Bathne* Antonini videtur quibuſdam, inquit Simlerus.

Ballonoti, ſiue Bellonoti Burgundiones, Heſſi, Baſternæque in Scythia Europæa, vt in Aſiatico: ſunt plerique eodem nomine, Val. 6. Argonautic.

Ibant & geminis æquantes cornibus alas
Ballonoti.

Baloth, i. ſubiectæ, ſiue poſſeſſæ, aut in aſcenſione, nomen ciuitatis in tribu Iuda, Ioſ. 15.

Balſa, Luſitaniæ ciuitas Ptolemæo, alio nomine *Tauila* Item numeratur inter Cyrenaicæ regionis oppida. *Buferà* dicitur Nigro.

Bal-ſaliſa, idolum tertium aut idolum Ducis vel principis, ſiue poſſeſſor trium, aut poſſeſſio ducatus vel principatus, nomen loci, 4. Reg. 4.

Balſaſar, i. ſeruator theſauri. filius Nabuchodonoſor: Dan. 5.7.8. ſecundùm Ioſephum, *filius* fuit Euilmerodach.

Baltaſſar, nomen prophetæ, qui & Daniel dicebatur. Dan. 1.5. Lat. abſconditè theſauriſans, ſiue in malleatore theſauriſans, vel occultè portans anguſtiam.

Baltáſſar, VIII. Babyloniæ rex, regnauit annis V.

Balthaſar, rex Babylonis, ſub quo hæc ciuitas à Per-

à Perſis capta fuit: tot ac tantis delitiis affluebat, vt inter impudicas mulieres & obſcœnas, tanquam in cœno porcus, volutaretur, & comeſſaretur, Herod. lib. 1.

Baltia, inſula in mari Germanico. Vide Baſilia.

Balticum mare Xenophonti, *Morimaruſa* Philemoni & *Amalchium* Hecatæo apud Plin. dicitur: Gerardo Mercatori eſt ſinus maris Germanici, quem hodie Germani Ooſtſee, Ruteni. *VVarecZkimie morie* vocant Sueuicum mare (ab accolis fortè Sueuis) & Pigrum à Tacito videtur nominari ab effectu vt creditur, quod non vt cætera maria moueatur. *Codanus ſinus* Melæ eſt. Sigiſmundus Herbeiſtinius ſcribit idem mare ab auctoribus *Venedicum & Baltæum* appellari. Accolæ Germanici illud *BeltZ* indigitant.

Balyras, fluuius in Peloponneſo, ita dictus à Lyra, quam Thamyris Philemonis filius, & Nymphæ Agriophes abiecit in Parnaſum montem: ex cuius ictu fluuius ortus. Rhod. lib. 18. cap. 7.

Bamáal, i. in circumciſione aut in miſtione, filius Ioſaphat, filij Heber, filij Bariæ, 1. Paral. 7.

Bamba, Hiſpaniæ rex, regnauit annis IX. menſe vno.

Bambalio cognomen eſt, apud Cicer. 3. Phil. ignobilis cuiuſdã hominis ab hæſitantia linguæ & ſtupore cordis. Vide Cæl. Rhod. lib. 13. cap. 2.

Bamberga, vrbs epiſcopalis Franconiæ.

Bambôrum, flumen Mauritaniæ, crocodilis refertum. Plin. lib. 5. cap. 1.

Bambyca, Meſopotamiæ vrbs, quam Edeſam & Sacram vocant, in ea Atergatim Syriam deam colunt, Strab. lib. 16.

Bambyca, ciuitas cum Romanis legionibus à Sapore Perſarum rege capta, cæde facta. Am. lib. 20.

Bambycatij, populi iuxta Tigrim habitantes qui omnem auri aut argenti materiam ita execrantur, vt omnia metalli genera coementes, illa in profundas terrarum & abditas ſolitudines ſuffodiant, ne pecuniæ commercio eneruetur animi indoles, ingeniique, Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 15.

Bambyce, vrbs Syriæ Cæles, alio nomine Hierapolis dicta. Plin. 5. cap. 1.

Bamoth, i. altaria, vel excelſa, aut in morte, nomen vallis, Num. 21.

Bamoth-báal, nomẽ ciuitatis trib. Dan. Ioſ. 13. lat. altera, vel excelſa idoli, aut in monte idoli.

Bana, Syriæ fluuius, aliàs Albana dictus.

Baana, id eſt, motu, filius Moſa, filij Zamri, 1. Paral. 8. 9.

Banaia, i. filius Domini, aut intelligentia Domini, ſiue ædificatio Domini, nomen viri, 2. Reg. 23. Nomen principis cuiuſdam, 1. Paral. 4. 15. 2. Paral. 31. Pater item Phelthiæ, Ezech. 11. filius Ioiadæ, 2. Reg. 8.

Banaſſa, Romanorum colonia in Africa, *Valentia* cognominata. Plin. lib. 5. cap. 1.

Banaurides, inſulæ Tuſciæ, à Banauro filio Aiacis. Steph.

Banauſi, ſeruorum genus manuum opera vtentium. Cæl. Rhod. lib. 25. c. 18.

Bançona, Georgio Fabricio Germaniæ oppidum eſt, quod *Oppenheim* vocari vulgò dicit in ſuis itinerariis.

Banda, fluuius in Syria.

Bandobena, oppidum in India, quod Cophes & Choaſpes flumina præterfluunt. Strab. lib. 5.

Bane, nomen ciuitatis in tribu Dan, Ioſ. 19. Lat. filij, aut ædificantes, ſiue intelligentes. Quamuis putem legendum Bani-barac, vt vnius ciuitatis nomen ſit, non duarum, quum Hebræis iungantur.

Banea, i. filius aut intelligentia, aut ædificatio domini, ſiue Baneas nomen viri, 1. Eſd. 10.

Bani, filius meus, aut ædificatio, vel intelligentia mea, nomen viri, 1. Eſd. 10. 2. Eſd. 9.

Banni, nomen viri, 2. Reg. 23. filius Somer, filij Moholi, 1. Paral. 6. Lat. idem quod Bani.

Baninu, nomen viri, 2. Eſdr. 10. Lat. filij aut ædificatores noſtri, ſiue intelligentes nos.

Baniſæ, vel Baſaniſæ, populi Thraciæ. Stephan.

Banna, apud Italiotas, rex dicitur aut maximus magiſtratus, apud Bœotios mulier. Rhod. lib. 5. c. 17.

Banna, fluuius Hyberniæ in Borealem Oceanum decurrens, vide Baſilia.

Bannomanna, inſula ante Scythiam. Plin. lib. 4. c. 13.

Bantia, vrbs Italiæ. Steph.

Bantij, populi Thraciæ. Steph.

Bantini, populi mediterranei Lucanorum, in tertia regione Italiæ. Plin. lib. 3. c. 11.

Banurri, Getuli, incolæ Tingitanæ prouinciæ. Plin. lib 5 c 2.

Baptæ, Athenis erant Sacerdotes Cotyttus, impudicitiæ deæ, cui nocturna ſacra peragebant ſaltationibus, & omni voluptatum generi indulgentes Dicti autem ſunt Baptæ, ἀπὸ τοῦ βάπτειν, quod qui ſacris illis initiabantur, aqua calida tingerentur, Iuuenal. Sat. 2.

Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto.

In hoc Eupolis comœdiam conſcripſit, quod ab illorum nomine Baptas appellauit, in qua mollitiem eorum & libidinem depinxit. Quam ob cauſam ab illis in mare præcipitatus, & ſubmerſus eſt. Vide plura de his apud Suidam & Politianum, Miſcellanorum cap. 30.

Baptiſta, prima Galeatij Piſaurienſis princi-

pis filia, & Guidonis Vrbinatium Comitis vxor fuit. hæc cum doctiſſimis viris plerumque magna ſui laude diſputauit: libros quoque de humana fragilitate ſcripſit, ac de vera religione.

Baptus, apud Dareſios eſt fluuius.

Bara, i. incendium, ſiue expurgatio aut paſtus: ſiue iumentum, vel inſipientia, vel in vigilia, nomen alterius vxoris Saharaim, 1. Paralipom. 8.

Sara, i. in malo, ſiue in ſocio, aut in clamore, vel in paſtu, ſiue in conſtructione, rex Sodomæ: Geneſ. 14.

Baraa, nomen viri: 1. Paral. 8. vide Bara.

Barabánes, vel Baratanes, Perſarum rex, regnauit an. xx. Chriſtianos perſequutus eſt. Hinc inter Romanos & Perſas bellum obortum: Tripar. hiſt. lib. 11. cap. 13.

Barabbas, nomen inſignis cuiuſdam latronis: Matth. 27.

Barábbas, Syra dictio, qua ſignificatur filius patris: ex Bar, quod eſt filius, & abba, pater: Sedul.

Tunc coluere Bahal, tunc elegere Barabbam.

Barac, nomen ciuitatis, in tribu Dan: Ioſ. 19. Vide Barac filius Abinoham: Iudic. 4.

Baráce, inſula Gedroſiæ: Steph. *Bazaim* Gerar Mercatori eſt.

Baracha, i. benedictio, aut genu flexio, nomen viri: 1. Paral 12.

Barachel, i. benedicens Deum aut genuflectens Deo, nomen viri: Iob. 32.

Barachias, idem quod Barachel, pater Zachariæ prophetæ Zach. 1 filius Moſollamoth: 2. Paral. 28 Filius Zorobabel, filij Phadaiæ: 1. Par 3.

Baracum, Cyrenes oppidum Plin. lib. 5. c. 5.

Baracûra, Indiæ emporium extra Gangem: Ptol. hodie *Bangala*, ciuitas fœcundiſſima, & regnum latiſſimum *Bacala* Caſtaldo.

Barad, i. grando, ſiue in deſcenſu, aut in imperio, nomen loci in deſerto Sur. Gen. 16.

Baragâſa, Æthiopiæ oppidum, de quo Plin. li. 6. c. 29. ſic ſcribit. Aliqui vnum Æthiopiæ oppidum vltra ponunt in littore Baragaſa.

Baraia, i. creatura Domini, ſiue impinguatio, aut electio Domini, ſiue in viſione, filius Semei: 1. Paral. 8.

Barac, i. fulgur, dux exercitus Iſrael, Iabin Cananæorum regem vicit, qui Iſraelem xx. annos oppreſſerat: Iudic. 4. Ioſeph libro quinto, cap. 6.

Baram, inſulam non longè à Brunduſio eſſe ſcribit Feſtus. Fortè hodie S. Andreæ ni tabulæ fallant.

Baramalacum, Nabathæorum in Africa oppidum: Plin. 6. c. 28.

Baraomatæ, populi qui Indum aduerſum accolunt, Gymbrotis proximi, quorum duodecim ſunt nationes, ſingulíſque binæ vrbes: Plin. lib. 6. cap. 21.

Barâſa, i. in egeſtate, aut filij pla[illegible]itio, ſiue in curſu, vel in beneplacito, nomen ciuitatis Galaad: 1. Macchab. 5.

Barathia, Africæ propriæ vrbs eſt Ptolemæo, quam Caſtaldus *Brata*, Mercator *Blata* nominat.

Barâthra, locus prope Caſium: Steph.

Bárathrum, Diomedi locus eſt Athenis: in quem damnari præcipitabantur. Alij nomen eſſe loci aiunt in Ægypto profundiſſimi. Eſt & generale nomen apud Græcos pro quouis loco cauo & profundo. Hoc etiam nomine appellantur terræ ciuitates, quæ fluuios hauriunt aliis in locis rurſum emerſuros. Transfertur quoque ad alia: Martial. Barathrum fœmineum pro locis mulieribus dixit. Idem ſtomachi imum hiatum Barathrum appellauit: *Extremo ructus ſi venit à Barathro.* Horatius de Lurcone & voraci quodam agens: lib. 1. epiſt. 15.

Pernicies (inquit) *& tempeſtas, Barathrumque macelli,*
Quicquid quaſi erat ventri donabat auaro.

Barbaliſſus, caſtellum in Oriente, muris cinctum: Stephano.

Barbara, virgo Nicomedienſis, Dioſcori nobilis viri filia, à quo in turrim eſt coniecta, quòd ſe Chriſtianam profiteretur, ac poſt omnibus probris nudatum conuerberatúmque corpus, ab eodem ad præſidem ducta iugulataq; in eadem vrbe ſub Maximiliano: demum Venetiis (quò tranſlata eſt) condita. Volaterranus, lib. 4.

Barbara, Sigiſmundi Imperatoris vxor fuit quæ ſtultas vocabat virgines pro Chriſti nomine paſſas, quod voluptatum gaudia non guſtaſſent. Dicebat animas cum corporibus interire, nec futuram aliam vitam poſt hanc quam viuimus.

Barbari, Aſiæ vrbs circa Indi fluminis oſtia, Ptolemæo *Barmet* Caſtaldo: ſed *Meti*, Relendio, qui eam inſulam non vrbem vocat, cùm Ptolemæo vrbs ſit in inſula ſita.

Barbari ficto nomine, inquit Strabo lib. 14. Dicti ſunt ab initio qui difficulter aſperè atque duriter loquebantur, quaſi duriloqui & craſſilingues, dicti barbari à βαρ[illegible] abſona voce, in quam peregrini homines Athenas aduentantes identidem incidebant: omnes igitur craſsè loquentes barbari dicuntur: quales olim habiti ſunt omnes populi præter Græcos. barbari etiam dicuntur [illegible], malis moribus, feri, crudeles. Barbaricus etiam apud Feſtum eſt clamor exercitus, quòd eo vociferandi genere barbari vterentur.

Barbaria, Africæ quam in 4. partes Neoterici ſcriptores diſtinguunt, pars præcipua & prima eſt.

eſt. Ab ortu ſolis habet Marmaricæ (quæ hodie Barcha dicitur) deſerta ad montis vſque Atlantis partem Mejes appellatam, quæ pars à Strabone fortè ſub nomine *Aſpis* deſcribitur. Hunc montem Atlantem (ſecundùm eius ab Oriente in Occidentem ad mare, vſque, quod ab eo Atlanticum nominatur longitudinem) à meridionali plaga habet, ab Occaſu ipſum mare Atlanticum. Septentrionale verò latus mare mediterraneum lambit. In quatuor regna diuiditur: Marochum nempe, Feſſam, Teleſinam, & Tunetem, ab hominibus ſubfuſci coloris inhabitatur. Regionis pars, quæ mare mediterraneum ſpectat, montibus occupata eſt. Ab his montibus vſque ad Atlantem planitiem, gaudet ſpatioſa, & quibuſdam etiam colliculis. Maximâ hic fontiũ copia riuuliſque amœniſſimis irrigatur. Dactylorum, malorúmque Punicorum feraciſſima, ſed frumenti non adeò fertilis, frugum autem vbertate fœlix, ficuum & oliuarum copioſa. Mons Atlas frigidiſſimus eſt & ſterilis, omníque ex parte nemoroſus atque niuibus obſitus, omnia ferè totius Africæ flumina procreat. Frigus nunquam in Barbaria adeò intenditur, vt quis ignem ob id accendere velit. Autumni finis, tota hiems, bonáque Veris pars impetuoſis plena ventis, quin & grandinibus, fulguribus & tonitruis horridis interdum diſcruciantur. Accuratam Barbariæ, & totius Africæ, morúmque gentis deſcriptionem habes apud I. Leonem Africanum, & Th. Fazellum capit. 1 libro 6. vltimæ Decadis rerum Sicularum.

Barbaria, inſula Gangetis Indiæ fluuij, vt ait Ptol. Eſt & regio iuxta Arabicum ſinum, vnde & mare barbaricum. Steph.

Barbárium, Hiſpaniæ promontorium ad Tagum fluuium, Strabo lib. 3. Alij ſcribunt barbaricum.

Barbarus, non gentis, ſed vocis nomen eſt, Steph. item nomen fluuij Indici Oceani.

Barbius Philippicus, de quo Vlpianus lib. 3. ff. de offic. Prætor. homo comis & blandis moribus, euehitur ad ſummos magiſtratus Antonij Triumviri opera. Hunc in foro ius dicentem herus, à quo olim aufugerat, agnouit. Ergo tacitè aggreſſus & veſte à tergo prehenſa: ſalue, inquit, veteri & ſeruili nomine adiecto. At ille perculſus, veteri domino facilè agnito rogauit vt taceret. Domúmque duxit, maximáque pecunia numerata ſe tandem redemit. Vide Suidam. Cæterùm apud Vlpianum Barbatius Philippus appellatur.

Barboſtenes, mons eſt Laconum, non amplius x. M. paſſuum à Lacedæmone diſtans.

Barbátia, oppidum in Arabia. Plin. lib. 6. c. 28.

Barbátus, conſul, collega Reguli, ann. ab vrbe condita 909.

Barbeſula, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum in conuentu Gaditano: & fluuius qui vrbi nomen dedit: Plin. lib. 3. c. 1.

Barbyſes, aliis Barbyſſus fluuiolus circa Byzantium, à Byzantinis *Chartaricon*, à ruſticis qui accolunt eius fontes, *Pictinacerion* à vico illius vicino appellatus. P. Gyll. in ſuo Boſphoro. Barbyſſus legitur apud Suidam.

Barcanij, populi Hyrcanis vicini. Steph.

Barcæ, promontorium Africæ. Plin. 5. c. 1.

Barce, aridæ Libyæ metropolis ſic dicta à regina eorum Barce, à quo Barcei populi. Cæterùm, hæc vrbs in ſolitudine ſita eſt, eóſque populos corrupto ſermone Aphri Barcianos vocant. Hi ſunt qui locorum qualitatibus diuerſis nominibus appellantur, & à Mauritania per Aphricam & Ægyptum, Palæſtinámque & Phœniciam & Cœleſyriam & Oſroenem, Meſopotamiam atque Perſidem tendunt ad Indiam.

Barce, ciuitas Pentapoleos, hodie Ptolemaïs. Claudianus.

Diffidet occiduis, quod diſſuadet arida Barce.

Vide Stephanum & Strabonem.

Barce, nutrix Sichæi, dicente Virg. lib. Æn. 4.

Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichæi.

Barce, regina Libyæ, à qua ciuitas quædam dicta, Tortellius grammaticus.

Barcei, populi Carthagini propinqui, Seruius.

Barcha. cognomen nobiliſſimæ apud Carthaginienſes familiæ, ex qua fuerunt Annibal & pater eius Amilcar: inde Barchina factio.

Barce, Ptolemæo & Plinio Marmaricæ in Pentapoli regione promontorium, quod eodem auctore Surrentium appellatur. Vide Ptolemæis.

Barcæi, populi apud Colchos & Iberos, qui ſolent agnatos morbos extinctos, velut ignauos igni tradere: in bello autem defunctos, tanquam ſtrenuos, objicere vulturibus, Ælian. de Anim. l. 10. c. 22.

Barchochabas Iudaicæ defectionis princeps, Chriſtianos niſi negarent Chriſtum, ad ſupplicia traxit. Euſeb. lib, 4. cap. 8.

Barchúſa, parua ciuitas Phœniciæ. Stephanus.

Barcino, colonia *Fauentia*, ciuitas eſt Hiſpaniæ. Tarraconenſis celebratiſſima. Plin. 3. cap. 3. in deſcriptione Hiſpaniæ citerioris anno ante Chriſtum 234. fundata ab Amilcare, cui Barcha cognomen, quem Carthaginenſes cum iuſto exercitu in Hiſpaniam miſerant. Hodie caput & metropolis eſt regni Catalauniæ Gallicè *Barcelonne*.

Bardaſanes, Meſopotamiæ præſul, Syrorum lingua doctiſſimus, & vehemens Dialecticus, aduerſus Marcionem patria lingua ſcripſit: ſed & Græcè ad Antonium, ſub quo fuit, librum de Fato, aliáque complura, vt ait Euſebius lib. 4.

Barderate, vrbs Galliæ Comatæ ad Apenninum. Plin. lib. 3. c. 5.

Bardaeſanes, hyſtoricus Babylonius, in duo dogmata apud Indos gymnoſophiſtas diuidit, quorum alterum appellat Brachmanas, alterum Samanæos: tantæ continentiæ, vt vel pomis arborem intra Gangem fluuium, vel publico orizo, & farinæ alantur cibo: & cùm rex ad eos peruenit, adorare illos ſolitus eſt. Hic doctrina cœleſtium omnium Chaldæorum excellentiſſimus fuit. Euſebius libro ſexto Præparat. Euang.

Bardi, vates in Gallis aut magi, aut philoſophi fortium virorum res geſtas decantare ſolebant. Lucan. lib. 1.

Vos quoque qui fortes animas, belloque peremptas,
Laudibus in longum vates dimittitis æuum,
Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi.

Bardines, fluuius iuxta Damaſcum. Stephanus.

Bardillus, Illyricorum rex, à Philippo victus, anno à diluuio 1947.

Barduli, Cantabrorum in Hiſpania populi, qui & Turduli & Tapori. Plin. lib. 4. c. 22. Nunc Caſtiliam veterem inhabitant, vt Cluſius vult: alijs Guipuſcoa.

Bardum, Luithprando Tirinenſis vicus eſt in Alpibus inter Eporediam & Auguſtam Salaſſiorum. *Im. Bart.* hodie vocari ſcribit Simlerus.

Bardus, apud Celtas regnauit, qui inuentione carminum & muſicæ apud illos inclytus fuit. Beroſus.

Bardus iunior, Celtarum rex, anno à diluuio 514.

Bardyetæ, Hiſpaniæ populi ad flumen Iberum, quos Strabo ſuo tempore Bardyalos dictos tradit.

Barea, oppidum Hiſpaniæ citerioris, Bæticæ tamen adſcriptum. Plin. lib. 3. c. 3.

Bared, id eſt, grando, ſiue in deſcenſu, vel in imperio, filius Suthalæ, filij Ephraim, 1. Paralip. 7.

Barêne, vrbs Mediæ, vicina Ecbatanis. Stephanus.

Baretium, regio ad mare Adriaticum. Steph. Gaud. Merula putat eſſe oppidum in Gallia Ciſalpina ad radices collium ſitum, quod Latini *Valeſium*, item *Vaſiſium* nominant. *Vareſcio* vulgò dicitur, vt prodit L. Albertus.

Bargaſa, vrbs Cariæ, à Bargaſo filio Barges & Herculis, quem Lamus, Omphales & Herculis filius perſecutus eſt. Steph. vide Cyarda.

Bargeni, populi Africæ ex Troglodytis. Plin. lib. 6. cap. 29.

Bargus, Thraciæ fluuius in Hebrum cadens. Plin. lib. 4. cap. 11. Bargus, item quem nonnulli *Martum* nominant, vt ait Strabo, fluuius Illyrici. Marius Niger putat *Drinum* Ptolemæi eſſe: alij tamen potius *Drauum* putarint. Vide *Drinus*.

Barguſij, populi Occidentales, iuxta Iberum fluuium. Steph.

Bargyla, Aſiæ minoris vrbs & in Caria. Plin. lib. 5. cap. 20. quæ Bargylia, ſiue Bargylos ab aliis vocatur, à Bellerophontis comite Bargylo, quem Pegaſus occidit: vnde Bargylici, & Bargylitici campi, vel Bargyletæ incolæ, & ſinus Bargylicus. Steph.

Bargylus, mons in Aſia. Plin. in deſcriptione Syriæ, c. 20 lib. 5.

Baria, i. fera, vel vectis, ſiue fugitiuus, aut in odore, filius Semeiæ, filij Secheniæ, 1. Paral. 3.

Baria, i. in ſocietate, ſiue in malitia, aut in vlulatione, ſiue in paſtu filius Aſer, filij Iacob, 1. Paral. 6. 8. 11. qui Beria, Gen. 46. dicitur.

Bariades, Indorum rex, qui bellum aduerſus Dionyſium geſſit.

Barieſu, cognomen pſeudoprophetæ Act. 21.

Bari, ciuitas Phrygiæ. Ptolemæus ait eſſe oppidum in Piſidica Pamphiliæ præfectura: ſignificatque id nomen apud Græcos habitationum frequentiam, vſurpantque id ſacræ interdum literæ pro ædibus eburneis. Nam & poëtæ elephantos, Baros vocant. Præterea quidam Indiæ fluuius Baris dicitur. Baris etiam lingua Ægyptia ſignificat cymbam quæ vectat cadauera Ægyptia ad ſepulchra. Propertius.

Baridos & contis roſtra Biturna ſequi.

Alio nomine dicitur Epibatia. Plin. lib. 5. cap. 31. Item caſtellum templo Hieroſolymitano adiacens, quod poſtea Antonia cognominatum eſt. Ioſephus de bello Iudaico lib. 1. Vide *Gordiaus & Veretum*.

Baris, Stephan. eſt ciuitas, ſignificat enim domum.

Barium, Apuliæ oppidum, vulgò *Barri*. Feſtus ſcribit vocari Barium à conditoribus qui expulſi ex inſula Bara vrbem hanc condiderunt, *Lapyx* quoque dicitur. Hic reges Neapolitani coronari ſolebant. Hiſtorici tradunt à Gulielmo 1. Imp. funditus deletam. Benjamin videtur eam *Miroles donas* appellare.

Barnabas, nomen viri, Act. 4. Lat. filius conſolationis.

Barnabas, & Galeatius Vicecomites Mediolanenſes anno 1354.

Barnichius, fluuius Peloponneſi, in Alpheum ingrediens, ante Enipeus dictus. Homerus in Odyſſ. Strabo lib. 8. Vide Enipeus.

Barnuus, oppidum Macedoniæ, prope Heracleam. Strabo lib. 7.

Baro, mulier quædam fuit philoſophiæ dedita, vt ſcribit Suidas, quem P. Manutius allegat. Ex eo Philoſophos, qui ſtolidiores eſſent, non Philo-

Digitized by Google

Philoſophos quòd eo nomine viderentur indigni, ſed Barones vocabant, vt quaſi mulierculæ per contemptum appellarentur. Cicero, vlt. epiſt. 9. fam Ille Baro &c.

Barra, oppidum Orobiorum in Italiã Tranſpadana, regione vndecima. Plin. lib. 3. c. 17. Barriano caſtellum vocat Leander.

Barſabas nomen viri, Act. 1. Lat. filius conuerſionis, aut quietis, aut iuramenti.

Barſine, Alexandri magni vxor, quam cum Hercule filio Caſſander occidi iuſſit, ſcilicet quaſi regnum Macedoniæ quod affectabat aliter conſequi, quàm ſcelere non poſſet. Iuſtin. lib. 15.

Barthabaces, Cybeles ſacerdos, de qua Plutarch. in Latio: Per ea tempora aduenions Barthabaces magnæ matris ſacerdos, nunciauit deam in templo Ade locutam, victoriam prædixiſſe.

Barthimæus, beatus Hieronymus dicit corruptè legi, ſcribi autem debere Barſemæus: quod Syriacè interpretatur filius cæcus, vel filius cæcitatis. Nomen cæci cuiuſdam à natiuitate, quem IESVS ſanauit. Matth. 10.

Bartholomæus, Apoſtolus, cuius nomen ſolum in hiſtoria Euangelica extat. Matth. 10. Marc. 3. Luc. 6. Act. 1. Poſt reſurrectionem Chriſti in India ſparſit ſemina Euangelij, vt ſcribit Euſeb. lib. 3. cap. 1. & lib. 5. cap. 10. & citatur eius dictum, Euangelium eſſe breue & longum. Etſi enim ſumma breuibus aphoriſmis comprehenſa tradi poteſt, tamen ſapientia illius inexhauſtu eſt, & propugnatio dogmatum longiorem orationem deſiderat. In Armeniæ vrbe Albana fertur iuſſu Aſtyagis regis excoriatus eſſe.

Bartholus de Saxoferrato, natus eſt anno 1309 puer præceptorem habuit Perum de Aſſiſio virum doctum, & eximiè pium à quo in literis & grammaticis eruditus fuit. Ad iuris ciuilis diſciplinam ſe contulit, anno ætatis 14. in ciuitate Peruſina, quam tota diligentia & induſtria didicit, ſub præceptoribus Cymo Piſtorienſi, Iacobo Burrigario, & Reynerio, Foroiulienſi, vt poſtea 20. anno ætatis Bononiæ de iure publicè reſponderit: & anno ſequenti ſolennia Doctoratus inſignia receperit. Peruſij vxore ducta, vt vitæ portu conſtituto, ætatem ius profitendo tranſegit. Huic etenim nec ingenium, nec memoria defuit, qui Hebraicas literas & Mathemata didicit, & plurium diſciplinarum, quàm iuris ciuilis peritiam habuit. Scripſit doctiſſima in totum prope ius ciuile commentaria. Mortuus eſt autem Peruſij anno ætatis ſuæ 46. anno Domini 1355. Hæc Ioann. Pichard. in Iurec. Vitis.

Baruch, filius Neriæ, Ieremiæ Prophetæ amanuenſis. Ierem. 31. & 36. Alius eſt ab illo quicumque tandem ſit, cuius extat liber inter Apocryphos.

Barum, oppidum Italiæ à Saracenis obſeſſum.

Barulum, oppidum Apuliæ eſt, aliquando à Gallis obſeſſum tanta fame laborauit, vt milites detractas ſcutis pelles aquas emollitas abſumerent, herbiſque (quaſcunque reperirent) veſcerentur.

Baruſſæ, quinque inſulæ, in Indico pelago. Ptol. Mercatori ſunt *Mindanao, Cailon*, & *Subut*, cum reliquis duabus Circium verſus.

Barútum, oppidum à Soldano incenſum, & ſolo æquatum, anno 1290.

Barûtus, vel Barutum, vide BERYTOS.

Barygaſa, inſigne emporium Gedroſiæ Steph. Eſt etiam vrbs Indiæ intra Gangem. Ptolem. & Arrian. *Bacam* Caſtaldus nominat. Ramuſius *Coa*, vel *Calicut* ex ea mallet facere.

Baryne, Romana fuit meretrix, de qua Horat. Carm. 2. Od. 12.

Vlla ſi iuris tibi Peierati, Pœna Baryne, nocuiſſet, nquam, Dente ſi nigro fieret, vel vno turpior Vngue, Crederem.

Barzaith, i. filius aut puritas, ſiue frumentum anguli, filius Merchiel, filij Baræ, filij Aſer, filij Iacob. 1. Paral 7.

Barzanes, Aſſyriorum rex, in Armenia à Nino ſuperatus.

Baſa, id eſt in factura, III. Iudæorum rex, regnauit annis XXIV. impius omnem familiam Hieroboam & Nadab interfecit 3. Reg. 15. Ioſeph. lib. 8 cap. 8.

Baſabocates, populi Aquitaniæ, Plinio cap. 19. lib. 4. Pictonibus iuncti.

Baſaia, i. in factura Domini, filius Melchiæ, filij Athanai, 1. Paral 6.

Baſan, i. in dente, ſiue in ebore: aut in mutatione, vel in ſomno ſeu in dormitatione: aut confuſio, vel ignominia, regía Og regis, quæ paſcuis ac nemoribus abundans, cecidit in ſortem dimidiæ tribus Manaſſe. Eſa. 2. Num 21. quę & *Hauoth-iair*, Deuteron. 3. dicitur, & Terra *Raphaim*.

Baſanicæ, aliàs Baniſæ, populi Thraciç Steph.

Baſanus, Sicãbrorũ rex, regnauit annis XXXVI.

Baſcath, nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ioſ. 5. appellatur, & Beſacath Lat. Maſſa, ſiue inflatio, aut in anguſtia, vel in effuſione.

Baſch ma, nomen loci, 1. Macch.

Baſemath, i. aromata, vel confuſio mortis, aut in deſolatione, ſiue in poſitione, aut in nominibus, altera vxor Eſau Gen. 26. Filia item Salomonis 3. Reg 4.

Baſera, vrbs Phœniciæ, Steph.

Baſilea, Rauracorum Auguſta, Germaniæ nobilis vrbs, ad Rhenum ſita, non procul ab Argentorato, vtramque Rheni complectitur ri-

Digitized by Google

pam, maiore Baſilea in littore Gallico, minore verò in Germanico ſita. Maior vallem occupat à Meridie verſus Septentrionem inter duos colles ad Rhenum deſinentes extenſam, fluuiolóque Byrſeca irrigatam: minor verò fundum habet planum. Liberrimo Baſilea recreatur aëre, ſolum habet fœcundum, ſcaturigines multorum fontium, concurſus multorum amnium. Pio II. inſtitutore celebri gaudet Academia, in Heluetici fœderis ſocietatem recepta eſt anno M.D.I. Vulgò *Baſel*. Gall. *Baſle*.

Baſilei, ſeu Baſilij Sarmatæ, prope Iapyges, & Vrgos, quorum pars maxima Nomades ſunt pauci agrorum colendorum ſtudio tenentur. Vtramque Iſtri ripam incolunt, Strab. lib. 7.

Baſileus, fluuius inſulæ Cypri, prorumpens in mare Syriacum.

Baſilia inſula Ponti in Oceano Septentrionali. Xenophon. Lampſacenus, à littore Scytharum tridui nauigatione, inſulam eſſe immenſæ magnitudinis Baltiam tradit, quam Pythias Baſiliam nominat. Plin. cap. 13. lib. 4. *Baltia* Timæo dicitur. Plinius *Baunomannam* vocat. *Scandia* & *Scandinauia*, Plinio etiam & Solino dicitur. Procopius ſub nomine *Thule*, ſed falsò deſcribit. Iornandes *Scanziam* etiam perperam vocat: huius incolæ *Suiones* apud Tacitum videntur, ſed non eſſe inſulam cognitum fuit, & ea eſſe creditur, quæ tria ampliſſima regna habet, nempe *Noruegiam*, *Suediam* & *Gothiam*, aliáſque regiones comprehendit. Et *Scandia* vel *Scandinauia*, *Sconen*, quæ huius eſt pars, facit Zieglerus. Idem pro Bannomanna, *Pannonia* apud Plinium legere mauult, & *Finlandiam* huius peninſulæ partem pro ea accipit. Suiones Taciti, Willichius *Suueden* interpretatur. Hanc Baſiliam peninſulam Mar. Nig. *Vergion* appellatam ſcribit.

Baſilicus, ſinus maris Ioniæ adiacentis eſt. Plin. lib. 5. cap 20.

Baſilidæ, Pomp. li. 2. populi Scythiæ Europææ, ab Hercule & Echidna originem ſumpſerunt.

Baſilides Alexandrinus Menandri diſcipulus, Adriani Imperatoris temporibus vixit. Docuit vnum eſſe Deum patrem, ex hoc natum eſſe νοῦν, ex hoc λόγον, ex hoc φρόνησιν, ex hoc σοφίαν καὶ δύναμιν. Ex his virtutes, principes & angelos primum condidiſſe cœlum. Ex hoc alios & alios ſubinde deriuatos, vſque dum 365. cœli fabricarentur. Docuit primogenitum patris νοῦν miſſum eſſe vt credentes ſibi in libertatem aſſereret, nec tamen crucifixum eſſe, ſed eius loco Simonem Cyrenenſem. Docuit animam ſolam ſeruari non corpus. Vide Irenæum lib. 1. cap. 23. lib. 2. cap. 21. & 66. & Epiphanium lib. 1. tom. 2. Inter cætera contendit confeſſionem in perſequutione eſſe ἀδιάφορον & negationem fidei non eſſe peccatum. Euſeb. lib. 4. cap. 8.

Baſilides, carnifex Potamianæ virginis, & martyris, quo pacto martyrium ob Chriſti fidem paſſus ipſius Potamianæ precibus, pro eo apud Dominũ fuſis. vide in verbo, POTAMIENA.

Baſilis, ciuitas Arcadiæ, Steph. & Pauſ.

Baſiliſcus, à ſorore Auguſta, quia Imperator aberat, in regali ſolio poſitus M. filium Cæſarem fecit. Rediens è Syria Zeno, ius ſuum repetens Baſiliſcum cum filio relegauit, qui Lemni fame conſumpti ſunt. Pompon. Procop. lib. 3. de bel. Vandal.

Baſilius Cæſarienſis, Gregorij Nazianzeni, & Ioannis Chryſoſtomi temporibus floruit. Is Cæſareæ Cappadocum præſul factus, miſſus eſt à Valente, qui Arianis fauebat, in exilium. Cui ille: Antequam, inquit, in exilium proficiſcar, tu ab incœpto deſiſtes. Itaque vna nocte, vxore Valentis maximis correpta doloribus, & filia inſuper paruula extincta, Valens miſit ad Baſilium, vt precibus ad Deum fuſis, ipſe ſaltem ſeruaretur. ex hiſtoria Ruffini.

Baſilius Ancyranus præſul, arte medicus, ſcripſit contra Marcellum de virginitate librum & nonnulla alia. Hic etiam imperante Conſtantino, Macedonianæ religionis cum Euſtathio Sebaſtiano princeps fuit. Hieronymus.

Baſilius, præſes Ciliciæ, ſub Anaſtaſio principe floruit, haud abſimilis primo & abſtinentia & vitæ inſtitutis: ſcripſit contra Archelaum quendam preſbyterum Colonienſem. Suid.

Baſilius, Aſiæ fluuius, intra Euphratem & Tigrin fluit. Strab. lib. 16.

Baſilius, Amaſiæ Ponti Epiſcopus, martyrio coronatus, anno CCCXXI.

Baſilius & Conſtantinus fratres, xv. Conſtant. Imperat. imperauerunt annis LIII. Syriam Imperatores populati ſunt: Cretem pulſis Sarracenis receperunt. Blond. lib. 3. decad. 3.

Baſilius Macedo, x. Conſtantinopoli Imperator, imperauit annis XVII.

Baſilius, conſul, Viuiani collega, ann. ab vrbe 1233.

Baſilius Iunior, cõſul ſolus, anno ab vrb. 1233.

Baſilius, vnus ex interfectoribus Cæſaris. Appian. & pyratæ nomen. Lucanus.

Baſilium videre ducem noua furta per æquor.

Baſiliopotamus, id eſt rex fluuiorum, quondam Eurotas vocatus, fluuius Laconicam regionem perfluens, inter Gythium Spartæ nauale & Acrias in mare effluit. Strabo lib. 8.

Baſinni, populi Arabiæ. Steph.

Baſtitani & Baſtuli, populi, à quibus Hiſpaniæ pars, quam Baſtitanorum ſeu Baſtulorum appellant. Strabo lib. 3.

Baſoropeda, regio Medorum, Armeniæ adiuncta, Strabo lib. 11.

Baſſæ,

y Google

Baſſæ, locus in Cotylio monte prope Phigaliam in Arcadia, vbi celebratur Epicurij Apollinis templum, nato inde cognomine, quod in peſt len i morbo tuliſſet opem. Cæl.li.19.cap.1. Vide Pauſan.

Baſſaréus, Bacchi cognomen, à ſpecie veſtiũ, quibus miniſtræ eius vtebantur in ſacris: quæ & Baſſarides nuncupatæ erant, Bocatius. Alij verò Baſſareum, à *βάζειν* vocant, quod clamare ſignificat. Horat.c.30.18. *Non ego te candido Baſſareu inuitum quatiam, &c.* Ea autem veſtis ad pedes fluebat. Stat. *Si deceat aurata Bacchum veſtigia palla Verrere.* Et à Baſſareo, Lydiæ loco cognominata eſt, vbi conficiebatur.

Baſſaris, Baſſarei, hoc eſt, Bacchi ſacrificula. Per.Sat.1. *Et ſectum vitulo caput ablatura ſuperbo Baſſaris.*

Baſſiana, Pãnoniç oppidũ. Ptol. hodie *Baſſega.*

Baſſianus, Syracuſanus, Romam ſtudiorum causâ miſſus, vbi Chriſtianus factus, Rauennam inſectante patre fugit. Inde Laudenſis præſul electus, ibidem nonagenarius deceſſit 14. Kalend. Februar. emicuit Ambroſij temporibus quem ægrotantem adiit, mortíque interfuit. Volater.

Baſſiânus, dictus eſt Marcus Aurelius Antoninus Caracalla ex aui materni nomine.

Baſſus poëta Epicus, Quintiliano, vehementi ingenio, quem ſenectute immaturum fata præuenêre, quemadmodum & Valerio Flacco contigit.

Baſſus, cui nomen Aufidio fuit, hiſtoricus, Quintiliani temporibus bellum Germanicum ſcripſit.

Cæſius Baſſus, lyricus, in præſidiis ſuis ardente Veſuuo, & latè vagantibus ignibus, cum villa ſua flagrauit, quem Quintil ſe vidiſſe ait.

Baſſus, & Sextius Niger, Romani de medicina Græcè ſcripſerunt. Volat.

Baſſus, martyr, ſub Decio clauis ferreis confixus. Volater.

Baſſus, conſul, Gentiani collega, ann. ab vrbe 563.

Baſſus, conſul, collega Æmiliani, ann. ab vrbe 1011.

Baſſus, conſul, collega Quintil. an. ab vrb. 1041.

Baſſus, conſul, collega Ablabij, anno ab vrbe 1083.

Baſſus, conſul, collega Philippi, anno ab vrbe 1161.

Baſſus, cõſul, collega Antiochi, an. ab vr. 1184.

Baſta, oppidum in Italia, non procul à promontorio, quod Acram Iapygiam vocant, Plin. lib.3.c.11.

Baſtanabus, portus Arabiæ, Stephan.

Baſtanæi, Arabiæ deſertæ gens, Ptol.

Baſtarnæ, Baſternæ, populi Europæ in Sarmatia intra terram ſunt Tyrigetis proximi, ferè ex Germanis originem ducentes, plures in vicos, nationéſque diuiſi. Nam *Atmoni* quidam dicuntur atque *Sidones*: qui verò Peucen Iſtri inſulam habitant, *Peucini*, *Rhoxani* verò magis ad Aquilonem ſpectant, inter Tanaim & Boryſthenem campeſtria paſcuntur. Strab.7. Stepha. Horum alij *Atmoni*, alij *Peucini*, *Sidones*, & *Roxolani*, vt vertit Xilander, vocantur: Strabo lib. 7. Peucini, quos quidam *Baſternos* vocant inquit Tacitus in ſua Germania.

Baſterbini, populi Salentinorum mediterranei in tertia regione Italiæ. Plin.li.3.c.11.

Baſterani, populi ſunt in Ægypto, quibus permutatio in more eſt numorum loco, Ægyptiorúmque ritu ægrotos producunt, vt à prætereuntibus quos eiuſmodi quidpiam infeſtarit, aliquid ſalutaris afferatur.

Baſtia, caſtrum in Italia munitiſſimum, prope Padum, vbi Iulius ſecundus Pontifex inſignem accepit cladem inopinato irruente Alphonſo Ferrariæ duce. Cæl. antiquit. lib.5.c.1.

Baſtitani, Ptol. ſunt Hiſpaniæ Tarraconenſis populi *Baſtitaniam* regionem nominat. Plin. *Vaſtetanos* per V. habet Liuius li.37. Hodie ſunt qui Baca incolunt.

Baſtuli, Bæticę Hiſpanię populi prope Turdulos, quorũ oppida ſunt, *Sexi*, *Abdera*, *Ilurgis*, *Obulcho*, quod & ab Hiſpanis *Vbida*. Itẽ mons Calpe circuitu quidẽ non magnus, cæterum adeò erectus, vt procul aſpicientibus, columnæ effigiẽ referat, Strabo li.3. Ptol li.2.c.5. Plin. lib.3 c.1. & 3. De his populis ſic Horatius Carm.2. Od.2.

Latius regnes auidum domando
Spiritum, quàm ſi Libyam remotis
Gadibus iungas & vterque Pœnus
Seruiat vni.

Quamquam Turnebus videatur alium ſenſum complecti.

Baſulij populi Libyæ.

Bata, Aſiæ vicus & portus, vbi Sinope vrbs Auſtrum verſus, huic oræ plurimum videtur opponi. Strab.lib.11. Ptol lib 5.cap.9.

Batala, antiquiſſimum Sidicinorum in Italia oppidum, cum aliis eorum oppidis à Liuio commemoratum.

Batalus, tibicen Libycus, Laſciua & vinolenta carmine complexus eſt, fecitque adagio locum batali ſimilis. Cælius ait hunc primum omniũ calceis fœmineis in ſcena vſum fuiſſe, artemq́; tibiarum omnino mollitie deprauaſſe, à quo fluxos & parum viros batalos vocant, tale fuit Demoſtheni cognomen.

Batâna, locus iuxta Euphratem. Stepha. vide AGBATANA apud eundem.

Baraneſara, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol. Baicadul Caſtaldo eſt.

Batanea, vel Batanea, vicus Syriæ. Steph.

Bataui, Germaniæ populi, Plin. Rhenum accolentes. Lucan. lib. 1.

Vangiones, Batauique truces, quos ære recurvo Stridentes acuere tubæ,

Hos auricomas Sylvius appellat. Populi inter Belgas. Nam Moſa flumen parte quadam ex Rheno recepta longè ferè ab Oceano LXXX. M. paſſuum, quæ appellatur *Vnalis*, Inſulam efficit Batauorum, in Oceanúmq; influit. Hi hodie (vt pleriſq; e placet) *Hollandi* nominantur, diœceſis Traiectenſis, propinqui Phryſiæ & ducatui Geldriæ, ac mari Oceano finitimi. A Cattis populi Tranſrhenanis, Cheruſcis, legiis Pannoniæ populis vltra Hercyniam ſyluam finitimis & Hermunduris orti dicuntur, & ſeditione domeſtica pulſi extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus, ſimulq; inſulam intra vada ſitam occupauere quam Oceanus à fronte. Rhenus amnis à tergo & per latera, circumfluit. Cæſar lib. 4. Comment. Cornel. Tacit. de ſitu Germaniæ. Omniũ harum gentium virtute præcipui Bataui, non multum à ripa inſulam Rheni colunt. Cattorum quondam populus ſeditione domeſtica in eas ſedes tranſgreſſus, in quibus pars Romani imperii fieret, manet honos, antiquæ ſocietatis inſigne. Nam nec conteruntur, nec publicanos atterit. Exempti oneribus & collationibus, & tantùm in vſum præliorum ſepoſiti, velut tela atque arma bello reſeruantur. Hæc ille. vulgò, *Le pays de Hollande.*

Batauia, Germaniæ inferioris regio ad oſtia Rheni poſita, quam Hollandiam hodie vocant Ptol. Tacit. Cæſar.

Batauodurum, Ptol. Batauorum oppidum ad Rhenum fluuium, inter Colonienſem & Traiectenſem vrbes Epiſcopales vltra Noueſium, in finibus ducatus Cliuenſis ſitum, cuius meminit Tacitus Annalium lib. 21. Creditur idem eſſe cum eo quod in agro Traiectano hodie Vicum appellatur.

Bate, pars tribus Ægeidis. Steph.

Batêa, filia Teucri Scamandri fluuij filij, vxor Dardani, Diodorus lib. 5. Vide Stephanum in DARDANO.

Bateni, populi ad Caucâſi montis iuga, non procul à Bactris. Plin. lib. 6 c. 16.

Baterata, vrbs Lygiorum. Steph.

Bathea Ponti, vocat Plin. Ponti Euxini locum immenſæ altitudinis. *Batana* videtur eum quoque appellare Ælianus lib. 3. c. 13. de animalibus, vt vertit Gyllius.

Batheus, Siciliæ fluuius apud Ptolemæum, *Iati* Fazello eſt.

Bathillus, adoleſcens Samius, ab Anacreonte poëta Teio dilectus. Horatius in Epodis. Ode. 14. *Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathillo Anacreonta Teium.* Hic Pantomimus fuit: vnde Iuuenalis.

Molli ſaltante Bathillo.

Alium præterea Theodontius enumerat, quem Phorei & marini monſtri, filium fuiſſe dicit. Item Bathillus poëta tragicus inſignis, in comœdiis non æquè felix.

Bathuel, id eſt, filiatio Dei, aut menſura Dei, vel deſertum Dei, filius Nachor ex Melcha. Geneſ. 22. Nomen ciuitatis tribus Simeon, 1. Par. 4.

Bathycles, vir quidam diues, ſed ſordidus ſibique viuens, vnde natum prouerbium Bathyclis calix, in eos qui diuites cùm ſint, ſibi tamẽ viuũt.

Bathycolpus, fluuius Europæus eſt ad Thracium Boſphorum à Turcis *Biutere*, quod magnum nemus & *Biutere* quod magnum fluuium ſignificat, nominatur. Gyllio teſte.

Batiæ, ciuitas eſt mediterranea Epiri. Strabo libro 7.

Batieia, Ili tumulus in Troade. Strab. lib. 3. ita dictus à Barœa quadam, vel ἀπὸ τῆς βάτου, id eſt, pabulo equorum: vel à batis, id eſt rubis. Steph. Strabo addit Myrinnæ Tumulum, à diis immortalibus vocari.

Batina, vel Bantina, oppidum Apuliæ. Horatius 1. Carminum: Ode 4.

ſa tú que Batinos & aruum

Pingue tenent humilis Ferenti.

Batuæ ciuitas Oſrhoënæ. Steph.

Bato, Sinopenſis, de rebus Perſicis ſcripſit. Strab.

Baton, Amphiarai auriga. Polyb.

Battachus, ſculptor, Plin. l. 36. c. 5. Nec Sauron atque Batrachum obliterari conuenit, qui fecere templa Octauiæ porticibus incluſa, natione & ipſi Lacones.

Battiades, Callimachus, à Batto patre. Ouid. in Ibin.

Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin.

Hoc ego deuoueo, téque tuóſque modo.

Battis, puella, quã Philetas poëta elegiographus ſuis carminib. celebrauit. Ouid. lib. 1. Triſt.

Nec tantum Coo Battis amata ſuo.

Battô, comicus, cuius fabulas refert Suidas.

Battus, Cyrenes in Africa conditor, quem Callimachus ait progenitorem ſuum fuiſſe. Strabo li. 17. Significat autem regem lingua Libyca, hic linguæ vſque adeò impeditæ fuit, vt verbum βαττολογεῖν ab eo originem traxerit.

Battus, paſtoris cuiuſdam Pylij nomen quem Mercurius in Indicem commutauit. Nam cum Apollo Admeti regis armenta paſceret, Mercurius boues quaſdam, quæ longiùs proceſſerant, furto abactas in ſylua occultauit, Battóque cuidam equarum cuſtodi, à quo vno viſus fuerat mandauit, ne cuipiam illud furtum indicaret: quod vt libentius faceret, vaccam pulcher-

chetrimam ei dono dedit. Mercurius verò abſens, vt hominis experiretur fidem, ſumpta alia figura, paulò poſt ad eum redit, rogans an vaccas quaſdam illac tranſeuntes vidiſſet, pollicénſque ſi indicaret, vaccam ſe illi cum tauro daturum. Battus itaque ſpe corruptus, ſub quo monte paſcerentur, indicauit: ob quam perfidiam Mercurius eum in lapidem, qui index dicitur, commutauit Ouid. 2. Metamorph.

At ſenior poſtquã eſt merces geminata ſub illu
Montibus, inquit, erunt: & erant ſub montibus illis.
Riſit Atliandes, & me mihi perfide prodis:
Me mihi prodis? ait, periuráque pectora vertit
In durum ſilicem, qui nunc quoque dicitur Index.

Hæc fabula docet fraude ſermonis ac periurio abſtinendum. Eſt item pictura inepti poëtæ & oratoris.

Battus, ineptus poëta, qui in carmine conficiendo eadem ſæpius repetebat, & ineptam iterum atque iterum occinebat cantilenam, inde Battologia, verborum redundantia, eiuſdémque rei vitioſa repetitio.

Batulum, Caſtellum Campaniæ, cuius incolæ Turno in auxilium venerunt aduerſus Æneam, Virg. lib. 7. Æneid.

Batum, flumen Italiæ, in agro Brutio prope Blandem vrbem Plin. lib. 3. cap 5.

Bauai, i. in luctu, vel in miſeria, nomen viri, 2. Eſd. 3.

Bauaria, ab Auaribus, Hunnorum reliquiis, qui Noricis expulſis in ea terra conſedere, adiecta B. littera appellatur. Boioaria etiam à Boiis Galliæ Ciſalpinę populis dicitur. Noricorum fuit olim, & Danubio inſigni fluuio ex Sueuia profluente irrigatur. Nulla Germaniæ prouincia pluribus cultioribúſque illuſtratur vrbibus. Priuſquam in prouinciam redigeretur, à proprio rege ad Arnulphi vſque imperatoris tempora adminiſtrata eſt, vt quidam ſcribunt: deinde duces habere cœpit, hodiéque retinet. Regio ipſa, præterquam vbi auſtralior eſt, non ſeritur. Nemoroſa multum eſt & montoſa. Sues glandibus ſyluestribúſque pomis, tanta copia nutrit, vt veluti Hungaria boues, ita hæc ſues cæteris Europæ nationibus largè ſuppeditet. Gens ipſa veſtitu vt plurimum flauo colore amicitur: ocreis libentiùs quàm caligis calciatur. Non eſt hodie deſerta, vt Strabonis tempore fuit, ſed cultiſſima: magnas & ſuperbas ciuitates habens & oppida nobiliſſima. Magna copia frumenti circa Ratiſbonam & Landſhutam. In ſuperiorem & inferiorem diuiditur. Superior ſubdita eſt Alpibus Auſtróque ideò magna ex parte ſterilis. Inferior eſt fertilior, crebriùs frequentiúſq; habitatur, & propter Danubium, Iſaram & Lauarum amnes, eſt vitium ferax. Munſter. Auentin.

Baubo, cùm Cererem hoſpitio ſuſcepiſſet, ei neſcio quam obtulit potionem, quam ipſa tota colliquata lachrymis ob filiorum mortem bibere nolens, reſpuit. Bauba iſtud moleſtè ferens, & non tantæ authoritatis deam eſſe putans, pudendum reuelauit, & ei nudum oſtendit: quo ſpectaculo dea delectata in gremium accepit poculum, Clem. Alex. Orat. ad gent.

Baucis, anus paupercula, Philemonis ſenis coniux, quos Iupiter in arbores commutauit. Ferunt enim, cùm Iupiter & Mercurius Phrygiam peragrarent, ſolos hoſce inuentos eſſe, qui deos hoſpitio dignarentur. Quare cùm Iupiter eã regionem ob inhoſpitalitatem, terræ hiatu perdere decreuiſſet, Philemonem & Baucidem monuit, ſi ſaluti eſſe vellent, ſeſe vt ſequerêtur: qui ſine mora deorũ veſtigia ſunt ſubſecuti. Cúmq; iam ad vicini montis culmẽ perueniſſent: fortè reſpiciẽtes ſubiectã oculis regionem, paludé hauſtam vidẽt, ſola ſua caſa excepta, quæ ipſis aſpicientibus in templum eſt transformata. Iuſſi deinde pro hoſpitij munere petere quod vellent, nihil aliud ſe optare reſponderunt, quàm vt noui templi ſacerdotio præficerentur, nec alter alterum ad ſepulturam efferret, ſed eodem temporis momento extremum vitæ finem clauderent. Quod cum illis Iupiter annuiſſet, ad ſua eos remiſit: vbi quod reliquum erat vitæ, in deorum miniſterio peregerunt: cúmque iam extremam ſenectutis metam attigiſſent, in arbores duas ſunt conuerſi, vt latiùs exequitur Ouid. lib. 8 Metam.

Sed pia Baucis anus, parilique ætati Philemon
Illa ſunt annis iuncti iuuenilibus, illa
Conſenuêre caſa, &c.

Fabula docet hoſpitalitatem Deo eſſe pergratam, & longæua vita compenſari.

Baudolinus, vates quidam vitæ ſanctitate conſpicuus: ſpiritu prophetico claruit regnante apud Longobardos Luithprando.

Bauius, & Mæuius, poëtæ duo ineptiſſimi & maleuoli, Auguſti & Virgilij ætate nulla alia re noti, quàm quòd clariſſimis ſuæ ætatis poëtis oblatrare non dubitarint: qua de cauſa optimi cuiuſque odium incurrerunt. Virg. 3. Ecl.

Qui Bauium nõ odit, amet tua carmina Mæui.

Baule (vel Bauli) villa inter promontorium Miſenum Baiarumque lacum, flexo mari alluitur, dicta quaſi Boauli. Seruius inde factam memorat, quòd olim Hercules iuxta Baias fecit caulam bobus, quas Geryoni eripuerat, & eam ſepſit, qui locus primò Boaulia dictus, & mox dici cœpit Bauli, Symmachus. Inde recẽs ętas Boaulia Baulos Nuncupat, &c.

Bauma, oppidum Æthiopici ſinus ex Africæ latere. Plin. lib. 6. c. 29.

Bautamites, i. Eligens aquas, aut eligens quid.

vii Paral. 11. qui 2. Reg. 2. dicitur Beromi.

Bautiſus: Ptolemæo Sericæ regionis in Aſia fluuius. *Oniam* enim interpretatur Mercator. At Græci Codices Bantes habent.

Bautica, fluuius eſt Galliæ Ciſalpinæ in Padum influens.

Bauto, conſul, collega Arcadij, anno ab vrbe 1138.

Bazacata, Indici maris Inſula, Ptol. *Baſſe* Caſtaldo.

Bazanis, Armeniæ vrbs, quæ prius *Leontopoles* dicta fuit, vt Euſtathius ait. Hanc poſtea *Iuſtinianopolim* à Iuſtiniano Imp. dictam annotauit Gulielmus Stukius.

Bázata, id eſt, contemptus, vel deprædatio, aut in oliua. Nomen eunuchi cuiuſpiam, Eſther 1.

Baziothia, i. contemptus, vel deſpectiones eius, ſiue prædæ eius, aut in oliua Domini, nomen ciuitatis in tribu Iuda, Ioſue 15.

B E

Beátrix, virgo Romana, cuius comes fuit Lucina, ambæ inſigni, erga ſanctorum martyrum, quæ in ſuis agris tumularunt corpora, pietate præditæ: quam ob rem à Diocletiano ob Fauſtinum ac Simplicium reconditos extremo ſupplicio mulctatæ.

Bebái, i. pupilla, ſiue concauus, aut vacuus, nomen viri, 1. Eſd. 2.

Bebiani, Ligures ſunt ita dicti in ſecunda regione Italiæ Plin. lib. 3. c. 12.

Bebius, mons eſt Campaniæ, ignem inſtar Ætnæ exhalans.

Bebius, delator inſignis, cognomento Maſſa, temporibus Veſpaſiani principis vixit. Iuuenalis Satyra 1.

—quem Maſſa timet, quē munerē palpat Carus.

Bebius Pamphilus, conſul Romanus cum P. Cornelio eo anno quo Numæ Pompilij libri in agro C. Petilij effoſſi ſunt. Valer. Max. lib. 1. c. 1.

Bebriacum, vicus eſt inter Cremonam & Veronam, apud quem Vitellius Othonem ſuperauit. Iuuenal. Satyr. 2.

Bebriaci in campo ſpolium affectare Palati.

Tacitus Annal. lib. 18. Hunc vicum Itali hodie *Labinta* vocant. Bedriacum alij legunt.

Bebriacenſes, aues à Bebriaco viro dictę ſunt, quòd eius pugnæ tempore, quæ apud Bebriacum inter Othonem & Vitellium commiſſa eſt primum in Italia apparuerunt. Plinius lib. 10. cap. 49.

Bébrices, Steph. vel Bebricij populi à Thracibus oriundi, qui eam partem Aſiæ incoluerunt, quæ poſtea Bithynia, & aliquando Mygdonia dicta eſt, vt eſt videre apud Strabonem lib. 7. & 12. Hos Arrianus originem à Bebryce traxiſſe vna filiarum Danai ſcribit, quæ vna cum Hypermneſtra præter iuſſa patris viro pepercit. Quare fugiens parentem, vnà cum viro in hæc loca peruenit, incoláſque ritus docuit Ægyptios: pro quibus meritis regionem ab eius nomine Bebryciam ferunt appellatam: quæ olim extendebatur vſque ad Epheſum & Magneſiam Ioniæ oppidum, vt ſcribit enarrator Apollonij, Charontem adducens authorem, qui dicit Lampſacenorum regionem olim Bebryciam appellatam. Stephanus Bebryces conſtituit iuxta Pontium in Aſia, & iuxta Iberos in Europa. Vide Lucanum lib. 6. & Silium lib. 3.

Bebrycia, Aſiæ regio, quæ poſtea Mygdonia, deinde Bithynia, à Bithynio rege appellata eſt.

Bebryx, rex fuit in montibus Pyrenæis, teſte Silio, quos etiam à Pyrene illius filia, nomen traxiſſe idem author eſt.

Becare, portus vtiliſſimus in Aſia, quo piper monoxilis lintribus imprimis inuehitur, Plin. lib. 6. c. 23.

Becbuc, nomen viri, 1. Eſd. 2. Lat. Laguncula, ſiue vacuitas.

Becher, filius Ephraim, Num. 26. Lat. primitiæ, aut in ariete.

Bechyres, gens Scythica, quæ cùm ad Italiam veniſſet cum Attila, vinúmque guſtaſſet, omnium bibaciſſima facta eſt. Steph.

Béchiri, populi, & Bechirica regio.

Béchis, vide Mexillis.

Béchor, filius Benjamin. Gen. 46. idem quod Becher, ſignificat.

Béchorath, filius Aphia, 1. Reg. 9. idem, numero plurali ſignificat.

Beda, Britannus, ob vitæ modeſtiam Venerabilis dictus, clarus ſub Ioanne ſexto Pontifice, cùm Sarraceni ex Africa ſoluentes, Hiſpaniam inuaſerunt: Græcè Latinéque eruditus ſcripſit in Vetus & Nouum Teſtamentum Fratres habuit Strabonem, vel Strabum, & Amyonem vel Haymonē, doctos etiā viros, quorum alter Homilias quaſdā non ineruditas, alter in Geneſim ſcripſit. Huius corpus Genuæ conditum eſt. Volater.

Bedirum, Ptole. interioris Libyæ vrbs. *Debris* Plinij eſt, Hermolao.

Beduini, Arabes, ac Sarraceni hæretici, nulla ratione, inerméſque in bellum ruebant, dicentes mortem vitiari non poſſe, fatóque omnia referentes, hircinis amicti pellibus, ſolem orientem adorabant. Volater.

Béel-meon, ſiue Baal-meon, nomen ciuitatis, Ezech. 25. 1. Paral. 5. Lat. idoli habitaculum.

Béel-phegor, nomen idoli Moabitarum Oſeæ 9. Num. 25. Deut. 4. quòd in monte Phegor colebatur: idem creditur cum Saturno, vt annotauit Cæl. Rhod. lib. 13. c. 23. Lat. apertura, ſiue hiatus. Alij Priapum eſſe volunt. Videantur Ebræorum commentaria & Seldenus de diis Syris.

Béel-ſephon, nomē loci, ſiue vrbs in Ægypto, Exod.

Exod.14.Num.35.Ioſephus li.2.c.13.Lat.idolum Aquilonis vel ſecreti.v.Arſinoe.

Béel-reem,nomen viri, 1.Eſd.4. Lat. idolum, ſiue poſſeſſor ſaporis,aut rationis vel eloquij.

Beel-zebub, nomen idoli Accaronitarum, 4. Reg 1. Luc.11. Aliàs Beelphegra, appellabatur à gentibus Priapus. Lat. idolum muſcæ.

Beéra,filius Ioel, 1.Paral.5.Lat.puteus,vel declaratio.

Bergios,vnus ex Neptuni filiis, quem Hercules vicit.

Beéri, Lat. explanans,vel puteus, vel in luce, ſiue in Leone, pater Iudith vxoris Eſau, Geneſ. 16. Pater item Oſeæ prophetæ,Oſeæ 1.

Béer-ramath, vrbs tribus Simeon. Ioſ.19.Lat. puteus vel declaratio celſitudinis, aut in luce excelſa.

Begialis, Ptol. in Myrtoo pelago Amorgi inſulæ vrbs. Pintiano videtur eadem eſſe *Ægilia* Plinij. At deceptus eſt hic Pintianus Myrtoi maris vocabulo, aliud enim Myrtoum pelagus Ptolemæo,apud Plinio cæteríſque eſt.

Begis,vrbs Trallianorum. Steph.

Begúai, nomen loci 2.Eſd.7. Lat. in corpore ſiue in gente.

Begúai, nomen viri, 1.Eſd.2.

Begui,nomen viri, 1.Eſd.8.

Bel, nomen idoli Babyloniorum,Iſa. 49.Lat. vetuſtus,aut nihil,ſiue defluens.

Bel, ſeu BELES, Apollo dictus eſt ab Aquileienſibus Italiæ, Herodian.lib.8.

Bela,filius Benjamin.Geneſ.41.Paral.7.8.Nu. 26. Nomen item vrbis, quæ alias *Segor*. Gen.14. Dicitur & *Soar*, & *Saliſſa*, teſte Hieronymo. Filius item Beor, rex Edom.Geneſ.36.Lat. deglutiens ſiue deſtruens.

Bela, Pannoniæ rex, regno per fratris cædem potitus bonus alioqui princeps,populos à multis vectigalibus immunes fecit. Primus Byzantios nummos, argenteámque monetam percuſſit. Deceſſit tandem equo lapſus, fractúſque membra poſt annos regni tres, ſepultus in cœnobio S.Seruatoris ab eo conſtituto. Volaterr.lib.8.

Bela,II. Vngariæ rex, Almi filius:quem Colomanus excæcauerat,& ipſe cęcus ſeruatus à Pannoniis in regnum, quod Stephanus ſine prole deceſſiſſet, duxit vxorem Helenam regis Seruiæ filiam, ex qua IIII. habuit filios, Geiſam, Ladiſlaum,Stephanum & Almum, qui in eos quorum conſilio pater excæcatus erat, crudeliter animaduertit. Borichum Colomani nothum, cum Polonorum & Ruthenorum manu regnum affectantem prælio vicit.Volaterr.Riti.

Bela,III.Vngariæ rex,Stephani filius,regnauit annis XVIII.

Bela,IIII.Vngariæ rex,Andreæ patris ſucceſſor, regnauit annis XXXV.

Bela,V.Vngariæ rex,regnauit annis III.

Belbina, Strab.lib.9. inſula, non procul à regione Anaphlyſtiorum, apud quos Panos templum eſt,& aliud Veneris Coliadis. Item Laconicæ oppidum in Peloponneſo, vt teſtatur Plutarchus in paralellis,apud Pauſaniam *Belmina*. apud Ptolemæum *Blemmina* & apud Suidam *Belymina* vocatur. Vide Steph.

Belea, vide Velia.

Beleaſtartus,Hyrami filius,Tyri rex,regnauit annis VII. legendum Deleaſtartus.

Beledônij, populi iuxta Oceanum. Steph.

Belitra,ciuitas Italię,nō procul à Roma.Step.

Beleus,fluuius in agro Tyriorum.

Belga, nomen viri, 1.Paral.24. 2.Eſd.2. Lat. refrigerium,vel ſolatium,aut vetuſtas vultus.

Belgæ,populi Galliæ Comatæ: Germanis proximi,inter Sequanam & Scaldem fluuios ſiti, in quindecim olim populos diuiſi. Plin. lib.4. cap. 17. Gallia omnis Comata vno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur: à Scalde ad Sequanam Belgica: ab eo ad Garumnam Celtica: eadémque Lugdunenſis: inde ad Pyrenei montis excurſum Aquitania. Horum plerique ortis à Germanis, Rhenum antiquitus tranſducti, Gallos inde expulerunt. Hi moribus,legibus,& ornatu,nunc ſunt valde culti,humani, & ſatis effœminati. In his ſunt metropoles Treuirenſis, Colonienſis, Moguntina,Rhemenſis cum earum ſuffraganeis intra Oceanum mare ac Rhenum, Matronam & Sequanam conſtitutis. Item Brabantia, Flandria, Hollandia, Geldriæ ac Phryſiæ pars, tota Picardia, Hannonia, Iuliacum, Virtutum Comitatus, ac Campaniæ maxima portio, Silua Arduenna vniuerſa, cum ſingulis ſibi adjacentibus,& ea incluſis populis ac locis: & plerique Principes, tum laici, tum Eccleſiaſtici, duces, Comites,ciuitatéſque, quarum multæ liberæ, ſuóque iure agentes, aliæ Francorum regi obtemperant. Quod ſupereſt, Imperatorias partes ſequitur. In his ſunt tres Cæſaris Electores: ſunt & Regni Francorum, quos Pares vocant fermè omnes. Imperator & Rex in Belgis coronatur, conſecratur & inungitur:alter Aquiſgrani,alter Rhemis Belgarum multis in locis Cæſar & Cornel. Tacitus meminerunt.

Belgica, locus apud Antonium inter Agrippinam,& Treuiros. *Ballingen* à Simlero nuncupatur.

Belgái,nomen viri, Nehem.10. idem ſignificat quod Belga.

Belgium, Belgarum oppidum, Cæſar.3. de bell. Gall. *Beauuais*. Dictum videtur Belgium pro Belgarum regione, vt apud Liuium Samnium Samnitum regione. Vide Glar. in Annot. in 6. Comm.Cæſ.

Belgia, Galliæ regio, à bellis, quibus fatigata eſt, dicta, inter Rhenum, & Sequanam ac Ligerim olim extenſa, nunc Flandriam & Picardiam ſolùm comprehendit, ab hac Eiſedæ Belgicæ Virgilio dictæ, quòd illic primùm inuentæ fuerint.

Belgites, populi Pannoniæ. Plin. lib. 3. c. 25.

Belial, quaſi apoſtata, & abſque iugo.

Belides, dæ, patronymicum maſc. quo ſignificatur filius, ſeu aliquis de genere Beli: vnde pro Palamede accipitur Nauplij filio, & Beli abnepote. Virg. 2. Æneid.

Fando aliquid ſi fortè tuas peruenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis, &c.

Beligius, Celtarum quondam rex, à quo Gallia Belgica per ſyncopen dicta fuit. pro Belligica, & populi Belgici pro Belligici appellati ſunt. Beroſ. lib. 5. & Ann. in comment. ibid.

Belion, flumen, ex Celtiberis & Vaccæis labens Callaicæ regioni irrigandæ percommodum. Strabo lib. 3.

Belippo, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ in conuentu Gaditano. Plin. lib. 3. c. 1.

Belis, huius Belidis patronymicum fœmininum, quo ſignificatur filia vel neptis Beli, vnde Belides dictæ ſunt quinquaginta filiæ Danai, Beli filij, quas cum Ægiſtus Danai frater totidem filiis ſuis peteret vxores, Danaus deſpondere recuſauit. Didicerat enim ex oraculo, ſe à genero interfectum iri. Sed poſtea coactus à fratre, promiſit ſe eius petitioni ſatisfacturum. In nuptiarum autem nocte filias ſubornauit, vt clàm ſe cultris armarent, & viros iam vino luxuriáque ſopitos iugularent. Virgines itaq; patri morem gerentes, captato tempore, necarunt viros, vnaquæque ſuum, excepta ſola Hypermneſtra, quæ Lynceo viro ſuo pepercit, qui poſtea occiſo Danao, regnum apud Argos inuaſit. Hæ & Danaides appellantur à patre Danao. Vnde Danaidum dolium prouerbio celebratur, pro barathro quodam inexplebili, & inſatiabilis cupiditatis homine. Finguntur enim à poëtis, Danai filiæ apud inferos eo ſupplicij genere perpetuò damnatæ eſſe, vt dolium quoddam pertuſum aqua conentur implere, vnde tantum effluat quantum illæ poſſint infundere. Ouid. Metamorph.

Moliriq́ue ſuis lethum patruelibus auſæ,
Aſſiduè repetunt, quas perdunt, Belides vndas.

Belides, quidam annos eſſe dixerunt, qui aſſiduis fructibus videntur nos velle locupletare ac ſaturare, cùm tamen tantundem abſumatur quantum producitur. Sic autem Lucretius lib. 3. id explicat:

Deinde animi ingratã naturam paſcere ſemper,
Atq; explere bonis rebus, ſatiareq́; nunquam.
Quod faciunt nobis annorum tempora circum
Cùm redeunt fœtuſq; ferunt, varióſq; lepores:
Nec tamen replemur vita fructibus vnquam.
Hoc, vt opinor, id eſt æuo florente puellas
Quòd memorãt latices pertuſũ congerere in vas,
Quod tamen expleri nulla ratione poteſtas.

Nonnulli arbitrati ſunt omnem mortalium vitam in hac fabula cõtineri cùm omnia quæ agimus fruſtra à nobis fiant in terris, cùm nulla humana roboris veſtigia diutiùs manere poſſint, ſed omnia rurſus cõfundãtur. Alij beneficia, quæ in ingratos homines conferuntur per hæc vana eſſe indicabant. His vrnis & huic dolio Plato in Gorgia aſſimilat animũ incontinentem, qui effuſis in omni intẽperantia libidinibus agitatur. Eiſdem perſimiles ſunt homines futiles qui, vt Parmeno Terentianus, ſunt pleni rimarũ, hácque & illac perfluunt. Ebrios quoque, in quos lepido admodum epigrammate doctiſſimus poëta luſit,

Belidas fingunt pertuſa in dolia vates
Mox effundendas fundere ſemper aquas.
Nomine mutato, narratur fabula de te,
Ebrie, qua metas qua ſine fine bibis.
Quinetiã hoc in te quadrat turba ebria, quòd ſint
Corpora quæ fuerant, dolia facta tibi.

Poteſt etiam fabula exponi de fiſco principis auari, quem omnes omnium ciuium fortunæ explere nequeunt.

Beliſarius, Iuſtiniani principis dux Græcus, Perſas in Oriente vicit: Vandalos in Africa, ducto in triumphum Gliſmere. Gotthos in Italia capto Vitige rege ſuperauit. Africam repetens Vandalos, bella renouantes, Reipublicæ ſubdidit, interfecto eorum rege Guntarit ſub pacis dolo. Victor Romam reuerſus, crucem auream, vbi res eius geſtæ, celatæ fuerant Petri Baſilicæ obtulit. Hic ob res fœliciter geſtas in affectati regni ſuſpicionem venit apud Iuſtinianum, à quo vterque ei oculus erutus fuit. Quare cùm principis ingratitudinem aliter vleiſci non poſſet, exiguum extra vrbem tuguriolum extruxit, vbi per reliquam vitam à prætereuntibus ſtipem emendicauit, illud identidem repetens: Da obolum Beliſario viator, quem inuidia, non culpa cæcauit Crinitus & Volater.

Belitani, iidem qui Luſitani. Steph.

Bella, læ, oppidum Campaniæ. Virg. lib. 7. Vide Abella.

Bellerophontes, tæ: ſeu Bellerophon, tis, fuit Glauci regis Ephyræ filius, cuius forma capta Stenobœa, Prœti Argiuorum regis vxor de ſtupro eum interpellauit, cúmque ſe præter opinionem repulſam videret, ægrè id ferens, innocentem hoſpitem apud virum detulit, tanquam ſibi vim inferre voluiſſet. Cuius delationi fidem adhibens Prœtus, cùm iniuriam eam maximè vitam cuperet, hoſpitij tamen iure motus, domi illum ſuæ interficere non ſuſtinuit, ſed in Lyciam ad Iobatem ſocerum cum codicillis

cillis miſit: qui cùm & ipſe tam ſtrenui adoleſcentis ſanguine domum ſuam non vellet polluere, aduerſus Solymos, quibuſcum bellum gerebat, modico cum præſidio miſit, ſperans futurum vt iuuenis, laudis cupidiſſimus, à gente ferociſſima facilè interficeretur. Verùm cùm & Solymos facilè viciſſet Bellerophontes, & aliis pleriſque periculis obiectus ſemper victor rediiſſet, poſtremò ad interimendam Chimæram miſſus eſt: quem etiam laborem, nactus Neptuni beneficio Pegaſum equum, ſumma cum laude ſuperauit. Quapropter Iobates iuuenis virtutem admiratus, alteram illi ex filiabus cum regni parte vxorem dedit: ex qua Iſandrum, Hippolochum, & Laodamiam ſuſcepit, vt libro vj. Iliados refert Homerus. Quod cùm audiuiſſet Stenobœa, ſibi ipſi mortem conſciuit. Bellerophontes autem fœlici rerum ſucceſſu elatus, cùm in cœlum euolare cum Pegaſo conaretur, immiſſo à Ioue œſtro, equo excuſſus eſt, deciditq; in eum campum, qui poſtea Alleius appellatus eſt. Pegaſus autem à Ioue inter ſidera eſt relatus. Hic primum Hippomenus dictus eſt, Bellerophôtes poſtea appellatus à Bellero quodam Corinthiorum principe, quem adhuc adoleſcentulus de medio ſuſtulit. Hom. libro ſexto Iliad. Hanc fabulam alij ad hiſtoriam, alij ad phyſicam, alij ad ethicam explicationem traduxerunt. Quæ ad hiſtoriam ſpectant, ea per ſe patent, niſi quòd Pegaſus nauis fuerat ita dicta, ἀπὸ τοῦ πηγνύναι, à compingendo ſcilicet. Fuerunt qui Bellerophontem, nihil aliud eſſe putauerint, quam humorem motu ſolis eleuatum: quoniam aëre vi ſolis agitato pars grauior ſublata paulò pòſt rurſus deorſum demittitur, atque cogitur, quæ cùm feratur deorſum & coaguletur, pegaſus dictus fuit. Cùm verò pars ſubtilior ad regionem ignis feratur, ſic illa pars craſſior dicta fuit à Ioue deorſum detruſa fuiſſe: Atque cùm Pegaſo ex aqua, ob motum cœli diurnum, ſublato, Aurora oriatur, dies dictus eſt, vt ſenſui magis patet, at non Bellerophon, à Pegaſo equo portari. Alij generationem elementorum, cùm alia ſurſum, alia deorſum ferantur, vt leuia ſunt, aut grauia, per hæc ſignificari maluerunt. Alij vitæ humanæ rationem propè omnem ſub hac fabula contineri tradiderunt: nam neque aduerſis rebus nimis triſtari, neque proſperis & fœlicibus nimis gloriari, aut extolli conuenit, quoniam horum omnium denique moderatorem Deum eſſe experimur, Is enim pro ſua ſingulari clementia & calamitatibus iniquè circumuentus adiuuat: quod accidit, dum calamitoſus eſſet, Bellerophonti: & nimis elatos animos deprimit, quare præceps idem poſtea dicitur de cœlo detruſus. Alij malint Chimeram fuiſſe Lyciorum ducem rei bellicæ peritiſſimũ, ſed immani crudelitate, qui cùm piraticã exerceret, veheretur; in naui, cuius prora leonem, puppis draconem haberet, in medio capra eſſet depicta, quem inſecutus Bellerophon cum citiſſima ac expeditiſſima naui longa, Pegaſo vocata, interemit: quare datus eſt locus fabulæ, vt ait Plut. in claris mulieribus. At Lucianus in Aſtrologia ſenſit animũ Bellerophontis ad ſublimiũ rerum ſpeculationem elatum, equum fuiſſe creditum alatum, atq; ita rẽ fabulis inuolutam. Alij ad aſtronomicas rationes hęc ipſa quæ de Phyſicis dicta ſunt, tranſtulerunt, eaq; fieri inquiunt pro viribus aſtrorum, quas cùm prior Bellerophon deprehendiſſet, dictus eſt in cœlum aſcẽdiſſe. Alij dixerunt Bellerophontem à Pegaſo alato vectam Chimeram interemiſſe, quia is celerem prior inuenit & frænum, vt ait Pindari interpres, ſicuti Bigarum inuẽtor fuit Caſtor, quadrigas Erichtonius Athenienſis inuenit. Dictus eſt is equus alatus, vt voluerunt quidam, nauigium cùm ille prior omniũ inuenerit nauigare claſſe, atq; ordinem claſſis inſtruendæ cum vela & remi alæ ſint nauigiorum. Hic igitur nauali prælio Solymis populis bellicoſis ſuperatis, quos Leonibus ſimiles dixerunt poëtæ. Amazonibus arma intulit, quas per loca difficilia & montoſa peragrantes capras vocarũt. Inſidias porrò quas Iobates è lectiſſimis iuuenibus illi parauerat redeunti, caudam ſerpentis vocarunt.

Bellerophontes, omnium primus equo vehi docuiſſe fertur: Plin. lib. 7. vnde Horat.

Et exemplum graue præbet ales
Pegaſus terrenum equitem grauatus
Bellerophontem.

Bellerus, Corinthiorum dux, à quo interfecto, Bellerophontes dictus eſt, qui ante Hipponomus: Cæl. Rhod. lib. 13. c. 9.

Bellethani populi Edetaniæ regionis citerioris Hiſpaniæ ad Iberum fluuium: Plin. lib. 3. c. 3.

Bellienus, Romanus quidam, cuius domus in funere C. Cæſaris deflagrauit: Cicer. 2. Philip.

Bellinus, Patauij Epiſcopus fuit, qui quum pulſus eſſet Patauio graſſantibus nobilium pleriſque, quòd ſeuerius ſanctiúſque quàm ab illis probari poſſet, epiſcopum ageret, in quoddam paluſtre ſolum, quindecim millibus paſſuum Rhodigio diſtans, diuertit Cæl. Antiq. li. 17. c. 18.

Bello, vrbs Hiſpaniæ citerioris ad Beſipponem portum. Plin. vulgò vocatur *Tariffa*.

Bellocaſſi, populi inter Celtas, proximi Lexobiis, quos vulgus Baiocenſes nominat. Eorum ciuitas eſt epiſcopalis, in prouincia Rotomagenſi, Ducatu Normandiæ, & regno Francorum ſita: Gall. *Beyeux*.

[illegible] oppidum, quod eſt Taurinum, [illegible] ad confluentes Saum Danubiúmque ſitum. [illegible] loco Mant[illegible]

paucis Chriſtianis fugatus, cæſus, caſtriſque, exutus eſt: Platina Gall. *Balgrade*, vulgò *Griechiſch Vveiſſemburg*.

Bellóna, belli dea, & Martis ſoror. Vocatur etiam Enyo & Pallas: Virg. lib. 9. Æneid.

Quã propè ſanguineo ſequitur Bellona flagello.

Huic proprio ſanguine Sacerdotes ſacrificabãt. Ante Bellonæ templum columna erat, quæ Bellica dicebatur, ſuper quam haſtam iaciebat Fæcialis bellum indicens, vt poſt Feſtum annotauit Alexander ab Alexandro, lib. 3. c. 12. Ab antiquis dicta eſt Bellona à Duello quod illi ipſi bellum appellabant.

Bellonarij, ſacerdotes Bellonæ, qui lacertos humeróſque ſuos concidebant. Sanguine ſuo bello ſacrificantes: Acron.

Bellouaci, populi Galliæ inter Belgas, olim belli gloria eximij, quos Cæſar eorum duce interfecto, in poteſtatem accepit, eorum oppidum Bellouacum dicitur: Gall. *Beauuais*.

Bellonilla, Galliæ regio, Anglis olim data, Rober. lib. 9. Æmil. lib. 7. Polyb. lib. 19.

Belma, nomen loci: Iudith 7.

Belochus, IX. tertiæ Aſſyriorum Dynaſtiæ rex. regnauit annis XXXV. Euſeb. & African. ex Manethone Ægyptio.

Belochus iunior XIX. tertiæ Aſſyriorum in Oriente dynaſtiæ rex, regnauit annis XXV. ab Hebræis, vt Sacræ teſtantur literæ Cuſaa Reſchataim dictus, à Ioſepho Chuſartus, huius filia Atoſſa regnauit cum patre annis VII.

Belon, vrbis & fluuij nomen in Hiſpania Bætica, apud Strabonem lib. 3.

Beltan, nomen viri: 1. Eſd. 2. Lat. in lingua aut in detractione, ſiue vetuſtas dẽtis, aut vetus ebur.

Belſinum, Celtiberorum vrbs in Hiſpania Tarraconenſi. *Bergia* Villanou. *Belisco* Coquo

Bellunum, Venetorum oppidum eſt, in Italia *Belluno* Leandro & Nigro *Via Belsio* Antonino, vt putat Simlerus.

Belus, fluuius Syriæ, ſeu Phœniciæ vbi primò compertum fuiſſe vitrum Plinius ſcribit lib. 6. Ioſeph. lib. 2. belli Iudaici, ſtadiis ait duobus à Ptolemaide Belum diſtare, iuxta quem ſepulchrum Memnonis, & vitrea in rotunda valle arena, quam venti ex circumdatis iugis conuehunt, inexhauſta ſeculis vi, ſed ante omnia mirabili natura mutandi alia quoque in vitrum, quæ attigerit metalla. E palude Cendeuia profluit. Hunc Pagidam quoque vocari Plinius ait, vide SELEVCOBELVS

Belus, rex fuit Aſſyriorum, & pater Nini, à Sole ita dictus, qui Aſſyriorum lingua Bel dicitur. Huic vita functo templum erexerunt Babylonij, diuiniſq; eum honoribus ſunt proſequuti.

Belus, Iupiter dictus eſt, Saturni, hoc eſt Nimbroti filius fuiſſe fertur, regnauit annis LV. Deorum idololatrarum primus, aſtronomiæ inuentor. Eam ob rem ei lapillum dicarunt pretioſum, quem Beli oculum vocitarunt, quémque D. Cyrillus Arbellum nominat, ex hominibus primus, pro deo habitus fuit. Iſte námque Belus primùm Chaldæos inſtituit ſacerdotes, ait Diod. Sicul. lib. 3. Antiq. fuit pater Nini, quem eius vxor Semiramis cùm Zoroaſtrem Bactrianorum regem viciſſet, gloria & ſuperbia nimis effera & elata in deorum numerum referri voluit, vt ait Diuus Hieronym. li. 2. in Oſ. Hunc autem Sidonij & Phœnices Baal vocarunt, vel Beelſemen, id eſt, cœli dominum, vt ſcribit Euſeb. lib. 1. cap. 7. Præp. Euang. Priápúmque nominarunt, deum nemorum & hortorum, quem Moabitæ Beel-phegor nuncuparunt. Quare Ninus eius Beli filius in patris memoriam ſtatuam erigi iuſſit, quam tandem aliquando Babylonij diuinis coluerunt honoribus, ſacrificiis honorarunt: in eóque idolo dæmon abſconſus reſponſa dabat: Iſidor. lib. 8. & Theophil. in Oſ. ſunt qui à Belo Ægyptio qui primus ei templum erexit, appellatum velint. In eo templo puluinar erat, ad quod confugientes tuti erant: Palæph.

Belus, cognomento Priſcus, Enaphi, vel (vt alij malunt) Neptuni & Libyes filius, cui Iſis poſt Apidis mortem nupſit regnante Athenis Cecrope. Huius filij fuerunt Danaus & Ægyptus, à cuius etiam nomine quinquaginta Danai filiæ Belidæ appellatæ ſunt, vt paulò antè oſtendimus ſuo loco.

Belus, Phœnices rex: & pater Didûs, vir militaris rei peritiſſimus, qui Cyprios Phœnicum littus piratica infeſtantes, magna cum illorum clade ſubegit, vt eſt apud Virgil. lib. 1. Æneid.

—Genitor tum Belus opimam
Vaſtabat Cyprum, &c.

Idem dicebatur Metres.

Belus, vel Melus, vrbs iuxta Herculis columnas. Lege plura in Stephano.

Bemarchius Cæſarienſis Cappadociæ ſophiſta, ſcripſit res geſtas Conſtantini Principis libris decem: præterea declamationes quaſdam & Orationes: Suidas.

Bémbina, vel Bembine Stephano, vicus Nemææ, vnde Nemæus leo à Poetis Bembinatis bellua dicebatur.

Bembinádia, Plin. lib. 4. c. 6. regionis Nemææ in Arcadia cognomen: Hermolaus. Legendum eſt Bembinadia. Fuit enim (inquit) vicus Bémbina, vnde Nemeus leo à poetis Bembinices dictus eſt.

Ben, vir, 1. Paral. 15. Lat. filius, vel ædificans, aut intelligens.

Ben-Sirach, ſententiarum moralium Hebræus

bræus author vetuſtiſſimus, qui à Iudæis Ieremiæ prophetæ creditur fuiſſe nepos. Conrad. Geſn. in biblioth.

Bena, vide Benna.

Benacus, Plin. Benacus Ptolemæo. Italiæ lacus in Lombardia Tranſpadana. *Lago di garda* Italicè, Garoſee Germanicè hodie nominatur, vt referunt Leander & Scudus. Leander quoque Benacum vrbem (vnde Lacui nomen) hoc tractu olim fuiſſe refert: cuius hodie veſtigia cernuntur in pago *Tuſculano* vulgò dicto. Benacenſium meminit quædam antiqua inſcriptio in orthographia Aldi. Fuit autem non procul à Brixia Venetorum oppido, aureas arenas voluens, & ex eis nutriens piſces, quos indigenæ Carpiones vocant, nuſquam alibi repertos. Ex hoc Mintius fluuius excurrit in Padum. Situs Benaci eſt in agro Veronenſi, inter arctas montium fauces, adeò vt inter illos impetu coacti venti, lacum more maris exagitent, Virg. libr. Georg. 2.

Fluctibus & fremitu aſſurgens, Benace, marino.

Ben-abinadab, vnus præfectorum annonæ Salomonis, 3. Reg. 4. Lat. filius patris ſpontanei, aut filius patris vouentis, vel principis.

Ben-adad, i. rex Syriæ. Reg. 15. Ierem. 49. Filius Tabremo, 3. Reg. 15. 2. Paral. 16. Lat. filius ſonitus, aut clamoris, vel dilecti, vel patrui, vel mamillæ.

Bencay, oppidum ab Alphonſo Caſtellæ rege captum. Volater. lib. 2.

Ben-decar, i. filius compunctionis aut transfixionis, præfectus annonæ domus Salomonis in Macces, 2. Reg. 4.

Bendia, ſiue Bendea, Diana apud Thraces dicta eſt. Paleph. lib. 2.

Bendida, ſacra apud Thraces, ex quibus Orphica originem ſumpſere, Strabo. Cæl. Rhodig. lib. 18. cap. 23.

Bendis, lingua Thracum Diana appellatur vnde Bendidiæ eius feriæ Athenis vocabantur. Nam eius ſacra è Thracia aſcita Athenienſes receperant, illiſque feriis diſſeruit in Pireo de optimo reipublicæ ſtatu Socrates, vt à Platone refertur.

Bene, vrbs Cretæ ſub Gortyne. Steph.

Benedictus, patria Nurſinus, primò Sublacum ſeceſſit, vbi ordinem monachorum inſtituit in Italia, quem antea Baſilius in Oriente conſtituerat. Deinde cùm à frequentibus adiretur, vitandæ gloriæ gratia Caſſinum venit, vbi templum Apollinis Ioanni Baptiſtæ dedicauit, ad quem Totilas, rex Gothorum experiundi vaticinij gratia dicitur incognitus veniſſe ſeruo præmiſſo cultu regio, ab eóque patefactus fuiſſe. Deceſſit Caſſini, vbi & ſepultus eſt cum Scholaſtica ſorore, imperante Iuſtino ſeniore. Fuit & alter eiuſdem nominis eodem ferè tempore à Gregorio tertio memoratus in dialogo. Viuebat monachus in Latio, XL. ab vrbe lapide.

D. Benedictus Caſſini ſibi ſedem ſtatuit, ſparſóſque & ſoliuagos ad id tempus monachos in vnum contraxit cœnobium, mores & vitam tribus munita votis, quæ prius non fuerant, quàm D. Baſilius cum certa viuendi formula conſtituiſſet in Oriente, inſtituit parum vulgatæ obſeruationis. Hæc familia procedente tempore creuit in immenſum, abiitq; in plures familias, videlicet, Cluniacenſes, Camalduenſes, i. Vallisumbrenſes, Montoliuetenſes, Grandimontenſes, Syluestrenſes qui Humiliatorum cognomen ferunt, Cœleſtinos, Sanctæ Iuſtinæ, & Eremitanos diui Hieronymi Polydor. Vergil. lib. 7. c. 7. de rerum inuentione.

Beneuentum, oppidum eſt Hirpinorum. Diomedis opus, antea Maleuentum appellatum donec colonia eò à Romanis deducta boni ominis gratia Beneuentum vocari cœpit. De hac Horatius 1. Serm. Sat. 5.

Tendimus hinc recta Beneuentum, vbi ſedulus hoſpes, &c.

Plin. lib. 5. c. 11.

Benjamin, Eremita ſenior, valde clarus habebatur, dono Dei potitus, vt ſine medicamine, tactu manus, aut olei oratione facta, ſanaret ægrotos. Hunc ferunt in hydropem incidiſſe, ac tantum eius corpus intumuiſſe, vt non poſſet per cellæ ſuæ, in qua habitabat, ianuas efferri, niſi ianuæ cum tabulis ante poſitis, ſublatæ fuiſſent. Is ergo ægrotationis ſuæ tempore, penè octo menſibus ante mortem, in ſella latiſſima ſedens, curabat ſolenniter ægrotantes, non grauiter ferens, quod ſuæ ægritudini non prodeſſet: ſed etiam ſe videntes conſolabatur, ac deprecabatur, vt rogarent Deum pro anima ipſius, ac de corpore non curarent, quia etiam cum ſanum, inquit, eſſet, nihil profuit mihi, Sozomen lib. 8. cap. 1. hiſt. trip.

Benignus, primus Diuionenſis Epiſcopus, Diuione martyrium paſſus, & ſepultus. Gregor. Turon. lib. 1. c. 51. de mira.

Benis, vide Nebis.

Benna, vel Bena, vel Bæna, vrbs Thraciæ, vnde Bennicus ſinus, Steph. Apud eandem Benna, vnus eſt ex Senatoriis ordinibus Epheſi, cuius ſenatores Bennij.

Bene-jaacan, i. filij tribulationis vel laboris, aut ædificatores tribulationis vel laboris, aut intelligentes laborem vel tribulationem, nomen loci, in quo caſtrametati ſunt filij Iſrael profecti de Moſeroth. Num. 33.

Benennomi, filius diuitiarum ſuarum, aut filius decipientis, vel contriſtantis eos, nomen vallis in tribu Benjamin, quæ aliàs Tophet dicitur, 2. Paral. 28. 33.

Ben-gáber, nomen præfecti annonæ Salomonis in Ramoth Galaad, 3. Reg. 4. Lat. filius viri, vel robuſti.

Ben hail, filius fortitudinis vel exercitus, vel filius diuitiarum, aut antemuralis ſiue doloris, nomen viri, 2 Paral. 17.

Ben-heſed, nomen præfecti annonæ Salomonis in Aruboth. 3. Reg. 4 Lat. filius miſericordię, vel opprobrij.

Ben-hur, præfectus annonæ Salomonis in monte Ephraim, 3. Reg. 4. Lat. filius libertatis, vel foraminis aut albedinis.

Ben-jamin, filius duodecimus Iacob ex Rachel vxore, ab ipſa matre Ben-oni vocatus. Gen. 35 Eſt & nomen tribus, 3 Reg. 4. filius dexteræ.

Ben-jamin, VI. Hieruſalē Epiſcopus, anno CX.

Benlauni, Vindeliciæ populi ſunt. Ptolom. Hodie in hoc tractu eſt Wallheim oppidum.

Ben-merodach, VIII. Babyloniorum rex, regnauit annis XXI.

Bennauenta, Britannicæ inſulæ vrbs eſt Antonino: quam Lelandus æſtimat *Northeauondune* vocari.

Benni, nomen viri, 2. Eſdr. 2. Lat. filius meus: aut intelligentia mea, ſiue ædificatio mea.

Benno, nomen viri 1. Par. 24 Lat. filius eius, aut ædificatio, vel intelligentia eius.

Bennoi nomen viri, 1. Eſdr. 8. Lat. ædificatio, aut filiatio, ſiue in habitaculo meo, aut in pulchritudine.

Bénnui, nomen viri, 1. Eſdr. 10. idem ſignificat quod Bennoi.

Benoth, nomen idoli Babyloniorum, 4. Regum 17. capite. Lat. filiæ, ſeu intelligentiæ, vel ædificationes.

Ben zoheth filius Ieſi, 1. Paral. 4 Lat. filius ſeparationis, aut filius iſtius formidinis vel contritionis.

Beon, ciuitas Amorrhæorum vltra Iordanem, Num. 32. Lat. in afflictione, vel in reſponſione, aut in cantico, vel ſcrutatio earum, aut Syriacè deprecatio.

Beor, pater Bela regis Edom Gen. 36. Pater item Balaam arioli, Num. 22. Lat. incendium, vel expugnatio, aut inſipiēs, vel iumentū, vel paſtus.

Bepyrus vrbs, ponitur à Gerardo Mercatore ad Orientalem fluminis Gangis portum, hodiéque *Biuprue* dici addit.

Bera, nomen loci, Iudic. 9. Filius Supha filij Helem. 1. Paral. 7. Lat. puteus, ſiue explanatio, vel declaratio, aut in luce eius.

Berabæ, Indiæ extra Gangem oppidum, Ptolem.

Berabonna, Indiæ extra Gangem emporium, Ptolem.

Berambe, Babyloniæ vrbs. Ptol.

Berbeſcula, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, in conuentu Gaditano. Plin. lib. 3. cap. 1.

Berbicæ, populi ſunt, qui certam ætatis metam tranſgreſſos periment, viroſque immolant præfocatis mulieribus. Ælian. lib. 4. variæ hiſt.

Berbis, Pannoniæ inferioris oppidum. Ptol.

Bercerelius mons Macedoniæ. Ptol.

Bercorcates, populi Galliæ Aquitanicæ. Plin. lib. 4. cap. 19.

Bercos, i. filius conciſionis, vel ſeparationis, nomen viri, 1. Eſd. 2.

Berea, nomen vrbis. 1. Machab. 9.

Bere, Arabiæ deſertæ vrbs, & Indiæ extra Gangem. Ptol.

Berecyntes, natio inter Phrygas. Strabo lib. 10.

Berecynthia, mater deûm, dicta à monte Phrygiæ Berecyntho. Virg. Æneid. 9.

Ipſa deûm fertur genetrix Berecynthia, &c.

quo in loco Seruius de aſpiratione diſceptat.

Berecynthius, mons Phrygiæ, & nomen oppidi, in quo mater deûm Cybele priſcorum ritu colebatur. Plin. lib. 16. Steph.

Berengária, Ricardi Anglorum regis vxor, filia Garſiæ. Nauarræ regis, Polyd. libro decimoquarto.

Berengárius, Foroiulienſis dux imperator ab Italis creatus, Blond lib. 2. Decad. 2. Luithpr. lib. 1. cap. 6.

Berengárius, à Vidone victus, ad Germanorum imperatorem conceſſit.

Berenice, vide Beronice.

Berenice, aliis Beronice, ciuitas à Pyrrho iuniore condita: altera à Philadelpho Ptolemæo: tertia in Troglodyta: quarta, quæ priùs dicebatur Chius: quinta, in Cilicia: ſexta, quæ priùs Heſperis. Dicta eſt autem Berenice, à Ptolemæi Lagi vxore. Eſt & alia circa Syriam, quam Pellam vocant. Steph.

Berenicidæ, pars tribus Ptolemaidis, Stephanus.

Berenicis cidis tractus Africæ Cyrenaicæ, qui eſt circa Berenicem vrbem. Lucanus libro nono.

—nam quidquid puluere ſicco
Separat ardentem tepida Berenicida Lepti,
Ignorat frondes.

Berentheates, Arcadiæ amnis, qui in Alphæum effunditur in eiuſdem ripa eſt Berenthe oppidum. Pauſan.

Beres, vrbs Thraciæ, à Berete filio Macedonis. Steph. vide Mieza apud Steph.

Berethis, Æthiopiæ vicus, circa Nili plagam Orientalem. Ptol.

Beretra, Prægutiorum in Italia vrbs. *Celins.* Niger appellat. Ptol.

Berex, gens intra Indiam & Æthiopiam. Stephanus.

Bergamon, Italiæ oppidum, ab Arnolpho imperatore.

Digitized by Google

peratore captum Luithpran.ca.27. Blondus lib. 2.Bergomum : Ptolem.

Berge, vrbs aut vicus Thraciæ, ex qua natus eſt Antiphanes Comicus : vnde prouerbium *βεργαΐζειν*, pro, Nihil veri dicere : Steph.

Bergepolis, vrbs Abderitarum : Steph.

Bergidum, vrbs Hiſpaniæ : Ptol.

Bergintrum & Bergnitrum : Anton. hodie eſt Cœnobium. D. Bernardo ſacrum, idq; in ſummo vertice Graiarum Alpium, vt prodit Simlerus.

Bergion & Albion, fratres gigantes, & filij Neptuni, qui cùm Herculi Rhodani oſtia traiicere paranti vi obſiſterent, à Ioue imbre lapideo ſunt interempti : Pompon. Mela. lib. 2. Vide ALBION.

Bergiſtani, Hiſpaniæ populi : Liuio.

Bergium, Germaniæ vrbs : Ptol.

Bergomum, oppidum Italiæ Tranſpadanæ, quæ regio eſt XI. vulgò *Bergamo*, cuius incolæ Bergomates : Plin. lib. 1. cap 13.

Bergula, Thraciæ vrbs Ptolemæo, *Βεργύλαι* Cedreno, qui illud quoque *Arcadiopolin* nominatam tradit. *Berias* hodie Mercatori.

Berguſia, Ilergetum vrbs : Ptolem. in Hiſpania Tarraconenſi, in Pyrenæis eſt, & *Petrus* hodie dicitur, auctoribus Varrerio & Beuthero, *Barguſios* populos habent Liuius & Stephanus. Eſt & vrbs in Gallia Narbonenſi. Antonini itinerar.

Beri, i. filius meus, ſiue purus, vel electus, aut frumentum meum, filius Supha, filij Helem : 1. Paral.

Beria, filius Aſſer filij Iacob : Geneſ. 46. qui 1. Paral. 7. Baria dicitur. Filius item Ephraim : 1. Paral. 7. Lat. in malo, ſiue in clamore, aut in vlulatione, vel in paſtu.

Beriades, Indorum rex, bellum aduerſus Dionyſium geſſit : Steph.

Berillus, Boſtrenæ vrbis Arabiæ præſul, cùm plura rectè pro religione ſcripſiſſet, ad extremum omnia corrupit peregrina quædam adducens. Quare præſules non pauci conuenere diſceptationis gratia. Inter quos Origenes ita errorem eius confutauit, vt redire eum ad ſanitatem compulerit : Euſeb. lib. 6.

Berinſona, vel Belincionis caſtrum, vt Leander ex Diacono ſcribit, Bonauentura Caſtilioneus *Billinzona & Bilitionis* caſtrum vocat, oppidulum Lombardiæ Tranſpadanæ, quod hodie *Belinzona* appellant. Niger putat *Axima*, Ptolemæi in Centronibus eſſe.

Beripara, Thraciæ oppidum : Procop.

Beris, mons eſt in Armenia, in cuius vertice quidam falsò arbitrati ſunt veteres multos tempore diluuij ſaluatos, ibique Noë arcam applicuiſſe : Bocat.

Beris, Cappadociæ fluuius : Appian. in Periplo.

Berith, i. pactum, ſiue fœdus, nomen idoli Sichemorum : Iudic. 9.

Berithrus, Troica vrbs, apud Steph.

Bermius, mons eſt Theſſaliæ : Plin. li. 4. ca. 8. & Phrygiæ: Strabo, & Pelaſgiotarum, Ptolemæo.

Bernice, nomen mulieris : Actor. Ap. 25.

Berna ciuitas Heluetiorum celeberrima, vbi Iacobitæ quatuor D. Virginem Mariam cum originali peccato fuiſſe conceptam contra Franciſcanos contendebant : qua de re Munſt. lib. 3. Coſmograph. his ſcripſit verbis : Orta eſt, inquit, anno Chriſti 1509. magna contentio inter duos mendicantium ordines, Minorum ſcilicet, & Prædicatorum, propter conceptionem glorioſę virginis matris Chriſti. Minores prædicabant eam fuiſſe præuentam Spiritus ſancti gratia, vt etiam nunquam, vel vno quidem momento originali labi ſubiacuerit : contra verò docebant Prædicatores, eam conceptam more reliquorum filiorum Adam. atque hoc priuilegium, concipi ſine peccato, ſoli Chriſto reſeruatum : tametſi hæc ſacroſancta virgo fuerit futura Chriſti mater, in vtero ſanctificata, haud ſecus, quàm D. Iohannes Baptiſta, & alij quidam, vt Ieremias propheta, ſingulari priuilegio ſanctificati antequam nati ſint. Hanc enim opinionem contendebant Prædicatores probare ſcripturis & rationibus. Poſtea cœperunt eandem opinionem fictis quibuſdam miraculis, & rationibus à ſe excogitatis coram vulgo probare. Sed falſi ſunt miſeri homines, mentitaq; eſt iniquitas ſibi: nam ſimplex quidam frater laicus, quem dementare, & ſuis præſtigiis ludificare cogitauerunt, tandem omnia reuelauit. Vnde Bernæ in Heluetia capti fuerunt quatuor fratres Dominicani, ac per torturam examinati, ac miſerabiliter combuſti propter doloſas illas, ac diabolicas machinationes, quas pro ſtabilienda ſua falſa & impia opinione excogitauerant: nam eundem hominem ſimplicem ſuperſtitioſis ſuis incantationibus omnino dementauerãt, ac plurima in Euchariſtiæ ſacramento, atque ſculptis imaginibus tentauerant. Tãdem verò ad inſtantiam Bernenſium Haymo Lauſanenſis Epiſcopus inquiſitionem contra eos fecit, eóque negotium egit, vt depoſiti ab omni gradu clericali traderentur poteſtati ſeculari & vltima die Maij incinerati ſint, in prato trans Arulam quem Ararim vocant fluuium. Quidam alij huius rei conſcij euaſerunt manus Bernenſium. Hæc vrbs ad fœdus Helueticũ admiſſa anno 1353. à Berchtholdo duce Zeringenſi conſtructa & ab Vrſo in venatione capto denominata eſt, Ciuitatis ſitus eſt peninſula, quam facit Arola amnis nauigabilis, vulgò *Bern*. Gallicè *Berne*.

Bernama, Hedetanorum in Hiſpania oppidum : Ptolem.

Bernardus, Burgundus, circa XXII. ſuæ ætatis annum ſub Abbate Stephano, qui tertius fuerat in cœnobio Ciſtertienſi paulò ante inſtituto, vna cum XXX. ſociis monachicam vitam egit: deinde verò Clarauallenſi cœnobio tunc primum Roberti viri illuſtris impenſa conſtructo, annos XXXVI. præfuit. Edidit commentarios in Cantica: Conſiderationem diuinæ contemplationis ad Eugenium Pontificem: vnde Pontificij muneris ratio dicatur: Varias inſuper epiſtolas: Sermones etiam in diebus ſolennibus habitos: Volater. Nullos habuit præceptores, præter quercus & fagos.

Bernardus, Pipini filius, à Carolo magno Italiæ rex deſignatus anno 814.

Bernaua, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis non procul à Cæſarea Auguſta, Celtiberis & Seſſetanis ad Orientem proximum, vulgò *Bernaua*.

Beroa, oppidum in Theſſalia. Cic. in Piſonem, Qui cum concurſum plorantium ac tempeſtatem querelarum ferre non poſſes, in oppidum demum Beroam perfugiſti.

Berodach, rex Babyloniorum, 2. Reg. 20. qui Iſa. 39. dicitur: Merodach. Lat. creans contritionem, vel electio interitus, vel vaporis tui, ſiue frumentum, vel puritas nubis vel vaporis tui.

Béroe, anus fuit Epidauria & nutrix Semeles, cui ſe Iuno aſſimilauit, cum pellici perſuadere vellet, vt muneris loco à Ioue peteret, vt talis tantúſque ſecum rem haberet, qualis, quantúſque ſolebat cum vxore: Ouid 3. Metam.

Ipſaq; erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.

Vide BACCHVS.

Béroe, Dorycli Iſmarij coniunx: Virg. lib. 5. Æneid.

Fuit Beroe Iſmarij coniunx longæua Dorycli.

Vide BEROEA.

Berœa, vrbs Macedoniæ, à Pherone conditore dicta, mutato ph in b: vel à Berœa filia Beretis, qui Macedonis filius fuit.

Berœa, Syriæ vrbs, à Seleuco Nicanore rege Syriæ & Babyloniæ condita: aliàs Beroe. Stephanus.

Berœenſe, populi in Cœleſyria: Ptolem. lib. 5. cap. 23.

Beromi, nomen ciuitatis, 2. Reg. 23. quæ 1. Paral. 11. dicitur Bauramites. Lat. filius caloris, vel indignationis, aut puritas, ſiue frumentum indignationis, vel fugiens aquam.

Beronice, vel Berenice, ces, regina Ægypti, ſoror Ptolemæi & Cleopatræ.

Berenice, Herculis Agrippæ Iudæorum regis ſoror, de qua Iuuenalis:

—Adamas notiſſimus, & Berenices
In digito factus pretioſior, hunc dedit olim
Barbarus inceſtæ, dedit hunc Agrippa ſorori.

Beronice, ſiue Berenice, Ptolemæi Philadelphi, & Arſinoes filia, quam cum Ptolemæus filius ſororem ſuam in vxorem duxiſſet, nec multis diebus poſt cum exercitu in Aſiam profectus eſſet, vouiſſe Berenicen tradunt: Si victor Ptolemæus rediſſet, ſe crinem detonſurã, atq; eo voto damnatum crinem in Veneris templum conſecraſſe, qui cum poſtridie non apparuiſſet, ægrè id ferente rege, Conon Mathematicus gratiam regis captans dixit Ptolemæo crinem inter ſydera videri collocatum, & quaſdam vacuas figura ſeptem ſtellas oſtendit in cauda Leonis, velut in triangulum collocatas: de quo crine in ſtellas commutato Callimachus Græcus elegiam conſcripſit, quam deinde Latinã fecit Catullus.

Beronice, vxor Ptolemæi Lagi & Ægypti regina: à cuius nomine Ptolemæus Philadelphus, eius filius, inſignem vrbem, quam in ſinu Arabico condidit, Beronicem appellauit: Plin. lib. 6. c. 29.

Béronice, ſiue Berenice, Herodis Aſcalonitæ filia, quæ nupſit etiam Agrippæ fratri: Strabo. Cæſar Auguſtus magno honore proſecutus eſt Herodis liberos, ac ſororem Salomen, eiúſque illam Berenicen.

Beronice, Salomes Herodis ſororis filia, nupſit Ariſtobulo Herodis eiuſdem filio, quem pater poſtea interfecit: Ioſephus.

Beronice, quam Græci Pherenicen appellant, filia, mater, & ſoror Olympionicarum: Plin. lib. 7. cap. 40. Pauſanias hanc dicit cognominatam Callipatiram, ac habitu virum diſſimulantem ludis interfuiſſe, vbi Piſirodum filium coronatum vidit: cognitámque, ac quæſtione habita, quod ad ludos mulieribus interdictos veniſſet, meritis ſuorum abſolutam fuiſſe: Ælianus. Valerius Berenicæ (inquit) contigit, quod nulli alteri mulieri, vt Gymnico ſpectaculo intereſſet. Vide PHERENICE.

Beronice, ſiue Berenice, vrbs Syriæ maioris, à Ptolem. Philadelpho condita, & ab vxoris ſuæ nomine vocata: Silius.

Beroſus, fuit patria Babylonius, ac dignitate Chaldæus, vt Ioſephus in Appionem grammaticum, & in primo Antiquit. Iudaic. ſignificat: hiſtoriograph. trecentis annis ante Ieſu Chriſti natiuitatem ſcripſit Munſt. lib. 3. Coſm. Fuit igitur ſacerdos, quia eundem gradum in ſua republ. tenebant Chaldæi, quem ſacerdotes in Ægypto, vt aſſerit l. 5. Diodor. Sicul. Quare fuit notarius & ſcriba publicus, quia penes ſacerdotes ſolos erat publica fides annalium, temporum geſta & regum, vt author eſt Metaſthenes in lib. de iudiciis temporum. Quamobrem omnem Chaldaicam deflorauit hiſtoriam, ac tanquã publicæ fidei notarius, tranſumpſit omnia tempora, & antiquitates, in quibus diluuij

quod

quod anteceſſit Ninum, meminit nominans etiam Noam, & filiòs eius, vt in eiſdem libris aſſerit Ioſephus. Ac propterea tanquam fideliſſimo & publico antiquitatum tranſumptori fides publica datur, & ipſum ſolum ſecuti ſunt Perſæ in Aſſyriorum Monarchiæ temporibus, vt idem Metaſthenes auctor eſt. Floruit autem Beroſus ante Monarchiam Alexandri magni, quia idem Metaſthenes ſacerdos Perſa in principio Monarchiæ ipſius Alexandri florens, ipſum ſecutus eſt in Aſſyriorum Monarchiæ temporibus. Calluit item linguam Græcam, ac docuit Athenis diſciplinas Chaldæas: Aſtronomiam præcipue, in qua cæteros anteibant Chaldæi, adeò vt (teſte Plinio) Athenienſes iſti ſtatuam inaurata lingua in publico gymnaſio ponerent, ob diuinas illius prædictiones, quia Aſtrologiæ præ omnibus emicuit ſcientia. ait Plin. lib. 7. cap. 37.

Beroſus collis eſt Taurorum tres habens fontes ſine remedio & ſine dolore mortiferos, Plin. lib. 2. c. 103.

Beroth, i. Putei, ſiue explanationes vel declarationes, aut in luminibus: vna manſionum filiorum Iſraël in deſerto. Deut. 10. Item ciuitas Heuæorum Ioſ. 9. non longè ab Haj, ſpatio trium dierum in tribu Benjamin. Ioſ. 17. 2. Reg. 4. Inde Berochites, 2. Reg 25. & 1. Eſdr. 2.

Beroth, nomen vrbis, 2. Reg 8.

Berothea, terminus terræ Iſraeliticę Ezechiel 46. idem ſignificat quod Beroth.

Berreſa. oppidum Æthiopiæ, Plin. lib. 6. c 29.

Berrhœa, ciuitas Macedoniæ ad Citarum montem. Act. 17.

Berrhœa, Syriæ vrbs. Ptolemæo. Zonaras. Gyllius & Choniates *Aleppo* vel *Chalepolim* vocant, addúntque totius Turcicæ ditionis emporium eſſe.

Berrhœa, vrbs Macedoniæ in Emathia regione Plinio, Ptolemæo, & aliis, ad Bernij montis radices, vt habet Strabonis epitome. Huius etiam meminit B. Lucas in Actis Ap. Hanc ab Irene imperatrice refectam & *Irenopolim* nominatam tradit Cedrenus. Sed hodie *Veria* vocatur teſte Sophiano: ſic enim Græculi hodierni pronunciant. *Boor* dicitur Leonclauio.

Berſa, rex Gomorrhæ. Gen. 14.

Berſabea, Hebr. Bathſeba, i. filia iuramenti, vel ſaturitatis, aut filia ſeptima. Vriæ vxor, elegantis formæ fœmina, quæ ſapientiſſimum illum regem Dauidem vſque adeò titillauit, vt ſolitæ religionis oblitus adulterio & homicidio (Vriam enim interfecit) ſuam contaminauerit ſanctitatem, 2. Sam. 11. & 12.

Ber-ſabee, Heb Beer-ſcheba, i. puteus, fónſve iuramenti, ſiue puteus ſaturitatis, aut puteus ſeptem nempe aquarum, finis atque terminus terræ Iſraëlis ab Auſtro, Ioſephus lib. 8. capit. decimotertio. Iudaic. Antiquit. 1. Reg. 3. & 2. Reg. 24. 3. Reg. 19. 4. Reg. 13. Hæc & in ſortem filiorum Simeonis cecidit. Ioſue 19. Paral. 5. A iuramento & percuſſo fœdere Abrahæ cum Abimelech rege Gerar. Geneſ. 21. ſimiliter Iſaac cum eodem Abimelech, Geneſ. 26. nomen habens. Beer enim fontem ſignificat: Saba iuſiurandum, vel ſeptem, quod ſeptem agnas Abimelech de manu Abrahę acceperit. Geneſ. 21. 26. Illic iudicabant Ioël & Abia filij Samuelis ſiniſtrè, 1. Reg. 8 Hanc nunc barbari *Gibelinam* nominant, autore Volater. libro 11. Eodem loci habitauit aliquandiu Iſaac. Geneſ. 28. Hanc Ptol. *Berſanam* appellat. Vide Hieronymum in locis Hebraic. Eſt in finibus Iudææ & Ægypti, Amos 5. Nehem. 11.

Berſabora, vrbs populoſa ampla, munitiſſimáque eſt Zoſimo: *Pyriſaborum* vocat eam Ammianus: circa Naarmalcham amnem ſita eſt.

Berſane, vidua à Damaſco ab Alexandro Magno adamata. Diodorus.

Berſilia, Sarmatiæ Europęę regio. Hiſt. Miſcel. lib. 19.

Berſima Meſopotamiæ vrbs. Ptol.

Berſinum, vel Belſinum, Galliæ vrbs. XII. M. paſſ. Lugduno. Anton.

Berta, Beſantiæ regionis in Macedonia vrbs Ptol.

Bertha, Balduini Comitis Hollandiæ vxor, quam Philippus Francorum rex duxit.

Bertinum, vrbs Marchiæ Brandenburgenſis. Munſt.

Bertiſcus, Macedoniæ mons. Ptol.

Bertiſum, Thraciæ oppidum. Procop.

Bertulphus, Marciorum rex, ab Egeberto Anglorum rege domitus.

Bertrada Fulconis vxor, quam thoro ſibi copulauit poſtea Philippus Francorum rex.

Berubium promontorium Albionis inſulæ, Ptol. hodie *Damis Bei*, vt tradit Bucchan.

Berunus Stephano, Italiæ ciuitas, quæ poſtea, Verona.

Berytis, Troica vrbs. Steph.

Berytus vrbs eſt. Phœnices, aliis Troia in ora Libano monti ſubiecta, Iuſtiniani temporibus legum ſtudiis celeberrima, vulgò *Barutum* vocant, Remnius Palæmon ex Dionyſio.

Antiquúmque Tyron Betici & mœnia grata.

Hinc vna Berythia dicta omnium optima *Baruti*. Oliuario nomen habet. Beritos colonia quę Felix Iulia appellatur, inquit Plin. l. 5. c. 10.

Beritus, ciuitas Arabiæ. *Dioſpolis* prius dicta, Stepha.

Berzellai, i. ferreus, vel filius deſpectus, nomen viri, 2. Reg. 17. qui regem Dauid traduxit Iordanem, 2. Reg. 17. Pater item Hadrielis generi Saul ſic vocabatur, 2. Reg. 21.

Beſa, fons Theſſaliæ inter Oſſam & Olympū.

iuxta Cicæſium oppidum. Strabo libr. 8. ſed in emendatis exemplaribus legitur Biſa *βῖσα* eſt nomen tribus in agro Attico. Idem. lib. 9.

Beſadæ, Ptolemæo ſunt Indiæ extra Gangem populi, qui apud eundem *Plada* dicuntur, ſunt enim breues, inquit, craſſi, lati, atque preſſa facie, colore candido.

Beſai, nomen viri, 2. Eſd. 7. i. conculcatio, ſiue contemptio, vel deſpectus.

Beſaro, vrbs Hiſpaniæ Bæticæ, quæ inter ſtipendiarias numeratur. Plin. li. 3. c. 1.

Beſbicus, parua inſula circa Cyzicum. Steph.

Beſcia, vrbs Auſonum Stephano. Ambroſius Leo putat eam in Samnio fuiſſe, ſed ea deleta, ciuium reliquias tranſmigraſſe in locum propinquum & oppidum condidiſſe quod hodie *Veſciano* vocatur, eſt autem hoc oppidum in confinibus Hirpinorum, & Campanorum prope Nolam, v. Beſidiæ.

Beſecath, nomen ciuitatis tribus Iudæ, 4. Reg. 22. Eadem & Baſcath dicitur Lat. Maſſa, ſiue inflatio, & in anguſtia, vel in effuſione.

Beſce nomen viri, 1. Eſdr. 4. idem ſignificat quod Beſai.

Beſeleel, filius Vri, filij Hur, filij Caleb ex Ephrata vxore. Exod. 35. 1. Paralip. 1. Lat. in vmbra Dei.

Beſelam i. in pace vel in retributione, ſiue decoctio eorum. Nomen viri, 1. Eſdr. 4. 7.

Beſidiæ. Brutiorum oppidum, Liu. lib. 30. Barrius putat idem à Stephano *Beſcia* dici & hodie *Beſidiano*.

Beſippo, vide Beſſippo.

Beſlut, nomen viri, 1. Eſdr. 1. Lat. in vmbris, vel in aſſatione, vel Syriacè in oratione.

Beſodia, nomen viri. 1. Eſdr. Lat. in ſecreto Domini, ſiue in conſilio Domini.

Beſor, nomen torrentis in regione Palæſtinorum, 1. Reg. 30 Lat. Euangelizatio, ſiue incarnatio, aut in boue, vel in muro.

Beſſa, ciuitas Phocidis. Eſt & altera eiuſdem nominis arx in Peloponneſo Strab.

Beſſa, vrbs Locrorum ſic dicta ab humida loci natura. Herod. Beſa ſcripſit. Steph.

Beſſara, ciuitas Aſſyriæ. Ptol. lib. 6. c. 8.

Beſſario, Cardinalis doctiſſimus, qui ſub Eugenio quarto floruit. Eius tanta fuit liberalitas erga doctiſſimos viros, vt eius domus artium liberalium officina diceretur, nec minus ipſe in literis verſabatur, Platonē imprimis obſeruabat, in cuius defenſionem commentarios edidit contra Trapezuntium Peripateticum. Volater.

Beſſas, ſiue Beſas. idolum quod oracula quondam dabat, de qua Ammianus libro 19. Oppidum, inquit, eſt Abydum in Thebaidis parte ſitum extrema hic Beſſæ Dei localiter appellati oraculum quondam futura pandebat, priſcis circumiacentium regionum cæremoniis ſolitum coli, &c.

Beſſi, populi Thraciæ, non procul à Ponto, Strymonem læuo latere accolentes: Plin. libr. 4. cap. 11. & Magna ex parte Hæmium montem rapto & latrociniis victitantes. Ouid. lib. 6. Triſtium.

Viuere quàm miſerum eſt inter Beſſóſque Getáſque.

Beſſipo, Hiſpaniæ Bæticæ portus. Et oppidum non procul à Mellaria vrbe, patria Pomponij Melæ, vt ipſe teſtatur Geographiæ ſuæ libro 2. aliàs per ſimplex ſ. ſcribi ſolet Beſippo.

Beſſus, Bactrianæ regionis præfectus, Darium interfecit. Diodor.

Beſſyga. Steph. emporium in India: vnde *Beſſygitæ*, populi humanis carnibus veſcentes. Et amnis *Beſſyga*.

L. Beſtia, in coniuratione Catilinæ memoratur à Salluſtio. Præturam petens repulſam tulit & paulò poſt ambitus damnatus eſt. Cic. Philip. 11.

Beta, vrbs in ſinu Æthiopico, Arabiæ latere. Plin. lib. 6. c. 29.

Betaſij populi Galliæ Belgicæ, Plin. lib. 4. cap. 17. proximi Caninefatibus, Batauis, Tungris ac Marſacis: Traiectenſes ſuperiores fuiſſe coniectura eſt. Ad vtramque Moſæ fluminis ripam cis Rhenum ſiti fuerunt, in dioceſi Leodienſi. Horū meminit Tacitus. Beato Rhenano videntur Brabantiæ populi, vulgò *Peelanders* dicti: de Betaſiis hæc dicit P. Diuæus. Vicus eſt haud procul Hanis Brabantiæ oppido *Beets* nomine qui an Betaſiorum nomen referat: vt aſſeuerare nolim, ita indubitatum habeo Betaſios illic habitaſſe.

Betarmones, ab Homero Corybantes vocantur. Odyſſ.

Bete ciuitatis nomen 2. Reg. 8. Lat. fiducia vel confidentia, aut in linitione.

Beten, nomen ciuitatis in tribu Aſer. Ioſeph. 19. Lat. venter ſiue Terebinthus.

Beth-abara, nomen loci trans Iordanem. Ioan. 1. Lat. domus tranſitus, aut iræ, vel Syriacè frumenti.

Beth-acharam. nomen viri. Ierem. 4 2. Eſdr. Lat. Domus vineæ, ſiue domus cogitationis eorum.

Beth-acarma, vicus inter Hieroſolymam & Thecuam in monte ſitus, nomen compoſitum ex lingua Syria & Hebræa. Idem qui ſupra Beth-acharem.

Beth-anath. nomen ciuitatis in tribu Nephtali, Ioſ. 19. Iudi. 1. Lat. domus cantici vel reſponſionis, aut domus afflictionis.

Betha-nia, villa in latere montis Oliueti, Matth. 21. Luc. 19. Vbi ſaluator noſter Lazarum ſuſcitauit, Iohan. 11. diſtans ab Hieroſolymis ſtadiis.

by Google

ſtadiis quaſi quindecim, Iohan. 11. Lat. domus obedientiæ vel afflictionis, aut domus cantici, ſiue domus gratiæ domini. Eſt & altera Bethania trans Iordanem, ibi Ioannes quondam baptizabat. Volater.

Beth-anoch, nomen ciuitatis in tribu Iuda, Ioſue 15. Lat. habitatores domus cantici vel ſponſionis, vel afflictionis.

Beth-haraba, nomen ciuitatis in tribu Iuda, Ioſue 15. Nomen ciuitatis in tribu Benjamin, Ioſ. 18. Lat. domus planitiei ſiue domus ſuauitatis aut domus fideiuſſionis, vel domus veſpertina, aut domus ſalicis.

Beth-aram, vrbs in tribu Gad, quæ & Betharan. Num. 32. antea ciuitas Amorrhæorum. Lat. domus celſitudinis aut domus prægnantium vel montium eorum.

Beth-araphtha. ab Herode tetrarcha Galilææ Iulia dicta fuit. Eadem fortaſſe cum Beth-aram.

Beth auen, vrbs Chananeæ terræ tribus Ephraim in tribu Benjamin collocata. Oſeæ 4. 1. Regum 13. Lat. domus vanitatis vel doloris aut domus fortitudinis vel iniquitatis.

Beth azmoth, nomen ciuitatis, 1. Eſd. 7. Lat. domus fortitudinis mortis.

Beth-bera, nomen ciuitatis à Gedeone expugnatæ. Iudic. 7 Lat. domus filij eius, ſiue domus electa, aut domus puritatis vel frumenti eius.

Beth-berai, nomen ciuitatis, 1. Paral. 4. quam inhabitauerunt poſteri Simeonis domus creatoris mei aut domus ſanitatis, vel pinguedinis, vel electionis meæ.

Beth Beſſe, nomen vrbis in deſerto, 1. Macchab 9. Lat. domus confuſionis, vel domus erubeſcentiæ.

Beth-char, vrbs, iuxta quam filij Iſrael percuſſerunt Philiſtæos, 1. Reg. 7.

Beth-dagon, i. domus frumenti, vel domus pacis, nomen ciuitatis in tribu Iuda, Ioſue 15. 1. Macchab. 10. Item ciuitas in tribu Aſer. Ioſue 16.

Beth-el, i. domus Dei, nomen vrbis in tribu Benjamin, ſic primum cognominata à Iacob. Geneſ. 12. 1. Paral. 7. Iudic. 4. Eadem & *Luza* dicta: Geneſ. 28. Iudic. 1. Eſt & nomen montis. 1. Reg. 33. Benjamin eam *Sargereg* vocat, vide Hieroſolyma.

Beth-emec, i. domus vallis, vel profunditatis, nomen ciuitatis in tribu Aſer. Ioſue 19.

Bether, i. diuiſio ſiue in turture, aut in exploratione, vel in contemplatione, nomen montis, Cantic. 2.

Beth-eſda, i. domus effuſionis i. locus ad quem aquæ pluuiales confluebant, nomen piſcinæ, Iohan 5.

Beth gader, i. domus mari, vel maceriæ, nomen loci, 1. Paral.

Beth-gamul. i. domus retributionis, ſiue domus ablationis, aut domus Cameli, nomen ciuitatis in terra Moab. Ierem. 48.

Beth-hagla, i. domus feſtiuitatis, vel reuolutionis eius, nomen ciuitatis in tribu Iuda, Ioſ. 15. & in tribu Benjamin, Ioſue 18.

Beth-hanan, i. domus gratiæ. ſiue miſericordię vel doni, nomen ciuitatis. 3. Reg. 4.

Beth. hara, Galilææ oppidum non longè à mari Tyberiadis, Iulia poſtea ab Herode vocatum ſcribit D. Hieronymus Ιυλίας Ptolemæo eſt.

Betharga Mediæ oppidum, Ptol.

Bethia, i. domus, vel filia, vel menſura domini. filia Pharaonis, vxor Mered. 1 Paral. 4.

Beth-ieſimoth, i. domus deſolationum, aut domus repoſitionum vel nominationum, vrbs in campeſtribus Moabitarum, quæ forte ceſſit filiis Ruben. Ioſuæ 13. Ezech 25.

Beth-lebaoth, i. domus leænarum, aut domus cordis litteræ, vel ſigni, ſiue domus venientibus nomen ciuitatis in tribu Simeonis. Ioſue 19.

Beth-lehem, i. domus panis, ſiue domus belli, Beth-lehem duæ ſunt: vna in tribu filiorum Zabulon, de qua Ioſue 19. Ex hac erat Abeſſam, iudex populi Iſraelitici. Iudicum 12. Alia eſt in tribu Iuda, ciuitas Dauid è qua fuit Leuita, cuius vxorem illicito concubitu necarunt Gabaonitæ, Iudicum 19 vbi Rex Dauid habitabat 1. Regum 16. Hæc fuit patria IESV CHRISTI. Micheæ 5. Matth. 2. olim dicta Ephrata Gen. 15. & 48. Hanc Roboam ædificiis muniuit, & Paralipom. 11. Vide multa de hac apud Hieronymum in locis Hebraic. Eſdr. 2. Vocatur & ciuitas Dauid. Luc. 2. Ioh. 7.

Beth-le propheta, Toparchia quædam in Iudæa. Ioſ. belli Iudaici libr. 5.

Beth-mancha. i. domus compreſſa, vel contrita, aut domus fixa, ciuitas eſt Chananææ regionis, ad quam vſque proſequutus eſt Ioab perduellem Seba 2. Regum. 20.

Beth-maon i. domus habitaculi, vel domus ex peccato, nomen ciuitatis in terra Moab. Ierem. 48.

Beth marchaboth, i. domus quadrigarum, ſiue domus amaritudinis extinctæ, nomen ciuitatis in tribu Simeonis, Ioſ. 17. 1. Paral 4.

Beth-nemra, i domus pardi ſiue domus rebellionis, vel amaritudinis, aut domus commentationis, nomen ciuitatis, quam ædificauerunt filij Gad. Numer. 32. quæ aliàs fuerat Amorrhæorum.

Betholeme, vna ex decem Iudææ toparchiis. Plin. lib. 5. c. 14.

Beth-oron, i. diuiſio, ſiue in exploratione ipſius, vel filia cantici, ciuitas eſt terræ Chanaan, quæ, ducta forte tribu Ephraim obtigit, quem

Digitized by Google

[illegible] vel legitur. Ioſ. 16. 1. Paral. 7. Hæc Leuitis conceſſa eſt. Ioſ. 21. & Sara filia Ephraim ædificata, 1. Paral. 7. Ipſam Salomon reparauit, 3. Reg. 9. 2. Paral. 8. Eſt ſuperioris ſimul & inferioris Beth-oron paſſim in ſcripturis mentio. Ioſ. 26. 28. aliàs non rarò.

Beth-phage, i. domus oris vallium, vel domus buccæ vallis, ſiue domus ficuum præcocium, villula in monte Oliueti, ad quem venit IESVS Saluator noſter. Luc. 19.

Beth-phaleth, ſiue Beth-phelet, i. domus liberationis, ſiue expulſionis, aut vomitus, nomen ciuitatis in tribu Iuda Ioſ. 15. 2. Eſdr. 2.

Beth-pheſes, i. domus diuiſionis, vel confractionis, nomen ciuitatis in tribu Iſſachar. Ioſ. 19.

Beth-phegor, Domus hiatus, ſiue aperturæ, ciuitatis nomen in tribu Ruben. Ioſ. 13.

Beth-rapha, Domus ſanitatis, vel medicinæ, aut domus laxationis, filius Eſthon. 1. Paral. 4.

Beth-ſabee, filia Eliam, vxor Vriæ, 2. Reg. 11. 2. quæ & mater Salomonis 3. Reg. 1. 2. Pſalm. 50. vide Berſabea.

Beth-ſaida, i. Domus frugum vel cibariorum, aut domus venatorum, vel inſidiantium, ciuitas Galileæ, ſita in littore maris Geneſareth, ex qua Petrus & Andreas & Philippus Apoſtoli, Ioannis 1. Matth. 11.

Beth-ſames, ſiue Beth-ſemes, i. Domus ſolis, vel ſeruitij aut miniſterij ante Abel dicta. Hieronymo in quæſtionibus: Heb. 2 Paral. 28. Ioſephus lib. 6. cap. 1. Ciuitas Sacerdotalis in tribu Iuda, Ioſue 15. quæ poſtea filiis Aaronis, Leuitis ſcilicet eſt aſſignata. Ioſue 21. & in quam reducta eſt arca à Philiſtinis capta, 1. Reg. 6. 1. Paral. 6. 4. Reg. 14. Eſt alia in tribu Nephthali, Ioſ. 19. è qua priſtinos habitatores non potuit expellere tribus Nephthali Iudic. 1. Numeratur præterea, & alia Beth-ſames in ſorte filiorum Iſſachar. Ioſ. 19.

Beth-ſan, i. domus dentis vel ebori aut domus mutationis vel dormitionis, vel Beth-ſean, id eſt domus tumultus aut opulentiæ, vrbs tribus Manaſſe in Iſſachar, & Aſer. Ioſue 17. 8. Iudic. 1. cuius ſitum habes 3. Reg 4. & 1. Paralip. 8. quæ Stephano & Ioſepho lib. 5. cap. 14 Antiqu. Scythopolis appellatur. In hac corpus Saulis ſuſpenderũt Philiſtini, 1. Reg. 13. Hieronymus in quæſtionibus Heb. duas Beth-ſan fuiſſe ſcribit 3. Reg. 21.

Beth ſera, i. domus deuiationis, aut domus extenſionis, ſiue domus ſpinæ, locus Palæſtinæ. Iudic. 7.

Beth ſemes. vide BETHSAMES.

Beth ſimoth, i. domus deſolationum, ſiue domus repoſitionum, vel nominationum, eadem ciuitas Ioſi & Beth-ieſimoth dicitur. Ioſue 12. Numer. 33.

Beth-ſor, vide BETH-SVR.

Beth-ſua, i. filia ſaluationis vel exclamationis, mater Salomonis, 1. Paral. 3. quæ 3. Reg. 1 dicitur Beth ſabee ſiue corrupte Berſabee.

Beth-ſur, i. domus rupis, vel fortitudinis, ſiue domus plaſmationis, aut obſidionis, vel vinculi, nomen ciuitatis in montanis locis ſitæ in tribu Iuda. Ioſ. 15. conſtructæ à Roboam, 2. Parali. 11.

Beth-ſura, eadem ciuitas quæ & Beth-ſur. 1. Macchab. 4.

Beth-taphua, i. domus pomi vel inflationis, nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ioſue 15.

Bethul, i. virgo, ciuitatis nomen in tribu Simeonis Ioſ. 19.

Bethulia, i. virgo domini, aut domus parturiens dominum, nomen vrbis, Iudith. 6.

Beth-zachara, i. Domus memoriæ vel recordationis, nomen ciuitatis, 1. Macchab. 6.

Betica, ſiue Bethyca. vide BÆTICA.

Beticum regnum, quod Granatę dicitur à Saracenorum manibus, Ferdinandi & Elizabethæ bellica virtute ereptum.

Bet-lema. Steph. vide BETHLEHEM.

Betonim, i. ventres, vel terebinthi, ciuitas in tribu Gad. Ioſ. 13.

Betulo, Hiſpaniæ oppidum, & Betulo fluuius, cuius irrigatione ager Barcinonenſis lætiſſimus eſt. Pompon. lib. 2. in deſcriptione Hiſpaniæ, oppidum hodie dicitur *Beſon.*

Betunica. Hiſpaniæ vrbs circa Aſturicam. Anton.

Beturia, regio Hiſpaniæ. Plin. lib. 3. cap. 1.

Berus, Celtiberorum rex, à quo regnum nomen Betica habuit, Beroſ.

Betuſa, Meſopotamiæ iuxta Tigrim oppidum. Ptol.

Beua, vrbs Macedoniæ. Steph.

Beuus, fluuius Steph. iuxta Beuam.

Bezabde, vrbs Aſſyriæ, quam veteres quoque appellauere Phœnicam, teſte Ammiano.

Bezec, i. fulgur ſiue in compedibus. Chananeę vrbs regia. Iudic. 1.

Bezeni, Galatiæ gens. Ptol.

B I

Biana, Arabiæ fœlicis oppidum, Ptol.

Biandina, Laconiæ oppidum. Ptol. *Prignico.* Mar. Nigro.

Bianor, cognomento Ochus, Tyberis (aliàs Tuſci fluminis) & Mantus Fatidiciæ filius, Mantuam condidit. Virg. Eclog. 9.

—namque ſepulchrum

Incipit apparere Bianoris, hic vbi denſas, &c.

fuit item vnus ex Troianis principibus, qui cum Oileo auriga ab Agamemnone interemptus eſt, Homerus Iliad. 11.

Biarceus, Panos cognomen Suidas.

Bias, Amythaonis filius, Argiuorum rex. Pauſan. lib. 2.

Bias

Bias, fluuius iuxta Coronam oppidum, nomen accepit à Biane, Amythaonis filio. Pauſan. lib. 2.

Bias, philoſophus Prienæus, vnus ex ſeptem Græciæ ſapientibus, & ciuium ſuorum princeps, quos diu aduerſus pericula tutatus eſt. Sed tandem capta patria, cùm vniuerſi fugerent, rerum pretioſiſſimarum ſarcinulis onuſti, ipſeque interrogaretur, cur ex bonis ſuis ſolus nihil ſecum ferret, reſpondit, Omnia bona mea mecum porto. Fortuita enim inter bona ſua non numerabat. Sid. Apoll.

Priene Bia, quòd plus tibi turba malorum.

Biaſari, Indiæ populi, Strab. vide Abiſaris.

Biatia, Hiſpaniæ vrbs. Ptol.

Bibacta, inſula circa Indi fluminis oſtia, Arrian.

Bibaculus, Cremonenſis, Euſebio cum Catullo inter poëtas Iamborum Latinorum ponitur, Quintilianus. Eſt & alter, cuius meminit Cæſar in Commentariis.

Bibacum, Germaniæ vrbs, Ptolemæo, *Bibrach* eſt Villanouano.

Bibaga, inſula Indiæ, oſtreis & conchyliis referta, Plin. lib. 3. c. 21.

Bibali, populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, & in ea forum Bibalorum, *Vibali* Plinio.

Bibaſis, Indiæ fluuius, in Indum ſe exonerans. Ptol.

Bibaſtus, vrbs Thraciæ Steph.

Biberius, Tiberij agnomen, propter nimiam vini auiditatem.

Bibiana, virgo Romana, & martyr ſub Iuliano, quæ vnà cum parentibus martyrum corpora ſepeliebat, ſepulta eſt apud Palatium Licinianum, Volat. lib. 3.

Bibiſcum, Antonino, Viuis Simlero, oppidum eſt inter Auguſtam Prætoriam, & Auguſtam Rauracorum.

Bibium, Antonino Liburniæ vrbs: quæ hodie *Billigracz*, Simlero.

Biblina, regio Thraciæ, vnde Biblinum vinum, quod alij à Biblia vite dictum volunt: Delius autem Naxum interpretatur: quoniam Biblus Naxi fluuius ſit. Steph.

Biblis, filia Mileni & Cyanes (aliàs Mileti) quæ cùm fratrem Caunum miſerè deperiret, eiuſque concubitum non poſſet aſſequi, laqueo gulam fregit. Ouid. de Arte,

Bibliada quid referam? vetito quæ fratris amore
Arſit, & eſt laqueo fortiter vlta nefas?

ſed libro 9. Metamorphoſ. aliter hanc fabulam recenſet, inquiens: Quum Biblis fratrem ſuum Caunum perditè amaret, eique ardorem ſuæ libidinis detexiſſet, ipſe deteſtandam ſororis concupiſcentiam aſpernatus fugam arripuit, quem illa amoris impatiens ſequuta eſt & poſtquam omnem Cariam, Lyciámque & Lelegas peragraſſet, labore & dolore victa conſedit, & multas effudit lacrymas: quapropter Naiadum commiſeratione in fontem ſui nominis permutata eſt,

Sic lacrymis conſumpta ſuis Phœbeia Biblis
Vertitur in fontē qui nunc quoque vallibus illis
Nomen habet dominæ, nigraque ſub ilice manat.

Biblis inſula, item fons Mileſiæ. Pauſan.

Biblia, vxor Duelli, qui primus Romæ nauali certamine triumphauit: tantæ pudicitiæ, vt illo ſeculo pro exemplo fuerit, quo impudicitia monſtrum erat, non vitium.

Biblina, Thraciæ regio vino generoſo inſignis, quod Biblinum ab ea appellatur, tametſi alij à Biblia vite appellatum malint.

Bibliolatas, Didymus appellatus, quòd termille quingentos libros conſcripſerit, Rho. lib. 19. cap 9.

Biblus Naxi fluuius, vide Biblina.

Bibonum, ciuitas Romanis ſocia libro 13. Ad Nicrum fluuium eſt, verſus Decimatos agros, ab eodem commemoratos, *Bibelingen & Bibenhuſen* non multum abluere videntur. Bibenſes in antiqua inſcriptione vocantur. hæc Rhenanus.

Bibracte, Heduorum oppidum in Gallia, longè maximum, ac copioſiſſimum: in quo totius Galliæ concilium Cæſar indixit: ius dixit & ſæpè hyemauit: in Francorum regno ſitum, & in radicibus montis, vulgò *Beaune*.

Bibrax, oppidum Rhemorum in Belgis vltra Axonam flumen, nec longè ab eo, quod flumen in extremis Rhemorum finibus erat, & in eo pons, in Francorum regno ſitus: nunc naui & interdum vado traiicitur. Portus priſcum oppidi nomen Latinè retinet: vulgò *Bray en la Comté de Rhetel*, aliis *Breſne*.

Bibroci, populi in Anglia, mari proximi & Caſſiis, Ancalitibus ac Segontiacis.

Bibuli, cognomen familiæ.

Bibulus, collega Cæſaris in Conſulatu, in quem Tranquilli diſtichon,

Non Bibulo quicquam nuper, ſed Cæſare factum eſt.
Nam Bibulo fieri conſule nil memini.

Idem Ciceroni proximam prouinciam in Aſia tenebat, Plutarchus.

Biburgum, Daniæ vrbs, vulgò *Biborg*.

Bicis, palus non procul à Mæotidibus paludibus. Nunc vulgò dicitur, *La mer noire*, fortè Byce Ptolemæi.

Bicomius, Germaniæ fluuius.

Bicurgium, vrbs Germaniæ Ptolemæo, hodie Erfordia. *Erffort*.

Biba, vrbs Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptolemæus.

Bidaicum, Auſtriæ oppidum, Antonino, *Dili-*

gitized by Google

maniung, hodie dictum, vt ſcribit Lazius, nonnulla *Firekenſen* volunt, vt ſcribit Simlerus, qui illud *Bidarum* Ptolemæi putat.

Bidaſpis, amnis in Iudum fluuium ſe exonerans, Ptol.

Bideris, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolem.

Bidni, populi Citariis & Caciniris vicini. Plin. lib. 3. c. 8.

Bidios, caſtellum in agro Tauromindiano, Steph. vide Bidos.

Bidil, municipium Mauritaniæ Cæſarienſis, Anton.

Bidine, vrbs Scythiæ, Suidas, & Bulgarorum, Zonar.

Bidos, aliud caſtellum in Sicilia. Steph. vide Bidios.

Biduceſij, Galliæ Lugdunenſis populi. Ptolem.

Biendium, citerioris Hiſpaniæ portus. Plin. libro 4.

Biennus, vrbs Cretæ, vide Stephanum de Vienna Galliæ.

Biephi, Daciæ populi. Ptol.

Biſſi, Sarmatiæ Europææ populi. Ptol.

Bigerriones, populi Aquitaniæ apud Cæſarem, proximi Tarbellis, Vocatibus, Taruſatibus, Sontiatibus & Hiſpaniæ citeriori, in Francorum regno ſiti. Comiti de Fluxo ſubditi, vbi Comitatus eſt in Vaſconia conſiſtens: nomen retinent, vbi Turſa eſt, & caſtrum Begora, & Epiſcopatus Bicterenſis prouinciæ Narbonenſis. Hinc profectus vir fortis, Enequus nomine, regnum Nauarræ conſtituit, pulſiſque inde Mauris, ſucceſſoribus ſuis, regnum per manus reliquit.

Bigerra, Hiſpaniæ ciuitas in Valentiæ regno, Ptolemæo, cui vicina eſt Setabis vrbs, linio tenuiſſimo nobilitata: vnde Sudaria Setaba à Catullo commemorata, hodie *Beiar*, aliis *Villena*.

Bigis, Drangianæ vrbs, Ptol.

Bij, Pannoniæ ſuperioris populi, Ptol.

Bilena, Arabiæ felicis vrbs. Ptol.

Bilæus, Galatiæ fluuius. Steph.

Bilbilis, oppidum Celtiberorum in Hiſpania Tarraconenſi, ad Salonem fluuium, optima ferri temperatura nobilem. Ex hoc oppido Martialis poëta originem traxit, vt ipſe teſtatur li. 1. ſcribens ad Licinium.

Videbis altam Liciniane Bilbilim. vulgò *Calataiud* dicitur, vt putat Villanouanus, & alij *Auguſta Bilbilis* eſt in æreo Tiberij Imp. nummo. Sed hanc Bilbilim non eſſe *Calataiud* docet Gaſpar Varrerius in ſuo itinerario Luſitanica lingua excuſo (ſcribit enim *Calataiud* in campeſtri loco ſitum. Bilbilim verò in monte vt multis verſibus apud Martialem & alios clarum eſt) ſed montem quendam Baubala dictum, abeſſe medio militari Hiſpanico à Calataiud, in orbem ferè cinctum à Salo flumine, in quo monte etiamnum hodie multæ antiquitatum ruinæ & multa numiſmata omnis generis metalli quotidie reperiuntur: atque hæc Bilbilis veſtigia eſſe, ex nominis alluſione, & ipſa Martialis deſcriptione liquet. ſic enim ille.

Municipes auguſta mihi quos Bilbilis acri,
Monte creat rapidus, quos Salo cingit aquis.

Bilbina, vrbs Perſica. Stephan.

Bilia, Hieronis vxor, quæ ſuo ſæculo pudicitiæ exemplar fuit. Huius maritus Hieron, cùm ex inimico primùm audiuiſſet, ſibi fœtere os, Quid, ait, vxor, cur non commonuiſti? at illa, Quoniam, inquit, ita viris omnibus olere opinabar, Rhod. lib. 8 cap. 17.

Bilis, Aſiæ fluuius, non longè ab Heraclea. Plin. lib. 6. cap. 1.

Bimater agnomen Bacchi, quòd duas matres habuerit, Semelem, & Iouem, matris fungentem officio.

Bimatra, Meſopotamiæ vrbs, Ptol.

Bingium, nunc Bingen, Germaniæ oppidum Belgis aſcribendum, inter Moguntiam & Confluentiam vrbes, cis Rhenum, eius ripis finitimum, memorat Tacitus.

Binagara, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptol.

Binna, Aſſyriæ vrbs. Ptol.

Binſitta, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Ptol.

Bintha, Libyæ interioris vrbs. Ptol.

Bioea. Sardiniæ vrbs. Ptol. Biora. Anton.

Bion, Boriſthenites philoſophus, & ſophiſta callidus, philoſophiam vario orationis flore veſtiuit, Laërtius. Fertur hic dixiſſe ad eum qui fundos ſuos ingluuie vorauerat, Terra Amphiaraum abſorbuit, ſed terram tu. Fuit Cratetis auditor: ad Cynicam priùs ſectam tranſiit ſumpto pallio & pera, deinde ad Theodorea inſtituta ſe conuertit. Reliquit commentarios plures qui non extant. Apophthegmata item plura. Suidas. Fuerunt & alij Biones nouem, Laertio.

Bimonium, Luydo ex Ptolemæo, Angliæ vrbs quam vulgò *Binceſtre* appellant. Vinnonicum, legitur apud Ptolemæum Brigantum vrbs.

Bion, vel Boeo, Doridis vrbs. Ptolem. Steph. *Βοῖον* habet, & ab Homero Boebin dici tradit.

Bionia, Italiæ vrbs, Phlego. Trall.

Biozmetæ, Scythiæ Europææ populi. Iornand.

Birgos, vel Beurgus, Alanorum rex, non longè à Bergano, à Richimero ſuperatus atque extinctus. Diaconus lib. 16. Blond. lib. 2. decad. 1.

Bipedimui, Galliæ in Aquitantia populi, de quibus, Plin. cap. 19. lib. 4.

Bira-

Biracelum, vrbs Tuſcorum, Ptolemæo, hodie *Vicarello*, vt exiſtimat Leander.

Birdama, Indiæ intra Gangem oppidum, Ptol.

Birginium, nominatur ab Epiſcopo Gerundenſi, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, quæ vulgò Berga dicitur.

Birgus, Hiberniæ fluuius Ptolom.

Birtas, Italiæ vrbs, quam Narſes à Gotthis recepit. Cedren.

Birtha, Meſopotamiæ vrbs. Ptol.

Birthama, Aſſyriæ vrbs. Ptol.

Biſa, vrbs Thraciæ. Steph.

Biſaltæ, populi Scythici, qui fugientes equorum ſanguine aluntur lacte permixto, Virg. lib. 3. Georg.

Biſaltæ quo more ſolent acérque Gelonus
Cum fugit in Rhodopen, aut in deſerta Getarũ.

Plinius, Libera gens Biſaltæ, à fluuio Biſalte, ſiue à Biſalte Solis & Terræ filio, vbi lepores duplici iecore ſunt.

Biſaltæ, Macedoniæ gens libera, iuxta Strymonem & Edonicum ſinum, Plin. lib. 4. c. 10.

Biſaltes, fluuius Macedoniæ.

Biſaltia, vrbs & regio Macedoniæ, à Biſalte Solis & Terræ filio, Vide Biſaliæ.

Biſaltis, vel Biſalpis nomen eſt puellæ cuiuſdam, quam Neptunus in arietem conuerſus compreſſit. Ouid. 6. Metam.

Biſanthe, vel Biſate, vrbs Macedoniæ iuxta Thraciam, à Samiis deducta, Græcanica, Steph. Ariſtoteles in Mirabilibus.

Biſextus, ſiue Biſſextus, dies intercalaris qui quarto quoque anno interſeritur, vt anni ratio cum curſu ſolis conueniat. Inuecta autem eſt hæc intercalandi ratio à Cæſare Dictatore. Is enim (vt refert Plutarchus) quum animaduertiſſet, Solem curſum ſuum conficere diebus 365. & horis circiter ſex, quarto quoque anno diem vnum curauit adjiciendum. Dictus eſt autem biſſextus, quòd bis, hoc eſt duobus diebus continuis numerarent. Sexto Calendas Martias: duos videlicet dies pro vno computantes. Vnde qui natus eſt biſſexto Calendas, nihil refert (teſte Celſo de verborum ſignificatione, l. Quum biſextus) vtrùm priore an poſteriore die natus ſit: quum illud biduum pro vno tantùm die habeatur. Erat autem huic intercalationi conſtitutus dies certus, qui eſt poſt 23. Februarij diem inter Terminalia iam peracta & Regifugium. Februarius verò duabus de cauſis huic rei aptiſſimus viſus eſt, tum quòd pauciſſimos haberet dies, tum etiam quod inter mẽſes vltimum haberet locum. Nam quum antea decem tantùm eſſent menſes, quorum primus erat Martius, duo poſtea in fine ſunt adiuncti, Ianuarius & Februarius.

Biſgargitani populi Hiſpaniæ citerioris. Plin. li. 3. c. 3. Tarracone, inquit diſceptãt populi XLIV, quorum celeberrimi ciuium Romanorum Derruſani, Biſgargitani, &c. Biſcargis per C legitur in nummo Germanici Cæſaris teſte Goltzio in theſauro. Sic quoque legit Ptolemæus.

Biſontium, vulgò *Beſançon*, metropolis Burgundiæ, vbi plura veterum ædificiorum veſtigia cernuntur: in cuius agro duo erumpunt fontes, quorum alter eſt aquæ dulcis, alter ex quo ſal igne denſatum conficiunt, candore præſtans, vnde maximum eſt illis vectigal. Sequanorum olim regio, totius Burgundiæ granarium, quemadmodum olim Italiæ Sicilia fuerat, Munſt. lib. 2. Coſm. Chryſopolis à poëta Ligurino vocatur:

Has tibi, inquit, metropolis & primi nominis
vrbes Chryſopolim Placidam, &c.

Biſtitus, vrbs Thraciæ. Steph

Biſton, Martis & Callirhoes filius, qui Biſtoniam Thraciæ vrbem condidit, vnde omnes Thracas Biſtonios dixere poëtæ, ipſamq; Thraciam Biſtoniam, aut terram Biſtonis.

Biſtones, gens Thraciæ, vnde & Biſtonum ſtagnum. Plin. lib. 4. c. 11.

Biſtonis, ciuitas & ſtagnum in Thracia Abderæ propinquum, à quo Thracia Biſtonia dicta: vnde Biſtonius & Biſtonicus quod Thracem ſignificat, ſicut ab Ionia Ionius & Ionicus, Ouid.

Fiſſáque Biſtonia membra lauabit aqua.

Thraces quoque Solino Biſtones dicuntur. Idem.

Tuta tamen bello Biſtonis ora fuit.

Sunt qui velint, & ſtagnum & prouinciam à Biſtone rege nomen accepiſſe. Plin. li. 1. c. 2. Steph. Vide Abdera.

Biſtritia, Latinis dicitur Hungariæ vrbs, quæ Germanis *Noeſn*. Hungaris *Beſzterze*, nominatur auctore Sambuco.

Biſurgis, fluuius Germaniæ, Strabo in exordio libri 7. Biſurgis & Lupias amnes in vnum ad Amaſiam deferuntur: ſtadia DC. à Rheno ſemotus, vide Viſurgis.

Biterini, orum, oppidum in Gallia Narbonenſi, & in agro Bæterrẽſi inter duos amnes. Obrim ſcilicet & Vepram ſitum, vulgò *Bederrieux*.

Bithalbe, vide Hellenopolis.

Bithia, Pharaonis filia, quæ Moſen adoptauit.

Bithias, Ptolem. Meſopotamiæ vrbs eſt. *Bir* incolis, & nonnulli *Perazuch* vocatur, Mar. Niger. teſte, *Batha* Antonini videtur Simlero. Vide Bathynias.

Bithon, vir qui tanta corporis fortitudine excelluit, vt taurum humeris geſtaret: qua admiratione ſtatua apud Argos dignus eſt habitus. Cæl. lib. 13. c. 19.

Bithra, oppidũ eſt Zoſimo, quod Marcellinus Maiozamalcha appellat. Bithra, Ptolemæi eadẽ videtur iuxta Euphratem in Arabia deſerta.

Bithus, & Bacchius, nobile par gladiatorum

itized by Google

fuit quorum meminit Suet. pares arte, pares audacia. Proinde, quoties duo æqualiter improbi contendunt inter ſeſe, ita vt neuter alteri velit concedere, feſtiuè dicemus Bacchium cum Bitho commiſſum.

Bithyæ fœminæ vocantur in Scythia, quæ pupillas binas in oculis ſingulis habent. Ineſt autem his vis ea naturalis, vt viſu effaſcinent, interimántque quos diutius intueantur, iratis præſertim oculis. Plin.lib.7.c.2.

Bithyæ, populi Thraciæ, quorum author fuit Bithys, Martis & Setæ ſororis Rheſi, filius. Stephanus.

Bithynia, regio minoris Aſiæ ad Pontum ſita, aduerſa Thraciæ, proxima Troadi, quæ Solino & Seruio primùm Bebrycia, poſtea Mygdonia, deinde à Bithynio rege Bithynia dicta eſt. Hæc etiam authore Euſebio, Pontus eſt dicta. In hac Libyſſa eſt, vbi Annibal ſepultus eſt. Sunt qui ſcribant Thynos populos tranſiſſe ex Europa, & hanc regionem occupaſſe, à quibus Bithyni dicuntur, & Bithynia. Claudianus.

Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur.

Hinc Bithynus & Bithynicus, Iuuenalis.

Quanquam & Cappadoces faciant, equitéſque Bithyni,

Martialis.

Iam te rem factam Bithynice credis habere.

Bebrycia dicta eſt Martiano Capellæ. Eius incolas Halyzonas vocat Suidas & Herodotus, qui dicit eos primùm *Strymonios* dictos. Thynos verò priuſquam ex Europa in Aſiam tranſmigraſſent, ex Plin.lib.1.cap.31. docetur Thraceſiam etiam pars vergens ad pontum vocata fuit, teſte Euſtathio. Metapontus videtur à Iuſtino lib.16. nominari: vbi ſcribit Heracleam à Phœcenſibus in Metaponto conditam. Bithynia ſimul cum Ponto, hodie *Burſia*, vt Giraua refert, & *Becſangial* vt Caſtal. tradit, vocatur.

Bithynia, item vrbs eſt Myſiæ, apud Suidam, hanc olim vocatam Adriani idem tradit. Eadem fortè eſt cum *Claudiopoli*. de quo ſuo loco.

Bithynici fuerunt, Xenocrates Philoſophus, Dionyſius dialecticus, Hipparchus, Theodoſius, & filij eius mathematici, Clophanes orator ex Myrlea, & Aſclepiades medicus Pruſienſis. Bithyniam Strabo priùs Myſos habitaſſe dicit, vnde Boſphorum Thracium, in quibus Bithynia eſt, Myſium quandoque appellari ait Dionyſius poëta, hinc etiam Herodotus dicit Thraces in Aſiam tranſuectos, Bithynios eſſe appellatos, templúmque & vaticinium Martis habuiſſe, & à Boſphoro vſque Rhebam flumen regionem tenuiſſe. Stephan.

Bithynium, vel Bithynum, ciuitas in Bithynia, à quo Bithynatæ & Bithynienſes populi, Stephan.

Bithynopolis, vrbs à Bithya dicta. Steph.

Bithynus, Ionis & Thraces filius, Stephano: fratrem habuit Doloncum, à quo Dolonci Thraciæ populi.

Bithys, nomen viri, de quo Steph. in Bithyæ, Bithyniæ, & Bithynopolis.

Bithyas, nomen viri, Seruio præfectus claſſis Punicæ Virg. Æneid.1.

Bitias, & Pandarus fratres ex Alcanore Troiano geniti, quos Hyera in ſyluis nutriuit. Hi cum Ænea in Italiam venerunt, & cum apertis etiam portis auſi eſſent Rutulos laceſſere, ab iiſdem ſunt trucidati. Virg. lib.9.

Pandarus & Bitias Idæo Alcanore nati, &c.

Alius fuit Bitias inter proceres Didonis, cuius meminit Virg. lib.1. Æneid.

Bitoana, Lydiæ vrbs. Ptolem.

Biton, alter fuit ex filiis Argiæ ſacerdotis & frater Cleobis, de quibus ſic ſcribit Cicero. 3. Tuſculan. Primùm Argiæ ſacerdotis filij Cleobis & Biton prædicantur, nota eſt fabula. Cùm enim illam ad ſolemne & ſtatutum ſacrificium curru vehi ius eſſet, ſatis longè ab oppido ad fanum, morarentúrque iumenta, tum iuuenes illi, quos modò nominaui, veſte poſita, corpora oleo perunxerunt, ad iugum acceſſerunt: ita ſacerdos aduecta in fanum, precata à dea dicitur, vt illis præmium daret pro pietate quod maximum à deo dari poſſit. Poſt epulatos cum matre adoleſcentes ſomno ſe dediſſe, manè inuentos eſſe mortuos.

Bitigo, Indiæ intra Gangem mons. Ptolemæus.

Bituitus, Auernorum rex, ſpecie colloquij comiter hoſpitio inuitatus, à Cneo Domitio vinctus eſt, & Romam deportatus. Epit. Liuij alter narrat, Bituitus Allobrogum rex, inquit, quum ingentem exercitum contraxiſſet hominum centum & octoginta millium, pugnaturus cum Fabio proconſule, qui paucos milites habebat, dixit, exercitum Romanum vix ad eſcam canibus ſuis eſſe, ſed conſerta pugna vincitur, & ad centum & quinquaginta millia hominum amittit, ipſe victus Romam proficiſcitur ad ſatisfaciendum ſenatui, ſed in Galliam remiſſus non eſt, ſed decretum, vt & filius eius Cangentianus comprehenderetur: qui cum patre Albam in cuſtodiam datus eſt. Conſul cùm febri laboraret, in ipſa pugna febri liberatus fuit. Pugna facta circa medium Iunij Iuliani, anno à Roma condita 633.

Biruntum, Chalderinus vult eſſe oppidum ſterile in Hiſpania. Huius fit mentio apud Martialem ad Luciam.

Biturgia, vrbs Tuſcorum. Ptolem. hodie Mallia-

lianum, quibuſdam *Borgo S. Sepulchro.*

Bituriges, Aquitaniæ populi, Plin. li. 4. cap. 19. Vno die viginti vrbes incenderunt, vt Cæſarem commeatu & pabulatione prohiberent. Horum oppidum Auaricum, Cæſar in commentariis. Dicuntur etiam *Cubi*, Plinio: item Straboni. Lucanus lib. I.

Et Biturix, longiſque leues Auſones in armis.

Vulgò *ceux de Berri.*

Biturigum, vrbs, quam Arpinus Comes Philippo vendidit, Æmil. li 4. Gall. *Bourges en Berry.*

Bituris, Vaſconum vrbs in Hiſpania, Ptol.

Bityla, Laconicæ mediterranea vrbs. Ptol.

Bijula, Cariæ vrbs. Strabo.

Biumbres, ſeu Amphiſcij ſunt illi quorum gnomoni ſub meridiem erecto ſol effulgens in ſuppoſita planitie vmbram modo in hanc alias in diuerſam partem proijcit, ſole in oppoſitam priori regionem delato. Hoc autem iis tantummodo accidit, qui inter Tropicos habitant. Strabo lib 2.

Bizala, inſula ante Taprobanam, Ptolem.

Bizia, arx regum Thraciæ, à Terei nefaſto crimine, inuiſa hirundinibus: non quod illic facinus patratum ſit (in Daulide enim Phocidis oppido contigit) ſed quod ea Terei patria fuerit, teſtibus Thucydide & Pauſania. Vide BYZANTIVM.

Bizon, vrbs Thraciæ, terræ hiatu rapta. Plin. lib 4. cap. 11. Hæc vrbs inter Calatim & Apolloniam ſita eſt Bizona Strab. dicta lib. 7.

Bizôna, vrbs Pontica, Steph.

B L

Blabe, Boſphori Thracici inſula, Dionyſ.

Blaander, Phrygiæ maioris vrbs, Ptol.

Blaberyra, vide INDICA.

Blacia, regio prope Cumas, cuius meminit Auguſtin.

Blaéna, Ponti regio ſatis ferax, per quam Amnias flumen labitur. Hoc in loco Mithridates cognomento Eupator, Nicomedis Bithyni copias funditus deleuit, haud quidem præſens, ſed per imperatores. Vnde ille cum paucis domum fugiens, ſeruatus eſt, & inde in Italiam nauigauit. Strab. lib. 12.

Blæſus, nomen viri. Statius 2. Sylu.

Blagura, mons eſt Hiberniæ, in cuius radicibus tres nobiles ſcaturiunt fluuij, Berna, Corus & Syurus, omnem ferè irrigantes inſulam.

Blanda, Italiæ vrbs in littore Brutio, non procul à Buto flumine & Parthenio portu. Plin. 3. cap. 5.

Blanda, Ptolemæo & Pomponio Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, quæ *Blanes*, Floriano & Nauagiero, in agro Barcinonenſi ad Larnum flumen, Plin. lib 3. c. 3. fluuius item.

Blandenona, locus non longè à Placentia. Cic. ad Q. fratrem.

Blandus, fons eſt iuxta Scenam, multis aquis abundans, nomen adeptus à blanditie aquarum quibus alluit incolas.

Blanduſia, Sabinenſis agri regio, in qua fuit ager Horatij poëtæ, & fons.

Blanij, Hiberniæ populi. Ptol.

Blannonij, ſiue Brannonij populi inter Celtas proximi Seguſianis, Ambiuaritis ac Heduis, quorum clientes erant. Vulgò *Le pays à l'entour de Sainct Iean de Maurienne.*

Blaſcon, vel Blaſcorum, inſula Galliæ in oſtio Rhodani, prius *Melion* dicta. Plin. li. 3. c. 5. Strab. lib 4. hodie *Languillade.*

Blaſtophœnices, Luſitaniæ populi. Appian.

Blaſtus, nomen viri, Act. 12.

Blaudus, vrbs Phrygiæ. Stephan.

Blauus, Romanus fuit, qui cùm audiuiſſet filium à triumuiris interfectum ab iiſdem impetrauit vt interficeretur, & filio comes mitteretur.

Blemmyæ, vel Blemiæ, vel Blenæ, vel Bleptæ, monſtroſi, vel potiùs fabuloſi populi apud Æthiopes. Plin. lib. 5. cap. 8. & Pompon lib. 1. in fine deſcriptionis Africæ. Stephano dicti à Blemo, vno ex illis ducibus, qui cum Dionyſio in illas regiones militarunt, faciem in pectore habent. Claudius.

——errat per Meroen,
Blenáſque feros, ſacrámque Syenen.

Hi capite carent, oculóſque habent & os pectori affixos.

Blenina, Arcadiæ oppidum, Pauſan.

Bleta, Tuſcorum Mediterranea vrbs, Ptol.

Blerani, Italiæ populi Cortonenſibus & Capenatibus vicini. Plin. lib 3. c. 5.

Bleſinon, Caſtellum eſt Corſicæ inſulæ. Strabo lib. 5.

Bleſtium, Angliæ oppidum. Anton.

Bleriſa, Hiſpaniæ vrbs prope Salmaticam. Vaſæus hodie *Ledeſma.*

Bletoneſi populi barbari, Plutarch. in quæſt. Romanis, non addit quo locorum ſint.

Bliarides, vide Gymneſiæ.

Bliarus, vide Membliarus.

Bliteræ, oppidum prouinciæ Narbonenſis, Plin. lib. 3 c. 5. In Mediterraneo, inquit, colonia *Arelate* ſextanorum, *Blitera* ſeptimanorum, *Arauſio* ſecundanorum. Mela lib. 2. cap. 5. vulgò, *Beſiers*, *Batira* Ptolemæo eſt, *Beltera*. Strab.

Bliulæi, Arabiæ fœlicis populi. Ptol.

Bloetini & Iſangrini, vocantur à quodam poeta, qui res geſtas Philippi Aug. regis Francorum deſcripſit, quidam Flandriæ populi, *Furnenſium*, *Bergenſiúmque* clientes: hoc anno

tauit Iacobus Meyerus.

Blucium, caſtellum eſt Toliſtobogiorum, qui Bithynis ſunt finitimi, in quo Deiotarus theſauros habebat. Strab. lib. 12.

B O

Boaceas, Italiæ locus inter Piſas & Genuam. Anton.

Boactus, Liguriæ fluuius. Ptol.

Boæ, vel Boeæ, Laconiæ oppidum. Ptol. Pauſ.

Boagrius, Locrenſium amnis, Thronion vrbem præterfluit. Strab. lib. 9. Homerus.

Boane, lacus ad Nicomediam eſt. Euagr 2. c. 14. & Calliſto, 15. c. 20.

Boanerges, Beatus Hieronymus docet debere ſcribi Banereem quod interpretatur, filij tonitrui. Sic à Chriſto cognominati fuerunt Iacobus & Ioannes filij Zebdæi. Marc. 3.

Boarium, forum Romæ, Plin. lib. 28. cap. 2. & lib. 34. c. 2.

Boarmia, Pallas dicta eſt à Bœotiis de boum ad aratrum coaptatione. Rhod. li. 14. c. 18.

Boas, Dalmatiæ inſula. Ammian.

Boaulia, vrbs Scythiæ, Steph.

Bobium, oppidum ad Apennini iuga ſitum, vbi nobile cœnobium à Theodolinda regina Longobardorum extructum: quo in loco nuper reperti ſunt: Rutilius Numantianus, Heroicum Sulpitij carmen, LXX. epigrammata, & permulti alij libri à Volaterrano enumerati.

Bobônia, vrbs Italiæ, Steph.

Bocalias, fluuius in Salamine inſula, qui priùs Bocarus eſt appellatus. Strabo lib. 9.

Bocalium, Arcadiæ oppidum, Megalopoli vicinum & Parrhaſiæ. Plin. lib. 4. c. 6.

Bocani, inſulæ Taprobanæ populi. Ptolem.

Bocanum Hemerum, vrbs Mauritaniæ Tingitanæ, Ptol. Hæc hodie totius Africæ vrbs ampliſſima iudicatur.

Io. Bocatius Florentinus, genealogiam deorũ ſcripſit, de fluminibus & mõtibus: pręterea fabulas & plura alia vernaculo ſermone. Volaterran.

Bocchus, Mauritaniæ, Getuliæ rex, amicus populi Romani ligatum Iugurtham L. Syllæ tradidit. Salluſtius in iugurthino. Huic ſucceſſit Iuba.

Bocci, id eſt vacuus aut diſſipatio, ſiue in vomitu, filius Iogli, princeps tribus filiorum Dan. Numer. 34. filius Abiſue filij Phinees, 1. Paralip. ſexto.

Boccian, i. euacuatio, vel diſſipatio Domini, nomen viri, 1. Paral. 25.

Boccori, qui & Concordienſes, populi Luſitaniæ, Plin lib. 4. c. 12.

Bocchiana, oppidum Troglodytarum. Plin. lib. 6. c. 29.

Bochoris, qui & Chenceres, Ægyptiorum rex regnauit annis XVI.

Bocchyris, Ægypti rex, regnauit annis XLIV. hic Ægyptiis leges conſtituit. Diodor. libro ſecundo, huius ætate agnus locutus eſt. Europ. hic adeò notæ & incorruptæ in iudicandis litibus iuſtitiæ fuit, vt vulgò ſi quid magnopere iuſtum & integrum ſignificare vellent, Bocchyrim appellarent. vide prouerb. Bocchyris iudicium.

Bochri, i. primogenitus, vel primitiæ, ſiue in Ariete, pater Sebæ, 2. Reg. 10.

Bochru, filius Aſel, filij Elaſa, 1. Paral. 8. 9.

Bodecia, vrbs inter Piſam & Genuam. Ant.

Bodeni, Sarmatiæ Europææ populi. Ptolem. *Podolia*, nunc regis Poloniæ ditio. Willich.

Boderia, Ptolemæo, æſtuarium maris Britannici. Tacit. *Bodotria* dictum.

Bodincomagum, oppidum iuxta Padum, quod & Induſtria dicitur. Plin. lib. 3. c. 16.

Bodincus, Padi cognomen, Ligurum lingua id eſt fundo carens. Plin li. 3. c. 16.

Bodobriga, Germaniæ oppidum ad Rhenum hodie *Bobarten*, vt Pircheimerus cenſet.

Bodonæus, vide DODONE in Stephan.

Bodôna, vrbs Perrhœbiæ, vel potiùs Theſſaliæ. Stephan.

Bodòria, vide BODERIA, eſt autem Scotiæ, Albionis inſulæ partis fluuius, *Fortheia* dictus Lhuydo. *Levinum* vocat H. Boethius.

Bodunni, Britanniæ inſulæ populi, à Claudio Cæſare in fidem accepti. Dion. lib. 60.

Bœa, oppidum Peloponneſi in ſinu Argolico, non procul ab Epidauro. Plin. lib. 4. c. 6. in deſcriptione Achaiæ, vrbs eſt Cretæ. Steph.

Bœbe, Bœbes, ciuitas Theſſaliæ, & eius loci lacus, ad quem Bœbe ſita eſt. Strabo lib. 9. Eſt & Cretæ palus. Steph.

Bœbebeis, idis, ſiue Bœbias lacus Theſſaliæ iuxta Oſſam montem. Lucan. lib. 7.

Bœdromion, menſis Iunius apud Athenienſes dicebatur.

Bœdromius, dictus eſt Apollo, quòd ſingulis annis menſe Iunio, quem Athenienſes Bœdrominem vocant, Apollini ſacra fierent in memoriam reportatæ à Theſeo de Amazonibus victoriæ, aut ſanè Apollo dictus eſt Bœdromon à ſacris Bœdromiis, quæ quotannis menſe Iunio illi fiebant, Plut. in Theſeo.

Ire per Oſſeam rapidus Bœbeida ſanguis.
Valerius Flaccus.

Perderet & pingui miſeros in Bœbide rincis.
vide XYNIAS. Eiuſdem nominis eſt etiam oppidum Theſſaliæ.

Bœdromius, Apollo ab Athenienſibus cultus fuit. Nam cùm bellum Athenienſibus inferretur, Ion Eleuſinius eis opem tulit ob cognationem. Inde victores facti Athenienſes de voce currentis exercitus ad vrbem, Apollinem Bœdro-

Digitized by Google

Boedromium dixerunt, & menſes βοηδρομιῶνες.

Boellæ, vide Bonillæ.

Boemia, vel Bohemia, Myſiæ Europææ regio vltra Danubium ſita: à Boemis, quos Ptolemæus in ea parte gentem maximam eſſe dicit, vel à Boemo principe. Germaniæ portio eſt Aquilonis flatibus tota fermè expoſita, cuius ad Orientem vergens latus Moraui obtinent, & Sileſiorum natio. Septentrionem iidem Sileſij & Saxones, qui & Miſnienſes & Thuringi appellantur. Ad Occidentem Voitlandia eſt Bojoariorúmque regio. Meridionalem plagam tum Bojoarij, tum Auſtrales habent qui ripas Danubij vtraſque accolunt, nec alia Bohemiæ quàm Teutonum terra cõiungitur. Sylua vniuerſam claudit, quam veteres Hercyniam vocauere, cuius & Græci ſcriptores & Latini meminerunt, Bohemiæ latitudo longitudini par trium fortè dierum eſt. Flumina quæ terram irrigant vniuerſam exonerantur in Albim, qui mediam fermè prouinciam perlabitur. Amnes alios inſignes habet. Oppida, Pragam, regni caput, Egram, & alias nõ paucas. Gelida prorſus regio, piſce atq; armentis abundans, cum volucre, feriſque, frumenti ferax. Cereuiſia pro vino vtitur. Ager toto regno optimus. Vinum quod naſcitur acerbum. Sermo genti & Dalmatis vnus. Mos vetus in hanc vſque diem ſeruatur, in templis ſermone Teutonico, in cœmeteriis Bohemico plebs docetur. Toto regno plebs bibula & ventri dedita eſt Nobilitas gloriæ appetens, belli perita, &c. Plura habes de Bohemiæ regno apud Æneam Sylluium, Munſterum, Sabellic. Rythaimer, Crantz, & Cromerum, qui libro primo hiſtoriæ Polonicæ de Bohemiæ incolis, vnde venerint & de antiquis eorum ſedibus diſſerit.

Boen, i. pollex, ſiue in eis, lapis in tribu Iuda, à filio Ruben ſic appellatus: Ioſue 15.

Boëthus, Carthaginienſis ſtatuarius: Pauſ.

Bœon, oppidum Mediterraneum Tauricæ Cherſoneſi apud Ptolemæum Czargati Nigro.

Bœotus, Itoni & Menalippæ nymphæ filius: Pauſ. in Bœoticis ſtatim ab initio.

Bœótia, regio in finibus Græciæ, in longum ad Atticam ſe protendens, tria reſpicit maria, Peloponneſiacum, Siculum & Adriaticum, totidémque in partibus colonos habet: Eubœæ inſulæ obiecta: ab Attica autem Cithærone monte diſcreta: ita dicta (vt nonnulli putant) à boue, cuius ductu Cadmus peruenit ad eum locum, vbi poſtea Thebas Bœotias condidit. Ad quam nominis rationem alludit Ouidius 3. Metamorph. cùm ait.

Bos tibi, Phœbus ait ſolis occurret in aruis,
Nullum paſſa iugum, curruique immunis aratri.
Hac duce carpe vias, & qua requieuerit herba,
Mœnia fac condas, Bœotiáque illa vocato.

Alij alias afferunt nominis huius rationes, quas vide apud Stephanum. Olim etiam *Aonia* dicta eſt, & *Ogygia*, & *Hyantis*, & *Meſſapia*, & *Cadmeis*, Thucydidi. Hinc Bœoti dicti ſunt, regionis huius incolæ: qui ſtupiditatis & craſſi ingenij nomine malè audierunt. Hinc eſt illud Horatij lib. 2. Epiſt.

Bœotum in craſſo iurares aëre natum.

Aone Diodoro dicitur, incolæve *leges* apud Solinum appellantur, & *Temmici* apud Lycophronem, vt Iſacius eius commentator ſcriptum reliquit.

Bœotij, populi, qui anno LX. poſt captam Troiam à Theſſalis Arnâ eiecti incoluerunt terram, quæ nunc Bœotia, priùs Cadma vocabatur Thucyd. lib. 1.

Bœrebiſtas, vir natione Geta quum imperium in ſuam gentem ſuſcepiſſet, homines frequentia bellorum & cladibus afflictos eò magnitudinis extulit, nunc exercitatione corporum, nunc victus ſobrietate, nunc edictorum obedientia, vt intra paucos annos, latum adeptus ſit imperium, plurimóſque finitimorum Getarum ditioni ſubdiderit, traiectóque audacter Iſtro Thraciam diripiens vſque in Macedoniam & Illyricum, magnum terrorem incuſſerit. Magnæ obedientiæ argumentum eſt, quòd eius ſuaſione inducti vites excidere, & ſine iis vitam agere conſenſerunt. Strabo libro ſeptimo.

Boëtius, Zenone imperante, ob affectatæ libertatis ſuſpicionem à Theodorico rege exilio damnatus, deinde cuſtodiæ traditus plura conſcripſit. Tandem ſimul cum Symmacho Senatore ſocero ſuo, aliiſque præſtantibus viris interficitur. Euſeb.

Boetus, Hiſpaniæ fluuius, ex iiſdem naſcens locis, ex quibus Anas & Tagus, Strabo.

Bœtus, ineptus quidam poëta Tarſenſis, qui Philippenſem Antonij victoriam carmine conſcripſit: quo nomine præter alios ſummos honores quibus ab illo affectus eſt, Gymnaſij etiam Tarſenſis præfecturam adeptus eſt.

Bogádium, vrbs Germaniæ. Ptolem.

Bogdomantis, Aſiæ minoris regio. Ptol.

Boges, Perſa, ab Athenienſibus obſeſſus, cùm nihil haberet commeatus in caſtris, liberos cum vxore primùm, demum ſeipſum interfecit. Herodot. lib. 7.

Bogud, oppidum in Africa, & regis nomen.

Bogudiana, pars Tingitanæ prouinciæ in Africa. Plin.

Bogus, rex Mauruſiorum, Antonij partes ſequebatur in Actiaca pugna. Strabo lib. 8.

Bohemia, regio, vrbe Bohemia.

Bohemundus, Rogerij Apuliæ ducis frater, vnus illorum qui cum Godofrido Bulioneo expeditionem in terram Sanctam ſuſceperunt, quum eius opera Antiochia capta eſſet, à principibus expeditionis ſociis illius princeps deſignatus eſt anno 1099.

Bohilla, oppidum in Italia, ſic dictum, quòd eò bos inteſtina vulnere trahens aduenerit, Nonius.

Boianum, Samnium vrbs, Ptolem. hodie Bouianum.

Boiatum, vel Boatium, Nouempopulana ciuitas, vt habet Libellus prouinciarum, Scaliger pro Boiana intelligit.

Boij populi Tranſrhenani, Franconiæ. Alpibus, Italiæ, Sueuis Auſtralibus, ac Danubio flumini proximi, qui in agrum Noricum tranſiuêre, Noricámque oppugnarunt, expulſis (vt coniectura eſt) Noricis, Boiorum pars, Æduis Cæſarem deprecantibus, deuictis Heluetiis, quorum in ſocietate domo exceſſerant in finibus Æduorum à Cæſare ſunt collocati, vbi Gergobiam ciuitatem exiguam & infirmam, non longè ab Auarico oppido in finibus Biturigum ſito, eis per Æduos attributam habitarunt: Boij primum poſt Boioarij, & nunc Bauari dicti. A finibus Herbipolenſium, per Noricum agrum in Auguſtenſes protenduntur, cum quibus & aliis Tranſrhenanis vſque ad Briſſinam vrbem & terras, quas hodie Archidux Auſtriæ poſſidet, ac in fines Tridentinos ſæpe tunc, & continuè vſque nunc Heluetij Rhenum tranſeuntes bella geſſere. De his Cæſar libro primo & ſecundo.

Bóij, populi fuerunt Galliæ Lugdunenſis. Pli. lib. 4. cap. 18. qui putantur agri Borbonenſis tractum incoluiſſe. Hi poſtea Alpes tranſgreſſi iuxta Padum conſederunt, vbi & Laudem Pompeiam condiderunt. teſte eodem, lib. 3. c. 17. Iidem poſtea à Romanis expulſi, in Germaniam ſe contulerunt, teſte Strabone lib. 7. vbi Hercyniæ ſyluæ partem incoluerunt, quæ Pannoniis proxima eſt: quæ regio, ab eis primùm Boiohemia, & poſtea demptis aliquot literis, Boemia appellata eſt. vulgò *Bourbonnois & Bauiere, ou Boeme en Allemagne*. Horum mentionem facit quoque Cæſar, apud quem & *Boia* legitur.

Boiemum Tacito, Boiohemum Paterculo, quid regionis nomen eſſe dicit, quam incolebat Maroboduus. *Bemi* vocantur à Ptolem. *Celdulos* eos appellat Strabo. lib. 7. vbi dicit: In Germania Hercynia ſylua eſt, quidam in ipſa ſylua habitant, vt *Celduli*, in quibus eſt *Beniaſmum*, Marobodui regia, hodie hæc regio Bohemia dicitur, Incolæ ſe ipſos Czechos nuncupant.

Baiodurum, Vindeliciæ vrbs, ad Danubium. Ptolem.

Boion oppidum Cyrenes. Plin. lib. 5. c. 5.

Bóion, Doridis oppidum in Græcia, Plin. 4. c. 7. Doris in qua Sperchios, Erineon, Boion. Pindus, Cytinum: ab Homero videtur Bœbe dictum Steph. *Βοιαὶ* etiam, Cretæ vrbs eſt apud eundem.

Boiorum Deſerta, Plinio & Straboni memorata. *VVienervualdt* hodie, auctore Lazio. Plinius dicit hæc Noricis iungi. Strabo à Vindelicis ad Pannonios ait ea pertingere.

Boizlaus Boemorum rex, ab Othone in ciuitate Nona obſeſſus. Blond. lib. 2. decad. 2.

Bola, vrbs Italiæ. Steph. vnde Bolani Coriolanis & Fidenatibus vicini, Plin. li. 3. cap. 5. Virg. 6. Æneid.

Pometios caſtrúmq; Inui Bolámque Coramq;.

Bolaca, Triphiliæ vrbs in Peloponneſo. Polyb.

Bolbæ, vrbs Cariæ, fluuius aut Palus Balbœotes, quæ *Heraclea* dicta eſt.

Bolbitinum, Nili fluminis oſtium. Plin. lib. 5. cap. 19.

Boltinia, vrbs Ægypti.

Bolbulæ, oppidum & inſula maris mediterranei. Plin. lib. 5. c. 31.

Bolæ, oppidum agri Campani in Italia, cuius meminit T. Liuius. Vnde Bolani. Coriolanis & Fidenatibus vicini. Plin. lib. 3. c. 5. *Βωλαι* autem apud Steph. vrbs eſt Latinorum. Vide Bela.

Bolentium, vrbs Pannoniæ ſuperioris. Ptolemæo.

Bolgius, dux Gallorum in expeditione contra Ptolemæum regem Macedonum. Pauſan.

Bolina ſeu Boline, oppidum Achaiæ eſt iuxta Patras. Pauſan. Steph.

Bolina, virgo quam adamauit Apollo: ſed cùm eum fugeret, in gratiam Apollinis facta eſt immortalis. Pauſ. lib. 7.

Bolinæus, fluuius dictus à Bolina vrbe, cui erat vicinus, Pauſ. lib. 7.

Bolingæ, populi Aſiæ. Plin. lib. 6. cap. 19. Indiam habitant. Steph.

Boliſſus, vrbs Æoliæ in edito loco ſita, prope Chium. Steph.

Bologeſias, vrbs iuxta Euphratem, à Bologeſſo rege condita. Steph.

Bologeſiphora, vrbs Perſica. Steph.

Bolutus, vrbs in Illyria, & alia Theſprotiæ, Stephanus.

Bolus, Cimbrorum rex, Aurelium Scaurum cepit atque interfecit. Flor. lib 6. 7.

Bomarei, Aſiæ populi à Caſpiis Orientem verſus. Plin. lib 6.

Bombinæ, Nemeæ vicus. Vide Bembia, & Bembinadia.

Bombus, Ciliciæ regionis fluuius. Plin. lib. 5. capite 27.

Bomi, colles Ætoliæ, quorum incolæ Bomienſes. Steph.

Bomilcar, filius Amilcaris, Pœnorum & ipſe dux, veniens in ſuſpicionem Carthaginienſibus, quòd cum Agathocle conſpiraret, in medio foro patibulo ſuffixus eſt. Trog. Pompei. lib. 33.

Bomitæ, oppidi nomen in Amano monte Syriæ Antiochenæ Plin. lib. 5. 22.

Bomonicæ, erant adoleſcentuli, qui in Dianæ Orthiæ ſacrificiis apud Laconas aris ſuperpoſiti contendere ſolebant, quis plura verbera ſuſtineret. Palæp. lib. 2.

Bon, Tuſcorum rex, regnauit annis XXVII. ab hoc regio Bononia dicta. Cato de orig.

Bona dea, quam veteres Faunam, ſiue Fatuam, ſiue Sentam dixere, tantæ pudicitiæ fuit, vt nemo illam, dum vixit, præter virum, mas viderit, nec nomen eius audierit: propter quod illi ſolæ mulieres Rom. noctu in operto ſacrificabant, & Bonam deam appellabant. Tibulli lib. 1.

Sacra bonæ maribus non adeunda Deæ.

Alexander ab Alexandro lib. 6. c. 8 Quidam putant hanc Proſerpinam eſſe, & idcircò ei porca rem diuinam fieri, quia ſegetem, quam Ceres mortalibus tribuit, porca depaſta eſt.

Bona, fuit vna ex quinquaginta filiabus Fauni.

Bonandria, Syriæ ciuitas, quæ olim Apollonia.

Bonanis, Tuſcorum rex, regnauit annis XVIII.

Bonauentura, Franciſcanus Theologus ex oppido Bagico regio, ob virtutum commentarios editos, in Cardinalium numerum ex Generali à Gregorio decimo relatus eſt. Habitum, quo nũc vtuntur Franciſcani Cardinales, inſtituit, cum priùs aliorum Cardinalium modo incederent: ſacros aliquot libros ſcripſit, à Xiſto IV. in Sanctorum Catalogum relatus eſt. Huius poſtea libros in epitomen redegit Gulielmus Fulginas eiuſdem ordinis. Volaterran lib. 21.

Bonauentura, alter eiuſdem ordinis Patauinus, Cardinalis tituli S. Cæciliæ, ſub Ioanne 22. doctrinæ ſanctitatem adiecit, à Cartanenſi principe ſagitta peremptus, dum Eccleſiæ libertatem contra tyrannos tueretur. Volat 21.

Bonchæ, populi Catrenis vicini, inter Euphratem & Cyrum fluuium. Steph. Ali. *Bonchnæ* legunt.

Bonchis, ciuitas Æthiopiæ, iuxta tertiam Cataracten. Steph.

Bonæ fortunæ, Maris Eoi inſulæ. Ptol. *Burneo.* Mercatori.

Boni, i. filius meus, aut ædificans, ſiue intelligens, filius Somer. 1. Paral. 6.

Boni portus, p. n. Latinæ dictiones ſunt. Ciuitas opinor, Cretenſium, cui nomen καλὴ ἀκτή, id eſt, pulchrum littus: cuius meminit Lucas in Actis cap. 27.

Bonianum oppidum eſt in Samnio, Cic. pro Cluentio.

Bonicius, præſul Auernenſis, vir ſanctitate clarus. Volater.

Bonifacius, XL. Romanorum epiſcopus, regnauit annis VI. menſibus IX.

Bonifacius, IV. Romanorum epiſcopus, regnauit annis II. diebus XXVI.

Bonifacius, LXIV. Romanorum pontifex, regnauit menſibus VIII. diebus XXII.

Bonifacius, LXV. Romanorum pontifex, regnauit annis VI. menſibus VIII. diebus XIII. Templum omnium deorum à M. Agrippa ædificatum, mutato nomine, Mariæ & omnium Chriſti ſanctorum vocauit. Diacon. lib. 8. Blond. libro 9. Eius tempore Papatus initium ſumpſit.

Bonifacius, LXVIII. Romanorum pontifex regnauit annis V. Hic conſtituit, vt qui in ſacras ædes fugerent: ne inde abſtraherentur.

Bonifacius, CII. Romanorum pontifex. regnauit annis XV. menſibus IX.

Bonifacius CX. Romanorum epiſcopus, regnauit diebus XXXVI.

Bonifacius, CXXXV. Romanorum pontifex, regnauit menſibus VII. hic Conſtantinopolim relegatus fuit.

Bonifacius CXCIV. Romanorum pontifex, regnauit annis VIII. menſibus nouem, diebus XVII. Cæleſtinum cepit, in cuſtodia tenuit. Plat. in Æmil.

Bonifacius Romanus, martyrium ſub Diocletiano ſubiit, relatus deinde à ſeruis Romam, eique templum in Auentino dicatum, quod ex Alexio poſtea commune fuit.

Bonifacius Britannus, præſul Moguntinus, apud Phryſios & ipſe martyr, quod iuſſit Stephani ſecundi Pontificis Pipinum Caroli patrem regem oleo ſacro perunxerit.

Bonifacius, præſul Carthaginienſis, Zenone imperante, confeſſor.

Bonifacius, præſul Ferentinas, item confeſſor.

Bonifacius, martyr Boſnenſis, Othonis III. conſanguineus, Euſeb.

Bonifacius, Africæ comes, ſub Honorio Æli. Ducis æmulus, Auguſtino amiciſſimus.

Bonifacius, Corſicæ Comes, Vticam inter & Carthaginem, facta cæde, dum præda onuſtus redit, Saraceni Siciliam relinquentes, quam occupauerant, in patriam ſuam ſunt reuerſi. Æmil. lib. 3.

Bonifacius, Montiferrati Dux, cum Balduino Sabaudiæ Comite & Veneris Iadaram re-

cepit. Alexium Iſaci filium vnà cum patre regno reſtituit Conſtantinopolitano, quo necato ab Murtillo, Conſtantinopolim cepit: communi conſenſu in Imperatorem Græcorum Flandrenſem elegit Comitem, Rom. qui ſe ſubiecit Eccleſiæ. Blondus libro ſexto, Platina.

Bonifacius Donancitus: Comes Piſanus, Petrum Corbarium captum Pontifici tradidit, qui coniectus in carcerem, vitam commutauit cum morte. Æl. lib. 8.

Bonna, oppidum ad citeriores Rheni ripas ſitum, & Colonienſi vrbi ac Confluentiæ oppido proximum: vulgò *Bonne*. Corn. Tacit. Veronam aliquando dictam & Voconiam ſcribit Georg. Bruno in ſuo ciuitatum volumine.

Bonni, colles Ætoliæ, à quibus Bonnenſes dicuntur. Thucyd. lib. 5.

Bonni, i. ædificans me, ſiue adoptans, aut intelligens me, pater Omirai 1. Par. 9. 2. Eſd. 9.

Bonitium, vocant Latini Tuſciæ oppidum quod vulgò *Poggibundi* dicitur, vt tradit Leander.

Bononia, ciuitas Italiæ, non procul à Pado. Mantuanus,

—qua magna potėnſque
Imperat Æmilio vicina Bononia Rheno.

Bononienſes, eiuſdem ciuitatis incolæ.

Bononia, Hetruriæ princeps colonia, Felſina vocitata, in octaua Italiæ regione. Plin. lib. 5. cap. 15.

Bononia, oppidum munitiſſimum & portus maritimus ad Septentrionem, quem Geſſoriacum Morinorum putant, à quo ad Douerium portum Angliæ, eſt breuiſſimus traiectus, vt putant Meyerius & Cænalis. Eſt autem Bononia inferior, quam vocant, & ſuperior. Bononia inferior, vicus non ſeptus mœnibus ante Anglorum in Galliam aduentum. Mare Anglicum vicum alluit, & inde facillimus eſt traiectus in Angliam. Centum ferè paſſus abeſt à ſuperiore Bononia, quæ cingitur mœnibus validiſſimis. Ibi foſſæ præaltæ muros ambientes. Totus ille locus ſabuloſus, ex eo genere, quod Sabulum bulliens ſeu feruens maritimi homines vocant. Vnde Bulloniæ & poſtea Bononiæ nomen à bullienti ſabulo, Gallico nomine inditum putant, tametſi vetus eſſe nomen ex Ammiano Marcellino videamus. Hæc Ferronius. Gallicè *Boulongne ſur la mer*.

Bonoſus, Imperator fuit Romanus filius literarij pædagogi, authore Vopiſco hic tantum bibebat quãtum hominum nemo. De hoc Aurelianus dicebat: Non vt viuat natus eſt, ſed vt bibat. Si quando legati barbari ad eum veniſſent, ipſis propinabat. vt eos ineptiaret, vt ab his per vinum omnia cognoſceret, ac extorqueret veritatem. Tantum meiebat, quantum biberat, ſic vt eius veſica nunquam grauaretur: poſtea cùm à Probo ſuperatus, laqueo vitam finiuiſſet, emanauit iocus, Amphoram pendere non hominem.

Bontas, & Tabas, Daciæ duos acceſſus tantùm habet Iornandes, aliàs montium iugis circumcirca cingitur. *Roſenthurn & Breſſ* fortè hodie: his enim ſolùm duobus anguſtiis, Tranſiluaniam adiri poſſe recentiores tradunt.

Bonus, presbyter Romanus, ſimul cum Fauſto & Mauro diaconis Romæ ſub Valerio principe paſſi, ſepulti ſunt in via Latina. Volater.

Bonus Deus, apud Græcos, ἀγαθὸς θεὸς, cuius templum Pauſ. in Arcad. commemorat ad ſiniſtram viæ, quæ in Mænalem montem ducit.

Bonus euentus ab antiquis cultus eſt, Pli. li. 5. deſcribit Euphranoris ſimulachrum Boni euentus, dextra pateram, ſiniſtra ſpicam, ac papauer tenens. Boni euentus meminit Varro lib. 1. de ruſt. inter Conſentes diuos agricolarum.

Boonæ, βοῶναι, Athenis dicti ſunt qui boues ad dies feſtos coëmerent. Demoſth. in Mediam.

Booſcœte, Helleſponti vrbs, *Germanicopolis* poſtea dicta, Plin. lib. 5. c. vlt.

Booſura, bouis cauda, vrbs Cypri inſulæ, cui vicina eſt Tereta & Palæpaphus, quæ antiquum Veneris templum habet. Strab.

Bootes, tis, vel Bootes, tæ, vel Boetus, ti, à boue deductum nomen, Latinè bubulcus, cœleſte ſydus quod Arctophylax vocatur: ſtellula enim eſt iuxta Vrſam maiorem, quæ more bubulci plauſtrum ſequi videtur. Cic. de nat. deor.

Arctophylax, vulgò qui dicitur eſſe Bootes,
Quod quaſi temone adiunctam præ ſe quatit Arctum.

Ouidius,

Arctophylax formam terga ſequentis habet.

Iuuenalis,

Frigida circumagunt pigri Sacrata Bootæ.

Habet quatuor ſtellas dextra manu quæ non occidunt, Gel. lib. 2. c. 11. Aratus,

Tardus in occaſũ ſequitur ſua plauſtra Bootes.

Manilius.

A tergo venit Arctophylax, idémque Bootes.

Vide Arcas & Arctophylax.

Booz, i. in fortitudine, vel in hirco, filius Salmon, filij Naaſſon, conſanguineus Elimelech Beth-lehemitæ, Ruth. 2. 4. 1. Paral. 2. Nomen item ſecundæ columnæ in porticu Salomonis. 1. Reg. 7. 2. Paral. 3.

Borrama, latronum Libanum incolentium receptaculum. Strab. lib. 16.

Borbeto magus, Germaniæ vrbs in Vangionibus. Ptol. quibuſdam hodie *l'Worms*.

Borbuſta, rex Gotthorum, in Teutones irrumpit, quem vicerunt tres reges coadunatis copiis.

Borbonũ, Galliç pars, Ducatus dignitatem aſſumpſit Philippi Valleſij Frãcorum regis tẽpore.

Borcani, populi Hirpinorum in Italia, non procul à Collatinis, Plin.lib.3.c.18.

Borceos, vicus qui etiam Annuath appellatur & eſt in confinibus Sarmatiæ regionis. Iudææ limites à Septentrione. Ioſeph.bell.Iud.l.1.

Borcobe, Thraciæ oppidum, Eumeniæ & Parthenopoli vicinum. Plin.lib.4.c.11.

Borea, oppidi nomen, quod à Sex. Pompeio captum eſt, vt ſcribit Cic.16. ad Atticum.

Boreas, Aquilo dictus, ab Hyperboreis montib. flans, vnde & frigidus, dictus ἀπὸ τῆς βοῆς καὶ ῥέω, quoniam vt violenti flatus eſt, ita etiam ſonori. Virg.1.Georg.

Aut boreæ penetrabile frigus adurat.

Spirat inter Septentrionem & exortum ſolſtitialem, nubes diſſipat, & aquas gelu conſtringit, Poëtæ Boream Aſtræi filium faciunt, eúmque Hyacinthum puerum amaſſe, qui etiam ab Apolline diligebatur, vide infrà. Alij Strymonis filium fuiſſe dicunt. Amauit præterea Orythiam Erichthonij Athenarum regis filiam, quam & in coniugem poſtulauit: verùm cùm non daretur, vi eam rapuit, ex qua poſtea Zeten, & Calaim ſuſcepit. Fertur quoque pulcherrimas Dardanis equas adamaſſe, & ex illis XII. velociſſimos equos ſuſcepiſſe. Hinc Boræus & Boræetis, idis, Ouid.lib.1. Metamorp.

——Scythiam ſeptémque triones
Inuaſi Boreas, &c.

Boreas, mons eſt Epyri Dyrracchio proximus.

Boreoſtoma, vnum ex oſtiis Danubij fluminis, Primum oſtium Peuces: mox ipſa Peuce inſula, à qua proximus alueus appellatus, 19. Mill. paſſuum magna palude ſorbetur. Ex eodem alueo & ſuper Iſtropolim lacus gignitur LXIII. M. paſſuum ambitu Halmyrin vocant. Secundum oſtium Naracoſtoma appellatur. Tertium Caloſtoma, iuxta inſulam Sarmaticam. Quartum Pſeudoſtoma, & inſula Conopon Diabaſis. Poſtea Boroſtoma, Spireoſtoma. Singula autem ora & oſtia tanta ſunt, vt prodatur in XL. M. paſſ. longitudinis vinci mare, dulcémque intelligi hauſtum. Plinius de Danubij oſtiis, lib.4.c.12.

Boreum, Hiberniæ inſulæ promontorium. Ptolem. mons item in Arcadia. Pauſan. Tenedi inſulæ portus, Arrian. Cyrenaicæ regionis promontorium. Ptol.

Borgi, Ariæ populi. Ptol.

Borgion, filius Neptuni, qui Herculem inuaſit, Bocatius.

Borgodi, Aſiæ populi in inſula Argilia. Plin. lib.7.c.28. in deſcriptione Arabiæ.

Borichus, Colomanni nothus. Volat.Riti.

Borion, idem quod ſupra Boreum,

Bormanico, oppidum Narbonenſis prouinciæ. Plin.lib.3.c.4.

Bormiſcus, regio Macedoniæ, vbi canes Euripidem lacerarunt, Steph.

Bormius, mons eſt in Macedonia, à quo & locus Bormiſcus dictus eſt. Rhod.lib.14.c.10.

Boron, Trogloditarum oppidum, Plin.lib.6. cap.29.

Borſippa, vrbs Babyloniæ, Meſopotamiæ coniuncta inter Euphratis conuerſiones, olim Dianæ & Apollini ſacra, in qua maximum lanificium eſt, & maxima veſpertilionum multitudo in eſum conditur. Strabo libr. decimo ſexto. Martial.

Sexta Semiramia quæ variantur acu.

Steph. Βόρσιππα fœminini generis, aut neutri pluralis ſcribit.

Boruſſia, vide PRVSSIA.

Boryſthenes, fluuius Scythiæ ſecundum Iſtrũ omnium maximus, ad 600. ſtadia nauigabilis, in cuius oſtio ingens vis ſalis ſua ſponte naſcitur, & ingentia cete ſpinis carentia. Herodot. Plin.Strab.Solin. Pompon.& Martian.

Boryſthenidæ, populi ad Boryſthenem amnem, Pomponius. Propertius.

Gloria ad hybernos lata Boryſthenidas.

Boryſthenes, nomen oppidi fluuio adiacentis, item inſula & portus in mari Euxino, ad oſtium Boryſthenis.

Boryſthenes, Stephan. vrbs & fluuius Ponti iuxta Mæotin & Tanain, & vrbs Græciæ Occidentem verſus. Mileſiorum coloni quam incolæ Olbiam vocant. Steph. Sunt & aliæ Olbiæ, de quibus infrà.

Boryſa, vrbs Ponti.

Boſa, Sardiniæ inſulæ oppidum. Ptolem. hodie *Buoſa*.

Boſara, vrbs Arabiæ fœlicis. Ptol.

Boſenſes, populi ſunt ciuium Romanorum, in Sardinia inſula. Plin.lib.3.c.7.

Boſes, nomen ſcopuli, 1.Reg.14.

Boſitara, vrbs Ægypti. Steph.

Boſor, i. munitio, vel vindemia ſiue oblatio, vel prohibitio, aut in anguſtia, vel in tribulatione filius Supha filij Helem, 1.Para.7. Nomen ciuitatis Moabitarum trans Iordanem Orientem verſus, ad ſolitudinem nonnihil vergentis, 1. Macchab.5. Deuter.4. Ioſ.20. 1. Paral.6. De tribu Ruben Leuitis data.

Boſpara, Thraciæ vrbs. Procop.

Boſphorium, portus Byzantij. Steph.

Boſphorus, vel Boſporus, à bouis meabili trãſitu dictus, propter anguſtias freti, quaſi bouis tranſitus. Pli. Soli. Duo ſunt autem Boſphori, alter iuxta Byzantium, qui Thracius dicitur, éſtque oſtium Ponti, per quod in Propontidem influit, dictum à traiectu Iouis in vaccam deformati. Valer.Flac.lib.4. Argon.

Iámque dies auraq; vocant, rurſúsq; capeſſunt
Æquora, quà rigidos eructat Boſphorus amnes.

Alter eſt Boſphorus in introitu Mæotidis paludis, per quem in Pontum defluit. Ouid.

Boſphorus & Tanais ſuperãt Scythiáq; paludes.

Hic etiam Cimmerius Boſphorus dicitur, à Cimmeriis populis partem eius frigidiſſimam incolentibus. Vide PROPONTIS. Cæterum inter Boſphorũ Thracium & Cimmeriũ Martiano & Polybio interiacent millia quingẽta. Porrò Boſphorus Thracius Pomponio, ſtadiis 5. Europam ab Aſia diſterminat, qua Darius Xerxis pater copias traiecit. Boſphori Cimmerij latitudo eſt M. D. paſſuum. Pli. lib. 2. c. 15. Lucanus.

Sic ſtat inter Scythicas aſtringens Boſphorus vndas.

Boſphorus, vrbs Franconiæ in Germania, vulgò *Ochſenfurt.*

Boſphorus, vrbs Ponti, eſt iuxta ſinum Cimmerium, & fretum eiuſdem nominis, quod Io in bouem mutata traiecit, vnde nomen. Eſt & alia Indiæ Boſphorus. Steph.

Boſra, Idumææ ciuitas. Geneſ. 36. Iſa. 34. idem ſignificat quod Boſor.

Boſſina, Orientaliſ regio, à Turca vaſtata, an. 1384. Egna.

Boſtitza, v. Ægyra.

Boſtra, Phœniciæ vrbs ad mare ſita, Byblo vicina, vt tradit Strab. li. 16. vrbs Arabiæ. Steph.

Botachidæ, locus Arcadiæ in Tegea, à Botacho Ioeriti filio, Lycurgi verò nepote dicitur. Stephan.

Botiæi, Thraciæ populi, Plin. lib. 4. c. 11. Steph. Nicæam, Botiæorum coloniam eſſe ſcribit.

Botiéum, vrbs Phrygiæ, cum ſtagno Attea dicto, quod ſalem producit. Steph.

Bortódus, vicus non longè à Segobriga, quondam oppidum à Tib. Graccho dirutum. Polyb.

Botrus, vel Botrys, Syriæ vrbs. Ptol. *Botron* Volater. Plin. lib. 5. c. 20. Steph.

Bottiæi, vide Botiæi.

Bouconia, vrbs inter Bormitomagum & Moguntiam. Anton.

Bouianum, Samnitum colonia vetus. Pli. li. 3. cap. 12.

Bouillæ, arum, oppidum in Latio haud procul ab vrbe Romana, via quæ Ariciam ducebat. Aſconius. Suburbanæ dictæ Ouidio.

Orta ſuburbanis quadam fuit Anna Bouillis.

Quo in loco interfectus eſt Clodius, Aricia rediens. Dictum quaſi bouis hillæ, quod eò vulnerata bos ſua trahens inteſtina deuenerit. Vnde populus Bouillanus. Plin. lib. 3. c. 5.

Bouis aula, Bubœæ inſulæ locus. Strabo.

Bouta, Lybiæ interioris oppidum. Ptol.

Bouzimele, Ciliciæ fluuius eſt haud longè à Lyco amne.

B R

Brabantini, populi, ex Saxonibus trans Albiam habitantibus in Franciam translatis, prognati, Æmil. lib. 3.

Brabantiæ ducatus Moſa, Scaldi, Sabi & Teneraſluminibus ferè circumſcribitur, adeò vt nuſquam hos fluuios tranſiliat: ſed neq; etiam vbique attingit, tùm cis Moſam Leodienſis prouincia magnam huius tractus partem occupet. Habet Hollandiam & Geldriam à Septentrione, Leodienſem diœceſim ab Oriente, Namurci Comitatum, necnon Hannoniam ad meridiem reſpicit. Flandria illi ab Occidente eſt: Scaldíque fluuio ab ea ex parte dirimitur. Regio nobilis & amœna. Continet marchionatum ſacri imperij (cuius metropolis eſt Antuerpia) Marchionatum à Bergis, Ducatum Arſchotanum, Comitatum Hoochſtratanum, & Megem, &c. Sunt in ea nemora & ſaltus, quæ multiiugis ferarum generibus abundant. Maximi nominis vrbs habet, Antuerpiam, Bruxellas, Louanium, Mechliniam, Buſcum ducis, & alias, quarum deſcriptio extat apud Lud. Gucciardinum. Gallicè, *La Duché de Brabant.*

Brabaſthenes, mons Liuio li. 4. belli Macedonici x. millibus paſſuum à Lacedæmonia diſtans.

Bracárus, conuentus vnus è ſeptem Hiſpaniæ. Vniuerſa enim prouincia Hiſpaniæ diuiditur in conuentus ſeptem, Carthaginenſem, Tarraconenſem, Cæſarguſtanum, Clunienſem, Aſturum, Lucenſem, Bracarum. Plinius lib. tertio, cap. tertio. Vide BRACHARA & BRACARA.

Bráchara, apud Ptole. vulgò hodie Braga. cuius præſul Metropoliticus, ſimul & Primas regni Luſitaniæ appellatur. Volat. *Bracara.* Ptolem. vide infra.

Braccata Gallia, vulgò *La Prouence.*

Bráchia, mare Arabicum, quòd plurima in eo βραχέα, id eſt, breuia ſint.

Brachinonenſis ager à Sarracenis vaſtatus. Blond. lib. 2. decad. 1.

Brachius Peruſinus, omnem Pontificis ditionem occupauit. Volat. li. 2. 22. Apud Aquilam à Pontificis exercitu ſuperatus occiditur.

Brachmanes, vel Brachmánæ, Indorum gymnoſophiſtæ, Hieronymo libro ſecundo contra Iouinianum, quorum princeps Iarchas eo tempore quo Apollonius Tyaneus diſcendi vitendíque ſtudio ad illos ſe contulerat. Hi ſimulachra contemnebant, omni prorſus carnis genere & vini abſtinentes; Brachmas vocat Stephan. De quibus plura Strabo lib. 16. Plin. libr. 1. capite 17. hodie apud Indos *Bramines* vocantur, quorum frequens mentio apud recentiores Scriptores.

Brachôdes, extrema vrbs Africæ minoris, Ptolem.

Brachybios, Dionyſius vocat Æthiopas, quòd

quòd ſint breuis æui, nec vltrà annos XL. viuant.

Brachyle, vrbs Ceretum, qui Iberis vicini ſunt Steph.

Brachmanæ Vide Bracmanes.

Bractia, inſula eſt vna Illyrici. Plin. fortè eadem quæ Brattia inferius.

Bradas, Italiæ fluuius, circa Apuliam. Anton.

Bradeas, præcipuæ nobilitatis vir, Rhegillæ vxoris Herodis ſophiſtæ frater, argumentum generis geſtabat in calceis. Id autem erat epiſphyrion Menoides eburneum, quod ſignificat fibulam cornicantem, qualis fermè figura in Luna eſt, quum paulum craſſeſcit. Ab hoc fertur prouerbium, Nobilitatem in aſtragalis geſtare, quod in eos rectè dicitur, qui generis præſtantia tumentes, nulla ipſi virtute nituntur. Huius prouerbij rationem vide apud Cæl. Rhod. lib. 20. c. 27.

Brâdua, conſul, collega Triarij Materni & Aproniani ann. ab vrbe 937. & 945.

Bræcara Auguſta, Portugalliæ metropolis, vide ſupra *Brachara*.

Bræſi. populi Macedoniæ. Steph.

Bragáda, fluuius Africæ, iuxta Vticam in mare labens, apud quem ab Attilio Regulo & toto exercitu baliſtis & catapultis ſerpens centum & viginti pedum longus eſt occiſus. Silius, lib. 5.

Turbidus arenteis lento pede ſulcat arenas
Bragada, &c.

Bragæ, inſulæ quædam deſertæ, Plin. libro 4. cap. 28.

Bragodurum, Rhætiæ oppidum in Germania. Ptolemæus. *Bibrach* Lazio. *Ro.kenburg* Rhenano.

Bramagum, vel Bromagum. Anton. Sequanorum oppidum, *Romont* vulgò.

Bramma, Sinarum regionis vrbs. Ptolemæus.

Brana, Turdulorum oppidum in Hiſpania, & conuentus Cordubenſis. Plinius libro tertio cap. 1.

Brânchidæ, Apollinis Didymæi ſacerdotes apud Poſideum oppidum, & promontorium Ioniæ, qui locus Plin. lib. 5. c. 29. potiùs Branchydarum oraculum dicebatur, nunc Didymæi Apollinis, Strab. lib. 14.

Branchidárum oraculum, locus Cariæ apud Plin. Βραγχιδῶν Straboni. Niger ſcribit *Petrum* vocari.

Branchus, filius fuit Apollinis, Lactantius ad Statij Thebaidos libr. 8. vult filium fuiſſe Simeri ex Patronis filia, qui cùm Apollinis malas deoſculatus eſſet, ab eo captus, coronam & virgam accépit, vnde cœpit vaticinari: poſt hoc ingens templum eſt ei ædificatum, quod Branchiadon nominatur, ad 3. Theb. Theſſalum fuiſſe dicit.

Branchiades, Apollo dictus eſt à Brancho adoleſcente Theſſalo, quem & viuum dilexit, & mortuum templo decorauit: vel à Brancho filio cui vaticinandi artem conceſſerat: vel à Branchidis populis apud quos reſponſa dabat. Strabo lib. 14.

Branchillides Bœotorum princeps. Pauſan.

Brancotij, populi Aſiæ Plinius libro 6. cap. vigeſimo.

Brandemburg, ab Othone III. imperatore XIII. obſeſſum, anno 992.

Brangonia, quæ & Vigornia, Angliæ oppidum, vulgò *VVenceſtre*.

Brannogenium, Ordouicorum vrbs, in Albione inſula, Ptolem. *VVorceſtre*, Camdeno.

Brannouices, populi inter Celtas proximi Seguſianis, Ambiuaritis, ac Heduis, quorum clientes erant, *les Briançonnois*.

Branodunum, littoris Saxonici in Britanniâ, oppidum, Lib. Notit. *Branceſter*, Camdeno.

Braſidas, Tellidis f. primus Spartanæ iuuentutis in bello Peloponneſiaco virtutis palmam tulit. Athenienſibus námque Methonem Laconicam vrbem, viris mœnibúſque inualidam, adortis: ipſe cum parua manu per medios hoſtes in vrbem penetrauit, & ſuo aduentu eam conſeruauit. Ex quo ſucceſſu robore, animo, ſpiritúque ſumpto, audaciſſimè poſtea feliciſſiméque iuxta diſcrimina obiit. Hic rem Lacedæmoniam multis cladibus quaſſatam ac pæne prolapſam, non ſedendo, cunctandóque vt Fabius Romanus, ſed audendo atque agendo reſtituit. Paruo enim cum exercitu, per Theſſaliam in Athenienſium iuxta Thraciam ſocios profectus plurimas vrbes & populos, non tam vi & armis, quam comitate, æquitate, & multiplici virtute, in ſuam ſocietatem perduxit: vt Lacedæmoniis qui hactenus magnis cladibus fracti nullam æquam pacificationem ab Athenienſibus impetrare potuerant: tunc iam paribus conditionibus pacem facere poſſent. Demum ad Amphipopolim magna virtute deuictis Athenienſibus, in acie victor honeſtiſſimam & Laconica virtute dignam mortem oppetiit. Vide Thucyd. & Frontini ſtratagemata.

Braſiæ, vrbs Laconiæ. Steph. Praſia. Ptol.

Brattia, Mœſiæ prouincia, cum Pannoniis iuncta, Plinius libro quarto, capite vltimo. Vide Bractia.

Bratuſpancium, oppidum Bellouacorum inter Belgas, finitimum Sueſſionibus, in Francorum regnó ſitum. Cæſar libro ſecundo. *Granuiller* [illegible] hodie, vt Bouillus exiſtimat. [illegible] *Beauuoiſis*: aliis *Beaumont ſur* [illegible]

Brauron, Atticæ oppidum, vbi Dianæ Brauroniæ ſacellum eſt. Strab. lib. 9. Plin. lib. 2. cap. 7. Steph. in βραυρῶν δῆμος, id eſt, pars tribus cuiuſdam Atticæ eſt, à Braurone heroe, à quo etiam Braurona Diana dicta eſt.

Brauronia Diana dicta eſt, vel à Braurone populo, vel à Braurone heroe, qui populo nomen dedit. Erat autem in arce Athenienſium, Dianæ Brauroniæ fanum, & eius ſimulachrum à Praxitele factum. Paleph. lib. 2.

Brauum Murbogorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs, *Burgos*, Taraphæ, Villanouanus vult olim Maſburgi & Auca dictam fuiſſe.

Bre, Thraciæ vrbs. Procop.

Brea, ciuitas Athenienſium, in quam poſtea coloniam miſerunt. Steph.

Bregetium. Pannoniæ ſuperioris vrbs. Ptol.

Bregi, & Breges, Phryges populi, Strabo libro 12.

Bregmenténi, Aſiæ populi in Troade. Plin. lib. 5. c. 30. ſunt qui Bregneni legant.

Brema, à Ptolemæo Phabiranum, vrbs Weſtphaliæ, Epiſcopalis ac elegans, quæ ab Hamburgenſibus huc tranſlata eſt, vbi olim Archiepiſcopatus fuit omnium Aquilonarium prouinciarum, Phryſiæ Orientalis vicina, ad Viſurgum fluuium poſita, ex quo admirandæ altitudinis rota, aquam ad incolarum neceſſitates in hanc vrbem per canales ſubterraneos artificioſè tranſfundit, ligneum habet pontem, ſub quo molæ frumento frangendo & tormentario pulueri tundendo deſtinatæ, complures ex ordine hærent. Ann. 1564. Bremenſis Reipublicæ ſtatus inteſtino diſſidio grauiter læſus priſtinæ integritati nondum abſolutè reſtitutus eſt.

Bremenium, Otadenorum vrbs in finibus Scotiæ & Angliæ. Ptolem. Hodie *Baruuich*. Villanouano cenſore: *Bamboroun* mallet, ex ea facere Talbotus, non tamen affirmare audet Anton. Bramenium legit Camdenus *Brampton*.

Bremetonacum, Angliæ oppidum, Anton. *Rhibceſter*, Camdeno.

Brenda, à poëtis breuitatis cauſa appellatur Brundufium. Feſtus.

Brennus, Gallorum Senonum dux, qui Brenonam Venetiæ vrbem ædificauit, quæ poſtea litterarum aliquot immutatione dicta eſt Verona. Hic cum trecentis armatorum millibus in Italiam irrumpens, Romanos apud Alliam fluuium ingenti clade profligauit: deinde ad vrbem pergens, eandem cepit, totámque exuſſit, præter Capitolium, quò nobilior iuuentus confugerat. Sed cùm & illud aggrederetur, Romani cum illo conuenerunt, vt acceptis aliquot auri talentis obſidionem ſolueret. Cùm igitur aurum penderetur, ipſe dux gladium ſuum vagina educens, & hunc penſari imperauit. Sed cùm hoc Romani, vt rem iniuſtam, recuſarent atque ita inuicem contenderent, Camillus exul, qui abſens Dictator creatus erat, collectis iis, qui Roma profugerant, Gallos ex improuiſo adortus eſt, qui relicto auro, cum maximo ſuorum detrimento fuga ſibi conſulere coacti ſunt. Camillus verò eos continuò perſequens, ex Italia expulit. Poſteà Brennus, Apollinis Delphici templum prædę cauſa ingreſſus, ira numinis ſe interfecit. Proper. lib. 3.

Torrida ſacrilegum teſtantur limina Brennum,
Dum petit intonſi Pythia regna Dei:
At mons Laurigero concuſſus vertice diras
Gallica Parnaſſi ſparſit in arma niues.

Brentha, vrbs Arcadiæ, & fluuius Brenthiathes. Steph.

Brentheates, fluuius apud Pauſ.

Brenthus, Herculis filius, à quo Brunduſium dictum. Stephan.

Breſſus, Armeniæ maioris vrbs. Ptol.

Bretêna, vrbs Italiæ ſub Venetis, Ptol. Brinthum hodie vocata.

Bretolæum, Ptol. Britium nunc dictum, Luſitaniæ oppidum.

Brettania. Iſacio in Lycophronem inſula Oceani eſt inter Britanniam Occidentalem, & Thulen. Iſlandia hodie.

Brettánis, inſula, Brettotia Stephano qui ſcribit à Græcis Elaphuſſam vocatam. *Hæc eſt*, vt vult Hermolaus Plinij & Strabonis Brattia, quo nomine etiam hodie gaudet.

Brettia, regio Italiæ, Stephanus ex Antiocho totam Italiam olim ſic dictam ſcribit.

Brettius, vide Brettocia.

Brettôtia, inſula in Adriatico mari fluuium habens Brettium, Græci Elaphuſiam vocant, alij Brettannidem. Quanquam & Oceani inſulæ Britannicæ, Græcis Brettanides dicuntur. Steph.

Brettus, vrbs Tyrrhenorum à Bretto Herculis filio. Vide Brattii.

Breuci, Pannoniæ populi, quos *Saus amnis* præterfluit. Plin. lib. 4. cap. 35.

Breuis, Hiſpaniæ locus inter Bracaram & Auguſtam. Anton.

Brenni, Plin. li. 2. cap. 20. inter Alpinas gentes numerantur, Vindeliciæ populi. Ptolem.

Briada, Piſidiæ vrbs. Strabo, vide infra Brias.

Briantica, Thraciæ regio, quæ olim Galaica, Herodotus in Polymnia.

Briareus, gigas Ætheris vel Titanis, vel Cœli & Terræ filius, quem poëtæ finxerunt centum habuiſſe brachia, & quinquaginta ventres. Hunc fingit Homerus, cùm Pallas, Iuno, Neptunus, aliiſque ex diis nonnulli, aduerſus Iouem coniuraſſent, perſuaſum à Thetide in cœlum aſcendiſſe, vt Ioui ſuppetias ferret, deóſque coniuratos il-

tos illius aduentu territos à cœptis deſtitiſſe, & cum Ioue in gratiam rediiſſe. Hæc Homerus, 1. Iliados, vbi etiam hoc addit: A ſuperis quidem Briareum dictum fuiſſe, ab hominibus autem Ægeonem βριάρεων (inquit.) κικλήσκουσι θεοὶ ἄνδρες δέ τε πάντες, Αἰγαίωνα. Alij Brioreum inter eos numerant gigantes, qui aduerſus Iouem conſpirarunt: vnde à Virg. lib. 6. Æneid. cum aliis monſtris in veſtibulo inferorum collocatur, cùm ait,

Centauri in foribus ſtabulant Scyllaque Biformes

Et centum geminus Briareus, & bellua Lernæ

Dictus Briareus à corporis robore, βριαρὸν enim Græci fortem dicunt, & robuſtum. Ventorum naturam ſub eiuſmodi fabularum inuolucris poëtæ deſcripſerunt.

Brias, Briadis, vrbs Piſidiæ regionis Aſiæ. Vide Strabonem. Vide ſupra Briada.

Briaxes, ſtatuarius. Pauſan.

Bricium, Hiſpaniæ vrbs. Anton.

Bricinnia, vrbs Siciliæ. Stephanus. Vide BVCINNA.

Bridoborum, Lugdunenſis Galliæ vrbs. Anton *Briare* Simlero.

Brie, i. in malitia, vel in ſocietate, aut in clamore ſiue in vlulatione, vel in paſtu, filius Aſer, filij Iacob. Num. 16.

Brigæcium, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs. Pt.

Brigantes, Hiberniæ populi Ptol. Vide βρίγες in Stephan. Hi ſunt Eboracenſes Lelando, ſunt etiam Albionis inſulæ populi.

Brigantinus, Lacus Rhœtiæ inter Alpes, qui muſtelas marinis æmulas generat. Plin. 9. capite 17.

Brigantium, Ptolem. in Rhætia, Straboni in Vindelicis oppidum circa lacum Acronium. Antoninus eius etiam meminit. *Bregent* eſt Scudo & Simlero *Brecantia*.

Brigantiũ, Hiſpaniæ ciuitas, hodie *Compoſtella*, oppidum S. Iacobi. Ptol. Flauium Brigantium dicitur. Eſt & Brigantium, vrbs Cenomanorum Ptolemæo, vulgò *Briançon*.

Brige, Angliæ vrbs. Anton. *Brougthon*, Camdeno.

Bryges, populi Thraciæ: Phryges etiam alias Briges dicti, & eorum regio Brigea. Herodian. Brigantes eos vocat: de his plura vide apud Stephanum.

Brigiani, populi inter Alpinas gentes. Plin. li. 3. c. 20. Hi fortè ſunt, Simlero auctore, qui *Brigantiones* ſupra Caturiges habitarunt in Alpibus Cottiis.

Brigida, mulier vitæ ſanctitate inſignis, Romam venit à Suetia, Vrbano Pontifice maximo. Quatuor liberos mares ac totidem fœminas omnes ſanctos habuit, inter quos Catharinam, quæ eam viduam Romam comitata eſt, cuius cura atque opera in patriam relata eſt. Volater.

Brileſſus, Ægialeus dictus, Atticæ mons eſt. Plin. lib. 4. cap. 7.

Briletum, mons Atticæ regionis prope Tharnen Plin. libro vndecimo cap. 37. In hoc monte ſunt lepores bina habentes iecinora: cerui renes quatuor: pennati autem & ſquammoſi nulli.

Brimo, vnum ex Hecates, ſiue Proſerpinæ nominib. ἀπὸ τοῦ βριμᾶν, hoc eſt à terrendo impoſitum, eo quòd nocturna terriculamenta, ab ea immitti credebantur, vt ex Apollinij interpretibus annotauit Cæl. Rhod. lib. 11. c. 16.

Brincas, Italiæ vrbs à Gottis recepta per Narſetem. Cedrenus.

Brinci, Thraciæ populi. Suidas.

Briſa, promontorium Leſbi, vbi Dionyſius Briſeus colitur. Steph.

Briſabrite, Aſiæ populi. Plin. lib. 6. c. 20.

Briſacus, mons inter Argentinam & Baſileã.

Briſeis, Lyrneſſa puella, à patre Briſe ita appellata, cum vero nomine Hippodamia vocaretur, hæc, capta Lyrneſſo vrbe, Achilli victori in ſortem ceſſit, & poſtea ab Agamemnone erepta, implacabilis diſſidij cauſa fuit inter Agamemnonem & Achillem. Detractabat enim Achilles Agamemnonis imperium, neque vnquam adduci potuit, vt arma ſumeret, donec patrocli mors nuntiata eum ad vindictam extimulauit. Extat huius Briſeidos ad Achillem epiſtola apud Ouidium in epiſtolis Heroidum.

Bryſes & Chryſes fratres erant, patre Ardy progeniti. Horum alter filiam Aſtynomen ab Homero dictam, à Chryſe patre Chryſeida ſuſcepit: alter Hippodamiam: quam Homerus quoque à patre Briſe Briſeida appellat. Euſtathius. Rhod. lib. 24. c. 5.

Briſeus, liber pater Cornutus in Perſij Satyr. 1. Briſæum appellatum eſſe ſcribit vel à mellis vſu, quòd ipſe primus mel inueniſſe dicatur, & ex fauis expreſſiſſe: vel ab vua, quòd eam inuenerit & expreſſerit, quum briſare ſit exprimere: vel à nympha quæ eum nutriuiſſe dicitur. Briſæus etiam poëtarum epitheton eſt, quòd ij in Liberi patris tutela eſſe credantur. Perſius Satyr. 1.

Eſt nunc Briſæi quem vinoſus liber Acci.

Briſgoia regio, quæ ab Eremo Heluetiorum verſus Orientem, Rheno ad Septentrionem & Occaſum, Rauracis & Baſilea ad Meridiem cingitur: Vrbibus & pagis admodum frequens & frumento diues eſt. Plebs ferè ex vindemia victum parat. Ius huius regionis inter Archiduces Auſtriæ, & Marchiones Badenſes partitum eſt. Munſter.

Britannia, inſula in Oceano Septentrionali

omnium quæ Europæ adiacent, maxima: vnde & orbem alterum quidam ex poëtis appellauere:à Britone rege Britannia dicta, cùm priùs Albion diceretur, ab albis montibus qui ad eam nauigantibus primò apparent. Hodie in duas diuiſa eſt partes: quarum alteram, quæ in Septentrionem vergit, Scoti incolunt, Caledoniæ ſyluæ nomine veteribus cognitam: alteram quæ cultior eſt, & Belgis vicinior, Angli tenent, Saxoniç populi, prioribus incolis, qui Britones dicebantur, inde expulſis. Hæc ab ortu Germanico, ab Occaſu Hybernico, à Septentrione Caledonio, Oceano obluitur: ad Meridiem verò anguſto freto à Belgis dirimitur: Porrigitur in longum octingentis millibus paſſuum.

Britannia, Diodoro ac Straboni lib. 4. forma triangulari, lateribus inæqualibus, ac tribus erecta promontoriis eſt, Cantio, Helene & Orta. Sita è regione Galliæ circuitu XXII. millibus ſtadiis Straboni duobus millibus paſſuum Cæſari, longitudine verò D.CCC. latitudine CCC. millibus. Plinius lib. 4. cap 14. vulgò Anglia dicitur.

Britannicæ, inſulæ in Oceano ſitæ, quarum incolæ Britanni. Alia eſt Britannis inſula, de qua in Brettotia. Steph.

Britannicus Oceanus Ptolemæo, qui inter Angliam & Galliam eſt. Nautis Germanis *Canale* dicitur: *Manche* Gallis: *Sleiſe* Anglis.

Britannus, Britannicus, & Brito, eiuſdem ſignificationis ſunt.

Iuuenalis.

Quantum delphinis balena Britannica maior.

Idem,

Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones vnquam.

Vide Britones, & Armoricæ.

Virg. Eclog. 1.

penitus toto diuiſos orbe Britannos,

En vnquam patrios longo poſt tempore fines

Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen.

Britannicus, filius Claudij Cæſaris ex Meſſalina, primùm Germanicus dictus. Hic quamuis adhuc infans, à patre in caſtris ſæpè circumlatus fuiſſet, & militibus commendatus, Neronis tamen opera veneno ſublatus eſt. Tacit. lib. 13. Iuuenal. 6.

Oſtenditque tuum generoſe Britannice ventrem.

Britius, Archiepiſcopus Turonenſis, Martino ſucceſſit. Volater.

Britium, Luſitaniæ oppidum, Plin. lib. 4. cap. 21.

Britomartis, Nympha Cretenſis valdè formoſa, Iouis & Charmes filia, Diodoro Britona dicta, retia ad venandum inuenit, ex quo Dictynna eſt appellata, quod cauſam præbuit, vt quidam Dictynnam & Dianam eandem eſſe putarint. Hæc, vt quibuſdam placet, à Minoe rege Cretenſi adamata, cùm eiuſdem concubitum fugere non poſſet, de rupe ſe in mare præcipitauit. Virg in Cyri. Bocatius.

Britolagæ, Myſiæ inferioris populi. Ptol.

Britones, populi minoris Britanniæ, quæ eſt Galliæ Celticæ regio ad mare Oceanum ſita, Northmannis ac Pictauis contermina. Hi olim dicuntur Britanniam incoluiſſe, indéque ab Anglis Saxoniæ populis expulſi, in aduerſo littore ſedes fixiſſe. Iuuen.

Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones vnquam.

Briuates, Galliæ Lugdunenſis portus, Ptolemæo.

Briua Iſaræ, Anton. *Pontoiſe* Simlero, Galliæ Lugdunenſis oppidum XV. M. paſſ. à Lutetia.

Brixaba, mons Tanai fluminis vicinus, qui poſtea Arietis Frons dictus fuit, author Plutarchus de fluminibus.

Brixellum, oppidum inter Mantuam & Cremonam. Volater. *Breſcello* Leandro.

Brixentes populi Aldini, Lepantiis finitimi. Plin. lib. 3. c. 20.

Brixia, vrbs Tranſpadanæ regionis, quam Cenomani populi ædificauerunt. T. Liuij Polybius. *Breſcia* hodie Leandro: ſub Venetorum dominio eſt, populoſa & ampla ciuitas, & ditiſſimis incolis habitata. Vrbis Venetæ ſponſa vulgò cognominatur. Eſt & Suſianæ fluuius. Plin. lib. 6. c. 27.

Brixia, vrbs Galliæ Ciſalpinæ, à Germanis in Italiam tranſeuntibus condita. Mantuan.

Brixia magnorum genitrix animoſa virorum, &c.

Brixillum oppidum apud Mutinam. Plin. lib. 3. c. 13.

Brizaca, Armeniæ maioris oppidum. Ptol.

Brizana Arrian. vel Briſoana Ptol. Perſidis fluuius, fortè *Sirt* hodie.

Brizanos, Germaniæ Septentrionales populos habet Hermoldus.

Brizica, Thraciæ vrbs. Anton.

Brizo, apud Delios vaticiniorum quæ ex ſomniis ſumuntur, dea habita eſt, eique ſcaphas omni genere bonorum plenas, ſolis piſcibus exceptis, offerebant. Dicta autem putatur Brizo, ab eo, quod βρίζειν priſci Græci pro dormire dicebant. Vide Cæl. Rhod. lib. 7. c. 10.

Brochus, Phœniciæ oppidum. Polyb. lib. 5.

Brocomagus, vt Rhenanus ex Marcellino habet, aliis Brotomagus perperam legitur Ptolemæo. Breucomagus, eſt Germaniæ vicus, duobus miliaribus infra Argentoratum ſitus, & *Brucomat* vocatus, vt Rhenanus putat.

Brodentia, Germaniæ vrbs. Ptol.

Bronteum, machina erat ſub ſcena, æneum habens vas in quod decidentes calculi, & in eo circum-

circumacti, tonitru ſonum imitabantur: quod genus Claudiana tonitrua Feſtus appellauit, à Claudio Pulchro inuentore.

Bromius, Bacchi cognomen, ἀπὸ τοῦ βρέμειν, i. à fremendo, vel ἀπὸ τοῦ βροντῆς, hoc eſt à tonitru: eo quòd natus ſit cum tonitru, eius genitrice fulmine perempta, Ouid. 4. Metam.

Thura dabant, Bacchumq; vocant, Bromiúmque Lyæum.

Bromus, Centaurorum vnus, à Cenæo interfectus. Ouid. 2. Metam.

Brongus, fluuius, vide Angrus.

Bronteus, Iupiter dictus à βροντῇ quod eſt tonitru.

Brontes, vnus ex Cyclopibus, Vulcani miniſtris, qui Ioui cudunt fulmina, παρὰ τὴν βροντὴν hoc eſt à tonitru dictus. Tres autem præcipuè à Virgilio numerantur Vulcani miniſtri, Brontes, Steropes & Pyracmon, quem Ouid. 4. Faſtorum Acmonidem appellat. Hos Heſiodus in Theogonia Cœli & Terræ filios facit, quanquam alij ex Neptuno & Amphitrite natos malint. Virg. 8. Æneid.

Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro
Brontéſque Steropéſque & nudus membra Pyracmon.

Brontoras, locus tribus ab vrbe milliaribus diſtans, quo Anthemius, à Leone ab Italia miſſus imperium ſuſcepit. Caſſiod. Diac.

Broteas, & Ammon cæſtibus claruerunt. Ouid. lib 5.

Hinc gemini fratres, Broteáſque & cæſtibus Ammon Inuicti, &c.

Brotheus, filius Vulcani & Mineruæ, deformi facie, ob quam dum pleriſque eſſet riſui, animi dolore ſe in rogum coniecit Ouid. in Ibin.

Quodq; ferunt Brotheũ feciſſe cupidine mortis,
Des tua ſuccenſo membra cremanda rogo.

Brouerſauia, inſula Zelandiæ, quæ à Scaldi fluuio Scaldia cognominatur, oppidum nitidè & eleganter conſtructum, quod rei maritimæ peritos & exercitos naucleros ſuppeditat, piſcatoreſque ſtrenuos, quorum induſtria ingentem piſcium copiam variis mundi partibus communicat. Theat. vrbium.

Brouonacis. Angliæ vrbs. Anton. *Brougham* Camdeno.

Brucca putat Cl. Aretius olim dictam vrbem Siciliæ, hodie *Longobaldam* vocatam.

Bructeri populi à L. Stertinio victi, in Germania inferiori Tencteris & Phryſiis proximi ex quibus fuit virgo Velleda fatidica, quæ Germanis, religione animos eorum occupante, aliquando præfuit. Cor. Tacitus.

Brugæ vulgò *Brugh*, Teutonicæ Flandriæ vrbs omnium pulcherrima, nitidiſſimáque: publicarum ſiquidem & priuatarum ædium in hac vrbe ſplendor & magnificentia, omnem rationẽ, omnem dicendi facultatẽ ſuperat. Optimam vrbiũ famam, h.e. orbicularem ſitu obtinet. Pulcherrimis mœnibus cingitur. Forum habet, ad quod ſex latæ deducũt plateæ, totidẽ præcipuis portis reſpondentes. A pontiũ multitudine, Brugas appellatã exiſtimant. Præcelſis turribus, diuorúmq; auguſtiſſimis tẽplis ſexaginta numero inſignitur. Canalẽ habet ad tria milliaria ex mari deductum, aliorum riuulorũ influxu adauctũ, qui ſe brachiis nauigabilibus, per multas ciuitatis plateas transfundit. Hic locus in ſumma paſcendis oculis & reficiendis animis dicatus eſt. Barlandus, Eraſmus.

Brullitæ populi Epheſo tribuũtur. Pl. l. 5. c. 29.

Bruma dicitur dies ſolſtitij hiemalis, qui eſt ad 15. Calend. Ianuarij, quo die fit in Capricorno hiemale ſolſtitium Dicta Bruma, quaſi βραχὺ ἦμαρ, i. breuis dies.

Brumalia, à Romanis dicebãtur Bacchi ſacra, quæ & Liberalia, bis in anno celebrantur: ſemel XII. Cal. Martij; atq; iterũ XVIII. Cal. Septembr. Brumalia autem à Bruma, quo nomine Romani, Bacchum appellabant Cæl Rhodig 18. c. 25.

Brumbeſtini, populi in ſecunda regione Italiæ, Plin. li. 3. c. 11.

Brumus, Bacchus, qui Brumalibus feſtis nomen dedit.

Brundiſium Plinio, Brendeſium Ptolemæo, Brenteſium Græcis per t, ait Stephanus. Numiſmata habent Bryndiſium cum ypſilon in prima. Quidã poetæ breuitatis cauſa Brendam (aut vt alia ſectio eſt) Brundam dixerunt, inquit Feſtus. Brindiſi hodie vulgò nuncupatur, vrbs Calabriæ.

Brundulum, portus quem Atheſis amnis ex Tridentibus Alpibus fluens facit. Plin l. 3. c. 16.

Brundunum, vrbs Bauariæ, vulgò *Brunauu*.

Brunduſium, vel Brundiſium vt paulò ſuprà vrbs Calabriæ ad mare Adriaticum ſita, via Appia eouſque perducta, & portu inſigni nobilis, ex quo Romanis trititiſſimus olim fuit in Græciam tranſitus, Græci Brenteſium appellant, à Brento quodam (ſi Stephano credimus) Herculis filio. Aut certè à ceruini capitis ſimilitudine, quod Meſſapij ſua lingua, Βρεντέσιον appellabant. Strab. lib. 9. Lucan. lib. 2.

Brunduſii tutas Magnus conſcendit in arces.

Brunſuicum, Ptolemæo, Tubiſurgium, Saxoniæ metropolis, cuius ferè centrum obtinet, ciuitas eſt permagna & populoſa, duo millia paſſuum ambitu ſuo complectitur, à duobus fratribus Brunono ac Theodoro Lutolphi ducis Saxoniæ filiis condita ann. 861. Hanc Onacra amnis perlabitur. Tota vrbs in plano ſedet, mœnibus ac foſſa duplici profundiſſ. & aliquot in locis triplici, ac qualibet aquis ſtagnante munita. Vallum etiam inter foſſas craſſiſſimum ductum

per circuitum, variis arborum conſitum generibus. Quinque hic fora, quinque prætoria & totidem magiſtratus, hodie principibus ſuis titulum tribuit Munſter.

Bruſis, pars Macedoniæ, à Bruſo Emathij filio. Steph.

Brutiani, à Brutiis dicti, officia ſeruilia magiſtratibus præſtabant, hi primùm ſe Annibali tradiderunt, perſeuerarúntque quouſque ex Italia diſcederet.

Brutidius, vir quidam, qui tempore Iuuenalis poetæ, tractus eſt ad iudicium tanquam fautor & amicus Seiani, apud imperatorem accuſati. Iuuenal.

Brutij, populi in extremis Italiæ finibus, ſupra Lucanos peninſulam incolentes, cuius Iſthmus à Lao fluuio vſque ad Metapontium porrigitur. Hi Lucanorum olim paſtores fuerunt, qui excuſſo ſeruitutis iugo, trans Laum fluuium ſedes poſuerunt: vnde & *Βρέττιοι* à Lucanis dicti ſunt, quod illorum lingua fugitiuos ſonat: à Romanis autem Brutij appellati ſunt, quaſi Bruti, hoc eſt, ſtupidi & vecordes. Qua ignominia ideò notati ſunt, quod ſecundi Punici belli tempore ad Annibalem deſciuiſſent: ob quam perfidiam ſemper deinde ſine honore, ſine dignitate habiti ſunt, ad ſeruilia tantum opera, & viliora munia ſoliti compelli. Brutiorum oppida fuerunt Temeſa, Terina, Coſentia, & Rhegium, in extremo Scyllæi promontorio ſitum, ea in parte, qua Sicilia olim ab Italia dicitur eſſe auulſa.

Brutina vrbs Hiſpaniæ, Ptolemæo. Vide Brutobria.

Brutorum familia, Romæ imprimis fuit illuſtris, ex qua primus fuit L. Iunius Brutus, à ſtultitia, quam Tarquinij metu ſimulabat, ita cognominatus. Hic exactis regibus, ciuitatéque in libertatem vindicata, primus Romæ cum L. Tarquinio factus eſt conſul: rebúſque multis præclarè geſtis, tandem eo in prælio quod ad Regillum lacum commiſſum eſt, occubuit: cúmque matronæ vt fortiſſimum muliebris pudicitiæ vindicem annum integrum luxerunt. De hoc Virgilius 6. Æneid.

Vis & Tarquinios reges animamq́ superbam
Vltoris Bruti faceſq́; videre receptos?

M. Iunius Brutus percuſſoris Cæſaris pater, Marianas partes ſequutus à Pompeio victus, profligatúſque eſt. Poſt mortem Syllæ quum Lepidus conſul bellum redintegraſſet, Brutus qui Galliam Ciſalpinam Lepidi nomine tenebat, à Pompeio Murinæ obſidione clauditur, & quidem arcta & diuturna, in qua ſiue ſponte, ſiue animos militum mutatos cernens, ſuam, militúmque ſalutem Pompeio commiſit. Dimiſſus inde, quum ad Padum perueniſſet, poſtridie per Geminium Pompeij iuſſu interemptus eſt, non ſine ſugillatione Pompeij, vt qui perfidè & crudeliter illum occidiſſet. Cicero Brutum hunc nō modo acutum Oratorem, ſed etiam iuris publici & priuati peritum fuiſſe refert. Vxorem habuit Seruiliam, Catonis ſororem parum ſanè pudicā, ex qua filium M. Brutum & duas filias Iunias ſuſcepit. Harum altera M. Lepidi triumuiri coniux, Lepidiq́; iunioris mater extitit, altera C. Caſſio nupta ſexaginta quatuor annis fratri ſuperſtes fuit. Tacit. M. Iunius Brutus vir ſummæ grauitatis, & ſi vnum eius facinus excipias quo ſe ſuóſq; perdidit cætera valdè bonus & laude dignus. Exorto bello ciuili Pompeium quanquam patris interfectorem, quod tamē partes illius iuſtiores ſtatueret, ſequutus. A pugna Pharſalica non tantùm conſeruatus à Cæſare, verum etiam inter amicos habitus, Galliam Ciſalpinam obtinuit, idq; per tempus belli Africani. Poſt Cæſaris ex Hiſpania reditum vrbana Prætura ornatus, per Caſſium dolētem ſibi primum locum denegatum, ſeductus in Cæſaris necem conſpirauit, qua patrata quum in vrbe ſe tuto non fore videret, fuga ſibi cum cæteris coniuratis conſuluit, nec multo poſt comparatis exercitibus, cum Caſſio in Philippis ab Antonio & Cæſare victus, necem ſibi conſciuit, annos natus quadraginta. Vxor illi fuit Porcia Catonis auunculi filia.

D. Iunius Brutus Albinus, & ipſe vnus ex percuſſoribus Cæſaris, poſt pugnam Mutinenſem quum perſequi vellet Antonium, deſertus à Legionibus, Antonij iuſſu cæſus eſt, quum eſſet conſul deſignatus, & à Cæſare inter ſecundos hæredes adſcriptus.

Brutium promontorium, à Ptolemæo Scyllæum vocatum, in extremo loco occidui cornu vbi olim Sicilia Italiæ annexa fuiſſe putatur, ſed poſtea maris ſæuitia abſciſſa.

Brutius Præſens, conſul, collega Antonini Pij Auguſt. 11. anno ab vrbe 890. cuius filiam M. Imperator filio ſuo Commodi matrimonio iunxit Cenſorin. c 21.

Brutobria, vrbs inter Tyritanos & Bætim fluuium. Steph. Eadem nimirum eſt quæ alias Brutina.

Brutulus Papyrius Samnites, vir nominis, prioris fœderis fractor, Romanis deditur. Triūphat Dictator. Liuius lib. 7

Bruxella, primariarum totius Brabantiæ ciuitatum ſecunda, ex bello Senonenſium contra Menapios, originem habet. Et quia fontium perennium ſcaturigine, montium vetuſtate, aëriſque clementia, amœnam ſpectabilémque ſe reddit, principi aulam ſedémque ſuppeditat. Magnificis proinde nobilium illuſtriúmque virorum ædificiis atque Palatiis ſummè frequens, agros & ſaltus habet vicinos, omni auium ferarúmque genere abundantes. Forma eſt rotun-

Digitized by Google

tunda. Palatio regio, Cancellaria & Curia Brabantina. Templis celeberrimis, & nouo Canali Bruxellenſium vicinorum omnium commododo intra vndecim annos inchoato & abſoluto, ſuperba.

Bryanium. vrbs Theſprotiæ. Steph.

Bryas, Argiuorum contra Lacedæmonios dux. Pauſan.

Briax, vel Brias, ſculptor marmorarius. Mauſoleum vnà cum aliis fecit.

Bryazon, amnis Aſiæ in Bithynia. Plin. lib. 5. cap. 32.

Bryges, Thraciæ populi, Stephano, qui poſtea Phryges dicti ſunt. Strabo lib. 7.

Brygias, vrbs Macedoniæ Stephano, cum qua ſtatim ſubiungitur Brygion, vrbs Macedoniæ, vide Bryx.

Brygion, vrbs Macedoniæ. Plin. lib. 4. cap 30.

Brygis, ciuitas, quam Mardonius in ſuam redegit poteſtatem, Herod. lib. 6.

Brygus, regnauit apud Celtiberos, anno à creatione mundi 2058.

Bryllion, oppidum in Myſia, non longè ab Aſcanio flumine. Plin. lib. 5. cap. 32.

Bryllium, vrbs in Propontide. Ephorus, Ceium εἶναι eſſe ſcribit & regio Bryllis, Steph.

Bryorum, littus Cyrenaicæ regionis. Ptol.

Bryſacium, Parthynorum vrbs.

Bryſæ, Thraciæ populi. Plin. lib. 4. c. 32. Vide Brycæ.

Bryſani, Indiæ populi. Steph.

Bryſea, vel Bryſeæ, Laconiæ oppidum. Pauſan.

Bryſaei. Cyconum vicini inter Scythicas gentes. Plin. lib. 6 c. 37.

Bryſea, vrbs Æoniæ, à qua Bacchus Bryſeus cognominatus eſt, quòd ibi coleretur. Quidam tamen Bacchum Bryſeum dici putant ab antiquo verbo βρύω, quod eſt ſcaturio: quoniam ex aluearibus mella, vel ex vuis muſta exprimere primus docuit. Alij Byrſeum potiùs quàm Bryſeum volunt cognominatum, à Byrſa pelle, quam in bello induebat. Diodo. lib. 5.

Bryſiæ, vrbs Elidis. Steph.

Bryſtacia, vrbs Oenotrorum. Steph. Calabriæ epiſcopalis ſedes, hodie *Briatico*.

Bryx, & Brygæ, gens Macedoniæ Illyriis finitima. Steph.

B V

Buai, Libyæ populi, apud quos vir cæteris viris, mulier mulieribus imperat.

Buana, Armeniæ maioris oppidum. Ptol.

Bubacene, Aſiæ regio, à Polyperco in ditionem ſub Alexandro M. redacta. Curtius.

Bubaganus, Conſtantinopolitani imperatoris dux ab Henrico II. Romanorum imperatore vexatus. Blond. lib. 3. deca. 2.

Bubalus, pictor fuit apud Clazomenas ciuitatem Aſiæ, hic Hipponactem quendam poëtam deformem pro riſu pinxit: quo ille furore commotus, tali eum carmine perculit, vt ſe laqueo ſuſpenderit. Acron.

Bubares, ciuitas à Minutio capta, anno ab vrbe 559.

Búbaris, Amyntæ filiam vxorem duxit, anno ab vrbe 247. Iuſtin. lib. 7.

Bubáſte, ciuitas Ægypti, vbi conuentus quotannis agebatur, in honorem Dianæ, Hinc Bubaſtides præfectura. Ægyptus enim diuidebatur in præfecturas oppidorum, quas Nomos vocant. In ea vrbe religioſiſſimè olim colebatur Iſis, quæ ab ea Bubaſtis appellatur. Ouid. lib. 9.

Cum quo latrator Anubis, ſanctáque Bubaſtis.

In hac Dianæ, quam Bubaſtin nominant, clariſſimum fuit templum, & inter cætera maximè ſpectabile, Herodotus. Hæc Straboni & Ptol. vocata eſt herorũ ciuitas, quib. etiam Bubaſtus ſcribitur, hodie *Azioth* videtur ex Ioanne Leone. *Vicus Iudaeorum & Pibeſeth* Hebræis dici ſcribit Zieglerus. Wiſſemburgius dubitat an *Vicus Iudaeorũ & Bubaſtus* idem & vnũ ſit: Liber notitiarũ meminit cuiuſdam Ægypti vrbis, quam *caſtra Iudaeorum* vocat: Bubaſtinolim Auarim vocatam, adducit teſtem Manethonem Ioſephus.

Bubaſus, Cariæ regio, cuius mulieres ab Ouidio vocantur Bubaſides lib. 4. Metam.

Bubaſides videre Nurus &c. Aliàs Bubaſſus.

Bubaſtiacum, flumen Ægypti inferioris. Ptol.

Bubaſtis, Cariæ vrbs. Steph. quam Mumaſtim etiam appellat.

Bubeij, Africæ interioris populi, à Cornelio Balbo ſuperati. Plin. 5. c. 5.

Buberſus, ſinus eſt Cariæ, Pomponio Melæ, lib. 1. in deſcriptione Cariæ. Alij Bubeſſus.

Bubenteni, Campaniæ populi, Coriolanis vicini. Plin. lib. 3. c. 5.

Bubiemum, oppidum in Hercinia Sylua, Marobodus cuiuſdam, qui Sueuis imperauit, regia: Strab. lib. 7. In Græcis, bouiaſmum legitur, & in quibuſdam Buiæmum.

Bubída, vide bubuida fluuius Hiberniæ. Ptol.

Bubo. Plin. lib. 5. c. 27. Lydorum vrbs eſt in mediterraneis ſita, quorum vrbes ſunt tres, Bubon. Balbura, & Oenandros. Strab. verò lib. 13. Luciæ, non Lydiæ vrbẽ eſſe ait, in qua creta naſcitur. Huic Stephanus balburam coniungit, quas ait à bubone & balbueco latronibus eſſe conditas.

Bubona, dea boum ab antiquis culta. Rhodig. lib. 1. c. 34.

Búbula, cum aliis Cyrenes vrbibus Plinio commemoratur, lib. 5. c. 5.

Buca, oppidum Ferentanorum in quarta Italiæ regione. Plin. lib. 3. c. 2.

Bucellarij, Gallogræci dicuntur, eorumque re-

gio Bucellaria. Suidas, vide Galatia.

Búcinna, nomen oppidi in Sicilia. Dionyſ. quo nomine etiam dicta eſt inſula, Pontiani pontificis exilio & morte clara.

Bucéphala, ſiue Buccephâlea, ſiue Bucephalia, Indiæ vrbs, iuxta Hydaſpen fluuium, ab Alexandro condita, ſic appellata à Bucephalo equo, qui ibidem cecidit in prælio, quo vicit Porum. Meminit etiam Stephanus duorum huius nominis locorum. Eſt & Atticæ portus Bucephalas, in ſinu Saronico, non procul ab Iſthmo Peloponneſi. Plin. lib. 4. c. 5.

Bucephalos, Melæ eſt Peleponneſi promontorium à parte Orientali. Bucephalum, portus Ptolemæo dicitur: cúmque ad ſinum Saronicum ponit. Eodem loco deſcribitur à Plinio & Pauſania. Bellonicus tradit hodie *Caualla* nominari. Sed hanc ſuam Cauallam in confinibus Thraciæ & Macedoniæ ponit. *Caualla* oppidum prius *Chalaſtra* dictum fuit, etſi *Chalaſtra* ad Thermæum Sinum Stephano deſcribatur.

Bucéphalus, Alexandri magni equus, à latitudine frontis ſic dictus, vel ab aſpectu toruo, vel ab inſigni taurini capitis armo impreſſi, quo Alexander in certaminibus vtebatur, quoniam eſſet bellator optimus: ab eo Bucephalia, vrbs Indiæ dicta, quam Alexander condidit, dixítque ex nomine ſui equi Bucephali, eo ipſo in loco ſepulti. Strab. lib. 15. & Plin. lib. 6. cap. 20. Eſt & Bucephalus Achaiæ portus, qui ab aliis Bucephalas, ab aliis Beucephalon dicitur. Plin. lib. 5. cap. 4.

Bucha, oppidum Miſniæ, vulgò *Buech*.

Bucherium, vrbs parua non longè à Cichyro, ad ſinum Ambracium ſita: proxima verò mari. Strabo.

Buchia, Ioniæ locus. Steph.

Bucia, extrema Siciliæ vrbs, Pt. hodie *Butera*.

Bucinna parua inſula maris Siculi. Pli. li. 3. c. 8.

Bucinna. Steph. ciuitas eſt Siciliæ, qui & Bricinniam alibi Siciliæ vrbem facit.

Bucinobantes, Germaniæ gens contra Moguntiacum. *VVeiſbadem* oppidum contra Moguntiam putat Heroldus.

Buclopus, deus muſcarum. Rhodig. lib. 22. cap. tertio.

Bucólion, filius Laomedontis. Homerus in Iliade. lib. 6.

Bucolium, locus iuxta Conſtantinopolim. Item in Peloponneſo, Arcadia & Ægypto, Dionyſ. Thucyd.

Bucolo, vrbs Pharſaliæ aut Thraciæ, Varinus.

Bucra, Siciliæ promontorium. Ptolem. hodie *El capo Longobardo*.

Buda, Vngariæ metropolis, quæ thermas habet ſubtus vrbis mœnia, inter Occaſum & Septentrionem ſita, haud longè à Danubij ripa, ex humili colle fonte duplici ſcaturiente: quorum alter frigidiſſimus, odore ſulphuræo: alter ita calidus, vt digitum immerſum tenere nequeas. Calidus autem, piſces ferè palmares alit non paucos, in feruentibus vndis oberrantes: qui dum coquuntur, ſapor nullus extat Vadianus Buda, vulgò hodie *Offen*. Curta Ptolem. dicitur.

Budæa, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

Budea, ciuitas Magneſiæ, à Budæo conditore vnde Budæa Minerua in honore apud Theſſalos habitata, Græcis, *Βούδεια*.

Budêa, ciuitas Phrygæi, Budei, Medorum & Scythiæ populi. Steph. Plin. lib. 4. 12.

Bulda Gymnoſophiſtarum apud Indos princeps extitit, quem illi ex virginis latere natum fuiſſe credi voluerunt. Rhod. lib. 4. cap. 1.

Budini, Scythiæ Europææ populi, non procul à Boriſthene amne, Gelonis, Thuſſagetis & Baſilidis finitimi. Plin. 4. c. 12.

Budinum, Sarmatiæ Europææ mons. Ptol.

Budóræ, inſulæ duæ prope Cretam inſulam. Plin. lib. 4. c. 11.

Budorgis, vrbs Germaniæ Ptolemæo, hodie Vratiſlauia, vulgò *Breſzlau*.

Budôris, vrbs Germaniæ, Ptol. Durlach potius quàm *Heidelberg*, eſſe credit Beatus Rhenanus, ſub ditione Marchionum Badenſium.

Budôrum, promontorium in Salamine: vel vt Ephorus, caſtellum: quanquam pro caſtello *Βούδορον* per *ο* apud Steph. ſcribitur.

Budorus, Eubœæ inſulæ fluuius. Ptol. Strabo. Eidem mons Salamin, Atticæ vicinæ.

Budua, Hiſpaniæ vrbs, inter Olyſiponem & Emeritam. Anton.

Bugárida dicebatur factio, tempore Diocletiani Iouij, XXXVII. Romanorum Imperatoris, compreſſa atque delata anno ab vrbe 1038.

Bugei, populi à Partheniis oriundi, qui quum ab his expulſi ad Cretam appuliſſent, & vnà cum Minoe in Siciliam nauigaſſent, poſt eius obitum quidam ex his pedeſtri itinere ſinum Adriaticum vſque in Macedoniam peragrantes Bugei ſunt appellati. Strab. lib. 6.

Bugenes, Bacchus dictus, ſub quo nomine ab Argiuis colebatur. Hinc & Græcorum plerique Tauriformem Bacchum & Tauricipitem effingebant, & appellabant, natúmque ex Perſephone, vt Euſebius tradit. Quinimò etiam Taurus dictus eſt, & illi cornua attributa. Dion. lib. 5.

Buges, Amnis Scythiæ Europeæ fluxum Mæotidis ſecans. Pomp. Mela. Supra Bugen verò amnis eſt Agarus, quem Bugarim. Ouid. nominat.

Bugia, vrbs Aphricæ ab Hiſpanis obtenta.

Bul, nomẽ menſis octaui noſtro Octobri reſpõdẽtis, 3. Reg. 6. La germẽ, ſiue vetuſtas, aut deflucẽs.

Bulanes, Sarmatiæ Europææ populi. Ptol.

Bularchus, pictor fuit præſtãtiſſimus, cuius picturam

ſturam, Magnetum exitij, mediocris ſpatij, Candaules rex pari rependit auro. Pli.li.7.c.18.

Buleuterion, Gyzici ædificium amplum, ſine ferreo clauo, ita diſpoſita contignatione, vt eximantur trabes ſine fulturis, ac reponantur. Plin. lib.31.cap.15.

Búlgari, Europæ populi in parte Mœſiæ ad Danubium, gens ferox, multas in Europa clades vicinis intulit. Nonnullis placet non indigenas, ſed aduenas eſſe è Scythia egreſſos. Volater.

Bulgaria, pars Daciæ à recentioribus appellatur Europæ regio ſupra Thraciam inter Danubium & Pontum Euxinum ſita, Daciç & Mœſiæ contermina. Hinc Bulgari dicti qui eam incolunt. Vide Dacia.

Bulia, Phocidis vrbs. Ptol. Bulis. Steph.

Bulini, gens circa Illyriam. Artemidorus non gentem, ſed Bulinem ciuitatem eſſe dicit. Stephanus.

Bulis, mons eſt Syriæ non longè à Gari.

Bulis, vrbs Phocidis, Stephano βοῦλις à Bulone conditore ſic dicta, à quo Bulij & Bulleníes. Cicero in Piſonem.

Bulla regia, liberum oppidum Numidiæ in Africa. Plin.lib.5.cap.3. Bullaria. Ptol.

Bullæum, vrbs Inſulæ Britannicæ. Ptol.

Bullaminſa, Africæ propriæ oppidum. Ptol.

Bullenſes, oppidum & populi Locrorum. Plinius lib 4.cap.3. Alij Bulenſes legunt per ſimplex l.

Bullidenſis, Macedoniæ colonia. Plin. lib.4. cap.10.

Bullio Ducatus à Gothfrido Lotharingiæ duce, propter expeditionem in Turcas recuperandæ terræ ſanctæ gratia, Sperto Eburonum Epiſcopo magna vi auri venditus, Æmilius libro quarto.

Bulliônes, barbari incolæ Macedoniæ. Plin. li.4.cap.23. Apollonia quondam Corinthiorum colonia.VII.M. paſſuum à mari recedens. Cuius in finibus celebre Nympheum accolunt barbari, Adamantes & Bulliones.

Bullis, oppidum in ea parte Macedoniæ quæ mari Adriatico adiacet, non procul ab Apollonia, teſte Ptolemæo lib.3.c.13. Plin. Bullidenſem coloniam vocat.lib.4.c.10. & populos ipſos Bulliones. lib.3.c.23.

Bulſinus lacus, Procopio & Agathio: *Volſinienſis*. Plinio. *Vulſinienſis* Columellæ. Hodie *Lago di Bolſena* vocari videtur.

Bulua, Ptolemæo, *Bulua*, Plin. Liburniæ vrbs, nunc *Bedono*.

Bulula, Libyæ Cyrenaicæ oppidum.

Bumathani, Taprobanæ populi. Ptol.

Buna, filius Ierameel primogeniti Eſron filij Phares, 1. Paral.2. Lat. ædificans, ſiue intelligens aut adoptans.

Bunartis, vrbs Libyæ. Stephan.

Bunas, Athenienſis vir, qui arbiter in controuerſia inter Calydonios & Eleos deſignatus per fictas occaſiones rem in longum diſtulit, nec vnquam de lite voluit pronunciare, vide Prouerb. Bunas iudex eſt.

Bunea, Iuno dicta eſt, à Bunone filio Mercurij, Pauſan.

Bunima, vrbs Epiri ab Vlyſſe condita. Stephanus.

Bunitium, vrbs Germaniæ, Ptol. vulgò *Sund*.

Bunus, vrbs Illyriæ. Steph. vide Bynæ.

Bunobora, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum, Ptolem.

Búnomus, Macedoniæ ciuitas, Pella poſtea dicta. Steph.

Buphágus, in Arcadia fluuius eſt, ab heroe Buphago dictus, qui Iapeti fuit filius & Thornacis: quem honeſta parum affectantem in monte Pholoe peremit Diana. Rhod. lib.26. cap.2.

Buphagus, & Buthinas, Hercules cognominatus eſt, quod multi cibi eſſet, & boues integros ederet, Pamphagus item, Polyphagus, & Addephagus hac de cauſa dictus eſt. Vide Lyndius Hercules.

Buplanoctiſti ſunt tumuli apud Ilium, quòd ex Myſia bouem inſequutus Ilus, ibi demum vrbem condiderit. Cæl.Rhod.lib.26.c.2.

Buphonus, Iouis ſacerdos. Pauſ.

Bura, Iouis filia, apud Pauſ.

Buraicus, fluuius vicinus Buræ oppid.

Buraicus, Hercules dictus ab Achaiæ vrbe Bura, vbi & ſpecus fluuius eodem nomine extitere, quo in loco tabella & talis ſeu taxillis vaticinia dabantur. Nam qui deum conſulebant, primùm ante ſimulachrum dei preces effundebant: deinde quatuor talos qui multo in numero erant apud Deum, ſuper menſam iacebant in ſingulis autem talis figuræ notatæ inerant, in tabella verò figurarum interpretationes inueniebantur, & ſic habebatur vaticinium. Gyral. de Diis.

Búpalus & Antermus, Antermi Chij filij, clariſſimi ſculptores fuere. Pli. 36.c.5. Hi quia Hipponacti poëtæ notabilis vultus fœditas erat, imaginem eius laſciuia iocorum propoſuere ludentium circulis: quo Hipponax indignatus, amaritudinem carminum diſtrinxit in tantum, vt quidam exiſtiment ad laqueum eos compuliſſe. Horat. in Epod. Ode. 6.

Qualis Lycambæ ſpretus infido gener.

Aut acer hoſtis Bupalo.

Vnde Hipponacteum præconium pro infami nota poſuit. Cic. Epiſt.lib.7.

Buphia, vicus Sicyoniæ, Steph.

Bupraſium, ciuitas & fluuius, & regio Elidis, à

Bupraſio conditore. Hom. à Plin. lib. 5. cap. 5. inter Achaiæ loca recenſetur.

Bura, vel Buris, vrbs Achaiæ propriè dicta, ad ſinum Corinthium ſita, olim florentiſſima, nunc vnà cum Halice vicina vrbe, maris impetu hauſta. Ouid. li. 15. Metam.

Si quæras Halecen & Buran Achaidas vrbes,
Inuenies ſub aqu is & adhuc oſtendere nautæ
Inclinata ſolent cum mœnibus oppida merſis.

Burbida, Hiſpaniæ vrbs inter Bracharam & Aſturicam. Anton.

Burca, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Ptolem.

Burcana, vide Barchana & Borgys.

Burcádus, Sueuorum dux, ann. 913.

Burchána, aliàs Burcana Oceani Germanici, vel Ponti inſula nobiliſſima. Plin. lib. 4. c. 13. inde inſulæ Romanorum armis cognitæ. Earum nobiliſſima Burchana, Fabaria à noſtris dicta, à frugis ſimilitudine ſponte prouenientis.

Burchânis, inſula in Celtica. Steph.

Burcinacium, Antonino Cliuiæ vrbs, *Kraneburg* nomine, vt Simlero placet.

Burdégala, vel Burdigala. Suid. Strabo autem Burdigaliam ciuitatem Galliæ eſſe dicit, in qua Aquitanorum nobiliſſimum emporium. Ad portam S. Germani cernũtur amphitheatri reliquię. Portus multarum nauium capax, negotiationi idoneam, opibúſque florentem Burdegalam efficit. In hac natus eſt Auſonius, poëta, vulgò *Bordeaux*.

Burdinus, antipapa, à Celeſt. II. pontifice captus, ann. 1125.

Buræa, vrbs Italiæ à Buræo condita. Steph.

Buréa, Burris, vel Burina, fons in loco quodam inſulæ Co, ſic dictus, quod bouis naribus ſimilem habet meatum vnde ſcaturit, Theocritus. Idyl. 7.

Burgundia, regio Galliæ Celticæ, quam olim Sequani & Hedui tenuerunt: ab ea Burgundi & Burgundiones dicti, Plin. lib. 4. cap. 14.

Burgundia duplex, altera inferior, quæ & Regia vocatur: hæc ducatus nomine gaudet, olim Heduorum regio. Altera ſuperior, quæ Imperatoria vocatur (Marliano teſte) & Comitatus nomine cenſetur, hanc olim habuerunt Sequani: cuius Metropolis eſt Beſontium.

Burniſtæ, Plin. li. 4. cap. 21. ciuitas Illyrici Liburnorum.

Burnum, caſtellum in tractu Dalmatiæ, nobilitatum populi Romani prælijs, Plin. libr. 3. c. 22.

Burſaonenſes, Hiſpaniæ citerioris populi Calaguritanis & Complutenſibus vicini. Plin. lib. 3. cap. 3.

Butrina, vrbs Hiſpaniæ, Ptolem. vulgò *Balbaſtle*.

Buſcumducis, à Syluis atque nemoribus quæ hoc loci quondam Brabantiæ duci fuerunt, appellationem obtinet, vna ex quatuor præcipuis Brabantiæ ciuitatibus ludo litterario, magna ciuium & præſtantium ædificiorum frequentia, pugnacique populo, ciuili tamen ac blando, nobilis. Ibi mercatura, laniſicium, cæteræque artes mechanicæ florent, vulgò *Boſleduc*.

Buſæ, Herod. li. 1. populi ſunt Medorum quos ſubegit Dioces. Steph.

Buſacteri, maiores & minores, Germaniæ populi; quos quidam Bructeros eſſe putant, hodie *Breckersberg* ſub Goſtaria.

Burungum. Antonino *Burick*, oppidulum ad Rhenum Simlero.

Buſiris, Neptuni filius, ex Libya filia Epaphi, crudeliſſimus Ægyptiorum tyrannus, quo tempore Danaus Argiuis imperauit. Hic cùm hoſpites omnes Ioui immolaret, ab Hercule in Ægyptum delato, cùm eaſdem illi inſidias pararet, vnà cum Amphidamante filio & præcone Chalbe, & miniſtris aræ, interfectus eſt. Virg. 3. Georg.

—quis aut Euryſthea durum,
Aut illaudati neſcit Buſiridis aras?

Deus lini appellatur. Ouid. li. Heroid.

Si te vidiſſet cultu Buſiris in iſto. Statius lib. 12. Thebaid.

Non trucibus monſtris Buſirim infandámque
dediſti.

Buſiris, vrbs in Ægypto, ad Nylum fluuium, à Buſiride condita; in qua fuit templum magnum Iſidis. Hinc Buſiritica præfectura, apud Strabonem, lib. 17.

Buſmadis, Iſaurica ciuitas. Steph.

Buradæ, pars tribus Ægeidis. Steph.

Butama, Dalmatiæ oppidum. Cedren.

Butes, nomen ſacerdotis, à quo Etœbutadæ ſacerdotes, nobiles & illuſtres Athenis. Rhodiginus lib. 14. c. 13.

Butea, nomen eſt familiæ Romanæ, ita dicta à Buteone, id eſt accipitre, cui principatus in auguriis dabatur olim, vnde hæc familia Butea dicta eſt, quòd proſpero auſpicio à buteone deſumpto in ducis naui ſediſſet, vt ſcribit Plinius.

Buteo, cognomen M. Fabij apud T. Liuium & Plut. in Fabio Maximo.

Buteo, orator Romanus, cuius meminit Seneca li. 2. Controuerſ.

Butes, ſiue Buthes, filius Amici, Bebryciorũ regis, qui ob ſæuitiam patris ab Argonautis cęſi, regno pulſus, paruo nauigio Drapanum in Siciliam confugit, vbi à Lycaſte nobile meretrice hoſpitio ſuſceptus eſt: à qua cùm ob formę morúmque elegantiam diligeretur, eius concubitu viſus, Erycem filium ex ea ſuſcepit: & quo-

& quoniam Lycaſte ob eximiam pulchritudinem Venus vocabatur, datus eſt locus fabulæ, Buten ex Venere filium Erycem ſuſcepiſſe. Contrà Virgilius lib. 5. Æneid. Buten à Darete iuxta tumulum Hectori occiſum tradit, inquiens.

Idemque ad tumulum, quo maximus occubuit
Hector.
Victorem Buten immani corpore, qui ſe
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat:
Perculit & fulua moribundū extendit arena.

Butes, Troianus à Camilla occiſus. Virgil. 11. Æneid.

Protinus Orſilochum & Buten, duo maxima
Teucrum
Corpora, &c.

Butes, Scytharum fluuius, cui propinqui ſunt Agathyrſi & Sarmatæ. Tortellius.

Buthia, vrbs vel regio Ioniæ. Steph.

Buthoe, vrbs Illyridis. Steph.

Buthos, oppidum Ægypti. Ptol. & Plin. lib. 5. c. 10. vide Butus.

Buthrotorum Sinus, Epiri regionis. Ptol. *Golfo de Butronto*, Moletio vrbs Epiri Strabo. hodie *Butrinto* Locrorum in magna Græcia, amnis. Liu. hodie *Nouitto*.

Buthrorum, Straboni vrbs in Epiro *Butrinte* nunc vocari tradit N. Sophianus.

Buthyreus, inſignis ſtatuarius fuit, Myronis diſcipulus, qui fecit dignum præceptore puerum ſufflantem languidos ignes, & Argonautas, Plin. 34. cap. 8.

Buticus, lacus à Buto Ægypti vrbe ſic dictus, Strabo lib. 17.

Buthus, athleta nobilis, qui bouem integrum, vno die deuorare ſolebat: vnde natum prouerbium, in edaces, Buthus obambulat.

Butis, Syriæ ciuitas, Pella poſtea dicta. Stephanus.

Butoa, inſula maris mediterranei prope Cretam inſulam. Plin. 4. c. 12.

Butrium, vrbs Italiæ. Steph. *Butrio* Leandro.

Butrótum, ſiue Buthrótum, ſiue Buthrótos, Romanorum colonia. Plin. lib. 4. c. 1. in finibus Epiri, ad ſinum Ambracium, Ouid. 13. Metamor.

Epiros, ab hu, regnataque vati,
Buthrotos Phrygio.

Virg. 1. Æneid.

——portúque ſubimus
Chaonio, & celſam Buthroti aſcendimus
arcem.

Búttrotum, ciuitas & inſula circa Corcyram, Stephan.

Bútua, oppidum Liburniæ. Plin. libro quarto, cap. 22.

Buruntinenſes, populi Calabriæ in Italia, Plin. lib. 1. cap. 11.

Butus, Pandionis filius, vnde Butadæ, pars tribus Ægeides. Steph. Eſt & Ægypti ciuitas, vide ſupra Buthos. Herodianus vicum eſſe ſcribit, vbi oraculum fuerit, vnde & Latona Buto. Steph.

Buuinda, Hiberniæ inſulæ fluuius, Ptolem. *Slayne* vocatur Villanouano.

Buxentum, oppidum Lucaniæ in Italia ad Lauum fluuium. Plin. li. 3. c. 5.

Buxéntum, oppidum quod Græci Pyxunta vocant in ſinu Poſſidoniæ, ab buxo arbore, quæ copioſa illic prouenit. Ptol. Liu.

Buz, i. contemptus, ſiue deprædatus, nomen loci in terra Cedar, Ierem. 25. Filius item Nachor ex Melcha. Gen. 22. Pater Ieddo 1. Paral. 5.

Buza, Indica gens. Plin. li. 6. c. 20.

Buzaras, mons Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptolemæus.

Buzes, Marmaricæ nomi gens. Ptol.

Buzeti, gens Themiſcyræ regionis in Aſia. Plinius libro ſexto, capite quarto. Vide Byzati, Byzares.

Buzi, pater Ezechielis prophetæ. Ezechel. 1. Lat. contemptus, ſiue deprædatus.

Buziges, Heros quidam Athenis fuit, qui omnium primus, iunctis bobus araſſe terram creditur, ſacerdotióque præfuit. Cæl. antiqu. lib. 28. cap. 23.

Buzygêus, mons Theſſaliæ. Plin. lib. 4. c. 8.

Buzygia, Athenis fuit familia ſacerdotio prædita, à Buzyge quodam heroë, qui omnium primus iunctis bubus terram araſſe creditur.

B Y

Bybáſſus, vrbs Cariæ, à Bybaſſo paſtore, qui Æſculapium in Cariam maris tempeſtate delatum ſeruauit. Steph.

Bybæ, vrbs ſita iuxta Peucetios Thraciæ populos. Steph.

Bybe, gens, Thraciæ. Steph.

Byblesia, Cariæ regio, ab Iſthmo Cnidiorum initium ſumens. Herod. lib. 1.

Byblij, gens Scythica. Steph.

Byblij, apud Cyprios dicebantur ſepulchrorum cuſtodes.

Byblia, Venus nuncupata, de qua Lucianus in Dialogo, qui eſt de Dea Syria, ſic ait: Vidi in vrbe Bybli templum ingens deæ Veneris, cognomine Bybliæ, in quo ritus & ceremonias in Adonium peragunt, vbi & fabulæ reliquum exequitur.

Byblis, parua maris mediterranei inſula cum oppido, alio nomine *Melos* dicta, quam Ariſtoteles *Zephyriam*, Callimachus *Mimallida*, Heraclides *Siphnum & Acytom* vocant. Plinius libro 4. capite 12. Stephanus in Melo βύβλον ſcribit, ex quo apparet Byblus aut Byblis legendum.

R 5

Digitized by Google

Byblis, puellæ nomen eſt.

Byblus, Syriæ Phœniciæ vrbs Beryto vicina, in qua Adonidis templa ſunt. Eam à tyranno oppreſſam Pompeius liberauit. Sita eſt in excelſo quodam loco, non procul à mari. Strabo lib. 16. Hodie Gæta. De hac plura vide apud Stephanũ.

Byce, palus apud Ptolemæum eſt pars paludis Mæotidis, Byges dicitur Plin. *Sapra* Strabonis fortè eſt.

Bycus, fluuius Sarmatiæ in Europa. Ptol. hodie Buges vocatur.

Bylliones, populi ſunt Illyrici ſuper Epidamnum, ſiue Dyrrachium & Apolloniam, ſedes habentes, Strabo lib. 7.

Byllis, vrbs Illyriæ maritima, à Myrmidonibus, qui cum Neoptolemo erant, condita. Stephanus.

Bymazus, vrbs Pæonum. Steph.

Byrchanis Straboni: *Burchanis* Stephano, inſula eſt, quæ à Strabone in mari Germanico (Celtico, à Stephano) deſcribitur, quam à Druſo ſubactam addit: *Burchanam* Plinius vocat, dicitque à Romanis *Fabariam* appellari. Vide Saxonum inſula.

Byrſa, Strabo libr. 17. arx in media vrbe Carthaginenſium, in cuius vertice Æſculapij templum, quod Aſdrubalis vxor, capta vrbe, concremauit. De huius autem nominis origine hæc Seruius: Appulſa ad Lyciam Dido, quum ab Hiarba Getulorum rege pelleretur, petiit callidè vt tantum terræ emeret, quantum poſſet taurino tergo circundare: quod cùm obtinuiſſet, corium in tenuiſſima fruſta ſectum ita tetendit, vt occupatis XXII. ſtadiis, & theſauris ſuis amicis oſtenſis, ciuitatem conſtruxerit, quam poſtea vocauit Carthaginem. Arcem verò à bouino corio, quod vocant Græci, Byrſam nuncupauit. Virg. lib. 1. Æneid.

Mercatique ſolum, facti de nomine Byrſam
Taurino quantum poſſent circumdare tergo.

Stephan.

Byrus, ſiue Byrrhus, Latro fuit, cuius meminit Horatius. Serm. Sat. 4.

Vtſis tu ſimilis Cœli, Byríque latronum.

Byſalas, regio iuxta Syrtes. Vide Byzantes. Stephan.

Byſſacea regio, idem quod Byzantium: vnde & Byſſacæna veſtis, i. Byzantia.

Byſnei, gens Bebrycum. Steph.

Byſus, vel Byſſus, gens quædam. Steph.

Byzácium, Africæ regio, Plin. lib. 4. cap. 4.

Byzantes, populi Africæ, vide Byzantium. De Byzante & Stoebo eius fratre, vide Stephan. in Gynæpolis.

Byzantium, ciuitas in Africa, quam quidam Byzacium appellant, & populos Byzantas. Marcianus. Strabo Byzantium nominat, vnde Byzancenus ager. Stephan. Byſſacytas & Byſſacenos.

Byzantium, Thraciæ oppidum à Pauſania Spartanorum duce conditum, Iuſtinus libro 4. Euſtathio, à Byze Megarenſium claſſis præfecto, liberæ olim conditionis, & *Ligos* antè dictum. Plin. lib. 4. c. 1. Hodie à Conſtantino Magno *Conſtantinopolis*, antea *noua Roma*, mox temporibus Seueri, & filij ſui Antonini, *Antonia* vocata. Expugnata à Mahumete Turca, anno ſalutis noſtræ 1453. magna Chriſtianæ pietatis iactura: proximis verò annis ingenti terræ motu, multis in locis concuſſa. Ouid. lib. 1. Triſt.

Quáque tenent Ponti Byzantia littora fauces,
Hic locus eſt gemini ianua vaſta maris.

Vide Cæl. Rhod. libro 19. cap. 6. vide Conſtantinopolis.

Byzantium Toparum, Arriano Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæo ſimpliciter Byzanteum dicitur.

Byzenus Neptuni filius, cui mos fuerat mira in dicendo libertate vti: vnde natum prouerbium, Byzeni libertas, in eos qui audacius liberiúſque loquuntur.

Byzea, Scythiæ ciuitas. Steph. eius populi loquuntur intrepidè.

Byzees, populi in Ponto, qui Straboni Byzaras vocantur: aliis Byzari Budini, olim Chalybes, & deinde Chaldæi dicti. *Valer. Flaccus* 5. Arg.

Byzeréſque vagi, Philerique à nomine dicta.
Littora.

Plinius lib. 6 cap. 4. Buzeros vocat. Ab his portus quidam Ponti, Buzericus appellatur: cuius meminit & Stephanus.

Byzia, Arx regum Thraciæ, à Terei nefasto crimine hirundinibus inuiſa. Plin. lib. 4. cap 11.

C A

C Littera triſtis à veteribus *appellabatur*, quòd nota condemnationis eſſet, quam Prætor in iudiciis publicis dare iudicibus ſolebat in tabella cerata ſcriptam, vt ſi reus damnandus videretur eam in vrnam conijceret.

Caat, filius Leui, filij Iacob, Gen. 46. 1. Paral. 6. Lat. congregatio, ſiue ruga, aut obtuſio.

Cabádes, rex Perſarum electus. Peroza extincto cum omni fermè exercitu. Procopius, Agathius.

Cabálaca, Albaniæ in Aſia oppidum, Plin. lib. 6. cap. 10.

Cabala, locus in Sicilia, vbi Dionyſius contra Carthaginenſes dimicans victoria potitus eſt, Diod. libro 15. eiuſdem nominis vrbs in Cilicia.

Digitized by Google

licia. Appian. Eſt etiam Thraciæ oppidum. Cedren.& Zonar.

Cabália, Aſiæ minoris regio, in qua ſunt vrbes Œnanda (quam Strabo Œnandrum vocat.) Populi porrò huius regionis incolæ, Cabalij dicuntur. Herodotus lib. 5 Vide Cabali.

Cabalis , vrbs prope Cybarim iuxta dorſum Meandri. Steph.

Cabali populi Aſiatici, vide Cabalia.

Caballinum, Æduorum in Gallia Lugdunenſi oppidum Ptol. Cæſar *Cabilonum* vocat. Caſtrum Caballionenſium lib. prouinc. *Chalons ſur Saone*. Gall. Antoninus hic legionem XIV. collocat.

Caballinus , fons limpidiſſimus in Helicone Bœotiæ monte. Muſis conſecratus, Græcis Hippocrene, i. fons equi, dictus, quem Pegaſus, in eo loco ſaxum feriens, aperuit: vnde & Pegaſeus vocatur. Strab. Vide infrà in dictione Helicon, vide etiam Pyrene.

Cabarnis, vide Paros.

Cabandena, Suſianæ regio. Ptolem.

Cabaſites, nomus Ægypti, & in ea Cabaſa oppidum. Ptolemæo.

Cabaſſus, vel Cabeſſus Homero vrbs in Cappadocia Othrynei patria. Hecateus, hanc vrbem ſtatim vltra Hæmum Thraciæ mōtem ſitam ait. Hellanico Lyciæ vrbs eſt. Sed veriùs Apion, vicum eſſe Cappadociȩ inter Terſum & Mazaca, id eſt, Cappadociam, Stephano. Alia eſt Cybaſſus.

Cabatanum , Chatramoritarum vrbs in Arabia fœlici. Strabo.

Cabedana Carmaniæ regio Ptol.

Cabelees, Mæoniæ populi. Herodot.

Cabellio , Narbonenſis , prouinciæ oppidum, cui vicina ſunt Carcaſſos & Carpentoracte, Plin. libro 3. cap. 4. Straboni Caballio dicitur, vulgò *Cauaillon*.

Cabera, Prothei filia, ex Vulcano Caberos tres genuit , totidémque Caberidas, quibus omnibus templa dicata ſunt. Strab. lib. 10.

caberaſa, Mediæ vrbs. Ptol.

caberi, Aſiæ populi. Cedren.

cabêron, Aſiæ fluuius, Plin. lib. 6. cap. 13. in deſcriptione Germaniæ.

cabes , Antropophagûm gens Aſiatica. Cedren.

cabeſſus, Cappadociæ vrbs. Steph. Thraciæ oppidum. Heſych. Lyciæ itē oppidum, Hellanic.

cabeſſus, vide CABASSVS.

cabillonum, vel Caballinum , & nunc Catalaunum; oppidum Heduorum inter Celtas ad ripas Araris fluuii : vbi rei frumentariæ commercijque & commeatus cauſa ſæpe Romani negotiabantur, Motiſconæ oppido finitimum in prouincia Lugdunenſi, Ducatu Burgundiæ & Francorum regno ſitum, vulgò *Chalons ſur la Saone*.

cabira ciuitas Rhodi inſulæ, ex his quæ conuentum apud Rhodios efficiebant, cuius ſuffragiis omnia gerebantur. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 18.

cabiria, ciuitas inferioris Aſiæ. Steph.

cabirij, Bœotiæ populi. Steph.

cabolytæ, Parapanniſi gens Ptol.

cabolus Parmenſis, à Longobardiæ epiſcopis Papa electus, ex vtraque parte conſcriptis copiis in campis Neronianis congreſſis, facta cæde magna, victus fuga elapſus eſt. Blond. Plat.

cabrus , Deus Phaſelitarum , quæ vrbs Pamphiliæ fuit. Suidas etiam inſulam facit. Phaſelitæ huic deo ſacrificabant de piſciculis ſale conditis: Vnde prouerbium emanauit, Sacrificium Phaſelitarum , vt Suidas & Zenobius ſcribunt : quanquam Suidas nomen dei Calabrum pro Cabro legat, & Eraſ. caprum.

cabſeel, i. congregatio Dei, nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ioſ. 15. 1. Reg. 23. 1. Paral. 11.

cabubathara, Arabiæ fœlicis mons. Ptol.

cabul, i. compeditus, vel quaſi germinans aut quaſi defluens, vel quaſi veteraſcens, regio Galilææ, quæ Ioſepho lib. 8. cap. 5. Antiqu. Iudaic. lingua Phœnicum à diſplicendo , aliis à terra tenaci, ob copiam argillæ qua figuli vtuntur , nomen accepit , hanc Salomon Hiram , regi Tyri dedit, 3. Reg. 9. Eſt quoque ciuitas tribus Aſer. Ioſ. 19.

cabullinum, vrbs Galliæ Ptolemæo, Catalaunum alio nomine dicitur *Chalons ſur Marne*.

cabura, fons Meſopotamiæ , præter aquarum omnium naturam egregiè odoratus: cuius fabuloſam rationem reddunt, quod Iuno eo aliquando fuerit perfuſa. Plin. lib. 31. c. 3.

cabyle, vrbs & regiuncula Thraciæ non procul à regione Aſtorum. Stephano.

caca, ſoror Caci, quam quidam volunt fratris furtum Herculi indicaſſe, & ob id Sacellum meruiſſe in quo ei per Virgines Veſtales res ſacra fiebat. Vt Seruius ſcribit ad octauum Æneidos, quanquam Virgil. ibidem & Ouid lib. 1. Faſt. furtum hoc longè aliter detectum fuiſſe velint.

cacánus, Hunnorum rex in Thuringia incurſionem fecit, prædam reſtituit & à Brunichil de accepta pecunia rediit domum. Blond.

caccabe, olim appellata fuit vrbs totius Africæ celeberrima, quæ notiore nomine Carthago dicitur. Steph. Vide Carthago.

cacaria, Albionis inſulæ oppidum. Vide Calcaria.

caciditi. Scytharum gentes. Plin. lib. 6. c. 17.

cacirini, Siciliæ populi, Latinæ conditionis, Plin. lib. 3. c. 18.

cacus, Paſtor Auentini incola, qui inter cætera furta , quibus agrum Latinum quotidie infeſtabat , Herculis quoque boues , quos ille occiſo Geryone ex Hiſpania abduxerat , noctu è

paſcuis abegit, & ne veſtigiis furtum deprehenderetur, cauda in antrum ſuum pertraxit. Hercules ad primam auroram euigilans, cum gregem perluſtraſſet oculis, & partem abeſſe numero ſenſiſſet, pergit ad proximam ſpeluncam, ſi forte eo veſtigia ferrent, quæ vbi omnia foras verſa videt, nec in partem aliam ferre, incertus animi abigere inde armentum cœpit. Verùm cum præter ſpeluncam actæ boues quædam ad deſideriũ, vt fit, relictarum mugiſſent, reddita incluſarũ ex ſpelunca boum vox Herculem conuertit: quẽ ad ſpeluncam accedentem cum Cacus aditu prohibere conaretur, claua ictus occubuit, vt latius exequitur Liuius lib. 1. ab vrbe. Virgilius li. 8. Cacum Vulcani filium facit, ore ignem, fumúmque euomentem, cuius fabulæ originem Mythologici ad paſtoris huius latrocinia putant referendã, qui vicinum agrum ferro incendióque crudeliſſime vaſtabat vnde & Cacus ab Arcadibus dictus eſt, à malis nimirum, quæ vicinis inferebat. De hoc plura Seruius in illud Virg. 8. Æneid.

Hic ſpelunca fuit vaſto ſubmota receſſu.
Semihominis Caci facies quam dira tegebat,
Solis inacceſſum radiis, ſempérque recenti
Cæde tepebat humus foribúſque affixa ſuperbis
Ora virûm triſti pendebant pallida tabo.
Huic monſtro Vulcanus erat pater, illius atros
Ore vomens ignes, magna ſe mole ferebat.

Sunt qui affirmant hunc Cacum Euandri fuiſſe ſeruum, qui in eo loco Italiæ omnia latrocinio & incendio vaſtauerit, & ob id Vulcani filium appellatum. Ouid. fabulatur illum tricipitem fuiſſe.

Mænalio iacuit fuſus tria tempora ramo
Cacus, &c. Vide Boarium.

Cacuthis, Indiæ amnis in Gangem effluens, Arrian.

Cacyparis Siciliæ fluuius Thucyd.

Cacyron, Siciliæ vrbs mediterrânea. Ptolem. hodie *Caſſaro.*

Cadara, inſula ingens rubri maris, cuius obiectu vaſtus efficitur ſinus XI. dierum & noctium remigio nauigatus Ptolemæo regi, quando nullius auræ recipit afflatum. Plin. lib. 9. capite 8.

Caddusij, Aſiæ populi ſunt, Mediæ regionis prope Albanos & Caſpios. Strab. libro 11. Vide CADVSII.

Cademoth, i. antiquitates, vel priores, ſiue Orientales, aut incendium, vel incuruatio mortis, nomen ſolitudinis, Deut. 2. ſiue nomen oppidi in poſſeſſione tribus Ruben, quod Ioſue 13. Cedimoth dicitur.

Cadéna, regia, in vrbis modum inſtructa in montibus Lycaoniæ. Strab. lib. 12

Cades. i. Sanctitas, nomen ſolitudinis, Gen. 30. quæ Num. 13. deſertum Phara dicitur, & 33. deſertum Sin. Appellatur & Fons Miſphat. Quod autem legitur in fine primi capitis Deuterono. Sediſtis ergo in Cades-barne, &c legendum tantum in Cades.

Cades barne, i. ſanctitas filij inſtabilis, aut frumenti, vel puritatis commotæ, ciuitas regionis Moabitarum, vicina terra, ſiue tribui Iuda, verſus Auſtrum, hoc eſt meridiem, ad montem Amorrhæorum, limes terræ Deut. 1.

Cadetes, populi inter Celtas ex ciuitatibus Oceanum attingentibus, quæ Armoricæ appellantur, proximi Lemouicibus Rhedonibus, Venetis, Andegauenſibus, Cenomanis in regno Francorum ſiti. *Le pays à l'entour de Chaſteaubruyant en Bretaigne.*

Cadi, orum, Phrygiæ vrbs, quamvis nonnulli ad Myſiam dicunt pertinere. Strab. libro 12.

Cadiſcus, mons Cretæ adeò in vertice cadens, vt nauigantibus potius vertex, quàm mons videatur Plin. lib. 4. c. 12.

Cadme, vide Priene.

Cadméa, arx fuit Thebana, & pro Thebis ipſis antiqui vſurpare ſoliti ſunt. Strabo lib. 9. & Plutarchus in vita Pelopidæ. Steph. Carthaginem quoque olim Cadmeam dictam ſcribit.

Cadmei, Cadmij, & Cadmæones, Thebani ſunt. Steph.

Cadmeia, ſiue Cadmeis olim vocabatur, quæ nunc Bœotia. Steph. Thucyd. lib. 1. Carthago.

Cadmus, nomen proprium Phœnicum regis Agenoris filij, qui apud Tyrum & Sidonem imperauit. Hic à patre miſſus ad perquirendam ſororem ſuam Europam, quam Iupiter in taurum mutatus, rapuerat, & in Cretam tranſtulerat: cum illam non inueniſſet, nec ad patrem redire auderet, non procul à Parnaſſo monte conſedit, ibíque Thebas condidit, regionémque à Ioue Bœoticam nominauit, cùm prius Aonia vocaretur, eúmque quoſdam ex ſociis à ſerpente necatos vidiſſet, eum occidit, eíque dentes euulſit, ac ſeuit, ex quibus nati ſunt homines armati, qui omnes ſe ſtatim mutuis vulneribus confecerunt, præter quinque, qui ſe Cadmo aſſociarunt. Poſtremò ab Amphione & Zetho regno pulſus, ad Illyrios tranſiuit, ibíque deorum commiſeratione vnà cum vxore Hermione, quam Ouidius Harmoniam vocat, Martis & Veneris filia, in ſerpentem eſt commutatus. Filias habuit Semelem, Agauen, Inoen & Antonoen. Ferunt hũc decem & ſex literas è Phœnicia in Græciam detuliſſe, αβγδ ικλ [illegible] τυ, quod Acti cuidam, vt notauimus in litera A, ſuo loco, vel Lino præceptori Herculis, quidam tribuunt. His Palamedem Troiano bello quatuor adiecisſe ξ [illegible] χ. Itémque hiſtoriam inueniſſe, & proſaicam orationem inſtituiſſe. Suid. Fertur inueniſſe auri metalla, atque conflaturam

Cadmus, Mileſius, paulo poſt Orpheum primus ſcripſit hiſtoriam de Mileto, ac totius Ioniæ regione, libris 4. Suid. De hoc plura vide apud Plin. lib. 5. c. 29. Iſte auxit literas Græcas ab eodem vel eiuſdem nominis Cadmo, Agenoris filio, aut à Palamede inuentas, his duabus η & ω primúſque ſoluta oratione eſt vſus, arte obſeruata apud Homerum.

cadmus, nomen carnificis apud Horat. Sermonum primo.

Tunc Syri Dama, aut Dionyſij filius audes
Deijcere à ſaxo ciues? aut tradere Cadmo?

cadmus, montis nomen in Aſia ad Laodiceam celeberrimam ciuitatem, ex quo monte Lycus amnis fluit. Strab. lib. 12. Plin. lib. 5 c. 26. vide DARDANVS.

cadmus, Coorum tyrannus, ann. ab vrbe 226.

cadmus, fluuius Ceſtrinus. vide CAMMANIA.

cadomum, Galliæ vrbs, quam hodie *Caen* vocant in Normandia.

cadrema, vrbs Lyciæ, Olbiorum colonia. Stephan.

cadruſi, oppidum ab Alexandro conditum ad Caucaſum montem. Plin. lib. 6. cap. 23.

caduceum, Mercurij virga fuiſſe fertur, qua ille ad diſſidia & diſcordias tollendas vtebatur (vnde Caducifer vocatus eſt) à cadendo dicta, quod contentiones & bella cadere faceret. Nam quemadmodum per Fæciales bella indicebantur, ita per Caduceatores finiebantur. Non immeritò itaque Mercurio, qui orationis Deus, & deorum nuntius habebatur, aſſignatum eſt Caduceum, quod diſſidentium animi oratione præcipuè ſedentur. Caduceum Ægyptij in ſpeciem duorum draconum maris & fœminæ figurauerunt, qui parte media ſui voluminis, nodo quem Herculeum vocant, ſibi alligantur, primiſque partibus reflexi, in modum circuli oſcula iungunt. Hanc virgam Apollo dicitur inueniſſe, & Mercurio donauiſſe, lyra viciſſim ab illo accepta. De draconibus autem Caduceo additis hanc afferunt rationem, Mercurium, cùm hanc virgam manu tenens in Arcadiam proficiſceretur, duos ſerpentes pugnantes inueniſſe, virgáque interpoſita dicto citius prælium diremiſſe. Ad cuius rei memoriam poſteri Caduceum duorum draconum ſimilitudine figurarunt: illúdque Mercurio, veluti peculiare inſigne, attribuerunt, qui illo & animas ab inferis reuocare, & ſomnum, quibus volebat immittere credebatur. Quod & ipſum nō obſcurè tradit Virg. 4. Æneid.

Tum virgam capit, hac animas ille euocat orco
Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit:
Dat ſomnos, adimitque, & lumina morte reſignat,
Ille fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila.

Cadueni, Sardianæ iuriſdictionis in Caria populi. Plin. lib. 5. c. 29.

cadſimim, antiqui, vel priores, ſiue orientales, aut antiquum, ſiue orientale mare, aut incendium, vel humiliatio aquarum, nomen torrentis. Iudic. 5.

cadurci, Narbonenſis prouinciæ Galliæ & Aquitaniæ populi: & ciuitas epiſcopalis in prouincia Bituricenſi. Plin. lib. 4. c. 19. Mantuan.

Aluerni, Meldique ſimul, fortéſque Cadurci.
Le pays de Quercy où eſt Cahors,

caduſij, populi circa Caſpium mare & pontum. Steph. Strab. lib. 11. vide Cadduſij ſuprà & Gele.

cadytis, Herodoto lib. 2. vrbs Syriæ maxima.

cæa, ſiue Cæos, nomen inſulæ maris Ægæi, à Cæo Titani filio ſic dicta. Plin. lib. 4. Hanc Ptolemæus & vulgus nauticum Ciam nominant. Vnde Eraſiſtratus è Cea inſula Cæus dictus eſt. Et veſtis Cæa, quæ ab aliquibus Coa dicitur, bōbycina tenuiſſima, raſis velleribus à paruis animantibus confecta, ibi primum inuenta, quam prima texiſſe dicitur Pamphila. Hæc hodie ſub Venetorum imperio eſt. Virg. lib. 1. Georg.

—& cultor nemorum, cui pinguia Cæa,
Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.

ſcribitur & Ceos per ſimplex e.

cæada, locus apud Spartanos, in quem maleficum genus hominum coniiciebant. Cæl. Rho. lib. 17. c. 8.

cæcias, ventus flans inter Aquilonem, & exortum æquinoctialem, nubes occulta quadam naturæ ratione ad ſe attrahens, non propellens, vt poſt Ariſtotelem docet Plin. lib. 2. c. 47. vnde natum prouerbium, Mala ad ſe trahens vt Cæcias nubes.

cæcilia, prænomine Caia, Tarquini Priſci vxor, maximi animi mulier & lanificij peritiſſima, quæ priùs Tanequil dicebatur, vt ſcribit Volater. Plin. lib. 8. c. 49. Liu. 1. ab vrbe.

cæcilia, gens fuit, de cuius origine, variæ & diuerſæ fuerunt veterum opiniones. Feſtus Pompeius lib. 3.

cæcilius Metellus, conſul Romanus collegam habuit C. Seruilium, anno ab vrbe cond. 470.

cæcilius Metellus, Balearius cognominatus, conſul Romanus cum T. Quinto Flaminio: ann. ab vrbe cond. 631.

cæcilius Metellus Caluus, conſul Rom. cum collega L. Aurelio Cotta. anno ab vrbe condita 635.

cæcilius Metellus, Dalmaticus cognominatus, conſ. Rom. cum collega Q. Mutio Scæuola, anno ab vrbe cond. 637.

cæcilius Metellus, Numidicus dictus, conſul Rom. cum collega M Iunio Syluano, an. ab vrb. cond. 656.

Digitized by Google

Cæcilius Metellus princeps ſenatus. Cn. Pōp. Magno & M. Lucinio Craſſo coſſ. anno ab vrbe cond. 685.

Cæcilius Metellus Pius, Scipio prænomine. Q. collega, Sextili menſe, addito Cn. Pomp. Magno, cùm plures menſes ſolus magiſtratum geſſiſſet, anno ab vrbe cond. 702.

Cæcilius Epirota, libertus Attici equitis Romani ludum grammaticæ Romæ aperuit. Primus dicitur Virgilium & alios poëtas nouos prælegere cœpiſſe. Domitius Marſus, Epirota tenellorum nutricula vatum. Huius meminit Macrob. ſextus.

Cæcilius Africanus in diſciplina iuris, atque legibus populi Romani noſcendis tractandiſque ſcientia, vſu, authoritatéque illuſtris fuit tempore Gellij, cuius etiam ipſe meminit, dicitque librum ſcripſiſſe de verborum ſignificatione, quæ ad ius ciuile pertinerent.

cæcilius Claudius Iſidorus, C. Aſinio Gallo & Martio Cyrino coſſ. ad VI. cal. Feb. teſtamento ſuo edixit: Quamuis multa ciuili bello perdidiſſet, tamen relinquere ſeruorum 4116. iuga boum 3600. reliqui pecoris 257. millia, in numero pondo 600. millia Plin.

cæcilius Callantianus, Iudæorum religionis ſectator, Romæ docuit ſub Auguſto vſque ad Adrianum. Scripſit librum contra Phrygas. Dictionarium ex ordine literarum, comparationem Demoſthenis & Ciceronis, & alia multa, Suid.

cæcilius Argiuus, verſificator, ſcripſit de piſcibus. Suid.

cæcilius Statius, poëta comicus, quem Cicero ad Atticum malum Latinitatis authorem vocat, Volcatius tamen comicorum palmam ei concedit. Fuit in natione Gallus & Ennij contubernalis. Deceſſit anno vno poſt Ennium, ſepultus in Ianiculo, Euſeb.

cæcilius, poëta comicus, dicto Feſto à cæculo Præneſtinæ vrbis conditore. Horatius. lib. de arte poëtica.

Vincere Cæcilius grauitate, Terentius arte.

cæciliæ, familiæ Metellorum nomen. vide Metelli.

cæcinos, Suidæ amnis vocatur, qui Rheginum agrum à Locrenſi diuidit, Plin. li. 3. cap. 10. Italiæ, haud procul à Sicilia. Steph.

cæcubum, oppidum Campaniæ in Italia, quòd licet paludibus adiaceat, vineta tamen feraciſſima præcipuis enutrit arboribus.

cæcubum, vini genus nobiliſſimum fuit, in ſinu Amiclano paluſtribus in populetis naſcens, quod Neronis culpa prorſus interiit, cùm ille foſſam à Baiano lacu Oſtiam vſque per agros Cæcubum duceret, vt refert Plin. lib. 14. cap. 6. Martial. lib. 13.

Cæcuba Fundanis generoſa coquuntur ahenis.

Cæculus, Vulcani filius habitus fuit, cuius mater cùm igni aſſideret, ſcintilla in gremium eius delata eſt, ex qua illa ſe grauidam factam credi voluit: expletiſq; legitimis menſibus puerum peperit, quem quòd minores haberet oculorum orbes, Cæculum appellauit, à quo Cæcilios ortos putant, quorum familia Romæ nobiliſſima fuit. Hic poſtea adultus, cùm aliquot annos incertis ſedibus vagatus eſſet, rapto ſe alens & latrocinijs, tandem Præneſtinam ciuitatem condidit: cumq; vicinos populos ad ludorum ſpectacula conuocaſſet, monere eos cœpit, vt relictis ſedibus ſuis, nouam vrbem ſecum incolerent: neque ſuum, qui Vulcani filius eſſet, imperium aſpernarentur. Quod cùm illis perſuadere nō poſſet, Vulcanum dicitur inuocaſſe, vt ſi reuera ipſius eſſet filius, id ſigno aliquo declararet. Quo facto flammam protinus illuxiſſe aiunt, quæ vniuerſum illum cætum vndiq; circumſepit, tantámq; omnibus religionem incuſſit, vt non ægrè in cæculi ſententiã tranſirent. Alij tradunt Cæculum recens natum à paſtoribus in igne inuentũ eſſe, nulla ſui parte à flammis violatum: Indeq; factũ eſſe, vt Vulcani filius crederetur. Vide plura de hoc apud Seruiũ in illud Virg. li. Æneid. 7.

Nec Præneſtinæ fundator defuit vrbis,
Vulcanum genitum, pecora inter agreſtia regẽ
Inuentúmque focis omnis quem credidit ætas,
Cæculus, &c.

cæculus Stator, iunior apud Aborigenes regnauit.

cædicus, prænomine Q. conſul Rom. cum L. Manlio, Vulſone Longo, ann. ad vrb. cond 498.

cædicus, prænomine Q. coſ. Rom. cum collega M. Valerio Coruino iuniore: ab vrbe cond. 465.

cædicus, vir ditiſſimus fuit, cuius meminit Virg. lib. 8. Æneid.

cæſoniu, Commodus Verus prænomine L. Coſ. cum collega C. Cornelio Priſco, anno ab vrb. cond. 810.

cæleſtini, Vmbriæ populi, in ſexta regione Italiæ. Plin. lib. 3. c. 14.

cæleſtis, Africæ Deus, cuius meminit Vlpianus titulo 12. eius libri qui inſcribitur, Tituli ex corpore Vlpiani. Hunc Lactantius libr. 1. cap. 15. Vranum vocat.

cæliculum, locus cuius meminit Cicero de Aruſp. reſp.

cælius Apollinaris prænomine Q. Coſ. cum collega Soſio Priſco, ann. vrbis cond. 941.

cælium, Calabriæ oppidum, non procul à Brunduſio. Plin. lib. 3. c. 11.

cælius orator, acri turbulentóque ingenio, diſcipulus Ciceronis, deceſſit admodum iuuenis, quem Quintilianus dignum longiore vita

& me-

& meliore mente dicit. Cicero in Oratore, Cælius, quamdiu paruit authoritati meæ, talis Trib. pleb. fuit, vt nemo contra ciuium perditorum popularem turbulentámque dementiam à Senatu, & bonorum cauſa ſteterit conſtantiùs. Tandem ab Atratino quodam accuſatus, quod cùm Catilina conſpiraſſet in perniciem reip. quódque aurum à Clodia Clodij ſorore extorſiſſet, eíque venenum propinaſſet, defenſus eſt à Cicerone elegantiſſima illa pro Cælio oratione, quæ hodie quoque habetur in manibus.

Cælius, prætor vrbanus, cùm ei ius dicenti Picus ſupra caput inſediſſet, & aruſpices reſpondiſſent, conſeruato eo fore domus ipſius ſtatum fœliciſſimum, reip. miſerrimum occiſo, in contrarium vtrumque ceſſurum, è veſtigio picum morſu ſuo in conſpectu Senatus necauit. ex quo accidit vt ipſe cum XL. alijs Cæliis interficeretur. Valerius apud quem Ælius vocatur.

Cælius, Tarracino ſplendido loco natus, cùm in cubiculo quieſcens in lecticulo peremptus eſſet, eius cædis quoniam nulli eſſent alij, ad quos ſuſpicio eius peruenire poſſet, Cælij duo filiis cauſam dixere: poſtquam verò conſtitit, eos dormiuiſſe aperto oſtio, abſoluti ſunt, quoniam in tanto facinore veriſimile non fuiſſet, eos quietem capere potuiſſe. Valer. l. 8. vbi in editionib. quibuſdam Clodius appellatur.

Cælius, quidam hiſtoricus. Plin. libro tertio, c. 10.

Cælius Probinus, conſul, collega Marcellini, anno ab vrbe condita 1093.

Cælius, Saturni pater, à nonnullis Latinis appellatus.

Cælius Tubero, vita functus, & in rogum miſſus reuixit. Plin. lib. 7. c. 52.

Cælius, Tuſcorum rex, regnauit ann. XXI. Hic Romulum contra Cenninenſes & Antenates, Cruſtumeróſque iuuit. Ennius, Dion. l. 2. Hinc Cælius mons.

Cælius, mons vrbis Romæ, vnus ex ſeptem à Cælio Vibeno nobiliſſimo duce Tuſco dictus, qui Romulo aduerſus Tatium regem auxilio venit: à quo & cælimontia, aut cælimontana porta nomen accepit. Hunc montem Tul. Hoſtilius vrbi addidit, ibique ipſe habitauit, quo frequentius habitaretur, vt inquit Liu. l. 1. ab vrbe. In eo habitauit Ennius poëta. Alij per œ ſcribunt.

Cælos, Thraciæ portus. Plin. lib. 4. c. 11. Vide Cœlos.

Cælus, cognomen Indigenæ, qui ex Terra ſorore in matrimonium ducta, Saturnum Batillum, Dogana, & Atlanta genuit. A cuius nomine mira varietate, formoſiſſimum ſupremum corpus cœlum dicunt fuiſſe appellatum.

Cæma, eſt mons Alpium dirimentium Togatam Galliam à comata, ex quo Varus fluuius emittitur.

Cæne, parua quædam inſula in mari Siculo in Africam verſa, cui vicina eſt Gaulos & Melite. Plin. lib. 3. cap. 8. Item Ptolem. ſinus Laconici oppidum, non procul à Tenaro promontorio. Hinc Cænites portus apud Plinium libro quarto & Cænæus Iupiter dictus eſt Ouid.

Victor ab Oechalia Cenæo ſacra parabat
Vota Ioui.

Cænargie, regio quædam, vide Thyrea.

Cæneus, diſſyllabum, vide Cænis.

Cænéum, promontorium Eubœæ, vide Dodona. Steph.

Cænini, Thraciæ regio. Plin. lib. 4. cap. 11. Stephanus.

Cænina, Latij oppidum clarum. Plin. l. b. 3. c. 5. Vide Cænite.

Cænis, Theſſalica puella fuit, quæ à Neptuno per vim compreſſa ab eo muneris loco impetrauit, vt in virum transformaretur, nulliſque vnquam vulneribus poſſet ſauciari. Mutato itaque ſexu, etiam nomen mutauit, & ex Cænis factus eſt Cæneus. Hic cum Lapithis pugnans aduerſus Centauros, cùm nullo teli genere poſſet violari, congeſta in eum magna arborum mole, viuus obrutus eſt, & in Cœnidem auem transformatus, vt fabulatur Ouid. lib. 2. Metamorph.

ò ſalue
Maximo vir quondam, ſed auis nunc vnica.

Quanquam Virgil. à morte non in auem transformatum velit, ſed in muliebrem rediſſe ſexum, ſic enim habet lib. 9 Æneid.

It comes & iuuenis quondam, nunc fœmina
Cæneus
Rurſus & in veterem fato reuoluta figuram.

vide Cæneus.

Cænis, Italiæ promontorium, quod aduerſum habet & oppidum Pelorum in Sicilia, XII. ſtadiorum interuallo. Plin. lib. 3. c. 6.

Cænis, inſula prope Pelorum Siciliæ promontorium, occaſum verſus. Eſt & Cæniſium Italiæ ciuitas. Steph.

Cænite, vrbs Sabinorum à Romulo capta. Stephan. vide Cænina.

Cænites, Achaiæ portus non procul à Saronico, olim querno nemore redimito. Plin. lib. 4. cap. 25.

Cænotropæ, Anij & Dorippes filiæ, Œno Spermo, & Elais, quaſi in nouas formas omnia vertẽtes, eo quòd in illis impertierat Dionyſius, vt quicquid tangerent, in triticum ſtatim verteretur, & vinum ac oleum, Cæl. lib. antiqu lect. 7. cap. 15.

Cæpori, citerioris Hiſpaniæ populi, Plin. 4. c. 20.

Cære, vrbs inſignis in Hetruria, quæ olim regionis totius caput fuit. Hanc quōdam Agyllam nominatam, & à Pelaſgis è Theſſalia profectis conditam ferunt. Deinde verò Lydis, quos poſtea Tyrrhenos nominauerunt, aduerſus Agyllinos bellum gerentibus, cùm quidam murum ſubiēs, vrbis eius nomen percontatus fuiſſet: eique à Theſſalo quodam de muro χαῖρε reſponſum eſſet, eo veluti omine à Tuſcis accepto, captam poſtea vrbem, mutato priori nomine Cære vocauêre. Verùm tam ſplendidæ, támque glorioſæ ciuitatis, Strab. lib. 5. aſſerit vix vlla ſua ætate extitiſſe veſtigia: & ſolo vicinorum balneorum nomine, quæ Cæretana dicebantur, fuiſſe celebratam. Ab hoc oppido Cærites tabulæ appellatæ ſunt, in quas cenſores referri iubebant, quos notæ cauſa ſuffragiis priuabant. Nam vrbe à Gallis capta, cùm Cæretani eos, qui vnà cum ſacris, æternóque Veſtę igne ad ſe profugerant, comites hoſpitio ſuſcepiſſent, Romani deinde, reſtituta in ſtatum meliorem vrbe, ſatis malignam illis gratiam retulerunt. Nam ciuitate quidem eos donauerunt. ſuffragij autem ius eis non conceſſerunt. Hinc factum eſt, vt cùm aliquem ignominia & contumelia dignum volumus ſignificare. Cærite cera eum dignum eſſe dicamus. Horat. libro primo Epiſt.

Quid deceat quid non obliti Cærite cera,
Digni, &c.

ceretanus, amnis ad Cæren vrbem. Plin. lib. 3. cap. 5.

cæreſi, Germaniæ populi apud Cęſarem, nunc Ripenſes appellantur, inquit Hubertus Leodius, vbi arx Cerey nuncupata ad Moſam *Namur* eſt Vigenereo.

cæretanus, Tuſciæ fluuius. Plin. qui hodie *Eri* vocatur, vt Leander ſcribit.

cæretum, Vmbriæ oppidum inter Spoletum ac Nuſiam, à quo Cæretani appellati, totum orbem vano quodam ac turpi ſuperſtitionis genere ludificantes, ob quā cauſam ferè continuè peregrinantur, familia atq; vxoribus domi relictis.

cærobryx, Luſitaniæ vrbs. Ptolem. alio nomine dicta Cezimbria.

cærperis, Angliæ vrbs, Lhuydo hodie Portcheſtre vocata.

cærſeuerus, vel Caradoc, antiquitus dictum Angliæ oppidum, quod vulgò Sariſburi vocant, ſcribit Humf Lhuyd. apud priſcos auctores Latinos non videtur extare vocabulum.

cæſena, Galliæ togatæ oppidum Ptolemæo & Plinio. *Ceſnabrigo* nunc vocari ſcribit Facius, Leander verò *Ceſena* ſine diphthongo ſcribit & in Flaminia prouincia eſſe ait: & addit Curuam Cæſenam ab Antonino, & Flauiam Curuam Papiam, in vita S. Mauri Epiſcopi nominari.

cæſar, Iuliæ familiæ cognomen inde tractum: quod qui primus ex gente Iulia id cognominis eſt ſortitus cæſo matris ventre natus tradatur, vel quòd oculis cæſis, hoc eſt, glaucis, fuerit: vel à Cæſarie, cum qua natus proditur. Feſtus. Hoc nomen primus habuit Scipio Africanus. Plin. lib. 8. Spartianus verò & item Seruius grammaticus dicunt vocatum primum hoc nomine Cæſaris auum, qui in Aphrica elephantum interfecit. Cæſarem lingua Punica appellatum.

c. Cæſar Octauianus Auguſtus, II. Romanorum Imperator: imperauit annis LVI. anno ab vrbe 711. In Celtis ad Mutinam Antonium vicit. Flo. lib. 4. c. 4. Eutrop. li. 7. conſul collega Qu. Pædij. Is & Lepidus amicitias inierunt II. conſul, collega M. Tullij Ciceronis, anno ab vrbe 722. Iapidas, Dalmatios, & Pannonios ſubegit. Flor. li. 133. III. conſul, collega M. Valerij Meſſalæi, anno ab vrbe 723. IV. conſul, collega M Licinij Craſſi, anno ab vrbe 774. V. conſul, collega Sexti Apuleij, anno ab vrbe 725. VI. conſul, collega Vipſanij Agrippæ, anno ab vrbe 726. VII. conſul, collega eiuſdem Vipſanij, anno ab vrbe 727. VIII. conſul, collega L. Statilij Tauri, anno ab vrbe 728. iſtis temporibus Hiſpaniam ſubegit. Flor. lib. 135. IX. conſul, collega M Iunij Sylani, anno ab vrbe 729. X. conſul, collega C. Norbani Flacci, anno ab vrbe 730. XI. conſul, collega Cn. Calphurnij Piſonis, anno ab vrbe 731. XII. conſul, collega L. Syllæ, anno ab vrbe 749. Hoc tempore Romæ ſapientes inſignes erant. Virgilius, Flaccus, Salluſtius, Hortenſius, Athenodorus, Tarſeus & Sirio Alexandrinus, Eutro. lib. 7. XIII. conſul, collega M. Plautij Syluani, anno ab vrbe 752.

cæſar Auguſtus, eo die, quo Ieſus Chriſtus in hunc mundum ex virgine natus eſt, edicto vetuit, ſe dominum appellari, manifeſto præſagio maioris dominatus qui tum in terris ortus eſſet. Fuit hic annus, in quem ille ſacratiſſimus incidit partus, alter à quadrageſimo Auguſti principij: mundanæ verò originis nonageſimus nonus ſupra centeſimum & quinquies milleſimum. Polyd Verg. ex Oroſio. Is in deorum numerum ab Ouidio, vel inter aſtra relatus, qui ſic de eo ſcripſit libro 15. Metamorph.

Tarda ſit illa dies & noſtro ſerior æuo,
Quà caput Auguſtum, quem temperat orbe relicto.
Accedat cœlo, fauéaque precantibus abſens.

cæſarauguſtani, populi in Cicilia, qui antea Anazarbeni dicebantur Plin lib. 5. c. 27.

c. Cęſar Caligula III. Romanorū Imperator, imperauit annis IIII menſibus 10. anno ab vrbe 790. II. conſul L. Cæſiani collega, initio popularem ſe oſtendit, animos ſtudiáque hominum

erga

erga ſe incendit. Dein monſtrum ſe exhibuit luxu, incontinentia, atrocitate & omni genere vitiorum. Sueto. Eutro. Oro. lib. 7. c. 5. Ioſeph. li. 19. c. 1. ann. ab vrb 790. VI. conſul ſolus expeditionem fecit in Germanos egregij egit nihil. Adminocinum Bellini Batauorum regis filium, in debitorem accepit, Eutrop. lib. 7. ann. ab vrbe 792. IIII. conſul, C. Voluſij Saturnini collega, an. ab vrbe 792.

C. Iulius Cæſar, conſul, collega P. Rutilij Lupi, anno ab vrbe 664. Samnites vicit Flor. libro 73.

C. Iulius Cæſar, conſul, collega M. Calphurnij Bibuli, anno ab vrbe 695. Huic Gallia prouincia ad quinquennium decernitur. Eutropius lib. 6. Oroſ. lib. 6. c. 7. Sueton. II. conſul, collega P. Seruilij Iſaurici, anno ab vrbe 706 III. conſul, collega M. Æmilij Lepidi, anno 708 IIII. cõſul ſolus, anno ab vrbe 709. V. conſul, collega M. Antonij, anno ab vrbe 710. I. Romanorum imperator, imperauit annis tribus, anno ab vrbe 708. Hic omnem Galliam, quæ ſaltu Pyrenæo, Alpibúſque & monte Gebenna, fluminibúſque Rhodano & Rheno continetur, nouem annis in prouinciæ formam redegit. Germanos qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato aggreſſus, maximis affecit cladibus. Aggreſſus eſt & Britannos, ignotos antea, ſuperatíſque pecunias & obſides imperauit. Deinde cùm obtinere non potuiſſet, vt ſui abſentis in conſularibus comitiis ratio haberetur, arma in patriam conuertit, neminéque repugnante. Galliam Ciſalpinam, Picenum, Vmbriam & Hetruriam occupauit, Pompeiúmque Italia expulit. Poſthæc in Hiſpaniam tranſgreſſus, validiſſimas Pompeij copias, quæ ſub tribus legatis, Marco Petreio, Lucio Afranio, & Marco Varrone erant, ſuperauit. Pompeium funeſtiſſimo in campis Pharſalicis prælio ſuperauit. Ptolemæum in Ægypto ſubegit. In Africa deuicit Scipionem & Iubam. In Hiſpania liberos Pompeij. Triumphauit quinquies: primùm de Gallis, poſtea de Alexandria, deinde de Ponto, de Africa, & de Hiſpania. Liberaliſſimus fuit omnium & maximè poſt hos triumphos. Periit in Senatu à Bruto Caſſio, & reliquis coniuratis, quatuor & viginti vulneribus confoſſus, infinitis propemodum portentis mortem eius ante denuntiantibus, quorum bonam partem enumerat Virgil. lib. 1. Georg ibi,

Ille etiam extincto miſeratus, Cæſare Romam,
Cùm caput obſcurat nitidum ferrugine tex...

Plutarch. in Cæſar & Brut. Flor. libro 11. Appian. libro 20. Oroſius libro 6. cap. 17. Eutropius lib. 6

Ceſarem dictatorem ſcribere & legere ſimul, dictare & audire ſolitum accepimus. Epiſtola verò tantarum rerum quaternas pariter libraris dictare; aut ſi nihil aliud ageret, ſeptenas. Plin. libro 7. c. 25. Quo pacto annum ad curſum ſolis ordinârit, vide in dictione. Caius Iulius Cæſar.

Cæſar, Dictatoris pater, Piſis, dum calciaretur, repentè interiit.

Cæſar, patruus Dictatoris, Romæ obiit.

C. Cæſar, poëta tragicus & orator. Cicero in Bruto.

C. Cæſar, L. F. & ſuperioribus & æqualib omnibus præſtitit, oratórque fuit minimè ille quidem vehemẽs, ſed nemo vnquam vrbanitate, nemo lepore, nemo ſuauitate conditior. Sunt eius aliquot orationes, ex quibus ſicut ex eiuſdem tragœdiis leuitas eius ſine neruis perſpici poteſt.

L. Cæſar, Caij oratoris frater, & conſul & Prætor fuit, ambo Syllam ſequuti, iuſſu Marij interfecti ſunt quo tempore M. item Antonius orator, Craſſi æqualis, vt ait Pædianus.

L. Cæſar alter, Marci Antonij Triumuiri auunculus, Pompeianarum partium, miſſus ab vtraque parte quandoque orator de pace. Poſtremò inter proſcriptos ab Octauio interfectus fuit, cuius loco obtinuit Marcus Antonius, vt Cicero Octauij amicus proſcriberetur. Plut.

Cæſar Vopiſcus, qui (vt ait Varro) cùm cauſam ageret apud Cenſores, dixit campos Roſcæ in Rotiano ſemen eſſe Italiæ.

Cæſaraugusta, Tarraconenſis Hiſpaniæ ciuitas, Cæſarea Auguſta Ptol. & Strab. l. 3. Colonia immunis amne. Ibero affuſa, vbi oppidum antea vocabatur *Salduba*. Regionis Sedetaniæ, in Hiſpania. Plin l. 3. c. 3. *Carrageça* hodie, vel potius *Sarragoſſe*, ante etiam *Numantia* dicta. Pomp. Verum vt ad Saldubam redeamus, alia eſt in Bætica prouincia Plinio, & Ptolemæo.

Cæſarea, Inſula maris Britannici apud Anto. *Gerzay* Camdeno eſt.

Cæſarea & Auguſta, Ciliciæ vrbes ſunt apud Ptol.

Cæſarea, quæ & Symralea Bithyniæ vrbs. Ptolem.

Cæſarea, Mauritaniæ vrbs. Plinio. *Cabo Figulo* Pineto

Cæſarea, inter Rauennam, & claſſem oppidum, aut potius ſuburbium, vt apud Iornandem videtur. Blondus, & Rubens tradunt. Monaſterium *S. Maria in Bettico*, hodie ibi extare. Idem ſcribit Leander.

Cæſarea, Armeniæ Maioris vrbs. Plin. Pannoniæ oppidum, Antonino.

Cæſarea Panias, Ptolemæo Phœniciæ vrbs. Hæc & Cæſarea Philippi. quondam *Laſer*, deinde *D n*, aliquando etiam *Lachu* vocitata fuit, vt Wiſſemburgius docet. *Neroniam* quoque

dictam teſtatur Ioſephus. Ab Euangeliſtis *Magedan & Dalmanutha* nominari ſcribit Poſtellus. Hodie à Barbaris *Belina* dici, auctores ſunt Neobrigenſis, Volaterranus, & Poſtellus. *Balbec* vocat Bellonius. Sed Poſtellus tradit Balbec, olim Heliopolim fuiſſe.

Cæſarea, vrbs Palæſtinæ, ciuitas non procul à monte Carmelo in littore maris magni, vel cis ad mare mediterraneum, olim Pyrgos, vel Turris Stratonis dicta Ptolemæo teſte. D. Hieronymus Accaron etiam vocat, ſed falſo (tanti viri pace dixerim) vt ſcribit Poſtellus in ſua Syria. Plin. Apolloniam & Coloniam, Primam Flauiam appellatam ſcribit. *Azor* noſtra ætate nominari Pinetus putat, *Siſeria* ſuo tempore & olim *Gad* Palæſtinorum nominatam tradit Benjamin. *Balbec & Beline* Theueto eſt. Ptolem. habet hoc tractu Apolloniam ab hac diuerſam. Verùm enimverò poſteà ab Herode in honorem Cæſaris ædificata, Cæſarea appellata eſt: in qua idem in honorem Cæſaris magnificam domum è marmore conſtruxit, vbi nepos eius ab Angelo percuſſus, eo quòd non dediſſet honorem Deo, conſumptus à vermibus expirauit. In hac Cornelius Centurio à Petro baptizatus eſt. Altera Philippi, à Philippo Herodis filio, in honorem Cæſaris ad radices montis Libani ædificata, vbi duo fontes Ior ſcilicet & Dan, oriuntur. Tertia Cappadociæ. Ioſeph. Quarta Mauritaniæ, ante Iol vocitata quam cum Iuba Ptolemæi pater muniret, mutato nomine à Cæſare Cæſaream vocauit. Strab. lib. 17. vide Iol.

Cæſarea, Cappadociæ vrbs, ſic à Tiberio nominata antè *Maſaca*, (*Mazaca* & aliàs *Maza* dicta) Stephan. Euſeb. Itémque *Apamea*, Strab. lib. 16.

Cæſarienſes, Ioniæ populi, Epheſum conuenientes Plin. lib. 5 c. 29.

Cæſarienſis Mauritania, vide Mauritania.

Cæſarium, Ægypti emporium, & ſeceſſus quidam. Strab. libro 17.

Cæſarius, conſul, collega Attici: tempore Honorij XLVI. Romanorum imperatoris, anno ab vrbe 115.

Cæſarobricenſes, Luſitaniæ populi. Plin. li. 4. cap. 2.

Cæſarodunum, Turupiorum vrbs in Gallia Lugdunenſi. Ptol.

Cæſaromagus, oppidum apud Cæſarem, vulgò *Beauuais*, Angliæ item vrbs. Ant. Talbotus credit in Eſſexia regione hodie *Chenford*, aut Churnforde vulgò dici.

Cæſena, vrbs Flaminiæ prouinciæ, à cædendo dicta, quòd exiguo amne cæſa, id eſt, diuiſa ſit, vel quòd ager eius duobus fluminibus, Sapi & Rubicone ſit diuiſus. Hinc Cæſennates dicti, & Cæſennetia vina, quæ inter generoſa numerantur *Ceſena* Leandro.

Cæſo Duillius Helua, conſul, collega L. Papirij Craſſi, ann. ab vrbe 420.

Cæſius Baſſus, poëta Lyricus fuit, qui in ſuis prædiis ardente Veſeuo, latéque vagantibus flammis cum villa conflagrauit.

Cæſo Fabius Ambuſtus, tribunus militum, anno ab vrbe 361.

Cæſo Fabius Vibulanus, conſul, collega L. Æmilij Mamerci, ann. ab vrb. 270. II conſul, collegi Spu. Furij Medulini, ann. ab vrb. 273. IV. conſul, collega T. Verginij Rutili, ann. ab vrbe 275. Fabij ſuis ſumptibus pro rep. aduerſus Veientem hoſtem arma ſumpsêre.

Cæſortium, vel Cæſariorum, Galliæ Lugdunenſis vrbs intra Rotomagum & Petromantalum Gall. *Giſors*.

Cæſtus, nobilis puer Romanus, cuius caſtitatem & formam commendat Mart.

Quanta tua eſt probitas, quanta eſt præſtantia formæ,
Caſte puer puero caſtior Hippolyto,
Te ſecum Diana velit, doceátque natare:
Te Cybele ſecum vellet habere Phryga.

Cæſtius, homo erat naſutiſſimus, ſed nullius ingenij, & Ciceroni etiam infeſtus, quod illi non impunè ceſſit. Nam quum M. Tullius Ciceronis filiam Aſiam obtineret, homo qui nihil ex paterno ingenio habuit præter vrbanitatem, cænabat apud eum Cæſtius. M. Tullio & natura memoriã dempſerat & ebrietas, ſi quid ex ea ſupererat, ſubducebat, ſubinde interrogabat, qui ille vocaretur, qui in imo recumberet: & quam pluries ſubiectum nomen Coſtij excidiſſet, nouiſſimè Seruius, vt aliqua nota, memoriam eius faceret certiorem interroganti Domino, quis ille eſſet qui in imo recumberet, ait, Hic eſt Cæſtius qui patrem tuum negabat litteras ſciſſe. Afferri protinus flagra iuſſit, & Ciceroni, vt oportuit de corio Cæſtij ſatisfecit. Hinc adagium, De corio ſatisfacere, quum quis ob illatam iniuriam flagris conciditur. Vide Cæl. Rhod. c. 7. libro 14.

Cætheus, conſul ſine collega, anno ab vrbe condita 1157.

Cætobrix, vrbs eſt Luſitaniæ, alio nomine dicta Cetobrica. Ptol. lib. 2. c. 5.

Cætulum, vrbs præſtantiſſima regionis Oretanæ, quam in citeriore Hiſpania, aliqua ex parte intra columnas Herculis, & ad meridiem maximè vergentem collocat Strabo, lib. 2. Ptol. Caſtulon.

Ceyx rex Thraciniæ, Luciferi filius, & maritus Alcyones, qui cum ob fratris cauſam in accipitrem mutati, ad Clarium oraculum conſulendum ire vellet, diu ab vxore retardatus eſt: cùm verò illi promiſiſſet, ſe intra duos menſes rediturum, abire permiſſus eſt. Sed in Æ-

ge

geo mari tempeſtate deprehenſus naufragium fecit: ibiq; amiſſa naui ſubmerſus, promiſsis ſtare non potuit. Vxor autem cùm quotidie dijs pro viri ſalute vota ſolueret, noctu per ſomnium monita eſt maritum periiſſe. Mane igitur experrecta, ad littus vnde maritus ſoluerat acceſſit, & dum infortunia ſua quæreretur, cadauer in mari longius aſpexit: quòd cùm mariti eſſe cognouiſſet, ac per vndas ad illud exilire vellet, deorum commiſeratione in Halcyonem conuerſa, ad os mariti aduolauit, qui oſcula vxoris ſentiens, in auem eius nominis commutatus eſt. Ouid. lib. 11.

At [illegible] quærente moras Ceyx [illegible].

Vide Halcyon.

Caſa, ſecundum Mahumetum, mons eſt, qui cœlum, ne concidat, ſuſtinet. Alcor.

Caſanes, Mauritaniæ populi. Amm.

Cagaco, fons in Laconica. Pauſan.

Caicus, Myſiæ flumen, Pergamum præterfluens per campum, qui Caicus nominatur, in Elaiticum ſinum defluit. Plin. lib. 5 c. 30. Liuius lib. 6. Virg. lib. 4 Georg.

Saxoſumq; ſonans Hypanis Myſuſq; Caicus.

eſt & Aſiæ fluuius.

Caieta, mulier Troiana, quam alij Æneæ, alij Aſcanij, alij Creuſæ nutricem faciunt. Hanc Æneas ab inferis reuerſus fato ceſſiſſe inueniens, non longè à Baiano ſinu ſepeliuit: ibique & vrbem condidit, quam vnà cum adiacenti portu Caietam dixit. Virg. lib. 7. Æneid.

Tu quoque littoribus noſtris Æneia nutrix,
Æternam moriens famam Caieta dediſti.

Strabo autem li. 5. Caietam à ſinus curuitate appellatam exiſtimat, Laconum idiomate, qui curua omnia καιέτας ſolent nominare. Æneam a. huius vrbis fundaméta poſuiſſe, & ſinum ipſum in medio poſitum Caietam nominaſſe dicit: Aliis propter combuſtas naues Caietam fuiſſe appellatam, ἀπὸ τοῦ καίειν vrere. Virg. lib. 10. Æneid.

Quid repetam exuſtas Erycino in littore claſſes?

Caieta, vrbs & portus Campaniæ in Italia, ſic à Caieta nutrice Æneæ dictus Solinus.

Cain. i. poſſeſſio, vel poſſeſſus, Adæ filius, omnium primus terram coluit, primúſque terræ terminos poſuit: primúmque ciuitatem condidit, muriſque cinxit, quam de nomine filij ſenioris Enoch, appellauit Enochiam. Is auxit cumulandis pecuniis incubuit. Peſſimum itaque vitæ ſcelus fecit, qui ex auro denarium ſignauit. Ioſeph in antiq. Iudic. Rapinis, & violentia opes congregauit, filios ſuos incitauit ad latrocinia: ſuáſque prædas in vrbem, quas ipſe munierat muris, timens eos, quos lædebat, importabat. Idem Ioſephus. Quonam pacto interfectus fuerit Cain vide in dictione Lamech.

Cainan, i. poſſeſſor, vel emptor, aut lamentator, vel nidus, filius Enos, Gen. 5. Luc. 3.

Cainas, Aſiæ in Scythia fluuius Gangem influit. Plin. lib. 6. c. 19.

cainum, Meſopotamiæ vrbs lib. Notit.

caiphas, i. Inueſtigator, vel ſagax, ſeu vomens ore, aut vomitus oris. Princeps quidam ſacerdotum inter Iudæos, qui fuit tempore Ieſu Chriſti, Matth. 26. Io. 10.

Cáiphas, caſtellum in Syria quondam Porphyrium, vulgò Scaphatium, quod Zitone alluitur amne. Hic Helias propheta omnes Idoli Baal ſacrificos neci dedit 3. Reg. c. 18.

Cairus, Alcairus noſtris, Latinis Babylon, Ægypti eſt maxima ciuitas, opportuno loco ſita vbi nimirũ Nilus primùm ſecatur, & Δ formam facit, vt vrbs, tanquam in Nili clauſtro poſita, aditum præbeat, prohibeatq; ad ſuperiora loca nauigantibus. Luteciam Pariſiorum (vt quidam aiunt) magnitudine quinquies ſuperat. Suburbia multa continet, quorum quædam, tria, alia duodecim domorum millia habent, vrbem 30. millia ędium habere tradunt. Hanc Zelimus Turca expugnauit anno 1517. & Tomumbeium eiuſdem temporis Ægyptium Sultanum in palude latitantẽ, captum & per totam vrbem vectum, ad portam laqueo ſtrangulari iuſſit. Cairum deſcripſerunt I. Leo Africanus, P. Bellonius & alij, vide Babylon, & Memphis. Gall. *Le grand Caire*.

Cáius, cognomen à parentum gaudio ſumptum, Martialis.

Non maius, quàm ter Caius eſſe tuum.

vel Caius, quaſi Gaius à Græco γαῖος, id eſt, terrenus à γαῖα, quæ terra eſt. Caius enim ab Italis & Tarentinis mercenariis, aut etiam rudis homo ac planè brutus dicebatur. Cæl. lib. 24. c. 5.

Caius, nomen viri Macedonienſis. Act. 19. Hoſpes Pauli, Rom. 16.

c. Acerronius Proculus, conſul, collega C. Pontij Nigrini, tẽpore Claudij Tiberij Neronis Cæſari Romanorũ imperatoris, anno ab vrbe 789.

c. Acilius, Iul. Cæſaris miles, nauali ad Maſſiliam prælio, iniecta in puppim hoſtium dextra, & abſciſſa, memorabile illud apud Græcos Cynegiri exemplum imitatus, tranſiliit in nauem vmbone obuios agens. Sueton.

c. Ælius Pætus, conſul, collega Valerij Maximi, anno ab vrbe 467.

c. Æmilius Mamercus, tribunus militum, an. ab vrbe 362. II. tribunus militũ, an. ab vrbe 363.

c. Æmilius Paulus conſul, collega M. Liuij, Denteris, ann. ab vrbe 452.

c. Antiſtius Vetus, conſul, collega D. Lælij Balbi, anno ab vrbe 748.

c. Antiſtius Vetus, conſul, collega C. Aſinij Pollionis, anno ab vrbe 775.

c. Antiſtius Ætus, conſul, & collega M. Suillij Seruiliani, anno ab vrbe 802.

c.Antonius,conſul,collega M.Tullij Ciceronis,anno ab vrbe 691.

c.Aquilius Florus,conſul, collega L.Cornelij Scipionis, anno ab vrbe 494.

c.Aſinius Gallus, conſul, collega C Martij Cenſorini, anno ab vrbe 746.

c.Aſinius Pollio, conſul, collega c.Antiſtij Veteris,anno ab vrbe 775.

c.Aſinius Pollio, conſul, collega cn.Domitij Caluini, ann.ab vrbe 714.

c.Attilius Baldus, conſul, collega M. Fabij Buteonis, anno ab vrbe 508. II. conſul, collega T.Manlij Torquati, ann.ab vrbe 517.

c.Attilius Regulus, conſul,collega L.Æmilij Pauli, anno ab vrbe 529.

c.Attilius Regulus Seranus, conſul, collega L.Manlij Volſonis, anno ab vrbe 503.

c.Attilius Seranus, conſul,collega Q.Seruilij Cæpionis, anno ab vrbe 648.

c.Attilius Seranus, conſul,collega C.Hoſtilij Manchini, anno ab vrbe 184.

c.Aufidius Victorinus, conſul, collega L.Septimij Seueri Auguſti,anno ab vrbe 952.

c. Aurelius Cotta, conſul, collega P.Seruilij Gemini,anno ab vrbe 501.

c.Aurelius Cotta,conſul,collega Seruilij Sulpitij Galbæ, anno ab vrbe 514.

c Bebius Pamphilus,Inſubriũ agrũ ingreſſus, cũ toto fermè exercitu circũuentus eſt.Liu.li.2.

c.Bellicius Torquatus,conſul, collega M.Attilij Glabrionis,anno ab vrbe 876.

c.Cæcilius Metellus,conſul, collega c.Furij Placidij,anno ab vrbe 502.

c.Cæcilius Metellus, conſul, collega T.Didij Vinij anno ab vrbe 656.

c. Cæcilius Metellus Caprarius. Quinti Cæcilij Metelli Macedonici filius, Quinti, Lucij & Marci frater. Conſul fuit anno vrbis conditæ DCXXXI. cum collega C. Papyrio Carbone. In hunc eſt dictũ illud Æmiliani in obſidione Numantiæ.Si mater eius quintũ peperiſſet,aſinum fuiſſe parituram Cicero 2.de Oratore. Certè ob ingenij tarditatem Caprarium appellatũ veriſimile eſt.Vide Plutarchũ de fortuna Romanorũ.

c.Cæcilius Caldus,conſul, collega L.Domitij Ænobarbi,anno ab vrbe 660.

c.Cæcilius Ruffus,conſul, collega L.Pomponij Flacci, anno ab vrbe 769.

c. Calpurnius Piſo, conſul, collega Aug.Poſthumij Albini, anno ab vrbe 574.

c.Caluiſius Sabinus. conſul, collega L.Pottij Cenſorini, anno ab vrbe 915. II. conſul,collega L Paſſieni Ruffi, anno ab vrbe 750.

c Caluiſius Sabinus, conſul, collega cn.Getulici,anno ab vrbe 778.

c.Caninius Gallus, conſul, collega M.Viſpanij Agrippæ, anno ab vrbe 717.

c.Caſſius Varus, conſul, collega M.Licinij Luculli, anno ab vrbe 681.

c.Caſſius,Syriæ prætor,anno ſalutis 49.

c.Caſſius Longinus, iuriſconſultus, conſul, collega M.Vinitij Quartini,ann.ab vrbe 782.

c.Caſſius Longinus,conſul, collega P.Licinij Craſsij, anno ab vrbe 583.

c.Caſſius Longinus, conſul, collega Sex.Domitij Caluini, anno ab vrbe 630.

Caſſius Longinus, conſul, collega cn.Domitij Ænobarbi, anno ab vrbe 658.

c.Cicereius præf. Corſos vicit, pax inde data anno 581. Liu.lib.2.deca.5.

c.Ciuilius,Albanor.imperator.an.ab vrbe 81.

c.Claudius Caninius, conſul, collega M.Æmilij Lepidi, anno ab vrbe 468.

c.Claudius Cento, conſul, collega M.Sempronij Tuditani,anno ab vrbe 513.

c.Claudius Cinna,conſul, collega C.Fabricij Luſcini,anno ab vrbe 480.

c.Claudius Marcellus, conſul, collega L.Æmilij Pauli, anno ab vrbe 702. II. conſul, collega c.Claudij, anno ab vrbe 705.

c.Claudius Marcellus,conſul,collega L.Aruntij,anno ab vrbe 732.

c.Claudius Nero, conſul, collega M.Liuij Salinatoris,anno ab vrbe 547.

c.Claudius Pulcher, conſul, collega T.Sempronij Gracchi, anno ab vrbe 577.

c.Claudius Sabinus, conſul,collega P.Valerij Publicolæ, anno ab vrbe 294.

c.Cornelius Coſſus,trib.milit.an.ab vrb.353.

c.Cornelius Dolabella, conſul, collega M. Fuluij Nobilioris, anno ab vrbe 595.

c.Cornelius Scipio, conſul, collega A.Attilij Calatini, anno ab vrbe 499.

c.Fabius Ambuſtus, tribunus militum, anno ab vrbe 359. II. tribunus militum,anno ab vrbe 350. III. tribunus militum, anno ab vrbe 355.

c.Fabius Ambuſtus, conſul, collega c.Plautij Proculi, anno ab vrbe 398.

c.Fabius interrex,anno ab vrbe 401.

c.Fabius Vibulanus Ambuſtus, conſul, collega c.Furij Petilij,anno ab vrbe 344.

c.Fabricius Luſcinus,conſul,collega Q.Æmilij Papi,ann.ab vrbe 471.II.conſul,collega eiuſdem Æmilij ann. ab vrbe 475. de Samnitibus & Lucanis triumphauit. Huius integritatem notat Eutropius.Florus lib.13.II.conſul,collega Claudij Cinnæ,anno ab vrbe 480.

c.Fannius Domitius,conſul,collega C.Domicij Ænobarbi.Allobroges vicit,ann.ab vrb.552.

c.Fannius Strabo, conſul, collega M.Valerij Meſſalæ, anno ab vrbe 591.

c.Fuluius Fimbria, conſul, collega C.M.Nepotis, anno ab vrbe 650.

c.Fonteius Capito,conſul,collega Germanici Cæſa-

by Google

Cæſaris anno ab vrbe 764.

C. Fuluius Flaccus, conſul, collega P. Scipionis, Africani anno ab vrbe 620.

C. Fundanius, conſul, collega S. Sulpitij Galli, anno ab vrbe 520.

C. Furius tribunus militum, an. ab vrbe 330.

C. Furius Petilius, conſul, collega M. Papyrij Craſſi, anno ab vrbe 314.

C. Furius Placidus, conſul, collega C. Fabij Vibulani Ambuſti, anno ab vrbe 344.

C. Furius Placidus, conſul, collega C. Cæcilij Metelli, anno ab vrbe 502.

C. Fuſius Geminus, conſul, collega C. Rubelli Gemini, anno ab vrbe 781.

C. Gallus, conſul, collega T. Saturnini, anno ab vrbe 910.

C. Genútius Aduentinus, conſul, collega Æmilij Mamerci, anno ab vrbe 393.

C. Genútius Clepſina, conſul, collega Q. Fabij Gurgitis, anno ab vrbe 477.

C. Genutius Clepſina, conſul, collega Cn. Cornelij Blaſionis, anno ab vrbe 483.

C. Genútius Panſa II. tribunus militum, anno ab vrbe 360.

C. Hoſtilius Mancinus, conſul, collega C. Attilij Serani, anno ab vrbe 584.

C. Hoſtilius Mancinus, conſul, collega M. Æmilij Lepidi Porcinæ, anno ab vrbe 617. Hic à Numantinis victus, caſtris exutus, ignominioſam cum Numantinis pacem fecit. Florus lib. 55. & lib. 1. c. 18. Eutrop. lib. 4.

C. Horatius Puluillus, conſul, collega T. Menenij Latini, anno ab vrbe 277.

C. Horatius Puluillus, conſul, collega Q. Nautij Augurini, anno ab vrbe 297.

Caius Iulius Cæſar primus omnium annum ad ſolis curſum accommodauit, vt trecentorum ſexaginta quinque dierum eſſet: & intercalario menſe ſublato, vnus dies quarto quoq; anno intercalaretur, quem Biſextum vocant. Cauſa autem huius nominis eſt, quòd duobus continuis diebus, bis dicimus Sexto calendas Martias, duos videlicet dies pro vno computantes. Hic Cæſar plura geſſit prælia, quàm quiſquam recenſere poſſit, cuius geſtorum catalogum vide apud Plutarch. in eius vita.

C. Iulius Tullus, conſul, collega P. Pinarij Ruffi, anno ab vrbe 265.

C. Iuliu Tullus, conſul, collega M. Greganij Macerini, anno ab vrbe 308. II. conſul & collega L. Virginij Tricoſti, anno ab vrbe 320.

C. Iulius Tullus II. tribunus militum, anno ab vrbe 351.

C. Iulius decemvir, anno ab vrbe 303.

C. Iulio Bruto, dictatore deſignato, actum fuit nihil, anno ab vrbe 443.

C. Iunius Brutus, conſul, collega L. Poſthumij Metelli, anno ab vrbe 462. II. conſul, collega P. Cornelij Ruffini, anno ab vrbe 476.

C. Iunius Brutus Bubulcus, conſul, collega Æmilij Barbulæ, anno ab vrbe 439. II. conſul, collega P. Papyrij curſoris, ann. ab vrbe 442. III. cõſul, collega Q. Æmilij Barbulæ, anno ab vrbe 444. dictator, anno ab vrbe 452.

C. Iunius Syllanus, conſul, collega T. Furnij, anno ab vrbe 737.

C. Iunius Syluanus, conſul, collega P. Corn. Dolabellæ, anno ab vrbe 762.

C. Lælius conſul, collega Q. Seruilij Cæpionis, anno ab vrbe 614.

C. Lælius Apricanus, conſul, collega L. Cornelij Scipionis Aſiatici, anno ab vrbe 564.

C. Licinius, craſſus, conſul, collega L. Æmilij Pauli, anno ab vrbe 586.

C. Licinius Geta, conſul, collega Q. Maximi Biburni, anno ab vrbe 638.

C. Licinius Stolo Caluius, magiſter equitum ann. ab vrbe 387. tribunus militum anno ab vrbe 388 conſul, collega C. Sulpitij Petici anno ab vrbe 392. quo tempore peſtis horrenda graſſata eſt. Eutrop. lib. 2. conſul, collega eiuſdem Sulpitij, anno ab vrbe 395.

C. Licinius Varus, conſul, collega P. Cornelij Lentuli Caudini, anno ab vrbe 517. Portentorum temporis illius meminit Eutropius.

C. Liuius Druſus. conſul, collega P. Scipionis Africani Æmiliani, anno ab vrbe 607.

C. Liuius Salinator, conſul, collega M. Valerij Meſſalæ, anno ab vrbe 566.

C. Luctatius Catulus Cereonius, conſul, collega A. Poſthumi. Albini, anno ab vrbe 511.

C. Luctatius Scæuola, conſul, collega L. Veturij Leuinæ, anno ab vrbe 534.

C. Manlius Capitolinus, magiſter equitum, cuius tempore Sora capta fuit, ædes Iunonis Monetæ ædificata, anno ab vrbe 411.

C. Mãlius Maximus, conſul, collega P. Rutilij Ruffi, anno ab vrbe 649. Hic cum Q. Seruilio Cępione à Cimbris victus, atque caſtris exutus fuit. Hoc tempore Marius, triumphauit de Iugurtha.

C. Manlius v. conſul, collega Lucij Furij Medullini, anno ab vrbe 280. Huius tempore induciæ Veientibus in annos XL. datæ ſunt.

C. Marius Nepos, conſul, collega L. Caſſij Longini, anno ab vrbe 647. Bocchum Maurorum regem & Iugurtam fudit. Flor. lib. 66. Eutrop. Oroſ. Plutarch in Marium.

C. Marius Marij filius, conſul, collega Cn. Papyrij Carbonis, anno ab vrbe 972. Aduerſus Mariũ Sylla multis præliis pugnauit, vicit & occidit, Plutarch. in Sylla, & Pompo. Appian. libro 1. Eutrop. lib. Oroſ. libro 5. capite 10 Florus lib. 86.

C. Marius Cenſorinus, conſul, collega C. Aſinij Galli, ann. ab vrbe 746.

C. Marius Aoriolanus à tribunis plebis exilio damnatus, anno ab vrbe 263. Eutrop. lib. 1. Liuius 2. Dionyſ. lib. 7. Appian. lib. 2. Hic Coriolanus multas Latinarum ciuitates cepit, Romam obſedit, Veturiæ matris & Volumniæ vxoris cùm imperio, tum precibus obſidionem ſoluit, anno ab vrbe 266. Eo tempore templum muliebri Fortunæ conditum & dedicatum fuit.

C. Martius Figulus, conſul, collega P. Scipionis Naſicæ, anno ab vrbe 592. II. conſul, collega L. Cornelij Lentuli, anno ab vrbe 598. Parum proſperè primùm, hinc feliciter aduerſus Dalmatas pugnauit. Flor. in Liu. lib. 4.

C. Martius Rutilius, conſul, collega Cn. Manlij Capitolini, anno ab vrbe 399. ex plebe dictator, anno ab vrbe 400. II. conſul. collega P. Valerij Publicolæ, anno ab vrbe 404. conſul, III. collega T. Manlij Torquati, anno ab vrbe 412. Eo tempore pluit lapides, nox interdiu intendi viſa eſt, feriarum conſtituendarum gratia, Liu. lib. 7. Oroſ. lib. 3. cap. 4. Eutropius li. 2. IIII. conſul. collega Q. Seruilij Halæ, anno ab vrbe 414. quo tempore ciues reconciliati ſunt. Lex militaris, ne cuius ſcripti nomen, niſi ipſo volente, deleretur lata: alia quoque plebiſcita dicta fuêre. Liuius lib. 7.

C. Martius Rutilius, conſul, collega Q. Fabij Rutiliani, anno ab vrbe 445.

C. Menenius dictator, anno ab vrbe 441.

C. Menius Nepos, conſul, collega L. Furij Camilli, anno ab vrbe 418. Pedum conſules ceperunt, omne Latium ſubegerunt, triumpharunt, ſtatuæ equeſtres conceſſæ. Liuius, Eutrop. lib. 2.

Caio Mecenati triennio ſupremo, nullo horæ momento intermiſſus contingit ſomnus. Plin. libro 7. c. 51.

C. Mutius ciuitatem ab hoſte liberauit, an. ab vrbe 247.

C. Mutius Scæuola, conſul, collega L. Calphurnij Piſonis, anno ab vrbe 621.

C. Nautius Rutilius, conſul, collega M. Claudij Marcelli, anno ab vrbe 466.

C. Nautius Rutilius, conſul, collega P. Valerij Publicolæ, anno ab vrbe 279. II. conſul. collega L. Minutij Carbeti, anno ab vrbe 296. Sabinos ſuperauit. Eutrop. lib. 1. Liuius lib. 3.

C. Nautius Rutilius, conſul. collega M. Papirij Mugillani, anno ab vrbe 315.

C. Norbanus Balbus, conſul, collega L. Scipionis Aſiatici, anno ab vrbe 971. Hic à Sylla Italiam ingreſſo victus eſt Flor. lib. 85. Eutrop. lib. 5.

C. Norbanus Flaccus, conſul, collega Ap. Claudij Pulchri, anno ab vrbe 716.

C. Norbanus Flaccus, conſul, collega C. Cæſaris Octauiani, anno ab vrbe 730.

C. Norbanus, Flaccus, conſul, collega Druſi Cæſaris, anno ab vrbe 767.

C. Papyrius, Balbus, conſul, collega P. Manilij, anno ab vrbe 634.

Papyrius Carbo, conſul, collega C. Cæcilij Metelli Lapratij, anno ab vrbe 641. A Cimbris qui in Illyricum venerunt, victus atque fuſus eſt. Flor. lib. 63.

C. Papyrius Craſſus, tribunus militum, anno ab vrbe 372.

C. Papyrius Maſſus, conſul, collega M. Pomp. Mathonis, anno ab vrbe 523.

C. Petilius Balbus, conſul, collega M. Fabij Ambuſti, anno ab vrbe 396. II. conſul, collega M. Valerij Coruini, anno ab vrbe 410. III. conſul, collega L. Papyrij Mugillani anno ab vrbe 429. Conſulibus ære alieno grauatis, ne quis in compedibus teneretur, legem tulerunt.

C. Piſo Vopiſcus, conſul, collega Seruij Aſtæ, anno ab vrbe 866.

C. Plautius Decianus, conſul. collega L. Æmilij Mamerci, anno ab vrbe 426. De Priuernatibus triumphauit.

C. Plautius Proculus, conſul, collega C. Fabij Ambuſti, anno ab vrbe 398. Magiſter equitum, anno ab vrbe 400. ad Salinas, Hetruſcos Faliſcos & Tarquinienſes vicit, fudit, cæcidit, ac triumphum egit.

C. Plautius, Venox, conſul, collega T. Manlij Torquati, anno ab vrbe 409. II. conſul, collega L. Æmilij Mamerci, anno ab vrbe 415.

C. Pompeius Gallus, conſul, collega Q. Verannij, anno ab vrbe 801.

C. Pontius Nigrinus, conſul, collega C. Arannij, anno ab vrbe 789. Agrippam vinculis iniecit. Ioſeph. lib. 28. c. 15.

C. Pompeius, Samnitium Imperator, à Q. Fabio Maximo filio Gurgitis ſecuri percuſſus eſt. Flo. Eutrop. l. 2. anno ab vrbe 461.

C. Popæus Sabinus, conſul collega Q. Sulpitij Camerini, anno ab vrbe 761.

C. Popilius Lęnas, conſul, collega P. Ælij Ligonis, anno ab vrbe 581. II. conſul, collega M. Æmilij Lepidi, anno ab vrbe 596.

C. Quintius, Claudius, conſul, collega L. Genutij Clepſinæ, anno ab vrbe 482.

C. Quintius Flaminius, conſul, collega P. Furij Philonis, anno ab vrbe 531. II. conſul, collega Cn. Seruilij Gemini, anno ab vrbe 537. Pugna ad Traſimenum lacum occiditur.

C. Quintius, Flaminius, conſul, collega M. Æmilij Lepidi, anno ab vrbe 567.

C. Quintilius, Dictator, anno ab vrbe 424. eo tempore CLXX. mulieres veneficæ, Romæ deprehenſæ damnatæ fuerunt.

C. Rubellius Geminus, conſul, collega C. Fuluij Gemini, anno ab vrbe 781.

C. Scribonius Curio, conſul, collega Cn. Octauij,

ctauij, anno ab vrbe 678.

c.Sempronius Bleſus, conſul, collega C.Seruilij Cæpionis, ann.ab vrbe 500. ciuitates quaſdam ceperunt, maritimam Africæ oram depopulati ſunt: victores Siciliam repetentes circa Palinurum naufragium paſſi ſunt. II. conſul collega Au. Manlij Attici, anno ab vrbe 509.

c.Sempronius Tuditanus, conſul, collega M. Aquilij, ann.ab vrbe 626. contra Iapygas primò malè rem geſſit, mox victoria cladem acceptam emendauit. Flor.lib.59.

c.Sentius Saturninus, conſul, collega Sp.Lucretij Cinnæ, ann.ab vrbe 375.

c.Seruilius, Hala Structus, conſul, collega L. Papyrij Mugillani, ann.ab vrbe 329. Tribunus militum, magiſter equitum, anno ab vrbe 148. II. Tribunus militum, anno ab vrbe 354.

c.Seruilius Portius, tribunus militum, anno ab vrbe 339.

c.Seruilius Priſcus, conſul, collega L.Æmilij Mamerci, anno ab vrbe 276.

c.Seruilius Structus, tribunus militum, anno ab vrbe 338. II. tribunus militum, anno ab vrbe 339.

c.Seruilius Tucca, conſul, collega L. Cælij Metelli, anno ab vrbe 461.

c.Sextilius, tribunus militũ, anno ab vrbe 337.

c.Silius, conſul, collega L. Munatij Planci, anno ab vrbe 765.

c.Suetonius Paulinus, conſul, collega L. Teleſſini, anno ab vrbe 818.

c.Sulpitius Galba, conſul, collega D.Harterij Agrippæ, anno ab vrbe 774.

c.Sulpitius Galba, conſul, collega P.Popilij Lenatis, anno ab vrbe 622.

c.Sulpitius Gallus, conſul, collega C.Fundanij Funduli, anno ab vrbe 510. Perpetuum ſub his conſulibus cum Pœnis bellum fuit.

c.Sulpitius Gallus, conſul, collega M.Claudij Marcelli, anno ab vrbe 588. Ligures ſubegit, Flor.lib.46.

c.Sulpitius Longus, conſul, collega P.Ælij Pæti, anno ab vrbe 419. quo tempore Minutia Veſtalis virgo ob inceſtum viua defoſſa eſt, Oroſ.li.3 c 9. Eutrop.li.1.

c. Sulpitius Longus, conſul, collega M.Pætilij Libonis, anno ab vrbe 441.

c.Sulpitius Paterculus, conſul, collega A. Atilij Calatini, anno ab vrbe 490. quo tempore Annibal ſenior à Romanis victus, & à ſuo exercitu in cruce ſublatus eſt.

c. Sulpitius Peticus, conſul, collega C.Licinii Stolonis Caluii, anno ab vrbe 392. II. conſul, cum eodem Licinio, anno ab vrbe 395. III. conſul, collega, M. Valerii Publicolæ, anno ab vrbe 401. Ambo patricij, contentione de conſulatu, vicerunt patres, IIII. conſul, cum eodem Publicola, an. ab vrbe 403. v. conſul, collega T.Quintij Pœni, anno ab vrbe 405. Tribunus militum, ann.ab vrbe 374 Dictator, anno ab vrbe 398. Interrex, anno ab vrbe 400.

c. Terentius Varro, conſul, collega L.Æmilij Pauli, anno ab vrbe 538.

c.Valerius Flaccus, conſul, collega M.Herennij, anno ab vrbe 661.

c.Valerius Potius, conſul, collega M.Æmilij Mamerci, anno ab vrbe 346. Æqui Caruentanam ceperunt, quam rurſus pulſis hoſtibus Valerius recuperauit. Tribunus militum, anno ab vrbe 341. II. Tribunus militum, anno ab vrbe 340. III. Tribunus militum, anno ab vrbe 353.

c. Valerius Cotta, conſul, collega P.Seruilij Gemini, anno ab vrbe 505.

c.Veturius, Tribunus militum, anno ab vrbe 380. II. Tribunus militum, anno ab vrbe 386.

c.Vibius Panſa, conſul, collega A. Hirtij, ann. ab vrbe 711.

c. Viſpanius Apronianus, conſul, collega L. Fonteij Capitonis, anno ab vrbe 711. eo tempore, Nero matrem Aprippinam inceſtu contaminauit, eámque interfici iuſſit: hinc leuitate in alios crimen abſtergere conatus. Sueton.in Nero. Tacit. libr.4. De his vide Plutarchum & Liuium lib. 6.

Calabaſtores, Africæ oppidum, Procop.

Calaber, Iouis filius, frater Tęnari & Cæreſti, Stephanus.

Calabria, vulgò *Terre de labeur*, & olim magna Græcia. Pythagora philoſophorum primo inſignis inſula, quam veteres *Meſapiam* à duce Meſapo, *Peucetiam* à Peucetio Oenotti fratre dixere. Eſtq; proxima Siciliæ, à quo Pharo breui maris tractu diſiungitur. Ouid.lib.2.de arte.

Ennius emeruit Calabris in montibus hortos.

Ea ἀπὸ τοῦ καλὸς & βρίθω, quoniam ſic regio onerosa, & plena omni genere bonorum, dicitur. Ibi bis in anno arbores proferunt fructus. In ea ſunt Brunduſium, Hydrius mons, & Salentini campi. Steph. Hæc Strab.lib.6. Meſſapia, & Iapygia, & Calabria dicitur. Vide Salentini, & infra Calauria. Huius regionis incolæ Calabri dicuntur fructibus imprimis abundantes, quos quoniam hoſpitibus obtrudebant, ſibi alioqui nulli vſui futuros, factum eſt, vt dona Calabri hoſpitis in prouerbium ceſſerint, pro nullius pretij muneribus, quæ donanti oneri magis ſunt, quàm vſui. In Calabria natus eſt Ennius poëta, Rudiis ignobili oppido: vbi & hortos amœniſſimos poſſedit.

Calabrites, Achaiæ vrbs in Peloponneſo, Laonicus lib.9.

Calabrus, Calabriæ fluuius. Pauſan.

Calabrya, in Aſia minori locus, ſic dictus à bonæ aquæ ſcaturiginibus. Zonar. Curopolates,

Calachana, Armeniæ minoris regio. Strab.

Calachena, regio in Aſſyria, Strab. lib. 16. in deſcriptione Aſſyriæ Calacina. Ptol.

Calacta, Siciliæ lateris Septentrionalis vrbs maritima. Ptole. *Acque dolci* Leandro, *Calora*, Nigro. S. *Marco* Fazello.

Calacticus, ſinus circa Hiſpaniam Bæticam. Sex. Auienus.

Caladunum, Callaicorum Bracariorum vrbs inter Aſturicam & Bracaram. Ptol. Anton.

Calæ, larum, ciuitas in India.

Calæ, inſula ante Taprobanam. Ptol.

Calægia, Germaniæ oppidum, Ptolem. quod Petr. Appianus *VVittenberg* interpretatur. In Saxonia ſitum eſt, ad Albim fluuium.

Calęi inſulę ſunt in oſtio ſinus Perſici. Arrian. in Periplo.

Caleńus, fons Lyciæ, aliàs Calbius. Steph.

Calagna, Colonia eſt apud Onuphrium ex Frontino.

Calagorina, Vaſconum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs. Ptol. *Calaguris* Straboni eſt. *Calahorra* eam appellat Varrerius.

Calagorgis, Galliæ Aquitanicæ vrbs, Anton. nonnulli putant *Bigerriones* eſſe Cæſaris.

Calaguris fibularia, in Hiſpania Vaſconum vrbs eſt. Plin.

Calaguritani, Hiſpaniæ populi, qui cognominantur Naſaci, Plin. lib. 3. c. 3.

Cálais, Boreæ ex Orythia coniuge filius alatus, qui vnà cum Zethe fratre ſimiliter alato cũ Argonautis Colchos profectus eſt. Qua in expeditione, cum à Phineo rege humaniter eſſent accepti. Harpyas, quæ epulas eius fœdabant, perſequi conſtituerunt: quas cùm & alarum auxilio, & ſagittandi peritia in Plotas vſque inſulas fugaſſent, ab Iride admoniti ſunt, ne Iouis canes vlteriùs perſequerentur. Inde itaque retrorſum reuerſi, duas illas inſulas, in quibus Harpyas reliquerunt, à conuerſione ſua Strophadas appellarunt, cùm antea Plotæ dicerentur. Poſtremò ab Hercule occiſi dicuntur, & in ventos commutati, qui caniculæ exortum dies ferè octo præueniunt: vnde & πρόδρομοι, i. præcurſores appellantur. De his Ouid. lib. Metam.

Barbaq; dum rutulis aberat ſubnexa capillis,
Implumes Calaiſq; puer Zetheſq; fuerunt.

Calama, Africæ vrbs inter Conſtantinam & Hippon. Oroſ. huius ſæpe meminit D. Auguſt.

Calama, Carmaniæ vicus littori vicinus. Arr.

Calamæ, vrbs Meſſeniæ in Peloponneſo. Stephan ex Polybio.

Calamenthæ vrbs Libyæ, vel Phœnicũ. Step.

Calaminæ, inſulę ſitę ſunt in Thorrhebia palude ſeu lacu, quem Nympheũ vocant, appellantúrque Nympharum inſulæ, quæ quia tibiarum cantu, in ambitum mouentur, Calaminæ à calamis dictæ ſunt: atque item Saltares, quoniam in ſymphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum mouentur vt Plinius ſcribit: tametſi à calaminis diſtinguere videtur Cælius. lib. 9. c. 3.

Calaminæ, inſulæ in Lybia, quæ non ventis ſolùm, ſed etiam contis quo libeat pulſæ multorum ciuium Mithridatico bello fuere ſalus. Plin. lib. 2. c. 95.

Calamis, midis, cælator egregius. Plin. li. 34. c. 7. Ouidius eum Calaim vocat.

Vendicat vt Calais laudem quos fecit equorum:

Calamiſſus, Locrorum oppidum. Plin. li 4. c. 3.

Galamoboas, antipater cognominatus eſt: nam cùm nec vellet nec poſſet congredi comminus cum Carneade, qui magna vehementia inuehebatur in Stoicos, ſemet ad ſcribendum vertit, multóſque libros edidit maledicos, in quibus paſſim contradicebat Carneadi. Ergo non lingua, ſed calamo vociferabatur. Eraſm.

Calamona, Ægypti & Arabiæ oppidum. libro Notit.

Calamos Aſiæ oppidum in ora ſubiecta Libano monti. Pli. 5. c. 20. vrbs itẽ Phœniciæ. Polyb.

Calamos, ciuitas Babyloniæ. Strabo.

Calanus, philoſophus ex Gymnoſophiſtis Indis, qui ſecutus Alexandrum magnum extra Indiæ fines, cùm apud Paſagardas ægrotare cœpiſſet, facta pyra, & aurea lectica ſuperimpoſita, in ea cubans combuſtus eſt, ſtramentis opertus. Fertur, cùm Alexander magnus rogaret eum, ſi quid vellet, dixiſſe, Propediem te videbo: quod etiam contigit, nam in Babylone paucis poſt diebus Alexander mortuus eſt. Arrianus, Inde quemque ſapientem Calanon vocant, Suid. De huius diſputatione & interitu plura vide apud Strabonem li. 15.

Calani, Indiæ populi, ex quibus oriundos Iudæos tradit Clearchus, apud Euſeb. Præparat. li. nono.

Calaon, Aſiæ fluuius, circa Colophonem Pauſ.

Calapis, Pannoniæ memorandus amnis in Saum influens iuxta Siſciam, gemino alueo inſulam ibi efficiens, quæ Segeſtica appellatur. Plin. lib. 3. c. 25.

Calaris, Sardiniæ primaria ciuitas, in quatuor partes diuiditur Media, quæ fortiſſimo ſepta eſt muro, propriè Calaris, ea quæ Orientem ſpectat, nouum oppidum: ea quæ Meridiem & Mediterraneum mare reſpicit, *la Glieppola* ſeu *la maridia*: & quarta quæ ad Occaſum vergit. Stampax nominatur. Suntque hæ tres partes ſuburbia quædam & appendices vrbis Calaritanæ, quæ vulgò *Caler* dicitur. Caralis, Hirtio, vel Carallis, vt Ptolemæus habet Florus eam vrbem vrbium vocat.

Calaritani, Sardiniæ populi ad meridiem ſiti, à Calari oppido, cuius ſuperiùs mentio facta. Plin.

Goog

Plin. lib. 2. cap. 108.
Calaritanum, Sardiniæ promontorium Africam ſpectans Plin. lib. 3. c. 7.
calarna, vrbs Macedoniæ. Steph.
calarus, inſula, aliàs Alopecia, vel Alopeconneſius, aliàs Calerus ciuitas eſt dicta. Steph.
calaſarna, Lucanorum vrbs, nunc *Capana* in Calabria.
calaſiris, pars Ægypti, vnde incolæ Calaſirij, & Calaſiriæ. Steph.
calathe, quam alij Calathuſam vocant, nomen vrbis ad Herculis columnas ſitæ. vide Calathus. Stephan.
calathe, Ptolemæo eſt Africæ maioris inſula iuxta Numidiam. Gaulos & Galatas Plinij eſſe ſcribit Villanouanus, duas tamen inſulas Plinium his deſignare puto, vide Gaulos.
calathion, Laconicæ mons. Pauſan.
calathis, this, nomẽ ciuitatis Ptolemęo & Strahoni, à Calatho ibi inuẽto. Inde fuit Hiſter poëta, qui de tragœdia inſignem librum condidit.
calataræ, Bactrianæ populi. Ptol.
calathana, Macedoniæ vicus. Liu.
calathus filius Iouis & Antiopes, Homerus.
calathûſa, inſula eſt inter Cherſoneſum & Samothracem deſerta. Pli. li. 4. c. 11. vide Calathe.
calathûſa, alia inſula in Ponto. Steph. Arabiæ deſertæ oppidum. Ptol.
calátibus, vrbs Libyæ. Steph.
calatia, Campaniæ fœlicis oppidum eſt, cuius Cæſar & Silius lib. 8. meminit.
calatia, Italiæ ciuitas prope Caſſinum & Bouillas. Plin. li. 3. c. 5. Steph. *Galazzo* Leandro.
calatiæ, populi Indiæ. Steph.
calatis, oppidum in maritima regione Ponti. Stephan.
calatis, Thraciæ ciuitas. Plin. lib. 4. cap. 11. quæ antea Aceruetis vocabatur.
calatum, Albionis inſulæ inter Brigantes oppidum. Ptol.
calauij, Campana gens. Liu.
calaurea, ſiue Calaria, inſula in ſinu Argolico contra Trœzenem, nulla alia re, quam morte Demoſthenis nobilior. In hac etenim inſula templum erat Neptuni, quo Demoſthenes, audito Archiæ ſatellitis Antipatri aduentu, confugit, & ne viuus in Antipatri poteſtatem perueniret, hauſto veneno ex calamo, vitam finiuit. In hac inſula Diana ſummis honoribus colebatur, quam inde Calauream cognominat Ouid. lib. 7. Metamorph.

Inde Calaurea Letoidos aſpicit arua.

Plin. lib. 4. c. 11. De qua prouerbio datus locus. Pro Delo Calauria: in mutui beneficij memoriam. Fertur enim Neptunum cum Latona permutationem feciſſe, & data Delo Calauriam habitaſſe, vide Calabria.

calauria, inſula eſt iuxta Cretam, à Calauro Neptuni filio denominata. Eſt etiam vrbs Locrorum, in qua Latona maximè colebatur. Vide Ouid. lib. 7. Metam. & Steph. de vrbibus.
calaurita, vrbs in Peloponneſo. Laonic. lib. 9.
calazophylaces, ſacerdotes erant apud Græcos, qui grandines, quum inſtarent, ſpecularentur: hi enim agni vel pulli ſacrificio auertere credebantur: ſed ſi agnus vel pullus defuiſſet digitum graphio ſtylóve feriebant, atque inde fuſo ſanguine litabant. Hos Cleon inſtituit, vt videre licet in Gyraldo, lib. de Diis gentium.
calbis, Cariæ amnis. Pompon. lib. 1. Doridis regiunculæ in Aſia minori fluuius. Ptol.
calbius, fons Lyciæ, quem & Calænum dicunt, Stephan.
calcaria, locus inter Maſſiliam & foſſam Marianam. Item Angliæ oppidum. Anton.
calce, Campaniæ ciuitas. Strab. lib. 5.
calcedon, condita anno ab vrbe 69.
calchas, chuntis, Græcus augur, Theſtoris filius (à quo Theſtorides à poëtis appellatur) qui cùm Græcis ad expeditionem Troiæ profectus eſt: & quoniam diuinandi arte plurimùm præſtabat, eius conſilio multa geſta ſunt. Nam cùm in Aulide Græcorum claſſis aduerſis ventis detineretur, Agamemnonem docuit, qua ratione Dianæ ita placari poſſet, & ex ſerpentis augurio, qui in arborem ſurrepens, decem paſſeris pullos vnà cum matre deuorârat, decimo demum anno Ilium captum iri oſtendit. Exortáque deinde ad Troiam peſtilentia, viam monſtrauit, qua Apollinis ira poſſet mitigari. Quapropter inter cęteros Achilli acceptiſſimus erat, adeò vt eius præſidio plerumque defenderetur, præcipuè verò cùm cenſuit Chryſeidẽ patri reddendam eſſe. Tum enim Agamemnon nõ ſolum in vatẽ, ſed etiam in ipſum Achillẽ infenſus ferebatur. Diruta autem Troia reuerſus cum Amphilocho Amphiarai filio terreſtri itinere Colophonem (quæ vrbs eſt Ioniæ) cùm in luco Apollinis Glarij extra vrbẽ apud Samum in Mopſum præſtantiſſimum augurem incidiſſet, artis peritia ab illo ſuperatus, dolore cõtabuit, quod propoſita ſibi à Mopſo caprifico (vt refert Heſiodus) aut (Pherecides mauult) ſiue grauida, conîicere nõ potuiſſet, quot in illa ficus eſſent, quótve hæc vtero ſuculas gereret: quos tamen Mopſus ſine vllo errore diuinauit. De Calchante vide multa apud Homerum lib. 1. Iliad. & Virg. Æneid. 2.

Hinc Ithacus magno vatẽ Calchanta tumultu
Protrahit in medios, &c.

calaci, populi ſunt Tacito, vt quidam exiſtimant, qui *Calkar* Cliuiæ vrbem ex eo faciunt. Talbiacum aliis rectius legitur, non Calciaci, apud Tacitum.

Calcioli, Ptolem. Caſeoli, Plin. vrbs Sabinis proxima.

Calciope, ſoror Abſyrrhi & coniux Phryxi, ex quo Cythorum peperit Æetæ regis Colchorum filia, Ouid. in epiſtola Helene ad Paridem.

Non erat Æetes, ad quem deſpecta rediret,

Non ipſe apparens Calciopéque ſoror.

Calcoſthenes, Plaſtes laudatiſſimus. Plin.lib. 35.cap.12.

Caldone, promontorium Indiæ, propinquum flumini ſalſo.

Caldius, militari ioco dictus eſt. Claud. Cæſar, pro Claudio, quemadmodum & Biberius pro Tiberio, & Mero pro Nerone. Sueton. in Tiberio.

Calduba, Turdetanorum in Bætica vrbs.

Caleb, id eſt quaſi cor aut canis, vel caniſtrũ, filius Iephunne Num.13. Ioſ.14. 1 Reg.25. qui 1.Par.2. dicitur Calubai, filius Eſron, filij Phares, filij Iuda.

Cale, vrbs Luſitaniæ, hodie *Puerto*, vrbs item in Flaminia & in Gallia, inſulæ etiam maris Ægei. Anton.

Caledonia, Britanniæ inſulæ pars, quam hodie Scotiam vocant, vaſtiſſimam olim habens ſyluam, quæ & ipſa Caledonia dicebatur, maximos alens vrſos. Martialis in Amphitheatro.

Nuda Caledonio ſic viſcera præbuit vrſo.

Inde etiam Britanni peculiari epitheto, Caledonij dicuntur à poëtis. Idem,

Quinto Caledonio, Ouidi viſure Britannos,

Caledoniæ Syluæ, cuius Ptolemæus, aliíque meminerunt, vix reliquiæ hodie ſuperſunt. Nominis duntaxat veſtigia apud Sterlingium oppidum extant.

Cale acte, καλὴ ἀκτὴ Cretæ vrbs, & magnus vicus. Steph Eubœæ inſulæ oppidum. Ptol. Item Siculorum ad mare Tyrrhenum oppidum. Herodot.

Calearius, lacus Africæ. Oroſius.

Caledonij, Britanniæ populi, qui montes incolunt aſperos, aquis indigi, & campeſtria deſerta ac paluſtria, ſine ciuitatibus & domibus: agrorum cultu, fructibus tantùm & pabulo victitantes. Plura de his vide apud Dionem, & Cæl. antiq.lect.lib.18.c.21.

Caledonius Oceanus vocatur à Valerio Flacco (à Caledonia fortè ſilua quæ huic vicina eſt) qui hodie Scoticus dicitur. Deucaledonius, à Ptolemæo appellatur.

Gale, Cales, ſiue Cales, lium, ſiue Calênum, leni, oppidum Campanij non procul à Caſilino in cuius agro mite & generoſum naſcebatur vinum. Horat.lib.4.Carm.

Sed expreſſum Calibus ducere Liberum.

Si geſtis.

Eſt & in Gallia hoc nomine vrbs quam Salluſtius captam à Perpenna commemorat. Seru. in 7.Æneid.

Calecutiani, hodie horrenda adhuc forma diabolum & Satanam colunt & adorant: quippe cui ſingulis diebus gallum gallinaceum offerunt & ſacrificant, quemadmodum olim Ægyptij Anubi & Mercurio facticare ſolebant. Epulas autem regis, priùs quàm ex iis quidquam deguſtet, Bramini (ſic enim eorum ſacrificuli vocantur) ad idolum Satanæ perferunt, eíque offerunt, ac deinceps: rex quantùm licet excipit, & comedit. Ludouic. Barthem.li.2.ca.2.de Iud.

Calecut, Indicarum ciuitatum præcipua, in continenti ſita, Oliſippone maior, pelago alluitur, vaſta eſt admodum abſque mœnibus, intus pluribus in locis vacat, domus non ſunt contiguæ, inuicem diſtantes plurimùm, lapidibus & calce extructæ, interiores partes ſculptæ, pro imbrice palmis vtuntur, illíſque tegunt ſuas ædes. Fores prægrandes habent, miróque artificio fabrefactas, quas muro cingunt inſtar pomerij. Ibi viſuntur arbores innumeræ, ſtagna & fontes compluſculi, vbi ſæpiùs & quater ferè interdiu lauantur, Rex idolorum latriæ mirè eſt addictus, huic incredibilis ſeruitus exhibetur à ſubditis. Cùm egreditur carpento ſeu curru vehitur, quem bini viri ferunt, omni lapidum genere condécoratum. Carpentum ſtipant choraulæ, præcones, buccinatores, & id genus compluſculi. Patritij verò & eminentiores ſuæ ditionis omnes ſequuntur, enſes denudatos & clypeos teretes gerentes, ſagittarij etiam ac velites præcedunt, itinera explorantes, tentorio rex incedens tegitur: ad quem propiùs quis non accedit quàm ad tres aut quatuor paſſus. Cùm verò aliquid porrigunt, ac ſi ſtipem darent elephanto, ab ipſis tremebundis in ramo porrigitur, quoniam regem apud eos tangere nefas eſt. Ditiſſimi & innumeri ſunt in hac ciuitate mercatores, quorum commercia ſunt aromata omnis generis vndequaque importata: panni ex ſerico omnium generum & auro intertexti plurifariam, ærea autem fabrefacta & ſtannea vaſa plurima: denique nihil ferè ibi deſideratur, quod ad humanum cultum pertineat. Cadamuſtus in nauigationibus. & Lud. Patricius Romanus. De eadem prolixè Munſterus L. Coſmographiæ li. 2. cuius verba apponemus. Calecuta, inquit, apud Indos celeberrima ciuitas, cuius ædes alluuntur pelago mœnibus haud ambitur: verùm ædium circuitu ſex mille continetur, non adhærentibus, vt apud nos, ædificiis, ſed longiori ſpatio diſcretis inter ſe ædibus. Quà verò in longitudinem extenditur, millenis patet paſſibus. Domus ſunt ſpectabiles, quippe quæ ſuprà equitis altitudinem ab humo non tollun-

tur,

Digi

tur. Frondium plerumque laceramentis coope-riuntur, multis contignationibus. Huius rei cauſam afferunt, quod humo egeſta ad quinos palmos, aqua mox ſcaturire dicitur, ob id nequeunt altiùs fundamenta iacere, quæ contignationibus ferendis ſufficiant. Rex autem Calecutianorum latriæ dæmonum eſt addictus. Habet enim dæmonis imaginem in ſacello ſuo ſedentem, diademate redimito eius capite quod quaterna fulciunt cornua, ore vaſtiſſimo hians, quod dentes præ ſe fert quaternos: naſo eſt deformi, toruis, trucibúſque oculis, vultu minaci, aduncas manus harpaginis inſtar habet, pedes verò gallo haud abſimiles, quod quidem monſtrum ingens & horrendum, qui conſpicantur, pauent continuò. Res eſt ſanè viſu indigniſſima, eadémque admodum horrifica. Sacellum ambiunt picti dæmones & in ſingulo angulo ſedens ex ære viſitur Satanas, ita affabrè factus, vt vndecumque flammeſcere videatur, abſumentibus animas miſerandum in modum flammis, ac Dæmon dextra animam admouet ori, ſiniſtra autem ex inferiore loco aliam corripit. Singulis itémque diebus mane eorum ſacerdotes, qui Bramini dicuntur, memoratum idôlum roſacea & huiuſmodi odorifero latifero latice emaculant, ſuffiúntque variis odoramentis procumbentéſque odorant. Sanguinem galli gallinacei per hebdomadem vaſi argenteo, carbunculis ignitis oppleto, indunt, additis ſuffimentis odorum innumeris, thuribulóque accepto adolent, largiſſimè thura, tinniente crebrius interea argenteo tintinabulo: nec priùs rex ſumit cibum, quàm quaterni ſacerdotes regias dapes dæmoni obtulerint. Porrò, rex pranſurus, humi recubat abſque ſtragulis, ac diſcumbentem ſtantes ſacerdotes ipſum circumſtant, nuſquàm propiùs, quàm ad quaternos paſſus accedentes, regis verba ſumma cum reuerentia obſeruantes. Vbi verò edere deſierit, ſacerdotes regias reliquias efferunt corniculis auibus depaſcendas, quas aues nefas eſt lædere: & ob eam cauſam tutò volitant quocumque libuerit. Ducturus rex vxorem, prius thorum inire non conſueuit, quàm à digniore ſacerdote noua nupta deflorata fuerit: iſtiúſque ſtupri à rege pretium quingentorum conſtituitur aureorum. Primùm inſuper locum, poſt regem, tenent ſacerdotes idolorum cultores: his ſuccedunt Naëri, qui non minoris dignitatis ſunt apud eos, quàm olim apud Romanos fuere Patritij. Horum etenim intereſt, enſem, clypeum, arcum, lanceámque, cùm prodeunt ferre. Qui deinceps tertiæ claſſis habentur, hi eius loci ſunt apud eos, cuius apud nos ij qui cerdonicam exercent artem, qui quarto, piſcatu victum quæritant: qui quinto ad eos ſpectat piper, vinum, iuglandeſque colligere. Poſtremi verò ſerunt, & colligunt oryzam, contempti à ſacerdotibus, & Patritiis. Adoraturi ante emerſum ſolem, ſtagno lotionis gratia immerguntur: ſicq; loti nihil priùs contrectant, quàm domi ſuæ preces ad idola fuderint. Profecturo ad bellum regi in expeditione ſunt centena peditum millia. nam equitum ibi nullus eſt vſus, præter elephantorum. Qui regem ſequuntur, vitta ſerica, eadémque coccina caput vinciunt. Prælium inituri, enſe obrotundo, clypeo, lanceis, & arcubus vtuntur. Hæc Munſt.

Calegia, Germaniæ vrbs. Ptolem. vulgò *VVittemburg*. Supra ſcribitur Calægia.

Calem vrbs inter Olyſipponem & Bracaram, Anton. hodie *Gaia*.

Calem, vrbs Italiæ prope Anconam, Anton. *Caglio*. Simlero.

Calêna, Ptol. Britanniæ vrbs, hodie Oxonia. vulgò *Oxenfort*.

Calendæ, primus dies menſis, de quibus Macrob. libro 1. Priſcis, inquit, temporibus, antequam faſti à Cn. Flauio ſcriba inuitis patribus in omnium notitiam proderentur pontifici minori hæc prouincia delegabatur, vt nouæ Lunæ primum obſeruaret aſpectum, viſúmque regi & ſacrificulo nunciaret. Itaque ſacrificio à rege & minore pontifice celebrato, idem pontifex Calata, id eſt, conuocata in Capitolinum plebe, quot numero dies à Calendis ad Nonas ſupereſſent, pronuntiabat, & quintanas quidem quinquies dicto verbo calo, ſeptimanas repetito ſepties prædicebat: & hunc diem qui ex Idibus qui calarentur primus eſſet. placuit Calendas vocari. Hæc Macrob. Eam autem ob cauſam populo quotnam dies Calendarum eſſent, prædici neceſſe erat, vt ſciret, quinam Nonarum dies eſſet futurus, quò confluere in Vrbem populus ſolebat, vt adjicerent quid eo menſe in diuinis, humaníſque rebus facto opus eſſet. Calendaris Iuno dicta eſt, quod Calendarum dies ei ſacer eſſet. Macrob. libro 1. capite 14. Idus. inquit, Ioui dedicatæ, Calendæ Iunonis vnde Laurentes Calendarem Iunonem appellauere.

Caleni agri in Campania ad Maſſicos, dicente Plinio lib. 3. Hinc fælix illa Campania eſt. Ab hoc ſinu incipiunt vitiferi colles & temulentia nobiles, ſucco per omnes terras inclyto, atque (vt veteres dixere) ſummum liberi patris cum Cerere certamen. Hinc Setini & Cæcubi obtenduntur agri. His iunguntur Falerni, Caleni, deinde conſurgunt Maſſici, &c.

Calentum, Hiſpaniæ vlterioris oppidum, vbi lateres fiunt, qui proiecti in aquam natant. Plin. lib. 35. 14.

Calenum, vrbs Campaniæ 14. paſſuum millibus à Capua diſtans, In cuius agro vinum opti-

mum & dulce naſcitur. In ea aqua eſt, quæ vini modo temulentos facit. Plin.lib.2.cap. 103. Vide Calenum Horat.

Prælo domitam Caleno tu bibes vuam.

Dicta, à καλὸς quod eſt bonum, & οἶνος vinum Iuuenalis.

Occurrit matrona potens, quæ more Caleno.

Calenum, oppidum prope Calatias & Bouillas, Plin lib.3.cap.5.

Calepium, oppidum in Cenomanis, ad 14. lapidum à Bergomo Brixiam verſus, ad colles in ſiniſtra patre poſitum, à bonitate vini denominatum, bonus καλὸς, καὶ πίνω bibo.

Cales, oppidum in Gallia, aliud in Campania, à quo Cales populi iuxta Falernos, & Maſſicos. Virg.lib.6.Æneid.

Æquora quinque Cales linquunt.

Item Bithyniæ emporium ad portum Euxinum. Arrian.& fluuius. Euſtath.

Caleſia, vrbs Italiæ. Steph.

Caleſtra, vrbs littoralis Theſſaliæ iuxta quam Axius fluuius in mare Ægeum deſcendit. Herodot.lib.7.

Calete, ignobilis inſula inter Samothracem & Cherſoneſon. Plin.lib.4.c.12.

Calenus, vates quondam in Hetruria celeberrimus extitit: de quo hunc in modum ſcripſit Plinius lib.28.cap.2. Cùm in Tarpeio, inquit, fodientes (videlicet Romani) delubro fundamenta caput humanum inueniſſent, miſſis ob id à ſenatu legatis. Hetruriæ celeberrimus vates Olenus Calenus præclarum id fortunatúmque cernens, interrogatione in ſuam gentem transferre tentauit, Scipione priùs determinata templi imagine, in ſolo ante ſe. Hoc ergo dicitis Romani, hic templum Iouis optimi Maximi futurum eſt? Hic caput inuenimus conſtantiſſima annalium affirmatione, tranſiturum fuiſſe fatum in Hetruriã, ni à filio vatis præmoniti legati Romani reſpõdiſſent, Non planè hic, ſed Romæ inuentum caput dicimus. Iterũ id acccidiſſe tradũt, cùm in faſtigium eiuſdem delubri præparatæ quadrigæ fictiles in fornace creuiſſent. & iterum ſimili modo retentum augurium. Hæc Plinius.

Caletes, Galliæ Belgicæ populi. Strabo ad mare contra Britanniam ad Sequanæ oſtia pertingere facit, eorum regionem eſſe putat Diuæus, quæ hodie *Le pays de Caulx*, vulgò dicitur in Normandiæ ducatu. Caletum autem vrbs à Ptolemæo circa Picardiæ fines. Caleti & Caletes à Geographis confunduntur, quos ſi quis diſtinguere volet, fortè conciliari poterit tanta locorum & populorum diſcrepantia. Normandiæ enim & Picardiæ fines & populi admodum differunt. Gesoriacum nauale vocatur. hodie *Calais.* Plin.lib. 19.cap.1. Cadurci, Caleti, Ruteni, Bituriges vltimique hominum exiſtimati, Morini, imò verò Galliæ vniuerſæ vela texunt. Apud hos eſt Iccius portus, ex quo breuiſſimus eſt in Britanniam traiectus, cuius frequens eſt mentio in Comm. Cæſ. 2.

Caleti, populi, linea vela texunt. Plin. lib. 19. cap.1.

Caletanus ager, non longè à Volaterranis in Italia. Plin.

Caletum ſolis Anglicis hominibus inhabitare conceſſum, anno Domini 1362. ditioni verò Gallorum velut poſtliminio redditum anno Domini 1558. quarto Idus Ianuarij. Portus Iccius apud Cæſarem Comm.belli Gall. vulgò *Calais.*

Caleua, Altionis inſulæ vrbs, in Atrebatis, Ptol. hodie *VVallinfford.*

Calguia, Arabiæ Petrææ vrbs. Ptol.

Cali, Palæſtinæ locus. Ioſ.19.

Calianaſſa, & Calianarea, Nymphæ, quarum altera à benè regendo, altera à viris honeſtandis dicta.

Calicadnus, Ciliciæ flumen. Plin.lib.5.cap.27. ſcribitur & Calycadnus.

Calycandrum, eſt Aſiæ minoris promontorium, terminus nauigationis poſitus Antiocho ab Romanis ſuperato.

Calyceni, Macedoniæ populi. Polyb.lib.5.

Calidromus eſt Achaiæ promontorium, Longè à ſinu Maliuco.

Calicula, vrbs Hiſpaniæ Bæticæ. Ptolem. Calucula Plinio dicta *Oſca*, M. Nigro. Eſt etiam eiuſdem nominis oppidum in Turdetanis apud Ptol.

Calygij, populi in Arabia Plin. vide Calingæ.

Caligula, Caius Impera. dictus à Caligis, quas margaritis refertas primus portauit. Auſon. vel potiùs à caliga militari: qua frequenter in exercitu vtebatur ad conciliandos ſibi militum animos. Id enim militibus gratiſſimum fore credebat, ſi imperatorem veſtibus nihil à gregario milite differre videret.

Calinda, Lyciæ vrbs. Ptol. Calymna Strab. Plinio Calidna.

Calindræ, Mygdonidis in Macedonia vrbs, & Indiæ intra Gangem Ptol.

Calingæ, gentes Indicæ ad mare, quorum fœminæ, quinquennes ferunt concipere: octauum autem vitæ annum non excedere. Plin. lib. 6. & 7.c.17.& 19.

Calingij, Arabiæ fœlicis, & Aſiæ populi, quibus vicina eſt Ampelone Mileſiorum colonia. Plin.lib.6.c.28.

Calingon, Indiæ promontorium. Plin. lib. 6. cap.10.

Calinipaxa Indiæ oppidum. Plin lib.6.c.17.

Caliordi [illegible] æ C[illegible] populi. Plin.

C[illegible] [illegible] Quintilianus.

Cali[illegible] [illegible] hiſtoric[illegible] [illegible]

Digitized by Google

Alexandri ſcripſit.

caliрus,Luſitaniæ fluuius:Ptol.

calippia, matris Ægei inſula : Anton.

caliſia, Germaniæ oppidum : Ptol.

caliſſæ,Indiæ populi extro Gangem : Plin.

callipolis, ſeu Gallipolis , Europæ vrbs eſt ad Helleſpontum, vrbibus Aſiæ oppoſita : Plin.lib. 4.cap.11.

caliſtorus,vna ex Nymphis celeberrima,Lycaonis Arcadiæ regis filia, quæ à Ioue compreſſa grauidáque effecta, cùm ſimul cum Diana lauaretur tumore vteri prodita, & ab ea repulſa Arcadem filium in ſyluis peperit : à qua poſtea Arcadia dicta eſt. Hæc poſtea à Iunone in vrſam commutata , & Iouis miſeratione in cœlo collocata, maiorem efficit Vrſam : quæ & Helice à Græcis dicitur : Propertius lib.2.

Caliſto Arcadios errauerat vrſa per agros:
Hac nocturna ſuo ſidere vela regit.

callistus , poëta qui heroico carmine ſcripſit Hiſtoriam Iuliani principis.

callisthenes philoſophus fuit , qui cùm aliquando cum Alexandro liberiùs eſſet locutus, eiuſdem mandato morti adiudicatus eſt : his autem verbis Alexandrum moriens eſt affatus , Si Deus es , beneficia largiri mortalibus , non ſua debes eripere. Si homo , id quod es , te ſemper eiſſe cogita.

calytæ, Libyæ interioris populi : Ptol.

caliur, Indiæ intra Gangem oppidum:Ptol.

calita, i. refugium , ſiue contractio , aut vox declinans,nomen viri : 1.Eſd.10.

callaici, Luſitaniæ populi, Gallis finitimi,dicti quaſi Gallaici , quos vt bellicoſos maximè commendat Strabo lib.3. Sil.lib.16. *Euolat ante omnes rapidóque per aëra curſu Callaicus Lampon fugit.* hodie Galiciæ regnum.

callantiani , populi habitantes in ſiniſtris partibus Ponti : Diodor.lib.19.

callantis, Siciliæ vrbs : Suid.

callas , Eubœæ inſulæ fluuius : Strab. Mauritaniæ item Cæſarienſis locus : Anton.

callatebum , Aſiæ propriæ vrbs , in Caria regione : Herodot.

callatia, vel Callantia, Mœſiæ inferioris oppidum : Ptol.

callateria, oppidum eſt Campaniæ. Brunduſium ducens, non procul à Calidia & Beneuento : Strab.lib.5.Geograph.

callatiæ , Indica gens , quæ veſcitur parentibus : Herodot.

callenicus, Senonum in Picenis oppidum: Anton. *Caglio* Leandro.

calleni , campaniæ Mediterranei populi: Polyb.lib.3.

calleti , Hiſpaniæ oppidum ſtipendiarium, non liberum : Plin.lib.3.c.1.

calliæ, vrbs vna ex tribus Æroliæ. Item parua regio prope Talantum : Steph.

calliatus , vrbs Locrorum , à Callioro Odœdoci & Laonomes filio , dicta Steph. Straboni verò quod bene aretur & colatur.

callias,Athenienſ.comicus.filius Lyſimachi, qui cognominatus eſt Scœnion , quod funes ob paupertatem torqueret.

callias , Laccoplutus cognominatus , dux Athenienſium nobilis, contra Artaxerxem miſſus : Suid.

callias Methymneus,grammaticus, quē Strabo dicit Alpheum Sapphóq; poetas enarraſſe.

callias, Arcadiæ oppidum : Pauſan. & fontis nomen apud Suidam.

callica,Bithyniæ mediterranea vrbs : Ptol.

callicatis,Indiæ intra Gangem vrbs: Ptol.

callichorus , Paphlagoniæ fluuius : Ammian. & Plin. Item puteus in Attica : Pauſan.

callicles , Statuarius nobilis , cuius meminit Plin. lib.34. cap.8. Alterius Callicis meminit Quint.lib.1.c.16.

callicolona,Homero locus Troadis,circa Simoenta fluuium , quem Strabo dicit diſtare Ilio 40. ſtadiis.

callicrates,artifex ex ebore formicas, & alia tam parua fecit animalia , vt partes earum cerni non poſſent : Plin. & Ælianus variæ hiſtoriæ lib.1.c.17.

callicratides,Methymnam vi cepit: ad Arginuſas Peloponnenſes, victi , fuſi, fugatique ſunt, cecidit Callicratides : Xeno lib.1.

callidromus,mons iuxta Thermopylas:Plin.

callifæ, vrbs in Sammio : Liu.

calliga Indiæ intra Gangem oppidum:Ptol.

calligeris, Indiæ intra Gangem vrbs. Caſtaldus eam *Cananor* appellat.

callimachus , poëta Cyrenenſis, Elegiographorum inter Græcos princeps. Scripſit opus inſigne de origine & cauſis ſacrorum , quæ *αἴτια* inſcripſit, argumento non diſſimile ab eo, quod in Faſtis : Ouid. tractauit Martialis ad Mamurram : Epig.lib.10.

Si non vis, Mamurra tues cognoſcere mores,
Nec te ſcire legas Ætia Callimachi.

Callimachus,hiſtoricus Ægyptius, filius Batti & Meſatme, diſcipulus Hermocratis Iaſenſis grammatici , vixit apud Ptolemæum Philadelphum vſq; ad Euergetē bibliothecæ regiæ præfectus,omne poëmatis genus attigit.Conſcripſit in aduerſariū poëma acerbiſſimum , quem ficto nomine Ibin appellat ſicut & fecit Ouidius. Edidit elegias & epigrammata, & hymnos, aliaq; complura : Suidas. Horum omnium nihil extat præter elegiam vnam in lauacrum Palladis, & quoſdā hymnos in deos. Lampadem Palladi dicauit, in qua oleum nullo pacto abſumebatur.

Callimachus Cyrenæus iunior poëta ἀδελφιδοῦς ſuperioris ex ſorore nepos, filius Staſenoris & Magatimæ, quæ Callimachi ſenioris ſoror erat, vt eſt apud Suidam, ſed huius non ita magnum nomen fuit.

Calimachus, alter ſculptor, τηξίτεχνος nominati ſtuduit, quaſi artis interpellator, & qui eam in tenuiorem exquiſitioremque diſciplinam reduxit. τήκειν enim liquefacere, conflaréque ſignificat. Nam ipſe primus lapidem perforauit, minutatímque tractauit. Pauſan. & Pli. κακιζότεχνος legunt. At Vitruuius lib.4. cap.1. κατατηξίτεχνος.

Callimachus, Athenienſis dux præſtantiſſimus, prælio cum hoſtibus Perſis commiſſo quũ plurimis haſtilibus cùm transfoſſus eſſet, & animam efflaſſet, ſtetit rectus. Plut.in Paral.

Callimedes, Athenienſium Imperator. Diodorus Siculus.

Callinicum, Perſarum oppidum in Euphratis ripa. Procop. & Oſthoënæ regionis. lib. Notit. Meſopotamiæ item Marcel.

Callinicus, Sophiſta Syrius, vel Arabs, profitebatur Athenis, ſcripſit de cacozelia, de Rhetorica ad Cleopatram, de rebus geſtis Alexandri, & alia quædam, Suidas.

Callinicus, ſacrum genus Herculi dicatum. Cœl.lib.5.c 4.

Callinous, fuit primus orator & inuentor Elegiaci carminis, teſte Terentiano.

Callinuſa, promontorium Cypri. Ptol.

Calliope, vna Muſarum, Orphei mater, quæ heroïco carmini præeſſe exiſtimatur, à vocis ſuauitate nomen habens, καλὸν enim bonum eſt, ὢψ vox. Virg. in Epigram.

Carmina Calliope libris heroica mandat.

Effertur & Calliopea, quemadmodum Penelope & Penelopea, Virg.4.Ecloga.

Orphei Calliopea, Lini formoſus Apollo,

Ouid.5. Faſt.

Calliope, vrbs Parthorum. Steph.

Callipatira, Mulier quædam fuit, quæ quum capitale eſſe fœminis ſciret Olympicorum tempore Alpheum amnem tranſiſſe, mutatis veſtibus gymnaſtico fefellit habitu. Sed quum id poſtea reſcitum eſſet, ignotum quidem eſt Callipatiræ, quòd patrem & fratres habuiſſet Olympionicos. Lata verò in reliquum lex eſt, vti in certamen nulli prodirent gymnaſtæ. Pauſania. Cœli.lib.14.c.5.

Callipia, fons eſt Epheſiorum. Plin.lib.5.c.29.

Callipidæ, Scythiæ Europææ populi ad Hypanim fluuium. Sollinus Callipodos vocat: Pomponius Mela Callipidas. Eoſdem Herodotus Græcoſcythas nominat, quòd ex Græcis Scythæ facti ſint.

Callipides, Græcus fuit tragœdorum hiſtrio, qui in ea re ſibi placebat plurimum: vnde quum Ageſilao regi occurriſſet, arrogantius eum ſalutauit, ſubinde illi ſe oſtentans, & inter aſtantes ſeſe intrudens: arbitratus, fore, vt à rege comiter exciperetur. At is quum grauioribus intenderet, ac ne Callipidem reſpectaret. Non admodum, inquit, noſſe me videris, ô Rex, nec qui ſim, inaudiuiſſe. Reſpondens Ageſilaus, An non inquit, es Callipides mimus?

Callipius, conſul, collega Ardaburij, anno ab vrbe 1200.

Callipos, Philoſophus, qui honeſtati voluptatem adiunxit, ſicut & Dicomachus.

Callipolis, vrbs Thraciæ in extremo Helleſponti, à Caligula ædificata, à quo nomen ſumpſit, hoc eſt Caligulæ polis.

Callipolis, Stephano oppidũ eſt Lãpſaci, trans Cherſoneſum in littore ſitum. Item Tripolis Siciliç, & Tetrapolis Cariæ. Steph. Vide Strongile.

Callipolis, inſula maris Ægei, vna Cycladum, quæ notiore nomine Naxis appellatur. Plin.lib. 4.c.12.

Callipolis, vrbs Apuliæ, ſita in extremo promontorio longè in mare procurrenti, ſed arctiſſimo Iſthmo, adeò vt in aliqua parte vix curribus peruium ſit. Munita eſt & rupibus ſepta: à continenti vnicus eſt aditus, in quo caſtellum eſt minutiſſimum. A Galateus.

Callipus, Athenienſis, Platonis auditor, interfectus à Syracuſanis quòd tyrãnidem poſt Dionyſiũ aggrederetur, & Dionem patriæ liberatorem per proditionẽ interfeciſſet. Plut.in Dione.

Callippus, oppidi nomen ad Pontum Euxinum in Europa. Iornand.

Callipygos, Venus dicta eſt à pulchris clunibus, nam cùm duæ quædam viſendæ pulchritudinis puellæ, de natium præſtantia contendiſſent, tandémque placuiſſet rem adoleſcentis cuiuſdam arbitrio permitti, & ille vtraque diligenter inſpecta, natu maiori palmam indixiſſet, eámque coniugio ſibi copulaſſet: occaſionem Syracuſanis præbuerunt, vt ab hac natium altercatione Veneri Callypigæ templum conſtruerent, Palæp.lib.2.

Callirrhoe, fons in agro Attico nouem habens fiſtulas: vnde & ἐννεάκρουνος dictus eſt. Poëtæ alterum r ex nomine abiiciunt. Statius 12. Theb.

Ex quos Callirhoe nouis errantibus vndis
Implicat.

Martianus, Fontes, inquit, multi Atticæ, inter quos Callirrhoe prædicatur.

Callirrhoe fons in Palæſtina calidus, ac morbis ſanandis ſaluberrimus, in quo Herodes morbo horribili ac prorſus deſperato & cœlitus immiſſo laborans, perperam ſe ipſum lauit propter tot ac tanta in homines ſcelera inhumani-

maniter perpetrata : itémque prope hunc fontem ſita eſt huius nominis ciuitas, quæ quondam *Leca* vocabatur. Ioſeph. 17. lib. c. 8. Antiqu. Iud.

Callirrhoe, filia Lyci, hominis ſanguinarij, & hoſpites immolantis, à Diomede relicta, quem Troia redeuntem benignè ſuſceperat, & paternis liberauerat inſidiis. Plut. lib. 3.

Callirrhoe, Phoci Bœotij filia, quæ corporis forma & pudicitiæ gloria inter æquales ſuas & ſocias facilè ſibi primas vendicauit. Hanc triginta numero ex vniuerſa Bœotia, genere & opibus primorij iuuenes ſummo quiſque ſtudio in vxorem expetiſſe dicuntur. Cæterùm pater alias ſemper ex aliis moras complicans & connectẽs, ac diem de die trahens, illorum vota procraſtinando conſultò fruſtrare videbatur: quamobrem proci, conſpiratione conflata, Phocum interfecerunt. Hac re palàm facta, Callirrhoe clam aufugiens, tam diu delituiſſe fertur, quoad celebre per vniuerſam Bœotiam aduenisset feſtum, quod παμβοιώτιον illi vocant. Hanc illa celebritatis occaſionem nacta obſeruato tempore, ſupplex in Palladis conſediſſe dicitur ara, palàmque de procis conqueſta ſuis, illorum ſcelus, nefandámque ſui parentis cædem indicauit, nomináque ſingulorum maximo recenſuit eiulatu. Bœotij autem, quotquot ad celebre ſpectaculum aderant, rei ipſius indignitate permoti, cædis patratores, & conſcios, vt ab illis meritas exigerent pœnas, diligentiùs inquirere cœperunt. Hac illi re perceptа, ocyus omnes dilapſi, ad Hippotas, quod oppidum medio Thebarum, coroneæque interſtitio erat, celeri fuga perueniſſe dicuntur. Poſtulantibus autem illos poſtea Bœotiis & vt ſibi dederentur, ſummo contendentibus ſtudio, cùm oppidani obaudirent, eóſque reddere nollent, comparato ex ſingulis ciuitatibus delectorum exercitu illorum fines hoſtiliter ſunt ingreſſi, oppidúmque vi captum funditus euerterunt. Procos quidem illos in poteſtatem redactos, maxima extructa pyra, ſimul omnes in ignem conjectos, combuſſerunt. Ferunt quinetiam nocte, quæ illum, in quo hæc geſta ſunt, præceſſit diem, crebras ex vicino Heliconis iugo auditas has fuiſſe voces cuiuſdam, Adſum, Adſum, fortiter inclamantis: procóſque illos tali oſtento perterritos, voces eas interfecti à ſe Phoci eſſe ſibi benè cognitas conſtanter affirmaſſe. Leonic. Tom. lib. 2. c. 9. ex Plutarcho.

Callirrhoe, Palus Meſopotamiæ ad Antiochiam vrbem, Steph.

Calliſta, inſula maris Ægæi, vna Sporadum, alio nomine Thara appellata. Plin. lib. 4. cap. 12.

Calliſthe, vide Thera.

Calliſthenes, philoſophus Olynthius. Alexandro Magno familiaris ex condiſciplinatu, acceitúſque ab ipſo rege, ad prodenda memoriæ geſta eius Aſiatica. Huic nocuit immodica libertas, grauitáſque inuiſa regi. nunquam enim aſſentantium accommodatus ingenio erat. Cùm enim Alexander Magnus ex Perſico bello, ſuperbiæ regiæ more adorari vellet, acerrimus inter recuſantes Calliſthenes fuit, palàm dictitans, Alexandrum non adorandum eſſe. quæ res & illi & multis principibus Macedonum exitio fuit. Nam illum Alexander propter adorationis Perſicæ interpellatum morem, coniurationis conſcium eſſe criminatus, truncatis membris abſciſiſque auribus ac naſo labiiſque deformatum, cum cane in cauea clauſum circumferri iuſſit, diúque tortum tandem necauit. Is hiſtoriam Philoſophorum ſecundus à Xenophonte, ſcripſit. Senec. Iuſtinus libro duodecimo & decimoquinto. Plutarchus in Alexandro. Valerius Maximus libro 7.

Calliſto, vide Caliſto.

Calliſtratia, Galatiæ oppidum. Ptolem. hodie Caſtellas.

Calliſtratus, Athenis orator in republica fuit, quem quum Demoſthenes admodum adoleſcens audiuiſſet nobilem illam τὴν περὶ ὠρωποῦ δίκην dicentem, ita motus & demulctus & captus eſt, vt Calliſtratum iam inde ſectari cœperit, Academiam cum Platone reliquerit, Gell. lib. 3. cap. 17.

Calliſtratus, vir doctiſſimus, Alexandri à conſiliis.

Calliſtratus, nomen ſtatuarij cuiuſdam. Plin. libro 24. c. 8.

Calliſtus II. Pontifex 193. regnauit annis V. menſibus X. anno 1119.

Calliſtus III. Pontifex 211. regnauit annis III. menſibus III. anno 1455.

Calliſtus XV. Romanorum epiſcopus, regnauit annis V. anno 219.

Calliſtus, vnus inter comites Iuliani principis, expeditionis heroico verſu eius hiſtoriam conſcripſit. Volater.

Calliteræ, Macedoniæ oppidum in Biſaltia regione. Ptol.

Callixenus, ſtatuarius nobilis fuit, qui Olympia centeſima quinquageſima quinta, quo tempore illorum arx reuixit, quum anteà aliquando ceſſaſſet, floruit. Plin. 34. c. 8.

Callo Ioannes, Conſtantinopolitanus Imperator, imperauit annis XXV.

Callocerus, in Cypro res nouas molitus eſt, & oppreſſus.

Callona, Leſbi inſulæ vrbs opulentiſſima. Laonic. lib. 10.

Calyrias, Tyrantis filius, in agris primus ſacerdotio functus eſt. Euſeb.

calœnum, vide Calenthum & Caleni.

calon, ſtatuarius, Quint. c.10. lib.12. & Plin. lib. 34 c.8.

calonis, Ant. vbi legio IX. Ducatus Geldriæ vrbs primaria hodie *Geldre* Siml.

calos limen, id eſt bonus portus, Scythiæ Europææ. Portus eſt in Euxino ſuper Tauricos, Pomponius lib.2.

calones, Militum ſerui, dicti quia ligneas clauas gerebant, quas Græci κᾶλα vocant, Feſtus. At Seruio Calones dicuntur, qui militibus ligna portant & impedimenta Σκευοφόροι. Horat. Hunc peruinxerunt Calones atque Caballi. Liu. 3. belli Punici impedimenta ſubſequi iuſſit, Calones, lixáſque & inualidos milites vallum ferre. Quidam tamen Calones à calando deriuant, quod ad miniſterium aduocarentur: alij à Calendis, quod Calendarum die cibaria pro toto menſe caperent.

calor, Italiæ fluuius prope Beneuentum, teſte Liuio & Vibio Sequeſtri, hodie vſque *Pugna* dicitur, inquit P. Diaconus. *Alor* lego apud Appianum in Annibalicis. Item lib.2. Ciuilium.

calpas, portus à Plinio nominatur in Bithynia. Eius etiam meminit Xenophon, Calpen portum nominans, ſitum inter Byzantium & Heracleam, medio itinere. Ptolemæus & Strabo hoc tractu Calpam fluuium habent. *Portus Zagari* interpretatur à Pineto in ſuo Plinio Gallico: fluuius Mengtelienſibus Carrathaſſan vocari ſcribit Theuet. vide Bithynia.

caloſtomum. Plin. commemoratur inter Danubij fluuij oſtia, vide H reoſtoma.

calpe, mons in extremis Hiſpaniæ finibus ad fretum Gaditanum *Gibraltar*, Cluſio & Aretio *Gebel Tarif* (i. mons Tarif) Arabis, vt Beuterus tradit, ambitu quidem non magnus, ſed altitudine ingens, è regione oppoſitam habens Abilam, extremum Mauritaniæ montem, forma & magnitudine non diſſimilem: qui duo montes procul aſpicientibus columnarum ſpeciem præbent. Sub hoc nomine ſita fuit Tarteſſus, vrbs vetuſtiſſima, alio nomine Carteia dicta: vnde & Tarteſſia Calpe à poëtis appellatur Auſonius.

Conſiderat iam Solis equos Tarteſſia Calpe.

calpe, Hiſpaniæ oppidum ad fretum Gaditanum antiquitus Heraclea dictum, vt author eſt Timoſthenes apud Strabonem.

calpetus Syluius IX. Latinorum rex.

calphi, nomen viri 1. Macchab.11.

calphurnia, mulier fuit importuniſſima, quæ ſexus qui verecundiæ oblita, per ſeipſam cauſas egit, adeóque ſe moleſtam iudicibus præbuit, vt occaſionem dederit edicto, quo cautum eſt, ne mulieri in poſterùm cauſas agere liceret.

calphurnia, quónam pacto pro patriæ ſalute à Mario patre ſuo victuma diis immolata fuerit, vide dictionem Marius.

calphurnius Piſo, conſul, collega Ruſtici Bolani, anno ab vrbe 863.

calphurnius Beſtia, nobilis fuit Rom. qui pecunia corruptus, rem aduerſus Iugurtham malè geſſit: huic à M. Cæcilio accuſatore obiectum eſt, quòd vxores ſuas dormientes interemiſſet, Plin. lib.27.c.2.

calphurnius Craſſus, patricio genere ortus, in expeditionem Reguli ſocius in Maſſylos, vt munitiſſimum caſtellum nomine Garætium diriperet, miſſus eſt: vbi in hoſtium poteſtatem redactus, Saturno immolandus deſtinatur. Byſaltia, regis filia, iuuenem adamatum, patris à ſe proditi victorem fecit: Calphurnio autem retrò abeunte, puella ſibi ferro iugulum tranſuerberauit: Plut. in Paral.

calpurniana, Turdulorum in Bætica vrbs. Ptol.

caltioriſſa, Armeniæ minoris vrbs. Ptolem.

calucones, Rhetiæ populi. Ptol.

calubai, i. Caninus, aut caniſtrum meum ſiue totus ipſe in me, filius Efron, filij Phares, 1. Paral. qui ibidem dicitur, Caleb. vt in aliis locis.

Calucula, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ ex ſtipendiariis. Plin. lib.3.c.1. vulgò *Cabra*.

caluiſiana, Siciliæ vrbs. Anton.

caluiſius Tullus, conſul, collega Palmæ, anno ab vrbe 861. quo tempore Plin.2. Nouocomenſis orator clarus floruit: & tres Galatiæ ciuitates terræ motu erutæ ſunt.

calumacuma, Africæ propriæ pagus ad Syrtim magnam Ptol.

calupena, Armeniæ maioris regio. Strabo.

calus, Colchidis fluuius. Arrian. in Periplo.

caluſium, Tyrrheniæ oppidum. Dion. lib.14.

caluus, antiquus quidam poëta, cuius meminit Horat. 1. ſerm. 10. Satyr.

Nil præter Caluum & doctus cantare Catullum.

is erat & æqualis Catulli & amicus: nam ad eum 14. epigrammate.

Ni te plus oculis meis amarem,
Iucundiſſime Calue.

calybe, Thraciæ vrbs. Strab. lib. 17. Eam Philippus Amintha filius collectis de exercitu ignauiſſimis habitandam conſtituit.

calycádnus, Ciliciæ fluuius, ad quem Seleucia ciuitas ſita eſt, iuxta Sarpedonum promontorium. Strab. lib.34. Item fluuius Iſauriæ. Steph. & fons in Calabria. Pauſan.

calydium, Italiæ oppidum in Appia via Brunduſium ducens Strab. lib.5.

calydna, inſula, quam quidam vnam eſſe cum Calymna putant. Alij Calydnas duas, Leron, & Calymnam, quæ ſunt circa Rhodum. Strabo alias ab his Calydnas prope Tenedum conſtituit, prope Ceum.

Calydna,

calydna, Cariæ oppidum. Plin. libr. 5. cap. 17.

calydna, inſula, vna è Sporadibus, Plin. lib. 4. cap. 12. Stephan.

calydna, inſula & vrbs Thebæ, à Calyno, filio Cæli. Dicitur etiam Calydnus. Stephan. Vide Calymna & Tenedus.

calydon, Ætolorum ciuitas, regia Oenei patris Melagri, diſtans à mari ſeptem millium quingentorum paſſuum ſpatio, Eueno fluuio interfluente diuiſa. Ouid. lib. 8. Metam.

Et Meleagream maculatus ſanguine Neſſi
Euenos Calydona ſecat.

calydonia, Græciæ regio, quæ olim Æolis dicebatur. Thucyd. lib. 3.

calydonia, ſylua à Calydone vrbe illi vicina ſic dicta, in qua Meleager miræ magnitudinis aprum interfecit, quem & ipſi poëtæ Calydonium aprum vocant.

calydonia, ſylua in Britannia, à qua ſæui vrſi emittebantur. Martial.

Nuda Calydonio ſic viſcera prebuit vrſo.
Idem.

Quinto Calydonios Ouidi viſure Britannos,
Syluius lib. 3.

Inque Calydonios primus trahit agmina lucos.

Hinc Calydonius, a, um, & Calydonis, dis. Ouidius.

Plangunt ſe matres Calydonidas.

calydonis, idos, mulier è Calydone. Ouid. in Epiſtolis.

calymna, Steph. inſula quam Sceпſius in plurali Calymnias vocat, alij Calymniam, vnde Calymniates. Vide Calynda.

calynda, Cariæ vrbs. Steph. circa quem tractum Calyndici montes, Herodot.

Calypſo, Nympha Oceani & Thetydos filia: vel, vt aliquibus placet, Atlantis. Regnauit in Ogygia inſula, & Vlyſſem naufragum hoſpitaliter ſuſcepit, Ouidius.

Ah, quoties illum doluit properare Calypſo!

De ea Homer. in Odyſſ. Hæc de ſui nomine inſulam in Ionico mari cognominatam tenuit, propinquam promontorio Lacino: vel, vt aliis placet in mari Africo. Plin. lib. 3. cap. 10. Ad hanc peruenit Vlyſſes naufragus, vbi VII. annis detentus eſt: licet Ouid. libro 4. de Ponto ſex tantùm dicat:

An grate ſex annis pulchram fouiſſe Calypſo,
Æquoreáque fuit, &c.

Hanc Propertius libri tertij eleg. XI. Ææam appellat.

Et thalamum Ææa flerit ſe fugiſſe puella.

Inſula quoque eius Æea dicitur Hygino capite 125. vbi de Vlyſſe verba faciens, Ex his locis, inquit, errans naufragio facto ſociis amiſſis, enatauit in inſulam Ææam, vbi Calypſo Atlantis filia, &c. In eandem quoque ſententiam deſcendit. Mela. libro 2. capite 7. Circa Siciliam in Siculo freto eſt Ææ quam Calypſo habitaſſe dicitur. Id autem nominis illi & inſulę illius inditum quia Ææ & Circes ſoror à quibuſdam traditur Calypſo, vt teſtatur Tzetzes in Lycophronem.

calypſonis, inſulam iuxta Puteolos deſcribit Philoſtratus lib. 8. de vita Apollonij.

calypſus, inſula maris Ionij, ante ora Lacinij promontorij. Ab Homero creditur Ogygia appellata, vt Plinius tradit. Calypſon inſulam habent Bethicus & Oroſius contra Syrtim maiorem.

calytis, vrbs Syriæ. Stephan.

camacæ, aliàs Camæ populi inter Scythicas gentes Plin. lib. 6 cap. 17.

camane, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolem. *Chaul* nonnullis.

camani, Germaniæ populi. Ptol.

camantium, vna ex ſeptem vrbibus Aſiæ minoris, quas Cyrus familiari ſuo Pytharco largitus eſt. Athenæus.

camalodunum, Britanniæ vrbs. Plin. libro 2. cap. 75.

Camara. Indiæ intra Gangem emporium, ſupra promontorium Cory. Arrian. in Periplo.

camára, vrbs Cretæ inſulæ. Ptol. *Lato* priùs dicta. Steph.

camaracum vide Cameracum.

camarata, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Anton.

camari, inſula Arabiæ fœlicis. Plin. *Camerini*, inſulæ. Steph.

camaria, vrbs Italica ab Albanis condita, vide Camerinum.

camarica, Ptolemæo, Cantabrorum vrbs Hiſpaniæ, alio nomine Victoria dicta.

camarina, Italiæ ciuitas, Strab. lib. 6.

camarina, ſiue Camerina palus eſt Siciliæ, iuxta oppidum eiuſdem nominis: cuius aquæ cùm fœtore ſuo peſtem generarent, conſuluerunt Apollinem, expedirétne ipſis Camarinam exſiccari: quibus ab Apolline reſponſum eſt, Camarinam non eſſe mouendam. Neglecto tamen oraculo ſiccauerunt paludem, per quam mox ingreſſis hoſtibus, contempti oraculi pœnas dederunt. Hinc manauit prouerbium. Camarinam mouere, pro eo quod eſt, Sibi malum accerſere. Vide Seruium in illud Virg. 3. Æneid.

—Et fatis nunquam conceſſa moueri
Apparet Camarina procul, campique Geloi.

camarinum, vrbs Vmbrorum. Ptolem. hodie Camerinum. Vide Camerinum, & Camaria.

camatullici, Galliæ Narbonenſis populi. Plin.

Cambádes, vnum ex cognominibus Tauri montis.

cambála, Cambalorum, Aſiæ locus eſt in Cy-

Digitized by Google

ſpiretide regione, vbi auri metalla effodiuntur. Strab.lib.11.

Cambalidus, Perſidis mons, Caucaſi ramus in Suſianis.Plin.libro 6.c.27.

Cambate, Galliæ Belgicæ locus, circa Burgundiæ comitatum. Anton.

Cambei, gens Illyrica. Appian.

Camberichum, vnum oſtiorum Gangis fluminis. Ptol.

Cambetis, ab Antonio poſt Auguſtum Rauracorum proximo loco ponitur. Germanis *Caemps* nominatur B.Rhenano teſte.

Cambetum, Lubenorum ciuitas in Hiſpania Tarraconenſi. Ptol.

Cambiſtholi, Indiæ populi, circa Indum fluuium, vbi Hidraotes fluuius cum Gange aquas ſuas confundit. Arrian. in Indicis.

Cambodunum, Vindeliciæ vrbs. Ptol. hodie Monachium, vulgò *Munchen*.

Cambiſena, Armeniæ regio. Strab. lib.11.

Cambles, rex Lydorum tantæ voracitatis, vt nocte quadam vxorem quoque abſumpſerit, cúmque ſummo mane illius manum in ore comperiſſet, ſemet iugulauit. Xanthus apud Cæl. author eſt.

Camboleċti, populi Galliæ Narbonenſis, Pli. lib.3.c.4.& lib.4.c.6.

Camboricum, Angliæ vrbem habet Antoninus, quam Cambridge eſſe putat Talbotus.

Cambra, Antenoris vxor, Priami mater.

Cambræ, cuius Iuuenalis meminit, vicum Campaniæ eſſe in Italia ad montis Gauri radicem, eúmque hodie *Campana* vulgò dici docet Ioannes Scoppa in ſuis collectaneis. Iuuen. Sat.7.

Occidit miſeros Cambre repetita magiſtros.

Etſi nonnulli Grambe legunt hoc loco: ſed Ponticus Vtruuius putat Britanniæ inſulæ regionem eſſe quæ vulgò Zambre adhuc nominatur. vide Britannicæ.

Cambria, ſiue Wallia Britanniæ tertia pars eſt, quæ à Lhœgria (ſeu Anglia) Sabrina & Dea fluminibus ſeparatur: omni alia ex parte Oceano Verginio ſiue hybernico cingitur. Nomen habet à Cambro tertio Bruti filio. Hanc incolæ *Cimbri*, Angli verò *VValliam*, ſiue *VValles* vocant. Hæc ſola pars Britannicæ inſulæ ſuis antiquiſſimis incolis gaudet, vt qui veri & geneſij Britanni ſunt, auitáque Britannica lingua vtuntur, & Anglici ſermonis (ex Saxonica aliiſque linguis conflati) prorſus ignari. Hanc Cambriã hodie in tres regiones diuidunt: in Venedotiam nempe, Pouiſiam & Debenbarthiam, ſub Venedoſia etiam Mona inſula, à veteribus celebrata, & pro antiqua Druidum ſede cognita comprehenditur. Incolæ, Anglos victu & veſtitu imitantur, & quum ſint laboris impatientes, atque nimium de nobilitatis genere glorianteſ, Regis & nobilium famulitio potiùs, quàm manuariis artibus ſeipſos dedunt. Nuper tamen vrbes habitare, litteris, præcipuè Iuri ciuili operam dare, artes liberales & mechanicas diſcere, mercaturam exercere, terram optimè colere, reliquáque munia publica obire non ſecus ac Angli cœperunt. Cambia ab Anglis vi occupata, Anglyſei dici cœpit, id eſt, Anglorum inſula. Cedit hæc, ex veteri inſtituto, filio primogenito regis Angliæ, ei ſcilicet qui regi in imperio ſucceſſurus eſt, dicitúrque à primo natiuitatis die, princeps Walliæ.

Cambrinus, vir ferocis animi, regnauit apud Thuyſcones.

Cambúſis, Æthiopiæ vrbs. Plin. libro 6. capite 29.

Cambunij, montes in Macedonia ſunt Liuio, quos ab incolis *Voluſtana* appellari ſcribit. Vide *Canaluuij*.

Cambus, fluuius, cuius Eginarthus meminit, Lazio Auſtriæ fluuius eſt, in Danubrium ſe exonerans, *Camb* dictus vulgò.

Cambyſes, Perſarum & Medorum rex, Cyri filius, qui patriis regnis Ægyptum adiecit. Sed offenſus illorum ſuperſtitionibus, Apidis cæterorúmque deorum ædes dirui iuſſit. Ad Ammonis quoque templum expugnandum exercitum miſit, qui in Libya deſerta arenis obrutus vniuerſus interiit. Ipſe quoque cùm ſuo ſeſe gladio imprudens læſiſſet, læuiſſimo ex vulnere mortem oppetiit. Herodot. lib. 2. Trogus Pompeius. Seneca lib.7. Lucan. lib.7.

Cambyſes, fluuius in Caucaſis montibus ortus ſuprà Armeniam maiorem, Septentrionem verſus per Iberos & Albanos defluens. Plin. lib. 6.c. 13.

Cambyſes, nomen fluuij in Hyrcania, qui non procul à mari cum Cyro flumine iunctus, in Hyrcanium ſinum effluit. Mela libro 3. capite 5.

Cambyſes & Xerxes, regiones Perſicæ, Stephanus.

Cambyſſeni, populi. Steph. in Cyropoli.

Cambiſu, oppidum fuit inter Nelos & Marchadas, deductis eò ægris exercitus regis Perſarum Cambyſis. Plin. lib.5.c.29.

Camechia, Albaniæ oppidum. Ptolem.

Cameia, Manichæorum metropolis. Cedren.

Camelani, Italiæ populi in Sexta regione, Narnienſibus & Nucerinis vicini. Plin. libro 3. cap.14.

Camelydæ, inſulæ duæ in ora Ioniæ regionis, Plin. lib.5.cap.31.

Camelitæ, populi in Meſopotamiæ finibus, non procul ab Euphrate, Scenitis proximi, qui diuerſoria habent partim ciſternarum, partim aquæ ductuum aquis abundantia. Strabo libr. Geograph.3.

Camelo-

Cameloboſci, Carmaniæ populi. Ptol.

Cameloconi, populi Arabiæ. Steph.

Camenta, Cypri promontorium ſpectans ſolem occiduum.

Cameracum vrbs Belgicæ Galliæ, ad Picardiæ fines, vulgò *Cambray*.

Camerinus, conſul, collega Nigri, anno ab vrbe 890.

Camerina, nomen vrbis.

Camerinum, Piceni vrbs præclara, à curuitate ſitus appellata. Ab ea Camertes dicti, quos Liuius ſcribit P. Scipioni in armanda claſſe, quam in Aphricam duxit, cohortem vnam ſexcentorum militum armatorum præbuiſſe. Vide Camerte.

Camerinum, ciuitas eſt ſita in Sicilia: quæ & Camerina & Cameria. Vide Cameria & Gamaria.

Camerinus, poëta, cuius meminit Ouid. lib. 4. de Ponto eleg. 16.

Camerium, Italiæ oppidum iuxta Collatiam. Plin. lib. 3. c. 5.

Came[illegible]ôpis, ciuitas Indiæ. Strab.

Camerte, oppidum Vmbriæ, in Picentinis montibus: à quo Camertes, eiuſdem incolæ.

Camertes, Volſcentis filius, partium Turni fautor in Æneam ditiſſimus fuit. Virg. lib. 10.

Camertes, Italiæ populi, in regione ſexta Amerinis vicini. Strab. lib. 5. & Plin. lib. 3. c. 14.

Cameſene, Straboni regio in qua regnauit Cameſis.

Cameſes, vel Cameſis, Italiæ indigena, conſors Iani, qui cum illo bonam Italiæ partem Tyberi vicinam poſſedit, potentia ita participata, vt regio Cameſene oppidum Ianiculum vocaretur. Perottus.

Cameſus, Thraciæ vrbs. Phauor. Lexicon.

Camicus, vrbs Siciliæ in qua Cocalus Dædali filius imperauit. Charax hâc vrbem *Inycum* vocat Steph. Fluuius item, Agrigentinos diuidens.

Camigara, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

Camiletæ, populi iuxta Scenas vrbem, vltra Euphratem Strabo.

Camilla, Volſcorum regina, Metabi Volſcorum regis & Camillæ filia, quam pater inuidia ſuorum regno pulſus, Dianæ famulam vouit. Quare ab ineunte ætate venationibus eam, & omni armorum genere exercuit: quibus in rebus breui tantopere profecit, vt ſummam ſibi ex re militari laudem pepererit. Tandem cum Turno aduerſus Æneam ſuppetias ferret, ab Arunte quodam ex inſidiis eſt interfecta, vt latius deſcribit Virg. 11. Æneid.

Pulſus ob inuidiam regno, viréſque ſuperbas
Priuerno antiqua Metabus cùm excederet vrbe.
Infantem fugiens media inter prælia belli
Suſtulit exilio comitem, matriſque vocauit.
Nomine Caſmillæ mutilata parte Camillam.

Camillus, puer ingenuus, qui flamini Diali ad ſacrificia miniſtrabat. Antiqui enim Camillos & Camillas vocabant miniſtros & miniſtras impuberes in ſacris. Vnde Mercurius Hetruſ. lingua, Camillus dicitur quaſi deorum miniſter. Plutarchus in Num. refert Græcos ſcriptores, Mercurium ab obſequio Camillum appellaſſe, ſicut puer qui in Iouis templo miniſtrabat.

Camillus, qui & alter Romulus dictus eſt Romanorum ſuæ ætatis clariſſimus fuit, qui Veios toto decennio obſeſſos per cuniculos cepit. Nec multò poſt, cùm crimini illi daretur, quòd albis equis triumphaſſet: & prædam iniquè diuiſiſſet, die dicta ab Apuleio Saturnino Tribuno plebis damnatus Ardeam conceſſit. Mox cùm Galli Senones vrbem diripuiſſent, ipſúmque Capitolium arctiſſima premerent obſidione, abſens Dictator factus collectis ex fuga Romanorum reliquiis, Gallos pendendo auro intentos incautos oppreſſit, patriámque in libertatem vindicauit. Poſthæc Populum Romanum Veios migrare volentem grauiſſima & elegantiſſima illa, quæ apud Liuium legitur, concione retinuit: in qua omnes vrbis dotes, laudéſque licet agnoſcere. Tertiùm deinde Dictator creatus, Satricum ſociam Pop. Romani vrbem, ab impetu Latinorum tutatus eſt. Quartùm Dictator ad ſedandam populi ſeditionem factus, valetudinem excuſauit, aliúmque ſibi ſubrogandum curauit. Quintùm Dictator Gallos iterum Romam petentes, & ad flumen Anienem caſtrametatos, ſuperauit. Poſtremò Romæ octogenarius peſtilentia interiit. Virg. 6. Æneid.

Aſpice Torquatum & referentem ſigna Camillum.

Camilus vnus ex Cabiris quos quatuor fuiſſe vult Apollonij Scholiaſtes in 1. Argonaut. quibus in Samothrace imitantur nempe Axierum, Axiocerſam, Axiocerſum & Caſmilum, quem alij Camillum vocant. Axierus eſt Cares: Axiocerſa Proſerpina. Axiocerſus Pluto: Quartus verò cui Caſmilo nomen eſt Mercurius, vt refert Dionyſodorus. De hoc ita Strabo lib. 10. Acuſilaus Arginus Cabira & Vulcano natum ait Camilum: hoc tres Cabiros, ex his Nymphas Cabiradas.

Camina, inſula maris Ægei. Plin.

Caminos, Cyrenaicæ regionis locus. Anton.

Caminus, vrbs in Rhodo, ita dicta à Camiro Herculis filio, quem ex Iole Euryti regis filia ſuſceperat, Homerus in Catalogo nauium. Ab hac inſula Camiræus dictus eſt Iupiter quod in ea templum haberet extructum in vertice mõtis Achabyti, vnde tota Creta conſpici poterat. Palæph. libro 1. Strabo, Stephan. Vide Hæ-

RAPYTNA.

Camiſena, Parthiæ regio. Strabo, li. 11. Eidem, lib. 12. Eſt Armeniæ minoris regio, & in ea vrbs Gamiſa.

camma, nobilis quædam fœmina è Galatia oriunda, viri ſui mortem à Sinorige illatam ægerrimè ferens, quum apud Galatas in more eſſet, vt qui ineunt ſponſalia, vir ſcilicet & vxor, de eodem poculo bibant, diſſimulato dolore, ſponſalia cum eo inire finxit, venenatúmq; poculum illi propinauit: quo hauſto Sinorix & ipſa, læta quod virum vlta eſſet, mortem obiere. Alexan. ab Alexand. lib. 2. ca. 5. ex Plutarcho.

cammania, pars Theſprotiæ (quæ *Ceſtrinia* poſtea dicta, ex qua Cadnus fluuius Ceſtrinus) condita à Ceſtrino Heleni Priamidæ filio. Steph.

camœnæ, eadem quæ Muſæ, Iouis & Memoriæ filiæ, à cantus amœnitate (vt quidam volunt) ita appellatæ. Varro tamen author eſt, ab antiquis Carmœnas & Caſmœnas dictas fuiſſe quæ poſtea abiecto r vel ſ Camœnæ ſunt appellatæ. Virg. 3. Ecloga,

Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ:

Legitur & Camœna ſing. num. Perſius Sat. 5.

Tibi nunc hortante Camœna,
Excutienda damus præcordia.

camolodunum, vide Camulodunum. Eſt Antonino Angliæ vrbs, eadem eſt cum Camudolano, quam Ptolemæus in Trinobantibus ponit. Dion eam Camulodunum & Cinobellini regiam vocat. Camulodunum, Colonia apud Tacitum eſt. Sed Camalodunum per a in ſecunda legit Lipſius, fretus antiqua inſcriptione, in qua hæc eadem quoque Victricenſis colonia appellatur. hanc hodie Colceſtre nuncupari ex Humfredo aliiſque perſuadeor. Camulodunum aliud habet Ptol. apud Brigantes. hoc Plinius Camalodunum dicit, additque à Mona Britanniæ inſula abeſſe circiter ducentis millibus.

camon, nomen loci. Iudicum 10.

campánia, regio Italiæ fertiliſſima, in qua ſummum eſt Liberi patris (vt vetuſtè à Plinio dictum eſt) & Cereris certamen: ſic dicta, quòd campeſtris ſit hodie: *Terra di Lauoro.*
Iuuenalis.

Prouida Pompeio dederat Campania febres.

Vrbes præcipuas olim habuit Capuam. Neapolim, Cumas, Puteolos, Nolam, aliáſque complures. Hinc Campanus, Virg. 10. Æneid.

Et Capys, hinc nomen Campanæ ducitur vrbi.

Horatius 1. Serm.

Campanum ob morbum in faciem permulta iocatus.

campæ, Ciliciæ præfecturæ in Cappadocia oppidum. Ptol.

campaſpe, Alexandri magni ex concubinis præcipuè dilecta, quam quum nudam pingi, ob admirationem formæ ob Apelle iuſſiſſet, eúmque tum pari captum amore ſenſiſſet, illi eam dono dedit. Magnus animo, maior imperio ſui, nec minor hoc facto, quam victoria aliqua. Quippe ſe vicit, nec torum tantùm ſuum, ſed etiam affectum donauit artifici. Plin. lib. 36. c. 10.

campidona, vrbs Germaniæ in Algoia, vulgò *Kempten.*

campus lapideus, Galliæ Narbonenſis campus eſt, centenum ferè ſtadiorum diametrum habens, lapidibus qui ſinguli manum impleant, pleniſſimus, ſub quibus gramen exoritur, à quo pecoribus pabuli ſuppeditatur vbertas. In medio ſalſæ ſcatent aquæ, ſaliſque vis magna. Iſte Campus Saxoſus Pli. dicitur. Strabo ipſum inter Maſſiliam, & Rhodani conſtituit oſtium. Campum Lapidarium habent Solinus & Marcian. ſed cum in Liguria ponunt. Litus Lapideum à Mela dicitur. Liguriæ fines olim Maſſiliam vſque extenſos fuiſſe, ex Trogo Pomp. liquet, vbi ſcribit Maſſiliam inter Ligures & Gallos conditam. Maſſilienſes etiam in Liguria Sempron. locat, húneque Campum Lamonem à Lamone Herculis filio vocat: hodie *La Cran* & Melamborium vocari ſcribit Marius Niger: ſed ventum pro campo accipiunt. Vniuerſa circumiacens ora, ventis expoſita eſt. Validiſſimè autem Melamborij venti procellis infeſtatur: quo ſaxa ipſa volui traduntur, hominéſque ex curribus excuti, & vi ventorum armis veſtibúſque nudari. Huius rei originem ad huiuſmodi referunt fabulam: Herculem cum Alcione & Bergione Neptuni filiis pugnantem, cùm deficientibus telis in vitæ diſcrimen veniſſet, Iouem patrem oraſſe, vt ſibi tela miniſtraret, ſtatímque imbrem lapideum ea in loca decidiſſe, quo gigantes fuerunt interempti, Strab. lib. 4.

campi Diomedis in Apulia ſiti: eſt & regio quæ Diomedi ceſſit in Apuliæ diuiſione.

campi Macri, Lombardiæ Ciſpadanæ locus, vbi ſolemnis conuentus habebatur. *Valle de Montirone* Leandro lib. 5.

campi Tiberiani, inter Romã & Tibur. Frõ.

campona, Pannoniæ inferioris vrbs. Anton.

camponi, populi inter Aquitanicæ gentes. Plin. lib. 4. c. 19.

campſa, vrbs circa Pallenem. Herodot.

campſari, Africæ propriæ populi, Ptol.

campſeonyſis, flumen in Themiſcyræna regione, prope Heniochos populos, Plin. libro 6. cap. 4.

campſiani, Germaniæ populi, indigentia laborantes. Strab. lib. 7.

campus piorum, locus celebris in Sicilia iuxta Catanam, quod ibi duo iuuenes ſublatos paren-

Digitized by Google

parentes euexerunt inter Ætnæ flammas intacti ab igne. Solin.

camuriſarbum, Pondi Cappadocici vrbs. Ptol.

camus, Syriæ Cœles ciuitas. Polyb.

camuel, i. ſurrexit Deus, vel ſuſcitauit, aut confirmauit eum Deus: filius Nachor ex Melcha, pater Syrorum. Gen. 22. 1. Par. 27. Filius item Sephtan Num. 34.

camulodunum, Angliæ oppidum, ſeu Colonia apud Tacitum. Hanc hodie *Checeſtre* appellari ſcribit Humfredus.

cana, thuriferæ regionis portus in Arabia fœlice, Plin. lib. 6. c. 23. vicus item Arabiæ. Ioſeph. belli iud. lib. 1. c. 4. item locus in Cœleſyria. Ioſeph. lib. 15. Antiq. c. 6.

cana, Strab. lib. 53. promontorium Lecto oppoſitum & Adramyttenum ſinum efficiens, cuius pars eſt Elaiticus.

cana, vrbs Lycaoniæ.

cana maior, ciuitas in tribu Aſer. Ioſ. 14. Lat. zelus vel æmulatio, ſiue poſſeſſio, aut lamentatio, vel nidus, aut arundo. Eſt etiam Cana minor in tribu Zabulon, vbi Ieſus Chriſtus primum ſignum edidit, aquam in vinum commutans. Ioannis 1. & 4.

cananæus ſic vocabatur Simon, qui fuit vnus ex duodecim Apoſtolis, & interpretatur Zelotes, aut æmulator, vt habetur Luc. 6. Non enim erat ex Canaan, ſed ex Cana vico Galileæ, qui in zelum vel æmulationem conuertitur.

canaan, nomen filij Cam, filij Noah: à quo cananæus, & mulieres Cananeæ.

canaan, Palæſtinæ gens, quam Suidas *Chetthæos* vocat, vide Palæſtina.

canaca, Turdetanorum in Hiſpania vrbs. Pto.

canacea, Æoli filia, quæ cum Macareo fratre concumbens, ex eo concepit peperitque filium, quem cùm per nutricem exponi curaret, infœlix ſe ſuo vagitu auo prodidit, qui ob execrandum filiorum amorem incenſus, infantem canibus lacerandum projici iuſſit, miſitque per ſatellitem filiæ gladium, vt eo pro meritis vteretur: verùm quid illa fecerit non ſatis liquet: Macareus autem fugiens factus eſt Apollini Delphici ſacerdos. Ouid in Epiſt.

canache, Ouid. 3. Metam. numeratus inter canes Actæonis, quod nomen [illegible], hoc eſt, à clamore & ſtrepitu impoſitum videtur.

canæ, Straboni. Locrorum oppidum ſitum in agro Canæo.

canæ, vrbs ad Tigrim fluuium, vnde Cynæus Iupiter nominatus non ſolùm à Cynæo, ſed etiam à Canæ. Steph.

canæ, oppidũ Æolidis regionis. Pli. lib. 5. c. 10.

cangora, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolem.

Canago Caſtaldo. [illegible] Mercatori.

canarus, amnis Æolidis. Plin. 5. c. 30.

canan, dicta eſt Arabia à Cam, qui in ea conſedit, à quo Cananæi. Hæc fuit prima gens quæ Deum ignorauit: quia princeps eius & conditor cultum à patre non accepit, maledictus ab eo: itaq; ignorãtiam diuinitatis minoribus reliquit.

cananea, Syriæ regio, à Cananæo filio Cam, qui eam regionem, quæ nunc Iudęa nuncupatur, inhabitans, à ſe Canaan nuncupauit.

cananitis, itidis, regio.

canar, promontorium in Mauritania Tingitana. Anton.

canária, inſula in mari Atlantico Fortunatis propinqua: ſic dicta à magnorum Canum multitudine ingenti: Plin. lib. 6. c. 32. Hodie omnes illę inſulæ, quas veteres Fortunatas dixerunt, vno nomine Canariæ dicuntur, quarum nobiliſſima eſt Palma (vel Madera) præſtantiſſimo ſaccharo, quod Maderanum vocatur, inſignis.

canarij, populi circa Atlantem Africæ montem habitantes, quod victus canis his promiſcuus ſit, Plin. l. 5. c. 1.

canas, oppidum Lyciæ regionis Aſiaticæ. Pli. lib 5. cap. 27.

canaſida, Germaniæ vrbs littoralis. Arrian. in Indicis.

canaluuij, montes in Macedonia ſunt. Ptol. *Cambunij* à Liuio dicuntur, additque eoſdem ab incolis *Voluſtana* appellari. *Candauia* montes ſunt apud Plinium & Strab. habet & Cæſar *Candauiam* regionem.

canaſtræum, Macedoniæ promontorium, in Thermaico ſinu, Plin. libro 4. c. 10.

canaſtrum promontorium proximum Pallenæ, vel Thraciæ. Steph.

canath, i. emptio, ſiue poſſeſſio, aut lamentatio, nomen vrbis in tribu Manaſſe, quæ & Nóbah dicitur. Num. 32.

canatha, oppidum in Decapolitana regione, quæ Syriæ iungitur. Plin. lib. 5. c. 18. Mediæ vrbs. Ptol. & alia vrbs ad Boſtram Arabiæ ſita. Steph.

canathra, inſula ante Taprabonam Ptol.

canathus, fons iuxta Naupliam, in quo quotannis Iuno, vt virginitatem recuperaret, lauabatur: quod mulieres Argiuæ credentes, id factitabant. Pauſ. in Corinth.

canátius, mons eſt excelſus citerioris Hiſpaniæ, in cuius vertice (vt aiunt) eſt lacus profunditatis inperſcrutabilis, colore niger, in cuius fundum, ſi quis lapidem aut durum aliquid iecerit, confeſtim tempeſtatem oriri ſcribunt hiſtoriæ, eiúſque in abdito ſpecu palatium eſſe dæmonibus locat.

canauna, regio Arabiæ fœlicis Plin.

c[illegible], poëtæ tragici nomen.

cancer, [illegible] vnum eſt ex duodecim Zodiaci ſig[illegible] à qua[illegible] Cancri piſcis ſimilitudine ita dictum: [illegible] Sol menſe Iunio ſignum hoc

perambulans, paulatim incipit à nobis recedere, & curſu retrogrado ferri in modum Cancri. Refert Hyginus hunc fuiſſe Cancrum, qui à Iunone in Herculem, cum Hydra Lernæa pugnantem, immiſſus fuit: qui cùm pedem eius momordiſſet, ab Hercule occiſus & à Iunone inter ſydera collocatus eſt. Virgil. Ecloga 1.

Æthiopum verſemus oues ſub ſidere Cancri.

Canchei, Arabiæ populi. Plin. lib. 5. c. 10.

Candace, Heb. & Syr. poſſeſſio munda vel puriſſima, nomen commune omnibus reginis Æthiopum. Act. 8.

Candace, Æthiopum regina tempore Augusti maximi animi mulier, tantique in ſuos meriti, vt omnes deinceps Æthiopum reginæ, eius nomine fuerint appellatæ. Plin. lib. 6. c. 29. Huius quoque fit mentio apud Strab. lib. 17. & Dionem libro 54. Candaces reginæ Eunuchus, per Philippum Euangeliſtam ad fidem Chriſti conuertitur. Act. 8. Et conſentaneum eſt hunc Eunuchum ſemina Euangelij de Chriſto apud Æthiopas ſparſiſſe, quæ poſtea per Matthæum Euangeliſtam exculta & latius propagata ſint.

Candali, Indiæ intra Gangem populi. Ptol.

Candania, mons eſt Epiri à Dyrrachio diſtans 88. mil. paſſuum.

Candanum, Iazygum Metanaſtarum vrbs. Ptol.

Candára, vrbs Paphlagoniæ tribus ſchœnis à Gangris diſtans, & Thariba vico, vbi Iunonis Candrenæ templum eſt. Stephan.

Candaſa, caſtellum Cariæ, Stephan.

Candauia, mons Epiri, Illyriam à Macedonia diuidens. Lucan. lib. 6.

Deuia quà vaſtos aperit Candauia ſaltus, &c.

vide Plinium & Strab. libro 7.

Caudaúles, 1111. Lydorum rex, anno ab vrbe trigeſimonono, occiſus à Gyge iuſſu reginæ, eò quòd nudam inſpiciendam ſe Gygi conceſſiſſet, & ſic vxore & regno potitus eſt, anno ab vrbe 69. Herodotus libro primo Iuſt. libro 1.

Candax, cis, nomen reginæ Æthiopum. Iuuenalis, *Candacis Æthiopum dicant arcana.*

Candei, Arabici ſinus populi, quos Ophiophagos ob id vocant, quod ſerpentibus veſci ſint ſoliti. Plin. lib. 6. cap. 29. & Pompo Mela lib. 3.

Candia, olim Creta, inſula maris mediterranei, maior eſt Cypro, minor autem Sicilia & Sardinia: quibus ſolis in toto mari mediterraneo cedit, interim nobilitate & fertilitate par omnibus. Olim centum vrbibus claram fuiſſe priſci ſcriptores tradunt: earum circiter quadraginta Plinij ætas nouit: hodie verò Bellonio authore, tres tantùm alicuius nominis habet, quæ ſunt, Candia Venetorum colonia, vnde inſulæ nomen, Canea, & Rhetimo. Ambitus inſulæ quingentorum viginti millium paſſuum eſt. Vbique montoſa, ôbque id incolæ admodum venationibus addicti. Nullus inibi nauigabilis fluuius. Sed neque noxium animal gignit. Maluaticum vinum, quod inde per omnes ferè orbis partes auehitur, hanc inſulam nobilem reddit. Cupreſſorum arborum ad naues fabricandas, hic maxima copia, hodie Venetis paret. Ioui olim conſecrata eſt, quòd eum hic natum, altúmque credidit antiquitas. Strabo, Dom. Niger, Vadianus Zieglerus, Bordonius, & Bellonius eam deſcripſerunt.

Candidum Zeugitanæ regionis, quæ propriè Africa dicitur, promontorium. Plin. lib. 5. c. 4. vbi Africæ minoris tria promontoria facit, quæ procurrentia in altum, duos grandes ſinus efficiunt. Pompo. Mela libro 1. Vadianus.

Candidus, conſul, collega Widij Quadrati anno ab vrbe 837.

Candiope, Oenopionis filia & Orionis, ſoror Theodotionis, quam cùm frater in venatione in antrum traxiſſet, vim illi intulit: & ex ea Hippolagum ſuſcepit, quòd cùm Oenopion reſciuiſſet indignatus filium exulatum abire iuſſit: qui oraculo edoctus, verſus Orientem in Thraciam cum Candiope & paruo filio delatus eſt, ibíque ob inſignes virtutes in magno pretio fuit. Aliter Ouidius, vt infrà de Orione.

Candipatna, Indiæ intra Gangem oppidum Ptol.

Candollica, vrbs Germaniæ in Noricis, hodie *S. Veit* Simlero, cui eadem eſt cum *Candalica* Antonini, & *Canabiaca*, lib. Notit.

Gandoum, Germaniæ oppidum. Ptol.

Candrogari, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum in Nili ripa. Plin.

Candyba, Lyciæ regionis ciuitas, vbi laudatur Oenium nemus. Plinius libro 5. capite 72. Stephan. à Candido Deucalionis filio dictam ſcribit.

Candys, Mediæ regionis vrbs. Ptolem.

Cane, mons & ciuitas & ſtagnum.

Cane, promontorium Æolidis, olim Ægeates. Steph.

Canéa, Cretæ inſulæ oppidum, à Genuenſibus captum, ſpoliatum atque dirutum. Blond.

Canelate, Dorſicæ inſulæ vrbs. Ptol. *Scala di Canello*. Leandro.

Caneſtrinum, locus in Palæſtina. Tyrius lib. 4. cap. 7.

Canganorum, promontorium Albionis inſulæ, verſus Occidentem. Ptol. *Theyn*. Camdeno. *Gegarth* hodie Humf. Lhuydo.

Canethum Eubœæ inſulæ locus, poſtea intra muros Chalcidis receptus. Strab. Mons item in Bœotia. Apollon.

Canubium, vrbs Cariæ, Cyon pòſt appellata. Stephan.

Canentulum, Ptol. eſt Galliæ Aquitanicæ fluuius *Carantonus* Auſonij videtur, fortè hodie *Cherente*.

Caneus. Nympha. Pici Laurentum regis vxor, quæ cùm virum à Circe in auem mutatum ſupra modum lugeret, extabuit, & loco cuidam ad ripam Tiberis, vbi hæc contigerunt, nomen ſuum reliquit, Ouid. 14. Metamorph.

Fama tamen ſignata loco eſt, quem rite Canentem
Nomine de Nympha veteres dixere coloni.

Canidia, vnguentaria fuit Neapolitana, in quam tanquam in veneficam, ſæpè inuehitur Horatius, Vide Gratidia.

Canindaſta, Iſauriæ vicus. Steph.

Caninius, eodem die quo adeptus eſt conſulatum, obiit. Cic. ſeptem enim horarum conſul fuit, in quem iactatum eſt illud ſcomma Cic. Mira fuit Caninij conſulis vigilantia, qui toto ſuo conſulatu ſomnum non vidit.

C. Caninius, alter eques Ro. quum in Siciliam otiandi cauſa veniſſet, hortóſq; à Pithio argentario dolo emiſſet, inſtructos piſcibus & piſcatoribus de induſtria poſitis: poſtera die quum ad eoſdem ipſe amicos inuitaſſet, nullos ibi piſces neque piſcatores reperit. Cic. lib. 3. Offic.

Canis, ſydus eſt cœleſte, oriens XVIII. Cal. Augu. occidens autem, ſed non totum, poſt dies 40. quod dierum ſpatium Dies Caniculares appellamus: quo tempore ſydus hoc in medio cœli centro cum Sole coniunctum æſtum conduplicat. Vnde & nomen inuenit, quod nimio calore mordere quodammodo videatur, vnde Æſtiferum canem appellat Virgilius 3. Georg. Poetæ fabulantur, canem hunc Europæ cuſtodem fuiſſe, à Ioue illi appoſitum, fideliſque miniſterij gratia in cœlum tranſlatum. Orionis canem fuiſſe volunt, vnà cum hero inter ſydera collocatum. Hyginus de ſignis cœleſtibus.

Canicula, ſtella eſt lucida in ore canis, quæ quod Canem diem vnum, noctemque vnam anteuertat, à Græcis Procyon. à Cicerone etiam Antecanis appellatur. Hinc caniculares dies dicti ſunt, quibus hæc ſtella in medio cœli centro ſita, & cum Sole coniuncta æſtum duplicat. Fabulantur poëtæ canem hunc fuiſſe Erigones quæ cùm & Icarium à paſtoribus occiſum, & filiam herilem laqueo vitam finiuiſſe videret, contabuit: ob quam pietatem Iupiter eam vnà cum Erigone in cœlum tranſtulit.

Caniſtius, curſor Lacedæmonis fuit, qui vno die M. CC. ſtadia cucurrit. Plin. In aliis exemplaribus legitur Aniſtis.

Caninefates, populi Batauis finitimi, & eandem inſulam incolentes, qui origine & virtute, linguâ pares Batauis, numero ſuperantur. Cornelius Tacitus, *Le pays de Cerskum en Hollande*.

Canini Campi, Rhætorum ſunt apud Marcell. *Graupondiner*, Germanicè, *Griſoni* Italicè vocantur, teſte Schudo, voces tres idem ſignificantes. Vide RHÆTI.

Canipſa, Arabiæ fœlicis vrbs. Ptolem.

Canis. Arabiæ fœlicis fluuius. Ptol.

Canius, vel Canis, poëta fuit temporibus Martialis, eique familiaris natura ita hilaris, vt ſemper rideret. Martialis lib. 1. Epigram. ad Maximum.

Canna, Æolidis oppidum. Mela. Lycaoniæ in Cappadocia ciuitas. Ptolem. vrbs inter Cyrrhum & Edeſſam, Antonius. Canæ Promontorium vocat Ptolem. Canæ Plin. & Strabo, qui hoc tractu ſic quoque promontorium ſiue montem appellat, qui & Æga vocatur, à quo mare Ægeum nomen habet, vide Strabonem libro 13.

Cannaba, Cyrrheſticæ regionis in Syria vrbs. Anton.

Cannaba, Gotthorum dux, à Valeriano trans Danubium interemptus. Oroſ. lib. 7. Eutrop. lib. 9.

Cannæ, vicus Apuliæ, non procul ab Aufidio fluuio, circa quem Annibal Paulum Æmilium & Terentium Varronem conſules ingenti clade ſuperauit, cæſis quadraginta Romanorum millibus, tantóque equitum numero, vt tres anulorum modios in ſignum victoriæ Carthaginem tranſmiſerit, Luc. lib. 7.

—Non illum Pœnus humator.
Conſulis, & Libyca ſuccenſa lampade Cannæ
Compellunt hominum ritus vt ſeruet in hoſtes.

Cannenſes, Italiæ populi, Corinenſibus & Collatinis vicini, Romana clade inſignes. Plin. lib. 3. c. 11.

Cannunefates, populi ſunt inſulani, Batauis finitimi. Plin. lib. 4. c. 5. vide Caninefates.

Canogiza, Indiæ extra Gangem vrbs. Ptol.

Canonium, Angliæ oppidum. Anton. *Ganendem*. in Eſſexia Camdeno.

Canôbus, nauium Menelaï gubernator, quo tempore Menelaus ipſe in Ægyptum perrexit. Vide CANOPVS.

Canôbus, & Canobita Quintiliano lib. 1. Non verò Canopus & Canopita. Tacit. lib. 2. Hiſtor. Vide Canopus.

Canonor, vrbs Indiæ pulcherrimarum rerum præſtantia celeberrima. Ibi Luſitaniæ rex muniſſimam habet arcem. Vrbis rex idola colit cū ſubditis, qui Solem, Lunam, vaccáſque adorant. Portum vrbs habet vbi conuehuntur equi Perſæ: ſed immania ſunt horum vectigalia. Ager eſt aromatum, maximè verò gingiberis feraciſſimus. Oſorius, hiſt. Indic.

Canópicum, Zeugitanæ regionis quæ propriè Africa & minor Africa dicitur, oppidum eſt. Plin. lib. 6. cap. 4.

canôpicum, Nili fluminis oſtium. Strab. lib. vii. Plin. lib. 5. c. 10. Ammianus lib. 22. Pompon. lib. 1. Vide CANOPITANVM.

canôpus, ciuitas Ægypti, diſtans ab Alexandria cxx. ſtad. ex qua ortum ferunt Claudianum poëtam: dicta quaſi Canobus à Canobo Amyclæo, Menelai nauis gubernatore ibi ſepulto. Nam deuicta Troia, in Ægyptum vi ventorum delatus cum Helena, gubernatorem ictu ſerpentis, quem Hæmorrhoida vocant, amiſit, in cuiuſque memoriam vrbem condidit, relictis ibi iis, qui ad nauigandum inutiles erant. Iuuenal. Satyr. 15.

—— Sed luxuria quantum ipſe notaui.
Barbara famoſo non credit turba Canopo.

Item Virg. 4. Georg.

Nam quia Pellæi, gens fortunata Canopi
Accedit effuſo ſtagnantem flumine Nilum.

canopus item, Deus fuit Ægyptiorum, de quo his verbis ſcripſit Ruff. li. 11. ca. 26. Hiſt. eccleſ. Iam verò (inquit) Canopi quis enumerare ſuperſtitioſa flagitia poſſet? Vbi prætextu ſacerdotalium litterarum (ita enim appellabant antiquas Ægyptiorum litteras) magicæ artis erat penè publica ſchola: quem locum, velut fontem quendam, atque originem dæmonum in tantum venerabantur pagani, vt multò ibi maior celebritas, quàm apud Alexandriam haberetur. Sed de huius quoque monſtri errore, cuiuſmodi originem tradant, abſurdum non erit paucis exponere. Ferunt aliquando Chaldæos ignem, Deum ſuum, circumferentes, cùm omnium prouinciarum diis habuiſſe conflictum, quo ſcilicet qui viciſſet, hic eſſe deus ab omnibus crederetur. Reliquarum prouinciarum dij, æris, aut auri, argentique, aut ligni, vel lapidis, vel ex quacunque materia conſtabant, quæ per ignem proculdubio corrumperetur. Ex quo fiebat, vt ignis locis omnibus obtineret. Hæc cùm audiuiſſet Canopi ſacerdos, callidum quiddam excogitauit. Hydriæ fieri ſolent in Ægypto fictiles, vndiq; crebris & minutis admodum foraminibus patulæ, quibus aqua turbida deſudans, defæcatior ac purior redditur. Harum ille vnam cera foraminibus obturatis, deſuper etiam variis coloribus pictã, aqua repletam ſtatuit in Deum. Et exciſum veteris ſimulachri, quod Menelai gubernatoris ferebatur, caput deſuper poſitum, diligenter aptauit. Adſunt poſt hæc Chaldæi: itur in conflictum circa hydriam, ignis accenditur: cera, qua foramina fuerant obturata, reſoluitur: ſudante hydria ignis extinguitur. Sacerdotis fraude Canopus Ægyptiorum victor oſtenditur. Vnde ipſum Canopi ſimulachrum pedibus perexiguis, attracto collo, & quaſi ſugillato ventre tumido: in modum hydriæ cum dorſo æqualiter tereti formatur. Ex hac perſuaſione velut deus victor omnium celebratur. Nunc verò aduentante ſacerdote Deo Theophilo, nullus profuit ſudor, nec ceris fraus obtecta ſubuenit: vaſtata ſunt omnia atque ad ſolum deducta. Hæc Rufinus. Canopus ſtella ſplendens fluuio ſubiacet, tangitque temonem nauis, an paret autem humillima, & quod circa terram eſſe videtur, & nullum ſidus inferioris apparet, ob quod terreſtris vocatur. Comment. in Phænomen. à Germanicis Cæſaris, capite Eridanus & Hyginus Aſtron. lib. 2 c. Eridanus.

canôpicum, oſtium. Plin. lib. 6. c. 22. in deſcriptione Taprobanæ inſulæ. Canôpo proximum eſt extremum Nili oſtium Aphricum dirimens ab Ægypto, quod bis huius nomine Canopicum appellatur, de quo ſuprà.

canopus, item parua inſula eſt mediterranei maris, Nili oſtio, quod Canopicum vocant, obuia, Menelai gubernator Canobus ibi fortè moriens nomen inſulæ, illa oſtio dedit Pomponius Mela. Proinde quum à Canobo dicta ſit, ideò b. litera ſcriptum aliquando vocabulum, teſte Quintiliano lib. 1. c. 9. Canopi porrò his verbis meminit Tacitus lib. 2. hiſtoriarum, condidere (inquit) id Spartani, ob ſepultum illic rectorem nauis Canobum, qua tempeſtate Menelaus Græciam petens, diuerſum ad mare terrámque Libyam delatus eſt.

canopium, oppidum ciuium Romanorum, in Africa propria, Plin.

canopitanum, oppidum liberum Zeugitanæ regionis, ſiue Africæ minoris, Plin. lib. 5. c. 4. Vide CANOPICVM.

canouaci, Scotiæ olim populi, qui hodie *Leuenoſiam, Arcadiam & Lernam* habitant, Humf. Lhuydus, vereor ne pro Canouaci, *Carnonaca* legendum ſit. horum enim Ptolem. hoc tractu meminit.

cantaitæ, Arabiæ populi. Arrian. in Periplo.

canta, vrbs Hiſpaniæ in Cantabris. Iſid.

cantabra, fluuius in Indum erumpens, cum tribus aliis quos ſecum trahit. Plin. libro 6. capite 20.

cantabri, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, Aſturibus finitimi omnium olim Hiſpanorum efferatiſſimi, nullámque ſine armis vitam eſſe exiſtimantes quorum regio Cantabria, & proximus Oceanus Cantabricus appellatur. Sil. Ital. 2.

Cantaber ante omnes hyemiſque, æſtúſque famiſque
Inuictus.

Et mox:

Nec vitã ſine Marte pati: quippe omnis in armis
Lucis

Digitized by Google

Lucis cauſa ſita eſt damnatum viuere paci.
Steph.Strabo,lib.3. Plin.lib.25. cap.8. ab Auguſto victi : Horat.2.car.
Cantabrum indoctum iuga ferre noſtra.
Hodie Gaſcones, item Vaſcones appellantur. Aliis *Guipuſcoa*, aliis *Boſcaia*.

Cantabriæ, lacus in quo fulmen decidit, repertiq́; fuere duodecim ſecures: Suet.in Galba.

cantánus, vrbs Cretæ : Steph.

cántarus, poëta Comicus Athenienſis, cuius fabulas nonnullas commemorat Suidas.

cantarolethros, locus paruus in Thracia, in quo Scarabæi omnes intereunt, ὄλεθρος enim pernicies. Cantharus autem ſcarabeus: Plutarc.

cantharium, promontorium in Samo inſula, ſtadiis octoginta à Dracono eiuſdem inſulæ promontorio, diſtans qui traiectus minimus eſt intermediorum : Strab.lib.14.

cantharus, ſignum in cœlo tribus ſtellis conſtans in Aquario. Scribit Laertius deorum colloquia fieri per Cantharum & accipitrem.

cantharus, nomen impoſtoris & malefici apud Athenienſes, de quo extat prouerb. Cantharo aſtutior.

cantele, vrbs Libophœnicum : Steph.

canthelia, vrbs iuxta Carthaginem: Steph.

cantêrius, mons eſt in Sabinis. Varro de re ruſt. lib 2.c.1.

canthi, ſinus ad oſtia Indi fluminis : Ptol.

canthus, Abantis filius inter Argonautas ab Apollonio ponitur, itémque ab Orpheo. Apollonius dicit eum in Lybia periiſſe. Flaccus autem in Æa.

cantia, regio Britanniæ inſulæ, vbi ciuitas eſt Cantuaria.

cantiáni, populi, qui aduerſus Angliæ regem ſeditionem mouerunt.

cantiœbis, vrbs Germaniæ : Ptol. hodie Amberga, vulgò *Amberg*.

cantium, Britanniæ inſulæ promontorium Orientale, Straboni & *Ακάντιον* Ptolemæo. Hodie *Kent* vocatur totius illius promontorij tractus, ipſum autem promontorium puto hodie Northforland appellari. Maritima eius pars verſus Orientem Littus Saxonicum poſtea dicta fuit in lib. Notit.

cantium, eſt regio in Anglia ad mare in angulo imi minoriſque lateris ex tribus eius inſulæ lateribus contra Galliam, quò ferè omnes Gallicæ naues appellunt, & ad orientem ſolem ſpectat. Ex omnibus autem Anglis longè ſunt humaniſſimi, qui Cantium incolunt, quæ regio eſt maritima omnis, neque multum à Gallica differunt conſuetudine. Huic maritimæ regioni quatuor reges olim præerant, quibus Cæſar quicquid in annos ſingulos vectigalis populo Roman. Anglia penderet, conſtituit. Nunc regio Angliæ ex voto Henrici Regis, vectigalis Roman. Pontifici facta eſt. Quæſtórque à Roman. Pontifice in Angliam mittitur, qui cenſum annum exigat, non diſſentiente rege. In Cantio ciuitas eſt metropolis nomen idem retinens: ferè habet omnes Epiſcopos Angliæ ſibi ſuffraganeos eius Archiepiſcopus legatus natus eſt: ſimiliter & Eboracenſis, cui in Anglia (quæ eas duas metropoles ſolùm habebat) duo tantùm ſubſunt ſuffraganei, quòd omnes olim epiſcopi Scotiæ, quæ nullum habet Archiepiſcopum, illi ſubiicerentur.

cantuariani, populi in Mauritania : Ammia. Marcell.

cantzacium, vrbs in Perſarmenia Cedren.

canuccis, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum Ptolem.

canucha, fluuius eſt nauigabilis, in Gangem influens : Plin.lib.6.c.18.

canuleia inter primas Veſtales, quæ quatuor erant, lecta eſt à Numa. Plutarchus in eius vita.

c.Canuleius, Romæ trib. pleb. rogationes duas tulit, vt connubia plebis cum patribus eſſent communia, & alter conſul, de plebe crearetur : Liu.lib.4.

canuſium, Apulorum Dauniorum oppidum Ptolemæo. ad Aufidum fluuium, Plinio & Pomponio teſtibus. Idem eſſe cum Cannarum vico Romanorum clade nobili, aſſerit Leander: cui quo minùs aſſentiar, faciunt Liuius, Strabo, Plinius, qui vtriuſque meminêre. Procopius item ſcribit Canuſium diſtare à Cannarum vico viginti quinque ſtadiis. Canuſium etiam rutilæ lanæ ferax erat, quæ ab eo Canuſina dicitur: ex qua qui veſtes geſtabant Canuniſati dicebantur: Martial.lib.9.
Vt Canuſinatus noſtro Syrus aſſerere ſudet.
Plinius lib.3.c.11. Strab.lib.6.

Tiberinus Canutius Tribunus plebis continua rabie lacerabat Antonium iam hoſtem, iudicatum, Ciceronem imitatus, quæ libertas vtrique morte conſtitit. Vide Paterculum Obiicientibus Antonio & Cæſare, quod in rep. adminiſtranda potiſſimum Conſularis Iſaurici ſectam ſequeretur, reſpondit malle ſe Iſaurici eſſe diſcipulum, quam Epidij calumniatoris. Docuerat autem hic Antonium & Cæſarem, calumnia aliquando notatus. Sueton. de claris orator. Huius forſitan eſt quod citat Priſcianus lib.8. Turpe eſt propter venuſtatem veſtimentorum admirari & propter turpiſſimè vitam actam contemni.

canutus, Dacorum rex, profugis Anglis auxilium tulit.

canutus, II. Anglorum rex XVII. regnauit annis 11.

Canutus Dacus xvi. anno ſalutis 1017. imperium totius inſulæ acquiſiuit, regnauit annis xx. Polydor. Olaum Noruegiæ regem qui Daciam depopulatus erat, vicit, Noruegiam recepit.

canytis, vrbs Syriæ, Steph.

capæ, vrbs Helleſponti: Steph.

capæus, fluuius in ſuperficie frigidus, infrà calidus. Antigonus in Mirabilib.

capáneus, nobilis Arginus, maritus Euadnes, qui vnà cum Polynice ad bellum Thebanum profectus, cùm ſcalas muris admouere vellet, à Thebanis lapidibus fuit obrutus. Hinc factus eſt locus fabulæ, Capaneum cùm deorum contemptor eſſet, à Ioue fulmine eſſe percuſſum. Vegetius lib 4. de re militari. Qui ſcalis (inquit) in obſidione vrbium vtuntur, frequenter periculum ſuſtinent, exemplo Capanei, à quo primùm ſcalarum oppugnatio perhibetur inuenta: qui tanta mole lapidum fuit obrutus à Thebanis, vt fulminibus dicatur extinctus: Ouid. lib. 4. Triſtium.

Cùm cecidit Capaneus ſubito temerarius ictu.

Capara, Ptolemæo, alio nomine Capera, Luſitaniæ vrbs.

caparcelis, Armeniæ minoris oppidum in præfectura Lauinianenſi: Ptol.

caparatæa, Samariæ vicus, Iuſtino & Euſebio, vnde Menandrum quendam Simonis Magi diſcipulum oriundum tradunt.

caparnaum, fons iuxta Gennaſar lacum quem nonnulli Nili fluminis venam opinantur: Ioſeph. belli Iud. lib. 3. c. 12.

caparorſa, Iudææ vrbs, Ptol.

capaſa, Luſitaniæ vrbs: Ptol.

capaſtice, Aſiæ præfectura, quæ alio nomine vocatur nomos: Plin. lib 5. c. 9.

cape, Ptolemæo Africæ propriæ vrbs ad Syrtim minorem ſitam *Caps* vocat Caſtaldus, *Tacape* habent hoc loco Latina Ptol. exemplaria.

capedunum, Scordiſcorum oppidum: Strabo libro ſeptimo *Capeſtein & Captemberg*: Lazio.

Antiſtius Capella, magiſter Grammaticus Commodi Imperatoris: Lamprid.

Martianus Mineus Fœlix Capella, Afer vt videtur, ſcripſit Mercurij & Philologiæ nuptias. Geſſit proconſularem dignitatem, vt ipſe de ſe in vltimo ſuorum voluminum epigrammate teſtatur.

capellarium, Alemaniæ regionis nomen. Ammian. Marcell. hodie *Pfaltz* vel *pfaltzgraffſchaft* vulgò. Lat. Palatinatus. B. Rhenan. Munſtero tractus quà itur Francofurto Heidelbergam: vulgò *Bergſtraſſ*.

capéna, oppidum vicinum Romę iuxta fontem Ægeriæ. Hinc Capenates, Italię populi, Cluſinis vicini: Plin. lib. 3. cap. 5.

capéna, porta Romę, à Capena vrbe, quam Italus rex ędificauit. Hęc porta & Apia dicta eſt, per quam Capuam itur. Frontinus libro de aquęductu: Iuuen.

Sub ſtitit ad veteres arcus, madidámque Capenam.

Dicta etiam eſt Triumphalis, quòd triumphantes per eam portam in vrbem inuehi ſolerent: hodie portam S. *Sebaſtiani* vocant.

caper, fluuius, Laodiceam clariſſimam Carię vrbem cum Lyco & Aſopo amnibus alluens: Strabo lib. 12. Plin. Caprus vocatur, qui etiam eſt Aſię minoris fl.

caper, nomen proprium Grammatici.

capeſana, locus circa Zeugma Syrię: Am. Marcell.

capertini agris circa Maſſiliam: Iuſtin.

caperturi, Comagenę in Syria vrbs: Anton.

caperi, arx circa Atzen: Curopalates.

capeterum, caſtellum circa radices montium circa Theodoſiopolim: Cedren.

capeus, fœlicis Arabię ſinus: Plin.

capetus, Albę rex, Capios filius, & Tiberini pater: Ouid. lib. 14. Metamorph.

capha, vrbs Pontica à Turcis expugnata. Egnat. lib. 3. Vide THEODOSIA.

caphara, nomen ciuitatis in tribu Benjamin, Ioſue 18. Videtur eadem quę & Caphira dicitur.

caphareus, mons altiſſimus Eubœę. Helleſpontum verſus, impetuoſus & formidoloſus, propter ſcopulorum frequentiam & crebros vndarum vortices. Hic Nauplius, Eubœę rex, mortem filij Palamedis Vlyſſis dolo interfecti vltus eſt. Nam cum Gręci Troia diruta redirent, Nauplius facem in montis vertice poſuit, vt locus fidem portus haberet, quò cùm veniſſent, multi naufragium fecerunt. Virgil. lib. 11.

Sydus & Euboicæ cautes, vltórque Caphareus.

Vnde & Caphareum mare dictum eſt.

caphareum, Eubœę promontorium. Sunt autem Eubœę promontoria tria: Plin. libro 4. cap. 12

capharnaum (Capernaum) iuxta ſtagnum Genezareth ciuitas hodie oppidulum in Galilęa gentium ſitum in finibus Zabulon & Nephthali, Matth 4. Luc. 4. in quo CHRISTVS centurionis filium ſanum fecit, Matth 8. in hac CHRISTVS verſatus eſt multum, & plurima miracula edidit, vnde & eius ciuitas appellata eſt: Matth. 9. & 11. Egeſippo 3. cap. 26. eſt fons in regione Genezaris, Capernaum nomine.

capharſalama, vrbs quæ Antipatrida, 1. Machab. 8.

caphartobas, Idumęę vicus, Ioſeph. belli Iud. lib. 5.

libro quinto, capitulo quarto.

caphas, Libyæ interioris mons, Ptol.

caphereus, Euboicæ inſulæ promontorium, Ptol.

caphetis, inter deſertas inſulas, quæ inter Cherſoneſum & Samothracen ſunt, numeratur, Plin. lib. 4. c. 12.

caphetehta, muri Hieroſolymitani pars. 1. Macchab. 12.

caphira, ciuitas Gabaoditarum. Ioſ. 9. Eadem videtur eſſe quæ & Caphara dicitur.

caphrena, oppidum. Plin. lib. 6. c. 26. Dicta eſt in Zeugmate. Apamia ex qua Orientem petentes excipit oppidum Caphrena munitum, &c.

caphthorim, i. ſphæra, ſiue poma, aut vola, vel palma, turturum vel enploratorum, populi qui Cappadoces dicuntur. Geneſ. 10.

caphyia, vrbs Arcadiæ, à Capy patre Anchiſæ, vel à Cepheo. Steph.

capidaua, Myſiæ inferioris vrbs, ab Danubium. Anton.

capillati, populi inter Alpinas gentes. Plin. 3. cap. 20.

capina, Arabiæ fœlicis inſula in Indico mari. Plin.

capionis turris, in Hiſpania eſt, ad Bœtim fluuium ſita in petra quam circumcirca pelagus alluit. Ea ſicut Pharus mirum in modum ad nauigantium ſalutem ædificata eſt. Nam quum eiectus ab amne limus vadum reddat profundum, & latentibus ſub aqua ſaxis, locus ipſe promineat, conſpicuo aliquo opus habebat ſigno. Strab. lib. 3.

capis, colonia Indica. Frontin.

capiſa, Paropaniſi oppidum. Ptolem.

capiſſenæ, Aſiæ populi, Capiſſam vrbem habent, quam diruit Cyrus. Plin. lib. 6. c. 31.

capitalia, mons Indicorum altiſſimus. Plin. lib. 6. c. 20.

capitina, Siciliæ vrbs, Cic. in Verrem.

capito, VIII. Hieruſalem epiſcopus, anno ſalutis 165.

capito, Lycius compoſuit hiſtoriam Iſauricam libris VIII. Epitomas Liuij & Eutropij in Græcum vertit ſermonem. Scripſit res Lyciæ & Pamphyliæ. Volater. lib. 14.

Titynius Capito ſcripſit exitus illuſtrium virorum. Plin. ad Minutianum lib. 8 ep. 12.

capitolias, Cauæ Syriæ vrbs. Ptol.

capitolinus, cognomen M. Manlij, qui ob tyrannidem affectatam de ſaxo Tarpeio deiectus eſt. Item, alterius, qui de Cæſaribus ſcripſit.

capitolinus, conſul, collega Aureliani Auguſti, anno ab vrbe 1026.

capitolium, prægrandis arx Romæ in monte Saturnio ex præda Apiolarum, Latinorum vrbis à Tarquinio Superbo extructa. Plin. lib. 3. cap. 5. Sic dictum à capite hominis ibi reperto dum fundamenta foderent: antea mons Tarpeius vocabatur, à Tarpeia Virgine Veſtali, quam ibidem Sabini ſcutis ſuis obrutam necarunt. Virgil. lib. 9.

Iſte triumphata Capitolia ad alta Corintho, &c.

capitolinus, Iouis cognomen, quod templum in monte Capitolino extructum haberet, votum quidem primum à Tarquinio Demarati filio, extructum, deinde à Tarqu. ſuperbo. Cæterùm, non erat idem Capitolinus hic Iupiter, & Capitolinus tonans, nam illum Tarquinius Superbus, hunc D. Auguſtus, quòd liberatus fuiſſet periculo, cùm in expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur perſtrinxiſſet, ſeruúmque aurigam exanimaſſet, Sueton. in Auguſto.

capiton, latro, qui cùm aliquandiu latrociniis vacaſſet, pertæſus vitæ, in ſolitudinem ſe contulit, vbi annis 50. durauit in quodam ſpecu.

capitulum, Italiæ vrbs prope Bouillas & Calatias.

capituria, Thraciæ oppidum. Procop.

capnobatæ, populi qui Myſi dicuntur. Strab. lib. 7. Scribit autem Poſidonius Myſos religioni indulgentes ab animantibus abſtinere, & eam ob cauſam pecus omne vitare, melle verò & lacte & caſeo veſci. Quúmque tranquillam exagitent vitam, ob deorum culturam deicolæ & Capnobatæ id eſt fumi côſcenſores nominãtur.

caportes, Marmaricæ locus Anton.

capotona, Aſiæ vrbs. Ptol.

capotes, Aſiæ mons, ex quo Euphratem oriri Lucinius Mutianus antiquiſſimus rerum ſcriptor credidit. Plinius 5. c 24.

capadocia, Aſiæ regio, quam Ptolemæus tabula Aſiæ prima deſcribit & Plinius lib. 6. cap. 2. & 3. Hodie *Almaſia* eſt Iacobo Caſtaldo, quę & aliis *Leucoſyria* dicitur. Strabo tradit Cappadociam in duas Satrapias à Perſis diuiſam, in eam quam propriè *Cappadociam, & Cappadociam ad Taurum*, item *Magnam* cognominarunt, & alteram quam *Pontum & Cappadociam Ponticam* dixêre. Hæc Pontica eodem auctore ſub Archelao rege, in quinque præfecturas diſtincta fuit, in *Laninaſenam* nempe, *Serguſenam*, *Sarauenam*, *Cammanenam*, *& Morimenam*. In totidem quoque Strabo diuidit eam quam Magnam dixit, ſcilicet in *Melitenam*, *Cataoniam*, *Ciliciam*, *Tyanitim & Iſauritim*. Cappadociæ regionibus iungit Plin. lib. 6. c. 3. *Gaziazenam & Colopenam*, liber Notitiarum habet *Honoriadem* Cappadociæ regiunculam: huius mentio etiam fit in Nouellis Iuſtiniani. Appianus de bellis Syriacis nominat quoque *Cappadociam Seleucidem* à Seleuco rege ſic cognominatam.

cappadocia, Pontica regio, Solino, quæ læuo

Digitized by Google

latere vtraſque Armenias, Comagenémque tangens dextro multis Aſiæ populis circumfuſa ad Tauri iuga & ſolis ortus attollitur: Euphrates eam ab Armenia maiore diuidit. Appianus minoris Armeniæ partem, Ptolemæus verò minorem Armeniam eſſe ſcribit. Dicta Cappadocia, à Cappadoce amne, ante Leucoſyria vocata.

cappadócia, Stephano regio Siciliæ, à Sinope vſque ad Euarchum fluuium, qui Cappadociam & Paphlagoniam diſterminat. Herodotus à Cappadoco quodam conditam ſcribit. Diuidebatur olim non in primam & ſecundam, vt nunc (inquit Stephanus) ſed in maiorem & minorem. Extrema pars Tauri Cataonia dicta, à Strabone Cappadocia vocatur. Steph.

cappadox, amnis in Cappadocia. Plin.

cappagum, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum, Gaditani conuentus, Plin. lib. 3. c. 1.

cappareæ, locus Syriæ in Cyrrheſtica regione Anton.

cappellianus, Mauritaniæ procurator, exercitum aduerſus Gordianum duxit, eum vicit, cecidit Gordiani filius. Herod. lib. 7.

capra, ſignum cæleſte. Hæc, vt poëtis placet, Amaltheæ capra fuit: cuius lacte educatus eſt Iupiter, quare poſtea rerum potitus, inter aſtra eam collocauit. Cæl. lib. 11. cap. 2. Decimo Calend. Ianuar. ſi Capra occidit mane, tempeſtatem ſignificat.

capra, meretrix quædam apud Suidam, quæ facetè Capra dicta eſt, quòd Thaſij cuiuſdam Cauponam facientis bona degluciſſet, tanquam germina hœdis in paſtum objici ſolita, quæ thallos Græci vocant. Cæl. lib. 8.

capraria, inſula in mari Tuſco ſeu Liguſtico Capris abundans, quam Græci Ægilon dicunt: Solinus c. 9 & Plin. lib. 3. c. 6.

capraria, Plinio vna ex fortunatis inſulis, quam Niger putat Caſperiam *καπραρία* Ptolemæi eſſe, & eandem *Forte ventura* interpretatur, vide Pullariæ.

caprarienſes, populi & montes Mauritaniæ. Am. Marcell.

capras, locus in Tuſcia, vbi Totilas interemptus eſt. Procop. lib. 3. hodie *Capreſe* vocari ſcribit Leander.

capraſæ, Calabriæ oppidum. Anton. hodie *Tartaſi* G. Barrio.

capruſia, Padi fluminis oſtiû. Plinius lib. 3. c. 16.

capreæ, inſula proxima Neapoli, Tiberij Principis arce nobilis. Plin. lib. 6. c. 6. Suet. in Tiberio.

capreæ, inſula vltra Surrentum Campaniæ vrbem, circiter octo millia paſſuum, nobilis coturnicum multitudine, quæ ex Italia volantes, illic principio Autumni capiuntur. Vide CAPRISNE.

capreæ palus, ad quam Romulus euanuit. Plutarch. & Cicero.

capretæ, Aſiæ populi, inter Ciliciam: Cappadociam, Cataoniam & Armeniam, vbi fuit poſtea condita Apamia à Seleuco rege. Plin. lib. 5. cap. 30.

capria, lacus in deſcriptione Pamphiliæ, Stra. lib. 14.

caprianus, mons Siciliæ circa Heracleam. Diodor. in fragmentis.

capricornus, decimum eſt Zodiaci ſignum, quod ſol ingrediens, ſolſtitium facit hybernum. Hunc Pana fuiſſe nonnulli exiſtimant, qui in Ægypto repentino aduentu Typhonis gigantis perterritus, poſteriorem ſui partem in piſcis caudam, priorem, in formam hirci commutauit: cuius ingenium admiratus Iupiter, figuram hanc in cœlum dicitur tranſtuliſſe: Hyginus in tractatu de Signis cæleſt. Stellam habet in naſo vnam, in pectore duas, in pede duas, inter ſcapulas ſeptem, in ventre ſex, in cauda, duas. Cicero 2. De nat. Deor. *Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans.*

Corpore ſemifero magno Capricornus in orbe.

caprificialis dies Vulcano ſacer fuit, quo Attici æſtiui mellis vindemias auſpicabantur. Plin. libro 11. c. 15. Incidebat ille Dies in Nonas Iulij, quas & Caprotinas & Vulgifugam vocabant, quibus Romulus è vita exceſſit. Primus is dies eſt ab exortu Caniculæ. Vide Plut. Alex. ab Alex. c. 4. li. Gyraldum.

caprilia, appellatur ager, qui vulgò *ad Capræ paludes* dici ſolet Feſto auctore. Meminit eius Liuius lib. 1. & Ouid. Faſt. 2. iuxta vrbem erat.

caprima, Cariæ regionis oppidum. Diodor. libro 19.

caprius, vir, cuius meminit Hor. 1. Serm. 4. Sat.

capronia, virgo Veſtalis, quæ in ſtupro comperta ſuſpendio affecta eſt: oportebat enim eas in virginitate perſiſtere, quæ miniſterio Veſtæ addicebantur.

capros, Aſiæ fluuius, latera vrbis Laodiceæ alluens. Plin. lib. 5. c. 29.

caprotinam Iunonem, & Nonas Iulias caprotinas veteres dixerunt, quod Romæ nonis Caprotinis ſub Caprifico ſacra fierent. Nam poſt vrbem captam quum ſedatus eſſet Gallicus tumultus, exhauſta rep. finitimi opportunitatem inuadendi Romani imperij nacti, præfecerunt ſibi Poſtliminium Liuium Fidenatum Dictatorem, qui fœciali ad ſenatum miſſo poſtulauit, vt, ſi vellent reliquias ſuæ vrbis non deleri, matresfamilias & virgines omnes ſibi dederentur. Et cum Patrum hac de re eſſet anceps deliberatio: ancilla nomine Phylotis aſſumptis cæteris omnibus ancillis, matrumfamilias, virginúmque habitu aſſumpto, nomine domina-

rum.

Digitized by Google

rum ad hoſtes tranſiit, proſequentibus cæteris ad rei fidem. Quæ cùm à Liuio in caſtris diſtributæ eſſent, hoſtes plurimo vino prouocarunt, diem feſtum apud ſe eſſe ſimulantes: quibus ſomno obrutis ex caprifico dato ſigno hoſtes trucidati ſunt. Itaque memor Pop.Rom. accepti ab ancillis beneficij omnes iuſſit manumitti, dotémque iis ex publico aſſignauit, diémque ipſum Nonas Caprotinas appellauit: ad ſacra annua Iunoni Caprotinæ ſub Caprifico inſtituit, adhibito lacte ad rei memoriam.

caprullum, portus prope montem Atho. Pomponius lib. 2.

caprus, portus in Cherſoneſo Athi montis, & eiuſdem nominis inſula: Strab.epitome.

capſa, Libyæ interioris vrbs, & alia Africæ Propria Ptolemæo & Straboni, qui ſcribit deletam in bello quod Cæſar cum Scipione geſſit. Ab Hercule Phœnice conditam, atque à Mario captam tradit Oroſius. lib.5.c.15.

capſa, vrbs Chalcidicæ regionis iuxta Pallantem, Thermæ ſinui vicina: Steph.

capſitani, populi Zeugitanæ regionis, quæ Africa minor dicitur: Plin.lib.5.cap.4.

capſum, oppidum à Marſetâ per deditionem captum, anno ſalutis 561. Agath.lib.2.

captorim, vide Cappadocia.

capton, Lycius hiſtoricus, qui hiſtoriam Iſauricam ſcripſit.

capua, totius olim Campaniæ vrbs præſtantiſſima, quam Vulturnus amnis interfluit: à camporum latitudine, in quibus ſita eſt, ita dicta. Diodorus eam M.Genutio Agrippa, & Curtio Chilone Coss. conditam tradidit: Liuius à Capi Samnitium duce dictam exiſtimat. Alij à Falcone, ſub cuius augurio condita eſt: qui priſca Tuſcorum lingua Capys dicebatur, Virg. à Capy, Æneæ commilitone, qui eam condidit, dictam mauult, ſic ſcribens libro 10. *Et Capys. hinc nomen Campanæ ducitur vrbis.* Cuius ſententiæ ſubſcribit & Suetonius in Cæſare dictatore, vrbis huius originem, & nomenclaturam, ad Capyn conditorem referens: in cuius ſepulchro æneam tabulam inuentam tradit, quæ Cæſari necem denuntiabat: Strabo inde dictam exiſtimat, quòd eſſet duodecim Campaniæ vrbium caput, hoc eſt, quod ipſa duodecima reliquis vndecim præeſſet. Hoc certè conſtat, Campaniæ vrbium potentiſſimam fuiſſe, & Punici belli tempore Romanæ vrbis æmulam, ægri autem bonitate nulli terrarum poſt habendam: vnde & diuitem Capuam vocat: Virg. 2.Georg.

Talem diues arat Capua. Plin. libro 3.cap.5. Capua (inquit) ab vndecimo campo dicta, quomodo intelligendum ſit, inibi Hermolaus adnotauit. M.Cicero luxus infamiâ Capuam notans, luxuriæ & ſuperbiæ domicilium eſſe ait in oratione de lege Agraria contra Rullum, & item in oratione poſt reditum in ſenatu. De laudibus vrbis capuæ multa apud eundem Ciceronem in ea oratione: Sidon.

——non ſic Barcheus opimam
Annibal ad Capuam periit, &c.

Hanc Oſeam priùs vocatam tradit Sempronius. Iulia capua fœlix colonia dicitur apud Frontinum Onuphrio teſte. Quæ hodie capua eſt, diſtat à veteri duobus millibus p. vt ſcribunt Leander & carrafa. In veteribus autem ruinis hodie tantùm extare templum D. Mariæ Gratiarum iidem narrant.

capudbada, locus maritimus in Byzantio Africæ: Procop.

caput cillanum, Mauritaniæ cæſarienſis locus: Anton.

caput Etruriæ, locus maritimus Etruriæ, in confinio Liguriæ: Anton.

caput Pudi: Ptol hodie *Cederea* dici ait Leander.

caput Tyrſi, Sardiniæ locus: Anton. fortè fons Tyrſi fluminis.

carys, filius Aſſaraci, & pater Anchiſæ: Ouid.

——Tres eſt generatus ab illo.
Aſſaracum creat hic, Aſſaracúſque Capyn.

capys, qui cum Ænea in Italiam venit, Capuam condidit: Virg. lib. 10.

Et Capys hinc nomen Capuana ducitur vrbis:
Huius meminerunt Dictys cretenſis, & Dares Phrygius.

capys Syluius, Rex Albanorum, & capeti pater.

capytium, Siciliæ vrbs: Ptol.

carabi, Scythiæ flumen: Plin. lib.6. cap.17. Alij legunt cambari.

carabia, Mygdonidis in Macedonia oppidum: Ptol.

carabis, Hiſpaniæ vrbs: Appian.

caracates, Germaniæ populi Vangionibus Tribocíſque finitimi. Tacit.

caracca, Hiſpaniæ Tarraconenſis oppidum in carpetanis: Ptol. Plutarch. in Sertorio *Characinatos* appellat.

caraceni, Italię populi: Ptolem.

caracotinum, Galliæ Lugdunenſis locus: Anton.

carei, Arabię fœlicis populi: Plin.

caraga, Africę proprię oppidum: Ptol.

carallis & carallia, Iſaurię vrbs: Steph. caralitis palus in Iſauria: Liu. Item vrbs Libyę Steph.

caracalla, agnomen Antonini cęſaris ab indumenti genere ad talos vſque demiſſa & caracalla dicta: quod ille populo Romano dedit Sext. Aurel.

caralitanum, ſiue calaritanum promontorium Sardiniæ.

Caralitani, vel Calaritani, Sardiniæ populi, vide CALARIS.

Carambis, Paphlagoniæ ſeu Galatiæ promontorium magnum ad Septentrionem porrectum, Arietinæ frontis habens formam, quod longo ſpatio pelago incumbens, Scythicæ obiectum peninſulæ, Euxinum pontum bimarem videtur efficere, *Capo piſello*, Plin.lib.4.c.12.& lib.6.c.2. Valer.Flac.lib.4.

Quid tibi nubifera ſurgente nube Carambin?

Carambucis, Scythiæ fluuius ad montes Riphæos: Plin.lib.6.c.13.

carambyce Stephano, gens Hyperboreorum à Carambyco fluuio, vide CERAMBICAS.

carána, Ponti oppidum, à quo Caranenſis regio: Strabo lib.12. Steph.vrbs Galatiæ à Romanis condita.

caranitis, præfectura Armeniæ maioris: Plin. lib.25.cap.4.

caranna, vrbs Galatiæ: Steph.

carannicum, Hiſpaniç oppidum inter Bracaram & Aſturicam: Anton.

caranus, qui Cramus, primus Macedonum rex, regnauit an XXVIII. Cum Græcorum multitudine caprarũ ſequens gregem, Ediſſam quam Ægeam vocauit, expulſo Mida, cepit, regnique Macedonum fundamenta iecit: Iuſt.lib.7. Huius hiſtoriam quandam recenſet Cæl.lib.22.c.10.

caranus, Aradionum portus in Phœnicia prope Palentum vrbem: Strabo lib.16.

carape, Armeniæ minoris vrbs: Ptol.

cararos, Africæ propriæ oppidum: Ptol.

caras, vir, qui Caribus imperauit, illiſque primus ex auibus auſpicium dedit: Alex. ab Alex. lib.5.c.13.

carala, Aquitaniæ ciuitas in Pyrenæis. Anton.

caraſeni, populi Tauricæ regionis: Plin.lib. 4.c.12.

caraſtaſci, populi circa Mæotim: Plin. lib.6. cap.71.

caraſyra, Thraciæ oppidum: Procop.

caracracus, Silurarum Britannorum regulus à P. Oſtorio proprætore victus quum fidem Cartiſmanduæ reginæ Brigantum petiuiſſet, vinctus ab illâ, & victoribus traditus eſt, nono poſt anno quam bellum in Britannia cœptum, ſed quum generosè Claudium Cæſarem alloquutus eſſet, Cæſar veniam ipſique & coniugi & fratribus tribuit: Cornel.Tac.Annal.12.

caraitæ, Sacarum gens apud Ptolemæum. In Norico quoque populi, vt vult Lazius.

carauia, Hiſpaniæ vrbs circa Cæſarauguſtam: Anton.

caraxus, frater Sapphûs, & amaſius Pyramidis meretricis, quam Sappho Doricam nominat, alij Rhodopen. Perot.

carba, vide CARBAS.

carbaca, Paropaniſi vrbs: Ptol.

caryam, Armeniæ oppidum. Cedren.

carbana, vrbs Lyciæ. Steph.

carbania, Pomponio lib.2. commemoratur inter paruas inſulas Italiæ adiacentes, Stephano nominatur, nec explicatur.

carbanis, loci nomen apud Steph. & Cedrenum.

carbantorigum, Seluogarum in Albione inſula oppidum. Ptolem. *Glencur.* Camdeno.

carbas, vel Carba, ventus Africus dicitur à Vitruuio, nautæ Carbinum nominant, Narbonicè *Garbin*.

carbi, Arabię fœlicis populi. Diodor.lib.3.

carbia, Sardinię vrbs. Anton.

carbileſi, Thraciæ populi, Plin.4.c.11.

carbilius, primus Romanorum, vxorem repudiauit ob ſterilitatem præſtito iuramento antè, ſe vxorem liberorũ cauſa quęrere. Author. Gel.

Sp. Carbilius, eius libertus, primus ludum grammaticę Romę aperuit, mercede docens. Plut. in Problematis.

Carbina, Iapygum vrbs. Athen, lib.12.cap.7.

Carbo, viri Romani cognomen,

Carbo, orator Romę, de quo multa Cicero in Bruto ſcribit.

Carbo, eloquentiſſimi viri Carbonis filius, orator non ſatis acutus, ſed tamen orator numeratus: erat in verbis grauitas, & facilè dicebat, & authoritatem quandam naturalem habebat oratio. Cicer. Hunc poſtremo ab exercitu ſuo interfectum fuiſſe, quem bellis ciuilibus collapſum adſtringere, & ad diſciplinam reducere cupiebat, author eſt Valerius.

Cn. Carbo, huius frater, ſumma fuit auctoritate in republica, partes Marianas ſecutus. In tertio conſulatu ſuo in Sicilia, iuſſu Pompeij, dum ventrem apud latrinam exoneraret, trucidatus eſt. Valerius.

Carbonaria, vnum ex oſtiis Padi fluuij commemoratur à Plin.lib.3.c.15.

Carbonarius ſaltus, vel carbonaria ſylua apud Trithemiũ Greg. Turon. & Sigebertũ, à veteribus Hercynia ſylua dicitur. Gall. *La foreſt noire*.

Carbones, Sarmatię Europęę populi. Ptol.

Carbruſa, inſula deſerta iuxta Thracię Cherſoneſum. Plin.

carbulo, oppidum Hiſpanię Bœticę prope Cordubam. Plin.lib.3.c.3.

carca, Baſtitanorum in Hiſpania vrbs, Ptol.

carcaa, vrbs in tribu Iuda. Io.15. Lat. pauimentum ſiue frigiditatem diſſoluens.

carcantia, Italię oppidũ circa Inſubriam. Ant.

carcarum, locus circa Mediam, Curopalat.

carcaſſom Narbonenſis Gallię vrbs. Plin.li.3. c.4. hodie Carcaſſonam vocant, apud Cęſ. dici-

tur Carcaſſo ſiue Carcaſſio, Gal. *Carcaſſonne.*

carcathiocerta, Armeniæ maioris vrbs Tigri proxima, Plin. lib. 6. cap. 11. Sophenes regia. Strab.

carcha, Aſſyriæ vrbs, haud procul à Niniue. Maſius.

carchabeſa, vrbs ad Euphratem Ioſeph.

carchedon, Græcè Carthago dicitur: vnde à Plauto dictum eſt. Carchedonia: vocatur hæc comœdia Latinè Pœnulus. Et carbunculos Plinius Carchedonios vocat, propter opulentiam Carthaginis magnæ. Dicta Carchedon à Carchedone conditore, cuius meminit Appianus. Sed vulgatior fama eſt, conditam fuiſſe à Didone. Euſtathius in Dionyſio. Steph. metropolis eſt Libyæ à Carchedone Phœnice dicta. Vocabatur alias καινὴ πόλις, i. *noua ciuitas & Cadmea & Oenuſſa & Cacabe*, quod incolarum lingua equi caput ſignificat. Alia eſt Hiſpaniæ, quæ Noua ciuitas ſimiliter dicebatur, alia item Armeniæ.

carcheſia inſula, vna Cycladum, aliàs *Amorgus*. Steph.

carchi, Mediæ gens. Polyb. lib. 5.

carcicium, vrbs circa Armeniam. Curopala. Carcinion habet Gedren.

carcina ciuitas eſt mediterranea, à qua ſinus Carcinites.

carcinites, ſinus Scythiæ Europææ. Plin. lib. 4. c. 12. & Pomponius lib. 2. In eodem ſinu vrbs eſt nomine Carcine. Eſt & Carcinites (aliàs Carcinitus) fluuius oppidum præterfluens. Ptolemæo. Stephano vrbs eſt Scythica.

carcinum, magnæ Græciæ promontorium. Italiæ longiſſimum. Plin. eſt etiam vrbs circa Petiliam. Pomp.

carcinus, dux quidam magni roboris ac bellicoſus, cuius auxilium conduxit Lerubos in Herculem dimicans, quem tamen Hercules deuicit.

carcinus Agrigentinus, poëta tragicus, floruit paulò ante Philippum Macedonem: docuit fabulas 98. de hoc extat prouer. Carcini poëmata, de his qui obſcurè, & inſtar ænigmatum ſcribunt.

carcinus, ſignum cœleſte, quod Latini Cancrum appellant. Lucan. 9.

Par Geminis Chiron, & idem quod Carcinus ardens.

Humidus Ægoceros. Vide CANCER.

carcome, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Ptolem.

carcuuium, vrbs Hiſpaniæ inter Emericam & Cæſar. Auguſtam. Anton.

cardiabanca, Valeriæ Ripenſis, in finibus Pannoniæ oppidum lib. Notit.

cardaces, Aſiæ minoris populi. Polybius & Arrian.

cardalena, Arabiæ fœlicis regio. Plin.

cardamine, inſula ſinus Arabici. Plin.

cardámyla, vrbs in Argo, propinqua Pylo & ſub dominio Agamemnonis, Hom. lib 9. Iliad. Herodotus Laconicam eſſe ſcribit. Videtur & alia eſſe prope Chium. Steph.

cardamyléſſus, vicus quidam. Steph.

cardaua, Arabiæ fœlicis vrbs. Plin.

cardea, ſiue Cardinea, dea apud Romanos, quę cardinibus præerat, quaſi Cardina, vide Carna.

cardeſus, vrbs Scythiæ. Steph.

cardia, vrbs in Thracia, Cherſoneſo à cordis ſimilitudine vocata. Solin. Cardia à Melane ſinu, hæc ex facie loci nomine accepto. Plin. lib. 4. c. 11. cuius ſæpè meminit Demoſthenes in orat. contra Ariſtocratem. Steph.

cardiceas, IV. Medorum rex, regnauit annis XIII. anno à diluuio 1579.

cardidum, promontorium Africæ Sardiniæ aduerſum.

cardenui, ſunt montes Armeniæ maioris in quibus arcam Noæ reſediſſe, ceſſante diluuio, à nonnullis traditum eſt, fortè Cordueni.

cardinea dea, vide Carna & Cardea.

cardines, dicuntur duæ cœli partes immobiles ſibi mutuò oppoſitæ, quarum altera eſt ad Septentrionem, altera ad Auſtrum: Græci πόλοι vocant: vnde etiam ſtella, Boreali poli proxima quę eſt in cauda minoris vrſæ, Polaris ſtella vocatur, non quòd ſit polus ipſe, ſed quòd ſua circumuolutione circulum minimum efficiat, cuius polus eſt centrum. Linea autem illa recta, quam Aſtronomi ab vno cardine ad alterum imaginantur, propriè Axis appellatur. Sæpe tamen Coſmographi Cardinum nomine quatuor præcipuas cœli regiones intelligunt, Ortum, Occaſum, Septentrionem & Meridiem.

cardúchi, populi Mediæ bellicoſi, & regi non obedientes. Steph. Strab. lib. 16.

cardytenſes, Syriæ in Cyrrheſtica regione populi. Plin.

cardynus, mons circa Niſibim, ad Tigrim fluuium. Xiphilin.

cardytus, Syrorum magna vrbs. Steph.

care, Hiſpaniæ oppidum, inter Liminum & Cæſarauguſtam. Anton.

carea, Tartarorum vrbs circa Boſphorum Cimmerium. Laonic.

carecardama, Indiæ intra Gangem oppidum. Ptol.

caree, i. caluus, ſiue glacies, pater Iohanam, 4. Reg. 15.

carehim, i. calui, ſiue glacies n. p. nomen loci. 2. Paral. 11.

careii, vrbs Indiæ intra Gangem.

carene, Myſiæ oppidum. Steph.

careni, Albionis inſulæ populi. Ptol. & circa Perſidem. Procop. atque inter Euphratem &

Cyrum fluuios.Steph.

careſes, Hiſpaniæ populi, Complutenſibus proximi Plin.libro 3.c.3.

carentini, Italiæ populi, Ferentanis vicini in quarta Italiæ regione.Plin.lib.3.c.12.

sarentani, Germaniæ populi, Boiariis vicini Luitprando, Sigiberto, & aliis eius ſeculi ſcriptoribus.

careon.Hiſpaniæ ciuitas.Appian.

careotæ,Sarmatiæ Europææ gens.Ptol.

carepula,Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Ptol. Hanc Neoterici Geographi variis nominib. appellant, ſcilicet *Baitalio* à noſtris, *Giraſumar* à Pœnis dicitur Iouio teſte. Caſtaldus *Muſtagani* vocat.

cares, filium habuit Caryaſſum, qui Cari,vrbi nomen dedit.Steph.

cares,ſtatuarius nobilis.Lyſippi diſcipulus.

cares, plurali numero, populi à Caria Aſiæ circa Tanaim proximi Clazomeniis à Mœonibus.Plin.lib.6.c.7.

cares,ſub Minoe fuerunt, & tunc Leleges dicebantur, & inſulas habitabant, ſed ſua ditione parum contenti, magnam maritimæ oræ & mediterraneæ partem occuparunt, eam prioribus habitatoribus adimentes, qui & ipſi magna ex parte Leleges & Pelaſgi erant, ſed Iones & Dores,vt allatam iniuriam vlciſcerentur,eos rurſus, quamvis belli ſtudioſiſſimos,ſuis finibus expulerunt.

careſa, inſula Ægei maris ex aduerſo Atticæ. Plin.

carêſus,ſiue Cæreſius, fluuius Troadis.Hom. 12. Iliad. celebratus, cuius Plinius ait nulla ſua ætate extitiſſe veſtigia,lib.5.c.30.

careſſus,Ciæ inſulæ vrbs.Ptol.

caretha, inſula in mari Lycio, quæ poſtea Dionyſia dicta eſt.Plin.lib.5.c.30.

cargani, populi Tranſrhenani, in Galliam Celticam circa fines.Sequanorum ac Heduorum ab Arioniſſo Germanorum rege tranſportati, quos non abs re opinari poſſumus eoſdem fuiſſe cum Harudibus ab ipſo rege ſimiliter tranſlatis.

caria regio minoris Aſiæ inter Lyciam & Ioniam Minorem autem Aſiam Plin.lib.3.cap.27. ab ortu Lycaonia & Phrygia, illa quæ Galatiam & Piſidas attingit,ab occaſu toto Ægei maris excurſu.à meridie Ægyptio pelago, Septentrione Paphlagonia terminat. Strabo Cariam à Borea Melandri flumine clauſit, ab occidente Icario & Myrtoo pelago, à meridie Rhodienſi, ab ortu Lyciis & aliis gentibus,magnámque Tauri montis partem in Caria concluſit, omnem oram Rhodiam ei attribuens, quæ meridionalis eſt. Huius metropolis eſt Halicarnaſſus, in qua regnauit rex Mauſolus,cui ibidem Artemiſia coniunx Mauſeolum illud celebratiſſimum extruxit. Dicta Caria à Cara rege,qui primus auguria auium dicitur inueniſſe. Epaphroditus totam Cariam Chryſaoridem vocat, alij vrbem quandam Cariæ tantùm ſic nominant.Stephanus Cariam à Care conditore dictam ſcribit. Eſt & Caricus gentile.& Carius,quo nomine Iupiter apud Mylaſenſes colitur. Herodotus Caricam gentem celeberrimam fuiſſe ſcribit. Vocabatur etiã Caria magna quædam arx, à Care filio Phoroneitalioqui fœmininum eſt à Cario,gentile vt & Cariatis & Καιρ...:Cos inſula etiam Καρὶς dicebatur. Eſt & Phrygiæ vrbs. In Caria extitit olim amnis, qui fuerat ante dulcis, poſtea in ſalem mutatus.Plin.lib.2.c.5.

carianda,inſula cum oppido,Icarij maris, circa Cariam.Plin. Vrbs item Cariæ apud Suidam.

cariapa,Parthiæ promontorium.Ptol.

cariata, vrbs fuit in Bactriana, quam Alexander ſubuertit, vbi Calliſthenes comprehenſus eſt,& in vinculis coniectus.Strab lib.11.

cariath, i.ciuitas, vel vocatio, ſiue lectio, aut occurſus, nomen ciuitatis in tribu Benjamin. Ioſ.18.

cariath-aim, idem quod Cariatæ n. p. vrbs Moabitarum in tribu Ruben Ioſ.13. Nu 32.Ier. 48. Ezech. 25. vbi olim Emim gigantes habitarunt.Gen.14.Inter vrbes Nephthali Leuitis conceſſa cenſetur, 1. Par. 6. Hieronymus in Ecloga ſcribit eam eſſe iuxta Medabam vrbem Arabiæ, & appellari Coraiatha.

cariath-arbe i.ciuitas quatuor ciuitas in tribu Iuda ſic dicta ab Arbea conditore, non autem à quatuor Patriarcharum, Adam, Abraham, Iſaac & Iacob, qui ibi ſepulti ſunt, ſepulchris, vt quidam interpretantur.Ioſ.15. quæ & Hebron dicitur,Ioſue 20.

cariot-urim, i ciuitas ciuitatum, aut ciuitas vigilantium,nomen viri,1.Eſd.2.

cariat-baal,i.ciuitas idoli, vel imperantis aut poſſidentis, nomen ciuitatis in tribu Iuda,quæ & kariah-iarim dicitur Ioſ.15. & 18.Ierem.26. Dicitur & Baala.

cariath iarim, i.ciuitas Siluarum,ciuitas Hezæorum in tribu Iuda Ioſue 15. 18. Vno tantùm miliario ab Ælia, quà pergimus Dioſpolim, diſtat.

cariath-ſepher,i.ciuitas literarum,nomen ciuitatis in tribu Iuda,quæ & Dabir dicitur.Ioſ.15. & Cariath ſenna,Ioſue 15.

carica, domicilia dicuntur, quæ in edito ſita ſunt,& naturali tuta munimento, Cæl. lib. 17.c. 23.

cariontichus, Libyca vrbs, ad ſiniſtram columnarum Herculis.Steph.

caricum (inquit Stephanus) locus ſolitarius in Memphide, vbi Cares affinitate cum Memphi-

phitis contracta, Caromemphitæ dicti ſunt.

Caricus murus, vrbs Libyæ ad ſiniſtram columnarum Herculis, Gentile, Caricontichides. Idem quod ſupra Caricontichus.

Caridemum, promontorium in Hiſpania: nũc dicitur *Capo de Carbonero*. Oliuarius in Melam.lib. 2. c. 6. Idem tamen Oliuarius dicit ibidem, Caridemum promontorium vocari. Cabo de Agatas, ſcribe, Charidemi.

Carides, Phrygiæ vrbs. Steph.

Cariates, Hiſpaniæ populi in conuentu Clunienſi, Plin.

Cariga, Drangianæ vrbs, Marcell.

Carige, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

Carilla, oppidum Picentum, quod Annibal deleuit, quum nimia pertinacia Romanorum amicitiam coleret, Sil.lib.8.

—Et exhauſta mox Pœno marte Carilla.

Calima, Galatiæ oppidum Ptol.

Carina, nomen Cretæ inſulæ, nouem millia paſſuum ſuo ambitu continens, in quo nullæ muſcæ viſuntur. Plin.

Carinæ, Romæ dicebantur ædificia, facta in modum Carinarum, quæ erant intra templum Telluris. Alij addunt vicum fuiſſe Romæ, vbi domus fuit Pompeij. Virg.lib.8.

——paſſimq; armenta videbant,
Romanoq; foro, & lautis mugire Carinis.

Varro Carinas dici putat ab eo, quòd hinc orietur caput ſacræ viæ, caput enim à Græcis κάρα appellatur.

Carine, nomen loci. Steph.

Carine, Mediæ vrbs circa Caycum fluuium in Aſia minori. Herodot. & circa Galatiam. Plin.

Carinæ, mulieres dicebantur, quæ cantu flebili, mortuos in funeribus aſſectabantur eo quod ex Caria accerſebantur. Vide Cæl. Rhod. lib. 16. cap.4.

Carioth, nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ioſue 15. Ierem. 48. idem ſignificat quod Cariathaim.

Carini, Germaniæ populi. Plin. libro quarto, cap.14.

Carinij, Illyrici populi. Appian.

Carinſij, Sardiniæ populi. Ptol.

Carinthia, ciuitas ab Huldenrico Carinthiorum principe Orthocaro Bohemorum regi vendita. Æneas Syluius cap.27.

Carinthiæ, ſeu Carnithiæ ducatus, habet ab Ortu & Septentrione Stiriam: ab occaſu & meridie Alpes, & forū Iulij contingit. Huius pars eſt Carniola. Multæ in hac regione valles colléſque tritici feraces, multi lacus & amnes, quorum præcipuus eſt Drauus. Huius tractus vrbes ſunt, Santo vitus, Vilacum, Clagenfurtum, & aliæ quædam obſcuriores. Olim hunc tractum Iapides inhabitaſſe putantur. Regionis imperium tenent duces Auſtriaci. Munſter Sabellicus.

Carinus, imperator quidam Romanus.

Cariobarzanes, mons eſt inter Maſſagetas, Parthóſque.

Carioſuelites, Galliæ Lugdunenſis populi ſunt apud Plin.lib.4.c.18.

Caripeta, Arabiæ fœlicis oppidum. Plin.

Caris, olim vocabatur Cos inſula. Steph.

Caris, Galliæ fluuius, in Ligerim ſe exonerans, vulgò. *le Cher*.

Cariſia, cognomine Aurelia; ciuitas Hiſpaniæ ad Bætim fluuium in Gaditano conuentu. Plin. lib 3. cap.1.

Cariſiacum. Galliæ Belgicæ oppidum. Ant. vulgò *Creſci*.

Cariſſa, Paphlagoniæ oppidum. Plin.

Cariſſanum, caſtellum, quoddam in Italia Plin.lib.2.c.57. iuxta quod T. Annius Milo occiſus eſt.

Cariſti, Hiſpaniæ Tarraconenſis gens. Ptolemæus.

Cariſtum, Liguriæ oppidum. Liu.

Carith, i. conciſio, vel confoſſio, aut exterminatio: torrens qui in Iordanem influit. 3. Reg. 17.

caritni, Germaniæ populi. Ptol.

carium, locus in Cypro, vbi Apollinis Sylua; Iſac. in Lycophr. Curium fortè ſcribendum eſt.

carius, filius Iouis & Torrhebiæ, qui circa Torrhebiam lacum oberrans, Nympharum cantum dicitur audiuiſſe, & ab eis Muſicam didiciſſe, eámque apud Lydos propagaſſe. Quapropter diuinos honores apud ſuos meruit templo illi magnificè extructo in monte, qui & ipſe Carius à nomine eius appellatus eſt. Steph. vide Torrhebus.

carlomannus, à Zacharia Papa ſacris initiatus monaſticam ſuſcepit vitam, anno ſalutis 746.

carlomannus, Alemaniam deuaſtauit, Saxones ſubegit, Theodoricum Saxonem pacis obſidem accepit, anno ab vrbe 1493.

carlomannus, Ludouici Balbi Francorum regis ex virgine nobili, non tamen legitimo matrimonio filius, Franciæ rex.

carmacæ, Aſiæ populi circa Mæotim. Plin.lib. 6. cap 4.

carmalus, Aſiæ minoris in Sargarauſena regione amnis, qui in Cilicium mare effluit. Strab.

carmana, inſula. Steph. vrbs item primaria Carmaniæ. Ptol.

carmania, regio minoris Aſiæ, cuius metropolis eſt Carmania, & populi Carmanij. Hanc Ptolemæus duplicem facit, quarum alteram Deſertam cognominat. hæc *Dulcinia & Cirana* dicitur: *Narſinga* à Iouo. *Chernan* à Nigro. Illa verò Gitana *Turqueſtana*.

vocatur. & *Hetachan* à Ioanne Barrio *Rhagma* Hebræis eſt.

carmania, regio minoris Aſiæ, inter Perſidem & Indiam ſita, quam duplicem eſſe Ptolemæus tradit cultam alteram, alteram deſertam. Huius regionis incolæ Garmani dicuntur, Ichthyophagi cognominati, quòd ſolis piſcibus veſcantur, quorum etiam coriis veſtiuntur. Pomp. libro 3. Carmani ſine veſte & fruge, ſine pecore, ac ſedibus, piſcium cute ſe velant, carne veſcuntur, præter capita nota corpore hirſuti. Lucan. lib. 3. *Carmanóſque duces quorum deflexus in Auſtrum.*

carmánia, Stephano & Straboni, regio Indiæ.

carmanis Perſiæ emporium apud Euſtath.

carmara, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

carme, nympha ex Ioue Cretomartin concepit quæ quum curſu delectaretur & venatione, Dianæ gratia fuit: quàm cùm amaret Minos, inſequeretúrque illa fugiens in retia capiendis demiſſa piſcibus, ſe præcipitem dedit. Vide Cæl. Rhod. lib. 18. c. 26. vide Dictyma.

carmelis, Hiſpaniæ vrbs, vbi Seruilius Galba hyemauit. Appian.

carmêlum, vel Carmêlus, promontorium Phœnices, & oppidum in monte ſitum. Plin. lib. 5. cap. 15.

carmêlus, mons Tyriorum, Ptolemaidi ad mare imminet. Inde cognomen Carmelus maris accepit, verſus ortum extenſus tantùm, vt campum magnum, quem Eſdrelon vocant ab vno latere claudat. Ideóque à Ioſepho tribui Iſſachar aſcriptus, finiſque Zabulonitarum ad mare Galileæ, ſicut Aſſeritarum ad mare magnum traditur. Ferax eſt admodum vini. Ioſ. 19. In hoc Elias videns frequenter verſabatur, 3. Reg. 18. In hoc etiam Nabal habitauit, 1. Reg. 25. Huius plurima fit mentio ſparſim in Prophetis, 1. Reg. 15. Ifaiæ 33. Ierem. 46. Amos 1. & 9. Michææ 7. Nah. 1. Cantic. 7. Ioſeph. libro 3. cap. 2. de bello Iudaico Lat. cognitio circumciſionis, vel agnus circumciſus, aut teneritudo ſegetum, aut Coccinus.

carmêlus, alius in Iudæa, qua itur Ægyptum ad meridionalem plagam, de quo Iſaiæ 29. & Ioſ. 15. in quo ciuitas eiuſdem nominis extructa videtur. Quibus duobus locis poſterioribus legitur Charmel.

carménta, & Carmentis, vates Arcadica, Euandri mater, à carminibus, quibus dabat reſponſa, cùm propriè Nicoſtrata vocaretur. Hinc Carmentalis porta, Virgilius.

Et Carmentalem Romano nomine portam.

Poſtea verò Scelerata dicta eſt, quod per eam ſex & trecenti Fabij cum clientum quinque millibus egreſſi, aduerſus Hetruſcos ad amnem Cremeram omnes interfecti ſunt. Ouidius.

Carmentis porta eſt dextra via proxima Iano,
Ire per hanc noli, quiſquis es: omen habet.
Illam fama refert Fabios exiſſe trecentos
Porta vacat culpa, ſed tamen omen habet.

De hac Strab. lib. 5. multis verbis, & Solinus in deſcriptione Romæ.

carmentalia erant feſta, quæ annis ſingulis in honorem Carmentæ à matribus familias XVIII. Cal. Feb. fiebant: in quibus aliquod ſcorteum, aut ſua morte peremptum attuliſſe erat piaculum. Ouidius libro 1. Faſtor. & Alex. lib. 16. cap. 8.

carmedes, vir Græcus, qui tanta valuit memoria, vt quæ quis exegiſſet volumina in bibliothecis, legentis more repræſentaret Plin.

carmina, inſula Indiæ: inſulares, Carmini & Carminæi. Steph.

carminna, Carmaniæ inſula. Ptol.

carminius, hiſtoricus, qui libros aliquot de Italia ſcripſit, in quorum ſecundo ait Tuſcos æneo vomere in condendis vrbibus vſos. Cæl. lib. 19. c. 11.

carmon, locus in Meſſenia, & templum Apollinis in Laconia, & in Achaia flumen, & mons in Peloponneſo. Eſt & Hiſpaniæ Bæticæ vrbs Straboni. Carmonia apud Ptol. legitur. Carmo habent numiſmata. Carmonia fortè hodie.

carmyleſſus, locus in Anticrago, monte Lyciæ, in conualle iacens. Strabo lib. 14.

carna, ſiue Cardinea, dea quæ vitalibus humanis præeſſe exiſtimabatur: ab eadémque petebatur, vt iecinora, & corda, & cætera quæ ſunt intrinſecus viſcera, ſalua conſeruaret. Huic pulte fabaria & larido ſacrificabatur. Inde Ouidius lib. 6. Faſtorum.

Prima dies tibi Carna datur, dea Carnidis hæc
eſt,
Numine clauſa aperit, claudit aperta ſuo.

Hæc ſtriges nocturnas puerorum, vt dicebant, cunas infeſtantes, à limine ſubmouebat. Cæl. lib. 9. vide Crane.

carna, Arabiæ fœlicis vrbs. Ptol. Strabo.

carnabas, vir quidam crudelis, qui parentem Triopam Perrhæborum regem interfecit. Cæl. lib. 11. cap. 17.

carnaim, i. cornua populi ciuitatis Aſtaroth, Geneſ. 14. Eſt & nomen ciuitatis. 1. Macch. 5.

carnana, vrbs Minæorum & populi iuxta mare rubrum. Steph.

carnapę, populi ſūt circa Mæotim. Pli. l. 6. c. 7

carnaſa, Indiæ intra Gangem vrb. Ptol.

carnaſius, ſaltus Peloponneſi vicus in Meſſenia. Pauſan.

carne, Phœniciæ oppidum, ad montem Libanum. Plin. lib. 5. cap. 20. Eſt item vrbs. Stephano à Carno Phœnicis filio dicta: Gentile Carnites. Eſt & alia Æolidis: Gentile, Carnæus, Artemidoro

Digitized by Google

doro κάρνο, ciuitas eſt (eadem Carne Phœniciæ vt videtur) quam proxima Paltus ſequitur, deinde Gabala.

Carneades, Cyrenæus, nouæ Academiæ princeps, Chryſippi maximè ſtudioſus, de quo Gellius, itémq; Plinius ait, ſcripturum aduerſus Zenonis Stoici libros ſuperiora capitis helleboro candido purgaſſe, ne quid ex corruptis in ſtomacho humoribus, ad domicilium vſq; animi redundaret, & conſtantiam vigoremq; mentis labefactaret: tanta cura, tantoq; apparatu ſui vir ingenio præſtanti ad refellenda quæ ſcripſerat Zeno aggreſſus eſt. Hunc præterea memoriæ arte vſum fuiſſe Cicer. de Orat. ſcribit & Quintilianus, miſſum Romam legatum ab Athenienſibus, vnà cum Diogene Stoico & Critolao peripatetico ſuſpectam feciſſe Romanis legationẽ, dicẽte M. Catone in ſenatu, ab hoc viro cauendum eſſe, qui ob eloquentiam & diſſerẽdi facultatem facile, quæcunq; vellet, impetrare poſſet, Vide Gellium lib. 17. c. 15. & Valer. Max. li. 8. c. 8.

Carneades, alius Philoſophus Athenienſis, Anaxagoræ diſcipulus. Suidas.

Carneates, pars montis Cœloſſæ, in Peloponneſo Argiæ regionis. Strabo.

Carneus, Citharœdus fuit qui Terpandrum viciſſe legitur.

Carneus, Apollo dictus eſt à Carne vate, quem quidam Ales nomine interfecit.

Carnea, ſiue Carnia, feſta Apollinis apud Spartanos, in quibus Terpender primus vicit.

Carni, populi ſupra quos Apenninus mons incumbit, Galliam togatam inhabitantes. Venetis vicini, quorum regio hodie Carniola vocatur, lacum habens in amnem Iſaram confluentem, qui rapto ſecum Attage fluuio altero, effertur in Adriaticum ſinum. Plinio ponuntur in decima regione Italiæ. Noti nomine adhuc durante. Hodie tractum à ſe cognominatum inhabitant Carinthiam, & in meridiem ſupra Tergeſtum regionem, quæ vulgò *Carniola* dicitur. Ptolemæus quoq; ſupra Forum Iulij & Concordiam, Carinthiam locat. Hæc regio hodie paret principibus Auſtriæ. Vadianus.

Carnia, vrbs Ioniæ. Steph.

Carnicum Iulium, Ptolem. Norici oppidum hodie *Villach* dictum, inter Alpes ſitum, in Carinthia regione Leandro *Gorithia*, & Simlero *Zuglio* dicitur.

Carniola, ciuitas ab Huldenricho Carinthiorum principe, Othocaro Bohemorum regi vendita, Æneas Siluius, cap. 27.

Carniolenſes, populi Foroiulienſibus contigui, qui circa Sauum habitant. Annal. Franc.

Carnion, nomen præſidij 2. Mach. 12. Item Laconiæ oppidum. Polyb. Arcadiæ item fluuius. Pauſ.

Carnithia, vide Carinthia.

Carnius menſis apud Athenienſes, Maius dicebatur.

Carnodunum, oppidum eſt Vindeliciæ ad Danubium. Ptol. lib. 2. c. 13.

Carnon, Arabiæ fœlicis vrbs. Plin.

Carnones, Albionis inſulæ gens. Ptol.

Carnus, inſula Acarnaniæ, Stephanus. Vide CARNE.

Carnus, nomen vatis, à quo Apollo Ceneus dictus eſt. Pauſan.

Carnûtes, populi inter Celtas, Andegauenſibus, Turonibúſque finitimi, ac Oceano proximi: Horum meminit Cæſar in ſuis Commentariis vulgò *Chartres*.

Carnúti, Germaniæ populi inter Danubium, & Hercynium ſaltum. Plin. lib. 4. c. 12.

Carnútum, oppidum quod Germaniæ finis eſt. Plin. lib. vltimo. Abeſt centum millibus paſſuum à Carnuntio, littore Panoniæ, quò à Germania ſuccinum importatur.

Carodunum, Ptolem. Germaniæ vrbs, hodie Cracouia, in Poloniæ regno.

Carolo Bergomum, vrbs Bauariæ, vulgò *Karleſberg*.

Caroloſtadium, Franconiæ oppidum, vulgò *Kolſtatt*.

Carœa, Sarmatiæ Europææ vicus. Ptol.

Carolus, cognomine Magnus, Pipini Francorum regis filius, primò Francorum rex, poſtea etiam Romanorum imperator, Hunnos, Saxones, Longobardos, Bauaros, multis prœliis fregit. Britanniam, Aquitaniámque ſubegit. Vaſcones perdomuit, Pannoniam vaſtauit: multa in Hiſpania prælia commiſit, Saxones in Galliam tranſtulit, quinque concilia coegit, ſcholam Pariſienſem inſtituit, multáſque in Italia ſanctorum hominum res geſtas literis prodendas curauit, ventis & menſibus nomina impoſuit: ædes ſacras plurimas extruxit: denique omnium qui vnquam fuerunt principum belli pacíſque artibus longè clariſſimus fuit.

Carolus Caluus, Franciæ rex, poſt multas cum fratribus de regni iure controuerſias, tandem etiam imperator factus, ex Italia rediens veneno periit.

Carolus III. cognomento Groſſus, VII. Romanorum imperator, Ludouici Germaniæ regis filius, Lotharingiæ, Alemaniæque rex. anno ſalutis 881.

Carolus Simplex, Francorum rex, anno ſalutis 909.

Carolus, Flandriæ comes, in templo à ſuis occiſus, anno ſalutis 1124.

Carolus Valeſius, Siculorum rex, à Pontifice deſignatus, anno ſalutis 1283. Æmil. lib. 7.

Carolus, Vngariæ rex, anno ſalutis 1312.

carolus Pulcher, Philippi Longi frater, primùm comes Marchiæ, poſt Franciæ rex, anno ſalutis 1321.

carolus, Roberti filius, Florentinorum dux, anno ſalutis 1328.

carolus IV. Cęſar, cognomine Lucelburgenſis, Bohemorum rex, anno ſalutis 1347.

carolus, Ioannes Conſtantinopolitanus imperator pulſo armis Cantacuzeno, qui regnum affectabat, in patriam redut, opera Frãciſci Cæreiluũi Genuenſis, cui ob eam rem Leſbum inſulam dono dedit, Blond. anno ſalutis 1354.

carolus, Andreæ filius, Neapolitano exercitui præfectus, qui poſt mortem Andegaui Ducis, regnum Neapolitanum acquiſiuit, ann. ſalutis 1379. Ric. Æmil.

carolus v. cognomine Sapiens, Francorum rex, Ioannis regis filius, Caroli VI. pater temporum: ſuorum turbulentiſſimum ſtatum ſua prudentia emendauit: pacis artibus etiam belli eas res fœliciter adminiſtrare doctus, ita vt quæ pater ſuus armatus amiſerat, inermis in cubiculo ſedens recuperauerit.

carolus VI. Quinti filius, VII. pater, Franciæ rex, per initia imperij ſatis fœlix, nobilis etiam de Flandris victoria inſignis, in morbum incidit, cuius occaſione à ſuis contemptus, multis ſeditionibus agitatus, tandem inter Anglorum manus moriens, regnum eis reliquit, coactus filium exhæredare: quæ res innumeras calamitates vtrique populo attulit.

carolus VII. Caroli VI. filius, rex Franciæ, homo egregiè exercitatus, primùm enim ab Anglis omni penè regno excluſus, vt etiam per iocum rex Biturigum diceretur, eos poſtea tanta fœlicitate perſequutus eſt, vt nullus eis locus in Frãcia relinqueretur, vbi in ſuo pedem ponerent.

Carolus, Dux Burgundiæ potentiſſimus, Philippi filius, primùm Carolenſis comes appellatus, varia fortunata cum Ludouico vndecimo Francorum rege, Eburonibus, Helueriis, bellum, & pacem exercuit: tandem verò à Renato Lotharingiæ duce pugna ſuperatus & interfectus eſt.

carolus VIII. Gallorum rex. ann. ſalutis 1484. Neapolitana expeditione illuſtris.

carolus v. Hiſpaniæ rex, Romanorum Imperator, anno ſalutis 1519.

ceromemphitæ, vide CARICVM.

carônium, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs. Pto.

carópolis, vrbs Cariæ. Steph.

carops, XIV. Athenienſium princeps, anno vrbis Romæ conditæ primo: Euſeb.

carops cepi, i. horti, parua regio Cariæ. Stephan.

carothus, Cyrenaicæ regionis vrbs, Anton. *Carara*, Mercatori.

carpanetum, ſeu Carpanettum locus in Attica regione, vt exponunt interpretes in Senecam in Hippolyto ſtatim ab initio, ſed quum locus hic Attico cœlo ignotus ſit, præſtat apud Senecam emendare. Quæ ſaxoſo loca Parneti ſubiecta iacent. Parnes enim mons Atticæ prope Hymettum.

Carpaſium, oppidũ Cypri inſulæ. Pli. li. 5. c. 31.

carpaſia Stephano, vrbs Cypri, quam Pygmalion condidit. Eſt & inſula Ciliciæ, Carpaſia iuxta promontorium Sarpedonium, quam Xenagoras Carpathum vocat, & Demetrius Salaminius Carbaſiam, quod ad ventum Κάρβαν dictum, ſita videatur.

cárpathus, inſula in mari mediterraneo contra Ægyptum, media inter Rhodum & Cretam ducentorum ſtadiorum circuitu, inſignis quatuor vrbibus: à quo vicinum mare ad Ægyptum vergens Carpentium dicitur. Homerus, Κάρπαθός τε Νίσυρόν τε ... Plin. li. 4. c. 12. Stephan. non procul à Coo ſitam ſcribit.

cárpates, mons Sarmatiæ in Europa. Ptol. Pro varietate locorum & idiomatum varia nomina ſortitus eſt.

carpathus, inſula Aſiæ, hodie *Scarpanto*.

carpe, Carcenia, Hiſpaniæ Bæticæ locus. Anton.

carpella Carmaniæ promontorium.

carpentorácte, Galliæ Narbonenſis ciuitas. Plin. lib 3. c. 4 vulgò *Carpentras*.

carpéſij, gens Iberica intra Iberum fluuium. Steph.

carpetani, Hiſpaniæ populi iuxta Vaccæos, ad Tagum fluuium. Plin. lib. 3 c. 3.

carpi, populi Zeugitanæ regionis, quæ propriè Africa dicitur. Plin. 1. lib. 5. A. Valerio populi à Diocletiano tranſlati in Pannoniam.

carpia, vrbis nomen. Steph.

carpiæ, dicebantur ciuitates in præcipuis fluminum à Roma ad Barbarorum impetum conditæ. Cæl. lib. 4.

carpiani, Sarmatiæ Europææ gens. *Ptol.*

carpineites, ſinus eſt non procul à promontorio quod Tamyracem appellant, magnitudinis non modicæ, tendens in Aquilonem, ſtadia circiter mille. Efficit etiam peninſulam, ſiue Cherroneſum, quem Tauricam, ſiue Scyticam dicunt, cuius Iſthmus CCC. & LX. ſtad. eſſe dicitur. Strabo lib. 7. ſed hodie legitur, Cartinites.

carpis, Pannoniæ inferioris vrbs, Ptol. *Carpen*. Lazio.

carpitani, vide Carpetani.

carpis, fluuius Scytharum. Herod. lib. 5. in oſtio Bœtis fluuij, quod Pauſanias tradit antiquitus Tarteſſum vocatum fuiſſe: huius meminit etiam Strabo lib. 3. Carpis & Alpis fluuij ad ven-

Digitized by Google

ventum Aquilonem in Iſtrum exeunt.

carpocrates hæreticus tempore Adriani Imperatoris docuit mundum ab Angelis conditum eſſe, & Chriſtum cæteris hominibus parem eſſe, hoc vno excepto, quod animam mundam habuerit; Iactauit ſomnia & δαίμονας παρέδρους. ὀνειρoπομπούς. Voluit vxores eſſe communes: vide Irenæum lib. 1. c. 24. Clementem Alexandrinum στρωμ. γ. Euſebium lib 4. cap 8.

carpophorus, Martyr Hiſpalenſis ſub Maximiano die decima Decembris.

carpóphorus, adoleſcens magna apud Domitianum Cæſarem gratia. Martialis in Amphitheatro ipſius Cæſaris.

carpudemum, Thraciæ mediterranea vrbs. Ptol.

carpus, Epiſcopus apud Bergamum martyrio coronatur ſub Aurelio Commodo, anno Domini 170.

capus, nomen viri, 2. Timoth. 4.

carræ, ciuitas Arabiæ ad rubrum mare, à qua Carrhæi dicti ſunt populi. Plin. Carrhæis latiſſimos & fertiliſſimos agros ab oppido Arabiæ, quod Carra dicitur.

carræ, ciuitas Meſopotamiæ trans Edeſſam, Galli & Romani exercitus cruore nobilis, Lucianus.

Aſſyrias Latio maculauit ſanguine Carras.

Plinius libro quinto capite vigeſimo quarto, & Caracallæ Imperatoris etiam nece. Hic enim, vt Rufus conſularis ſcribit, intra Euphratem, apud ciuitatem Edeſſam periiſſe fertur, cum leuandæ veſicæ gratia ex equo deſcendiſſet. Ibi muros domóſque ex maſſis ſalis faciunt, aqua ferruminantes, Plin. lib. 31 c. 70. ſcribitur & Carrhæ.

carra, Syriæ fluuius. Steph.

carraca, Thuſciæ vrbs mediterranea, hodie *Carrara* Leandro. Plin.

carrei, Arabiæ fœlicis populi. Plin.

carrhæ, Arabiæ vrbs, ad mare rubrum. Plin. Steph. Eſt etiam Meſopotamiæ vrbs. Ptolem. & aliis, ad Chaboram fluuium, Craſſi nobilitata clade. *Heren* nunc nominari ſcribit Niger. Hanc Æthicus & Liber Notitiarum *Charta* vocant, vt obſeruauit Simlerus, Abrahami habitatio. Vnde errare conſtat Alexandrum Zardum qui hanc cum *Cara* Ptolemæi, quæ eſt in Arabia fœlici ad ſinum Perſicum, confundit, addítque hodie *Baron* vocari. Scio etiam Carras eſſe in Arabia fœlici apud Pomponium & Stephan. ſed eæ ad ſinum Arabicum ſunt, vide ſupra Carræ.

carrinenſis, ager Hiſpaniæ, in quo duo ſcaturiunt fontes, alter omnia reſpuens, alter abſorbens. Plin. lib. 2. c. 104.

carrodunum, Ptolem. Germaniæ oppidum, quod Petr. Appianus *Krakau* Poloniæ regiam interpretatur. Graccopolim appellat Bonfinius.

carrodunum, alterum in Vindelicis ponit Ptolem. Hoc *Kramburg*, iuxta Waſſerburgum, ad Œnum fluuium eſt, Pirchaymero auctore. Tertium, Pannoniæ ſuperioris eſt. Quartum, ſuper Tyram flumen, in Sarmatia Europæa collocatur.

carruca, Hiſpaniæ oppidum. Hirtius.

carſa, maris Ægei inſula. Anton.

carſæ Perſarmeniæ vrbs. Cedren.

carſeæ, Aſiæ minoris gens. Polyb.

carſeolani, populi in quarta regione Italiæ. Plin. lib. 3. c. 12.

carſeoli, oppidum in via Valeria, non longè à Pelignis. Strab. lib 5. Plin. lib. 3. cap. 12. Ouid. 4. Faſtorum.

Frigida Carſeolis, nec oliuis apta ferendis,
Terra, ſed ad ſegetes ingenuoſus ager.

caſicis, portus Narbonenſis Galliæ, Anton.

carſidaua, Daciæ vrbs. Ptolem. quæ *Kuryma* hodie, teſte Lazio.

carſitani, Italiæ populi iuxta agrum Præneſtinum. Macrob.

carſuli, Vmbriæ in Italia populi. Strab. *Carſule*, Leandro.

carſum, Myſiæ inferioris oppidum. Ptol.

carta, Hircaniæ vrbs, Strab. & portus circa Thraciam Zonar.

carta, vnus ex Darij principibus.

cartadulorum regio in ſubſolanis Indorum montibus, in qua Satyri reperiuntur perniciosiſſimum animal, tum quadrupedes, tum rectè currentes humana effigie propter velocitatem, niſi ſenes aut ægri non capiuntur. Plin. lib. 7. c. 2.

cartalias, Hiſpaniæ vrbs circa Zacynthum. Strab.

cartalo, viri proprium. Sil. lib. 14.

—cadit opimus acri
Cartalo Vaſidio Lybicæ regnator arenæ.

cartandus, mons eſt inter Perſas, Medóſque poſitus.

cartare, Hiſpanica inſula. Sex Auien.

cartaſina, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

cartaxia, ſeu Carteia, oppidum Hiſpaniæ ad fretum Gaditanum verſus Orientem. Alio nomine Tarteſſus, vnde Tarteſſius & Tarteſſiacus, Appianus Carpeſſum vocat.

cartenaga, Indiæ intra Gangem oppidum. Ptol.

cartennæ, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Pomp. Mela.

cartenna, Auguſti colonia in Tingitana prouincia. Plin lib. 5. c. 2.

cartenus, Mauritaniæ Cæſarienſis flumen. Ptol.

Carteria, ante Smyrnam inſula. Ptol.

carterum mutus, locus in Sarmatia Aſiatica. Ptol.

cartha, i. ciuitas, ſiue vocatio, aut lectio, vel occurſus, ciuitas Leuitarum, in Zabulonia tribu. Ioſ. 21.

carthea, vrbs in Cea inſula. Plin. libro 4. c. 12. Hinc Cartheius. Ouid lib. 2. Metam.

Tranſit & antiqua Carthaia mœnia Cea.

Item Carthæus: Idem 10. Metam.

Namque, ſacer nymphis Carthæa tenentibus arua Ingens ſeruus erat.

carthago, Græcis Carchedon, vrbs Aphricæ totius celeberrima Romaniſque imperij aliquandiu æmula, à Didone condita ſeptuageſimo poſt Romam conditam anno Euſebius. Eò autem potentiæ vrbs hæc à tenuiſſimis primordiis paulatim excreuit, vt non modò Libyæ vniuerſæ, verùm etiam inſularum & bonæ Hiſpaniæ partis tenuerit imperium. Tria cum Romanis grauiſſima geſſit bella, quorum primo ſuperati nauali prœlio Pœni, æquas propemodum pacis conditiones à victoribus acceperunt, inſulis tantum quibuſdam abſtinere iuſſi. Huic ſucceſſit bellum Punicum ſecundum, Annibalis ductu geſtum, qui expugnata in Hiſpania Sagunto, victorem exercitum in Italiam tranſportauit, eóſque totos octodecim annos ferro flammáque crudeliſſimè vaſtauit. Victo deinde à P. Scipione apud Zamam Annibale, eò anguſtiæ res Carthaginienſium redactæ ſunt, vt ſalutem ſuam mœnibus tueri, duriſſimáſque pacis conditiones pro arbitrio victoris accipere ſint coacti. Verùm cùm ne ſic quidem quietè agitare poſſent, tertióque bellum inſtaurarent, Senatus Catonis authoritatem ſequutus, Carthaginem delendam cenſuit, & Scipionem Æmilianum in Africam miſit, qui victis Pœnis vrbem obſidione cinxit, captámque ſolo æquauit. Virg. Æneid. 1.

Vrbs antiqua fuit (Tyrij tenuêre coloni)
Carthago: Italiam contra, Tyberináque longè
Oſtia diues opum, ſtudiiſque aſperrima belli.

Tanta eius potentia fuit, vt authore Polybio & Strabone, tota Africa cultiore potiretur, in Hiſpania verò ab Herculis columnis aduſque Pyrenæos montes maximis ciuitatibus imperarent. Variante tandem fortuna adeò defecit, vt ea diruta, finitimi agri Maſiniſſæ, qui ob virtutem & amicitiam plurimum Romanis curæ fuit, concederentur. Adrianus autem imperator eam reſtitutam *Adrianopolim* appellauit, & ridiculè Commodus *Alexandriam Commodianam togatam*: à Charta oppido haud procul à Tyro quibuſdam dicta. Cic. verò lib. 2. de Nat. Deor. à Carthagine Herculis filia, cùm *Byrſa* priùs diceretur: priùs *Carthada* vocatam dicit Solinus, poſtea *Iunoniam*. *Tarſis* in ſacris Bibliis dicitur *Megara* etiam: in ea erat locus mœnibus circumſeptus. Appian. incolas huius vrbis *Pœnos* & regionem *Punicam* vocant authores. hanc à Didone extructam non fuiſſe ſcribit Budæus lib. 4. de Aſſe probátque id ex Ioſepho, qui tradit eam à Tyriis conditam centum & quinquaginta annis poſt Salomonem. Steph. quoque Carthaginem in Armenia habet.

carthago noua, vrbs quam dux Pœnorum Haſdrubal condidit in Hiſpania Bætica. Pomponius lib. 2. A Scipione expugnata eſt, Hannone non ſine ſuorum clade, ſe dedente. Liu. lib. 6. Decad. 3. Conteſtanorum maritima vrbs. Ptolemæo & aliis. Hanc auctores vt Plin. & Appian. *Spartariam* cognominant: idem Appianus putat prius *Saguntum* appellatam, ſed poſtea ab Annibale exciſam, & Carthaginenſium coloniam factam, *Carthaginem Spartagenam* nuncupatam. Sed hanc *Carthaginem & Saguntum* duo & diuerſa oppida eſſe, lippis & tonſoribus, vt dicitur notum eſt: at hoc condonandum eſt homini græco & peregrino, & cui Hiſpania minus cognita fuerit, veluti qui ſcribat Iberum fluuium in ſeptentrionalem Oceanum euolui, cùm in Mediterraneum exeat, hanc Carthaginem quoque *Campolim* vt *Lybicam*, appellari ſcribit Steph. idem Polyb. lib. 2. hodie *Carthagena* nominatur.

carthago vetus, Ptol. Blarcaonum vrbs eſt in Hiſpania Tarraconenſi *Pœnorum* cognominat Plin. Huius quoque meminit Cicero de lege Agraria. *Villa Franca* hodie, vel vt alij volunt, *Cantauilla* Carthaginem quoque Steph. in Armenia habet.

carthara, Meſopotamiæ ad Tigrim vrbs. Ptol.

cartheia, parua inſula, circa Delon, nobilibus clara ingeniis: ſiquidem ex ea Simonides Poëta qui ſcripſit multa præclarè, & Bacchylides: deinde Braſiſtratus, medendi arte clarus, atque Ariſto Bionis æmulus, ex Peripatetica diſciplina, duxere originem. Alex. Genial. dier. lib. 6. cap. 5. vide ſupra Cartæia.

carthuſiani, monachi à Brunone Colonienſi, qui Pariſiis Philoſophiam profeſſus eſt orti ſunt in Gallia, circa annum Chriſti 1080.

cartij, populi Perſiæ, Strabo libro Geographiæ 11.

cartis, Cimbrorum peninſula. Plin. lib. 4. c. 13. Promontorium Cimbrorum excurrens in maria longè peninſulam efficit, quæ *Cartris* appellatur.

caruancas, & Caruſadium, Norici mons. Ptol. *Prenaer* Pyramio.

caruanis, vrbs Ponti Polemoniaci in Cappadocia. Ptol.

caruentana, vrbs ab Æquis capta, quam rurſus pulſis hoſtibus Valerius conſul recuperauit, anno ab vrbe 346.

caruentus, vrbs Latinorum. Steph.

carui-

Caruilius Sput victis Samnitibus ſacrata lege pugnantibus, è pectoralibus eorum, ocreiſque & galeis, Iouem qui eſt in Capitolio, fecit, amplitudine tanta, vt conſpiciatur à Latiario Ioue. Plin lib. 34. c. 7.

caruilius, alter eques Romanus, tricliniis quibuſdam argentum addidiſſe primus traditur non vt operiret, aut vt Deliaca ſpecie faceret, ſed Punica.

carula, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs, inter Hiſpalim & Ilipam, Anton.

caruonis, oppidum ad Moſam in Geldriæ ducatu. Anton. *Graeue*. Simlero.

carura, regia Cerobothri, Indiæ intra Gangem, Ptolem. pagus item circa Meandrum fluuium Limes Phrygiæ & Cariæ, Strabo.

carus, XXXVI. Romanorum imperator, imperauit annis II cum filia Numeriano Cæſare, doctiſſimo iuuene, bellum Perſicum quod Probus parabat, aggreſſus, Meſopotamia capta, Cteſiphontem vſque peruenit, & in tempeſtate maxima morbo periit, anno ab vrbe 1035.

carya, ciuitas Peloponneſi: quæ cum Perſis hoſtibus contra Græciam conſenſit, poſt eáque à Græcis deleta eſt. Vitruuius lib. 1.

caruilius Maximus, prænomine Spu. conſul Rom. cum collega L. Papyrio curſore, ann. vrbis cond. 482.

carus Manlius Aurelianus, prænomine M. Imperator Rom. ann. ab vrbe cond. 1033.

caruſſi, populi Troglodytis finitimi pariter & Æthiopibus, in finibus Africæ, ad latus meridiem ſpectans, inhabitantes. Sipontin.

carya, regio Arcadiæ, Xenoph. Pauſan. curia item Tegeatarum. Pauſ. & vrbs Laconiæ. Luc.

carya, Steph. parua regio Laconicæ, incolæ Cariates, fœm. Caryatis, & Carœcus & Carœatis meliſſa, id eſt, Laconica apis. Carœa enim illic loci nomen eſt. Vide CARYVM.

caryanda, lacus & inſula eodem nomine Cariæ regionis. Strabo Geographiæ lib. 14. Stephan. vrbs & ſtagnum non procul à Myndo, & Coo.

carynia, Achaiæ, vrbs. Plin.

caryones, Sarmatiæ Europææ gens Ptol.

caryſa, Statio malè fida nauibus in Galatia. Arrian. in periplo.

caryſis, Cyreorum inſula, circa Lyciam. Steph.

caryſte, es & Caryſtos, ſti, inſula vna ex Cycladibus ſita in Euboico mari, varij marmoris ferax. Excidebantur enim ibi columnæ marmoreę, quę à loco etiam Caryſtię appellabantur. Seneca, *Pirex varij lapidis Caryſtus*. Hinc Caryſtęus. Ouid. libro 3. Faſtorum.

Quaque Caryſtæus frangitur vnda vadis.

Ibi Apollinis marmorei templum: Caryſtij marmoris meminit Plin. li. 4. c. 12. & lib. 36. c. 6. Item Lucanus li. 5. de inſula Eubœa loquens.

Qua maris Auguſtus fauces ſaxoſa Caryſtos.

In hac (teſte Solino) Titanes regnauerunt. Briareo enim (inquit) Caryſtij rem diuinam faciunt, ſicut Ægæoni Chalcidenſes. Nam omnis ferè Eubœa Titanum fuit regnum. Stephanus eam ait ſitam ſub Ocha ciuitate Eubœæ, à Caryſto Chironis filio dictam. Theodoridas Chironiam vocat. Sita eſt ad Pelagus Myrthoum, ſub Ocha monte: vocabatur etiam Ægæa ab Ægone loci domino, à quo & mare Ægeum.

caryſtus, locus τῆς Ἄργου iuxta Arcadiam, vbi columnæ Caryſtiæ ex Latomiis, & vinum Caryſtium celebrantur. Steph.

caryum, Laconiæ oppidum, à quo Diana Cariatis, quòd illic coleretur. Vitruuius Caryam vocat, vnde ſunt Caryatides columnæ in antiquis ſubſtructionibus celebratæ.

caſæ, Ciliciæ aſperææ, in Pamphylia vrbs. Ptol.

caſæ Calbenti, Mauritaniæ Cæſarienſis, locus. Anton.

caſæ, Nigræ Africæ ciuitas. D. Auguſtin.

caſæ, villa Aniceorum in Africa propria. Anton.

caſaia, pater Ethan. 1. Par. 15. lat. durities, aut grauitas, aut ſcandalum eius.

caſaloth, nomen ciuitatis, [illegible] 19. lat. temeritates, ſiue fiduciæ, aut ilia.

caſandra, inſula, contra Perſidē, Pli. li. 6. c. 25.

caſalus, ſinus ad Corſicam inſulam, Ptol. *Golfo de S. Florentio*. aliis *Capo di porto*.

caſama, Palmyrenæ vrbs. Ptol.

caſaman, Armeniæ oppidum. Cedren.

caſamarri, Æthiopiæ ſub Ægypto populi. Plin.

caſſandria, vrbs Macedoniæ iuxta Thraciam, quæ olim Potidæa vocabatur, à Caſſandro Antipatri filio. Steph.

caſbon, nomen ciuitatis, 1. Macchab. 5.

caſcandrus, Plin. lib. 6. c. 25. inſula deſerta in Oceano Indiam verſus.

caſcantenſes, Hiſpaniæ populi. Plin. lib. 3.

caſed, i. quaſi dæmon, vel quaſi deprædator, aut quaſi mamilla, ſiue quaſi ager, filius Nachor ex Melcha. Gen. 22. à quo Caſdim, i. Chaldæi.

caſeera, Rhodopæ regionis in Thracia vrbs. Procop.

caſellius, Vindex optimus habitus conſultus iuris, de cuius erroribus dicitur ſcripſiſſe Terentius Scaurus Adriani temporibus. Hæc Ianus Parrhaſius in illud Horatij de Arte poëtica.

Neſcit quantum Caſellius Aulus,
Sed tamen in pretio eſt.

caſerotæ, Ariæ gens. Ptol.

caſia, Scythiæ extra Imaum regio. Ptol.

caſilinum, Italiæ oppidum in Campania. Pli. lib. 3. cap. 5. in campano agro, inquit, Sabiæ oppi-

dum fuerat, intercidit ibi & Taurania: ſunt & morientis caſilini reliquiæ. hic Præneſtini incluſi à Pœnis famem nucibus ſuſtentarunt, ideò Nuculę appellati ſunt, vel quod in eorum regione plurima nux minuta naſcitur. Feſtus.

Caſina, Plauti fabula. dicta à Caſina ancilla, quam Stalino ſenex, eiuſque filius, certatim deperibant.

caſina, Campaniæ oppidum in Italia. Plin. li. 3. c. 5.

caſinum Campaniæ vrbs, in Italia. Plin. lib. 3. cap. 5.

caſinus, mons Campaniæ, vbi dudum Apollo colebatur, cuius templum euerſum eſt à viro quodam ſanctiſſimo. Bocat.

caſſiope, vrbs Chaoniæ regionis in Epiro, quam Sophianus *Caſope*, vocat. *Santi quaranta*, Nigro.

caſiti, Indorum populi Anthropophagi. Plin.

caſiotis, pars Syriæ, Phœniciæ proxima.

caſis, i. cõciſio aut finis, nomen vallis, Ioſ. 18.

caſius, mons apud Euphratem, vbi Traianus dicauit crateras argenteos in templo Iouis Caſij cum epigrammate. Suidas. Sunt tamen & alij huius nominis montes.

caſius, mons trans Peluſium, extremum Nili oſtium, in eo Arabiæ Petreæ parte, quæ ab hoc monte Caſiotis Ptolemæo appellatur: in quo erat Magni Põpeij tumulus ab Adriano inſtauratus, vt in vita eius teſtatur Capitolinus. In hoc monte templum inſigne habebat Iupiter, qui inde Caſius cognominabatur. Lucanus lib. 8.

—manéſque tuos placare licebit,
Et Caſio præferre Ioui.

Noſtri Sinai montem eſſe aſſerunt, ob illic à Deo datas per Moyſen populo Iſraelitico Decalogi tabulas, nobilem. Plin. li. 5. c. 11. Arabiam hanc ſterilem, & præter Caſium montem nihil inſigne habentem indicat.

caſius, mons in Syria Antiochena ſupra Seleuciam cognomine Pieriam lib. 5. cap. 22. cuius altitudo in directum eſt quatuor millium paſſuum. Cuius (inquit) excelſa altitudo quarta vigilia orientem per tenebras ſolem aſpicit, breui circumactu corporis, diem noctemq; pariter oſtendens. Ptol. præterea lib 5. c. 18. Caſium quendam montem collocat in Meſopotamia, non procul à Singra altero eiuſdem regionis monte. Suid.

caſius, Iupiter dictus à monte Caſio. Paleph. lib. 1.

caſletum, oppidum Galliæ Belgicæ. Æmil. lib. 8.

caſleu, x. menſis Hebræis, noſtro Nouembr. & Decembri reſpondens. Zach. 7. Nomen habet à voce Ebræa Keſil, quæ Orionem ſignificat Iob. 9. 38. Hoc autem Sydus menſe Nouembri Coſmicè occidens turbulentas tempeſtates ciet. Vnde Virg. Æneid. 7. ſæuus vbi Oryon hybernis conditur vndis.

caſmare, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Ptolem.

caſmene, vrbs Siciliæ. Steph. hodie *Comiſo*.

caſmonates, Liguriæ populi. Plin lib. 3. c. 5.

caſmilus, cognomẽ Mercurij, vide Camillus.

caſnitium, oppidum vnum ex illis in quibus & ius dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quædam Reſp. neque tamen magiſtratus ſuos habebant: in quæ legibus præfecti mittebantur quotannis qui ius dicerent. Feſtus.

caſope, vide CASSOPE.

caſos, inſula iuxta mare Carpathium ambitu 80. ſtadiorum, in qua eſt oppidum eiuſdem nominis, à Caſo Cleomachi patre dicta: coloniis eò deductis. Ab hac & Caſius mons in Syria. Sũt autem multæ Caſorum inſulæ per ambitum, à quibus veſtimenti nomen Caſiaca, quod & nunc quoque durat, vulgare Græcis militibus. Euſtathius Caſianam appellat à monte Caſio.

caſos, Perſidis inſula & ciuitas. Steph.

caſpapyrus, vrbs Gandarica, Scytharum verò ἀκτή, id eſt littus. Stephan.

caſpaſium, flumen apud Scythas Aſiaticos. Plin.

caſperia, Indiæ intra Gangem regio. Ptol.

caſperia; Rhœti Marrubiorum regis vxor, quæ cum Anchemolo priuigno corpus commiſcuit, vt annotauit Seruius in illud Virgilij 7. Æneidos.

Hinc Sthelenum petit, & Rhœti de gente vetuſta.
Anthemolum, thalamos auſum inceſtare nouerca.

caſperia, oppidum in Sabinis, idem fortaſſe cum eo, quod Silius Caſperulam vocat. Virg. 7. Æneid.

Qui Tetricæ horrentes rupes, montémque Seuerum.
Caſperiámque colunt.

caſperula, oppidum Sabinorum, quod Silius Italicus à Caſpiis portis quæ in oriente ſunt, vbi Bactriana eſt regio, accepiſſe nomen fingit lib. 8.

Hunc Amiternæ cohors & Bactris nomina ducens
Caſperula.

caſphor, nomen ciuitatis. 1. Macch. 5.

caſpiæ portæ, variè dicuntur. Quidam Amazones, portis Caſpiis egreſſas, ad Alexandrum veniſſe in Hyrcaniam, prodidere: ſed illæ Caucaſiæ fuerunt, per quas tranſitus eſt ex Hiberia in Scythiam. Neronis quoque principis comminatio ad Caſpias portas (vt inquit Plinius) ad eum tranſitum reſpiciebat. Verùm mons

Digitized by Google

mons Taurus tribus in locis interruptus, quaſi portis quibuſdam pertranſitur in Armeniam in Ciliciam,& in Mediam. Sed illa tantùm Caſpiæ portæ appellantur, quæ apud Medos ſunt. Ptolem. Plinius& Strabo. Per has tranſitus eſt ex Babylone & Perſide ad mare Caſpium. Et hinc fortaſſe Caſpiæ dictæ ſunt, quòd aliquæ gentes vicinis inſident montibus appellatæ Caſpiæ. Iuga verò Caſpia procul hinc abſunt, & ad Armenios, vlterioreſque populos pertinent. Portæ autem Caſpiæ panduntur itinere manufacto millibus octo paſſuum longo: nam latitudo vix eſt plauſtro permeabilis. Hæc alibi Armeniæ, alibi Caſpiæ, alibi Ciliciæ vocantur. Plin.

caſpiana, Armeniæ maioris regio. Strabo.

caſpij, populi Scythici generis Hircanis finitimi, ciúſque maris accolæ, quod ab ipſis Caſpium appellatur. Horum regio à Strabone Caſpiana appellatur. Virg. 5. Æneid. [illegible], Caſpia regna nominat:

Huius in aduentu iam tunc & Caſpia regna
Reſponſis horrent diuûm.

Hi parentes decrepitos, & ſeptuageſimum ætatis annum attingentes, anguſto loço includere dicuntur & fame enecare. Strab. lib. vndecimo. Sunt etiam Aſiæ populi, quorum regio *Stram* vocatur.

caſpij montes, iuxta mare Caſpium, Armeniam & Hyrcaniam verſus & Septentrionem, vbi etiam ſunt Caſpiæ portæ.

caſpin, Syriæ vrbs, 2. Macchab. 12.

caſpirus, vrbs Parthorum, finitima Indiæ, cuius incolæ omnium velociſſimi curſu: Steph.

caſpium mare, inter Caſpios & Hircanos montes eſt, à quibus nomen accepit. & immenſum occupat ſpatium: de quo tamen inter ſcriptores parum conuenit. Vadianus apud Pomponium: hodie variis nominibus celebre, *mare Hyrcanum* Latini, Rutheni, *Schualen ka More*, Mauri *Bohar Corſum* (vocabulo cum ſinu Arabico, communi) quod mare clauſum ſignificat, indigetant. Ab aliis aliter appellatur: *vt mare de Baccha, Cunzar, Giorgiam, Terbeſtan, Coraſum* à regionibus nempe & locis vicinis denominatum. Lacus totius orbis maximus eſt, & ſalſus, piſcibus abundat. Ad occidentem & Septentrionem, Turcas, Moſcos, & Lithuanos reſpicit, ad Meridiem Medos habet. Orientem verſus Perſiæ regno clauditur.

caſpius, dictus eſt Taurus mons à dextra Sipontinus.

caſſandane, filia Pharnaſpis, & mater Cambyſæ generi Aſtiagis. Herod. hiſt. lib. 1.

caſſander, xxv. Macedonum rex, regnauit annis xix. Pydnam obſedit, & Olympiadem interfici iuſſit. Iuſt. lib. 14.

caſſandra, Priami, & Hecubæ filia, quæ cum ob formæ venuſtatem ab Apolline amaretur, iuſſa quamcunque vellet concubitus mercedem petere, vaticinandi peritiam ſibi dari poſtulauit: quam cùm credulus amator ei conceſſiſſet, neque illa promiſſis ſtaret, indignatus deus, quoniam munus iam datum eripere non poterat, effecit vt vaticiniis eius fides nulla haberetur. Quare cùm equi Troiani inſidias detexiſſet, cúmque mœnibus minimè reſpiendum clamaret, neminem tamen inuenit, qui verbis eius fidem adhibendam putaret. Hanc Virg. poſtremis Troiani belli temporibus Chorœbo iuueni deſponſatam fuiſſe tradit, qui cùm extrema illa nocte, qua Ilium cecidit, ſponſam captiuam abduci videret, eique ſuppetias ferre conaretur, à Penelao quodam confoditur, virgóque ipſa ab Aiace Oileo in Mineruæ templo viciatur. Hæc poſtea in prædæ diuiſione Agamemnoni ceſſit: qui cùm identidem ab illa admoneretur, vt Clytemneſtræ vxoris ſuæ inſidias caueret, nihilo tamen minus eius monita, velut Veſanæ mulierculæ deliramenta, contempſit. Cuius poſtea ſecuritatis pœnas dedit vnà cum Caſſandra, vxoris Ægiſthíque inſidiis in conuiuio obtruncatus. Virg. 2. Æneid.

Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo
Crinibus à templo Caſſandra, adytiſque Mineruæ.

Idem.

Sola mihi tales caſus Caſſandpa canebat.

Caſſandra, Iobatis filia, quæ Bellerophonti nupſit. Homerus.

caſſandra, oppidum: & Caſſandria colonia, de quibus in POTIDÆA. Aliis Caſſandrea, vt Plin. Ptol. ſimplicis ſcribit, vrbs maritima Macedoniæ eſt. Pauſanias & Steph. ſcribunt olim Potidæam dictam.

caſſanitæ, populi maritimi ad mare rubrum. Steph. Arabiæ fœlicis. Ptol.

caſſanotus, vrbs Ægyptia. Steph.

caſſera, Macedoniæ oppidum. Plin. lib. 4. c. 1. circa Athi montis Iſthmum.

caſſi, Britanniæ inſulæ populi apud Cæſarem, quos *Gaſſerer* Glareanus, *Caubovv.* Camdenus appellat, *mari proximi* ſunt & Cenimagnis, Trinobantibus, Segontiacis, Ancalitibus Bibrocis vicini.

caſſia via, à Caſſio ſtrata. Feſtus.

caſſianus, Antiochiæ rex ab Armeniis interfectus, anno ſalutis 899. Blond. lib. 4. Decad. 2.

caſſianus, Hieroſolymitanus Epiſcopus XI. ex gentibus, anno ſalutis 142.

caſſianus, martyr, apud forum Cornelij, vbi & iacet, & quò venerat peregrinationis gratia è Brixia vrbe Germaniæ, cuius erat ciuis & præſul, cúmque apud forum Cornelij doceret,

iuſſu Iuliani Imperatoris, qui prohibuerat Chriſtianos docere, ſtylis diſcipulorum confoſſus eſt.

Caſſianus Alexandrinus ſub Iouiniano in Italiám veniens, apud Ortanum templum conſtruxit, cuius & præſul electus: inde peregrinando Auguſtodunum venit, Epiſcopo Simplicio viro ſancto ſucceſſit.

caſſianus, monachus, Honorij tempore, Hieroſolymitana Eccleſia ab hæreticis eiectus, Maſſiliam venit, vbi duo condidit cœnobia, ſcripſit & de monachorum inſtitutis. Volat.

D. Gaſſianus, quintus Auguſtoduni Galliæ ciuitatis, vulgò *Autun*, Epiſcopus fuit: ad cuius tumulum pleraque ac miranda eduntur miracula: Greg. Turon. c. 75. de glor. martyr.

caſſida, Indiæ intra Gangem oppidum. Ptol.

caſſij, montes Scythiæ, extra Imaum. Ptol.

caſſiliacum, Rhetiæ primæ oppidum, li. Not. *Romakeſſel*, Rhenano.

caſſilium, vulgò *Caſſel*. Vide Sterenontium.

caſſinitius, fluuius Thraciæ, cuius aqua equos potus efficit.

Caſſinum, oppidum dictum quòd ſit vetus, & Caſſinum forum, vetus appellant Caſſini. Vide Hoſtiones.

caſſiodorus Patricius & Senator Romanus, Theodorici Gotthorum regis præceptor & Cãcellarius, tandem Abbas Rauennæ, cum multa alia ſcripſit, tum verò hiſtoriam Eccleſiaſticam, quæ Tripartita nominatur, ex tribus ſcriptoribus Theodoreto, Sozomeno, & Socrate in vnum corpus coagmentauit. Mortuus eſt temporibus Iuſtiniani Imperatoris. Extant eius ad Theodoricum epiſtolæ. Volat. lib. 13.

caſſiope, ſiue Caſſiopea, Cephei regis Æthiopum vxor, & Andromedes mater, quæ, quod gloriaretur, Nereidibus ſeſe corporis pulchritudine præſtare, illarum indignationem incurrit. Nymphæ enim iactantia eius irritatæ, incredibilis magnitudinis cetum immiſerunt, filiámque eius vnicam, nomine Andromedam ſaxo alligarunt, cetóque deuorandam obiecerunt, quæ tamen Perſei virtute liberata, ei nupſit. Caſſiope verò tandem generi meritis in cœlum tranſlata traditur, & in ſiliquaſtro ſedens vertente ſeſe cœlo, reſupinato capite ferri pedibus ipſius in ipſa Arctici circuli circumductione poſitis. Æſtiuum circulum capite & dextera manu tangit, & prope Medeam circulo lacteo diuiditur, non procul à Cephei ſigno. Occidit cum Scorpione, exoritur cum Sagittario. In capite eius ſtella oſtenditur vna, in vtroque humero ſingulæ, in mamilla dextra clara vna, in lumbis vna, in ſiniſtro femore duæ, in genu vna, in pede ipſius dextro vna: in quadrato, quo ſignum eius circumſcribitur vna, in vtriſque angulis ſingulæ, cæteris clariùs lucentes. Hyginus de Signis cœleſt. Iope (inquit Stephan. quam Græci non rectè [illegible] vocant) Æoli, filia vxor Cephei, Iopæ Phœniciæ ciuitati ab eius marito conditæ nomen dedit. Mantuanus.

Silus equos ſupra fulgentem Caſſiopeam.

Caſſiope, oppidum Epiri, à quo Caſſiopæi. Plin. lib. 4. Ptolem. Straboni promontorium eſt, quod & Phalacrum vocat.

caſſiope, oppidum in Corcyra inſula. Plin. lib. 4. c. 12. Ptol. Caſſiopolis dicitur.

caſſios, flumen Scythiæ, quod per Albaniam in mare decurrit. Plin. lib. 6. c. 13.

caſſiterides, inſulæ decem in Indico Oceano, vnde plumbum candidum effoditur. Plin. lib. 4. cap. 16. aliàs lib. 5. cap. 32. Ex aduerſo Celtiberiæ complures ſunt inſulæ, Caſſiterides dictæ Græcis, à fertilitate plumbi. Vide infrà in dictione Catriterides. Heſperides quoque appellantur à Dionyſio Alexandrino, qui eas contra omnes Geographos ad ſacrum promontorium deſcribit, alii omnes námque & circa Nerium Promontorium ponunt, & ſtanni fertiles eſſe dicunt.

caſſitira, inſula in Oceano, Indiæ vicina. Steph.

c. Caſſius, (Longinum vocat Dion. lib. 40.) vnus ex C. Iulij Cæſaris percuſſoribus vnà cum M. Bruto apud Philippos à tyrannis M. Antonio & C. Octauio victus, mortem ſibi conſciuit, vir omni laude dignus, & animo in Rempubl. ſingularis: hoc tamen minus fœlix quòd ſublato tyranno, tyrannidem tollere non potuit. Plutarch. in Bruto. Cæſare interfecto quum poſtridie Liberalium apud M. Antonium cœnaret, rogante illo, non etiam ibi gladiatum aliquem in ſinu reconditum haberet. Et quidem permagnum, inquit, ſi & tu tyrannidem affectas. Vxorem habuit Iuniam Bruti ſororem, quæ vtrique per annos 64. ſuperſtes vixit.

caſſius Brutus, patriæ proditor, à patre inedia conſumptus eſt. Nam bellum *aduerſus Latinos* Romanis erat. In eo ducem P. Decium creant quidam patricij. Cæterùm, inops adoleſcens hic Caſſius Brutus, dicta mercede, portas aperire cùm deprehenſus eſſet, ad auxiliaris Palladis templum confugit, cuius pater Caſſius ſignifer, occluſis foribus, necatum fame iuuenem, inſepultum eiecit. Plut. in Para.

caſſius Dion. conſul, collega Iuu. Tiberiani, ann. ab vrbe 1042.

caſſius Apronianus, conſul, collega Petini ann. ab vrbe 871. Athenienſibus iura ex Draconis & Solonis, reliquorúmque libris conſcripſit. Caſſiodorus.

caſſius cos. à Tigurinis, pago Heluetiorum qui à ciuitate ſeceſſerant, in finibus Allobrogum cum exercitu cæſus: milites qui ex ea clade ſe-

de ſupererant, obſidibus datis & dimidia omnium rerum parte, vt incolumes dimitterentur, cum hoſtibus pacti ſunt, tempore quo Iugurtha pulſus eſt à Mario. Liu.lib.25.

caſſius Poſthumus Labienus in Gallia regnauit annos 7.ſub Gallieno maiore imperatore.

caſſius, Tribunus plebis, C. Mario, L. Flacco conſulibus, plures leges ad diminuendam nobilitatis potentiam tulit:in quibus ſanxit, vt quem populus Romanus damnaſſet, cuíve imperium abrogaſſet,id ratum eſſet. Fuit & inter competitores Ciceronis in conſulatu. Pædianus.

caſſius,dux Pompeianus,cùm decem nauibus ardente bello ciuili tranſiit ad Cæſarem.

caſſius Longinus, Iuriſconſultus, quod Caſſij percuſſoris Cæſaris nomen & ſtemmata haberet,iuſſus eſt à Nerone mori: pronepos fuit Seruij Sulpitij ac eques Romanus. Tranquillus.

caſſius Seuerus, orator, de quo Quintil. ſic ſcribit, Caſſius Seuerus, qui ſi cæteris virtutibus colorem & grauitatem orationis adieciſſet, ponendum inter præcipuos foret. Nam & ingenij plurimum eſt in eo,& acerbitas mira,& vrbanitas, & vis ſumma, ſed plus ſtomacho quàm conſilio dedit. Hæc ille.Huius Caſſij ſcripta ex ſenatuſconſulto abolita ſunt.Tranquillus.

M. Auidius Caſſius præfectus exercitus Antonini principis in Oriente, dum Imperator ipſe res in Germania gerit contra Marcomannos defecit ab eo; itaque relicto bello imperator cum exercitu eum petit & ſuperat.

caſſius,præſul Narnienſis tempore Totilæ regis Gotthorum, cui occurrens animum eius placauit,ne ciuitati noceret.Greg.3.Dialogorum,

Sp.Caſſius Bellicinus, regni affectati crimine damnatus, cui plus ſuſpicio concupitæ dominationis nocuit,quam tres magnifici conſulatus,ac duo ſpecioſiſſimi triumphi profuerunt. Senatus enim, populúſque Romanus, non contentus capitali eum ſupplicio afficere, interempto domum ſuperiecit. In ſolo autem ædem Telluris fecit.Valer.lib.6.c.3.

caſſius, poëta Parmenſis fuit, cuius ingenium in ſcribendo carmine mirè concitatum & promptum prædicat Horat.1.Serm.Satyr.10.

—At ſi quis pedibus quid claudere ſenis
Hoc tantùm contentus amet ſcripſiſſe ducentos
Ante cibum verſus,totidem cœnatus, Hetruſci
Quale fuit Caſſi rapido feruentius amni
Ingenium,capſis quem fama eſt eſſe,librisq́;
Ambuſtum proprijs.

Hic eſt qui in partibus Caſſij & Bruti Tribunus militum militauit,quibus victis Athenas ſe contulit. Quintilius Varus ab Auguſto miſſus,vt eum interficeret, ſtudentem reperit & perempto eo ſcrinium cum libris tulit, vnde multi crediderũt Thyeſtem Caſſij Parmenſis fuiſſe: ſcripſerat enim multas tragœdias. Acron in illud Horat.1. epiſt.41.

Scribere quid Caſſi Parmenſis opuſcula vincat?

caſſius Hemina chirurgus apud Romanos, cui ob peritiam ius Quiritium datum eſt & taberna in compito Acilio empta. Plin.c.7.lib.25. & c.3.lib.30.

M. Caſſius Scæua, miles Cæſaris fortiſſimus de quo Cæſar belli ciuilis lib. 3. Valer.lib.3.cap. 2.Appian.2.de bello Ciuili. Lucanus 6.Florus 4. & Suetonius in Cæſare.

caſſius,Hiſpaniæ mons.Sex.Auienus.

caſſopa, vrbs in Moloſſo, vnde regio Caſſopia.Gentilia, Caſſopus,Caſſopius,Herodian.Stephanus.

caſſotis, fons apud Delphos, à Nympha Parnaſia ſic dictus.

caſtabala,Ciciliæ & Phœniciæ ciuitas,quæ & Peraſia dicebatur.Steph.Strab.lib.12.

Eſt etiam Caſtabala in Phœnicia.

caſtabalenſes propter bella cohortes canum habuere.Plin.In Caſtabalis Dianæ Peraſiæ templum extitit,quod ſacræ mulieres ingreſſuræ ſuper prunas nudis incedebant pedibus. Pius 2. pontif. Max.Aſiæ c.46.

caſtalia,Acheloi filia.

caſtalia,vrbs Ciciliæ. Steph.alia circa Phocydem.Herodot.

caſtalius,fons Caballinus & Libethris dicitur. Eſt in radicibus Parnaſſi Muſis ſacer à virgine Caſtalia,quæ Apollinem fugiens, præcipitata, & in fontem verſa eſt, cuius aquam dicuntur bibere poëtæ. Hunc fontem dicit Acron fuiſſe in Lycia,vbi armenta Apollo fertur pauiſſe, Virg. lib. 3.Georgicorum,

—iuuat ire iugis,qua nulla priorum
Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo,&c.

caſtalo, maxima ciuitas Oretaniæ: Gentile, Caſtalonites.Steph.

caſtanea, vrbs iuxta Tarentum. Steph. Gentile,Caſtanites. Stephan.

caſtanea, vrbs circa Peneum fluuium, Strabo & Magneſiæ. Plin. Eudoxus per theta ſcribit, Gentile.Caſtanæus.Stephan.

caſtaon, locus in Hiſpania, in quo plumbum effodi ſolet, haud procul à noua Carthagine, cui argenti pars parua immixta eſt, non adeò vt eius vtilis ſit expurgatio.Strab.lib.3.Eſt etiam Hiſpaniæ vrbs Straboni, non procul à fontibus Bœtis fluminis,*Villa Nueua d'Alcaraz*,Car.Cluſio.

caſtax,vrbs Iberiæ,Gentile,Caſtacæus,Steph.

caſtellani, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. Ptol.

caſtellum,Menapiorum in Gallia Belgica oppidum.Ptol.hodie *Keſſel.* Item oppidum in Occidentaliori Flandriæ ſeu Marinorum tractu. Anton. Leodius & Pet. Diuæus, oppidum etiam

eſt ad Moſam, vbi illud quoque Ammianus deſcribit lib. 17. in regione quæ vulgò *Cay k* dicitur, *Caſtellum Morinorum* ex itinerario Antonini citat Diuæus. *Caſtellum Aquarum*, vocant Rhenanus & Althamerus *Baden*, vrbem Badenſis Marchionatus primariam, idque colligit ex Taciti Annalium lib. 17. vbi ſcribit à Cæcina Caſtellum (quod Heluetij ſuis militibus & ſtipendiis tuebantur,) in modum municipij ſtructum eſſe, ad litque locum eſſe amœnum & ſalubrium aquarum frequentem.

caſtellum, locus inter Fauentiam & Florentiam. Anton. & in Mauritania Cæſarienſi.

caſthenes, Thraciæ ſinus iuxta Byzantium. Plin. lib. 4.

caſtianira, mulier genere Threſſa ex Æſimo vrbe, quæ Priamo Gorgythionem peperit. Homerus 8. Iliad.

caſtimenſis, Venus cognominata eſt, ſub quo nomine & Theſſalis culta, apud eoſdem pharum habuit, & aliud in Syda Pamphyliæ, & in Aſpendo Argiuorum, & Agis in feſto quod Hiſteria dicitur: in quibus præter inſtituta moréſque aliorum, ſues mactare licet, quum in cæteris nullo modo fas ſit. Alexand. Genial. lib. 7. cap. 12.

caſtinus, conſul collega Victoris, anno ab vrbe 1177. Diago. libro 14. Pomp. Blond. lib. 2. decad. 1.

caſtinium, mons in Aſpendo Pamphyliæ. Gentile, Caſtinius, Caſtinetes. Steph.

caſtoli. Campus apud Dorienſes. Nam Lydi, Dorienſes vocant Caſtolos.

caſtólogi, Plin. lib. 4. enumerantur inter populos Galliæ Belgicæ.

caſtolus, vrbs in Lydia, Steph. hinc Caſtoli campus apud Xenoph.

caſtor & Pollux, fratres gemini, Iouis ex Leda ſub cygni forma compreſſa filij, qui & Tyndaridæ paſſim à poëtis appellantur, quemadmodum & Helena ſoror ipſorum, Tyndaris. Hi, vbi primùm adoleuerunt, mare piratis liberauerunt, & ob id dij maris habiti ſunt, quos in tempeſtate nautæ ſolent implorare. Poſt hæc in Colchos cum Argonautis profecti: qua in expeditione Pollux Amycum Bebryciorum regem inſidias ſibi ſtruentem interfecit. Deinde domum reuerſi, Helenam ſororem à Theſeo raptam, receperunt, Aphidna vrbe, Theſeo abſente, expugnata. Tandem cùm Caſtor diem ſuum obiiſſet, ferunt Pollucem (qui eodem cum Helena ouo natus, immortalis erat:) fratris deſiderio à Ioue petiiſſe, vt immortalitatem ſuam cum fratre poſſet partiri: qua re impetrata, alterni mori traduntur & reuiuiſcere. Virg. 6. Æneid.

Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itque, reditq́; viam toties.

Cui fabulæ occaſionem dedit geminorum natura, quorum altero oriente, alter occidit, & è conuerſo. A Græci *διόσκουροι*, hoc eſt, Iouis filij appellati ſunt, & inter deos *Apotropæos*, hoc eſt, malorum depulſores annumerati.

caſtor, medicus antiquiſſimus, docuit, piperitim herbam, quam alio nomine ſiliquaſtrum nominant, bibi contra morbos comitiales. Plin. lib. 20. cap. 17.

caſtor, hiſtoricus, qui de Argiuorum regno ſcripſit: vixitque anno mundi 3360.

caſtor, cuiſor velociſſimus. Pauſ.

caſtorum, lucus ad duodecimum lapidem à Cremona diſtans, vt Tacitus habet lib. Annal. 18. Caſtoris Lucus vocatur Oroſio lib. 6. c. 8. ſed in hoc variæ lectioni, an potiùs ſynonymæ tribuendum ſit, affirmare non auſim.

caſtra, Indiæ intra Gangem oppidum, Ptol. Norici vrbs. Ant. Macedoniæ eid. inter Lichnidum & Heracliam.

caſtra alata, vide Alata.

caſtra Alexandri, locus vel regio Ægypti circa Peluſium. Q. Curtius. lib. 4.

caſtra, Annibalis, magnæ Græciæ portus. Plin. *Le Caſtelli* Leandro.

caſtra Cæcilia Hiſpaniæ vrbs, Plin. hodie *Caceres*, vel *S. Maria de Guadelupe*.

caſtra celica, Hiſpaniæ locus inter Emeritam & Salmanticam. Anton.

caſtra Cornelia, ſeu Corneliana, ſeu Cornelij, Africæ propriæ vrbs. Pomp. Plin.

caſtra Conſtantia, vulgò *Conſtance*, ciuitas Galliæ Celticæ in Neuſtriæ ſeu Normaniæ prouincia, ſic vocata, quod ibi Caij Iulij Cæſaris milites conſtanter, ob Armoricorum incurſiones caſtrametabantur Am. Marcel. lib. 5.

caſtra Cyri, regio circa Lyciam, Curtius lib. 3.

caſtra Dei, vide Manaim.

caſtra Exploratorum. Anto. *Burgenpen lands.* Camdeno, locus in Anglia.

caſtra Flauiana, vide Ala Flauiana.

caſtra Gemina, Hiſpalenſis conuentus oppidum. Plinius.

caſtra Germanorum. Mauritaniæ Cęſarienſis oppidum, hodie *Brexar & Berſac.*

caſtra Iudæorum, vide Bubaſtus.

caſtra Iulia, Hiſpaniæ oppidum. Plin. *Trugillo* hodie.

caſtra Lælia, Africæ minoris vrbs. Mela.

caſtra Lapidariorum, vrbs Ægypti, lib. *Notit.*

caſtra Larba, Thraciæ vrbs Anton.

caſtra Legionum Germanicæ circa Rheni oſtium. Plin.

caſtrimonienſes, Italiæ populi. Plinius libro 3. cap. 4.

caſtra noua in Mauritania Cæſarienſi. *Anton.*

caſtra Poſtumiana, Hirtij, ſunt in Hiſpania.

by Google

Bætica, & nunc *Caſtro del rio* dicuntur, vt vult Amb. Moralis.

caſtra Regina, in Rhetia lib. Notit.

caſtra Vlpia, vrbs Anto. quam Simlerus *Cleue* exiſtimat, Cliuienſis ducatus primariam.

caſtra Vinaria, Hiſpaniæ vrbs. Ptol.

caſtratius, cùm tempore Syllanæ diſſenſionis Placentiæ gereret magiſtratum, & Cn. Carbo conſul Marianarũ partium peteret obſides Placentinos, ne Placentia ad Syllam deficeret, negantique Caſtratio dixiſſet multos ſe habere gladios: At ego annos, reſpondit Valer.

T. Caſtratius, Rhetoricæ doctor Romæ. Gell. lib. 11. c. habuit Romæ locum principem declamandi & docendi, ſumma vir authoritate, grauitatéque, & à D. Hadriano ob mores atque literas ſpectatus.

caſtriani, populi ab Aureliano Imperatore, magna parte interempti. Vopiſc.

caſtrocomium, Iberiæ locus. Cedren.

caſtrozarba, Thraciæ oppidum. Procop.

caſtrum altum arx munita Hiſpaniæ citerioris, locus cæde magni Amilcaris inſignis, vt docet Liuius lib. 24. Sunt qui opinantur hodie *caſtel Seras* appellari, vt Florianus *del campo* refert.

caſtrum Inui Virgilio, Tuſciæ maritimum oppidum eſt. Erythræus vocat Corneto, & dicit à Ptolemæo *Caſtrum nouum* appellari, idem aſſerit Blondus, qui addit quoque ſic à Plinio & Mela vocari. Sed ante omnes Seruius ſcripſit hoc caſtrum Inui, caſtrum nouum dici.

caſtrum nouum, Italiæ oppidum, non procul ab oſtiis Tyberis. Pomponius lib. 2. Plin. lib. 3. c. 5. & Tuſciæ oppidum.

caſtrum Coruolinum, Gallicè *Corbeil*, oppidum Galliæ ad flumen Sequanam ſitum, quatuordecim Italicis milliaribus ab vrbe Pariſienſi diſſitum.

caſtrutius, Lucentium & Piſanorum dux. Blondus. Plati.

caſtulonenſes, populi Hiſpaniæ Bæticæ. Plin lib. 3 c. 3. Ex colonia (inquit) Salarienſe oppidani Latij veteres Caſtulonenſes qui Cæſari venales appellantur.

Caſtulo, Oretanorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs, Ptolemæo, *Caſtalo*, Steph. & Polyb. lib. 10. vocant Florianus dicit hodie *Caſtonala veia* appellari.

caſuentillani, Italiæ populi in ſexta regione. Plin. lib 3. c. 14

caſſula præcipuarum Haſſiæ ciuitatum altera, dicta quaſi Caſtellum: olim enim tantùm illic arcem extitiſſe perhibent. A Ptol. Stereontium dicta. Fulda Ana, & Treiſſa fluminibus irrigua Agrum fœcundum atque compaſcuum habet, & arua pecoribus nutriendis idonea, vulgò *Caſſel*, Irenicus.

caſuentum fluuius in ſinu Tarentino. Plin. li. 3. c. 11. quem Leander *Vaſento* dici ait, in Calabra ſuperiori eſt. *Baſentium* vocat Diaconus *Barentinus* amnis apud Iornandem eſt: ſub cuius alueo Alaricus Gothorum rex ſepultus ſcribitur.

caſula, Africæ propriæ vrbs. Ptol.

caſurgis, Ptol. dicitur Praga, vrbs Bohemiæ totius caput.

caſyrus, Suſianæ mons. Plin.

caſyſtes, portus Ioniæ. Strabo.

catabanes populi Arabiæ deſertæ. Plin. lib. 5. c. 11. Hos Strab. lib. 6. Catabanenſes vocat.

catabathmus, oppidum in Africa, & vallis repentè cõuexa, Plinius. Pomponius Catabathmos, vallis deuexa in Ægyptum, finit Africam, ἀπὸ τοῦ καταβαίνειν. Catabathmon autem, non Catabatinon legendum eſſe, Hermolaus eleganter docet in Plinianis annotationibus. námque eſt in Ægyptum id latus deuexum. Quare verè Herodotus editiſſimam Africæ maritimæ regionem Cyrenaicam eſſe in fine lib. 4. ſcribit Stephan. in Lycia inter Ammonæum & Parætonium collocat.

catabolum, Ciliciæ vrbs. Anton.

catacecaumene, regio circa Epheſium, in qua arbor nulla prouenit præter vitem, quæ vinum fert. Latinè ſonat combuſta, quòd ex fulminum ictu ei contigiſſe aliqui coniiciunt. Hęc regio etiam Cayſtro fluuio nomen dedit, vt infra dicetur. Eſt etiã inſula in mari rubro. Steph. Inſula item in Arabico ſinu. Ptol.

cataceti, Aſiæ populi circa Mæotim. Plin. li. 6. c. 7.

catada, Africæ propriæ fluuius, Ptolemæo.

catadræ, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum.

catádupa, nomen loci. Cicer. in Somn. Scip. Nec eſt vllus hebetior ſenſus in vobis, ſicut vbi Nilus ad illa, quæ Catadupa nominantur, præcipitat ex altiſſimis montibus.

catadupi Plinius libro quinto capite 9. locus Æthiopum: & gens Arabiæ, idem libro ſexto, cap 29.

catæa, Perſidis inſula. Arrian.

catæonium, Marmaricæ promontorium. Ptolem.

catamana, Syriæ vrbs, Comagenæ regionis Ptolem.

catalaunici, & Catalaunij, vide Cathelaunici.

catalaunum, Gallicè *Chaalons*. Duæ huius nominis in Gallia ciuitates: vna in Campania ad flumen Matronam ſita, quæ Gallicè profertur *Chaalons*, per duplex (aa) altera in Burgundia, & *Chalons* vulgò vocatur per ſimplex (a) Gallicè *Chalons ſur la Saone*. Amm. Marcellin. lib. 15.

Catana, Siciliæ oppidum, ad radicem Ætnæ montis ſitum, patria Charondæ, inter Athenienſium legiſlatores in primis celebrati. Catanæ ſimulachrum fuit Cereris, teſte Cicerone 7. Verr. quod à viro non modò tangi, ſed ne aſpici quidem fas erat, Silius libro 13.

Tum Catana ardenti nimium vicina Typhœa.

Diodorus ſcribit hanc ab Hierone cum eius incolas eieciſſet, Ætnam appellatam fuiſſe: hodie tamen adhuc *Catania* dici tradit Fazellus.

catangius ſinus in littore Aſiatico Boſphori Thracici, *Golfo c ſtaria* nunc, Pet. Gyllius.

catánira, inſula vel vrbs, à regione Leſbi. Stephan.

catánni, populi ad mare Caſpium. Steph.

cataónia, extrema pars Tauri, quam Strab. Cappadociam vocat: inſulæ Cataones, Stephano.

cataphrygæ, hæretici qui in Phrygia fuerunt, vt Montanus, Priſcilla & Maximilla. Hi aduentum Spiritus ſancti non in Apoſtolis, ſed in ſe traditum aſſerebant, anno Domini 174.

catara, & Cataritæ vel Catanitæ, Arabiæ fœlicis populi. Ptolem.

cataracta, Samnitum vrbs à Romanis expugnata. Diodor.

cataractonium, Angliæ oppidum. Anton. vulgò *Caterick*.

catari, Pannoniæ populi. Plin. li. 5. c. 23.

catarnia, Aſiæ regio. Plin. lib. 5. cap. 2. & 3.

catarractæ duæ Nili, in Ægypti initio verſus meridiem, vbi Nilus inter duos montes coarctatus, immenſo fragore ruit. Ptol. Strab. Plin.

catarractes, Anienis fluminis Tiburi, vbi ſe ab excelſo loco in conuallem profundam deiicit. Strabo lib. 5. hodie *Caſcada de Tiuoli*.

catarractes, Danubij, à Strabone & Suida deſcriptus, infra Lintzium Auſtriæ vrbem eſt.

catarráctes, fluuius quidam, Strabo. Poſt Olbiam Pamphiliæ Catarractes eſt fluuius magno ſtrepitu ex alta rupe deiectus, vnde & nomen ei Pompon. lib. 1.

catarractus, Cretæ inſulæ amnis, Ptolem. Pamphiliæ fluuius, qui Aſpendum præterfluit. Mela. Item minoris Aſiæ fluuius. Herodot.

catarrytum, Græci vocarunt Hipponem Africæ oppidum propter aquarum irrigua. Plin lib. 5.

catathra, inſulæ duæ maris rubri. Ptolem.

catatus, ciuitas Vngariæ, à Piſano Venetæ claſſis duce vi capta, diruta & incenſa. Blond. lib. 10.

catáſcopia, Venus dicta eſt à κατασκοπεῖν, id eſt, contemplari, quòd Venus templum haberet intra eam ſtadij partem, in qua Hippolytus ſe exercebat, vnde Phædra Hippolytum ſpectare conſueuerat.

catelani, populi à Genuenſibus ſupera i. Plin. lib. 10.

catenates, Vindelicorum populi; quorum meminit Plin. lib 3. cap. 20. in deſcriptione Alpium & Alpinorum populorum.

cateth, i. tædium ſiue contentio, terminus Zabuloniæ tribus. Ioſue 19.

cath, filius Triſmegiſti. Euſeb.

cathæa, regio in India, in qua mirum in modum pulchritudo excoli dicitur, adeò vt Oneſicritus author ſit, in ea regem pulcherrimum eligi. Vide plura de Catheorum moribus apud Strabonem lib. 15. Steph. Cathæna.

cathalúſius Nicanor nominatur apud Stephanum in Mieza.

cathari, Indiæ populi, apud quos hic mos inualuit, vt vxores cum maritis defunctis deflagrarent: natum id ex veneficij crimine, quo ſublatus à quapiam dicebatur maritus. Cæl. lib. 18. c. 31.

catharina Virgo Alexandrina artibus philoſophicis à puero exculta, & deinde ſtudio doctrinæ cœleſtis dedita, quum Maximinum cogentem Ægyptios ad Ethnica ſacrificia celebranda palam arguiſſet, primum carceri incluſa eſt: deinde ad diſputationem cum quinquaginta Grammaticis & Rhetoribus educta omnes vicit, & ad fidem Chriſti conuertit. Eos omnes Tyrannus ſtatim trucidauit. Catharinam rotæ impoſiturus erat, ſed fulmen rotam diſiecit. Quare gladio decollata eſt. Corpus dicitur ab Angelis in montem Sina delatum eſſe. Hæc narratio de Catharina apud veteres ſcriptores nuſquam extat.

catharina Caroli VI. Francorum regis filia Henrici, Anglorum regis vxor.

cathari, populi ſunt Galliæ Straboni in vlteriore ripa Rhodani, vt inquit, habitantes, Salyis finitimi.

cathari, καθαροὶ θεοὶ, id eſt, puri Dei, colebantur ab Arcadibus, quorum templum erat in colle Pallantio, ad quorum numen iuſiurandum Arcades habere ſolebant. Horum deorum nomina ſe neſcire fatetur Pauſanias in Arcad.

catharum, Libyæ interioris promontorium. Ptolem.

cathei, montes Sarmatiæ Aſiaticæ, ex quibus Lagous amnis profluit. Plin.

cathelauni, Galliç populi apud Marcellinum, lib. 15. quorum vrbs Cathelaunum à Neotericis, & Catalaunum in libello prouinciarum, nominatur. Eandem hodie *Chalons en Châpagne* nominant. Et Cathelauni campi, vbi Attila cæſus eſt, à pluribus ſumuntur pro ea regione, quam Gallicè vulgus *Champagne* nominat, vbi adhuc *Chaſtillon* ciuitas. Sed hi campi Catalaunici in-

ter

tam exiguo terrarum ſpatio vix includi poſſe videntur. Et quidam Catalauniam, quaſi Gothalaniam, quaſi Gotthorum & Alanorum cultam regionem vocari putant, alij ſcribunt eſſe circa Tholoſam, totámque vel maximam regionem hos campos deſignare veriſimile eſt ex Iornande, qui eos centum leucas in longitudine & quinquaginta in latitudine patere ait. Idem eos quoque Mauricios Campos nuncupat. Apud Catalaunios Tetricum ab Aureliano Imp. ſuperatum tradit Eutropius.

cathieremitæ, gens vicina Gabaonicis. Ioſeph. antiq. lib. 5. c. 1.

cathilci, Germaniæ populi, à Germanico Cæſare deuicti. Strabo.

cathippi, Aſiæ vrbis nomen circa Mediam, aut Parthiam. Oroſ.

cathon, inſula à Pomponio inter Cycladas adnumerata.

cati, pluralis numeri, populi Germaniæ, Sicambris, vt inquit Strabo, finitimi.

caticardama, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol. *Chiromandel*, Petr. Appiano.

P. Catienus Philotimus patronum adeò dilexit, vt hæres omnibus bonis inſtitutus, in rogum eius ſe iecerit. Plin. lib. 7. c. 36.

cati, fons dicebatur ex quo aqua Petronia in Tiberim fluebat, quia in agro erat cuiuſdam Cati. Feſtus.

catili, Alpium incolæ inter Polam & Sergeſtum. Plin.

catilina, ciuis Romanus, coniuratione contra patriam inita, notiſſimus, cuius impij conatus Ciceronis prudentia oppreſſi ſunt, Lucanus lib. 7. —*cuius*

Pacificas ſæuus tremuit Catilina ſecures

Virg. 8. Æneid.

—& te Catilina Minaci.

Pendentem ſcopulo Furiarúmque ora trementem.

catilius Seuerus, vir omnium doctiſſimus diſcipulus Papiniani, anno ab vrbe 976. Lamprid. in Alexand.

catilius Seuerus, conſul, collega T. Aurelij Fuluij Antonini, anno ab vrbe 872.

catilli, populi circa Anienem fluuium. Silius, lib. 4. *Anienicolaque Catilli.*

catillus, filius Amphiarai, qui cùm fratribus Cora & Tyburto in Italiam venit, ibique reliquis adiuuantibus, Tybur condidit, & à nomine fratris nomen impoſuit. Virg. 7. Æneid.

Catillúſque acérque Coras Argiua iuuentus.

Siluius lib. 8.

Et Tibur Catille tuum.

catillus, mons prope Tyburim ciuitatem Romæ vicinam à Catillo fratre Tyburti conditoris, ſic dictus.

catina, vrbs Siciliæ, vide CATANA.

catina, Arcadiæ oppidum. Plinius libro quarto, capitulo ſexto.

catizi, Pygmæorum gens à barbaris dicuntur, quos credunt à gruibus fugatos. Plin. lib. 4. c. 11. Stephano κάττυζα & ἰακύλη eorum regio vocatur, incolæ Tuſylli.

catius, Deus Ethnicorum, qui Catos, i. acutos homines faceret, meminit Auguſtinus in 4. Sunt qui libentius Cautium legant, quod ſcilicet cautos homines faceret.

cato, primus Porciæ gentis, tres ſummas res præſtitiſſe exiſtimatus eſt: optimus orator, optimus imperator, optimus ſenator fuit: ac præterea quadragies cauſam dixit, non quiſquã ſæpius poſtulatus fuit, & ſemper abſolutus. Plin. lib. 7. c. 27.

cato, Porcius, cui poſtea à Cenſuræ dignitate Cenſorij cognomen inditum eſt, ex Tuſculano municipio ortum traxit, indéque perſuaſione atque amicitia Valerij Flacci adductus primus ex ea familia ſe Romam contulit: vbi propter ſingularem virtutem honores omnes ſine repulſa eſt adeptus. Primùm enim Tribunus militum in Sicilia fuit: deinde Prætor Sardiniam ſubegit, vbi ab Ennio fuit Græcis literis inſtitutus, cùm iam natu grandior eſſet. Poſtremò Conſul cum eodem Flacco creatus, citeriorem Hiſpaniam ſortitus eſt, vbi reus fœliciter geſtis, vrbium omnium muros, quæ intra Bætim erant, vno die ſolo æquari iuſſit. Hunc ob morum grauitatem, ſingularémque iuſtitiam Virgilius 6. Æneidos inferorum iudicem facit:

Secretóſque pios & dantem his iura Catonem.

Gellius lib. 2. c. 14.

cato iſte Cenſorius dicere erat ſolitus, trium potiſſimum rerum ſe pœnitentiã egiſſe: primùm, eò perrexiſſe nauigio, quò pede proficiſci potuiſſet: ſecundò, ignauum præteriſſe diem: tertiò, ſecretum vxori reuelaſſe. Plutarch.

catones, duo fuerunt ſuperioris filij, quorum alter in bello contra Perſæum ſub Æmilio Paulo magna cum laude militauit. Alter Solinus ex matre cognominatus, patre ſuperſtite ac prætore deſignato, extinctus eſt, & egregios in iuris diſciplina libros compoſuit. Gel. libro 2. cap. 4.

M. Cato Vticenſis M. Porcij pronepos fuit, quem & vitæ, Stoicæque diſciplinæ ſeueritate referebat. Hic nudis interdum pedibus, breuiſque toga in publicum prodibat, ſeſe adſuefaciens nonniſi turpibus rebus erubeſcere. Conſulatum fruſtrà petiit, quòd virtuti ſuæ fidens, populo non nimium ſubmiſsè voluerit ſupplicare. Martiam coniugem roganti Hortenſio amico liberorum cauſſa conceſſit, eandémque poſt Hortenſij mortem recepit: quòd Cæſar auaritiæ cauſa ab eo factum calumniatus eſt, Di-

miſit, inquit inopem, vt locupletem reciperet. Poſt Pharſalicam cladem, reliquias Pompeiani exercitus contraxit, & terreſtri itinere per deſerta Lybiæ ad Iubam regem perduxit. Poſtremo victo à Cæſare Scipione, Vticæ, quam tutandam ſumpſerat, necem ſibi conſciuit, perlecto antè Platonis Dialogo de animæ immortalitate qui Phædon inſcribitur. De hoc Lucanus lib. 1.

Victrix cauſa diis placuit, ſed victa Catoni.

Valerius Cato, Grammaticus Romæ, qui multos & nobiles docuit, tempore Syllæ, cuius famam hi verſus indicant,

Cato Grammaticus Latina Siren,
Qui ſolus legit & facit poëtas, Tranquillus.

catobrica, Hiſpaniæ vrbs, inter Cordubam & Emeritam, Anton.

catoluca, Galliæ Narbonenſis oppidum. Anton.

catoni, Plin. lib 6. cap. 7. populi Scythiæ circa Mæotim degentes. Alij Caroni legunt.

catopterium, locus excelſus ſupra Anemoriam Phocidis vrbem, ſiue Parnaſſi præcipitium. Strabo.

catraleucos, Celticorum in Luſitania vrbs. Ptol.

catræ, ciuitas: Gentile, Catreus. Steph.

catrea, Cretæ vrbs. Pauſan.

catria, vide ÆTHVSSA.

cattabánia, regio fœlicis Arabiæ. Steph.

catti, populi Germaniæ (hodie Haſſia) à Druſo Liuio perdomiti, anno ab vrbe 731. Vide CHATTI. Videatur Tacitus.

catti Meliboci, Germaniæ tractus qui *Catzenelebogen* dicitur Beato Rhenano, in Haſſia eſt.

cattigata, Sinarũ ſtatio. Pto. *Canton*, Caſtaldo.

cattiterides, Ptol. lib. 3. cap. 6. decem ſunt inſulæ in occidentali Oceano, Caſſiterides cæteri vocant à plumbi ſtannique copia, quòd κασσίτερος dicitur. Herodotus. lib. 3. Ne Caſſiteridas quidem noui inſulas, hoc eſt ſtannarias, vnde ad nos venit ſtannum. Vide CASSITERIDES.

cattuzza, vide CATIZI.

cattuaci, populi inter Belgas, Neruiis, Caletibus, Veromanduis ac Condruſis proximi, quos fortè Duaci oppidi incolas diœceſis Atrebatenſis opinari licet, Cæl. lib. 2.

catularia, porta Romæ dicta eſt, quia non longè ab ea ad placandum caniculæ ſidus, frugibus inimicum, rufæ canes immolabantur, vt fruges flaueſcentes ad maturitatem perducerentur.

catulinus, conſul, collega Apri, anno ab vrbe 882.

Qu. Luctatius Catulus primo bello Punico, CCC. nauibus aduerſus Pœnos profectus, ſexcentas eorum naues commeatibus impeditas duce Amilcare apud Ægeades inſulas inter Siciliam & Africam depreſſit, finémque bello impoſuit: pacem petentibus hac conditione conceſſit, vt Sicilia, Sardinia, cæteriſque inſulis inter Italiam, Aphricámque cederent, & Hiſpania citra Iberum abſtinerent. Liuius.

catulus orator, conſul cum C. Mario, quarto eius conſulatu, Cimbros fudit: ab eodem poſteà vrbe occupata per diſſenſionem, mori iuſſus eſt, fruſtrà precantibus pro eo ciuibus. Itaque in cubiculo incluſus, candentium carbonum vapore ſuffocatus eſt. Valerius, cuius manes vltus eſt poſtea Sylla, interfecto Mario iuniore, Lucanus.

quid ſanguine manes
Placatos referam Catuli?

De hoc Cicero in Oratore.

catulus ſororius Catilinæ, vir eques Romanus, partium nullarum, tantúmque quieti ſtudens, à Catilina iuſſu Syllæ interfectus. Pædianus.

catulus, alius huius ſuperioris filius, qui Lepidum poſt Syllæ mortem bellum ciuile reparantem oppreſſit: hic nimirum fuit Ciceronis temporibus, & Capitolium inceuſum reſtituit, vir non minoris integritatis, quàm grauitatis, & apud ſuos ciues authoritatis.

catullus, poëta Veronenſis, Epigrammatum ſcriptor, anno vno ante Salluſtium natus, quo tempore Romanorum imperium Marij & Syllæ pactionibus concutiebatur. Latinæ puritatis cuſtos fuit religioſiſſimus, vnde & docti cognomen promeruit, alioqui laſciuus in primis & ſupra modum mordax, vtpotè qui ne Cæſari quidem, iam rerum potito, pepercerit. Scripſit de paſſere ſuæ Leſbiæ, celebrauit nuptias Mallij: amauit Ipſithillam & Clodiam quam ficto nomine Leſbiam vocat. Ouidius 2. Triſt.

Sic ſua laſciuo cantata eſt ſæpe Catullo
Fœmina, cui falſum Leſbia nomen erat.

caturractonium, Britanniæ inſulæ oppidum, Ptol. vulgò *Cardelia*. Villanouano *Catrik*.

caturica, locus circa Alpes Cottias inter Brigantionem, & montem Seleucum. Anton.

caturriga, Galliæ Belgicæ vrbs, inter Burocortorum & Naſium. Anton.

catuſiacum, Galliæ Belgicæ vrbs. Anton.

caturiges, Italiæ Tranſpadanæ populi, in regione vndecima. Plinius libro tertio, capite decimo ſexto, finitimi Centronibus ac Garocelis, quà iter erat ab Alpibus Graiis ad oppidum Geneuam, lacum Lemanum, & Rhodanum fluuium, quos veriſimile eſt fuiſſe prouinciæ Tarantaſiæ, extra Belgas, Celtas & Aquitanos. Cæſar. lib. 1.

caturiges, Plinio, Cæſari & Straboni, Alpium incolæ

incolæ. Nomen vetus, aliqua inflexione retinent, inquit Simlerus. *Chorges* enim oppidum eorum Galli vocant, vt docet Vigenereus, prope *Embrun* eſt.

catyeuchlani, Alb onis inſulæ populi, Ptol. hodie vt Lelandus & Lhuydus referunt, ſunt Buchigamienſes & Herfordienſes.

cauares, Narbonenſis Galliæ populi in quorum agro Auenio ciuitas ſita eſt, Pompon. lib. 2. Cauaræ dicuntur. Strabo Cuaros nominat. Ptolemæus Cauaros, iuxta Druentium & Iſaram amnes ſitos ait.

cauana, Arabiæ fœlicis vrbs. Ptol.

cauarus, Gallorum rex, anno à diluuio 2085.

cauca, vrbs Hiſpaniæ, alio nomine Conca, vulgò *Quenca*.

caucadæ gentes, ſunt ad Lagoum amnem, quò in illum influit Opharus circa Mæotim à Plin. lib. 6. c. 7. collocati 4.

caucana, Siciliæ portus, prope Syracuſas. Ptolem.

caucaſus, mons editiſſimus in Septentrionali Aſiæ tractu, Indiam dirimens à Scythia, cacumina habens præcupta, perpetuiſque niuibus tecta. Virg 4. Æneid.

——*ſed duris genuit te cautibus horrens*
Caucaſus.

Hic fertur tantæ altitudinis eſſe, vt ab eo aſtra maiora viſantur, & eorum ortus, occaſúſque diligenter perſpiciantur, quo fit, vt Scythæ, eius montis accolæ, rei Aſtronomicæ peritiſſimi ſint habiti. In radicibus verò arboribus, herbis, veneficis, & vulturibus abundat, ſupra Iberiam ac Albaniam in Septentrione, à Ptolemæo collocatur. Eſtque pars Tauri montis, & totus Taurus Caucaſi nomine intelligi poteſt, vt perſæpe partis vocabulum toti figuratè tribuimus. Philoſtrat. lib. 2 caucaſus (inquit) Mediam atque Indiam terminans, in mare rubrum altero cubito deſcendit. Caucaſi montes etiam multitudinis numero dicuntur. Pomponius libro 1. A Caucaſo fit Caucaſus, ſia ſium. Virg. 6. Ecloga.

Caucaſiaſque refert volucres.

caucaſum, id eſt, niue candidum, à Scythis vocari, auctor eſt Plin. Caucaſiæ rupes, Ptolemæo. Caſpium ab accolis dici, ſcribit apud Strabonem Eratoſthenes. Inferiores Caucaſi partes *Colica*, & inde *Colice* regio & *Coli* populi dici refert Stephan. ea pars Caucaſi, qua poëtæ Prometheum à Ioue alligatum fabulantur, *Promethei iuga* vocat Propertius & *Strobilus* ab Arriano in Ponti Euxini Periplo dicitur. Eadem *Marpeſia Cautes* à Iornande, à Marpeſia Amazonum regina, quam ibidem certum tempus demoratam eſſe ſcribit. Caucaſum eumdem eſſe cum *Coraxico & Heniochis* montibus, quos Plin. in Tauro deſcribendo nominare ex eo videtur, quòd Cyrum fluuium, quem Ptolem. ex Caucaſo ducit, ex Heniochis montibus, quos ait ab aliis vocari Coraxicum, manare ſcribit. *Garamas* à Vibio dicitur. Nam Phaſim fluuium ex eo deſcendere facit, videtur Caucaſus ex Haithono *Corax*, aut ex Aſiæ tabulis *Goebias* recenti vocabulo nominari. Theuetus eum *Arad* & *Adezar* vocat, Niger eum *Albſor* nomen habere ait. Caucaſum priùs *Niphas* dictum, & poſtea *Boreæ thorum* tradit auctor de fluminibus, rationéſque fabuloſas reddit. Caucaſus eſt etiam locus circa Chium inſulam Herodoto. Item in Arcadia Halicarnaſſeo niſi hic Thaumaſios legendum ſit vt putat Portus.

caucaſiæ portæ vel pylæ, vrbs in cuius rupe, *Cumania* caſtellum eſt, & quæ magno errore Caſpiæ à multis dictæ fuêre vt Plin. libro 6. cap. 11. tradit. nunc ibi vrbs eſt quæ *Derbent* (quod anguſtias ſignificat) vocatur ab exteris. *Amir capi: Tenir capi, & Thamir capi*, ſunt qui legunt. *Mirali* eſt apud Haithonum, corruptè. Ingens naturæ opus montibus interruptis repentè, vbi fores obditæ, ferratis trabibus, ſuper medias amne Dyriodori fluente, citráque in rupe caſtello (quod vocant Cumania) communito ad arcendas à tranſitu gentes innumeras. Ferrea porta (cuius & Egeſippus meminit libro quinto, cap. quinquageſimo) ab incolis appellari videtur anguſtus hic locus: non quod ex ferro conſtet, ſed quod locus adeo munitus, vt quemvis hoſtilem impetum facilè ſuſtineat, quum tranſitus duntaxat pateat 300. paſſuum. Hinc munitiſſima totius Orientis vrbs cenſetur. Ex variorum relationibus. Ortelius.

caucaſij montes, qui propriè ſic dicuntur, ſunt Ptolemæo circa Oxi fluminis, & Indi fontes.

caucenſes, Hiſpaniæ citerioris populi, in conuentu Clunienſi. Plin. lib. 3. c. 3.

cauchabeni, Arabiæ deſertæ gens. Ptol.

cauchæ, campi circa Cteſiphontem quos Tigris fluuius, Septentrionem verſus, flexus ſecat. Plin. lib. 6. cap. 27.

cauci, Septentrionales populi, qui altos habitant tumulos & caſas nauigiis ſimiles, à quibus, cum recedit mare, fugientes cum aquis piſces circa tuguria venantur. Ptolemæus.

caucon, fluuius. Vide DYME & CAVCONEA.

cauconea, regio à Caucone rege aut fluuio dicta. Stephan.

caucones, populi Bithyniæ, circa Parthenij fluminis oſtia: item populi Meſſeniæ. Ptol. Strab.

caudi, vel Caudium, Samnitum oppidum in Italia prope Beneuentum. Vnde Furcæ Caudinæ, & Fauces Caudinæ, Romanorum ignominia & clade nobilitatæ. Ibi enim Romanorum copiæ, duce Sp. Poſthumo conſule, in anguſtias

Digitized by Google

adductæ, & ab hoſtibus eis cumquaque obſeſſæ, cùm alia euadendi ſpes non eſſet, poſitis armis ſub iugum miſſæ ſunt Lucanus lib.2.

Vltra caudinas ſperauit vulnera furcas.

caudo,inſula vicina Cretæ, vbi maximi onagri naſcuntur.Suidas.

caue,magnus vicus in Bithynia.Xenoph.lib. 24 hiſtor.Græc.

cauiclum, Bæticæ vrbs,circa Menobam. Anton.

cauij Illyrici populi.Liu.

caulei, Germaniæ populi ad Oceanum. Strabo.

caulici, Apollonio Cauliaci, populi iuxta Iunium ſinum,à monte ſic dicti. Stephan. Item Iapidiæ, Scopuli vbi Iſter ſe diffindit. Apollon.lib. 4.

caulinum vinum,ad quartum lapidem à Neapoli diſtans,ab agro ita nominatum.

caulum, ſiue Caulon, qui & Aulon, oppidum in prima Italiæ fronte apud Locros. Plinius libro tertio capitulo decimo, Virgil. tertio Æneid.

Caulonisq; arces, & nauifragum Scylaceum.

Quanquam ibi poëta non tam de oppido quam de promontorio loqui videtur. Hanc vrbem Strabo libro ſexto, Pomponius libro ſecundo, & Stephanus de vrbibus, Cauloniam appellant, boni vini abundantem. Horatius.

Et amicus Caulon fertilis Baccho.

caum, Hiſpaniæ oppidum inter Aſturicam & Tarraconem Anton.

caumana, alueus Indi fluminis, circa eius oſtia.Arrian.in Indicis.

caumas, vnus è centauris, Ixionis filius. Bocat.lib.9.

caunus, Cariæ oppidum ad Calbin fluuium, cuius meminit Strab. lib. 14. & adiuncti oppidi Caum, æſtate & autumno, vt ipſe ait,ad inhabitandum grauis,ob calorem & pomorum copiam. Ob id Cauni ſub peſtilenti cœlo eſſe dicuntur. Hos cùm intuitus eſſet Stratonicus Citharœdus, homo ſalibus plenus, illum ex 6. Iliad. verſiculum in eos protulit.

Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν. id eſt, Tale quidem genus eſt hominum, quale eſt foliorum. Colorem videlicet, quo omnes pallebant, ſuggillans. Caunij verò cum hominem inceſſiſſent acrius, quod vrbem vt morbidam carperet: Ego (inquit) morbidam dicere auſim,vbi mortui ambulant? vrbaniùs multò acriúſque quàm prius illudens. Hæc ex Strabone lib. 14. Ab hac ciuitate vehebantur fici Cauneæ dictæ. Cicero libro 2.de Diuinatio.Cùm M.Craſſus exercitum Brunduſij imponeret, quidam in portu caricas cauno aduectas vendens: cauneas clamitabat, ac ſi dixiſſet, (præſagiens futuram cladem, in qua Craſſus occubuit) caue, ne eas. Stephan.cauum in cariam nominatam ſcribit à cauno, quem Biblis ſoror refugientem amabat, vnde prouerbium, caunius amor. Eſt etiam caunus. Doridis Aſiæ minoris regionis oppidum Ptolemæo, *Magri* dicitur Oliuario. *la Roſa* Sophiano.

caunus,Cretæ vrbs: Gentile,Caunius & Cauneus. Item Hiſpaniæ mons in Celtiberis. *Moncayo* hodie, aliquando quoque *Caci mons* dictus. Liu.Item Æolica vrbs.Athen.

caunus,filius Mileti & Cyanes: qui cùm à Biblide ſorore perditè amaretur, ſponte patriam reliquit, & in Cariæ littore è regione Rhodi vrbem condidit,quam de nomine ſuo Caunum appellauit.Ouidius lib.9.Metamorphoſeωn.

cauphitca,Perſidis vrbs.Ptol.

cauratani,Arabiæ fœlicis populi.Plin.

cauraſiæ,gens Bætica.Plin.

caurium, Luſitaniæ oppidum, Ptolemæo alio nomine caura,vulgo *Corra*.

caurita Coria C. Cluſio, Hiſpaniæ vrbs circa Placentiam ciuitatem, neſcio quis Cauricæ ex veteribus meminerit.

cauros,inſula cum oppido,quæ priùs Andros, deinde etiam Antandros dicta eſt. Plin. lib. 4.c. 12.

caurus, ventus ab occaſu ſolſtitiali flans, qui & corus dicitur, & Euronothus, Virgil. tertio Georg.

Semper hyems,ſemper ſpirantes frigora Cauri.

caus, Cauntis vrbs Arcadiæ in agro Telphuſio, vbi Cauſius Æſculapius colebatur vt refert Stephanus ex Pauſaniæ octauo.

cauſennis, vrbs Angliæ, Anton. Ea eſt in comitatu Lincolnenſi,vulgò *Cayſeuen*.

cauſiani, populi, qui naſcentes lugent, mortuos autem beatos reputant. Stob. in encomio mortis.

cauſini, Mauritaniæ Tingitani populi.Ptolemæus.

cauti, populi ſunt in Scotia, qui hodie *Moraniam & Roſſiam* inhabitant.

caycus,Cæleni filius.Pauſ.

cayrethus.Minutis conditor.

caycus, fluuius Phrygiæ, labens per Myſiam & Pergamum, per Campum qui Caytus appellatur.Scribitur,Caicus,

cayſter ſiue Cayſtrus fluuius Lydiæ, Sardibus proximus, qui multos amnes ſecum deferens, Aſiam paludem præterlabitur, Epheſúmque abluit: cignis præterea abundat. Dicitur ἀπὸ τοῦ καίεσθαι hoc eſt, amburi: quoniam propinquus ſit catacecaumenæ: quæ pars eſt Epheſiæ præ torrida & deuſta, fertilis nulla præter vitem arbore, ſed vino præſtantiſſimo. Vitruuius, & Plin. Catacecaumenitem ex hac origine denomi-

nominant. Hinc Caystrinus campus. Stephanus Strabo Virgil.

——atque Aſia circum

Dulcibus in ſtagnis rimantur parta Cayſtri.

Gentile, Cayſtrinus & Cayſtrius, Stephano: vt Ales Cayſtrius, id eſt, Cygnus. Ouid. de Triſt. lib. Eleg. 1. *Chias* ex tabulis nominari poſſe videtur Caſtaldus e m *Chaici* vocat.

cayſtri campi, qui continui ſunt, & camporum omnium optimi, ſubiacent Sardi vrbi. Strabo lib. 13.

Cayſtrus, fœm. gen. vrbs Ciliciæ mediterranea.

cazeca, vicus in littore Tauricæ Cherſoneſi, Arrian. in Periplo.

cazimirus, Brandenburgenſis Marchio, ductor exercitus Ferdinandi in expeditione contra Vngaros.

C E

Cea, Cæa, ſiue Ceos (vtrumque enim ſcribitur, Plin lib 4 c 12.) inſula eſt iuxta Eubœam, à Cæo Titani filio ſic dicta. Ouid.

Tranſit & antiqua Carthei a m œnia Cea.

A qua Cææ veſtes, quæ in hac inſula ex bombyce tenuiſſima texebantur in vſum fœminarum. Propertius.

Et tenues Cea veſte mouere ſinus.

Quo in loco parum doctè Coa pro Cæa legi Hermolaus in Plin. tradit. Ab hac Cæus Heraliſtratus, clarus medicus dictus fuit eadem & Simonidis & Bachylidæ clariſſimorum poëtarum alumna. *Ciam* Ptolemæus nominat, vt hodie quoque vulgus nautarum. Author Hermolaus. vide infrà COS & CHIOS. Scribitur frequentius per diphthongum æ: à nonnullis per œ, Cæus adiectiuum. Horat. 2. carm. 1. Ode.

Sed ne relictis Muſa procax iocis.

Cea retractes munera næniæ. Virg 1. Georg.

—cui pinguia Cea,

Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.

Ceadus, vir Thrax ex his qui Troianis auxilia miſerunt. Homer. lib. 2.

cebares, equiſo fuit, cuius aſtu Darius regnum Perſarum adeptus eſt: nam cum magi inter ſe pacto conueniſſent, vt his cuius equus primus hinniret, regno potiretur, Cebares, manum vuluæ equinæ prius admotam, naribus equi olfaciendam præbuit: quo odore irritatus equus primus dedit hinnitum. Herod.

cebe, Thebanus Philoſophus, ſcripſit dialogos tres, qui inſcribuntur, Pinax, Septima, Phrynicus. Diog. Laërtius lib 2.

cebrenia, regiuncula eſt Troadis, cum oppidò eiuſdem nominis, non procul à Sceptî. Plin. lib. 5. cap. 30. Dicta Cebrenia vel ab amne Cebrene, vt ex ſententia Herodiani refert Stephanus, vel (vt alij malunt) à Cebrione Priami notho: quanquam Straboni magis placet, Cebrionem potius à Cebrenia regione, aut certè à Cebrene nomen accepiſſe. Hinc Cebrenis, huius Cebrenidis, fœm patronymicum. Ouid. vndecimo Metamorph.

Aſpicit Heſperien patria Cebrenida ripa:

Statius in Syl.

—— vidua Cebrenidos arida luctu

Flumina.

cebrenus, & Cebrenius, Gentile, Auſonius.

Sic qui venalis tam longa ætate Cebrenus

Non habet emptorem, ſit tibi pro pretio.

Sunt & Cebrenij in Thracia. Strabo. Eſt fluuius quidam Ariſbris in Thracia, prope quem Cebrenij Thraces habitant. Multa enim apud Troes & Thraces iiſdem nominibus, appellantur, &c.

cebriones, Priami nothus, à Patroclo ſaxo ictus, interiit. Iliad. π.

Κεβριόνην νόθον υἱὸν ἀγακλῆος Πριάμοιο, i.e.

Cebrionem propria haud Priamo de coniuge natum.

cecia, hodie Seiſſelmaur, Auſtriæ vrbs, Lazio auctore.

cecilia, Syriæ vrbs ad Euphratem fluuiū. Ptol.

cecilia Mellinum, Luſitaniæ vrbs. Ptol.

cecilioni, locus Hiſpaniæ inter Emeritam & Salmanticam. Anton.

cecarphus, vide CERCAPHUS.

cecina, fluuius ad Volaterras, authore Pomponio, lib 2. & Plin. lib. 3. c 5.

A. Cecinna, Volater. equeſtris ordinis, quadrigariorum magiſter, Pompeianarum partium tempore belli ciuilis, hirundines paruas è nidis Romæ comprehenſas nutriebat, quas poſtea nuncias belli mittebat amicis, vt Plinius refert. Scripſit librum contra Cæſarem. Fuit Ciceroni familiaris, & cliens defenſus ab eo in quadam hæreditatis cauſa: extant & inter eos Epiſtolæ conſcriptæ. Scripſit & librum de procurandis fulguribus, quem Seneca ſe fatetur imitari, dicitque eum virum fæcundum, niſi à Ciceronis rebus primo receſſiſſet.

cecinna, alius, Octauij Cæſaris ſcriba legitur in Epiſtolis ad Atticum.

cecinna alius, vir conſularis, ob coniurationis ſuſpicionem à Tito imperatore ad cœnam vocatus, ac per proditionem interfectus. Tranquil. in Tito.

cecinna, dux Vitellianus cum exercitu è Gallia profectus ad Bebriacum cum Othonianis congreſſus fœliciter dimicauit. Tacit. lib. 8.

cecrena, vrbs Troadis. Phauorin.

cecropia, Atticæ vrbs. Strabo.

cecropidæ, pars tribus Leontidis. Steph.

cecropis, regio Thraciæ, & Theſſalonicæ gens. Steph.

cecrops, primus Athonienſium rex, qui annis quinquaginta regnauit. Hic Athenas inſtaura-

uit, Euſebius in Chronicis Biformem prodidere, quia primus marem & fœminam matrimonio iunxit. Iuſtinus lib. 2. Euſeb. in præfatione Chronicorum Iſte eſt Cecrops Diphyes indigena, ſub quo primum in arce oliua orta eſt, & Athenienſium vrbs ex Mineruę appellatione ſortita nomen. Hic primus omnium Iouem appellauit, ſimulacra reperit (ſcilicet in Græcia) aram ſtatuit, victimas immolauit, nequaquam iſtiuſmodi rebus vſquam antea viſis, apud Græcos. Dicebatur autem Cecrops Diphyes, id eſt, duabus naturis, ſiue ob longitudinem corporis, ſiue idcirco quod cùm eſſet Ægyptius, vtramq; linguam ſciebat Græcam & Ægyptiam. Sunt qui hunc literarum Græcarum inuentorem fuiſſe velint.

cecrops II. Athenienſium rex VII. regnauit annis XI.

cecropia, oppidum à Cecrope conditum, nunc arx Athenis. Plin. lib. 7. c. 56.

cecropius, a, um, poſſeſſiuum, Virgil. libro 4. Georg.

Cecropias innatus apes amor vrget habendi.

apud Stephanum Cecropia regio & Cecropia tribus à Cecrope denominantur: item Cecropius, Cecropides.

cecropis, regio Thraciæ, & vicus Theſſalonicæ. Steph.

cecropis, idis. patronymicum fœmininum.

cecropidæ, Athenienſes dicti. Ouid. 7. Metamorph.

Phœbus in interius ſpatium, pulchroſq; receſſus
Cecropidas duxit.

cecryphalea promontorium, ſeu inſula Peloponnenſi, vbi Athenienſes ab Æginetis prælio ſuperati fuerunt. Steph.

cecyliſtrium, oppidum Galliæ Narbonenſis. Sex. Auien.

cecyrina. Achaiæ in Peloponneſo vrbs. Pauſ.

cedar, i. nigredo, aut triſtitia, filius Iſmaelis. Gen 25.

cedar, Arabiæ regio Hieronymo, in Agarenorum, id eſt Saracenorum ſolitudine, à cedar filio ſecundo Iſmaelis. 1. Par. 1. Gen. 25. ita cognominata.

cedar, quibuſdam ciuitas, quæ Ioſepho Camala vocatur.

cedem, i. Oriens, filius Iſmaëlis, frater Cedar. Ierem 49.

cedes, vrbs in tribu Iuda Ioſ. decimoquinto lat. Sanctitas.

cedes, vrbs Galilææ in montanis Nephthali, Ioſ. 20. deputata fugitiuis, qui neſcij homicidium perpetrauerant: Ioſ. 20. Leuitis quoque attributa, Ioſ. 21. 1. Paralipom. 6.

cediás, vicus prope Sinueſſam. Plin. item Africæ oppidum, D. Auguſt.

cedimoth, i. antiquiores, vel priores aut orientales, ſiue incendium vel incuruatio mortis, oppidum in poſſeſſione tribu Ruben. Ioſ. 13. quod ſolitudo cademoth Deuter. ſecundo dicitur.

ceditiæ tabernæ. non à cedendo dictæ, ſed à domini nomine qui cedicius vocabatur.

cedma, filius Iſmaëlis. Gen. 25. Lat. antiquus vel prior, aut orientalis.

cedmiel, i. antiquitatis aut orientis Deus, nomen viri, 2. Eſd. 3.

cedmonei populi, Gen. 1. Lat. Antiquiores, vel priores, aut orientales.

cedranitæ, Arabiæ felicis gens. Stephan.

cedroſij, populi ſunt feri, inhoſpitales, qui vngues tota enutriant vita, ferarum exuuiis amicti. cete in cibos adhibent, quorum ſpinis trabalibus tecta contignant, ſquamis tegularum vicem ſubeuntibus Cæl. lib. 18. cap. 31. Aliis dicuntur Gedroſij.

cedreatis Diana ab Orchomeniis ideò ſic vocata fuit, quòd eius ſimulacrum in ingenti eſſet cedro erectum. Pauſ.

cedreæ, vrbs cariæ. Hinc cedræus, cedreates, Cedreaticus, Steph.

cedrei, Arabiæ Petreæ gens. Plin.

cedris, Sardiniæ fluuius. Ptol.

cedron torrens inter Hieroſolymam & montem Oliueti. Hunc tranſit Chriſtus iturus ad agonem Iohann. 18. Eadem via Dauid Abſalomum filium fugiens tranſit. 2. Reg. 15. In hac valle rex Aſa combuſſit Simulachrum Priapi 3. Reg. 15. & Ioſias vaſa Baalis 4. Reg. 23. & Ezechias 2. Paralipomen. 29. 30. Tenebras vel triſtitiam ſignificat. Eſt & vrbis nomen ſitę inter Ioppen & Eleutheropolin, cuius in Macchabæis mentio fit, & alias Gedor vocatur.

cedrópolis, oppidum in caria.

cedros, inſula eſt in Germaniæ littoribus, cedri genere ſyluoſa, vnde electrum in petras defluere dicitur. Perottus.

cedróſſi. populi prope mare rubrum. Steph.

ceelatha, locus ad quem venerunt filij Iſrael. profecti de Rheſſa, Num. 33. Lat. cœtus ſiue congregatio, vel Eccleſia.

ceila, ciuitas in tribu Iuda, Ioſ. 15. 1. Reg. 22. 1. Paral 4. 2. Eſd. 3. Lat. diſſoluens eam, ſiue diuidens aut ſcindens eam, vel fixio eius.

ceionius Baſſus, cos. collega Valerij Aureliani Auguſt. Sueuos & Sarmatas vicit.

ceionius Iulianus camœnius, cos. collega Amici Paulini.

cefala Africæ inſula, anno 1500. primum eſt inuenta, cuius longitudo trium eſt milliarium, latitudo verò vnius. Pagos habet duos, in quibus domus non paucæ, & arx. Regi ciuitatis Quiloa quondam parebat: cæterùm ab eo deficiens,

ficiens, peculiarem regem poſteà habuit. Anno 1505. arcem, quam Luſitani tenebant, vehementi obſidione incolæ oppugnarunt, adeò quidem vt pertenuis euadendi ſpes Luſitanis appareret: qui noctu præter Afrorum opinionem erumpentes. Regem, multóſque proceres in cœnaculo ſuo opprimunt, eiuſque caput haſtæ infixum per arcis feneſtram exponunt, eáque ratione ingens euadunt periculum, & tandem alium regis Portugalliæ nomine, præfectum conſtituunt, Theatr. vrbium orbis.

celadiónus Alexandrinus Epiſcop. anno ſalutis 157.

celadon, vnus ex iis, qui vnà cum Phineo in aula Cephei regis Æthiopum, Perſeo, vim inferre conati, ab eo ſunt occiſi. Ouid. 5. Metamorph.

Occidit & Celadon Mendeſius occidit Aſtreus.

celadon, amnis in Alpheum influens: apud Strabonem lib. Geographiæ 8.

celadone, vrbs Locridis: Gentile. Celadoneus. Steph.

cela, erat nomen ciuitatis, quæ anteà Cila vocabatur, in qua repertus fuit Abacuc. At Berathſatia locus eſt circiter decẽ ſtadiis ab ea ciuitate diſtans, in quo Michææ ſepulchrum erat, quod monumentum Fidele πιςὸν vocant indigenæ, & lingua patria Nephaomemana. Hæc Socrates in ſua Eccleſiaſtica hiſtoria.

celadus, Arcadiæ fluuius, Pauſ.

celaduſe, Adriatici maris inſula apud Pomponium, *Laguſta* nonnullis interpretatur, inquit Hermolaus.

celadúſa, inſula parua maris Adriatici proxima Ortygiæ, quam alij Artemicam vocant, Pomponius Mela, libro primo, & libro quarto, c. 26.

celæ, inſula ante Troadem. Plin.

celæmona, Hyanci filia. Pauſ.

celæna, locus Campaniæ Iunoni ſacer. Virg. lib 7.

Quique rufas Batulique tenent, atque arua Celenæ.

Aliàs Celennæ legitur apud Virgilium per duplex nn. Hanc Stephanus Apameam poſteà dictam ſcribit: Gentile, Celenæus, a, um.

celenderis, Ptolemæo & Tacito, Ciciliæ oppidum. Celenderitis eius regio appellatur apud Plinium. Vrbs vocatur nouo nomine *Palopoli*, vt Niger perhibet, ſed vt Mercatori placet, *Creſenero.*

celænæ, inquit Liuius lib. 1. belli Macedonici vrbs, caput quondam Phrygiæ in colle ſita. Lucanus.

Lugent dementata Phœbo victore Celenæ.

celænæ, Straboni tumulus eſt Aſiæ propriè dictæ Apamiæ imminens, oppidum habens eiuſdem nominis, ex quo Antiochus Soter incolas in Apamiam tranſtulit. Hoc in loco Marſyam cum Apolline tibiarum cantu certaſſe fabulantur, victúmque temeritatis ſuæ pœnas dediſſe, & in fluuium ſui nominis fuiſſe commutatum. Cui fabulæ occaſionem creditur præbuiſſe ſubiectus Celæni lacus, calamos ferens tibiarum lignis aptiſſimos. Meminit huius çollis Ouid. 4. Faſtorum.

Inter, ait, viridem Cybelon, altáſque Celænas

Amnis it inſana nomine Gallus aqua.

celæno, vna ex Pleiadibus, Atlantis & Pleiones Nymphæ filia, cum qua Iupiter concubuit. Ouidius,

Et te formoſa Celæno,

Maiam & Electram, Taygetamq́ Ioui ſcilicet *Concubuiſſe ferunt.* Tzetzes in Lycophronem refert ex Aceſandro ex hac & ex Neptuno natos eſſe Eurypylum & Tritonem. Vide infra de Pleiadibus.

celæno, vna Harpyiarum Neptuni & Terræ filia, ſoror Ocypetes & Ællus, quarum formam, & vbi habitent, deſcribit Virgil. libro 3. Æneidos,

—Strophades ſtant nomine dictæ

Inſulæ Ionio in magno, quas dira Celæno

Harpiæque colunt aliæ &c.

ab obſcuritate nomen habet. Nam κελαινὸς Græcis Niger eſt. Vide infrà de Harpyis.

celænus, mons Galatiæ. Ptolem. Vide Taurus.

celæthi, Theſprotica gens, Steph.

celæthra, vrbs Bœotiæ prope Arnen, à Celæthro quodam. Steph.

celai, i. leuis, aut torrefactus, ſiue vox mea: nomen viri. Nehem. 12.

celáia, i. vox domini, aut torrefactio, aut alleuatio Domini, nomen viri, 1. Eſd. 10.

celama, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum: Ptol.

celebothras, rex Muziris, quod primum eſt Indiæ emporium. Plin. lib. 4. c. 23.

celeæ, Peloponneſi vrbs in Sicyonia. Pauſan.

celegeri, Mœſiæ, quæ Pannoniæ iungitur, populi. Plin. lib. 4. cap. 26. in deſcriptione Mœſiæ.

celeia, vel Celia Noricorum oppidum. Plin. lib. 4. cap. 24. in Noricorum deſcriptione. vulgo *Cilio.*

celelates, Cerdiceates, Liguriæ populi. Liu.

celemantia, Germaniæ oppidum. Ptol.

celena, locus Campaniæ Iunoni ſacer.

celendræ, ſiue Celendris, aut Celenderis, Samiorum colonia in Cilicia. Pompon. lib. 1. portum habens eiuſdem nominis, ad Selinuntis fluuij oſtium, Luc. lib. 8.

—Sequitur pars magna Senatus,

Ad profugum collecta ducem, paruiſq́ Celendris

Digitized by Google

Quo portu mittitque rates recipitque Selinus.
Eſt item portus Peloponneſi Pauſan.

celer, conſul, collega Venantij iunioris, anno ab vrbe 1262.

celerini, populi citerioris Hiſpaniæ ſupra Braccaras & Gronios. Plin. lib. 3. Quorum agrum Ano fluuius abluit, vt indicat Ptol.

celeſtinus XLI. Romanorum Epiſcopus, annis IX. anno ſalutis 426.

celeſtinus II. 166. pontifex, menſibus V. diebus XIV. anno ſalutis 1103.

celeſtinus III. Romanorum Epiſcopus 179. annis VI. menſibus VIII. anno ſalutis 1191.

celeſtinus IV. pontifex 180. diebus 18. anno ſalutis 1141.

celeſtinus V. pontifex 193. menſibus VII. pontificatu hic ſe abdicauit, anno ſalutis 1294.

celeſtinus hæreticus, quo adiutore Pelagius dogma ſuum contra CHRISTI gratiam effudit, anno ſalutis 414 D. Auguſt.

celethi, populi Theſprotiæ, vicini Theſſaliæ Steph.

celetrum, Macedoniæ vrbs. Liuius.

celeus, rex erat Eleuſinæ, pater Triptolemi, cui Ceres, quòd eſſet ab illo excepta hoſpitio, commonſtrauit omnem agriculturæ rationem Eius vilis & ruſticana ſuppellex, abiit in prouerb. Celei ſuppellex, de qua Virgilius primo Georgicorum.

Virgea præterea Celei viliſque ſupellex.

Et Ouidius 4. Faſtorum. De hoc ſic *Euſebius* ad numerum DCXI. Eleuſinæ Celeus regnauit coæuus Triptolemo, quem Philochorus ait longa naui ad vrbes accedentem diſtribuiſſe frumenta, & ob id dediſſe ſuſpicionem quod nauis eius ſerpens pennatus fuerit. Euſtathius in 2. Iliados ait Cephalum patrem fuiſſe Celei, & Celeum Arceſij qui Vlyſſis auus fuit.

celezenæ. Armeniorum regio prope Melitenem Suidas. etiam Celzene vocatur.

celia, Norici oppidum. Plin. Ptol. vrbs item Apuliæ Peucetiæ, Ptol. & Campaniæ, Diodor. vide ſupra Celei 1.

celida, Pentapoleos regionis in Africa oppidum, Ptol.

celita, i. refugium, vel contractio, aut vocis declinatio, nomen viri, 2 Eſd. 8.

celium, vt legit apud Antonſum Varrerius, vrbs Hiſpaniæ, quam aliquibus fretus coniecturis, putat *Celes* eſſe prope *Tomar* vrbem.

celius, Tuſcorum imperator, anno ante vrbem conditam 1397.

celius, mons eſt à Celio, nobiliſſimo Tuſcorum duce dictus. Bocat.

celmis, vnus fuit ex Idæis dactylis, qui cùm matrem deorum Rheam ſtupro violaſſet, deinde à reliquis fratribus reiectus eſt: ab hoc ferrum ſolidiſſimum cudi ſolebat, de quo extat prouerbium, Celmis in ferro. Author Zenodorus.

celinus nutritius fuit Iouis, quem & paruulus adhuc Iupiter plurimum amauit. Cęterùm quum aliquando mortalem eſſe Iouem dixiſſet, Iupiter iniuriæ memor, quum expulſo Saturno rerum iam potiretur, in adamantem lapidem commutauit illum. Ouid. 4. Metamorph.

cellæ, locus Macedoniæ inter Heraclem & Ediſſam. Anton.

cellæ, Pincentinæ, Africæ proprius locus, Anton.

cellos, vicus Tripolitanæ regionis in Africa, Antonio.

cellonæenſes, Scythica gens. Phauorin.

celnius, Albionis inſulæ fluuius. Ptol. *Killian* nunc Camdeno.

celonæ, Aſiæ oppidum in Meſopotamia. Diodor. lib. 7.

celſa. Ilergetum in Hiſpania vrbs. Ptol. alia item ad Iberum fluuium ſita. Strabo.

celſenſes, populi citerioris Hiſpaniç. Plin. lib. 3. cap. 3.

celſitani, Sardiniæ populi, Ptolem.

celſus, plagiarius, carmine Horatij notiſſimus.

Quod mihi Celſus agit monitus, multúmque monendus.
Priuatus vt quærat opes, & tangere vitet
Scripta Palatinus quæcunque recepit Apollo?

celſus, vir doctiſſimus Alexandri Aug. à conſiliis, anno ſalutis 225.

cornelius celſus, cuius de medicina libros habemus. Huius meminit Quintilianus.

celtæ, populi Galliç comatç inter Garumnam & Sequanam fluuios, ita dicti à Celto Poliphemi filio. Appian. Horum regio Celtica dicitur. Plin. lib. 4. c. 17. Gallia (inquit) Comata vno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur, amnibus maximè diſtincta. A Scalde ad Sequanã, Belgica, ab eo ad Garumnam, Celticam, eadémq; Lugdunenſis: inde ad Pyrenæi montis excurſum Aquitania, Aremorica antè dicta. A Celtis etiam Celtiberi Hiſpaniç populi originem traxiſſe creduntur, qui quum veniſſent ad Iberum Hiſpaniæ fluuium, ibique conſediſſent, aſſumpto ad nomen ſuum fluuij nomine, iuxta quem conſederant, Celtiberi dicti ſunt, & regio eorum Celtiberia, vulgò *Arragon* Lucan. libro 3.

—profugiq; à gente vetuſta,
Gallorum Celtæ miſcentes nomen Iberi.

celtes, Galliæ Celticæ rex, Oſiridis Ægypti regis tempore, à quo nomen habuerunt montes maximi, à conflagratione ſyluarum, qui diuidunt Celtas & Celtiberos. Beroſus lib. 5.

celtiaca, oppidum Hiſpaniæ, conuentus Hiſpalenſis, vt ſcribit Plin. lib. 3. c. [illegible]

Celti-

Celtibêri, Hiſpaniæ populi ad Iberum fluuium Strabo li. 3. Plin. lib. 3. c. 3. & lib. 4. cap. 17.

celtiberia, ea eſt Hiſpaniæ regio, quam incolunt Celtiberi. Plin. lib. 4. c. 22.

celtica, quæ & Gallia olim à Romana dicebatur, Veſontinam, Senonenſem, Bituricenſem, Lugdunenſem ciuitates metropolitanas earumque ſuffraganeas omnes inter Garumnam, Matronam, Sequanam, & Rhodanum flumina ſitas complectitur. In hac ſunt Ducatus Bituricenſis, Burgundiæ, Burbonij, Aruerniæ, Aurelianenſis Valeſij, à quo recentiores Francorum reges, à Philippo ſcilicet Valeſio cognominantur & Normaniæ quoad citra Sequanam ſe extendit: Comitatus etiam Burgundiæ, Niuernenſis, Altiſſiodorenſis, montis Belicardi, Ferretenſis, Carolotenſis, Matiſconenſis, Bleſenſis & multi alij. Celtarum clariſſimi ſunt Ædui. Horum vrbs olim ampliſſima Auguſtodunum, vt refert Pomp. Mela, cui Gallica lingua alludit *Autun*. Celticæ terminos, quoad Rom. imperium in Gallia viguit, Rhodanus fluuius præfiniebat, vt nonnulli ſcripſerunt. De Celtis plura apud Cæſarem lib. 1. comment.

celtici, Hiſpaniæ populi à Celtis oriundi. Silu.

celticum, Hiſpaniæ promontorium, quod Finem terræ hodie vulgus peregrinorum cognominat. Vadianus Pomponij interpres. Eſt etiam Celticus adiectiuum: vt Viciæ Celticæ Plinius.

celtoſcytæ, gens Septentrionalis, Strabo libro 10.

celtorij, Galliæ populi, propè Senones ſunt. Plutarch. in Camillo.

celtum, vrbs Hiſpaniæ, inter Hiſpalim & Auguſtam Emeritam, Anton.

cema, Narbonenſis prouinciæ fluuius in Alpium monte Cemeno profuſus. Plin. lib. 3. c. 4. Ita quidem veteres editiones legebant, ſed recentiores habent, Acema, vide itaque ſuo loco.

cemandri, populi in parte Illyrici, ad caſtrum Martena. Iornand.

cembani, Arabiæ fœlicis populi. Plin.

cemmenos Græci eos montes vocant: quos noſtri Gebennas, longè ab Alpibus ſummotos vbi à Cemeno Alpium monte, Varus amnis in Narbonenſem verſus delabitur, vulgò *les Cenenes* Villanouano *Montagnes d'Auuergne*.

cemeneleon, oppidum Liguriæ in Alpibus ſitum. Dicitur & Cemelion, Plinio quaſi à Cemeno monte videri poſſet, appellatum. Hoc loco vt ſcribit Leander Varus fluuius originem ſumit, dicitúrque nunc *Monte Cameliono*, ſed hoc montis nomen eſt, non vrbis.

cemeneus, vide Cemenos.

cempſi, populi ſub pede Pyrenei montis degentes. Dionyſ.

cena, Siciliæ locus. Anton.

cenei, Palæſtinæ gens. Geneſ. 15. Item 1. Reg. 15. inter Amalecitas habitare videntur.

ceneum, Eubœæ inſulæ promontorium. Strab. Ptol. Plin. Cæuzum.

cenchreæ, Peloponneſi oppidum prope Corinthum in Iſthmo ipſo iuxta fanum Neptuni quin quennalibus inclytum ludis, quem Strabo ob id Iſtmium appellat. Steph. κέγχρεοι à filio Heroe, Cenchreo. Pompon. lib. 1. & Plin. lib. 4. c. 4. & 5. Idem locus aliàs Cenchreis. Hieronym. Corintho vicinus imò portus ipſius Corinthi. Plinius libro 4. Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc, anguſtiarum termini. longo & ancipiti nauium ambitu, quas magnitudo plauſtris tranſuehi prohibet.

cenchreæ, Steph. vrbs Troadis, in qua commoratus eſt Homerus, vt de rebus Troianis certior fieret. Secunda vrbs & nauale eſt Corinthi. Tertia, Italiæ: Gentile, Cenchreates.

cenchreis, Cinyræ Aſſyriorum regis vxor Myrrhæ mater, quum ſuperbius loquuta eſſet & filiæ ſuæ formam Veneri antepoſuiſſet, Venus matris pœnas exequens, Myrrhæ infandum amorem obiecit, adeò vt patrem ſuum amaret; quæ ne ſuſpendio ſe necaret, nutrix interuenit & patre neſciente per nutricem cum eo concubuit, ex quo concepit: idque ne palàm fieret, pudore ſtimulata in ſyluis ſe abdidit, cuius Venus poſtea miſerta eſt, & in ſpeciem arboris eam commutauit, vnde myrrha fluit, ex qua da-tus eſt Adonis, qui matris pœnas à Venere eſt inſequutus. Hyginus, fabula quinquageſima octaua, quamuis paulò aliter hoc narretur à Theocriti ſcholiaſte in primum Idyllium: id non Cenchridis, ſed ipſius Myrrhæ ſuperbia accidiſſe, quæ inter pectendum non æque formoſos eſſe Veneris capillos ac ſuos gloriata fuiſſet, ac proinde Veneris iram in ſe concitaſſet.

cenchrius, Ioniæ amnis, ad Epheſum Cayſtro proximus per lucum Ortygiam fluens, in quo Latonam fabulantur ab Ortygia nutrice lotam ex partu, accolæ aditum olim quo peperiſſet, ipſamque oliuam, ſub qua partu liberata quieuiſſet, monſtrare ſoliti fuerunt. Tacitus libro 3. vbi de horum legationibus ad Senatum miſſis: Primùm (inquit) omnium Epheſij adiêre memorantes, non vt vulgus crederet, Dianam atq; Apollinem Delos genitos eſſe apud ſe, Cenchreum amnem, lucum Orthygiam vbi Latonam partu grauidam, & oleæ, quæ tum etiam aderat, adnixam ediddiſſe numina, deorúmque monitu ſacratum nemus.

cenchreenſes à D. Paulò Chriſtianiſmo initiati, ibique caput, vt ipſe vouerat, totondit Act. cap. 18.

cenchreus, Pirenæ filius. Pauſ.

cenchres, Ægypti rex, periit in mari rubro. Beroſ lib. 5.

cendebæus, nomen ducis, 1. Macch. 15.

cendeuia, palus in Phœnice, intra montis Carmeli radices, ex qua creditur naſci Belus amnis. V. M paſſ. ſpatio in mare perfluens, iuxta Ptolemaidem Coloniam. Plin. lib. 36 c. 26.

ceneda, Venetæ regionis oppidum inter Liquentiam & Anaſſum flumina. Agath. lib. 2.

ceneia, dicta eſt Atalanta, Cenei filia. Vide Ceneus & Cenæus.

cenereth. i. Cithara, vel quaſi Lucerna, vrbs in tribu Nephthali, Ioſ. 19. Eſt & ad orientem Iudææ mare, Num. 34. Deut. 3. Ioſ. 13. Aliàs mare Tyberiadis, & lacus Genezarethicus, ſeu Galilææ dicitur, xL. ſtadiis in latitudine diffunditur, centúmque in longitudine extenditur. Ioſeph. libro 3. belli Iudaici, cap. 18. Per hunc medium Iordanis Iudææ amnis profluit. Porrò Ptol. cur ex hoc duos faciat, non video.

cenetium, Peloponneſium oppidum, Elidis regionis. Strabo.

ceneroth, idem ſignificat quod Cenereth, vrbs iuxta lacum Genezareth, Ioſ. 11. 12. quam Herodes magnificis ornauit ædificiis, atque in honorem Tiberij Cæſaris Tiberiadem nominauit: à qua & lacus & regio circumiacens nomen inuenerunt. Ioſephus lib. 18. c. 4. Antiquitat. Ben-adad Syriæ rex hanc capit, 3. Reg. 15.

ceneſiritis, lacus iuxta Tiberiadem, Steph.

ceneſpolis, vrbis nomen in Hiſpania. Polyb.

ceneſtum, Corſicæ inſulæ vrbs. Ptol.

ceneum promontorium Eubœæ, à quo Iupiter Cenæus appellatus eſt, quod ibi præcipuè coleretur. Hercules enim ab Œchaliæ expugnatione rediens, in eodem loco aram parenti conſtruxit. Ouid.

Victor ab Oechalia Cenæo ſacra parabat
Vota Ioui, &c.

ceneus Theſſalus, Lapitha, cùm multis interfuiſſet præliis, nunquam tamen lædi potuit. Hinc natum prouerbium, Inuulnerabilis vt Ceneus, Neſtor apud Ouid. lib. 12.

—veſtro fuit vnicus æuo
Contemptor ferri, nulloque forabilis ictu
Cycnus: at ipſe olim patientem vulnera mille
Corpore non læſo Perrhæbum Cænea vidi,
Cænea Perrhæbum, qui factis inclytus Othryn
Incoluit.

Fuerat hic ex fœmina mutatus in virum, vt idem refert Ouidius eodem loco.

cenez, i. nidus iſte, aut lamentatio hæc, ſiue poſſeſſio aut emptio hæc, filius Eliphas, filij Eſau ex Ada vxore, Geneſ. 36. ciuitas principum Idumæorum. Geneſ. 36.

cenezei, populi. Geneſ. 15.

ceni, regio Philiſtinorum. 1. Reg. 27. 30.

cenicenſes, Galliæ Narbonenſis populi. Plin.

cenimagni, populi in Anglia mari proximi, & Trinobantibus, Segontiacis, Ancalitibus, Bibrocis ac Caſſis, Cæſar libro 5. Cæſari ſunt Albionis inſulæ. Gareanus eos *Kunman* appellat.

cenina, vrbs vicina Romæ: à Cenite conditore. Feſtus Pompon. lib. 3. Ceninenſes ſunt eiuſdem inhabitatores.

cenionis, fluuij oſtia habet. Ptol. in latere meridionali Albionis inſulæ.

cenites, viri proprium, qui Cenibam vrbem condidit. Feſtus.

cennaba, mons in Mauritania Cæſarienſi. Ptol.

cenni, Germaniæ populi, cum quibus Caracalla bellum geſſit Xiphilin.

cenomani, Galliæ Celticæ ſiue Lugdunenſis populi, vulgò notiſſimi *Manſeaux*. Plinius lib. 4. capite 18. Fuerunt & Cenomani, Italiæ populi in quorum agro Cremona fuit & Brixia. Plin. lib. 3. c. 19.

cenon, Italiæ oppidum, Antiatum Imperij à Virginio captum. Liu.

cenſum, Eubœæ promontorium in Septentrione directum.

centa, Mauritaniæ Tingitanæ vrbs Mediterranea. Ptol. hodie *Benibuhalud*.

centauretus, Galata quidam fuit, qui Antiocho regi occiſo: equo eius potitus, eum ouans conſcendit. Quod ille indignè ferens, præceps in abrupta deſiliit, vnáque cum ſeſſore eſt exanimatus, vt ex Plutarch. ſententia refert Plin. li. 8. c. 27.

centauri, Theſſaliæ populi, ſecus Pelion mõtem habitantes, qui primi equos domare, & ex iis pugnare cœperunt: quo factum eſt, vt à vicinis populis primùm conſpecti, membra partim humana, partim equina habuiſſe crederentur. De horum origine ſic fabulantur poëtæ Ixionem à Ioue deorum immortalium menſæ adhibitum, Iunonis amore captum fuiſſe, eamque de ſtupro interpellaſſe. Quod cùm illa viro ſuo indicaſſet, Iouem Ixioni nubem ſubieciſſe in vxoris imaginem transformatam, eámque Ixionem cum Iunone compreſſiſſe, & ex ea Cētauros generaſſe: qui inde Nubigenæ dicti ſunt. Cui fabulæ anſam præbuiſſe videtur caſtellum nomine νεφέλη, cētaurorum ſedes: νεφέλη enim Latinè nubem ſonat. Hi cùm in nuptiis Pirithoi vino madentes ſponſam rapere *conarentur*, à Theſeo & Lapithis partim cæſi, partim in fugam acti ſunt. Iidem & Hippocentauri dicti ſunt, quod equis inſidentes, boues œſtris agitatas, ſtimulis ad tecta reuocarent. eſt enim κεντεῖν ſtimulare & pungere. Centaurorum, qui à poë-

Digitized by Google

poëtis maximè celebrantur, nomina ſunt hæc Chiron. Eurytus, Amycus, Gryneus, Rhœtus, Arneus, Lycidas, Medon, Piſenor, Caumas, Mermeros, Pholus, qui ſuſcepiſſe Herculem hoſpitio dicitur, Lucan.

Hoſpes & Alcidæ magni Phole,

Virg. 2. Georg. *—ille furentes*

Centauros letho domuit.

Eos ab Hercule victos interfectóſque oſtendit Diodorus.

centaurus fluuius, qui priùs Euenus dicebatur poſt Neſſi Centauri mortem ab Hercule interfecti, à poëtis Centaurus vocitatus eſt.

centaurus, nauis nomen apud Virgilium 5. Æneid. inde impoſitum, quod Centauri habuerit inſigne: *Centauro* (inquit) *inuehitur magna.*

c entena, vide Merula.

centinum, vrbs Vmbrorum in Italia, Ptol. hodie Sentinum.

centobrica, Celtiberorum vrbs in Hiſpania, Val. Max. lib. 5. c. 1.

ceaton, Thraciæ caſtellum in Myſia inferiori. Procop.

centodemum, Thraciæ locus in eadem Myſia, Procop.

centores, Scythiæ populi. Val. Flaccus, lib. 6.

centrites, fluuius qui Armeniam à Carduchis diuidit. Xenoph. inter Mediam & Armeniam eum fluere ſcribit Diodorus.

centrones. populi inter Alpes Graias quæ hodie dicuntur, & mõtem Cinerum, & vrbem Geneuam, lacúmque Lemanum & Rhodanum fluuiũ, videntur nunc eſſe Tarentaſij, extra Celtas, Belgas & Aquitanos, in Sabaudia, vulgò *Le pays de Tarentaiſe.* Apud Pliniũ legitur Acitauones.

centrones, Belgarum populi, qui ſub imperio Neruiorum, nunc Tornacenſium erant, proximi Grudiis, Lenacis, Peumoſiis & Gordunis, fortè ſunt nũc Cortracenſes in Flandria. Tornacẽſis diœceſis. *Centon au pays du Liege, S. Truyden* oppidum Brabantiæ, diœceſis Leodienſis putat H. Leodius. Becanus verò *Cortryck* vocat Flandriæ oppidum ad Scaldim.

centum cellæ Tuſciæ vrbs, Anton. *Ciuita Vecchia* hodie.

centum colles, Hungariæ oppidum, vulgò *Zasbalon.*

c entumperanea, inſula in agro Sentinarum, Nicolai Perotti patria.

centurinum, vrbs in Corſica inſula, Ptol. *Centùri* Pineto.

centuriones, vrbs Hiſpaniæ verſus Narbonenſem Galliam. Anton.

centuripe, ager Siciliæ, à quo Centuripinum crocum, hodie *Centorui*, Fazello.

centuripini, Siciliæ populi, Latinæ conditionis. Plin. lib. 3. c. 8. Et Centuripinum eorum oppidum. Pompon. lib. 2.

cenus, extremum Italiæ promontorium verſus Pelorum Siciliæ.

ceos, vna ex Cycladibus inſulis, Helenæ propinquiſſima. Strabo lib. 10.

cephalas, altum & ſyluoſum promontorium maioris Syrtis initium. Strab. lib. vltim.

cephaledion, Straboni, Cephaloedis. Plin oppidum Siciliæ, non procul ab Himera fluuio, Plin. lib. 3. c. 8. & Strab. lib. 6.

cephalene, Cephalenia, inſula Iunij maris, à Cephale Amphytrionis ſocio: vel à Cephalo Deionei filio dicta. Pomp. lib. 2. Plin. tradit eam quondam dictam fuiſſe *Melanam* lib. 4. c. 12. De hac Strabo lib. 10. Non dubitauere plerique Cephaleniam eandem & *Dulychium* appellare, & *Taphium.* Alij *Taſios & Cephalenios* eoſdem dixere *Teleboas*, & aduerſus illos Amphytrionem exercitũ ductaſſe, aſſumpto ſocio Deionis filio, Cephalo ex Athenis profugo. Inſula deinde Amphytrionẽ potitũ eã Cephalo tradidiſſe, ab eoq; nomen habuiſſe inſulã. Hinc populi Cephalenes, qui Vlyſſem ad bellũ Troianũ ſequuti ſunt, vt eſt videre apud Homerũ in catalogo nauium.

Αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς ἦγε κεφαλλῆνας μεγαθύμους.

Siluius lib. 6.

Saxa Cephalenum, & ſcopuloſis Neriton aruis.

Stephanus in Cranio quatuor Cephalenæ vrbes eſſe ſcribit, à Cephali filiis nominatas, quarum vna ſit Cranium. Vide Pauſaniam in Atticis.

cephallen, Lampi filius Citharrœdus nobilis apud Pauſ.

cephalœdis, Siciliæ fluuius. Plin. lib. 3. cap. 8. vrbs hodie *Ceſalu*, à Leandro appellatur.

cephalonneſus, Carcinitis ſinus inſulæ. Plin. vrbs item: Ptol. & Ammian.

cephalotomi, populi ad Pontum Euxinum circa Caucaſum. Plin. lib. 6. c. 5.

cephalus Deionis, vel Deionei vel Eionis filius, vel (vt alij volunt Mercurij & Herſes filiæ Cecropis) qui Procrin Erichthei vel Hyphili, Athenienſium regis filiam vxorem duxit. Huius amore capta Aurora cùm iuuenem vxoris amantiſſimum nulla ratione ad ſui amorẽ poſſet inflectere, vi eum dicitur rapuiſſe. Verùm cùm ne ſic quidem conſtantiam eius poſſet labefactare ad vxorem eum remiſit, in negotiatoris ſimilitudinem transformatum: cuius erga te fidem cùm explorare vellet, ingentibus muneribus pudicitiam eius ſolicitauit, cúmque illa pretij magnitudine iam ſuccumberet, Cephalus recepta priſtina forma perfidiam ei exprobrauit. Quod Procris cùm inficias ire non poſſet, pudore impulſa, relicto viro in ſyluã ſeſe locaq; deſerta contulit. Tandem tamen viro reconciliata, iaculũ ei ineuitabile & canem Lælapa nomine dedit, quem à Minoe dono acceperat. Iis

itaque muneribus inſtructus Cephalus, ſyluis ſeſe aſſiduè oblectabat, relictóque ante lucem vxoris thalamo, venatione ſeſe exercebat. Quãobrem verita Procris (vt eſt res plena ſuſpicionis amor) ne Nymphæ cuiuſpiam amore teneretur, clam eum in ſyluas eſt ſubſecuta, & vt in furto virum deprehenderet, inter fruteta ſeſe occultauit. Cùm itaque Cephalus, æſtu laboréque fatigatus ad virgulta ſe recepiſſet, & ſub arbore quadam recumbens, auram, vt ſe reficeret, ex more inuocaret, Procris ſuſpicata aliam pellicem affuturam, quo rem omnẽ melius cognoſceret, ſeſe erigens virgulta commouit. Qua re animaduerſa Cephalus feram ratus, iaculum ſuum emiſit, vxorémque chariſſimam ineuitabili ictu interfecit. Ouid. lib 7. Metam. ſed paulò aliter Hyginus Fab. poët. c. 189 propterea accuſatus fuit coram Areopago, & hoc fuit ſecundum Areopagi iudicium, Vt diſcimus ex ſcholiaſte Euripidis in Oreſtem; Primum fuit Martis à Neptuno accuſati quòd filium ſuum Halirrhothium interfeciſſet ſecundùm Cephali, propterea quod Procrin vxorem occidiſſet; Tertium Dædali qui Talum nepotem ac ſororis ſuæ filium de medio ſuſtulerat. Quartum Oreſtis parricidij à Tindaro, Clytemneſtræ patre accuſati. Neque tamen deſunt, qui Cephalum à Ioue in lapidem conuerſum tradant.

cẽphalis, Athenienſis orator, qui primus proœmia & epilogos induxit. Suid. Huius Cephali Æſchines & Demoſthenes in orationibus aduerſariis meminerunt. Hic gloriabatur, quòd cùm plura decreta quàm quis ſui temporis orator ſcripſiſſet, nunquam fuiſſet accuſatus, quòd contra leges decreuiſſet. Cæl. li. 9 c. 4.

cẽphas, ſic dictus fuit Simon Petrus, frater Andreæ; Petrus à Petra, Syriacum eſt. Io. 15. 1. Corinth. 15.

cephẽnes, Aſiæ maioris populi, qui poſtea à Perſeo Iouis, & Danaes filio Perſæ ſunt appellati. Herod. lib. 7. Ouid. 5. Metam.

Dúmque ea Cephena medio Danaeius heros
Agmine commemorat.

cephesis, vide Telphuſa.

cepheus, Æthiopum rex, Andromedæ pater, quam Perſeus periculo liberatam, vxorem duxit. Ouid. 5. Metam.

Auxiliúmque domus ſeruatorémque fatentur
Caſſiope, Cepheúſque pater.

Hic poſtea generi meritis cum vxore & filia in cœlum tranſlatus eſt, & à tergo Minoris Vrſæ conſtitutus, circuloq; Arctico ita incluſus, vt præter caput & humeros eius nihil occidere videatur. Hinc Cephæus, a, um. Ouid. 4. Metamorph.

Æthiopum populos, Cepheaq; conſpicit arua.

cephira, i. leuncula, aut propitiatio, ſiue limitatio aut villa, vel oppidum, ſiue glacies, aut Syriacè negatio: nomen viri, 1. Eſd. 7. Eſt & nomen vrbis, 2. Eſd. 8. Eadem & Caphara & Caphira dicitur. Item nomen vrbis. Ioſ. 18.

cephis, ſtatuarius nobilis. Plin. lib. 24. c. 8.

cephiſia, Attica villa, nam Cecrops, Athenarum conditor, omnem eius regionis multitudinem in XII. vrbes digeſſit. Sed Theſeus poſtea has omnes in vnam Athenienſium ciuitatem congregauit. Dicta Cephiſia à Cephiſo amne.

cephiſia, Atticæ regionis fons. Plin lib. 6. c. 7.

cephiſodemus, Athenienſis orator loquax, cauſarum patronus Periclis in reipubl. adminiſtratione aduerſarius. Suidas.

cephiſſodõrus, ſtatuarius. Praxitelis filius.

cephiſſodõrus, inſignis pictor. Plin. lib. 35. c. 9.

cephiſis, lacus iuxta Atlanticum mare quem Mauri Electrum vocant, quod ſole calefactus electrum è limo fluitans dare ſoleat. Plin. li. 37. c. 2.

cephiſodorus, Athenienſis Tragicus, antiquæ tragœdiæ ſcriptor. Suid. fuit & alius Cephiſodorus, qui in Comœdiis tanquam aſinus traductus eſt. Fuit quoque alius Præfectus qui cum Gryllo Xenophontis filio ad Mantineam occubuit. Suid.

cephiſodorus, Athenienſium dux, qui rei male geſtæ damnatus, in obſidione Alopeconneſi, quinque talentis mulctatus eſt. Suidas.

cephiſſus, fluuius Bœotiæ, qui in Trinemiis naſcens, & præter Latymnam in Atticum agrum influens, tandem per crura murorum in Piræum perductus, in Phalericum ſinum ſe exonerat, Strab. lib. 9. Lucan. lib. 3.

Bœoti coiere duces, quos impiger ambit
Fatidica Cephiſſus aqua, &c.

Vbi Cephiſſi aquas fatidicas dicit propter Themidis oraculum, fluuio huic vicinum, à quo Deucalioni & Pyrrhæ ratio oſtenſa eſt, qua genus humanum poſſet reparari. Plinius libro quarto, capite tertio. Cephiſidæ vndæ, & Cephiſia ora, Ouid.

cepi, i. horti, loci maritimi nomen, vbi Mæander fluuius in mare illabitur. Cedren.

cepiana, Celticorum in Luſitania vrbs. Ptolom.

cepio, Romanus ciuis, qui cum Druſo inimicitias exercuit, vnde origo ſocialis bellici & exitia rerum. Valer. Max. Scribi ſolet Cæpio.

Cepio Seruilius, conſul Romanus Hiſpaniam duce Viriato rebellantem pacauit: Proconſul, capta Toloſa in terra Galliæ, à templo aurum ſuſtulit. Vnde & ipſe, & quicunque ex ea direptione aurum attigiſſet, miſero cruciabilique exitu perierunt. Nam poſtea conſul cum Cn. Manlio contra Cimbros in Italiam ruentes, miſſus, apud Rhodanum victus profligatúſque

eſt

eſt. Iuſſu populi Romani eius bona publicata,eique imperium primò poſt Tarquinium abrogatum.ipſe in publicis vinculis extinctus,inde tractus diſcerptúſque ad ſcalas Gemonias. Liuius libro 67. Alij hunc in exilio periiſſe, dicunt, is antea de Ciliciis triumpharat.Valer.Maxim.

cepœ oppidum Boſphori Cimmerici. Plin.li. 6.cap.6.

cepus,vrbs ad pontum Euxinum in Corocondama peninſula,Strabo.Diodor.

ceraca, Macedoniæ vrbs, circa Lychnidem paludem.Polyb.lib.5.

ceracates, Germaniæ Transrhenani populi, Vangionibus ac Tribocis proximi. Tacitus.

cerambycas,fluuius,& inſulani Cerambychę Vide Helixœna.

ceramicus, Cariæ ſinus non longè ab Halicarnaſſo nobiliſſima vrbe.Pomp.li.1.& Plin.lib. 5.cap.29.

ceramici, inquit Suidas, Athenis loci duo erant, vnus in ciuitate, alter extra ciuitatem: in quorum altero qui in bello cecidiſſent, publico ſumptu ſepeliebantur, funebríque oratione ornabantur. In altero vero ſcorta proſtabant. Fuit præterea Ceramicus, Atticæ regionis locus præ altus (Eraſm. in Prouerb. Lampadem tibi curſu trado) vbi quotannis Athenienſes lampadu chum certamen faciebant.Suid.

ceramentes,populi qui de conuentu Carum, quem Chryſaoreum vocant,participant,licet catici generis non ſint.Strab.lib.14.

ceramis,municipium tribus Acamantiæ. Suidas.

ceramorum forum,Aſiæ minoris vrbs in finibus Myſiæ,Xenoph.

ceramus,Aſiæ minoris oppidum in Mæonia. & in Arconneſo inſula, iuxta Cariam. Plin. Doridis,item oppidum littorale.Ptolem.

ceramium, locus Romæ, in quo Cicero & Milo domum habebant.Cicer. ad Atticum,libro quarto.

cyramyntes, à Græcis Hercules cognominatus, quaſi fata rejiciens, vt idem ſit fermè cum Alexicaco.Cæl.lib.6.c.7.

cerange, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

ceraſon Chryſeon,promontorium Propontidis,in quo Byzantium oppidum, cui poſtea Conſtantinopolis nomen fuit impoſitum.

ceraſtæ, inſulæ in latere Arabiæ prope Syenem,quæ in fine eſt Æthiopiæ.Plin.libr.quinto, cap.9.

ceraſtis, dicta eſt Cyprus, quoniam homines Ceraſtas, cornibus inſignes, olim eam tenuiſſe quidam ſcribunt. Alij quòd procurrentibus promontoriis velut infeſtis cornibus aſſurgat. Plin. lib.5.cap.30.

ceraſus, ſuntis, & Ceraſunta, ſeu Ceraſuntia, vrbs in Ponto Hieronymus ad Marcellum: Accepimus & caniſtrum Ceraſis refertum talibus,& tam virginali verecundia rubentibus, vt ea nunc à Lucullo delata exiſtimarem: ſiquidem hoc genus pomi, Ponto & Armenia ſubiugatis,de Ceraſunte primus Romam pertulit. Vnde è patria arbor nomen accepit. Pomponius: Raræ vrbes, Ceraſunta & Trapezus maximè illuſtres.Alij dicunt Themyſcyræ regionis in Cappadocia vrbem eſſe.Meminit Plin.lib.16.& Ammianus.

cerata, locus in Megaridis confinio. Plut. in Par.Item fluuij nomen ex Oceano.

ceratæ,Straboni eſt vrbs Italię in Latio,quam Leander putat nunc *Cereto* vocari.

ceratus, fluuius Cretæ Gnoſſim vrbem prærerlabens,quæ ab illo aliquando Ceratus vocata fuit. Strab. libr. decimo. Hunc Ceratæus, a,um, Virg.in Cyri.

Carpathium fugiens & flumina Ceratea.

ceraunia,Achaię in Peloponneſo vrbs.Polyb. lib.2.

ceraunia,vt Gerardus Mercator habet, Cypri inſulæ oppidum, quod hodie *Cerines* vocari ait, ſed Græcus Ptolemæi codex habet Ceronia, v. Corcyra.

ceraunia, ſiue Ceraunij montes in finibus Epiri,in mare vſque extenſi,vbi Ionium mare ab Adriatico ſeparatur: ita dicti à fulminibus, quibus ſæpè impetuntur. Ouid. 11. de Ponto. Eleg. ſexta.

Cùm poteram rectè tranſire Ceraunia velo:
Vt fera vitarem ſaxa,monendus eram,

Lucan.lib.5.

——atque malignos
Ambraciæ portus ſcopuloſa Ceraunia nautæ
Summa timent.

Pro iiſdem etiam Acroceraunia, vel Acroceraunios montes dicimus. Horat. libro 1. Carmin. Ode 5.

Qui vidit mare turgidum &
Infames ſcopulos Acroceraunia.

Plin.in Procem.lib.4.*Tertius Europæ ſinus Acroceraunis incipit montibus.*

ceraunij montes in Aſia, in caſpium pelagus obuerſi. Pompon. libro primo. Quint. & Taurus mons in vniuerſum Ceraunius appellatus fuit. Plin.lib.5.cap.27.

ceraunus, amnis clarus Cappadociæ, Plinius libro ſexto.

ceraunus,cognomen cuiuſdam Ptolemęi,quo nomine etiam ſignificatur fulmen. Cæl. lib.24. cap.6.

ceraunias, Iupiter dictus quòd fulgur emittat.

cerauſius,Arcadiæ mons.Pauſan.

cerbalus, Apuliæ amnis. Plin. lib. 3. c. 11. Ceruaria Nigro.

cerbani, Arabiæ fœlicis populi. Plin.

cerbarium, locus in Apulia Procop.

cerberion, oppidum in vltimo oſtio Boſphori, quod poſtea Cimmerium eſt appellatum. Pli. lib. 6. cap 6.

cerberus, à poëtis fingitur canis triceps, inferûm cuſtos, quem ab Hercule catena ab inferis tractum eſſe iidem fabulantur. Virgil. ſexto. Æneid.

Cerberus hac ingens latratu regna trifauci
Perſonat a duerſo recubans immanis in antro.

Mythologici terram interpretantur: dictũmque volunt Cerberum, quaſi κρεοβόρον, hoc eſt, carniuorum. Terræ enim proprium eſt, cadauera conſumere, & ad primam ſuam originem reuocare, hoc eſt, in dumum conuertere. Alij ſerpentem fuiſſe volunt in Tænario Laconiæ promontorio, cuius veneno mortales extinguebantur. Et quoniam in Tænaro ad inferos dicitur eſſe aditus, Ditis canem dixerunt: quem quum Hercules trucidaſſet, nata eſt fabula Canem tricipitem interemiſſe, quamquam hoc alij ad virtutem eius & animi magnitudinem malint referre, qua omnes cupiditates, & cuncta vitia terrena contempſit ac domuit. Cerberus etiam dictus eſt canis Alexandri Epirotæ cum leonibus congrediens.

cerbica, Africæ propriæ oppidum Ptol.

cercaphus, Colophonis mons, vbi vipera reperitur, Nicander Iſac. in Lycophr.

cercaphus, filius Poliadæ & Cydippes. Steph. in Camiro: à quo Rhodiæ mulieres Cercaphides. Meminit eius etiam in Lindo. Fuit & alius Cercaphus filius Æoli pater Omeni auus Amyotoris. Phœnicis proauus, cuius meminit Strabo libro nono. Et Euſtathius in ſecundum Iliados.

cercaſorum, oppidum in Ægypto iuxta quod ſcinditur Nilus in Peluſium fluens & Canobum. Herod. lib. 2.

cerceis, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia. Heſiod. in Theogonia: ita dicta à texendo. Cercis enim radium textorium ſignificat.

cercena: Atlantidum vrbs in Æthiopia, verſus Oceanum Occidentalem Diodor. lib. tertio auctor eſt: hanc ab Amazonibus expugnatam & euerſam, ac poſtea eius loco aliam nomine *Myrina*, ab eorum regina ſic dicta, conditam addit.

cercetæ, populi minoris Armeniæ. Pli. Pompon. vocantur Cerceti. lib. 1. Cercetæ, apud Nicolaum de moribus gentium.

cercẽti montes Theſſaliæ. Plinius libro quarto, cap. 8.

cercetius, is eſt mons Liuio, quem Xenophon in libello de venatione *Citum* vocat, vt tradit Reineccius: cercetos multitudinis numero deſcribit Plinius in Theſſalia.

cercetus regio adiacens Cauſaco, prope Euxinum. Incolæ Cercetij. Dionyſ.

cerciæ, inſulæ circa Ioniam. Plin.

cercij. Italiæ populi. Diodor. lib. 14.

cercidas, optimus legiſlator Megalopolites fuit. Hic cùm morti eſſet proximus, ad ſuos conuerſus: iucundè ſe à vita migrare pronuntiauit, quòd animo concepiſſet, mox paulo ex ſapientibus quidem cum Pythagora ſe congreſſurum, ex hiſtoricis cum Hecatæo, ex muſicis cum Olympo, ex poëtis cum Homero. Steph. & Cæl. lib. 21. cap 44.

cercida, poëta iambicus. Cæl. lib. 4.

cercina, inſula maris mediterranei, cum vrbe eiuſdem nominis, ex aduerſo Africæ ad promontorium minoris Syrtis ſita. Pompon. & Plin. lib. 5 cap. 7.

cercinitis, perparuula inſula, Cercinæ ſuperiori Carthaginem verſus ponte iungitur. Plinius lib. 5. in deſcriptione inſularum, quæ ex aduerſo Africæ.

cercinium, Macedoniæ oppidum Liu.

cercion, rex Theſſaliæ qui filiam habuit Alopẽ, à qua ciuitatem cognominauit: vide Cercyõ.

cercitam, Pauſ. grammaticus ait, vocari temonis genus, à populis inuentoribus, qui cercitæ appellabantur in terra Indica.

cercopes, populi Pithecuſæ inſulæ qui cum nullo flagitij genere abſtinerent, à Ioue in ſimias mutati ſunt: Ouid. 14. Metam.

Quippe deûm genitor fraudem & periuria quondam
Cercopum exoſus gentiſque admiſſa doloſæ,
In deforme viros animal mutauit, vt ijdem
Diſſimiles homini poſſent ſimileſque videri.

cercopes item fratres duo fuerunt. Paſſulus & Achemon.

cercopia, magnæ Phrygiæ oppidum. Ptol.

cercus, Bithyniæ collis. Cedren.

cercuſium, oppidum à Diocletiano ampliatum mœnibus & turribus inexpugnabilibus munitum: Pompon. Lætus.

cercyon, latro inſignis apud Eleuſinem Atticæ ciuitatem, tanto corporis robore, vt validiſſimas arbores incuruare poſſet, quibus viatores alligatos diſcerpebat. Filiam habuit nomine Alopen, quæ à Neptuno vitiata, Hippothoonta peperit. Quod cum nutricis indicio reſciuiſſet Cercyon tam ægrè id tulit, vt puerum quidem in ſyluis feris deuorandum obiecerit, filiam verò carceri incluſam fame enecarit. Interfectus eſt tandem à Theſeo eodem ſupplicij genere, quo ipſe in viatores conſueuerat ſæuire. Ouid. 7. Metamorph. Vide Hyginum fabula 187.

cercyra

Cercyra, inſula maris Ionij, quæ à Latin's litera v na immutata Corcyra dicitur. Vulgò *Corphou*.

cercyrei populi, qui quoniam crebris ſeditionibus agitabantur, conſueuerant geſtare flagra ingentia anſis eburneis exornata.

cerdanitæ, populi fœlicis Arabiæ. Steph.

cerdous, dictus eſt Apollo & Mercurius, à κέρδος, id eſt, lucrum: hic quidem quia negotiis præſit ac lucro, qua ratione illi marſupium aſſignatur: ille verò, quia oraculis editis ad lucrum conferre inſigniter crederetur. Cælius libro 16. cap. 19.

cerdon, III. Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus, anno ſalutis 99.

cerdo, ſiue Cerdon, hæreticus, qui duos deos poſuit, alterum bonum, alterum ſæuum, Chriſtum verum hominem, & verè paſſum negauit. Euſeb. lib. 4. c. 12. Tertull. & Auguſt. de hæreticis.

cerdónia, Italiæ vrbs ſita in via, quæ Roma in Græciam ducit. Strab. lib. 6.

cerdias, ciuitas à Lyſandro vi capta ac diruta. Xenoph. lib. 2. anno ab vrbe 345.

cerdylium, Argiliorum locus, non procul diſtans ab Amphipoli. Thucyd. lib. 5.

cere, oppidum Tuſciæ, non longè à Tarquiniis. Vide Cærete.

cerealia, orum, ſacra Cereris à Triptolemo inſtituta, quæ Plin. lib. 24 Teſmophoria vocat, à Cerere Teſmophoro, hoc eſt, legum latrice. Plutarc. quoque Adonia vocat. Hæc autem feſta tanta religione celebrabantur, vt feriæ pollutæ crederentur, ſi quis eo tempore cum vxore concubuiſſet. Præterea in ſacrificiis Cereris vinum non adhibebatur. Plaut. in Aulul. Megadorum Cereri nuptias eſſe facturum, ait, quod nihil vini ad nuptias eſſet allatum.

cerealis, quæ alio nomine Ebura dicitur, Hiſpaniæ vrbs. Plin. li. 3. c. 1.

cerealis, conſul, collega Commodi anno ab vrbe 858.

cerealis, conſul, collega Læti, anno ab vrbe 967. Thermas Romæ miri ædificij ædificauit. Nouercam Iuliam vxorem duxit. Caſſi. Spart. Oro. Eutrop.

ceres, Saturni & Opis filia, frugum inuentrix, & cultus terræ, vnde Virg. 1. Georg.

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Inſtituit, cùm iam glandes, atq; arbuta ſacra
Deficerent ſylua, & victum Dodona negaret.

Ex qua Iupiter Proſerpinam ſuſcepit: quam cùm poſtea Pluto rapuiſſet, Ceres acenſis in Ætna monte tædis, filiam toto orbe, maximo labore perquiſiuit. Qua in peregrinatione cùm ad Eleuſium regem perueniſſet, filium eius Triptolemum alendum ſuſcepit, eúmq; alumnum immortalem reddere vellet, interdiu diuino cum lacte alebat, noctu verò igne obruebat. Verùm cùm Eleuſius inſolitum fieri incrementum admiraretur, nutricem ſibi obſeruandam putauit, clàm ſe abſcondens ea in parte domus, vbi illa puerum ad ignem fouere ſolebat. Cùm itaq; illã intueretur puerum in ignem mittentem, ſubitò expaueſcens, clamore ſe ſuo prodidit. Quam rem ægrè ferens Ceres, nimiã hominis curioſitatẽ morte punit. Puerum autẽ ſerendarum frugũ rationem docuit: eundemq; in alatorum draconum vehiculũ impoſuit, vt orbẽ peragrans, frugum vſum mortalibus communicaret. Poſtea Aretuſæ Nymphæ iudicio certior facta, Proſerpinã apud inferos eſſe, Iouem adit, fratriſq; iniurias cum eo expoſtulat: tandémque filiæ reditum ea conditione impetrat, ſi nihil illa apud inferos guſtaſſet. Verùm cùm Aſcalaphi indicio palam factum eſſet, eam in Plutonis pomario fortè obambulantem, malum Punicum decerpſiſſe: aliquótque inde grana deguſtaſſe, reditus ei in perpetuum fuit interclusus. Quam rem ægerrimè ferens Ceres. Aſcalaphum in bubonem commutauit. Tandem tamen Iuppiter vt ſororis dolorem mitigaret Proſerpinæ permiſit, vt dimidia anni parte apud inferos cum viro, reliqua apud ſuperos eſſe poſſet. Poetæ aliquando Cererem accipiunt pro Luna, ſicut Liberum pro Sole. Virg. 1. Georg.

— vos ò clariſſima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,
Liber, & Alma Ceres.

Alij Cereris appellatione terram intelligi volunt: vnde & à Græcis δημήτηρ dicitur, quaſi γῆ μήτηρ. Eſt enim terra frugum omnium genitrix & altrix. Eadem & Teſmophoros dicta eſt, legum latrix, quia antequàm illa agriculturæ vſum docuiſſet, homines nulla lege viuebant: poſteà verò Cereris beneficio monſtrato vſu frugum, cœptum eſt de agrorum finibus (qui anteà nulli erant) diſceptari: quam primam volunt fuiſſe iuris & legum originem. Dicitur autem Ceres à creando, & Alma ab Alendo: quia nos alit. Vel (vt Cicero de Natura deorum ſcribit) tanquam Geres, à gerendis frugibus, caſus prima litera immutata. Ponitur interdum Ceres pro ipſo pane, ſicut Liber pro vino. Terentius.

Sine Cerere & Libero friget Venus.

Cereſſus, Theſpienſium caſtellum in Bœotia. Pauſ.

Ceretani, populi Hiſpaniæ, Plin. & Strabo, apud quos generoſa vina naſcebantur, quæ Ceretana dicebantur. Martialis.

Ceretana nepos ponat, Setina putabis.

Ceretani, populi ex Cereto Vmbriæ inter Spoletanum & Narſiam oppido, qui totum orbem vano quodam ac turpi ſuperſtitionis ge-

Digitized by Google

nere ludificant. Vnde quidam de illis inquit: Nam illa videntur, prodigaliter noſtris in Ceretanis accidiſſe, vt aliqua viris apud te excederet vuarum numerum duorum millium. Vide CARITVM.

ceretæ, Cretæ inſulæ populi. Polyb.

cerete, oppidum in Italia, quo ab Romanis ſolo æquato, inopes inde Ceretani per Italiam diſiecti, vt ſibi vitæ neceſſaria corraderent, multarum rerum ſcientiam commenti, ac pleraque conſarcinantes, quibus apud inſcitam plebem ſibi fidem facerent, omnibus qui eadem graſſarentur via, celebre ad poſteros dedere nomen, iique ſunt quos Ceretanos nuncupemus, vulgò *Charlatans*.

cerethi, i. conciſio, ſiue transfoſſio, vel exterminatio, populi qui & Philiſtin, vt Lyra ait in libro Differentiarum, ſiue nomen legionum aut bellatorum Dauid. 1 Reg. 30. 2. Reg. 8 15. 20. 1. Paral. 18.

cerethi, milites, ſiue curſores, aut arietes. Hebr. Cari. 4. Reg. 11. 19.

cęretum, vide CARITVM.

ceriada, vel potius Ciriada κειριάδαι vicus Atticę regionis in Hippochoōtide tribu. Steph.

cerfennia, locus inter Tiburnum & Corfinium. Anton.

cerillum, Lucanię locus in Italia. Strabo.

cerinthus, Gręcię vrbs maritima. Homer. Iliad. 2. Item Eubœę inſulę oppidum. Ptol. Plin. lib. 4. c. 12.

cerinthus, hęreticus, cuius meminit Dionyſius cùm de Ioannis reuelatione diſſereret: Cerinthus (inquit) affirmabat futurum regnum CHRISTI voluptarium, mores ſuos ſaſſus, quòd gulę luxurięque deditus eſſet. Irenęus etiam ſecretiora ipſius in primo ſui operis manifeſtat. Euſeb. lib. 3.

cerites, populi, quos quum viciſſent Romani, ſtatuerunt vt nunquam leges conderent, vel haberent. Acron. in illud Horatij primo Epiſt. 6. *Cerite cera digni*: prouerbialis ſententia, id eſt, ſine lege & ſuffragio, inquit Bud.

cermalus, locus in vrbe Roma ſic nominatus. Feſtus.

cermatę, gens, quę Agarenis hoſtis eſt. Cedren.

cermorum, oppidum Macedoniæ Plin. lib. 4 c. 10.

cerna, vel Cerne, inſula Æthiopici maris. Plin. lib. 6. c. 31. Ptolemæi *Menuthias* eſt, quæ hodie ab Hiſpanis inſula *S. Laurentij* dicitur, ab incolis Malagaſcar.

cerne, Atlantici maris inſula, contra Atlantem montem. Ptol. Hanc nonnulli *Maderam*, alij inſulam cognomine *Gracioſam* eſſe putant. Eſt etiam Cerne Lycophroni inſula Oceani verſus Auroram quam eius commemorator Iſacius Tzetza olim *Amphimetrium* dictam ſubdit.

cernetani, qui Mariani cognominantur. Italiæ populi prope Caſinum & Bouillas. Plin. lib. 3. cap. 5.

cernétum, oppidum Italiæ. Plin.

ceron, eſt fons in Heſtiæotide, cuius aqua bibentes oues facit nigras. Plin.

cerophæi, Africæ propriæ gens. Ptol.

ceros, nomen viri, 1. Eſd. Lat. vncinus aut incuruatio.

ceroſſus, iuxta Ionium pelagus, locus aut inſula videtur inter Meliten, & Macedoniam. Apollonius 4.

cerreſtis, vide CYRVS.

cerretáni, Hiſpaniæ populi. Plin. lib. 3.

cerſopleptes, Thracum rex, ann. ab vrbe 410.

cerſunum, Corſicę inſulæ mediterranea vrbs, apud Ptol. *Nebbio* Pinetus appellat.

certa, vrbs ſupra Armenios. Heſych.

certeræ, gens circa Pontum Euxinum. Strabo.

certima, Celtiberorum vrbs in Hiſpania. Liu.

certiſſa, Pannoniæ inferioris oppidum. Ptol.

certonium, oppidum Aſiæ minoris. Xenoph.

ceruária, locus ad templum Veneris Galliæ Aquitanicæ finis. Pomp. li. 2. Oretanorum item vrbs in Hiſpania. Ptol.

cerycius, Bœotiæ, & Epheſi mons. Pauſ. Heſych.

ceryx, Mercurij filius Pandroſiæ Cecropis filiæ.

Ceryces, apud Græcos dicebantur caduceatores, à Ceryce Mercurij filio, quos nefas fuerat violare, quod eorum genus diuinum putaretur: proinde in Odyſſea Vlyſſes exploratoribus comitem adiecit Ceryca. Achilles verò Cerycas Iouis nuncupat nuncios & hominum, quoniam ſacrificiorum quoque miniſterio adeſſet, Cæl. lib. 11. c. 16.

cerynia, vrbs Achaiæ in Peloponneſo, & mons in Arcadia, ex quo Cerynites amnis profluit, qui vrbem hanc præterlabitur. Pauſ.

ceſata, vel Ceſada, Hiſpaniæ vrbs, inter Emeritam & Cæſarauguſtam. Ptol. Anton.

ceſcus, Ciliciæ vrbs. Plin.

ceſeleth-Thabor. Palæſtinæ locus. Ioſ. 19.

ceſena, oppidum in octaua regione Italiæ. Plin. lib. 3. c. 15. Vide CÆSENNA.

ceſenius Pætus, à Parthis in Armenia obſeſſus, legionibus ſub iugum miſſis, Armeniam turpiter reliquit. Oroſ. lib. 7. c. 7.

ceſennius Priſcus, Syriæ prætor, anno ſalutis 47.

ceſil, id eſt, Arcturus; nomen ſtellæ, ſiue ſtultitia, aut Ilia, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15.

Ceſion.

ceſion, ciuitas Leuitarum in tribu Iſſachar. Ioſue 19. Lat. durities, ſtipula, cucumetarium.

ceſonius Pætus, conſul, collega Petronij, anno ab vrbe 813.

ceſpêria, ſiue Caſperia, vrbs Sabinorum, ex qua Turnum auxilia habuiſſe contra Æneam. Maro auctor eſt lib. 7.

ceſpius, mons eſt in regione Exquilia.

ceſſero, Narbonenſis Galliæ oppidum ad Carpentoracte. Plin. lib. 3. cap. 4. *Araura* dicitur etiam Antonino, ab Aurariæ flumine adlabente. hodie *Caſtres*.

ceſtira, gens Mediæ, in confinio Perſidis. Plin.

ceſtius Florus, Iudææ procurator, anno ſalutis 64.

ceſtius, pons vrbis Romæ, quem hodie *S. Bartholemæo* nominant. Marlianus.

ceſtria, Epiri oppidum, Plin. lib. 4. c. 1. & Ceſtrini Ceſtriæ incolæ.

ceſtrinus. Heleni & Andromacæ filius. Heleno mortuo cum Epirotarum aliquot ſponte ſequentium turma regionem ſupra fluuium Thyamim occupauit, quam Ceſtrinem de nomine ſuo vocauit. Pauſan. Atticis.

cetaria, Siciliæ vrbs. Ptolem.

cetes, Ægyptiorum rex, à Græcis Protheus nominatus.

cethegus, conſul, Cicerone teſte, cum P. Tuditano, bello Punico ſecundo: de quo ſic ſcribit ipſe in Bruto: M. Cornelius Cethegus: cuius eloquentiæ eſt author, & idoneus quidem mea ſententia, Q. Ennius; præſertim cùm & ipſe eum audierit, & ſcribat de mortuo: ex quo nulla ſuſpicio eſt, amicitiæ cauſa eſſe mentitum. Eſt igitur ſic apud illum in nono (vt opinor) annali.

ceſtrus, fluuius Pamphiliæ regionis. Strab.

cetæum, Taprobanæ promontorium. Ptolem.

Additur orator Cornelius ſuauiloquente
Ore Cethegus.

cethêgus, qui in Catilina coniuratione primas tulit: cuius etiam ſæpe Cicero meminit Oratione in Catilinam tertia: Atque interea (inquit) ſtatim admonitu Allobrogum C. Sulpitium fortem virum miſi, qui ex ædibus Cethegi, ſi quid telorum eſſet, efferret, ex quibus ille maximum ſicarum numerum & gladiorum extulit. Iuuen.

Clodius accuſat mœchos, Catilina Cethegum.

cethim, id eſt, conterentes, ſiue contritio maris, aut diadema, ſiue aurum, vel tinctura, aut coaceruatio maris: filius Iauan. Geneſ. 10. Ab hoc, Beroſus dicit Italos eſſe appellatos. Interpres noſter, Dan. 11. tranſtulit Romanos. Vide Italia & Romani, Sunt & Græcorum inſulani, Macedones. Iſa. 23. Cyprus quæ & Citium dicitur.

cethlis, nomen ciuitatis, in tribu Iuda. Ioſue 13. paries eſt aut caterua Leænæ, vel quaſi euulſus.

cethura, altera vxor Abrahæ, quæ copulata interpretatur. Volunt autem Hebræi hanc fuiſſe Agar, priùs concubinam, quæ, mortua Sara, in vxorem, id eſt, de non copulata in copulatam tranſiit de nouis nuptiis ipſe iam ſenex, argueretur laſciuiſſe, Ioſeph. in Ant. Iud. cuius quidem Cethuræ filij ex nomine Saræ, vxoris liberæ, Saraceni appellari voluere. Quippe qui has obtinuerunt regiones, Traconitidem, Phœniciam & Arabiam vſque ad maris rubri littora. Comeſt. in cap. 25. Gen. Lat. aromatizans, vel fumigans ſiue ligata.

ceticus, magus fuit, cuius augurio Bocrchiſta rex Getarum Romanos vicit.

cetij populi inter Cilices & Pelaſgos. Strab. lib. 13. Homerus in Odyſſæa, ſic dictos putat à Cetio fluuiolo quodam in eorum agro, cuius etiam meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

cetirzis, promontorium in littore Apolloniæ regionis, locus munitiſſimè validus, quo aliquando Lyſimachus, ad opes ſuas recondendas vſus eſt. Strab. lib. 7.

cetis, Ciliciæ regio. Ptol.

cetium, Norici oppidum. Anton.

cetius, mons inter Noricum & Pannoniam, hodie *Kalemberg*, vulgò dicitur.

cetóbrica. Anton. Cetobrix Ptol. Luſitaniæ vrbs. *Setuual*. Varrerio.

cetriboni, Indiæ populi. Plin.

cetuma, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum. Pli.

ceuci, Hiſpaniæ populi, conuentus Lucenſis. Plin.

ceus inſula eſt, in qua lex olim lata, vt (quæ etiam Menandri ſuffragio comprobatur) qui rectè viuere nequeant, turpiter ne viuunto. Significabatur autem ſexagenario maiores aconito vitam finire oportere, ne reliqui cibariis deficerentur. Cælius Rhodiginus lib. 28. cap. 16.

ceus, ſiue cæus, vt quibuſdam placet, Titani & Terræ filius, qui ob Latonam filiam à Ioue ſtupratam, aduerſus eum arma mouit, ſed iure ab iniuria victo, periit. Virg. 4. Æneid.

Extremam (vt perhibent) Cæo, Enceladóque ſororem Progenuit.

ceus, vrbs, vide Brylivm.

ceyla, Palæſtinæ locus. Ioſ. 15.

ceyx, vide Cayx.

C H

Chaa, inquit Strab. li. 8. Peloponneſi vrbs, Lepræo vicina, vbi Ephaſius campus iacet. Huius Chaæ cauſa bellum inter Arcades, & Pylios conflatam pleríque aiunt.

Digitized by Google

chaqla, vicus Ægypti. Strab. lib. 16.

chabaca, Sidene Cappadociæ regionis vrbs Strabo.

chabareni, populi circa Chalyben habitantes, qui peregrinorum quibus potiti fuerint, mammillas crudas edunt, & pueros deuorant. Steph. ex Eudoxo.

chaberis, Indiæ intra Gangem vrbs & fluuius. Ptolem.

chabinus, Arabiæ fœlicis mons Diodor.

chablaſij, Arabiæ populi Nabatheis proximi. Dionyſ.

chaboras, Aſſyriæ mons eſt apud Ptolem. qui fortè hodie *Capuſco* vocatur.

chabri, nomen ciuitatis, Iudith 8.

chabria, vicus Ægypti prope Arabiam. Strabo lib. 17.

chabrias, Athenienſis philoſophus & imperator inclytus. Hic dicere ſolebat, Terribiliorem eſſe exercitum ceruorum duce leone, quam leonum duce ceruo. Eius Demoſthenes cùm ſæpe in orationibus meminit, tum in oratione ad Leptinem pluribus res geſtas perſequitur, & in eius laudes digreditur. Cæl. Rhod. lib. 9. c. 11.

chabrius, Macedoniæ fluuius, Ptol.

chabul, nomen ciuitatum earum quas Salomon dedit. Hiram regi Tyri in terra Galilææ, 3. Reg. 9. Lat. compeditus, vel quaſi germinans aut quaſi defluens, vel quaſi veteraſcens.

chabuata, Arabiæ fœlicis vrbs, Ptol.

chadica, Albaniæ oppidum. Ptol.

chadæi, Arabiæ fœlicis populi. Plin.

chadeni, Scandiæ inſulæ populi occidentaliores. Ptol. *Noruegiam vel Finmarchiam* quidam putant.

chadiſia, vrbs Leucoſyrorum. Themiſcyræ (inquit Hecateus) campus eſt à Chadiſia ad Thermoontem vſque. Menippus in Periplo duorum Pontorum, Chadiſium vicum & fluuium nominat; ſtadiis centum quinquaginta à Lycaſto diſtantes, item ab Iri fluuio centum. Ciues, Chadiſij. Steph.

chadramotitæ, populi iuxta Indicum ſinum Prionis fluuij accolæ. Steph.

chæanitæ, populi ad Caucaſi montis radices, Septentrionem verſus, poſt Trogloditas. Strab. lib. 11.

chæmæ, Germaniæ populi. Ptol.

chænides, Sarmatiæ Aſiaticæ gens. Ptol.

chærecla, Pentapolis in Africa regionis vrbs. Ptol. Ammian.

chæreas, nomen viri, 2. Macchab. 10.

chæremon, poëta Comicus, & alter qui Hieroglyphica ſcripſit. Suid.

chærephon, Athenienſis philoſophus, Socratis auditor, huius nihil traditur ſcriptum. Ab hoc natum prouerbium, nihil à Cherephonte differt: in macilentes & pallentes, apud Ariſtophanem in Nubibus. Erat enim Chærephon pallidus, vt qui magno ſtudio philoſophiæ operam daret, & in litteras incumberet. Suidas.

chæris, Citharœdus ineptus. Ariſtophan. in Comœdia quæ inſcribitur Acharnes. Suid.

chæron, poëta comicus.

chærónea, Bœotiæ vicus, Plutarchi patria, clade Athenienſium memorabilis, Plin. libro 4. cap. 7. Stephano vrbs eſt in confinio Phocidis, à Chærone conditore dicta, Apollinis & Therſis filio. Halianicus ſcribit, Athenienſes poſt Orchomenios, Chæroneam quoque Orchomeniorum vrbem cepiſſe. Olim enim *Arne* vocabatur, quo nomine Homerus vtitur. Hinc Chæroneus, & fœmininum Chæronis, poſſeſſiuum Chæronicus. Steph.

chætæ, Paraxiæ regionis in Macedonia vrbs, Ptolemæo, Scythorum gens quoq; apud eundem.

chairus, Arabum Babylonem ſignificat. Cæl. libro 8.

chalak, mons ſine arboribus. Ioſue 11. 17. & 12. 7. Heb. Halak.

chalæon, Bœotiæ portus, à quo VII. M. paſſuum, introrſus liberum oppidum Delphi ſub monte Parnaſſo, clariſſimi in terris oraculi Apollinis. Plin. lib. 4. c. 3.

chalæon, vrbs Locrorum. Gentile, Chalæus. Thucydides lib. 3. Steph.

chaſal, id eſt, cõſũmatio, vel totalitas, aut quaſi nox, vel Syriacè, corona, nomen viri, 1. Eſd. 10.

chalambrij, equi à loco Libyæ ſic appellantur. Heſychius.

chalame, ciuitas Perſidis, quæ nunc appellatur Ætiſiphon.

chalame, i. omnes nos, ſiue omnia hæc, aut conſummatio noſtra, vel ſicut manens, aut quaſi murmurans, ciuitas in qua regnauit Nemrod, Geneſ. 10. quæ nunc Seleucia à Seleuco rege, ſiue Steſiphon dicitur. Amos 6. ſcribitur & Calane. Hebræis, Calne.

chalepetis, Suſianæ regio. Ptol.

chalaſtra, vrbs Macedoniæ ad Thermeum ſinum. Strabo libro 7. à Chalaſtra proximo portu dicta: hinc Chalaſtricus, ca, cum, adiectiuum, vt Chalaſtricum vitrum. Plin. lib. 31. cap. 10. Hecatæo vrbs eſt Thraciæ. Ciuis, Chalaſtræus. Lycophron.

chalcæa, Cariæ vrbs. Strabo.

chalcæa, vrbs Libyæ, alia Phœnicum, alia Lariſſææ. Thucydides lib. 6. Soluit in Chalceen, inde in Ammen. Theophraſtus eam Chalceon nominat, Theopompus Chalcas pluraliter. Gentile, Chalcæus vel Chalci es. Steph.

chalcæ, inſula cum oppido, circa Rhodum Plin lib. 5. c. 31.

chalcæa, feſta alio nomine Athenæa dicta.

Vnig-

Vulcano dicata, quæ à cerdonibus tantùm aut operariis & fabris prætertim celebrabantur. Cæl.lib 29.c9.

chalcea, Libyæ vrbs, Polyhiſtori, quem valdè reprehendit Polybius, non ciuitatem eſſe ſcribens, ſed ærarias officinas. Chalcæa verò in Caria eſt. Gentile, Chalcæates Steph.

chalcedónia, ſiue Chalcedon, vrbs in Aſia iuxta Boſphorum Thracium, è regione Byzantij. Hanc Megarenſes condidêre, Cæci appellati, qui non potiùs oppoſitum littus elegere, in quo ſita eſt Conſtantinopolis optimo loco. Hic olim magna ſynodus celebrata eſt, quæ inter octo numeratur, quibus Romana eccleſia præcipuum impertitur honorem, nominata à Chalcedone vicino fluuio.

chalcenteros, cognomen Didymi grammatici ob indefatigabile ſtudium. Cæl.libr.19.capite 9.

chalcedon, vrbs Thraciæ non procul à Byzantio Palæp.lib 2. Europam, inquit, ab Aſia, ſtadiis quinque diſterminat Thracius Boſphorus, ipſis in faucibus oppidum: in ore templum eſt, oppidi nomen Chalcedon: author Argias Megarenſium princeps. templi numen Iupiter, conditore Iaſone, de hac Strabo lib. 12.

chalcedon, vide IDALIVM. Liberam vrbem Plinius vocat: cui etiam antea *Procoraſtu*, dein *Compuſa*, poſtea *Cæcorum* vrbs (quod locum eligere neſciſſent) dicta fuit. Hodie adhuc *Chalcidona* vocari ſcribit Sophianus. *Calcitus* Turcis dici mihi Carolus Rimus author eſt, qui Conſtantinopoli oratorem agit nomine Maxim. Romanorum Imp. Mar. Niger tradit interius reædificatum, & à Iunioribus *Carolina* nuncupari. *Scutari* ex ea facit hodie Alphon. Adrian. Petrus Gyllius prodit hodie exiguum vicum eſſe, ſine mœnium veſtigiis. Steph.

chalcedon, fluuiolus eſt, qui in Propontidem effluit, vnde vrbs nomen ſumpſit, eúmque hodie proprio nomine carere, adeo vt accolæ *Potamion* duntaxat nominent. Thevetus ſcribit eum adhuc hodie *Chalceduni* nominari.

chalceritis, inſula in ponto alio nomine Aria appellata, Morti ſacra, Plin.lib.6.c.11.

chalcêtis, idis, inſula quædam cuius meminit Menippus. Steph.

chalcetórium, vrbs Cretæ, ſiue Chalcetoreus, Chalcetor. Steph.

chalcia, inſula quam inter Cycladas. Plin. enumerat. lib.4.c.12.

chalcidene, fertiliſſima regio. Plin.lib.5.

chalcidia, vrbs, author Feſtus.

chalcidica, regio Macedoniæ. Ptolem. *Iambolſi* Caſtaldo. Eſt & Syriæ regio, in qua *Chalcis* vrbs. eidem Ptolem. Thraciæ quoque Steph: in qua *Tinda* oppidum & *Milcorus* Chalcidenſium in Thracia meminit quoque Thucyd. libro 2.

chalcidica, Minerua dicta eſt ab vrbe Chalcidia.

chalcidicus, Siciliæ mons. Steph.

chalcidius, a, um, nomen gentile, etiam nomen philoſophi.

chalcis, inſula maris Ægei, quam inter Sporadas Plinius numerat libro quarto, capite decimo tertio.

chalciœcus, Minerua dicta eſt, vel quia domum haberet æneam, vel quia ex Eubœa Chalcidenſes fanum conſtruxerunt. Cæl. libro 19. capite 8. fuit & Minerua Chalcidica in vrbe Roma, in noua regione, ſi vera P. Victor tradit. Meminit ni fallor, & Dion. in hiſtor. libro 51.

chalciope, Æetæ regis Colchorum filia, ſoror Medeæ & vxor Phryxi, Flaccus lib.9. Argonaut. Ouid. in Epiſt. Helenidæ ad Paridem.

Non erat Aretes, ad quem deſpecta rediret,
Non Ipſa parens, Chalciopéque ſoror.

chalcis, idis, Eubœæ vrbs præcipua, ab Aulide, Bæotiæ portu, exiguo Euripo diuiſa, vetus Athenienſium colonia. ita dicta (ſi Stephano credimus) à Chalcide filia Aſopi, aut certè quòd ærariæ fabricæ ibi primùm fuerint repertæ. Lucanus lib. 5.

Chalcides Euboica vana ſpe capta parabas.

Olim etiam Symphalus vocabatur, & Hypochalcis, quod ſub Chalcide monte ſita ſit. nunc Halicarna. Inde Chalcideus, & mulier Chalcis: vt ipſa vrbs. Poſſeſſiuum Chalcidicus. Vocantur etiam Chalcides in vico quodam Siciliæ, qui ex Eubœa migrauerunt.

chalcis, cognomen Heroinæ cuiuſdam nomine Cumbe, quæ nupta viro centum pueros enixa eſt, vnde natum prouer. Tanquam Chalcidica nobis peperit vxor.

chalcis, vrbs Corinthi, & Thraciæ.

chalcis, vrbs Ætoliæ, à qua fluit Achelous.

chalcis, vrbs Syriæ, à Monico Arabe condita, vnde Chalcidenus.

chalcis, vrbs Scythiæ: vnde Chalcitæ, & regio Chalcitis, item vrbs Arabiæ fœlicis. Plinius.

chalcis, in Meſapia Italiæ vrbs.

chalcis, inſula cum vrbe eiuſdem nominis iuxta Leſbum: vnde Chalcidenſis. Olim continenti, item Bætiæ oppidum.

chalcis, locus profundus & cauus ad montem Atho. Steph. Vide HYPOCHALCIS.

chalcis, inſula iuxta Euripum, quæ alio nomine Caryſto (aliàs Caryſtos) appellatur, vnde Chalcidicus, a, um. Virg. lib. 6. Æneid.

Inſuetum pariter gelidas enauit ad Arctos,
Chalcidicaq; leuis tandem ſuperaſtitit arce.

chalcitæ, ciues Chalcidis vrbis Scythiæ, quorum regio quoque Chalcitis nominatur. Ste-

phtoiuſ etiam in Chalcedone. Menippum ſcribit Chalcidis inſulæ meminiſſe. Legendum videtur, Chalcitidis: aut licet aliter legatur, eandem tamen eſſe apparet.

chalcitis, inſula è regione Chalcedonis, æriſodinam habens. Ab Acrita (inquit Artemidorus) ſtadiis centum & decem diſtat. Hyris promontorium, cui adiacet inſula Pityodes, & Chalcitis & Prora. Inde verò ad Chalcitem vrbem ſtadia ſunt quinquaginta. Gentile, Chalcites. Steph.

chalcitis, Meſopotamiæ regiuncula. Ptol. & Indiæ intra Gangem regio, item Chalcitidis regionis Promontorium.

chalcitis, inſula contra fauces Rhyndaci fluuij in Aſia. Plin. lib. 7. cap. vlt.

chalcodónius: mons ſupra Pheras eſt.

chalaon. Cypariſſius monitor datus à Neſtore Antilocho filio, qui continuò eum moneret vt ſibi ab Æthiopibus caueret, quia oraculo didicerat ab Æthiope interfectum iri, Pentheſileæ amore captus ad Troianos defecit & cum Pentheſilea ab Achille interfectus, & à Græcis in crucem actus. Euſtath. in xi. Odyſſ.

chalcomeduſa, vxor Arceſij, mater Laërtæ, auia Vlyſſis. Euſtath. in 16. Iliados.

chalcol, i. nutriens, ſiue conſummans omnia, aut ſuſtinens omnia. Filius Maol. 3. Reg. 4. Filius item Zaræ filij Iudæ, 1. Paral. 2.

chaldæa, Aſiæ maioris regio, Arabiæ contermina, plana, fontium indigita, in qua Babylon ciuitas magna, Chaldæos Arphaxat inſtituit, & à ſe Arphaxateos nominauit, vt inquit Ioſeph. Chaldæi Aſſyriorum magi ex gentis vocabulo dicuntur, qui diuturna obſeruatione ſyderum ſcientiã putantur effeciſſe quâ prædici poſſet quid cuique euenturum, & ex quo quiſque fato natus eſſet. Chaldæorum aſtronomicorum multa ſunt genera. Nam quidam Orcheni dicuntur, quidam Borſipeni, & alij complures, qui perfecti ſunt. Hi Genethliaci quoque appellantur & Mathematici. *Azamia* hac tempeſtate vocari ſcribit Bellonius. Stephano *Chalybdica* regio dicitur, & eius incolæ *Cephenes*. Chaldæi ſunt Straboni quoque in Aſia minori populi ſupra Trapezuntem quos antiquitus *Chalybes*, & ab Homero *Alizones* appellatos teſtatur.

chaldæi, i. quaſi dæmones, aut quaſi deprædatores, vel quaſi mamillæ, aut quaſi agri.

chaldæi (inquit Stephanus) *Cephenes* priùs dicti ſunt. à *Cepheo* patre Andromedæ. Hellanicus ſcribit hanc gentem mortuo iam Cepheo, relicta ea regione, aliò in militiam abiiſſe: proinde regionem non amplius Cepheniam dictam, nec incolas Cephenes, ſed Chaldæos: regionem verò Chaldaicam, à Chaldæo rege, qui (Dicæarchio teſte) quartus decimus à Nino fuit & Babylone iuxta Euphratem condita omnes Chaldæos in eam collegit. Alij probabilius dicũt Chaldæos circa Babylonem habitare, & oraculum apud ſe habere, vt Delphi apud Græcos; Chaldæi Babyloniorum antiquiſſimi fuerunt, qui eum locum in ſua republica obtinuerunt, quem ſacerdotes in Ægypto (ad cultum Dei deputati) per omnem vitę curſum philoſophabantur, habitique Aſtrologiæ peritiſſimi. Non enim, quemadmodum Græci omnium rerum doctrinã ſuſcipiunt: ſed pueri à patribus philoſophiam diſcunt, cura rerum aliarum poſthabita: vnde quam doctiſſimi euadunt. Diodor. Sicul. lib. 3.

chaldæi, item populi ſunt iuxta Colchiden. Steph.

chaldaici Lacus, in quo Tigri fluuius ſe fundit, inquit Plin.

chaldia, regio Armeniæ. Steph. item Cedreno auth. tractus circa Syriam aut Iberiam. eidem etiam eſt Calabriæ locus.

chaldone, Arabiæ fœlicis promontorium. Plin.

chale, ciuitas quam ædificauit Aſſur. Gen. 10. Lat. opportunitas vel quaſi viriditas, vel quaſi humiditas, aut quaſi tabula, vide Chalame.

chaleos, Achaiæ regionis vrbs ad Sinum Corinthiacum. Ptol. *Aſpro Spiti* hodie eſt Sophiano.

chaleſtra, vrbs Theſſaliæ littoralis, iuxta quam Axius fluuius in mare Ægeum deſcendit.

chali, ciuitas quæ terminus Aſer eſt. Ioſue 19. Latinè infirmitas, ſiue deprecatio, aut expectatio, vel principium, aut gemma, aut monile.

chali Germaniæ gens. Ptolem.

chalia, vrbs Bœotiæ, vicina Syriæ. Gentile, Chalius. Steph.

chalinitis, Minerua dicta eſt ἀπὸ τ̃ χαλινοῦ i. à fræno, quòd Bellerophonti Pegaſum equum præbuerit, eúmque frænauerit. Palæph. lib. 2.

chalybia, vrbs Libyæ, & alia iuxta Pontum, vna Amazonum (fortè ſic dicta ab Amazone aliqua) cuius ciues, Chalyſij Steph.

chalus, fluuius Syriæ in quo viſuntur piſces magnitudine inſignes, ac miti manſuetóque ingenio. Eos, inquit Xenophon, deos arbitrabantur Syri, nec iniuria affici patiebantur, ſicut neque columbas. Cæl. Rhod. libro 18. capite 34.

chaluſus, Germaniæ fluuius. Ptole. *Drauenna* nonnullis, circa Lubecam vrbem, qui quidem in mare Balticum ſe exonerat. Pichaimerus *Eyder* interpretatur. hic Ditmerſiam ab Holſatia ſeparat.

chalybes, Plinio populi Põto vicini, ad Thermodoontem fluuium Homero *Alizones* appellati. Strab. lib. 12. Paphlagoniæ proximi, Straboni ſuis temporibus Chaldæi dicti ſunt. Antè autem

tem Halixonas dictos, vel H[o]mero teſte in Catalogo, multis cõiectura eſt. Quod quidem fieri potuiſſe, Barbarorum nominum inconſtantia, idem Strabo docet: maximè etenim variantur. Diuites hi ſunt, victúmque ex argenti venis & ferri metallis, quærunt. Olim Chalybes dicti videntur Straboni. Flaccus lib. Argon. 4.

Non ita ſit metuenda tibi ſæuiſſima quanquã
Gẽs Chalybũ duris patiens cui cultus in aruu,
Et tonat adflictu ſemper domus ignea maſſa.

Hecatæus etiam Chalybos vocat. Dicitur etiam Chalybdicus cum d, & regio Chalybdica. Stephan. Hi optimo ferri genere olim celebrabantur, quod nudi effodiebant. Virgil. 1. Georg.

India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi:
At Chalybes nudi ferrum, &c.

chalybonitis Syriæ regio. Ptolem.

chalybs, fluuius in Hiſpania, in quo ferrum optimè temperatur, iuxta quem & Chalybas populos collocat Iuſtinus, libr. vltim. de quibus grammaticorum nonnulli putant intelligendum locum Virgilij ante citatum.

chalybs, fluuius ex radicibus Tauri montis ſcaturiens, qui Syros & Paphlagonas interluit, & in Euxinum mare euoluitur.

cham, humani generis corruptor, Saturnus Ægyptus, Chameſeunus, ob morum corruptionem cognominatur. Boroſ. lib. 5. Comeros. Italos nitebatur corrumpere.

cham, i. calidus, vel calor, vel niger, filius Noe, Gen. 5. Ab hoc ſæpe in ſacris literis Ægyptus terra Cham dicitur, vt Pſal. 105. Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis.

cham ſiue Chem, quod magicæ & veneficæ ſemper ſtuderet, Zoroaſt. nomen eſt adeptus. Is patrem odio habuit, quia ab eo deſpiceretur. Potiſſimúmque verò idem ob vitia, quibus quamplurimis, ac nefandiſſimis ſcatebat, patri infenſus fuit. itaque opportunitatem nactus, cùm Noa pater iaceret madidus, illius virilia comprehendens, tacitéque ſubmurmurans magico carmine illuſit patri, ſimul & illum ſterilem & effœtum perinde atque caſtratum effecit, quamobrem deinceps Noa mulierem vllam fœcundare non potuit. At verò cùm is publicè mortale genus corrumperet, aſſerens, ac reipſa exequens, congrediendum eſſe, vt ante inundationem, cum matribus, ſororibus, maſculis, brutis, quouis alio genere, à Iano piiſſimo, & caſtimonia atque pudicitia præſtantiſſimo eiectus, ſortitus eſt cognomentum Chem Eſenua, id eſt, Chem infamis, impudicus, incubus, & propagator, quem Ægyptij Saturnum appellarunt, deúmque inter cæteros deos adoleſcentiorem fecerunt, illíque ciuitatem poſuerunt, quam Chem Myn nominarunt, à qua ad hanc vſque ætatem eiuſdem ciues Chemnitæ dicti ſunt. Beroſ lib. 3.

Chamaam, id eſt ſicut illi, aut ſimiles, vel quaſi turbatio, vrbs iuxta Beth lehem. Ierem. 41. Proprium item nomen viri. libro 2. Reg. 19.

chamani, Germaniæ inferioris populi, pridem Phryſiæ partem, Oceanum mare, Rheum fluuium & lacus attingentem paludibus ac ſaltibus vberrimam incolentes, quàm mox Tubantes populi, pòſt Vſipij, Germanica itidem gens, inhabitarunt. Corn. Tacitus.

chamæleon, Heracliota commentarios libros in varios poëtas edidit in Anacreontem. Sapphum, Simonidem, Theſpidem & Homerum. Scripſit præterea de Diis librum. Item de ebrietate & de Satyris. Atheneus, Michael Apoſtolius, Clemens Alexandrinus, &c.

chamæpus, ſponſa nuncupatur, quæ non curru, ſed pedibus mariti domum petit. Cæl. libro 28.

chamani, Tacito & Marcellino ſunt Germaniæ populi, quos Ptolem. *Camanos* vocat, vt cenſet Villanouanus. Sunt qui eos *Camino* Pomeraniæ oppido nomen reliquiſſe ſuſpicentur, inquit Althamerus.

chamos, i. quaſi palpans, aut quaſi recedens, vel quaſi auferens, nomen idoli Moabitarum. Num 21. 3. Reg. 11. 4. Reg. 23. Ierem. 48.

chanaan, i. mercator, vel negotiator, ſiue contritus, vel confractus, aut rectè reſpondens, vel rectè affligens, filius Cham. Gen. 10.

chanaana, i. mercatrix, vel negotiatrix, ſiue contrita, vel confracta, aut rectè reſpondens, vel rectè affligens, pater Sedeciæ Prophetæ. 3. Reg. 23. filius Balaam, filij Iadihel, filij Benjamin, 1. Paral. 7.

chananæa, idem ſignificat quod Chanaana terra ſancta, cuius limites ſunt: Ad Orientem Iordanis fluuius & magnus Euphrates: Ad Occidentem Ægyptus & mare magnum, quod mediterraneum dicitur: Ad Meridiem deſertum Arabiæ: Ad Aquilonem mons Libanus.

chananæi, n. p. idem quod Chanaan ſignificat, populi, qui omnes gentes Palæſtinæ complectuntur, quæ inter Iordanem ſunt & mare Syriæ, Syriámque & Arabiam Petræam, Gen. 15.

chanani, nomen viri, 2. Eſd. 9. Lat. præparatio, vel baſis mea.

chandanace, vrbs Perſica: Gentile. Chandanacenus. Steph.

chandáne, vrbs Apuliæ. Steph.

chane, fluuius eſt inter Albaniam & Armeniam, à Cyro flumine exceptus, mox quum eſt factus nauigabilis, in mare Caſpium erumpens. Strabo lib. 11.

chania, Comagenæ vrbs in Syria,& Epiri regio. Prolom.

chanicus, vrbs in Aſia, condita anno ab vrbe 99.

chaones, populi Epiri: à quibus Chaonia regio dicta. Plin. lib. 4. Chaoniam autem Helenus Priami filius, à Chaone fratre, quem in venatu per ignorantiam dicitur occidiſſe, nominauit, quaſi ad ſolatium fratris extincti. Seruius enarrans illum Virgilij locum, lib. 3. Æneid.

Protinus aerias Phæacum, &c.

Et rurſus in eodem libro, Epirus in vniuerſum appellata, Acrocerauniis incipit montibus : in ea primi Chaones, è quibus Chaonia.

chaonia, Comagenæ vrbs in Syria. Ptol.

chaonia, pars montana Epiri, licet quandoque ſumatur pro toto Epiro. Virg.

Chaoniamq; omnem Troiano à Chaone dixit.

Steph. Chaonia eſt in media Epiro, hinc Chaonius, Chaonites, Chaonicus, Chaoneus, & fœmininum Chaonis.

chaonitis, Aſſyriæ regiuncula. Strabo.

chaos, rudis inordinatæque materiæ confuſa congeries. Poëtæ aiunt Chaos in principio fuiſſe, id eſt, confuſionem rerum atque elementorum. Poſtea verò Deum diremiſſe illam congeriem omnem, ſingulíſque rebus ex confuſo aceruo ſeparatis, in ordinémque deſcriptis, inſtruxiſſe mundum, pariter & ordinaſſe. Ouid. 1. Metamorphoſeos.

Virg. 4. Georg.

Atque Chao denſos diuûm narrabat amores.

Dictum autem putatur Chaos, à verbo Græco χάω, quod eſt fundo. Nihil enim aliud hoc nomine intelligi volunt, quàm rudem, informémque elementorum omnium confuſionem.

charabe, Galilææ Superioris vicus. Ioſeph.

characa, Næſaidis regionis locus in Phrygia, Strabo.

characena, Suſianæ regio. Ptolem.

characina, Ciliciæ regiuncula. Ptol.

characa, nomen loci, 2. Macch. 12.

characeni, Tauricæ regionis populi, ab oppido Charace ſic dicti, quod inter huius regionis vrbes commemorat Ptolemæus Plin. libr. 4. cap. 12.

characmoba, vel Mobucharax, vrbs Palæſtinæ Inde Characmobenus, & Mobucharacenus. Steph.

characometes, fluuius Aſiæ. Athen.

charaduæ, Carmaniæ gens. Ptolem.

charadra, vrbs Phocidis, non procul à Lilæa: Gentile, Charadreus, Steph.

charadrus, Achaiæ fluuius, à quo & lacus & ſtatio propinqua nomen ſumpſerunt, cuius aqua maſculos generandi habet facultatem. Papinius lib. 4. Thebaidos.

Quaque pauet longa ſpumantem valle Charadron Neris.

charan, i. quaſi cantans, aut quaſi clamans, ſiue agnus : vel cognitio eorum, filius Diſan filij Seir Horræi, Gen. 36.

charan, i. ira, ſiue iraſcens, vel Syriacè libertas, Latinis Carræ Iob. 11. Iudith. 5. Act. 7. Meſopotamiæ ciuitas, in quam Abraham ſe recepit, vbi & Thare pater eius mortuus eſt. Gen. 11. Act. 7. à Charra Syriæ fluuio nomen inuenit Steph. Ibi & Romanus cæſus eſt exercitus, & Craſſus dux interfectus. Lucanus.

Aſſyrias Latio maculauit ſanguine Carras.

charandæi, populi iuxta Pontum. Orpheus in Argonaut.

charandra, ſinus maris Arabici, ad Arſinoen vrbem. Plin.

charauni, Scythiæ extra Imaum gens, & oppidum. Ptol.

charandes, Tyrius, apud Athenienſes legiſlator, qui legem tulit, ne quis armatus veniret in concionem.

charax, Pergamenus ſacerdos & philoſophus. Suida teſte, condidit hiſtoriarum Græcarum libros quadraginta, in quibus Auguſti Cæſaris Neronis & ſucceſſorum mentionem facit, vnde conſtat poſt illa tempora vixiſſe. Citatur quoque ab Euſtathio in Dionyſium periegeten, malè à quibuſdam Pergamenus dicitur, fuit & alius Charax grammaticus.

charax, Armeniæ minoris oppidum & Parthia quoque, Ptolem. Item Cretæ promontorium, Curopalat. & Suſianæ vrbs ad ſinum Arabicum, inter Tigrim & Eulæum. Ptolemæus. Primùm *Alexandria* ab Alexandro eius conditore, dein *Antiochia* ab eius reſtauratore: & tandem *Paſines*, *Spaſine* legit Pinthianus ex Steph. dicta fuit, authore Plinio. *Paſine* habet hoc loco Arriani Periplus. *Topaſini* legitur apud Xiphilinum, fortaſsè malè iuncto articulo Græco. *Carmon* vocat Pinetus in ſuo Plinio Gallico. Hermolaus in ſuis Plinianis caſtigationibus citat Indicam quandam incerti auctoris hiſtoriam, in qua legitur *Diridotim* quandoque dictam, ſed hoc ita non eſſe ex Arriano compertum eſt, qui Diridotim pagum Babyloniorum, ad oſtium Euphratis fluminis deſcribit. vbi *Teredon* Ptolemæi eſt, eiuſdem ſoni & paucis literis mutatis oppidum.

charax, locus Alexandriæ iuxta Celenas Phrygiæ, vbi Alexander Magnus caſtrametatus eſt, Gentile, Characenus Nicetas.

charax, Cariæ vrbs, quæ nunc Trallis. Stephan.

charax, maximum emporium prope Nicomediam in eius ſinu. Eſt & alius locus Ponticæ regionis. Steph.

Cha-

Digitized by Google

charax, Tauricæ Cherſoneſi vrbs Ptolemeo, *Graamnaa* Nigro eſt, *Cacagioni* autem Mercatori.

charaxes ſiue Charaxus. Herodoto lib. 2. vir Mitylenæus, frater Sapphûs poëtriæ, qui captus Rhodopes meretricis amore, eius cauſa opes ſuas omnes dilapidauit, & ad ſummam redactus inopiam, pyraticam exercuit. Ouid. in Epiſtol. Sapphûs.

Gaudet & è noſtro creſcit mœrore Charaxus
Frater, & ante oculos itque reditque meos.

Et paulò ante,

Arſit inops frater victus meretricis amore:
Miſtaq; cum turpi damna pudore tulit.
Factus inops, agili peragit freta cærula remo.
Quaſq; malè amiſit nunc malè quærit opes.

Charbanus, Medorum mons. Plin.

charcamis, agnus quaſi ablatus, aut agnus quaſi palpans, vel ciuitas ablata, ciuitas iuxta fluuium Euphratem. Iſa. 10.

charcas, i. agni coopertimentum, aut agni thronus, vel calix, vel quaſi tortuoſum, non planum, nomen eunuchi. Eſth.

charento, pagus ponte & Matrona flumine celebris, à ciuitate Pariſienſi, Francorum metropoli, duobus ferè milliaribus diſtans, iuxta quem eſt Echo, quæ duodecies eandem hominum vocem, eámque articulatam repetit, Gall. *Charenton*.

chares Athenienſium dux, ad promittendum facilis & promptus. Vnde prouerbium natum, Charetis pollicitationes. Suidas. Fuit & Chares Lydius ſtatuarius Lyſippi diſcipulus, qui Rhodi Solis coloſſum fecit, Plinius libro trigeſimo quarto, capite ſeptimo. Fuit & Chares teſte Plutarcho in vita Artaxerxis, qui in bello Cyrum vulnerauit, ſuccila vena poplitis, tandémque inſania corruptus eſt, nimia illati Cyro vulneris arrogantia.

charetes, Peloponneſi fluuius, circa Argiam. Plutarch. in Arato.

chariati, oppidum Carreorum in Arabia fœlici. Plin. Chariata Ptolemæo.

chariclo filia Apollinis, vel Perſæ vel Oceani Chironis Centauri vel Scironis vt alij volunt vxor. Putant ſcholiaſt. Apollonij in 1. Argon. & Pindari in 4. Pyth. Ouid. 2. Metamorph.

Ecce venit rutilis humeros protecta capillis
Filia Centauri, quam quondam Nympha Chariclo.
Fluminis in rapidi ripis enixa, vocauit Ocyroen.

charidemi promontorium. Ptolem. Hiſpaniæ ad mare mediterraneũ. *Cabo de Gata*, Cluſio, & *Cabo de Agatas*, Floriano ab Achate lapide pretioſo, qui in hoc promontorio effoditur.

charidemi quoque portus huic promontorio ſequitur apud Florianum: qui eum hodie *Porto Carbonero* appellari ait.

charidemus, dux Cherſobleptæ Thraciæ regis militum. Demoſthenes contra Timocratem. Fuit quidam etiam Romanus feris obiectus. Martialis.

charien, fluuius Themiſcyrenę in Surium, vrbi cuidam cognominem fluuium influens. Plin. lib. 6. cap. 4.

charilaus, Lacedæmonius nobilis, comæ nutriendæ ſtudioſus, qui interrogatus, cur comam nutriret, reſpondit: Quia ex omni ornatu hic foret pulchrior venuſtiórque ac ſumptus minimi. Idem interrogatus, cur admodum paucas leges ſanxiſſet Lycurgus: Quia inquit, pauca dicentibus, paucitas legum ſufficit. Cælius lib. 18. c. 4. ex Plutarcho.

charilus, dux Lacedæmoniorum, Tegeatas ſuperauit. Pauſ.

charimatæ, populi intra Pontum. Steph.

charinda, Mediæ fluuius. Ptol.

chariphron, vnum oſtiorum Indi fluminis. Ptolem.

charis, Vulcani Lemnij vxor.

chariſia, vrbs Arcadiæ, à Chariſio Lycaonis filio. Steph.

chariſius, Atticus orator. Cicero in Bruto.

chariſpa, Bactrianæ vrbs. Ptolem.

chariſtia, feſta erant apud Roman. in quibus cognati & conſanguinei conuenire ſolebant, & inuicem mutua dona dare. Ouid. in Faſt. Hæc autem fiebant, XI. cal. Mart. Vide Valer. Maxim. lib. 1.

chariſtus, colchidis fluuius. Ptolem. *Tamaſa* M. Nigro dicitur, Straboni *Charus*.

charites, ſeu Gratias quidam ex Venere & Ioue genitas ſcripſerunt, alij ex Venere & Libero: Cicero ex Erebo & nocte ortas exiſtimat. Lactantius in primum Thebaidos, Iouis & Autonoes filias putat: Heſiodus Iouis & Eurymones Oceani filias ſcribit. Tres ſunt, Aglaia (quæ alio nomine Paſithea dicitur) Thalia, Euphroſine. Tot autẽ ideo eſſe prodiderunt, quia & benefici eſſe in alios debemus, & aliorũ beneficia ſuſcipere: & in iis qui in nos fuerunt liberales, retribuere, quę tres actiones ſunt ſeparatę. Alij ideò dicũt tres Gratias eſſe, quia acceptũ beneficium cũ fœnore reddi debet. Quapropter ſolebant veteres ita Gratias pingere, vt vna earum auerſam faciẽ teneret quaſi à nobis profecta: duæ verò nos adſpicerent, vt duplex nobis beneficium rependi debere oſtenderent. Nudæ etiam pingebantur, quia beneficia fuco debent carere, & nullo velamine obtegi: Iuuenes, ne beneficij memoria ſeneſcat: ridentes, quòd hilariter dandum ſit. Item connexæ: quia inſolubiles eſſe Gratias dec-

cet: & beneficium, alíud ſemper beneficium pa-rere perpetuúmque amicitiæ fœdus. Qui Veneris & Liberi filias arbitrantur (è quibus eſt Servius) hac mouentur ratione, quod horum præcipue deorum muneribus gratiæ concilientur. Tradunt enim eas in Acidalio fonte, qui eſt in Orchomeno Bœotiæ vrbe lauari, quoniam pura eſſe beneficia oportet, non ſordida. Mantuanus.

charites, Athenienſium imperator, anno ab vrbe 281.

charmaude, vrbs trans Euphratem iuxta portas Babylonias. Inde Charmandenus. Steph.

charmarum, gens Indica Plin lib. 6. cap. 20.

charmæi, oppidum Minæorum in Arabia, qui à rege Cretæ Minoe originem trahere exiſtimantur. Plin. lib. 6. c. 28.

charmel. i. cognitio circumciſionis, vel agnus circumciſus, aut teneritudo illa ſegetum: vel Coccinus. Ciuitas tribus Iudæ, Ioſ. 15. Item locus in Moab in deſerto, ad ſextum lapidem Chebronis ab Orientali plaga. Iſa. 29.

charmi, i. vinea, ſiue cognitio aquarum, vel agnus aquarum, aut quaſi celſitudo, filius Ruben. Geneſ. 46. 1. Paralip. 5. Filius item Iuda 1. Paral. 4. qui Geneſ. 46. dicitur Her. Filius præterea Zabdi filij Zaræ, filij Iuda, pater Achar, ſiue Achan, Ioſue 7. Item nomen ciuitatis, Iudith octauo cap.

charmidas, vir quidam extitit in Græcia, qui tantæ fuit memoriæ, vt quæ quis in bibliothecis exegerit volumina, legentis modo repræſentarit. Plin. lib. 7. 24.

charmides, pugil nobilis apud Pauſ.

charmides Maſſilienſis ſcriptor, qui Luſciniam non modò muſicæ ſtudioſam, ſed & gloriam ambitioſus captantem ſcripſit.

charmione, Cleopatræ ancilla, ſpontaneam dominæ mortem imitata Plut. in Antonio.

charmis, vrbs in Sardinia, à Carthaginienſibus condita. Gentile, Charmites. Steph.

charmis, Maſſilienſis medicus, qui conſueuerat balneis frigidis etiam hieme frigidiſſima lauare ægrotos. Plin.

charmonia. Hiſpaniæ vrbs Ptolemæo, Carmo Straboni dicta.

charmothas portus in Arabia, centum ferè ſtadiorum ambitu, ingreſſu anguſto, & omnis ſcaphæ periculoſo. Strab. lib. 16.

charmus, Syracuſius quidam poëta, qui teſte Athenæo, in ſingula quæ apponerentur verſiculos ac parœmias promebat, vti eſt illud de piſcibus, ἥκω, λιπὼν αἰγαῖον, ἁλμυρὸν βάθος, id eſt, venio Ægeum linquens ſalſam profunditatem: vnde videtur Martialis argumenta deſumpſiſſe.

charon, Lampſacenus hiſtoricus, qui tempore primi Darij floruit, ſcripſit Æthiopica libris duobus, Cretenſia, Græcanica & alia.

charon, Carthaginienſis hiſtoricus, ſcripſit tyrannorum quotquot in Aſia atque Europa fuere clarorum virorum vitas libris quatuor, & mulierum totidem.

charon, Naucraticus hiſtoricus deſcripſit ſacerdotes Ægypti & reges, qui fuere ab initio in qualibet gente & alia.

charon, Erebi & Noctis filius, inferorum portitor, quem poëtæ fabulantur defunctorum animas futili cymba per Stygiam paludem tranſuehere. Virg. 6 Æneid.

Portitor has horrendus aquas & flumina ſeruat
Terribili ſqualore Charon cui plurima mento
Canities inculta iacet: ſtant lumina flamma:
Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
Ipſe ratem conto ſubigit, velíſque miniſtrat,
Et ferruginea ſubuectat corpora cymba,
Iam ſenior, ſed cruda Deo viriliſque ſenectus.

charondas, Thurius (à Catana ciuitate, vnde originem habuit, Cataneus appellatus) legẽ tulit, ne quis armatus in concionem veniret. Cúmque poſtea ipſe rure rediens imprudens vt erat gladio accinctus, in concionem veniret, admonitus legis, ab eo qui proximè ſedebat, eundem gladio incubuit, cùm liceret culpam diſſimulare vel defendere, Valer. libro ſexto, capite quinto. Meminit eius Cicero libro tertio de legibus.

charonea, orum, regio eſt Aſiæ ad Meandrum fluuium, vicina Heriapoli, Characi. Magneſiæ, & Myunti, terram habet cauernoſam, putridam & incendiis obnoxiam. Strab. lib. 12.

charonea porta, appellabatur vna ex portis Athenienſis nomophylacij, per quam damnati ad ſupplicium ducebantur.

charonium, eſt antrũ inter Tralleis & Niſam, vbi ægroti ſolemnibus quibuſdam ſuperſtitionibus à morbis liberari credebantur. Strabo lib. 14.

charops, Æſchili filius princeps Athenienſium XIV. Alemæone. Archonte perpetuo mortuo placuit Athenienſibus vt Archontes in decennium tantùm imperium obtinerent: primúſque hic Charops creatus eſt. Anno primo principatus Charopis incidente in annum primum Olympiadis ſeptimæ, Roma à Romulo condita eſt. Sigonius.

charops, ſiue Charobes, vir Troianus, Hippaſi filius, & Soci frater, quos ambos vno die Vlyſſes interemit Hom. Iliad.

charops, inter Epirotas primarius, qui Tito Quintio Flaminio, conſuli Romano, contra Philippum bellum gerenti, fauit, Plutarchus in vita Flaminij.

charſena, i. agnus anniculus, ſiue agnus dormiens, nomen viri. Eſth 1.

chaſluim, filius Meſraim Gen. 19. Heb. Chaſluhim, populi nomẽ, qui & Philiſtini, ſiue corru-

prè Palæſtini. Latinè tegumentum tabularium, vel ſedes tabularu, aut tepes vel temeritas vitæ.

charixena poëtria quædam cuius meminit Ariſtophanes Comicus.

chaſpia, nomen regionis, quæ à Chaſpio mari vocabulum ſumpſit, vt quidam putant, Nicol. Lyra, in Babylonis regione locum eſſe putat, vbi plures Leuitarum poſt captiuitatem manſerunt, 2. Eſd. 8. Lat. argentaria, ſiue cupiditas, aut Syriacè, verecundia.

charta, vrbs Tyri, ex qua & Dido egreſſa fertur & ab ſe conditam vrbem Chartaginem appellaſſe.

chartaia, vrbs Hircaniæ verſus Orientem, Laonic.

chartani, Marmaticæ nomi gens. Ptol.

charteia, oppidum inſulæ Ceæ, quam Ceon alij nominant. Plin lib. 12.

charybdis, gurges vorticoſus in freto Siculo, iuxta littus Tauromitanum. Scyllæ oppoſitus, contrariis fluctuum concurſibus in miram altitudinem aſſurgens, ſtatiſque temporum vicibus obuia quæque abſorbens, iterſumque euomens. Virg. 3. Æneid.

Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charybdis

Obſidet: atque imo barathri ter gurgite vaſtos

Sorbet in obruptum fluctus, rurſuſq; ſub auras

Erigit alternos & ſydera verberat vnda.

Poëtæ fabulantur Charybdim mulierem fuiſſe rapaciſſimam, à Ioue cùm Herculis boues ſurripuiſſet fulminatam, & in voraginem hanc conuerſam Seneca ad Lucilium, Charibdis an reſpondeat fabulis, perſcribi mihi deſidero. Fac nos certiores, vtrum vno tantùm vento agitur in vortices, ac omnis tempeſtas ad mare illud contorqueat, & an verum ſit quicquid illo freti turbine arreptum eſt, per multa millia trahi, Thucydides lib. 4. ſcribit eſſe fretum inter Rhegium & Maſſanam, quo breui ſpatio Sicilia à continenti diſtat. Cicer. in Antonium: Quæ Charybdis tam vorax? &c. Plin. lib. 3. c. 8. hodie *Galofaro.*

chaſelon, i. fiducia vel temeritas eius, ſiue ilia eius aut manſionis thronus, vel calix, ſiue tegumentum manſionis, pater Elidad principis tribus Benjamin, Num. 34.

chaſira, Armeniæ Minoris oppidum. Ptol.

chaſphon, 1. Macch. 5. Palæſtinæ oppidum. Ioſepho quoque. 12. Antiq.

chaſuari, Germaniæ populi. Duringos æſtimat Althamerus.

chaſzanemica, Ponti vrbs lib. Notit.

chat, Mercurij Triſmegiſti filius, floruit anno ante conditam vrbem. 737. Euſeb.

chateni, Arabiæ fœlicis populi, ad ſinum capeum.

chatrachatta, Bactrianæ, & Aſſyriæ vrbs. Ptolem eu.

chathenia, vide Chattenia.

chatræi, Indiæ intra Gangem populi. Ptol.

chatramotites, regio iuxta mare rubrum, Strab. lib. 15. Ciues Chatramotitæ. Vranius Chatramotas vocat. Steph.

chatriſacha, Ariæ vrbs. Ptol.

chattenia: nam in Labo apud Steph. per duplex tt, ſcribitur: ſuo autem loco aliquoties per ſimplex t, quamuis ordo litterarum duplex poſtularet: (ſed hic ſæpe ab ipſo negligitur) regio eſt Gerrhæorum, aſpera alioqui, ſed vicis & turribus inſtructa, prope mare rubrum. Ciues, Chatteni.

chatti, vide Cati.

chàttuatij, Germaniæ populi. Strabo.

chaubi, Germaniæ populi ad Oceanum ſpectantes. Strab. lib. 7.

chauci, Pli. & Tacito, *Cauchi*, vel *Cauci* Ptol. & Straboni Germaniæ populi. In Maiores & Minores diuiduntur. Minores ſunt Friſij Groeningenſes: Maiores, Luneburgenſes, Bremenſes, ad Hamburgum vſque. Hos Chaycos poëticè appellauit Claudianus ad Stiliconem eo verſu.

Vt iam trans fluuium non indignante Chayco.

chauni, populi Theſprotiæ. Steph.

chaum, Argiæ mons. Pauſan. & Caſtellum in Taurica Cherſoneſo. Strabo.

chaunaria extrema, Libyæ interioris vrbs, Ptol. *Cabodenen*, Caſtaldo. Promontorium eſt ad mare Atlanticum.

chauon, Chauonis, regio Mediæ: inde Chauones. Steph.

chaurana, Scythiæ extra Imaum vrbs. Ptolemæus.

chaurina, Ariæ vrbs. Ptol.

chazéne, Satrapia iuxta Euphratem Meſopotamiæ. Steph.

chebbon, i. extingens vel extinctus, aut quaſi intelligens, vel quaſi ædificans, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15.

chebron Ægypti rex, regnauit annis XIII.

chelæ, locus inter Apolloniam inſulam & Sangarium fluuium. Arrian. Eſt & locus circa Byzantium Dionyſ. item duo Africæ promontoria circa Carthaginem.

cheleab, ſecundus filius Dauid de Abigail vxore Nabal Carmeli, Reg. 2. 3. Lat. totus, vel omnis pater, ſiue conſummatio, vel prohibitio patris.

cheliau, nomen viri, 1. Eſd. 10. Lat. omnis vel totus ipſe aut conſummatio eius, ſiue prohibens eum.

chelidoniæ, inſulæ contra Tauri promontorium peſtiferæ nauigantibus, duæ ſunt quarum vna Corydela, altera Menalippea dicitur, Steph.

Dionyſius trium meminit, & Strabo lib.14.

chelidonia vocatur Fauonius ventus, à die 6 ante Februarias Idus vſque ad 7.Calend.Martias, eo quòd his diebus hirundines primùm conſpici incipiant.

chelidôni, populi Illyriæ.Steph.

chelidônium, Tauri montis promontorium. Plin. lib.5.cap.27.Taurus mons (inquit) ab Eois veniens littoribus, Chelidonio promontorio diſterminatur.

cheiion,i. conſummatus, ſiue præfectus, aut totus columbinus, filius Elimelech Beth-lehemith. Ruth.1.

chelippus, mons in chio inſula, Ger. cæſar. in Aratum.

chellon, nomen terræ. Iudith.2.

chelman, i. quaſi docens, aut totus menſurans, ſiue omne indumentum, vel conſummatio, vel ceſſatio menſuræ, vel indumenti, nomen vrbis. Ezech.27.

chelmon, nomen loci inter Belma & Bethuliam. Iudith.7.

chelonates, promontorium Achaiæ, quod Ptol. Chelonite dicitur.

chelone, promontorium Coi, Pauſ.

chelonides, paludes Libyæ interioris. Ptol.

chelonites, inſula in rubro mari. Gentile, ſimiliter. Steph. promontorium Elidis.Ptol.

chelonophagi, Plin.lib.6.c.25. in Germaniæ angulo ſunt teſtudinum ſuperficie caſas tegentes, carne veſcentes. Nam χελώνη Græcè teſtudinem ſignificat. Hæ (inquit idem Plin.lib.9.) adeo in Indico mari magnæ ſunt, vt ſingularum ſuperficies habitabiles caſas integant. Strabo li. 16. adeò magnas alio in loco reperiri ſcribit, vt Chelonophagi in eis nauigent.

chelub, i.caniſtrum, vel caninus, nomen viri, 1.Paral 27.

chelydoreus, mons in Bœotia. Pauſ.

chembis, vide Chemnis.

chemnis, vrbs magna Ægypti in præfectura Thebaica, prope Neapolim. Idem Chemnin inſulam in ea eſſe ſcribit. Cæterùm Hecatæus in deſcriptione Ægypti, Chembis, inquit, inſula eſt in Buris, iuxta templum Latonæ, Apollini ſacra, innatans aquæ, & huc illuc mobilis: inſularis, Chemnites, & Chemmius, Steph. Pomp. Mela lib.2 De hac Herod.lib.2. ſcribit, quam Echimmim nominat, vel Chemnin, vt aliquorum habent exemplaria.

chemmiſia, vrbs Miſniæ.

chen, vrbs Laconicæ: ciuis Chenicos, cuius fuit Myſon, aliàs Chæneus.

cheneres Ægypti rex, regnauit annis xvi.

chenoboſcia, vrbs Ægypti, è regione Diopolis, quaſi ab anſerum paſcuis dicta, quæ tamen nullæ illic apparent. Circa crocodilos aurem occupantur Chenoboſciatæ. Steph.

chenne, i.baſis aut rectitudo, ſiue præparatio, nomen vrbis. Ezech.27.

chennis, lege Chemnis.

cheops, Ægypti rex, Herodotus lib.2. Vide Cheoſpes.

cheoſpes, Ægypti rex, qui celeberrimam illam Pyramidem ſtruxit, in qua tam multa hominum millia, opus tot annis fecerunt, vt pro apio, cæpa, allio, expenſa fuerint mille & ſexaginta talenta.

chephrem, Cheoſpis frater, Ægypti & ipſe rex poſt fratrem. Herod.lib.1.

chepta Aſiæ fluuius, inter Orthoſpanam Drāgianæ regionis vrbem & Peucolaitem. Plin.

chetæus, Ægypti locus circa Canobū, Procop.

chereos, caſtelli nomen, in Aſia minori circa Iſauriam. Suidas.

cheremocrates, inſignis quidam artifex fuit, cuius opus Epheſiæ Dianæ templum Strabo fuiſſe ait, pollicitúmque Alexandro ſeſe montem Atho in eius formam fabricaturum, vt tanquam ex gutto quodam aqua in phialam effunderetur. Hæc ille lib.Georg.14.

cherias, Athleta quidam, quem Hercules Condylo interfecit.

cherias, medicus fuit Athenienſis, qui apud Plinium teſtis ad radicem Cardui ex aqua decocta potatoribus ſitim facere, ſtomachum corroborare, & vuluis aliquid conferre.

cherilus, malus poëta, temporibus Alexandri magni. Horat.2. Epiſt.1.

chætophon, Tragœdiographus fuit, qui nocturnis lucubrationibus ſeſe adeò extenuabat, vt per iocum Noctua diceretur: vnde natum prouerbium, Nihil differs à Chærophonte.

chærophon, Athenienſis philoſophus, cuius incredibilis iracundia abiit in prouerbiū: In Palladis veſtigiis nihil Chærophontis gubernabis.

chærintus, puer admodū inſignis facie & candore, qui ſeipſum proſtituit. Hor.1.Ser.Sat.2.

chermula, Palæſtinæ vrbs, lib.Notit.

cherogipſis, Thraciæ fluuius circa Cherroneſum. Niceph. Gregoras.

cherræidæ, portus circa Teium Ioniæ vrbem, Septentrioni obuerſus. Strabo lib.14.

cherres, Ægypti rex, regnauit annis xv. anno à diluuio 804.

cherroneſus, Libyæ vrbs & Lyciæ, atque Cnidi, Steph. item apud Rhegium è regione Siciliæ. Plutarch. in Craſſo. in Sardinia oppidum. Ptol. & in Æthiopia ſub Ægypto atque ad ſinum Arabicum. Ptol. Sunt præterea eiuſdem nominis vrbes in Æthiopia, Hiſpania, & Bithynia. Ptol. Strabo. Plin. Diodor.

cherroneſus, ſeu cherſoneſus. ἀπὸ τοῦ χέρσου, καὶ νήσου, terra eſt in inſulæ modum mari cincta,

Digitized by Google

cta, vno tantùm, eóque auguſto ſpatio continenti adiunctæ Latini Peninſula vocant. Quinque autem inſigniores commemorantur Cherſoneſi: quarum celeberrima, Achaiæ adhærens, Peloponneſus appellatur. Secunda, quæ à vicina continente Thracia dicitur, cuius Iſthmus ab occaſu Melane ſinu, ab ortu Propontide abluitur. Tertia, quæ Saxoniæ adhærens, à Cimbris qui eam tenuerunt, Cimbrica appellata eſt: hodie Dania dicta eſt. Quarta inter Pontum Euxinum, & Mæotidem paludem ſita, à Tauris Scythiæ Europææ populis Taurica appellata. Quinta, quàm Auream cognominant, in India ſita ſupra Gangem, Ortum verſus, iuxta ſinum, quem Magnum appellat Ptolemæus.

cheronêſus, Syriæ ciuitas, quæ aliàs Apamea, Steph.

cherronêſus, vrbs in Cherſoneſo iuxta Cnidum: ciuis Cherronoſius.

cherroneſus, vrbs Thraciæ, in Iſthmo Cherroneſi, inde Cherroneſius.

cherroneſus, vrbs Tauricæ. Aſpera cognominata. Herod. lib. 4. Gentile, Cherroneſites. Alia Cherroneſus Cretæ, cum oppidulo eiuſdem eſt nominis.

cherroneſus, vrbs Libyæ, Cherrura dicta: inde Cherrurius.

cherroneſus, promontorium in Lycia.

cherroneſus, vrbs iuxta Cherronitem vrbem. Steph.

cherrura, vrbs Libyæ. Steph. Vide CHERRONESVS.

cherſeus, Phœniciæ fluuius. Ptol.

cherſidamas, vir Troianus, quem Vlyſſes in bello interemit. Homer. lib Iliad 11.

cherſipho, Architectus quidam fuit eximius, qui Dianæ Epheſiæ templum mirè extruxit, poſtea aliud fecit maius illo. Strabo lib. 4.

cherſius, nomen proprium viri.

cherſis, Africæ vicus. Ptol.

cherſo, Ponti maritima vrbs, ad Mæotidem paludem. Procop. Cedren.

cherſoneſus, Siciliæ promontorium. Ptol. Item Eubœæ, Perſidis, Peloponneſi, Ægypti, quæ promontoria variis cognominibus à Geographis recentioribus deſignantur.

cherſoneſus, inſula maris Africi. Ptol. Idem author tres alias Cherſoneſos, in Marmarica videlicet, in ſinu Arabico & Perſico conſtituit. Helleſpõtiaca Cherſoneſus vel Thracica Cherſoneſus. Videtur ab Halicarnaſſeo & Stephano Pallene dici. Deſcribit enim ſub hoc nomine Thraciæ Peninſulam è regiõne Helleſponti ſitam, additque eam à Cruſæis barbaris habitatam.

cherſoneſus, Cretæ inſulæ exortiui lateris promontorium Ptolemæo. *Punta de Setia*, Pineto eſt. χερ́ρονες Stephano dicitur.

chertobaus, Pannoniæ ſuperioris, ciuitas. Ptolem. *Charlburg* in Auſtria cenſetur à Lazio, additque eandem ante annos ducentos *Cherfulenburg* vocatam. eandem idem *Cherolata* nominat, *Gerulatà* eo tractu. Anton. & lib. Notitiarum meminère.

cherub, nomen viri, 1. Eſd. 2. In 2. Reg. 21. debet legi Cherub, non Cherubim. Lat. quaſi puer, vel quaſi multiplicans, aut quaſi pugnans, vel cognitionis, aut ſcientiæ multitudo.

cherubim. generis neutri, & pluralis numeri, pro illo Angelorum choro. Cherub verò, ſeu Cherubim, per m, tam maſculini quàm neutri generis eſt.

cheruſci, populi Germaniæ, circa Albin. Plin. lib. 4. c. 14.

cheruſci, Germaniæ populi Tranſrhenani, quos Bacenis ſylua Germaniæ ingens à Sueuis pro natiuo muro diuidit. Tacit.

cheſeleth-thabor, ciuitas in tribu Zabulon, Ioſ. 19 Lat. temeritates, ſeu fiduciæ, aut ilia electionis ſeu puritatis.

cheſion, oppidum Ioniæ, vnde Cheſineus: Orus in maſcul. gener. vſurpat: nec ciuitatem, ſed locum eſſe vult. Steph.

cheſius, fluuius in Samo inſula Plin.

cheſſinus, Sarmatiæ Europææ fluuius. Ptol.

cheſſon, i. fiducia, aut temeritas eius ſiue ilia eius, aut thronus manſionis, vel calix, ſeu tegumentum manſionis, nomen villæ in Ieroſolymæ finibus, Ioſue 15.

chetima, pro Italia & regionibus attingentibus habetur à M. Beroaldo, vide Cyprus.

chettæa, Marmaricæ in Africa vicus. Ptol.

chiaca, Armeniæ vrbs. Anton. & Font. in lib. Not.

chidnæi, Orpheo in Argonauticis populi iuxta Pontum.

chidon, i. iaculum vel infortunium, ſiue quaſi iudicans. nomen loci, 1. Paral. 13.

chidôrus, ſiue Chilorus, fluuius Macedoniæ, qui per Mygdoniam fluens in Axium Mygdoniæ fluuium intrat. Herod. lib. 7.

childaſus, mons eſt Hyberniæ.

chij populi ſunt, qui quum mero calentes Spartã veniſſent, acceſſiſſentq; ad curiam Ephororum, in curulibus magiſtratuum ſellis ventris onera per ſummam fœditatem deiecerunt. Hinc natum prouerb. Chius omnia percacans.

childebertus, Pariſiorum princeps, anno ſalutis 516. hic in Armarichum Gotthorum regem ſororis ſuæ Clotidæ maritum bellum mouit, ac victor victum obtruncauit, quòd Clotidem ipſam virgis & verberibus ob cultum orthodoxæ fidei quotidie inceſſeret. Sui etiam fratris Clodomiri filios pupillos & clientes ſuos ad ſe

venire iuſſos interfecit, vt eorum patrimonio potiretur. Volat.

childebertus, Clodouei frater, Franciæ rex, anno ſalutis 700. præclarum nihil geſſit, nec quicquam de eo ſcriptum legimus. Robertus Gaguinus lib.1. Æmil.lib.1.

childebertus, Francorum rex, regnauit annis ix. anno ſalutis 741.

childericus Sueſſionum rex, ann. ſalutis 566.

childericus, Francorum rex, Merouei ſucceſſor, propter nobilium matronarum ſtuprum, in Thuringiam, Vidomaro regni cura commiſſa, fugit. Franci Ægidium in regem elegerunt, qui octo annos imperauit, quem Childericus reuocatus fudit, vicitque, recuperato regno. Paulus Æmil lib.1.

childericus, Clodouei regis Francorum trium filiorum medius, Auſtraſianis rex datus eſt Æmil. Qui poſtea Francorum rex electus crudelis in ſuos, nobilem in quodam palo alligatum, fuſtibus cædi iuſſit. Indignè hoc facinus ferentes Franci, coniurationem aduerſus regem inierunt, qua facta, cùm rex à venatione rediiſſet, à ſuis cum vxore prægnante eſt interfectus, anno regni ſui xii. Paulus Æmil.lib.1.

chiliaſtæ, hæretici quidam, quos Millenarios Auguſtinus interpretatur, propter illud ex ſacra pagina: Vna dies apud Dominum vt mille anni,& mille anni vt vna dies. Cæl.lib.1.

chiliocomus, Mediæ tractus, prope Corduenam. Ammian.

chilmanenſe, oppidum in Africa propria. Plin.

chilum, Palæſtinæ locus. Ioſue 15.

chilo, philoſophus Lacedæmonius, vnus ex ſeptem ſapientibus Græciæ. Eius tria dicta fuerunt Delphis in templo Apollinis conſecrata, ſcilicet: Noſce teipſum, Nihil nimis, Comes æris alieni atque litis eſt miſeria. Quin & funus eius, quum victore Olympiæ filio, gaudio expiraſſet, tota Græcia proſecuta eſt. Plin.lib.7.c.12.

chilo, Catonis ſeruus grammaticus.

chilpericus, nonus Francorum rex, naturæ monſtrum, tres duxerat vxores, quarũ primam repudiauit, ac velatam in cœnobio concluſit, alteram noctu ſtrangulauit, ad hoc per Fredegundam concitatus, quam poſtea duxit vxorem, omnibus ſubditis ob facinora horrenda, obſcœnáſque libidines, quod ſingulorum thoros fœdaret, ac turpiter conſpurcaret, exoſus quem denique Fredegunda, eius vxor impudica, ex venatione redeuntem ſub veſperum occidi curauit. Cuius corpus in templo S Germani de pratis, Pariſienſi ſuburbio iacet. Cuiuſque vita hoc triſticho continetur.

Campanos vaſtauit agros, crudelis & atrox.
Vxorem primam iugulat. Fredegunda ſecunda
Quem iugulat: mors hac crudelis digna marito.

anno ſalutis 723. Annales Franciæ.

chilpericus, in Francorum regem electus, priùs Daniel ſacerdos vocatus, regnauit an. 11. ann. ſalutis 718.

chimæra, mons Lyciæ igniuomus, in cuius cacumine leones habitant: in medio autem, vbi paſcuis abundat, capræ: in radicibus autem, ſerpentes. Hinc factus eſt locus fabulæ, Chimæra monſtrum eſſe, quòd flammas euomat, caput & pectus leonis habens, ventrem autem capræ,& caudam draconis. Lucretius.

Prima leo, poſtrema draco, media ipſa Chimæra.

Horatius triformem cognominat. Ouidius 6. Metamorph.

Queq; Chimæra iugo mediis in partibus hircũ:
Pectus & ora leæ, caudam ſerpentis habebat.

Et quoniam Bellerophon Glauci filius montem hunc habitabilem reddidit, Chimæram fingitur occidiſſe. Hæc ferè Seruius in illud Virg. 6. Æneid.

—— flammiſque armata Chimæra.

Ignem eius accendi aqua, extingui verò terra aut fœno, Gnidius Cteſias tradit. Plinius lib.2. cap 106. Finxerunt filiam fuiſſe Typhonis & Cheldriæ. Heſiodus tamen ex Hydria natam affirmat.

chimæra, vrbs Siciliæ Xenoph. lib.1. rerum Græcanicarum. Gentile, Chimæreus. Steph.

chimarus, Argiæ regionis torrens. Pauſ.

chimerii, populi Aſiæ, Amazonibus proximi. Dicuntur etiam Chimærii, quicunque occupatas frigoribus incolunt terras.

chimerium, Phthiotidis mons in Theſſalia, Plin.lib.4.c.7. Steph. promontorium eſt Theſprotiæ. Gentile, Chimericus.

chimo, Ægypti vicus, ad mare mediterraneum.

chinaphal, Mauritaniæ Cæſarienſis, flumen hodie *Cel-f.*

chinna, Dalmatiæ vrbs. Ptol.

chiomara, cùm à Romanis hoſtibus capta eſſet, cuidam Tribuno, qui ſuæ pudicitiæ vim intulerat, caput cautè obtruncauit, quòd propriis veſtibus inuoluens, vnà cum ſuis domum remeauit, vtque in viri conſpectum peruenit, laxato ſinu, caput, quod geſtabat, ante illius pedes effudit. Plut. lib. de clar. mulier.

chione, nobile ſcortum fuit, dictum à candore, χιὼν enim Græcè niuem ſignificat. In hanc extat illud feſtiuum. Martial.lib 5.

Digna tuo cur ſis indignáque nomine dicam:
Frigida es & nigra es & es Chione.

Chione, filia Deucalionis, cuius nuptias cùm ob formæ elegantiam multi ambirent proci, tandem Pæonio Epidaurienſi nupſit. Redeunte autem Mercurio à Cyllene monte, & Phœbo, Delphis ab vtroque conſpecta eſt: qui ſtatim amore

Digitized by Google

amore eius capti, ſeparatim eam de ſtupro interpellant. Cumque Apollo concubitum in noctem distuliſſet, Mercurius moræ impatiens, caduceo eam tangens, altiſſimo ſopore oppreſſit, dormientémque vitiauit. Sub noctem deinde Apollo, accepta anus forma, ad eam ingreſſus, voti ſui compos factus eſt. Ex vtroq; itaque grauida effecta, Mercurio Autolicum peperit, Apollini vero Philammona, qui carmine & lyra plurimum valuit. Poſtea, quòd diis placuiſſet ſuperbia elata, non verita eſt ſe Dianæ pulchritudine præferre: qua iniuria commota Diana ſagittis eam interemit, Ouid. 11. Metam. Item Iuuenalis.

Et dubitas alta Chionem deducere ſella?

chionitæ, gens Perſis vicina, Amm. Marcell.

chios, inſula maris Ægæi, nongentorum circiter ſtadiorum ambitu, Ioniæ adiacens, inter Samum & Leſbum, in qua laudatiſſima naſcitur maſtice. Hanc Ephorus priſco nomine Æthaliam, Cleobolus Chium appellauit, à Chione Nympha, ſiue à niue: alij & Macrim & Pityuſam, Plin. lib. 5. cap. 31. montem habet Pellenæum, & marmor Chium: item templum Apollinis, qui inde Chius appellatur, & promontorium Aruiſium, à quo Aruiſia vina, Lucan. lib. 8.

Quas Aſine cautes, & quas Chios aſperat vndas.

Vnde adiectiuum Chius, Tibul. lib. 2.

Nec mihi fumoſos veteris proferre Falernos.
Conſulis aut Chio ſoluite vincla cado.

Sunt qui quadrigeminam Chium eſſe putant, vt prima ſit Chius inſula, ſecunda Cariæ vrbs, ſub monte Pellenæo, tertia in Eubœa, quarta in Cherſoneſo Rhodiorũ iuxta Triopium. Stephanus. Hæc inſula protulit memorabiles viros, Ionem tragicum, Theopompum hiſtoricum, & Theocritum ſophiſtam. Macris, Chios & Æthalia, apud Liuium lib. 37. ſunt tres inſulæ diuerſæ hoc eodem nihilominus tractu. Chios, vocatur hodie *Scio*, vt Sophianus, vel *Chio*, vt Bordonius refert, eadem eſt pronunciatio. Turcæ *Saches* appellãt, Benjamin eam *Hicha* nominat, vt ex maſticis hiſtorica, quam deſcribit, colligere licet.

chirocrates, nomen architecti celebris, qui ab aliquibus Dinocrates dici ſolet. Plin. li. 34.

chirogylium, inſula. Plin. lib. 5. c. 3.

chiron, Centaurus, Saturni & Phillyræ, vel, vt Lactantius inquit, Pelopeæ filius. Saturnus enim cùm amaret Phillyram, Oceani filiam, eius concubitu vſus eſt: ſed interueniente Ope coniuge, confeſtim ſe vertit in equum, ne agnoſci poſſet. Phillyra autem concepit, peperitque animal, cuius ſuperior pars hominis, inferior verò equi formam referebat. Porrò cùm excreuiſſet, in ſyluas abiit, ibíque herbarum naturam ac potentiam edoctus, in præſtantiſſimum medicum euaſit, à quo etiam Centauria herba nomen accepit, & Chironium vlcus, quod maximè fit in pedibus & cruribus, habens duas oras calentes, tumentéſque dolore modico: ſic dictum, quòd Chironis operam deſideret. Poſtea à genere Nerei Pelo & Thetide filia accerſitus, propter peritiam, probitatem & iuſtitiam, quibus cæteris longè excellebat, Achillis pædagogus conſtitutus eſt, qui ab eo inter alia maximus citharœdus effectus eſt. Docuit præterea Æſculapium medicinam, & Herculem aſtrologiam. Poſtremò cùm grauiter vulneratus eſſet, Herculis ſagitta Lernæo veneno perlita caſu decipiente in eius pedem optauit mori: ſed cùm immortalis à parentibus natus eſſet, vt Ocyrrhoes vaticinium impleretur, quo prædixerat eum optaturum eſſe mortem, graui vexatus morbo mori cupiens, orauit ſuperos vt mori ſibi liceret: quo conceſſo ab eiſdem in cœlum tranſlatus eſt, & in Zodiaco locatus, & Sagittarius appellatus. Bocatius. Plin. lib. 7. cap. 56. & de x11. cœleſtibus ſignis.

Armatúſq; arcu Chiron & corniger hircus.

Chiſiotoſagi, populi Scythiæ in montibus Emodis, quorum promontorium Imaus dicitur, degentes, Plin. lib. 6. c. 17.

chitis, Arabiæ inſula, in qua Troglodytæ prædones, quum diutius fame & tempeſtate preſſi, herbas, radicéſque effodiſſent, eruerunt topazion gemmam, vt ex Archelai ſententia refert Plin. lib. 37. c. 8.

chitone, vel Chitonia, apud Epicharmum Diana eſt. Scribit enim in Sphingen: καὶ τὸ τᾶς χιτωνίας αὐλησάτω τίς μοι μέλος. Steph.

chituæ, Mauritaniæ Cæſarienſis gens. Ptolemæus.

chitus, Thraciæ pagus, Cedren.

chius, vide Chios.

chlamydia, inſula inter Cycladas, Plin. lib. 4. c. 12. Stephanus Delum, olim χλαμυδίαν dictam ſcribit.

chloe, familia Corinthiorum, 1. Cor. 1.

chloe, Cereris cognomen apud Pauſaniam.

Chlœlia, virgo, vide Clælia.

chloris, florum dea, eadem cum ea, quæ à Romanis Flora dicta eſt: quæ cùm Zephyro nupſiſſet, à marito muneris loco impetrauit, vt florum omnium haberet poteſtatem. Ouid. 4. Faſtorum.

Chloris eram, quæ Flora vocor.

Chloris, quædam Amphionis & Niobes filia quæ Neleo nupſit, eíque Neſtorem, alióſque complures filios peperit. Hæc poſtea ob matris ſuperbiam, quæ ſe Latonæ præferre non verebatur, vnà cum fratribus & ſororibus, Apollinis & Dianæ telis fuit interfecta. Ouid. lib. 6. Metamorph.

chlorus, fluuius Ciliciæ prouinciæ, Plin. lib. 5. cap. 27.

chna, Phœnice dicebantur. Gentile, Chnaus.

chnauis, Ægypti vrbs, Ptol.

choana, Mediæ ciuitas, item Parthiæ & Bactrianæ. Ptolem.

chuani, Arabiæ gens. Ptol.

choar, XVI. Sicyoniorum rex, regnauit annis XXX.

choarina, regio, ex omnibus quæ ſub Parthis ſunt, Indiæ proxima, quam Craternus omnem permeauit, ſubigens eos qui parere recuſabant, vt cum Alexandro iungerentur. Strab. l. 5.

choaraxes, limes inter Cholchidem & Armeniam. Strabo.

choaſpa, Arachoſiæ vrbs. Ptol.

choaſpes, Indiæ fluuius. Curtius & Strabo.

choaſcus, Aſiæ fluuius. Pauſan. fortè legendum Choaſpes.

choaſpis, Medorum fluuius, ad fines Perſidis in Tigrum defluens: cuius aquæ tam ſunt ſuaues, vt finitimi reges non alia aqua ad potum vtantur. Tibullus lib. 4.

Nec quà vel Nilus vel regia lympha Choaſpis,
Profluit.

choatræ vide Coatræ.

choatras, Plinio mons Aſiæ, *Cabuſco* hodie Caſtaldo, v. Taurus.

chobar, i. fortitudo, aut quaſi filius, ſiue quaſi puritas, vel quaſi frumentum, flumen in terra chaldæorum, de quo Ptolemæus & Strabo. Apud quos Eze hiel viſionem vidit. Ezechiel. 1. Quo quia graue fuit, & præualuit, omnia magna & grauiſſima flumina, quæ in terra Chaldæorum fuit, ſignificantur.

chobar, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Ptol

chobara, Albaniæ vrbs. Ptol.

chobus, colchidis regionis fluuius. Arrian. in Periplo.

choche, vicus iuxta Tigridem fluuium Arianus l. 10. Gentile, Colchenus, Cochæus. Steph.

chodda, Carmaniæ vrbs. Ptol.

chodor-lahomor, i. quaſi generatio ſeruitutis aut quaſi habitatio ſeruitutis, ſiue ſphærula, vel rotunditas manipuli, rex Ælamitarum. Gen. 14.

choes, feſtum apud Athenienſes quod duodecimo die Decembris celebrabatur in Lenæo Dionyſij honorem. Cæl. lib. 39.

chœrades, vrbs Moſynœcorum: Gentile, Chœradeus. Steph.

chœreas, Herodoto in Eubœa locus, vnde Chœreatæ tribus Sicyoniæ apud eundem.

chœrades & Pharon, inſulas in Alexandria Ægypti appellatas, ſcient omnes, ſcribit Hermolaus in Plinium. *Chœrades* inſulæ ſunt Italicæ, Thucydidi lib. 7. in mari Ionio iuxta Iapygium promontorium. Chœrades apud Heſychium Fauorinum & cætera Lexica, ſunt inſulæ, ſiue Petræ Ponti Euxini iuxta Helleſpontum, eædem cum *Cyaneis*. *Chœrades* nominati ab Apollonio, *Baleares*, annotauit Gerbelius: ſic vocari quoque legitur apud Dyctem Cretenſem libr. 6. Sunt & *Chœrades* ſcopuli ante Eubœam inſulam iuxta Caphareum montem, apud quos Caſſandra virgine violata Aiacem naufragium feciſſe narrant fabulæ. Has apud Homerum, Lycophronem & Philoſtratum in imaginibus, *Cyras Petras* appellari clarum eſt. *Chœrades* etiam ad Herculeas columnas à Cocciano ſtatuantur, vt refert Lycophron. Apparet non longè hinc, etiamnum in ſinu, nempe Gaditano, extare quoſdam ſcopulos, qui nomen retinent: ab accolis enim *Los Puercos* hodie nominantur.

chœrilus, poëta Samius, Seruili conditione natus, qui cùm ex Samo Athenas profugiſſet, ab Herodoto hiſtorico exceptus eſt & inſtitutus. Scripſit Athenienſium victoriam contra Xerxem: cuius carminis nomine in ſingulos verſus ſingulos accepit aureos ſtateres. Scripſit & geſta Lyſandri Lacedæmoniorum ducis (Cuius in expeditione comes erat) vt in vita illius tradit Plutarchus, Horatius author eſt, etiam Alexandri magni geſta ſcripſiſſe Chœrilum & pro ſingulis verſibus, ſingulis Philip. fuiſſe donatum. Sic enim ſcribit lib. 2. Epiſt.

Gratus Alexandro magno quondam fuit ille
Chœrilus, incultis qui verſibus & male natis,
Rettulit acceptos, regale nomiſma, Philippos.

Sunt qui tradunt Alexandrum hac lege cum Chœrilo pepigiſſe, vt pro ſingulis bonis verſibus ſingulos acciperet Philippeos: pro ſingulis autem malis ſingulos colaphos: opere autem perfecto vix ſeptem fuiſſe inuentos, qui poſſent probari. Is tamen ad extremum inedia periit apud Alexandrum captiuus, Ouid.

Incluſus q; necem cauea patiaris, vt ille,
Non profectura conditor hiſtoria. Suid.

chœrilus, Athenienſis fuit tragœdiographus qui docuit Tragœdias 160. vicit 13.

choi, Aſiæ populi iuxta Bechiros. Steph.

cholargos, vel Cholargi vicus in Acamantide tribu: tribulis Cholargeus. Steph.

cholbeſina, Sogdianæ oppidum Ptol.

chol-hoxa, pater Sellum 2. Eſd. 3. & 11. Lat. omnis propheta, ſiue omnis videns, aut omne pectus.

cholidæ vicus in Leonti le tribu: tribulis Cholides, apud Laërtium Cholleus. Steph.

cholimma Armeniæ maioris vrbs. Ptol.

chollæ Palmyrenæ oppidum. Ptol.

cholmadata, Syriæ ad Euphratem vrbs. Ptolemæus.

choloberene, pars Armeniæ, cui præfectus fuit Tigranes, Gentile, Cholobetenus. Steph.

Choloe, Ponti Galatici oppidum in Cappadocia Ptol.

cholontichos, vrbs Græciæ: Gentile, Cholotichides. Steph.

cholua, Armeniæ maioris vrbes duæ. Ptol. Idem *Cholaata* habet in eadem regione.

cholum murus, Curiæ vrbs. Steph. idem quod ſupra, colon trahos.

choma, Lyciæ vrbs. Ptol.

chomari, populi circa Margianam vel Bactrianam. Plin. Ptol.

chompſo, inſula Nili inter Æthiopiam & Ægyptum. Herod. li. 2. Gẽtile, Chompſotes. Steph.

chon, Hercules Ægyptiorum lingua nuncupatus, qui cum Oſiride Italiam liberauit à tyrannide, & ab hoc Chone Hercule Ægyptio Italiam antiquitus vocatam prodidit Antiochus, & Chones Italiæ populos, & Chonem vrbem, cuius meminerunt Strabo & Stephanus.

chone, vrbs Œnotrorum. Strab. lib. 7. regionem appellat Chonem: incolæ, Chones & Chonij, ita dicti ab Hercule, in Italiam aduentante, quem Ægyptij Chonem vocant. Cæl. lib. 24 c. 6.

chonia, ciuitas Lycophroni, Chonis Straboni dicitur. Calabriæ vrbem facit Barrius, quam hodie *Belicaſtro* nominant. v. Italia.

chonenia, frater Semei, 2. Paral 31. Lat. præparatio, aut firmitas, vel rectitudo Domini.

chonodomarius, Alemanorum rex, anno à Chriſto nato 18. Amm. Marcell. lib. 6.

chonnaburara, Indiæ intra Gangem oppidum, Ptol.

choragi apud Athenienſes dicebantur, qui in Dionyſiis & Panathenæis chorum duxerunt, quoniam verò varij erant chori, ſic Choragi etiam diuerſi extiterunt, quorum alij Pyrrichiſtis; alij choro virili, alij choro puerili, alij choro cyclio Choragi fuerũt. Hos autem Choragos dixerunt, quòd victum eis ſuppeditarent, χορηγεῖν enim Græcis ſuppeditare ſignificat, & quidem delicatiorem muſicis artificibus ſuppeditabant. Neque victum ſolùm præbebant, ſed coronas etiam aureas, veſtéſque Chori ipſius, ornamenta atque inſignia compararunt: inque ea re tantùm ſtudij, tantúmque induſtriæ ponebant, vt magiſtros & tubicines præſtantiores coram Archonte ſortiti ſint, ludúmque habuerunt, in quo per magiſtrum, quem χοροδιδάσκαλον appellabant, Chorum ipſum erudiendum & exercendum curarint. Huic autem rei propterea tanto ſtudio ſeruierunt, quia inter ipſos de laude victoriáque illuſtre certamen intercedebat, ita vt Dionyſius, qui in hymnis canendis alterum ſuperaſſet, is tripodem prẽmium ferret, eúmque cum magna ceremonia dedicaret. Qui verò pueris choragi fuerunt, ij ludorum litterariorum quò pueri ingenij ventitarent, curam habuerunt, ſi modò annos nati amplius quadraginta eſſent. Demoſth. & Æſch. in orationibus.

choramnæi, ſyluеſtres populi Perſidis, tanta velocitate, vt ceruos comprehendant, Stephan.

choraſmia, vrbs Parthorum verſus Oriẽtem, incolæ, Choraſmij. Herod. lib. 3. Steph. Aliàs Choraſmine ſcribitur, quod probo.

choraſmuſini, populi ex Maſſagetarum & Scytharum gente, ad quos Spitamenes, vnus ex Perſis, qui ab Alexandro aufugerunt, ex Bactrianis ac Sogdianis ſeceſſit. Strabo libro vndecimo.

chorax, xv. Sicyoniorum rex, annis xxx. regnauit.

chordiraxa, Meſopotamiæ vrbs. Straboni.

choreus, fuit ſacerdos Cybeles, diuinandi peritus. Virg. lib. 11.

Aureus in humeris ſonat arcus & aurea vati, Caſſida.

chorienſis petra, Indiæ, in Paratacarum regione, Arriano. Hanc Curtius Dorinim vocat.

chorineus, peritus iaculator apud Virgilium lib. 9.

Emathiona Liger, Chorineum ſternit Aſylas:
Hic iaculo bonus: hic longè fallente ſagitta.

ſit & alterius Chorinei mentio 12. Æneid.

Obuius ambuſtum torrem Chorinæus ab ara
Corripit & venienti Ebuſo plagámque ferenti
Occupat os flammis, &c.

choroanæ, Parthiæ regiuncula. Ptolem.

chorodna, Perſidis vrbs. Ptol.

chorœbus Athenienſis, qui figulinam primus inuenit. Plin. lib. 7. cap. 6. hic primus currendi certamine victor. Cæl.

chorœbus, adoleſcens apud Virgilium 2. Æneidos. De quo Seruius, hunc Chorœbum (inquit) ſtultum inducit Euphorion, quem & Virgilius ſequitur, dum ait,

—dolus an virtus quis in hoſte requirat?
Cùm ſit turpis dolo quæſita victoria:

Vide Corœbus.

choromandæ, populi qui ſunt ſine voce, horrendi ſtridoris, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. Plin.

chorræi, qui & Horræi. Deut. 2. dicuntur populi gigantes, expulſi à filiis Edom ex monte Seir. Gen. 14. Lat. furores aut libertates, ſiue foramina.

chorſa, Armeniæ maioris vrbs. Ptol.

chorſeus, Palæſtinæ fluuius. Ptol.

chorſia, oppidum Bœotorum. Pauſan. lib. 9. Poſt Cyttones ſuperato monte, oppidum eſt Chorſia Gentile, Chorſicus. Steph.

chortacana, Aſiæ vrbs ab Alexandro expugnata. Diodor. lib. 17.

chortazo, vrbs Ægypti, ſic dicta, quòd Cleopatræ exercitus annona deſtitutus, illic ſatiatus ſit. χορτάζειν enim eſt ſatiare.

chorzena, Armeniæ maioris regio. Strabo.

chorziani, Aſiæ populi circa Perſidem. Procop.

choſroes, Perſarum rex, literarum ſtudioſiſſimus ad ſummum Græcæ philoſophiæ peruenit, Græcorum libris vſus à quodam in linguam Perſicam conuerſis. Atque adeò dicitur Ariſtotelem ipſum exactiùs tenuiſſe, quàm Demoſthenes Thucydidem. Platonis etiam ſcriptis animum expleuit, atque excoluit. Suid.

chozala, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Ptol.

chrabaſa, Africæ propriæ vrbs. Ptol.

chremetes, Libyæ fluuius maximus, in Oceanum influens Ariſtot. in meteoris.

chrendi, Hircaniæ gens Ptol.

chreſtus, Byzantius, inter ſophiſtas extitit, auditor Herodis Attici, Hadriani tempore, qui vino deditus, cæteris in rebus continenter vixit, ac in primis vigilanter. Nam cùm ad galli cantum ſæpè bibere ſolitus eſſet, non prius tamē ſomno ſe, quàm ſtudio dabat Philoſtratus.

chreſtus, Athenienſis author probatiſſimus, Columella.

chretina, Luſitaniæ vrbs. Ptol.

chriſtina, virgo Italica à patre Ethnico primū carceri includitur, poſtea tortoribus tradita eſt, qui eā nefandis cruciatibus vexarunt, quúmque nec igne cremari, nec in aqua ſuffocari poſſet, tandē iaculis confoſſa eſt regnante Iuliano.

chriſtodórus, è Copto Ægypti vrbe, poëta Anaſtaſij Cæſaris tempore, ſcripſit Iſaurica, Suid

chriſtodôrus, Thebanus ſcriptor haud ignobilis, qui de Coſma & Damiano ſcripſit. Suid.

chriſtophorus, cxviii. Pontifex Romanorum menſibus vii. à Sergio ſede Pontificia deiicitur, & in carcerem detruditur, inde in monachum detondetur & monaſterio includitur, anno ſalutis 908.

chriſtophorus, in Lycia Euangelium de Chriſto propagaſſe, & capite truncatus eſſe ſub Diocletiano imperatore ſcribitur.

chriſtophorus, puerum Chriſtum per mare geſtans, pictura eſt hominis Chriſtiani, & præcipuè Doctoris Euangelij, eleganter his verſibus expreſſa.

Tu quis es! ingenuè Chriſtum profitentis imago
Cui nomen puer hic, quem fero, dulce dedit.
Quis puer hic! Chriſtus, quæ moles tanta Gigantis
Exigui pueri quum leue portet onus!
Omnibus in ſpeciem paruus puer iſte videtur.
Quo tamen eſt toto maius in Orbe nihil.

Hinc opus eſt animis vt ſint & corpore fortes
Qui Chriſtum populi ferre per ora volunt.
Cur tamē ingrediēs tumidi per marmora Pontī
Arborea infeſtas mole repellis aquas!
Per mare quod calco peruerſū intellige mundū,
Ille animus præbet ſaxa pericla piis.
Arbore nil aliud niſi ſanctum intellige verbum
Rebus in aduerſis quod pia corda regit.
Hoc etenim inſtructi ruimus per ſaxa, per ignes,
Qui Chriſti meritum, grande docemus opus.
Dic tamen hoc etiā, quid pendēs mantica terga,
Quid ſibi cum liquido piſce, placenta velit?
Certa piis nunquam deſunt alimēta miniſtris,
Quique Deo ſi ſunt, ſeruat, alitque Deus.
Porro quis inſignis, canâ procul ille ſenectâ,
Prauius ae.. en: â quis fa.. e monſtrat iter?
Fax præmiſſa refert ventura oracula Chriſti,
Significat vates qui ce.. in re ſenex.
Huc ades ô hoſpes, túque ô puer optime Chriſte.
Mecum habita, tecum viuere, ſola ſalus.

Chrobatæ, vel Chorobatæ, populi circa Dalmatiam, Cedren. Curopalat.

chromios filius Nelei & Cloridis, qui in ea pugna quam Pylij & Meſſenij aduerſum Herculem geſſerunt, cum decem fratribus occiſus eſt.

chrómios, Priami filius, in bello Troiano à Diomede interfectus.

chromis, Herculis filius, Lactantius, conſtat Chromin Herculis fuiſſe filium, & equos habuiſſe Thraces, quos Hercules occiſo Diomede abduxerat, humanis carnibus veſci conſuetos. Statius.

Is Chromis, Hippodamúſque alter ſatus Hercule magno.

Et paulò infrà.

Mox Chromis Hippodamum metæ interioris ad orbem,
Viribus Herculeis & toto robore patris &c.

Chrómius quidam Argiuus, qui in ea pugna quæ ob Thyreorum agrum inter trecentos Lacedæmonios, totidémque Argiuos commiſſa eſt, ſolus ex ſuis cum Alcinore, incolumis euaſit. Herod. lib. I.

chronea, inſula Steph.

chronum, vrbs ab Archidamo capta, anno ab vrbe 307.

chronus, Sarmatiæ Europææ fluuius. Ptol. in Lithuania eum hodie ponunt Pircheimerus & Cromerus: cúmque Germanis *Memel*, & Slauis *Niemen* vocari dicunt, in ſinum Veneticum effluit. Stellæ verò & Rithaymero fluuius eſt Pruſſiæ *Pergel* dictus, in eundem ſinum ſe exonerans. Fidlerus (qui flumina Germaniæ elegiaco carmine deſcripſit) cum Cromero ſentit.

chrotopus, viii. Argiuorum rex, regnauit annis xxi.

Chry-

Digitized by Google

chruno, Bulgarorum rex, anno ſalutis 810.

chryſa, æ, ſiue Chryſe, es: oppidum Ciliciæ, in ditione Mynetis, non procul à Thebis Ciliciis, Apollinis Sminthei delubro inſigne. Strab. lib. 13. Ouid. 13. Metam.

——Chryſémque & Cyllan, Apollinis vrbes.

Stephanus item Chryſen quandam collocat circa Lemnum, & ipſam Apollini ſacram. Vide Chryſe.

chryſa, fluuius agri Syracuſani.

chryſantas, dux exercitus Cyri, qui hoſtem interfecturus iam elatum gladium in cædem: reuocauit quia ἀνακλητικὸν, i. receptui cani interim inaudiſſet, ac ideò à Cyro laudatus. Cæl. lib. 18. ex Xenophonte.

chryſanthus, Alexandrinus Romæ, quò iuuenis venerat factus chriſtianus, ſub Numeriano imperatore in foſſam demiſſus ac terra ſaxiſque obrutus fuit, hic in coniugio manſit virgo vnà cum Daira vxore Volater.

Chryſaor, pater Mylaſi, filius Glauci, &c. Stephan. in Mylaſa.

chryſaor, Meduſæ filius ex Neptuno, qui ex Callirrhoe Geryonem ſuſcepit, vt placet Hygino Fabul. Poet. cap. 151. Heſiodus in Theogonia Chryſaorem ſine patre natum vult, quemadmodum & Pegaſum ex ſolo Meduſæ ſanguine, qui Perſeus Iouis & Danaes filius caput abſtulerat.

chryſæorus fluit per medium Maſtauræ vrbis Libyæ. Steph. in Maſtaura.

chryſaoreus, Iupiter cognominatus, vt Strabo notat in 4. lib. ſuæ Geographiæ.

chryſaoris. vrbs Cariæ, Adrias poſtea dicta. Gentile, Chryſaoreus. Epaphroditus verò totam Cariam Chryſaoridem vocat. Steph.

Chryſas, fluuius Siciliæ, qui per Aſſorinorum agros fluit: & apud illos habetur Deus, religionéque maxima colitur. Fanum eius fuit in agro propter ipſam viam, qua Aſſoro itur Ennam. Cicer. 6. Ver.

chryſe, inſula extra oſtia Indi. Plin. lib. 6. cap. 21. Extra oſtium Indi (inquit) Chryſe & Argyne fertiles metallis, vt credo. Nam quod aliqui tradidère, aurum, argentúmque iis ſolùm eſſe, haud facilè crediderim. Alia eſt Indiæ Cherſoneſus extra Gangem. Cæterùm Chryſe, vrbs eſt Apollinis prope Lemnum. Sunt & aliæ multæ chryſæ ciuitates, & loca multa circa Scyrum. Eſt etiam Chryſa locus Leſbiæ, & Panephęſtiæ Lemni promontorium verſus Tenedum, & in Bithynia, & iuxta Chalcedonem, & Cariæ: & Dorius campus in Halicarnaſide: vrbs in Helleſponto inter Ophrynium & Abydem: ciuis, Chryſeus. Steph.

chryſei, Indiæ gens. Ptolem.

chryſæ Sinus. Plin. Maris Eoi, qui Ptolemæo Magnus ſinus eſt, vt Gerardus Mercator oſtendit in ſua vniuerſali tabula, qui eumdem hodie Mare Cin dicit ait Giraua Mare del *Zar*, indigitat. Idem Mercator vocat Chryſe huius ſinus inſulam, quam nunc Luſitani *Iapan* appellant, eadem eſt, ni fallor, quæ à Paulo Veneto *Zipangri*, & nonnullis *Ciampagu* nominatur. Hæc fortè etiam Dionyſij Alexandrini *Chryſe*, id eſt, inſula aurea. Steph. quoque habet Oceani inſulam Chryſem, quam ἀκταιώτης nuncupat.

chryſeia, filia Chryſæ, Apollinis Sminthei ſacerdotis, quæ in expugnatione Thebarum Ciliciarum à Græcis capta, Agamemnoni extra ſortem decreta eſt. Homerus lib. 1. Iliad. Chryſeis autem dicta eſt à Chryſe patre. cùm vero nomine Aſtynome diceretur. Vide Chryſes.

chryſes, æ, Apollinis ſacerdos, pater Aſtynomes, quæ à nomine eius Chryſeis cognominata fuit: quam cùm Græcis expugnatis Thebis Ciliciis: vrbe Eetionis abduxiſſent, & Agamemnoni in prædæ diuiſione tradidiſſent, Chryſes Apollinis inſignibus exornatus, apud Græcorum caſtra acceſſit, filiámque ſibi petiit reſtitui. Quod cùm impetrare non potuiſſet, Apollinis auxilium implorauit, qui tam grauem Græcis peſtilentiam immiſit, vt Agamemnon patri puellam reſtituere fuerit coactus, cuius loco Achilli Briſeidem eripuit. Hom. 1. Iliad.

chryſippa, vrbs Ciliciæ, à Chryſippo conditore. Gẽtile, Chryſippanus, vel Chryſippeus. Steph.

chryſippe, Iri filia, quæ ex Pthio Hellenen peperit. Steph.

chryſippus, philoſophus Aſianus, Stoicorum princeps, Zenonis diſcipulus, acutus ſanè, vt qui multis præceptoribus repugnauerit, ſtatuam habuit Athenis in Ceramico poſitam. In Dialectica clariſſimus fuit, ita vt non illepidè dicerent quidam, Si apud Deos Dialectica haberetur, non aliam eſſe futuram, quàm Chryſippi. Scripſit volumina ſupra quinque & ſeptuaginta. Ferunt Carneadem philoſophum Cyrenæum, perlectis Chryſippi libris, ita dixiſſe. Niſi Chryſippus eſſet, ego non eſſem. Apollonidæ filium fuiſſe ferunt, Solenſem, vel Tarrenſem philoſophum diſcipulum Cleanthis, Stoicæ ſcholæ principem poſt Cleanthem. Laertius.

chryſippus, filius Pelopis, quem cùm pater valde amaret, nouerca eius Hippodamia id indignè ferens, liberos ſuos Atreum & Thueſtem impulit, vt illum interficerent: ob quam rem à Pelope pulſi, in exilio vitam egerunt, donec pater è viuis excederet.

chryſippus, medicus, Eraſiſtrati præceptor, qui Hipp. Æſculapij & Prodici medicorum placita inſigni garrulitate mutaſſe dicitur.

chryſites, Liuio locus eſt in Macedonia, qui hodie *Siderocapſa* dicitur, vt refert Bellonius.

Dicitur à Samb... ſuco Vngariæ fluuius.

chr... ſuus, Daciæ fluuius. Iornan l. Germanis ...ralis.

chryſoana, Indiæ extra Gangem vrbs. Ptol.

chryſobullum, locus circa Tharſum. Cedren.

chryſoceras, promontorium Thraciæ ad Boſphorum ſitum. Plin. lib. 4. c. 11.

chryſógonus nomen viri proprium. Iuuenalis, *Sunt qui Chryſogonum cantare vetant.*

chryſógonus, Syllæ libertus, ſectator Roſcij Amerin. Cicer. in Oratione pro Roſcio Amerino.

chryſógonus, martyr, nobili genere ortus Romæ, qui quando nec conſulatus, nec vllius honoris pollicitatione per Diocletianum à fide auerti potuit, iugulatus eſt ad ſcalas Gemonias. Volater.

chryſondium, Daretidis regionis, in Macedonia oppidum. Polyb.

chryſopolis, Stephano vrbs prope Chalcedonem in Bithynia, per Boſphorum nauiganti ad dextram: dicta, quod Perſæ illic colligerent aurum ex tributo aliarum ciuitatum, vel à Chryſo Chryſaidis & Agamemnonis filio. Plin. lib. 5. cap. vlt.

chryſopolis, Ciliciæ vrbs. Gentile, Chryſopolites. Steph.

chryſopolis. Ptolemæo, Xenoph. Suidæ, & Steph. Bos Polybio: Damalis Arriano promontorium eſt Aſiæ, poſitum è regione promontorij Byzantium continentis, vt illud ex Georgio Cedreno deſcribit P. Gyllius. quod *Scutari* hac tempeſtate appellatur. Polybio tamen libr. 4. Bos & Damalis duo diuerſa ſunt loca.

chryſórrhoæ, populi dicti, quòd apud eos, vt inquit Strabo, auriferi torrentes ſint. Vnde fabulis occaſio, de vellere apud Colchos aureo.

chryſorrheas, Aſiæ fluuius, ad Oceanum Eoum, iuxta Samaræ promontorium Oroſio. Cholchidis item fluuius, apud Plinium.

chryſórrhoas, fluuius Lydiæ, aliàs Syriæ, in Decapolitana regione, Damaſcum vrbem præterfluens. Plinius libro 5. cap. 18. Ita dictus ab aureis quas voluit arenis, cùm antea *Pactolus* diceretur. Ferunt enim Midam Lydiæ regem, cùm Liberum patrem hoſpitio excepiſſet, iuſsúſque eſſet petere quod vellet, optaſſe, vt quicquid tangeret, in aurum verteretur. Verùm cùm ipſum etiam cibum in aurum videret commutari, & iam fame propemodum enecaretur, tandem intellecta ſtultitia ſua, à Libero petiiſſe, vt hoc munus quantumvis ſpecioſum, ſibi auferret. Iuſſiſſe itaque Liberum, vt in Pactolo fluuio ſe ablueret: cui cùm morem geſſiſſet Midas, ipſum quidem priſtino ſtatui reſtitutum: cæterùm Pactoli aquas aureum inde colorem contraxiſſe, auréſque tunc primùm arenas voluere cœpiſſe: vnde factum, vt pro Pactolo Chryſorrhoas diceretur. Hyginus, Fab. Poëtic. cap. 129. Bellonius eum *Adegele* nuncupat. Stephanus fluuium quendam Damaſcum vrbem præterfluentem *Bardinum* vocat, quem D. Hieronymus *Farfar* appellat. Sed an hic idem ſit cum Chryſorrhoa, an alius, dubium eſt, poſſunt enim plura flumina eandem vrbem alluere aut præterire. *Pharfaris* Damaſcum præterfluentis meminit etiam Benjamin. Idem habet *Amma* fluuium, qui in ipſam vrbem influit.

chryſoſtomus, Epiſcopus Conſtantinopolitanus, tempore Arcadij & Honorij Impp. ob excellentem eloquentiam, cognomen Chryſoſtomi adeptus eſt. Huius hiſtoria recitatur lib. 10. Tripart. Patria Antiochenus fuit, natus ex nobilibus parentibus Secundo & Anthuſa, Rhetoricam à Libanio, Philoſophiam ab Andragathio, didicit. Theologiæ ſtudio apud Diodorum & Baſilium incubuit. Primùm in Eccleſia Antiochena lector fuit, deinde Preſbyter ordinatus, poſtea mortuo Nectario, ad Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ gubernationem euectus eſt anno Chriſti 401. Fuit natura iracundior & Faſtuoſior & liberioris linguæ. Ideò in multorum acerbiſſimas offenſiones incidit, declamitans contra Eudoxiam Auguſtam, iuſſu Imp. in exilium actus eſt, ſed populus ſeditione mota obtinuit, vt quamprimum reuocaretur. Poſtea rurſum eiectus, & in Armeniam relegatus eſt, vbi diem ſuum obiit, die 14. Septembris, anno Chriſti 411. relictis ingenij, & eloquentiæ monumentis plurimis, quorum maxima pars adhuc hodie exſtat. Corpus à Theodoſio II. poſtea Conſtantinopolim tranſlatum eſt die 27. Ianuarij, quo feſtum eius Græci celebrant.

chryſóthemis, filia Agamemnonis & Clitemneſtræ, ſoror autem Oreſtis, & Electræ, & Laodices, Iphianaſſæ, Hom. 9. Iliad.

chryſum, vnum oſtiorum Indi fluminis. Ptolem.

chryſus, Hiſpaniæ Bœticæ fluuius. Sex. Auienus.

chryxus, dux Boiorum, nepos Brenni, quo duce olim Galli Romam ceperunt. Sil. libr. 4.

chthonia, inſula eadem quæ Creta. Steph. in Creta.

chthonophyle, quæ Baccho Phliuntem peperit. Steph. in Phlius.

chthonia, Ceres dicta eſt, id eſt, terreſtris ſeu terrena, quanquam Pauſanias author eſt eam cognomen hoc ſortitam à Chthonia quadam puella Argiua, quòd poſt ambuſtum patrem à dea in Hermionem oppidum ducta, ibi templum ei conſecrauit, Chthoniámque à ſuo nomine appellauit.

Chtho-

chthonium, ſeſtum erat, quod in honorem Cereris ab Hermonenſibus eximia veneratione celebrabatur, in quo boues viſendæ magnitudinis & ferociæ, deæ ſacerdotem infirmam & vetulam mulierculam ſponte ſequebantur, velut vltrò ſe offerentes immolationi. Palæph. lib. 2.

chub, i. extinguens, nomen gentis. Ezech. 30.

chuba. Aſiæ vrbs. Calliſt. lib. 18. cap. 30.

chuduca, Babyloniæ vrbs. Ptolem.

chullabi, Africæ propriæ vrbs. D. Auguſt.

chun, i. præparatio, ſiue placenta, aut Syriacè feneſtra, nomen vrbis, 1. Paralip. 8.

chuni, Sarmatiæ Europææ populi. Ptol.

chuonrádus, Germaniæ rex, regnauit annis VIII. anno ſalutis 912.

chuonrádus, Romanorum Imperator XVI. anno ſalutis 1025.

chuonrádus, Lotharingiæ dux, anno ſalutis 1073.

chuonrádus, Romanorum Imperator XXI. imperauit annis XV. anno ſalutis 1138.

chuonradus, Marchio Montisferrati, Tyrum defendendam ſuſcepit. Blond. lib. 6. Æmil. lib. 5. anno ſalutis 1186.

chuonradus, Apuliæ rex, veneno poto Manfredi opera diem clauſit extremum, anno ſalutis 1251.

churitæ, Libyæ interioris gens. Ptolem.

chus, i. Æthiops, aut niger, filius Cham, Gen. 10. à quo Æthiopes prognati.

chuſai, i. ſenſus, aut feſtinans, vel ſilens, amicus Dauid 2. Reg 7. 17. & 1. Paral. 17.

chuſan-raſathaim, i. Æthiops, vel nigredo iniquitatum, rex Meſopotamiæ. Iudic. 3.

chuſaris, Libyæ interioris fluuius. Ptolem.

chuſi, i. Æthiops, aut niger, pater Selemiæ patris Nathaniæ, patris Iudæ filius Gemini, 2. Reg. 18. Ierem. 36.

chuta, regio Perſica, vnde rex Salmanaſar gentes traduxit ad Palæſtinam inhabitandam, 4. Reg. 17. Sic dicta à Chuto fluuio Perſico, vnde Chutæi populi, teſte Ioſepho, lib. 9. Antiquit. ad finem: eodem item nomine appellat Samariam incolentes, libro 11. & ſupra montem Garizim collectos, cap. 2. libr. 1. de bello Iudaic. Quippe qui ex hac Salmanaſſaris colonia eſſent oriundi.

chuzis, Africæ propriæ vrbs. Ptol.

chyda, Siciliæ fluuius. Ptolem.

chyda, Lyciæ maritimum oppidum, apud Ptolemæum, vt Sophiano placet ex Latinis fortaſſe mendoſis exemplaribus, nam Græca Lydiæ hoc loco habent *Gina* hodie eidem Sophiano.

chydorus, fluuius eſt in Bœotia, qui à tot millibus Perſarum, quot Xerxes, Græciam inuaſit, epotus, non ſuffecit, vt tradit Alexand. Genial. lib. 6. cap. 25.

chylemath, Mauritaniæ Cæſarienſis fluuius. Ptol.

chytetiæ, Macedoniæ vrbs. Ptol.

chyton, regiuncula Epiri, in qua habitauêre quidam ex Clazomenis profecti: Gentile Chytites.

chytos, Cyziti portus. Apollon. ſcholiaſtes.

chytri ciuitas Cypri, dicta à Chytro filio Alexandri, filij Acamantis.

chytri feſtum fuit apud Athenienſes percelebre, in quo omne ſeminum genus in olla coquere ſolebant, Dionyſio & Mercurio operantes, vt Theoph. ſcribit.

chytrium, Ioniæ locus, vbi quondam ſitæ fuerunt Clazomenæ. Strabo.

chytropolis, regiuncula Thraciæ, ciuis, Chytropolites.

chytus, Cyzici portus.

C I

cia, vulgò *Zea*, inſula eſt ſub Eubœa non procul ab Attica, quæ à Plinio & Strabone Ceos & Cea appellatur. Tres habet præcipuas ciuitates, Iulidem, Carthæam, & Coreſſum. Plin.

ciambrus, Daciæ fluuius. Ptolem. vt Mercator habet, qui eum *Morauu* interpretatur Hungariæ fluuium, Danubium influens. Aliquando ſine r, κίαβος legitur, & aliquando ſine m, eundem *Ciabrum* putat Peucerus *Cius* ab Herodoto dici.

ciacis, Armeniæ minoris vrbs, in Melitina regione. Ptol.

ciæna, Galatiæ vrbs. Ptol.

ciageſi, Daciæ gens, Ptol.

cianica, Armeniæ oppidum. Ptol.

ciaſa, Babyloniæ oppidum. Ptol.

cibalis, Pannoniæ inferioris vrbs. Ptol.

cibaritis, Aſię regio, circa Meandrum. Strabo.

cibarci, Hiſpaniæ populi. Plin. libr. 4.

cibilitani, ſtipendiarij Bæticæ populi. Plin. lib. 4. cap. penult.

cibinium, Daciæ vrbs mediterranea, quæ *Hermanſtadt* vulgò dicitur.

cibitius, Tuſcorum rex, anno ab vrbe 63.

cibotus, mons olim fuit, & in eo oppidum nomine Cantare, qui terræ motu abſorptus eſt vnà cum oppido.

cibotus, ciuitas Aſiæ eadem quæ Apamia. Plin. lib. 5. cap. 29.

cibſaim, i. congregationes, ciuitas ex tribu Ephraim data Leuitis. Ioſ. 21.

cibyra, vide Steph. in CACALIS.

cibyra, Aſiæ minoris ciuitas. Ptol. Strabo.

cibyras, vir, vide TABI.

M. Cicero, oratorum omnium Romanorum celeberrimus, idemque Philoſophus egregius, cuius libri extant plurimi Orationum, Epiſtolarum, & Philoſophiæ omnium qui vnquam

Digitized by Google

Latinè ſcripti ſunt, tum doctrina, tum ſermonis elegantia primi, equitis Rom. filius per omnium honorum gradus, cùm ad conſulatum etiam perueniſſet, in eo leges ſaluberrimas tulit, legem Agrariam fregit, Catilinæ coniurationem coërcuit poſt à P. Clodio Tribuno pleb. per inuidiam vrbe pulſus, omnium populi Romani ordinum ſummo conſenſu reuocatus eſt. Senex tandem à M. Antonio & C. Octauio tyrannis, quòd nimium amans Reip. eſſet proſcriptus, vnà cum patriæ libertate periit, quam vſque ad extremum ſpiritum conſtantiſſimè defenderat. Eius vitam vide apud Plutarchum. Mirum quidem de M. Tul. Cicerone Plut. in eius vita ſcripſit, ſic enim ait: In lucem editum cum commemorant nullo puerperij dolore, nulliſque vteri materni anguſtiis. tertio Cal. Ian. qua die nunc primores vrbis pro ſalute ſui principis, hoſtiarum litatione publica vota ſuſcipiunt; &c.

ciceronis caſtra, Cæſar. in comment. *Veleſick* hodie. Pagus nunc, à Gandauo plus minus tribus milliaribus diſtans, vbi multa antiquitatis monumenta eruuntur. Gerop.

ciceronis fontes calidi. Plinius lib. 31. vulgò *Balneo Ciceroniano*.

ciceronis villa, in littore locus Auerni. Plin. hodie *Ciceroniano*.

Q. Cicero, ſuperioris frater, C. Cæſaris legatus in Gallia fuit: poſt, Proconſulatum Aſiæ ſecunda fama adminiſtrauit: eundem cum fratre vitæ exitum ſortitus, eóque miſerabiliorem, quòd cum filio proſcriptus, rogauit percuſſores, vt priùs, quàm filius, feriretur: eo viciſſim rogante, vt ſibi ante patrem mori liceret: ambo igitur ſimul ſunt interfecti. Appianus.

M. Cicero, M. Ciceronis oratoris filius, Bicongius dictus, ob temulentiam, nihil patre dignum geſſit, niſi quòd interfectoribus Cæſaris pertinaciſſimè fauit, anteà cum patre proſcriptus, pòſt tamen ab Octauiano reſtitutus: & prætor factus. Plutarch. Imò & Conſul anno ab vrbe condita 723. C. Antiſtio ſuffectus eſt die 13. Septembris vſque ad Nouembrem, quo tempore Antonij ſtatuas euertit.

cicheſus, fluuius ponitur ab Homero in hymno Apollinis.

cichyrus, Theſprotiorum in Epiro oppidum. Strabo.

Cicianthi, Scythiæ Aſiaticæ populi. Plin.

ciciliana, Hiſpaniæ vrbs inter Emeritam & Cordubam. Anton.

cicimeni, populi circa Mæotim. Plin. libro 6. cap. 7.

cicones, populi Thraciæ, iuxta Hebrum, quos Vlyſſes poſt dirutam Troiam ventis eò adactus debellauit, eorúmque vrbem Iſmarum diripuit, paucis ex ſociis amiſſis. Ouid.

Flumen habent Cicones, quod potũ ſaxea reddit
Viſcera, quod tactis inducit marmora rebus.

Homerus Cicones, Iſmari habitatores vocat Stephanus in Cyzico apud eos Orpheus, obſcœni concubitus inuentor, à Bacchis dicitur laceratus. Virg. 4. Georg.

—Spreta Ciconum quo munere matres
Diſcerptum latè iuuenem ſparsêre per agros.

ciconium, Aſiaticorum promontorium iuxta Boſphorum: Petro Gillio, qui hodie *Cornio* hoc appellari ait.

ciconius nomen eius qui Brixiam condidit.

cicuta, nomen proprium fœnatoris cuiuſdam maximè auari. Horat. ſecundo ſermo. Satyr. tertia.

——adde Cicuta.
Nodoſi tabulas centum mille adde catenas.

cicynethus, Macedoniæ inſula. Plin. hodie *Pontico*, vt refert Stephanus.

cidænis, vide Elæa.

cierium, vrbs Bœotiæ, aliàs Arne dicta. Step.

cibianus campus, continuus Cayſtriano, magnus eſt & bene habitatus. Strabo lib. 13.

cilbicini, Hiſpaniæ populi, circa oſtia Bætis fluminis. Auienus.

cilbus, Hiſpaniæ Bæticæ fluuius. Idem.

cileni, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. Plin. Cilini. Ptol.

cilicenæ, Pannoniæ inferioris vrbs. Anton.

cilicia, modò Caramauia, regio minoris Aſiæ, ad Ortum Amano monte, & portis Ciliciis à Syria diſcreta, à Septentrione Tauri iugis, ab Occidente Pamphiliæ proxima, Cilicio mari & ſinu Iſſico ad meridiem abluta. Huius incolæ dicti ſunt Cilices, quos piraticam exercentes Pompeius deuicit, victóſque in deditionem accepit, corúmque poſtea fideli opera vſus eſt in bellis naualibus aduerſus Cæſarem. Lucan. libro 3.

Itá; Cilix inſta, non iam pirata carina.

A Cilicia Ciliciæ portæ. Plin. lib. 5. c. 27. Pomp. lib. 1. ſcribit Ciliciam locum eſſe magni aliquando diſcriminis, fuſorum ab Alexandro Perſarum, fugientiſq; Darij ſpectatorem, ac teſtem. Synonyma Ciliciæ, Ioſepho & Stephano, *Tarſus*: *Chalab* tamen Hebræis nominari, auctor eſt Arias Montanus. Hodie vocatur *Turcomania*, & *Finichia*, à vico quodam magno, vt refert Marius Niger. Incolas priùs *Achæos* appellatos, ſcribit ex Herodoto. Idem Stephanus tradit eos etiam *Trachiotas* vocari. Mare quod inter Ciliciam & Cyprum eſt, Ptolemæo *anguſtiæ Ciliciæ* ſunt, Oroſio *Cilicinus ſinus*. Vide Capadocia & Pamphilia. Strabo autem lib. 14. Ciliciam diuidit in *Campeſtrem*, & *Tracheam*, id eſt Aſperam. Fuit olim opulentiſſima populi Romani prouincia, & Cicerone proconſule memorabilis. Solinus author eſt [illegible] olim potente a

tentem fuiſſe, vt ad Peluſium vſque procurrerit, Lydis, Medis, Armenis, Pamphilia & Cappadocia ſub imperio conſtitutis: tandem ſubactum ab Aſſyriis, in breuiorem formam redactam eſſe hodie vocatur *Turcomania*, & *Finichia*.

ciliciæ anguſtiæ, Ptol. pro mari quod inter Cyprum & Ciliciam eſt.

ciliciæ Pylæ. Xiphilid. in Seuero.

cilicum, inſula à promontorio Iaſonio xx. ſtadiis diſtans, ad mare Euxinum in Ponto Polemoniaco. Arrian. in Periplo.

cilimbeſij, Corſicæ inſulæ populi. Ptol.

ciliſſa, Phrygiæ aut vicinæ regionis vrbs. Xenoph.

cilium, Africæ propriæ vrbs. Anton.

cilix, filius Phœnicis, à quo dicta eſt Cilicia.

cilix, gentile eſt, ſignificans eum qui è Cilicia eſt.

cilla, Africæ propriæ vrbs. Appian. & Æolidis oppidum. Herodot. Item Troadis vrbs Apollini ſacra. Plin.

cilla, oppidum Ciliciæ, non procul à Thebis Ætioneis, Apollinis Cillæi templo inſigne. Strab. lib. 13 Ouid. 15 Metam.

— *Chryſénque, & Syllan Apollinis vrbes.*

Cillaba, Africæ vrbs, circa Syrtim maiorem. Plin.

cillæ, Thraciæ vrbs. Anton.

cillenus, mons eſt Arcadiæ celebris natiuitate Mercurij.

cilenum, locus in Leſbo, item mons inter Antandrum & Gargaram.

cillus, Pelopis auriga, quem cùm Pelops ad Œnomaum proficiſcens, amiſiſſet in itinere: iuſta ei ſplendidè perſoluit: & vt memoriam eius ad poſteritatem propagaret, eodem quo mortuus eſt loco vrbem condidit, quam Cillam de nomine eius appellauit. Strab. lib. 13.

cilma, Africæ propriæ vrbs. Ptol.

cilniana, circa Gaditanum ſinum vrbs. Anton.

cilurnum, Britanniæ inſulæ vrbs. lib. Notit. *Collerton* in Northumbria. Camdeno.

cimæus, Aſiæ mons circa Troadem. Ptolem.

cimara, Indiæ extra Gangem vrbs. Ptolemæus.

cimbina, Mediæ vrbs. Ptol.

cimbri, ſunt Dani, & Holſatij, horum regio à Septentrione ad mare aquilonare ſpectans includebat Dacos & Zelandos, communi nomine Cimbros vocatos. Hi anno ab vrbe 640. parato maximo exercitu Romam contenderunt. Sed marius confugauit, caſtriſque exuit. Erant homines ingenti corpore, horrendis oculis. Feruntur Val. Maxim. Cimbri & Celtiberi in acie gaudio exultare conſueuiſſe: tanquam glorioſè & fœliciter vita exceſſuri: lamentari verò in morbo, quaſi turpiter perituri. Inde Cimbricus, ca, cum, hodie Dani appellantur, & qui ipſum peninſulæ Iſthmum inhabitant Holſatij, vulgò *Iuytlant, Holſtein, Sleſwyck*.

cimbrij & Cimmerij iidem ſunt Strab. & Becano in Chronica, qui ipſos iam Cerberios vocatos addit.

cimbrica Cherſoneſus, Ptolemæo: Cartris eſt Plinio. Extrema Germaniæ pars verſus Septentrionem, videtur hodie comprehendere Iuytlant, Holſtein, & Sleſwyck.

Cimmerij, populi in Italia ad Baianum & Auernum ſinum, qui in ſubterraneis domiciliis habitantes, & per cuniculos commeare ſoliti, toto in illis die delitescebant, noctu tantùm ad latrocinia egreſſi, cùm victum ex metallorum alioqui effoſſione, diuinationum mercede, & prouentibus à Rege deſignatis quærerent, vt ex Ephoro ſcribit Strabo. Penes hos ingens quondam ſuperſtitio increbuit loci natura erroribus ſuffragante, ibi ſacra nemora venerata, fluminibus etiam & fontibus ſuus honor fuit. Specus præterea famoſi, & ad inferos crediti aditus quo intrare fas non erat, niſi diis manibus priùs quo auſpicator deſcenſus foret, ſacrificio placatis. Vnde Homero ſuæ fabulæ Œconomiæ, quam Odyſſ. lib. 2. comminiſcitur, deſumpta eſt, & Virg lib. 6.

cimmerij Boſphorani, quos Herodotus libro 4 interiora Aſiæ aliquandiu tenuiſſe ſcribit. Verùm à Scythis pulſos magis occiduam tandem deuiſſe. Ab his Boſphorus Cimmerius dictus, cuius longitudo eſt ducentorum & viginti ſtadiorum, & Cimmerij montes ſupra Albaniam, Apud Ptolemæum tabula Aſiæ ſecunda. Plin. lib. 6. c. 6. Hinc Cimmeriæ tenebræ prouerbio celebrantur, pro denſiſſima caligine, apud Cimmerios Ouidius ſomni ſedem collocat, ſic ſcribens 11. Metamorph.

Eſt prope Cimmerios longo ſpelunca receſſu
Mōs cauus ignaui domus & penetralia Somni.

Cimmerij, Francorum progenitores. Diod. li. 6. c. 9.

cimmeris, Troadis vrbs, Edonis priùs vocata. Plin. lib. 5. c. 30. Rurſus in littore, inquit, Antandros, Edonis priùs vocata, deinde Cimmeris & Aſſos, eadem Apollonia.

cimmerium, oppidum Aſiæ ad Boſphorum Cimmerium ſiue Mæoticum, quod antea Cerberium vocatum fuiſſe ſcribit Plinius. Cimbricum appellat Strabo.

cimolis, vrbs Paphlagoniæ Pompo. lib. 2. & Plin. lib. 6. c. 2. Cimolis item vrbs Galatiæ. Ptolem.

cimolis, Cretici maris inſula apud Ptolemæum, quam Plinius *Cimolum* vocat, & Echi-

nuſſam, dictam innuit. Niger tradit *Polino* à Nautis dici. *Sirandro* nominat Caſtald.

cimolus, inſula in mari Cretico, è regione Zephyri promontorij, ex qua optimum aduehebatur cretæ genus abluendis veſtium maculis imprimis vtile. Ouid. 7. Metamorph.

Hinc humilem Myconem, cretoſáque rura Cimoli.

cimon, Athenienſis, patre Miltiade, matre Egeſiphile, liberalitate munificentiáque domi magis, quàm militia clarus: quapropter Lucullo ex noſtris comparatur. Nam cùm hoſtium ſpoliis locuples eſſet: ea ciuibus ſuis diſtribuit. Deinde amoris vndique agrorum ſuorum ſeptis, vulgo poma, frugéſque ſumendas impunè dabat. Parabat quotidie ingens domi conuiuium, quo vndique confluentes pauperes veſcebantur. Plutarch. Is primus inſtituit ſcholas Athenis, vt Pythagoras in Italia.

cimon, pictor. Plin.

cimbrorum, promontorium ſub Septentrione, & in Oceanum aquilonarem protenditur.

cinſata, caſtellum eſt munitiſſimum in Ciniſtena regione, Olgaſſy monti ſubiectum, quo Mithridates, qui eius conditor dicitur, receptaculo vſus, Ponti imperium adeptus eſt, & qui ab eo profecti ſunt vſque ad Eupatorem ſucceſſionem ſeruauére. Strabo lib. 12.

ciminius, lacus Italiæ apud Volſinios, vt Strabo ſcribit.

ciminus mons, Virgilio illo verſu: *Cimini cum monte lacus*: prope Viterbum eſt, & Monte Viterbo nominant, vt Leander perhibet.

cin, id eſt, poſſeſſio, vel emptio, ſiue nidus, aut lamentatio, nomen viri, à quo Cinæi. Numer. 24.

cina, nomen ciuitatis in tribu Iuda, Ioſue 15. idem ſignif. quod Cin.

cinædo, Colpitarum mons, in Arabia fœlice deſcribitur à Ptolemæo.

cinædopolis, inſula Doridis regionis, in ſinu Ceramico. Plin. lib. 5. c. 21.

cinæi, nomen populi. Gen. 15. idem n. p.

cinæus Iupiter, vide Canæ.

cinambri, Illyrica gens. Appian.

cinara, rex Cypri, Cilicis filius, Belei filij, qui cum Myrrha filia ſua nutricis aſtutia ignarus concumbens, Adonin ſuſcepit, Cinyras ſcribit Strab. lib. 16. eúmque regnaſſe in Phœnicia. vide Cynaras.

cincenſes, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. Plin.

cincius, prætor, Siciliam ſecundi belli Punici tempore adminiſtrauit. Liuius.

cincius, Senator Romanus, ſcripſit de re militari. Idem in ſuaſione legis Fanniæ, obiecit ſeculo ſuo, quod porcum Troianum menſis inferrent, quem illi ſic vocabant, quaſi aliis incluſis animalibus grauidum, vt ille Troianus equus grauidus armatus fuit. Macrob. libro 5. cap. 1.

cincomagus ad Alpes vicus. Plin.

cindapſus, filium habuit Maſonardum, qui Carræ ciuitati nomen dedit. Steph.

cindaſuendus, Gotthorum rex, anno ſalutis 640. Ritius lib. 2.

cindia, Indiæ intra Gangem oppidum. Ptol.

cindra, gens Thraciæ. Vide Cendræ.

cineas, vir Theſſalus Pyrrhi regis amiciſſimus, Plutarchus in vita Pyrrhi. Hic legatus Romam miſſus, vt de pace ageret, obſiſtente ſibi Appio Claud. Cæco, re infecta ad Pyrrhum reuerſus eſt. Interrogatus deinde de ſtatu vrbis & Senatu, dixit, ſenatum deorum conſeſſum ſibi viſum eſſe, populi autem tantam eſſe turbam, vt vereretur ne regi cum Hydra quadam Lernea res eſſet. Huic tam fidelis fertur fuiſſe memoria, vt poſtridie, quàm Romam aduentaſſet, ſine vlla nomenclatoris ope ſenatui, equeſtrique ordini ſua nomina ediderit. Plinius lib. 7. cap. 24.

cinedolcopitæ, fœlicis Arabiæ populi, quorum regina Zadrane dicitur. Steph. vide ſupra Cinædo Colpitarum mons.

cineſias Thebanus Dithyramborum ſcriptor compoſuit Pyrrhichiam, vt eſt in prouerbio, *πυῤῥίχην ἔμαθε κινησίου*, id eſt, Pyrrhichiam didicit Cineſiæ: vel quod in choris multo motu vteretur, contra comicos agens, qui in hac parte deficiunt. Erat autem Cineſias corpore pigro & fracto crure, vulgóque malè audiebat impietatis & improbitatis nomine: Suidas.

cinga, fluuius Hiſpaniæ citerioris, ex Pyrenæis montibus in Iberum influens, vbi & nomen amittit. Lucianus lib 4.

——compéſque coërcet
Cinga rapax vetitus fluctus & littora curſu
Oceani populiſſe ſuo, nam gurgite miſto,
Qui præſtat terris aufert tibi nomen Iberus.

cingulum, ciuitas eſt inter Picenes. hinc Cingulani populi. Plin. lib. 3. c. 13.

ciniſthena, Galatiæ regio. Strabo.

cinium, Balearidis maioris oppidum. Plin.

cinna, Italiæ vrbs, quam Romani Samnitibus eripuerunt. Diodor. Macedoniæ oppidum. Anton. Iaccetanorum vrbs in Hiſpania Tarraconenſi. Ptolem. Eſt & Perſidis oppidum, apud eundem.

cinna, ciuitas Theſſaliæ à Cinno gigante, Cœi fratre dicta.

cinna, nomen Romani viri, qui ſumma crudelitate Remp. vaſtauit, primo conſulatu ſeruis ad pileum vocatis, aduerſarios vicit, Octauium colle-

Digitized by Google

collegam interfecit: Ianiculum occupauit. Iterum & tertiò ſe conſulem fecit. Quarto conſulatu, cùm bellum contra Syllam pararet, Anconę ob nimiam crudelitatem lapidibus ab exercitu occiſus eſt.

cinna, poëta doctiſſimus, Virgilij æqualis, cuius meminit Eclog. 9.

Nam neque adhuc Vario videor, neque dicere Cinna
Digna, ſed argutos interſtrepere anſer olores.

cinna tribunus plebis, qui quum leges pernicioſas de reuocandis exulibus ferret, pulſus à Cneo Octauio collega, magiſtratu exutus ex vrbe profugit, & bellum vrbi intulit, accerſito C. Mario, aliiſque exulibus ex Africa: in quo bello duo fratres, alter ex Cinnæ exercitu, alter ex Pomp. ignorantes concurrerunt. Et quum victor mortuum ſpoliaret, cognito fratre, ingenti edita lamentatione, ac rogo exſtructo ſe inſupèr cremauit. Tandem Cinna & Marius in vrbem recepti, cædibus omnia compleuere, inter quos Cn. Octauium conſ. Marcum Antonium oratorem & L. Cæſarem iugularunt, eorúmque capita pro roſtris poſuerunt. Ex Liuio & Plutarcho.

cinna, alius per errorem necatus à populo Romano fuit, foro medio in funere C. Cæſaris, cùm vnus ex interfectoribus fuiſſe crederetur.

L. Cinna, Octauij temporibus ab eo contra quem coniurauerat, vita donatus eſt, res nouas adfectans. Seneca de clementia.

cinnamomi fera regio in Æthiopia ſub Ægypto Ptol. Strab.

cinniana, Hiſpaniæ vrbs ad radices, Pyrenæi montis, verſus mare mediterraneum. Ant. Eſt & Luſitaniæ vrbs ciuium ſuorum fortitudine celebris. Val. Max lib. 6. cap. 4.

cinnarus, fuit quidam Selinuſius, qui arte lenonia, ad ſummas opes peruenit. Is quoad viuebat, pollicebatur ſe omnes facultates Veneri conſecraturum: cæterùm moriens populi diripiendas expoſuit, vnde natum prouerb. Rapina rerum Cinnari.

cinotus, Doridis vrbs, ad Bubeſſum ſinum. Ptol.

cinthius, mons inſignis Deli inſulæ Apollinis patriæ, cuius tanta fertur magnitudo vt vmbra ſua Ægei maris ambitum tegat, ſcribe, Cynthius.

ciuſternæ, Africæ propriæ vrbs. Ptol.

cinxia, quòd nuptiis præeſſet, Iuno dicebatur Inito enim coniugio, ſolutio cinguli fiebat, quo noua nupta erat præcincta. Feſtus.

cinyphus, Africæ propriæ fluuius. Ptol.

cinyta, vir quidam ditiſſimus, cuius opes abierunt in prouerb. Cinytæ opes.

cinyps, cinyphis fluuius in extremis Africæ prope Garamantas, apud quem magni ſunt hirci. Claudianus.

Quos vaſtus humectat Cinyps, &c.

cinyphius, a, um, adiect. Virg. lib. 3. Georg.

Cinyphij tondens hircos, &c.

cinyphis, dicitur ea Africæ regio, & Cinyphes populi, vide Cinyphis.

cinyras, vide Cynara.

cinyria, Cypri aliquando oppidum. Nunc pagus *Gendinar*, vt Luſignanus refert.

cinyrus mons in Piceno, Vib. ſeq.

cios, emporium Phrygiæ, à Cio Herculis comite & iuxta fluuium eiuſdem nominis. Palæmon ex Dio. *Qua Cius egregius decurrens murmurat.* Vnde Plin. lib. 5. c. 32. Cios (inquit) cum oppido eiuſdem nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiæ, à Mileſiis quondam conditum.

cios, Bithyniæ ciuitas, Pruſias poſteà vocata, vt infrà dicetur.

cippus, nobilis Romanus, vt fabulatur Ouid. 5. Metam. qui fuſis hoſtibus ad vrbem rediens, cùm cornua ſubitò enata animaduertiſſet, reſponſúmque accepiſſet ab haruſpicibus, fore vt Romæ regnaret, ſi vrbis mœnia ingrederetur, ſenatum, populúmque extra vrbem conuocauit: quos cùm rem omnem edocuiſſet, ſponte ſe exilio mulctauit: vnico terræ iugero contentus, in quo reliquam vitæ partem peregit.

ciranus, vir fuit Lycius & Sarpedonis comes quem teſte Homero in Iliade, Vlyſſes in bello Troiano interfecit.

ciraua, Leſbi inſulæ vrbs. Mela.

circæum promontorium Latinorum in Italia. Ptol. hodie *monte circello*. Leandro.

circe, Solis & Perſes Nymphæ filia, & Æetæ Colchorum regis ſoror, veneficiorum peritiſſima, quæ Sarmatarum rege, cui nupſerat, veneno ſublato, regnóque per ſcelus parto, cùm crudelius imperaret, ab incolis pulſa, in Italiam profugit, & in Circæo monte (qui antiqui olim Latij terminus erat, & efficaciſſimis herbis abundabat) ſedem ſibi delegit, vbi cum Glaucum maritimum deum adamaret, Scyllam puellam, quam ille deperiebat, infectis fontibus in monſtrum maritimum commutauit. Vlyſſes, item vi tempeſtatis ad ſe delatum hoſpitio ſuſcepit, ſociósque eius, quos in porcos commutauerat, ei reſtituit, cui & Telegonum filium peperit: vnde Virgilius in Damone,

Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyſſis,

Poſtremò & Picum Latinorum regem, quòd vxorem ſuam, nomine Carnientam ſibi præferret in auem ſui nominis commutauit. A Circe fit Circæus a, um, Virg. 4. Æneid.

Proxima Circææ raduntur littora terræ,
Diues inacceſſos vbi Solis filia lucos,
Aſſiduo reſonat cantu.

Vide Homerum.lib.10.Odyſſ.

circenſes Ludi, certaminis curulis genus erat in honorem Conſi, conſiliorum Dei inſtitutum: ita dictum, quòd in circo perageretur. Liu. Circenſium ludorum ſeptem erant curricula ſolennia. Gel.lib.5.cap.10.

circes domus, oppidum Campaniæ. Pomp. Strab. Circæum vocat. Cicero *Circeos*. Plin. tradit *Circeos* inſulam aliquando fuiſſe immenſo mari circumdatam, mox continenti adnexam.

circeij, Ciceroni Circienses dicti, libr. 3. de Natura Deorum.

circeſſum, vrbs imminens Euphrati, vbi Gordiani Imp. tumulus eſt. Eutrop. Oſrhoëne regionis oppidum, lib. Notit.

circidius, Corſicæ inſulæ fluuius, Ptol. *Pianello & Bauaro* hodie, Leander.

circius, ventus Galliæ Narbonenſis peculiaris, reliquis cœli partibus ignotus, inter Corum & Aparctiam ſpirans, nulli ventorum violentia inferior: quippe qui & onuſta percellat plauſtra & ædium tecta ſecum rapiat. Circius autem à vertigine dictus putatur, eò quòd in orbem circumagatur. Lucan. lib. 1.

Solus ſua littora turbat

Circius, & fida prohibet ſtatione Monæci.

& Plin. lib. 4. cap. 47. Vulgò *Cers*.

circius, Tauri montis pars. Plin.

circumcelliones, hæretici, errones & deploratæ audaciæ, qui vt ſibi famam pararent, ſibi ipſis manus violentas attulerunt. Ecc. hiſt.

circius, inſula in Myſia quingentorum ferè ſtadiorum ambitu, admodum ferax, & duobus pontibus iuncta continenti, quorum iuxta alterum eiuſdem nominis vrbem habuit, & portus duos clauſos, & nanalia.

cireneum, promontorium in Aſia minori, haud longè à monte Mina.

cirna, Africæ propriæ mons. Ptol.

cirni, populi qui Corſicam incolunt, viuuntque annis 140. vide Cyrni.

ciriada, vicus Atticæ, vide Ceriada.

cir-hareſeth, i. murus lateris, vrbs Moab, præclaris cincta muris. Iſai. 56.

ciris, dicitur Scylla, Niſi regis filia, mutata in auem Cirim, i. Alaudam. vide Scylla.

cirphis, vrbs Phocidis. Strabo.

cirpi, manſio in Pannonia. Antonius. Cirpis Valeriæ Ripenſis vrbs. lib. Notitiarum.

cirrha, oppidum Phocidis, ad radicem Parnaſſi montis, in quo Apollo religioſiſſimè colebatur. Lucan. lib. 3.

Phocaidas Amphiſſa manus ſcopuloſáque Cyrrha.

Martialis ad Silum poëtam.

Quid tibi cum Cyrrha? quid cum Permeſſides vndas?

Romanum melius, diuitiúſque forum eſt.

Hinc Apollinem Cirrhæum cognominat Seneca in Hercule Œtæo, ſcribitur & Cyrrha.

cirrhadia, Indiæ extra Gangem regio, Ptolemæo.

Cirrhæi, gentes olim prope Athenas habitantes, vnde adhuc Cirrhæus campus nominatur. Æſchines in oratione contra Cteſiphontem.

Cirta, Numidiæ vrbs, Salluſt. Strab. lib. vltim. munitiſſimam fuiſſe ait, & optimè ſtructam Micipſæ potiſſimum opera, qui Græcos in eam habitatum deduxit, & tantùm effecit, vt decem equitum millia, & peditum viginti emitteret, *Conſtantina* hodie.

cis, filius Abiel, pater Saul regis, 1. Reg. 9. 1. Paral. 23. Filius item Abigabaon, filius Abdai Leuitæ. 2. Paral. 29. Lat. durus, aut ſtipula, vel cumerarium.

ciſalpina Gallia, quæ & citerior Gallia, & Gallia Togata dicitur, fluuio Rubicone finitur, cuius baſim Alpes efficiunt. Cicero pro lege Manil. Inde cùm ſe in Italiam recepiſſet duab. Hiſpaniis & Gallia Ciſalpina præſidiis ac nauibus confirmata, &c.

ciſamus, vrbs Cretæ. Ptol.

ciſapennina, Italia à Catone in Aug. dicitur quæ reſpectu Romanorum cis Apennium montem eſt, ſicut Tranſapennina, quæ trans Apenninum eſt.

ciſeruſſa, Inſula non longè à Gnido diſtans, cuius meminit Plinius libro primo, capite trigeſimo primo, in deſcriptione inſularum ante Aſiam.

ciſia, mater Memnonis, à qua Suſorum ciues Ciſij dicti. Steph.

ciſianthi, populi Scythis & Cimmeriis vicini, ad oram Oceani Scythici. Plin. lib. 6. cap. 13. ſcribitur & Ciciantbi.

ciſij. vide Ciſia.

ciſipades, Africæ propriæ populi. Plin.

ciſon, torrens Galilææ iuxta montem Thabor. Hic è monte Tabirio in mare cadit. Iud. 4. 3. Reg. 18. Pſal. 82. Lat. durus, aut ſtipula, vel cucumerarium.

ciſori populi. Plin lib. 6. c. 30.

ciſpij Æthiopiæ populi. Plin.

ciſpius, mons Romæ, Exquilina in regione: de nomine Ciſpi hominis dictus. Feſt. Varro. lib. 1. de ling. Lat. Exquilinus eſt Ciſpius mons ſexticeps apud ædem Iunonis Lucinæ.

ciſſa, fluuius Ponti Cappadoci: Ptol. vulgò *Quiſa*, item inſula iuxta Iſtiorum agrum: Plin. lib. 2. c. vlt. & vrbs in Thraciæ Cherſoneſo.

ciſſanus Caius, fuit gregibus pecuariis ſupra modũ diues, de quo extat prouer. Ciſſanus Caius.

ciſſe, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Ptolom.

ciſſene, Thraciæ mons. Suid.

ciſſeus,

ciſſeus, rex Thraciæ, pater Hecubæ. Hinc Hecuba ipſa Ciſſeis appellatur à Virg. 7. Æneid.

——nec face tantùm

Ciſſeis prægnans ignem enixa iugales.

ciſſi, populi circa Trapezuntem Cappadociæ, Ptolæmij Ciſſij, vide Suſæ.

Ciſſus, mons Macedoniæ, & vrbs Thraciæ. Lycoph. Heſych.

ciſſuſa, fons in quo obſtetrices Bacchum infantem lauarunt. Plut. in Lyſandro.

ciſtena, vrbs Æolidis, inter Elaiticum & Idæum ſinum. Pompon. lib. 1. Plin. lib. 5. cap. 30. Ciſthene ſcribitur. Inſula item & oppidum Lyciæ. Strabo.

ciſtoboci, Daciæ populi. Ptol.

citamum, Armeniæ maioris oppidum. Ptolemæus.

citanos, inſula olim Cycladum clariſſima.

citarij, populi Siciliæ. Plin. lib 3. cap. 8.

citariſta vel Citariſtes, promontorium Narbonenſis prouinciæ, non procul à Maſſilia. Plin. lib. 2. c. 4. Pomp. lib. 2.

citarius, Macedoniæ mons. Ptol.

cithæron, mons Bœotiæ, Straboni, cuius radicem Aſophus amnis alluit. Seruius credidit alterum eſſe ex iugis Parnaſſi: quod omnium Geographorum iudicio, ſecus ſe habet. Eſt enim Cithæron mons à Parnaſſo diſcretus, & ab eo plus quàm triginta paſſuum millibus diſſitus. Hic mons Libero patri ſacer erat: vnde etiam ibi eius Orgia celebrabant. Ouid. 3. Metamorph.

Vadit, vbi electus faciendis ad ſacra Cithæron

Cantibus, & clara Bacchantum voce ſonabat.

Auſonius ſecundam corripuit & per e ſcripſit

Sed Cithæron toties ternas ex ære ſacrauit. Vide Scalig. Auſon. lect. lib. 1. c. 17.

cithariſta, ſiue Cithariſtes, promontorium Galliæ Narbonenſis, teſtibus Ptolemæo lib. 2. ca. 10. & Antonino qui in ſuo Itinerario ab hoc promontorio Maſſiliam vſque nauigio triginta millia paſſuum facit ſupra Citariſta.

citium, Cypri inſulæ oppidum. Plin. lib. 5. c. 31. vnde Citicus Zeno.

Citôrus, mons qui abundat buxis, inde pecten Citoriacus, quaſi buxeus dicitur, à Citorio monte. Ouid. lib. 4. Metamorph.

Sæpe Citoriaco deducit pectine crines. Vide Cytorus.

citron, i. aromatizans vel fumigans aut colligatio, vel vinculum, ſiue arrediati canticum aut Syriacè, nodus, ciuitas in tribu Zabulon, Iud. 1.

cituorum, inſula in Danubio. Ptolem.

ciuaron, oppidum proximum Iſaræ flumini, Vocontiis populis, montique Cineſio & Allobrogibus in Sabaudia, teſte Planco inter epiſt. familiares Tullij, in illa quæ incipit, Nunquam meherculè. Quibuſdam, *Chambery en Sauoye.*

ciuica Pompeianus, conſul, collega L. Celonij Commodi anno ab vrbe 888.

ciuilius ſiue Cliuius, Volſcorum imperator, à Ceganio victus, anno ab vrbe 312.

ciuilius Tullus, tribunus militum, anno ab vrbe 348.

ciûs, vide Brylium.

cius, fluuius Thraciæ ex Pæonibus & Rhodope monte profluens. Eſt & vrbis nomen, quã, vt teſtatur Strab. lib. 12. Demetrius cepit, deditque Pruſiæ Zelæ, qui hanc euertit, & Myrleam Pruſiæ vicinam. Is à ruina eas excitans, Cium à ſe Pruſidam: Myrleam verò ab vxore Apamiam nominauit.

cizara, caſtellum erat munitiſſimum, impoſitum Stephanæ, in Phazemonitide regione verſus Phænariam, Strabonis temporibus iam deſertum, vt ipſe docet lib. 12.

ciziсus, vide Cyzicus.

cizya, Thraciæ vrbs, Sozom. lib. 6. c. 13.

C L

Cladeus, Elidis fluuius, Pauſan.

clæon, fons in Phrygia. Plin. lib. 31. c. 2. dictus eſt à fletu, vt fons alter illi vicinus Gelon à ridendo.

clamouenta, Angliæ oppidum. Anton.

clageſurtium, Carinthiæ ſeu potiùs Carnithiæ, regionis Sclauonicæ vrbs, cuius ciues (vt quidam dixêre) furibus ſunt inexorabiles. Leuis enim ſuſpicio grauiſſimè nocet huic, quẽ rem furto parare putatur, nam inauditus rapitur ad crucis ſupplicium, nec defenſioni aut purgationi locus datur. Poſt diem tertium ſupplicij de mortuo iudicant: quem ſi inſontem fuiſſe cognouerint, ſplendidè ſepeliunt: ſi verò ſontem & reum pendere ſinunt.

clampetia, locus Italiæ in Brutiis. Plin. li. 3. c. 5.

clanes, fluuius à Vindelicis ortum habens, à quibus per valles excurrit, & in Iſtri alueum intrat. Huius meminit Stra. lib. 4. Lazio *Glan.*

clanius, qui & Clanis, fluuius Campaniæ prope Neapolim iuxta Acerras vrbem, à γλάνιον quod eſt viola, qua illius ripæ abundare dicuntur: vel vt Macrobius exiſtimat, à Clanio gigante. Ab eo piſcis Clanius, qui & Silurus vocatur, Virg. lib. 2. Georg.

Et vacuis Clanius non æquus Acerris.

clanus, vel Clanis, Etruriæ fluuius. Plin. hodie *Chiana* Strabo lib. 4. Minturnas perfluit Liris, qui olim Clanius vocabatur. Is ab Appennino monte per Veſtinos delapſus præter fregellas in lucum ſacrum exit infra Minturnas ſitum, quem ſanctiſſimè oppidum colunt. Quædam Strabonis exemplaria Græca pro *Clanis* legunt *Clanu*, & pro *Liris*, *Eris.*

clanos, maris Ægei inſula. Mela.

Clauum, vrbs inter Agendicum & Auguſtobonam. Anton.

claranus, Grammaticus; huius meminit Martialis lib. 10.

Scribere te quæ vix intelligat ipſe Modeſtus
Et vix Charanus, quid rogo Sexte iuuat?

Et Auſonius epiſtola ad Vrſulam Grammaticum.

Harmenio, quem Claranus, quem Scaurus & Aſper
Quem ſibi conferret Varro priúſque Crates.

clariæ, populi Thraciæ. Plin. lib. 4.

clarium. Plin. lib. 2. Vide Claros.

clarius, Cypri fluuius. Plutarch. in Silone.

clarius, eſt mons Colophoniæ, in quo colitur Apollo, & ab eo Clarius appellatur.

claros, ſiue Clarium, Ioniæ ciuitas, Apollinis oraculo nobilis, iuxta Colophonem. Hanc Manto Tireſiæ filia condidit fugiens Thebanorum victores Epigonos. Quæ cùm patriæ cladem lugeret, & ſuam, manantibus vbertim lachrymis fontem fecit: vnde Claros ἀπὸ τοῦ κλαίειν, locus appellatus. Nearchus verò author eſt, inde vrbi huic nomẽ factum, quòd Apollini ſortè obtigit. Nam ſortem κλῆρον Græci nominant. Hinc Apollo Clarius dictus eſt, qui illic & fanũ habuit, in quo reſponſa, epota aqua, edebantur, breuiore tamen vita bibentiũ. Ouid. de arte. Pauſan. Strabo lib. 14. Apud Corinthios etiam Clarij Apollinis ſimulacrum in communi omnium Deorum templo fuiſſe teſtatur Pauſanias in Corinthiacis.

clarus, inſula in mari Myrtoo, & ipſa Apollini ſacra: de qua nonnulli intelligunt illud Ouidij 1. Metamorph.

——mihi Delphica tellus
Et Claros & Tenedos, Pataraáq; regia ſeruit.

claſſis, oppidi meminit, prope Rauennam, Æl. Spartian. in Didij Iuliani vita. hodie eius nihil extare præter monaſterium D. Apollinari dicatum. Hieron. Rubeus, & Leander authores ſunt.

clailitæ, Aſſyriæ populi circa Lycum fluuium. Ptol.

claſſius, Galliæ Narbonenſis amnis, Sext. Auienus.

claſtidium, oppidum eſt Italiæ, ſupra Placentiam ad Cothitæ confinium, cuius meminit Str. lib. 5. hodie *Chieſtegio* Leandro.

claterna, Ptolemæo, Plinio & Straboni. Italiæ vrbs in Gallia Togata. *Quaderna* nominat Leander. *Glacerima* & *Glacorina* habet hoc loco Antoninus, vt placet Simlero.

claterna, Pomponio oppidum eſt in Dauniis. Hoc fortè *Cliternum* Ptolemæi eſt.

claterna, oppidum, in Piceni littore. Pomponius lib. 2.

clatos, vrbs Cretæ mediterranea. Plin.

clauda, inſula ſpectans Cretam inter meridiem & occidentem. Act. 27.

claudi, Numidiæ locus. Anton.

claudia, Noricorum oppidum, Plin. lib. 4. cap. 14. Ptol. Claudinium vocat.

claudia, virgo Veſtalis, quæ cùm in ſuſpicionem ſtupri veniſſet, & ſimulachrum matris Ideæ in vado Tyberis hæreret, ad comprobandam pudicitiam ſuam, fertur cingulo duxiſſe nauem, quam multa hominum millia trahere nequiuerunt. Valer. Plutarch.

claudiæ aquæ, fontes duo ſunt in vrbe, quorum alter *Caruleus*, alter *Curtius & Albudinus* dicitur. Sueton. in Claudio.

claudia, gens Romæ patricia à Sabinis venit, cognomina ſibi Neronis & Druſi vſurpauit, quod Nero lingua Sabina, vir ſtrenuus & fortis dicatur: Druſi verò à Claudio Druſo qui hoſtium duce Gallorum Druſo cominus trucidato ſibi ac poſteris nomen indidit. Tranquillus. Fuit & altera plebeia.

claudianus, poeta inſignis, Theodoſij & Honorij temporibus floruit, patria Alexandrinus. Quidam Florentinum faciunt, ſed falsò: ingenio excellenti fuit, maximéq; apto ad carmen componendum. Nam & adſurgit fœliciter, variiſque figuris ac ſententiis mirificè delectat, huius meminit Suidas.

claudius Cæſar, qui interfecto Caligula ſucceſſit in imperio: vir inauditæ crudelitatis, vt ſcribit Suet. in Claudio.

claudiana tonitrua dicebantur, quæ Claudius Pulcher inſtituit, vt ludis factis poſt ſcenam coniectus lapidum ita fieret in circumactum peluim vt veri tonitrui ſpeciem repræſentaret.

claudias, Lauinianenſis præfecturæ vrbs in Aſia minori. Ptol.

claudiomerium, Atrabrorum vrbs in Hiſpania. Ptol.

claudiópolis, Cappadociæ vrbs. Plin. li. 5. c. 24.

claudiopolis, Sambuco eſt Daciæ vrbs, hodie incolis *Cloſunar*, & Germanis *Clauſburg* dicta.

claudiuium, vide Claudia.

claudium, vrbs Italiæ: Gentile, Claudinus Steph.

claudius, mons Pannoniæ. Plinius.

Ap. Claudius Regillianus, decemuir, legibus ſcribendis ſumma inter collegas authoritate: poſtremò ob Virginiæ iudicium in carcerem coniectus, ſibi manus attulit. Liu.

Ap. Claudius cæcus, extrema ſenectute in curiam delatus, ſenatum iamiam inclinatum, à Pyrrhi pace reuocauit. Ab eo Appia via dicta eſt, quam Brundusium vſque lapidibus ſtrauit. Liu. lib. 9. & aquam Appiam in vrbem duxit, Pyrrhúmque in vrbem non eſſe recipiendum ſua ſen-

Digitized by Google

ſententia obtinuit.

Claudius Nero, & Claudius Pulcher, fratres Cæci filij. Tranquillus & Liuius lib. 19.

claudius Sulpitius Longus, conſul, collega Q. Ælij Cæritani, anno ab vrbe 431.

claudius Pontius, Samnitum Imperator, Romanos apud Claudium ſub iugum miſit. Liu. li. 8. Decad. 1.

claudius Fabius, dictator, anno ab vrbe cond. 419.

claudius Petilius dictator, anno ab vrbe cond. 442.

claudius, cognomento Caudex, à nauium caudicibus ſic dictus. Is Carthaginenſes Meſſana expulit, Hieronem prælio victum ad Syracuſas in deditionem accepit.

claudianus Gentianus, quem nonnulli Centimalum, alij Centimanum minùs rectè ſcribunt. Is librum in iure ciuili tertium à P. Papyrio ſcripſit, & r literam introduxit, quum priùs Fuſij, qui deinde Furij dicerentur. Valerius.

claudius, qui antè Clauſus dictus, vide Clauſus.

claudius Nero conſul, Liuij Salinatoris collega, qui aduenientem ex Hiſpania cum auxilio Aſdrubalem interfecit. Liu.

App. Claudius orator. Cic. in Bruto.

claudius Nero, Tyberij principis pater. Quæſtor C. Cæſaris in bello Alexandrino & deinde Pontifex Maxim. in P. Scipionis locum ſuffectus.

claudius Tyberius Nero Cæſar, III. Romanorum Imperator, Octauij Cæſaris priuignus, gener, & adoptione filius. Suet.

claudius Roman. Imperator, Britanniam inſulam in deditionem accepit, & Orchades inſulas Romano adiecit Imperio. Poſtmodum ab Agrippina vxore veneno ſublatus eſt, vt Nero filius imperio potiri poſſet.

claudius Domitius Nero, Romanorum Imperatorum nequiſſimus, vide Nero.

claudius, Romanorum Imperator, qui Gothos Illyricum vaſtantes bello adortus, incredibili clade ſuperauit. Sed cùm duobus ferè annis imperaſſet, apud Smyrnam morbo interiit.

claudius Pompeianus, conſul, collega Seueri anno ab vrbe 925.

claudius Venatus, vir doctiſſimus Alexandri à conſiliis, anno ab vrbe 976.

claudius, Ptolemæo Cretici maris inſula. *Gozo*. Gerardi Mercatori eſt: cui etiam *Gaudos* Melæ eſt, hoc in tractu Plinio quoque *Gaudos* inſula eſt, cuius ſitus cum Ptolemæi (etſi Villanouanus in ſuo Ptolemæo, & Q. Heduus in ſua Melita, eandem faciant) nonnihil differre videtur. Plinius enim Gaudos contra Hierapyrnam. Ptolemæo Claudium contra Crium etopon deſcribit. Καῦδος etiam Suidæ, inſula eſt vicina Cretæ, vbi maximi Onagri naſcuntur.

clauena, Heluetiæ oppidum ad Larium lacum. Anton. *Cleuen*, incolis: *Chiauenna* Italis dicitur.

clautinatij, Vindeliciæ ſunt populi apud Strabonem, eoſdem eſſe cum Catenatibus Plinij ſcribit Simlerus, eſſéque eos qui vtrimque ad Ænum habitant, ſupra eum locum, vbi Danubium ingreditur.

clauſentum, Angliæ oppidum. Anton. Nunc *Southamton*, Camdeno.

clauſus, Rex Sabinorum, Turno aduerſus Æneam ſuppetias tulit. Ab hoc Appius ille Claudius originem traxit, qui paucis poſt exactos reges annis cum quinque millibus Clientem ſe Romam contulit, vrbiſque partem habitandam accepit, Claudiámque familiam propagauit. Virg. 7. Æneid.

Ecce Sabinorum priſco de ſanguine magnum
Agmen agens Clauſus, magnique ipſe agminis inſtar.
Claudia nunc à quo diffunditur & tribus, & gens.

clazómenæ, vrbs Ioniæ Aſiaticæ, quam condidit Paralus, patria Anaxagoræ. Hæc priùs *Gryna* nominabatur, vicina Colophoni: vnde & Apollo Grynæus dictus eſt apud Virgilium, quoniam ibi eſſet eius oraculum.

clazomenia inſula, quæ *Marathuſa* dicitur, à qua Clazomenij, quos in Mæonia ſitos eſſe conſtat: hinc adiectiuum, Clazomenius, nia, nium, & Clazomenia vina, quæ olim apud Romanos in pretio fuerunt. Vide *Marathuſa*.

cleandria, Troadis locus, vnde Rhodius amnis fluit. Strabo.

cleander, nomen eſt vatis Arcadici apud Herodotum.

cleanis, vide Clanius.

cleanthes, philoſophus Stoicus, Cratetis primùm diſcipulus, Zenonis Citienſis ſucceſſor. Hic Phani Aſſij filius, egregius pugil, cùm Athenas veniſſet, Zenoni adhærẽs generoſè philoſophatus eſt, & in iiſdem permanſit dogmatibus: ita fuit in tolerandis laboribus & perferendis alacritate, vt alter Hercules dictus ſit. Nam quum non haberet vnde ſe alere poſſet, noctu quidem in hortis aquam hauriebat, per diem verò in ſermonibus exercitabatur, vnde Phreãtes appellatus eſt, quaſi puteos hauriẽs. Tradunt illum, quæ à Zenone audierat, oſſibus boum & teſtis fictilibus perſcribere ſolitum, cùm pecunia non ſuppeteret ad chartas emendas.

cleanthis, mulieris nomen. Suid.

clearchus, Solenſis ſenior, ſcripſit de varia hiſtor.

Clearchus iunior, Ponticus, Athenas profectus, vt operam daret Platoni, in ſomniis admonitus, à ſtudiis literarum receſſit. Suidas.

clearchus, dux Lacedæmoniorum, dictitabat Imperatorem plus quàm hoſtem metui oportere: ſignificans eos qui in prælio mortem expaueſcerent, certum ſibi ſi deſeruiſſent, expectare debere ſupplicium. Fronti.lib.4.

clearchus, conſul, collega Richomeri, anno ab vrbe 1137.

cleartus, Marmaricæ palus. Ptol.

cleempus, medicus fuit, cui Pythagoræ liber de magicis herbis à nonnullis adſcribitur.

clemens hiſtoricus, ſcripſit de regibus & imperatoribus Romanis: & ad Hieronymum, de figuris Iſocratis. Suidas.

clemens Alexandrinus, præſul, Pantheni diſcipulus, Originis præceptor, floruit ſub Seuero & Antonino principibus. Hieronymus & Euſebius lib.6.

clemens, Romanorum tertius epiſcopus, auditor diui Petri, D. Dionyſium Areopagitam miſit Pariſios. Niceph.lib.2.c.20.

clemens II. Pontifex 150. anno ſalutis 1048.
clemens III. Pontifex 175. anno ſalutis 1118.
clemens IV. Pontifex 184. anno ſalutis 1164.
clemens V. Pontifex 196. anno ſalutis 1368.
clemens VI. Pontifex 198. anno ſalutis 1344.
clemens VII. Pontifex 229. anno ſalutis 15[illegible]5.

clemens, conſul, collega Tertullij, anno ab vrbe 947.

clementinus, conſul, collega Agricolæ, anno ab vrbe 982.

clementinus, conſul, collega Probi, anno ab vrbe 1267.

cleobis, Argiæ ſacerdotis filius, de quo ſic Cicero in Tuſcul. quæſtionibus: Primùm, inquit, Argiæ ſacerdotis Cleobis & Biton filij prædicantur. Nota fabula eſt, cùm enim illam ad ſolenne & ſtatutum ſacrificium curru vehi Dea iuſſiſſet ſatis longè ab oppido ad fanum, morarenturque iumenta: tunc iuuenes ij, quos modò nominaui, veſte poſita, corpora oleo perunxerunt, & ad iugum acceſſerunt. Ita ſacerdos aduecta in fanum, quum currus eſſet ductus à filiis, precata à Dea dicitur, vt illis præmium daret, pro pietate, quod maximum homini dari poſſit à Deo, pòſt epulatos cum matre adoleſcentes ſomno ſe dediſſe, manè inuentos mortuos. Hæc Cic.

cleobula, Amyntoris vxor, Phœnicis mater. Tzetzes in Lycophronem.

cleobulus, Euagoræ filius, Lindius, vnus è ſeptem Græciæ ſapientibus, robore & pulchritudine corporis eximius, è Lindo Ægyptum, philoſophandi gratia, periiſſe fertur, extat eius ad Solonem epiſtola.

cleobulus, hiſtoricus, apophthegmata collegit, vt Stobæus indicat ſermone tertio & alibi. Plin.lib.5.c.31. tradit ex Cleobulo, vt Chios priùs ſit dicta Chia à Chione Nympha, quam alij à niue hoc nomen habere arbitrantur.

cleobulina, Cleobuli filia, hexametris ænigmata quædam perſcripſit: quorum vnum adhuc extare fertur.

Eſt vnus genitor cuius ſunt pignora bis ſex,
Hu quoque Triginta nata, ſed diſpare forma.
Aſpectu hinc niua moris, ſunt vultibus inde,
Sunt immortales omnes, moriantur & omnes.

Diogenes, Laërtius & Suidas.

cleocritus, apud comicos taxatur, vt mulieroſus & cinœdus & obſcurus, Cybeles filius. Nam in myſteriis Rheæ molles tantùm interſunt. Suid. Vide Eraſm. in adagiis.

cleódamas, Thraſius philoſophus, Platonis tempore in Geometria floruit.

cleódamas, Achenus (Ache autem ciuitas eſt Theſſaliæ) ſcripſit de cura equorum. Stephanus.

cleodora, Nymphæ nomen, matris Parnaſſi, à quo Parnaſſus mons nomen accepit. Cæl. lib. 16.c.19. quæ duos habuit patres. Pauſ.lib.10.

cleogenes, Sileni filius, eques inſignis. Pauſanias.

cleomachus, Magneſius pugil, qui cinœdi cuiuſdam & ancillæ amore captus, quæ à cinœdo alebatur. Cinœdorum & orationes & mores eſt imitatus. Strabo.

cleombrotus, Pauſaniæ filius, Lacedæmoniorum dux, qui timens ne videretur cum Epaminonda hoſte ſentire, temere cum eo pugnauit, ſéque & patriam in præceps dedit: nam ex vulnere occubuit, & exercitus deletus eſt.

cleombrotus, adoleſcens Ambraciota, qui quum ei nihil accidiſſet aduerſi, è muro ſe in mare abiecit, lecto Platonis libro de animarum immortalitate. Cic in Tuſcul.

cleomedes, Aſtypalæenſis, de quo portentoſa quædam memorantur. Hic robore ac magnitudine eximia, quum Ciccum Epidaurium pugil interfeciſſet, victoriæ præmio fraudatus, præ dolore in furorem incidit, atque in Olympia Aſtypalæam reuerſus, cùm ibi multa temerè ac violenter feciſſet, poſtremò ludum puerorum ingreſſus, apprehenſam manu columnam quæ tectum ſuſtentabat, concutiens mediam fregiſſe, ac tectum deieciſſe dicitur. Interfectis autem pueris, quum quæreretur ad ſupplicium in ſepulchrum magnum ſe conieciſſe, & clauſus intus iniectum operculum tanta vi tenuiſſe, vt ne à multis quidem ſimul adnitentibus, vllo modo euelli poſſet. Conciſo igitur circa eo neque viuum hominem, neque mortuum eſſe

comper-

compertum ferunt. Qua re miſſis Delphos legatis reſpondiſſe Pythium, vltimus heroum Cleomedes Aſtypalæus. Suid. & Plutarch.

cleomedes, Græcus author, qui ſcripſit de circulis cœleſtibus, quod opus elegans admodum adhuc extat. Suid.

cleomenes, Lacedæmoniorum dux ab Antigono rege prælio victus, ad Ptolemæum ſe recepit, benignéque primùm exceptus mox Nicagoræ cuiuſdam calumnia apud regem ſuſpectus cuſtodiæ cum aliis quibuſdam traditus, cum illis mutuis vulnerib. petiit. Poſt mortuus à Ptolemęo pelle nudatus, crucique adfixus eſt. Plutarch.

cleomenes Siculus, C. Verris nequitiæ adminiſter. Cicero 7. Verr.

cleon, dux Athenienſium, in reipublicæ adminiſtratione aduerſari ſolitus Niciæ Nicerati filio, miſſus denique in Thraciam cum exercitu, multas vrbes cepit. Eum inſectatur Ariſtophanes in comœdia quæ inſcribitur Equites.

cleon, Meſſeniorum dux. Pauſ. lib. 4.

cleon, ſtatuarius nobilis. Pauſ.

cleon, Theridis ſacerdos Pauſ.

cleon, poëta, Argonautica ſcripſit, à quo argumentum Apollonius Rhodius mutuatus eſt, vt eius enarrator ſcribit.

cleon, Halicarnaſſeus, orator, Lyſandro, Lacedæmonio orationem compoſuit. Suid. Plut.

cleon Magneſius commentarios fecit, quibus res portentoſas explicuit. Citatur à Pauſan. lib. 10. Alius ab hoc eſt Cleon Syracuſius qui librum ſcripſit de portubus, Stephano memoratum in voce Aſpis. Meminit eius & epitome Artemidori Epheſij. Alius quoque eſt Cleon Curienſis, ex quo Apollonij Scholiaſtes in libr. 1. refert vnde nomen acceperit Sicinus inſula.

cleonæ, vrbs Athi montis. Thucyd. li. 4. Strab. Plin. Herodot. Inter Athon, & Pallenem. Pomp. Melæ. Eſt etiam Achaiæ in Peleponneſo oppidum Plin. Locus item iuxta Nemeam, vbi verſabatur leo, quem Hercules ſuſtulit. Suidas. Et Arcadiæ. Plin.

cleonæ, oppidum mediocre in via, quæ ab Argis Corinthum ducit: ab Argis quidem ſtadus 120. à Corintho verò 80. diſtans. Ouid. 6. Metam.

Humiléſque Cleona.

Inter Cleonas & Phliuntem Nemæa ſylua conſurgit, in qua Hercules miræ magnitudinis leonem interfecit, qui à loco dictus eſt Cleoneus. Luc. libr. 5.

Ille Cleonæi proiecit terga leonis.

cleónidas, vir Thebanus.

cleónymus ῥίψασπις, i. deſertor ordinis, & qui abiecto clypeo fugit, dictus eſt. Vide prouerbium *Cleonymo timidior*. Hunc inſectatur, vt timidum & fugacem Ariſtophanes in Nubibus. Suidas.

cleonymus, vnus ex imperatoribus externis, quos ſibi acceſſierunt Tarentini. Strab. lib. 6.

cleopatra, Ægypti regina, Ptolemæi Auletæ filia, ſoror & vxor Ptolemæi vltimi, mulier impudiciſſima, à Iul. Cæſare primùm adamata, cui filium Cæſarionem peperit, deinde ab Antonio iuſtæ vxoris loco habita. Quòd cùm ægre ferret Auguſtus, cuius ſororem Antonius vxorem duxerat, bello Antonium ſuperatum inſecutus, ad necem ſpontaneam cōpulit: eius exemplum imitata Cleopatra, ne viua in hoſtis poteſtatem veniret, & per ludibrium in triumpho circumduceretur, aſpidibus corpori admotis, extremum vitæ diem clauſit. Statius lib. 3. Syluarum.

Actias Auſonias fugit Cleopatra catenas.

cleopatris, oppidum eſt in Ægypto antiquæ Nili foſſæ proximum, iuxta quod Gallus Cæſaris legatus pergens in Arabiam ad octoginta biremes ædificauit, & triremes & phaſelos. Strab. lib. 16.

cleopátrus, præfecti nomen apud Corinthios, Plutarchus in Arato.

cleophanes, orator ex Myrlea Strab. lib. 12.

cleophantus, Themiſtoclis filius, quem pater in equeſtri facultate tam ſtrenuum effecit, vt equis rectus inſiſteret, rectúſque ex equo iacularetur. Plato in Menone, & Cæl. libro 8. cap. 13.

cleophantus, medicus. Plin. lib. 24. cap. 16. hic apud Plinium vini rationem illuſtrauit, primúſque ſemen paſtinacæ erraticæ dyſentericis prodeſſe expertus eſt.

cleophantus, pictor Corinthius, Plin. lib. 35. cap. 3.

cleophas, Chriſti diſcipulus, qui proficiſcens in Emaunta, Chriſtum alloquebatur in itinere. Luc. 24. Ioan. 19.

cleophon, poëta tragicus Athenienſis. Suid.

cleophylatius, Epiſcopus cum Stephano ab Adriano Rom. Pontifice ad Carolum miſſus, Germanorum Francorúmque Epiſcoporum ſynodum congregauit. In qua hæreſim Felicis & Synodum de imaginibus deponendis quam Græci ſeptimam dicebant, damnauerunt. Blon. lib. 1. decad. 2.

cleopompus Athenienſis, Thronium cepit, Locros vicit, Æginetas ſuis è ſedib. eiecit. Thucyd. Plutarch. in Peri.

cleoſtratus, Ephebus ille fuit cui ſors obtigit vt draconi apud Theſpienſes ſæuienti immolaretur: cuius vicem dolens Meneſtratus, thorace æneo indutus, in draconem dimicaturus, prodiit in medium, ac bellum interfecit, ſicque & Cleoſtratum, & ciuitatem liberauit.

cleoſtratus, antiquiſſimus philoſophus, primus ſcripſit de ſignis cœleſtibus, atque in primis ſigna Arietis & Sagittarij. Plin. lib. 2. c. 8.

cleoxenus & Democritus hiſtoriam de reb. Perſicis ſcribere agreſſi, quam inchoatam ſe in hiſtoriis fatetur abſoluiſſe Polybius Megalopolitanus. Suidas.

chlephis, Longobardorum rex truculentiſſimus, Imolam ædificauit, à ſuis interfectus eſt. Blon. Pompon.

clepidiana, Sarmatiæ Europææ vrbs. Ptol.

clepſidra, nomen fontis in arce Meſſeniorum, in Arſinoem alterum fontem influens.

clepſidra, fons etiam Athenis, in arce, ita dictus, quòd flare incipientibus Eteſiis, abundet, iis denique deſinentibus, exareſcat. Vide Cæl. Rhodig. lib. 18. cap 39.

cleri, Atticæ populi. Diod. lib. 13.

chleſides, pictor nobilis, qui reginæ Stratonites iniuriam, à qua nullo honore fuerat exceptus, depinxit, voluptatémque eius cum piſcatore quem amare credebatur.

cleta, Choniæ regionis Italiæ locus, Lycoph. *Petramala* hodie Gab. Barrio.

clerabeni, Arabiæ fœlicis populi. Dionyſ.

cletharro, Arabiæ Petreæ oppidum. Ptol.

clethus, vxorem habuit Pallenem Sithonis filiam, quæ Thraciæ vrbi nomen dedit. Steph.

cleuum, Angliæ vrbs, Anton. *Gloucester* Camdeno.

clezus, locus, mons & fluuius Lydiæ, Nicadro.

clibanus, mons eſt in extremis Italiæ finibus non procul à Lacinio promontorio. Plin. lib. 3. c. 10.

clibanus, oppidum Iſauriæ, quæ eſt Aſiæ regio inter Pamphiliam & Ciliciam ſita. Plin. lib. 5. c. 27.

clidemus, ſcriptor antiquiſſimus fuit, cuius opus de Plantis ſæpè citatur à Theophraſto. Scripſit & Protogoniam quæ citatus ab Athenæo.

clides, quatuor inſulæ ſunt ante Aſiam ex aduerſo Syriæ, non procul ab Eleuſa inſula ſitæ, quarum meminit Plin. lib. 5. cap. 31. Ptol.

clidichus, Æſimedæ filius. XVI. Athenienſium princeps, annis 10. Sigon.

climactus Thurius, ante alios ſcripſit de decem elementis & pronunciatis (*κατηγορίαι ἀξιώματα* à Græcis dicuntur) cæteríſque eiuſmodi.

climax, Straboni libro quarto mons Pamphilio pelago adiacens: is tranſitum arctum à littore relinquit, qui mari tranquillo nudatur, adeò vt iter facientibus peruius ſit, pelago autem affluente, vndis contegatur. Tranſitus per montem tum arduus eſt, tum etiam prolixus: quapropter in tranquillitatibus littore vtuntur.

climax, Galatiæ vicus maritimus, & Arabiæ fœlicis mons. Ptol. Item mons circa Byblum in phœnicia, Strabo lib. 16. Et mons qui Ægypto inferiori à meridie eſt, Oroſ. apud Ptolemæum: eſt etiam Libyæ nomi vicus.

climbertum. Galliæ vrbs inter Aginum & Lugdunum. Anton.

clinas, muſicus, & philoſophus ſectæ Pythagoreæ, ſi quando ad iram prouocaretur, ſumpta ſtatim cithara, motus animi leniebat, Ælianus de varia. hiſt.

clio, vna Muſarum ex nouem, apud Heſiodum Theog. ἀπὸ τοῦ κλέος, id eſt, à gloria, quod poëtis gloria ex carmine naſcatur. Alij ἀπὸ τοῦ κλείειν, hoc eſt, à celebrando dictam putant, propterea quòd hiſtoriæ inuentrix eſſe putetur, cuius proprium eſt virorum fortium laudes celebrare, eorúmque geſta ad poſteritatem tranſmittere. Virg. de nouem Muſis.

Clio geſta canens tranſactis tempora reddit.

clipea, vrbs Africæ minoris, aliis dicta Clupea & Clypea. Ptol.

cliſthenes, ciuis Athenienſis, cum Iſagora de principatu contendere cœpit, anno primo 66. Olympiadis. Cliſthenes populo in decem tribus diuiſo, & inſtituta repub. Iſagoram vrbe expulit. Ab eodem Demarchi, Phylarchi, Apodectæ, & Oſtraciſmus eſt inſtitutus, primúſque eo exilij genere (vt quidam volunt) mulctatus, Iſagoras inde à Cleomene Spartæ rege reducitur, Cliſthene & reliquis ſociis vrbe eiectis. Poſt autem Cleomene ex arce, quam cum Iſagora occuparat, ab Athenienſibus deiecto, Cliſthenes reſtituitur. Plutarch.

clitárchus, hiſtoricus, & Alexandri comes fuit in expeditionibus, & eius res geſtas ſcripſit: cuius in hiſtoria ingenium probatur, fides infamatur, vt ſcribit Quintil. Huius meminit & Plin. lib. 4. cap. 5.

clitæ, Bithyniæ vrbs mediterranea, Ptol. Cilicum natio. Tacit. Annal. lib. 12. Et locus circa Athon montem. Liu.

cliterium, Arcadiæ vrbs. Phauorin.

clitéria, Italiæ oppidum ad montem Garganum. Pomp. lib. 2. Ptolem. Cliternum: vulgò *Celano*.

cliternini, Italiæ populi in ora Æquiculanorum, Plin. lib. 3. cap. 12. in deſcriptione regionis quartæ Italiæ.

clitis, fluuius Galliæ, Sidonio. Clenus à Greg. Turonenſe dictus. Eſt in Pictauis, & vulgò, *Le Clain* dicitur.

clitus, vide Clitvs.

clitomachus, Carthaginenſis philoſopus, Athenas conceſſit ad capiendum ingenij cultum, quadraginta natus annos, audiuitque Carneadem: breui quoque tempore adeò profecit, vt quadraginta volumina ſcripſerit, ſucceſſítque Carneadis ſcolæ. Suidas.

clitomachus Athleta, Pancratiaſtes nobilis, Suidas.

Suid. pudicitia tanta fuiſſe dicitur, vt canes ſi forte coeuntes vidiſſet, ſtatim vultum auerteret: in conuiuio ſi quis ſermo laſciuus incideret, ſtatim ſurgens abiret. Ælianus de varia hiſtoria.

clitor. Arcadiæ fluuius, Heſych.

clitor, oris, oppidum Mediterraneum Arcadiæ, à quo vicinus fons Clitorius appellatur, ei qui guſtauerit, vini faſtidium inducens, Ouid. 15. Metam.

Clitorio quicunque ſitim de fonte leuauit,
Vina fugit, gaudetq́ meris abſtemius vndis.

clitúmnius, agri Faliſci fluuius, cuius aquæ potæ candidos faciunt boues, Plin. lib. 2. cap. 3. Virgil. 2. Georg.

Hinc Albi Clitūne greges, & maxima Taurus
Victima.

Siluius lib. 11.

Et lauat ingentem profundens flumine ſacro
Clitumnus taurum.

clitus, Mantij filius, ab Europa raptus, nunquam poſtea apparuit.

clitus, inter præcipuos Alex. Maced. familiares, eidémque chariſſimus, tum quòd filius eſſet nutricis ipſius, tum quòd ab illo in vitæ diſcrimine fuiſſet ſeruatus. Hunc tamen in conuiuio quodam liberius in Perſicos mores inuectum, Rex iam temulentus ſpiculo traiecit, cuius facti eum poſtridie tanta cepit pœnitentia, diſcuſſa iam ebrietate, vt totum triduum cibo abſtinuerit, decreuerítque omnino inedia ſibi necem conſciſcere, ac amicum optimè de ſe meritum ad inferos perſequi. Tandem ægrè admiſſa amicorum conſolatione ſumptuoſiſſimo eum funere ſepeliuit, Plut in vita Alex.

cliuia, vrbs & Metropolis Germaniæ inferioris: eius regionis quæ ab ea nomen accepit, vulgò *Cleue* dici putant.

cliuilius, vide CIVILIVS.

cloacina, Dea quæ Cloacis præerat: eam in Cloaca repertam conſecrarat Tatius.

cloanthus, vir Troianus, Æneæ comes.

clodia Romana, copioſa & locuples fœmina, de qua Cicero ad Att. lib. 13.

clodia foſſa, Venetorum hodie ditionis oppidum, in Hadriatico maris littore, quod *Chioggia* Blondo & Leandro dicitur.

clodia via, inter Lucam & Romam. Anton.

clodiana, Macedoniæ oppidum, circa Dyrrachium inter Apolloniam & Scampin. Anton.

clodianus, Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius Ptol. & Mela *Flumian* hodie Varrerio.

clodij forum, Italiæ oppidum in octaua regione, Plin. lib. 3. c. 15.

clodiorum familia, à Clodio Æneæ ſocio dicta. Feſtus. verius tamen eſt Clodios, qui & Claudij dicuntur, à Sabinis ortum traxiſſe, nominiſque originem cepiſſe, ab Appio illo Clauſo, qui primus ex ea familia cum quinq; clientum millibus ſe Romam contulit.

P. Clodius, inimicus Ciceronis, quem vt pellere vrbe poſſet, plebeio ſe homini adoptandum dedit: mœchus fuit notiſſimus, deprehenſus in ſacris Bonæ deæ muliebri veſte veſtitus, Cicero ad Atticum lib. 1. poſtea à Milone interfectus.

clodius Pulcher, orator Romæ, inter patronos ſimul cum Cicerone in cauſa Scauri. Pædianus.

clodij, cuiuſdam meminit Plutarchus in Numa, qui temporum argumentum ſcribit.

Sextus Clodius, rhetor è Sicilia, Latinæ Græcæq; eloquentiæ profeſſor, malè oculatus, familiaris, ac præceptor Marci Antonij Triumuiri, cuius meminit Cicero in Philippic. & Tranquillus.

clodius Quirinalis Arelatenſis, rhetor, Romæ docuit circa Neronis tempora.

clodius Albinus, dux exercitus in Gallia, poſt mortem Pertinacis principis ab exercitu imperator ſalutans, perditæ gulæ fuiſſe traditur. Herodian.

clodius, Francorum rex, anno ſalutis 492.

clodius Albinus, conſul, collega Æmiliani, anno ab vrbe 917.

clodomir, Clodonei filius, Aurelianenſis princeps, anno 516.

clodomirus, Baſami filius, Sicambrorum rex.

clodomirus, Clodouei primi filius, Sigiſmundum filium Gundebaldi regis Burgundiæ, bello captum vnà cum liberis & vxore in puteum iecit.

clodoueus, Francorum rex, anno ſalutis 487. Hic Alaricum Viſigotthorum regem, qui apud Pictauos regnabat, & Apollinarem Auernorum præfectum vicit, cæciditque, Æmil. Voto facto Alemannos ſubegit, parta victoria, ann. xxv. regni à Rhemigio Rhemenſi epiſcopo cum Francis omnibus baptizatus eſt. Blond. Æmil. lib. 1.

clodoueus, alter Francorum rex, anno ſalutis 654.

clodouéus, Theodorici filius, Francorum rex, anno ſalutis 957.

clœlia gens, Patricia, à Clælio Æneæ comite ſic dicta, Author Feſtus & Dionyſius lib. 2. fuit cum magiſtratibus annis plus minus LXIII.

clœlia, nobilis virgo Romana, quæ cum aliis virginibus Porſenæ Hetruſcorum regi obſes data, deceptis cuſtodibus, incolumis ad ſuos per Tiberim tranauit. Quamobrem Romani nouam in fœmina virtutem nouo honoris genere ornandam rati, ſtatuam ei equeſtrem in ſumma Sacra via poſuerunt. Liuius lib. 1. & 2. primæ decadis ab vrbe cond.

clógio, vel Clodio, Franci filius, Francorum rex. anno ſalutis 451.

clónas, Elegiacus poeta fuit, & epicus, qui te-

bicinas regulas & concentus cōſtituiſſe memoratur primus, ſicuti Terpander citharœdicas leges primus omnium perueſtigaſſe narratur: Cæl. antiq lect. lib. 9. c. 3.

clónia, Libyæ interioris lacus. Ptol.

clonius, vnus à quinque ducibus Bœotorum, qui cum 50. nauibus ad Troiam nauigauerunt. Hom. lib. Iliad. 2.

cloſter, fuſos in lanificio reperit. Vide in dictione ARACHNE.

clota, æſtuarium Britannici maris apud Ptol. *Glota* Tacito ſcribitur.

clotarius, Clodouei filius, primò Sueſſionum princeps, poſteà ſolus Francorum rex, anno ſalutis 564.

clotárius II Gallorum rex, anno ſalutis 597.

clotarius III. Clodouei filius, Gallorum rex, anno ſalutis 669.

clotarius IV. Francorum rex, regnauit annis XI. anno ſalutis 721.

clotho, vna Parcharum, quas Heſiod. in Theogonia Iouis & Themidos filias facit, humanæ vitæ ſtamina diſpenſantes. Dicta Clotho, ἀπὸ τοῦ κλώθειν, quod voluere ſeu nere ſignificat. Fingunt enim poetæ hanc colum geſtare, & nendo humanæ vitæ terminum præſcribere.

cluaca, Mediæ vrbs. Ptol.

cluana, vrbs in ora Piceni. Plin.

cluéntius, ciuis Rom. ex municipio Latino accuſatus, opibus matris Saſſiæ, quod Oppianicum vitricum interfeciſſet, defenſus fuit à Cicerone, cuius adhuc extat longè optima oratio pro Cluentio.

cluacina, Venus dicta eſt à cluendo, id eſt, pugnando, cuius ſimulachrum poſitum fuit in eo loco, vbi pax inter Sabinos & Romanos, cùm propter raptas pugnarent, facta eſt.

clunia, oppidum Hiſpaniæ, Celtiberiæ finis Plin lib 3. c. 3. *Corunna* aliis *Cruna*.

cluniensis, Hiſpaniæ conuentus: ſunt enim ſeptem (inquit Plin. lib 3.) Carthaginienſis, Tarraconenſis, Cæſar Auguſtanus, Clunienſis, Aſturum, Lucenſis Bracarum.

clunium, Corſicæ vrbs. Ptol.

clupea, ſiue Clypea, ciuitas Africæ propriè dicta à clypei figura. Lucan lib. 4.

Et Clupea tenens ſtationis littora nota.

Hanc Solinus Græco nomine aſpidem vocatam tradit. Quod & ipſum non obſcurè affirmat Silius Italicus lib. 3.

In clypei ſpeciem curuatis turribus Aſpis.

Ptolemæus verò duas vrbes propinquas collocat in Hermæo promontorio, quarum vnam Clypeam, alteram Aſpidem vocat.

cluſia, Tuſci regis filia pudiciſſima, quam cùm Valerius Torquatus, Imperator Romanus vxorem à Tuſco petiit: eámque nunmè conſequutus, eius oppidum diruit. Cluſia verò ſeſe è turri deiiciens, tumefactis vento veſtibus ſoſpes ad terram delata eſt. Plutarchus in Parall.

cluſini fontes, Horatio ad Cluſium vrbem. *Bagni de S. Caſſiano* ſunt And. Baccio.

cluſini, noui & veteres populi Hetruriæ. Plin. lib. 3. c. 5.

cluſinus, dictus eſt Ianus, quia in pace templi eius portæ claudi ſolebant. Virg. 7. Æneid. & Ouid. 1. Faſt.

cluſiolum, oppidum Vmbriæ, quod interiit. Plin. lib. 3. c. 15.

cluſium, oppidum eſt Mediterraneum in Tuſcia, ſub quo ſepultus eſt Porſenna. Plin. lib. 39. c. 13. *Chiuſi*, Leandro.

cluſius, fluuius Galliæ Ciſalpinæ. Polyb. lib. 2.

cluuia, locus in Samnio. Liu.

L. Clunius Eques Romanus, cuius filia fulmine tacta, obſcœnum in modum nuda iacuit, lingua paululum exerta, equo etiam, cui inſidebat, exanimato, quæ res equeſtri ordini, & virginibus infamiam quæ mox ſequuta eſt, portendit. Veſtales enim nobiliſſimæ cum aliquot equitibus Romanis inceſti pœnas ſubierunt. Iulio obſequenti Pompeius Heluius; Oroſio L. Ælius; Eutropio in fine lib. 4. Cluuius dicitur.

clypenus, maris Germanici ſinus. Plin qui venedicus à Ptolemæo cognominatur. Hodie Ortelio, *Pan Zher vvick*.

clymene, Oceani & Tethios filia, Iapeti vxor, Heſiodo in Theogonia Virg. 4. Georg.

Inter quas Clymene curam & narrabat inanem,
Vulcani, Martiſque dolos, & dulcia furta.

clymene, quæ Apollini Phaëtontem peperit: eiúſque ſorores Heliadas. Ouidius lib. 1. & 2. Metamorph.

clymene, miniſtra Helenes, particeps conſiliorum dominæ, furtorúmque eius internuncia, quæ etiam Troiam illam eſt ſecuta. Hom. lib. 3. Iliad. Ouidius in Epiſtola Helenæ ad Paridem.

Cætera per ſocias Clymenem Æthrámque loquemur,
Quæ mihi ſunt comites, conſiliúmque duæ.

clymeneis, inferni cognomen à poetis vſurpatum ἀπὸ τοῦ κλύειν, i. ſonando, quòd ſonus ex inferis edatur. Palæph. lib. 1.

clypea, vide CLVPEA.

clyſma, præſidium in Ægypto, ad ſinum Arabicum. Ptol.

clyſtrus, Ciliciæ oppidum. Ptol.

clytæ, Macedoniæ populi. Plin.

clytemneſtra, filia Tyndarei & Ledæ, vxor Agamemnonis, quæ belli Troiani tempore mutuo Ægyſthi amore capta, turpiſſimis cum eo vol...

Digitized by Google

voluptatibus ſeſe implicuit, vltimúmque, capta iam Troia, in patriam redeuntem, ab adultero adiuta, per inſidias interfecit, idem Oreſti filio factura, niſi eum Electra ſoror certiſſimæ neci eripuiſſet, & ad Strophium regem clàm miſiſſet, reducendum, qui poſtea adultus Argos rediit: vbi vnà cum hoſpitibus Phocenſibus (quos Strophius ad Ægyſthum miſerat, tanquam Oreſtis mortem nunciaturos) ad Clytemneſtram intromiſſus, vnà cum adultero eam interemit. Hom. lib. 11. Odyſſ. Seneca in Agam. Euripides in Oreſte. Sophocles in Elect.

clytia, æ: ſiue Clytie, es: vna ex Oceani Nymphis, aliquandiu ab Apolline adamata, donec illa Apollinis cum Leucothoe concubitum Orchamo patri eius indicauit. Quare iratus Apollo grauiſſimo odio eam proſecutus eſt. Illa verò amoris impatientia cibo & potu abſtinēs, Solem quacunque iter faciebat, oculis ſequebatur: tandem fame & dolore conſumpta, mutata eſt in heliotropium. Ouid. 4 Metamorph. Fuerunt & duæ aliæ Clytiæ, altera Amphidamantis filia vxor Tantali mater Pelopis cuius meminit Euripidis Scholiaſtes, altera verò Amyntoris concubina, cuius calumniis Amyntor filium Phœnicem excæcauit, qui poſtea à Chirone cæcitate leuatus rex Dolopum factus eſt. Apollod. lib. 3.

clytius, filius Laomedontis, & frater Priami. Homer. 10. Iliad.

clytius, iuuenis quidam à Cydone adamatus. Virg. Æneid. 10.

Tu quoque flauentem prima lanugine malas
Dum ſequeris Clytium, infœlix noua gaudia Cydon.

C N

cnacadium, mons in Laconica regione. Pau.

cnacolum, mons Arcadiæ. Pauſ.

cnágia, Diana dicta eſt à Cnagio Spartano, qui in bello à Caſtore & Polluce in Aphidnam geſto captus eſt, & à Cretenſibus venditus, cum deæ ſimulachro in patriam aufugit.

cnacalyſia, Diana dicta eſt à Cnacalo monte, iuxta quem ſacra ei faciebant Caphyatæ, Palæph.

cneceus, Laconicæ fluuius. Lycoph.

cnemides, in Thracia poſt Daphnuntem. locus munitiſſimus cui Cæneum Eubœæ promontorium opponitur in Occidentem ſpectans, ſinúmque Maliacum, &c. Vide tabulam decimam Europæ apud Ptolemæum & Strabonem lib. 9. Plin. lib. 4. c. 7.

cnemis, Bœotiæ mons, à quo Locri Epicnemidij, Strabo vrbi item Plin.

cneus, cognomen apud Romanos quod quidam à næuo deducitur, præpoſita C, litera. Quum autem id proferebant antiqui, inquit Priſcianus, G, pro C, efferebat,

cn. Aufidius Oreſtes, collega P. Cornelij Lentuli, anno ab vrbe 683.

cn. Bæbius Pamphilus, conſul cum L. Æmilio Paulo, anno ab vrbe 572.

cn. Calphurnius Piſo, conſul, cum M. Popilio Lænate, anno ab vrbe 615.

cn. Calphúrnius Piſo, conſul, cum C Cæſare Octauiano anno ab vrbe 731. Cl. Tiberio Nerone, anno ab vrbe 747.

cn. Cinna Magnus, cōſul, cum L. Valerio Meſſala, anno ab vrbe 757. Vide Cinna & Cornelius.

cn. Cornelius Aſina, conſul, cum C. Genutio Clepſina, anno ab vrbe 483.

cn. Cornelius Blæſius, conſul, cum M. Attilio Regulo Serrano, anno ab vrbe 496.

cn. Cornelius Cetegus, conſul, cum Cl. Minutio Rufo, anno ab vrbe 557.

cn. Cornelius Coſſus, Tribunus militum, anno ab vrbe 342.

cn. Cornelius Coſſus, conſul, cum L. Furio Medullino, anno ab vrbe 347.

cn. Cornelius Coſſus, conſul, cum M. Tullio Decola, anno ab vrbe 673.

cn. Cornelius Gallus, poëta Virg. amiciſſimus, qui in eius honorem ſcripſit decimam Bucolicorum Eclogam, quæ & Gallus inſcribitur: de cuius etiam laudibus finis libri primi Georgicorum totus contextus erat, quem poſtea ab Octauio coactus immutauit. Gallus enim antea Octauio ita familiaris fuerat, vt ab eo Ægypto præficeretur, à quo tamen poſtea per ſummam crudelitatem eſt interfectus.

cn. Cornelius Lentulus Clodianus, conſul, cum P. Licinio Craſſo, anno ab vrbe 657.

cn. Cornelius Lentulus conſul, cum P. Ælio Pæto, anno ab vrbe 553.

cn. Cornelius Lentulus conſul, cum P. Cornelio Lentulo, anno ab vrbe 736.

cn. Cornelius Scipio Aſina conſul, cum C. Duillio, anno ab vrbe 493.

cn. Cornelius Scipio Caluus, conſul cum M. Claudio Marcello, anno ab vrbe 532.

cn. Cornelius Scipio Hiſpalus, conſul. cum Q. Petilio Spurino, anno ab vrbe 578.

cn. Domitius Ænobarbus conſul, cum C. Quintio Flaminio, anno ab vrbe 561.

cn. Domitius Ænobarbus, conſul, cum L. Fannio, anno ab vrbe 932. & cum C. Caſſio Longino, anno ab vrbe 658.

cn. Domitius Ænobarbus, conſul, cum C. Soſſio, anno ab vrbe 721.

cn. Domitius Ænobarbus, conſul, cum Fur. Camillo Aruncino Scriboniano, anno ab vrbe 784.

cn. Domitius Caluinus, conſul, cum L. Cornelio Scipione, anno ab vrbe 425.

cn. Domitius Caluinus, conſul, cum M. Valer.

rio Meſſala, anno ab vrbe 701. & cum C. Aſinio Pollione, anno 714.

cn. Domitius Caluus, conſul cum P. Cornelio Dolabella Maximo, anno ab vrbe 470.

cn. Fabius Vibulanus, conſul, cum L. Quinto Capitolino, anno ab vrbe 335.

cn. Genútius Pauſa Tribunus militum, anno ab vrbe 357.

cn. Fuluius Centimalus, conſul, cum P. Sulpitio, anno ab vrbe 543.

cn. Fuluius Centumalus, conſul, cum L. Cornelio Scipione, anno ab vrbe 455.

cn. Fuluuius, Gentimalus, conſul, cum L. Poſthumio Albino, anno ab vrbe 525.

cn. Iulius Mento, conſul, cum Quinto Cinnato Pæno, anno ab vrbe 315.

cn. Lentulus Augur, conſul, cum M. Licinio Craſſo anno ab vrbe 740.

cn. Lentulus Getulicus, conſul, cum C. Caluiſio Sabino, anno ab vrbe 778.

cn. Lentulus Marcellinus, conſul, cum L. Mario Philippo, anno ab vrbe 498.

cn. Manlius Capitolinus imperioſus, conſul, cum M. Popilio. Lænate, anno ab vrbe 397. & cum C. Mario Rutilio, anno ab vrbe 399.

cn. Manlius Cincinnatus, conſul, cum M. Fabio Vibulano, anno ab vrbe 274.

cn. Manlius Volſo, conſul, cum M. Fuluio Nobiliore anno ab vrbe 565.

cn. Octauius, conſul, cum Titio, Manlio Torquato, anno ab vrbe 589.

cn. Octauius, conſul, cum Tito Annio Ruffo, anno ab vrbe 626.

cn. Octauius, conſul, cum L. Cornelio Cinna, anno ab vrbe 667. & cum C. Scribonio Curione, anno ab vrbe 678.

cn. Papyrius Carbo, conſul, cum P. Cornelio Cinna, anno ab vrbe 669. II. conſul cum eodem anno ab vrbe 770. III. conſul, cum C. Mario C. filio, anno ab vrbe 972.

cn. Pompeius Magnus. Vide Pompeius.

cn. Pompeius Strabo, conſul, cum L. Portio Catone, anno ab vrbe 765. Picentes Marſóſque in poteſtatem redegit. Vide Pompeius.

cn. Pompeius Strabo, conſul, cum C. Sempronio Alæſo, anno ab vrbe 560.

c. Seruilius Cæpio, conſul, cum Cn. Seruilio Gemino, anno ab vrbe 551.

cn. Seruilius Cæpio, conſul, cum Cn. Pompeio Nepote, anno ab vrbe 613.

cn. Seruilius Fidenas Tribunus milit. anno ab vrbe 370.

cn. Seruilius Geminus, cum C. Quintio Flaminio, anno ab vrbe 537.

cn. Seruilius Geminus, conſul, cum C. Seruilio Cæpione, anno ab vrbe 551.

cn. Vetúſius Geminius, conſul, cum T. Ebutio

Heluа, anno ab vrbe 255.

cnidus, inſula oppoſita Aſiæ, 1. Macch. 15. Act. 27. inſula Rhodi Heſy. & fluminis nomẽ. Ariſtid.

cnidus, ſiue Cnidos, vrbs inſignis in extremo cornu peninſulæ Cariæ adhærens, Praxitelis Venere imprimis nobilis. Hor. 1 car. Ode 30.

O Venus regina Cnidi Paphique.

hodie *Cabocrio*, quibuſdam Moletius *Chio* appellat.

cnopúpolis, vrbs Ionum, à Cnopo quodam, Erythra aliàs dicta, Steph. in Erythra.

cnoſſus, vide Gnoſſus.

C O

co, Ægypti vrbs. Ptol.

coa, oppidum in Arabia fœlici. Ptol.

coaſpis, vide Choaſpis.

coamani, Aſiæ populi. Pomp. Melæ.

coanca, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

cobandi, Germaniæ gens. Ptolem.

coboris, ſinus Arabici inſula. Plin.

coatræ, ſiue Coaſtræ, ſiue Coatræ, ciuitas ad Perſidem, iuxta quam ſunt arbores inauditæ magnitudinis. Plin. lib. 6. cap. 7. Pomp. Scythici: Alij populi Indiæ, Luc. lib. 3.

Æthera tangentes ſyluas liquere Coatræ, &c.

cobaras, natione Medus, magicæ artis profeſſione celebris habitus eſt, quo tempore Alexander bellum mouebat in Bactrianos. Auth. Curtius lib. 6.

cobę, Æthiopiæ emporiũ, in Aualite ſinu. Ptol.

coblius, vicus in Libyæ nomo. Ptol.

cobus, Colchidis fluuius, è Caucaſo monte erumpens, & aureis arenis abundans: vnde velleris aurei fabula à poëtis tantoperè celebrata originem duxit: ad quod conquirendum Iaſon in Colchidem multis erroribus, & vitæ periculis, vnà cum ſuis ipſius ſociis nauigauit. Apoll. Rhod.

cobrys, vrbs Thraciæ: Gentile, Cobrytes, Stephan.

cobuela, Mauritaniæ Tingitanæ locus. Stephan.

cobum, fluuius Colchidis è Caucaſo fluens per Suanos. Plin.

cocaba, Baſanitidis regionis vicus circa Palæſtinam. Epiphan.

cocala, Indiæ extra Gangem vrbs. Ptol.

cocala, locus Garmaniæ regionis in littore maris. Atrian.

cocalia, Ponti Cappadocici vrbs. Ptol.

cócalus, Siciliæ rex, qui Dædalum Minois iram fugientem hoſpitio ſuſcepit: quem cùm Minos illuc vſque perſequeretur, à Cocali filiabus fuit interfectus. Ouid. 8. Metamorph. Steph.

cócalum Dædali filium in camico imperaſſe ſcribit.

cocánicus, Siciliæ lacus, ex quo ſalem Cocanicum

nicum nominamus. Plin. lib. 31. cap. 7.

coccejus. Nerua, imp. Rom. Vide Nerua.

coccyum, Angliæ vrbs. Anton. *Coccley*. Camdeno.

cocconagæ, Indię intra Gangem populi. Ptol.

cocconagata, vrbs Sinarum, *Ctangenor*. Mercatori. Item vrbs Indiæ extra Gangem. Ptol.

coccygius, mons Peloponneſi, ad Inachum fluuium, antea Dyccius dictus. Plut. de fluminibus, Coccyx, à Pauſan. dicitur: vnde Coccygius Iupiter.

coccynum, promontorium circa Siciliam Appian.

coche Arabiæ deſertæ oppidum. Ptol.

cochlearia, Sardiniæ locus. Anton.

cochlúſa, inſula iuxta Liciam, à Cochleis quæ ibi inueniuntur. Steph.

cochryona, Thraciæ fluuius ad Chalcidiam. Hunc, ab quibus potum, nigros facere fœtus ſcribit Antigon. in mirabilib.

cocilſum, Myſiæ Aſiaticæ oppidum, Plin.

cocles, vir Romanus qui Porſenna rege, per Sublicium pontem tranſire conanti, ſolus hoſtium impetum ſuſtinuit, donec à tergo pons à ſociis frangeretur: quo facto, ſe cum armis præcipitauit in Tyberim. Et licèt vulnus acceperit in coxa, Tyberim tamen tranando ad ſuos peruenit. Vnde eſt illud ab eo dictum, cùm ei in comitiis coxę vitium objiceretur: Per ſingulos gradus admoneor triumphi mei. Valerius Maxim. lib 3. cap. 2. Liu. lib. 2. Virgil. quoque Æneid. 8.

Illum indignanti ſimilem, ſimilemq́; minanti
Aſpiceres, pontem auderet quòd vellere Cocles.

Vide Horatium.

cocoſſates, populi in Aquitania proximi Sibuzatibus, Vocatibus, Taruſatibus, Sontiatibus, Garumnis, ac Hiſpaniæ citeriori & Garumnæ fluuio, in Francorum regno ſiti.

cocoſſij. Mauritaniæ Tingitanæ gens. Ptol.

coctiæ, ſiue Cottiæ, dictæ ſunt Alpes à Coctio rege Gallorum domitore, qui in amicitiam Octauij receptus eſt. Incipiunt à Seguſia oppido & Tacito Coctianæ appellantur. In eo tractu ſunt, quos vulgò *Montenone*, *&* *Montcenys* vocamus.

cocundæ, Indiæ populi. Plin.

cocynthum, Italiæ promontorium, quod meridianam plagam ſpectans, Ionium & Siculum mare diſcriminat. Polyb. lib. 2.

cocytus fluuius Epiri, ad Cithyrum vrbem. Pauſan.

cocytus, inferorum fluuius, à Styge profluens, nomen habens ἀπὸ τοῦ κωκύειν, quod eſt gemere ac lamentari. Virg. 6. Æneid.

Cocyti ſtagna alta vides, Stygiámque paludem.

Claud. de raptu Proſerpinæ lib. 2.

—Preſſo lachrymarum fonte reſedit,
Cocytus, tacitis Acheron obtumuit vndis.

Hinc Cocytia dicta ſunt ſacra, quæ fiebant in honorem Proſerpinæ, quam Pluto rapuit, à Cocyto inferorum fluuio nominata, authore Porphyrio in illud Horatij in Epod.

Inultus vt tu Riſeris Cocytia Palæph.

codane, Gedroſia inſula Ptol.

codadónia, inſula vna ex Hemodibus in Germania in eodem ſinu, Mela. lib. 1. *Sceland* hodie.

códanus, ſuper Albim fluuium ingens ſinus, magnis, paruiſque inſulis refertus in Germania. Plin. libr. 4. cap 13.

coddura, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolem. *Gandanari*. Caſtaldo.

códera appellatur ager trans Tyberim, quod in eo virgulta naſcantur ad caudarum equinarum ſimilitudinem. Feſtus.

codraua, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolom.

codropolis, Illyriæ oppidum. Appian.

codrus, rex Athenienſium, qui pro patriæ ſalute, certiſſimæ ſe morti obiectauit: Reſponſum enim acceperant Peloponnenſes, Ita demum ſe imperaturos, ſi hoſtium regem non occidiſſent. Fefellit ergo eos habitu mendici, eóſq́; in ſuam necem per iurgia prouocando, à nullo cognitus, fecit fidem oraculo. vnde Virg. 5. Ecloga.

—ſi quos aut Phyllidis ignes,
Aut Alconis habet laudes, aut iurgia Codri.

Huius tanta fuit nobilitas, vt abierit in prouerbium, *Codro nobilior*, de eo dictum cuius maxima eſt generis nobilitas. Ab eo poſteri Codridæ dicti ſunt.

codrus, poëta quidam pauperrimus: cuius paupertas prouerbio locum fecit, vt dicamus. *Codro pauperior*. Iuuenal. Satyr.

Tota domus Codri rheda componitur vna.

codutæ, populi in India extra Gangem, Ptol.

coduzabala, Armeniæ minoris vrbs. Anton.

cœcila, Turdulorum vrbs in Bœtica, Ptol.

cœcinum, oppidum in ſinu Syllaceo. Mela. lib. 4.

cœculus, cognomento Saturnus Iunior, regnauit apud Aborigines anno ante conditam vrbem 807.

cœdamuſij, Mauritaniæ Cæſarienſis gens. Ptol.

cœla, eſt Atticæ regiuncula, Miltiadæ & Thucydidis ſepulchris nobilitata. Marcel. in vita Thucyd.

cœla, eſt ſinus Euboici locus, Liuius. Apud Valer. Max. lib. 1. c. 8. tractatus quidam hoc nomine deſcribitur inter Rhamunta nobilem Attici ſoli partem, Cariſtríumque, Chalcidico freto vicinum. Huic aſſentitur Strabo lib. 10.

cœlaletæ, Thraciæ populi. Tacit.

cœlerini, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. Ptolemæus.

cœle, Syriæ pars. Mela.lib.1 Hinc etiam Cœleſyria dicta eſt. Strab.lib. 16. Nomen ſortita eſt à concauitate. Nam & κοῖλος locus cauus dicitur. Pomp. Mela. libr. 1. Syria latè tenet littora, terráſque etiam latius introrſus aliis aliiſque nuncupatas nominibus: nam & Cœle dicitur, & Meſopotamia, & Damaſcene, Adiabene, & Babylonia, &c. Vrbes 14. ei adſcribit. Suidas. vide Syria. Hanc putat Poſtellus hodie *Bocn & Bocalbalbec* appellari, à *Balbec* vrbe quæ olim fuit Heliopolis.

cœlimontana, porta vrbis Romæ. Iunioribus *Aſinaria* vocatur. Hodie *S. Ioannis* nonnullis dicitur. Marlianus in ſua Roma.

cœlius, mons vnus è ſeptem vrbis Romæ, quem Tiberius Imp. (vt ſcribit in eius vita Suetonius) *Auguſtum* appellari iuſſit. Tacitus addit eum priùs *Querquetulanum* vocatum. Eundem *Tuſcum vicum* posteà dictum ſcribit Varro 4. de ling. Lat. *Maſtarna* olim appellatum à Tuſcis ex quadam vetuſta inſcriptione apparet: Hunc à Cœle Vibenna Hetruſcorum duce denominatum volunt.

cœles Vibennia, Hetruſcæ gentis dux, qui ſuppetias tulit Tarquinio Superbo.

cœlis, gens Attica. Heſych.

cœloen, locus in Chio inſula. Herod. 4.

cœlos, Thraciæ portus, Athenienſibus & Lacedæmoniis (inquit Mela. lib. 2.) nauali acie decernentibus Laconicæ claſſis ſignatus excidio. Apud hunc quoque portum, Miltiadis, & Thucydidis hiſtorici monſtrari tumulos Ammianus ſcribit.

cœloſſa, mons non procul à Phliunte oppido Phlieſiorum, & in cuius parte quadam, quam Carneatem vocari Strabo ſcribit, Aſopus fluuius oritur, vide eundem lib. 8.

cœmba, Ptolemæo: Gedroſiæ vrbs, hodie Cambaia, regni caput. Bœamba potius legendū.

cœnœum, Germaniæ vrbs in climate Septentrionali. Ptol. vulgò *Laubenburg*.

cœneum promontorium Eubœæ. Mela. l. 2. in deſcriptione inſularum maris mediterranei: Eubœa ad meridiem promontorium Gereſton: & Caphareum, ad Septentrionem Cœneum extrudit, & nuſquam lata, duûm millium ſpatium habet vbi arctiſſima eſt, cæterum longa, totique Bœotiæ oppoſita, anguſto freto diſtat à littore.

cœnoſus, portus. Strab. lib. 7.

cœnus 11. Macedonum rex, regnauit annis xxi. anno ante conditam vrbem 385.

cœos, vide Cea.

cœquoſa, Aquitaniæ vrbs, xvi. M. paſſ. ab aquis Trebellianis.

cœranus, fluuij nomen. Steph. in voce Adana.

cœranus, naufragus à delphino ſeruatus, vide hiſtoriam apud Plutarchum circa finem libelli. Vtrum terreſtria an aquatilia plus ſapiant.

cœſtoboci, Sarmatiæ Europææ gens. Ptol.

cœti, Aſiæ populi, ad Pontum Euxinum, circa Tibarenos. Xenoph.

cæus, Meſſeniæ fluuius præterfluit Electram vrbem. Pauſan.

cœus gigas, Titani (aliàs cœli) & terræ filius. Virg. lib. Georg. 1.

Cœumq́; Iapetumq́; creat Sæuumq́; Typhœa.

Hinc Cœa inſula in Ægæo.

cógamus, Lydiæ fluuius Plin. lib. 5. c. 29.

cogedus, Hiſpaniæ fluuius circa Bilbilim. Mar.

cognabanda, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

cognabara item.

cogni, Germaniæ populi. Ptol.

cointa, nobilis mulier ſub Dacio apud Alexandriam martyrio coronata, ann. ſalutis 251. lege Quinta. Euſeb. lib. 6. cap. 40. ex Dionyſij Alexandrini narratione.

colaca, Æthiopiæ promontorium ad ſinum Arabicum, Mela.

colaia, nomen viri, 2. Eſdr. Lat. vox, aut alleuatio Domini.

coláicum, Taprobanę inſulæ promontorium, Plin. lib. 6. cap. 12.

colada, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

colana, Armeniæ maioris oppidum, Ptol.

colancorum, Germaniæ vrbs. Ptolo. *Friduualde*, Villanouano.

colnia, Albionis inſulæ vrbs, in Dauniis Pto. *Coldingam*, Camdeno.

colapiáni, Pannoniæ populi, Plin. lib. 4 c. 25. iuxta quos Colapis fluuius in Saum influit: vnde & nomen acceperunt. Plin. lib. 3. cap. 39.

colabárſus, vide Colobroſus.

colarni, Luſitaniæ populi. Plin.

colaſſis, Lyſippi diſcipulus, qui Coloſſum Rhod. fecit, ſeptuaginta cubitorum altitudinis.

coláxes, Iouis & Oræ filius, Valerius Flaccus lib. 6. Argon.

colbi, Æthiopiæ ſub Ægypto gens. Ptol.

colchi, Cattorum emporium in India intra Gangem. Ptol.

colchis, idis, regio Aſiæ iuxta Pontum, regnū Æetæ regis, & Medeæ patria, Corace monte, (qui eſt Tauri pars) à Septentrione, ab Ortu Iberia, à Meridie Phaſide, ab Occidente Euxino Ponto clauſa. Huc ferunt Iaſonem cum Argonautis nauigaſſe, Medeæque artibus adiutum, aureum vellus inde retuliſſe. Eſt autem hæc regio venenorum feraciſſima: quæ res videtur locum feciſſe fabulæ, quam de Medeæ veneficiis comminiſcuntur poëtæ. Hora. 2. carminum.

Ille & venena Colchica,

Et quicquid vſquam concipitur nefas.

Tracta-

gitized by Goo

Tractauit.

colchinium, oppidum Dalmatiæ, à Colchis conditum, quod poſtea Olchinium dictum eſt. Plin.lib.3.c.12.

colchis, gentile fœmininum, quo poetæ vtuntur pro Medea, Ææræ Colchorum regis filia. Mart.lib.4.

Ignipedes poſſet ſine Colchide vincere tauros.

colduli, Germaniæ populi, ex quibus nonnulli intra Syluam Herciniam habitant, alij extra. Strabo lib.7.

colenda, Hiſpaniæ vrbs, circa Conuenas in Celtiberis. Appian.

colenis, Diana denominata eſt, à Coleno, qui ante Cecropen regnauit.

colentium, Illyrici inſula, à qua Colentini populi qui in Salonam coloniam iura petunt. Plin lib.3.c.21.22. alias Collentum legitur.

coletiani, Pannoniæ gens. Ptol.

coli, populi iuxta Caucaſum, inferiores autem Caucaſi partes, colici montes vocantur: regio, colica. Steph.

coli Phryges populi quidam Bœotiæ.Steph.

colia, pater Achab Ier.29.

colias, promontorium vel littus Atticæ, in vico Phalereo, vbi & Venus Colias. Eſt autem locus ibi ſimilis cruri humano. Gentile, Colius & Colias, fœm. gen. & colius, a, um. Steph. & Cæl, lib.4.c 18.

colicaria, locus inter Bononiam & Veronam. Anton.

cólidos, inſula in Oceano Indico, Veneri ſacra, quæ tantæ altitudinis eſſe perhibetur, vt illuc aues non adaolent.

colippo, Luſitaniæ oppidum. Plin.

collatia, oppidum in prima Italię regione ab Albanis (vt creditur) conditum, & à Tarquinio Superbo inſtauratū, collata eum in vſum à Pop. Romano pecunia: vnde & nomen putatur accepiſſe, vt refert Seruius enarrãs illud Virg.6.Æn.

Hi tibi Nomentum, & Gabios, vrbémque Fidenam.

Hi Collatinas imponent montibus arces.

Ex hac vrbe ortum traxit Tarquinius Collatinus, Lucretiæ maritus, qui primus poſt exactos reges cum Iunio Bruto factus conſul, paulò poſt non aliam ob cauſam, quàm quòd ex gente Tarquiniorum eſſet, magiſtratu ſe abdicare coactus eſt, & vitæ reliquum in exilio transfigere. Liu.lib.2.ab vrbe cond.

collatina, porta Romæ, à Collatio oppido dicta. Feſtus.

collatina dea, quæ collibus præſidebat.

collatinus, viri proprium, Lucretiæ maritus. Vide Collatia.

collatinus vnus ex ſeptem Romæ collibus.

collega, coſul cum Priſcino, an. ab vrbe 845.

collina, porta Romæ in colle Quirinali ſita (vnde & nomen accepit) non procul à Veneris Ericinæ templo. Ouid.4. Faſtorum.

Templa frequentari Collina proxima porta
Nunc decet à Siculo nomina rege tenent.

Eadem & Salaria vocatur: propterea quòd per eam ſalem ferebant Sabini. Corn.Tacit.Annal. lib.3.

collodis, inſula eſt Sardiniæ adiacens, de qua Plin.lib.5.c.7.

colmaria, vrbs Alſatiæ, vulgò *Colmar*.

coloa, Ptol. Æthiopiæ vrbs, ibidem palus.

colobon ſinus, Æthiopiæ promontorium ſub Ægypto Ptol.

colobona, Hiſpalenſis conuentus in Bætica vrbs. Plin.

colobroſſus, Ciliciæ aſperæ in Pamphilia oppidum. Ptol.

coloca, Africæ promontorium ad Arabicum ſinum. Mela.

colocaſiris, inſula in Azanio mari. Plin.

colocaſiæ, Mineruæ templum fuit in Sicyone. Cæl.lib.9.c.12.

colocaurum, Germaniæ vrbs. Ptol.

coloe, Æthiopiæ palus. Ptol. *Barcena*. Mercatori.

coloë, locus Lydiæ, quadraginta ſtadiis à Sardibus diſtans, qui & Gygæus à poëtis nominatur: iuxta quem & Dianæ templum fuit cognomento Coloenæ, vbi Simiæ ſolennibus diebus ſaltare dicebantur. Strabo lib 13.

coloe, huius nominis tres vrbes in Æthiopia Ptol. & Arrian. enumerant.

colone, vrbs in Phocyde, in Erythræa, in Theſſalia, in Meſſenia, teſte Strabone & Ptolemæo.

colomanus, rex Vngariæ fratrem ac nepotem occæcauit, vt regiæ dignitatis redderet impotes: itémque nepoti, cùm adhuc infans eſſet, teſtes exeri mandauit, ne qua hinc proueniret propago: ſed diuina nō defuit vltio. Nam Colomanus morbo repentino correptus eſt, adhibitoq; cataplaſmate eius temporibus, eductum eſt cerebrum certum lethi ſignum. Munſt.lib.4.Coſm.

colonæ, Troadis locus eſt non procul à Lampſaco, Mileſiorum Colonia, ſunt & aliæ Colonæ ad exteriorem partem Helleſponti, ſtadiis CXL. ab Ilio diſtantes. Strabo lib.13.

colone, Scopulus Aſiæ ad Boſphori Thracici littus; è regione Cyanearum, teſte Apollonio Argonautico, nunc corruptè vulgò, vt tradit Gyllius. *Cromniex* vocant.

colonia, oppidum, in quo Romani magiſtratus ex vrbe ciues traduxêre vel quod ſine traductione coloniarum iure donatum erat. Coloniarum autem huiuſmodi ratio erat: Quum in vrbe Roma multos ex veteribus nouiſq; incolis paupertate premi intellectum erat, adeò vt conges-

ſu[illegible] [illegible]iuendo non ſufficerent. Triumviri à Senatu creabantur, qui locis primùm conſideratis, in [illegible] Reip. expediret propugnaculum conſtitui, noua edicta proponebant, danda eſſe nomina ab illis qui nouam coloniam deduci vellent: ſicque vrbs pauperibus exonerabatur, & rei familiaris pondere grauati, ad nouas quibus indigerent diuitias gratis datas cum familia accedebant. Accipiebant enim duo, quatuor, ſex aut ſeptem agri iugera, & quandoque plura. Duo item genera coloniarum fuêre Romanæ & Latinæ. Omnes conſtabant à ciuibus Romanis in colonias exeuntibus. Romanæ dicebantur eæ, quæ iura ciuitatis Romanæ poſſiderent. Itaque ciues Romani ſemper erant, & ferendi ſuffragij habebant poteſtatem, cuius generis erant coloniæ multæ in Gallia Togata. Cic. Epiſt. ad Att. Videtur in ſuffragiis multum poſſe Gallia. Latinæ coloniæ dicebantur eæ, quæ ius Latij haberent, quod infra ius Romanæ ciuitatis erat. Plura de coloniis apud Hyginum, lib. de limitib.

colonia, vocatur vrbs quædam Angliæ, apud Antonium, quæ etſi ex diſtantia videatur eſſe *Sudburye*, nomen tamen *Colne* illi magis conuenire ſcribit Talbotus.

colonia Agrippinenſis, Vbiorum ciuitas præſtantiſſima, cis Rhenum fluuium ſita, ita dicta ab Agrippina Neronis matre, quæ vt ſociis quoque nationibus potentiam ſuam oſtentaret, in hoc oppidum, vbi genita erat, Coloniam ex veteranis militibus deduci imperauit. Tacit. l. 4. c. 11. Annal. vulgò, *Colongne ſur le Rhin*.

colonis, inſula eſt in ſinu Argolico, contra Hermicum agrum: Plin. lib. 4. c. 11. & Cæl. lib. 21. c. 22.

colonos, ager ſiue locus editus, non procul ab Athenis, in quem Œdipus Thebis exulans dicitur commigraſſe: vnde Sophocles tragœdiam de Œdipi calamitatibus conſcriptam, Œdipum Coloneum appellauit. Erat autem hic locus Neptuno ſacer, vbi etiam equeſtris eius ſtatua fuit, quemadmodum Theſei & Pirithoi, Adraſti, & Œdipodis. In hoc aggere fuit & Timonis turris, qui à ſolitudine, hominumq; odio, μισάνθρωπος cognominatus eſt. Pauſan. in Atticis. Pollux verò lib. 7. author eſt duo huius nominis loca in Attica fuiſſe, alterum ἵππειον appellatum, in quem confugit Œdipus: alterum in foro iuxta Eurysacium, ἀγοραῖος cognominatum. Cæl. Rhod. lib. 21. Cicero de finibus.

colopena, Cappadociæ pars eſt, Plin. li. 6. c. 3. eſt etiam vrbs Æolidis in Aſia minori, Ptolem. *Altoboſco* Alexandr. Zardo.

colophon, vrbs Ioniæ, nobilis oraculo Apollinis.

colophonij, nauales opes ſatis amplas habuere, & in equeſtribus certaminibus tantùm excelluere, vt victoriam ſibi certam pollicerentur quibus Colophonius acceſſiſſet æquitatus. Hinc factus eſt locus prouerbio, *Colophonem addere*, cùm ſumma operi manus imponitur. Ex hac vrbe nonnulli Homerum ortum volunt: vnde & Colophoniacus cognominatus à Virg. in Ciri.

Quæ Colophoniaco Scylla dicuntur Homero.

colophone, in Apollinis Clarij ſpecu lacuna eſt, cuius potu mira redduntur oracula, bibentium breuiore vita. Plin. lib. 2. c. 103.

colopiani, Pannoniæ populi. Plin lib. 25. c. 4.

colops magnus, Ptol. Zeugitaniæ prouinciæ vrbs, hodie *Giger*, regia ciuitas.

colobaſus, hæreticus, qui vitam omnium hominum in ſeptem ſyderibus conſiſtere affirmabat. Euſeb. Tertull.

colorina, Arabiæ deſertæ vrbs. Ptol.

coloſſe, ſiue Coloſſis. Strabo lib. 12. oppidum Phrygiæ prope Laodiceam, quod teſte Oroſio, temporibus Neronis cum Laodicea & Hierapoli vrbibus Aſiæ, terræ motu cecidit.

coloſſenſes, eiuſdem incolæ.

colotes, vir Teius, pictor. Quint. lib. 2.

colotes, Epicleti diſcipulus primarius, cuius dogmata Plut. libro edito ſolidè refutat.

colotes, ſculptor fuit eximius, cuius opus Æſculapij ſimulachrum ex ebore factum, aſpectu ſanè mirandum, in quodam Bœotiæ vico aſſeruari tradit Strab. lib. 8.

colpe, ciuitas Ioniæ regionis. Plin. 5. c. 29.

colpedi, Thracum vel Arabum populi: regio Colpidea. Steph.

colpite, vide Phœnice.

colſa, Armeniæ maioris vrbs. Ptol.

colta, Carmaniꝗ locus ad rubrũ mare. Arrian.

colthena, Armeniæ maioris vrbs. Ptol.

colubæ, Plinio populi inter gentes Indicas numerantur, lib. 6. c. 19.

colubraria, maris Mediterranei inſula, ſerpentibus ſcatens. Pomp. Mela. lib. 2. Plin. li. 3. c. 5. Græci Ophiuſam dixere, vulgò *Dragonera*.

columbanus, ex oppido Hiberniæ Columba ortus, adiunctis ſibi duodecim comitibus in Angliam & Galliam propagandi Euangelij & diſciplinæ Eccleſiaſticæ inſtaurandæ cauſa profectus eſt, & à Sigiſberto rege clementer exceptus, monaſterium Luxonienſe in Burgundia condidit. præceptor S. Galli, & S. Leodegarij fuit. Pulſus in exilium à Theodorico rege Galliæ, Sigiſberti nepote, cuius libidines vagas taxauerat, ad fratrem Theobertum fugit. Iſei prope lacum Brigantinum, vbi nunc vrbs S. Galli eſt, Hoſpitium præbuit. Capto autem Theoberto, ad Theodelindam in Italiam diſceſſit, relicto in Sueuia S. Gallo. Obiit in monaſterio Bobienſi ad Trebeam Fluuium anno Chriſti [illegible]. die 23. Nouembris.

Columba,

columbaria, inſula in mari Tuſco.

columella, cuius inſcriptio prænominis L. Moderatus Columella, Gaditanus genere, ſcripſit abſolutiſſimos libros de re ruſtica, temporibus Claudij principis.

columna regia, ciuitas in Brutio Mela lib. 2. Hunc locum Græci στυλίδα vocant, id eſt Columellam. Et turricula modo erecta, ex aduerſo turrem in Peloro ſitam reſpicit, hodie à multis appellatur *Stylurion*.

columnæ, paruæ inſulæ rubri maris. Plinius lib. 6. cap. 11.

columnæ Herculis, duæ eſſe perhibentur in Occidente: quia ex Oceano mare noſtrum intrantibus duo montes occurrunt, quorum alterum in Africa Abylam vocant, alterum in Europa Calpeo. Hos quondam iunctos perpetuo iugo fuiſſe finxerunt, ſed ab Hercule diremptos. Aliqui tamen hos montes procul ſpectantibus geminas columnas videri dicunt. Alij dicunt columnas Herculis in Gaditana inſula fuiſſe ex ære octo cubitorum, ad quas proficiſci ſolebant, qui nauigationem abſoluiſſent, tanquam Herculi ſacra facientes.

colura, Iberiæ ciuitas. Steph.

coluri, duo ſunt circuli in ſphæra, ſe mutuò ad angulos rectos ſphærales ſecantes ad polos mundi, & Zodiacum ita tranſeuntes, vt alter per principia Arietis & Libræ feratur: alter per principia Cancri & Capricorni: ita dicti ab imperfecta ſui conuerſione: à κόλος videlicet, quod eſt mutilum, mancum, imperfectum, & οὐρὰ cauda: quòd imperfecti omnibus qui ſub æquinoctiali non ſunt, & tanquam cauda præciſa apparent. Boeth de Arith. lib. 2. Macrob.

colytus, viri nomen, de quo vide in Diomia.

colycantij, Aſiæ propriæ gens, quæ interiit, Plin.

colymbarium, Sardiniæ promontorium. Ptol.

comagena, pars Syriæ ſupra Ciliciam in Ortum ſita, trans Amanum montem excurrens vſque in Meſopotamiam; à qua Euphrate fluuio dirimitur. Huius regionis incolæ Comageni dicti ſunt, haruſpicinæ olim peritia præ cæteris nobilitati. Iuuenal. Sat. 6.

Spondet amatorem tenerum vel diuitis orbi
Teſtamentum ingens calida pulmone columbæ
Tractato, Armenius vel Comagenus aruſpex.

comana, orum, ciuitas eſt in conuallibus Antitauri montis, inſigni Bellonæ fano celebris. Inde Comani dicuntur ſacri ſerui Bellonæ, quorum Strabo ſua ætate ſupra ſex millia fuiſſe tradit, qui omnes ſacerdotis imperio parebant, & ſtatis quibuſdam Bellonæ feſtis ſeſe mutuis laniabant vulneribus. Fuerunt & Comana pontica eidem deæ conſecrata, fani etiam exemplo à Comanis Cappadociæ ſumpto, in quo etiam ritu ſimili Bellonæ ſacra fiebant. Strab lib 12.

comana, ciuitas in Armenia minori, ad Sarum fluuium Ciliciæ. Procop.

comana, Taprobanæ inſulæ oppidum. Ptol. Alia item in Phrygia, & in Piſidia, eidem.

comania, Aſiæ regio, circa Hircaniã. Xenoph.

comani populi, à Ladiſlao Vngariæ rege apud lacum Hood victi, ann. ſalutis 1276.

comari, Aſiæ populi ſuper Scytharum deſerta, ad Caſpium ſinum. Mela. lib. 1.

comatus, portus eſt ad ſinum Ambracianum iuxta Nicopolim Iſthmum ſtadiorum ſexaginta efficiens, Strab. lib. 17.

comata, paſtoris nomen apud Theocritum.

comata Gallia, vide Gallia.

comata omnis Gallia vno nomine eſt dicta, inquit Plinius, Regnum Franciæ, vulgò *Royaume de France*, hodie vno quoque nomine indigitatur.

comazon, conſul, cum Antonino Auguſto, anno ab vrbe 982.

combana, Carmaniæ vrbs. Ptol.

combe, Aſopi filia fuit, quæ prima æneam armaturam dicitur inueniſſe, vnde & Chalcis eſt cognominata: à qua etiam Chalcidi vrbi nomen factum putatur. De hac nonnulli intelligunt hoc Ouid. lib. 7. Metam.

Adiacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis
Ophias effugit natorum vulnera Combe, vide Comoe.

combrea, vrbs circa Pellenem. Herodot.

combretonium, Angliæ vrbs, Anton. *Brettenhem* in Sulffolcia Camdeno.

combuſta, vrbs Galliæ Narbonenſis circa Pyrenæos montes. Anton.

comedæ, Sacarum gens. Ptol.

comenij, Illyridis populi. Ptol.

comenſes, à Como oppido Galliæ dicti. In agro Comenſi, iuxta Larium lacum, fons eſt largus, qui horis ſingulis ſemper intumeſcit, ac reſidet. Plin. lib. 2. cap. 103.

comerus Gallus, duxit Colonias in Italiam: nomen regionis à ſuo nomine impoſuit, legem ac iuſtitiam docuit. Beroſ. lib. 3.

comerus, Scytha: more Scythico, vnde venerat, docuit Italos vrbem curribus componere: hinc Veij appellati ſunt, vocabulo Sago, quo Veias Plauſtrum appellant, anno ante conditam vrbem 1360.

cometes, pater Aſterionis, vnus ex Argonautis. Valerius Flaccus lib. 1.

comfluenta, Arenacarum vrbs in Hiſpania. Ptolem.

comi, Bactrianæ populi. Ptol.

comidaua Daciæ oppidum. Ptol.

cominij, populi ex Æquicolis qui interierunt. Plinius.

cominium. Samnitum vrbs. Liu.

cominſena, Parthiæ regio, apud Ptol.

comiſena, Armeniæ maioris prouincia.

comenij montes, vulgò *les montagnes d'Auuergne*.

comias, Archon, ſiue princeps annuus Athenienſium 3. anno Olympiadis 53. quo Piſiſtratus tyrannidem occupauit.

comitia, orum, plurali numero conuentus populi ad creandos magiſtratus, leges ferendas & alia cum populo agenda: à comeundo appellata, ita enim veteres loquebantur, vel à coeundo Leguntur autem comitia conſularia, Prętoria, Quęſtoria, Tribunitia, Ædilitia: quibus ſcilicet conſules, Prætores, Quæſtores, Tribuni, Ædiles creabantur. Tria ferunt comitiorum genera, curiata, centuriata, tributa: nam quæ calata comitia legimus, ea ſunt vel curiata vel centuriata: ex eo quòd primis temporibus calandi verbum pro vocandi, vſitatum erat: curiata comitia erant, quum curiatim κατὰ φυλὰς, populus Romanus ſuffragia ferebat, centuriata, quum per centurias, ſiue centuriatim. Tributa, quum tributim, ſiue per tribus. Dionyſ. lib. 7. hiſtor. ſcribit in comitiis curiatis omnem poteſtatem creandi magiſtratus fuiſſe penes populum, in centuriatis penes diuites. Inde comitium, id eſt, locus comitiorum. De comitiis plura vide apud Manutium libr. de legibus Romanis.

commani, populi circa Margianam. Plin.

commenaſe, Indiæ fluuius in Indum effluens. Arrian.

commodus, conſul cum Priſco, anno ab vrbe 831. Oroſ. lib. 7. c. 9.

commodus, conſul, cum Cereali, anno ab vrbe 858.

commodus, M. Antonini filius fuit, patri diſſimillimus, cui etiam in imperio ſucceſſit. Vitam eius vide apud Herodianum libr. 1. De hoc ſic ſcribit Auſonius.

Commodus inſequitur, pugnis maculoſus arena
Threcidico princeps bella mouens gladio.
Eliſo tandem perſoluens gutture pœnas,
Criminibus faſſus, matris adulterium.

commone, inſula adiacens Epheſo vrbi. Plin. lib. 15.

commoni, Galliæ Narbonenſis populi. Ptol.

comoe, cognomine Chalcis, filia Aſopi. Step. Vide Chalcis, & ſupra Combe.

comon, ciuitas Galliæ Ciſalpinæ iuxta Latium lacum: hæc mediocris erat Colonia trans Padum, ſed Pompeius poſt Scipionem, & poſtmodum C. Cæſar eam auxerunt. Hinc Comenſes dicti ſunt eius incolæ. Plin. lib. 3. c. 7. vide infra Comum.

commóſicus, Getarum rex & pontifex, anno ab vrbe 719.

comopolis, Aſſyriæ oppidum. Ptol.

compaſim, Ægypti vrbs. Anton.

compendium, vulgò *Compiegne*, vrbs Galliæ Belgicæ, in Picardiæ prouincia, aliàs Carolopolis, quaſi Caroli ciuitas, quòd ipſam Carolus, cognomine Caluus, Francorum rex, repararit, auxerit, præſidiíſque munierit, Annales Franciæ.

compitalia feſta quæ in Compitis peragebantur, & compitalitius dies, in quo compita celebrantur. Perottus. A. Gellius libr. cap. 24.

complutenſes, Hiſpaniæ populi à Compluto vrbe. Plin. lib. 3. cap. 3.

complutica, Callaicorum oppidum in Hiſpania Tarraconenſi Ptol. *Compludo* etiamnum hodie vocari ſcribit Moral.

complutum, Carpetanorum vrbs & nobilis Academia in Hiſpania Tarraconenſi, vulgò *Alcala de Henares*.

compoſtélla, vrbs Hiſpaniæ.

compoſa, Hirpinorum vrbs, vel Lucanorum, Vel. Paterc. Ptol.

compſatus, fluuius eſt Thraciæ, non procul ab Abderis in Biſtonidem lacum influens. Herodot. lib. 7.

compſani, Hirpinorum populi in Italia. Plin. lib. 3. cap. 11.

compuſa, Bithyniæ oppidum, ad Thracij Boſphori anguſtias, ſitum non procul à Chalcedone. Plin. lib. 5. c. vlt.

comum, Ptolem. ciuitas Gall. Ciſalpinæ iuxta Latium lacum. Hæc primùm mediocris erat. Colonia trans Padum à L. Scipione deducta, deinde à Pompon. inſtaurata: poſtremò à Iulio Cæſare multis partibus aucta, miſſis eò 5000. colonis: quo tempore etiam pro Como, Nouum Comum cœpit appellari, & incolæ Nouocomenſes, qui antea Comenſes dicebantur. Meminit huius oppidi Plinius in noua regione Italiæ. lib. 3. cap. 17.

comus, Deus apud Ethnicos habitus comeſſationum, nocturnarúmque ſaltationum præſes: in cuius militia authorabantur iuuenes, qui coronati noctu cum faſcibus, muſicíſque inſtrumentis ad amicarum fores ſaltandi canendíque gratia concurrebant, procacitérque laſciuiebant, vt fores nonnunquam effringerent: quod optimè deſcribit Philoſtrat. *ἐν εἰκόσιν*. Imagine tertia. Hinc Crepalocomus, vinolentorum hymnus, apud Ariſtophanem in Ranis.

conadipſas, Scythiæ intra Imaum regio, Prolem.

conapſeni, Sarmatiæ Aſiaticæ gens.

conatus, Scotorũ rex 20. & omnium primus, qui à Scotis tributum & vectigal exegit: ob id in

in carcerem truſus, miſerrimè vitam cum morte commutauit. Hiſt. Scotiæ.

concana, Hiſpaniæ vrbs in Aſturia. Ptol.

concangium, Britanniæ inſulæ oppidum. lib. Notit. *Baronyof Kendal*. Camdeno.

concordia colonia, fori Iulij quondam vrbs, cuius hodie nihil extat, præter paucisſima tuguria. Sabellid.

concordia, Germaniæ vrbs inter Argentoratum & Bingium. Anton. *Kocheſberg*. Renano & Simlero.

concordia, Venetiæ oppidum non procul ab Altino & flumine Liquentia. Plin. lib. 3 c. 8.

concordia, Italiæ vrbs Carnorum. Plin lib. 3. cap. 1. & item Melæ & Ptolem. nomen adhuc durat.

concordia, Hiſpaniæ ciuitas, Ptol. & Concordienſes, Bæticæ populi. Plin. lib. 4. cap 22. & lib. 3. c. 1.

concordia, dea apud Rom. qui ædem Cn. Flauius conſecrauit in area Vulcani, ſumma inuidia nobilium, teſte Liuio lib. 9 ab vrb. cond. Cicero pro domo ſua: Si ſedem ipſam ac templum pub. conſilij religione Concordiæ deuinxiſſet. Cellæ concordiæ Cic. 2. Phil. Quum in hac cella Concordiæ (ô dij immortales) in qua me conſule ſalutares ſententiæ dictæ ſunt, &c.

concubienſes, populi Vmbriæ in Italia. Plin. lib. 3. c. 14.

condabora, Celtiberorum in Hiſpania oppidum.

condalus, Mauſoli Cariæ regis in Lycia præfectus, mirus pecuniæ emungendæ artifex: de quo tradit Ariſt. in Polit. quòd quum Lycios maximo comæ nutriendæ ſtudio teneri animaduerteret, occaſionem ſibi eam oblatam ratus, qua auri plurimum & ſibi poſſet congerere, & ad regem mittere, literas ſibi à Mauſolo allatas ſimulauit, quibus illi iuberentur comam tondere, & ad regem mittere, ſi tamen mallent aliquantulæ pecuniæ iacturam facere, ſe daturum operam, vt in Græcia comæ coëmerentur, & pro Lyciis ad regem mitterentur. Quam conditionem Lyciis auidè accipientibus, mirum dictum quantam eo commento pecuniæ vim extorſerit.

condatæ, Angliæ vrbs, Ant. *Congleton* vulgò.

condate, Belgicæ ciuitas. Anton.

condate, Rhedonum vrbs in Gallia. Ptol. *Rhenes en Bretaigne*.

condigrammus, Carmaniæ oppidum. Plin. lib. 6. c. 23.

condiuicuum, vide Namnitæ, vulgò *Nantes, ville capitale en Bretaigne*. Ptolem. libro ſecundo, cap. 8. Eutrop. & Cæſ. lib. 3. bell. Gall.

condochates, Indiæ flumen in Gangem erumpens. Arrian.

condoúndus, Alemanorum rex, fines Gallorum cum Videmaro vaſtauit, Ammian. libro decimoquarto.

condruſi, Belgarum populi inter Eburones (qui nunc Leodienſes ſunt) Segnos & Treuiros (quorum erant clientes) Menapiis Moſæ fluuio & ſyluæ Arduennæ finitimi: gente, nomine & numero Germani, apud quos eſt ad ripas Moſæ oppidum ab Anton. Pio conditum, & Benefacta appellatum. Cæſar. in Comm.

condyba, Lyciæ vrbs. Ptol.

cone inſula exigua, non procul ab oſtiis Iſtri fluminis Lucan. lib. 3.

Et barbara Cone
Sarmaticas vbi perdit aquas.

condylea, Arcadiæ vrbs. Pauſan.

congêdus, amnis Celtiberorum, erumpens circa Bilbilim, qui per agri planitiem fluens, exiguum lacum efficit, tepentibus aquis ſalubrem. Martial. lib. 1.

Tepida natalis lene Congedi, vada,
Melleſque Nympharum lacus.

confluentia, vrbs ſita in eo loco, vbi Moſella Rheno miſcetur, vulgò *Coblentz*.

conga, Indiæ intra Gangem oppidum. Ptol.

congauata, vrbs inſulæ Britanniæ. lib. Notit.

conguſtus, Galatiæ vrbs. Ptol.

coniaci, Hiſpaniæ populi circa Cantabros.

coniades, ſcriptor Græcus, cuius opus de vini apparatu citat. Plin. lib. 14. c. 19.

conica, Paphlagoniæ vrbs. Ptol.

conij, Hiſpaniæ populi ad Herculis columnas, Polyb. Cunei, Appiano.

conimbrica, Luſitaniæ oppidum. Plin. lib. 4. c. 21.

coniſaltus, deus apud Athenienſes, qui ſimili ferè ritu colebatur, quo apud Lampſacenos Priapus. Author Strabo lib. 3.

coniſci, Hiſpaniæ populi in Cantabria, Strab.

coniſium, Tetraniæ oppidum, non procul à Caico fluuio. Plin. lib. 5. c. 30.

conſtorſis, vrbs Hiſpaniæ citerioris in tractu Celtico. Strab. lib. 3.

coniſum, Myſiæ Aſiaticæ oppidum. Plin.

conna, Phrygiæ maioris vrbs. Ptol.

cono, LXXXI. Pontifex Rom. imperauit menſibus XI.

conon, inſignis mathematicus, patria Samius, qui ſeptem de Aſtrologia libros edidit. De hoc accipiendum eſt illud Virgilij, Eclog 3.

In medio duo ſigna Conon, & quis fuit alter
Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem?

Propertius,

Me creat Archytim ſoboles Babylonius Orops
Oron, & à proauo ducta Conone domus.

conon, Athenienſium dux, quem Reſpub. ſua omnibus inſulis præfecit: pòſt prælio victus à

Lyſandro Lacedæmoniorum duce, ſponte abiit, in exilium ad Artaxerxem Perſarum regem, cuius auxilio patriam, cui ſeruitutem attulerat, reſtituit in libertatem. Plutarch in Lyſandro.

Cononienſes, populi prouinciæ Narbonenſis, lib.3.c.4.

Cononis aræ in Æthiopia ad ſinum Arabicum. Steph.

Conopas, minimæ ſtaturæ nanus fuit duorum pedum & palmi altitudine, quem India Auguſti neptis in deliciis habuit. Plin. libro 17. cap.14.

cónope, vrbis nomen, Suidas, Stephano Acarnaniæ vrbs eſt. Gentile, Conopæus, Conopites, & Conopeus.

conopium, locus in Mæotide palude eſt, vbi aiunt lupos (nimirum piſces) cibo à piſcatoribus accepto capturam eis cuſtodire: ſi quam verò iniuriam ſibi fieri ſuſpicentur, retia & piſces populari. Gentile, Conopius, Conopicus. Antigonus in mirabilibus.

conopon, Diabaſis inſula eſt iuxta quartum Iſtri oſtium, quod Pſeudoſtoma appellatur. Plin. lib.4.c.12.

conouium, Angliæ vrbs. Anton.

conradus, Imperator Friderici filius, qui veneno à medicis Manfredi (qui imperio ſucceſſit) pecunia corruptis dato periit.

conradinus Imperator, Conradi filius fuit, cuius tam impudica vita fuit, vt vxorem comitis Caſertani deperierit, qua vt potiretur, virum honoris ſpecie ablegauit.

conſabrum, oppidum, inter Liminium & Tolerum Anton.

conſaburenſes, populi Hiſpaniæ citerioris. Plin.lib 3.c.3. *Conſuegra* Morali.

conſedie, Galliæ Belgicæ oppidum. Anton. Cuſſiacum, Simlero.

conſentes dij dicti ſunt, quaſi in eo quod gerendum eſt conſentientes: à Cicerone alio nomine dij maiorum gentium quaſi inter omnes alios principatum obtinentes, ad differentiam illorum qui minorum gentium dicebantur. Et hi erant duodecim, mares ſex, totidem fœminæ, quos Ennius hoc diſticho eſt complexus,

Iuno, Veſta, Minerua, Ceréſque Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Conſenius, Ianus dictus à conſecrando ſeu propagando genus humanum. Palep. lib.2.

conſentia, ſacra quæ ex multorum conſenſu inſtituta ſunt. Feſtus.

conſentia, Calabriæ vrbs, à Roberto Guiſcardo capta, anno ſalutis 1068. *Conſenza* hodie.

conſéntia, Brutiorum ciuitas, Plin. lib.3.c.5. vnde Conſentini.

conſilinum, Italiæ oppidum, Tarentino vicinum, Mela.lib.2.

conſoranni, populi Galliæ Aquitanicæ. Plin. lib.4.

conſtans, Conſtantini & Conſtantij frater, collega imperij Magnentij, qui comes ordinum Auguſtæ Germaniæ vrbis erat, inſidiis haud longè ab Hiſpanis in oppido Helenæ occiſus eſt, Caſſ.Pomp.Oroſ.Eutrop.Tripart.hiſt. li.4.c.37.

conſtans, Cæſar ex monacho à patre factus à Gerontio Viennæ occiſus fuit. Pōp.in Theod. Oroſ.lib 7.c.40.Diac.lib.13.Blon.lib.1.decad.1. anno ab vrbe 1164.

conſtans, Græcorum Imperator, pater Conſtantini Pagonati, in Sicilia interfectus

conſtans, Imper. Conſtantini magni filius, cum fratribus Conſtantino & Conſtantio, imperium tenuit, iiſque mortuis, Magnentium Conſtantis interfectorem duobus ingentibus præliis victor ad necem compulit, cum Perſis infœliciter pugnauit, quos cùm iterum adoriri ſtuderet, in itinere periit.

Conſtantia, ciuitas ad Rhenum, vide Ganodurum.

Conſtantia, Cypri vrbs, aliàs Salamis dicta, & alia Britanniæ, à Conſtante nominata. Gentile, Conſtantiates. Alia item inter Helueticos ad Rhenum.

Conſtantia monialis, Northmanni regis filia, quam Pontifex Henrico VI. Friderici filio, Romanorum Imperatori, in monaſterio Panormi agentem vxorem dedit Blond. lib.6. anno ſalutis 1191.

Conſtantia caſtra, Amm. Marcell. *Conſtance en Normandie* quibuſdam.

Conſtantina, Numidiæ metropolis, vide Cirta, nomen hoc etiamnum retinet. Eſt quoq; Conſtantina, Phœniciæ vrbs. Euſebio.

Conſtantina, vide Nicephorium.

Conſtantinopolis, vrbs à Conſtantino ædificata, vel vt alij, ampliata, in finibus Thraciæ, tam commodo loco, vt nemo. vltro citroq; traiectiones Aſiæ, Europæque facere poſſit, inuita Conſtantinopoli, cùm ſit velut pons ac porta vtriuſque orbis. Hanc Græci hodie *Stimbolli*, Turcæ, *Stambol*, id eſt, amplam & regiam ciuitatem appellant. Tribus ex partibus alluitur, mari. Ab Aquilone ſinu Cornu nũcupato, quem in Europam inſinuat Boſphorus: ab Oriente cingitur Boſphori extremis faucibus: à Meridie, Propontide: ab Occidente, terra Thracia. Forma eius ab omnibus ferè triangula dicitur: quanquam tamen ob laterum curuaturas, quarum duo extrema cornua arcum efficiunt, verius tricornis habetur. Peninſulam occupat ſeptem colles complectentem. Huius deſcriptionem integram & interiorem ornatum vide apud

Digitized by Google

pud P. Gillium, qui rerum Conſtantinopolitanarum libros 4. conſcripſit. Vide etiam *Byzantium*. Gentile, Conſtantinopolites, Stephanus, *Lygos* anteà dictam ſcribit Plinius. *Antoniam* à Seuero & eius filio Antonino Impp. & *Anthuſam* à Magno Conſtantino vocatam tradit Euſtathius, *Aghios & Æ:huſa* quoque aliquando nominatam dicit Volaterranus, *Noua & Secunda Roma*, hiſtoricis etiam ſæpiùs vocatur Mario Nigro Apoley.

conſtantinus Magnus, Conſtantij Cæſaris & Helenes filius, primus ex Rom. imperatoribus Chriſti cultum ſectatus, aliquot annis cum Licinio imperauit, Chriſtianorum hoſte acerrimo, quem poſtea non vlla magis de cauſa ſæpius victum interfici iuſſit. Multa alia præclara fecit, ſed nihil memorabilius, quam quòd Romani imperij ſedem Byzantium transtulit quam vrbem à ſuo nomine Conſtantinopolim appellauit. Euſeb.

conſtantinus II. Conſtantini Magni filius, cùm fratri collegæ imperii bellum inferret, iuxta Aquileam eſt interfectus. Caſſiod. Eutrop. Oroſ.

conſtantinus III. Romanorum imperator, à Martina nouerca extinctus eſt. Blond.

conſtantinus Pogonatus Romanorum imperator, fratres pueros, ne ad imperium adſpirarent, naribus mutilauit.

conſtantinus Copronymus, Romanorum imperator, non minus impietate, quàm crudelitate inſignis.

conſtantinus VI. Romanorum Imperator, cum Irene matre imperauit annis IX.

conſtantinus VII. Imperator Conſtant. imperauit annis XXXIX. Luith. lib. 3. c. 7.

conſtantinus VIII. Græcorum imperator, imperauit annis LIII. cum fratre Baſilio.

conſtantinus, Scotorum Rex anno ſalutis 924

conſtantinus XXXVI. Pontifex Roman. anno ſalutis 706.

conſtantinus Monomachus, Conſtantinopol. imperator, anno ſalutis 1044.

conſtantius imperator Ro. pater Conſtantini Magni, Chlorus cognomine princeps moderatiſſimus in Gallia & Hiſpaniis imperauit, Galerio Maximino Italiam obtinente.

conſtantius, apud Britannias tyrannus, ad Gallias tranſit. Diac. lib. 3. Oroſ. li. 7. cap. 4. Pompon. in Theo anno ab vrbe 1160.

conſuanetes, inter Alpinas gentes, Plinio numerantur, lib. 5. c. 20. Conſuantæ. Ptol.

conſuarani, populi in prouincia Narbonenſi. Plin. lib. 3. c. 4.

conſul, Tutor annuus erat Rom. Reipublicæ, publici conſilij princeps. Summum, erat apud Romanos dignitatis faſtigium, poſt exactos reges à Iunio Bruto primùm introductum ducenteſimo quadrageſimo quarto ab Vrbe condita anno. Dicti autem ſunt conſules à conſulendo, ſiue quòd Reip. conſulerent, ſiue quòd à ciuibus conſulebantur. De eorum officio plura apud Feneſtellam li. de Roman. Magiſtratibus.

conſus, conſiliorum deus putabatur, qui ideò templum ſub tecto circo habebat, vt oſtenderetur tectum eſſe debere conſilium. Hinc conſualia feſta, quæ fiebant in honorem Conſi. Liuius li. 1. Ludos, ex induſtria parat Neptuno equeſtri ſolemne, Conſualia vocant, vide Plutarc. in Romulo.

conſygne, es, Nicomedis Bithyniæ regis vxor ob laſciuiorem cum viro locum à cane lacerata Plin lib. 8. c. 40.

contadeſdus, Thraciæ fluuius, qui Thearo auctus influit in Agrianem: Agrianes autem in Hebrum, qui iuxta Ænum oppidum in mare influit Herod. lib. 7.

conteſtania, Hiſpaniæ citerioris regio, in qua ſita eſt Carthago noua. Fortè quæ hodie vulgò *Cocentayna*. Plin. li. 7. c. 3.

continuſa, inſula Hiſpaniæ adiacens freto Gaditano, aliis nominibus Gadita & Tarteſſus dicta. Plin. lib. 4. c. 22.

contoſolia, Hiſpaniæ vrbs XII. M. paſſ. ab Emerita. Anton.

contributa Iulia, Beturiæ oppidum in tractu Celtico inter Berum & Anam fluuios. Plin. lib. 3. cap. 1.

conuenæ, vulgò *Commingeois*, Aquitaniæ populi, ad Pyreneum montem vergentem. Plin. lib. 4. c. 19.

coons. Homero lib. Ilia. 11. primogenitus filiorum Antenoris, qui quum Iphidamantis fratris mortem ab Agamemnone, illatam vindicare vellet, mediam Agamemnonis manum ſubire cubitum lancea transfixit, atque ab eo interfectus eſt.

coos, ſiue Cos, ſiue Coum, ſiue Co, inſula in mari Ægæo, ſeu vt quidam aiunt, Icario, Rhodo proxima, & Cariç oppoſita, quę olim magna fuit, & optimè habitata, aſpectuq; iucundiſſima eò nauigantibus. Ambitu eis quingentis, & quinquaginta ſtadiis clauditur, tota fertilis & optimo vino abundans. Solent in hac inſula fieri veſtes tenuiſſimæ ex bombyce ad fœminarum ornamentum quæ Coa vocabantur. Fuit item in ea Æſculapij templum auguſtiſſimum. De Iunonis æde nemo ignorat, adeò clara, vt de eius inſignibus librum ſcripſerit Theodorus, author Vitru. lib. 7. Eſt inibi pectunculus piſcis inſigniter ſapidus Varroni celebratus, vt teſtatur Gellius, Græcis κῶς, & κῶς dicta. Plinio quoque Cea dicitur. vide Matth c. 15. & infrà in voce Cos.

coos, vrbs in inſula Coo, eiuſdem inſulæ ca-

Digitized by Google

put antiquitus Aſtypalæa vocata, dicta à Coo, Meropis filia, quæ ibi regnauit. Strabo ſcribit nouem gentes & quinque millia oppidorum eſſe, quorum nullum ſit minus Coo Meropide. Cous, adiect. vnde Hippocrates medicus diuinus, & Appelles pictor egregius, Coi dicti ſunt. Sinius medicus, Philetas poeta ac orator: Nicias Coorum tyrannus, Ariſton Peripateticus, & Theomneſtus, vir in Reipublicæ adminiſtratione, inprimis clarus, qui contrarias Niciæ in Repub. partes fouit.

copa, vide Mopeta.

copæ, locus in Græcia apud Orchomenon Bœotiæ, iuxta Cephiſum amnem, qui facit lacum Copaidim, aliàs Leuconidem dictum. Stepha. à Copeo Aputei filio dictum ſcribit. Apateum autem Oncheſti, hunc Neptuni filium eſſe. Plin.lib.4.c.7.

copias, Bœotiæ lacus & fluuius in Græcia, quem Pauſanias Cephiſſidem appellat. Strabo item vrbis nomen, in eodem tractu. Suidas.

copar, Arabiæ felicis vicus. Ptol.

cophanta, Carmainæ portus. Ptolem.

cophántus, mons ſemper ardens apud Bactros Indiæ populos. Plin.lib.2.c.106.

cophen ciuitas, eadem quæ Arachoſia: inde Cophenius, Gentile.

cophes, Aſiæ fluuius in India, in amnem Indum influens. Pomp. lib.3. Item oppidum à Semiramide conditum, quod & Arachoſia appellatur. Plin.lib.6.c.23.

copiæ, vide Thurini.

copon, ciuitas populoſiſſima iuxta Thebias in Ægypto, à Diocletiano capta, & ſolo æquata, anno ab Vrbe 1043.

copônius, rector Iudææ datus ab Auguſto, regnauit annis 21.

coppenhagen, vrbs metropolis regni Daniæ. Lonius Haffnia.

copras, monachus, diuinum habuit donum, ſanitatem conferendi, depulſis morbis, & dæmones expellendi. Sozom.lib.8.c.1.hiſt.trip.

coptus, oppidum Thebaidis, Plin.lib.7.ca.5. commune Ægyptiorum & Arabum emporium, vergens ad mare rubrum, vicinas habens cautes, è quibus eruuntur ſmaragdi. Iuuenalis Sat.15.

Ceſta ſuper calida referemus mœnia Copti.

Eſt & Armeniæ Tephricæ vicinum oppidum. Cedren. Rhamnuſius in aromatum itinerario exiſtimat Coptum ἀπὸ τ̃ κόπτειν dictam eſſe vrbem quę hodie Gana ſiue Chana nuncupatur, & eſt ſita ſupra Nilum, diſtans à Myos hormo, qui hodie Coſir dicitur ſex aut ad ſummum ſeptem dierum itinere. Vide Gulielmum Stukium in annotationibus ad Periplum maris Erythræi.

cora, filia Ardonei & Perſephones. Vide plura de dictione Cora apud Cæl.lib.7.c.15.

cora, ciuitas quam Dardanus ædificauit, à qua Corani dicti.

corata, Arabiæ Petreæ oppidum. Ptol.

coraceſium, primum Ciliciæ caſtellum, in petra prærupta poſitum, quo Diodorus cognomento Tryphon receptaculo vſus eſt, quo tempore Syriam à regibus deſciſcere fecit, aduerſus quos bellum gerebat, interdum ſecundo euentu, interdum aduerſo. Strab.lib.14.

coracéſius, pars Lauri montis.

coracij, regio in Æthiopia ſub Ægypto. Vbi maxima Indicarũ arundinum multitudo. Strab.

coracinſij, Sardiniæ populi. Ptol.

coracium, mons iuxta Colophonẽ in Ionia. Strab. Item locus circa Byzantium. Dionyſ.

coracodes, portus Corſicæ inſulæ. Ptol.

coracos petra, id eſt, Corui ſaxum, locus in Ithaca. Steph.

coraconnéſus, inſula Libyca. Steph.

coralius, Phrygiæ fluuius, qui alio nomine Sangarius dicitur. Plin.li.6.c.1. Vide ſangari.

coralli, populi Pontici, immanitate inſignes. Ouid.lib.4.de Ponto.

Hic mea qui reticem flaui niſi ſcripta Corallis.

corambis, promontorium Paphlagoniæ in Ponto haud longè ab amne Parthenio.

corancali, Indiæ extra Gangem populi. Ptol.

çorani, Italię populi à Dardano Troiano orti. Plin.

coranitæ, Arabiæ fœlicis populi. Plin.

coras, vide ſupra Catilius.

coraſeni, populi Aſiatici. Herod.li.2.

coraſiæ, maris Ægei inſula. Plin.

coraſius, mons imminens Antiochiæ, Xiphilin in Troiano.

coraſphi, gentes Scythiæ intra Imæum. Ptol.

corax, antiquiſſimus rhetor Siculus, primus artẽ dicendi & pręcepta cõſcripſit. Cicer. in Bruto, Primus etiã extitit, qui artẽ dicendi mercede profeſſus eſt. Tiſiamq; ea lege inſtituendũ ſuſcepit, vt mercedis partẽ præſentem numeraret, reliquã tum demum perſolueret, quum in iudicio cauſa perorata, victoriã reportaſſet. Quum itaq; Tiſias non parũ in arte profeciſſet, cauſam tamen nullã reciperet, idq; fraude facere videretur, ne reliquum mercedis præceptori perſolueret: Corax hominẽ in ius vocat, cauſamq; omnem in hoc dilemma confert: Diſce, inquit, ſtultiſſime adoleſcens, vtroq; modo futurum quod poſtulo, ſiue viceris, ſiue condẽnatus fueris. Nam à victore merces mihi ex pacto debebitur: quũ ita inter nos conuenerit, vt quum primã ex iudicio victoriã reportaſſes, reliquum mihi mercedis perſolueretur. Sin ego vicero, nihilominus iudicij laqueis teneberis, vtpotè ſententia iudicum condemnatus, Ad hæc Tiſias [illegible] quit, tu potius diſce, præceptor [illegible]

neutr

neutro modo futurum quod poſtulas. Nam ſi tu viceris, ex pacto nulla tibi debebitur merces: quandoquidem ita conuenit, vt eam tum demum perſoluerim: quum cauſa perorata victor diſceſſiſſem. Sin ego vicero, quid quæſo expectes à victore iudicum calculis abſoluto? Quibus auditis, iudices adoleſcentis ingenium admirati, feruntur acclamaſſe, κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν, id eſt mali corui malum ouum, alludentes nimirum ad Coracis nomen quòd Latinis coruum ſignificat. Alij Protagoræ hoc adſcribunt. Vide Aulum Gellium in noctibus Atticis.

corax, montis nomen in Sarmatia Europæ, & vrbs Tauricæ Cherſoneſi. Ptolem.

corax, fluuius in Caucaſeis montibus originem habens. Ptol.

corax, ſiue coras qui cum fratre Catyllo Tybur in Italiam conſtituit, teſte Seruio apud Virgilium in illo Æneid. 7.

Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,
Catillúſque, acérque Coras, Argiua iuuentus.

corax, interfector Archilochi poetæ in bello quodam. Hic quum fortè ſciſcitatum Apollinis oraculum veniſſet Delphos, ab eo tamquam impius ac ſceleratus eiectus, verum cum ille multis verbis ſeſe excuſare conatus, culpam omnem in fortunam & varios bellorum euentus reieciſſet, veniámque à Deo imploraſſet, flexit numen, acceptoque ab Apolline reſponſo, iuſſu eius Tænarum profectus, manibus Archilochi parentauit, tanta erat eo tempore vatum & poetarum maieſtas. Perottus.

corax, oppidum in Volſcis.

coraxi, Colchidis regionis populi. Plin lib. 6. c. 5. & Pomponius lib. 1. Coraxorum lana à Strabone laudatur.

coraxicus, mons Tauri montis pars. Plin. lib. 5. cap 27. Pompon. Mela. Multitudinis numero ſcripſit.

coraxas, mons qui à Septentrione Colchidem claudit.

corbána. Perſa à Chriſtianis victus, fugatus, cæſúſque ingenti prælio, in quo perierunt C.M. Barbarorum, Blond. lib. 4. decad. 2. anno ſalutis 1099.

corbaſa, Pamphiliæ vrbs Ptol.

corbeuntus, Tectoſagum vrbs in Galatia regione. *Corbeus* Antonino vocatur, vt credit Simlerus.

corbiana, Elymæorum prouincia, Strabo.

corbilum, emporium Galliæ ſuper Ligerim, Strabo. *Nantes* fortè.

corbio, in Sueſſeranis oppidum Hiſpaniæ Corbenæ, Mediæ populi. Polyb.

corbulo, Syriæ proconſul ſub Nerone Tyridatem Parthum fudit, fugauítque: Artaxta capta, exuſta, & ſolo æquata. Tigranem Armeniæ regem deſignauit. Tacit. libro decimo tertio.

corce, Armeniæ minoris vrbs, Ptol.

corcoba, Taprobanæ vrbs. Ptol.

corcoras, fluuius Nauponto vicinus, & in Sauum ſe immiſcens. Strabo.

corcyra, inſula maris Ionij, non procul ab Epiro Vlyſſis naufragio & Alcinoi hortis nobilitata, ita dicta ab eiuſdem nominis Nympha. Aſopi filia, quam Neptunus ibi compreſſit, cùm prius Scheria & Phæcia diceretur. Nunc eſt ſub ditione Venetorum, nomine *Corfou* ante aliquot annos à Turcis magna claſſe diu obſeſſa. Plin. lib 4. & Luc. lib. 2.

Hinc latè patet omne fretum, ſeu vela ferantur
In portus Corcyra tuos ſeu leua petatur
Illyris.

Eſt & alia eiuſdem nominis inſula cognominata Melæna, id eſt, nigra 20 paſſuum millibus ab iſta diſtans, Plin. lib. 3. c. vlt.

corcyra Melæna, i. nigra, Hadriatici maris inſula. Plin.

corcyris, vrbs Ægypti. Steph.

corcyropolis, Corcyræ inſulæ oppidum, Niger.

corda, Albionis vrbs Selgouarum. Ptolemæus.

cordes, fluuius, qui Daram Perſarum vrbem interfluit.

cordilio, philoſophus Stoicus Pergamenus omnium principum ac regum amicitias ſpernebat. Hunc Cato Vticenſis in Macedoniam, cum exercitu miſſus precibus exoratum in caſtra ſecum duxit, magnam ſe putans adeptus, palmam, qui hominem ſeueriſſimum è ſententia dimouiſſet. Volater. lib. 14.

corduba, Bæticæ Hiſpaniæ vrbs clariſſima, vtriuſque Senecæ & Lucani patria. Author Martialis apud Licianum.

Duóſque Senecas, vnicúmque Lucanum
Facunda loquitur Corduba.

Quanquam Cicero cordubenſes poetas irridet in Oratione pro Archia. A Corduba, Cordubenſis conuentus dicitur. Plin. cordubenſis agri fertilitas, & diues cultus ſcriptoribus laudatur. hodie *Cordoua*. Plinius tradit Coloniam patriciam cognominatam, quod etiam Amb. Moralis, ex eius antiquis marmorum inſcriptionibus oſtendit. Sed & Auguſti imperatoris æreus nummus videtur cum literis, colonia Patricia.

corduení, gens circa Hircanum mare, Plinio quondam cardúchi inſulæ dicti. Diod. lib. 4. habet Carduchos montes inter Mediam & Armeniam.

cordulæ, portus Themyſcyrenæ regionis. Pli. libr. 6. cap. 4. ad mare Euxinum circa Ceraſum oppidum verſus colchidem. Ibi templum S.

Digitized by Google

Phocæ primi Pontici Epiſcopi fuiſſe, Chalcondylas libr. 9. teſtatur ſic autem, fortè hic portus appellatus eſt à Cordylis piſcibus, quorum ibi magna copia.

cordus, inter præceptores Alexandri Mammeæ nominatur.

cordus, Cremutius, declamator nobilis. Tranquillus in Caligula.

cordus, populus Hiſpaniæ Tarraconenſis in ora Mediterranei maris, ad pyrenæos montes, teſte Sexto Auieno.

cordus hiſtoricus, qui Imperatorum vitas conſcripſit, cui vitio vertitur, quòd eorum, qui obſcuriores eſſent, minima etiam proſequeretur. Capitolinus.

cordylus, vrbs Pamphiliæ Steph.

cordyluſa, inſula circa Rhodum. Plin.

core, Cereris filia, à κόρος, i ſaturitas, dicta. Ceres enim producit materiam, quâ nutrimur & ſatiamur.

core, filius Iitshar filij Caath. Exod. 6. ob ſeditionem contra Moſen excitatam, hiatu terræ cum tabernaculo abſorptus eſt. Filius item Hebron ſic vocatur primo paralip. ſecundo Sic & filius Eſau ex Oolibama vxore. Geneſ. 36. Lat. Caluus vel Canities, ſiue glacies, vel gelu.

core, filius Iomma, paral. 9 & 26. & 2. paral. 31. Lat. volans, vel legens, aut perdux.

coreb, mons regionis Madian, eſt iuxta ſinum Arabiæ imminens. Bocat.

cornelius Panſa, conſul, cum Aciolo Aciola, anno ab vrbe 874.

coreſſa Helladis, id eſt, Græciæ inſula. Plin. li. 4. cap. 12.

coreſia Minerua ab Arcadibus nominata. Cic. lib. 3. de Natura Deorum.

coretas, paſtor fuit, qui omnium princeps ex afflatu eſt vaticinatus. Cæl. lib. 8. cap. 16.

coretus, Mæotis lacus ſinus, in quem alueo naturali per Nomadas & Hylæos influit Hypanis. Plin. lib. 4. cap. 12.

corcura, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

corſinium, Pelignorum metropolis, vulgò *Pentinia o campi di Santo Pollino*. Strab. lib. 5.

corſinienſes, Pelignorum populi. Plin. lib. 3. c. 12.

coriaólla, vide Corioli.

coria, Albionis oppidum in Dauniis. Ptol.

coribantus, & Curetes Gnoſſum condiderunt, qui modulatas in armis ſaltationes repperere. Euſeb.

coricæ, inſulæ duæ, ante Peloponneſum. Plin. lib. 4. cap. 12.

coricondame, prope Sinopem eſt: Gentile, Coricondamitis: vnde & Palus Coricondamitis. Steph.

corilla, vide Corioli.

corinæum, Mimantis montis promontorium in India. Ptol.

corindius, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

corinea, Maioris Armeniæ regio. Ptol.

corinium, Ptolemæo, Dalmatiæ vrbs, hodie Corninium.

corinium, Britanniæ vrbs, alio nomine claudiani caſtra. Ptolem. hodie *Cleceſtria*.

corinna, poetria doctiſſima, ab Ouidio Naſone plurimum adamata, eiúſque carminibus ab obliuionis iniuria vindicata.

corinna, Thebana, ſiue Tanagræa. Archelodori filia & Myrtidis diſcipula, quæ Pindari ætate floruit: ipſúmque Pindarum canticis vicit: ſcripſit libros quinquaginta, & Epigrammata. Suidas & Pauſanias.

corinna Theſpia, veterum & ipſa monumentis plurimùm celebrata. Suid.

corinnus, Ilienſis verſificator ante Homerum, qui primus, vt quidam volunt, ſcripſit Iliada, vigente adhuc bello Troiano. Scripſit autem literis Græcis inuentis tunc primum à Palamede, cuius fuit diſcipulus: ſcripſit & Dardani contra Paphlagonas bellum: ab eo putatur Homerus habuiſſe omnem operis materiam. Suid.

corinthus, Iouis filius. Pauſ. lib. 2.

corinthus, mõs eſt præruptus in Corintho vrbe iiſdem mœnibus cõcluſus, in quo arx fuit nomine Acrocorinthus & Pirene fons Muſis ſacer.

corinthius, & Corinthienſis, adiectiua quæ id habent inter ſe diſcrimina, vt Corinthij ſint, qui Corinthum inhabitant, aut qui ex Corintho nati ſunt: Corinthienſes, qui alibi nati ſunt, ſed Corinthi negotiantur.

corinthia vaſa dicuntur ex ære Corinthio fuſa, quæ olim tanto in pretio habita ſunt, vt ſæpè argenti, interdum auri æſtimationem excederent. æris autem Corinthij non naturalis erat: ſed artificio quæſita nobilitas, auro argentóque permiſto, quæ commiſtio caſu contingit, confuſis nimirum ex Corinthij incendio metallis, Cicer. lib. 2. Tuſcul. Scis igitur, ſi quid de Corinthiis tuis amiſeris, poſſe habere te reliquam ſuppellectilem ſaluam.

corinthiacus ſinus, alio nomine Criſſæus, & mare Alcyonium Straboni. *Golfo de Petras*, dicitur Sophiano: *Ripa deſtria* à nautis nominari, ſcribit Niger.

corinthiarius à Suetonio poſitus eſt pro amatore nimio corinthiorũ vaſorum. Cæl. li. 21. c. 25.

corinthus, vrbs Achaiæ ferè medio Iſthmi Peloponneſiaci ſita (Iſthmos autem Græci vocant anguſtias, quibus à peninſula ad continentem eſt aditus) ab ortu Saronicum, ab occaſu Griſſæum ſinum habens, qui & Corinthiacus dicitur duobus inclyta portubus, quorum Lech[illegible] nio, Schæus Ægeo imminet mari, vnde & Bimarem[illegible]

marem Corinthum poetæ peculiari epitheto appellarunt. Ouid. 4. Faſtorum.

Adriacúmque patens latè, bimarémque Corinthum

Horat. lib. 2. carm. Ode 6.

Laudabunt alij clarã Rhodon, aut Mitylenem,
Aut Epheſum, bimariſve Corinthi mœnia.

Dicta autem putatur Corinthus, à Corintho Maratonis: ſiue (vt alij malunt) Pelopis filio, qui illam euerſam inſtaurauit, cùm antea Ephyre diceretur. Hæc Græcarum omnium vrbium clariſſima fuit, atque ob ſitus opportunitatem in tantam excreuit potentiam, vt ne Romanæ quidem vrbi cederet, tantúmque in faſtum euaſit, vt Corinthij pop. Ro. legatos iniurioſiùs appellare, & (ſi Straboni credimus) etiam, ſordibus perfundere non dubitârint. Quare commoti Patres, cùm etiam antea creſcentem in dies vrbis potentiam ſuſpectam haberent, bellum illi inferendum cenſuerunt. Miſſus itaque in Græciam L. Mummius Corinthum obſedit, tandémque captam incendit, ſolóque æquauit, adeò vt vix vllum tantæ vrbis reliquerit veſtigium. Quo incendio confuſis metallis inuenta eſt miſtura æris pretioſiſſimi, quod ab vrbis huius nomine Corinthium appellârunt. Apollodorus author eſt fuiſſe & alias hoc nomine dictas ciuitates, quarum vna fuit in Theſſalia, altera in Epiro, tertia in Elide. Stephano hæc quondam nuncupata fuit Epope, Pagos, Ephyra, Heliopolis, & Acrocorinthus, hodie adhuc *Corintho*, vt Sophianus, vel *Corantho* vt Moletius tradunt, appellatur. Colonia Iulia Corinthus ex nummo eſt apud Onuphrium.

coriolânus, vir Illuſtris Rom. quem Cicero multis in locis cum Themiſtocle confert. Siquidem vterque cùm ciuis egregius fuiſſet, populi ingrati pulſus iniuriâ, ſe ad hoſtes contulit, conatúmque iracundiæ ſuæ morte ſedauit, Coriolani vitam pluribus perſequitur Plutarch.

corioli, vel Coriolla, oppidum in Latio: &, Coriolani populi Coriolorum incolæ, Plin. lib. 3. cap. 4. Steph.

corios, circa Carmaniam fluuius. Mela.

coriouallum, oppidum inter Iuliacum & Traiectum inferius. Anton. *Vualckemburh*, Simlero.

coris, mons eſt Theſſaliæ ſerpentes producens, qui Dipſades dicuntur.

coriſſia, oppidum & nauale Coi inſulæ, Stephan.

coriſſus, vrbs Epheſiæ. Hinc Coriſſius, Coriſſites. Strabo.

coriſſus, oppidum & nauale Coi inſulæ. Stephanus.

coritaui, Albionis inſulæ populi. Ptol. Lincolnienſes. Lhuido.

corius, mons in Vmbria, Dion. Halicarnaſſ. *Monte Corno*, Leandro.

corium, locus in Creta ἀπὸ κόρης τινός, id eſt, à puella quadam dictus. Ciuis, Coreſius, & Coreſium Stagnum, & Mineruæ Coreſiæ templum, à κόρη deducunt, à κόρελοι verò κορελιός.

coritus, mons Hetruriæ, à Corito rege Electræ viro: & Dardani patre, vnà cum oppido in eo exiſtente denominatus.

carmalos, fluuius Troiadis in conuentu Adramytteno, Plin. lib. 5. c. 30.

cormanum, Iazygum Metanaſtarum Vrbs. Ptol.

cormaſa, vrbs Pamphiliæ. Liu. Ptol.

corna, Cappadociæ in Lycaonia Vrbs. Ptolemæus.

cornabui, Albionis inſulæ populi. Ptol.

cornacum, Pannoniæ inferioris oppidum Anton. *Zara*, Simlero, *Karoſca* Lazio, *Batha*, Nigro.

cornauij, Albionis inſulæ populi. Ptolem. *Cornvval*, Anglicè Lhuido.

corne, collis ſuburbanus agri Tuſculani, qui olim lucum habuit faginum, antiqua religione Dianæ conſecratum. Plinius lib. 3. cap. vltimo.

corneates, populi Pannoniæ. Plinius libro 3. cap. 25.

cornelia, matrona nobiliſſima, eadémque eloquentiſſima, Sempronij Gracchi vxor, & Tiberij & Caij Gracchorum mater, & maioris Africani filia: à Valerio Maximo laudatur quòd matronæ Campanæ ornamenta ſua pulcherrima oſtentanti non aurum, non gemmas, non denique veſtes oppoſuerit, ſed liberos, qui maxima ſunt matronarum ornamenta. Iuuenalis Satyra 6.

Malo venuſinam quam te Cornelia mater
Gracchorum, ſi cum magnis virtutibus affert
Grande ſupercilium, & numeras in dote triumphos.

cornelia, P. Seſtij vxor. Cic. 5. Epiſt. Famil.

corneliánus, conſul, collega Perpetui, anno ab vrbe 989.

cornelius xx. Romanorum Epiſcopus, anno ſalutis 151.

cornelius iv. Antiochenæ Eccleſię Epiſcopus, anno ſalutis 124.

cornelius Aſina, cùm fundum emiſſet, ſponſorque pretij ab eo expeteretur, poſtero die aſinam ſacculis pecunia plenis onuſtam in forum adduxit pro ſponſore, vnde cognomentum accepit Macrobius.

cornelius Balbus, genere Gaditanus, C. Cæſaris familiaris, & præfectus fabrûm. quem cùm de ciuitate in periculum vocaretur, Cicero & Pompeius defenderunt. Extat pro eo Ciceronis oratio

Digitized by Google

Cornelius Centimalus, & Sulpitius Galba, conſules.

Cornelius Coſſus Tribun. milit. in exercitu Volumnium Lartem Veientem regem occidit, ſecundáque opima ſpolia Ioui Feretrio retulit. Coſſos autem eos qui rugoſi ſunt, & aſpera facie, à ſimilitudine Vermium qui in ligno nutriuntur, Feſtus dicit vocari.

cornelius Epitadius, L. Cornelij Syllæ Dictatoris libertus, librum quem Sylla de ſuis rebus geſtis imperfectum reliquerat, ſuppleuit. Tranquillus.

cornelius Gallus, poeta elegiographus Forojulienſis. primùm ſummus Octauij amicus, ſed poſtea ſuſpicione coniurationis, cùm in eius odium impegiſſet, ſibi ipſi mortem conſciuit, anno ætatis XLIV. Ouidius libro tertio Eleg.

Sanguinis atque animæ prodige Galle tuæ.

Euphorionem Græcum tranſtulit in Latinum ſermonem, & amorum ſuorum de Cytheride conſcripſit libros quatuor. Fuit autem amicus Virgilij, adeò vt quartus Georgic. à medio vſque ad finem eius laudes teneret, quas poſtea iubente Auguſto in Ariſtei fabulam commutauit. Gallus amauit Citheridem meretricem, libertam Volumnij, quæ eo ſpreto Antonium euntem in Gallias eſt ſecuta, propter quod dolorem Galli videtur conſolari Virgilius in Bucolicis Ecloga decima. Cytheridem quam deperibat, mutato nomine, Lycorin vocauit.

Gallus & Heſperiis & Gallus notus Eois,
Et ſua cum Gallo nota Lycoris erat.

cornelius Lentulus Cethegus, conſul, collega M. Bæbij Pamphili, anno ab vrbe 573.

cornelius Merula, conſul, contra Boios in Galliam miſſus duodecim millia hoſtium cecidit. Liuius de bello Macedonico, libro quinto.

cornelius Merula, ſuperioris nepos, flamen Dialis partium Syllanarum, ingreſſo vrbem Mario Iouis æde, venis ſuccisis, ſe necando mortis contumelioſæ damnationem effugit: ſacerdotiſque ſui ſanguine foci vetuſtiſſimi maduere. Valerius de Morte.

cornelius Nepos Ciceronis tempore, vir diſertus, vitas illuſtrium virorum ſcripſit, quarum tantùm Pomponius Atticus extat. Huic Valerius Catullus Veronenſis opus ſuum dedicat, vt indicat epigramma totius operis Catulliani primum.

Cui dono lepidum nouum libellum, Corneli tibi, námque, &c.

cornelius Secularis, II. conſul, collega Iun. Donati, anno ab vrbe 1012.

cornelius Seuerus, inter poetas Epicos ab antiquis authoribus relatus eſt. Ingenio fuit magno, & in ſcribendis verſibus facili. Conſtat eundem fuiſſe verſatum in declamationibus qua in re ingenium ſuum atque eruditionem maximè probauit. A. Fabio Quintiliano ita commendauit, vt verſificator quàm poeta melior habitus ſit. Scripſit inter alia multa de bello Siculo, quod ab eo abſolutum non eſt propter immaturam mortem. Quòd ſi abſoluere potuiſſet, meritò ſibi ſecundum locum vindicaſſet, vt idem Quintilianus author eſt. Extat eius carmen illud, quo eleganter defleuit M. Ciceronis interitum:

Oráque magnanimûm ſpirantia penè virorum,
In roſtris iacuère ſuis, ſed enim abſtulit omnes,
Tanquam ſola foret rapti Ciceronis imago.

cornelius Tacitus, hiſtoricus eximius, floruit tempore Claudij Tiberij Neronis anno ab Vrbe 767. vſque ad Flauij Veſpaſiani tempus anno ab vrbe 822. Fuêre multi alij Cornelij: nam hoc commune fuit cognomen Scipionum, Lentulorum, Cethegorum, Syllarum, Bulborum, Curetarum, &c. quos vide ſuo loco.

cornelius Centurio Romanus, à D. Petro Apoſtolic. ſacroſancto lauacro Cæſareæ tinctus fuit, Act. Apoſtol. capite 10. & ibi primus Epiſcopus, omniúmque gentium, qui crediderint, meritò extitit primitiæ, quòd primus Spiritu Sancto repletus fuerit. Origenes ſuper Num.

cornenſij, Sardiniæ populi Ptol.

cornetus, campus in agro Faliſco via campana. Vitruu. lib. 8. c. 3.

corni, Italiæ in Latio populi. Halicarnaſſ.

corniaſa, Galatiæ vrbs. Anton.

cornicli, montes Italiæ, propè Tibur. Halicarnaſſ.

cornicularius, vt Sigonius exiſtimat, fuit miniſter tribuni militaris, qui vigilias tribuni loco circumibat, atque eius imperia Corniculo edebat. Valer. Max. cap de Pudicitia: M. Lætorio tribuno militum Cuminius tribunus plebis diem ad populum dixit, quòd Cornicularium ſuum ſtupri cauſa appellaſſet. Frontius libro 3. Tanquam tribuni Cornicularius vigilias excitauit. Suet. de viris illuſtrib. M. Scaurus primo in Hiſpania Corniculo meruit, &c.

corniculum, Latij oppidum. Halicarnaſſ. Liu. 1 lib. Corniculus. Steph.

cornificius, iiſdem temporibus in poetica floruit, quibus in ſcribendo hiſtoria Salluſtius, Lucceius, & Cornelius Nepos in vrbe præſtiterunt. Fuit ingenio eleganti & lepido, atque in ſcribendis epigrammatis verſatus: ſororem habuit Cornificiam, vt ſcribit Euſebius, cuius carmen in magno pretio habentur. Fuit & Cornifi...

Digitized by Google

nificius Ciceronis paternus amicus & collega, ad quem multæ extant ipſius Ciceronis epiſtolæ, lib. 12. epiſt.

cornificia, ſoror Cornificij, Romana poetria, epigrammata varia ſcripſit. Cæl. lib. 14. c. primo.

cornifius ager, Samnij regionis, li. Coloniar. ei Samnites vicini.

cornua duo Italiæ, Plin. lib. 3. c. 5. & Mela. 2. c. 4. eius promontoria ſunt, teſte Salluſt. Brutium & Salentinum.

corniger, Bacchus dictus eſt, quia ſimulachra Liberis pactis cornua adijciebantur, quòd vini potu truces redduntur, & tunc, vt ait Satyricus, ſumit cornua pauper. Bicornigerum vocat Horat. Alij quia Bacchus idem cum ſole eſſe cenſetur. Radij autem ſolares inſtar cornuum ab antiquitate expreſſi ſunt: Vide Macrobium in Saturnalibus. Imò & apud Ebræos Radij Cornua vocantur.

corninium, vide Corinium.

cornicarum diuarum locus trans Tyberim erat Cornicibus dicatus, quòd in Iunonis tutela Cornices eſſe putabantur.

cornus, Sardiniæ inſulæ in Mediterraneis vrbs, Ptol. quæ Carnoſa etiam apud Antonium vocantur, vt annotat Simlerus. *Corneto* hodie Ortelio.

cornu, Byzantium Straboni oppidum iuxta Byzantium. *Galata* antiquis quoque dictum tradit Sophianus. Sed hoc negat Gyllius in ſuo Boſphoro. Sed *Sycas & Sycodas* appellatum ait. *Syras* ſuo tempore *Iuſtinianus* nuncupatas ſcribit Euſtathius & Stepha. *Pharos* aliquando nominatum ex his Marcellini verbis videtur: *promontorium Ceras prælucentem nauibus vehens conſtructam celſiùs turrem: quapropter Pharos appellatur* lib. 22. *Pera* vocari hodie tradit Sophian. Sic etiam vocat Tzerza & Nicephorus. *Galata* à Turcis hodie nominari percipitur ex his qui has partes luſtrarunt.

cornûtus, Leptites genere (eſt enim Leptis Africæ ciuitas) emicuit Romæ ſub Nerone interfectus demum ab eo vna cum Muſonio philoſopho. Multa eius ſcripta tam in Philoſophia quàm Rhetorica feruntur. Natura magis quàm ſtudio iuuabatur. Erat ſine liberis, humanitate alioqui tanta, vt diſcipulos ex ea cauſa plurimos ad ſe minùs quàm doctrina alliceret. Suidas.

cornutus, Prætor vrbanus Romæ, Ciceronis temporibus, de quo ſic ſcribit Epiſt. libro decimo. Placuit nobis, inquit, vt ſtatim ad Cornutum Præt. vrbis literas deferremus: qui quòd Coss. aberant, conſulare munus ſuſtinebat more maiorum. Item ad Atticum lib. 1. Epiſt. 9. Bonis vtimur. Trib. pleb. Cornuto verò pſeudocatone.

coromanne, vide Coromane.

corocondama, vrbs in peninſula eiuſdem nominis inter Mæotidem paludem & Pontum Euxinum ad os Boſphori, Plin. *Corocondametis* lacus eſt ibidem quoque Straboni.

corocondames, vicus eſt ad Boſphorum Cimmerium, oppoſitum habens vicum Panticapenſis agri, nomine Accam, qui ſeptuaginta ſtadiis freto diiungitur. Strabo. lib. 11.

corodamum, Arabiæ fœlicis promontorium. Ptol.

corœbus, filius Mygdones, qui incenſus amore Caſſandræ, quam Priamus ei deſponderat, poſtremis belli Troiani temporibus ad Troiam venit, ſocero & Phrygibus laturus auxilium fruſtrà ei ſuadente ſponſa, vt in patriam reuerteretur, certiſſimóque exitio, quòd toti vrbi imminebat, ſeſe eriperet, cuius verbis cùm fidem non adhiberet, poſtrema illa nocte qua Ilium cecidit, à Penaleo quodam Græco fuit interfectus. lib. 2. Æneid.

Iuuenisque Corœbus
Mygdonidis, illis qui ad Troiam fortè diebus
Venerat, inſano Caſſandra incenſus amore.

Vide prouerbium Stultior Corœbo.

corœbus, curſor optimus, Elidenſis qui à Neoptolemo interfectus eſt in Caſſandræ nuptiis. Pauſan.

corolamus, Boiorum regulus Marcelli copias fudit, anno ab vrbe 558.

corona, Arabiæ fœlicis oppidum, in rubro litore. Plin.

coromane, vrbs ad ſinum Perſicum: Gentile, Coromanius. Steph.

coromanis, Arabiæ felicis vrbs. Ptol.

corona, ſignum cœleſte ſupra humerum Arctophylacis, eſt nomen conſtitutum ſtellis in orbem diſpoſitis, cum Scorpione exoriens, occidens autem ex oriente cancro. Fabulantur poëtæ hanc Ariadnes, Minois Cretenſium regis filiæ coronam fuiſſe; quam illa in Dia inſula Libero nubens, à Venere dono accepit, cùm dij omnes in eius nuptiis bona conferrent. Vnde & Cnoſſia Corona paſſim à poetis appellatur. Virgil. lib. 1. Georg.

Ante tibi Eoæ Atlantides abſcondantur,
Cnoſſiáque ardentis decedat ſtella coronæ.

Vide Ariadna.

corone, hodie vocatur vrbs Tranſyluaniæ: quæ olim *Sarmizegetuſa*.

corone, vrbs Peloponneſi Meſſeniorum, Plin. lib. 4. c. 55. oppidum Achaiæ, à quo Coroneus ſinus. Strab. lib. 8. eam coronam appellat, de qua ſic refert: Corona, vrbs eſt mari vicina, & hanc nonnulli Pedaſum à poeta nominatam eſſe inquiunt. Gentilia eadem fere, quæ à Coronea fiunt.

corone, pars Salaminis in Cypro & tertia

quædam, à qua coronitæ: item vrbs Bithyniæ, Steph.

coronæa, vrbs Bœotiæ, à Corono Therſandri filio. In hac talpa nulla apparet, cùm alioqui per totam Bœotiam talpæ ſint. Et ſi quis aliunde in Coroneam regionem inferat, viuere non poſſunt. Altera ciuitas eſt Peloponneſi, Sicyonis & Corinthi. Tertia, Phthiotidis. Eſt etiam caſtellum Ambraciæ. Quarta, Cypri ciuitas.

coroneus, ſinus Achaiæ: ſic à Corone eiuſdem regionis oppido dictus. Plin. lib. 4. cap. 5. Sinus, inquit, Aſinæ ab oppido Aſine. Coroneus à Corone.

coronis, nidos, alio nomine Arſinoe, Nympha, Phlegyæ, vel vt alij tradunt. Leucippi filia, quæ cùm forma eſſet non ineleganti, Apollini placuit: à quo & vitiata, & grauida facta eſt. Verùm cùm poſtea Iſchidi cuidam Theſſalo, mutuo eius amore capta, ſui copiam faceret, à Coruo deprehenſa eſt, ex quo cùm Apollo amicæ perfidiam cognouiſſet, telis eam confodit: puerúmque (qui poſtea Æſculapius appellatus eſt) ex vtero eius exemptum, Chironi Centauro tradidit educandum. Ouid. lib. 2. Metam.

Pulchrior in tota, quàm Lariſſea Coronis
Non fuit Æmonia, &c.

Vide latiùs in dictione Æſculapius.

coronis, Dea eſt, quæ in Sicyonia colitur, cuius tamen ſimulachrum, peculiare templum habeat nullum: ſed quum ſacrificij accedit tempus, id in Palladis transferunt ſacraria, honoréque proſequuntur.

coronta, vrbs Acarnaniæ, Thucyd. lib. 2.

coronus filius Lapithæ. Vide Philaida.

coronus, Aſiæ mons: Ptol. *Baſaraſi* à Caſtaldo nominatur.

coronus, Therſandri filius. Pauſ.

coronum, oppidum à Venetis ſubactum. Blondus lib. 6.

coropaſſus, Lycaoniæ pagus in Aſia minori. Strabo.

coropæ, vrbs Theſſaliæ, vbi Coropæi Apollinis oraculum cuius meminit Nicāder. Sed videtur legendum Oropæus. Orope enim Eubœæ ciuitas eſt, Apollinis templo clariſſima. Stephan.

corozaim, ais Hieronymus, in Ecloga. Galileæ oppidum, nunc deſertum, in ſecundo lapide à Capharnæo. Luc. 10. Matth. 11.

corpicenſij, Sardiniæ inſulæ populi. Ptol.

corpilli, populi Thraciæ. Plin. lib. 4. c. 11.

corrha, Armeniæ maioris oppidum, Ptol. & vrbs Perſidis. Eidem.

corrhagium. Macedoniæ vrbs. Liu.

corſæ, locus Ciliciæ, vnde Corſacus hircus apud Cratinum. Heſych.

corſeæ, inſula Ioniæ è regione Sami, apud Herodianum Corſia ſcribitur, Gentile, corſeates. Steph.

corſi, Sardiniæ populi, ex corſica oriundi, Pauſ. corſij. Ptol.

corſia. Bœotiæ oppidum. Pauſa.

corſica (inquit Plin. lib. 3. c. 6. inſula in mari Liguſtico, ſed Tuſco propior à Septentrione in meridiem proiecta. Diſtat à Sardinia ſtadiis 60. inter Italiam & Sardiniam ſita. Huius inſulæ longitudinem afferunt milliaria 160. latitudine 70. à Cyrno Herculis filio dicta eſt κύρνος, vt placet Fabio pictori, cùm antea Therapine nominaretur: à Corſica verò muliere, cuius Taurus ex continenti in eam inſulam tranauerat nomē quod habet, retulit. Scribit Strab. captos à Romanis inſulæ huius homines in admiratione fuiſſe, quod diri, hiſpidi, inhumani, ferino aſpectu viderentur. Notiſſima eſt vino præſtante, durante etiamnum nomine, inter quam & magis meridianam Sardiniam, auguſtum mare interfluit. Ptol. lib. 3. cap. 2. cingitur ab occaſu quidem & Septentrionibus mari Liguſtico: ab ortu autem Tyrrheno, à meridie pelago, quod inter ipſam & Sardiniam interiacet. Scribit Strabo Corſicam malignè coli, aſperam & plurimis in partibus inacceſſibilem adeo, vt qui eius montes habitant, ex latrociniis vitam degant, immanitatéque feras ſuperent. Hinc factum eſſe, vt cùm Romani imperatores in eos irruant, magnum ſeruorum gregem captum aduehant. Corſicæ forma apud Ptol. 6. Europæ tabula depingitur. Athenæus tradit Corſicæ incolas ideo longæuos eſſe, quod mellis cibo, quo plurimum abundant, vtantur aſſiduè. Quod alicui mirum videri poteſt, cùm eius inſulæ mel ob taxi copiam, venenatum ſit, vt eſt teſtis Ouid. Eleg. 1.

Mella ſub infami Corſica miſit apis.

Præterea Seruius grammaticus Corſicana mella eſſe amara ſcribit, explicans illud Virgil. Georgic. lib. 4.

——hinc cæli tempore certo,
Dulcia mella premes.

corſis, inſula eadem quæ Corſica: Gentile, Corſi. Steph.

corſote, vrbs magna (in Armenia) à Maſca flumine circumdata. Xenoph.

corſtopitum, Britanniæ vrbs, Anton. *Morpith* Camdeno *Corbrige* eſt Talboto, ſuper Tinam fluuium.

corſura, inſula in medio ſinu Carthaginienſi. Strabo.

corthaca, vel Corgatha, Indiæ extra Gangem vrbs. Ptol. ad ſinum magnum, vt Mercator habet, qui eam *Tartabo* vocat.

corteriacenſes, vel Cortriacenſes, Flandriæ populi & vrbs Corteriacum lib. Notit. Gal. *Comté de Courtray.*

corticata, Hiſpaniæ inſula circa Arabrum

pro-

promontorium. Plin. eſt item Tudetanorum in Bœotia vrbs. Ptol.

cortyna, ſiue Cortina, inſignis vrbs Cretæ, quam præterlabitur Lenæus amnis iuxta eam naſcuntur calami, ſagittis aptiſſimi. Hinc Virg. lib. 11.

Specula torquebant Lycio Cortinia cornu,

Steph & Strabo. Pomp. Mela. lib. 2. & Plin. lib. 4. c. 12. Silius lib. 12.

Lois quamvis certet Cortyna ſagittis.

Et Cortyniam veſtem pro venatoria Claudianus quoque libro ſecundo de raptu Proſerpinæ poſuit.

— unde Diana

Criſpatur gemino veſtis Cortinia cinctu.

corton, abeſt à Cranone vrbe Theſſaliæ centum ſtadiis. Steph. ex Strabone.

cortona, ciuitas Tuſciæ, à qua Cortonienſes. Hæc ante corton dicebatur. Liu. libr. 6. Itaque à Peruſa & cortone & Aretio, quæ fermè capita Hetruriæ populorum erant, &c.

cortonenſes, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. Plin.

cortuoſa, Tuſcorum vrbs. Liu.

cortyra, parua regio Laconica. Steph.

corula, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol. *Coloron*. Caſtaldo.

coruncula, Indiæ intra Gangem oppidum. Ptol.

coruncanus, primus de plebe Pontifex Maxi. factus, teſte Liu. Cic. in Orat. pro domo ſua ad Pontifices, ſapientiſſimum & peritiſſimum Pontificem fuiſſe dicit. Is cum legatus ad Teucrum Illyricorum regem miſſus eſſet, in reditu contra ius gentium interfectus eſt.

coruncanus, alter aduerſus Amilcarem Barcham in Siciliam miſſus eſt. Polyb.

coruorum, inſula Arcadiæ, qua Ladon in Alpheum erumpit. Pauſan.

coruorum antrum, montis nomen in Cilicia. Nicetas.

corus, Arabiæ fluuius magnus, in mare rubrum influens. Herodot.

corus, ventus ſpirans ab occaſu ſolſtitiali. Plin. lib. 2. cap. 27. Lucan. lib. 2. Idem & Caurus quandoque appellatur, propter cognationem, o literæ cum au diphthongo.

corus, menſuræ genus 45. modios continens, modius verò 20. capit ſextarios.

coruſia, Sarmatiæ Aſiaticæ Vrbs, Ptol.

cory, maris Eoi inſula in ſinu Argarico, Ptol. *Nicouar*, Mercatori.

corybantes, cybeles ſacerdotes, qui ſacro correpti furore cymbala pulſabant, capitáque inter ſaltandum iactantes, alios in ſimilem rabiem agebant. Homerus *βητάρμονας* vocat. Hi primum Idam Phrygiæ montem tenuiſſe dicuntur: poſtea autem in Cretam nauigaſſe, montémque quendam incoluiſſe, quem à nomine relictæ ſedis, etiam Idam appellarunt: vbi & Iouem infantem aluerunt tympana iugiter pulſantes, ne Saturnus (qui cum Titano fratre conuenerat, vt ſobolem omnem maſculam interficeret) puerum vagientem audiret. Sunt qui Curetas, & Corybantas, & caberos, & Idæos, Dactylos, eoſdem eſſe putent, Diodorus Siculus corybantem ſcribit Iaſionis & Cybeles filium fuiſſe: ac ſimul cum Dardano ſacra matris Deum in Phrygiam detuliſſe, eóſque qui in ſacrificia eius deæ incumbere voluerunt, de ſuo nomine Corybantas appellaſſe. Nominatiuus ſingularis eſt Corybas: quo vſus eſt Claudianus de raptu Proſerpinæ, lib. 2.

Non te progenitum Cybelaius ære Canoro,

Luſtrauit Corybas, &c.

Hinc Corybantius, tria, tium, vt æra Corybantia pro Magnæ Matris cymbalis. Virgil. lib. 3. Ænei. Vide Catullum in Aty & Euſtath. in Dionyſ. Periegeten hinc Græcis *κορυβαντιᾶν* pro furore & mente captum eſſe.

corybiſſa, ciuitas in agro Scepſio ad fluuium Eurientem. Strabo lib. 10.

corybus, Cretæ inſulæ promontorium. Strabo lib. 8.

corycæon, Ioniæ promontorium. Plin. lib. 5. cap. 29.

corycæi, montis Aſiatici, ſeu (vt quidam dicunt) promontorij in Creta præternauigatio latronibus plena, qui diſperſi per portus, ad mercatores furtim accedebant, & ſubauſcultabant quid rerum ferrent, & quò nauigarent. Poſtea diſcedentes, adoriebantur eos, ac diripiebant. Ex quo factum eſt, vt omnes, curioſè ſecreta auſcultantes, Corycæi dicerentur, & in prouerbio. Hunc Corycæus auſcultauit, cuius conſilia ſecreta patefacta ſunt.

corycia, nympha fuit, quæ filium habuit Lycorum. Cal. lib. 16.

corycio, promontorium cretæ, & portus Æthiopiæ. Steph.

corycides, Nymphæ à ſpecu vocantur ab Ouid. lib. 1. Metamorph.

corycus, luctator fuit nobilis, qui cùm neminẽ reperiret priorẽ aut parem, cuiúſque viribus ſuccumberet prouerbio fecit locum, Luctari cum coryco, de his qui ſuprà vires aliquid moliuntur.

corycium, antrum in Phocide regione iuxta Parnaſſum montem.

coricus, mons ciliciæ altiſſimus, cum oppido eiuſdem nominis, optimi ferax croci, quod ab eo corycium appellatur. Martialis libro vndecimo.

Vltima Corycio quæ cadit aura croco.

Ad montis huius radicem antrum erat corycium. Muſis ſacrum: vnde etiam illæ paſſim à-

poëtis Corycides Nymphæ appellantur. Ouid. 1. Metam.

Corycidas Nymphas & numina montis adorat.

corycus, Cretæ inſulæ promontorium Ptolem. *Cambruſſa*. Nigro. Eſt & Cretæ mons. Plinio. Item portus Æthiopiæ, Stephano. Et Lyciæ littus inter Phaſelin & Olympum vrbes. Strabo.

corycus, mons excelſus & rubens prope Teon Ioniæ, & portus & parua inſula eiuſdem nominis, vbi Coricæi maximè piraticam exercebant.

corydalla, vrbs Rhodiorum. Steph. Pagus etiam circa Athenas. Athen.

corydallus, vicus Atticæ in tribu Hippochoontide. Steph. Eſt item Lyciæ oppidum. Ptol.

corydela, vide Chelydoniæ.

corydon, paſtor Theocrito & Virgilio memoratus.

coryla, vel Coryleum. Paphlagoniæ inſignis pagus. Xenoph. Steph.

corylon, vrbs Æcanorum in Italia. Stephanus.

coryllus, Gotthorum rex, anno ab vrbe 778.

corymbifer, Bacchus dictus eſt à Corymbo, id eſt, hedera, qua Bacchus delectabatur, eâque eius ſacerdotes in Orgiis coronabantur. Ouid. 6. Faſtorum.

—hedera gratiſſima Baccho eſt.
Hoc quoque cur ita ſit dicere nulla mora eſt
Nyſiades Nymphas puerum quærente nouerca
Hanc fraudem cunis oppoſuiſſe ferunt.

Palæph. libro 5.

coryna, Ioniæ vrbs in peninſula. Mela.

coryne, Elidis Peloponneſi regionis vrbs Ptol. Niger, *Antibedum* nominat.

coryneta, latro famoſiſſimus, Vulcani filius, cùm iuxta Epidaurum hoſpites claua quadam, quæ Coryna dicebatur, trucidaret (vnde & hoc nominis ſibi ſumpſit, cùm priùs Periphatus vocaretur) à Theſeo fuit interfectus. Suid. Plutarch.

coryphæum, mons in Epidaurio, vbi colitur Diana Coryphæa. Steph.

coryphantis, pagus in littore Adramitteno. Strab.

coryphas, Troadis oppidum. Plinius libro 5. cap. 29.

corymphaſium, parua regio Laconica, prope Pylum. Plin. Eſt item Meſſeniæ promontorium. Ptolem. *Cabo Zunchi* à Nigro appellatur.

coryphe, mons Gangi finitimus, Plut. mons item Syriæ inter Antiochiam & Berrhæma. Theodoret.

corynthenſes, Tegeatarum curia in Arcadia. Pauſan.

corythus, oppidum Tuſciæ, prope Aretium, in paruo colle eiuſdem nominis ſitum, à Coritho rege ita appellatum. Quidam hoc nomen Corithi in plurali numero ſcribunt cum h, in principio. Virgil. & Silius. lib. 4.

cos, inſula eſt in mari Ægeo, vna Cycladum quam Hercules olim diripuiſſe fertur, & regem Euripilum Neptuni filium, vnà cum liberis & & vxore Clytica occidiſſe, eo quod ipſum tempeſtate, eò appulſum & impeditum, ab vrbe & hoſpitio prohiberent, poſtquam à vaſtatione Troiæ & Laomedontis rediiſſet. Celebratur ob vini ſuauitatem, quod in ea naſcitur.

cos, dicta à Co, Meropis filia. Vocabatur etiam olim Caria, vel Caris, & Meropos à Merope gigante, hodie *Stancou* nominari ſcribit Belonius. Alij *Langi* appellant.

cos, vrbs Coi inſulæ, teſte Ptol. hanc Strabo priùs Aſtypalæam nuncupatam literarum monumentum prodidit. v. Coos & Arne.

cos, vrbs Ægypti: item, foſſa Corinthi, in quam fures & fugitiui includebantur, Coos enim foſſas & ſpeluncas omnes appellabant. Steph.

cos, vide Coos.

cos, id eſt, Spina aut æſtus, ſiue tædium, vel vigilia, aut finis, pater Anob & Soboba, 1. Paralip. 4.

coſam, pater Addi, patris Melchi. Luc. 2.

coſamba, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolem. *Satignam* Caſtaldo.

coſas, fluuius eſt in Latio, iuxta vrbes Ferentium & Fruſinum præterlabens. Strabo libro 5.

coſeinus, oppidum Apamiæ in conuentu Alebandico. Plin. lib. 5. c. 29.

coſcynthus, fluuij nomen in Italia. Lycoph.

coſentia, ciuitas Italiæ, Brutiorum metropolis. Strabo lib. 9.

coſenus, Mauritaniæ fluuius Plin. libr. quinto cap. 1.

coſiana, caſtellum Palæſtinæ, in maritima parte Syriæ. Gentile *Κασιανδὶς*. Steph.

caſmanates, Liguriæ populi. Plinius libro 3. cap. 5.

coſmeta, ornator ſeruus in familia, cui dominæ dominive exornandi cura incumbit. Iuuen. Satyr. 6.

Ponunt Coſmetæ tunicas tardè veniſſe.

coſmos, Iudæ oppidum. Ptol.

coſmus, nobilis vnguentarius, à quo vnguenta Coſmiana dicta ſunt. Petronius. Affeſt vobis (inquit) alabaſtrum Coſmiani.

coſoagas, fluuius nauigabilis in Gangem influens. Plin. lib. 6. c. 18.

coſroës, Perſarum rex, anno ſalutis 534. Agat. libro 4. Hic tyrannus nonaginta millia Chriſtianorum interfecit, ac partem crucis dominicæ ſecum

cæ ſecũ aſportauit. Pius 2. Pontif. A ſ. 3. part. c. 31.

Coſſa, vrbs Tuſciæ, in ſublimi colle, poſt Populoniam Strab.

coſſa, Vmbriæ oppidum. Plin. lib. 3. c. 5. Orbitellum hodiè, vulgò, *Orbitello*.

coſſa, vrbs Œnotriorum. Steph. *Conſano*, eſt hodie, Calabriæ regionis, vt docet Barrius.

coſſea, Thraciæ oppidum. Steph.

coſſea, pars Perſidis incolæ Coſſæi: eſt & Thraciæ oppidulum. Steph.

coſſetauia, Hiſpaniæ regio, apud Plinium.

coſſini, vide Hoſtiones.

coſſinitus, Thraciæ fluuius. Ælian.

coſſium, Vaſariorum in Aquitania oppidum, Ptolem. & Cuſon. *Baſas*, Vineto eſt, inter Burdigalam & Aquas Auguſtas.

coſſoanus, Indiæ amnis in Gangem influens. Arrian.

coſſus, Bithyniæ mons. Steph.

coſſus Cornelius Lentulus conſul, cum L. Calphurnio Piſone, anno ab vrbe 753.

coſſus Cornelius Lentulus, conſul, cum M. Aſinio Agrippa anno ab vrbe 777.

coſſus Cornelius Lentulus, conſul, cum Cl. Nerone Cæſare, anno ab vrbe 812.

coſſutiorum familia, apud Romanos, & qua Coſſutia vxor Cæſaris, Suetonius. Sic Coſſuuij, & Coſſuuiani.

coſta, Rodorici frater, Hiſpaniæ rex, anno ab vrbe 1452.

coſtaballenæ, Liguriæ locus. Anton.

coſtoboci, Sarmatiæ Europeæ populi. Capitolinus.

coſyri, Indiæ populi. Plin.

coſyra, inſula ſterilis in mari Libyco, non procul à Melite, cuius incolæ Coſyræi dicuntur. Ouid. 3. Faſtorum.

Fertilis eſt Melites ſterili vicina Coſyra.

Inſula, quam Libyci verberat vnda freti.

Vulgò, *Goza*, alij, *Pantalarea*.

coſyrus, inſula iuxta Selinuntem, item Siciliæ fluuius, & vrbs eiuſdem nominis. Stephanus. Tres ibi hodie ſunt inſulæ, *Trefontane*, dictæ.

coſyte, Vmbriæ vrbs. Steph.

cotace, Ariæ oppidum.

cotæa, Armeniæ minoris regio. Ptol.

cotæna, Murianæ regionis in Armenia minore vrbs. Ptol.

cotamba, Perſiæ oppidum. Ptol.

cotenſij Daciæ populi. Ptol.

cothon, inſula non procul à Cytheris: Gentile, Cothonius. Steph. item inſula ante Carthaginem in eius portu. Strabo.

cothon, genus populi fictilis, paruum quidem, ſed militum vſui accommodatiſſimum, vt quod nullo negotio geſtari poſſet, & in pera militari circumferri, Suidas & Athenæus lib. 11.

cottæ Alpes, vide Coctiæ Alpes.

cotilia, inſula in Curuli lacu. Feſtus.

cotiſo, Dacorum rex, cuius exercitus, cùm Pannonias inuaſiſſet, à Cornelio Lentulo duce Auguſti Cæſaris victus eſt. Volater.

cotinæ, locus circa Bætim, ex quo æs aurúmque naſcitur. Strabo.

cotomana, Armeniæ maioris oppidum. Ptolem.

cotonis, inſula circa Echinadas. Plin.

cotrades, Iſauriæ vrbs. Steph.

cotriguri, Hunica gens, Agathias.

cotta, orator, qui cum Sulpitio æquali differit apud Ciceronem in dialogis. De oratore, legem tulit, vt liceret Tribun. pleb. alios recipere Magiſtratus, quòd lege Syllæ iis erat ademptum. Huius paſſim Cicero meminit in libris de Oratore: & in Bruto: vbi eum propter ſingularem dicendi facultatem ac dexteritatem multis nominibus commendat.

cotta alter, contra Mithridatem infœliciter pugnauit, Syllam Cæſari conciliauit.

cotta, legatus Cæſaris in Gallia, inſidiis circumuentus, ab Ambiorigis ducis exercitu interficitur. Pædianus.

cottæobriga, Vettonum in Luſitania vrbs. Ptol.

cottes, Africæ promontorium ad fretum Herculeum. Ptol. [illegible] *Spartelle*. [illegible] & Caſtaldo.

cottia, locus Galliæ Ciſalpinæ inter Ticinum & Taurinos. Anton.

cottiæ Alpes, quarum meminêre Dion. Caſſius, Eutropius, Ammianus. Aur. Victor & Sueton. qui eas Coctias, & Tacitus Coctianas appellat à Coctia earum rege. Cottiæ ſunt Ptolemæo, Iouius & Lupanus eas, *Mons Genebre*, Leander, *Mont Cenis*, interpretatur. In ſummitate harum Cottiarum ponit Ammianus duos vertices, vnum cognomine Martis, alterum Matronæ, cuius vocabulum caſus fœminæ nobilis dedit. Sunt qui has Gothicas, non ſine librariorum errore vocant, vt ſcribit Simlerus, qui ex hoc Coctiano regno Pedemontium facit. Cottias Volaterranus eaſdem putat cum Pœninis & Graiis, de quibus vide ſuo loco. Pro Cottiis apud Ptol. nonnulli Seutios malè legunt.

cottiara, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptol. *Cochin*, Caſtaldo. *Calecut*, nonnullis.

cottiaris, Sinarum fluuius. Ptol.

cottis, Indiæ intra Gangem oppidum. Ptolemæus.

cottium, Straboni, Galliæ Narbonenſis locus, circa Alpes fortè Cottias, vbi & Cottij regionem habet.

cottobara, Gedroſiæ oppidum, & Indiæ intra

Gangem Ptolem.

cotton, vrbs Aſiæ Propriæ. Liu.

cottona, portus Æthiopiæ, ad ſinum Arabicum. Solin.

cottona, Indiæ regio, vnde piper monoxylis lintribus Becaren conuehitur. Plin.

cottus, centimanus, gigas, de quo Palæph. lib. de Fabulis.

cottuta, vrbs circa Ticinum. Strab.

cotuantij, Rhætorum gens. Strabo.

cotus, Bœotiæ vrbs. Steph.

cotyæum, Ptolemæo & Plinio Galatiæ in Aſia minori oppidum. *Cute*, Bellonio.

cotyæum, Phrygiæ Epicteti vrbs. Strab.

cotylæum, Eubœæ mons. Steph.

cotylius, Arcadiæ mons, Phygaliæ vrbi imminens. Pauſan.

cotylæus, Æſculapius apud Eurotam Laconię fluuium cultus fuit, cuius templum ab Hercule poſitum eſt, cùm ex vulnere in Cotyle, i. manus concauitate ſanatus eſſet. Pauſan.

cotylum, eſt collis in Ida monte 120. millibus paſſuum à Scepſi diſtans, in quo Scamandri & Granici & Æſepi fluminum origo: vnde & nomen Cotylo inditum ἀπὸ τ̃ κοτύλης, quod conceptaculum & receptaculum ſignificat.

cotyora, vulgo nunc Cytora, vrbs Græca, Sinopenſium colonia. Suidas Cytorum. Stepha. & Ptol. Cotyorum Plinio *Caſtello* nunc vocari ait Ptol. Eſt in Paphlagonia.

cotyrga, Sici[illegible] vrbs. Ptol.

cotys, Thracū rex, vt eſt ſcriptum apud Cæſarem in commentariis, Pompeianas partes fouit. Sed cùm natura eſſet iracundior, & aſper eorum qui in miniſteriis deliquiſſent, caſtigator, vaſa fictilia, tenuia quidem & fragilia, ſed cælaturis quibuſdam & ſculpturis poſitè elegantérque elaborata, ſibi ab hoſpite allata: cùm hoſpes ipſi dono dediſſet, ſimul omnia confregit, ne in eos qui illa fregiſſent, aſperiùs animaduerteret. Plutarch in Apoph.

cotys, Thraciæ rex, qui tempore Tiberij Rheſcuporis patrui fraude circumuentus eſt & occiſus. Tacit. lib. 2.

cotys, Boſphoranorum rex, anno ſalutis trigeſimo.

corytto, ûs, dea impudentiæ, cui Athenis à Baptis (eo nomine vocabantur eius ſacerdotes) nocturna ſacra fiebant, quæ ab illa vocabantur Cotyttia. Hanc Probus ſaltatricem fuiſſe exiſtimat: vnde etiã ſacerdotes eius laſciuis ſaltationibus mores eius referebant. Iuuenal. Satyr. 2.

Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto.

Polit. Miſcel. cap. 10.

cotzianum, Phrygiæ ciuitas. Iornand.

cougium, Hiſpaniæ Tarraconenſis Vrbs, in Vaccæis, Ptol.

coumadeni, Corſicæ populi. Ptol.

cozala, Armeniæ maioris oppidum, Ptol.

cozbi. Lat. mendax, aut ceſſans, ſiue quaſi fluens, aut quaſi fluxus. Madianitis, filia Suri, quæ cùm Zambri deprehenſa, à Phinees filio Eleazari ſacerdotis occiſa eſt. Num. 15.

coziſtra, Ciliciæ præfecturæ in Cappadocia Vrbs. Ptol.

C R.

crabaſia, Vrbs Iberorum, Steph.

cracea, Mago fuit apud Saxones, quæ appoſitas dapes in aliarum rerum formam commutabat, ludificatiſque idiotarum mentibus, diuinitatis faſtigium ſibi arrogabat.

cracus, deus apud Ægyptios, cui ſalſamentis ſacra fieri ſolitum erat. Cæl. lib. 12.

crade, vrbs Cariæ. Steph.

cranide, vrbs à Thaſiis habitata, quæ poſtea Philippi dicta eſt.

cragus, mons Ciliciæ, Tauri pars. Pomp. lib. 1. & Plin. lib. 5. c. 27. ex quo oppoſito habens montem Anticragum: ſic dictus à Crago Tremiletis (aliàs Trenedori) & Praxidicæ Nymphæ filio. Ouid. lib 9. Metamorph.

Iam Cragon & Lymire, Xanthique reliquerat undas,

Horat. 1. Carmin.

Syluis aut viridis Cragus, &c.

Hic ferunt eſſe deorum agreſtiũ antra, & incolas Cragi immortales fieri: Gentile, Cragius. Steph.

crambúza, inſula circa Seleuciã Iſauriæ, Stephanus ex Strab. lib. 14. item vrbs Lyciæ. Strabo.

cranbútis, Vrbs Ægypti. Steph.

crane, Arcadiæ Vrbs, vbi abietes plurimùm naſcuntur. Theoph.

cranae, inſula Laconica, quæ nunc Helena ante Getheum: ſic etiam vocatur Attica à Cranao rege. Gentile ſi de Inſula Laconica accipiatur eſt Cranaates, ſi de Attica Cranæus. Steph. ſunt qui Cranaen inſulam eſſe velint adiacentem Sumio Atticæ promontorio.

cranaus, Cariæ oppidum. Plin.

cranaus, Athenarum rex, qui Cecropi in regno ſucceſſit, à quo inquilini Cranai dicti.

cranda, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum Pli.

crane, teſte Ouid. 6. Faſt. Nympha fuit Helerni luco oriunda venationi addicta, quæ quum à multis procis nequiquam ſæpe petita fuiſſet, omnéſque deluſiſſet, tandem à Iano occupata, & compreſſa fuit, cui pro virginitate erepta dedit, cardinibus præeſſe & ſtriges ab infantium cunis abigere. Vnde poſtea Carna dicta eſt. Ouid. loco citato.

Ius pro concubitu noſtro tibi cardinis eſto
Hoc precium poſita virginitatis habe.
Sic fatus ſpinam qua triſtes pellere poſſet
A foribus noxas, hæc erat alba dedit &c. Vide

Carna

Carna & Cirdinea.

cranea, parua regio Ambraciotarum: hinc Craneates. Steph.

craneum, gymnaſium apud Corinthum. Cic.

craneus, primus Macedonum Rex, cuius ſucceſſores vſque ad Alexandrum, annis ferè quingentis regnârunt. Volaterran. lib. 11.

crania, Tarſus Ciciliæ olim vocabatur, à Cranio quodam. Steph.

cranides, vicus iuxta Pontum: Gentile, Cranitæ. Steph.

cranion, eſt ciuitas Cephaleniæ, quam Thucyd. lib. 5. vocat plurali numero.

crannonius, Crauxidas, eques inſignis, Pauſanias.

crannus, vrbs, aliàs Ephyre dicta. Steph.

cranon, vrbs Theſſaliæ, Pelaſgiotidis, in campis qui Tempe vocantur. Eſt & alia Athamaniæ à Cranone Theſſalo: In hac duos duntaxat coruos eſſe tradunt & cùm pullos excluſerint, paribus relictis diſcedere. Adeſt Cranon ſtadiis centum à Gottone. Strab. Homerus Cranonios Ephyros vocat. Steph.

crantor, Solenſis, Academicus philoſophus, Platonis auditor, & condiſcipulus Xenocratis & & Palæmonis, qui nouis opinionibus Academiam Platonicam repleuerunt. Hic ſcripſit librum de conſolatione, quem Cicero æmulatus eſt. Periit aquæ intercutis morbo. Taxauit Stoicorum indolentiam, quæ eſſe nullo modo poteſt, niſi planè hominem ſaxeum eſſe velimus, & omni ſenſu carentem.

crantor, Pelei armiger, à Demoleonte Centauro interfectus. Ouid. libro duodecimo Metamorph.

crapatus, vide Carpatus.

craſerium, Siciliæ Regio. Steph.

craſpedites, Phrygiæ ſinus. Plin. libro quinto, cap. vlt.

craſſitius Surentinus, aliàs Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Paſides, Romæ ludum grammaticæ aperuit, docuítque inter alios Iulianum Antonium: Antonij Triumviri filium. Tranquil.

P. Craſſus, Oratoris frater, iuriſperitiſſimus in dominatione L. Cinnæ Marianarum partium ne incideret in manus inimicorum, ſeipſum interemit.

craſſus, prænomine Marcus, P. Craſſi filius, Romanorum omnium ditiſſimus, Negauit quempiam diuitem habendum, qui annuo reditu exercitum alere non poſſet. Hic ad bellum miſſus ſeruile, aduerſus Spartacum gladiatorem, qui fugitiuorum ingenti contracta manu, Vatinium, Viſſium ac Lentulum Roman. imperatores fugauerat, duodecim millibus hoſtium vnà cum eorum duce cæſis, apud Rhegium iuxta Leucadis paludem victoria eſt potitus, vrbém que ouans ingreſſus eſt, lauro, nouo exemplo coronatus, cùm cęteri ante eum Imperatores ex ſeruili bello non niſi myrteam coronam accepiſſent. Poſtremò cùm ei Syria fortè obueniſſet, profectus ad bellum Parthicum, ibi cum filio à Surena regis præfecto captus atque interfectus eſt. Et quoniam auri cupiditate expeditionem ſuſcepiſſe credebatur, Barbari mortuo liquefactum aurum in os infuderunt, iubentes, vt ſaltem mortuus ſe auro ſatiaret, cuius famem viuus nunquam ſedare potuiſſet. Lucanus lib. 1.

—poſtquam crudeli funere Craſſus,
Aſſyrias Latio maculauit ſanguine Carras.

craſſus, Craſſi diuitis auus, numquam riſiſſe fertur: ob id Agelaſtus eſt vocatus. Plin. libro 7. cap. 19.

craſſus, M. Craſſi diuitis filius, Cæſaris legatus fuit in bello Gallico: in Cæſarianis tandem partibus adoleſcens occubuit: fuit autem diſcipulus Ciceronis. De quo ille in Oratore.

L. Craſſus orator, qui cum Antonio à Cicerone introducitur in libris de Oratore, accuſauit C. Carbonem eloquentiſſimum hominem admodum adoleſcens: ſummam ingenij non laudem modò, ſed etiam admirationem eſt conſecutus, defendit poſtea Liciniam virginem, cùm annos 27. natus eſſet. in Bruto Ciceronis eſt elegantiſſima ipſius Craſſi cum Antonio, & Scæuola comparatio. Deploratur multis verbis Craſſi mors à Cicerone in exordio tertij libri de Orat.

craſſus P. Licinius ante ætatem Pontif. Max. factus, quòd nunquam antea contigit. Conſul eſt profectus contra Ariſtonicum Eumenis filium, in quo prælio profligato exercitu, ipſe, ne in manus hoſtium veniret, baculo Barbarum quendam in acie oculo conuerberato, in ſui necem prouocauit. Valer. Max.

craſſus V. Argiuorum rex, regnauit annis LIV.

craſtinus, dux Romanorum aduerſus Vandalos miſſus anno Domini 424.

craſtus, vrbs Sicanorum, in Sicilia, patria Epicharmi comici, & Laidis meretricis. Gentile, craſtinus. Steph. Craſtis Herodoto.

cratæis, mater Scyllæ, vt quidam volunt.

crater, à vaſis ſimilitudine, in monte Ætna appellatum eſt foramen illud per quod ignis euomitur. Ouid.

Et pronos currus medio Cratere recepit. Verum nouiſſimis his annis primus hic crater in ingentis voraginis formam dilatatus eſt, & alter crater factus eſt, non in vertice montis, vt primus, ſed circa medium montem à latere. Duo itaque hodie in Veſuuio crateres videntur.

crater, ſinus. Strabo. lib. 5.

craterus, Macedo, è comitibus Alexandri

qui etiam res eius geſtas ſcripſit. Plutarc. in Ariſtide. De hoc Perſius.

Et quid opus Cratero magnos promittere montes?

craterus, ſtatuarius nobilis, quem probatiſſimis ſignis Palatinas domos Cæſarum repleuiſſe author eſt. Plin. lib. 36. c. 5.

craterus, pictor, qui comœdos Athenis in Pompeio pinxit. Plinius libro 35. capite vndecimo.

craterus, medicus inſignis. Cic. lib. 12. ad Atticum. Huius ſeruum ſcribit Porphyrius Tyrius, morbo inuſitato affectum, quum medicamenta non prodeſſent vipera piſcis in formam figurata, & ab eo deuorata ſanum factum. Huius Crateri meminit etiam Horat. 2. Serm. Satyra 3.

crates, Thebanus philoſophus, Cynicus, Diogenis diſcipulus, qui, vt Suidas, itémque Diogenes ſunt authores, in pecuniam omnem ſubſtantiam redigens, apud Trapezitam depoſuit, hac lege, vt ſi filij philoſophi eſſent, eam indigentibus ciuibus diſtribueret, nihilo philoſophos indigere exiſtimans. Si autem idiotæ, eis redderet, vt, vacuis virtute, ſaltem opes opitularentur. Philoſtratus autem in vita Apollonij, & Diocles ſubſtantiam aiunt in more proieciſſe, vt liberius philoſopharetur, atque dixiſſe, Abite peſſum malæ cupiditates; ergo vos mergam ne ipſe mergar à vobis: neque putauit ſe poſſe & virtutes & diuitias ſimul poſſidere. Emicuit autem Demetrij Poliorcetæ temporibus, ad quem Thebas obſidentem miſſus legatus ſua authoritate, eum ab obſidione patriæ remouit. Plutarch.

crates, Athenienſis poeta comicus antiquæ comœdiæ, auditor Ptolemonis philoſophi. Suidas.

crates grammaticus, ſub Ptolemæo Philometore, æqualis Ariſtophanis grammatici, cognominabatur Criticus, ſiue Homericus, ſcripſit in Iliada & Odyſ. lib. 59. Comment. Author Suidas. Hic (vt ait Tranquillus) ſtudium grammaticæ primum Romam intulit: miſſus enim ad Senatum ab Attalo rege, ſub ipſam Ennij mortem plurimas acroaſes fecit, aſſiduoque per omne tempus legationis diſſeruit, noſtris quoque exemplum fuit admirandum. Suet.

cratis, nomen paſtoris, qui capræ amore deprehenſus, infantem ſuſtulit, qui cruribus matrem, facie verò patrem referebat, deorum numero aſcitus, ac mox Hylæum numen Napęúmque nominatus. Cæl. libr. vigeſimo quinto, cap. 32.

cratenas, Tapſi inuentor apud Plinium & Cælium lib. 38.

crathis, nomen duorum fluuiorum, quorum alter eſt in Achaia propriè dicta, propè Ægas, in ſinum influens Corinthiacum: Strabo libro 8. alter in magna Græcia, iuxta Sybarim oppidum, cuius aqua barbis comiſque flauum colorem inducere traditur. Ouidius 15. Metamorph.

cratis, fluuius & mons.

cratinas, Aſiæ fluuius, à lacu Sicyone in Oceanum fluens, iuxta quem nonnulli fabulati ſunt electrum naſci. Plin.

cratinus, poëta comicus, clarus apud Athenienſes, qui primus in Dionyſiis Athenis ſatyricam fabulam induxit. Horatius lib. 1. Serm. Satyræ 4.

Eupolis atque Cratinus, Ariſtophanéſque poetæ.

Hic autem fuit ſupra modum gulæ ac omni voluptatum generi deditus, & præcipuè ebrietati: ad quod alludit Horatius in Epiſt.

Priſco ſi credis Mecœnas docte Cratine,
Nulla placere diu, nec viuere carmina poſſunt,
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus.

cratinus, inſignis luctator. Pauſan.

cratinus, ſtatuarius, omniúmque formoſiſſimus, cui poſtquam alios in lucta ſuperaſſet, exercendorum puerorum officium demandatum eſt. Pauſan.

cratyppus Mitylenæus, quam Athenis docentem audiuit Ciceronis filius, vt eſt in procœmio librorum de Officiis. Hic Pompeium poſt Pharſalicam pugnam fugientem, apud Mitylenem conueniens vltro ſolatus eſt verbis philoſophicis, ad ſpémque hortatus, cùm quædam de prouidentia diſſeruiſſet, réſque Romanas tandem labi eſſe neceſſe affirmaret. Plutar. in Pompeio.

cratis, vide Cratinas.

crátylus, philoſophus, cui Plato librum de ſignificatione nominum inſcripſit.

craualidæ, vel Crauagalidæ, Phocydis regio propè Cyrrham. Suidas.

craugiæ, Peloponneſi inſulæ duæ, Spiræo promontorio obiacentes. Plin.

craúſius, viri proprium, qui Britanniam annis vii. obtinuit. Pompon. Læt. Eutrop. Oroſ. Inſidiis allecti ſocij ſui occiſus eſt, anno ab Vrbe 1046.

crauxidas Crannonius Olympiad 31. equo celetem victoriam adeptus eſt, quanquam ſunt qui velint equos, celetes Olympiade demum octogeſima quinta introductos eſſe: verum aliter cenſet Pauſanias in Eliacis & Arcadicis.

crebénia, vide Crebenia.

creſennæ, Scandiæ populi. Iornand. *Scritifinni.* Procopio hodie, *Scritſinner* Ortelio.

creius, Argiæ mons. Scholiaſtes Callimachi.

crema, vrbs Ponti: Gentile, Cremeſius. Steph.

cremera, fluuius Tuſciæ trecentorum Fabiorum clade nobilitatus, qui Veientum inſidiis circumuenti, ad fluminis eius ripas ad vnum

omnes ſunt trucidati: vnde & dies ille inter atros annumeratus eſt, & porta, quâ egreſſi ſunt Scelerata eſt cognominata. Liuius li. 2. ab vrbe. Ouid. li. 2. Faſtorum,

Vt celeri paſſu Cremeram tenuêre rapacem,

Turbidus hybernis ille fluebat aquis, &c.

cremmyon, ſiue Crommyon, oppidum non procul à Corintho, iuxta quod Theſeus incredibilis magnitudinis ſuem, quæ agros circumiectos longè latéque deuaſtabat, occidit. Ouid. lib. 7.

Quódque ſuem ſecuris aras Cremmiona colônus,

Munus, opúſque tuum eſt.

Strabo libro octauo locum hunc Cromyonem vocat: vnde & ſuem à Theſeo occiſam Cromyoniam cognominat.

cremmia, Vrbs Cretæ, Gortyn poſtea dicta. Steph.

cremma, Lyciæ vrbs videtur apud Strabonem, lib. 12. Piſidiæ Colonia in Pamphylia eſt. Ptol.

cremni, vel Cremnos, emporium paludis Mæotidis circa Tanaim fluuium. Herodot. Ptol.

cremniſcus, oppidum circa Iſtrum, in Sarmatia. Plin.

cremôna, vrbs Galliæ Ciſalpinæ, non procul à Mantua quæ etiam hodie nomen retinet: cuius ciues cùm contra Auguſtum cum Antonio ſenſiſſent, Cæſar victor, veteranis ſuis eorum agros aſſignauit, qui cum non ſuffeciſſent, adiecit etiam Mantuanorum agros, nullam aliam ob culpam, niſi quòd Cremonenſibus vicini eſſent. Hinc Virg. Ecloga 9.

Mantua, væ miſeræ nimium vicina Cremonæ,

cremium, vide Cremnyon.

cremonis iugum Alpium pars, quâ nonnulli putant tranſgreſſum Annibalem. Circa Lebuos Gallos tractus eſt. Liu.

crenides, vrbs Siciliæ, quam Philippus poſtea Philippos nominauit. Gentile, Crenitæ. Stephan.

crenides, Bithyniæ locus, ad Pontum Euxinum. Arr. in Periplo, & locus circa Heracleam Ponti. Steph.

crenis, Nympha, Ouid. in Metamorph.

creon, onis, mons eſt Leſbi inſulæ. Plin. lib. 5. cap. 31.

creon, ontis, Corinthiorum rex, prædonis Siſyphi filius, qui Iaſoni poſt Medeam repudiatam filiam ſuam natu minorem, nomine Creuſam, vxorem deſpondit. Quam rem iniquo animo ferens Medea, coronam naphta illitam ſponſæ dono miſit: quæ ſub noctem & luminibus accenſis concepto igne, non modò illam, verum etiam ſponſum & ſocerum, cum tota regia concremauit. Hyginus c. 25.

creon, Thebanorum Rex, Menœcij filius, & frater Iocaſtæ, qui Laio ab Œdipo filio occiſo regni adminiſtrationem arripuit. Verùm cùm Sphinx, Typhonis & Echidnæ filia, Thebanum agrum crudeliſſimè vaſtaret, neque aliud tantæ calamitatis remedium oſtenderetur, quàm ſi quis ænigma ab illo propoſitum diſſoluiſſet, Creon propoſito per vniuerſam Græciam edicto, ſi quis id præſtare poſſet, Iocaſtum Œdipi matrem viduam, illi ſe vxorem daturum pollicitus eſt, regnoque Thebanorum vltrò ceſſurum. Quibus præmiis illecti non pauci, cùm propoſitum ænigma diſſoluere non poſſent, à Sphinge occiſi, temeritatis ſuæ pœnas dederunt: donec ad rei famam Corintho excitus Œdipus, Laij & Iocaſtæ filius, ænigma explanauit. Quam rem tam ægrè tulit fera, vt protinus ſeſe ex prærupto monte dederit præcipitem. Hac itaque via Thebanorum regnum adeptus Œdipus matrem imprudens vxorem duxit, cùm paulò antè etiam patrem occidiſſet. Quibus flagitiis poſtea cognitis, tantum ex iis animo dolorem concepit, vt lucis pertæſus, vtrumque ſibi eruerit oculum, Antigonéſque filiæ ductu Athenas ſeſe in exilium contulerit, regno Eteocli & Polynici filiis ſuis ea conditione relicto, vt alternis annis imperarent. Verùm cùm Eteocles (cui, quòd maior natu eſſet, priores vices Polynices conceſſerat) exacto iam anno fratrem non reciperet, grauiſſimum ea occaſione inter Argiuos & Thebanos bellum eſt exortum: in quo cùm fratres ambo mutuis vulneribus cecidiſſent, Creon denuò regni gubernacula recepit. Verùm cùm præter alia complura inclementiæ ſuæ exempla Antigonam & Agriam interficiendas curaſſet, quòd illa fratres hæc virum ſuprêmo ſepulturæ honore eſſent proſequutæ, cumq; occiſorum Thebanorum propinquos funeris officio prohiberet: Theſeus Thebanarum matrum querelis commotus, Creonti bellum indixit, prælióque victum vita exuit. Statius in Thebaide.

creon, primus Archon, annuus Athenienſium.

creontiades, Herculis filius ex Megara Creontis Thebanorum regis filia, quem pater, cum Theriomacho fratre ab inferis rediens, & in furorem verſus à Iunone, quod Lycum interfeciſſet, interemit.

Creophagi, Æthiopiæ ſub Ægypto populi Strabo.

creophilus, Samius, quem aliquando tradunt ſuſcepto hoſpite Homero, accepiſſe ab eo donum, inſcriptionem poematis, quod Œchaliæ captiuitatem vocant. Sed Callimachus per epigramma quoddam contrarium oſtendit, quod quanquam Creophilus opus compoſuerit, Homeri tamen dicatur, propter dictum

hoſpitium. Quidam hunc Homeri magiſtrum tradunt, quidam non hunc, ſed Ariſteum Proconneſium. Strabo li. 15. Apuleius in Floridis.

Crephagenetus, Deus Thebæorum in Ægypto, qui immortalis colebatur. Soli enim, teſte Plutarcho, nullum Deum mortalem venerabantur.

crepi, Luperci dicti ſunt à crepitu pellicularum, quem verberantes faciunt. Mos enim erat Romanis nudos diſcurrere in Lupercalibus, & obuias quaſque fœminas flagris ex pellibus confectis ferire. Feſtus.

cresa, Doridis regionis in Aſia minori vrbs. Ptolem. *Creſſa* Plinio. *Porto Malfetan*, Sophiano.

creſpa, Ptolemæo Liburniæ vrbs, Crexa dicta. Plinio.

cres, primus Cretenſium Rex.

creſcens, patricius Romanus, qui cùm Romæ principatum ſibi vindicaret ab Othone tertio eſt interfectus. Euſeb.

creſcentius, philoſophus Cynicus, Iuſtino martyri infenſus. Tatianus contra gentes.

creſcentius Numentanus, conſulem titulo ſe Romanum præferens, vrbis dominium cepit.

creſcis, Nymphæ marinæ nomen à fontibus, dictæ: κρήνη enim fons dicitur. Perottus.

creſium, vrbs Cypri. Steph.

creſius, collis in Arcadia. Pauſan.

creſphontes, Meſſeniorum rex, qui populari ſeditione eſt interfectus. Pauſ.

creſſa, Cariæ portus cõtra Rhodum inſulam. Plin. li. 5. cap. 28. Steph. vrbs Paphlagoniæ quam Meriones poſt Troiam condidit. Occupauit eam Zelias Nicomedis filius: Gentile, Creſſeus Steph.

creſſea, Herodot. lib. 7. regio Pallenæ vicina, ac Thermeo ſinui contermina.

creſton, oppidum Thraciæ, quod Stephanus Creſtonen vocari putat ab Herodoto. Lycophron.

ἐκ καμαρηνῆς τοῦτε κρηστώνης θεόν. Ciues, Creſtoneos vocant, aut Creſtonios, aut Creſtonas. Poſſeſſiuum, Chreſtonicus. Steph.

creſton, nomen Regis Bithyniæ, Iuſtinianus lib. 38.

creſtones, populi ſunt qui ſinguli plures habent vxores: cùm autem vir aliquis moritur, tunc oritur magna diſceptatio inter fœminas, quænam illum chariùs adamaret viuentem. Id vbi compertum eſt, quæ beneuolentiæ, & amoris palmam meruit, ad mortui tumulum ducitur exornata, ibique à propinquis mactatur, & humatur cum viro.

creta, tæ, & Crete, tes, vulgò *Candie*, inſula in medio Ponto, centum Vrbium fama clara: vnde à Græcis ἑκατόμπολις appellauit, quæ (vt ſcribit Strabo) ad Septentrionem Ægeo alluitur, ſimul & Cretico Pelago, ad Auſtrum Aphro, aliis Libyco; ad Occidentem Ægilam & Cytheram ſpectat, ad Orientem Carpuatum. Habet in longitudine 279. millia paſſuum, in latitudine quinquaginta millia. Circuitus eius 1589. millia paſſuum complectitur. Inſignes in ea Vrbes ſunt, Gortyn, Cydonia, Gnodus, Minois regia, & Strabonis Coſmographi patria. Nullum in Creta animal noxium viuit, optimique vini fertiliſſima eſt, de qua Virgilius 3. Æneid.

Creta Iouis magni medio iacet inſula Ponto,
Mons Idæus vbi & gentis cunabula noſtræ:
Centum vrbes habitant magnas, vberrima regna.

Dicta eſt Cureta ab habitantibus Curetibus, & per ſyncopen Creta. Alij dicunt Cretam dictam à Crete quodam Iouis filio Curetum rege, alij à Crete Nympha Heſperidis filia. Arrianus non à Crete, ſed ab homine, cui Cres nomen erat, nominatam dicit, qui Iouem abſcondit in monte Lycæo. Vnde Creſſa, tantùm fœminini generis, id eſt, Cretenſis. Similiter Creſſeus, & Creſſius, plura apud Stephanum, qui hanc inſulam alias Æriam & Chthoniam & Iberiam dici prodidit. Cretenſes in ſubterraneis ædibus degunt, natura inuidi, fœdifragi, & ventres pigri, teſte Epimenide Cretenſi.

creta, lucus eſt. Pauſ.

creta, oppidum Scythiæ, Valerius Flaccus libro 1.

—quotius paucos ad littoris ictus
Deficiam, Scythicum metuens, Pontúmque, Cretámque.

cretea, regio Arcadiæ circa Lycæum montem: in qua Incolæ Iouem educatum ferunt, non autem in Creta inſula. Pauſan.

cretæus, poëta quidam apud Propertium.

cretæ, inſulæ quædam appellantur in Mœſia contra Liburnos populos. Plin. lib. 4. capite vltimo.

cretenia, locus Rhodi, vbi Althemenes habitabat, qui cùm ex oraculo patrem ſe occiſurum accepiſſet, dum fugit ne hoc perpetret, noctu nauigium incidit, in quo piratas eſſe ratus patrem occidit. Super Cretoniam Atabirij montes ſunt. Steph.

cretheus, filius Æoli, Iouis filij, qui ex Tyro Salmonei fratris filia Æſonem genuit, Alcimedontem & Amythaonem. Hom. lib. Odyſſeæ, 11. Inde Cretheius denominatiuum, vt Virgo Cretheia apud Flaccum li. 1. dicitur Helle, Crethei neptis.

crethon, filius Dioclis, qui cum fratre Orſilocho ad bellum Troianum profectus eſt Græcis auxilium laturus. Verum cum duo hi fratres nimium,

Digitized by Google

nimium ſuis viribus freti, cum Ænea congredi di non dubitarent, ab eodem interfecti temeritatis ſuæ pœnas dederunt, víxque eorum cadauera à Menelao & Antilocho ex hoſtium manibus eripi potuerunt. Homer. libro quinto Iliad.

cretineorum, regio eſt circa Epheſiam. Parthenius in Erot. c 5.

cretopolis, Pamphyliæ vrbs. Polyb. Diodor. lib. 18.

creticus, Oratoris nomen, cuius meminit Iuuenal. Sat. 2.

Acer & indomitus, libertatiſque magiſter
Cretice pelluces.

creuga, pugil inſignis. Pauſ.

cretinus Magneſius, bello Mithridatico aduerſus ipſum Mithridatem delegit imperatorem Hermiam, quo cum tamen priuatas gerebat inimicitias, profeſſus ſe interim iturum in exilium, ne quis tumultus ob illam factionem duorum ſuboriretur. Quod ſi patria mallet Cretinum imperatorem quàm Hermiam, orauit vt interim exularet Hermias. Aduerſarij modeſtia permotus Hermias, ſponte exulauit.

creuſa, Creontis Corinthiorum regis filia, quam Iaſon repudiata Medea, vxorem accepit: quamobrem Medea indignata, carminibus ſuis ignem inextinguibilem ſcriniolo incluſum per filios ſuos miſit: filios verò præmonuit, vt ſtatim oblato munere diſcederent. Creuſa igitur videndi cupida, nihílque mali ſuſpicans, ſcriniolum aperuit, & continuò euolauit ignis, Creuſámque, & totam Creontis regiam exuſſit. Ouid. lib. 1. de Arte,

Cui non defleta eſt Ephiraa nata Creuſa?

creuſa, Priami & Hecubæ filia, Æneæ coniunx, cui Aſcanium filium peperit. Hanc in excidio Ilij, ad Ænea, qui fugiens patrem humeris geſtabat, filiúmque manu ducebat, perditam fuiſſe in itinere, dum vias notas exceſſiſſet, tradit Maro libro ſecundo Æneidos: ſed nonnulli eam ab ipſo Ænea ex pactione cum Græcis facta occiſam volunt, ne quis ex ſemine Priami ſupereſſet. Alij rurſus non occiſam ſed deſertam tradunt: idque eo conſilio, ne nouas ſedes, nouáque fœdera (quæ ferè nuptiis ſolent coaleſcere) longinquis in regionibus quæſituro vxor obeſſet: quibus refragatur fabula de Heleno & Caſſandra, liberis Priami, quos Græci captiuos abduxerunt.

creuſa, Bœotiæ oppidum. Ptolem. Theſpienſium nauale, vt Strabo ait, *Liuadia*, Nigro vocari legitur.

creuſis, oppidum partim Bœotiæ & Locrenſium, partim Ætolorum. Vadianus apud Pomponium libro 2. Steph. Bœotiæ vrbem eſſe ait, è regione Margaridis ſitam.

crexa, vide Crepſa.

crimiſa, vrbs Italiæ prope crotonem & Thurium à crimiſa Nympha: Gentile, crimiſæ. Strab. lib. 7. Steph.

crimiſa, Straboni Lucanorum vrbs eſt: Meminit eius Steph. & Lycophron apud quem duplici ſſ. *κρίμισσα*, ſcribitur in Calabria eſt, & hodie, *Ciro*, ſiue, *Cirrha*, dicitur, *Crab.* Barrio authore. Hanc eandem tradit ab Antonino, *Paternum*, vocari crimiſa heius etiam loci fluuius dictus eſt apud Stephanum. Nunc, *Flumica*, eodem Barrio teſte.

crimiſſa fluuij nomen. Steph.

crimiſſa vide criniſus.

crinas, Maſſilienſis medicus, qui ad ſyderum motus ex Ephemeride Mathematica cibos dabat, horáſque obſeruabat Plin. ſcribit, hunc centum ſeſtertia reliquiſſe muris patria, non minori ſumma extruendis.

crinis, Sacerdos Apollinis, qui cùm ſacra Dei neglexiſſet, atque ob hoc nihil penitus fructuum eo anno collegiſſet, omnibus rebus à muribus corroſis, tanto detrimento commotus, conſueta ſacra Deo peregit. Quo facto Deus illicò mures omnes ſagittis ſuis perdidit, atque ex ea re Sminthcus Apollo dictus eſt: nam cretenſes, mures Sminthas vocant.

criniſus, Siciliæ fluuius, Segeſtæ vrbi vicinus: de quo Seruius huiuſmodi refert fabulam: cùm Laomedon Neptuno & Apollini mercedem pro ædificatione murorum Ilij denegaret, Neptunus iratus Troiæ cetum immiſit, vt eam vaſtaret. Qua de re conſultus Apollo, hoc vnum tantæ calamitatis remedium fore oſtendit, ſi virgines Troianæ belluæ objicerentur. Hippotes itaque nobilis Troianus metuens, ne & Hegeſta filia ſua in eandem calamitatem incideret, naui eam impoſitam ventis fluctibúſque commiſit, tolerabiliùs nimirùm ratus, ſi illa ſe abſente mergeretur, quàm coram à teterrima bellua crudeliſſimè dilaniaretur. Verùm ita diis viſum eſt, vt illa ſalua in Siciliam deferretur: vbi amore eius captus criniſus, in canis, ſeu (vt alij malunt) in vrſi effigiem conuerſus, eam compreſſit, ſuſcepítque ex eo concubitu Aceſtem Siciliæ regem. Virgil. quinto Æneid. de Aceſte.

Tria Crinoſo conceptum flumine mater
Quem genuit.

crioa, vicus in tribu Antiochide. Steph.

crois, Latinè aries dicitur, quo nomine dictus eſt Æginneta quidam luctator decantatiſſimus apud Græcos. Aries autem crios ob id dicitur, quia cùm in eo fuerit ſol, inter diem ac noctem quodammodo iudicat, quòd *κρίνει* nuncupant. Et quòd in eo ſigno

inter hyemem poſitus, ac æſtatem ipſe rurſus indicauit Cælius libro vigeſimo octauo, capite ſecundo.

criſa, nomen oppidi, quod Criſus Phoci filius condidit. Hinc Criſæus ſinus: Strabo lib. 9. Sunt & aliæ vrbes hoc nomine appellatæ (aliàs Criſſa.) Steph.

criſa, vrbs Phocidis, vnde campus Criſæus: & alia Æolidis, quam aliqui eandem Cyrrhæ faciunt: Gentile, Criſæus.

criſæ, vrbs Troiadis.

criſpina, Pannoniæ vrbs. Anton.

criſpinus, præfectus Prætorio Domitiani principis, celebratur à Statio in ſyluis, qui patre illum Vectio Balano quem comitem habuit in Armenia Corbulo, prægnatum ſcribit. At à Iuuenale ſatyra prima proſcinditur, vt pars Niliacæ plebis & verna Canopi. Et rurſum Satyra quarta vt adulter & inceſtus notatur: Ecce iterum Criſpinus adeſt, mihi ſæpè vocandus. Ad partes, monſtrum nulla virtute redemptum à vitiis, &c.

criſpinus, conſul, collega Iuuentij Celſi anno ab vrbe 865.

criſpinus, conſul cum Æliano, anno ab vrbe 939.

criſpinus, conſul cum Iuliano, anno ab vrbe 976.

criſpitia Daciæ ripenſis vrbs, lib. Notit.

criſpus Salluſtius, hiſtoricus Latinus, Thucydidi ex Græcis opponitur à Quintiliano, elegantia dicendi, Attica breuitate ſententiarum crebritate. Taxatur autem à Pollione, vt nimis antiquarius, & ex Catonis Originibus verba mutuatus: Trogo autem, quòd orationibus nimis longis vtatur, ſicuti & Thucydides; Ciceronis acerrimus inimicus fuit, vt ex vtriuſque inuectiuis orationibus conſtat. Marcus Varro Criſpum Salluſtium in adulterio deprehenſum ab Annio Milone, loris benè cæſum dicit: & cùm dediſſet pecuniam, dimiſſum. Gellius lib. 18. Deceſſit ex hac vita quadriennio ante bellum Actiacum, compluribus hiſtoriæ Romanæ libris perfectis & abſolutis: ſed quorum præter coniurationem Catilinæ & bellum Iugurthinum atque paucula conciurationes temporum iniuria nihil ad nos peruenit.

criſpus, Conſtantini Cæſaris filius, à patre interfectus.

criſpus, Vibius orator, ore compoſitus & iucundus: priuatis tamen cauſis, quàm publicis melior. Quintil.

criſſa, oppidum maritimum Phocidis, à Criſſo Phoci filio conditum. Hinc Criſſeus ſinus, Strabo lib 9.

criſtonei, populi vicini Scythis, Stobæo, quos ait vxores cum maritis mortuis comburere.

critalis, Cappadociæ oppidum, Herodot.

critenſi, Aſiæ populi, à Memnonibus, & Dauellis, dierum viginti interuallo diſcreti. Plin. lib. 6 cap. 36.

critheis, vt ex Ephoro refert Plutarc. in vita Homeri filia Atellis, quam moriens in Mæonis fratris tutela reliquit. Hic autem cùm puellam vitiaſſet, grauidámque feciſſet: atque ob id facti vereretur infamiam, Phemio eam Smyrnæo grammaticæ præceptori in matrimonium dedit. Illa verò non multò pòſt Homerum peperit, ob idque Meleſigenes dictus eſt, qui poſtea cæcus factus, Homeri nomen cepit. Vide Ariſtotelem lib. 3. de poetica longè aliter hæc narrantem, vt & Pauſaniam in Melete.

crithote, vrbs Helleſponti, octoginta ſtadiis, à Candia diſtans: Gentile, Crithoſius. Eſt & promontorium Acarnaniæ. Steph.

critias, Philoſophus, dixit animam eſſe ſanguinem.

critias, vnus è triginta tyrannis, Athenienſibus à Lacedæmoniis impoſitis. Cicero lib. de Oratore 2.

crito Athenienſis, Socratis familiaris, quem & opibus iuuit, & cum quo vſque ad extremum vitæ eſt philoſophatus.

crito, Pieriota (Pieria autem vrbs eſt Macedoniæ) hiſtoricus fuit, ſcripſitque res Perſicas, Siculas, Macedonicas.

crito, Naxius genere, hiſtoricus & ipſe. Suidas.

critobulus, medicus, de quo Plin lib ſeptimo, capitulo trigeſimo ſeptimo. Magna & Critobulo fama eſt, extracto Philippi regis oculo ſagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis.

critolâus, Athenienſis, nobilis Peripateticus, Romam ab Athenienſibus miſſus legatus cum Carneade & Diogene Stoico, vt ſcribit Cicero lib. 2. de Oratore. De huius libro ſcribit idem Cicero in Tuſculanis quæſtionibus. Quo loco, inquit, quæro quam vim habeat libra illa Critolai, qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa, tantum propendêre illam boni lancem putet, vt terram & maria deprimat.

critolaus, Achæorum dux, qui Corinthium conſiliis ſuis euertit. Cicero libro tertio de Natura deorum. Is ſororem interfecit, quòd ſibi ei victoria redeunti non gratularetur, quum tamen cæteri omnes ei applauderent. Demaratus apud Plutarchum in Paralellis. Poſtremò à Quintilio Cæcilio Metello victus apud Thermopylas, veneno ſibi mortem conſciuit. Liuius.

Κριοῦ μέτωπον, id eſt, arietis frons Cretæ inſulæ promontorium, ad Occidentem verſus [illegible] nas. Rufus ex Dionyſio, Pompon. Mela lib. 2. Plin. lib. 4. c. 12.

Crin:

crius, municipium Atticæ, Suid. item fluuius Achaiæ. Pauſan.

crixia, Italiæ vrbs in Liguria. Anton.

croatia, vide Liburnia.

crobialus, oppidum non longe à Seſamo in Paphlagonia, quod abluit Parthenius amnis Dianæ virgini admodum gratus. Apollonius lib. 2. Valer. li. 1. Argonauticon. & Steph. vide Cobilus.

crobylus, leno quidam omnium ſceleſtiſſimus, qui duo ſcorta domi alebat, quorum lenociniis quamplurimos adoleſcentes in perniciem alliciebat: nec his contentus, eoſdem illectos furto compilabat, vnde Crobyli iugum abiit in prouerb.

crobylus, poeta comicus.

crobyzi, populi iuxta Iſtrum, quorum terra crobyzica, Steph. Myſiæ inferioris gens. Ptol. Item, Thracum populi. Herodot.

crocala, inſula arenoſa, circa Indi fluminis oſtia. Plin.

crocea, vrbs Laconicæ, vna ex centum: ciues, Croceatæ. Steph.

crociatonon, Venetorum in Gallia Lugdunenſi vrbs. Ptol.

crocillus, nomen paſtoris, Theocritus.

crocius, Theſſaliæ campus, prope Thebas Phthiotidis, per quam Ambryſus fluit.

crocolana, Angliæ vrbs. Anton. *Ancaſter*, Camdeno.

crocodillo, oppidum, Arſinoe poſtea dictum: ſimiliter & flumen. Steph. κροκοδείλων πόλις, id eſt, crocodilorum vrbs, ſita eſt in Mœride palude Ægypti: ſic dicta, quòd equus cuiuſdam canes proprios fugientes perſequens, in paludem delapſus, à Crocodilo in vlteriorem ripam delatus ſit: quo in loco vrbs condita, Crocodili conſecrati & pro diis habiti ſunt, eoſúmque cæde omnibus interdictum. Steph.

crocodilon, Phœniciæ oppidum, non procul à Carmelo promontorio. Plin. lib. 5. cap. 29.

crocodilus, mons eſt Ciliciæ regionis. Plin. lib. 5. cap. 27.

croconus, fluuius eſt Brutiorum, in quem ſi quid conjiciatur, lapideo dureſcit cortice.

crocorus, campus iuxta Theſſaliam ad Amphryſum fluuium. Steph.

crocum, venatorem, ac ſagittarium fuiſſe dicunt, precibúſque Muſarum in aſtra relatum, Sagittarij nomen accepiſſe. Sidonius.

crocus, puer formoſiſſimus, qui cùm Smilacem puellam deperiret, amoris impatientia verſus eſt in florem ſui nominis. Ouid. 4. Metamorph.

Et Crocum in paruos verſum cum Smilace flores.

crocyleum, ſeu Crocylium Æoliæ vrbs, vt diſertè ſcribit Thucydides lib. 3. ſub finem, Steph. Ithacæ inſulæ adſcribit, auctorémque laudat Thucydidem lib. 3. ſed ea de re nec vola nec veſtigium apud Thucydidem. Idem ait Heracleonem Glaucij filium in quatuor partes Ithacam diuidere, quarum prima ſita ſit ad meridiem & mare, ſecũda Neium vocetur, tertia Crocylium, quarta denique Ægirea. Vocatur & Demos, vt videre eſt apud eũdem Stephanum in voce δῆμος.

crocylus, vir Athenienſis. Plutarch.

crœſus, rex Lydorum, Alyattæ filius, omnium quos hominum memoria celebrat, ditiſſimus, vnde etiam hodie cùm immenſas opes ſignificare volumus, Crœſi diuitias dicimus. Hic cùm ſe omnium mortalium fœliciſſimum crederet, monitus eſt à Solone. Neminem ante cineres beatum dicendum, quòd quoad viuimus, periculum ſit, ne inſtabilis huius mundi fœlicitas dolore aliquo contaminetur. Quam Solonis ſententiam veriſſimam eſſe, Crœſi calamitas poſtea declarauit. Victus enim à Cyro, pyræque impoſitus, tandem ſalubre Solonis conſilium agnouit, eiúſque nomen ſæpius inclamauit. Vnde admiratus Cyrus quiſnam eſſet deorum, hominúmve, quem ille in extremo periculo ſolum inuocaret, rémque totam edoctus, humanæ viciſſitudinis memor, Crœſum ab incendio liberauit, ſummóque ſemper apud ſe in honore habuit. Ouid. 4. de Ponto.

Diuitiis audita eſt cui non opulentia Crœſi?

Herodot. lib. 1. Plutarch. in Solone.

crois, Arabum vrbs, Steph. in voce κρωῦς.

cromitis, regio in Peloponneſo ſupra Alpheum.

crommyoneſus, inſula ante Smyrnam. Plin.

crommyon, Cypri inſulæ promontorium. Strabo. Libyæ vrbs. Steph. Locus in Attica. Xenoph. iuxta Aſcalonem oppidum. Stepha. Eſt & Corinthij agri vicus, vt Pauſanias & Thucydides tradunt, centum viginti ſtadia ab vrbe remotus. Strabo Megaridi, non Corinthiacæ regioni attribuendum putat.

cromna, Paphlagoniæ oppidum. Strab. lib. 12. Valerius Flaccus lib. 5.

Mox etiam Cromnam, atque iugo pallente Cytoreo.

Stephanus Cromnam (inquit) alij Amaſtrim, alij Amaſtridis regiunculam faciunt: Gentiles Cromnites, Cromnæus. Eſt & Peloponneſi vrbs, quæ in maſculino & fœminino genere, item ſingulari & plurali numero profertur, à Cromno Lycaonis filio. Vide Heſychium.

cronciades, vnus ex præſtantioribus Herculis filiis ex Megara. Perottus.

cronea, promontorium Caſpio mari vicinum Plin. lib. 4 cap. 5.

cronia, orum, Saturni feſta erant, quæ cele-

brabantur Romæ 14. Kalendas Ianuarias, ita dicta ἀπὸ τοῦ κρόνου hoc eſt, à Saturno: vnde & Saturnalia à Latinis appellantur. Horum Macrobius latè meminit, citata etiam antiqui poetæ authoritate, apud quem legerat.

Maxima pars Graium Saturno, & maxima Athenæ,
Conficiunt ſacra, quæ Cronia appellantur ab illis.

cronium, mons Peloponneſi. Ptol. Vrbs in Elide, Diodor. lib. 15. Siciliæ oppidum ab Amilcare captum. Polyen.

cronium, nonnullis mare concretum appellatur, teſte Plin. lib. 4. cap. 16. Apollonius tamen in Argonauticis Cronium mare pro Adriatico poſuit, ſi interpreti eius credimus, quod Italiam alluat, quam olim Saturnum volunt tenuiſſe.

cronius, vnus ex Centauris.

cropia, vicus in tribu Leontidis. Steph.

cros, vrbs Ægypti, ciuis, Crottes & præfectura, Croitis. Steph.

croſſa, vrbs iuxta Pontum: Gentile, Croſſæus, Steph.

croſſæa Græciæ regio. Herodot.

crotalus, Fluuius Italiæ (cui Magna Græcia cognomen eſt) nauigabilis, Plin. libr. 3. capite 10.

chrotchchildes, Childerici Burgundionum regis filia, Clodouei Francorum regis vxor, Blond.

croton, ciuitas Italiæ in ſinu Tarentino, Milone athleta memorabilis: qui Pythagoræ diſcipulus fuit. Periciſſima autem rei bellicæ fuit: nec paruam operam exercendis athletis dedit. In vno enim Olympico certamine victores omnes Crotoniatæ fuerunt. Iure itaque dici viſum eſt, qui Crotoniatarum poſtremus eſt, is reliquorum Græcorum primus eſt. Vetus quoque prouerbium alterum, Crotone ſalubrius. Quod inde ortum eſſe aiunt, qui locus ipſe ad ſalubritatem, & bonas corporis habitudines propter athletarum multitudinem plurimùm conferat. Plurimos etiam Olympionicas habuit ad eius gloriam accedit ingens Pythagoreorum numerus. Strab. lib. 6. Hinc Gentilia nomina, Crotoniata, crotonius, & Crotonias. Steph. Crotonem vrbem eſſe ſcribit aliam Tuſciæ metropolim, & montem. vnde Axium flumen effluit; κρότων etiam eſt animalculum canibus infeſtum. Latini Ricinum vocant. Centum quinquaginta ſtadiis à Licinio promontorio diſtat, & ab Achæis condita fertur. Vide Strabonem lib. 6. & Tit. Liu. lib. 24.

croton, Vmbriæ eſt vrbs Halicarn. lib. 1. quæ poſtea Cortonia vocata fuit, vt vertit Gelenius. Sed Corthonia habet Codex Græcus à Roberto Stephano excuſus. Cortona eſt Liuio.

croton, tonis, nomen viri Ouid. lib. 15. Metamorph.

Inuenit Æſerei fatalia fluminis ora,
Nec procul hinc tumulum ſub quo ſacrata Crotonis
Oſſa tegebat humus iuſſáque ibi mœnia terra
Condidit, & nomen tumulati traxit in vrbem:

crotopus, rex Argiuorum, pater Pſamathes, quæ ab Apolline compreſſa, Linum peperit, quem cùm inter vepres abſcondiſſet, canes extractum dilacerarunt. Hinc Crotopiades patronymicum maſcul. Ouid. in Ibin.

Quique Crotopiadem deripuêre Linum.

crotus, ſiue Croton, Euphemes Muſarum nutricis filius.

crumerum Aſaum, Pannoniæ inferioris Antonino, Comorn inſula vt Simlerus opinatur.

crunos, Thraciæ portus, Pomponius libro ſecundo Dionyſiopolis, inquit Plinius libro 4. capite vndecimo ante Crunos. Portus autem à ſalientibus aquis nomen habet, qui Græcè Cruni appellantur. Hermolaus. Vide Dionyſiopolis.

cruſa, inſula Aſiæ adiacens in ſinu Ceramico. Plin. lib. 5. cap. 31. in deſcriptione inſularum ante Aſiam.

cruſis, pars Mygdoniæ, à Cruſo Mygdonis filio, vnde cruſis adiectiuum fœmin. gener. Stephan.

cruſtumerium, oppidum in Latio, Albanorum Colonia. Plinius libro tertio cap. 5. Virgil. libro ſeptimo Æneidos. Cruſtumeros appellat.

Ardea, Cruſtumerique, & turrigera Antemnæ.

cruſtuminum, oppidum Thuſciæ, iuxta Veiòs, à quo incolæ Cruſtumini dicti & Cruſtumina tribus, & cruſtumina pyra, & cruſtuminum vinum laudatiſſimum.

cruſtumium, fluuius ex Apennino monte ortum trahens, Ariminúmque præterlabens. Luca. lib. 2.

In lanum ceſſidêre latus velóxque Metaurus,
Cruſtumiúmque rapax & iunctus Sapis Iſauro. Plin. lib. 3. cap. 15.

crya, vrbs Lyciæ. Sunt & aliæ inſulæ cryeorum nempe Caryſis & Alina, Steph.

cryaſſus, vrbs cariæ à Cryſſo Garetis filio. Steph.

crymnas, locus in Troade, author Nicander in Theriacis.

crynis, Bithyniæ fluuius. Plin.

cryon, Aſiæ minoris fluuius, in Hermum defluens. Plin.

crypta Neapolitana, via manu facta in monte Pauſilippi, qua itur cum Napolim. Mille paſſus in longitudinem procedit duodecim.

Digitized by Google

decim pedes lata, & totidem alta eſt, vti eam deſcribit Leander. *Grotta di Napoli*, vulgò vocant.

cryptus, Arabiæ fœlicis portus. Ptol.

cryptus, Æginæ inſulæ portus. Pauſan.

cryſſa, Troiadis fluuius. Plin.

C T

cteatus, pater Amphimachi, vnus ex quatuor ducibus Epeorum, qui quadraginta nauibus ad Troianam expeditionem ſunt profecti. Homerus in catalogo nauium.

ctemene, vrbs Theſſaliæ, à Peleo Phœnici donata, cuius ciues Homerus Dolopes vocat, & Ctemenem Dolopiadem: Gentile, Ctemenius, & Ctemenæus.

ctenos, Tauricæ Cherſoneſi portus. Strabo.

cteſibus, Athenienſis paraſitus, qui aliquando interrogatus: quid illi ex Philoſophia ſupereſſet, reſpondit, ἀσύμβολον δειπνεῖν, id eſt, ſine ſymbolo cœnare: nam cùm iocis ſcateret, ſæpius vocabatur. Cæl. lib. 17. c. 24.

cteſias, Cteſiochi filius, medicus Cnidius, qui Artaxerxem cognomento Memorem curauit & hiſtoriam Perſicam libris triginta conſcripſit. Suidas.

cteſibochus, pictor nobilis qui Iouem Bacchum parturientem & ingemiſcentem muliebriter inter obſtetrices, dearúmque clamorem depinxit.

cteſiphon, Athenienſis decreto perſuaſit Athenienſibus, coronari oportere Demoſthenem aurea corona in theatro, probitatis & virtutis omnis generis ergò. Ob id ab Æſchine Demoſthenis inimico, tanquam pernicioſi decreti author accuſatus (defenditur à Demoſthene præclara illa, atque omnium optima oratione, quæ περὶ Στεφάνου, id eſt, de corona inſcribitur. Cicero de optimo genere oratorum.

cteſiphon, Architectus qui templum Dianæ Epheſiæ traditur extruxiſſe, opus mirabile, & toto orbe celebratum: quod poſtea ab Heroſtrato incenſum fuit, & hac tantum de cauſa vt ob aliquod facinus nominaretur.

cteſiphon, locus Parthorum, Strabo lib. 15. Prope Seleuciam vicus maximus eſt, nomine Cteſiphon, in quo Parthorum reges hyemabant, Hic vicus vrbis potentia & magnitudine eſt adeò, vt Parthorum multitudinem & apparatum omnem recipiat, ac venalia neceſſariáque artificia illi ſuppeditet. Ibi Parthorum reges in hyeme propter aëris temperiem degere ſolebant, æſtatem verò in Hyrcania & Ecbatanis agebant. Quin & Cteſiphontem Babylonici regni caput fuiſſe, Plin. lib. 6. ſcribit c. 26. Gentile, Cteſiphonthius.

cteſippus, Chabriæ filius, quem Phocion, mortuo Chabria amico, diligenter ac perhumanè collegit, quò impuros adoleſcentis mores componeret: eius tamen cùm duro, tùm minimè liberali ingenio eſſet: nuſquam adduci potuit, vt curam & laborem in illo inſtituendo dimitteret: cuius ineptias non modò pertulit patienter, verùm etiam ſtudioſè tegebat. Quanquam ſemel aiunt, Phocionis conſtantia importunitate leuiſſimi hominis ſuperatam. Nam quum ille imperatorium quoddam munus ſtudio accuratiore obiret. Cteſippus, vt erat futilis delirúſque, grauiſſimum, peritúmque imperatorem cœpit fatuis quibuſdam interrogatiunculis obtundere: atque illum monens, docénſve, importuniùs perurgere. Tum ſtomachatum Phocionem dixiſſe fama eſt: O Chabria, Chabria: cumulatum tibi pro amore noſtro gratiam nunc perſoluo, qui dati tui deliramenta ſuſtineo. Plut. in vita Phoc.

cteſius, Iupiter dictus eſt apud Athenienſes, in cuius dedicatione Ambroſia ferebantur, id eſt, omnis generis fruges cum oleo & latice. Cæl. lib. 28. c. 25. Huius ſtatuam in ærario ponebant. Suidas.

cthonia, inſula eadem quæ Cret. a Steph.

cthonophile, ex Baccho Phliuntem peperit. Steph.

ctymene, vide Ctemene.

ctylindrine, Indiæ intra Gangem locus. Ptolem.

ctypanſa, caſtellum. Strab. lib. 8.

C V

cuarius, fluuius prope Coronæam, quem Alcæus Coralium vocat.

cuba, dea apud Antiquos, quæ præerat cubantibus.

cuba, inſula noui orbis Occidentalis.

cuba, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

cubi, Galliæ Celticæ populi, qui Bituriges vocantur, vulgò, *Ceux de Berry*. Plinius libro 4. cap. 19.

cubulterini, Italiæ populi. Plin.

cubus, vide Cybus.

cucadma, Sarmatiæ Aſiaticæ oppidum. Ptol.

cucasbiri, Thraciæ vrbs. Procop.

Cucci, Pannoniæ inferioris vrbs. Anton.

cuculum, Straboni Marſorum in Italia, hoc ibi, *Scutela*. Caſtellum ponit Leander.

cuculum, Latinorum oppidum, in via Valeria, cuius meminit Strabo lib. 5.

cuculus, Iupiter dictus eſt, quòd Iunonis deſiderio in hanc auem fuerit transformatus.

culcua, Colonia Numidiæ nouæ in Africa. Ptol.

cuma, vrbs in Locrenſi agro, qui eſt Ioniæ minoris. Fuit autem hæc Æolicarum vrbium maxima, & ferè metropolis cæterarum ciuitatum, quæ numero erant circiter triginta. Ab

ca nominata eſt cumæa Sibylla, quam aliqui à vicinitate loci Erythræam appellarunt, quæ profecta in Italiam multa de Romanis vaticinata eſt. Item patria fuit Ephori, viri doctrina clari, Iſocratis diſcipuli. Sed & ante ipſum Heſiodus quoque poeta Cumæus fuit, qui patrem ſuum, relicta Æolica cuma, in Bœotiam migraſſe dicit. Plut. de eo in Sympoſiis, multa, & Suid. Steph.

cumanus, Apollo dictus eſt, quòd Cumæ coleretur, quem quatuor diebus fleuiſſe memorant, cùm aduerſus Achæos, regémque Ariſtonicum à Romanis pugnaretur.

cuma Æolica, ante Leſbum ſita, nomen habet à cyme Amazone: quare & Amazonium dicta eſt. Hæc & Leſbus ſtoliditatis notantur. Eſt & alia Phryconitis dicta. Quarta Elidis. Quinta Eubœæ & Pamphiliæ. Item inſula prope Siciliam. Steph. huius incolæ cumæi dicti ſunt, qui ſtupiditatis nomine malè audierunt: olim enim vulgatum erat in tota Aſia prouerbium Cumęos ſero ſapere. Vide Eraſm.

cumæ, arum, ciuitas campaniæ ad mare iuxta Puteolos, à cumæis Aſiæ populis, & chalcidenſibus communiter condita, Seruius in illud Virg. 3. Æneid.

Hac ubi delatus cumæam acceſſeris vrbem.

Eubœa, inquit, inſula eſt, ex cuius ciuitate Chalcide coloni profecti ſunt ad nouas ſedes quærendas, & haud longè à Baiis (qui locus à ſocio Vlyſſis Baio illic ſepulto nomen accepit) inuenerunt vacuum littus, vbi viſa muliere grauida (quod illi fœcunditatis augurium interpretabantur) ciuitatem condiderunt, quam Cumas appellauerunt, ſiue, ἀπὸ τῆς κύοντος, hoc eſt, à prægnante, ſiue ab vndis, quas Græci, κύματα, appellant. Hæc ille. Strabo verò libro 5. Cumas appellatas mauult à cuma Æolica vrbe, ex qua profectus eſt Hippocles, qui Megaſtheni Chalcidenſi in hac vrbe condenda ſeſe præbuit adiutorem, tradítque ita conueniſſe inter duos hoſce duces, vt ius quidem coloniæ penes Chalcidenſes, nominis autem imponendi poteſtas penes cumæos eſſet.

cumanus, Iudææ procurator, anno ſalutis 51.

cumæ, ſic fere Latinis, ſed cyma Liuio, vt & Ptol. Æolidis maritima vrbs eſt, quæ *Foia noua*, Nigro, ſed *Caſtri*. Sophiano dicitur, cume Straboni etiam. *Lareſſa*, vocatur, *Amazonium*, quoque, & *Phriconitis*. Stephano teſte, appellatur: eadem dicitur, *Ægyptia*, à Xenophonte.

cumelus poeta, floruit anno ab vrbe 420.

cumerum, Piceni promontorium eſt, Plinio, *Monte d'Ancona*, hodie, Leandro teſte, aliquibus etiam, *Monte Santo*, dici ſcribit. Non. Marcellus in ſua Ægialogia propter frequentes Eremitarum habitationes.

cumi, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum in Nili ripa. Plin.

cumillum Magnum, Italiæ vrbs, inter Parmam & Dertonam. Anton. hodie, *Sigemol*, iuxta Verſam fluuium. Simlero Camillomagum coniunctim legit. Sigonius.

cumæus ager, Luſitaniæ promontorium Strabo libro 3. caput hodie, *Sancti Vincentij*, nominant. Idipſum Ptolemæus ſacrum eſſe credidit, vt facilè in locis non adeò diſtantibus error committitur.

cunei, Hiſpaniæ populi, quorum vrbs ampla Cuniſtorgis dicitur. Appian.

cuneus, ſiue Sphen Straboni regio eſt. Plin. promontorium vocat: Mela agrum. Locus Hiſpaniæ Luſitaniæ eſt inter ſacrum promontorium & Anam fluuium. *El Faro*, hodie dici Cluſio videtur, cui in Algarbiæ regno eſt.

cuni, Gedroſiæ oppidum. Ptol.

cunici, vrbs Baleatidis maioris. Plin.

cuniculariæ, inſulæ paruæ, corſicæ inſulæ vicinæ, inter corſicam & Sardiniam. Plin. lib. 3. c. 5.

cunina dea, quam Priſci coluerunt, quæ cunis infantium præſidere putabatur. Cæl. Rhod. lib. 12.

cunion Charion id eſt, Lætus portus Sardinię inſulæ promontorium eſt. Ptol. *Cabo Ferrato*, Mar. Nigro eſt.

cunipertus Longobardorum rex, patri Grimoaldo in regno ſucceſſit, anno ab vrbe 1433.

cunuſitani, Sardiniæ populi. Ptol.

cuphe, Lybiæ interioris vrbs. Plin. apud Cedrenum verò fluuius Sarmatiæ Europææ videtur.

cupido, amoris deus, quem Heſiodus natum vult ex chao & Terra: Simonides & Cicero ex Marte & Venere: Arceſilaus ex nocte & Æthere: Alcæus ex Lite & Zephyro: Sappho ex Venere & Cœlo: Seneca ex Venere & Vulcano. Quidam ex ſola Venere prognatum tradunt, citantes illud Virg. lib. 1. Æneid.

Nate mea vires, mea magna potentia ſolus.

Duplex autem eſt. Ouid.

Alma faue, dixi geminorum mater Amorum.

Honeſtus, videlicet & turpis: illúmque ex Venere & Ioue patre natum volunt: hunc autem Erebi & Noctis filium eſſe: quod ipſum refert Cicero libr. 3. de Natura deorum. Fingitur à poetis armatus flammis, & duobus diuerſiſſimæ naturæ ſpiculis, altero videlicet aureo, altero plumbeo, quorum illud vim habet amorem conciliandi, hoc pellendi fugandique. Ouid. libro 1. Metamorph. in fabula Apollinis & Daphnes.

cupræ, vel Cypræ duæ ſunt vrbes apud Ptol. vtraque in Piceno ſiue in littore Apulo; alteram Maritimam, alteram Montanam cognominat, Maritimam putat Leander hodie occupa-

pare

Digitized by Google

pare, *Gritto*, caſtellum. Montanam verò, Templum D. Virgini dicatum, quod *Coreto*, dicitur. Hæc fortè erit Cupręe, id eſt, Iunonis fanum, quod Strabo lib. 6. hoc loco deſcribit. Pintianus ex Cupra maritima duas facit apud Ptolem. *Cupram*, nempe & *maritimam* Huius maritimæ mentionem putat fieri apud Pompon. lib. 2. vbi cæteri legunt Senogallia maritima, &c. quo iure, iudicent alij.

cuqueni, vel Cucueni, Aquitanicæ Galliæ populi. Ptolem. Biernenſes vocantur à Villanouano.

curaporina, Indiæ intra Gangem oppidum. Ptol.

cureum, Liburniæ oppidum. Ptol.

curcura, inſula in mari Adriatico, non longè à Melitine: aliàs dicitur Melena.

curena. Mediæ vrbs. Ptol.

curenſes, populi in quarta regione Italiæ à Plinio collocati. lib. 3. c. 13.

cures, pluralis numeri, Sabinorum oppidum, cui imperabat T. Tatius, cuius ciues Quirites dicebantur: conuenerúntque Romulus & Tatius in hanc ſententiam, vt à duobus populis vnus efficeretur, & Sabini Romam migrarent, Romáque nomen retineret: ſed Romani & Sabini Quirites appellarentur. Liuius libro primo. Hinc etiam populi cures. Virgilius libro 9.

Tatióque ſeni Curibúſque ſeueris.

Fuit quondam vrbs illuſtris teſte Strabone, caput gentis vocat Halicarnaſſeus. Plinius curenſes, κύρεις, Stephano eſt, hodie, *Turre*, dici ſcribit Leander.

curetes, populi cretæ inſulæ, cui & corybantes & Dactyli Idęi appellati ſunt: ex Ida Phrygiæ monte (vt quidam volunt) oriundi: à cuius etiam nomine Cretæ montem, quem primùm inſedere, Idam appellarunt. Dicti, κουρῆτες, Straboni libro 10. ἀπὸ τῆς κουρᾶς; hoc eſt, à tonſura. Anteriorem enim capitis partem detonſam geſtabant, ne hoſtes eos Cæſarie apprehenderent. Alij Curetas dictos, ἀπὸ τῆς κουροτροφίας, eò quòd Iouem aluiſſe dicantur. Idem Strabo loco iam citato, Curetas in Græciam quoque traiecisſe, tandémque conſediſſe trans Acheloum fluuium, ibíque cùm intonſa ſeruarent capita, Acarnanas vocari cœpiſſe. Hos Ouidius ex imbri natos fabulatur, libro 4. Metamorphoſ.

——Largóque ſatos Curetas ab imbri.

Hinc deriuata. Cureus. Curiſſa, Curitis.

curetes, id eſt, Sacerdotes Cybeles in Creta, Græcè, κουρῆτες. Cabiros, Telchinas, Corybantes & Idæos Dactylos, ſunt qui eoſdem fuiſſe credant, inquit Strabo lib. 10. Idem eodem in loco tradit eorum quoſdam qui trans Acheloum habitabant Acarnanas dictos fuiſſe.

curia, Rhetiæ locus inter Mediolanum & Brigantiam, *Chur*, hodie Schudo.

curia, vel coria. Otedanorum vrbs, Albioni inſulæ. *Corodbrige*, Camdeno.

curiandra, Bactrianæ oppidum. Ptol.

curianum, Galliæ Aquitanicæ promontorium. Ptol.

curias, Cypri promontorium, Ptol. oppidum Plin.

curica, vrbs inter Bætim fluuium & Emeritam. Anton.

curicta, inſula Illyriæ obiacens Plinio & Ptol. *Vega*, fortè hodie dicitur, inquit Hermolaus. Ceryctica eſt Straboni.

curictæ, populi Illyrici, conuentus Scardonitani, quos ius Italicum habere Plin. dicit libr. 3. cap. 21.

curifugia, nomen villæ Nicolai Perotti inditum, quem in agro Sentinari habebat, inter duo fluenta, Sentinum & Neuolam, vbi eſt ſaluberrima cœli temperies.

curionia ſacra, quæ à curionibus in curiis fiebant.

Q. curio pater, orator egregius, ſed nulla memoria fuit. Hic in quadam oratione Cæſarem omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem vocauit.

C. Curio filius, Tribu. pleb. Cæſarianas partes ſequutus eſt, vir luxu & audacia ſingularis: ſexcenties enim H.S. debebat, vt Valerius de luxuria ſcribit. Is vt ſe ære alieno liberaret, atque emergeret, Cæſarem ad bellum ciuilem impulit. Cicero in Epiſt. ad Q. Turonem, & 2. Epiſt. ad Curionem.

curiones, Germaniæ populi. Ptol.

curioſolitæ, populi inter celtas ex maritimis ciuitatibus, Oceanum attingentibus, qui Armoricæ appellantur, proximi Andegauenſibus. Hos Coriſopitenſes eſſe pleriſque placet: quæ ciuitas eſt Epiſcopalis in prouincia Turonenſi, Britanniæ ducatu, regnóque Francorum ſita, *Cornuaille*.

curitis, oppidum à terra eſt abſorptum. Plin. lib. 2. cap 19.

cûrium, vrbs cypri, à cureo Cinyræ filio. Gentile, curieus, curias. fœm. & ipſa regio. Eſt etiam vrbs Ætoliæ. Steph.

curius, Roman. ciuis exactiſſimæ frugalitatis, & perſpectæ fortitudinis. Hic cùm in ſcamno ſedens, rapas in foro torreret, & Samnitum legati magnum auri pondus publicè miſſum attuliſſent, inuitaréntque, vt eo vti vellet: reſpondit, M. curium malle imperare locupletibus, quàm locupletem fieri, & qui acie vinci non potuiſſet, eum pecunia corrumpi non poſſe. Hunc omnium primum de Sabinis triumphaſſe, author eſt Liuius. Idem etiam Pyrrhum Epirotarum regem acie victum, Ita,

lia expulit, populóque viritim quaterna agri iugera diuiſit, ſibíque nihilo plus ſeruauit, docens, Neminem eſſe debere ducem, cui non tantum eſſet, quantum militi ſufficeret. Cecilius. Reuerſus in concione ait: Tantum agrorum cepi, vt ſolitudo fuerit futura, niſi tantum hominum cepiſſem: tantum hominum porrò cepi, vt fame eſſent perituri, niſi tantum agri cepiſſem. Poſtremò de Lucanis ouans vrbem intrauit.

Cúrius, Alexandriæ presbyter fuit Diocletiano, tantæ doctrinæ fama, vt Origenes iunior appellaretur. Hieron.

Curópolis, vrbs Cariæ. Steph.

Curta. Pannoniæ inferioris vrbs, hodie, *Ofen*, ad Danubium.

Curti, Aſiæ populi. Cedren.

Curtius, prænomine Marcus, adoleſcens Romanus nobilis, qui ſe pro ſalute patriæ Diis manibus deuouit. Nam cùm terra in medio foro ingenti hiatu deſediſſet, reſponſúmque eſſet, non coituram labem, niſi quiſquam ex primæ ſpei adoleſcentibus ſeſe in hiatum deieciſſet. Curtius acceptam à patria vitam, eidem impendere non dubitauit: conſcenſóque equo, ſine mora ſe in ſpecum præcipitauit. Vnde etiam Curtius lacus nomen creditur ſeruaſſe. Ariſtides apud Plutarch. in Parallel. Liu. libro ſexto.

Curtius, eques Romanus deliciis diffluens quum apud Auguſtum cœnaret, turdum macrũ è patina tollens, eúmque manu tenens, interrogauit Cæſarem num mittere liceret? Quúmque is reſpondiſſet, quidni liceat? Ille protinus auem per feneſtram miſit Princeps ambiguitate verbi deluſus, factum æquo animo tulit, Macrobius Saturn. lib. 2.

Quintus Curtius Rufus temporibus Tiberij floruit, in quem eſt eiuſdem principis dictum, natalium eius dedecus velantis,

Curtius videtur mihi ex ſe natus.

Ex ſectatore Quæſtoris in Africa, conſulare imperium, prouinciam Africam, & triumphi inſignia obtinuit. Tacit. 11. De eodem vide Plinium Epiſtolarum 7. ad ſuram.

Q. Curtius Rufus nobilis hiſtoricus de rebus geſtis Alexandri Magni ſcripſit hiſtoriam, ſub Veſpaſiano floruit, vt cenſet Catonæus.

Curtius, fons inſigni aquæ ductu memorabilis, vt qui à quadrageſimo lapide in vrbem fuerit perductus opere arcuato tantæ altitudinis, vt in omnes vrbis montes facilè diſtribueretur. Plin. lib. 36. c. 15.

Cuſa, Mauritaniæ Tingitanæ fluuius. Ptol. *Omirabi*, vel *Vmarabea*, hodie.

Cuſco metropolis, & præcipua ciuitas in ea noui orbis parte, quæ meridiem magis ſerpicit, quam Hiſpani terram firmam appellant, & quæ Braſiliam Peruuiámque comprehendit. Hæc ciuitas, cum pulcherrimis Galliæ & Hiſpaniæ vrbibus, amplitudine, inuicta arcis munitione, & hominum potiſſimum nobilium frequentia, ædificiorum ſerie & diſpoſitione, ſitúſque amœnitate contendit. Delectantur incolæ rebus depictis: panno, plumbi, ſtannique fodinis abundant. Argenti apud eos vis magna non item. Vide noui orbis deſcriptores.

Cuſculis, vrbs in Thracia. Procop.

Cuſi, i. durus, ſiue ſtupida, aut cucumerarium filius Abdi filij Maloch 1. Par. 6.

Cuſi, Pannoniæ inferioris vrbs Anton.

Cuſus, fluuius, cuius meminit Tacit. libro 2. Hanc Lazius Khæres vocat, Hungariæ fluuium aut Transſyluaniæ potius, vt Rhenanus ſcribit, qui etiam dubitat num ſit melius Cruſus ſcribendum, apud Tacit.

Cuſuetani, Italiæ populi. Plin.

Cutuletos, inſula eſt circa Syrtim maiorẽ. Mela.

cutha, regio Perſidis, à flumine Cutha ſicuti Ioſephus li. 9. ca. 15. Anti. Iud. ſcriptum reliquit, vocata. Inde Cuthæi, de quibus idem 11. cap. 2. Antiq. in hunc modum ſcribit: Salmanaſar etenim transmigrans Iſraelitas, in eorum regione conſtituit Cuthæorum gentem, quæ priùs in interiore parte Perſidis & Mediæ morabatur. 4. Reg. 7. Lat. combuſtio, ſiue contuſio.

cutilanæ, aquæ in Vadimontis lacu, in quibus eſt opaca ſylua, quæ nunquam die ac noctu, eodem loco viſitur. Plinius libro ſecundo cap. 95.

cutilia. agri Reatini lacus eſt in quo ſyluoſa inſula innatat, quæ nunquam die, & nocte eodem loco permanet. Plin. lib. 2. c. 95. & lib. 3. ca. 3.

Cutilium, Liuio lib. 28. Vmbriæ eſt oppidum. Hodie, *Contigliano*, dici ſcribit Leander, ſed malè Clutilium habet, Cutylia Halicarnaſſeo eſt ad Cutilium lacum.

CY

cyalus, vrbs Lydiæ à Ioue condita Gentile, cyalius, Steph.

cyamon, Cretæ inſulæ promontorium. Ptolem.

cyamoſorus, Siciliæ fluuius circa Centoripam vrbem. Polib.

Cyana, virgo Syracuſana, violatam ab ebrio patre pudicitiam ægrè ferens, apprehenſum capillis ſtupratorem ad aram traxit, mactauítque; ac ſe ſuper eum necandam iniecit, ad ſedandam peſtem, qua propter facinus laborabant. Plutar. in Parallel. Vide Cyanippus.

cyana, Nympha Sicula, quæ cùm Proſerpinæ aduerſus Plutonem opem ferre conaretur ab illo dicitur commutata in fontem ſui nominis, qui in agro Syracuſano oſtenditur, vbi Anapo.

Digitized by Google

Anapo miſtus, non procul ab Ortygia inſula illabitur in mare. Ouid. 3. de Ponto.

Quâque ſuis Cyanen miſcet Anapus aquis.

Cyane, oppidum Lyciæ. Plin. lib. 5. c. vigeſimo ſeptimo.

Cyaneæ inſulæ, ſeu potius ſcopuli ſub Thracio Boſphoro modico ſpatio inter ſe diſtantes. Vnde factus eſt locus poetarum fabulis, qui Cyaneas inter ſe concurrere tradiderunt, quod ex aduerſo intrantibus geminæ cernebantur, naue verò paululum in alterum latus deflexa, vna tantùm videbatur Valerius Flaccus libr. 4. Argon. à quo modò Cyaneæ, modò etiam Symplegades appellantur.

Cyanee, Mæandri Phrygij fluminis filia fuiſſe fertur, quæ à Mileto compreſſa, Caunum & Byblida genuit. Ouid. li. 9. Meta.

Cyanippus, Syracuſanus qui cùm Bacchi Orgia contemneret, ab irato deo tanta perfuſus eſt ebrietate, vt filiæ Cyanæ in tenebris, quamuis reluctanti, vitium intulerit. Filia verò, cognito ex anulo, quem violatori detraxerat, parente, tunc quidem, vt potuit, dolorem diſſimulauit: poſtea autem ingenti exorta peſtilentia, cùm ab Apolline remedium promitteretur, ſi authore flagitij pœnas ſumerent: admirantibus omnibus, quodnam eſſet tantum ſcelus, quod etiam ſuperis curæ eſſet authoris morte expiari, conſcia rerum Cyane, arreptum capillis parẽ ad aram pertraxit, eóque primũ mactato, ſibi quoque man' intulit. Plut. in Parallelis.

Cyanippus, vir natione Theſſalus, cùm frequentiſſimè venatum ire conſueuiſſet, noua eius ſponſa ob magnam viri in ſyluis conſuetudinem, alterius mulieris concubitum ſuſpicata, euntem Cyanippum pedetentim ſubſequuta eſt. Cumque inter denſa delituiſſet arbuſta, rerum præſtolatur euentum. Ac ramis fortè commotis, feram adeſſe canes ſuſpicantes, impetu facto, amantiſſimam viri puellam, vt brutum animal, dilaniarunt. Id verò inſperatum adeò facinus, cùm Cyanippus inſpexit, mortem ſibi conſciuit. Plut. in Parall.

Cyanus, fluuius eſt, Colchidis, qui iuxta Acam oppidum in Phaſim influit. Plinius libro 6. cap. 4.

Cyaraxes, alij Cyaxares, Phraortis regis Perſarum & Medorum filius, Aſtyagis pater, primus Aſiæ populos in prouincias diſtinxit, primus in ſuum quóſque ordinem diſtribuit, haſtatos, ſagittarios, equites, quum priùs omnia promiſcua eſſent atque implicita. Hic & cum Lydis prælium fecit: quod cùm fieret, dies nox effecta: & omnem trans Halym flumen Aſiam ſibi ſubiecit. Herod. lib. 1.

Cyarda, vrbs Cariæ, à Cyardo rege earum Bargaſi filio. Steph.

cyathus, flumẽ ad Arſionoem in Ætolia. Cælius Antiquarum lectionum lib. 15.

cybale, ancilla pauperis cuiuſdam Symili, cuius paupertatem deſcribit Virg. in Moreto.

cybaſſus, vrbs Cariæ, quæ & Caballus. Steph.

cybele, Cœli & Terræ filia, & vxor Saturni, aliis nominibus Ops, Rhea, Veſta, Magna mater, Dindymene, & Berecinthia appellata. Cybele autem dicta putatur à Cybelo Phrygiæ monte, vbi eius ſacra primò creduntur inſtituta, quamquam Feſtus, ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν τὴν κεφαλὴν, dictam malit quod Græcis ſignificat, in caput ſaltare: quo genere ſaltationis Galli, deæ huius ſacerdotes peculiariter in ſacris vtebantur.

cybelea, vrbs Ioniæ. Herodianus Phœniciæ ciuitatem eſſe ſcribit. Eſt & Cybella Phrygiæ, & Cybellum templum, à quo Rhea Cybele dicitur, Stephano.

cybelus, mons Phrygiæ, in quo Cybele Deorum mater colebatur.

cybernesia, feſta ſunt, Theſeo ex Creta redeunte inſtituta, Nauſithoi gubernatoris honori, & proretæ Phæaci etiamſi Pherecius, Simonidæ, Theſei nauis moderator dicatur fuiſſe, ſed Nauſithoo & Phæaci erecta etiamnum heroa ſunt. Cælius Rhodig lib. 18. c. 17.

cybiotates, rex Ægypti Cæl. lib. 16.

cybiratici tauri, à Cybitis dicti. Sueton. in Gordiano.

cybira, oppidum Lycaoniæ non procul à Meandro fluuio, cuius incolæ Cybirates. Cic. 6. in Verrem, Hoſce opinor Cybiræ, quum in ſuſpicionem veniſſent ciuibus fanum expilaſſe Apollinis.

cybiſtra, Armeniæ minoris vrbs Prol.

cybytus, mons altiſſimus, à terra deuoratus vnà cum oppido Curite. Plin. li. 2. c. 91.

cybrela, Cariæ vrbs. Steph.

cybus, vrbs Ionum, in Libya Phœnicum, inde Cybites, vel Cyberes. Steph.

cycesiũ, Peloponneſi vrbs circa Piſam. Strab.

cychreũs. crei, Neptuni & Salaminis filius, qui ob morum aſperitatem, ὄφις, hoc eſt ſerpens cognominatus. Hunc Eurilochus, cùm inſulam Salamina vaſtaret, expulit: ſuſcepit autem eum Ceres in Eleuſine, ſuumque fecit ſacerdotem. Ab huius etiam nomine Salamis inſula aliquãdiu Cychrea appellata eſt. Steph.

cychri, Thraciæ populi, apud quos aquas eſſe lethales & necantes ex Theopompo refert Plin. li. 31. c. 2.

cyclades, inſulæ maris Ægæi circa Delum in orbem ſitæ, vnde & nomen acceperunt. Strab. li. 10. Alij dicunt vocari Cyclades, non quia in rotunditatem ſitæ ſunt, ſed quod longo ordine eas circuire neceſſe ſit, propter promontoria, vnde & Virg. 3. Æneid.

Digitized by Google

—*Sparſáſque per æquor Cycladas.*
Sunt autem numero quinquaginta tres. *Inſule del Archipelago*, à Caſtaldo vocantur.

cyclaminus, ſinus Aſiaticus Boſphori Thracici, *Golfo de Soltania*, Gillius.

cycli, quaſi circuli, loca erant Athenis, vbi mancipia venibant, tractum nomen à circulari circumſiſtentia vendendorum, cyclus enim rotundum ſignificat.

cycloborus, fluuius quidam Atticæ, ingenti ſtrepitu defluens. Vide prouerbium, cyclobori vxor.

cyclôpes, Neptuni & Amphitrites filij fuerunt, miniſtri autem Vulcani, Ioui ſua fulmina fabricantes. cyclopes dicti ab eo, quòd vnicum haberent oculum, eúmque orbicularem media in fronte ſitum. Ex his tres potiſſimùm à poëtis celebrantur. Brontes, Sterôpes, & Pyracmon, quem Ouidius 4. Faſtorum Æmonidem vocat. Virg. 8. Æneid.

Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro,
Brontéſque, Steropéſque & nudus membra Pyracmon.

cyclopis donum, pro munere inutili, & cyclopea vita pro impia & iniuſta in prouerbium abierunt.

cyclops, vide POLYPHEMVS.

cyclopum ſcopuli, tres ſunt prope Siciliam auctore Plin. Claud. Aretius & Thomas Fazellus eos *Faraglioni*, appellant, videntur etiam *Planctæ*, ab Apollonio dici.

cyenitis regio in qua cycnus imperauit. Steph.

cycnus, Martis filius, quem Hercules equeſtri prælio ſuperatum occidit, equo adiutus Arione, quem Neptunus in equum conuerſus ex Erinni genuerat. Huius necem tam iniquo animo Martem tuliſſe ferunt, vt eius vlciſcendæ cauſa aduerſus Herculem arma ſumeret. Verùm antequàm ad manus venirent, Iupiter iaculato fulmine eos diremit, vt refert Hyginus, Fab. poët. cap. 31.

cycnus, Neptuni filius, omni ex parte inuulnerabilis, cum quo Achilles Troiani belli tempore congreſſus, cùm fruſtra eum iaculis appetiiſſet, tandem re intellecta, humi eum proſtrauit, genibúſque collo innixus, animam eripuit: cúmque cadauer ſpoliare vellet, arma vacua inuenit, cycnúmque in auem ſui nominis vidit commutatum. Ouid. 12. Metamorph.

cycnus, Ligurum rex, qui cùm Phaethontis propinqui ſui necem inſolabiliter defleret, in auem ſui nominis eſt commutatus. Ouid. lib. 2. Metamorph.

cyconæ, Aſiæ populi in India Aquilonari. Plin.

cyda, vir cretenſis, quem Antonius Romæ in iudices legit, cùm eſſet vir perditiſſimus, Cic. Philipp. 5.

cydaraum, oppidum cyrenaicæ, è regione Sabratæ. Plin. lib. 5. cap. 5.

cydantide, vicus in Ægeide vel Ptolemaide tribu. Stepha.

cydara, carmaniæ fluuius, ad Septentrionem Indiámque Plin. lib. 7. cap. 22.

cydatheneum, vicus in Pandionyde tribu, Patria Demochari comici. Steph.

cyddeſes, Bithyniæ populi. Ptol.

cydias, pictor, Argonautas pinxit: quam tabulam CLXIIII. talentis Hortenſius orator mercatus eſt, eíque ædem in Tuſcano ſuo fecit, emicuit Olympiade CXIIII. Plin.

cydippe, puella generis nobilitate & formæ præſtantia inſignis, cuius amore captus Acontius adoleſcens, cùm repulſam metueret, quòd neque genere, neque opibus illi par eſſet, ad dolum confugit, pomúmque ad pedes eius deuoluit, verſibus hiſce inſcriptum.

Iuro tibi ſancta per myſtica ſacra Dianæ,
Me tibi venturam comitē, ſponſámquē futurā.

Hoc itaque pomum cùm puella incauta ſuſtuliſſet, verſúſque in eo deſcriptos legiſſet, fidem ſuam amanti imprudens obſtrinxit. Quo factum eſt, vt quoties alteri nubere conaretur, toties in grauem incideret morbum, ab irata Diana (vt Acontius credi volebat) immiſſum. Tandem re omni à puellæ parentibus intellecta, ne Dianæ numen grauiùs irritarent, puellam Acontio deſpondent. Vide ACONTIVS.

cydna, vrbs Macedoniæ, corrupto vocabulo Pydna dicta: Gentile, Pydnæus, Steph.

cydnus, ciliciæ fluuius, non ſpatio aquarum, ſed liquore memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labens, puro ſolo excipitur, nec torrentes incurrunt. Iuſtin. lib. 11. Tibullus lib. 1.

At te Cydne canam, tacitis qui leniter vndis
Cæruleus placidu per vada ſerpis aquis.

Solinus ſcribit amnem à candore, Syrorū lingua nomen ſortitum. Vitruuius lib. 8. c. 3. cydni aquas podagra laborantibus apprimè ſalubres eſſe, cruribus in eis merſis, de cuius rei experientia caſſij Parmenſis poetæ ad M. Antonium Epiſtola extitit, vt lib. 13. adnotauit Plin. & cæl. lib. 27.

cydon, fluuius Peloponnenſi. Strabo.

cydon, Plinio, vrbs inſignis cretæ inſulæ, cuius incolæ cydones dicuntur, & poma cydonia. Virg. Æneid. 12.

Parthus ſiue Cydon telum immedicabile torſit.

cydon, viri propriū apud eundem 10. Æneid.

Dū ſequeris Clitiū infelix noua gaudia Cydon.

cydonia, inſula ante Leſbon. Plin. lib. 2. c. 103. cretæ inſulæ vrbs. Ptol.

cydonia, Siliciæ vrbs. Steph & Libyæ. Eidem.

cydones, vrbis cydoniæ incolæ.

cydrę vrbs Byrſarum (in Theſſalia, vt videtur alias

Digitized by Google

aliàs Cydriæ, Strab. lib. 7. Steph.

cydrara, ciuitas iuxta montes Phrygię. Steph. ex Herodoti. lib. 7.

cydrine, vrbs Armeniæ, non Cydrus, vt alij ſcribunt. Steph.

cygnus, vide cignus.

cylabatis, gymnaſium apud Argos, à Stheneli filio ſic nuncupatum, vbi viſebatur Palladis ſimulachrum. Cæl. lib. 9. c. 22. ex Pauſania in Corinthiacis.

cylbiani montes, maioris Phrygiæ colles ſunt ex quibus cayſter fluuius profluit. Plin. libro 5. cap. 18.

cylandus, vrbs cariæ. Steph.

cyleno, filia Atlantis, mater Nictei. Bocat. lib. 10.

cylices, populi inter Illyrios, apud quos Cadmi, Hermoniæque monumentum conſpicitur. Athen.

cyliſtarnus, fluuius apud Lycophronem. *Razanell*, hodie nominari, & in Coſano agro Calabriæ fluere ſcribit G. Barrius.

cyllarabes, Stheneli filius, cum quo Seruius Ægialen Diomedis coniugem vigente bello Troiano concubuiſſe tradit.

cyllarus, vnus ex centauris, qui amantem habuit Hylonomen centaurum, ambo forma præſtantes eadem hora perierunt. Ouid. lib. 12. Metamorph.

cyllarus, equus Pollucis. Virg. libro 3. Georg.

Talis Amyclei domitus Pollucis habenis,

Cyllarus.

Quem tamen locum explicans Seruius, cyllarum non Pollucis, ſed caſtoris equum fuiſſe tradit, poetámque fratrem pro fratre poſuiſſe.

cyllene, Elidis regionis in Peloponneſo vrbs & nauale. Ptol. Thucyd. Steph.

cyllene, mons Arcadiæ, in quo Maia à Ioue cõpreſſa, Mercurium peperit. Virg. lib. 8. Æneid.

Vobis Mercurius pater eſt, quē Candida Maia,

Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.

cyllenius, peculiare Mercurij cognomen inde impoſitum, quod omnem rem ſermone, ſine manibus conficiat: quibus partibus corporis qui carent, κυλλοὶ vocantur: ſiue quòd in cyllenia vir, aut certè cyllene Nympha fuerit educatus: ſiue quòd in cyllene Arcadiæ monte fuerit genitus, quam opinionem ipſe etiam Virgilius ſequitur lib. 8. Æneid. cuius verba citauimus paulò antè in dictione cyllene Lucan. lib. 1.

Motáque celer Cyllenius hæret.

cylon, fuit Olympionices Athenienſis affectatæ tyrannidis compertus: ſed ab Athenienſibus in arce obſeſſus tandem ad Mineruæ aram ſupplex confugit, vbi à Megacle Alcmeonide & collegis Archontibus interfectus eſt, Plin. Plut.

cyme, vrbs Æolidis, Pomp. lib. 1. cymen nominauit, pulſis qui habitarant, dux Amazonum Cyme, vide cumæ.

cymes anus, cumæa Sibylla. Silius. lib. 13.

At grauida arcanis Cymes anus attigit oras,

Poſtquam ſacrificium, &c.

cymeum antrum. Syluius lib. 13.

Cymæo populi vox noſtra ſonabat in antro.

cymines, Theſſaliæ oppidum. Liu.

cyminus, Hetruriæ lacus ad ſex millia paſſuum ab vrbe Viterbio, cymino monti ſuppoſitus. Appianus. De huius lacus origine talia refert Seruius, aliquando Herculem ad hos populos veniſſe, & quum à ſingulis prouocaretur, ad virium oſtentationem, vectem ferreum, quo exercebatur, humi defixiſſe, quem cum nemo illorum poſſet euellere, Herculem tandem eum ſuſtuliſſe, tantámque repentè aquæ vim erupiſſe, vt cyminum effecerit lacum. Virg. Æneid. 7.

Et Soractis habent arces, Flaminiáque arua,

Et cymini cum monte lacum, lucóſque capenos,

cymodoce, ſiue cimodocée, Nympha marina, Nerei & Doridis filia, à placandis fluctibus ita dicta cymodeceam enumerat inter eas, quæ ex nauibus Æneæ in Nymphas marinas commutatæ fuerunt. Virg. lib. 10. Æneid.

Quarum quæ fandi doctiſſima cymodocea.

cymodoce, Nympha Oceani & Tethyos filia lib. 4. Georg.

cymortius, mons eſt, in cuius apice ſacellum erat Dianæ.

cymothoe, fons eſt Achaiæ, authore Plin.

cymothoe, Nympha marina, Nerei & Doridis filia, Heſiodo in Theogon ita dicta, quòd per fluctus diſcurrat. Virg. 1. Æneid.

Cymothoe ſimul & Triton adnexus acuto,

Detrudunt naues ſcopulo, .

cynæthium, Dionyſio libro Antiquit. ciuitas eſſe in Arcadia, ab Æneæ ſocio vita ibi functo, ſepultóque. Hinc cynæthenſes populi, quos tamen alij à cynetho Lycaonis filio putant appellatos. Steph. Strabo. Plut.

cynætha, vrbs Thraciæ ſub Neriſo monte: Steph

cynæthus, poëta illuſtris Chius Patria, qui Siracuſis omnium primus Homeri carmen concinuit, illi quoque de ſuo inſertis pleriſque Æl. lib. 7.

cynægirus, Athenienſis, bello Perſico magna pertinacia in inſectandis hoſtibus vſus eſt. Nam & nauem onuſtam dextera manu tenuit, qua amputata, ſiniſtram iniecit. Quam & ipſam eum amiſiſſet nauem mordicus arripuit, morſuque retinuit furenti ſimilis, Trogus & Herodot. Valerius & Tranquillus in Cæſare.

cynamolgi, Æthiopiæ populi monſtroſi. Solin. Plin. Strabo.

Digitized by Google

cynapes, fluuius in Euxinum mare ſe exonerans. Ouid. de Ponto.

cynara, Ægei maris inſula. Plin.

cynaras, Aſſyriorum rex.

cyndippe, ſi rectè ſcribitur apud Stephanum in Camiro, ex Poleade Cercaphum peperit.

cyndon, fluuius in Helleſponto, & in Cherſoneſo. Heſych.

cyne, vrbs Libyæ: Gentile, Cynei, vel Cynij Steph.

cyneas Theſſalus, Pyrrhi regis legatus, longè diſertiſſimus eſt habitus: vt qui Demoſthenis auditor fuerit, adeò vt plures Pyrrho ciuitates facunda oratione ſubegerit, quàm ille armis expugnauerit. Eidem expeditionem in Italiam magnopere diſſuaſit. Præterea miſſus ad Romanos legatus de pace, vno die omnium ſenatorum nomina edidicit, quorum conceſſum totidem regum ſibi videri Pyrrho retulit. Plutarch. in Pyrrho. Huius memoriam commendat Cicero in Tuſc. quæſt. 1.

cynegius, conſul cum Theodoſio Auguſt. anno ab vrbe 1141.

cyneſij, vel Cynetæ, populi omnium ferè Europæ vltimi, verſus Occaſum. Herodot. Stephan. horum meminit in voce, γλῆτα.

cynethon, Lacedæmonius poeta, Lelegoniam ſcripſit.

cynethium, ciuitas in Arcadia ab Æneæ ſocio ibi vita functo ſepultóque. Hinc Cynethenſes populi, quos tamen à Cynetho Lycaonis filio putant appellatos. Dionyſius lib. 1. Antiquit. vide ſupra Cynæthium.

cynethuſſa, maris Ægei inſula. Plin.

cynetia, vrbs Argolica. Steph.

cynia, lacus eſt Œniadarum maximus. Melita & Vria longè maior, qui in mare exit. Melita verò & Vria dimidio ſtadio ſupra mare iacent. Strabo libro decimo in deſcriptione Acarnaniæ.

cynici, Philoſophi quidam ſectatores Antiſthenis, qui primus nouum hoc Philoſophiæ genus introduxit: ita dicti, ſiue à Cynoſarge gymnaſio, in quo Antiſthenes profitebatur, ſiue à canina mordacitate, qua in hominum vitas nullo diſcrimine inuehebantur: aut (vt alij volunt) ab eo quòd canùm more in propatulo coire non dubitarent: quemadmodum de Cratete & Hipparchia tradit Laertius.

cynips, ſiue Cyniphis, ſiue Cyniphos, fluuius Africæ, inter duas Syrtes in colle Gratiarum naſcens, teſte Herodot. & per Macas in mare Libycum ſe exonerans. Iuxta hunc fluuium proceriſſimi naſcebantur hirci, qui inde Cyniphij à poëtis peculiari Epitheto nuncupantur. Virg. lib. 3. Georg.

Nec minus interea barbas incanáque menta
Cyniphij tondent hirci.

cynna, oppidulum prope Heracleam, ab vna Amazonum, vel à Cynno fratre Cæi: Gentile, Cynnæus. Steph.

cynocephalæ, montes Theſſaliæ. Steph. vrbs Locridis. Mela. Thebanorum caſtellum. Xenop.

cynocephali. Pli. lib. 7. c. 2. homines in montibus terræ Indiæ caninis capitibus, qui ferarum pellibus velantur: & qui latratum pro voce edunt, vnguibúſque armati, venatu & aucupio veſcuntur. Gellius lib. 9. cap. 4.

cynocephalus, deus apud Ægyptios, alio nomine Anubis dictus. Plutarch.

cynonneſus, id eſt, canum inſula, Libyca eſt. Steph.

cynopolis, canum ciuitas in Ægypto, Cynopolis. Steph. Gentile, Cynopolites, in qua Anubis colitur, & honor, & ſacer quidam cibus eſt canibus conſtitutus. Ab hac Cynopolitana præfectura appellata eſt: qui in ea habitant, Canarij dicuntur. Perottus.

cynos, ciuitas in Locride. Liuius 8. tertiæ Decadis, Cynum Locridos emporium. Ptolemæus in Locride Cynos & Calliaros. Stephanus Cynon, Opuntis nauale vel ciuitatē eſſe ſcribit: Gentile, Cynij, vt à Cyne. Cynos fluuius. Plin. lib. 6. c. 10.

cynos, Theſſaliæ ciuitas Deucalionis ſedes, vbi Pyrrha eius vxor ſepulta fuit. Strab. lib. 9.

cynos cephale, collis Theſſaliæ, & parua regio Thebarum Pindari patria. Steph.

cynoſarges, gymnaſium in Attica & vicus, ſic dictus à cane albo, qui ſacrificante Diomo (à quo & tribus Diomea dicitur) & Herculi paratam victimam oſtendente, rapta femora in hunc locum detulit. Stephanus de Diomo. Vide Eraſ. in prouerb. Ad Cynoſarges.

cynoſſema, locus Troadis, ad Hellepontum, Hecubæ ſepulchro nobilitatus. Latinè canis tumultum interpretari poſſumus. Fabulantur enim poetæ, Hecubam cùm in Græciam adduceretur captiua poſt exitium patriæ, ac ſuorum, ibi doloris impatientia in canem eſſe conuerſam, & deinde ſepultam. Ouid. lib. 1. Metam.

cynoſura, ſuræ, ſidus Septentrionale, ex ſeptem conſtans ſtellis, quod & Vrſam minorem appellamus. Hanc poetæ fabulantur Nympham fuiſſe. Idæam vnam ex Iouis nutricibus, poſtea ab Ioue rerum potito in hoc ſidus tranſlatam, vt ex Aglaoſthenis ſententia refert Hyginus in Aſtr. poet. Alio nomine etiam Phœnice appellatur, teſte eodem Hygino, eò quòd à Phœnicibus inter nauigandum potiſſimum ſoleat obſeruari, quemadmodum & Helice, hoc eſt, Vrſa maior, à Græcis nautis. Ouid. de triſtibus.

Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura petatur,
Sidoniis, Helicen Graia carina notat.

cynoſura, Stephano promontorium Arcadiæ,

diæ à Cyneſuro Mercurio filio: Gentile, cynoſureis, & cynoſuris, fœm. ge. promontorium item Achaiæ. Ptolem. & Marathonis verſus Eubœam. Heſych & Arcadiæ oppidum. Lactant.

cynoſurei, tribus vna Megarenſium. Alexan. lib. Genia. cap. 17.

cynthia, Diana dicta, à cyntho monte in Delo inſula, in quo nata cum Phœbo eſt; vnde & Apollo Cynthius, & à quo ipſa inſula Delos Cynthia, qui mons tantæ celſitudinis fertur, vt vmbra ſua totius inſulæ ambitum tegat. Vide Cynthus.

cynthia, formoſiſſima quædam fœmina, cuius formam commendat Propertius, eámque propterea Cynthiam quaſi Dianam appellat, quum prius Hoſtilia vocaretur.

cynthia, locus Romæ, vbi Cynthorum monumentum fuit.

cynthus, mons in Delo inſula, tantæ altitudinis, vt totam inſulam dicatur inumbrare. Virg. lib. 1. Æneid.

Qualis in Eurotæ ripis aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros.

In hoc monte Latona Apollinem & Dianam dicitur peperiſſe: vnde ille Cynthius, hæc Cynthia paſſim à poetis appellantur. Idem lib. tertio Georg.

— Et Troiæ Cynthius author.

Lucan. lib. 1.

Tertia iam grauido pluuialis Cynthia cornu.

cyneticum, locus Iberæi propè Oceanum: incolæ Cynetes & Cyneſij. Stepha.

cynura, vrbs in Argo vel Argolica, à Cynuro filio Perſei: inde Cynurius: Cynurius, & Cynuris, fœm. gen. Steph.

cynuræi, Arcadiæ populi. Pauſan.

cynus, Locrorum Epicnemidiorum oppidum ſiue vt quibuſdam placet, nauale, cuius meminit Plin. lib. 4. c. 7. & Liuius lib. 8. decad. 3. & Strabo.

cynus, Arabiæ fœlicis fluuius, ad ſinum Perſicum, in latere Septentrionali.

cyoneſus, Nili fluuij eſt inſula, non procul à maiori Delta, è regione oppidi quod Cynopolis dicitur. Ptol. lib. 4. c. 5.

cyon, vrbs Cariæ, Canebium ante dicta: Gentile, Cyites. Steph.

cypæra, Theſſaliæ vrbs, Ptol.

cypætha, vrbs Libyæ. Steph.

cypariſſa, vrbs Achaiæ, & Cypariſſius ſinus. Sic enim Plinius ſcribit lib. 4. Ad meridiem autem Cypariſſius ſinus cum vrbe Cypariſſa.

cypariſſæa, vrbs Triphiliæ, quæ vocabatur Eranna: inde Mineruа Cypariſſea. Stephan. Qui Cypariſſum quoque Phocidis vrbem, aliàs Eranum dictam commemorat.

cypariſſi, Meſſeniæ regionis maritima vrbs, Ptol. vocatur. Steph. hodie Arcadia dicitur apud Sophianum.

cypariſſeis, vrbs Meſſeniæ: Gentile, Cypariſſcentius. Homerus.

cypariſſium, Meſſeniæ, Peloponneſi regionis promontorium. Ptol.

cypariſſus, Telephi filius, puer formoſiſſimus ex Cea inſula, ab Apolline in delitiis habitus: qui cùm ſeruum manſuetum, ſibíque imprimis charum imprudens occidiſſet, doloris impatientia contabuit, deíque amatoris miſeratione in cupreſſum arborem eſt commutatus: Ouid. lib. 10. Metamorph. Seruius tamen author eſt, Cypariſſum puerum à Syluano potiùs, quàm ab Apolline fuiſſe adamatum: id quod & Virgilius videtur indicare lib. 1. Georg.

Et teneram ab radice ferens Syluane cupreſſum.

cypariſſus, ciuitas circa Delphos, ab eius arboris frequentia, Pomponius lib. 2. Stephanus Phocidis ciuitatem eſſe ſcribit, quæ poſtea Apollonia dicta ſit: & aliam in Parnaſſo iuxta Delphoſa, quæ Eranus olim vocata ſit, & à quibuſdam Apollonias, & à Cypariſſo Minyæ filio, vel harum arborum multitudine. Nonnullis Cypariſſus, ſuntis.

cypaſis, vrbs circa Helleſpontum. Steph.

cype, caſtellum Siciliæ: Gentile, Cypetus, Steph.

cyphanta, portus eſt in ſinu Argolico Achaiæ, Plin. lib. 4. cap. 5. Item Laconicæ in Peloponneſo vrbs. Ptol.

cyphata, caſtellum imminens Dolopiæ in Theſſalia. Liu.

cyphus, vrbs Perrhæbiæ, à Cypho Perrhæbi filio. Homer. Alia eſt Theſſaliæ ciues Cyphæi. Eſt & fluuius cyphus. Steph.

cypra vide Cypræ.

cypriæ, tres ſteriles inſulæ ſunt Plinio, iuxta Cyprum.

cyprianus, carthaginienſis epiſcopus martyrio affectus, anno ſalutis 250.

cyprium, Sabini bonum appellant; vnde cyprius vicus Romæ appellatus eſt, quo Sabini ciues additi conſederunt: ſic enim à bono omine vocitandum cenſuêre.

cyprogenia, dicuntur quæ ſunt in cyprogenita, etiam Venus, vt Homerus in Hymnis.

cyprus, inſula maris Mediterranei notiſſima, in ſinu Iſſico inter Ciliciam, & Syriam fertilitatis tam eximiæ, vt Macaria olim, hoſt eſt Beata dicta ſit, Plinio tamen olim eſt, *Acarmantis, Ceraſtis, Aſpella, Amathuſa, Macaria, Cryptos, & Colonia.* Item *Sphecia*, vt Euſtathius docet ex Lycophrone. Feſtus Pompeius ſcribit eam ab antiquis *Æroſam*, quod in ea plurimùm æris naſcatur, appellatam. Eandem *Cericam* etiam vocatam, ex Cyrillo notauit Hermolaus. *Paphum* à ciuitate eiuſdem nominis

nuncupatam tradit Honorius. Hebræis, *Chirim*, dici Zieglerus ſcribit: *Chetima*, eſt apud Ioſephum lib. antiq. 1. cap. 7. hodie Cypri nomen adhuc retinet, luxuriæ autem tantoperè dedita, vt ob id Veneri ſacra credita ſit. Horat. lib. 1. Carm.

Sic te Diua potens Cypri &c.

In ea Venus potiſſimum celebratur: vnde & Cypria Cypris, & Cyprigene dicta eſt (cui Cypriæ puellæ ſuam ipſarum pudicitiam dicabant. Omnes Cypri aquæ ſunt optimæ & ſaluberrimæ.) Quondam nouem erat regnorum ſedes. Vrbes illius præclaræ, Cythera, à qua Venus cytherea, Paphos, Palepapos, & Salamis. Hęc inter maiores noſtri maris inſula, locum ſibi vendicat, cuius ſeptentrionales partes Ciliciæ oppoſitæ ſunt, ibique continenti proxima eſt orientales Iſſico ſinui, occidentales Pamphilicum alluunt pelagus, auſtrales Ægyptum. Ambitus inſulæ eſt trium millium quadragintorum ac viginti ſtadiorum, ſeu 427. M. paſſuum in circuitu 100. M. in longitudine, Bordonio teſte. Veneti eam iure hæreditario diu poſſederunt, & per prætorem adminiſtrarunt. Sed antè aliquot annos in Turcarum poteſtatem redacta eſt. Venetis tota inſula expulſis. Huius metropolis, Nicoſa. Eſt & Famaguſta, vrbs nobiliſſima, & totius inſulæ emporium, portu & vectigalibus diues. A cypro deriuatur Cyprius, a, um, Cypreus, & Cyprites, quanquam & Libyca cyprius eſt, cuius ſimiliter Gentile, Cyprites. Steph. Idem hanc inſulam in Carpathio mari ſitam ſcribit, à Cypro filio cyniræ indito nomine, vel illic naſcente Cypro flore. Aſtynomus cyprum nominatam vult, διὰ τὸ κρύπτεσθαι, i. quod occultâtur ſæpè fluctibus marinis. Vocabatur etiam *Ceraſtias, & Ceraſtias*, à multis promontoriis, & *Amathuſia, & Metonis, & Speca & Acamanthis*, Steph. Tres paruæ inſulæ huic propinquæ cypriæ nominantur. De cypro. Strab. lib. 14.

cypſella, oppidum Thraciæ, Plin. libro 4. cap. 11. Strab. lib. 7. cypſelam nominat. Stephan. vrbs Thraciæ prope Hebrum fluuium. Item caſtellum in Arcadia à Mantinenſibus muris cinctum: Gentile, Cypſelinus.

cypſella, Tarraconenſis Hiſpaniæ vrbs quondam Sex. Auienus.

cypſelus, tyrannus apud Corinthum, à ciſtula nomen accipit, quam Græci Cypſelon vocant, in qua delituit occultatus à matre, cùm ad mortem quereretur. Cic. in Tuſcul. quæſtionum lib. 5. & lib. De Fato.

cyptaſia, Galatiæ vrbs. Ptol. vulgò, *Caroſa.*

cyra, ſinus Perſici inſula. Stephan. mons item Cyrenes in Africa. Trogus.

cyre, fons in Cyrenaica, Steph.

cyraunis, inſula iuxta Gyzantes (ſic enim lego apud Steph.) Aphricæ populos.

cyrba, vrbs Cretæ, vide Hierapetra.

cyrbæ, vrbs Pamphiliæ: Gentile, Cyrbæus. Stephan.

cyrbaſa, vrbs Cariæ. Steph.

cyrbiana, Elymæorum prouincia eſt, quibus finitimi ſunt Sacapeni & Silaceni, parui ſanè principatus. Strabo lib. 16.

cyre pro Cerere, Cnidiis. Cæl.

cyre, inſula in mari Perſico: Inſularis, Cyræus. Steph.

cyrechara, vide Cyropolis.

cyrene, Penei fluminis filia, cuius amore flagrans Apollo, in Pelio Theſſaliæ monte eam rapuit, & in eam Africæ partem tranſtulit, quæ ab ea poſtea dicta fuit Cyrenaica: vbi & Ariſteum ex ea ſuſcepit. Virg. 4. Georg.

cyrene, ſiue cyrenæ, arum, inſigne Libyæ oppidum inter Syrtim maiorem & Marcotidem ſitum, vnum ex iis, quæ Pentapolim efficiunt: à Batto Thereo (quem Callimachus progenitorem ſuum fuiſſe tradit) conditum & à cyrene Penei amnis filia, quam Apollo amore eius captus, in eam Libyæ partem tranſtulit, ita nominatum. Lucan. lib. 9.

Proximus in muros & mœnia Cyrenarum, &c.

Ab hac cyrene tota Libya cyrene dicta eſt. Eſt & cyrenæ, nomen vrbis in cypro inſula, quam cyrus condidit, ex qua natum putant Simontem patrem Alex. cuius mentio fit in hiſtoria Euangelica.

cyrenæus, qui natus eſt ex cyrene: cyrenenſis ſimiliter.

cyrenaica, regio Africæ eſt. Eam Strabo lib. vlt. à Theræis Græcis conditam ſcribit, qui ex Laconia profecti Theram inſulam priùs incoluerint: hinc in continenti cyrenen ædificauerint. Ex horum numero fuit Battus quidam, qui cyrenes condendæ fuit author, quod alibi idem Strab. indicat.

cyrenaici, Philoſophi ab Ariſtippo, omne bonum in voluntate poſuerunt, virtutémque cenſuerunt ob eam rem eſſe laudandam, quòd efficiens eſſe voluptatis. Docet Diogenes Laërtius lib. 2. in Ariſtippi vita.

cyres, etis, vrbs. Gentile, ciresius. Steph.

cyrenius, totius Syriæ præſes ab Auguſto Cęſare conſtitutus, per quem cenſum, vniuerſámque deſcriptionem Cæſar fieri iuſſit. Luc. c. 2.

cyrillus, præſul Dalmatiæ.

cyrillus, Alexandrinus pręſul, edidit variarum hypotheſeωn tractatus, cōmētaria in varios Veteris & Noui Teſtamenti libros. Homilias plurimas, quib. vtūtur Gręci, pręterea aduerſus Neſtorium Epiſtolas, quib. omnia occulta eius venena refellit. Is vixit temporibus Iuliani principis.

cyrillus, Diaconus Heliopolitanus (eſt autem Heliopolis hæc ciuitas inſignis ad Libanum mon-

Digitized by Google

montem ſita) imperante Conſtantino plurima Ethnicorum idola contriuit, Cuius res illic memores ſub Iuliano principe, viuo ventrem execuerunt, iecúrque inde exemptum deguſtauerunt. Suidas.

cyrillus Hieroſolymitanus præſul, ſæpè pulſus ab Eccleſia, & receptus ad extremum ſub Theodoſio principe octo annos in ſua ſede perſeuerauit. Sarraceni eum martyrio affecerunt: extant eius Catecheſes. Hieron.

cyrinus, Romanus, cum Baſilide & Nabore ſub Diocletiano paſſus, ac ſepultus tertio ab vrbe lapide, Volater.

cyrini caſtra, Cappadociæ locus. Straboni.

cyris, metropolis Sabinorum: Gentile, Cyrites. Inde Iuno Cyretia. Steph. Vide CVRES & CVRIS.

cyrizoborca, oppidum Indiæ. Plinius libr. 6. cap. 19.

cyrmianæ, Thraciæ gentes. Herodot.

cyrnaba Scythiæ fluuius, non procul à Chryſe ſinu, Plin lib. 6 c. 17.

cyrnij populi Corſicæ inſulæ, qui longiſſimo æuo vtuntur, propter mellis vſum, quod apud eos copioſum naſcitur.

cyrnus, Herculis filius, à quo Corſica dicta eſt.

cyrnus, inſula in mari Liguſtico, vide CORSICA. Dicta Cyrnus à Cyrno rege, cùm antea Therapne diceretur. Hinc Cyrnæus, nea, næum. Virg. Ecloga 9.

Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

Cyrnus etiam *Corſi*, dicitur à Stephano. *Therapne* ab Ouidio, vt refert Villanouan. Maris Mediterranei inſula eſt Genuenſibus hodie parens *Cyrnum* inſulam Iapygiæ verſus Boream habet etiam Steph Vide Cyrrhus.

cyropolis, ciuitas in Aſia, quę etiam Cyrechata vocatur ad finem Perſidis. Ciues Cyropolitæ & Cyrecatheni. Steph.

cyrphis, rupes quædam Parnaſſi montis.

cyrrha, vide Cirrha.

cyrrhea, vrbs in Helicone, iuxta Nyſam.

cyrreſtica regio, à Cyrrho dicta, vbi Cyrreſtis dea colebatur, quam Mineruam interpretantur Plin. & Ptol. Vide CIRRVS.

cyrrha, oppidum in Phocide, iuxta quod & Cyrrhæi campi ad Phocidem attinent.

cyrrhadæ, Indiæ intra Gangem gentes agreſtes, Arrian in Periplo.

cyrrhus, Medeæ fluuius. Ptole. in Hircanum mare ſe exonerans. Ser vocatur Theueto.

cyrrhus, Ptol. eſt Albaniæ regionis Aſiaticæ fluuius. *Corus* olim vocabatur. Strab. teſte *Cyrech* Fineto eſt. *Cori* Gaſtaldo *Cur* Nigro & *Elcur.* Ramuſio. videtur eum Matth. Michouienſis *Tir.* appellare. Theuetus ſcribit eum ab incolis *Lada* vocari. Plutarch. in vita Pompeij, & Dion, eum *Cyrnum* κύρ[illegible] appellat.

cyrrhus, Cyrreſticæ regionis in Syria vrbs, apud Ptol. *Cyrro* Antonini eſſe ſcribit Simlerus, ſed ille Cibros apud Ptolem. legit ex Latinis exemplaribus malè.

cyrrhus, vrbs Syriæ cum arce Sindarona ciuis, Cyrreſtes, licèt Demetrio Cerreſtris ſcribatur: & regio Cyrreſtica. Sunt etiam Cyrreſtæ, Macedoniæ populi, non procul à Pella Alexandri patria, quorum meminit Plinius libro quarto, cap 10.

cyrrhus, nomen duorum fluuiorum, quorum vnus Armeniæ & Iberiæ fines interluit, & per Albaniam labitur. Oritur in monte Caucaſo. Alius eſt in Medis.

cyrſilus, Athenienſis, lapidibus obrutus, quòd inhoneſta ſuaderet: Cicero lib. 3 de Officiis, Athenienſes quum Perſarum impetum nullo modo poſſent ſuſtinere, ſtatuerẽntque vt vrbe relicta coniugibus & liberis Trœzene depoſitis, naues conſcenderent, libertatémque Græciæ claſſe defenderent, Cyrſilum quendam ſuadentem, vt in vrbe manerent, Xerxémque reciperent, lapidibus obruerunt.

cyrta, Syphacis ſedes in Africa longiùs à Pelago.

cyrtea, vrbs in rubro mari, in quam Artaxerxes Megabyzum relegauit: Gentile Cyrtæanus, vel Cyrtæenus. Steph.

cyrtæſij, Africæ propriæ populi. Ptol.

cyrtones, vrbs Bœotiæ. Pauſa. Eſt etiam vrbs Italiæ: Gentile, Cyrtonimus. Steph.

cyrtus, vrbs Ægypti, in mediterraneis: patria Dionyſij medici. Steph.

cyrus, Cambyſis filius ex Mandane Aſtyagis regis filia, & Perſarum Medeorúmque rex, qui primus (vt Iuſtinus li. 1. ſcripſit) deuicto Aſtyage vltimo Medorum rege, Medorum imperium Orientem in poteſtatem redegit. Dei ſeruus apud Eſaiam prophetam vocatus. Poſtremò cùm bellum Scythis intuliſſet, eóſque cladé magna affeciſſet, Tomyris eo tempore Scytharum regina, compoſitis inſidiis, ducenta millia Perſarum cum ipſo rege trucidauit, ita vt ne nuntius quidem tantæ cladis ſuperfuerit, caput Cyri amputatum, in vtrem humano ſanguine plenum coniectum fuit cum hac exprobratione: Satia te ſanguine, quem ſitiſti. Lucanus lib. 3.

Non cum Memnonis deducens agmina regnis.
Cyrus & effuſis numerato milite telis,
Deſcendit Xerxes.

cyrus minor, Artaxerxis frater: apud quem cùm falsò delatus eſſet, ægréque matris precibus ſeruatus, bellum aduerſus eundem ſuſcepit: in quo cùm iam Græcorum opera penè victor euaſiſſet, fortiter quidem, ſed incautè dimicans, eſt interemptus. Xenoph.

cyrus, Pannopolita, fuit poeta, ob ingenium

nobile beneficio Theodoſij imperatoris ad Epiſcopatum euectus. Suidas apud Volaterranum.

cyrus, Perſiæ fluuius Straboni, qui antea (eodem teſte) Agradatus dictus eſt, in ſinum Perſicum erumpens.

cyrus, fluuius Scythiæ in Corarico monte oriens, longéque per Hircanos & Iberos fluens, non procul à mari in eodem lacu cum Cambyſe flumine iunctus, fretum Hircanum influit, vide CYRVS.

cyrus, Syriæ ciuitas à Iudæis extructa, in memoriam cyri, qui eos ex captiuitate dimiſerat, Procop. Chalcidenſium item vrbs in Eubœa. Polyæn. 3. Eſt & Mediæ fluuius. Ptol.

cyſa, carmaniæ pagus. Arrian.

cyſenis filia Diomedis Thraciæ regis, viuos homines diſſecabat medios: & parentibus comedendos apponebat liberos. Volat.

cyſten, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum. Plin.

cyta, æs, vrbs colchidis, Medeæ patria. Stephan. herbis veneficis imprimis famoſa. Hinc fit adiectiuum cytæus, a, um. Vnde virgo cytæa appellatur Medea à Valerio Flacco lib. 6. Item Cytæis, idis. Propert lib. 2.

Non hic herba valet, non hic nocturna Citæis.

cyteum, Cretæ inſulæ vrbs. Ptol. & Tauricæ Cherſoneſi eidem.

cytais, carmaniæ regio. Arrian.

cyteorum. Ptol. cotyorum. Plin. cappadociæ oppidum, hodie *Cerino*.

cyterium, vrbs Oenotrorum mediterranea: Gentile, cyteriores, vel cyterinus. Steph.

cythêra, orum, inſula contra cretam (vt ſcribit Strabo) quinque millibus à Maleæ promontorio diſtans, Veneris numini dedicata. Virg. li. 10. Æneid.

Et Paphos Idaliúque mihi, ſunt alta Cythera.

eſt etiam Cythera Peloponneſi inſula, Ptol. in ſinu Laconico. Eadem olim, *porphyris*, vt Plin. placet, & *Porphyruſa*, vt Euſtathius vult, dicta fuit, *Schotheram* quoque vocatam dicit Borbonius in ſuo inſulari opere. *Cerigo*, hodie ab eodem nominatur, cui fauent Sophian. & Fauolius.

cytherea, peculiare Veneris cognomentum à Cytheris inſula impoſitum, in quam illa primùm concha marina dicitur aducta. Virg. 1. Æneid.

Parce metu Cytherea, manent immota tuorum
Fata tibi.

cytheriades, Muſæ dicuntur, & ſaltu cui Cytheron nomen eſt. Vide Cythæron: ſic enim ſcribendum.

cytherius Philoxenus poëta. Celſus libro 3. cap. 25.

cytêron, mons Bœotiæ, non longè à Thebis Apollini & Muſis ſacer, à quo Cythereides dicuntur. In eo quoque Bacchi ſacra celebrabant. Virg.

Nocturnúſque vocat clamore Cytharon.

cytheron, homo ſordidus, auarus, omniúmq; maximè parcus, qui patrem pauperrimum cùm neci dediſſet, ſeipſum de monte præcipitauit: fratrem Heliconem, quòd patrem aleret, ſecum trahens: vnde montes hi, Cytheron & Helicon ſunt nomina ſortiti. Heſiodi interpr.

cytheris, ridis, nobiliſſima meretrix, liberta Volumnij cuiuſdam. Hanc Cornelius Gallus poëta ſupra modum adamauit, eámque Lycoridem vocat: quo tamen ſpreto Antonium in Galliam ſecuta eſt. Hang Virgil. 10. Ecloga, Gallum conſolans, commutato nomine, Lycoridem vocat. Seruius.

cytherus, Elidis fluuius, Heracleam alluens, Pauſan.

Cytherus, Atticæ vrbs, Strab.

cytherus, vicus in Pandionide tribu, inde cytherius Steph.

cythina, vrbs Theſſaliæ: ciuis, Cythinæus. Steph.

cythnos, inſula vna ex cycladibus, à cythno primo habitatore ſic appellata. Alio nomine Ophiuſa ac Dyropis. Hinc Gythinius, nia, nium poſſeſſiuum. Steph. Iuxta Drypodem vnam cycladum ſitam ſcribit, & ipſam quoque ſic nominatam fuiſſe Pomponius lib. 2. & Ouid. 7. Metamorph.

Florentémque Syron, Cythnon planámque Seriphon.

cytinium, vna eſt ex tribus Noricis ciuitatibus: Gentile, Cytiniates. Steph.

cytinos, vrbs Mediterranea. Plin.

cytis, inſula Arabiæ, vbi Topaſius lapis inuenitur. Plin. lib. 6. cap. 29.

cytni, Pannonica gens. Ptol.

cytonium, vrbs inter Myſiam & Lydiam. Steph.

cytorum, vrbs Paphlagoniæ ad Pontum Euxinum. Ptol. caſtelle nunc locus vocatur, inquit Niger. Plinio mons eſt. Catullus Buxiferum cognominat.

cytórus, mons Galatiæ, in quo buxus plurima naſcebatur, vnde & buxifer à Catullo dicitur. Virg. lib. 2. Georg.

Et iuuat vndantem buxo ſpectare Cytorum.

Ab hoc (quæ buxea ſunt, cytoriaca dicuntur, Ouid. lib. 4. Metam.

Sæpe Cytoriaco deducit pectine crines.

cytri, feſtum fuit apud Athenienſes percelebre, in quo omne ſeminum genus in olla coquere ſolebant. Suid.

cyzienius, Athenienſis philoſophus in mathematica, & in cæteris ſcientiis excellentiſſimus.

cyzi-

Digitized by Google

Cyzicenus,gentile eſt,à Cyzico.Steph.

Cyzicus,ciuitas in Aſia minore.

Cyzicus , ſiue Cyzicum inſula in Propontide, duobus pontibus iuncta continenti , habens vrbem eiuſdem nominis , mœnibus,arce , & turribus marmoreis, cui nomen indidit Cyzicus rex, quem Iaſon per imprudentiam interemit. Fuit hæc ciuitas & magnitudine & pulchritudine cum primis Aſiæ vrbibus comparanda , paci & bello apta , tribus armamentariis inclyta , quorum aliud armorum , aliud inſtrumentorum, aliud frumenti erat receptaculum. Huius habitatores Cyziceni appellantur.

Cyzicum , Bithyniæ nobilis ciuitas , dicta à Cyzico acie cæſo à Minyis imprudentibus. De Cyzico Valerius libr.3.Argonaut.& Hermon.ſuper cap.32.lib.5.Plin.

D A

DAÆ, populi Scythiæ , ex genere Nomadum , Seruius in illud Virgilij Æneid.8.

Indomitique Daæ , & pontem indignatus Araxes.

Aliàs Daſæ dicuntur Steph.

Dabanegoris,regio Arabiæ.Plin.lib.6.c.28.

Dabæi,vide Nuræ.Niſi legendum eſt Nabæi.

Dabereth , ciuitas quæ de tribu Iſſachar data fuit Leuitis,Ioſ.19. & 21. Lat.verbum ſiue res aut apes,vel ſubiectio,aut Syriacè,ductrix.

Dabir , rex Eglon , Ioſue 10. Nomen vrbis in tribu Iuda & Simeonis , Ioſ. 11. & 21.quæ & Cariath-ſepher dicitur.Ioſ.15. Iudic. 1. & Cariath-ſenna.Ioſue 5. in quam confugiebant qui homicidium perpetrarant,1.Paral.6. Eſt & altera in tribu Gad,Ioſ.13. Lat. Oratorium,ſiue verbum,&c. aut Syriacè,ductor.

Dacharéni, populi Arabiæ,à Nabato Nabatæi dicti.Steph.

Dachinabades, Indiæ regio,quæ poſt Indi fluminis oſtia maximè in Auſtrum vergit. Arrian. in Periplo maris rubri. *Indeſtan* hodie videtur.

Daci , populi erant Tranſrhenani , Danubio fluuio & Anartibus,ſyluæque Hercyniæ finitimi, quos olim Hungariæ partem habitaſſe plerique tradunt, & poſt in maritima loca Noruegiæ proxima ceſſiſſe. Lucan.lib.2.

Dacia , regio Scythiæ Europææ , quæ ad Septentrionem Carpato monte è Sarmatia diuiditur: ad Occaſum autem Tibiſco fluuio ab Iazigibus Metanaſtis : ad Meridiem verò & Ortum vſque ad Danubium extenditur. Cuius populi Daci & Daciæ dicuntur , qui olim Straboni Dani appellati ſunt. Ex quo apud Athenienſes Danorum nomina ſeruilia plurimùm abundabant. Hinc factum eſt , vt in comœdiis ſerui ietroducantur. Dani nominati,qui alio nomine Getę dicti ſunt. Dacia hodie diuiſa eſt in Tranſſyluaniã, Zypſerlandiã, Ruſciã,Seruiam,Septem caſtra, & Bulgariam. Hinc gentile , Dacus. Item Dacicus, denominatiuum , quod cognomen trophæi loco vſurparunt Romanorum aliquot imperatores: victoria aliqua de Dacis reportata.Iuu.Sat.5.

——tum lance beata

Dacicus & ſcripto radiat Germanicus auro.

Dactyli Idei,ii ſunt qui Curetes & Corybãtes, quos Iouem nutriuiſſe ferunt,& ne vagitu infans proderetur , nouo luſus genere excogitato , clypeolis æneis inter ſe concurſantes, æris tinnitu, & numeroſi pedis compoſitione (qui inde Dactylus dictus eſt) Saturnum fefelliſſe , patriſque crudelitati qui filios ſuos deuorare ſolebat , puerum eripuiſſe. Hi Phryges origine fuiſſe putantur , relictáque patria in Cretam veniſſe , montemque, in quo primùm conſederunt , à Phrygij montis nomine Idam appellaſſe. Dactyli autem modulos crepitu ac tinnitu æris deprehenſos in verſificum ordinem tranſtulerunt,vt ait Solin. In Creta quoque ferrum primùm adinuenerunt. Herod.lib.7 vide Corybantes.

Dactylis, ſculptoris inſignis nomen,cuius laudata opera in hortis Seruilianis haberi refert Plin.lib.35.c.5.

Dadai, ſunt montes Indiæ, olim Cleopidis regiæ propinqui.

Dadan, i. mamilla vel dilectio,aut patruus, vel iudicans , filius Regma , Gen. 10. filius Iectan. Gen.25. Gens Æthiopiæ in occidente.

Dadas,vide Themiſſas.

Dadaſtana,Bithyniæ vrbs.Ptol.

Dades,Cypri promontorium.Ptol.

Dadicæ,populi Scytharum,ex parte Aſiæ. Herodot. lib.4. Stephano populi Perſicæ,ex ſeptimo lib. Herodot.

Dadocerta, Caſtellũ magnũ Armeniæ.Steph.

Daduchus,maximus erat ſacerdos apud Athenienſes Herculis. Stephanaphorus Palladis, Eteobutadæ dicti & à Bute propagati: ex qua familia longo tempore ſacerdotio præfuere. Vide Alex.ab Alex.lib.Genial.2 c.8.

Dædalus , faber Athenienſis, Micionis filius, artificum omnium ſuæ ætatis ingenioſiſſimus, vt qui primus ſerram , aſciam , perpendiculum, terebram , glutinum & lithocollam dicatur inueniſſe , primúſque omnium vela & antennas naui impoſuiſſe : vnde fortè fabula alarum Dædali,nam & Virg. Æn.3. *velorum* (inquit) *pandimus alas*. Statuis quoque immobilibus oculos induxit , & abditis quibuſdam , neruis effecit, vt huc atque illuc mouerentur , adeò ſcitè , vt ſpectantibus viuere viderentur. In Creta item Labyrinthum conſtruxit , multiplici & intricata viarum perplexitate irremeabilem , in qua &

lia expulit, populóque viritim quaterna agri iugera diuiſit, ſibique nihilo plus ſeruauit, docens, Neminem eſſe debere ducem, cui non tantum eſſet, quantum militi ſufficeret. Cecilius. Reuerſus in concione ait: Tantum agrorum cepi, vt ſolitudo fuerit futura, niſi tantum hominum cepiſſem: tantum hominum porrò cepi, vt fame eſſent perituri, niſi tantum agri cepiſſem. Poſtremò de Lucanis ouans vrbem intrauit.

Cúrius, Alexandriæ presbyter fuit Diocletiano, tantæ doctrinæ fama, vt Origenes iunior appellaretur. Hieron.

Curópolis, vrbs Cariæ. Steph.

Curta, Pannoniæ inferioris vrbs, hodie, *Ofen*, ad Danubium.

Curti, Aſiæ populi. Cedren.

Curtius, prænomine Marcus, adoleſcens Romanus nobilis, qui ſe pro ſalute patriæ Diis manibus deuouit. Nam cùm terra in medio foro ingenti hiatu deſediſſet, reſponsúmque eſſet, non coituram labem, niſi quiſquam ex primæ ſpei adoleſcentibus ſeſe in hiatum deieciſſet. Curtius acceptam à patria vitam, eidem impendere non dubitauit: conſcensóque equo, ſine mora ſe in ſpecum præcipitauit. Vnde etiam Curtius lacus nomen creditur ſeruaſſe. Ariſtides apud Plutarch. in Parallel. Liu. libro ſexto.

Curtius, eques Romanus deliciis diffluens quum apud Auguſtum cœnaret, turdum macrũ è patina tollens, eúmque manu tenens, interrogauit Cæſarem num mittere liceret? Quúmque is reſpondiſſet, quidni liceat? Ille protinus auem per feneſtram miſit. Princeps ambiguitate verbi deluſus, factum æquo animo tulit, Macrobius Saturn. lib. 2.

Quintus Curtius Rufus temporibus Tiberij floruit, in quem eſt eiuſdem principis dictum, natalium eius dedecus velantis,

Curtius videtur mihi ex ſe natus.

Ex ſectatore Quæſtoris in Africa, conſulare imperium, prouinciam Africam, & triumphi inſignia obtinuit. Tacit. 11. De eodem vide Plinium Epiſtolarum 7. ad ſuram.

Q. Curtius Rufus nobilis hiſtoricus de rebus geſtis Alexandri Magni ſcripſit hiſtoriam, ſub Veſpaſiano floruit, vt cenſet Catanæus.

Curtius, fons inſigni aquæ ductu memorabilis, vt qui à quadrageſimo lapide in vrbem fuerit perductus opere arcuato tantæ altitudinis, vt in omnes vrbis montes facilè diſtribueretur. Plin. lib. 36. c. 15.

Cuſa, Mauritaniæ Tingitanæ fluuius. Ptol. *Omirabi*, vel *Vmarabea*, hodie.

Cuſco metropolis, & præcipua ciuitas in ea noui orbis parte, quæ meridiem magis ſerpit, quam Hiſpani terram firmam appellant, & quæ Braſiliam Peruuiámque comprehendit. Hęc ciuitas, cum pulcherrimis Galliæ & Hiſpaniæ vrbibus, amplitudine, inuicta arcis munitione, & hominum potiſſimum nobilium frequentia, ædificiorum ſerie & diſpoſitione, ſitúſque amœnitate contendit. Delectantur incolæ rebus depictis: panno, plumbi, ſtannique fodinis abundant. Argenti apud eos vis magna non item. Vide noui orbis deſcriptores.

Cuſculis, vrbs in Thracia. Procop.

Cuſis, i. durus, ſiue ſtupida, aut cucumerarium filius Abdi filij Maloch 1. Par. 6.

Cuſi, Pannoniæ inferioris vrbs Anton.

Cuſus, fluuius, cuius meminit Tacit. libro 2. Hanc Lazius Khæres vocat, Hungariæ fluuium aut Tranſſyluaniæ potius, vt Rhenanus ſcribit, qui etiam dubitat num ſit melius Cruſus ſcribendum, apud Tacit.

Cuſuetani, Italiæ populi. Plin.

Cutuletos, inſula eſt circa Syrtim maiorẽ. Mela.

Cutha, regio Perſidis, à flumine Cutha ſicuti Ioſephus li. 9. ca. 15. Anti. Iud. ſcriptum reliquit, vocata. Inde Cuthæi, de quibus idem 11. cap. 2. Antiq. in hunc modum ſcribit: Salmanaſar etenim tranſmigrans Iſraelitas, in eorum regione conſtituit Cuthæorum gentem, quæ priùs in interiore parte Perſidis & Mediæ morabatur. 4. Reg. 7. Lat. combuſtio, ſiue contuſio.

Cutilanæ, aquæ in Vadimontis lacu, in quibus eſt opaca ſylua, quæ nunquam die ac noctu, eodem loco viſitur. Plinius libro ſecundo cap. 95.

Cutilia. agri Reatini lacus eſt in quo ſyluoſa inſula innatat, quæ nunquam die, & nocte eodem loco permanet. Plin. lib. 2. c. 95. & lib. 3. ca. 3.

Cutilium, Liuio lib. 28. Vmbriæ eſt oppidum. Hodie, *Contigliano*, dici ſcribit Leander, ſed malè Clutilium habet, Cutylia Halicarnaſſeo eſt ad Cutilium lacum.

C Y

Cyalus, vrbs Lydiæ à Ioue condita Gentile, Cyalius, Steph.

Cyamon, Cretæ inſulæ promontorium. Ptolem.

Cyamoſorus, Siciliæ fluuius circa Centoripam vrbem. Polyb.

Cyana, virgo Syracuſana, violatam ab ebrio patre pudicitiam ægrè ferens, apprehenſum capillis ſtupratorem ad aram traxit, mactauitque: ac ſe ſuper eum necandam iniecit, ad ſedandam peſtem, qua propter facinus laborabant. Plutar. in Parallel. Vide Cyanippus.

Cyana, Nympha Sicula, quæ cùm Proſerpinæ aduerſus Plutonem opem ferre conaretur ab illo dicitur commutata in fontem ſui nominis, qui in agro Syracuſano oſtenditur, vbi

Anapo miſtus, non procul ab Ortygia inſula illabitur in mare. Ouid. 3. de Ponto.

Quæque ſuis Cyanen miſcet Anapus aquis.

Cyane, oppidum Lyciæ. Plin. lib. 5. c. vigeſimo ſeptimo.

Cyaneæ inſulæ, ſeu potius ſcopuli ſub Thracio Boſphoro modico ſpatio inter ſe diſtantes. Vnde factus eſt locus poetarum fabulis, qui Cyaneas inter ſe concurrere tradiderunt, quod ex aduerſo intrantibus geminæ cernebantur, naue verò paululum in alterum latus deflexa, vna tantùm videbatur Valerius Flaccus libr. 4. Argon. à quo modò Cyaneæ, modò etiam Symplegades appellantur.

Cyanee, Mæandri Phrygij fluminis filia fuiſſe fertur, quæ à Mileto compreſſa, Caunum & Byblida genuit. Ouid. li. 9. Meta.

Cyanippus, Syracuſanus qui cùm Bacchi Orgia contemneret, ab irato deo tanta perfuſus eſt ebrietate, vt filiæ Cyanæ in tenebris, quamuis reluctanti, vitium intulerit. Filia verò, cognito ex anulo, quem violatori detraxerat, parente, tunc quidem, vt potuit, dolorem diſſimulauit: poſtea autem ingenti exorta peſtilentia, cùm ab Apolline remedium promitteretur, ſi authore flagitij pœnas ſumerent: admirantibus omnibus, quodnam eſſet tantum ſcelus, quod etiam ſuperis curæ eſſet authoris morte expiari, conſcia rerum Cyane, arreptum capillis parẽ ad aram pertraxit, eóque primũ mactato, ſibi quoque manũ intulit. Plut. in Parallelis.

Cyanippus, vir natione Theſſalus, cùm frequentiſſimè venatum ire conſueuiſſet, noua eius ſponſa ob magnam viri in ſyluis conſuetudinem, alterius mulieris concubitum ſuſpicata, euntem Cyanippum pedetentim ſubſequuta eſt. Cumque inter denſa delituiſſet arbuſta, rerum præſtolatur euentum. Ac ramis fortè commotis, feram adeſſe canes ſuſpicantes, impetu facto, amantiſſimam viri puellam, vt brutum animal, dilaniarunt. Id verò inſperatum adeò facinus, cùm Cyanippus inſpexit, mortem ſibi conſciuit. Plut. in Parall.

Cyanus, fluuius eſt, Colchidis, qui iuxta Acam oppidum in Phaſim influit. Plinius libro 6. cap. 4.

Cyaraxes, alij Cyaxares, Phraortis regis Perſarum & Medorum filius, Aſtyagis pater, primus Aſiæ populos in prouincias diſtinxit, primus in ſuum quóſque ordinem diſtribuit, haſtatos, ſagittarios, equites, quum priùs omnia promiſcua eſſent atque implicita. Hic & cum Lydis prælium fecit: quod cùm fieret, dies nox effecta: & omnem trans Halym flumen Aſiam ſibi ſubiecit. Herod. lib. 1.

Cyarda, vrbs Cariæ, à Cyardo rege earum Bargaſi filio. Steph.

cyathus, flumẽ ad Arſinoem in Ætolia. Cælius Antiquarum lectionum lib. 15.

cybale, ancilla pauperis cuiuſdam Symili, cuius paupertatem deſcribit Virg. in Moreto.

cybaſſus, vrbs Cariæ, quæ & Cabaſſus. Steph.

cybele, Cœli & Terræ filia, & vxor Saturni, aliis nominibus Ops, Rhea, Veſta, Magna mater, Dindymene, & Berecinthia appellata. Cybele autem dicta putatur à Cybelo Phrygiæ monte, vbi eius ſacra primò creduntur inſtituta, quamquam Feſtus, ἀπὸ τοῦ κυβιστᾶν τὴν κεφαλὴν, dictam malit quod Græcis ſignificat, in caput ſaltare: quo genere ſaltationis Galli, deæ huius ſacerdotes peculiariter in ſacris vtebantur.

cybelea, vrbs Ioniæ. Herodianus Phœniciæ ciuitatem eſſe ſcribit. Eſt & Cybella Phrygiæ, & Cybellum templum, à quo Rhea Cybele dicitur, Stephano.

cybelus, mons Phrygiæ, in quo Cybele Deorum mater colebatur.

cybernesia, feſta ſunt, Theſeo ex Creta redeunte inſtituta, Nauſithoi gubernatoris honori, & proretæ Phæaci etiamſi Phereclus, Simonidæ, Theſei nauis moderator dicatur fuiſſe, ſed Nauſithoo & Phæaci erecta etiamnum heroa ſunt. Cælius Rhodig lib. 18. c. 17.

cybiotates, rex Ægypti Cæl. lib. 16.

cybiratici tauri, à Cybitis dicti. Sueton. in Gordiano.

cybira, oppidum Lycaoniæ non procul à Meandro fluuio, cuius incolæ Cybirates. Cic. 6. in Verrem, Hoſce opinor Cybiræ, quum in ſuſpicionem veniſſent ciuibus fanum expilaſſe Apollinis.

cybiſtra, Armeniæ minoris vrbs Ptol.

cybytus, mons altiſſimus, à terra deuoratus vnà cum oppido Curite. Plin. li. 2. c. 91.

cybrela, Cariæ vrbs. Steph.

cybus, vrbs Ionum, in Libya Phœnicum, inde Cybites, vel Cyberes. Steph.

cyceſiũ, Peloponneſi vrbs circa Piſam. Strab.

cychreus. crei, Neptuni & Salaminis filius, qui ob morum aſperitatem, ὄφις, hoc eſt, ſerpens cognominatus. Hunc Eurilochus, cùm inſulam Salamina vaſtaret, expulit: ſuſcepit autem eum ceres in Eleuſine, ſuumque fecit ſacerdotem. Ab huius etiam nomine Salamis inſula aliquãdiu Cychrea appellata eſt. Steph.

cychri, Thraciæ populi, apud quos aquas eſſe lethales & necantes ex Theopompo refert Plin. li. 31. c. 2.

cyclades, inſulæ maris Ægei circa Delum in orbem ſitæ, vnde & nomen acceperunt. Strab. li. 10. Alij dicunt vocari Cyclades, non quia in rotunditatem ſitæ ſunt, ſed quod longo ordine eas circuire neceſſe ſit, propter promontoria, vnde & Virg. 3. Æneid.

—Sparſáſque per æquor Cycladas.
Sunt autem numero quinquaginta tres. *Inſule del Archipelago*, à Caſtaldo vocantur.

cyclaminus, ſinus Aſiaticus Boſphori Thracici, *Golfo de Soltania*, Gillius.

cycli, quaſi circuli, loca erant Athenis, vbi mancipia veniebant, tractum nomen à circulari circumſiſtentia vendendorum, cyclus enim rotundum ſignificat.

cycloborus, fluuius quidam Atticæ, ingenti ſtrepitu defluens. Vide prouerbium, cyclobori vox.

cyclôpes, Neptuni & Amphitrites filij fuerunt, miniſtri autem Vulcani, Ioui ſua fulmina fabricantes. cyclopes dicti ab eo, quòd vnicum haberent oculum, eúmque orbicularem media in fronte ſitum. Ex his tres potiſſimùm à poëtis celebrantur. Brontes, Steropes, & Pyracmon, quem Ouidius 4. Faſtorum Æmonidem vocat. Virg. 8. Æneid.

Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro,
Brontéſque, Steropéſque & nudus membra Pyracmon.

cyclopis donum, pro munere inutili, & cyclopea vita pro impia & iniuſta in prouerbium abierunt.

cyclops, vide POLYPHEMVS.

cyclopum ſcopuli, tres ſunt prope Siciliam auctore Plin. Claud. Aretius & Thomas Fazellus eos *Faraglioni*, appellant, videntur etiam *Plancta*, ab Apollonio dici.

cycnitis regio in qua cycnus imperauit. Step.

cycnus, Martis filius, quem Hercules equeſtri prælio ſuperatum occidit, equo adiutus Arione, quem Neptunus in equum conuerſus ex Erinni genuerat. Huius necem tam iniquo animo Martem tuliſſe ferunt, vt eius vlciſcendæ cauſa aduerſus Herculem arma ſumeret. Verùm antequàm ad manus venirent, Iupiter iaculato fulmine eos diremit, vt refert Hyginus, Fab. poët. cap. 31.

cycnus, Neptuni filius, omni ex parte inuulnerabilis, cum quo Achilles Troiani belli tempore congreſſus, cùm fruſtra eum iaculis appetiiſſet, tandem re intellecta, humi eum proſtrauit, genibúſque collo innixus, animam eripuit: cúmque cadauer ſpoliare vellet, arma vacua inuenit, cycnúmque in auem ſui nominis vidit commutatum. Ouid. 12. Metamorph.

cycnus, Ligurum rex, qui cùm Phaethontis propinqui ſui necem inſolabiliter defleret, in auem ſui nominis eſt commutatus, Ouid. lib. 2. Metamorph.

cyconæ, Aſiæ populi in India Aquilonari. Plin.

cyda, vir cretenſis, quem Antonius Romæ inter iudices legit, cùm eſſet vir perditiſſimus, Cic. Philipp. 5.

cydaraum, oppidum cyrenaicæ, è regione Sabratæ. Plin. lib. 5. cap. 5.

cydantide, vicus in Ægeide vel Ptolemàide tribu. Stepha.

cydara, carmaniæ fluuius, ad Septentrionem Indiámque Plin. lib. 7. cap. 22.

cydatheneum, vicus in Pandionyde tribu, Patria Demochari comici. Steph.

cyddeſes, Bithyniæ populi. Ptol.

cydias, pictor, Argonautas pinxit: quam tabulam CLXIIII. talentis Hortenſius orator mercatus eſt, eíque ædem in Tuſcano ſuo fecit, emicuit Olympiade CXIIII. Plin.

cydippe, puella generis nobilitate & formæ pręſtantia inſignis, cuius amore captus Acontius adoleſcens, cùm repulſam metueret, quòd neque genere, neque opibus illi par eſſet, ad dolum confugit, pomúmque ad pedes eius deuoluit, verſibus hiſce inſcriptum.

Iuro tibi ſancta per myſtica ſacra Dianæ,
Me tibi venturam comitē, ſponſámque futurā.

Hoc itaque pomum cùm puella incauta ſuſtuliſſet, verſúſque in eo deſcriptos legiſſet, fidem ſuam amanti imprudens obſtrinxit. Quo factum eſt, vt quoties alteri nubere conaretur, toties in grauem inciderit morbum, ab irata Diana (vt Acontius credi volebat) immiſſum. Tandem re omni à puellæ parentibus intellecta, ne Dianæ numen grauiùs irritarent, puellam Acontio deſpondent. Vide ACONTIVS.

cydna, vrbs Macedoniæ, corrupto vocabulo Pydna dicta: Gentile, Pydnæus, Steph.

cydnus, ciliciæ fluuius, non ſpatio aquarum, ſed liquore memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labens, puro ſolo excipitur, nec torrentes incurrunt. Iuſtin. lib. 11. Tibullus lib. 1.

At te Cydne canam, tacitis qui leniter undis
Ceruleus placidus per uada ſerpis aquis.

Solinus ſcribit amnem à candore, Syrorū lingua nomen ſortitum. Vitruuius lib. 8. c. 3. cydni aquas podagra laborantibus apprimè ſalubres eſſe, cruribus in eis merſis, de cuius rei experientia caſſij Parmenſis poetæ ad M. Antonium Epiſtola extitit, vt lib. 13. adnotauit Plin. & cæl. lib. 27.

cydon, fluuius Peloponnenſi. Strabo.

cydon, Plinio, vrbs inſignis cretæ inſulæ, cuius incolæ cydones dicuntur, & poma cydonia. Virg. Æneid. 12.

Parthus ſiue Cydon telum immedicabile torſit.

cydon, viri propriū apud eundem 10. Æneid.

Dū ſequeris Clytiū infelix noua gaudia Cydon.

cydonia, inſula ante Leſbon. Plin. lib. 2. c. 103. cretæ inſulæ vrbs. Ptol.

cydonia, Siliciæ vrbs. Steph & Libyæ. Eidem.

cydones, vrbis cydoniæ incolæ.

cydrę vrbs Byrſarum (in Theſſalia, vt videtur aliàs

aliàs Cydriæ,Strab.lib.7.Steph.

cydrara,ciuitas iuxta montes Phrygię.Steph. ex Herodoti.lib.7.

cydrine, vrbs Armeniæ, non Cydrus, vt alij ſcribunt.Steph.

cygnus,vide cignus.

cylabaris, gymnaſium apud Argos,à Stheneli filio ſic nuncupatum,vbi viſebatur Palladis ſimulachrum.Cæl.lib. 9. c. 22. ex Pauſania in Corinthiacis.

cylbiani montes,maioris Phrygiæ colles ſunt ex quibus cayſter fluuius profluit. Plin. libro 5. cap.18.

cylandus,vrbs cariæ.Steph.

cyleno,filia Atlantis,mater Nictei.Bocat.lib. 10.

cylices,populi inter Illyrios, apud quos Cadmi, Hermoniæque monumentum conſpicitur. Athen.

cyliſtarnus, fluuius apud Lycophronem. Razanell. hodie nominari, & in Coſano agro Calabriæ fluere ſcribit G.Barrius.

cyllarabes, Stheneli filius, cum quo Seruius Ægialen Diomedis coniugem vigente bello Troiano concubuiſſe tradit.

cyllarus,vnus ex centauris, qui amantem habuit Hyllonomen centaurom,ambo forma præſtantes eadem hora perierunt.Ouid.lib.12. Metamorph.

cyllarus,equus Pollucis. Virg.libro 3. Georg.

Talis Amyclei domitus Pollucis habenis,
Cyllarus,

Quem tamen locum explicans Seruius,cyllarum non Pollucis, ſed caſtoris equum fuiſſe tradit, poetámque fratrem pro fratre poſuiſſe.

cyllene, Elidis regionis in Peloponneſo vrbs & nauale.Ptol.Thucyd.Steph.

cyllene, mons Arcadiæ, in quo Maia à Ioue cõpreſſa, Mercurium peperit. Virg.lib.8.Æneid.

Vobis Mercurius pater eſt, quẽ Candida Maia,
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.

cyllenius, peculiare Mercurij cognomen inde impoſitum, quod omnem rem ſermone, ſine manibus conficiat: quibus partibus corporis qui carent, κυλλοὶ vocantur: ſiue quòd in cyllenia vir, aut certè cyllene Nympha fuerit educatus: ſiue quòd in cyllene Arcadiæ monte fuerit genitus, quam opinionem ipſe etiam Virgilius ſequitur lib. 8. Æneid.cuius verba citauimus paulò antè in dictione cyllene Lucan.lib.1.

Motúque celer Cyllenius hæret.

cylon,fuit Olympionices Athenienſis affectatæ tyrannidis compertus: ſed ab Athenienſibus in arce obſeſſus tandem ad Mineruæ aram ſupplex confugit,vbi à Megacle Alcmeonide & collegis Archontibus interfectus eſt,Plin.Plut.

cyme,vrbs Æolidis, Pomp. lib. 1. cymen nominauit, pulſis qui habitarant, dux Amazonum Cyme,vide cumæ.

cymes anus,cumæa Sibylla.Silius.lib.13.

At grauida arcanis Cymes anus attigit ore,
Poſtquam ſacrificium,&c.

cymeum antrum.Syluius lib.13.

Cymæo populi vox noſtra ſonabat in antro.

cymines,Theſſaliæ oppidum.Liu.

cyminus, Hetruriæ lacus ad ſex millia paſſuum ab vrbe Viterbio, cymino monti ſuppoſitus.Appianus.De huius lacus origine talia refert Seruius,aliquando Herculem ad hos populos veniſſe,& quum à ſingulis prouocaretur, ad virium oſtentationem, vectem ferreum, quo exercebatur, humi defixiſſe, quem cum nemo illorum poſſet euellere, Herculem tandem eum ſuſtuliſſe, tantámque repentè aquæ vim erupiſſe, vt cyminum effecerit lacum. Virg. Æneid.7.

Et Soractis habent arces,Flaminiáque arua,
Et cymini cum monte lacum,lucóſque capenos,

cymodoce,ſiue cimodocêe, Nympha marina, Nerei & Doridis filia, à placandis fluctibus ita dicta cymodeceam enumerat inter eas, quæ ex nauibus Æneæ in Nymphas marinas commutatæ fuerunt. Virg.lib.10.Æneid.

Quarum quæ fandi doctiſſima cymodocea.

cymodoce, Nympha Oceani & Tethyos filia lib.4.Georg.

cymortius, mons eſt,in cuius apice ſacellum erat Dianæ.

cymothoe,fons eſt Achaiæ,authore Plin.

cymothoe, Nympha marina, Nerei & Doridis filia,Heſiodo in Theogon ita dicta, quòd per fluctus diſcurrat.Virg.1.Æneid.

Cymothoe ſimul & Triton adnexus acuto,
Detrudunt naues ſcopulo,

cynæthium, Dionyſio libro Antiquit. ciuitas eſſe in Arcadia, ab Æneæ ſocio vita ibi functo, ſepultóque. Hinc cynæthenſes populi, quos tamen alij à cynetho Lycaonis filio putant appellatos.Steph.Strabo.Plut.

cynætha, vrbs Thraciæ ſub Neriſo monte: Steph

cynæthus,poëta illuſtris Chius Patria, qui Siracuſis omnium primus Homeri carmen concinuit,illi quoque de ſuo inſertis pleriſque Æl.lib. 7.

cynægirus, Athenienſis, bello Perſico magna pertinacia in inſectandis hoſtibus vſus eſt. Nam & nauem onuſtam dextera manu tenuit, qua amputata, ſiniſtram iniecit. Quam & ipſam cum amiſiſſet nauem mordicus arripuit, morſúque retinuit furenti ſimilis, Trogus & Herodot. Valerius & Tranquillus in Cæſare.

cynamolgi, Æthiopiæ populi monſtroſi. Solin.Plin.Strabo.

Digitized by Google

cynapes, fluuius in Euxinum mare ſe exonerans. Ouid. de Ponto.

cynara, Ægei maris inſula. Plin.

cynaras, Aſſyriorum rex.

cyndippe, ſi rectè ſcribitur apud Stephanum in Camiro, ex Poleade Cercaphum peperit.

cyndon, fluuius in Helleſponto, & in Cherſoneſo. Heſych.

cyne, vrbs Libyæ: Gentile, Cynei, vel Cynij Steph.

cyneas Theſſalus, Pyrrhi regis legatus, longè diſertiſſimus eſt habitus: vt qui Demoſthenis auditor fuerit, adeò vt plures Pyrrho ciuitates facunda oratione ſubegerit, quàm ille armis expugnauerit. Eidem expeditionem in Italiam magnopere diſſuaſit. Præterea miſſus ad Romanos legatus de pace, vno die omnium ſenatorum nomina edidicit, quorum conceſſum totidem regum ſibi videri Pyrrho retulit. Plutarch. in Pyrrho. Huius memoriam commendat Cicero in Tuſc. quæſt. 1.

cynegius, conſul cum Theodoſio Auguſt. anno ab vrbe 1141.

cyneſij, vel Cynetæ, populi omnium ferè Europæ vltimi, verſus Occaſum. Herodot. Stephan. horum meminit in voce, γλῆτα.

cynethon, Lacedæmonius poeta, Lelegoniam ſcripſit.

cynethium, ciuitas in Arcadia ab Æneæ ſocio ibi vita functo ſepultóque. Hinc Cynethenſes populi, quos tamen à Cynetho Lycaonis filio putant appellatos. Dionyſius lib. 1. Antiquit. vide ſupra Cynæthium.

cynethuſſa, maris Ægei inſula. Plin.

cynetia, vrbs Argolica. Steph.

cynia, lacus eſt Œniadarum maximus. Melita & Vria longè maior, qui in mare exit. Melita verò & Vria dimidio ſtadio ſupra mare iacent. Strabo libro decimo in deſcriptione Acarnaniæ.

cynici, Philoſophi quidam ſectatores Antiſthenis, qui primus nouum hoc Philoſophiæ genus introduxit: ita dicti, ſiue à Cynoſarge gymnaſio, in quo Antiſthenes profitebatur, ſiue à canina mordacitate, qua in hominum vitas nullo diſcrimine inuehebantur: aut (vt alij volunt) ab eo quòd canum more in propatulo coire non dubitarent: quemadmodum de Cratete & Hipparchia tradit Laertius.

cynips, ſiue Cyniphis, ſiue Cyniphos, fluuius Africæ, inter duas Syrtes in colle Gratiarum naſcens, teſte Herodot. & per Macas in mare Libycum ſe exonerans. Iuxta hunc fluuium proceriſſimi naſcebantur hirci, qui inde Cyniphij à poëtis peculiari Epitheto nuncupantur. Virg. lib. 3. Georg.

Nec minus interea barbas incanáque menta
Cyniphij tondent hirci.

cynna, oppidulum prope Heracleam, ab vna Amazonum, vel à Cynno fratre Cæi: Gentile, Gynnæus. Steph.

cynocephalæ, montes Theſſaliæ. Steph. vrbs Locridis. Mela. Thebanorum caſtellum. Xenop.

cynocephali. Pli. lib. 7. c. 2. homines in montibus terræ Indiæ caninis capitibus, qui ferarum pellibus velantur: & qui latratum pro voce edunt, vnguibúſque armati, venatu & aucupio veſcuntur. Gellius lib. 9. cap. 4.

cynocephalus, deus apud Ægyptios, alio nomine Anubis dictus. Plutarch.

cynonneſus, id eſt, canum inſula, Libyca eſt. Steph.

cynopolis, canum ciuitas in Ægypto, Cynopolis. Steph. Gentile. Cynopolites, in qua Anubis colitur, & honor, & ſacer quidam cibus eſt canibus conſtitutus. Ab hac Cynopolitana præfectura appellata eſt: qui in ea habitant, Canarij dicuntur. Perottus.

cynos, ciuitas in Locride. Liuius 8. tertiæ Decadis, Cynum Locridos emporium. Ptolemæus in Locride Cynos & Calliaros. Stephanus Cynon, Opuntis nauale vel ciuitatē eſſe ſcribit: Gentile, Cynij, vt à Cyne. Cynos fluuius. Plin. lib. 6. c. 10.

cynos, Theſſaliæ ciuitas Deucalionis ſedes, vbi Pyrrha eius vxor ſepulta fuit. Strab. lib. 9.

cynos cephale, collis Theſſaliæ, & parua regio Thebarum Pindari patria. Steph.

cynoſarges, gymnaſium in Attica & vicus, ſic dictus à cane albo, qui ſacrificante Diomo (à quo & tribus Diomea dicitur) & Herculi paratam victimam oſtendente, rapta femora in hunc locum detulit. Stephanus de Diomo. Vide Eraſ. in prouerb. Ad Cynoſarges.

cynoſſema, locus Troadis, ad Hellepontum, Hecubæ ſepulchro nobilitatus. Latinè canis tumultum interpretari poſſumus. Fabulantur enim poetæ, Hecubam cùm in Græciam adduceretur captiua poſt exitium patriæ, ac ſuorum, ibi doloris impatientia in canem eſſe conuerſam, & deinde ſepultam. Ouid. lib. 1. Metam.

cynoſura, ſuræ, ſidus Septentrionale, ex ſeptem conſtans ſtellis, quod & Vrſam minorem appellamus. Hanc poetæ fabulantur Nympham fuiſſe. Idæam vnam ex Iouis nutricibus, poſtea ab Ioue rerum potito in hoc ſidus tranſlatam, vt ex Aglaoſthenis ſententia refert Hyginus in Aſtr. poet. Alio nomine etiam Phœnice appellatur, teſte eodem Hygino, eò quòd à Phœnicibus inter nauigandum potiſſimum ſoleat obſeruari, quemadmodum & Helice, hoc eſt, Vrſa maior, à Græcis nautis. Ouid. de triſtibus.

Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura petatur,
Sidoniis, Helicen Graia carina notet.

cynoſura, Stephano promontorium Arcadiæ,

Digitized by Google

diæ à Cyneſuro Mercurio filio: Gentile, cynoſureis, & cynoſuris, fœm. ge. promontorium item Achaiæ. Ptolem. & Marathonis verſus Eubœam. Heſych & Arcadiæ oppidum. Lactant.

cynoſurei, tribus vna Megarenſium. Alexan. lib. Genia. cap. 17.

cynthia, Diana dicta, à cyntho monte in Delo inſula, in quo nata cum Phœbo eſt; vnde & Apollo Cynthius, & à quo ipſa inſula Delos Cynthia, qui mons tantæ celſitudinis fertur, vt vmbra ſua totius inſulæ ambitum tegat. Vide CYNTHUS.

cynthia, formoſiſſima quædam fœmina, cuius formam commendat Propertius, eámque propterea Cynthiam quaſi Dianam appellat, quum prius Hoſtilia vocaretur.

cynthia, locus Romæ, vbi Cynthorum monumentum fuit.

cynthus, mons in Delo inſula, tantæ altitudinis, vt totam inſulam dicatur inumbrare. Virg. lib. 2. Æneid.

Qualis in Eurotæ ripis aut per iuga Cynthi
Exercet Dianæ choros.

In hoc monte Latona Apollinem & Dianam dicitur peperiſſe. vnde ille Cynthius, hæc Cynthia paſſim à poetis appellantur. Idem lib. tertio Georg.

— Et Troiæ Cynthius author.

Lucan. lib. 1.

Tertia iam grauido pluuialis Cynthia cornu.

cyneticum, locus Iberæi propè Oceanum: incolæ Cynetes & Cyneſij. Steph.

cynura, vrbs in Argo vel Argolica, à Cynuro filio Perſei: inde Cynurius: Cynutius, & Cynuris, fœm. gen. Steph.

cynuræi, Arcadiæ populi. Pauſan.

cynus, Locrorum Epicnemidiorum oppidum ſiue vt quibuſdam placet, nauale, cuius meminit Plin. lib. 4. c. 7. & Liuius lib. 8. decad. 3. & Strabo.

cynus, Arabiæ fœlicis fluuius, ad ſinum Perſicum, in latere Septentrionali.

cyoneſus, Nili fluuij eſt inſula, non procul à maiori Delta, è regione oppidi quod Cynopolis dicitur, Ptol. lib. 4. c. 5.

cyon, vrbs Cariæ, Canebium ante dicta: Gentile, Cyltes. Steph.

cypæra, Theſſaliæ vrbs, Ptol.

cypætha, vrbs Libyæ. Steph.

cypariſſa, vrbs Achaiæ, & Cypariſſius ſinus. Sic enim Plinius ſcribit lib. 4. Ad meridiem autem Cypariſſius ſinus cum vrbe Cypariſſa.

cypariſſæa, vrbs Triphiliæ, quæ vocabatur Eranna: inde Minerua Cypariſſea. Stephan. Qui Cypariſſum quoque Phocidis vrbem, aliàs Eranum dictam commemorat.

cypariſſi, Meſſeniæ regionis maritima vrbs, Ptol. vocatur. Steph. hodie Arcadia dicitur apud Sophianum.

cypariſſeis, vrbs Meſſeniæ: Gentile, Cypariſſcentius. Homerus.

cypariſſium, Meſſeniæ, Peloponneſi regionis promontorium. Ptol

cypariſſus, Telephi filius, puer formoſiſſimus ex Cea inſula, ab Apolline in delitiis habitus: qui cùm ſeruum manſuetum, ſibíque imprimis charum imprudens occidiſſet, doloris impatientia contabuit, deíque amatoris miſeratione in cupreſſum arborem eſt commutatus: Ouid. lib. 10. Metamorph. Seruius tamen author eſt, Cypariſſum puerum à Syluano potiùs, quàm ab Apolline fuiſſe adamatum: id quod & Virgilius videtur indicare lib. 1. Georg.

Et teneram ab radice ferens Syluane cupreſſum.

cypariſſus, ciuitas circa Delphos, ab eius arboris frequentia, Pomponius lib. 2. Stephanus Phocidis ciuitatem eſſe ſcribit, quæ poſtea Apollonia dicta ſit: & aliam in Parnaſſo iuxta Delphos, quæ Eranus olim vocata ſit, & à quibuſdam Apollonias, & à Cypariſſo Minyæ filio, vel harum arborum multitudine. Nonnullis Cypariſſus, ſuntis.

cypaſis, vrbs circa Helleſpontum. Steph.

cype, caſtellum Siciliæ: Gentile, Cypetus, Steph.

cyphanta, portus eſt in ſinu Argolico Achaię, Plin. lib. 4. cap. 5. Item Laconicæ in Peloponneſo vrbs. Ptol.

cyphata, caſtellum imminens Dolopiæ in Theſſalia. Liu.

cyphus, vrbs Perrhæbiæ, à Cypho Perrhæbi filio. Homer. Alia eſt Theſſaliæ. ciues Cyphæi. Eſt & fluuius cyphus. Steph.

cypra vide CYPRÆ.

cypriæ, tres ſteriles inſulæ ſunt Plinio, iuxta Cyprum.

cyprianus, carthaginienſis epiſcopus martyrio affectus, anno ſalutis 250.

cyprium, Sabini bonum appellant; vnde cyprius vicus Romæ appellatus eſt, quo Sabini ciues additi conſederunt: ſic enim à bono omine vocitandum cenſuêre.

cyprogenia, dicuntur quæ ſunt in cyprogenita, etiam Venus, vt Homerus in Hymnis.

cyprus, inſula maris Mediterranei notiſſima, in ſinu Iſſico inter Ciliciam, & Syriam fertilitatis tam eximiæ, vt Macaria olim, hoſt eſt Beata dicta ſit, Plinio tamen olim eſt, *Acarmantis, Ceraſtis, Aſpella, Amathuſa, Macaria, Cryptos, & Colonia.* Item *Sphecia*, vt Euſtathius docet ex Lycophrone. Feſtus Pompeius ſcribit eam ab antiquis *Æroſam*, quod in ea plurimùm æris naſcatur, appellatam. Eandem *Citicam* etiam vocatam, ex Cyrillo notauit Hermolaus. *Paphum* à ciuitate eiuſdem nominis

nuncupatam tradit Honorius. Hebræis, *Chirim*, dict Zieglerus ſcribit : *Chetima*, eſt apud Ioſephum lib. antiq. 1. cap. 7. hodie Cypri nomen adhuc retinet, luxuriæ autem tantoperè dedita, vt ob id Veneri ſacra credita ſit. Horat. lib. 1. Carm.

Sic te Diua potens Cypri &c.

In ea Venus potiſſimum celebratur: vnde & Cypria Cypris, & Cyprigene dicta eſt (cui Cypriæ puellæ ſuam ipſarum pudicitiam dicabant. Omnes Cypri aquæ ſunt optimæ & ſaluberrimæ.) Quondam nouem erat regnorum ſedes. Vrbes illius præclaræ Cythera, à qua Venus cytherea, Paphos, Palepapos, & Salamis. Hęc inter maiores noſtri maris inſula, locum ſibi vendicat, cuius ſeptentrionales partes Ciliciæ oppoſitæ ſunt, ibique continenti proxima eſt orientales Iſſico ſinui, occidentales Pamphilicum alluunt pelagus, auſtrales Ægyptum. Ambitus inſulæ eſt trium milium quadragintorum ac viginti ſtadiorum, ſeu 427. M. paſſuum in circuitu 100. M. in longitudine, Bordonio teſte. Veneti eam iure hæreditario diu poſſederunt, & per prætorem adminiſtrarunt. Sed antè aliquot annos in Turcarum poteſtatem redacta eſt. Venetis tota inſula expulſis. Huius metropolis, Nicoſa. Eſt & Famaguſta, vrbs nobiliſſima, & totius inſulæ emporium, portu & vectigalibus diues. A cypro deriuatur Cyprius, a, um, Cypreus, & Cyprites, quanquam & Libyca cyprius eſt, cuius ſimiliter Gentile, Cyprites. Steph. Idem hanc inſulam in Carpathio mari ſitam ſcribit, à Cypro filio cyniræ indito nomine, vel illic naſcente Cypro flore. Aſtynomus cyprum nominatam vult, διὰ τὸ κρύπτεσθαι, i. quod occultatur ſæpè fluctibus marinis. Vocabatur etiam *Ceraſtes*, *&* *Ceraſtias*, à multis promontoriis, & *Amathuſia*, *&* *Metonis*, *&* *Speca* *&* *Acamanthis*, Steph. Tres paruæ inſulæ huic propinquæ cypriæ nominantur. De cypro. Strab. lib. 14.

cypſella, oppidum Thraciæ, Plin. libro 4. cap. 11. Strab. lib. 7. cypſelam nominat, Stephan. vrbs Thraciæ prope Hebrum fluuium. Item caſtellum in Arcadia à Mantinenſibus muris cinctum: Gentile. Cypſelinus.

cypſella, Tarraconenſis Hiſpaniæ vrbs quondam Sex. Aurenus.

cypſelus, tyrannus apud Corinthum, à ciſtula nomen accipit, quam Græci Cyſelon vocant, in qua delituit occultatus à matre, cùm ad mortem quereretur. Cic. in Tuſcul. quæſtionum lib. 5. & lib. De Fato.

cyptaſia, Galatiæ vrbs. Ptol. vulgò, *Caroſa*.

cyra, ſinus Perſici inſula. Stephan. mons item Cyrenes in Africa. Trogus.

cyre, fons in Cyrenaica. Steph.

cyraunis, inſula iuxta Gyzantes (ſic enim lego apud Steph.) Aphricæ populos.

cyrba, vrbs Cretæ, vide Hierapetra.

cyrbæ, vrbs Pamphiliæ : Gentile, Cyrbæus. Stephan.

cyrbaſa, vrbs Cariæ. Steph.

cyrbiana, Elymæorum prouincia eſt, quibus finitimi ſunt Sacapeni & Silaceni, parui ſanè principatus. Strabo lib. 16.

cyre pro Cerere, Cnidiis. Cæl.

cyre, inſula in mari Perſico: Inſularis, Cyræus. Steph.

cyrechara, vide Cyropolis.

cyrene, Penei fluminis filia, cuius amore flagrans Apollo, in Pelio Theſſaliæ monte eam rapuit, & in eam Africæ partem tranſtulit, quæ ab ea poſtea dicta fuit Cyrenaica: vbi & Ariſteum ex ea ſuſcepit. Virg. 4. Georg.

cyrene, ſiue cyrenæ, arum, inſigne Libyæ oppidum inter Syrtim maiorem & Marcotidem ſitum, vnum ex iis, quæ Pentapolim efficiunt: à Batto Theteo (quem Callimachus progenitorem ſuum fuiſſe tradit) conditum & à cyrene Penei amnis filia, quam Apollo amore eius captus, in eam Libyæ partem tranſtulit, ita nominatum. Lucan. lib. 9.

Proximus in muros & mœnia Cyrenarum, &c.

Ab hac cyrene tota Libya cyrene dicta eſt. Eſt & cyrenæ, nomen vrbis in cypro inſula, quam cyrus condidit, ex qua natum putant Simontem patrem Alex. cuius mentio fit in hiſtoria Euangelica.

cyrenæus, qui natus eſt ex cyrene: cyrenenſis ſimiliter.

cyrenaica, regio Africæ eſt. Eam Strabo lib. vlt. à Theræis Græcis conditam ſcribit, qui ex Laconia profecti Theram inſulam priùs incoluerint: hinc in continenti cyrenen ædificauerint. Ex horum numero fuit Battus quidam, qui cyrenes condendæ fuit author, quod alibi idem Strab. indicat.

cyrenaici, Philoſophi ab Ariſtippo, omne bonum in voluntate poſuerunt, virtutémque cenſuerunt ob eam rem eſſe laudandam, quòd efficiens eſſe voluptatis. Docet Diogenes Laërtius lib. 2. in Ariſtippi vita.

cyres, etis, vrbs. Gentile, circſius. Steph.

cyrenius, totius Syriæ præſes ab Auguſto Cęſare conſtitutus, per quem cenſum, vniuersámque deſcriptionem Cæſar fieri iuſſit. Luc. c. 2.

cyrillus, præſul Dalmatiæ.

cyrillus, Alexandrinus pręſul, edidit variarum hypotheſeωn tractatus, cōmētaria in varios Veteris & Noui Teſtamenti libros. Homilias plurimas, quib. vtūtur Gręci, pręterea aduerſus Neſtorium Epiſtolas, quib. omnia occulta eius venena refellit. Is vixit temporibus Iuliani principis.

cyrillus, Diaconus Heliopolitanus, (eſt autem Heliopolis hæc ciuitas inſignis ad Libanum

mon-

montem ſita) imperan e Conſtantino plurima Ethnicorum idola contriuit, Cuius res illic memores ſub Iuliano principe, viuo ventrem execuerunt, iecűrque inde exemptum deguſtauerunt. Suidas.

cyrillus Hieroſolymitanus præſul, ſæpè pulſus ab Eccleſia, & receptus ad extremum ſub Theodoſio principe octo annos in ſua ſede perſeuerauit. Sarraceni eum martyrio affecerunt: extant eius Catecheſes. Hieron.

cyrinus, Romanus, cum Baſilide & Nabore ſub Diocletiano paſſus, ac ſepultus tertio ab vrbe lapide, Volater.

cyrini caſtra, Cappadociæ locus. Straboni.

cyris, metropolis Sabinorum: Gentile, Gyrites. Inde Iuno Cyretia. Steph. Vide CVRES & CVRIS.

cyrizoborca, oppidum Indiæ. Plinius libr. 6. cap. 9.

cyrmianæ, Thraciæ gentes. Herodot.

cyrnaba Scythiæ fluuius, non procul à Chryſe ſinu, Plin lib. 6 c. 17.

cyrnij populi Corſicæ inſulæ, qui longiſſimo æuo vtuntur, propter mellis vſum, quod apud eos copioſum naſcitur.

cyrnus, Herculis filius, à quo Corſica dicta eſt.

cyrnus, inſula in mari Liguſtico, vide CORSICA. Dicta Cyrnus à Cyrho rege, cùm antea Therapne diceretur. Hinc Cyrnæus, nea, næum. Virg. Ecloga 9.

Sic tua Cyrnæas fugiunt examina taxes.

Cyrnus etiam *Corſi*, dicitur à Stephano. *Therapne* ab Ouidio, vt refert Villanouan. Maris Mediterranei inſula eſt Genuenſibus hodie parens *Cyrnum* inſulam Iapygiæ verſus Boream habet etiam Steph Vide Cyrrhus.

cyropolis, ciuitas in Aſia, quę etiam Cyrechata vocatur ad finem Perſidis. Ciues Cyropolitæ & Cyrecatheni. Steph.

cyrphis, rupes quædam Parnaſſi montis.

cyrrha, vide Cirrha.

cyrrhea, vrbs in Helicone, iuxta Nyſam.

cyrreſtica regio, à Cyrrho dicta, vbi Cyrreſtis dea colebatur, quam Mineruam interpretantur Plin. & Ptol. Vide CIRRVS.

cyrrha, oppidum in Phocide, iuxta quod & Cyrrhæi campi ad Phocidem attinent.

cyrrhadæ, Indiæ intra Gangem gentes agreſtes, Arrian in Periplo.

cyrrhus, Medeæ fluuius. Prole. in Hircanum mare ſe exonerans. Ser vocatur Theueto.

cyrrhus, Ptol. eſt Albaniæ regionis Aſiaticæ fluuius. *Corus* olim vocabatur. Strab. teſte *Cyrch* Fineto eſt. *Cori* Gaſtaldo *Cur* Nigro & *Elcur* Ramuſio. videtur eum Matth. Michonienſis *Tirck* appellare. Theuetus ſcribit eum ab incolis *Lada* vocari. Plutarch. in vita Pompeij, & Dion, eum *Cyrnum* κύρνον appellat.

cyrrhus, Cyrreſticæ regionis in Syria vrbs, apud Ptol. *Cyrro* Antonini eſſe ſcribit Simlerus, ſed ille Cibros apud Ptolem. legit ex Latinis exemplaribus malè.

cyrrhus, vrbs Syriæ cum arce Sindaro: ciuis, Cyrreſtes, licèt Demetrio Cerreſtris ſcribatur: & regio Cyrreſtica. Sunt etiam Cyrreſtæ, Macedoniæ populi, non procul à Pella Alexandri patria, quorum meminit Plinius libro quarto, cap. 10.

cyrrhus, nomen duorum fluuiorum, quorum vnus Armeniæ & Iberiæ fines interluit, & per Albaniam labitur. Oritur in monte Caucaſo. Alius eſt in Medis.

cyrſilus, Athenienſis, lapidibus obrutus, quòd inhoneſta ſuaderet: Cicero lib. 3 de Officiis, Athenienſes quum Perſarum impetum nullo modo poſſent ſuſtinere, ſtatuerėntque vt vrbe relicta coniugibus & liberis Trœzene depoſitis, naues conſcenderent, libertatémque Græciæ claſſe defenderent, Cyrſilum quendam ſuadentem, vt in vrbe manerent, Xerxémque reciperent, lapidibus obruerunt.

cyrta, Syphacis ſedes in Africa, longiùs à Pelago.

cyrtea, vrbs in rubro mari, in quam Artaxerxes Megabyzum relegauit: Gentile Cyrtæanus, vel Cyrtæenus. Steph.

cyrtæſij, Africæ propriæ populi. Ptol.

cyrtones, vrbs Bœotiæ. Pauſa. Eſt etiam vrbs Italiæ: Gentile, Cyrtonimus. Steph.

cyrtus, vrbs Ægypti, in mediterraneis: patria Dionyſij medici. Steph.

cyrus, Cambyſis filius ex Mandane Aſtyagis regis filia, & Perſarum Medeorúmque rex, qui primus (vt Iuſtinus li. 1. ſcripſit) deuicto Aſtyage vltimò Medorum rege, Medorum imperium Orientem in poteſtatem redegit. Dei ſeruus apud Eſaiam prophetam vocatus. Poſtremò cùm bellum Scythis intuliſſet, eóſque cladè magna affeciſſet, Tomyris eo tempore Scytharum regina, compoſitis inſidiis, ducenta millia Perſarum cum ipſo rege trucidauit, ita vt ne nuntius quidem tantæ cladis ſuperfuerit, caput Cyri amputatum, in vtrem humano ſanguine plenum coniectum fuit cum hac exprobratione: Satia te ſanguine, quem ſitiſti. Lucanus lib. 3.

Non cum Memnonis deducens agmina regnis.
Cyrus & effuſis numerato milite telis,
Deſcendit Xerxes.

cyrus minor, Artaxerxis frater: apud quem cùm falsò delatus eſſet, ægréque matris precibus ſeruatus, bellum aduerſus eundem ſuſcepit: in quo cùm iam Græcorum opera penè victor euaſiſſet, fortiter quidem, ſed incautè dimicans, eſt interemptus. Xenoph.

cyrus, Pannopolita, fuit poeta, ob ingenium

Cyzicenus,gentile eſt,à Cyzico.Steph.

Cyzicus,ciuitas in Aſia minore.

Cyzicus, ſiue Cyzicum inſula in Propontide, duobus pontibus iuncta continenti, habens vrbem eiuſdem nominis, mœnibus,arce, & turribus marmoreis, cui nomen indidit Cyzicus rex, quem Iaſon per imprudentiam interemit. Fuit hæc ciuitas & magnitudine & pulchritudine cum primis Aſiæ vrbibus comparanda, paci & bello apta, tribus armamentariis inclyta, quorum aliud armorum, aliud inſtrumentorum, aliud frumenti erat receptaculum. Huius habitatores Cyziceni appellantur.

Cyzicum, Bithyniæ nobilis ciuitas, dicta à Cyzico acie cæſo à Minyis imprudentibus. De Cyzico Valerius lib.3.Argonaut.& Hermon.ſuper cap.32.lib.5.Plin.

D A

DAÆ, populi Scythiæ, ex genere Nomadum, Seruius in illud Virgilij Æneid.8.

Indomitique Daæ, & pontem indignatus Araxes.

Aliàs Daſæ dicuntur Steph.

Dabanegoris,regio Arabiæ.Plin.lib.6.c.28.

Dabæi,vide Nuræ. Niſi legendum eſt Nabæi.

Dabereth, ciuitas quæ de tribu Iſſachar data fuit Leuitis,Ioſ.19. & 21. Lat. verbum ſiue res aut apes,vel ſubiectio,aut Syriacè,ductrix.

Dabir, rex Eglon, Ioſue 10 Nomen vrbis in tribu Iuda & Simeonis, Ioſ. 11. & 21.quæ & Cariath-ſepher dicitur.Ioſ.15. Iudic. 1. & Cariath-ſenna.Ioſue 5. in quam confugiebant qui homicidium perpetrarant,1.Paral.6. Eſt & altera in tribu Gad,Ioſ.13. Lat. Oratorium,ſiue verbum,&c. aut Syriacè,ductor.

Dacharéni, populi Arabiæ,à Nabato Nabatæi dicti.Steph.

Dachinabades, Indiæ regio,quæ poſt Indi fluminis oſtia maximè in Auſtrum vergit. Arrian. in Periplo maris rubri. *Indeſtan* hodie videtur.

Daci, populi erant Tranſrhenani, Danubio fluuio & Anartibus,ſyluæque Hercyniæ finitimi, quos olim Hungariæ partem habitaſſe plerique tradunt, & poſt in maritima loca Noruegiæ proxima ceſſiſſe. Lucan.lib.2.

Dacia, regio Scythiæ Europææ, quæ ad Septentrionem Carpato monte è Sarmatia diuiditur: ad Occaſum autem Tibiſco fluuio ab Iazigibus Metanaſtis: ad Meridiem verò & Ortum vſque ad Danubium extenditur. Cuius populi Daci & Daciæ dicuntur, qui olim Straboni Dani appellati ſunt. Ex quo apud Athenienſes Danorum nomina ſeruilia plurimùm abundabant. Hinc factum eſt, vt in comœdiis ſerui ietroducantur Dani nominati,qui alio nomine Getæ dicti ſunt. Dacia hodie diuiſa eſt in Tranſyluaniã, Zypſerlandiã, Ruſciã, Seruiam,Septem caſtra, & Bulgariam. Hinc gentile, Dacus. Item Dacicus, denominatiuum, quod cognomen trophæi loco vſurparunt Romanorum aliquot imperatores: victoria aliqua de Dacis reportata.Iuu.Sat.5.

——tum lance beata
Dacicus & ſcripto radiat Germanicus auro.

Dactyli Idei,iidem qui Curetes & Corybātes, quos Iouem nutriuiſſe ferunt,& ne vagitu infans proderetur, nouo luſus genere excogitato, clypeolis æneis inter ſe concurſantes, æris tinnitu, & numeroſi pedis compoſitione (qui inde Dactylus dictus eſt) Saturnum fefelliſſe, patriſque crudelitati qui filios ſuos deuorare ſolebat, puerum eripuiſſe. Hi Phryges origine fuiſſe putantur, relictáque patria in Cretam veniſſe, montémque, in quo primùm conſederunt, à Phrygij montis nomine Idam appellaſſe. Dactyli autem modulos crepitu ac tinnitu æris deprehenſos in verſificum ordinem tranſtulerunt,vt ait Solin. In Creta quoque ferrum primùm adinuenerunt, Herod.lib.7 vide Corybantes.

Dactylis, ſculptoris inſignis nomen,cuius laudata opera in hortis Seruilianis haberi refert Plin.lib.35.c.5.

Dadai, ſunt montes Indiæ, olim Cleopidis regiæ propinqui.

Dadan, i.mamilla vel dilectio,aut patruus, vel iudicans, filius Regma, Gen. 10. filius Iecſan. Gen.25.Gens Æthiopiæ in occidente.

Dadas,vide Themiſſas.

Dadaſtana,Bithyniæ vrbs.Ptol.

Dades,Cypri promontorium.Ptol.

Dadicæ,populi Scytharum,ex parte Aſiæ. Herodot.lib.4.Stephano populi Perſicæ,ex ſeptimo lib.Herodot.

Dadocerta, Caſtellũ magnũ Armeniæ.Steph.

Daduchus,maximus erat ſacerdos apud Athenienſes Herculis. Stephanaphorus Palladis, Eteobutadæ dicti & à Bute propagati: ex qua familia longo tempore ſacerdotio præfuere. Vide Alex.ab Alex.lib.Genial.2.c.8.

Dædalus, faber Athenienſis, Micionis filius, artificum omnium ſuæ ætatis ingenioſiſſimus, vt qui primus ſerram, aſciam, perpendiculum, terebram, glutinum & lithocollam dicatur inueniſſe, primúſque omnium vela & antennas naui impoſuiſſe: vnde fortè fabula alarum Dædali,nam & Virg. Æn.3. *velorum* (inquit) *pandimus alas.* Statuis quoque immobilibus oculos induxit, & abditis quibuſdam, neruis effecit, vt huc atque illuc mouerentur, adeò ſcitè, vt ſpectantibus viuere viderentur. In Creta item Labyrinthum conſtruxit, multiplici & intricata viarum perplexitate irremeabilem, in qua &

ipſe vnà cum Icaro filio à Mino. fuit incluſus, eò quòd vaccam ligneam feciſſe, cui incluſa Paſiphae taurus ſe commiſcuerat. Quare cum terra marique effugium ſibi negatum videret, fugam ſibi per aerem tentandam duxit. Aſſimulans itaque ſe manus conficere velle, quo regis animum placare poſſet, pennas & ceram popoſcit: quibus impetratis, ſibi & Icaro filio alas confecit, atque ita ex Creta in Sardiniam euolauit. Deinde & Cumas delatus eſt, vbi Apollini templum erexit: Icarus verò cùm patris conſilium ſperneret, iuſtóque altiùs euolat, cera radiis Solis liquefacta in mare decidit, quòd deinde à nomine eius Icarium eſt appellatum. Ouid. lib. 8. Metamorph. Lucian. in libro de Aſtrologia ſcribit Dædalum fuiſſe mathematicum, & filium Icarum docuiſſe Aſtrologiam, ſed cum iuuenili ardore & perſuaſu doctrinæ elatum aberraſſe à vero, & decidiſſe in mare rerum immenſæ profunditatis.

Dædalion, Luciferi filius frater Ceycis filiam Philonidem ſeu chionem habuit, cum qua vna nocte concubuerunt Apollo & Mercurius, & ex Apolline Philammonem ex Mercurio Autolycum peperit. Hygin. fab. 200. Homeri ſcholiaſtici & alij.

Dædala, neutri generis, vrbs Lyciæ, à monte Lyciæ, ſeu à Dædalo ibi ſepulto, cùm eum coluber aquaticus ex amne Nilo (aliàs Nino) in paludem in quam Dædalus commeabat, egreſſus momordiſſet. Plinius lib. 5 cap 27. Dædala etiam Chodi ciuitas eſt, ſiue regio: item alia Indiæ, & alia Cretæ. Ptol. Steph.

Dædalia, vrbs Italiæ à Dædalo condita, quæ nunc Italia vocatur. Steph.

Dædalide, tribus Cecropidis in Attica vicus Steph.

Dæmogorgon. Latinè dicitur Deus terræ (nam dæmon deus, vt ait Lactantius, gorgon, terra) ſeu potiùs ſapientia terræ, cùm ſæpe dæmon ſciens, vel ſapiens exponatur. Vide Gorgon.

Dæmonum, inſula, in Arabico ſinu apud Ptolem.

Dæmon, deus ſiue ſapiens. Aug. lib. 9. de ciuit. Dei dæmones dicuntur, quoniam Græcum vocabulum eſt, ob ſcientiam nominati: noſtræ religionis homines appellant ſpiritus in cœlo à Deo creatos, qui de cœlo deiecti partim in terræ infimo, partim in hoc aere damnati ſunt. Hinc Eudæmon & Cacodæmon, pro bono & malo dæmone. dæmon etiam animus humanus in corpore ſitus vocatur. Cæl. lib. 2.

Dæmonium, idem quod dæmon.

Dæta, Thyeſtis ſoror, cum qua congreſſus Thyeſtes Enorchum dæmonem ſuſtulit. Cæl. lib 7. c. 13.

Dætas, pater Macherei Sacerdotis illius Delphici, qui Pyrrhum Achillis filium interfecit, vide Pindari ſcholiaſten.

Dætor, vir Troianus apud Homerum.

Dagalaiphus, Conſul cum Seuerino, anno ab vrbe 214.

Dagaleſſus, Armeniæ minoris vrbs. Anton.

Daganzachar (quod & ferreum) Miſianorum præſidium dicitur, oppidum à Romanis expugnatum, anno ab vrbe 1312.

Dagaſira, locus in Carmania, ad mare Arrian.

Dagobertus. Francorum rex, anno ſalutis 639.

Dagobertus, II. Francorum rex, ſub tutela Plectrudis Pipini vxoris: & Theodoaldi præfecti Palatij, regnauit annis III anno ſal. 715.

Dagon, i. frumentum, vel piſcis, nomen idoli Philiſtinorum, Iudic. 16. 1. Macch. 10.

Dagona, Armeniæ minoris oppidum. Ptol.

Dagræ, Tyanitidis regionis in Cappadocia oppidum. Ptol.

Dahippus ſtatuarius nobilis, cuius opera enumerat Plin. lib. 34. c. 8.

Dai, Perſarum populi, omnes paſtores. Herodot. lib. 2.

Daicles Meſſenius, vixit regnante Athenis Cærope Solinus cap 2 Daimenes Tiſameni filius Achæorum dux. Pauſan.

Daira, Oceani filia ex Mercurio Eleuſim ſeu Eleuſinum, qui poſtea vrbi nomen dedit, peperit. Pauſan. in Atticis.

Dalanda, Armeniæ minoris vrbs, iuxta Euphratem. Ptol.

Dalaſurba, Thraciæ oppidum. Procop.

Dalatis, Ciciliæ regio. Ptol.

Dalcariza, vrbs Ponti, lib. Notit.

Daldis, Lybyæ vrbs Suidas.

Dale, oppidum in Tethrama regione, quam Mili antiquitus tenuere. Plin. lib. 5. c. 30.

Dalion, fluuius prope Polyon, de quo Strab. lib. 8. Duo quoque prope fluunt amnes. Palcion & Acheron Alpheum intrantes.

Dalaia, i. pauper Domini, ſiue exhauſtio aut ramus Domini, vel macilentus, filius Elioenai filij Nauriæ, 1. Paralip. 3. Filius Semeiæ, Ierem. 36.

Dalila, i. paupertas, vel ſitula eius aut ramus eius, ſiue exhauriens, aut macilenta, nomen mulieris, quam amauit Samſon, cuius opera periit Iudic. 16.

Daliſanda, vide Laliſanda.

Dalluntum, Dalmatiæ oppidum Anton.

Dalmana in extimis Dalmatiæ vrbs. Caſſiod.

Dalmanutha, id eſt, ſitula præparata, vel exhauſtio numerata, ſiue macies, vel ramus præparatus, vel numeratus, nomen regionis. Marc. 8.

Dalmatia, Illyrici pars, contermina Liburniæ verſus Occaſum, cuius incolæ Dalmatæ appellantur. Auguſti olim auſpiciis Romano imperio ſubiecti. In ea Iadera ciuitas inſignis rerum abun-

Digitized by Google

abundantia, & Epidaurus, hodie Liaguſij dictum.

Dalmium, vrbs Dalmatiæ inter Illyriam & Italiam.

Dalomena, Aſſyriæ regio. Strabo.

Dalterni, Galliæ Narbonenſis populi ad Rhodanum fluuium. Sex Anienus.

Dama Arabiæ fœlicis vicus. Ptol.

Dama, fuit Pythagoreæ filia, & ipſa Philoſophiæ ſectatrix, quæ ingenium & doctrinam in exponendis paternis ſententiarum inuolucris exercuit. Cæl. lib. 4. cap. 1.

Damæi, populi juxta Ichthyophagos. Stephanus.

Damæthus, Cariæ rex, Vide Sirna.

Damania, Hedetanorum in Hiſpania vrbs. Ptol.

Damaris, mulier quæ ad prædicationem Pauli Chriſto credidit, Act. 17.

Damaſcene, Syriæ pars, quæ & Cœle dicitur. circa Libanum: ſic dicta à Damaſco, clariſſima ciuitatum. Pomp. Mela. lib. 1.

Damaſcius Sigius, hiſtoricus Herodoti tempore ante bellum Peloponneſiacum, ſcripſit de rebus in Græcia geſtis: præterea de maioribus eorum, qui ad Troiam profecti ſunt, & de poetis & Sophiſtis: aliáque complura. Suidas.

Damaſcius, Stoicus Philoſophus, Simplicij & Elamitæ familiaris, qui ſub Iuniano principe viguit. Scripſit Comment. in Platonem & alia quædam quæ enumerantur à Suida.

Damaſcus Syriæ vrbs antiquiſſima, palmularum fertiliſſima, & prunorum, quæ inde Damaſcena, vocantur. Lucan. lib. 3.

Et fœlix (ſic fama) Ninos, ventoſa Damaſcus.
Hanc veram Iouis vrbem, totiuſque Orientis oculum vocat Iulianus in Epiſtolis. Sic autem dicta eſt ab Aſco quodam gigante, qui Dionyſium vinctum illuc cum Licurgo in fluuium iniecit: vel quòd Damaſcus Mercurij & Helimedæ Nymphæ filius ex Arcadia in Syriam profectus, vrbem ſui nominis condiderit: vel quòd Dionyſium ibi perſecutus ſit, & excoriauerit Damaſcum quendam, qui vineta ſecuri exciderat. Vel potiùs à voce Hebræa Dameſek, quæ Latinis eſt, Similitudo incendij, aut oſculi, vel populi, ſiue Sacci, aut ſimilis femori, vel tacitum oſculum aut poculum. Damaſci Adam, eiectus de Paradiſo, degit. ibidem Cain fratrem occidit: & Zacharias. D. Iohannis B. pater, ſepultus. Barthem. libro primo, capite octauo & Belonius libro ſecundo, cap. nonageſimo ſecundo. Vocatur autem Damaſcenatium vrbs, tum regio. Steph.

Damaſcus, filius procuratoris domus Abraham, Geneſ. 15. Hebr. Damaſek.

Damaſias, Athenis annum Magiſtratum geſſit. Dionyſius lib. 3.

Damaſippus, vir ignobilis apud Roman. qui nobiliſſimos ciues (qui partibus Syllanis fauerant) inter victimas tanquam belluas enecauit: necnon Aruinæ tribuni plebis truncum in ſublimi elatum per ora vulgi deferri iuſſit, tandem à victore Sylla obtruncatus.

Damaſithynus, vnus è ducibus Xercis Perſarum regis. Herod. lib. 7.

Damaſus, poeta Hiſpanus, qui floruit temporibus Eutropij & Oroſij: hic creatus pontifex Romanus complures hymnos ſcripſit.

Damaſus XXXV. Romanorum Epiſcopus, anno ſalutis 368.

Damaſus II. Bauarus, pontifex 151. anno ſalutis 1048.

Damatris. Vide Damia.

Dameas, nobilis ſtatuarius. Plinius lib 34. c. 8.

Damia cognomen Cybeles, & Damatris eius ſacerdos.

Damianus Epheſius, ſophiſta nobilis, circa M. Antonini principis tempora, diuitiis ac potentia, inter ſuos præditus, viros doctos liberalitate proſecutus eſt, eloquentiæ quoque genus ſecundùm naturam imitatus, Philoſtratus in Sophiſtis.

D. Damianus frater D. Coſmi medici, & ipſe medicus.

Damium, ſacrificium quod minimè erat publicum Damiæ deæ.

Damna, ciuitas in terra Zabulon data Leuitis. Ioſ. 21.

Damnæ, Sericæ gens, & damna apud eoſdem vrbs. Prolem.

Damnanitani, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. Plin.

Damnia, Arabiæ fœlicis regio. Plin.

Damnij, Albionis inſulæ populi, verſus Boream Ptolem.

Damocles, vnus ex aſſentatoribus Dionyſij Siciliæ tyranni, Cicero. Vide infrà Democles.

Damocrita, matrona fuit Romana, Alcippi ciuis clariſſimi vxor, quæ quum virum ab iis qui contrarias, in Republ. partes fauebant, in exilium actum ſequi prohiberetur, filiæque jam viro maturæ edicto publico nubere prohiberentur, ne ex iis quiſpiam Alcippi vltor naſceretur: concepit animo facinus ſuprà omnem muliebrem audaciam. Nam quum ex more fœminæ primariæ noctu in Andronem quendam ſacrorum cauſa conueniſſent Damocrita à filiabus adiuta, magnam vim lignorum quæ ad ſacrificia parata erant, ad fores congeſſit, ignémque iniecit, vt intus omnes exureret. Accurrentibus deinde auxilio viris, illa filias primùm, deinde ſeipſam interfecit. Plutar. in Parall.

Damœtas, nomen paſtoris, de quo Virgilius in Bucol.

Dic mihi Damœta, &c.

Damon & Pythias, Pythagorei, hoc animo (inquit Cicer.) inter ſe fuerunt, vt cùm eorum alteri Dionyſius tyrannus diem necis deſtinauiſſet, & is qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuorum cauſa poſtulauiſſet, vas factus ſit alter ſiſtendi eius, vt ſi ille non reuertiſſet moriendum eſſe ipſi: qui quum ad diem ſe recepiſſet, admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit vt ſe ad amicitiam tertium adſcriberent. Hæc Cic. libro 3. Offic. Valerius de Amic.

Damon, Athenienſis Pſaltes, qui remiſſam harmoniam reperit. Cæl. li. 9. c. 3.

Damophila, Græca mulier, vxor Pāphili, ſocia Sapphus poetriæ, poemata multa conſcripſit partim amatoria, partim in Dianæ laudes, Philoſtratus in vita Apollonij.

Damophilus, ſophiſta quem nutriuit Iulianus conſul, ſub M. Antonino principe ſcripſit ad Lollium Maximum de vita priſcorum, & quædam alia. Suidas

Damophilus, Plaſtes & pictor, Pl. lib. 35. c. 12.

Damoſtratus, Philoſophus, ſcripſit de piſcibus libros 20. Suid.

Damoxenus, Athenienſis comicus, cuius fabulæ nonnullæ memorātur ab Athenæo in Dipnoſophiſtis.

Dampetia, Brutiorum vrbs, Lia. *Toranon*, G. Barrio.

Dampolis, Thraciæ caſtellum. Cedren.

Damyndas, vir Macedo. Plutarch.

Damurias, Siciliæ flumus. Plut. in Timoleōte.

Damyſus, gigātum omnium ſuo tempore velociſſimus, cuius effoſſi talum Chiron Centaurus Achillis pedi aptauit, in locum tali illius quem ignis abſumſerat quum mater Thetis illum in ignem pro more conieciſſet, adeò ſcitè vt irreulſus perpetuo hæſerit, donec ab Apolline Achilles fugeret, quo tempore vinculis laxatis & reulſo talo Achilles cecidit & interfectus eſt. Ptolemæus Hephæſtio apud Photium.

Dan, i. iudicans, ſiue iudicium, nomen loci, Gen. 14. Filius item quintus Iacob. ex Bala, ancilla Rachel, vxoris ſuæ, Gen. 30.

Dan, ciuitas ſita in valle Bethrohob procul à Ptolemaide M. P. XIIII. contra Boreales partes, non procul ab vrbib. Galgalis & Malaloth. Regionis quidem Aſer tribus, poſſeſſionis autem Dan, vnde & nomen impoſitum: ante hæc Leſem appellata, Ioſue 19. & Lais, Iudic. 8. ſiue Laiſa, Iſaiæ 10. Ipſa fuit terminus terræ Iſrael ab Aquilone, 2. Reg. 3. Reg. Ezech. 27 in qua Ieroboam rex Iſrael vitulum adorandum erexit, 3. Reg. 12. Amos 8. Hieronym. in Hebr. traditionibus Paneas vocatam putat, quæ aliàs Cæſarea Philippi. Dan præterea, eſt vnus ex Iordanis fluminis fontibus, à quo oppidum Dan dictum eſt, quod nunc Peneas nuncupatur: alter verò fons eſt, qui nomine Ior appellatur: quibus in vnum confœderatis, Iordanis nomen accepit, Comeſt. in c. 14. Geneſ.

Dana, Taprobanæ oppidum, Lunæ ſacrum, Ptol. frequens item vrbs in Cappadocia, Xen.

Danaba, Palmyrenæ vrbs. Ptol. Phœniciæ adſcribit lib. Notit. vt aliàs plures.

Danabe, Perſarum oppidum. Zoſim.

Danae, filia Acriſij regis Argiuorum, qui cum oraculo monitus eſſet, fore vt à nepote occideretur, filiam munitiſſimæ incluſit turri: cuius amore captus Iupiter, in imbrem aureum ſe cōuertit, & per regulas in puellæ gremium ſeſe dimiſit. Quo ex coitu illa grauida effecta, Perſeum peperit. Quamobrem indignatus Acriſius, filiam vna cum recens nato nepotulo arcæ includi iuſſit atque in mare proiici, futurum ratus, vt ventis vndique obruerentur. Verùm id longè aliter cecidit. Nam arca ad Dauniæ littus delata, à piſcatore reperta eſt: in qua cùm Danaen cum filio reperiſſet, vtrumque Pilumno regi obtulit: qui cùm genus & patriam eius didiciſſet, Danaē quidem vxorem duxit: Perſeum verò Polydectæ Seriphi inſulæ regi educendum tradidit: qui poſtea adultus cùm Argos veniſſet, Acriſium auum oſtenſo Meduſæ capite, in ſaxum conuertit, vide ACRISIVS & PERSEVS. Fabulam explicat Horat. li. 3. Carm. *Incluſum Danaen turris ahenea. Robuſtaque fores, & vigilum canum Triſtes excubiæ munierant Satis Nocturnis ab adulteris: Si non Acriſium virginis abditæ Cuſtodem pauidum Iupiter, & Venus Riſiſſent, fore enim tutum iter & patens Conuerſo in precium Deo. Aurum per medios ire ſatellites, Et perrumpere amat Saxa potentius Ictu fulmineo.* Lepidum extat etiam epigrāma Pauli Silentiarij, Anthol. l. 7.

Χρύσεος ἀψαύστοιο διέτμαγεν ἅμμα κορείης
Ζεὺς διαδὺς Δανάας χαλκελάτους θαλάμους.
Φαμὶ λέγειν τὸν μῦθον ἐγὼ τάδε χάλκεα νικᾷ
Δώματα, καὶ δεσμοὺς χρυσὸς ὁ πανδαμάτωρ.
Χρυσὸς ὅλους ῥυτῆρας ὅλας κληῖδας ἐλέγχει.
Χρυσὸς ἐπιγνάμπτει τὰς σοβαροβλεφάρους.
Καὶ Δανάας ἐλύγωσε τόδε φρένα, μή τις ἐραστὰς
Λισσέσθω Παφίαν ἀργύριον παρέχων.

id eſt,

Aureus in cæcas penetrauit denique rimas,
Et Danaes duro Iuppiter in thalamos.
Fabula ſic inquit me iudice: ferrea clauſtra,
Aurum perrumpit durāque vincla domat.
Aurum omnes vectes infringit, & [illegible]
Clauis & inflectit torua ſupercilia.
Sic Danae deuicta fuit, non ullus [illegible]

Aurum

Digitized by Google

Aurum cui fuerit ſupplicat hic Veneri.

Danala, vnum ex tribus caſtellis Troginorum. Strab. lib. 12.

Danaus, Ægypti frater Argiuorum rex, qui Stenelo rege expulſo Argos tenuit, ibique quinquaginta annos regnauit. Ab eo poſtea Achaia dicta eſt Danaa, & ipſi Græci Danai. Genuit quinquaginta filias, quæ ab aui nomine Belides, à patris autem nomine Danaides dictæ ſunt. Hæ vna nocte viros ſuos, Ægypti filios, interfecerũt, præter vnam Hypermneſtram, quæ Lynceum maritum ſeruauit. Ob quam impietatem tali ſupplicio apud inferos plectuntur, vt aſſiduè dolium pertuſum aqua cogantur implere, è quo tantundem effluat, quantum infundatur. Vnde natum prouerb. Dolium Danaidum, in auaros, quibus nihil eſt ſatis, aut in prodigos.

Danaus, vt Cecrops Ægyptius, vel Prometheus vt ſuis locis notatum, literas Græcas reperiſſe dicitur.

Dandace, Tauricæ Cherſoneſi vrbs. Ptol.

Dandacena. Cappadociæ oppidum. Anton.

Dandagula, Indiæ oppidum, inter Gangis & Indi oſtia. Plin. lib. 6. c. 20.

Dandarij, populi circa Caucaſum. Steph.

Dandaxina, Armeniæ minoris vrbs. Anton.

Danduti, Germaniæ populi. Ptol.

Dandon, quidam Illyricus, qui quingentos vixit annos. Plin. lib 7. c. 48.

Daneon, portus ad ſinum Arabicum, ex quo nauigabilem alueum perducere ad Nilum, qua parte ad Delta dictum decurrit, Seſoſtris rex cogitauit. Plin.

Dangulæ, populi circa Arachoſiam. Plin.

Dani, populi Germaniæ, Daci dicti, Cimbri, aut Holſacij vide, DACIA.

Dania, Septentrionalis Oceani peninſula eſt, maritimæ Saxoniæ lateri adhærens: quam olim Cymbri habitarunt, quos poſtea Marius deleuit in Italiam irrumpere conantes. Hanc Saxo grãmaticus ſic deſcripſit. Dania mediis pelagi ductibus interciſa paucas ſolidi continuique tractus partes habet, quas tanta vndarum interruptio pro varia freti reflexiore obliquitate diſcriminat. Ex his IVTIA granditatis inchoamenti que ratione Danici regni principium tenet, quæ ſicut propoſitione prior, ita ſitu porrectior, Theutoniæ finibus admouetur. A cuius complexu fluminis Eydori interriuatione diſcreta, cum aliquanto altitudinis excremento, Septentrionem verſus in Norici freti littus excurrit. In hac ſinus, qui Lymicus appellatur, ita piſcibus frequens exſiſtit, vt non minus alimentorum indigenis, quàm ager omnia exſoluere videatur. Huic etiam FRESIA minor adiacet, quæ à Iutiæ prominentia ſubſidentium camborum ac gremij deuexioris inclinata receſſu maximos frugum prouentus beneficio Oceani inundantis aſſequitur. Cuius reflexionis vis, plus vtilitatis an periculi incolis afferat, ambiguum extat. Siquidem tempeſtatis magnitudine perruptis æſtuariis, quibus apud eos maritimi fluctus intercipi ſolent, tanta armis vndarum moles incedere conſueuit, vt interdum non ſolùm agrorum culta, verùm etiam homines cum penatibus obruat. Poſt Iutiam, inſula ad Orientem verſus Fionia reperitur, quam à continenti auguſti admodum æquoris interiectus abrumpit. Hæc ſicut ab Occaſu Iutiam, ita ab Ortu Sialandiam proſpectat, conſpicua neceſſariarum rerum vbertate laudandam: quæ amœnitate cunctas regionis prouincias antecedens, medium Daniæ locum obtinere putatur, ab extimæ remotionis limite pari ſpaciorum intercapedine diſparata. Ab huius Ortiuo latere, occaſiuum Scaniæ media pelagi diſciſcit interruptio, optimam prædæ magnitudinem quotannis piſcantium retibus adigere ſoliti, &c. Cæterùm Mallandia ac Blekingia ab integritate Scaniæ, ceu rami duplices ex vnius arboris ſtipite promeantes, Gothiæ, Noruegiæque longæ declinationis ſpaciis, diuerſiſque receſſuum interſtitiis, adnectuntur.

Danica ſylua, Albionis inſulæ nemus, *Andreſvvalt*. Anglicè, *Coed Andres* Britannicè vulgò dici ſcribit Humf. Lhuid. Quis auctorum veterum huius memoris meminerit penitus ignorare nos fatemur.

Daniel, nomen prophetæ, quem præpoſitus Eunuchorũ Nabuchodonoſor, vocauit Baltaſſar. Daniel Baldus item ſecundus Dauid ex Abigail Carmelitis, 1. Para. 3 Lat. iudicium Dei.

Daniel, ſacerdos in regem Francorum eſt electus mutatóque nomine Childericus vocatus, regnauit annis III. anno à condita vrbe 1469.

Danna, i, iudicium, vel iudicans, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15.

Dantes, poeta Florentinus, regum & principum amicitia clarus, cuius vitam ſcribit Volaterranus lib. 12. Cæſ. lib. 15.

Danthaletæ, vide Danthelitica.

Dantheletica, Thraciæ præfectura apud Ptol. Huius populos vocat Plin. Denſelatas, vt ſcribit Villanouanus.

Danthaletas, vocat Stephanus.

Dantiſcum, Poloniæ oppidum, ad Viſtulam fluuium, aduectis mercibus clarum & opulentum. Vadianus vulgò *Dantzich*.

Danubium, vrbs circa Romam: Gentile, Danubinus, aut Danubienſis. Steph. Vide Danuuium, ſic enim legendum videtur: quod erat Latij oppidum in via Appia.

Danubius, maximus Europæ fluuius, qui ortus in iugis Abnobæ montis Germaniæ (vt Plinius exiſtimauit) ex aduerſo Rauraci Galliæ op-

pidi multis vltra Alpes millib. ac per innumeras lapſus gentes Danubij nomine, immenſo aquarum auctu, vbi primùm Illyricum alluit, Iſter appellatus, ſexaginta amnibus receptis, dimidia fermè parte eorum nauigabili in pontum vaſtis ſex fluminibus euoluitur. Hæc Plin. lib. 4. cap. 12. Hodie tamen compertum eſt, Danubium plano in loco naſci, in agri Fruſtembergenſis vico, qui à fonte eius nomen accepit.

Danum, Angliæ oppidum, lib. Notit. & Anton. *Dancaſter*, Camdeno.

Daona, Indiæ extra Gangem, vrbs & Daones, populi. Steph.

Daoniũ, Thraciæ oppidũ maritimũ. Nicetas.

Daorizi, Liburniæ populi, in conuentu Naronæ coloniæ Plin. lib. 3. c. 22.

Dapha, Arabiæ deſertæ vrbs. Ptol.

Daphiſſa, Phthiotidis mons. Plin.

Daphitas, grammaticus quidam fuit, qui in Thorace monte cruci affixus eſt, quòd reges maledicis carminibus inceſſeret.

Daphea, vel Hebr. daphca, i. pulſatio, ſiue impulſio, nomen loci, in quem venerunt filij Iſrael à deſerto Sin. Num. 33.

Daphne, Penei, ſiue, vt alij habẽt, Ladonis fluuij filia, quæ cùm Apollinis vim effugere nõ poſſet, implorato paterni nominis auxilio, in laurũ arborem eſt commutata. Ouid li. 1. Metamorph.

Daphne, laurum ſignificat, ac fingitur filia Penei fluminis, eo quòd ripæ eius abundant lauro: tum amata ab Apolline, quia hæc arbor præbet medicinæ magnum vſum: eſtque ſpectatiſſima (vt ſcribit Plinius) apud Delphos, vbi Apollo colebatur. Ipſius verò Daphnes in arborem ſemper virentem mutatio, docet immortalem gloriam eſſe paratam virginibus pudicitiam conſeruantibus.

Daphne, Straboni nemus apud Antiochenſes, Vide Epidaphne.

Daphnidis, inſula apud Troglodytas. Plin. lib. 6 cap. 29.

Daphnis iuuenis Siculus, Mercurij filius, Bucolici carminis inuentor. Hic cùm formoſiſſimus eſſet, cum Nympha quadam, quæ mutuo eius amore tenebatur, ita pepigit, vt qui prior fidem violaſſet, vtroque lumine orbaretur. Cuius ſponſionis immemor Daphnis, cùm nouis ſeſe amoribus implicuiſſet, irati dij, quos ſtipulationis ſuæ teſtes illi adhibuerant, Daphnin excæcacarunt.

Daphnis & Idæus, filij Paridis ex Oenone Nympha Idæa, ſeu Pegaſia.

Daphnis, Antiochiæ ſuburbanum, quod octoginta ſtadiorum ambitu claudebatur, vt ait Strabo Lyciæ præterea regio fuit. Alia enim prope Pelaſium, à copia laurorum illic naſcentium: & ſuburbanum in ora Ponti ad ſiniſtram, quod Seruium vocant: & in ipſis Ponti faucibus ad dextram nauigantibus portus. Steph.

Daphnis ad oſtium Nili Peluſiacum, tradit Herodotus.

Daphnites, dicitur Apollo Ammonius.

Daphnus, vrbs Phocica. Steph.

Daphnus, fluuius. Steph.

Daphnus, tribus vicina Co. Steph.

Daphnuſi populi prope Olympum Bithynum. Steph.

Daphnuſium, prope Rhegium eſt, Thracibus vicinum, Eſt & Ægypti vicus. Steph.

Dapſa, genus erat ſacrificij quod fiebat hyeme ſæuiente.

Dapſolibyes populi. Steph.

Dara, filius Zaræ, filij Iudæ. 1. Par. 2.

Dara, ciuitas ab Arſace condita. Iuſt. lib. quadrageſimo primo.

Data, Carmaniæ fluuius. Ptol.

Daraba, ciuitas eſt Indiæ, non procul à Sabæis. Strab. lib. 16.

Daradus, fluuius Libyæ, Ptol. hodie *Darat*.

Daræ, munitiſſimum caſtellum Anaſtaſij ciuitatis cuius ciues Darenitæ, aliàs Darthæ.

Darandus. Vide Tarantus.

Daraniſſæ, Armeniæ maioris oppidum. Ptol.

Darapſa, vrbs in Bactria. Steph.

Darcan, nomen viri 1. Eſd. 2. Lat. generationis vel habitationis poſſeſſio, vel emptio aut Syriacè Draco.

Dardæ, Indici populi qui ſub Derlade contra Dionyſium pugnarunt. Steph.

Dardania vetus nomen Samothraciæ. Steph. Europæ regio, quæ hodie *Boſſina*, Illyriæ pars. *Seruia & Raſcia*. Cuſpiniano & Sophiano.

Dardania, oppidum Troadis. Plin.

Dardanum, promontorium Indiæ. Strabo.

Dardanus, Apuliæ vrbs. Lycophron.

Dardanus, Iouis filius ex Electra Atlanti filia, qui cùm Iaſiũ fratrẽ interemiſſet, inde fugiens in Samothraciã primùm deinde in Aſiam venit, locaque tenuit Helleſpõto proxima, vrbemque ibi Dardanum condidit, regionémque totam Dardaniam nominauit, quam poſtea Tros Erichthonij filius, Troiam appellauit. Ab hoc Dardano originem duxit Priamus. Virg. lib. 3. Æneid.

Dardanus Iliacæ primus pater vrbis, & auctor.

Vnde Dardaniæ artes i. magicæ. Colum.

At ſi nulla valet medicina repellere peſtem,

Dardaniæ veniant artes, &c.

Dardanarij, qui omnia præemunt, vt deinde carius vendant, dicti à Dardano quodam contaminatiſſimo & profligatiſſimo mago, à quo etiam Dardaniæ artes à Columella vocantur magicæ, vti modò probatum eſt. Hic libros magia ſcripſit, quos in ſepulchris ferunt eo conſtituiſſe: eos Democritus editis commentariis il-

lu-

luſtrauit,diſciplinámque ex illis reconditam accepit.

Dardaniam, genus ornamenti, quod lacertis adhibebatur. Plin. lib. 3. c. 3. Cuius ſceleris, non arguimus illum primum, qui auro dignitatem per annulos fecit, vt habeant in lacertis iam quiddam & vitri, quod è Dardanis venit, itaque & Dardanium vocabatur.

Dardarij, gens apud Mœotidem paludem. Plut.

Dardi, Apuliæ Dauniæ populi, à Diomede ibidem deleti. Plin.

Daremæ, Trogloditica gens in Æthiopia. Pli.

Daſius, medici nomen, cuius meminit Mart. lib. 6.

Oſtendunt digitum, ſed impudicum,
Alconi, Daſióque, Symmachóque.

Dares, Phrygius hiſtoricus, ſcripſit bellum Troianum Græcè, in quo ipſe militauit, vt ait Iſidorus, primus ferè hiſtoricorum, qui tandem capto Ilio, cum Antenoris factione remanſit, vt ſcribit Cornelius Nepos, qui opus eius è Græco in Latinum ſermonem conuertit, dicauítque Salluſtio, Virg. lib. 5. Æneid. Daretis alterius meminit.

Dares, apud Virg. eſt pugil. ignauus quidem, ſed tamen oſtentator maximus, Æneid. 5.

Daretis, regio in Macedonia. Polyb. & in Media. Ptol.

Dargidus, Bactrianæ fluuius. Ptol.

Daria, ciuitas Meſopotamiæ fuit 98. ſtadiis à Niſibi diſtans, vt ſcribit Procupius lib. 1. de bello Perſico, qui eam tradit ab Anaſtaſio imp. inexpugnabilem conſtructam, & de ſuo nomine Anaſtaſiam dictam Græcum exemplar, δάρας, habere dicit Adamæus.

Dariæus, nomen regis Perſarum, tempore Tiberij, Caij, & Claudij Imperatorum, vt ſcribit Philoſtratus in vita Apollonij Tyanæi.

Daridna, vrbs Paphlagoniæ. Steph.

Dariorigum, Galliæ vrbs, Ptolemæo: *Vannes:* Cænali & Villanouano eſt.

Dariſtane, vrbs Perſica. Steph.

Daritæ, populi Perſiæ. Herodot. Steph.

Darium, Phrygiæ oppidum, Steph.

Darius, Satrapes inter Perſas nobiliſſimus, qui poſt mortem Cambiſæ à nobilibus aliquot Perſis adiutus, occiſo Pſeudoſmerdi Perſarum regnum, è Magorum manibus vindicauit: equique ſui hinnitu rex declaratus, poſtquam 36. annos regnaſſet, Xerxem filium regni ſucceſſorem reliquit. Herod. lib. 4.

Darius, vltimus Perſarum rex, qui Alexandri adoleſcentiam deſpectui habens, bello eum aggreſſus eſt: ab eóque quamvis exiguis copiis tribus ingentibus præliis victus, cùm ſe fuga victori eripere conaretur, à ſuis comprehenſus eſt & trucidatus. Claudianus in Epiſt. ad Adrianum. Is templum Hieroſolymitanum Iudæi edicto reſtaurati permiſit ſumptibus propriis Eſd. lib. 1. c. 6.

Darmaſcus, videtur eadem ciuitas quæ Damaſcus. 1. Paral. 18. 2. Paral. 16. 24. 28.

Darna, Aſſyriæ vrbs. Ptol.

Darnij, Hiberniæ populi. Ptol.

Daroacana, Paropaniſi vrbs. Ptol.

Daron, oppidum in Arabicò latere Ægyptiorum, qui Pſammeticum fugerunt. Plin. libro 6. c. 30.

Darrhæ, populi iuxta rubrũ mare. Stephanus.

Darſania, vrbs Indica, vbi vno die mulieres veſtem contexunt. Steph.

Darſij, populi Thraciæ. Steph.

Daruenum. Ptol Britanniæ inſulæ portus, vnde in Galliam trajicitur.

Darus, alias Drauus, Pannoniæ inferioris fluuius, Ptol. id eſt, Vngariæ, vulgò, *Mera.*

Daſæ, vide Daæ.

Daſcon, Siciliæ regio. Steph.

Daſcyleum, vt Ptol. & Strab. Daſcylos, vt Plin. Ponti & Bithyniæ vrbs eſt ad Propontidem, hodie, *Diaſquillo*, vt Villan. ſiue, *Diaſchilo*, vt Nig. ſcribit, nomen habet. Idem Ptol. iiſdem longitudinis & latitudinis numeris habet Pruſiadem vrbem, ita vt Pruſias & Daſcyleum ſint ſynonyma niſi vitioſæ ſint numerorum notæ.

Daſcylium, vrbs Cariæ in finibus Epheſiæ à Daſcylo filio Periandri. Eſt & alia poſt bellum Troianum condita. Tertia, Ioniæ, quæ μεγάλη, nominatur: vtpote maiore aliis. Quarta, circa Bithyniam. Quinta, Æolidis & Phrygiæ. Eſt & Daſcylitis, ſiue Daſcylia palus. Steph.

Daſcylos, Bithyniæ oppidum. Plinio & Pomponio li. 1. Ptol. & Strabo Daſcylium nominant, iuxta lacum Daſcyliticum, hodie, *Diaſquillo.*

Daſcæ. Arcadiæ vrbs. Steph.

Daſibari, Indiæ inferioris fluuius à Corn. Balbo ſubactus. Plin.

Daſis, vnus è ducibus Darij, qui bello apud Marathonem victus eſt. Herod. lib. 6.

Daſſaretæ, Thraciæ populi, quos à tergo Epiro iunctos Plinius ſcribit. de his Mela. libro ſecundo.

Daſſaritas, populos habet Stepha. in Illyrico, quos quoque, *Daſſarenos & Daſſaritios*, vocari ait, ſunt Ptol. & Plinio, *Daſſaretæ*, per e, in penultima, ſed in Macedonia ab eiſdem locantur.

Daſſarites, lacus qui Lychnedus nominatur, inquit Niceph. Caliſt. qui eum in Illyrico videtur ponere: is dicit Drinum fluuium inde euolui. Ligniſtus Sequeſtro eſt, & puto, *Lichnidum.* vrbem Ptolemæi ibidem eſſe, eodémque eum

hodie, *Lago de Lochrida*, dici.

Daſtylus, Gygis regis pater. Herodot. lib. hiſtor. 1.

Daſtracus, mons Armeniæ minoris, ad quem Pompeius caſtra Mithridatis obſidione concluſit. Oroſ. lib. 6. cap. 4.

Data, Aſſyriæ vrbs. Ptol.

Dathan, i. ritus aut lux, filius Eliab. Numer. 1. Deut. 11. qui quum inſurrexiſſet in Moſen & Aaronem, excitaſſétque populum, vt huic ſacerdotium, illi principatum tolleret, protinus (vt ſcribitur Num. c. 16.) terra dirupta eſt ſub pedibus, à qua viuus abſorptus eſt.

Dathema, nomen vrbis, 1. Macch. 5.

Datichæ, Indiæ intra Gangem gens. Ptol.

Datij, Galliæ Aquitanicæ populi. Ptol.

Datis erat quiſpiam Perſarum Satrapes, excellens in rei bellicæ gloria: qui hoc ſemper habebatur in ore, ἥδομαι καὶ εὐφραίνομαι καὶ χαίρομαι, id eſt, delector, gaudeo, lætor, vnde natum prouerb. Datis cantilena.

Datinorum nauale, Antiſara eſt. Steph.

Dattha, Mediæ oppidum Ptol.

Datus, Thraciæ vrbs, quæ aurifodinas habet. Suidas.

Datylepti, populi Thraciæ. Steph.

Datylus, vir Athenienſis, qui ad ſummos honores euectus eſt: vnde natum prouerbium, Datyli dies.

Dauares, Mauritaniæ populi. Amm.

Dauchis, Æthiopiæ interioris mons. Ptol.

Dauchitæ, Libyæ interioris gens. Ptol.

Dauciones, Scandiæ inſulæ populi. Ptol.

Daudyana, Armeniæ maioris oppidum. Ptolem.

Daue, vrbs Arabiæ, Steph. Gentilia, Dauæus Dauenus Dauites.

Dauelli, Æthiopiæ ſub Ægypto populi. Plin.

Dauid, filius Iſai, rex Iudææ potentiſſimus, idem q; Propheta, 1. Reg. 17. 1. Par. 2. Lat. dilectus.

Dauid, Scotiæ rex, anno ſalutis 1132.

Daulis, Nympha, à qua Daulidi vrbi nomen. Steph.

Daulia, vel Daulis, oppidum Phocidis, olim ſub ditione Therei regis Thracum. Vnde Philomela ab Ouid. Daulias dicitur, quòd in Daulide vrbe in auem ſui nominis fuerit conuerſa:

Diſtat Threicium Daulias ales ityn.

Daulide nec nidificant nec habitant in tota circum regione hirundines. Pauſ.

Daulotes, fons Arabiæ fœlicis. Plin.

Dauni, Italiæ populi, à Dauno duce Diomedis ſocero victi. Horum oppidum eſt Salappia, Annibalis meretricio amore inclytum. Plin. lib. 3. c. 11.

Daunia Apulia, à Dauno Illyricæ gentis claro viro, qui eam condidit.

Daunia, Apuliæ ſylua, à Dauno patre Turni dicta.

Daunium, vrbs Italiæ. Eſt & Daunium, murus Thraciæ. Steph.

Daunus, filius Pilumni & Danaes & auus Turni, qui in Apulia regnauit, à quo etiam regio illa Daunia dicta eſt.

Daunus (prioris filius) ex Venilia ſorore Amatæ, Latini regis vxoris, Turnũ ſuſcepit. Vir. li. 12.

Daunus, fluuius in Apulia. Horat. lib. 3. Carminum, Ode 33.

Et qua pauper aqua Daunus, agreſtium,
Regnator populorum, &c.

Dauniotichitæ, Steph. in Daunium.

Daurifer, ſiue Daurifes. Herod. circa finem lib. 6. vnus ex Darij ducibus fortiſſimus, qui ex inſidiis à Cariis cæſus eſt.

Dauſara, vrbs circa Edeſſam. Steph.

Dauſdaua, Myſiæ inferioris oppidum. Ptol.

Dautona, Pannoniæ vrbs. Anton.

Daxareni, Arabiæ gens. Steph.

Daxara, Serica vrbs. Ptol.

D E

Dea Vocontiorum, Galliæ Narbonenſis locus, Anton.

Deabolis, Macedoniæ caſtellum. Cedren.

Deabus, tyrannus apud Celtiberos, hoc cognomentum promeruit, à fodinis auri & diuitiis, quas primus ibi cepit & inuenit, opprimens colonias, Beroſ. hic aliàs Gerion dictus eſt.

Deba, Comagenæ in Syria vrbs, apud Ptolemæum. In Meſopotamia quoque Eidem.

Debæ, Arabiæ fœlicis populi, apud quos fluuius aureæ arenæ. Diodor.

Debbaſeth, i. melliflua, aut infamiam apponens, ciuitas, terminus Zabuloniæ tribus Ioſ. 19.

Debelain, i. maſſa ficuum ſiccarum, aut caricæ, nomen viri, Oſee 1.

Debera, nomen loci. Ioſ. 15. Idem quod Dabir ſignificat.

Deblata, idem ſignificat quod Debelaim, ciuitas apud Ezechielem.

Deblathaim, ciuitas in terra Moab. Ierem. 48. Eadem videtur, quæ & Helmon deblothaim.

Deboma, Bordetarũ vrbs in Macedonia. Ptol.

Debora, idem quod Debera & Dabir ſignificat, nutrix Rebeccæ, Gen. 35. Vxor item Lapidoth Prophetæ, quæ populo Iudæorum aliquot annos præfuit. Iudic. 4.

Deborus, Macedoniæ in Pæonia regione vrbs. Ptol.

Decamnichus, Archelai aulicus, qui aliquando Euripid. fœtorem oris vitio dedit: ac ab eodem, id permittente Archelao, plagis multis percuſſus eſt: quod indignè ferens, in Archelaum graſſantibus ducem ſe præbui[illegible] necis illius cauſa extitit grauiſſima. [illegible]

decan-

Decantæ, Albionis inſulæ gens. Ptol.

Decapolis, ſiue decapolitana regio Syriæ, Iudææ propinqua ſic dicta à numero oppidorum. Plin. lib. 5. cap. 18. Hanc multi Cæſaream eſſe dixerunt.

Decaſtidium, Antonino, Calabriæ vrbs, quæ hodie, *Anna*, vocatur, teſte G. Barrio.

Decatara, Dalmatiæ vrbs. Cedren.

Deceates, Ligurum populi. Clariſſimos Ligurum fuiſſe Salios, Deceates & Oxybiates, ſatis ex Strab. Plin. & Floro conſtat.

Deceia, vna ex duodecim vrbibus: quas Cecrops digeſſit. Strab.

Decelia, pars tribus Hippochoontidis, ſic dicta à quodam, qui Dioſcuris dux viæ fuit Aphidnas. Steph.

Decelus, Caſtori & Polluci Helenam ſororem quam Theſeus rapuerat inueſtigantibus Aphidnis ſeruari indicauit, vt refert Herodotus, quãquã alij id ab Academo factum velint. Videatur præter Herodotum Plutarchus & Pauſanias.

Decempagi, Anton. Germaniæ vrbs inter Argentoratum & Diuodutum. Hodie, *Dienſe*, in Lotharingia. Simlero.

Decentij, Pannoniæ populi à Decentio Magni filio, Magnentij fratre. Steph.

Decentius, Cæſar à Magnentio fratre factus, anno ab vrbe 1105. Apud Senonas laqueo vitam finiuit. Pomp.

Decetia, Galliæ Lugdunenſis oppidum. Anton. Cæſar. lib. 7. quibuſdam, *Deſiſe*.

Deciana, Endigetorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs. Ptol.

Deciani, Calabriæ populi. Plin.

Decianus, viri proprium, ex Emerita Hiſpaniæ oppido.

Deciatium, regio in Gallia Narbonenſi. Plin.

Decij ara, appellatus eſt locus paludinoſus Mœſiæ prope Abrittum vrbem, vbi Decij Imp. ſe deuouére, vt ſcribit ex Iornande Pompon. Lætus in vitis eorum. Hunc locum videtur Caſſiodorus lib. 2. variarum Decennonias paludes & ſtagna vocare.

Decietum, vrbs Italiæ. Steph.

Decij, Romani fortiſſimi, tanta patriam charitate complexi, vt pro eius ſalute ſe diis Manibus deuouere non dubitarint: pater quidem bello Latino, filius bello Hetruſco, nepos verò eo bello quod Pyrrhus pro Tarentinis geſſit, dicti Decij à decem, vt Quintius à quinque.

Decius, Conſul cum Longino, anno ab vrbe 1139.

Decius, conſul ſolus, anno ab vrbe milleſimo ducenteſimo octuageſimo.

Decius Auſonius Gallus, conſul cum Olybrio, anno ab vrbe 1134.

Decius Brutus Iulianus, conſul cum M. Æmilio Mamerco, anno ab vrbe 677.

Decius, Romanorum imperator, anno ab vrbe 1003.

D. Haterius Agrippa, Conſul cum C. Sulpitio Galba, anno ab vrbe 774.

D. Iunius Bubulcus, Magiſter equitum. Samnites vicit, anno ab vrbe 445.

D. Iunius Brutus, Cõſul cũ P. Scipione Naſica Serapione, ãno ab vrbe 616. Luſitaniã perdomuit.

D. Iunius Brutus Scæua Conſul cum L. Furio Camillo, anno ab vrbe 430

D. Iunius Brutus Sæua, Conſul cum Q. Fabio Maximo, anno ab vrbe 641.

D. Iunius Pera, Conſul cum M. Fabio Pictore, anno ab vrbe 487.

D. Iunius Syllanus, Conſul cum L. Murena, anno ab vrbe 692.

D. Iunius Syllanus, Conſul cum Q. Haterio Antonino, anno ab vrbe 805.

D. Lælius Balbus. Conſul cum C. Antiſtio Vetere, anno ab vrbe 748.

Decius Auſonius Gallus, poeta, qui Gratianum Cæſarem literis & diſciplinis erudiit, cuius beneficio ad conſularem dignitatem eſt euectus P. Crinitus.

Decia, i. comminutio eius, vel Syriacè, palma arbor, filius Iectan. Gen. 10.

Deculani, populi in ſecunda regione Italiæ. Plin. lib. 3. c. 11.

Decuma, Hiſpaniæ oppidum in conuentu Cordubenſi. Plin. lib. 3. c. 1.

Decumani, Galliæ populi, in quibus Martius Narbo. Plin. Mela.

Decumates, agri in Germania ſunt Tacito, vbi hodie VVirtembergenſis Ducatus eſt, VVillichio teſte. Iidem Caritini ſunt Ptolemæo, vt Melanchthon, & Peucerus exiſtimant. Quidam agros eſſe cenſent, qui decimas ſoluunt.

Decimi, Liburniæ populi. qui in Salonam coloniam iura petierunt. Plin. lib. 3. cap. 22.

Decumi, Dalmatiæ populi. Plin.

Dedan, vrbis nomen. Ierem. 25. Idem ſignificat quod Dadan.

Dedanim, filij Dedan, Iſa. 21.

Dedmaſa, vrbs Cariæ, Steph.

Deera, Campus Suſianæ regionis. Ptol.

Dees, Arabiæ fœlicis oppidum. Ptol.

Degia, Aſſyriæ vrbs. Ptol.

Deianira, filia Œnei Ætoliæ regis, primùm Acheloo, mox Herculi deſponſata. Qua de cauſa exorto inter riuales diſſidio Achelous ſingulari certamine ſuperatus, Herculi concedere eſt coactus. Porrò cum Hercules tranſiturus eſſet Euenum, Ætoliæ fluuium, qui tum temporis maximè excreuerat, Neſſus Centaurus ſeipſum vltrò obtulit ad tranſuehendam Deianiram: quam cùm illi commiſiſſet, ipſe primus in-

trepidè tranauit fluuium. Sed cùm Neſſus, qui in altera remanſerat ripa, nouæ nuptæ vim inferre pararet, ægrè id ferens Hercules, ſagitta hydræ ſanguine infecta Centaurum transfixit, qui ſe moriturum ſentiens, vt hoſtem vlciſceretur: Deianiræ veſtem proprio ſuo ſanguine perfuſum dono dedit, aſſerens ei vim amatoriam ineſſe, & ſi hac maritus indueretur, ipſam ab aliarum mulierum amore auocatum iri. Mulier itaque nimis credula, munus accepit, & cùm audiſſet maritum ſuum in Eubœa amore Ioles, Euryti filiæ detineri, veſtem Neſſi ſanguine imbutam Lichæ famulo tradidit domino perferendam. Hercules igitur nihil mali ſuſpicans cum ſacrificaturus eam induiſſet, tantis cruciatibus affectus eſt, vt in furorem verſus, Lycham à Ceneo monte in Euboicum mare deiecerit, qui in ſcopulum mutatus eſt. Ipſe autem Hercules arcu & ſagittis Philoctetæ commiſſis, ſe in ardentem pyram in Œta monte conſtructam coniecit. Quod Deianira audiens, dolore percita, Herculis claua ſe interfecit, ex cuius ſanguine poſtea nata eſt herba, quæ Nymphæa, & Hercleon dicitur. Ouid. libro nono Metamorph.

Deicoóntes, Herculis filius ex Megara filia Creontis Thebani. Hom. in Odyſſea.

Deidamia, filia Lycomedis regis Scyri inſulæ, quam Achilles cùm inter regis huius filios ſub muliebri habitu lateret, grauidam fecit, & ex ea Pyrrhum genuit. Propert. lib. 2.

Syria nec video Deidamia viro.

Deióces, alij Diocles, v. Medorum rex, regnauit annis LIV. anno ab vrbe 39.

Deione, nes, mater Mileti ex Apollinis concubitu. Vnde Miletum Deionidem vocat Ouid. lib. 9. Metamorph.

Deióneus, pater Cephali, à quo Cephalene dicta exiſtimatur.

Deiopeia, ſiue Deiope, vna ex Nymphis Iunonis, quam illa apud Virg. 1. Æneid. Æolo vxorem pollicetur.

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ,
Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopeiam,
Connubio iungam ſtabili, propriámque dicabo.

Deiôrates, Gallogræciæ tetrarches, anno ab vrbe 680.

Deiôtarus, Galatię rex à Senatu iuuante Pompeio, factus in bello ciuili, eius poſtea partes ſequutus, poſt pugnam Pharſalicam domum ſe recepit. Deinde ad Cæſaris clementiam confugiens, bella gerenti ſubſidia miniſtrauit. Quare ab ipſo rex dimiſſus, verùm parte regni tantùm mulctatus fuit. Tandem accuſatus à Philippo quodam, quòd Cæſari apud ſe diuertenti inſidias ſtruxiſſet, à Cicerone defenditur luculenta illa pro Deiotaro rege oratione. Pædianus.

Deiotarus alter Adramytenus, ludi literarij Magiſter apud Gargara Troadis. Steph.

Deiphobe, Sibylla Cumana, Glauci filia, quæ Æneam ad inferos duxit. Virgil. libro ſexto Æneid.

—Phœbi, Triuiæque ſacerdos,
Deiphobe Glauci.

Deiphobus, filius Priami ex Hecuba, qui interempto Paride Helenam ducit vxorem, cuius tamen dolo, & proditione interfectus eſt à Græcis, quos illa in cubiculum dormientis intromiſit. Virg. lib. 6.

Deiphile, Adraſti filia, Tydei vxor, ex quo Diomedem ſuſcepit, qui in bello Troiano in virtute primus, poſt Aiacem & Achillem ab Homero ſcribitur. Hygin. in fabula 69. & Diodor. lib. 5. cap. 6.

Deiphylus, Stheleni filius, Capanei in bello Troiano amicus fidiſſimus. Hom. lib. 5 Iliad.

Deipites, vir Troianus, quem Vlyſſes in bello interemit. Hom.

Deipnias, Theſſaliæ vicus, apud Lariſſam. Steph.

Deipyrus, vnus ex principibus iuuentutis Græcorum. Hom. lib. 8. Iliad.

Deirades, tribus Leontidis vicus. Steph.

Deire, Athenienſium vrbs. Steph. Item promontorium & vrbs Æthiopiæ.

Deitania, Hiſpaniæ citerioris regio circa Carthaginem nouam Plin lib. 3. cap. 3.

Dela, Arabiæ fœlicis vrbs. Ptol.

Delas, & Tygris minor fluuij, Apameam Meſenorum ciuitatem circundant. Steph.

Delbea, vide Derbe.

Delbicæ, vide Derbies.

Deldon, Myſorum ac Baſternarum rex fuit, quos quum M. Craſſus præliis frequentibus edomuiſſet, illorum tandem regem Deldona, ſua manu interemiſſe fertur. Dion. in hiſtor. & Cæl. Rhodig. lib. 18. c. 23.

Delean, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15.

Deleſſa, maris Ægæi inſula. Anton.

Delgouitia, Angliæ vrbs. Anton. *Godmundham*, in ditione Eboracenſi. Camdeno.

Delia, vrbs Cariæ. Steph.

Delioli, horti ſunt prope Neapolim, *Pozze Reale*, dicti, Fabricio in ſuis itinerariis.

Delium, oppidulum Bœotiæ in Tanagra. Steph. & templum Apollinis. Strab.

Delius, qui eſt ex Delo inſula, vt Apollo Delius & Delia Diana, ferunt enim Latonam ex Ioue grauidam quum partui vicina eſſet metu Pythonis ſerpentis, qui eam Iunonis iuſſu perſequebatur, in inſulam Delum fugiſſe.

Delius, vnus ex ducibus Antonij, miſſus ad accerſendam Cleopatram, mulieri perſuadet, monétque Homerico verſu, vt ad amicum proficiſcatur quam maximè ornata. Plutarchus in *Antonio*.

Antonio. Idem hiſtorias eum deſcripſiſſe tradit, conuenítque *Dion*. lib. 50. *Meſſala Coruinus* hunc deſertorem bellorum ciuilium vocat, quia à Dolabella ad Caſſium tranſiit, à Caſſio ad Antonium, nouiſſimè ab Antonio ad Cæſarem, ſcripſit epiſtolas laſciuas ad Cleopatram. Seneca ſuaſoria 1.

Delli, lacus breuiores, non longè à Datana miræ profunditatis, quos incolæ Crateras vocant. Hos poetæ fingunt fuiſſe Palicos Iouis & Thaliæ filios. nam cùm Thalia ſe videret ex Ioue grauidam, metuens, iram Iunonis, optauit vt ſibi terra dehiſceret. Inſtante autem partus tempore recluſa terra in ea parte vbi nunc Delli illi lacus ſunt, duo pueri emerſerunt, quos Palicos fratres vocarunt ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι, quòd priùs in terram demerſi, denuò reuerſi ſunt. Hos lacus accolæ fratribus Palicis ſacros putant, quòd per eos credantur in lucem eſſe reuerſi, & lacus ipſos Dellos vocant: qui tanta olim in veneratione habiti ſunt: vt circa eos iuramentum exegi ſolueret, ſi quis in furti ſuſpicionem veniſſet, prius tamen accepto fideiuſſore, qui ſi iuranti quid accidiſſet, præſtaret quod exitus oſtenderet.

Dalmatia, Italiæ regio: incolæ Dalmatæ & Dalmatenſes. Steph. vide Dalmatia.

Delminium, Ptolemæo vrbs Dalmatiæ; hodie Cenna, vide Dalinium.

Delos, inſula maris Ægei. Cycladum omnium clariſſima, in qua Latona Apollinem & Dianam dicitur enixa. Qua ex opinione hominum illa inſula eorum deorum ſacra putata eſt, tantúmque ei religionis ſemper fuit, vt ne Perſæ quidem, quum bellum toti Græciæ, diis, hominibúſque indixiſſet, & mille numero nauium claſſem ad Delum appuliſſent, quicquam conarentur, aut violare, aut attingere. Cic. 3. in Verrem. Dicta autem putatur Delos ἀπὸ τοῦ δηλῶ, quod cum antea mari tecta eſſet, Latonæ locum ad pariendum quærenti, repentè ſe oſtenderit. Anteà Ortygia dicebatur, Aſteria, Cinthia, Lagia, Chlamydia, Cynetus, & Pyrpile, ab igne ibi primùm reperto. Virg. lib. 3. Georg.

Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos?

Hæc autem inſula olim per mare vagabatur, in qua canem nullum alere, nullúmque cadauer ſepelire licebat. Thucyd. lib. 3. de bell. Pelop. in qua fons eſt, inopus nomine, qui eodem, quo Nilus modo ac pariter cùm eo creſcit, vnàque decreſcit. Plin. lib. 2. cap. 103.

Deliacus, ca, cum, qui eſt ex Delo. Vnde Deliaca vaſa dicta ſunt ex ære pretioſo, ab inſula Delo, vbi fuit prima nobilitas æris. Plin. lib. 34. c. 2. Antiquiſſimi æris gloria Deliaco fuit, mercatus, in Delo, concelebrante toto orbe. Cicer. pro Roſc. Domus Chryſogoni referta vaſis Corinthiis & Deliacis. Ex ære Deliaco fiebant pedes tricliniorum fulcráque.

Delphacia, Propontidis inſula. Plin.

Delphi, Phocidis vrbs. Ptol. *Castri* vocat Sophianus. *Salona* locum hodie appellari, magnamque vim frumenti inde adhuc exportari ſcribit Niger. Vmbilicus terræ hæc ciuitas à Græcis exiſtimata eſt, referente Plutarch. cuius cauſam, vel potius fabulam poeticam Strabo narrat lib. 4. & Claudian. in præfatione de conſulatu Manij Theodoriti.

Delphi, ciuitas in Bœotia iuxta Parnaſſum, dicta à Delpho Neptuni filio, magis turpibus & loci natura, quàm humana arte munita, vbi clariſſimum templum habuit Apollo, reddebátque oracula, vnde & Delphicus vocatus eſt. Nomen autem accepit à Delpho Deucalionis filio, ex Melantho eiuſdem filia ſuſcepto. In hac ciuitate, nato Chriſto, obmutuit oraculum.

Delphicus, dictus eſt Apollo, teſte Macrobio à priſca Græcorum voce δελφὺς, quæ Solum ſignificat, eò quòd interdiu ſtellis omnibus obſcuratis, ſolus luceat: qua ratione etiam Sol à Latinis eſt appellatus.

Delphini portus, Liguriæ apud Plin. Leandro *Porto Emosſi* Nonnulli volunt eundem eſſe cum Eritis portu, Ptolemæi. Sed is in Latinis tantùm Codicibus inuenitur.

(retur,

Delphiana Diana dicta, quòd Delphis cole-

Delphinium, qui & Sacer portus in Bœotia eſt, è regione Eubœæ inſula. Straboni.

Delphinius, Apollo dictus, non quòd in Delphina transformatus claſſi ducem ſe præſtitiſſet: ſed quòd Delphinem emiſerit, quem conſecuti Cretenſes Cirrhani ſunt delati. Cęl. li. 6. c. 6.

Delphinion, oppidum in Bœotia à Lacedæmoniis captum, anno ab vrbe 343.

Delphinum, locus Athenis ab Ægæo rege Apollini Delphinio & Dianæ Delphiniæ, teſte Polluce conſecratus, in quo cauſam dicebant, qui cædem ſe feciſſe, ſed iure feciſſe faterentur. Itaque Theſeum narrat Pauſanias, cùm Pallanta, eiúſque filios res nouas aduerſus ſe molientes interemiſſet, ibi eſſe abſolutum, cùm ante Theſeum interfector exilij cauſa ſolum verteret, aut talionis pœnam ſubiret.

Delphinum, caſtellum Chiorum.

Delphinus, ſyderis nomen. Var. 2. de re Ruſti. c. 5. Maxime idoneum tempus ad concipiendum à Delphini exortu, vſque ad dies 40. & paulò plus.

Delphon, i. ſtillicidium, aut pauperem ſiue exhauſtum ſiue macilentum reſpiciens, filius Aman filij Amadatha. Eſt. 9.

Delphuſa, fons in Delphis. Steph.

Delphuſia, vrbs Arcadiæ. Steph.

Delia, vrbs iuxta Syriam, & inſula Ægypti, ſecundum Ægyptios Prymitis dicta: Gentile abs

inſula, Deltites ab vrbe Deltenus. Steph. Eſt & Ægypti locus ferè regionum illarum nobiliſſimus, non longè ab Alexandria: quod nomen à ſimilitudine literæ cepit. Nam pars quædam fluminis Nili deriuata inter ſe duobus itineribus, paulatim medium inter ſe ſpatium relinquens, diuerſiſſimo ad littus interuallo à mari adiungitur. Hirtius lib. 4. bell. ciui. Aliis Delcon, oppidum eſt, à Byzantio diſtans iter pedeſtre vnius diei. Dercon vocatur hodie Pet. Gyll.

Delta, apud Arrianum eſt inſula in Indi fluminis oſtio vbi ſe Indus bifariam diuidit. hæc ab incolis Pacala dicitur, Ptol. & Plinio teſtibus. hic hodie, *Dou*, eſt Luſitanorum propugnaculum, vide Patalis.

Delthanij, Peloponneſi vrbs inter Lacedæmonios & Meſſenios. Steph.

Deltorum ſydus, à figura triquetra litera Δ Cicero in Arat. Phœn.

Delus, vide Delos.

Demas nomen viri. Col. 4. 2. Tim 4.

Demades orator Athenienſis, plurimùm potentia & opibus valuit, quòd nihil præter Macedonum & Antipatri gratiam in Rep. quæreret: ingentes diuitias per luxum ac libidinem perdidit. Cúmque eſſet ætate confectus, & luxu ſimul auaritia perditus, in eum ſolebat Antipater cauillari, nihil ei, ſicuti & cæſis victimis, præter linguam & ventrem ſupereſſe. Cicero nunc nihil ſcripſiſſe author eſt. Plutarch. in vita Demoſthenis, & Suid.

Demænetus, Æſculapius cognominatus eſt, à Demæneto eius templi conditore.

Demagoras, adulatoris nomen apud Athenienſes, quem decem talentis multarunt, quòd Alexandrum Deum appellaſſet.

Demarathus, Lacedæmoniorũ dux, cùm exularet apud Atheniẽſes, bellíque cõtra patriã cerneret apparatũ, plus ſe debere patriæ quàm Atheniẽſibus exiſtimãs, clàm Lacedæmonios certiores fecit. Hunc vixiſſe temporibus Philippi Macedonis author eſt. Plutarch. in vita Alexandri.

Demarathus, Liuio, Corinthius negotiator diues, qui ob ſeditiones domo profugus tyrannidem Cypſelli fugiens, vt ſcribit Cic. Tuſcul. quæſt. lib. 5. in Hetruriam commigrauit, comparatis opibus luculentis & à Tarquinienſibus Hetruriæ populis exceptus. Tarquinium Priſcum populi Romanorum, ex illuſtri Hetruſca vxore genuit. Iſte Hetruſcis, ad quos confugerat, literas dediſſe fertur.

Demarchus princeps populi, aut tribunus plebis dicitur. Spartianus in vita Adriani, fuit Demarchus in patria ſua, Athenis, Archon.

Demarchus, athleta nobilis Parrhaſius, quem erunt guſtatis pueri, qui immolabatur, extis, in [illegible]commutatum, deci mo pòſt anno formæ priſtinæ reſtitutum.

Demetæ, Albionis inſulæ populi. Ptol. *Vueſtvales*. Anglicè, *Dyfed*. Britannicè vocatur eorum regio, Lhuydo teſte.

Demeter, dicta eſt Ceres, quaſi gemeter, id eſt, terræ mater. Hinc apud Galenum lib. 1. De alimentis, legimus Demetria ſigna: id eſt, Cerealia & frumentaria.

Demetrianus Antiochiæ Epiſcopus: anno ſalutis 254.

Demetrias, Theſſaliæ oppidum, quod priùs, *Pegaſa*, dicebatur. Stephan. à Demetrio dictum ſcribit qui in eo regnauit, & vrbes ſub Pelio ſitas euertit. Ad Pagaſeticum ſinum iacet, inter Eubœam, & Phocidem. Secundum eſt Macedoniæ, tertium Perſidis iuxta Arbelum. Stephanus. Demetrias item, eadem eſt quæ Paros, vna Cycladum. Steph.

Demetrium, locus iuxta Theſſaliam, circa campum Crocotum, & Amphryſum fluuium. Eſt etiam Æolidis ciuitatis. Steph.

Demetrius, Antigoni Macedoniæ regis filius, cognomento Poliorcetes. Hic poſt Alexandrum præter alios Macedonas nomine ac virtute clarus, tranſmiſſo Euphrate, Babyloniam occupauit, Athenas Caſſandri Ptolemæique imperio liberauit: Cyprum, victo Ptolemæo, bello nauali recepit, Pyrrhum ab oppugnatione Theſſaliæ repreſſit. Poſtremò cùm bellum aduerſus Antiochum ſuſcepiſſet, infœliciter pugnans, in eius poteſtatem venit: Cherſoneſíque ab eo cuſtodiæ traditus eſt, permiſſo tamen ei regio ſumptu, mollíque victu, venationibus, omnibúſque voluptatibus, quibus ille vſus, minimum de ſalute anxius, in morbum ob incontinentiam incidit ex quo periit. Cùm M. Antonio comparatur à Plutarcho in Parallelis. Philam vrbem in Macedonia iuxta Peneum, à matris nomine condidit, Steph.

Demetrius Phalereus, Theophraſti auditor, qui ob eximias virtutes Atheniẽſibus præfuit annis decẽ, recentíſque ſexaginta ſtatuis æreis honoratus eſt. Hic (vt Plutarc. inquit) monebat Ptolemæũ regẽ, vt de regno imperióque libros ſibi compararet, atq; perlegeret. Quæ enim amici nõ audẽt monere reges hæc in libris ſcripta eſſe. Cicero in Bruto. Hic Demetrius (vt quidam exiſtimant, nonnulli alium Demetrium eſſe dicũt.) Ptolemæo Lago perſuaſit, vt ſacra Biblia ex Hebræo in Græcum ſermonem conuerterentur. Ioſeph. lib. 12. c. 2. Antiq. cognominatus fuit Phalereus à Phalero, Atticæ portu: cuius ſcripta lege in Biblioth. Geſner. ac de eius vita, fortuna, & obitu, vide apud Suidam & Volaterranum.

Demetrius, Cyrus, Ciceronis in [illegible] præceptor, vt ſcripſit ipſe in Bruto.

Demetrius, Seleuci filius, 1. [illegible] 7. Nomen etiam

Digitized by Google

etiam argentarij cuiuſdam Actor. 19.

Demetrius XXVII. Macedonum rex, Philippum & Alexādrum per inſidias morti tradidit Iuſt. lib. 6.

Demetrius, Antigoni filius, Græciam à tyrannide liberauit, anno ab vrbe 507.

Demetrius, XXXV. Macedonum rex, anno ab vrbe 572.

Demetrius, qui & Nicanor, XII. Syriæ rex, anno ab vrbe 607.

Demetrius, XVI. Syriæ rex, anno ab vrbe 607. Iuſt. lib. 29.

Demetrius Soter, X. Syriæ rex, Anthiocum & Lyſiam interfecit. Ioſeph lib 11.c.15.Iuſt.lib.34.

Demetrius Illyricorum rex, anno ab vrbe 533.

Demetrius, Ruſſorum rex, à fratre regno pulſus eſt, anno ſalutis. 1073.

Demetrius, Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus, adminiſtrato Epiſcopatu anno LXVIII. obiit, anno ſalutis 233.

Deminſij, Myſiæ inferioris populi. Ptol.

Demiurgus, ſummus erat Magiſtratus in quibuſdam Græciæ ciuitatibus. Liu.

Democedes, Crotoniata, medicus illuſtris, qui cùm inter Darij captiuos eſſet, & Darius ipſe ob inuerſum pedem grauiter ægrotaret, ita vt jam ſeptem noctes inſomnes exegiſſet, nec à medicis ſuis vel parum iuuaretur, ductus in medium, vt erat vinctus, Darium penitus liberauit, & deinde maximo in honore apud regem & Perſas omnes habitus eſt. Herodot. li. 4.

Demochares, orator Athenienſis. Demoſthenis ex ſorore nepos, miſſus cum aliis ad Philippum regem legatus, expoſitis mandatis, petenti regi quid gratum Athenienſibus facere poſſet, reſpondit: Suſpendere. Indignātibus ob eam rem cæteris, rex dimiſit incolumem, Vos (inquiens) rogate ab Athenienſibus, quos cenſeant ſuperiores, qui talia dicunt, an qui audiunt patienter. Seneca lib. 3. de Ira. Hic etiam hiſtoriam earum rerum, quæ geſta erant ſua ætate Athenis, non tam hiſtorico quàm oratorio genere ſcripſit. Cicero in Bruto.

Democlides, medicus qui Polycratem, Samiorum tyrannum curauit talentis duobus, ſcripſitque librum de medicina. Suid.

Democles, adulator quidam, Dionyſij tyranni fœlicitatem admirabatur. Tyrannus autem vt beatitudinem ſuam illi oſtenderet, induit eū habitu regio, & menſam copioſè paratam ei appoſuit, ſed ſuper caput eius appendit tenui filo gladium diſtrictum. Tunc Democles tyrannicam vitam miſeram eſſe intellexit. Valerius, Cic. Tuſcul. Quæſt. Vide ſuprà Damocles.

Democles, puer quidam ingenuus ac formoſiſſimus, qui quum à Demetrio Poliorcete ad ſtuprum traheretur, neque vim tyrāni poſſet effugere, famæ pudicitiæque ſtudioſus, in proximum aquæ feruentis lebetem ſeipſum coniecit, atque ibidem interiit. Plut. in Demetrio.

Democoon, nothus Priami, qui velociſſimos patris equos apud Abylum cuſtodiebat. Hunc Vlyſſes in bello interemit. Hom. lib. Iliad 4.

Democrates, architectus Alexan. qui Alexandriam metatus eſt.

Democrates athleta facto in ſtadio circulo conſiſtens à nullo demoueri poterat. Ælianus de varia hiſtoria.

Democrates medicus, Plinius lib. 25. Primus inuenit herbam, quam appellamus hyberilam.

Democritus Philoſophus Abderites, qui accepta à fratribus natu maioribus paternæ hæreditatis portione, cognoſcendarum rerum cupiditate accenſus, bonam orbis partem peragrauit. Poſtea patriam reuerſus cum ſumma inopia, in hortulo iuxta ſuæ vrbis muros ſe ad ſolas rerum naturas contemplandas contulit, à quibus ne externis obiectis auocaretur, æneæ peluis fulgore ſeipſum obcæcauit. De hoc memoriæ proditum eſt, quòd quocunque fortunæ caſu, & mutabilium rerum auditu, in riſum ſoluebatur (ſicut Heraclitus in fletum) vnde Gelaſinus nominatus eſt. Agebat autem centum & nouem annos cùm mortuus eſt. Hic dixit omnia ex atomis fieri, ac plures eſſe mundos & corruptibiles. Fertur Theologiam ac Aſtrologiam didiciſſe à Magis & Chaldæis, cum Gymnoſophiſtis quoque congreſſus eſt. In Philoſophia adeò profecit, vt pentathlos, id eſt, quinque certaminum athleta dici poſſet. Namque naturalia, moralia, mathematica, liberales diſciplinas, artiúque omnium peritiam callebat. Hunc Plinius virum ſagacem, & vitæ vtiliſſimum fuiſſe refert, ſed nimio iuuandi mortales ſtudio prolapſum. Conſtat hunc diuitiis opulentum fuiſſe vſque adeo, vt pater eius Xerxis exercitui epulū aliquando dederit. Laer. 1.

Demodocus, citharœdus, quem Homerus libro Odyſſ. 8. inducit in conuiuio Alcinoi regis Phæacum citharam pulſantē, & ſimul accinentē.

Demogorgon, magus tam excellens, vt præeſſe laruis diceretur, & illas pro nutu cogere, & ſi errarent, acerrimè plectere. Vide Gorgon.

Demolchis, Syracuſanus comicus, Epicharmi medici filius, docuit fabulas XIII. lingua Dorica. Suid.

Demonax, Adriani temporibus Philoſophus, qui nō vt plerique ſolitudinem ſectabatur, ſed nihil potius habuit, aut putauit inter homines amicitia, omnémque hominem ſibi familiarem exiſtimabat. Nullum ſibi vnquam viaticum præparauit, ſed quum eſuriret, quam proximam domum apertam videbat, in eam ingrediebatur, & victum ibi quæritabat, Centenatius de-

ceſſit, elatus publico ſumptu. Lucian.

Demoneſos Stephano, Plin. inſula Propontidis contra Nicomediam. Gyllius in ſuo Boſphoro docet eandem eſſe cum Chalcitide Stephani: quæ dicitur hodie Chalcis eodem Gyllio teſte, ſed idem tradit eam non in ſinu Nicodemico conſpici, vt Plin. habet, vbi nulla eſt inſula, ſed contra Chalcedonem.

Demoneſus, inſula circa Chalcedonem, à Demoneſo quodam dicta. Naſcitur in ea Cyaneus lapis, Chryſocolla, & aurum preioſum. Steph.

Demonica, mulier quæ auri auiditate vrbem Epheſum Brenno duci prodidit, Plutarch. in Parellelis.

Demonidas, Pædotriba claudicans, qui cùm crepidas amiſiſſet, imprecabatur furi vt pedibus conuenirent. Erant verò hæ non rectæ nec accommodæ: illi tamen pro pedum deprauatorum ratione imprimis aptæ. Cælius libro 7. c. 3.

Demophilius, Sophiſta fuit, qui ſcripſit ad Lollium maximum de vita priſcorum.

Demophoon, phoontis, vel Demophon, Theſei ex Phædra filius rex Athenarum, qui ab expeditione Troiana rediens, aduerſis ventis pulſus eſt in Thraciam, ibíque à Phyllide, Lycurgi regis filia, hoſpitio & lecto ſuſceptus eſt: apud quam cùm aliquandiu delituiſſet, Athenas abiit, ibíque mortuo parte imperium ſuſcepit, oblitus Phyllidis, cui intra paucos menſes ſe rediturum jurauerat. Quapropter illa videns ſe derelictam, amoris impatientia de amygdalo ſe ſuſpendit. Vide Phyllis.

Demophoon, vatis nomen, qui periculum Alexandro imminens prædixit. Curtius.

Demopoli & Neocles, Themiſtoclis filij quum apud Athenienſes mentionem feciſſent legum, quæ aduerſus exules latæ erant à paternis inimicis lapidibus obruti ſunt, Cæl. lib. 8. cap. 12.

Demos, locus in Ithaca, Steph. quem quoque Crocyleum vocat. Huius mentio eſt apud Homerum in nauium Catalogo, & Thucydidi, ad finem lib. 3.

Demoſthenes, ciuis Athenienſis, Græcorum omnium Oratorum clariſſimus, patre cultellario natus, qui relictus puer in hæreditate locupleti, tutorum fraude & negligentia direptis bonis, vix habuit vnde præceptoribus mercedem ſolueret. Verùm cùm multo ſtudio & labore in clariſſimum oratorem euaſiſſet, acerrimus extitit libertatis Græciæ defenſor, grauibus concionibus Philippum, vt publicæ libertatis inſidiatorem identidem inſectans. Poſt cuius mortem patria pulſus, tandem reuocatus eſt. Sed jam mortuo Alexandro, & Antipatro rebus Græciæ præpoſito, cùm certam ſibi necem imminentem videret, relictis Athenis, in Calauriam inſulam (vt ſcribit Suidas) vbi aſylum erat, Neptuno ſacrum conceſſit. Quò cùm veniſſet Archias mimus tragœdus, qui ab Antipatro miſſus erat, vt Demoſthenem comprehenderet, primùm ei perſuadere conatus eſt, vt vnà ſecum ad Antipatrum ſe conferret, nihil moleſtiæ ab eo perpeſſurus. Cuius fraude intellecta Demoſthenes, Nihil eſt, inquit, Archia, quod coneris: Neque que enim in ſcena mihi vnquam placuiſti mimus, neque nunc perſuadebis legatus. Cùm autem Archias ſe per vim eum detracturum minaretur. Tandem, inquit, Macedonica oracula aperuiſti: nam priùs quidem tanquam hiſtrio ſimulabas. Verùm age, parumper expecta, dum pauca domeſticis ſcribo. Hæc loquutus, ſumptis codicillis tanquam ſcripturus, calamum ori admouit, hauſtóque quòd eum in vſum aſſeruabat, veneno, necem ſibi conſciuit. Plutarch. Hic cùm ab ætatis initio eſſet balbus, neque literam r pronunciare poſſet, quibuſdam calculis in os conjectis prope maris littus declamans, naturæ vitium emendauit, vt poſtea eloquentiſſimus euaſerit. Orare cœpit annos natus. 27.

Demoſthenes, dux Athenienſium in bello Peloponneſiaco, apud Thucydidem.

Demoſthenes, genere Thrax, grammaticus, Iliada Homeri & Heſiodi Theogoniam in proſam orationem conuertit, Suid.

Demoſtratus ſcriptor. Plin. li. 37. c. 6.

Denaba, i. judicium eius in ea, aut judicium præbẽs vrbs in Edõ, in qua regnauit Bela. Ge. 36.

Denda, municipium ciuium Romanorum in ora Macedoniæ collocatum à Plinio li. 3. cap. 23.

Denizes, Saracenorum rex, anno ſalutis 777.

Denna, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum. Pli.

Dentatus, M. Curii cognomen fuit, propterea quod cum dentibus natus eſt. Pli. lib. 3.

Deo, Ceres à Græcis appellatur, παρὰ τὸ δηΐω, τὸ διζήσω, eo quòd frugum fuerit inuentrix. Hinc Deois patronymicum filia Deus, quæ eſt Proſerpina. Ouid. 6. Metam.

Addidit, vt Satyri celatus imagine pulchram
Iuppiter implerit gemino Nycteide fœtu,
Mnemoſynen paſtor varius Deoida ſerpens.

dicitur & Deolis.

Deobriga, in Luſitania Vettonum vrbs & alia Autrigonum. Ptol.

Deobrigula, Murbogorum oppidum in Tarraconenſi Hiſpania. Ptol

Deogratias, Carthaginiẽſis Epiſcopus, ſanctimonia ac pietate clarus & inſignis fuit: qui vrgente ſumma neceſſitate, ingruentéque perſecutione, vt Deo plenus & clarus, ſategit vniuerſa ſacri miniſterij vaſa aurea & argentea diſtrahere, in captiuorum redemptionem ... nocturnis quidem horis ab homine ... miſericordiæ

diæ ſcribebatur: verùm per ſingulos lectos excurrens pergebat, ſciſcitans qualiter quiſque ſe haberet: ita ſe tradiderat omnino labori, vt nec defeſſis membris, nec carioſæ iam ſenectuti parceret. Quo liuore Arriani ſuccenſi, dolis eum quamplurimis ſæpiùs enecare voluerunt. Quod præuidens Dominus, citò paſſerem ſuum de manibus accipitrum liberare voluit. Victor de perſecut. Vandal.

Deopale, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

Deorum currus, Libyæ interioris mons. Plin. Mela, Ptol. hodie *Sierra Leona*, vbi regis Luſitanici aurifodinæ ſunt.

Deorum inſulæ in Occiduo Oceano prope Hiſpaniam, circa Baionam. Ptol.

Deorum portus, Mauritaniæ Tingitanæ, apud Ptolemæum hodie *Mazzaran*.

Dera, Iberiæ regio, per quam Sicanus fluit. Steph. Quanquam ciuitáſne an regio ſit, in Græco non additur.

Deradiotes Apollo cognominatus fuit à loco, vt ait Pauſanias, cuius vaticinium etiam ſua tempeſtate durare aſſerit; eóque ritu fieri, vt à viro mulier ſecubaret, & ſingulis menſibus nocte, vt de agno rem ſacram faceret, cuius agni ſanguine epoto, numinis Apollinei inſtinctu reſponſa daret.

Derabræ, Indiæ intra Gangem populi. Ptolem.

Derangæ, populi, Iadi fluuium accolentes. Plin. lib. 6. c. 20.

Deranobila, Carmaniæ oppidum. Ptol.

Deraſidæ, inſulæ iuxta Magneſiam, Meandri cognomine inſignem. Plin. lib. 5. c. 29.

Derbe, vrbs minoris Aſiæ.

Derbe, ciuitas Lycaoniæ, ſiue Iſauriæ. Act. 14.

Derbenſes, populi, ex quorum numero fuit Timotheus, Apoſtoli Pauli diſcipulus.

Derbices, populi iuxta Caucaſum montem. Hi ſupra Stoicam ſeueritatem minimum quoque delictum pœna capitis puniunt, terram venerantur, fœmininum animal neque edunt, neque ſacrificant, qui LXX. annos exceſſerunt, iugulant: cognatorum carnes vorant, anus ſtrangulant: deinde ſepeliunt circa ſeptuageſimum annum, obeuntes non edunt, ſed humant. Strabo lib. 2. dicuntur & Derbies.

Derbies, ſeu Derbiæ, & Derbij, populi Hyrcanis propinqui. Vide Derbices. Hos Cteſia Derbios ſiue Thebiſſos vocat apud Steph.

Derce, Veneris filia, de qua plura lege apud Cæl. lib. 23. c. 5.

Derce, fons frigidiſſimus æſtate: inter Biblim & Segobrigam, in ripa ferè Salonis amnis. Martialis hunc fontem Dircennam vocat, non Dercen. Sic enim ſcribit libro primo ad Lucianum.

Tepida notabilis lene Congedi vada, Molléſque Nympharum lacus, Quibus remiſſum corpus aſtringes breui Salone, qui ferrum gelat. Auidam regens. Dircenna placabat ſitim, Et Nemea quæ vincit niues. Quo in loco ſi Derce legatur, verſui deerit ſyllaba.

Dercéto, ſiue Dercétus, nomen fabuloſæ deæ, quæ apud Ioppen authore Plinio, aut, vt Diodoro lib. 1. placet, iuxta Aſcalonem colebatur, humana facie, reliquo corpore piſcis: hanc Syri Atergatim vocant. Aſcalonitis autem & cæteris Philiſtheis fuit celebre illud idolum, nomine Dagon, quòd D. Hieronymus interpretatur Piſcem mœroris. Fabulam narrat Diodorus. Ouid. Metamorph. lib. 4. Filiam habuit Semiramidem quam à columbis educatam ferunt. Quid. Syrorum genti aues eas ſacras eſſe oſtendit. Tibullus lib. 4.

Alba Palæſtino ſancta columba Syro.

Cæl. lib. 23. c. 5.

Dercilius, XXXI. Aſſyriorum rex.

Dercyllidas, Thimbroni Lacedæmoniæ ſucceſſit: Lariſſam, Amaxiton & Colones cepit. Kebrinos puer in deditionem recepit. Scepſeos libertati reſtituit, Gergitem ſubegit, vndecim Iſthmi ciuitates muro cinxit, Aterneam occupauit, Xenoph. lib. 3.

Dercylius, vnus è præfectis Pyrrhi. Plut.

Dere, ciuitas in promontorio Æthiopiæ, ad ſinus Arabici freti anguſtias. Ptol.

Derea, vrbs Arcadiæ. Steph.

Deremiſtæ, Liburniæ populi. Plin. Driuaſtæ, Hermolao.

Deremma, Meſopotamiæ oppidum. Ptol.

Deretini, Dalmatiæ populi. Plin.

Deriades, vide Dardæ.

Dermones, Libyæ interioris gens. Ptol.

Derra, locus Laconicæ: Gentile, Derrheus, vel Derheates, vnde Derheatidis Dianæ templum. Steph. vrbs Macedoniæ. Plin.

Derrhæ, Steph. populi Thraciæ Herodot. Derſeos vocat. Arabiæ fœlicis gens. Ptol.

Derrhima, Chalybonitidis regionis in Syria vrbs. Ptol.

Derrhis, Marmaricæ Africæ regionis promontorium. Ptol. *Derea* Mercatori.

Derſæi, ſiue Deſes, Herod. lib. 7. populi in littoribus Thraciæ, per quos Xerxes iter fecit.

Derſes, vide Derſei.

Derton, vrbs Ligurum, Artemidorus. Dertunam vocat. Steph.

Dertona, Taurinorum in Italia vrbs. Ptol. *Tortona* Leandro.

Dertoſa, in Hiſpaniæ Tarraconenſis regione oppidum, hodie *Tortoſa*.

Deruentio, Angliæ fluuius. Anton. vulgò *Derwent*. Derbi ciuitatem præterfluit, vt credit Talbotus.

Deruſici, oratores Perſici. Herodot. libro 6.

Steph. populi ſunt Perſici, ex primo libro Herodot.

Deſarena, Indiæ intra Gangem regio. Arr. in Periplo.

Deſiderius, vltimus Longobardorum rex.

Deſili, populi Thraciæ. Steph.

Deſitiates, Liburniæ populi in conuentu Naronenſi, Plinius libro 3. cap. 22.

Deſſau, nomen Caſtelli. 2. Machab. c. 14.

Deſſobrica, vrbs inter Aſturicam & Tarraconem. An.

Deſticos, inſula exigua Thraciæ adiacens. non procul à Cherroneſo. Plin. libro quarto, cap. 12.

Deſudaba, Medicæ regionis vrbs. Liu.

Deſuuiarij, Galliæ Narbonenſis populi. Plin.

Detunda, Turdulorum in Bœtica oppidum. Ptolem.

Deuadæ, inſula Arabiæ felicis, in Indico mari. Plin.

Deuana, Ptolemæo, vrbs Britanniæ inſulæ: alio nomine Duana caſtra. Lhuydus *Ceſtre* vocat.

Deucalion, filius Promethei, cui adulto Epimetheus patruus pyrrham filiam coniugio iunxit. Porrò cum hic apud Theſſalos regnaret, ingens diluuium vniuerſum terrarum orbem inundauit, genúſque humanum ad internecionem deleuit, Deucalione tantum & Pyrrha ſeruatis: qui in Parnaſſum montem nauicula delati, vbi primùm aquæ deſediſſent, Themidis oraculum conſuluerunt, quanam ratione genus humanum poſſet reparari, acceptóque reſponſo, vt magnæ matris oſſa poſt terga projicerent, lectos humi lapides (eos enim magnæ matris, hoc eſt terræ oſſa interpretabantur) poſt terga iactabant: qui protinus naturali poſita duritie in vtriuſque ſexus homines ſunt commutati: ij quidem, qui à Deucalione iaciebantur, in mares: qui verò à Pyrrha, in fœminas. Ouid. lib. 1. Metamorph. & Virg. *Quo tempore primùm Deucalio vacuum lapides iactauit in orbem Vnde homines nati, durum genus.* Inde Deucalioneus, nea, neum: vt Deucalionei imbres pro maximis & copioſiſſimis imbribus ponuntur à poëtis ſiue pro vniuerſo totius orbis cataclyſmo, quem illius volunt poëtæ contigiſſe temporibus, Lucan. lib. 1.

Deucalioneos fudiſſet Aquarius imbres.

Porrò, reparatio hominum aſcribitur Deucalioni filio Promethei, eadem ratione qua creatio hominis à poëtis, maximè ab Ouidio, ipſi Prometheo tribuitur: nempe quod Gentes ab eo edoctæ retinuerint memoriam diluuij. At hæc fabula poetica ſub verborum & nominum inuolucris veram vniuerſalis diluuij à Moſe Dei ſeruo deſcriptam hiſtoriam propoſuit: & artibus Satanæ factum eſt, vt quæcunque in ſacra hiſtoria occurrerent, Ethnicorum figmentis in fabellas verterentur. Apud Lucianum in libello de Syria Dea extat locus, ex quo manifeſtum eſt per diluuium Deucalionis intelligi non inundationem illam, quæ olim Græcia & Italia vaſtata atque Atlāta inſula abſorpta eſt, ſed diluuium vniuerſale, quod fuit Noæ temporibus. Quin etiam Plutarch. lib. de animalium induſtria ſcribit columbam in arca Deucalionis emiſſam attuliſſe indicium recedentis diluuij.

Deuelton, Ptolemæo oppidum Thraciæ mediterraneum, lacum habens eiuſdem nominis, Plin. lib. 4. cap. 11.

Deuerra, dea ab antiquis putata eſt, quam venerabantur, vt ſcopis domum verrere poſſent.

Deunana, Albionis inſulæ vrbs in Cornauiis. Ptol. vulgò *Doncaſtre* dici ſcribit Villanouanus.

Deuona, Ptolemæo Germaniæ vrbs eſt, quæ *Neumark*, P. Appiano.

Deuriopus Pæoniæ regio iuxta Erigonum fluuium. Liu. Strabo.

Deuſdedit, LXVI. Romanorum Pontifex anno ſalutis 616.

Deudorix Bœtoritis filius, magni apud Cheruſcos nominis, ductus inter cæteros captiuos Germanico iuniori clariſſimum præbuit triumphum. Strab. lib. Georgr. 7.

Dexamene, pars Ambracię, à Dexameno Meſoli filio, & Ambraſia filia Phorbantis, qui Soli filius perhibetur. Steph.

Dexaméne, vna ex Nymphis marinis à recipiendo dicta, δέχομαι enim recipio dicitur.

Dexari, populi Chaonum, Encheleis propinqui. Steph.

Dexicreontis Venus dicta eſt, à Dexicreontis circulatore, qui Samias mulieres luxu petulantiáque perditas, ſacris quibuſdam piacularibus expiauit, vel potius à Dexicreonte nauclero, qui quum Veneris iuſſu aquam tantum in nauim impoſuiſſet, vt ex ea mercatoribus nautiſque ſitientibus diſtracta diues factus eſſet, Veneri ſtatuam grati animi indicem poſuit, quam à ſuo nomine Dexicreontem appellauit Palæph. lib. 2.

Deximontani, Carmaniæ populi dextram ripam Granij amnis accolentes, Plin. lib 6. c. 23.

Dexiphanes, pater Soſtrati architecti. Stephanus.

Dexippus, Herennius appellatus, orator Athenienſis ſub Valeriano vſque ad Aurelianum.

Dexippus Cous medicus, diſcipulus Hippocratis, ſcripſit de medicina librum vnum, & de prognoſticis Suid.

Dexter, conſul, collega Fuſci anno ab vrbe 977.

Dexter Barcinonenſis hiſtoricus, qui omnimodam

modam hiſtoriam ſcripſit.

D I

Dia, inſula maris Ægei vna Cycladum, diſtans à Delo XVII. M. paſſuum. Aliis nominibus Naxos dicta, & Sicilia minor, & Dionyſias, à vini fertilitate. Plin. lib. 4. cap. 12. In hac liber pater Ariadnen à Theſeo deſtitutam vxorem duxit: qua de cauſa etiam Baccho ſacram eſſe volunt. Ouid. in Triſtibus:

Quà breuis æquoreis Dia feritur aquis.

Dia, vrbs Theſſaliæ ab Æaco condita: ſecunda, Thraciæ iuxta montem Athon: tertia Eubææ: quarta inſula & ciuitas Peloponneſi circa Scylæum: quinta, Luſitaniæ ad Oceanum: ſexta, Italiæ iuxta Alpes: ſeptima, Scythiæ circa Phaſin: octaua, Cariæ: nona, Bithiniæ iuxta Pontum. Sunt & quatuor inſulæ Diæ nominatæ, quarum prima Naxus dicitur: ſecunda, prope Miletum eſt: tertia, vicina Sarmoſſo, quarta, prope Gnoſſum Cretæ, Stephanus Theocriti interpres: Diam inſulam eſſe prodit circa Melum & aliam circa Amrgum & Cherſoneſum in Co, & in Peloponneſo ſimiliter nominari.

Diabate, inſula iuxta Sardiniam. Ptol.

Diabatina, erãt ſacrificia, quæ apud Græcos in tranſitu aliquo fiebãt, de quibus Plut. in Lucullo.

Dia deæ nomen, quæ apud Sicyonios & Philiaſios colebatur: quæ eadem fuiſſe creditur cum Hebe iuuentutis dea.

Diabetæ, inſulæ circa Symen. Steph.

Diabete, inſula Occidentalior quàm Sardinia Corſica. Steph.

Diablintres, populi inter Celtas, Lexobriis, Nannetibus, Ambiliatibus, Vnellis, Curioſolitis, Venetis & Seſuuiis proximi ex maritimis ciuitatibus Oceanum attingentibus: oppoſiti Angliæ, in prouincia Turonenſi & regno Francorum ſiti. De his Cæſar lib. 3. Comment.

Diacopene, regio Cappadociæ ad Halim fluuium, Strab. lib. 12.

Diacrea, tribus Atticæ, Pallantis ſedes. Steph.

Diactor, ſiue Diactorus, quaſi internuntius Mercurij cognomen. Cæl. lib. 29. c. 14.

Diacuiſta, inſignis vrbs inter Placentiam & Genuam. Strabo.

Diacum, Myſiæ inferioris oppidum. Ptol.

Diadæ, Athenæ à Cecrope conditore ſic nominatæ, hanc vrbem Euboici Orchomenum appellarunt.

Diades, nomen dedit Diadi vrbi in Lycia quam condidit. Steph.

Diadochum, vrbs in Perſia, non procul à Cteſiphonte. Steph.

Diadumenus, quaſi vittatus diadematúſque, quo nomine dictus eſt iuuenis ſpecioſus, filius Macrini Imperatoris, qui patre, ab Heliogabalo victo, vnà cum eo eſt interfectus. Plin. lib. 3. c. 8.

Diagoras, philoſophus Athenienſis, qui ἄθεος cognominatus eſt, i. negans deos: poëta Melicus poſt Pindarum & Bacchylidem, quem Democritus, ob phyſiognomiam, cum ſeruus eſſet, emit mille drachmis, vt diſciplinis erudiret. Sic myſteria contempſit, vt etiam ea ſectantes auerteret. Quare ab Athenienſibus pulſus eſt, qui talentum polliciti ſunt qui eum interfeciſſent. Suid. Cic. lib. 1. de Natur. deorum.

Diagoras Rhodius, gaudio exanimatus. Gell. lib. 3. cap. 15. Is treis filios adoleſcentes habuit, vnum pugilem, alterum pancratiaſten, tertium luctatorẽ, eóſque omneis vidit vincere, coronaríque eodẽ Olympiæ die, & cùm ibi eum tres adoleſcentes amplexi, coronis ſuis in caput patris poſiti ſuauiarentur, cúmque populus gratulabundus flores vndique in eum iaceret ſibi in ſtadio inſpectante populo, in oculis atque in manibus filiorum animam efflauit. Cic. Tuſc. 1.

Diagum, Peloponneſi fluuius, à Meridie in Alpheum influens, & Piſam ab Arcadia terminans. Pauſ.

Dialis, le, quod Iouis eſt. Vnde flamen Dialis, Iouis miniſterio aſſignatus à Numa Pompilio, vt docet Liu. lib. 1. ab vrbe cond.

Diamaſtigoſis, ſacri genus apud Lacedæmonios, in quo ante aram nobiles adoleſcentes ſeſe mutuis verberibus afficiebant aſtantibus propinquis. Philoſtratus in vita Thianei Apollonij.

Diamuna, Indiæ fluuius, in Gangem aquas ſuas euoluens. Ptol.

Diana, Iouis filia ex Latona, eodẽ cum Apolline partu edita, quæ & Luna dicitur, ſiue quòd noctu vna, hoc eſt ſola, & ſine fratre luceat, ſiue quòd lumen à Sole accipiat, quaſi luce lucens aliena. Præterea & Noctiluca dicta eſt: ſub quo nomine etiam templum in Palatio dedicatum habuit. Hanc parturientes Iunonis Lucinæ nomine inuocabant: Iunonem quidem appellantes à iuuando: Lucinam verò, quòd partum in lucem proferre putaretur. Virg. 4. Eclog.

Caſta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.

Et Catullus *Montium Domina vt fores,*
Syluarúmque virentium,
Saltuúmque reconditorum,
Amniúmque ſonantium.
Tu Lucina dolentibus
Iuno dicta puerperis,
Tu potens Triuia & notho es.
dicta nomine Luna.

Græci εἰλείθυιαν vocant. Alij Lucinam dictam putant, quòd oculis & luci præſit: alij à luco, quem Romæ in Exquiliis habebat. Eadem & Proſerpina dicta eſt, & Dictynna: quarum appellationum rationem vide ſuo loco. Apud inferos Hecate dicitur, vel quòd centum victi-

mis placetur, vel quòd centum annos errare faciat inſepultos. Dicta eſt & Pergæa, à Perga Pamphiliæ oppido, in quo templum habuit inſigne. Plures tamen Dianas fuiſſe Cicer. libr. tertium de Nat. deor. ſcribit, ſed illa notiſſima eſt, quæ eodem partu cum Apolline ex Ioue & Latona nata eſt. Hæc ob virginitatis amorem fertur hominum conſortia fugiſſe, & vt à ſe libidinis pruritum amoueret, venando ſyluas incoluiſſe, paucarum virginum comitatu contenta. At cum ferebat, & pharetram, ſuccincta ſemper incedens, & cothurno induta. Ob hanc cauſam ſyluarum & nemorum dea putabatur. Dicta eſt Faſcelis, à faſce lignorum vbi eius ſimulachrum abditum erat, quod occiſo Thoante, Tauricæ regionis rege, ab Iphigenia Agamemnonis filia in Italiam delatum eſt. Laudatiſſimum templum habuit apud Epheſios: aliud itẽ in Taurica regione, vbi carne tantùm humana litabatur. Lucan. lib. 1.

Et Tauro Scythicæ non mitior ara Dianæ.

Dianam autem dictam putant, quaſi Ioniam ἀπὸ τῆς ὁδὸς Triuiam, quòd viis præeſſe crederetur.

Diana, fluuius Hiſpaniæ Tarraconenſis. Ptol. Pomp. Mela. lib. 3.

Dianæ fanum, Ptolemæo, Bithiniæ promontorium, iuxta os Ponti Euxini. *Scutari appellat.* Sophianus.

Dianæ fons, Solin. in Sicilia, ad Camerinam, vrbem.

Dianæ Ætoliæ lucus, apud Venetos eſt. Strabo.

Dianæ oraculum in Arabia felici. Ptol.

Dianæ portus in Sardinia. Ptolem.

Dianæ templum in Sicilia, Eubœa Achaia, Arcadia, Troade, & alibi. Ptol. Strab. Polib.

Dianei, populi Galatiæ. Steph.

Dianenſes Hiſpaniæ citerioris populi in conuentu Carthaginenſi. Plin. lib. 3. cap. item 3.

Dianius, locus Dianæ ſacratus. Feſtus.

Dianium, oppidum eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, in ora maris Balearici. Ptol. inter Ildetanorum oppida enumerat.

Dianium, Plin. iuxta Corſicam, inſula eſt, quam Artemiſiam vocant, vt ipſe addit. Leander dicit hodie *Monte de Christo* appellari.

Diaphanes, eſt fluuius Ciliciæ, ea in parte quæ Siriæ contermina eſt: ita dictus ab aquæ perſpicuitate Plin. lib. 5. cap 27.

Diaphenum, Arabiæ vrbs, lib. Notit.

Diapolitus, Ægyptiorum rex, cui & nomen erat Amaſis, ſub quo fuit fames magna. Oroſ. lib. 3. cap. 31.

Diaruſa, inſula chio finitima, cuius meminit Plinius in deſcriptione Inſularum ante Aſiam, lib. 5 cap. 31.

Diarrhœa, Cyrenaicæ regionis portus, Ptol. Banara, Marmolio.

Dia, vrbs Lyciæ, quam Diades condidit, Stephanus.

Dias, Sophiſta Epheſius, Philippi Macedonis tempore. Philoſtrat.

Diaſia, Milichij, Iouis feſta apud Athenienſes fuerunt, vt Suidas, & Lucianus in Charidemo docent: memini & Ariſtoph. Agebantur autem, vt Heſychius ſcribit cum peculiari quadã triſtitia.

Diaula, vna ex quatuor porticibus Romæ, quæ ad Meridianas regiones ſpectabat.

Diaulus, Martialis, Chirurgus fuerat, nunc eſt veſpillo Diaulus.

Dibon, i. abundans filius, aut abundantia intelligentiæ vel ædificationis: aut Syriacè fluxus, nomen loci Moabitarum, vbi celebrantur idola. Iſa. 5. Num. 21. Ier. 48. Eſt & vrbs Moabitarum primò, & poſtea Selon regis Amorrheorum, in tribu Ruben, vltra Iordanem ad Orientem poſita. Ioſ. 13.

Dibon-gad, nomen loci, in quo filij Iſrael fixere tentoria profecti de Oboth. Nume. 33. Lat. abundantia filij felicis, aut abundantia intellectus, vel ædificationis feliçis, ſiue abundantia filij ſuccincti.

Dibutades Sicyonius, primus figulus Corinthi, qui ex creta docuit pingere, primúſque perſonas regularum extremis imbricibus impoſuit Plin. lib. 37.

Dicæa, vrbs Thraciæ, à Dicæo Neptuni filio.

Dicæa, in Tyrrhenico ſinu Ionum colonia, aliàs Dicæarchia & Puteoli. Steph.

Dicæarchia, quæ nunc Puteoli, quòd ea ciuitas quondam iuſtiſſimè regebatur Nam Græci δίκην iuſtitiam vocant, ἀρχὴν principatum. Quidam ſcribunt Dicarchæa. Sidonius Apollin.

Namque Dicarchææ tranſlatum puluis arena.

Dicæarchus, philoſophus Meſſenius, Cicero lib. Tuſc. Hic opinatus eſt hominum exordium nullum extitiſſe, tanquam ſemper fuerit humanum genus. Compoſuit tres libros, in quibus ſcribit, animam nil aliud eſſe, quàm vim quandam atque potentiam æquabiliter fuſam, tam in corporibus brutorum quàm hominum, quæ à corpore foret inſeparabilis, vt à morte nullus ſenſus ſupereſſet, ſed omnia cum anima morerentur.

Dicæarchus, Siculus è Meſſana, Ariſtotelis, auditor, philoſophus, orator & geometra, ſcripſit de republica Spartiatarum, quem librum quotannis prælegere in loco publico cautum eſt, iuuenéſque auditum conuenire. Suidas.

Dicæarchus, Lacedæmonius grammaticus, Ariſtarchi auditor Suid.

Diedica, Africæ propriæ vrbs. Anton.

Dicelictæ, apud Spartanos dicebantur qui faſus comicos leues & tenues obibant. Cal. libro ſexto

Digitized by Google

ſexto, capite 17.

Dicæogenes poeta, ſcripſit Tragœdias, & Dithyrambos. Suid.

Diceæ, Thraciæ oppidum in Biſtonum gente. Plin. lib. 4. c. 11.

Dicæus, Apollo dictus eſt, id eſt, juſtus, qui cùm Thebæ ab Alexandro caperentur, aurum à fugiente ſinu ejus conditum, cælatum diu & ſeruatum ſit. Cæl. li. 23. c. 19.

Dice, dea & præſes judiciorum apud antiquos credebatur, cujus Miniſtri dicebantur Dicaſtæ, quaſi litium diremptores. Hæc Iouis filia & virgo eſſe dicebatur, virgo, quia judices puri integrique eſſe debent. Iouis verò filia, quia Iupiter eſt Nomothetes princeps ac imperator vniuerſorum. Cæl. li 23. c. 16.

Diceneus Boroiſta, vir doctiſſimus Gotthorum conſiliarius, omnem eos edocuit Philoſophiam & Theologiam, ſacella fieri juſſit, ſacerdotes inſtituit. Iornand.

Dictamnum, Cretæ inſulæ oppidum. Ptolemæus.

Dictæ, mons Cretæ à Nympha eiuſdē nominis quæ in eo colebatur, ita appellatus. Hinc Dictæus, a, um, quod pro Cretenſi poetæ vſurpaur. Virg. Ecloga 6.

Dictææ Nymphæ nemorum iam clauditæ ſaltus.

Dictidium, Græciæ oppidum. Thucid. lib. 5.

Dictis, vrbs Galatiæ. Ptol.

Dictum, Britanniæ inſulæ oppidum lib. Notit. *Digan vvay*, Camdeno.

Dictynna, Nympha Cretenſis, quæ caſſes venatorios prima creditur inueniſſe: vnde & Dictynna eſt appellata, cùm antea Britomartis vocaretur. Ferunt autem hanc in Creta Dianæ conſuetudine familiariſſimè vſam fuiſſe, quæ ipſa ob id à poetis nonnunquam Dictynna appellatur. Sunt qui Dictynnam à Minoe Cretenſium rege adamatam ferunt, eiúſque vim cùm alioqui effugere non poſſet: ex edita rupe ſe in mare præcipitaſſe, retibúſque piſcatorijs exceptam fuiſſe, indeque nomen accepiſſe.

Dictynna, Cretæ inſulæ vrbs, à qua mons Dictynnæus dictus. Strabo.

Dictynnæum, promontorium in Creta ſimiliter & delubrum. Strabo. Vide Britomartis.

Dictys, vnus ex Centauris Pirithoi manu in Hippodamiæ nuptijs interfectus. Ouid. libr. 12. Metamor.

Dictys, Cretenſis hiſtoricus, qui cum Idomeneo Troiam profectus, totum illud bellum Phœnicum literis conſcripſit. Suidas hiſtotiam Ephemerida compoſuit.

Dictys, piſcator quidam, qui Perſeum educauit. Statius lib. 2.

Fluctiuagus voluerem tumebat Perſea Dictys.

Dida, Pæoniæ præfectus, Demetrium Philippi filium veneno necauit. Liu. lib. 10.

Dida, pugil nobilis. Pauſan.

Didaſcæ, Æthiopiæ ſub Ægypto populi. Ptol.

Didattium, Sequanorum vrbs in Belgica. Ptol. *Talenberg*. Lazio.

Didaucana, Bithyniæ oppidum. Ptol.

Didia lex, à Didio lata poſt Fauniam legem duodeuiginti annos ſecuta eſt, cuius ferendæ duplex ratio fuit. Prima, vt non ſolùm vrbs Romana, ſed vniuerſa Italia lege ſumptuaria teneretur Secunda, vt non modò qui conuiuia majore ſumptu feciſſet, ſed etiam qui ad eam vocati eſſent: atque omninò interfuiſſent, pœna legis tenerentur. Macrobius li. 3. c. 57.

Didius Iulianus, xx. Romanorum imperator, anno ab vrbe 945. Hic vſque adeò parcus erat, vt procellum atque lepuſculum ad ſe dono miſſum in tridoanas partiretur cœnas; prandebatque interim paucis oleribus & herbulis contentus: cuius hic fuit vitæ exitus, vt à Septimio Seuero ſucceſſore ſuo in abditas palatij balneas ductus extenta damnatorum more ceruice vltimū diem, obierit. Author. Sex. Aurel.

Dido, ſiue Elizea, filia Beli Tyriorum regis, quæ primis nuptijs Sichæo Herculis ſacerdoti juncta fuit: quem cùm Pygmalion, Elizæ frater, theſauris eius inhians, ante aram obtruncaſſet, illa in ſomnis monita, cum ijs, quibus Pygmalionem inuiſū eſſe ſciebat, effoſſis clam theſauris, nauem conſcendit, & in eam Africæ partem, quæ Zeugitana appellata eſt, delata, tantùm ſibi ſoli emit, quantum taurino corio poſſet circumdare. Quo in loco cùm corium in tenuiſſimas partes diſſecuiſſet, locumque ſatis amplum complexa eſſet, vrbem condidit, quam Carthaginem appellauit, arcémque in medio vrbis, quam à corio bubulo Byrſam vocauit. Deinde cùm Iarbas Getuliæ rex, nuptias eius ambiret, recuſantémque vi, armiſque cogeret, ſibi ipſi manus intulit, præferens nimirum honeſta morte occumbere, quàm prioris lecti jura ſecundis nuptijs polluere. Virg. lib. 1 & 4. Æneid. fabulatur Æneam, capta Troia, à patria profugum, vt tempeſtatis Carthaginem fuiſſe delatum, Elizámque amore eius captam, cùm præter ſpem deſereretur, mortem ſibi conſciuiſſe. Quæ tamen res grauiſſimorum hiſtoricorum fide facilè refellitur, qui Carthaginem tradunt ſeptuageſimo demum anno, poſt Romam conditam, ab Eliſa condi cœpiſſe. Ab Æneæ verò in Italiam aduentu vſque ad vrbem conditam numerantur anni amplius quàm trecenti, quibus Albæ regnatum eſt. Hac de re extat elegans apud Auſonium Epigramma.

Didugna, Babyloniæ vrbs. Ptol.

niduri, populi in confinio Albaniæ prope Labienos, quorum meminit Plin. lib. 6. c. 10.

Didyma, locus Thebaidis in Ægypto. Ant.

Didyma, locus & oraculum Mileti, Ioui & Apollini ſacrum. Sunt etiam fontes Theſſaliæ. Item duæ paruæ inſulæ juxta Syrum. Et montes prope Laodiceam. Steph.

Didymæ, arum, inſulæ Africæ, quæ Ægypto adiacent. Ptol. Ciliciæ vicus. Steph.

Didymæ, inſula Siculi maris inter eas, quas Æolidas vocant. Pomp. li. 2. Eſt & vrbs Libyæ, Steph. Siciliæ item oppidum. Ouid.

Didyme, Ptol. vna eſt ex Æolis inſulis, inter Italiam & Siciliam. *Saline*, Fazello, *Panare*, Leandro, Fazellus ait *Panaria*, eſſe, *Iceſiam*, Ptolemæi: quā eandē cū *Thermiſſa*, Strabonis dicit.

Didymeon, ſiue Didymaon, armorum artifex eximius, de quo Virg. 5. Æneid.

Et clypeum efferre iuſſit Didymaonis artes,
Neptuni ſacro Danais de poſte refixum.

Didymeus Apollo dictus eſt, quòd geminam ſpeciem ſui nominis præferat, illuminando, formandóque lunam. Ex vno enim fonte lucis gemino ſidere, ſpatia diei & noctis illuſtrat, Macrob.

Didymeum templum, Apollini dicatum apud Miletum, quo priùs oraculum Branchidarum, Plinio appellatum eſt. Stabo lib. 4. Poſt Poſſidium, inquit, Mileſium eſt oraculum, Apollini Didymeo ſacrum apud Branchidas: ad XVII. ſtadia aſcendenti. Id à Xerxe incenſum eſt, quemadmodum cætera templa omnia, Epheſio excepto. Poſtea Mileſij templum conſtruxerunt omnium maximum, quod propter magnitudinem remanſit ſine tecto, varijs antiquarum artium donis ſumptuoſiſſimè ornatum.

Didymi, mons Aſiæ minoris apud Ptolem. Strabo Dindymum vocat.

Didymothicos, Thraciæ oppidulum in promontorio ſitum, ſub quo Lapidicinæ Gregoras. Item Cariæ locus. Suid. & in Aſia minori circa Æoliam. Polyb.

Didymus, Argiæ vicus. Pauſan.

Didymus, ſic dicebatur Thomas Apoſtolus. Ioan. 11. & 20.

Didymus, vir Alexandrinus, qui licet à parua ætate oculis captus foret, diuinas tamen literas optimè callebat, & inter Eccleſiaſticos ſcriptores illuſtris fuit. Hieronymus. Quod cùm propter cæcitatem etiam elementorum ignarus eſſet, tantum miraculum ſui omnibus præbuit, vt Geometriam, quæ vel maximè viſu indiget, perfectè didicerit.

Didymus Alexandrinus alius, ſalſamentarij filius, quo nemo (vt Quintilianus inquit) plura ſcripſit: grammaticus fuit & ad Augusti tempora peruenit, qui ob aſſiduam circa libros moram, χαλκέντερος, eſt appellatus: nam ad tria millia librorum & quingentos ſcripſiſſe dicitur.

Didymus Monachus, maximus contemplationum doctor cognominatus. Hanc ſententiam crebris ſermonibus vſurpare & prædicare erat ſolitus: De prouidentia atque judicio apud temetipſum ſemper exerce ſermones, ac ſtudiorum materiam memoria retine. Penè enim omnes in his peccamus, rationémque judicij in corporum differentia, in qua etiam eſt mundus, inuenies: prouidentiæ verò, in modis, quibus à malitia vel ignorantia, ad virtutes, atque ſcientiæ culmē euehitur. Socrat. l. 8. c. 1. hiſt. trip.

Didymus poeta, Georgica ſcripſit.

Didymus, Philoſophus Academicus.

Dienſes, populi Macedoniæ. Plin. li. 4. c. 10.

Dierna, Daciæ vrbs, Ptol.. *Cheio*. M. Nigro.

Dieſpiter, Iupiter, quaſi dies, hoc eſt, lucis pater, vt in Saturn. interpretatur Macrobius. Horat. li. 1. Carm.

-- námque Dieſpiter,
Igni coruſco nubila diuidens.

Diethuſa, inſula Thraciæ adiacens, non procul à Cherroneſo. Pli. li. 4. c. 12.

Dieuches, Medici nomen. Pli. li. 20. c. 5.

Digena, Arabiæ fœlicis vrbs. Ptol.

Digentia, fluuius Italiæ, cuius meminit Horatius, li. 1. Epiſt. ad Lollium. *Riuo del Sole*. Leandro.

Digeri, populi Thraciæ. Steph.

Diglito, appellatur Tigris fluuius, vbi tardior fluit, hoc eſt, vſque ad Medorum fines.

Dij, Thraciæ populi, Rhodopen incolentes. Thucid. li. 2.

Dijouis Iupiter appellatus eſt, quaſi diem juuans.

Dijpotens, Nili Epitheton. Euſtat. in Homerum.

Dilajau, i. pauper domini, ſiue exhauſtio, vel ramus domus domini, aut macilentus. Nomen viri, 1. Paral. 24.

Dilæ, Galliæ Narbonenſis portus, XII. M. paſſ. à foſſis Marianis Anton.

Dimales, Illyrij ciuitas, ab Æmilio vi capta, anno ab vrbe 535.

Dimas, curſor nobilis, de quo Stat. libro 6. Theb.

Et hic in Iſthmiaca victor clamatus arena,
Phædimus, alipedúmque fugam prægreſſus equorum, *Antè Dimas.*

Dimaſtus, inſula circa Rhodum. Plin.

Dimaſtus, mons in inſulr Mycono, quæ eſt Cycladum prima: cuius quidem montis incolæ omnes calueſcunt. In hoc verò Hercules interemit Gigantes. Plin.

Dimona, i. ſterquilinium, ſiue coaceruatio, aut a-

Digitized by Google

aut abundans numerus vel murus ciuitas in tribu Iuda. Ioſuæ 15.

Dimum, Mœſiæ inferioris vrbs. Anton.

Dimuri, Indiæ populi circa Indum fluuium. Plin.

Dina, i. iudicium, vel judicans, filia Iacob ex Lea vxore. Gen. cap. 30.

Dinæi, i. iudices, ſiue judicia. populi. 1. Eſd. 4.

Dinamene, Nympha marina, Nerei & Doridos filia, ita dicta ab eo quod in mari plurimùm polleat. Heſiod. in Theogon.

Dinarchus Corinthius, juſſu Polypercontis jugulatus. Plutarch.

Dinaretum, promontorium Cypri, maximè Orientale. Plin.

Dindari, Dalmatiæ populi. Plin.

Dindryme, vrbs Macedoniæ. Steph.

Dindyma, Stephano montes ſunt Troadis, à quibus Dindymene, Rhea. Steph.

Dindymene, & Dindyme, dicitur Cybele, quòd in Dindymo, Phrygiæ monte, eius ſacra fierent. Sipont.

Dindymus, dymi, ſeu Dindyma, morum, mons celſiſſimus Phrygiæ, ſiue (vt quidam volunt) Idæ iugum, in quo Cybeles ſacra à Gallis, miris ſuperſtitionibus ſolita ſunt celebrari. Propert. lib. 3.

Dindymus & ſacra fabricata inuenta Cybele. Vide Dindymene.

Dine, locus Arcadiæ eſt, aquæ dulcis, juxta mare. Pauſan.

Dinia, Galliæ Narbonenſis vrbs. Plinius hodie *Degne.*

Diniæ, Phrygiæ locus. Liu.

Dinócrates Meſſenius, Romę in conuiuio temulentus muliebri ſaltauit habitu: poſtera die quum ab Achæorum imperio Meſſanam ad defectionem ſolicitare vellet, peterétque propterea præſidium à Tito Flaminio, de his reſpondit Flaminius, Videbimus: te verò miror vina tractare & ſaltare, & fœminam mentiri poſſe, quum res eiuſmodi moliri audeas. Plutarchus.

Dinocratus, Alexandri magni architectus, Alexandriam oppidum Ægypti ædificauit. Plut in vita Alexandri.

Dinogetia, Mœſiæ inferioris vrbs. Ptol. hanc Niger *Drimaga* vocat.

Dinolochus, curſor velociſſimus. Pauſan. libro ſexto.

Dinomenes, Syracuſanorum tyrannus. Pauſan.

Dinomenes, ſtatuarius nobilis. Pauſ.

Dinus, portus & locus in Lycia. Plin. lib. 32. cap. 2.

Dinus Florentinus, medicus præſtantiſſimus Euſeb. Chron. continuator.

Dinus Mugellanus, Iuriſconſultus, Bononiæ ius ciuile profeſſus eſt, circiter annum 1300. Commentarios in eam diſciplinam complures ſcripſit, in quibus doctrinæ puritatem cum primis ſecutus traditur. Hottomanus.

Dio, Conſul Romanus. Euſeb.

Dinoſthenes, ſtatuarius nobilis. Pauſan.

Dinoſycles, nobilis ſtatuarius.

Diobeſi, Thraciæ populi, quos Neſtus amnis præterfluit. Plinius libro quarto capite vndecimo.

Diobulium, oppidum prope Pontum. Stephanus.

Diocæſarea, Cappadociæ vrbs. Plin. & Phrygiæ. Ptol.

Diochites, vicus Ægypti, in quo ſepultus eſt Oſiris. Steph.

Diocles, primus rex Medorum. Euſeb.

Diocles Athenienſis, comicus poeta antiquus, cuius fabulas nonnullas commemorat, Athenæus.

Diocles, medicus Cariſtius, Darij Hiſtaſpis tempore, reliquit & ipſe commentarios. Suidas.

Diocletianopolis, vrbs Theſſaliæ, inter Ediſſam & Theſſalonicam. Polyb. Anton.

Diocletianus Iouius XXXVIII. Romanorum imperator, cùm XXII. annis, quibus in imperio fuit, res magnas geſſiſſet, depoſito imperio ruri vitæ reliquum egit, non minori libertate, quàm rei familiaris tenuitate.

Dióclous, Oſilochi filius. Homer.

Diochares, Cæſaris libertus. Meminit Cic. li. ad Attic.

Diodori, inſula Æthiopiæ iuxta fretum ſinus Arabici Arrian. in Periplo, *Babelmundel*, Ramuſio.

Diodórus, philoſophus Socraticus. Hieronyquinque filias dialecticus inſignis pudicitiæ habuiſſe narratur, de quibus & Philo, Carneadis magiſter, pleniſſimam ſcribit hiſtoriam.

Diodórus, cognomento Chronus, Dialecticus ex Iaſſo Aſiæ ciuitate fuit Platonis tempore, Euclidémque audiuit. Dictus Chronus ab Apollonio Chrono eius præceptore, cuius vt famam obſcurauit, ita & cognomen vſurpauit. Dialecticus etiam appellatur, quod (vt ait Laertius) primus inuolutum diſſerendi genus inuenerit. Hic apud Ptolemæum Soterem commorans, cùm inter epulas à Stilbone ſermones quoſdam dialecticos propoſitos extemplò nequiuiſſet exſoluere, ob id à rege per jurgium Chronus appellatur, conuiuium deſeruit, ac edito per otium ſuper ea propoſitione libro, ex animi mœrore extinctus eſt Diogenes Laertius. Plinius libro ſeptimo, capite 53.

Diodórus Stoicus, Ciceronis præceptor in

dialecticis, vt in Bruto ſcribit ipſe Erā (inquit) cum Stoico Diodoro: qui cū m habitauiſſet apud me, mecúmque vixiſſet, nuper eſt domi meæ mortuus: à quo cùm in aliis rebus tum ſtudioſiſſimè in dialectica exercebar.

Diodórus, comicus poëta, cuius cœmedias enumerat Athenæus.

Diodôrus Alexandrinus, filius Pollionis philoſophi, eius qui compoſuit dictionarium Atticum floruit Adriani temporibus. Suidas.

Diodóros præterea duos è Lidya Tiberij tēpore Strabo commemorat ambos oratores.

Diodorus Siculus, ſcripſit hiſtoriam quam Bibliothecam inſcripſit: continet autem res Romanas & varias in libris XL. vt Suidas teſtatur, qui dicit eum floruiſſe ſub Auguſto.

Diodôrus Tarſenſis præſul. Hieronymus.

Diodôrus, qui & Triphon, XIV. Syriæ rex. Flo. Liu. lib. 55.

Diodórus, epiſcopus ſapientiſſimus, velut quidam fluuius perſpicuus, atque torrens, oues quidem proprias irrigabat, luporum verò blaſphemias penitus abluebat: ac generis ſui nobilitatem ſpernens, libenter ſuſtinebat quamlibet pro fide calamitatē. Sozō. li. 8. cap. 3. hiſt. trip.

Diógenes, philoſophus Cynicus celeberrimus Antiſthenis diſcipulus: ἡμερόβιος, hoc eſt, in diem viuens, vulgò appellatus, quòd omni abiecta ſolicitudine, cibum ſuum in ſingulos dies emendicaret. Habitauit in poëtarum veſtibulis, & porticibus ciuitatum: cúmque ſe contorqueret in dolio, volubilem ſe habere domum iocabatur, & ſe cum temporibus immutantem. Hyeme enim os dolij vertebat in Meridiem: æſtate ad Septentrionem, & vbicunque Sol ſe inclinaret, Diogenis prætorium vertebatur. Obiit fermè nonagenarius, mortíque vicinus juſſit cadauer ſuum inhumatum abijci: quærentibúſque amicis, volucribúſne & feris corpus ſuum dilaniandum vellet relinqui? Minimè, inquit, ſed bacillum apud me, quo illas abigam, ponitote: irridens nimirum amicorum præpoſteram curam, qui tantopere de humatione cadaueris, omnis ſenſus expertes erant ſolliciti: quaſi magnum quiddam intereſſet, à ferísne, an à vermibus abſumeretur. Cùm in patria adhuc eſſet, Pythiam conſuluit, quónam modo poſſet excellere, reſpondit, Si nummos adulteraret. Quo ille facto patria pulſus, Athenas venit, iam ſenex à Scytalo pirata captus, venundatúſque Xeniali Corinthio fuit. qui eum manumiſit, eique liberos ſuos ad erudiendum tradidit, apud quem Diogenes viuere voluit, quum poſſet ab amicis redimi. De eo ſcribitur, quòd cùm Antiſthenes nullum diſcipulorum recipere, perſeuerantem Diogenem remouere non poſſet, nouiſſimè claua minatus eſt, niſi abiret, Cui ille ſubjeciſſe dicitur caput, atque dixiſſe, Nullus tam durus baculus erit, qui me à tuo poſſit obſequio ſeparare. Vtebatur Diogenes palliolo duplici propter frigus, peram pro cellario habuit, ſecúmque portauit clauam ob corpuſculi fragilitatem, qua iam ſenex membra ſuſtentare ſolitus erat. Ferunt accedentem Alexandrum rogaſſe, ne ſibi apricanti à ſole obſtaret. Plutar. in Apophthegm.

Diogenes, tragicus poëta. Cæl. libro 9. capite tertio.

Diogenes Apolloniates, Anaximenis auditor temporibus Anaxagoræ.

Diogenes Sicyonius, qui Peloponneſiaca ſcripſit.

Diogenes Tarſenos quæſtionum poeticarum ſcriptor.

Diogenes Babylonius, Stoicus philoſophus præceptor Antipatri. Cicero in Officiis.

Diogenes Laertius, hiſtoricus, ſcripſit de vita & moribus philoſophorum.

Diogenetus, ſiue Dioginêtus, VII. Athenienſium judex.

Diogenêtus, ſiue Diognêtus, vnus itinerum Alexandri regis menſor, quem Plin. lib. 6. ſe ſequi teſtatur.

Diogenêtus, ætate Cæſaris Antonini philoſophi pictor egregius. Iulius Capitolinus.

Diogenêtus, Clithomachi pater illius Pœni, qui ſucceſſit Carneadi, vocatus antè Haſdrubal.

Diogenianus, ex Heraclea grammaticus ſub Adriano principe, ſcripſit Dictionarium per ordinem literarum, multáque alia in arte grammatic. Suidas.

Diogenis, Æthiopię promontorium ad ſinum Arabicum. Ptol.

Diognetus, Athenienſium imperator, anno ab vrbe 161.

Diognetus, fuit pictor ſub Antonino.

Diomeda, Hom. Ilia. 9. Phorbantis filia, quam Leſbo abduxerat Achilles: & cum qua poſt raptam Briſeida dormire conſueuerat.

Diomedea, vrbs Dauniorum à Diomede condita, & inſula in qua Ardeæ cicures adulitant, & ſinum ſubeunt, in quas Diomedis ſocios mutatos aiunt. Eſt & Diomedea prope Argyrippam. Steph.

Diomedeæ inſulæ duæ, è regione Gargani, quarum altera habitatores habet, altera deſerta eſt, vbi diſparuiſſe aiunt Diomedem, & ſocios eius ad dolorem in aues conuerſos, quæ ob id Diomedeæ vocitatæ ſunt. Has aues Iuba Cataractas appellat. Dentes eis eſſe dicuntur, oculi igneo colore, cætero corpore candidæ [illegible] quæ in ſola Diomedea inſula viſuntur.

Diomedei campi, vocati ſunt in Apulia, qui in [illegible] diuiſi ſunt.

Digitized by Google

diuiſione regni ; quam cum Dauno feciſſe dicitur, Diomedi ceſſerunt.

Diomedes, rex Ætoliæ, Tydei & Deiphiles filius, qui cum reliquis Græcis ad Troiam profectus adeò ſtrenuè ſe geſſit, vt poſt Achillem & Aiacem Telamonium fortiſſimus haberetur. Nam præter occiſos à ſe reges & ſingulares pugnas aduerſus Hectorem & Æneam, alióſque inſignes Troianorum Principes, & captos Rhœſi equos, Palladiúmque Troianis ſubtractum. Martem quoque in eo bello vulnerauit, Venerémque dextra manu, dum Æneam protegere vellet. Quamobrem dea indignata, Ægialem vxorem eius tanta libidinum turpitudine inuoluit, vt eius cauſa patriam exoſus Diomedes domum reuerti noluerit, ſed in Apuliam profectus, regni partem à Dauno acceperit, ibíque Arpos condiderit. Quidam ferunt Diomedem ab Ænea dolo occiſum, eiúſque ſocio doloris impatientia in aues Diomedeas eſſe commutatos.

Diomedes, rex Thraciæ, qui cùm equos ſuos humana carne aleret, ab Hercule victus, equis ſuis in pabulum eſt obiectus. Ouid. in Ibin.

Vtque Threicio quondam præſepia regi,
Fecerunt dapibus ſanguinolenta ſuis.

Idem 9. Metamorph.

Qui cùm Thracis equos humano ſanguine pingues, &c.

Diomedes grammaticus, multi ingenij vir.

Diomedis promontorium, vide Hyllis.

Diomia, pars tribus Ægeidis, quòd Hercules illic Colyti hoſpitio ſuſceptus, Diomum eius filium amauerit. Steph. vide Cynoſarces.

Dion, vrbs in Eubœa ad Cynæum. Cæl. lib. 8. cap. 84.

Dion, Cretæ inſulæ promontorium. Ptolem. Vrbs ibidem, ſed interius in mediterraneis. Plin. Epiri vrbs Strabo, Theſſaliæ oppidum. Stephan. Item Italiæ, Piſidiæ, Thraciæ, & Cœleſyriæ.

Dion, Alexandrinus Philoſophus præſtantiſſimus, cuius frater Iopſius luctator erat. Is cùm à quodam probris ac conuiciis grauiſſimè fuiſſet laceſſitus, ne verbo quidem maledictis reſpondit, videlicet Philoſophiæ dogmatum memor, ſed hoc tantùm conuiciatori reſpondit, Ne gry quidem: vnde natum prouerbium, Dionis gry.

Dion Syracuſanus, apud ſuos ciues potentia & facultatibus præditus, Platonem primò Syracuſis audiuit, dum illic apud Dionyſium ageret: apud quem ipſe quoque in honore fuit. Sed poſtea (quòd eſſet ei propinquus & familiaris) cùm eum ſæpe ad liberandas Syracuſas, tum per ſe tum per Platonem hortaretur, in ſuſpicionem tyranno venit, quare in exilium actus, Athenas nauigauit: quò tempore Platoni ludorum præfecto, impenſas de ſuo ſuppeditauit. Tandem à Platone (vt creditur) inductus, patriam tyrannide liberauit, exacto Dionyſio. Plutarch.

Dion Caſſius, patria Nicæus, hiſtoricus, vir conſularis, ſcripſit Roma. hiſtor. lib. LXXX. prætereà res geſtas Troiani Principis, vitam Ariani Philoſophi. Suid.

Dion Pruſieus, Sophiſta & Philoſophus, cognomento Chryſoſt. prodibat in publicum amictus pelle leonis. Apud Traianum plerumque vixit, cuius familiaris, eodémque curru dignatus. Scripſit pro Homero contra Platonem libros quatuor De virtutibus Alexandri Magni libros decem. Prætereà an mundus eſſet interiturus. De Comæ laudibus. De laudibus Herculis, varias item orationes editas, Suid. Dictus eſt autem, χρυσόστομος, ex ſuaui nitidáque eius oratione.

Dione, vna ex Nymphis Oceani & Tethyos filia, Veneris autem mater, ex Ioue. Vnde & Venerem ipſam Dionæam cognominat. Virg. 3. Æneid.

Sacra Dionææ matri, diuíſque ferebam,
Auſpicibus cœptorum operum, &c.

Dionia, vrbs Cypri. Steph.

Dionyſia, ludi in honorem Bacchi, vbi maxima bibendi licentia permittebatur. His intererant populus & athletæ paſſim coronati.

Dionyſia, ſub Decio martyrio apud Alexandriam coronata, anno ſalutis 251.

Dionyſia, vrbs Italiæ. Steph & Ægypti. Ptolemæus.

Dionyſiades, inſulæ duæ circa Cretam. Diodorus.

Dionyſiana, Africæ vrbs, apud D. Auguſtinum. Eandem in Carthaginienſi concilio, *Ieſiniana*, nominari cenſeo, & *Coniſiana* apud Vict. Vticenſem.

Dionyſias, inſula quam aliter Naxum vocant, à vinearum fertilitate ſic dicta. Eſt & gemma miſtis nigro rubentibus maculis, quæ in aqua trita ſaporem vini facit. Plinius libro 36. cap. 10.

Dionyſides, poëta tragicus ex Tarſo ciuitate Strab. lib. 14.

Dionyſiodorus, geometra nobilis, in cuius mortui ſepulchro affines reperiſſe dicuntur Epiſtolam eius nomine ad ſuperos ſcriptam, perueniſſe eum à Sepulchro ad infimam terram, eſſéque eò ſtadiorum XLIII. millia. Author. Plin. in fine ſecundi.

Dionyſiodorus, tibicen nobilis apud Plin.

Dionyſiopolis, ciuitas in Ponto, Cruni priùs dicta ab aquarum defluxu: cùm verò poſteà Dionyſij ſimulachrum è mari ad locum appuliſſet, nomen inde recepit. Plin. Steph.

Dionyſiopolis, vel Dionyſopolis, vrbs Thra-

ciæ Plin. & Pomp. Mela. li. 2. quam Crupos antè dictam tradit Plin. & Steph. Varna Iouius, & Chaliacra Niger vocat.

Dionyſiopolis, quæ & Nagara Ptol. Indiæ intra Gangem vrbs. *Nerg*, dicitur Gaſtaldo Nyſſam eſſe, cuius Iuſtinus, Plin. & alij meminere, putat Glareanus.

Dionyſiopolitæ, populi Dionyſiopolim, habitantes Cicer. 1 ad Q. frat.

Dionyſius, vini inuentor, Iouis ex Semele Thebana filius, quem & Bacchum & Liberum patrem nominamus. Vnde & Dionyſia dicta ſunt feſta in honorem eiu[s] inſtituta. Vide Bacchus, & N. Comitem mythol. lib. 5. c 13.

Dionyſius hic, qui & Bacchus dicitur, vites, & vini vſum, atque cæterarum arborum fructus inueniſſe fertur: cùm nimirum ipſe orbem cum exercitu perambularet, vitem plantare & ex racemis vinum torculari, ex quo ipſe Liæus appellatus eſt, educere monſtrauit. Virg. in Georg. Prętereà cùm ipſe tempore Moſis in Ægypto degeret, támque tot ac tantis pl[a]gis afflictam cerneret, ac perituram exiſtimaret, Græciam petiit, Græcóſque, agriculturam, ac vſum vini docuit. Comeſt. in c. 10. Exod.

Dionyſius, Siliciæ tyrãnus, Iuſtinus ex Trogo.

Dionyſius, è Sicilia Carthaginienſibus pulſis occupatóque totius inſulæ imperio, c[o]pias in Italiam traiecit aduerſus Græcos, qui proxima Italiæ littora tenebant. Itáque Locros priùs expugnat, deinde Crotoniatas aggreditur, qui Locris auxilium tolerant. Is deinde Dionyſius, quem paulò antè non Italia, non Sicilia capiebat, aſſiduis belli certaminibus à Carthaginienſibus victus, inſidi[is] ſuorum interficitur. Iuſtinus ex Trogo.

Dionyſius, ſuperioris filius, natu maximus inter fratres, Patri, militum fauore, ſucceſſit, qui initio tyrannidis p[o]pulum ſibi libertate concilians, tria millia cap[ti]uorum è vinculis exire permittit. Tributa i[n]ſuper populo per triennium remittit ſublatiſque fratribus ac propinquis, quos metuebat, paulatim in cæteros graſſatur. Itá[q]ue ob crudelitatem inuiſus Syracuſanis, bello expugnari cœptus, in arcem ſe recepit Legatos etiam Syracuſanos de pace, contra ius gentiu[m] retinuit. Tandem vi pulſus ex arce prof[u]gus [c]làm Italiam Locros conceſſit, qui ſub eiùs erant poteſtate. A Locrenſibus verò ignaris quòd exul eſſet, exceptus, ſolitam quoque in eos exerc[u]it ſæuitiam, ſex annis, rapinis ſtupríſque omnia complendo: deinde Locrenſium conſpiratione ciuitate eiectus: in Siciliam rediit ibi Syracuſas, ſecu[r]is omnibus, poſt longum pacis interuallum per p[r]oditionem recepit. Cúmque grauior eſſet, iter[a]ta conſpiratione, duce Dione Syracuſano, cùm Corinthiorum auxilio obſideretur depoſito imperio, arcem Syracuſanis tradidit, atque in exilium Corinthum profectus eſt ibíque ludimagiſtrum agens pueros in triuiis docebat. Trogus. Erat enim eruditis, vtpote Platonis auditor olim. Interrogatus iam exul, quid ei Philoſophia profuiſſet: reſpondit, Vt æquo animo ferrem talem fortunæ mutabilitatem. Regnauit hic annis triginta octo. Plutarchus regiam Dionyſij puluerulentam fuiſſe ait: propter eorum multitudinem, qui geometricas in puluere figuras deſcribebãt. Huius Dionyſij cùm omnes Syracuſani interitum optarent, quædam anus ſola quotidie Deo orabat, vt ipſe diu incolumis ac ſuperſtes eſſet, quod quidem audiens tyrannus admirabatur, & cauſam quærit. Ait illa, Cùm puella eſſem, & grauem tyrannum haberemus, carere eo cupiebam: ac ſucceſſit illi grauior: & cùm illo item carere cupiebam, tertium te importuniorem excepimus: timens ergo deteriorem ſuccedere tibi, caput meum pro tua ſalute deuoueo. Tam facetam mulieris audaciam tyrannus erubuit. Hic Dionyſius accepta tragœdiarum victoria, indéque nimio gaudio perfuſus expirauit. Plin. libro 6. cap. 53.

Dionyſius, Philoſophus Heracleotes Zenonis Stoici auditor, qui cùm renum morbo laboraret, cruciaretúrque dolore intolerabilis, ſuccumbens dolori clamabat, falſa eſſe q[u]æ è Zenone didicerat. Zeno enim & Stoici omnes hoc habent dogma, dolorem ſcilicet non eſſe malum, ſed indifferens.

Dionyſius dialecticus, è Bithynia commemoratur. Strab. lib. 11.

Dionyſius Corinthius, vt Suidas ſcribit, alij Afer ex Byſante ciuitate, temporibus Auguſti, ſcripſit Geographiam verſibus hexametris.

Dionyſius Alexandrinus grammaticus, peruenit ad Traiani tempora, cuius Bibliothecæ, & Epiſtolis præfuit. Suid.

Dionyſius Mileſius hiſtoricus, ſcripſit res Perſicas, & quæ poſt Darium ſecuta ſunt. Suidas. Philoſtrat. hunc ſcripſit, Adriano Principi, ob ingenium acceptum fuiſſe, à quo Satrapes factus ſit, adſcriptúſque inter equites.

Dionyſius Halicarnaſſeus, Auguſti temporibus Romanam ſcripſit hiſtoriam. Suidas. Scripſit etiam de characteribus antiquorum oratorum. Prætereà de compoſitione orationis, & elocutione quomodo fiunt Ep[it]halamia, Epitaphia, panegyrica, quæ The[o]dorus Gaza in Latinam orationem conuertit.

Dionyſius, Heracleonis filius, tyrannus, apud Heracleam & Antiochiam regnauit. Strabo libro 16.

Dionyſius Areopagita, præſul Athenienſis Paulj

Pauli diſcipulus, vt ſcribitur in Actis Apoſtolorum ſolus Paulo concionanti è Philoſophis qui aderant, credidit. Hic cùm eſſet in Ægypto quò ſe diſciplinæ cauſa contulerat, videretque Eclipſim nulla ratione, cùm CHRISTVS paſſus eſt, vnà cum Apollophane ſophiſta præceptore ſuo, dixit: Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina diſſoluetur. Scripſit (vt quidam exiſtimant,) ad Timotheum præſulem Epheſi de diuinis nominibus libros XII. de Hierarchia cœleſti, de cœleſtibus ordinibus: prætereà alia complura opuſcula, vt ait Suid. Vide Nicephor. lib. 2. c. 20. & Metrod. in eius vita.

Dionyſius, Corinthiorum præſul ſub Marco & L. Antoninis, & doctrina & ſanctitate clarus, ſcripſit Epiſtolas quaſdam valde laudatas. Hieronymus, vixit anno Domini 166.

Dionyſius, præſul Alexandrinus, Origenis diſcipulus, cuius operum meminit Hieronymus.

Dionyſius Papa, circiter annum à natali, Saluatoris ducenteſimum ſexageſimum octauum tam presbyteris vrbis Romæ, quàm aliarum gentium templa, cœmeteria, ac parochias diuiſit. Præterea Epiſcopis Diœceſes diſtribuit mandauitque vt vnuſquiſque ſuis finibus, limitibuſque contentus eſſet. Platina.

Dionyſius Gorgyienſis, in Gorgyia loco Sami colitur, Steph. in Georgyia.

Dionyſius, Apoſtolorum diſcipulus, ſextus Viennenſis Epiſcopus, vir pius, & eruditiſſimus Adon. Arch. Vienn.

Dionyſius, Hammonis regis Libyæ & Amaltheæ filius. Beroſus.

Dionyſius, Phocenſiũ dux, anno ab vrbe 251.

Dionyſius. XXIII. Romanorum Pontifex, annis X. anno ſalutis 267.

Dionyſius, conſul, collega Florentij, anno ab vrbe 1182.

Dionyſopolis, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol. Et Phrygiæ. Plin. Item, in Libya. Steph.

Diope, vrbs Arcadiæ. Steph.

Diopœnus, nobilis Cretenſis ſculptor. Plin.

Diophanes, Mitylenæus rhetor, Gracchi præceptor. Cicero in Bruto.

Diophanes. vir Bithynicus, Vticenſem totum Dionyſium Pœni Magonis librorum de agricultura interpretem, per multa diffuſum volumina ſex Epitomis circumſcripſit. Columel. & Varro.

Dipolis, ciuitas emporienſibus vicina, quam murus diuidit, quoſdam ex Indigentibo inquilinos prope ſe habens, qui etſi per ſe ſuam agerent rempublicam, communia tamen habere mœnia cum Græcis tutelæ gratia, voluerunt. Strab libro 3. Malè Strabonis verba hic accepta ſunt ab huius lexici conſcriptore, nihil enim aliud ſibi voluit Strabo quum de Emporio dixit, δίπολις δ᾽ ἦν, quam quod Liuius dicit, Emporias fuiſſe duo oppida muro diuiſa. vide Caſauboni notas ad Strab. libro 3.

Diopolis, Armeniæ minoris vrbs à Pompeio Magno ſic nominata, cùm priùs Cabira vocaretur, eandémque poſteà Auguſtam, σεβαστὴν, appellauit. Strab. lib. 12.

Diores, vir quem Turnus interemit. Virg. libro 12.

Diorduli, Taprobanæ inſulæ populi. Ptolomæus.

Diorycticos, nomen inſulæ, id eſt continenti abſciſſa.

Dioryctus, locus eſt Acarnaniæ trium ſtadiorum longitudine, vbi Leucadia inſula olim opere accolarum è continenti fuit abſciſſa, iedámque reddita, ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium. Plinius libro quarto, cap. primo.

Dios hieron, id eſt, Iouis templum, oppidulum Ionicæ, inter Lebedum & Colophonem. Stephan.

Dioſcorides Anazarbeus, Medicus, M. Antonij & Cleopatræ familiaris, ſcripſit libros VIII. de Materia medica.

Dioſcórius, Miræus, grammaticus, præfectus prætorij Leonis imperatoris, ac præceptor filiorum eius. Suid.

Dióſcoron, inſula in finibus Italiæ, è regione Lacinij promontorij. Plin.

Dióſcorus, Alexandrinus, à ſynodo Chalcedonenſi D.C. Epiſcoporum damnatus, anno ſalutis 453.

Dióſcorus conſul, collega Eudoxij, anno ab vrbe 1195.

Dioſcórus, ſub Decio, martyrio apud Alexandriam coronatus, anno ſalutis 251.

Dióſcorus, nomen menſis 3. Macch. 11.

Dióſcorum, vicus in Libya, vbi Dioſcuri Paridem perſequuti, Helenam rapuerunt. Steph.

Dioſcuri, à Græcis dicuntur Caſtor & Pollux quaſi Iouis filij. Antiquitas credidit, nos ſalutares eſſe nauigantibus, ſi gemini apparerent (apparent autem ignis ſpecie, antennæ aut malo inſidentes) contra triſtes, ſi ſinguli Dioſcuri, apud Græcos (inquit Cicero libro 3. de Natura Deorum) multis modis nominantur. Primi tres qui appellantur Anaces, Athenis ex rege Ioue antiquiſſimo & Proſerpina nati. Tritopatreus, Ebuleus Dionyſius. Secundi Ioue tertio nati ex Læda, Caſtor & Pollux. Tertij dicuntur à nonnullis Alco, Melampus & Emolus, Atrei filij, qui Pelope natus fuit.

Dioſcurias, Italiæ promontorium. Diodor.

Dioſcurias, quæ & Sebaſtopolis, Ptolem. & Arriano Colchidis, ad Pontum vrbs quondam Æa dicta, Stephano auctore. Plinio hæc tamen in:

uerſæ ſunt: habet & Stephan. quoque eodem tractu Æam aliam à Dioſcuriade. Dioſcuriadem Caſtaldus hodie Sauoropoli vocat. Ioſephus Barbatus Setaſtopoli.

Dioſcuriades, vel potius Dioſcurias, vrbs in Colchide, nunc deſerta, quondam adeò clara, vt nonnulli prodiderint ex ea trecentas nationes quæ diſſimilibus linguis vterentur deſcendiſſe, & poſteà à Romanis centum triginta interpretibus negotia ibi geſta fuiſſe. Stephanus Dioſcurias vna eſt ex Leucis inſulis in Africa, item alia iuxta Pontum, quæ Sebaſtopolis vocatur, & priùs Æa dicebatur. Eſt etiam inſula Dioſcoridis in mari rubro. Steph.

Dioſpage, Meſopotamiæ oppidum in campeſtribus ſitum. Plinius libro ſexto, cap. vigeſimo ſexto.

Dioſpolis, Ægypti ciuitas, quæ Hecatompylos quandoque dicta fuit. Sunt & aliæ locis aliis hoc nomine in Ægypto quatuor præter hanc puſillæ ciuitates: item in Lydia, in Palæſtina. Apud Stephanum etiam Arabiæ ciuitas eſt, Berythus poſteà vocata. Multa ad eius hiſtoriam traduntur à Stephano.

Dioſpolis, Bithyniæ vrbs Ptolemæo ad Pontum, *Chie*, Nigro dicitur. *Port de Haſſie*, Theueto. Vide Berytos Laodicea. & Thebæ.

Dioſteenoſia, fons in Andro inſula, qui quotannis nonis Ianuarij, vini ſapore fluit. Plin. libro 2. cap. 103.

Diotima, nomen eſt mulieris Philoſophiæ ſectatricis, cuius lectionibus intereſſe non erubeſcebat Socrates, Plato in Sympoſio.

Diotimus, Athenienſis viri nomen, qui cognominabatur Chorias, Cæl. lib. 29. cap. 1.

Diotrephes, vir peſſimus, vt teſtatur Ioannes in tertia ſua Epiſtola.

Dioxippus, nobilis Athleta. Plin.

Dioxippus poeta comicus, cuius fabulas commemorat Suidas.

Dioxippus, miles Alexandri Magni, mira fortitudine prouocatus à Corrago (quem Horratum vocat Curtius) milite enim Macedone claua eum cæcidit. Ælianus & Curtius libro 8.

Dipæa, vrbs Arcadiæ. Steph.

Diphilus, Athenienſis Imperator, anno ab vrbe 311.

Diphilus, fuit architectus in perducendis ad finem operibus tardiſſimus: adeò vt locum fecerit in prouerbio, Diphilo tardior, Cic. ad Qu. fratrem lib. 3.

Diphri, vrbs Phœnicum. Steph.

Dipnias, vrbs Theſſaliæ circa Lariſſam, vbi aiunt Apollinem primùm eſſe pranſum, cùm ex Tempe purgatum rediit. Steph.

Dipœna, Arcadiæ oppidum. Pauſan.

Dipœnus & Scyllis, qui marmore ſculpendo primi omnium inclaruerunt. Ij Scionem ſe contulere, quæ diu fuit officinarum omnium metallorum patria. Plin. lib. 36. c. 4.

Dipolis, Lemnus vocatur: habet enim in ſe Hephæſtriam & Myrinam.

Dippo, Hiſpaniæ vrbs inter Cordubam & Emeritam. Anton.

Dipſa, nomen Lænæ, quam Ouidius ſuis carminibus inſectatur, quòd puellam ſuam meretricia arte inſtrueret.

Dipſon, locus in Arabia, montibus aſper, & aquarum inops. Vnde hoc nomen traxit. Plin. lib. 6. c. 29.

Dipſum, vel Dipſas, fluuius Ciliciæ ex Tauro profluens. Lucan. lib. 8.

Dirades, pars tribus Leontidis, à Dirade, quondam dicta. Steph.

Diradiotes Apollo dictus eſt, à Dira loco vbi vaticinabatur. Dabat ibi mulier oraculum, ſed priùs eam viri concubitu abſtinere oportebat. Singulis autem menſibus agnum noctu immolabat, cuius ſanguinem cùm epotarat, repentè dei nomine afflari credebatur. Palæph. lib. 1. de deorum cogn. Pauſan.

Diræ, quaſi deorum iræ, Acherontis & Noctis filiæ, animorum ſibi malè conſciorum exagitatrices. Seruius in illud Virgilij 12. Æneidos.

Dicuntur geminæ peſtes, cognomine Diræ,
Quas & Tartaream Nox intempeſta Megæram
Vno eodémque tulit partu, paribúſque reuinxit,
Serpentum ſpiris &c.

Diras, eaſdem facit cum Furiis, & in cœlo quidem Diras vocari ait, in terris Furias & Eumenides: apud inferos autem Stygias canes.

Dirbæ, locus Scythiæ, in quo Teos ciuitas eſt, ſi rectè legitur apud Steph. in voce, *τέως*.

Dircæus, inſignis poeta fuit, qui primus omniũ tubam æneã comperiſſe dicitur, ac tubæ modulos dediſſe. Nam cùm Lacedæmonij bellũ aduerſus Meſſenios gererẽt, diúque traherent dubiũ Martis euentũ, reſponſum acceperũt ab Apolline, vt, ſi vellent vincere, Athenienſi vterentur duce à quib. rogati Athenienſes in contumeliã ipſis Dircæum quẽdã claudum, luſcum, omníq; ex parte corporis deformem dederunt. Vſi ſunt eius auxilio Lacedæmonij, quibus ille cantum tubarum monſtrauit, quarum ſono & clangore territi Meſſenij, fugam fecerunt, adeptíque ſunt victoriam Lacones. Iuſtin. libro 3. ait in codice Iuſtini ſcriptum legitur, Tyrtæus. Vide ergo Tyrtæus.

Dirce, Lyci Thebarum regis vxor, quam ille repudiata Antiopa vxorem duxerat, quæ cùm Antiopam grauidam eſſe animaduerteret (nam poſt repudium à Ioue compreſſa fuerat) ſuſpicata virum ſuum clàm cum illa conſueſſe, in vincula eam coniecit. Verùm inſtante iam

partus

partus tempore. Iouis miſeratione vinculis ſoluta, in Cithæronem montem confugit, vbi Amphionem & Zetum gemellos peperit, qui poſtea Lycum interfecerunt. Dircem verò caudæ indomiti equi alligarunt: quæ diu ita per terram raptata, tandem deorum commiſeratione in ſui nominis fontem conuerſa eſt, non procul à Thebis. Propertius lib. 3. Lucan. lib. 3. Ab hoc fonte Thebani dicti ſunt Dircæi Virg. 2. Ecloga.

Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.

Dirce Babylonia, quæ ſua forma tumens, cum Palladi conuitiaretur, inter lauandum in piſcem conuerſa eſt. Ouid. lib 4. Meta.

Dirce quam verſam ſquamis velantibus artus
Stagna Palæſtini credunt celeuiſſe figura.

Dircena, fons eſt gelidiſſimus in Hiſpania Tarraconenſi; non procul à Bibili. Mart. li. 1.

Auidam rigens Dircenna placabit ſitim.

Dire, promontorium & vrbs eiuſdem nominis iuxta Æthiopiam. Steph.

Die, ciuitas Athenienſium ſocia. Steph.

Dira, Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs in Nili ripa, Plin.

Dirini, populi in ſecunda regione Italiæ à Plinio collocati, lib. 3. c. 11.

Diris, mons Mauritaniæ, quem propter altitudinem, cœli columnam vocauerunt. Ex euentu ab Atlante rege in eum mutato, nunc Atlas vocatur.

Dirphys, mons Eubœæ, vrbs Dirphya Iuno colitur. Steph.

Dis, Iouis & Neptuni frater, inferorum Deus, quem & Plutonem appellamus: vtroque nomine à diuitiis deducto, quæ ab inferis, hoc eſt, ex intimis terræ viſceribus eruuntur.

Dis, qui & Samothes dictus fuit, Noæ filius, primus omnium Celticas colonias fundauit.

Diſan, filius Seir. Horræi. Gen. 36. Filius item Anæ filij Sebeon, ibidem Lat. Trituratio, ſiue pinguedo, vel cinis, aut dens vel ebur abundans.

Diſceta, natio in Cyrene, quam Cornelius Balbus cum pleriſque aliis duxit in triumpho, Plin. lib 5. c. 5.

Diſoræ, populi Thraciæ. Steph.

Diſta, Ariæ regionis oppidum. Ptol.

Dithyrambici, poëtæ à dithyrambo Baccho dicti, quorum peculiare fuit verbis vti compoſitis, nodoſis, implicitiſque, ſed & tumentibus. Vnde Dithyrambicus intellectus de obſcuro dicitur, nec cuiuis peruio. Dicti ſunt & Amphianactes, quòd frequentiſſimè ita exordirentur, Ἀμφί μοι ἄναξ Cæli lib. 7. c. 5.

Dithyrambus, nomen quo Bacchus vocitatus eſt, quod iterum ſatus fuerit, ἀπὸ τῆς δὶς εἰς θύραν ἀναβαίνειν, quòd per duas veluti portas in vnam aſcenderet. Bis enim natus creditur ex vtero matris Semele & femore Iouis: vel Bacchus dictus Dithyrambus, quaſi Lithyrambus: vt eſt apud Pindarum, quod Iupiter illum aſſuiſſet femori, ac mox eo in lucem prodituro inclamaſſet, λῦθι ῥάμμα, λῦθι ῥάμμα, id eſt, ſolue ſuturam Lactantius.

Dithyrambus, vir Thebanus, à quo creditur genus illud verſuum fuiſſe cognominatum, in honorem Bacchi factum. Horat. li. 4. Car.

Ditiones, Dalmatiæ populi. Plin.

Dittani, populi Hiſpaniæ, ab Auſtro Celtiberis proximi. Strab. lib. 1.

Diua, Albionis inſulæ fluuius. Ptol.

Diudurum, vrbs XV. M. paſſ. à Lutetia diſtans. Anton.

Diuio, vrbs celeberrima, & metropolis Burgundiæ Ducatus, quaſi Diuiopolis, i. Diuorum, ſeu deorum ciuitas. Hanc olim Hedui, ſeu Sequani populi occupabant. vulgò *Dyon*. Munſt. lib. 1. Coſm.

Diuitiaticus, Heduus, hoſpes & laudator Ciceronis, & Cottæ, naturæ rationem ſibi notam eſſe profitebantur. & partim auguriis, partim coniectura quæ eſſent futura dicebat. Meminit Cic. 1. de Diuinat.

Diuorum, vrbs quondam Auſtraſiæ, modò Lotharingiæ metropolis, alio nomine Metis: vulgò, *Mets en Lorraine*. Ptol. lib 2. cap. 9. tab. 3. Eutrop. Aliis Theonis villam, vulgò *Theonville* eſſe putant.

Diui, Mauritaniæ Tingitanæ fluuius. Ptol.

Dius, XXVII. Hieruſalem epiſcopus, anno ſalutis 205.

Dizerus, vrbs Illyriæ dicta, nimirum, ἀπὸ τοῦ διζῆσθαι τὴν Μήδειαν, quòd illic quæſita ſit Medea. Steph.

Dizoatra, Armeniæ minoris oppidum. Ptol.

D O

Doanas, Indiæ fluuius extra Gangem, Ptolemæus.

Doanæ, populi, ibidem.

Doberæ, Thraciæ populi. Herodot.

Doborbica, Illyrici vrbs munitiſſima. Laonic.

Doberus, vrbe Pæoniæ. Steph.

Dochi, Æthiopiæ ſub Ægypto populi. Plinius.

Docimeum, vrbs Phrygiæ. Steph.

Docirana, Daciæ ciuitas. Ptol.

Docira, Liburniæ vrbs, Ptolemæo hodie Antibaris, huius incolæ dicti ſunt Docleatæ, quorum meminit Plinius libro tertio, cap. vigeſimo ſecundo.

Dopan, id eſt dilectio aut mamilla eius, vel patruus eius, nomen viri, 1. Paral. 20.

Dudanim, i. Dilecti, vel patruelis ſomnus, aut mamilla dormientis, filius Iauan. Geneſ. 10. à quo Rhodij.

Dodôna, ciuitas Chaoniæ regionis Epiri, iuxta quam propinquum erat nemus Iouis ſacrum querneum totum, vbi Iouis Dodonei templum fuiſſe dicitur, & in eo oraculum omnium quæ apud Græcos fuerunt, vetuſtiſſimum. In quo duas columbas conſulentibus reſponſa dediſſe quidam fabulantur, quarum altera Delphos, altera verò in Ammonis Iouis templum volauit. Alij arbores ipſas vocales fuiſſe volunt, & conſulentibus oracula edere ſolitas. Hinc Dodonæus Iupiter, qui in Dodonæo nemore colebatur. Item Dodonæum æs, tintinnabuli quoddam genus, die noctúque continuo crepitans: vnde & ad homines iuſto loquaciores prouerbiali metaphora trãsferri ſolet. Auſonius. Vide Epirus.

Nec Dodonæi ceſſat tinnitus aheni.

Dictam autem volunt Dodonam à Nympha quadam marina eius nominis: aut, vt alijs placet, à Dodone quodam Iouis & Europæ filio Steph. vel potius à Dodanim, filio Iauan, quorum poſteri ſuis ſuperſtitionibus veri Dei cultum à Noa ſincerè traditum fœdarunt.

Dódone, Iouis & Europæ filia, quæ Dodon dicitur.

Dódone, locus quem Deucalion ex oraculo condidit. collectis his qui ſuperfuerant diluuio, Dodonemque appellauit ab Oceani filia Dodone. Vnde Dodonius, nia, nium.

Dodona item fons eſt, qui cùm ſit gelidus, immerſas faces extinguit, ſi extinctæ admoueantur, accendit. Idem meridie ſemper deficit: qua de cauſa Anapauomenon eum vocant: mox increſcens ad medium noctis exurebat, ab eo ſenſim deficit. Plin. lib. 2.

Dodônides, Nymphæ fuerunt (vt Pherecides ait) Liberi patris nutrices, ita dictæ à Dodona Epiri ciuitate. Hæ & Atlandides vocantur, quarum nomina ſunt, Ambroſia, Eudôra, Paſithoe, Coronis, Plexaura, Pitho, Tythe.

Dœantes, campus & vrbs Phrygiæ, Acmonem enim & Dœantem fratres fuiſſe aiunt, à quibus Dœantium & Acmonium nemora dicta ſunt. Steph.

Doeg i. ſolicitus, ſiue piſcator, vnus ex paſtoribus Saul. 1. Reg. 21.

Doij, Arabiæ fœlicis gens, in Panchæa inſula. Diodor.

Dolabellæ familiæ Romanæ nomen. Lentulorum gentis fuiſſe creduntur. Legimus námque apud Aſconium Pedianum & Macrobium P. Lentulum generum Ciceronis fuiſſe, exiguæ ſtaturæ hominem, quem longo accinctum gladio Cicero videns, jocosè, quis illum alligaſſet gladio, quæſiuit. At hunc Dolabellam dictum, apud quem Tullia ex partu deceſſit, conſtat ex Epiſtolis Ciceronis, & Plutarcho in vita Ciceronis. Cæterùm Dolabelliana pira, ex hac familia inuento nomine referuntur C. Plinio li. 15. c. 15.

Dolates, Vmbriæ populi, qui Salentini cognominantur. Plin.

Dolba, vrbs Adiabenæ. Steph.

Dolicæ, inſulæ Arabiæ fœlicis, in Indico mari. Plin.

Doliche. Ptol. Pelaſgiotarum in Macedonia oppidum. *Alchria*, hodie Villanouan. ſed *Techala*, Mercatori dicitur, hanc Dolichen cum Pithio & Azoto, tria in orbem ſita oppida. Ptol. Liu. li. 42. Tripolim vocari ſcribit.

Doliche, inſula, quæ priùs Icaros dicebatur, nonnulli nomen mari inditum eſſe perhibent ex hoc nomine, & non ex Icaro Dædali filio. Stephan.

Dolichêne, vrbs Comagenæ. Steph.

Dolichiſte, inſula è regione chimeræ Lycij montis. Plin. 5. c. 31.

Doliónes, incolæ Cyzici, aliàs Dolici, vel Dolionij. Steph.

Dolienus, x. Hieroſolymorum Epiſcopus, anno ſalutis 174.

Doliolum, vrbis Romæ tumulus in regione Auentina. P. Victor.

Dolionia, regio circa Cyzicum ab Æſepo ad Ryndacum vſque Mileтopolim verſus, à qua Doliones populi dicti. Strab. lib. 12. & 14.

Dolomena, Aſſyriæ regio. Strab. lib. 16.

Dolon, vir Troianus, egregia pedum pernicitate præditus, qui cùm in caſtra Græcorũ ſpeculator miſſus eſſet, à Diomede & Vlyſſe deprehenſus, conſilia Troianorum ſpe conſeruandæ vitæ illis aperuit: quem tamen vt proditorem falſa ſpe deluſum occiderunt. Virg. li. 2. Æneid.

Dolónci, populi Thraciæ, à Doloneo fratre Bithyni. Steph.

Dólopes, populi Theſſaliæ, in extremis finibus Phthiotidis, quibus Peleus (cujus imperio parebant) Troiani belli tempore Phœnicem præpoſuit, vt ex Homeri ſententia refert Strab. li. 9. Hinc Dolopeius. Val. Flaccus 2. Argonaut.

Vidiſſe putant Dolopeia buſta.

Plin. Ætoliæ adnumerat Dolopes. Steph. Theſſaliæ proximos facit à Dolope quodam dictos, & regionem Dolopiam vel Dolopeidem vocari ſcribit.

Dolus, author Mendeſi. Columella.

Domacia, Theſſaliæ vrbs. Laonic.

Domada, oppidum Hemuatarum & Analitarũ Arabiæ populorũ, cuius meminit Plin. l. 6. c. 8.

Domana, Armeniæ minoris vrbs. Anton. & Arabiæ fœlicis. Ptol.

Domanetica, Ponticæ prouinciæ regio [illegible] ferax, per quã Amnias flumẽ illabitur. Strab. l. 12.

Damazanes, Arabiæ populi [illegible] deſcriptione

ac ſinus maris Rubri Trogloditic , &c. l. 6. 29.

Dometiopolis, Iſauriæ vrbs. Steph.

Domiduca, Iuno dicta eſt, quia veteri ritu ſponſas ad ſponſos ducere prima nocte conſueuerat, nuptijs autem Iuno præeſſe credebatur.

Dominica, vxor Valentis imperatoris, quæ Gotthos ad euertendam Conſtantinopolim irruentes pacauit.

Dominicus Malateſta, Italus vir clarus, nullis liberis relictis obijt.

Dominicus Maurocenus, Venetorum dux, Polam, Rubinum, Parentium, Hemoniam & Humagum reip. ſubiecit, anno ſalutis 1149.

Dominicus Michael, Venetorum dux, claſſe inſtructa in Aſiam nauigauit, ad Iopem Barbaros fudit, fugauit, multos cepit, Tyrum occupauit. Quam victoriam Emanuel, Græcorum imperator, ægrè tulit, claſſem Venetam reuocauit. Indignatus Dominicus redeundo, Rhodum & Chium inſulas ſpoliauit. Samum quoque, Mityenas & Andrum, Spalatum & Traguriam vrbes Vngarorum vi cepit. Blond. li. 5 decad. 2.

Domitij plures fuerunt apud Romanos: Cn. Domitius, L. Domitius Nero, Domitius Ænobarbus. Plin. Liu. & Plutarch.

Domitianus, grammatici nomen apud Romanos, ita dictus, quòd eſſet intractabilis & valdè moroſus.

Domitiá Imperator, Tranquillo authore. Flauium Clementẽ patruelẽ ſuũ (cujus filios etiam paruulos ſucceſſores palàm deſtinauerat) interfecit. diſcipulum Pãtomimi puhere occidit, nullam aliã ob cauſam quam quod Magiſtro forma ſimiles eſſet. Metium Pompoſianũ, quòd habere imperatoriã geneſim ferebatur, & alias quaſdam ob cauſas leuiculas necauit. Philo. Chriſtianos crudeliter paſſim eſt perſecutus, ac Dauidis conſanguineos: & in exilium D. Ioann. Euangel. pepulit: ac Deus vocari voluit.

Domitius Vlpianus, Iuriſperitus, Alexandri à conſilijs, anno ab vrbe 976.

Domitius Marſus poeta, ſcriptor Epigrammatum. Idem compoſuit bellum Herculis contra Amazones, & de vrbanitate. Vede Plinium, Suetonium & Quintilianum li. 6. cap. 4.

Domitius Nero, impe. Romanus, Vide Nero.

Domitius Afer Nemauſenſis ſub Tiberio Ceſare cœpit inclareſcere, functus prætura, & Claudiâ Pulchrâ. Euruſoque reis peractis. Tiberius illum ſuo jure diſertum eſſe dixit. Sub Caio reus præter ſpem abſolutus eſt, quod illi accuſanti nihil reſpondiſſet, dicens ſe Caium Oratorem magis quam Cæſarem expaueſcere. Vnde non modo judicio liberatus, ſed & Conſul renunciatus eſt. Auctor Dion. ſcripſit de Teſtibus libros 2. Fabius 4. cap. 7. Sunt & Vrbane dictorum ab eodem editi libri Fabius. li. 6. cap. 4. Mortuus eſt in Cœnâ ex cibi redundantiâ ſub Nerone, teſte Euſebio. Fabius lib. 5. confitetur, ſenem Domitium ſibi adoleſcentulo cultum ſed priore authoritate multùm imminutâ.

Domitij ciuitas, in Iſauria eſt. Steph.

Dommim, i. ſanguinei, aut ſilentes: vel ſimiles, vel Syriacè, pecuniæ, regio, 1. Reg. 7.

Domninus, Philoſophus apud Cæl. li. 14. c. 2.

Dômnus, Demetriani Epiſcopi filius, damnato, ejecto, & excõmunicato Paulo Samoſateno, Antioch. Eccleſiæ præfectus eſt. Euſeb. li. 7. c. 26.

Don, fluuius, à quo Dodonam aliqui dictam putant. Steph.

Donaceſa, Phthiotidis mons. Plin.

Donátus, grammaticus doctiſſ. D. Hieronymi præceptor.

Donatus, Epiſcopus in Berœa, multa edidit miracula, inter quæ iſtud quod ſequitur hujuſmodi fuit. Draco circa pontem in via publicâ jacens, cibum habebat oues, capras, equos, bones: & homines abripiens deuorabat. Ad quam beſtiam Donatus, ſine gladio, ſine aliquo jaculo, veniens, cùm illa leuaſſet caput, quaſi vocatura virum, tunc ille vexillum crucis ante faciem ejus, digito deſignans in aere, in os ejus expuit. Beſtia verò ſputum mox ore ſuo ſuſcipiens, expirauit: quàm octo paria boum in vicinum campum traxerunt: vbi igne miſſo combuſta eſt, ne aerem fœtore corrumperet. Euſeb. li. 9. c. 46. hiſt. Eccleſ.

Donatus hæreticus, natione Afer, qui dicebat Filium eſſe minorem Patre, & Spiritum ſanctum Filio.

Donettini, gens Moloſſiæ. Steph.

Donus, Moloſſidis fluuius. Steph.

Donus, LXVI. Romanorum Epiſcopus, anno ſalutis 334.

Donus, II. Romanorum Pontifex XXXIV. anno ſalutis 634.

Dodúſia, inſula parua Rhodi, in quam Dionyſius Ariadnen ex Naxo tranſtulit, cùm Minos pater eam perſequeretur. Vnde corruptum vocabulum videtur pro Dionyſia. Steph.

Donuſſa, Achaiæ caſtellum inter Ægyram & Pallenem. Pauſan.

Donyſa, inſula in mari Ægeo, vna ex Cycladib', in qua viride marmor naſcitur. Virg. li. 3. Æne.

Baccatâmq; iugis Naxō, viridámq; Donyſam. vide Dionyſia.

Dor, i. generatio, vel habitatio, ciuitas maritime in tribu Manaſſe. Ioſ. 11. & 17. Iudic. 1. Paral. 7. 1. Macchabæorum 15. Quidam falsò Stritonis Cæſaream appellatam exiſtimant.

Dora, inſula in ſinu Perſico. Steph. Phœniciæ item maritimæ ciuitas. Ptol.

Dora, Fons inclytus Arabiæ, non procul, Daulote alio quoque fonte. Plin. Lib. 6. cap. 28.

Doracte, inſula in ſinu Perſico, cui Mazena quidam præfuit, à quo Miſtropaſtes Satrapa Darium fugiens, hoſpitio acceptus eſt, nauigationis ducem poſtea ſeſe illi præbens, quò in patriam quod quærebat remearet. Stab. li. 16.

Dorana, Galatiæ vrbs. Anton.

Dorath, Mauritanæ Tingitanæ oppidū. Ptol.

Dorcádes, inſulæ. Plin.

Dorcas, i. caprea, vel damula: nomen mulieris quæ & Tabitha Syriacè dicebatur, à D. Petro Apoſtolo à mortuis excitata, Iope ciuitate. Act. 9.

Dorceus, cei ab Ouidio 3. Metamorph. numeratur inter canes Actæonis.

Dordas, i. habitaculum ſcientiæ vel generatio ſcientiæ, filius Maol 3. Reg. 4.

Dores, Herod. lib. 1. populi in Aſia, quos Crœſus ſubegit.

Dores, populi Doritæ, juxta Ætoliam.

Doria, & Dorica, nomina partis Achiæ, quæ propinqua eſt Athenis dicente Platone li. 3. Legum. Dori pro Archiuis, mutato nomine appellati, propter Doricum, à quo exules reſtituti fuerunt. Seruius verò ſecundo Æneidos, Dorica (inquit) à Doro Neptuni filio dicitur.

Dorias, Indiæ extra Gangem fluuius. Ptol.

Dorienſes, Cretæ inſulæ, & Cyrenaicæ regionis populi. Homer. Callimach.

Dorieum, Phrygiæ ciuitas. Steph.

Dórion, oppidum Peloponneſi, in tractu Meſſeniaco, juxta quod Thamiras Citharœdus Muſas ad cantus certamen prouocauit. Pli. li. 4. c. 5.

Doris, Nympha maris, Oceani & Thetyos filia, quæ Nereo fratri nupta immenſam vim marinarum Nympharum peperit, quæ è nomine patris, Nereides appellatæ ſunt. Ponitur nonnunquam pro ipſo mari. Virg. in Gallo,

Sic tibi cùm fluctus ſubterlabère Sicanos,
Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.

Doris, Græciæ regio, juxta ſinum Maleacum, à tergo habens Oetam montem, ita dicta à Doro Neptuni & Alopes filio, ex qua regione qui originem traxerunt, quacunque terrarum in parte conſederint, Dores appellati ſunt. Hinc Doricus, ca, cum, quod pro Græcanico poetæ nonnunquam vſurpant. Virg. 4. Æneid.

—Iuuat ire Dorica caſtra,
Deſertóſque videre locos.

Doris, vrbs Doricæ regionis.

Doriſci, gens circa fontes Indi fluminis. Plin.

Dorij, & Dorienſes, ſiue Dories, populi ſic dicti à regione Doride, juxta Maliacum ſinum, cuius à tergo mons eſt Oeta. Sunt & eiuſdem nominis populi in Aſia, Curibus vicini, ad Carpathium mare, è ſuperioribus oriundi, quorum frequens eſt mentio apud Herodot. li. 1.

Doriſcus, vrbs littoralis Thraciæ, ferè ex oppoſito ad Samothraciam, à Dori Nympha nominatur. Iuxta hanc Herod. campus eſt magnus eiuſdem numinis, per quem Hebrus amnis defluit. Plin. Doriſcus (inquit) CXX. mille hominum capax: ita Xerxes ibi dinumerauit exercitum. Fuit igitur tabulato cuipiam adſimilis, quo conferto quantum militum eſſet, dignoſci potuit. Alia enim ratio tantam multitudinem numerandi non ſuppetebat. Id plurib. li. 7. Herod.

Doriſtus, v. Lacedæmoniorum rex.

Dorium, in Peloponneſo Eubœa, & Thracia oppidum. Strabo Meſſeniæ vrbs. Pauſa. & mons circa Cnidum, Pyli etiam oppidum. Heſych.

Dorius, Luſitaniæ fluuius, ad quem portus eſt & ciuitas. Ptol.

Dorius, Indiæ fluuius extra Gangem Ptol.

Dorobitza, Illyrij fluuius & vrbs. Laonic.

Dorocottorus, vrbs Galatarum Aquilonitarium. Steph.

Doron, Ciciliæ vrbs. Plin.

Doros, Phœniciæ & Cariæ vrbs. Steph

Dorothea, puella Alexandrina, nobili orta familia ingentibus diuitiis, & propinquis nobilibus pollens: ſed in ea ingenij atque induſtriæ bonum, cæterarúmque honeſtarum artium ſtudia magis, quàm hæc vigebant: formæ verò, ac decoris gloria tanta ei fuit, vt mirum ac ſpeciale in ea Dei figmentum crederetur. Sed illa, quæ religione animi, & honeſtate vitæ pulchrior quàm vultu corporis eſſe ſtuderet, æquiſſimo mentis judicio, quod pulchrum ac decorum inter homines videbantur id potiùs Deo conſecrare, quàm vſui humano ſtatuit indulgere, vt virgo Deo ſacra perſiſteret. At tyrannus ad contemerandam virginem, ac polluendam eius caſtitatem animum intendit. Comperto verò quòd Chriſtiano eſſet, quæ ſecundùm ſua edicta pœnæ magis, quàm libidini ſubiicienda videretur, in ambiguo poſitus, æſtuare cœpit, & in quam ſe partem verteret, ignorare. Sed vbi dubios animos libido, quæ ei latiùs dominabatur, obtinuit, & expectantem virginem pro martyrio ad ſupplicium rapi, per occultos nuntios de ſtupro interpellauit: illa æquè nefas ſibi eſſe reſpondit templum ſui corporis, quod ſemel Deo conſecrauerat: idolorum cultu, ac libidinis contagione polluere. Proinde ſe quidem ad mortem paratam eſſe. Ad quæ reſponſa tyrannus libidine accenſus, cùm acriùs incaleſceret, & niſi verbis acquieuiſſet, vi agere decerneret, omnibus virgo pudiciſſima facultatibus ſuis, domóque, ac familia derelicta, noctu clàm, cùm pauci fideliſſimis fabulis, & cum amiciſſima comite caſtitate diſceſſit, atque illuſum tyrannū reliquit. Euſeb. lib octauo, cap. 17. hiſt. Eccleſ.

Dorotheus, Armeniæ prætor, anno ſalutis 29.

Dorticum, Ptol. lib. 3. cap. Myſiæ ſuperioris ciuitas

Digi Google

ciuitas iuxta Danubium amnem.

Dortium, nomen fœminæ, diminutionis ſeu adulationis cauſa ſic prolatum, quaſi dulce & amabile nomen.

Dorſenus, Fabius, poeta comicus, cuius teſtimonio & verſibus vtitur. Plin. lib. 14. c. 13.

Dorus, filius Epaphi, filium habuit Pygmæum, à quo Pygmæi dicti. Steph.

Dorus, Neptuni filius, regnauit in parte Græciæ, à quo Dori dicti. Seruius apud Virg. Æn. 2.

Dorus, vrbs Phœniciæ, incolæ Doritæ, à Pauſania Dorienſes vocantur. Eſt etiam Cariæ vrbs. Steph.

Dori, oppidum Ponti.

Doryclus, filius Priami nothus, ab Aiace in bello Troiano interfectus. Hom. lib. 11. Iliad.

Doryclus, frater Phinei regis Thraciæ. Virg. lib. 5. Æneid.

Fit Beroe Iſmarij coniux longæua Dorycli.

Et paulò pòſt.

Non hæc Rhœteia matres,

Eſt Dorycli, coniux, &c.

Doryclus, primus Caſti victor in Olympicis, Cæl.

Dorylæum, Ptol lib. 5. cap. 1. magna Phrygiæ ciuitas Plin. libro 5. cap. 29. Dorilaum vocat, iuxta quam oritur Hermus amnis, apud Steph. Δορυλάειον & Δορύλαιον nominatur.

Doryſtera, Aſiæ minoris regio ad Ægæum pelagus. Diodor.

Dorylas, nomen Naſamonis cuiuſdam potentiſſimi, vnus ex iis qui Perſeo in aula Cephei vim inferre conati ab illo ſunt interfecti. Ouid. 5. Metam.

Et Naſamoniaci Dorylas ditiſſimus agri,

Diues agri Dorylas: quo non poſſederat alter

Latius aut totidem tollebat farris aceruos.

Dorylas, Centaurus. Ouid. 12. Metamorph.

Dorylaus fluuius in Phrygia.

Dorylaus, rei militaris peritiſſimus, magna familiaritate Mithridati Euergetæ deuinctus. Stra. lib. 10.

Dorylius, legatus Deiotari regis ad Cæſarem.

Doſa, Aſſyriæ vrbs. Ptol.

Doſa, Indiæ intra Gangem oppidum. Ptol.

Doſareni, Arabiæ Felicis gens. Ptol.

Doraſan, Indiæ intra Gangem fluuius. Ptol.

Doſci, Aſiæ ad Pontum Euxinũ populi. Strab.

Doſo, cognomen populare Antigoni Demetrij nepotis: inde tractum quòd benignè omnibus promitteret, nec promiſſa præſtaret: ille enim quidvis parentibus reſpondere ſolebat, δώσω, id eſt, Dabo. vnde natum prouerbium, Doſones.

Doſitheus, nomen ducis, 2. Macch. 12.

Dothaim ſiue Dothan, i. ritus, aut lex, locus in Iudæa: vbi Ioſeph. reperit fratres ſuos pecora paſcentes. Geneſ. 37. qui etiam temporibus Hieronymi ſupererat in duodecimo à Sebaſte miliario contra aquilonis plagam, 4. Reg. 6.

Dotium vrbs Theſſaliæ, in quam Gnidij migrarunt, quorum regio Gnidia vocatur, à Doria Elari filia ſic dicta, vel à Doride vel Doto. Steph.

Doueona, Cadurcorum in Gallia vrbs. Ptol. *Cahors*, Vineto. *Druno* pagus, Lipſio in Amphitheatro.

D R

Drabeſcus, Thraciæ regiuncula Steph.

Dracæ, Aſiæ populi circa Caucaſum. Trogus.

Drachinæ, Ariæ gens. Ptol.

Drachenus, Auſonio fluuius eſt, in Moſellam erumpens, hodie *Draun*, Draphonus legit Scaliger.

Draco, antiquiſſimus Athenienſium legiſlator ante Solonem, cuius leges Solon ipſe præterquam quæ de cæde erant conſtitutæ, abrogandas curauit, propter ſeueritatem. Nam vna omnibus pœna conſtituta erat, vt etiam qui deſidiæ damnati eſſent, aut qui olera ſurripuiſſent, capite plecterentur. Ob quam cauſam Demades dicere ſolebat, Draconem non atramento, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe. Gell. lib. 12. cap. 18. Cuius rei cauſam cùm ab eo quidam quæſiſſet, reſpondiſſe fertur, paruas quidem ſe culpas ea pœna dignas exiſtimaſſe, magnis verò quam maiorem conſtitueret, non habuiſſe. Plut.

Draco, homo quidam ſceleratiſſimus. Vide Pythia.

Draco, Aſiæ minoris mons, in Tmolo deſinens. Plin.

Dracon, fluuius ad radices Veſuuij montis. Procop. iuxta Nuceriam labitur.

Draconigena, à poetis dicebatur vrbs Bœotiæ à Cadmo cum quinque viris ex Dracone ab ipſo interfecto natis, conſtructa. Dicitur & Thebæ.

Draconis, inſula in Libya. Steph.

Draconum, mons & ciuitas in Icaria inſula. Steph.

Dracuntius, Africæ propriæ adiacens inſula. Dracontus Stephano eſt, *Chelis* Nigro dicitur.

Dracus, Achæorum dux, à L. Mumio Romanorum duce victus. Liu. lib. 52.

Dragmus, vrbs Cretæ. Steph.

Dragogi, Aſiæ populi, quos Arria lib. 3. de geſt. Alexandri cum Drangis numerat.

Drances, vnus ex Latini regis proceribus, eloquens quidem, ſed imbecillis, Turno Rutulorum regi infenſiſſimus. Virg. lib. 11.

Drangæ, populi Perſici, vnde fœmininum Drangeis, & regio Drangiana Steph.

Drangiana, prouincia in Aſia maiore, quam Ptol. ab occaſu & ſeptentrione Aria & Bagoa monte terminari ait, ab oriente Arachoſi-

Dranſi, Thraciæ populi. Herod. li. 5. ad editum puerorum ſedentes plorant, & quaſcunque neceſſe ſit illi, qui vitam ingreſſus eſt, perpeti humanas calamitates recenſent. Fato functos magna lætitia ſepeliunt. In exemplaribus emendatis legitur τρωσοὶ Trauſi.

Dranus, vide Darus.

Drapſaca, Bactrianæ aut Viciniæ vrbs, apud Arrian. 3. lib. Alex.

Draſoca, Paropaniſi & Indiæ intra Gangem oppidum Ptol.

Dratygenia, Aſiæ regio. Polyb.

Drauca, Cretæ ciuitas. Iſac. in Lycophr.

Draudacum, Caſtellum Peneſtiæ regionis. Liuius.

Drauus, Pannoniæ fluuius, quem Danubius excipit. Darus. Ptol. *Dra*, vulgò vt teſtatur Lazius.

Draxum, Heſych. Siciliæ locus Sacer, vbi agricolæ dona offerebant.

Drecanum, locus Coæ inſulæ, verſus Occidentem, & pagus. Strab.

Drépana, vrbs Lyciæ. Et Drepana in plurali numero, vrbs Siciliæ. Steph.

Drepana, ſeu Drepanum, promontorium & vrbs Siciliæ, trans Lilybæum promontorium, non procul ab Eryce monte ita dicta, quòd δρεπανοειδὴς ſit, hoc eſt, in modum falcis incuruata: vel ab eo quòd Saturnus, amputatis virilibus paternis, illuc falcem proiecerit. Ouid. lib. 3. Faſt.

Quique locus curuæ nomina falcis habet.

Drépane, in Phæacia. Eſt etiam Drepane in Bithynia iuxta Aſtacenum ſinum: item mons Æthiopiæ. Bithynicam ſic dictam aiunt à falce Saturni. Steph.

Drepane, olim vocata eſt Scheria.

Drepanum, Cyrenaicæ regionis in Africa promontorium ad Syrtim maiorem. Ptolem. Item promontorium Ægypti ad ſinum Arabicum, & Siciliæ & Icariæ, Straboni & Cypri inſulæ, & Cretæ inſulæ. Quæ varia apud recentiores Geographicos nomina ſortita ſunt.

Drepanum, Bithyniæ ſeu Libyæ vrbs ad Nicomediæ Sinum, vt eam deſcribit Niceph. Caliſtus, qui eam à Conſtantino Magno Imp. Hellenopolim cognominatam ſcribit.

Drepſa, Ptol. Sogdianæ regionis metropolis: *Fanda* Plinij eſt, *Darapſa* Straboni eſſe vult Villanouanus, à Strabone tamen hæc Bactrianæ attribuitur.

Dreſa, Miſaiæ in ſuperiori Saxonia oppidum ſitum aſpectúq; amœniſſimum, valido murorum circuitu foueis, propugnaculis probè munitum, publicorum, priuatorúmque ædificiorum nitore, cum præcipuis Miſniæ vrbibus decertat. Ab Albi fluuio irrigatur, cuius margines pons, ſtupenda ob longitudinem ſerie, ex ſaxo duriſſimo fornicatus, coniungit, habens in citeriore latere Dreſam antiquam, frequenti habitatione celebrem. Duces Electores Saxoniæ hic ſedem & Armamentarium poſuerunt. Vulgò *Dreſden.*

Dreſia, vrbs Phrygiæ. Steph.

Drillæ, Xenophonti & Arriano in Periplo Ponti Euxini, ſunt populi ad Pontum Euxinum finitimi Colchidi regioni: ſed Stukio *Sanni* videntur.

Dricca, Scythiæ fluuius. Iornand.

Driſon, Ptol. lib. 2. cap. 17. Dalmatiæ fluuius, qui à Scardo monte profluit, iuxta medium ſuperioris Myſiæ, alias Drylon.

Drilonius, vrbs maxima vltima Celticarum. Steph.

Drilophylitæ, Indiæ intra Gangem populi. Ptol.

Drimæa, Græciæ regio iuxta Parnaſſum montem, Plinio *Daule* appellata: in ea Daulis vrbs eſt apud Ptol.

Drimati, populi Arabiæ fœlicis. Plin.

Drinius, Dalmatiæ fluuius. Plin.

Drios, Arcadiæ mons. Diodor.

Drobeta Daciæ Ripenus vrbs. lib Notit.

Drogo, Apuliæ comes.

Dromeus, paraſitus quidam, à quo cum quæſitum eſſet, an apud Chalcidem lautum pararetur conuiuium: reſpondit, iucundius non videri Chalcidenſis cœnæ procemium oſtreorum numero & varietate.

Dromiſcos, inſula Mileto nunc iuncta. Plin. lib. 2. cap. 89.

Dromochetis, Getarum rex, qui Syſimachum hoſtem bello captum mira clementia illæſum dimiſit.

Dromos, Achillis inſula, quia illuc vſque Iphigeniam à Diana raptam, ne immolaretur, eſt amanter perſequutus. Cæl. lib. 14. c. 4.

Drongilum, regiuncula Theſaliæ. Steph.

Dropici, Perſici populi. Herodot.

Droſache, Serica vrbs. Ptol.

Droſica, Thraciæ præfectura. Ptol.

Druentia, fluuius Medulorum ſeu Meduallorum ſeſe per confragoſa loca in Rhodanum præcipitans. Strabo libr. 4. vide *Iſara*, vulgò, *La Durance*.

Drugeri, Thraciæ populi, Hebrum accolentes, vt vult Plin. lib. 4. c. 11.

Druide, ſiue Druides, aut vt alij ſcribunt, Dryidæ, Magi ſeu ſacerdotes fuerunt Gallorum, maximo apud eos in honore habiti: ita dicti, quod in ſyluis inter arbores degerent, δρῦς enim, quamvis peculiariter quercum ſignificet, olim tamen pro quauis arbore accipiebatur. *Hi ſolebant* ſacrificia publica & priuata *procurare*, religiones interpretari, adoleſcentes diſcipli-

nis

Digitized by Google

n is inſtituere, rerum naturalium cauſas ſcrutari, de cæde, de finibus, cæteriſque controuerſiis cognoſcere, ſi quis decreto non ſtetiſſet, eidem ſacrificiis, hominum ſermone & congreſſu interdicere, Cæſ. Comment. lib. 6. Immortales animas, & mundum non genitum aſſerebant: in primis autem hoc nitebantur perſuadere, non interire animas, ſed ab aliis poſt mortem tranſire ad alios: atque hoc maximè homines ad virtutem excitari putabant, metu mortis neglecto. Hanc religionem (inquit Suetonius) ſub Auguſto interdictam Claudius imperator quintus penitus aboleuit. De his etiam Cic. lib. 1. de diuinat.

Druna, Fluuius ex Alpibus erumpens, qui tribus à Valentia leucis Rhodanum ingreditur, & hodie *Dronia* vocatur, vt Scaliger ſcribit.

Druphegis. Daciæ vrbs. Ptol.

Druſias, Iudææ vrbs. Ptol.

Druſilla, vxor Felicis præſidis Iudææ. Act. 24. Sic etiam dicta eſt Liuia vxor Auguſti.

Druſillanus, nomine Rotundus, ſeruus Claudij Imperatoris, diſpenſatórque Hiſpaniæ citerioris. Plin. lib. 33. cap. 11.

Druſipara, Thraciæ vrbs, Ptolem.

Druſomagus. Ptolem. vrbs Rhetiæ, hodie Campidonæ: alij *Kempten*, alij *Memmingen* eſſe hodie dicunt.

Druſus, vir Romanus, genere & eloquentia magnus: ſed ambitioſus & ſuperbus. Catonis auus. Cic. libr. 4. de Fin. Interfectus is eſt domi ſuæ, Cic. pro Milone.

M. Liuius Druſus, cognomento Salinator, vnà cum Cl. Nerone, collega ſuo in conſulatu Aſdrubalem vicit. Virgi. lib. 6. Æneid.

Druſus, Liuiæ Auguſtæ filius in Germania periit, de cuius morte extat Ouidij carmen conſolatorium ad Liuiam matrem.

Iul. Druſus Publicola, haud immeritò claruit, quod domus eius pluribus partibus vicinis conſpicua cùm pateret, & quinque eam talentorum omnino ſumptu faber quidam euertendam atque commodiùs dirigendam ſuſcipere vellet, Decem (inquit) dabo ſi totam ita exponas conſpicuam, vt vniuerſi ciues, nedum vicini, perſpicere queant, qua domi meæ ratione viuatur: nempe vir erat modeſtus frugi, nec ei fortè eiuſmodi domus perſpicuitate opus erat, qui virtutis egregiæ ſpecimen & præclaræ vitæ documenta erudítiſſima quotidie foris dabat. Plutarc.

Druzon, Phrygiæ maioris oppidum. Ptol.

Dryades, Nymphæ ſyluarum præſides, ita dictę à Græco nomine δρῦς Virg. 1. Georg.

Fortè ſimul Faunique pedẽ, Driadéſque puellæ.

Dryæna, vrbs Ciliciæ à Drieno condita *Chryſopolis* poſtea nominata. Steph.

Driantiades, dictus Lycurgus, Thraciæ rex.

Dryanthis filius, qui cùm vites excindere vellet, ne Baccho in poſterum liberetur, tibias ſibi ſuccedit. Ouid. in Ibin.

Vtque Dryãtiade Rhodopeia regna tenenti. &c.

Dryas, filius Hippolochi & pater Lycurgi, qui in bello Thebano Eteoclis partes ſequutus, quũ in pugna Parthenopæũ lethali ictu vulneraſſet, à Diana ſagittis occiſus eſt. Statius lib. 8. Thebaid.

Dryas, Fauni filia aſpectu virorum vſque adeò exoſa, vt in publicum prodire nuſquam viſa ſit. Quo factum eſt, vt ſit vetitum, ne eius ſacris intereſſent mares. Autor Plutar.

Drybactæ, Sogdianæ gens. Ptolem.

Drylæ, Mauritaniæ Cæſarienſis populi. Ptolemæus.

Drylæ, vicus non procul à Pontica Trapezonte. Steph.

Drylon, vide Drilon.

Dryme, vrbs Lybiæ. Steph.

Drymæa, vrbs Phocidis. Steph.

Drymodis, priùs dicebatur, quę nunc Arcadia, ſed deinde Pelaſgus.

Drymus, vrbs inter Atticam & Bœotiam. Suidas. Alia Eubœæ inſulæ. Strabo.

Drymûſa, inſula Ioniæ. Stephan.

Drynemetum, Galatiæ locus, Strabo.

Dryope, vrbs circa Hermionem. Stephan.

Dryope, nomen cuiuſdam, qui Hylam Nympham rapuit.

Dryope, Oechaliæ virgo ab Apolline compreſſa, poſt Andremonis vxor: tandem in locum arborem conuerſa eſt: Ouid. Metam. lib. 9. Nomen à quercu & voce factum eſt: fingitur autem in locum mutata, hanc fortè ob cauſam, quòd inter quercum & locum aliqua ſit conuenientia: voluitque Ouidius varias naturæ rerúmque vices eleganti admodum veteris philoſophiæ penicillo adumbrare, vt iucundior rerum ex elementis creatarum compoſitio & conſideratio lectoribus appareret.

Dryopes, populi Epirotici. Strab. lib. 8. & 13. Plin. in præfatione lib. 4. Sunt & Dryopes, Seruio, populi iuxta Parnaſſum.

Dryópes, populi circa Oetam à Dryope Eurypili filia dicti. Steph.

Dryopia, regio Dryopum circa Thrachinem Stephan.

Drys, vrbs Thracię, Epiri, & alia Oenotorum, item vicus Lyciæ circa Arum fluuium. Steph.

Dryſus, vir Troanus. Homer. in Iliad.

Dryſa, Samos olim dicta eſt. Steph.

D V

Duarus, ſinus Arabiæ felicis. Plin.

Dubis, Ptolemæo, Galliæ fluuius: vulgò, *Le Doux*: Aliis dictus Alduaduſius, aliis Alduabis, aliis Alduaſdalis. hinc Veſontionem Sequanorum oppidum penè totum cingit. Cæſ. belli Gall. lib. 2.

Ee

Dubitapes, fictor egregius, vaſa ex rubra creta primus effinxit.

Dubium, Perſidis regio, tum cæteris, tum cœli & aquarum ſalubritate præſtans. Procop.

Ducæ, Mauritaniæ Cæſarienſis populi. Ptol.

Ducôna, Ptolem. Cadurcorum in Gallia vrbs, vulgò *Cahors en Querci.*

Dudia, i. dilectus aut patruus meus, nomen viri, Paral. 27.

Dudini, quos Callimachus Paucetias vocat: Illyriæ populi ſunt. Plin. hos Pizetus putat in loco eſſe hodie *Nadin.* dicto.

Dudua, Galatiæ vrbs Ptol.

Dudum, Libyæ interioris oppidum. Ptolem.

Duel, pater Eliaſaph, principis tribus Gad. Num. 1. Lat. agnoſcite Deum, aut ſcientia Dei.

Duellonam, Bellonum antiqui appellabant. Varro lib. 4 de lingua Latina.

Duilius Romanus, qui primus Romæ ex nauali victoria triumphauit. Is iam ſenex & trementi corpore in quodam iurgio audiuit exprobrari ſibi os fœtidum, triſtiſque ſe domum contulit. Quúmque apud vxorem queſtus eſſet, quare nunquam ſe monuiſſet, vt huic vitio mederetur: Feciſſem, inquit illa, niſi putaſſem omnibus viris ſic os olere. Idem de Hieronis vxore narrat Plutarch.

Dulcitius, Tribunus & notarius Imp. exequutor in Africa imperialium iuſſionum contra Donatiſtas Auguſtinus retractationum lib. 2.

Dulgibini, Germaniæ populi ſunt Tacito, quos Althamerus *Dulgumnios* Ptolemæi putat & hodie *Guottingen* incolere & Weſtphaliæ partem.

Dulichium, hodie *Val du compare*, inſula in mari Ionio, non procul ab Ithaca, vna ex iis quibus Vlyſſes imperabat. Virg 3. Æneid. Hinc Dulichius, a, um.

Dulopolis, id eſt, ſeruorum ciuitas, in Libya eſt, in quam, ſi ſeruus quamuis peregrinus lapidem intulerit, liber fit. Alia Hierodulorum eſt, in qua vnicus liber eſt, cæteri omnes ſerui. Aiunt & in Creta Dulopolim fuiſſe mille virorum: eſt etiam Dulopolis, Aſiæ minoris oppidum prope Rhodum inſulam, Plin. eſt etiam parua regio in Ægypto huius nominis. Stephan.

Duma, Hebræis dicitur Idumæa.

Duma, ciuitas in tribu Iuda. Ioſue 15. vbi interpres ſcripſit Ruma, ſequutus LXX. qui ῥυμα ſcripſerunt. Lat. ſilentium vel ſimilitudo.

Duma, filius Iſmaelis, à qua Dumæa regio dicta. Geneſ. 25.

Dumana, Aſiæ oppidum, à Syene & Arabiæ latere. Plin. lib. 6. c. 29.

Dumna, inſula in Britannia, Scandiæ proxima. Plin.

Dumatha, vrbs Arabiæ. Steph.

Dumnonij, Albionis inſulæ populi. Ptol. *Deuonia* hodie Lælando horum regio.

Dunax, Thraciæ mons. Strabo. Donuca, Liuio.

Dunga, Indiæ intra Gangem oppidum. *Dabul*, Caſtaldo.

Dunium, Ptol. vrbs inſulæ Britanniæ: alio nomine Dorlinga.

Dunum, Hiberniæ oppidum Ptolem. *Douua* Camdeno. Galliæ multa oppida hodie hanc vocem retinent, vt Caſtrodunum, Nouiodunum, Vxellodunum. &c.

Dur, fluuius Hiberniæ. Ptol.

Dura, id eſt, generatio, vel habitatio, aut pyra ignis, vallis prouinciæ Babylonis Daniel 3.

Dura, vrbs Meſopotamiæ: Gentile, Durenus, Steph.

Duraba, Babyloniæ vrbs, Ptol.

Duram, quidam putant eſſe fluuium, iuxta quem gigantes turrim Babel fecerunt. Alij volunt eſſe campum: vnde eſt apud Danielem. In campo Duram ſtatuit Nabuchodonoſor ſtatuã.

Duranius Auſon. Galliæ Aquitanicæ fluuius, qui in Garumnam exoneratur, & vulgò *la Dordogne* appellatur. Scaligero & Vineto.

Durbeta, vrbs Meſopotamię iuxta Tigrim. Pt.

Durdum, Mauritaniæ mons. Ptol.

Durga, Africæ propriæ vrbs. Ptol.

Duria, fluuius per Salaſſos, in Ciſalpinam delapſus Galliam, Pado miſcetur. Strab.

Duria, ſiue Darias, Straboni fluuius Edenatorum in tractu Tarraconenſis Hiſpaniæ, Valentiam præterfluens, & in ſinum Sucronenſem ſe exonerans. Salluſtius Turiam vocat, quam ſcripturæ rationem in Claudiano quoque obſeruauimus, qui ſic habet.

Floribus & roſeis formoſus Turia ripis.

Ptolemæus hac in parte Turilem vocat amnem. Eſt in Luſitania quoque Durius, quẽ Strabo Duriam, multi Doram appellant. Silius libro primo.

Hinc certant Pactole tibi, Duriúſque, Tagúſque

Plinius hodie *Guadalair.*

Durine, Suſianæ oppidum. Plin.

Duriopus. vrbs & regio Macedoniæ. Steph.

Durio., Straboni vrbs vbi Rhodanus & Iſara miſcentur *Doyre*, exiguus vicus hodie, vt tradit L. Poldo.

Durius, Hiſpaniæ maximus fluuius, in Pelendonibus ortus, Aſturiam à Vettonibus, & Luſitaniam à Gallæcis diſterminat. *Ducro* hodie.

Durnomagum, Germaniæ inferioris vrbs, vbi legio VII. Anton. *Dormagen* hodie eſt, infra Coloniam.

Durna, mons in Mauritania Tingitana. Ptol.

Durobrinæ, Angliæ vrbs. Anton. Ceſter Camdeno.

Durocaſis, Galliæ Lugdunenſis oppidum. Antoninus.

Durocota[illegible]

Durocotalaunum, Belgicæ vrbs. Anton. cui legio XII. tribuitur.

Durocornouium, Angliæ oppidum. Anton.

Durocottorum, Galliæ vrbs in Belgica. Ptol. Gallicè, *Rheims en Champaigne*. Cæſ. lib. 6. bell. Gall.

Duroleuum, durolitum, Angliæ oppida. Anton.

Durolipons, Anton. Angliæ vrbs eſt, fortè, *Huntingthon*, inquit Talbotus. Nam illic Dour & pons locum eſſe declarant, per quem fluuius ponte iunctus decurrit.

Durolorum, Rhemorum in Gallia vrbs. Ant.

Duronia, Samnitum oppidum. Liu.

Duronum, Galliæ Belgicæ vrbs, Anton.

Duroſtolum, Myſiæ inferioris vrbs. Ptol.

Durotriges, Alcionis inſulæ populi. Ptol.

Duſare, ſcopulus & vertex altiſſimus Arabiæ: ſic dictus à Duſaro deo qui apud Arabes & Dacharenos colitur: Gentile, Duſareni. Steph.

Durouernum, vel Dorouernum, vt habet Beda, ſed is etiam Durouernia legit, Angliæ vrbs eſt, in Cantio.

D Y

Dyman, tribus Dorienſium. Steph.

Dymas, Virg. 2. Æneid.

Diis aliter viſum: pereunt Hipaniſque Dymáſque.

Dyme, vide Thymbra.

Dymbrius, vrbs Achaiæ vltima occaſu, quam Antimachus Cauconidem à Caucone fluuio cognominat. Steph. dicitur etiam, *Stratus, Palea, Cauconia, Clarenſa*.

Dyme, Thraciæ vrbs. Ptol. Dime Ant.

Dymethus, Siciliæ mediterranea vrbs. Ptol. hodie, *Torre del Oliuete*.

Dymus, Sogdianæ fluuius. Ptol.

Dynamene, Nympha marina, Nerei & Doridos filia, ita dicta ab eo, quòd in mari plurimùm polleat. Heſiod. in Theogon.

Dynamius cos. cum Sifido, anno ab vrbe 1241.

Dyndaſum, vrbs Cariæ. Steph.

Dyndima, & Dyndimene, Ceres dea dicta eſt, à Dyndimis Phrygiæ montibus, vbi colebatur.

Dyos, Mauritaniæ Tingitanæ fluuius. Ptol.

Dyras, Trachiniæ fluuius. Strabo.

Dyraſpis, Scythiæ fluuius. Ouid.

Dyrbæi, populi ad Bactros & Indiam pertinentes. Steph.

Dyrrodotis, amnis ad Caucaſias portas. Plin.

Dyrrachium, vrbs in ea parte Macedoniæ, quæ in mari Adriatico incumbit, diſtans à Brundusi CCXX.M. paſſuum trajectu. Dictum autem volunt Dyrrachium à nomine ejus, qui ibi portum adjecit: nam anteà Epidamnus vocabatur. Plin. lib. 3. cap. 23. vulgò, *Durrazzo*. Hanc vrbem Cicero exilij ſui tempore amiciſſimam expertus eſt, & officioſiſſimá, in qua & commoratus eſt, donec à Senatuſconſulto reuocaretur.

Dyrrachium, Laconiæ vrbs Stephano vna ex centum.

Dyrſela, Pamphiliæ oppidum. Ptol.

Dyrta, Aſſacanarum vrbs in India. Arrian.

Dyſis, locus in Piceno, non procul ab Ancona. Procop.

Dyſorum, Thraciæ mons in Pæonia regione. Herodot.

Dyſpontium, vrbs Piſeæ, à Dyſpontio Pelopis filio. Steph.

Dyſrachia, Illyriæ regio: cujus incolę Dyſrachij & Dyrracheni, vrbs eadem eſt & Dyrrachium, vt author eſt Euſtat. in Dionyſ.

Dyſtus, vrbs Eubœæ. Steph. 18.

E A

EADIMVNDVS, rex Anglorum, cujus caput amputatum, lupus alioqui ſæuiſſimus, intactum ſeruauit & illæſum. Hiſt. Angl.

Eanes, quem Patroclum interemiſſe ferunt, ob ídque domo profugum ad Peleum in Theſſalia ventitaſſe, à quo & ſacellum Eanium & Eanidem fontem oſtendunt nominatum. Strabo lib. 9.

Eantes, hiſtoricus Cyzicenus, ætate qua Pygmalion in Oriente regnabat.

Eanus, ab antiquis Ianus dictus eſt, qui ſæpe e, pro i, vſurpant, quod docet Quintilianus lib. 5. lib. 6.

Eares, populi Indiæ, qui cum Deriade contra Dionyſium pugnarunt. Steph.

Earinus, nomen formoſi pueri apud Mart. à Vere dictum.

Eaſis, Gedroſiæ Metropolis. Ptol.

Eaſium, Achaiæ in Peloponneſo vrbs. Pauſa.

Eaſo, ciuitas Hiſpaniæ Tarraconenſis. Ptol. vulgò, *S. Sebaſtian*.

E B

Eba, Tuſcorum vrbs. Ptol.

Ebal, filius Sobal filij Seir. Geneſ. 36. Lat. aceruus vetuſtatis, aut aceruus defluens.

Ebibas, filius Afri, ſeu Ophri, Abraham filij ex Ketura, Ioſeph. lib. 1. cap. 1. Antiq. Iud.

Ebellanum, Hiſpaniæ oppidum. Anton.

Ebionitæ, hæretici purum hominem ex communi natiuitate, è viro & muliere Chriſtum natum aſſerentes, legémque Moſaicam neceſſariò obſeruandam. Euſeb. lib. 3. anno ſalutis 88.

Ebiſma, Arabiæ fœlicis vrbs. Ptol.

Eblaa, Albaniæ vrbs. Ptol.

Eblana, Ptolem. Hiberniæ oppidum. *Dublin*, hodie.

Digitized by Google

Eblitei, montes in Arabia fœlici. Plin.

Ebode, Plin. Helmodẽnum oppidum in Arabia fœlici: Arabiæ Petreæ vrbs. Ptol.

Ebodurum, Rhœtiæ vrbs. Ptol.

Ebora, Luſitaniæ vrbs, Anton. Plin. Mela. hodie, *Euora*.

Ebora, Bæticæ vrbs, ad ſinum Gaditanum: circa Bætim fluuiũ, in maris littore. Strab. Steph.

Ebora, Turdulorum vrbs in eadem Bætica, ſed interiùs verſus mediterranea. Ptol.

Ebora, in Hedetanis oppidum. Ptol.

Ebora, Luſitaniæ oppidum. Ptol.

Ebora, vide Ebura.

Eboracum, Britanniæ ciuitas, Ptolem. vulgò. *York*.

Eboſus, vide Ebuſus.

Ebrimirus, Theodati gener, ad Beliſarium defecit, anno ab vrbe 1289.

Ebroduntij, Inalpini populi, à Galba Imperatore Narbonenſi Prouinciæ adjuncti, Plin. li. 3. c. 4. hodie, *Le pays d'autour d'Ambrun*.

Ebrodunum, Simlero Heluetiæ oppidum, ad lacum Neocomenſem, vulgò, *Yuerdun*.

Ebroinus, vir quondam apud Galliæ reges potentiſſimus, idemque nequiſſimus. Annal. Franciæ.

Ebron, mons Palæſtinorum, haud longè à Gaza Syriæ ciuitate.

Ebron, ciuitas in terra Chanaan, quæ & Cheriatharbe dicitur, & Quatuor interpretatur, id eſt, quatuor patriarcharum, Adam ſc. Abraham, Iſaac, & Iacob, qui ibi ſepulti ſunt. Franciſc. Ximen. fuit quondam Philiſtinorum Metropolis: & in qua ſæpius Iſraelitarum reges vngebantur: ibique Dauid in regem coronatus eſt: Gentile, Ebronius, vide Steph.

Ebrus, Thraciæ fluuius, ex Rhodope monte fluens, in cuius arena inueniuntur ramenta auri. Strabo.

Ebudæ, vel Ebudes, inſulæ ſunt quinque numero, in Oceano Britannico, anguſto freto diuiſæ: cujus incolæ Solino, lacte ſolùm & piſcibus veſcuntur. Plin. *Habudes*, ſcribit. Alijs, *Hebrides*, & *Ebonia*, vt ſcribit in ſua Britanniæ tabula. Ger. Mercator. Scotiæ regni ſunt inſulæ, à parte Occidentali. Beda. *Meuanias*, vocat.

Eburacum, Ptol. Albionis inſulæ vrbs, quam Anton. *Legionem* vt. *Victricem*, cognominat, *Caerfrck*.

Eburobritium, Luſitaniæ vrbs eſt, quæ hodie *Euora de alcobaca*, dicitur.

Ebura, Luſitaniæ vrbs, Ptolem. hodie Ebora. Steph. ἐβόρα, alibi ἐβόρα, vrbs juxta Oceanum poſt Gades ſita.

Eburini, Lucaniæ populi. Plin. li. 3. c. 11.

Eburones, populi inter Belgas, gente, nomine, & numero Germani appellati, Condruſis, Menapijs, Aduaticis, Treuiris, quorum clientes erat, & ſyluæ Arduennæ finitimi, nunc, *Leodienſes*, dicti, apud Gallos, *Liege*. Horum maxima pars inter Rhenum & Moſam, qui ſcilicet Moſa fluuius eos alluit. His Sicambri (qui Geldrenſes erant Transrhenani) ſunt proxim. Tempore Cæſaris, Eburonum ciuitas ignobilis atque humilis: proximi Oceano & ſyluis, continentéſque paludes habebant, & per fraudem multos ex Cæſaris exercitu trucidarunt. His duo reges præerant, quo magis conſtat eos fines quam latiſſimos extitiſſe, quibus conjectura eſt ducatum Luxemburgenſem, & Lotharingenſem, ac Iuliacenſis partem & Namurcenſem comitatum, vrbémque Aquiſgranum, incluſos extitiſſe, ac quantum diœceſis ipſa Leodenſis vſquequaque ſe extendit, reges illos poſſediſſe. Apud Eburones autem ſtirpem Caroli Magni in vico Lupilia nomine, Leodienſi ciuitati proximo, ortum habuiſſe tradunt, Pipinóſque & Carlomanos Belgas, ſimúlque Germanos fuiſſe: ſicque in Germanos Ciſrhenanos, qui Belgæ ſunt, à Græcis, non in Transrhenanos eſt tranſlatum imperium. Ciuitas nunc eſt Epiſcopalis Prouinciæ Colonienſis. Hanc ciuitatem Carolus dux Burgundiæ vltimus, ſolo æquauit, omneſque puberes & ſacerdotes interfecit, quòd Epiſcopo Ducis conſanguineo, infeſtiores aliquanto fuiſſent. De Eburonibus apud Cæſarem in Comment. de bello Gallico frequens fit mentio.

Eburonicæ, inter Celtas populi, Aulercis, Lexouijs, Vnellis & Curioſolitis proximi, ex maritimis ciuitatibus Oceanum attingentibus Martianus in Cæſarem: vulgò, *Ceux d'Eureux en Normandie*. Cenal.

Eburum, Ptolemæo, vrbs Germaniæ, vulgò, *Olmuitz*, Morauiæ Metropolis, Pyramio, Iazio verò eſt oppidum Bohemiæ, Borovva nomine.

Ebuſus, inſula in mari Balearico, altera Pithyiarum, nullum animal noxium gignens. Plin. lib. 3. c. 5. Ebuſi terra fugat ſerpentes. Colubrariæ parit: ideò infeſta omnibus, niſi Ebuſitanam terram inferentibus. Habet hæc inſula oppidum ejuſdem nominis, à Phœnicibus, vt putatur conditum: aut certè à Pœnis, qui à Phœnicibus originem duxerunt. Silius li. 3.

Iámque Ebuſus Phœniſſa mouet, iámque Arctabris arma.

Liuio Pitiuſa dicitur. De ea autem hæc Plin. li. 3. c. 5. Inſulæ per hæc maria primæ omnium Pityuſæ à Græcis dictæ à frutice Pineo, nunc Ebuſus vocatur. Vtraque ciuitate fœderata auguſto freto interfluente patent XLII. M. paſſ.

Ebutius Helu jus, Magiſter equitum, anno ab vrbe 310.

Ebutius venerator quidam Romæ, aduerſus quem

quem Cicero pro Cæcinna perorauit.

E C

Ecalidus, ſcribunt Annius & Leander, fluuium Thuſciæ ab antiquis vocatum, quem hodie vulgò *Caddano* appellant.

Ecameda, magnanimi Arſinoi filia, forma deabus æquãda, quam à cæteris Græcis electam Neſtor, quòd conſilio reliquos antecelleret, ſibi donatam è Tenedo ad Græcorum caſtra deputauit, cui illa decore & iucundè miniſtrabat. Homer. Illiad. 11.

Ecbaſus, vide in Parrhaſia.

Ecbatana, numero plurali, metropolis Mediæ, vel, vt quidam exiſtimant, regio quædam magis condita à Diocle rege Medorum, Strabo lib. 11.

Ecbátana, vrbs in Syria, qua Epiphania quandoque vocata eſt: ac per g, etiam ſcribi poſſe, quidam teſtantur, Egbatana. Alij Ecbatam appellant, quam Plinius à Seleuco rege conditam ſcribit à Caſpijs portis, per viginti millia paſſuum diſtantem. Carmelus etiam dicta fortè à monte Carmelo, in quo ſita eſt. Plin.

Eccetan, nomen viri, 1. Eſdr. 8. Lat. paruus ſiue minimus.

Ecdamna, Galatiæ vrbs. Ptol.

Ecdippa, vrbs in Phœnice, olim Ace vocata. Plin. lib. 5. c. 19.

Ecebolius, ſophiſta Conſtantinopolitanus, propter frequentem apoſtaſiam à fide orthodoxa infamis. Eccl. hiſt.

Eceleſta, inquit Cluſ. eſt in inſcriptionibus marmoreis antiquis, vbi hodie Medina Celi vrbs eſt. Hanc Medinam Mediolum Celtiberorum Ptolemæi eſſe nonnulli putant.

Ecelynus, Pontificis exercitum cepit: ei Brixiani ſeſe commiſerunt. Blond. lib. 8. decad. 2.

Ecclinus, tyrannus fuit, qui poſt infinita propè flagitia & crudelitatis exempla, tandem in bello (quod contra Martinum Turianum Mediolani principem ſuſceperat) vulneratus, more frendentis belluæ vulnus diſcerpſit, eóque miſeram euomuit vitam. Hic dum viueret, circa Tarniſum exercebat tyrannidem, pueros caſtrabat, ſtupraba: virgines, matronis adimebat mãmas, prægnantum ſecabat vteros, partus exertos in ignem mittebat. Volaterr.

Eceſtienſes, Siciliæ populi, inter ſtipendiarios à Plinio commemorat. lib. 3. c. 8.

Echaia, nomen viri, 1. Eſd. 10. Lat. frater Domini.

Echedæ, Atticæ vicus. Steph.

Echedamia, Phocidis vrbs. Pauſan. Locus nemoroſus eſt in Attica, non procul ab Athenis, qui poſtea Academia vocatus fuit, Plutarcho in vita Theſei teſte, & Muſtrio atque Laertio in Platone: huius meminit quoque Appianus in Mithridaticio etiam Echemedium dictum addit Stephanus, ab Echeno quodam.

Echedorus, Macedoniæ fluuius, prope Theſſalonicam in mare Ægæum influens. Ptol. Huius aqua non ſuffecit Xerxis exercitui. Herod.

Echelidæ, vicus in Attica ab echelo heroe: cui hoc nomen fecit ἔλ☉ locus inter Piræeum & Tetracomum Heracleum, vbi Gymnici ludi in Panathenæis fiebant. Steph.

Echémnis, vide Chennis.

Echémon, Priami filius, à Diomede occiſus. Homerus Iliados 5.

Echenéus, omnium Phæacum generoſiſſimus. Homerus lib. 7. Odyſſeæ.

Echéria, vrbs Italiæ. Steph.

Echtla, vrbs Siciliæ. Steph.

Echétra, vrbs Italiæ. Steph.

Echeuerenſes, Tegeaetrum municipium in Arcadia. Pauſan.

Echi, filius Benjamin, Geneſ. 46. qui 1. Par. 8. Rapha dicitur. Lat. frater meus.

Echidne, Scytharum regina, ex qua Hercules tres ſuſcepit filios, vna partu editos: quos cùm eſſet enixa, ex Hercule quæſiuit, quid de ijs fieri vellet: qui reſpondens ait, Cùm primùm in id ætatis, qua arma ferre poſſent, perueniſſent, is qui arcum, quem ei reliquiſſet, tendere poſſet, in regnum Scythiæ poſt eam ſuccedere quorum liberorum vnus nomine Scythes, ſolus arcum intendere potuit, qui regnũ hac ſorte cõſecutus, Scythię nomen dedit. Herod. lib. 4.

Echinades exiguæ inſulæ, Acarnaniæ adjacentes, ex aduerſo oſtij Acheloi fluminis, natæ ex arena & limo, impetu Acheloi conuecto. Plin. li. 2. c. 85. Statius li. 2. Theb.

Turbidus obiectus Achelous Echinadas exit.

Lucanus. *& tuus Oeneu*

Penè gener.

Craſſis oblimat Echinades vndis.

Seneca inde Troadi declinat Echina, pæ.

Quolibet vento faciles Echinæ.

Ouid. Metam. lib. 8. fingit Naiades Nymphas ab Acheloo & Neptuno in inſulas Echinades fuiſſe mutatas. Quia via aquarum vel interrumpente vel aggerente terram inſulæ naſcuntur. Emergunt etiam in mari inſulæ, quando aut aqua recedit, aut ſpiritus terræ incluſus potens atque aeris ipſam terram ſibi luctanti reſiſtentem attollit, & magno impetu protrudit. Hoc igitur modo Ouidius fabuloſo penicello Naturæ pingit opus. Alijs ſunt maris Ionij inſulæ prope Peloponneſum. Hodie victoria nauali celebres, quam Ianus Auſtriacus à Turcis maxima eorum clade reportauit anno 1571. Nou. Octob. Echinæ dicuntur, Steph. Eæ nunc Strophades appellantur, inquit Apollod. lib. 1. noſtra tempeſtate *Cozzulari* vocari ſcribunt So-

phianus & alij.

Echinon, Thraciæ vrbs ad Pegaſeum ſinum. Pomponius Mela lib. 2.

Echinus, ni, vel Echinuſſis ciuitas vel inſula in Ægæo. Cic. in Arato.

Dicitur excelſis errans in collibus amens,
Quo tenet Ægæo defixa in gurgite Echinus.

Echinus, Acarnaniæ oppidum. Plin. Phthiotidis vrbs. Strabo. In Pentapoli Africæ regione ciuitas. Ptolem.

Echinuſſa, inſula Eubœæ vicina, quæ poſtea Cimolus dicta eſt. Plin. lib. 4 cap. 12.

Echion, curſor nobilis, de quo Ouid. libro 8. Metamorph.

Impiger Euriſton, curſuque inuictus Echion.

Echion, vnus illorum, quorum opera adiutus Cadmus, Thebas ædificauit: vnde & Thebani ipſi, Echionidæ dicti ſunt, & Thebę ipſę, Echioniæ.

Echireus, XV. Sicyoniorum rex, ann. 55. rexit.

Echo, Nympha, Cephiſſi amnis accola, quæ Narciſſi amore capta, cùm ab illo ſperneretur, doloris impatientia contabuit, & corpore in ſaxum conuerſo, nihil præter vocem retinuit. Ouid. lib. 3. Metamor.

Echo allegoricè ſignificat iactantiam, hæc ſpreta mutatur in ſonum, hoc eſt, in rem inanem. Narciſſus verò ſignificat hominem ſibi mirè placentem, ac ſupra modum ſui amantem: quod ex ipſius verbis intelligitur. Sic enim de ſeipſo apud Ouid.

Iſta ego ſum ſenſi: nec me mea fallit imago,
Vror amore mei.

Rectè igitur Echo amat Narciſſum, i. iactantiam φιλαυτίαν. Vide Narciſſus.

Echo Nympha, nullo oculo viſa, & à Pane, paſtorum deo, mirum in modum adamata, quæ quidem phyſicè cœli harmoniam ſignificare dicitur. Solem amicum, tanquam domini, & moderatoris omnium corporum cœleſtium, ex quibus ipſa componitur atque temperatur. Seru. in Virg. Buc. Vna eſt Echo apud Olympum in porticu, quæ ſepties repetit voces, ac proinde, Heptaphonos porticus illa eſt cognominata. Plutarc. lib. de garrul. Plin. 36 cap. 15. Iuxta verò Charentonem pagum prope Pariſios, vbi auditur Echo, quæ duodecies eandem repetit vocem, eámque prorſus articulatam. Denique, mira erat Echo apud Delphos, vbi edebantur oracula, quæ diuina penitus eſſe credebantur. Aliis in locis miræ audiuntur vocis repercuſſiones.

Ecnomus & Phalarium, duo propugnacula in verticibus Siciliæ in agro Gele vrbs, vt Diodor. lib. 15. teſtatur.

Ecobrogis Galatiæ vrbs. Anton.

Economia, ciuitas in Græcia Plinius. lib. 4. cap. 7.

Ecphantus Syracuſius, Philoſophiam profeſſus, qui Deum mentem & animum eſſe exiſtimauit, vt Origenes ſcribit.

Ectenæ, ſiue Ecteni, Græciæ populi, qui primùm Thebas incoluere in Bœotia. Pauſan. Lycoph.

Ectiui, Alpini populi, ab Auguſto deuicti. Plin.

Ecur, Indiæ intra Gangem oppidum. Ptolem.

E D

Eda, Meſſeniæ fluuius. Suidas.

Edana, vrbs iuxta Euphratem, quam Phœnices habitant, ab Edano duce dicta: Gentile, Edebeſſeus & Edebeſſius. Steph.

Eddara, Arabiæ deſertæ vrbs. Ptol.

Eddo, nomen viri. 1. Eſd. 8. Lat. vapor, vel nubes, aut interitus eius.

Edebeſſeus. vide Eddana.

Edema, ciuitas in tribu Nephtali. Ioſue 19. Lat. terra, aut ruſa. ſiue ſanguineus.

Eden, Orientalis regio, Iſa. 37. 4 Reg. 19. Eſt & nomen proprium viri, 2. Par. 29. Lat. voluptas, ſiue deliciæ.

Eder, filius Muſi, filij Merari, 1. Par. 23. Lat. grex, ſiue defectio, vel priuatio.

Eder, vrbs in tribu Iuda, Ioſue. 15 & 19.

Eder, turris vbi filij Iacob tabernaculum fixerunt. Gen. 35. vbi legitur, Fixit tabernaculum trans turrim gregis. Hebraicè turrem Heder. Item Michææ 4. Et tu turris gregis: Hebraicè, Et tu turris Eder.

Edeſſa, Arabiæ ciuitas, antea Antiochia dicta. Plin. lib. 5. c. 64. Hinc Edeſſenſes populi. Strab. Trans Euphratem eſt Bambyce, quam Edeſſam & Hierapolim vocant, in qua Atergatim Syriam colunt.

Edetana, Hiſpaniæ Tarraconenſis regio. Plinius.

Edgarus, XII. Anglorum rex.

Edgarus, Scotiæ rex.

Edi, populi Scythiæ. Steph.

Edilbertus, primus Anglorum rex Chriſtianus.

Edimburgum, Scotiæ vrbium prima eſt, & regia ſedes, vbi caſtellum eſt, puellarum cognominatum: multoties authorum teſtimonijs celebratum Hiſtor. Scot. vulgò *Edimbourg*.

Edylla, i. myrtus, aut Syriacè, lætitia, nomen mulieris; quæ & Eſter ſecundo.

Edmundus, IX. Angliæ rex.

Edmundus, XV. Angliæ rex, mortuo patre, à Londinenſibus rex ſalutatur. Pars Canutum regem elegerunt: quem ſæpius victum victoremque, demum ſingulari certamine Edmundus proſtratum, conſortem imperij fecit.

Edna, ſiue Ednas, i. voluptas, aut Syriacè tempus, nomen viri, 1. Eſd. 10.

Edna

Digitized by Google

Edna, Princeps militum in Manaſſe. 1. Par. 12. Lat. æterna requies, ſiue teſtimonium quietis.

Edom, ſic cognominatus fuit Eſau ob coctionem rufæ lentis, cuius edulio primogenita perdidit. Hebræis namque, vt Ioſephus ſcribit, lib. 1. Lat. rufus, ſiue terrenus aut ſanguineus.

Edoia, Arabiæ fœlicis vrbs. Diodor.

Edom, rubeum dicunt. Geneſ. 25. & 36.

Edom, regio, quæ & Idumæa, 3. Regum. Iſa. 34. Hæc in Syria ad meridiem Iudææ ſita, habet Arabiam ab Auſtro, Phœniciam à Borea. Aliàs porrò Gabalene, item & Amalechitis & Amalech vocitatur, vt Ioſephus libro ſecundo, capite primo indicat. Veruntamen idem Ioſephus libro quinto, capite tertio Antiquit. duplicem Idumæam ponit, Superiorem & Inferiorem. Superiorem elegit tribus Iudæ, quæ in longum quidem extenditur vſque ad Ieroſolymam: latitudine verò vſque ad paludem Sodomæ conſtituta eſt. In hac autem ſorte ciuitates erant Aſcalon & Gaza: iſtam Palæſtinam aliàs dicunt. Inferior Idumæa ſorte ceſſit Simeonis tribui. Hæc circa Ægyptum eſt & Arabiæ montem. Hæc ille.

Edom, Heb. Adam, i. homo ſiue rufus, aut terrenus, vel ſanguineus, vrbs Ioſue 3.

Edomus, mons prope Pangæum in finibus Theſſaliæ.

Edon, Seruio, mons eſt Thraciæ, aut certè in ea parte Macedoniæ, quæ Thraciæ proxima eſt, qui à Plinio lib. 4. c. 11. appellatur Edonus. Ab hoc monte vicini populi dicti ſunt Edonij, vel Edoni. Hinc etiam fiunt adiectiua, Edonius & Edonus, quæ idem ſignificant quod Thracius: & Statius Edonas hyemes pro frigore acerrimo quale ex iis finibus Thraciæ.

Edonides, mulieres bacchantes, quæ furore agitatæ, myſteria Bacchi celebrabant. Variis autem nominibus appellabantur, Euantes, Thyades, Mimallonides, Mœnades & Baſſarides. Ouid.

Edônis, ciuitas Phrygiæ, Cimmeriorum olim ſedes, Antandrus poſtea dicta. Steph.

Edonus, vide Edon.

Edoſa, vrbs in ſinu maris Troglodytici, ex Africæ latere. Plin. libro 9. c. 29.

Ediai, i. fortitudinis vel magnitudinis aceruus, aut nubes, ſiue interitus iniqui aut ſocij vel paſtoris ſiue confractionis, vrbs regis Og, in regione Amorrhæorum, vbi ipſe contra Iſrael pugnauit, & cæſus eſt, Deut. 1. & 3. Num. 21. Ioſ. 12. Eſt & alia in tribu Nephthali Ioſue 19.

Edri, Ptolemæo inſula iuxta Orientalem plagam Hiberniæ, Andros Plinio dicta.

Edron, portus ad Padum fluuium. Plin. lib. 3. cap. 16.

Eduardus, i. Angliæ rex leges correxit, nouas & ſalutares dedit. Polyb. libro 17.

Eduardus II. rex Anglorum XIII. ab Alfreda nouerca occiſus venenato poculo. Volebat enim ſcelerata mulier Ecceldorum filium ſuum ſeptennem Principem eligi.

Eduardus III. Anglorum rex, regnauit annis L. hic vxorem quam dilexerat, nunquam attigit.

Eduardus IV. Anglorum rex, in vinculis à cuſtodibus necatus.

Eduardus VII. Anglorum rex, Dacos vicit, Orientalium Anglorum ditionem ſuæ armis adiecit: Ericio rege à ſuis interfecto, Merciam recipit. Polyb. libro 6.

Eduardus, Anglorum regis filius, Vualliæ & Aquitaniæ dux.

Eduardus XIX. Anglorum rex, pius, ſanctus etiam in vita miraculis claruit.

Eduardus, Henrici Anglorum regis filius, quem pater Vualliæ Principem fecit, Aquitaniæ & Hiberniæ præfecit. Hinc conſuetudo introducta, vt rex filium natu maiorem Principem Vualliæ dicat.

Eduinus, Edmundi filius, XI. Anglorum rex, regnauit annis IV.

Edulius, Hiſpaniæ Tarraconenſis mons. Ptol.

Edumei, populi Arabici. Steph.

Edúſam, ab edendo dixerunt veteres deam quæ eſui præeſſet, quemadmodum Potinam, quæ potui.

Edva, Nympha, Oceani & Tethyos filia, Heſiodo in Theogonia.

Edylius, mons à quo egreditur fluuius Aſſus, quem occupauit Sylla, vt Chæronenſes populos illi monti vicinos facilius inuaderet. Plutarchus in Syllâ.

Edyme, vrbs Cariæ. Steph.

E E

Eétion, onis, pater Andromaches, & ſocer Hectoris, qui apud Thebas Ciliciæ imperabat, Homero libro 12. Iliad. Hinc deducitur adiectiuum Eetioneus Ouid. 13. Metam.

Eetioneas impleuit ſanguine Thebas.

Eetionea, alterum Piræi promontorium ab Etione. Steph.

E F

Eferem, vel Efren, XIII. Hieroſolymæ Epiſcopus, anno ſalutis 126.

Efflui, Germaniæ Septentrionalis, populi, Tacito. Liuones, hodie quibuſdam, vulgò, *Lifflandt.*

E G

Egebertus, primus Anglorum rex, Vuallos domuit, Bertulphum Merciorum, Ethenolfum, Cantianum Suthredum, Orientalium Saxonum reges, & Northumbros vicit, regna ſua imperio adiecit. Primus omnium nomen Angliæ inſulæ impoſuit. Polyd. libro 4.

ægelaſte, oppidum in Hiſpania citeriore: vnde ſunt ægelaſtaui. Plin. & Straboni: hodie, *Yniesta*, Caſtellæ regni oppidum, Cluſ.

ægelidus, Tuſciæ amnem eſſe, & hodie, *Freddano*, dici fabulatur Leander ex Annio. Hunc ægelidum enim vterque citat ex Virgilij verſu Æneid. lib. 8.

Vt procul Egelido ſecretum flumine vidit.

ægemnon, ix. Corinthiorum rex.

ægemon, poeta fuit, qui ſcripſit bellum Leuctricum Thebanorum & Lacedæmoniorum.

ægeria, Nympha, cui ſacrificabant prægnantes, quòd eam putabant facilè fœtum aluo egerere. Feſtus. Numa Pompilius, referente Plutarcho, quo maiore in veneratione eſſet apud populum, ſimulabat ſibi eſſe nocturnos congreſſus cum ægeria Nympha, velut cum coniuge. Hinc fingit Ouid. Metam. lib. 15. ægeriam luctu ob Numæ diſceſſum conuerſam eſſe, in fontem. Erat autem ægeriæ fons Romæ extra portam Capenam in luco Camœnarum.

ægeſinus, Philoſophus, euandri auditor. Cicero Acad quæſt. lib. 4.

ægeſippus, ſcriptor eccleſiaſticus, hiſtoriam eccleſiæ ab initio prædicationis Apoſtolorum, vſque ad annum Chriſti 170. quinque libris eloquentiſſimè deſcripſit, ex quibus plurima euſebius libro 2. 3. & 4. hiſtoriæ eccleſiaſticæ deſcribit. Vixit tempore Adriani & Antonin. Cæſarum. euſeb. lib. 4 cap. 8. 22. lib. 3. cap. 32. lib. 2. cap. 23. Apparet autem alios eſſe hos ægeſippi libros ab euſebio citatos, quam quinque illos de rebus Iudaicis, & excidio Ieroſolymæ ex Ioſepho deſcriptos, qui titulo ægeſippi leguntur, in quibus vrbs Conſtantinopolis fit mentio. Vnde perſpicuum eſt auctorem poſt Conſtantini magni tempora vixiſſe.

ægeſtha, filia Hippotis Troiani, quam ne marinę belluę ob periuria Laomedontis ſecundum Apollinis reſponſa traderetur, pater impoſitam nauiculę miſit, quò ſors tuliſſet: quę tandem ad Siciliam delata, à Criniſo fluuio in canem conuerſo compreſſa, Aceſtem edidit. Vide Criniſus.

ægeſta, ciuitas in Sicilia, quam Æneas condidit, & ab Aceſtis matre ægeſtam nominauit, quę poſteà Segeſta nominata eſt. Steph. ab ægeſto Troe ſic nominatam ſcribit, & calidas aquas ibi ſcaturire. Vide ægeſta, & epidamnus. Diod. libro 20. ſcribit hanc ab Agathocle exciſam, & tranſfugis ad habitandum conceſſam: ac Dicęopolim ab eo appellatam.

ægeus, i. meditatio, ſiue loquela, vel genitus, aut ablatio, eunuchus Perſarum regis. eſther 2.

ægidus Athenienſis, ſolitudinis ſtudio, genus, patriam, & opes reliquit.

ægidius, Hiſpanus Cardinalis vir acerrimus circa annum ſalutis 1457.

D. ægidius, natione Lemouicus, religionis, ac pietatis fulgor, Nouiodunenſis epiſcopus, Flandros & Picardos ad Chriſti fidem conuertit, martyrúmque ſanctorum plurima conſtruxit monumenta. Rhen libro 1.

ægica, rex Hiſpanię fuit, qui Faſillam ducem Tudenſem (vt eius vxore potiretur) necauit.

ægion, vrbs inter Ætolos & Peloponneſum. Pomp.

ægipſa, Hiſpanię rex, anno ab vrbe 1436.

ægirtius, fluuius Aquitanij in Garumnam influens, *Gers*, Vineto.

ægla, i. vitula, aut currus, ſiue rotunda, vxor Dauid, 2. Reg. 3. 1. Par. 3.

æglon, i. vitulus, aut currus ſiue rotundus, nomen vrbis in tribu Iudę, cuius rex fuit Dabir, Ioſue 10 & 15 Nomen regis Moab Iudicum 3.

ægnatia, Ptol. Apulorum vrbs in Ionio pelago, hodie Iuuenantium.

ægnatia, Plin. Peucetię in Italia oppidum eſt hodie collapſum quidem, ſed eius buſtum, *Nazo*, vocari teſtatur Niger.

ægra vrbs à fluuio, cui adiacet, dicta: olim imperio Romano, hodie Bohemię regno ſubiecta, Ptol. Menoſgada vocatur.

ægra, vrbs Arabię iuxta ſinum Ailanitem. Steph.

ægurri, Hiſpanię Tarraconenſis populi. Ptol.

E H

ehub, v. Hebręorum, qui & Aod filius Gera, filius Iemini, liberauit Iſraelem à tyrannide æglonis regis Moabitarum. Iudic. 3. Ioſeph. libro 5. c. 3.

E I

eidetes, Iberica gens Steph.

eidomene, Macedonię vrbs. Steph.

eibeſtij, populi Libyę. Steph.

eibo, inſula quędam. Steph.

eilenia, vrbis nomen & epitheton Mineruę. Phauor.

eileſium, nomen loci apud Steph. ex Homer.

eilothę, Hiſpanię populi. Polyb. eſt & ſeruorum genus apud Lacedęmonios, ab vrbe Helos ſic dicti, vt vult Pauſan.

eiminatium, Dalmatię vrbs. Ptol.

einatus, Cretę vrbs, alij fluuium & montem eſſe dicunt, inquit Steph.

eion, emporium ad oſtia Strymonis fluuij. Thucyd. Cherſoneſi etiam vrbs, & circa Pieriam. Steph.

eione, Corocondę promontorium, inter Pontum & Męotim excurrens. Plin.

eiones, Argię pagus fuit, poſtea nauale Mycenarum. Strabo.

eionius, vnus è Gręcorum Principibus, qui ad Troiam profecti ſunt, ab Hectore interfe-

ctus.

Digitized by

ctus. Homerus Iliad. 8.

Eionius Thrax, pater Rhœſi regis, qui noctu à Diomede & Vlyſſe interfectus eſt. Hom. lib. Iliad. 10.

Eiras, mons in Meſſenia, in quo ſe Meſſenij vndecim annis contra Lacedæmonios defenderunt. Pauſ.

Eireſidæ, tribus Acamãtidis vicus. Stephanus.

Eiſcadia. Luſitaniæ vrbs ſub Viriati imperio, à Seruiliano capta. Appian.

Eizelos, Siciliæ Caſtellum Steph.

E L

Ela, i. ilex, vel quercus, ſiue ſimilitudo, aut maledictio, vel iuramentum ſcilicet imprecationis, aut Syriacè, Deus, ciuitas Idumæorum, Geneſ. 36.

Ela pater Oceæ Prophetæ, 4 Reg. 15.

Ela filius Caleb filij Iephone 1. Par. 4.

Ela, pater Semi præfecti in Benjamin. 3. Regum 4.

Ela filius Ozi, 1. Par. 9.

Ela, filius Baaſa, regio Iſrael, 3. Reg. 16.

Ela, 1111 rex Iſrael.

Ela, Aſiæ regio. Steph.

Elabacare, locus Indiæ intra Gangem ad maris littus. Arrian. in Periplo.

Elabontas, fluuius per Antiochiæ campum, qui Pagris ſubiacet fluens. Strab. lib. 16. Exemplaria emendata legunt, ὁ λαβώτας, Labotas.

Elacatæum, mons Theſſaliæ, in quo Iouis Elacatæi templum. Steph.

Elad, i. Dei æternitas, aut teſtimonium vel præda, filius Suthalæ filij Zabad. 1. Par. 7.

Elada, i. Dei cœtus vel congregatio aut Dei æternitas, ſiue teſtimonium, vel Dei præda, filius Tahet, filij Bared, filij Suthalæ filij Ephraim. Par. 7.

Elæa, Steph. vrbs Aſiæ in Æolica, Pergamenorum nauale, quæ Cidænis nominabatur, à Meneſtheo condita, inſula item Propontidis. Plin.

Elæa, Phœniciæ, vrbs inter Tyrum & Sydonem Steph.

Elæa, vrbs prope Myſiam, nauale Bithyniæ. Eid.

Elæa, vrbs & portus Æthiopiæ, & inſulæ tres. Inde Gentile, Elaitæ. Strabo.

Elææ, Thraciæ Europææ vrbs. Procop.

Elæas, Epiri portus. Ptol.

Elæus, vicus in tribu Hippothoontide, cuius incolæ Eleuſij Steph.

Elæitichus, Lyciæ oppidum. Steph.

Elæus, Thraciæ Cherſoneſi oppidum. Ptolemæus.

Elæus, vrbs in Doridis ſinu. Plin. Epiri item Ptol. & Calidoniæ. Polyb.

Elæus, vrbs in Helleſponto, & alia in Argo: incolæ, Eleuſij. Steph.

Elæuſſa, inſula Ciliciæ poſt Epitum, quæ nunc Sebaſta iuxta Cyzicum. Sunt & aliæ inſulæ ſeptem. Gentile Elæuſſius. Steph.

Elaira, vide Leucippides.

Elais, vna ex tribus filiabus Anij, Apollinis & Rhoius filij; quæ quicquid tangebant, in triticum, vinum ac oleum ſtatim vertebatur. Cæl. antiq. lect. lib. 7. cap. 15.

Elaites, nemus Ægypti ad dextram foſſæ Canopicæ. Strabo.

Elæus, mons circa Phigaleam. Pauſan.

Elamitæ, Arabiæ populi, Plin. c. 28. libro 6.

Elamitæ, Perſarum Principes, ab Elam filio Sem. Ioſeph.

Elana, Arabiæ Petrææ vrbs, ad ſinum Arabicum. Ptol. *Aila*. Nigro.

Elancorum, emporiũ Indiæ intra Gangẽ. Ptol.

Elaphebolia, feſta apud Græcos, quæ fiebant menſe Februario, in quibus cetui Dianæ Elaphebolia ſacrificabantur, vnde & menſis illis Elaphebolion dictus eſt.

Elaphiæa, Diana dicta eſt, ab Elaphia nutrice. Palæph.

Elaphites, inſula Adriatici maris, XII. M. paſſ. à Melita. Plin.

Elaphoneſus, vna Sporadum inſularum, cum vrbe eiuſdem nominis Steph.

Elaphus mons Aſiæ & Arcadiæ. Pauſan.

Elaphuſa, inſula in Adriatico mari. Plin.

Elaſa, filios Rapha, filij Baana, 1. Para. 8. Lat. Dei factura.

Elaſa, filius Saphan. Ierem. 29. 1. Eſd. 10.

Elatas, Bithyniæ fluuius in Pontum decurrens. Ptol.

Elatea, vrbs maxima Phocidis ab Elato quodam, & alia Theſſaliæ, & alia Theſprotiæ, quam etiam vocant Elatriam. Steph.

Elath, ciuitas regni Edom, ad quam profecti ſunt filij Iſrael de Heſiongeber Deu. 2. Lat. cerua ſiue fortitudo, aut ilex, vel quercus.

Elatus, Perrhæbus quidã, pater Cęnei, qui inde Elateius cognominatur ab Ouid. lib. 12. Metam.

Manet imperfoſſus ab omni.

Inque cruentatus Caneus Elateius ictu.

Elauer, Galliç fluu. apud Cęſarem. *Aliter*. Mar

Elauia, Caſtellum Siciliæ. Steph.

Elbeſtij, populi Libyæ. Steph.

Elbo, inſula quædam. Stephan.

Elbonthis, vrbs inter Ægyptum & Cyrenen, Steph.

Elbora. Vide Libora.

Elcana, filius Gore filij Iſaar filij Caath. Exod. 6. Lat. Deus Zelotes, aut Dei profeſſio, vel Dei calamus, ſiue Deus nidus eius.

Elcana, filius Ieroboam, Reg. 1. Par. 12.

Elcana, filius Aſir. 2. Par 6 & 28.

Elcebus, Galliæ Belgicæ vrbs in Tribocis.

Digitize

Ptol. *Scheleſtat*, Villan. eſt.

Elceiæus, viculus in Galilæa, vnde Nahum Propheta, Nahum. 1. Lat. Dei durities, vel ſerotinus.

Elcethium, Siciliæ vrbs. Ptol.

Elcoboris Luſitaniæ oppidum. Ptol.

Eldaa, filius Madian filij Abrahæ. Geneſ. 25. Lat. Dei ſcientia aut cognitio.

Eldad, nomen viri, ſuper quem requieuit ſpiritus Domini in caſtris. Num. 11. Lat. Dei dilectio aut dilectus.

Eldamarij, Arabes, circa Meſopotamiam. Pli.

Eldana Ptolemæo, Hiſpaniæ vrbs, *Dania*, alio nomine, *Duenna*, hodie Goropio in ſua Hiſpania. Item Indiæ vrbs extra Gangem.

Eldimæi, Suſianæ regionis populi. Ptolem. corruptè pro Elymæi. Nam Elymais Prouincia eſt in ſacris literis.

Eldredus Anglorum rex, anno ſalutis 940. Polydor. libro 6.

Elea, ciuitas Lucaniæ quam quidem Helam à fonte nominauerunt. Alij à palude dictam opinantur, quæ Græcè, ἕλος, dicitur. Steph. Lucaniæ vrbem eſſe ſcribit, olim Bylen dictam, deinde ab amne vicino Eleam, & ſuo tempore, Βέλιαν. Hæc Latinè Velia dicebatur.

Elea, Æolidis vrbs. Pomp. libro ſecundo. In ea natus eſt Zeno Philoſophus, qui Eleates dicitur: & eius Philoſophia, Eleatica. Ariſtoteles.

Elcale, i. Dei aſcenſio, ſiue Dei holocauſtum, ciuitas Amorrhæorum in Galaatide regione, tribui Iudæ aſcripta. Iſa. 15. quam ædificauerunt filij Ruben. Num. 32.

Eleazar, i. Dei adiutorium, ſiue Dei atrium, filius Aaron filij Amram, filij Caath, filij Leui. Exod. 16. Par. 1.

Eleazar Dinæ, princeps ſeditionis inter Iudæos & Samaritas, ex qua latrocinia oborta ſunt. Quadratus ſeditionis principes cruci affixit. Ioſephus libro 20. cap. 11. & 12. Tacitus libro 12.

Eleazarus filius Mathatiæ, filij Ioannis, 1. Macchab. 2. Pater Phinees, filius Moſollamiæ, 1. Paral. 9.

Eleazarus, Annæ filius, pontifex conſtitutus, anno ſalutis 20.

Eleazarus, quidam de gente Iudæa, quonam pacto Romanorum exercitu præſente, dæmones fugabat, vide in dictione SALOMON.

Electa, mulier ad quam ſcribit Ioannes, ſecundo Ioan.

Electra, Meſſeniæ oppidum & fluuius. Pauſanias.

Electra, Heſiodo, Nympha, Oceani & Tethyos filia, vxórque Atlantis cuius filia etiam Electra dicta fuit, quæ Ioui Dardanum peperit, Virg. libro 8.

Electra, Oreſtis ſoror, filia Agamemnonis, quæ cœlibem ad multum ætatis vitam egit: vnde etiam ab Elena apud Euripidem, πολυχρόνιος παρθένος, hoc eſt, annoſa virgo, per contumeliam appellatur. Inde aliquid Electram dictam volunt. quaſi, ἄλεκτρον, hoc eſt, ſine thalamo: quanquam aliis magis placet à flauo colore, electrúmque referente, ita fuiſſe appellatam.

Electrides, inſulæ, in quibus Dædali & Icari ſtatuæ ſunt. Aiunt has inſulas iuxta Eridani oſtia eſſe. Eſt etiam ſtagnum prope fluuium, aquæ calidæ, vnde tam grauis odor redditur, vt nullum animal inde bibat, & aues ſuperuolutantes mortuæ decidant. Ambitus eſt ſtadiorum ducentorum. Fabulantur autem, Phaethontem fulminatum ibi decidiſſe, & plurimos ibidem populos prouenire, ex quibus electrum manat, gummi ſimile, lapidis inſtar dureſcens. Incolæ loci, Electritæ, vel Electrini. Steph. Dicuntur etiam Gleſſariæ, Plinio teſte, inſulæ quæ ex aduerſo Britanniæ & Hyberniæ in Germanico mari ſparſæ ſunt, quæ nunc fortaſſe, *Hetlant, Scetlant, & Fare*, dicuntur. Meminit & Mela Electridum inſularum in Adriatico mari, prope Abſyrtidis inſulas. Vide Lucianum in Dialogo de Electro ſeu Cygnis.

Electrion, Amphitryonis pater, filius Alcæi. Heſiodus in Aſpide.

Elees, Italiæ fluuius, prope Eleam, in Lucania, Strab. *Euoli*, Nigro.

Elegarda, Armeniæ maioris vrbs. Ptol.

Elegea, regiuncula trans Euphratem.

Elegia, Armeniæ ciuitas, quam præterfluit Euphrates, occurrente illi apud eam Tauro monte, nec reſiſtente. Plin. libro 5. c. 24.

Elehanan, nomen viri 2. Reg 23. 1. Par. 11. Lat. Dei gratia, ſiue Dei miſericordia, aut Dei donum.

Elei, populi in Peloponneſo, clariſſimi propter delubrum Iouis Olympij, ludóſque Olympicos, quorum præfecturam Elei habuerunt. vnde Elei equi, & Eleus carcer ſæpè leguntur, Lucanus.

Quantum clamore iuuatur Eleus ſonipes.

Eleleus, vnum ex Bacchi cognominibus, ab ἐλελίζειν, verbo Græco, quod ſignificat vociferari, quemadmodum prælio congreſſuri conſueuerunt. Ouidius libr. 4. Metamorphoſ. Hinc Bacchæ ipſæ dictæ ſunt Eleides. Ouid. 4. Epiſt.

Nunc feror, vt Bacchi furiis Eleides actæ.

Eleleus, dictus eſt ſol. ἀπὸ τοῦ ἀεὶ εἱλεῖσθαι περὶ τὴν γῆν, hoc eſt, quod æterno circa terram meatu, volui videatur.

Eleph, vrbs in tribu Beniamin. Ioſ. 18. Lat. mille, ſiue doctrina, author, vel dux.

Elephantina, vrbs quæ diſtat à Thebis Ægyptiis,

Digitized by Google

pris viginti & octo generis ſtadiis Herod. Nili, item inſula Ptolem.

Elephantini, vel Elephantię populi Apulię.

Elephantis, Nili inſula, Plin lib. 5. infra nouiſſimum cataractem, nauigationis Ægyptię finis. Ibi Æthiopię conueniunt naues nam que eas pliçatiles humeris transferunt, quoties ad cataractas ventum eſt.

Elephantis, poetrię nomen, quę libellos ſcripſit, quibus varia genera concubitus, varióſque coeundi modos complexa eſt. Martialis.

Nec molles Elephantidos libelli.

Elephantophagi, Æthiopes ſub Ægypto. Strabo.

Elephas, ad Aualiten ſinum mons, in Æthiopia ſub Ægypto. Ptol. Eſt & locus ad Gaditanum fretum. Strabo.

Elero, Cęle Syrię vrbs. Ptol.

Eleus, Bacchi cognomen, dictus quaſi pius pater, quòd libertatem hominibus preſtet. Gręci enim ἐλεος, miſericordiam vocant. Ouidius.

Nyctiliuſque, Eleuſque parens.

Eleus, Eleuntis, Thracię vrbs, Thucydides lib. 8. Herod. lib. 7. Ab ea Eleuntij dicti Thucydidi ibidem.

Eleus, fluuius, qui Mediæ magnam partem irrigat.

Eleuſa. Plin. Ciliciæ mediterraneum oppidum eſt. Niger inſulam facit, & dicit hodie *Curcu* appellari ab oppido ſic dicto illi adiacente.

Eleuſa, inſula ex oppoſito Cypri.

Eleuſin, Theræ inſulæ vrbs eſt. Ptol.

Eleuſina, pagus Ægypti eſt, Strabo, Alexandriæ & Neapoli proximus in Canopica foſſa ſitus. Leſionem eam vocat Liuius, lib. 45. quatuórque millia ab Alexandria diſtare addit. Eſt & Atticæ vrbs. Ptol.

Eleuſine, Achaiæ vrbs. Ptol. *Lepſina* dicitur Sophiano. Atticam eam cognominat. Ptol. *Salin:* Nigro vocatur.

Eleuſina, vrbs ab Ogyge condita. Oroſ. lib. 3. cap. 7.

Eleuſis, & Eleuſin, modò *Lepſine* vocatur, ciuitas Atticæ vicina, non longè ab Athenis, in qua regnauit Eleuſius, qui Cererem filiam quærentem liberaliſſimè hoſpitio ſuſcepit. Ob cuius memoriam Eleuſini Cereri ſolennia ſacra inſtituerunt, quæ Theſmophoria dicebantur. Ouid. 7. Metamorph.

Cercionis lethum vidit Cerealis Eleuſis.

Quin & Ceres ipſa ab huius oppidi nomine Eleuſina cognominatur. Virg. 1. Georg.

Tardáque Eleuſinæ matris voluentia plauſtra.

Eleuſius, nomen viri, quem Ceres docuit omnem agriculturam, à quo Eleuſis ciuitas cognominata eſt.

Eleuſius, Cyzicæ, epiſcopus, à fide catholica ad Macedonianam hæreſim deſciuit: qui tamen poſtquam reſipuiſſet, & epiſcopatu ſeipſum abdicaſſet, reliquo vitæ curſu vitam ſolitariam egit. Niceph. lib. 11. cap. 5.

Eleuthera, ciuitas Cretæ ab Eleuthere vno Curetum Saorus aliàs dicta. Steph. 15. millibus paſſuum à Carthagine Spartaria diſtans. Cluſ. de ea.

Eleuthera Cilicia, id eſt, libera Cilicia, cuius partes diœceſis in locis recenſentur: Gentile, Eleuthero Cilices. Steph.

Eleutheræ, vrbs Bœotiæ, ab Eleuthere Apollinis filio, & alia Cretæ, ab Eleuthere vno Curetum, quæ etiam Saorus vocabatur, à Sacra Nympha. Eſt & alia iuxta Iſtrum fluuium in Ponto, ſic dicta, quòd Iaſon Æetam fugiens, timore illic liberatus ſit. Eſt etiam Lyciæ vrbs à Nympha quadam. Steph.

Eleutheris, vrbs Bœotię Oropi, prope Corum & Ancleum. Steph.

Eleutheriſcus, vrbs Macedoniæ. Steph.

Eleutherium, oppidum Myſiæ. Steph.

Eleutherius, Iupiter dictus eſt, quaſi liberator, quòd apud Aſopum Platæarum amnem Græcorum copiæ Mardonium cum trecentis Perſarum millibus ad internecionem deleuiſſent.

Eleutherius, conſul cum Euagrio (alias Euchario) anno ab vrbe 1134.

Eleutherius Exarchus, Italiæ regem ſe dixit, quem militiæ duces apud oppidum Luceolum interfecerunt: caput tyranni Conſtantinopolim miſerunt. Blond. libro nono, decad. 1.

Eleutherius, D. Dionyſij Areopagitæ & vitæ & mortis ſocius.

Eleutheria feſta pluraliter, quaſi liberatoria, id eſt libertatis ſolennia. Plautus in Perſa. Baſilicè agito Eleutheria. In his certamen armatorum currentium quinto quoque anno celebrabatur: quæ feſta nomen acceperunt à Ioue Eleutherio, qui templum habebat ad Platæas Bœotiæ ciuitatem.

Eleutherinæ, vrbs Cretæ, ab vno Curetum dicta, Stephan. Vide Eleutheræ, & Sacra.

Eleutherocilices, Aſiæ populi. Cic. 5. ad Atticum, Eleutherocilices populi in Amano, ne regibus quidem vnquam paruerant.

Eleutheropolis, Suidæ prima Palæſtinæ vrbs, quæ Antonino eſt inter Aſcalonem & Neapolim.

Eleutherus, flumen eſt iuxta Orthoſiam vrbem, quæ eſt in radice Libani montis. Plin. lib. 9.

Eleutherus, XII. Rom. epiſcopus, Euſeb. lib. 5. cap. 1.

Eleutherus Prolem. Plin. Syriæ fluuius, *Vallania*, Pinetus, *Velana*, Poſtellus vocat.

Eleutherus, Siciliæ fluuius, Ptolem. *Ponterotto* indigitatur à Leandro.

Eleutho, Dea parturientibus aſſiſtere ſolita, vt ex Pindaro placet in Olymp. vbi eam, & Parcas Apollo iubet adeſſe Euadnæ parturienti.

Eleutij, populi Apuliæ gens, quam Parthenius Elephantidem vocat.

Elgos, oppidum Lydiæ. Steph.

Elia, filius Ieroam, 1. Par. 8. 1. Eſd. 10. Lat. Deus dominus, aut fortis dominus.

Eliab, filius Phallu filij Ruben. Num. 26. Primogenitus filiorum Iſai patris Dauid, 1. Reg. 17. 1. Paral. 2. Filius etiam Helon, Princeps tribus ſuę Zabulon. Num. 1. Lat. Deus meus pater, ſiue Deus patris.

Eliacim, filius Helcię, Iſa. 22. 2. Reg. 18 prepoſitus domus regis Ezechiæ. Filius item Ioſuæ regis à Pharaone Nechao Ioacim appellatus, 4. Reg. 23. Pater Iona, Luc. 3. Lat. Dei reſurrectio, aut affirmatio, ſiue Deus reſurrectionis vel firmitatis aut Deus vindicans.

Eliada, pater Razon, Rex. 11. Filius Dauid, 2. Reg. 3. 1. Par. Dei ſcientia vel cognitio.

Eliam, filius Achitophel. 2. Reg. 3 Lat. Dei populus.

Elias, Propheta ſanctiſſimus & celebratiſſimus 3. Reg. 17. Lat. Deus aut fortis Dominus.

Elias Monachus, non procul ab Antinoo ciuitate degebat in eremo, agens annum ætatis circiter centeſimum decimum, anteà tamen pene ſeptuaginta annis ſolus vixerat in ſolitudine: & ad hanc ætatem ieiunando & viriliter conuerſando peruenit. Sozom. lib. 8. cap. 1.

Eliaſaph, i. Deus augens, vel Deus augmentationis, aut Deus finiens, filius Duel, Princeps tribus ſuæ Gad. Num. 1.

Eliaſib, i. Deus conuerſionis, aut Dei ſeſſio vel habitatio, ſiue Dei inſufflatio, filius Elioenai filij Naariæ, 1. Paral. 3. 24. 2. Eſd. 19.

Eliatha, nomen viri, 1. Par. 25. Lat. Deus meus tu, aut Deus meus venit.

Eliberri, Melæ, eſt Galliæ Narbonenſis vicus magnæ quondam vrbis & magnarum opum (vt ipſe inquit) tenue veſtigium. Ptolem. hanc Iliberrim vocat, vt etiam Liuius & Plin.

Elibyrge, vrbs Tarteſſi. Steph.

Elica, nomen viri, 2. Reg. 23. Lat. Dei pelicanus aut fortis vomitus.

Elice, ſtella maris, vel ſydus iuxta polum Arcticum. Vide Helice.

Elicius, Iouis cognomentum, qui in Auentino colebatur, ab eliciendis, hoc eſt euocandis, fulminibus impoſitum. Ouidius 3. Faſtorum.

Eliciunt cœlo te Iuppiter: unde minores,
Nunc quoq; te celebrant, Eliciúmque vocant.

Vide Paleph. lib. 1. cap. 3. de deorum cognominibus.

Elidad, filius Chaſelon, Princeps tribus Beniamin. Num. 34. Lat. Dei dilectus, vel Dei dilectio.

Eliel, filius Thohu, 1. Par. 6. & 8. Mahumetes, 1. Par. 11. 2. Par. 31. Lat. Deus meus, vel Dei fortitudo, ſiue Dei potentia.

Elidicus, XVI. Athenienſium Princeps, anno ab vrbe 12.

Elieſer, Iſmaelis frater vterinus, & alter Abrahæ ex Agar Ægyptia filius. Comeſt. in cap. 16. Geneſ.

Eliezer, filius Procuratoris domus Abraham. Geneſ. 15. Lat. Dei adiutorium, ſiue Dei atrium.

Eliezer, & filius Moſis Exod. 18. 1. Par. 23.

Eliezer, filius Bechor filij Benjamin, filij Iacob. 1. Par. 7.

Eliezer, filius Ioram, Luc. 3.

Eligius Nouiomagenſis Epiſcopus, cùm antè aurifex eſſet, quicquid ea arte lucri conſequebatur, dabat pauperibus, circa annum Chriſti 650. Obiit Calendis Decembris anno vitæ 80.

Elihoreph, i. Dei hiems, aut Deus iuuentutis, ſiue fortè opprobrium, aut Deus acuminis, filius Siſa, Princeps exercitus Solomonis, tertio Reg. 4.

Elij, populi ſunt circa Aſtaboram & Aſtapam fluuios incolentes, qui etiam Rhizophagi dicuntur, propterea quòd ex adiacente palude euulſis radicibus maſſulas conficiunt, quibus ad ſolem coctis veſcuntur. Strab. lib. 16.

Elicoci, Galliæ Narbonenſis populi. Ptol.

Elicranum, Illyridis vrbs. Polyb.

Elim, i. arietes, aut fortes, vel cerui, ſiue valles, ciuitas Moabitarum non procul à limite: ad quam peruenerunt filij Iſraël profecti de Mara, Exod. 16. Num. 33. Eſt & nomen putei, Iſa. 15. aut nomen ciuitatis, & debet legi Beerelim.

Elimelech, i. Deus meus rex, aut Dei conſilium, nomen Beth-lehemitæ cuiuſdam, maritus Noemi, Ruth. 1.

Elimia, vrbs Macedoniæ, & Elimiotæ populi, ab Elimo heroe, vel Heleno, vel ab Elima Tuſcorum rege. Steph.

Elini, Theſprotica gens, item Elinia regio eſt Siliciæ vrbs. Steph.

Eliocrotæ, vrbs Hiſpaniæ. Anto. *Lorca*, hodie, 25. millibus paſſuum à Carthagine Spartaria diſtantis. Cluſ. de ea.

Eliocena, i. ad ipſum oculi mei, ſiue ad ipſum fontes mei, aut ad ipſum afflictio, vel paupertas, filius Naariæ filij Semaræ filij Sechoniæ, 1. Par. 3. & 4. Filius item Bechor, filij Benjamin filij Iacob. 1. Par. 7 & 8.

Eliones, Africæ propriæ gens. Ptol.

Elionora, Anglię regis filia, Alphonſi cognomine Bo-

Digitized by Google

ne Boni, Hiſpaniæ regis vxor, anno ſalutis 850.

Eliphal, i. Dei miraculum, vel Dei judicium, filius, Vr, 1. Par. 11.

Eliphales, i. Deus liberationis, ſiue Deus expellens, filius Dauid, 2. Reg. 5. qui 1. Paral. 3. & 14 dicitur Eliphelet. Eſt & filius Eſec. 1. Paral. 8.

Eliphalu, i. Deus mirabilis, ſiue Deus judicij, nomen Sacerdotis, 1. Par. 15.

Eliphaz, i. Dei niſus vel conatus, aut Dei obrizon Eſau, ex Ada vxore. Gen. 36.

Eliphelet, i. Deus liberationis, ſiue Deus meus expellens: filius Asbai, 2. Reg. 23. filius item Dauid, 1. Paral. 3 qui 2. Reg. 5. dicitur Eliphalet.

Elis, oppidum in Occidentali tractu Peloponneſi, non procul ab Olympia, à qua & circumiecta regio Elis appellatur. Alpheo fluuio irrigata, Virg. 3. Georg. Hinc Eleus, lea, leum. Item Elias Eliadis: vt equæ Eliades quæ apud Elidem certamine curuli palmas merentur, vt annotauit Seruius in illud Virgilij 1. Georg.

Eliadum palmas Epirus equarum. Thriphylia quoque dicitur. Steph. Molpidis Petram à *Lycophrone* appellari ſcribit Iſacius Tzetzes.

Elis, ſiue Helis, vbi Moyſes duodecim reperit fontes hodie, *Belba*, & vulgò, *Belbes*, appellari putat Poſtell.

Elis, Stephano, ciuitas apud Olympiam Ægyptiam, ab Eleo Tantali filio. Eſt & alia Arcadiæ, & tertia Hiſpaniæ. Ciuis Elideus, Elieus, & Eleus. Poſſeſſiuum Eliacus: Patronymicum, Eliadæ, Homerus Epeos vocat.

Eliſa, i. Deus eſt aut Dei agnus, ſiue Deus commodans, filius Iauan. Gene. 10. Ab hoc Æoles ſiue inſulæ Ionij maris. Ezech. 27.

Eliſari, Arabiæ fœlicis gens. Ptol.

Eliſphaſij, Peloponneſi populi. Polyb.

Eliſſus, Arcadiæ vrbs, Pauſan. item Sicyonæ & Elidis fluuius. Strabo. Pauſan.

Elixoia, inſula Hyperboreorum, minor quàm Sicilia, juxta flumen Cerambicum. Steph.

Elixus, fluuius Cei inſulæ. Strabo.

Eliza, Beli Phœnicum regis filia, Dido cognominata, quòd plurima à ſuprà animi muliebris fortitudinem geſſerit. Nam & fratris inſidias fugiens, Carthaginem condidit: cúmque à ſuis ciuibus cogeretur Iarbæ, nouæ vrbi bellum inferenti nubere, morte ſpontanea ſe à ſecundis nuptijs liberauit. Virgilius 4. Æneidos. Vide Dido.

Elizabeth, i. Deus juramenti, vel ſaturitatis, ſiue Dei ſeptenarium, vxor Aaron, filia Aminadab. Exod. 6. Vxor item Zachariæ, mater Ioannis Baptiſtæ. Lucæ. 1. Fuit etiam Vngariæ regina, mulier ſanctiſſima inter diuos relata.

Elizaphan, filius Oziel filij Caad filij Leui, Exod. 6. Filius item Pharnac. Num. 34. Lat. Deus Aquilonis, ſiue Deus abſconditus, aut Deus ſpeculator.

Eliſama, filius Ammiud, Princeps tribus ſuæ Ephraim. Num. 1. 1. Paral. 7. Filius autem Dauid 1. Par. 3. & 4. qui 2. Reg. 5. dicitur Eliſua. Pater Nathamiæ, 4. Reg. 25. Sic nominabatur filius Camis filij Sellum, filij Siſamoi, 1. paralip. ſecundo. Lat. Deus exauditionis, ſiue Dei exauditio.

Elizeus, Propheta, Eliæ diſcipulus, filij Saphat. 1. Reg. 19. & 4. Reg. 3. Luc. 4. Dei ſalus, vel Deus ſaluans.

Eliſua, filius Dauid, 2. Reg. 5. qui Eliſama. 1. paral. 3 dicitur ibidem quod Elizeus ſignificat.

Eliſur, filius Sedeur, princeps tribus Ruben. Numer. 1. Lat. Dei fortitudo, ſiue Dei petra, aut Dei plaſmatio, vel colligatio.

Eliu, filius Ieroham, patris Elcana, 1. Reg. 1. Nomen principis militiæ, 1. Paralipom. 12. & 26. & 27. Lat. Deus meus ipſe, aut fortitudo ipſius.

Eliud, filius Achim, filij Sadoch. Matth. 1. Lat. Deus laudis ſiue confeſſionis, aut Dei laus vel confeſſio.

Ellet, pater Abdon iudicis Iſrael. Iudic. 12. Lat. laudans ſiue lucifer, aut ſtultitia.

Elli, vide Ellopia, & Selli.

Ellopia, regio Eubœæ, & ipſa inſula, ab Enope Iouis filio. Sic etiam dicebatur regio juxta Dodonam, cuius incolæ Elli & Selli. Eſt etiam vrbs circa Dolopiam, & regio circa Theſpias. Steph.

Ellopium, vrbs Ætoliæ. Steph.

Ellus, v. conſul & ſolus, anno ab vrbe 1231.

Ellus, fluuius omnium maximus, qui in Hermum ſe exonerant Herodot.

Elmantica, vrbs Iberiæ, intra Iberum fluuium. Steph. Vide an ſit Salmantica Ptolemæo dicta.

Elmelech, i. Dei regnum vel conſilium, ciuitas in tribu Aſer. Ioſ. 19.

Elmodad, filius Iectam. Gen. 10. Lat. Dei menſura aut artium dilecti.

Elnaem, pater Ioſaia & Ieribai, 1. Par. 11. Lat. Dei pulchritudo, ſiue Deus monens eos.

Elnathan, filius Achobor, Ier. 26. Pater Noeſta matris Ioachim filij Ioacim. 4. Reg. 24. Lat. Deus dedit, ſiue Dei donum.

Elon, filius Zabulon, Geneſ. 46. Iudex Iſraelitici populi, Iudic. 12. Nomen ciuitatis in tribu Nephthali, Ioſ. 19. 3. Reg. 4. Tale fuit nomen patris Balemath & Ada vxorum Eſau. Gen. 26. & 36. Lat. Ilex, vel quercus aut fortis.

Elone, vrbs Perrhœbiæ, quæ & *Limone*, dicitur. Steph.

Elops, Centauri proprium.

Elorini, populi Siciliæ, vt author eſt, Cic. 5. Ver-

Eloronenſium ciuitatem habet Libellus prouinciarum in Nouempopulana prouincia Aquitaniæ. *Icaro*, Antonini eſt, & *Oloronenſis*, ciuitas Sidonio & *Olorino*, hodie dicitur, teſte Scalig.

Elorum, Siciliæ flumen eſt. Plin. authore. Hunc Fazellin. *Aliʒo*, vocari, vbi in mare illabitur, ſed antea in mediterraneis, Atellari nomen habere tradit.

Elorus, fluuius Siciliæ, qui adiacentibus campis ſuperfuſus, Nili more eos fœcundat, & non procul à Pachyno promontorio in mare euoluitur. In eo fluuio piſces manſueti cibum è manu capiunt Plin. lib. 32.

Elorus, vrbs Siciliæ ab Eloro fluuio. Alia eſt Macedoniæ, Thucydides etiam Elorinæ viæ meminit. Stephan.

Elos, ancilla fuit Athamantis, à cuius nomine dicta eſt vrbs Achaiæ, Elos, vide Helos.

Elotæ, ſeu Elotia, ſua publica appellant mancipia Lacedemonij, id eſt, Miniſtros publicos, vt ſunt apparitores, lictores, qui apud Theſſalos dicuntur Peneſtæ.

Elpenor, vnus ex comitibus Vlyſſis, qui à Circe cum alijs ſocijs in porcum conuerſus fuit: & deinde priſtinæ formæ reſtitutus: delapſus de ſcalis ceruicē fregit, Homerus decimo Odyſſeæ.

Elpes, Boëtij vxor, vide Elpis.

Elphaal, filius Mehuſim, 1. Para. 8. Lat. Dei opus, vel Dei operatio.

Elpia, vrbs in Daunijs, à Rhodijs condita Steph.

Elpidius Cappadox, ſolitudinis amator, qui annis 25. in ſpelunca quadam vixit, ibíque bis tantùm in hebdomade veſcebatur.

Elpis, nomen proprium Boëtij vxoris, de qua hoc extat epitaphium.

Elpis dicta fuit, Siculæ regionis alumna,
Quam procul à patria coniugis egit amor,
Quo ſine mœſta dies, nox anxia flebilis hora:
Cúmque viro, ſolùm ſpiritus vnus erat.
Lux mea non clauſa eſt tali remanente marito:
Maioriſque animæ, parte ſuperſtes ero.
Porticibúſque ſacris iam nunc peregrina quieſco.
Iudicis æterni teſtificata thronum:
Néve manus buſtum violet, ne fortè iugalis.
Hæc iterum cupiat iungere mēbra cinis.

Elthece, i. Dei thecæ, vel capſa, ciuitas in tribu Dan, Ioſ. 19. quæ Ioſ. 21. Eltheco dicitur.

Elthecon, i. Dei correctio, ſiue Dei præparatio, ciuitas in tribu Iuda Ioſ. 15.

Eltholad, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15. in tribu Simeon. Ioſ. 19. Lat. Dei generatio.

Elui, populi Aquitaniæ inter Garumnam & Ligerim adiacentes. Strabo lib. 4

Eluia, Paphlagoniæ vrbs. Ptol.

Eluidius, Auxentij diſcipulus, fatebatur virginem peperiſſe, ſed poſtea cum viro congreſſam alios ſuſcepiſſe liberos fratres Domini. Inſanam ejus opinionem confutat Hieronymus. Epiph.

Eluina, dicta eſt Ceres ab Eluio oppido, vel ab Eluide fluuio, in quo colebatur.

Elul, i. vſulatus, ſiue pernoctatio, nomen ſextę lunationis, partim Auguſto, partim Septembri reſpondentis, 1. Macch. 14.

Eluſij, Mauritanię Cęſarienſis gens, apud Ptol.

Eluri, populi Schytici. Steph.

Eluſa, Narbonenſis Galliæ vrbs. Claudian. & Ammiano.

Eluſa, vrbs nunc quidem Paleſtinæ tertiæ olim verò Arabiæ. Steph.

Eluſaberris, ciuitas eſt præcipua Auſcorum, apud Melam. li. 3. c. 2. vulgò dicitur, *Aux*.

Eluſates, Aquitaniæ populi. Plin. lib. 4. cap. 19.

Elut, ſiue Elus, cujus in ſacris memoria eſt. eluſa à Ptolem. vocari docet Goropius Idumęæ vrbs eſt.

Eluzai, nomen viri, 1. Para. 12. Lat. Dei fortitudo.

Elidna, Indiæ extra Gangem vrbs. Ptol.

Elyma, Macedoniæ vrbs, Ptolemæo, Siciliæ item: Thucyd. illa, *Cannina*, hodie à Sophiano nuncupatur, iſta ab Ænea condita, vt Halicarnaſſeus tradit hodie, *Alymite* vel *Palymite*, vocatur. Fazell.

Elymæ, regio Aſſyriorum juxta Perſidem prope Suſidem. Steph.

Elymaida, ciuitas in Perſide, 1. Macch. 6.

Elymais, Plinius capite 33 lib. 6. regio Perſidi vicina.

Elymas nomen magi. Act. 13. Originis eſt Arabicæ, vt bene recentiores obſeruarunt & Magum ſignificat, adeò vt Barieſu, κατ' ἐξοχὴν, vocatur, ὁ μάγος.

Elymiotæ, Macedoniæ populi. Ptol. *Placani*, hodie eorum regio vocatur, vt Caſtaldus vult.

Elymnium, inſula Eubœæ, cum ciuitate. Stephanus.

Elymus, heros, Elymiæ ciuitati Macedoniæ, nomen dediſſe putatur. Steph.

Elyrus, vrbs Cretæ. Steph.

Elyſium, locus vbi priorum animæ habitant, ἀπὸ τῆς λύσεως, à ſolutione. Nam animæ poſt ſolutionem vinculi corporei deueniunt ad Elyſios campos. Hunc locum alij inferorum fœlicitatibus plenum, alij fortunatas inſulas, alij circa lunarem circulum eſſe dicunt, vbi iam aër purior eſt.

Elyſij, Germaniæ populi. Tacit.

Elyſij, campi in Bœotia, in campo Thebano, Lycophron. Plutarchus celebrat in inſulis Britannicis ad Oceanum, cui adſtipulatur *Homerus*: in Arcadia etiam & in Hiſpania. *Vide Atlanticæ* inſulæ.

Elzabad,

Digitized by Google

Elzabad, nomen principis, 1. Paralyp. 26. Lat. Dei Dotario.

E M

Emalchuel, i. rex Deus, aut regnum Dei, vel nuncius Dei, nomen viri 1. Macch. 11.

Eman, filius Zara filij Iuda 1. Para. 2. Lat. tumultus, aut tumultuans, vel Syriacè fidelis.

Emanuel, Conſtantinopolitanus imperator, anno ſalutis 142 Blond. lib. 5. decad 2.

Emanuel Chryſoloras Bizantius Græcas literas in Italiam reduxit, anno ſalutis 1378. Plato.

Emath, ciuitas quæ nunc Antiochia nominatur & duæ ſunt (vt inquit Hieronymus) magna ſcilicet, & minor, Magna, Antiochia: minor appellatur Epiphania. Vnde etiam nunc pergentibus in Meſopotamiam prima manſio Emas corrupto quidem vocabulo, ſed priſtini nominis veſtigia retinente.

Emath, Nehem. 12 Heb. Meab, nomen turris Lat. interpretatur centum.

Emathia, nobilis Europæ regio, Thraciæ finitima poſtea Macedoniæ appellata: ita dicta (vt quidam exiſtimant) ab Emathione rege fratre Memnonis, Titani & Auroræ filij, Plin lib. 4. cap. 10. Poetæ Emathiam aliquando vſurpant pro Theſſalia ſito quodam iure vicinorum locorum appellationes confundentes. Virgil. 1. Georgic.

Non fuit indignum ſuperis, bis ſanguine noſtro
Emathiam, & latos Hemi pingueſcere campos:

Lucan. lib. 1.

Bella per Emathios pluſquam ciuilia campos

hoc eſt per campos Pharſalicos, qui in Theſſalia ſunt, teſte Plinio lib. 4 cap. 8.

Emathius, Noæ nepos Emathiam tenuit, ac de ſeo nomine vocauit. Beroſ. lib. 4.

Embarus inſanus & delirus vir in Piræo inſula, qui ſolus in eadem regione repertus eſt, qui filiam ad numen placandum ob famem ibi graſſantem ſacrificaret: vnde natum prouerbium, Embarus ſum: dictum de inſano delirôque. Eraſ. Chil 1. centuria 10. Prou. 81.

Embacum, locus Erythrææ in Aſia non procul à chio. Stephan. Thucydides.

Emer, dicens, vel loquens, ſiue exaltatio, aut Syriacè agnus, nomen loci, 1. Eſd. 2.

Emericus, Vngariæ rex, anno ſalutis 1193.

Emerita, Lucij Anglorum regis ſoror, quæ pro Chriſtiana pietate flammis extincta eſt.

Emerita Auguſta, vrbs Hiſpaniæ ad Luſitaniam ſpectans, Strab. Eſt hæc vrbs cocco celebris, quod eſt rubrum granum, cuius ſucco vellera tinguntur, Tyro ſplendori neutiquam cedentia Plin. lib. 9, cap. 41.

Emæum locus Æthiopiæ ſub Ægypto. Plin.

Emiſa, vrbs Phœniciæ Libanuſiæ, Gentile, Emiſſenus, vel Emiſenus. Steph.

Emmaus, Ptolem. Iudææ vrbs, eidem alio nomine Nicopolis, vbi cognitus Chriſtus in fractione panis. Luc. 24.

Emmer, pater Paſhur ſacerdotis Ier. 20. 1. Eſd. 2. Pater item Moſollamith. 1. Paralip. 6. & 34. idem ſignificat quod Emer.

Emni, Taprobanæ gens. Ptol.

Emodus, mons qui circa finem Indiæ in duos ramos diuiditur. Alteri Ortorocoras nomen eſt, alteri Semantinus, *Moghali*, Caſtaldo.

Emonia, Mercatori Scotiæ orientalis inſula, quam *Maid* vocat.

Empelathra, vrbs Indiæ intra Gangem. Ptol.

Emplaria, feſta apud Athenienſes, in quibus mulieres plexis capillis ſolebant procedere Heſychius.

Empanda, Veterum dea erat, quæ rebus patentibus præeſſet.

Empedocles philoſophus, & poeta Agrigentinus, qui de rerũ natura verſibus ſcripſit, vt apud Romanos Lucretius. Hic (vt author eſt Hieronymus) omne quod viuit & mouetur, non putauit edendũ, ſicut & Pythagoras, & ex lite, amicitiáque inter ſe diſſentiẽtibus, cũcta conſtare dixit, Animã non in capite, nec in pectore, ſed in ſanguine diſſeminatam eſſe: ac illis partibus homines magis ſentire, quibus plus mentis ineſt, aſſeruit, Ferunt hunc, cùm lacum Ætnæ montis inueſtigari contẽderet, decidiſſe in foueam igneã, & incendio conſumptum. Vel vt alij, noctu à ſociis clam diſcedentem, in ardentem caminum montis Ætnæ ſe demiſiſſe, vt deus immortalis haberetur: ſed ferreas eius crepidas, ex camino per flammam reiectas, rem pateſeciſſe.

Empedocles, creditus eſt ab Ariſtotele, Rhetoricam dominam rerum primum nouiſſe: quod etiam aliis ab aliis deſcribitur, vt Parmenidi, vel Cadmo Mileſio, Pherecedi Syro, & Heratæo, qui primi ſoluta oratione vſi ſunt.

Emporia Punica, loca Syrtibus propinqua. Polyb. Liu

Emporiæ, vrbs Hiſpaniæ Tarraconenſis. Ptolemæo.

Emporium, vrbs Celtica à Maſſilienſibus condita: altera eſt Macedoniæ, tertia Siciliæ: quarta Campaniæ. Steph. item caſtellum prope Placentiam, magno opere munitum. Liuius.

Emporium, oppidum quod aliàs Tanais, iuxta Tanais fluuij oſtia in Mæotim. Steph.

Empuſa, genus laruæ & terriculamenti, dicatum Hecatæ, vno pede incedens, vnde & nomen Euſtath. Vnde prouerbium Empuſa mutabilior.

Enac, gigantes, Numer. 13. quos expulerant Chananæi. Deut. 2. Lat. gigas, aut torques, vel Cortale, ſiue oneratus.

En agallim, nomen vici in principio maris mortui Ezech. 47. Lat. fons, ſiue oculus vitulo-

tum, vel curruum aut rotunditatum.

Enagora, in Aſia. Plin. lib. 5. cap. 31.

Enaim: villa in tribu Iuda. Ioſ. 15. Hodiéque villa eſt Bethemin circa Terebinthum. Hier. in locis Hebraic. Hebr. Enan. Lat. fons vel oculus eorum.

Enulus à delphino ſeruatus. Vide hiſtoriam apud Plutarchum circa finem libelli, Vtra animalia plus ſapiant, & in conuiuio ſeptem ſapientum.

Enam nomen villæ ſiue viculi, Num. 34. Ezec. 48 Pater item Achira principis tribus Nephthali. Num. 1. Lat. nubes, vel augurium, ſiue fons, aut oculus earum.

Encæia, feſta erant dedicationis apud Græcos, de quibus Gyraldus lib. 17. hiſt. deorum.

Encænia, feſtum à Iuda Maccabæo inſtitutum, vt memoria recuperati, profligatis Antiochi exercitibus, templi, & inſtauratæ Eccleſiæ conſeruaretur, in quo feſto ſimul docendi erant homines, ſemper à Deo mirabiliter Eccleſiam defenſam & reſtitutam eſſe, & hortandi vt Deo agerent gratias, & peterent defenſionem & gubernationem Eccleſiæ. Iohan. 10. Inſtituuntur 1. Maccab. 4. ante natum Chriſtum annis 162. & celebrandi erant 25. die menſis Caſleu, cui ferè reſpondet apud nos dies S. Catharinæ.

Enceladus, Titanis & Terræ filius, gigantum omnium, qui aduerſus Iouem coniurauit, longè maximus, quem Iupiter fulmine ictum Ætnæ monti ſuppoſuit. Virg. 3. Æneid,

Fama eſt Enceladi, ſemiuſtum fulmine corpus
Vrgeri mole hac ingentémque inſuper Ætnam
Impoſitam.

Ventorum naturam & efectam his fabulis Poetę expreſſerunt.

Encheleæ, oppidum Illyridis, iuxta quod Cadmus & Harmonia eius vxor in ſerpentes verſi dicuntur. Lucan. lib. 3.

Encleus, Bœotiæ vrbs. Steph.

Encratitæ, Hæretici à Saturnino & Marcione orti, vituperarunt coniugium, & præceperunt ſuis continentiam ab vxoribus & vſu carnium, vnde etiam nomen habent. Irenæus. libr. 1. c. 30. Euſeb. lib. 4. c. 28.

Endera, Æthiopiæ ſub Ægypto locus. Strab. libro 16.

Enderum, Illyrici oppidum. Ptol.

Endideium, Rhætiæ vrbs. Anton.

Endigeti, Tarraconenſis Hiſpaniæ populi. Ptolem.

Endor, vrbs tribus Manaſſe in Iſrael iuxta Naim vrbem ſita. Ioſ. 1. 17. Reg. 28. Pſal. 82. Lat. fons, ſiue oculus generationis, vel habitationis.

Endymion, paſtor quidam Athlij filius, quem Iupiter in cælum aſſumptum, cum Iunonem amaret, atque etiam cum nube pro Iunone concumberet, iratus rurſum deiecit, & perpetuo ſomno damnauit: huius poſtea amore Luna quoque capta, eum in Latini, Cariæ montis ſpecie occultauit, atque ibidem cum eo conuerſata eſt. Vide prouerbium, Endymionis ſomnum dormire. Hic primus Lunæ curſum inuenit, & Aſtronomiæ ſtudioſus elegãter à poetis fingitur Lunæ Amaſius. Apollon. lib. 4. Argonau. Plin. lib. 2. c. 9.

Enecus, comes Bigortæ, à quo Nauarræ regnum initium ſumpſit. Hic è montibus Pyrenæis in vicinam Nauarræ planitiem cum exercitu deſcendens, omnem eam regionem à Sarracenis liberauit: pro quibus meritis, rex in eo loco primus appellatus eſt, circa annum ſalutis 961. Volat. Ritius.

Eneti, habitabant olim iuxta Paphlagoniam, inde Homerus ſylueſtres mulos educi ſcribit. Dicuntur & equæ Enetiles. Enetus, etiam poſſeſſiuum eſt, & ciuitas Myrmecis dialectici patria. Steph.

Engaddi, i. fons ſiue oculus hœdi, vel felicitatis. Hieronym. vicus prægrandis Iudæorum, iuxta mare mortuum: vnde opobalſamum venit, quas vineas Engaddi Salomon in Canticis nominat. Idem alibi Engaddum ager, eſt terræ Iudææ, non tam vineis, quàm balſamis florens, Ἐγγαδδι, vicus, magnus, prope Sodoma Arabiæ in fœminino aut neutro gen. Gentile. Engadenus. Steph.

Engalim, Palæſtinæ locus, Ezechiel 47.

En-gannim, locus tribus Iudæ Ioſuæ 15. Hieronymus in locis Hebraicis, locus iuxta Bethel. Alia ciuitas ſacerdotum in tribu Iſſachar. Ioſuæ 19. Lat. fons hortorum, ſiue oculus protectionum.

Engelaces, populi Illyriæ, iidem qui Encheleæ. Steph.

Engoliſma, vide Iculiſma.

Engonaſis, ſignum in cœlo, quod Latinè Ingeniculus vocatur: & eſt Hercules, qui dextro genu nixus, ſiniſtro pede capitis Draconis dextram partem opprimere conatur.

Engyum, vrbs Siciliæ. Steph.

En-hadda, ciuitas in tribu Iſſachar. Ioſ. 19. Lat. oculus acutus vel lætus, aut fons acuminis vel lætitiæ.

En-haſor, ciuitas tribus Nephthali, Ioſue. 19. Lat. fons ſiue oculus atrij, vel veſtibuli, aut fontis fœnum vel herba.

Enhippus, rex fuit Argiuorum miræ fœlicitatis, cuius clypeum, qui apud Græcos rem præclarè geſſiſſent, per vrbem incedentes ferebant, honeſtamenti cauſa.

Enienſes, Græciæ populi. Herodot.

Eningia, regio Europæ Septentrionalior. *Pli. Enland.* Zieglero.

Eniochidas, ſiue Eniochida, Athenienſium impera-

Digitized by Google

imperator, anno ab vrbe 142.

Eniochi, vel Heniochi, ſed melius aſpiratur ſecundum Græcos, Ptolemæo, c. 9. lib. 5. populi Sarmatiæ iuxta Pontum, non longè ab Achæis Plin. c. 5. lib. 6. Strabo verò lib. 11. tradunt Laconas habitaſſe Eniochiam, quorum duces Rhecas & Amphiſtratus fuerunt, Caſtoris & Pollucis aurigæ, vnde *ἡνίοχοι*, vt par eſt, ex iis quidem ſunt nominati. Ex lembis itaque claſſem comparantes, & interdum ad naues onerarias, interdum ad regionem vel vrbem aliquam nauigantes, mari dominabantur. Boſphorani eos nonnunquam in ſtationibus accipiunt, & commeatus & vendendæ prædæ copiam ſuppeditant. Hi quum domum repetunt, & vltra nauigare non poſſunt, lembos humeris impoſitos in ſyluas referunt, in quibus habitantes tenue ſolum arant. Rurſum quam nauigandi tempus adeſt, eos in mare deferunt.

Eniopeus, Hectoris auriga, à Diomede lancea confixus. Homer. 8. Iliad.

Enipeus, fluuius Theſſaliæ, campos Pharſalicos irrigans, iuxta quem Cæſar vicit Pompeium, lentus primò, ſed Apidano, mixtus, velociſſimus eſt Lucan.

Enipeus, fluuius in Elide, in Alpheum illabens qui recentiore nomine Bernichius dicitur. Strab. lib. 8.

Eniuis, Siciliæ fluuius eſt Fazello, quem hodie *Niſi* appellari ſcribit.

Eniſpe, vrbs Arcadiæ, quæ non amplius extat, quidam Clitoriæ, alij Phocidi eam adnumerant. Steph.

Enna, ciuitas inſignis in ipſo Siciliæ vmbilico, auguſtiſſimo Cereris templo olim nobilitata, nemoréque ſacro, ex quo Proſerpinam raptam fuiſſe incolæ aſſerunt. Hinc Proſerpina ipſa Ennæa cognominatur: & Ceres Ennæa vel Ennenſis. Cic. 7. actione in Verrem. Vide Æнna.

Ennea Ceres dicta eſt, quæ auguſtiſſimo in templo apud Ennam colebatur: cuius ſimulachrum tanto erat effectum artificio, vt qui illud intuerentur, aut ipſam videre Cererem, aut effigiem Cereris non humana manu factam, ſed cœlo delapſam arbitrarentur. Cic. in Verr.

Enneacrunos fons apud Athenas à Piſiſtrato conditus, à numero ſalientum dictus, quos Græci *κρουνὺς* appellant, hoc eſt, fiſtulas, aquæductúſve: noſtri verò ſalientes. Athenienſium etiam vrbs, vt tradit Pauſan. Hic etiam Callirrhoe à Papinio vocari videtur hoc verſu.

Et quis Callirrhoe nouies errantibus vndis.

vt annotauit Hermolaus. Sed omnino eundem eſſe ex Thucydide luce clarius eſt: vt ſcribit Callirrhoen quondam, ſed poſtea à tyrannis reparatam, Enneacrunon dictam, id eſt, fiſtulæ, vel ſalientes nouem.

Ἐννέα ὁδοὶ id eſt, nouem viæ, ciuitas Macedoniæ, eadem quæ Amphipolis. Steph.

Ennius, poeta antiquiſſimus, Rhudiis Calabriæ oppido natus. Q. Valerio & C. Manlio, Coſſ. à Catone Quæſtore in vrbem adductus, in Auentino habitauit, ancillæ vnius miniſterio contentus. Scripſit Annalium libros, Satyras, Comœdias & Tragœdias, ex quibus ad nos nihil peruenit, exceptis aliquot verſibus, à ſcriptoribus paſſim citatis. Scipionem Africanum maximè coluit, itaque viciſſim ab eo eſt adamatus vt alter ab altero, ne ſepultura quidem diuelli voluerit. Periit morbo articulari, quem immodico vini vſu contraxerat. Vnde & Horatius lib. 2. Epiſtol. obiter eam tangit, tanquam vino plus ſatis deditum.

Ennius ipſe pater nunquam, niſi potus ad arma Proſiliit dicenda.

Ennius grammaticus, duos libros de literis ac ſyllabis & metris conſcripſit. Tranquill.

Ennon, nomen viri. Ier. 7. Lat. ecce illi, ſiue diuitiæ eorum, vel decipiens, aut contriſtans eos.

Ennoſigæus, Neptuni cognomen, ab eo quòd terram concutiat, impoſitum: vnde etiam Enoſichthon dicitur.

Enoch, filius Cain, Gen. 4. Prima item mundi ciuitas ab ipſo Cain ædificata, & nomine filij appellata. Fuit & alius vir iuſtiſſimus, qui cum Deo ſublatus euanuit. Hic quaſdam inuenit literas, quoſdámque ſcripſit libros, ſub quo Adam mortuus eſt. Comeſt. in c. 5. Geneſ.

Enochillus, princeps annuus Athenienſium, anno Olympiad. 43. qua Athenienſes de Sygæo & Achilleo oppido cum Mitylenenſibus bellum geſſerunt, à Periandro Corinthi tyranno ſopitum.

Enodia, Hecate quòd in via inuenta ſit ab Inacho. Steph.

Enon, terminus Damaſci, Eze. 47. Eſt & Enon iuxta Salim oppidum, haud longè à Iordane, vbi baptizabat Ioannes, Ioann. 3. Lat. nubes vel obnubilatio, ſiue fons, aut oculus eius; vel augurium.

Enona, Ptolemæo, vrbs Dalmatiæ.

Enope. vrbs Peloponneſi, in tractu Meſſeniaco, iuxta Pylum, ſub ditione Agamemnonis. Homer. lib. 9. Iliad.

Enoſis, inſula iuxta Sardiniam, Plin. libro 3. c. 7. quæ Pineto *S. Pierre* dicitur.

Enos, i homo vel vir, ſiue oblitus, aut deſperatus filius Seth. Gen. 4. Luc. 3. & ſeptimus ab Adam tranſlatus fuit, ne malitia cor immutaret eius, vt ſcribitur Sap. c. 4. Igitur eum propter vitam piam ac iuſtam Deus citò tranſtulit, ne cum aliis iuſtis, iam ad impietatem inclinatis, conſentiret. Ioan. Anno. con. in lib. 1. Beroſ.

Enotocetæ, populi ſunt, qui aures ad talos vſque dependentes habent, vt ſemper eis indormiant, adeò fortes, vt arbores euellant, & neruum frangant. Author Strab. lib. 15.

En-ſemes, nomen loci, Ioſ. 18. Lat. fons, ſiue oculus Solis.

Entella, vrbs Siciliæ, quam Campani genere habitabant, ſocij Carthaginenſibus. Steph.

Entella, Liguriæ fluuius. Ptol. *Lauagna*, Leandro.

Entellini, Siciliæ populi & Latinæ conditionis. Plin. lib. 3. c. 8.

Entius, Friderici Imperatoris filius, Sardiniæ rex cui pater Italiæ & Longobardiæ adminiſtrationem commiſit. Blond. lib. 7. decad. 2.

Entribæ populi Thraciæ Steph.

Enyalius, Belloniæ filius, quaſi ἐνυοῦς υἱός, & pro bello capitur.

Enydra, Caſſiori lis in Syria vrbs. Strabo.

Enyo, ſoror Martis, quam Latini bellonam vocant: quanquam à poetis non rarò pro ipſo bello ſiue prælio accipiatur. Mart. lib. 1.

Nec te decipiat ratibus nauclis Enyo.

hoc eſt Nauale prælium.

E O

Eoa, Ptolem. Africæ propriæ vrbs. Mela habet Oea.

Eodanda, inſula Arabiæ fœlicis. Plin.

Eordæ, duæ regiones Migdoniæ: item aliæ duæ, vna Iberiæ, altera Thraciæ, ab Eordo quodam. Gentilia, Eordæus, Eordus, Eordiſta: Stephan.

Eordi, populi Theſſaliæ. Steph. in Amyro.

Eoritæ, Arachoſiæ gens. Ptol.

Eos, à Græcis dicitur, quam nos Auroram vocamus. Mons item Ægypti. Plin.

Eous, vnus equorum Solis. Ouid. 2. Metam.

E P

Epacria, vrbs Atticæ quam cum aliis duodecim ſic digeſſit Cecrops. Steph.

Epæ, ciuitas Græciæ: Epæi, ciues contra quos Neſtor bella geſſit.

Epænetus, amicus Pauli. Rom. 16.

Epagris, inſula vna ex Cycladibus. Ab Ariſtotele, propter aquarum abundantiam, Hidraſſa appellata.

Epamanduodorum, Galliæ Belgicæ oppidum. Anton.

Epaminondas Thebanus, honeſto genere natus, Muſicam & Philoſophiam doctus modeſtus, prudens, grauis: peritus belli, fortis manu, animo maximo, adeò veritatis diligens, vt ne ioco quidem mentiretur. Hic cùm apud Leuctra Lacedæmonios plaga peſtifera adeò afflixiſſet, vt ex eo tempore Lacedæmoniorum opes corruerint, & principatum Græciæ amiſſum vltrà reparare nequiuerint, dicere ſolebat Orbum ſe, non tamen ſine liberis, & ex ſe natam relinquere pugnam Leuctricam. Hic poſt ingentia facinora edita, extremo tempore apud Mantineam, cum acie inſtructa & ducis optimi & militis fortiſſimi officio fungitur ſparo percuſſus, relatúſque in caſtris ſemianimis, requiſiuit à circũſtantibus, ſaluúſne eſſet clypeus: cùm ſaluum eſſe flentes ſui reſpondiſſent, allatum, veluti ſocium laborum gloriæq; oſculatus eſt. Iterum quæſiuit, eſſéntne fuſi hoſtes: cùm id quoque, vt cupiebat, audiuiſſet, euelli tum denique ſpiculum iuſſit: ita multo ſanguine profuſo in lætitia & victoria mortuus eſt. Cuius morte Thebanorum vires hebetatæ ſunt, vt non tam illum amiſiſſe, quàm cum illo interiiſſe omnes viderentur. Nam ante Epaminondam Thebani alieno imperio paruerunt: poſt interitum eiuſdem in ſeruitutem priſtinam reuoluti ſunt: vt manifeſtum ſit gloriam Thebanam cum illo natam, & extinctam fuiſſe. Trogus lib 6 Steſimbrotum filium ſuum, quòd contra mandatum cum Lacedæmoniis confixiſſet, tametſi victor feliciter euaſiſſet interfecit. Plutarch. Paral. Hinc Thebani ſtatuam ferream dicarunt, ne erga tantum principem viderentur ingrati.

Epantetij, Italiæ populi, cum quibus bellum geſſiſſe Ligures ſcribit Liu.

Epaphus, Iouis filius & Iûs, qui Memphim in Ægypto condidit. Ouid. 1. Metam.

Epaphras, viri fidelis nomen. Coloſſ. 4.

Epaphroditus, à libellis Neroni imperatori à Domitiano imperatore capitis damnatus quòd Neronem in conſciſcenda ſibi nece ſua manu adiuuiſſet.

Epaphroditus, grammaticus fuit patria Cheroneus, Archiæ grammatici alumnus, quem Modeſtus Ægypti præſes ſibi coemit, & filium ſuum Pitelinum eidem in diſciplinam tradidit, quem ille Romæ inſtituit: ſub Nerone mortuus eſt hydropiſi. Suid. Is triginta millia optimorum librorum habuiſſe perhibetur. Leonic. Tho. lib. 3. cap. 34.

Epardus, fluuius qui per Mardorum regionem fluit. Arrian. in Alexandro.

Eparitæ, populi Arcadiæ. Steph.

Epebrodunum, vide Ebrodunū.

Epetium, Illyridis oppidum. Ptol. *Spezza* Sophiano.

Epeus Endymionis filius & Pæonis frater, qui primus in muralibus machinis equum reperit, qui & Aries dicitur. Plin lib. 6. cap 56. quæ res locum fecit fabulæ, Epeum fabricatorem fuiſſe, equi lignei, quo Troia prodita eſt. Virgil. lib. 2. Æneid.

Et ipſe doli fabricator Epeus.

Epeus, vir quidam timidiſſimus, de quo natum eſt prouerb. Epeo timidior. Datum eſt hoc cognomen Cratino comico, per alluſionem

fortaſſis,

fortaſſis, quòd cum Oenoidis tribus Princeps eſſet in eo munere timidius ſe gereret, Eraſ. in Chil.

Epei, populi in Occidentali ora Peloponneſi. alio nomine Elei dicti. Plin li.4.c.1. Cuius ſententiæ etiam Stephanus ſuſcribit, Homerus tamen Catalogo nauium, Epeorum vrbem diuerſam facit ab Elide, quam videtur Epeorum juri ſubjicere. Vide Strabo. libro.9.

Epetini, Liburniæ populi, qui in Salonam coloniam jura petunt, vt refert Plinius lib 3.cap.22.

Epha, i. Laſſus aut volans, vel Syriacè, plicatus vel complicatus, filius Madian filii Abrahæ, Geneſ.25. Ab eo Arabia fœlix. Deſerta ſiue Petrea dicta eſt Ephal. Iſa. 60. Fuit & nomen cõcubinæ Caleb. 1. Paral. 2. Filius Iahaddæ, 1. Par. 2.

Epher, puluis, ſiue hinnulus, aut plumbum, filius Madian filij Abrahæ. Geneſ. 25.1.Par. filius Ezar, 1.Par.4.& 5.

Epheſtiades, inſulæ, quę & Latinis Vulcanię & Æolię, quòd Æolus Iliacis temporibus illic regnauerit.

Epheſtria, Thebis feſta fuerunt ob Tireſiam inſtituta, in quibus ipſius ſimulachrum virilibus veſtimentis exuebatur, & muliebribus induebatur, móxque illis ademptis, iterum virilia imponebãtur, alludentes ad ipſius Tireſię fabulã.

Epheſus, vrbs Ioniæ, emporium totius citerioris Aſiæ celeberrimum, Amazonum opus, Dianæ templo imprimis nobilitatum. Hæc ciuitas loco cauo olim habitata, diluuium paſſa eſt quo cùm plurimi extincti eſſent, Lyſimachus ciuitatem in eum locum, vbi nunc eſt, tranſtulit, & ab vxoris nomine Arſinoem vocauit: eo mortuo priſtinum nomen receptum eſt.

Epher, terra circa Syriam eſt, 3.Reg. ὄφιρ, habent 70. interpr.

Epheſus, inſula Nili, vt etiam Cnius & Leſbus. Steph.

Epheſiæ literæ, erant notulæ quædam & voces magicæ, quibus vtentes in omni negotio victores euadebant, vnde natum prouer. Epheſiæ literæ, dictum de ijs qui mira fœlicitate tanquam diuina virgula, quicquid optant, aſſequuntur, vide plura apud Eraſ. Chilia. 2. centuria 8.

Ephetæ Magiſtratus apud Athenienſes. Hi à Demophonte rege inſtituti, quinquaginta ex Athenienſibus, totidémque ex Argiuis, vt in Palladio foro de inconſulta cæde cognoſcerent majore deinde auctoritate juréque ampliore à Dracone inſtructi ſunt. ſic enim inſtituti, vt vnus & quinquaginta ex optimis eligerentur, qui de cauſis capitalibus judicarent. Non niſi quinquaginta annos nati moribúſque probatiſſimis eligebantur. Pollux. ſidas.

Ephippus Cumæus, auditor Iſocratis, qui ſcripſit hiſtoriam ab exilio Troiæ vſque ad ſua tempora, libris xxx.

Ephialtes, Neptuni filius, Gigas incredibili corporis robore, qui cum ſingulis menſibus nouem digitos creſceret, in tantam altitudinem euaſit, vt ſtatura ſua fretus, vnà cum fratre Ocho ſuperis bellum inferret: quapropter à Ioue fulmine ictus, ad inferos eſt detruſus.

Ephialetum, Carpathi inſulæ promontorium. Ptol.

Ephod, pater Hamiel, Num.34. Lat. Superhumerale, aut ornamentum.

Ephori, apud Lacedæmonios tales erant magiſtratus, quales apud Ro. Tribuni plebis, qui à Theopompo ſic oppoſiti ſunt regibus, vt apud Rom. Conſulibus Tribuni: vt enim à Conſulibus ad Tribunos, ita à Regibus ad Ephoros prouocare quiſque poterat. Olim pro Miniſtris regum fuerunt, tandem eò potentiæ peruenerunt, vt ſenſim à rege proprium Magiſtratum conſtituerent, nomine Ephoriam, Ephori dicti, ἀπὸ τοῦ ἐφορᾶν, quod eſt intueri, quòd ad ciuitatis ſalutem intentos haberent oculos.

Ephorus, hiſtoricus Cumanus, Iſocratis auditor, & condiſcipulus Theopompi. Suid. in ejus vita.

Ephra, i. pulueruleuta, ſiue plumbea, aut damula, ciuitas Gedeonis, Iudi 6. & 8.1.Reg.13.

Ephraim, filius ſecundus Ioſeph, Ge.41.1.Par. 6. ab hoc tribus Ephraim nomenclaturam habet, quæ à Iordane flumine, vſque ad Cazei longitudinem habuit: latitudinem verò, quæcunque à Bethel vſque ad campum maximum terminatur. Ioſeph, libro 5.c.3.Iud.antiq. Lat. frugifer aut creſcens.

Ephraim, mons, qui inter Iericohontem & Ieroſolyma extenditur, & ab hoc fine aſcendit contra Septentriones per tractum maris vſque ad Cazeram vrbem, quam poſſederunt filij Ioſephi, Ioſ.13.& 17. Dictæ ſunt quoque decẽ tribus Iſrael, ſiue regnum, Iſrael Ephraim: vt Iſa. 7. & 9. Oſe.5.legitur & Pſal.59. Ephraim fortitudo capitis mei. Et Pſal. 78. Tribum Ephraim non elegit. Similiter Pſal. 108.

Ephrata, i. vbertas, ſiue frugifera, vel creſcens aut incinerata, vxor Caleb. filij Heſron. 1.Par.4. ab hac Ephrata vrbs nomenclaturam accepit, quæ eſt in tribu Iudæ. Geneſ.35. Aliàs Beth-leem dicta. Geneſ. 48.1. Paral. 2.& 4. Videtur eadem eſſe quæ Caleb. Ephrata appellatur, 1. Para.2. vbi mortuus eſt Heſron. Hieronymus in traditionibus Hebraicis.

Ephree, i. comperimentum iniqui, vel ſocij, aut confracti, ſiue portus iniqui, vel ſocij, aut confracti, rex Ægypti. Iere. 44. Heb. Hepree.

Ephrem, ciuitas. Pſ. 77. Ioan. 11. Heb. Ephraim. Lat. frugifer aut creſcens.

Ephron, filius Seor, Geneſ. 23. à quo ciuitas in tribu Iuda, 2. Paral. 13. 1. Macha. Lat. puluis ſiue hinnulus, aut plumbeus.

Ephyra, phyræ, vrbs Peloponneſi in ipſo ſita Iſthmo, quæ alio nomine Corinthus dicta eſt, vulgò, *Coronanto*, hodie dicitur. Ephyræ autem nomen accepiſſe volunt, ab Ephyra Nympha, Oceani & Tethyos filia: cuius meminit Virgil. libro 4. Geor. Hinc Ephyreus, hoc eſt, Corinthius Virg. 2. Georg. Ephyræius per quinque ſyllabas extulit.

Illuſas auro veſtes, Ephyræiáque ara.

Sunt autem multæ Ephyræ in Theſſalia, Epiro, Arcadia, Campania, Theſprotis, Aetolis (à quibus Ephyrij populi vocantur.) Item alia Crannus dicta, alia Oenoe, & inſula non procul à Melo. Vide Steph. Homerus Cranonios, Ephyros vocat, Phlegyas vero Gyrtonios. Steph.

Ephyri, Plin. li. 4. c. 2. Ætolorũ populi Athamanes, Tymphei, Ephyri, Ænienſes, Perrhæbi, &c.

Ephyris, vrbs Laconiæ, Herod.

Epiacum, Albionis inſulę oppidum. Prol.

Epię, n. plur. tãtùm, oppidũ Achaię: inde Epij populi, quibuſcum bellum geſſit Neſtor adhuc iuuenis, poſteà Helij dicti ſunt: malim Elei.

Epibatirios, Apollinis cognomentũ, cui templum in Troezene dicauit Diomedes, quòd in reditu ab Ilio euaſiſſet tempeſtatem, qua Græcorũ afflictæ ſunt opes. Cęl. Rhod. lib. 11. cap. 24.

Epicaria, Dalmatiæ vrbs. Ptolem.

Epicephesia, vicus in tribu Oenoide. Steph.

Epicharmus, Tityri (vt Suidas ſcribit) vel Chimari filius, Siculus, poeta comicus & Philoſophus, cui nõnulli inuentum comœdiæ tribuunt: Pythagoræ auditor, ſcripſit de natura rerum & medicina commentarios. Epicharmi ſententiam de morte refert Cic. libro 1. Tuſcul. quæſtionum.

Epici, Italiæ populi. Steph.

Epicles, citharœdus nobilis Athenienſis.

Epicnemedij, pars Locrorum. vide Ozolę.

Epicerides Cyrenenſis, ob ſingularem ſuam erga Athenienſes liberalitatem ampliſ. viciſſim ab illis honoribus eſt affectus. Demoſt. ad Leptien.

Epictetus, Philoſophus Stoicus, ex Hierapoli Phrygiæ vrbe, Romæ Epaphrodito cuidam Neronis familiari ſeruiuit, atque ad Marci vſque Antonini tempora peruenit. Domitiano autem imperante eius dominatu offenſus, Roma Hierapolim migrauit, ratus verum eſſe, quod eſt tragicum, patriam eſſe cuiuſque, vbi quis rectè ageret. Tanta verò apud omnes homines eius vitæ admiratio extitit, vt Lucianus Syrus Epicteti lucernam fictilem tribus drachmarũ millibus, ob eius authoritatem vænijſſe tradat. Hic Enchiridion ſcripſit Græcè, opus vtile, quod Ang. Politianus Latinum fecit.

Epicurus, eius ſectæ author, quæ ab ea Epicurea dicta eſt. Summum bonum in voluptate ponebat, non tamen in voluptate corporis, quemadmodum Ariſtippus, ſed in voluptate animi, h. e. in abſentia omnium dolorum. Dialecticam damnabat, quòd Philoſophiam ſimplicib. verbis affirmaret poſſe comprehendi. Deorum prouidentiam è rebus humanis tollebat. Huic Lucretius tantùm tribuit, vt non dubitet affirmare, Epicurum reliquorum omnium Philoſophorum lumen obſcuraſſe, quemadmodum Sol ſuo ſplendore aliorum cœleſtium corporum claritatem obſcurat. Traditur fuiſſe continentiſſimæ vitæ, nomen tamen illud voluptatis, in qua ſummum bonum ponebat, effecit, vt ab eo homines voluptarij Epicurei dicantur.

Epidamnus, ſiue Epidamnum (vulgò, *Durazo*) oppidum in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari incumbit, triſtiſſimo è Græcis in Italiam traiectu nulli non cognitum. Epidamnum dictum ab Epidamno rege Barbarorum. Sed Romani eò coloniam deducentes (inquit Plin. lib. 4. c. 27.) Dyrrachium dicere maluerunt, propter inauſpicatum nomen Epidamni, tanquam à damno dicatur Epidamnum. Ad quod alluſit Plautus in Menechmis, cùm ait, *Ne mihi damnum in Epidamno duas*, tanquam nomen inditum ſit Epidamno, quòd illuc nemo ſine damno diuertat. vide Dyrrachium.

Epidaphne, vrbs in Seleucide Syriæ, quæ & Antiochia dicta, à Daphne vicino ſuburbano, quod locũ habebat amœniſſimum 89. ſtadiorum & fanũ Apollinis cum Dianæ delubro. Iul. Capitol.

Epidaurus, ciuitas Peloponneſi Æſculapij templo celeberrima. Vnde etiam Romani, cum graui peſtilentia laborarent, conſultóque oraculo iuberentur Æſculapium Romam aduehere, triremem cum legatis ea de cauſa Epidaurum miſerunt. Verùm cùm Epidaurij deum opiferum à ſe inuiti dimitterent, ferunt illis cunctãtibus ingentem anguem ad Romanorum triremem adnauigaſſe, ſeſeque in puppi in gyrum complicuiſſe: quem illi Æſculapium arbitrati magna cum veneratione Romam aduexerunt. Hoc etiam nomine dicta fuit vrbs Dalmatiæ, ad Illyricum mare ſita. Lucan. libro 2.

Illyris Ionias vrgens Epidaurus in vndas.

Pauſaniæ & Straboni Limira cognominata, quòd ſit portuoſa, diruta à Gothis, è cuius ruinis Raguſia juxta ædificata Raph. Volaterran. Tertia Epidaurus in Peloponneſo, in Argia regione. Ptol. *Cheroniſi*, Sophiano. Eſt quoque Epidaurus prima vrbs in Dalmatia, Ptol. hæc Epidaurum Colonia, à Plinio dicitur. Eſtque hæc hodie Emporio & republica nobilis.

Epidelius, Apollo dictus eſt ab Epidelio vico qui

qui eſt juxta Maleam Laconiæ promontorium, vbi templum habebat. Nam poſt Delum euerſam, cùm barbarus quidam Apollinis ſimulachrum per contumeliam in mare proieciſſet, poſteáque ad Peloponneſi littora perueniſſet, à Laconibus magna veneratione ſuſceptum eſt, vocatúſque Apollo Epideſius, quaſi ex Delo adnectus. Palæph. lib. 2.

Epidium: Ptol. Albionis inſulæ promontoriũ.

Epigenes, Philoſophus Byſantinus. Item poëta quidã ſcenicus, cuius fabulæ recẽſentur à Suida.

Epignoni, dicti ſunt authores ſecundi belli Thebani quaſi fœtus illorum qui primum confecerãt bellum. Græcè enim ἡ γονὴ, fœtus appellatur, & qui pòſt gignitur. Inde Euripides tragicus tragœdiam hoc argumento compoſitam, Epigonos ſcripſit. Sunt qui exiſtimant Epigonos apud Strabonem eſſe populos à quibus fabulę nomen inditum ſit: cùm Epigoni dicti ſint generali vocabulo omnes illi, qui ex diuerſis populis conflati, ſecundum bellum Thebanum duce Alcmæone confecerunt. Nam ex Statij lectione notum eſt bellum Thebanum primum & nomina ducum, qui in eo loco occubuerunt, quorum filij vt mortem parentum vlciſcerentur communi conſilio contra Thebanos iterum arma mouerunt, qui acceperunt reſponſum ab Apolline, eam ſe ciuitatem expugnaturos, ſi Alcmæonem Amphiarai filium imperatorem feciſſent. Igitur Alcmæon exercitu ex Græcis collecto, conta Thebas duxit copias, acerriméque commiſſa pugna potitus eſt victoria, & Thebæ captæ ac dirutæ ſunt. Epigoni etiam dicti ſunt ſucceſſores Macedonum veteranorum, qui ſub Alexandro Magno ex Aſiaticis fœminis ſobolẽ ſuſceperunt, quæ ſoboles (vt hiſtorici memorãt) nomen habuit Epignoni, qui in caſtris noti, in armis educati à paruula ætate periculis exercitati, laboribus durati, prorſus inuicti fuerunt.

Epigranea fons in Bœotia, non procul à Dirce altero quoque fonte, Plin. lib. 4. c. 7.

Epij, Ætoliæ & Elidis populi, Plin. Halicarn.

Epiicidæ, vicus in tribu Cecropide. Steph.

Epileucadij, vrbs poſt Acarnaniam. Steph.

Epimachus, ſub Decio apud Alexandriam martyrio coronatus eſt, anno ſalutis 151.

Epimaranitæ, Arabiæ fœlicis populi. Plin.

Epimenidus, poeta Epicus, patria Cretenſis, Apud libro 2. Florid. qui à patre Agiarſacho in agrum ad cuſtodiendum pecus miſſus in quodam antro obdormiuit annos LXXV. Vnde emanauit prouerbium, Epimenidis ſomnium dormire. Tandẽ ſomno excitatus, cùm videret omnia mutata, domum reuerſus, à fratre omnia didicit. Quamobrem pro Deo eſt habitus. Idem Athenienſibus peſtilentia laborantibus dixit Ciuitatem purgari, expiarique oportere. Itaque cùm rogatus eò veniſſet, juſſit oues albas atque nigras apud Areopagum immolari, Rediens deinde domum, oblatam ab eis pecuniam renuit: Plato in primo & tertio de legibus. Suidas de ipſius ſomno mentionem facit, indéque manaſſe prouerbium.

Epimenides, Gnoſius quidam, cuius anima ex ore effigie corui, viſa eſt euolare. Plin. lib. 7. cap. 52.

Epimetheus, Iapeti filius, frater Promethei, quòd cùm ingenio plurimùm valeret, hominis ſtatuam primus ex luto finxit. Quamobrem indignatus Iupiter, eum vertit in ſimiam, atque in inſulas Pithecuſas relegauit.

Epimethis, Pyrrha filia Epimethei, & vxor Deucalionis.

Epiphania, vrbs Syriæ juxta Raphaneas, in confinio Aradi, vbi natus eſt Euphrates Stoicus: altera Ciliciæ: tertia Bithyniæ: quarta juxta Tigrim. Steph.

Epiphanes, cognomen Antiochi regis, qui Antiochiam denominauit. Hic Syriæ vrbem condidit, quæ etiam ab eius nomine Epiphania cognominata eſt. Dictus Epiphanes, quaſi illuſtris, à rerum geſtarum claritate.

Epiphanius, qui poſtea Cypri fuit Epiſcopus, inter eremitas habebatur maximus. Sozom. lib. 8. c. 1. hiſt. trip.

Epiphanius Petreus, ſophiſta fuit, qui ſcripſit per exercitationes & declamationes in genere demonſtratiuo.

Epizephyrij, Locrenſes populi, apud quos ſi quis ſalutis cauſa vinum hauſiſſet largiùs, medico non imperante, morte expiebatur libera illa cõpotatio, perinde ac grande aliquod ſcelus.

Epipolæ, regiuncula prærupta, juxta Syracuſas. Steph.

Epira, quę nunc Corinthus dicitur, à Syſipho condita fuit. Comeſt. in c. 3. Iudic.

Epicurus, regio Græciæ finitima ad ortum Acheloo fluuio ab Achaia diſcreta: ad occaſum Acroceraunijs montibus, qua mari Adriatico incumbunt: ad Septentrionem Macedoniæ parte terminata: ad Meridiem Ionio mari abluta. Hæc primùm Moloſſia dicta eſt, & à Chaone Heleni fratre, Chaonia nunc verò Albania vocatur. Quondam vrbibus populiſque fuit frequentiſſima, ſed à Romanis ſubacta cùm ſæpius deficeret, pænè in ſolitudinem redacta eſt. Alit hæc regio equas præſtantiſſimas, quæ ab ea Epiroticæ appellantur. Virg 1. Georg. Vulgò appellatur Albania.

Epirota, aliquid ex Epiro, & Epiroticus.

Epiſtropus, Phocidis rex vnus ex Græcorum ducibus qui venerunt ad Troiam. Homer. lib Iliad.

Epitalium, vrbs Triphiliæ. Steph.

Epitaurus ; vide Epi'aurus.

Epitauſa, Indiæ intra Gangem vrbs.Ptol.

Epiteon, Nelei filius, vt eſt in Græcis commentarijs Apollonij,

Epitheria, ciuitas in ſinu Arabico ,aliàs Arſinoe dicta.

Epithymbia, Venus dicta eſt, quòd ad principium ac finem vitæ inferre crederetur, ad cuius ſtatuam quæ Delphis erat, in parentationibus & libationibus manes elicere ac euocare moris erat. Palæp. lib. 1.

Epitragia, Venus dicta eſt, quòd in formam capræ ſeipſam commutauerit. nam cum Theſeus in Cretam ad Minotaurum interficiendum nauigaturus, Veneri ac Apollini Delphico pro ſua ſuorumque ſalute ſacra faceret : reſponſum à Deo accepit, vt Venerem ſibi itineris ducem aſſumeret, tum autem apparuit Venus in capram mutata. Palęp. li. 2.

Epium, Arcadię vrbs. Plin.

Epoiſſius, vicus Anton. Epuſum in lib. Notitiarum eſt.

Epona puella form*o*ſiſſima ex homine & equa concepta hoc modo. Fuluius Stellus genus muliebre peroſus, cuidam ſe immiſcuit equę, quę ſuo deinde tempore formoſam admodum peperit puellam,quam tempeſtiuè quidem Eponam appellarunt. Plut. Paral.

Epona, jumentorum & mulionum Dea,vide Hippona.

Epope, dicebatur Acrocorinthus, quòd Siſyphus illic Æginam à Ioue rapi viderit. Steph.

Epopeus XVII. Sicyoniorum rex.

Eporedia Salaſſiorum vrbs.Ptol hodie *Hiaurea* ; hæc olim ex Sibyllinorum librorum oraculo à Romanis condita, & ab Eporedicis,quos eo nomine Galli præſtantes equorum domitores ſua lingua appellabant, nominata. Vt non obſcurè innuit Plin. lib.3.c.7. *Iurea*, Leandro & omnibus.

Epuia,vrbs quæ nunc Ambracia diciur, antea Paralia Step.

Epulo, Virg. 12. Æneid.

Archetium Mneſtem, Epulonem obtruncat Achates.

Epy, vide Æpi.

Epitus,Ouid.4.Faſt.ſtatim ab.initio.

Propius eſt titulus Epitus, Alba tuis. Hic Syluius Atys fuiſſe creditur, quem alij Gapetum,alij Epitum, alij Ægyptum nominarunt.

E Q

Equabona, Hiſpaniæ vrbs.Anton.Conna hodie.

Eques Tuſcus,Hetruriæ rex.anno ab vrbe 318.

Equeſtris, Venus dicta eſt à filio Ænea, qui longa diuturnáque nauigatione feſſus, tandem equum conſcendit, matrémque huiuſmodi effigie coluit. Palæp.lib.2.

Equeſtris, Ptol. Sequanorum ciuitas in Gallia : vulgò, *Neufchaſtel*, multæ aliæ circa montem Iuram ciuitates, vt Geneua, Lauſanna & aliæ, eodem nomine apud veteres ſcriptores appellantur. Ægydius Schudus, in deſcriptione Rhetiæ, equeſtres colonias vocat totum illum tractum, qui hodie dicitur *Le pays de Chablais*. q d. Caſtellorum, ſeu Equitum habitatio,& extenditur à capite lacus Lemani vſque ad eius anguſtias ad Orientem. Harum limites eſt Geneua antiquiſſima ciuitas, quæ Equeſtris etiam dicta eſt Plinio, & aliarum caput fuiſſe videtur.

Equi, populi, vide Æquj.

Equicolus. Virgilius. 9. Æneid.

Cōtinuò Quercens,& pulcher Equicolus armis.

Equilium, Venetorum inſula ad oſtia Plani fluminis.

Equiria, equitum erant feſta, in quibus equorum curſu certabatur,de quibus Varro & Ouid. qui ait bis anno celebrari, 13. Idus Martij, & 18. Aprilis.

Equitius, cognomen familiæ Romanæ, ab equo deductum.

Equitus, Cos. cum Gratiano Augu. anno ab vrbe. 1127.

E R

Eræa ciuitas Græciæ, quam ſuo iam tempore concidiſſe, aut vix vllum ipſius apparuiſſe veſtigium ſcribit. Strabo lib. 3.

Eranuſa, Inſula in Locris Italiæ fronte : de qua Plin. lib. 4.c.10.

Eraphiotes, Bacchus dictus eſt, ab inducenda contentione, quoniam vinum, iram atque certamen inducit. ἔρις enim contentio, φαίνειν oſtendere.

Eraſia, filia Thinei regis Pæoniæ.

Eraſinádes, dux quidam fuit,qui, quia infeliciter pugnaſſet cum militibus ſuis omnibus ad internecionem extinctus : factus eſt prouerbij locus, Militauit cum Eraſinade, de his quibus res vndequaque malè procederunt.

Eraſinij, Traciæ populi. Steph.

Eraſinus, fluuius ex Stymphalide Arcadiæ lacu profluens, qui deinde terra occultatus in agro Argiuo denuò erumpit, & in ſinum Argolicum illabitur. Ouid. 15 Metam.

Eraſinus, fluuius juxta *Buræ* ruinas in ſinum Corinthiorum illabens. Item alius in Eubœa inſula juxta Eretriam vrbem. Rurſus alius in Attica, juxta Babronem. Strabo lib.8.

Eraſiſtratus, medicus eximius ex *Ariſtotelis* familia, cuius multis in locis meminit Plin.

Eraſmus, Campanus Epiſcopus, qui Diocletiano imperāte floruit : huic inter vaſtas *nemorum* ſolitudines coruus paſtum attulit.

Eraſtus Oeconō, ſeu quæſtor Ciuit. *Corinthi*.

Roman.

Roman.16.conuerſus,à Paulo aliquandiu comes fuit peregrinationum Pauli,à quo ex vrbe Epheſo præmiſſus fuit in Macedoniam Actor.19. ſed Paulo Romę captiuo Corinthij remanſit.2.Tim.4.

Erate,tes,Nympha Oceani & Tethios filiá.

Erato, vna Muſarum, ab amore nomen ſortita,quòd (vt nonnulli putant) præſit his qui heroum inclyta geſta, aut amores canunt. Virgil. Æneid.7. *Nunc age,cui reges Erato,&c.*

Eratoſthenes Cyreneus,Ariſtonis Chij & Callimachi poetæ diſcipulus, Plato minor à quibuſdam ob doctrinam vocitatus, præfuit bibliothecæ regię,coſmographus inſignis,Primus,vniuerſum totius orbis circulum ducentorum quinquaginta duorum millium ſtadiorum eſſe prodidit: vnde & orbis terrarum menſor appellatus eſt. Scripſit præter Philoſophiam poemata, hiſtorias,aſtronomica de ſectis dialogos, Suid.Hic vixit annis octoginta & vno, qui annus octogeſimus primus maximus climacter, & humanæ vitæ periculoſiſſimus à veteribus eſt creditus. Eſt enim numerus quadratus conſtans ex nouem nouenariis.Eodem ætatis anno deceſſit Plato, & Diogenes Cynicus, & Xenocrates Platonicus. Hic Philologi nomen primus ſumpſit, varia & multiplici diſciplina præditus.

Erbeſſus,vrbs Siciliæ.Steph.

Erbita. Vide Herbita.

Erchia,municipium Atticæ tribus.Suidas.Huiuſmodi municipia plurima in vna Attica fuêre, nempe 170. quidam quatuor addunt, Strabone teſte.Græci, *δήμους*, vocant, Latini municipium, coria vicus,&c.interpretantur, quod ſemel dicere placuit, quia ſæpius horum in hoc opere fit mentio.

Ercinia.Vide Hercinia.

Erdonia,Ptolem.Apuliæ Dauniæ vrbs.

Ereius,Iupiter dicebatur ab arcendo,qui intra conſeptum cuiuſque domus colebatur, quem etiam Penetralem appellabant.

Erchuæi, populi, 1. Eſdr. 4. Lat.longi,aut ſanantes ſiue maledictio combuſtionis.

Erdfordia, memorabilis & maxima Germaniæ vrbs, Thuringiæ Metropolis. Eam Gera uuuius illabitur, & mediam fermè præterfluit, cuius commoditate tota purgatur. Agrum optimum, & feraciſſimum habet, pecorúmque paſcuis abundat. Academia etiam celebris exiſtit.Munſter.

Erebiæ,pars Lothophagorum.Steph.

Erebinthus,Bacchus dictus eſt ab Erebintho, id eſt, Cicere, nam Bacchus non modò vini, ſed & fructuum propè omnium inuentor creditur.

Erebus, inferorum deus, & pater Noctis ex Chao & Caligine progenitus,vt refert Hyginus. Fab.poet.cap.1. Cicer. tamen de nat. deor. Noctem Erebi vxorem facit, id quicquid eſt, Poetæ frequenter Erebum, pro ipſa inferorum ſede collocant.Virg.4 Æneidos.

Pallentes vmbras Erebi,noctémque profundam.

Ouid.libro 5. Metamor. Proſerpinam Erebi reginam appellat.

Erechtheus, rex Athenienſis, vxorem duxit Praxitheam Phraſimi & Drogeniæ Cephiſi filiæ filiam ex qua filios ſuſcepit Cecropem, Pandorum & Metionem, filias verò quatuor Procrin, Creuſam, Chthoniam,Orithyam,quarum quum Chthoniam in bello contra Eumolpum pro patria Deo ita poſtulante immolaſſet, cæteræ fide datâ, ſeipſas interfecerunt. Cicero in orat. pro Seſtio. Ariſtides in Panathenaico. Lycurgus, *κατὰ Λεωκράτους*. Hyginus fabula 46.& 238.Vide infra Erichtheus.

Erechthia,vicus Atticæ in Ægid.tribu.ab Erechtheo,qui Cererem hoſpitio ſuſcepit.

Erembi,populi Arabiæ, qui & Ichthyophagi & Troglodytæ vocantur, prærupta ſaxa & ſpecus montium inhabitant ſine opibus.

Eremus Heluetiorum, Germaniæ tractus, Ptolemæo & Tacito. *Kleckgovv*, à Schudo vocatur.

Eremus, inſulæ nomen,circa Lemnum, vbi Philoctetis ara, cum æneo ſerpente. Steph. item regionis nomen in Æthiopia, ad lacum Arthatam.Ælian.de hiſt.animal.libro 17.cap.40.

Erene,inſula ante Taprobanam.Ptol.

Erenia,Megarenſium vicus.Pauſan.

Ereſichthon, Theſſalus, qui Cererem ſpernens & eius lucum ſuccidens, tam famelicus factus eſt, vt propria membra præ fame comedere coactus ſit.Ouid.libro 8.Metam.Fabula eſt,otioſorum, luxurioſorum & helluonum miſeriam depingens.

Ereſij, populi in Æolide, Rhyndaco amni finitimi,vt ſcribit Plin.libro 5.cap.30.

Ereſſa,Pomp.1.cap.18.Æolidis vrbs.

Ereſus vel Ereſſus, vrbs in Leſbo, Theophraſti Ereſij patria, ab Ereſo Macaris filio dicta. Steph.

Eretrij, ſiue Eretrienſes,populi Eubœæ captiui & abducti à Dario,in Anderica regione ſunt collocati,anno ab vrbe 258.

Eretria, Eubœæ inſulæ vrbs clariſſima. Pomponius Mela. libro 1. Homerus libro 2.in Catalogo nauium. Stephano ab Eretico Phaethontis filio dicta, quem ex Titanum numero fuiſſe tradunt. Vocabatur etiam Melaneis à Melaneo Euyti patre.Eſt & Eretria Theſſaliæ.Steph.

Eretum oppidum Sabinorum non procul à Tyberi in colle ſitum,quem etiam veteres Montem Eretum vocauerunt: hodie autem Italorum vulgus corrupto vocabulo Montem rotundum nominat. Virg.libro 7.Æneid.

Ereti manus omnis solini fecaque Mutuſca. hodie, *Monte rotundo.*

Ereuatis, vrbs Lyciæ, à Reuaſte & Eleuthera. Steph.

Ereutharion, vir quem Neſtor interemit, cùm miraculo corporis, tum excellentia armorum præcipuus in bello Pyliorum & Arcadum.

Erga, Ilergetum in Hiſpania oppidum. Ptol.

Ergane, fluuius, cuius aqua imbriat homines ac ſi vinum bibiſſent. Athen.

Erganes, Rex fuit Æthiopiæ, qui quum in Meroë Iouis ſacerdotes adeò ſuperſtitiones impleuiſſent animos, vt nonnunquam miſſo nuntio necem regi Æthiopiæ demandarent, nullo detrectantes, aut mandatum iuſſionémve abnegantes, re audita & nuntio, ſacerdotes omnes occidit & ſacerdotium ſuſtulit. Alex. ab Alex. libro 1. cap 8.

Erganica, Ptolem. Hiſpaniæ vrbs. Eganicum hodie.

Ergaſteria, vicus inſignis inter Pergamum & Cyzicum quadringentis & quadraginta ſtadiis à Pergamo diſtans, metallorum fodinis nobilis, à quibus & nomen accepit. Celebratur hic vicus à Gal. lib. 9. ſimpl.

Ergaſyllus, viri proprium, Tortellio.

Ergauia, Vaſconum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs, *Iguolada.* Marineo Siculo.

Ergauica, oppidum Hiſpaniæ Tarraconēſis in tractu Vaſconum, teſte Ptolem. libro 2. cap. 6. Plin. quoque li. 3. c. 3. Ergauicenſes populos enumerat in eodem Hiſpaniæ tractu. *Santauer,* Morali.

Ergerini populi ſub Ergeto oppido. Silius.

——*Hadrianum Ergetúmque ſimul.*

Ergetium, vrbs Siciliæ. Steph.

Erginus, rex Orchomeni, quem Hercules ex Minyis Orchomeno vrbe extruſus interfecit eò quòd tributa quotannis à Thebis exigeret, ipſamque vrbem incenſa regia euertit.

Erginus, Thraciæ fluuius. Plin. & Pompon. Muſa. libro 2.

Eribœa, dicta eſt ab Homero Iuno, quaſi buculæ moleſtia, quod Io in bouem verſam, multis affecit moleſtiis. Nam, ἔρις, contentionem, & βοῦς, bouem ſignificat.

Eribœa, Macedoniæ vrbs. Ptol. vulgò, *Preſſa.*

Eribotes, Thebonis filius fuit, medicinæ peritiſſimus, vt qui Oilei vulnus à Scymphalidibus illarum ſanauerit. Teſtis Orpheus in Argonauticis.

Ericates, viri cuiuſdam Lycaonij nomen à Meſſapo Æneæ comite interfecti. Virg. 10. Æneidos.

Ericea, vicus Athenis in tribu Ægide. Steph.

Erichtheus rex Athenarum: quem Minerua è ſure, vbi natus erat, ſuſcepit, educauit, & Athenienſi populo pro rege tradidit. Ab eo Athenæ Erichtheæ dictæ ſunt Virg. in Ceiri.

Qualis Erichtheus olim portatur Athenis. Vide ſupra Erechtheus.

Erichthonius, qui etiam Erichtheus dictus eſt, 4. Athenienſium rex, ex ſemine Vulcani in terram proiecto editus. Vnde & nomen habet, ἀπὸ τῆς ἔριδος καὶ χθονὸς, id eſt, ex certamine atque humo. Nam cùm Vulcanus diis arma feciſſet, eíque Iupiter optionem dediſſet præmij, quod vellet poſtulandi, iuraſſétque per infernam paludem ſe nihil negaturum: tum ille Mineruæ nuptias poſtulauit: quas cùm Iupiter iuramento aſtrictus, ei negare non poſſet, Mineruam tamen monuit vt repugnaret, pudicitiámque defenderet. Tum in illa colluctatione Vulcanum in terram profudiſſe aiunt ſemen, atque inde editum eſſe puerum draconum pedibus, nomine Erichthonium: qui cùm adoleuiſſet, vt pedum deformitatem tegeret, primus currus vſum adinuenit. Seruius in illud Virg. lib. 3. Georg.

Primus Erichthonius currus, & quatuor auſus,
Iungere equos, rapidiſque rotis inſiſtere victor.

Idem fuit argenti inuentor, ſecundùm Plinium. Alius fuit Dardani filius, ex Candauia cōiuge, vt quibuſdam placet. Huius fabulæ explicationem vide apud N. Comitem libro 4. cap. 5 & libro 9. c. 12. Apollodorus libro 3. & Hyginus fabula 166. & Poëtici aſtronomici libro 2. in Heniocho.

Erichtho, mulier Theſſala. Luca. lib 6. multitudine veneficiorum famoſa Quo nomine etiam vſus eſt Ouid. in Epiſt. Sapphus, pro Furiæ cuiuſdam infernalis nomine.

Ericinum, Sardiniæ oppidum. Ptol. Macedoniæ vrbs Liu.

Ericis portus. Ptol. Liguriæ oppidum. Plin. Delphini portus, v. Delphinius.

Ericuſſa, vna inſularum Æolidum: Gentiles Liparæus ex Ericuſſa Communiter enim omnes in hiſce inſulis Liparæi vocantur. Copioſus in ea naſcitur Erice frutex, Steph. *Paxo,* hodie. Scribitur & Ericuſa per ſimplex S.

Eridanus, Italiæ fluuius, in Veſulo monte naſcens & per agrum Gallicum in mare Adriaticum influens. Hodie notiore nomine Padus appellatur, Eridanum autem dictum volunt ab Eridano Apollinis & Climenes filio qui à luce illius incendij, quo bonam terrarum partem exuſſit. Phaëthon cognominatus eſt. Hunc poëtæ fabulantur, cùm paternum currum regendum ſuſcepiſſet, aurigandique imperitia orbem terrarum in diſcrimen adduceret, à Ioue fulmine ictum, in Padum fluuium decidiſſe, eíque Eridano nomen feciſſe, Virgilius, quòd Italicorum omnium maximus ſit, Regem fluuiorum appellat, vulgò, *le Po.* Eridanus alius eſt in Attica regione teſte Pauſania, item Ouid. eo verſu.

Eridan

Eridanuſq́; ſenex, leniſque Amphryſus & Æas.
Eridanus cœleſte ſignum Arieti proximum. Cicero ex Arato.

Erigone, Icarij filia, Hygino, quæ ex dolore paternæ necis, quem ruſtici temulenti occiderant ſeipſam ſuſpendit, deorúmque miſeratione in cœlum tranſlata, Virginis nomen obtinuit. Virg. 1 Georg.

Quà locus Erigonem inter, Cheláſque ſequẽtes. Panditur.

Inde Erigoneius, adiectiuum: vt Canis Erigoneius. Ouid. libro 5. Faſt.

Erigon, fluuius Thraciæ, qui in Aſiam irrumpit. Strabo. libro 7. *Viſtritza*, Sophiano.

Erigonus, Pictor fuit inſignis, de quo Plin. libro 35. c. 11.

Erigyppus, vnus ex Centauris.

Erimantus, qui lites diſſeminando diuinat. ἔρις, lis, μάντις, diuinus. Iuuenal.

Aut Diſthilus aut Erimantis.

Erimanthus, Indiæ fluuius. Curt. libro 8.

Erimum, vrbs Œnotrorum in mediterraneis. Stephano, *Regina*. G. Barrio.

Erinæi, Sarmatiæ Aſiaticæ gens. Ptolem.

Erindes, fluuius in Aſia, circa Parthiam. Tacitus.

Erineos, locus aſper fuit ſub Ilij montibus, à caprificorum (quos Græci appellant, ἐρινεούς) multitudine dictus, meminit huius loci Andromache apud Hom. libro 6. Iliad.

Erineſes, Indiæ fluuius cum Gange ſe iungens Arrian.

Erineus, vrbs in Doride è caprifico dicta. Strabo. eſt & alia Italiæ, & alia Achaiæ Steph.

Erineus Siciliæ fluuius. Thucyd. hodie, *Neti*, & eius oſtium, *Miranda*, Fazello & Aretio.

Eringius, Theofrido Reciſuindi filio pulſo regnum Hiſpaniæ annis 7. occupauit, anno ab vrbe 1419.

Eriniates, Megaridis vicus. Steph.

Erinna, poetria, ex Teno vrbe Laconica, Olympiade 107 mortua eſt xix. annos nata.

Erinnys, Ceres dicta eſt, cuius cognominis hæc eſt ratio, Neptunus in equum conuerſus ſtuprauit Cererem, quod primum iniquiſſimo tulit animo: deinde ita paululum remiſſa, in Ladone fluuio corpus lauit: vnde duobus cognominibus à Thalpuſiis Arcadibus eſt nuncupata, Erinnys nempè, ab illa indignatione animi: nam apud Arcades, ἐριννύειν, indignari ſignificat, & λουσία à corporis ablutione. Palæphatus libro 2.

Erinnys, vna furiarum infernalium ita dicta, ἀπὸ τοῦ ἐρύειν τὸν νοῦν, hoc eſt, à corrumpenda mente. Virg. 2. Æneid.

—Quæ triſtis Erinnys.
Quò fremitus vocat.

Vel Erinnys dicitur, quaſi, ἐρευνῆτις, id eſt, indagatrix eorum hominum qui grauiſſima flagitia patrarunt Cicero in Orat. pro Roſcio Amerino, Furias ait eſſe malas cogitationes, fraudes & atrocia impiorum ſcelera, quæ noctes diéſque pœnas præteritorum peccatorum à conſceleratiſſimis hominibus repetunt, vide N. Comitem, libro mythologiæ, c. 10.

Erioch, rex Elicorum. Iudith. 1.

Erionia, regio circa Sardeis, quę & Aſia. Steph.

Eripia, venefica fuit & faſcinatrix, quæ ſi quod animal aſpexiſſet, illi protinus aliquid mali accidebat. Eraſmus in Prouerbiis.

Eriphyle Thelaonis, vel, vt alij volunt, Iphios filia, vxor Amphiarai, & ſoror Adraſti, quæ accepto à Polynice aureo monili, maritum latentem, ne ad bellum Thebanum, vbi ſe moriturum ſciebat, proficiſci cogeretur, Adraſto prodidit. Quam vxoris perfidiam ægrè ferens, Amphiaraus, filio Alcmæoni in mandatis reliquit, vt accepto primo mortis ſuæ nuntio, matrem interficeret: quod & ille in patris vltionem adimpleuit. Iuuenalis. Sat. 6.

Occurrent multa tibi Belides atque Eriphyle.

Eriphryſa, inſula vna ex Æoliis.

Eris, fluuius. Strab. libro 5.

Eriſthenes, à matre Media interfectus eſt, quòd malè in bello pugnaſſet.

Eriſitos, vide Eriſichthon.

Erithini, duo ſunt ſcopuli, qui nunc Erythrinij vocantur, à colore ſic nominati, quorum meminit Homerus in Catalogo nauium. Strabo. libro 1. *Farnaſia*, appellat Bordonius.

Erithrus, apud Celtiberos regnauit.

Erizeli, Phrygiæ gens. Ptol.

Ermæa, inſula propè Sardiniam. Ptol.

Ermanaricus, Oſtrogothorum rex, ex vulnere mortem obiit. Iornand. anno ab vrbe 1117.

Ermione, vrbs ad Argolicum ſinum. Ptolem. *Caſtri*, Sophiano.

Ernodurum, Galliæ Lugdunenſis oppidum. Anton.

Ero, puella formoſiſſima, ex Seſto Thraciæ vrbe ad Helleſpontum ſita, Veneris ſacerdos cuius mutuo amore correptus Leander Abydenus adoleſcens, noctu eius cauſa Helleſpontum volebat traiicere. Verùm cùm aliquando nimio amatæ deſiderio, mari tempeſtatibus agitato ſe commiſiſſet, viribus deſtitutus, ſubmerſus eſt. Cuius cadauer, cùm fluctuum impulſu Seſtum eſſe delatum, Ero doloris impatientia, ex editiſſima ſeſe ſpecula in mare præcipitauit. Muſæus.

Erochus, vrbs Phocidis. Pauſan.

Erocadæ, Hippothoontidis tribus pars. Steph.

Eroge, mons terræ motu ſciſſus, Ioſeph. libro 9. cap. 11.

Eropæi, Africæ propriæ gens. Ptol.

Erópia, inſula vna ex Cycladibus, aliter Acis, & poſteà Syphnus appellata.

Eropoliſtides, nomen apud Plaut. quo ſignificatur ob amorem vendita.

Eros, ſeruus Antonij fuit, à quo quum Ant. ab Auguſto, ſuperatus, rerum deſperatione gladium petiiſſet ad inferendam ſibi mortem, ille quidem gladium accepit quaſi dominum percuſſurus, at conuerſo gladio ſeipſum confodit. Plutarch.

Eros, comœdus quidam, cuius meminit Cicero in oratione pro Roſcio Comœdo.

Eroſtratus, nebulo quidam fuit ſceleratiſſimus, qui quum nomen ſuum poſteritati conſecrare omnibus modis cuperet, atque hoc virtute conſequi non poſſet, templum Dianæ Epheſiæ manu propria incendit, ratus propter hoc ſaltem facinus nomen ſuum ab hiſtoricis propagatum iri.

Erpis, Mauritaniæ Tingitanæ vrbs. Ptol.

Erranoboa, Indiæ fluuius in Gangem deficiens. Plin.

Erruca, Volſcorum in Italia vrbs. Diodor.

Erſenius, nobilis gladiator.

Ertha, vrbs Parthiæ ad Euphratem. Steph.

Ertzica, Armeniorum regia Laonic.

Erubrus, Auſonio fluuius, ſe cum Moſella commiſcens.

Erupa, Arabiæ deſertæ vrbs.

Erutius Clarus, 11. conſul cum Cethego, anno ab vrbe 922.

Eryannos, Troadis fluuius, ex Ida monte manans. Plin.

Erybium, Dorienſium vrbs ſub Parnaſſo monte. Diodor.

Eryce, vrbs Siciliæ Steph. Vide Eryx.

Erycina, næ, Veneris cognomentum, ab Eryce Siciliæ monte, in quo religioſiſſimè colebatur. *Erycina ridens*, Horatio dicitur.

Erymanthus, mons Arcadiæ, in quo aprum agrorum vaſtatorum Hercules domuit, viuúmque in humeris ad Euryſtheum retulit, quo conſpecto, Euryſtheus in æreo ſe vaſe abſcondit. Eſt & ſylua & fluuius hoc nomine, in Alpheum defluens. Plinius libro quarto. Item vrbs. Pauſan.

Erymanthis, thidis, poſſeſſiuum fœmininum. Ouid. 2. Metam.

Cuſtos Erymanthidos Vrſo,

Arctophylax.

Erymnæ, vrbs Lyciæ, Trallis poſteà dicta. Steph. Theſſaliæ item oppidum. Strabo Magneſiæ item. Plin.

Eryſice, vrbs Acarnaniæ, quæ poſteà Oeneadę nominata eſt. Aliqui totam Oeniadarum regionem Eryſicen nominarunt, ab Eryſice Acheloi filia: Gentile, Eryſicæus. Steph.

Erysthea, vrbs Cypri, in qua Apollo Hylates colitur. Steph.

Erythea, inſula Geryoni regio, in mari Gaditano. In ea tanta aëris benignitas fertur, vt homines pariat penè immortales. Hæc poſteà inquit Steph. Aphrodiſias dicta eſt inter Io etiam & Gades ſita: hanc Oceani inſulam nominatam ſcribit ab Erythea Geryoni & Mercurij filia. Dicitur etiam Erythe.

Erytheus, rex Athenarum, Orithyæ pater quē Boreas rapuit & in Thraciam deduxit.

Erythia, Plin. libro 4. cap. 22. inſula in mari Gaditano, quam ſic cognominatam dicit, quoniam Tyrij ab origine eorum orti ab Erythræo mari ferebantur. In hac Geryones habitaſſe à quibuſdam exiſtimantur, quorum armenta Hercules abduxerit. Sunt qui aliam eſſe eam & contra Luſitaniam arbitrentur, eodémque nomine quondam ibi appellatum. Vide Erythea.

Erythibius, Apollo dictus eſt à rubigine. Paleph. libro 1.

Erythini, vrbs Paphlagoniæ. Steph.

Erythra, vrbs Ionum, quæ & Cnopupolis, à Cnopo vocabatur. Alia & Libyæ, & alia Locridis, alia Bœotiæ, & alia Cypri, quæ nunc Paphos. Steph.

Erythrabolos, promontorium Libyæ, quaſi dicas, glebam rubram. Steph.

Erythræ, ciuitas Aſiæ, non longè à Chio, ex qua Sibylla fuit, quam à patria Erythream nominauerunt: antiqua ſanè m[illegible]r, & diuinatrix tempore Alexandri. Vide Seruium in 6. Æneid. *Deiphobe Glauci, &c.*

Erythræ, Ioniæ oppidum maritimum, vt Ptolem. docet.

Erythræ, regio ex qua Hercules armenta boum abduxit in Italiam. Propertius libro 4. eleg. 10.

Erythræum mare, pars Oceani, Arabiam à Meridie alluens, ad Occidentem Arabico, ad Ortum Perſico ſinu terminata. Ratio nominis variè traditur à ſcriptoribus Proximè tamen ad veritatem videntur acceſſiſſe, qui ab Erythra rege, Perſei & Andromedes filio dictam putant: cui etiam opinioni ſubſcribit Arrianus Geſtorum Alexandri libro 8. Reliquas opiniones hic breuitatis cauſa omiſimus, quas lector poterit videre apud Strab. libro 16. A Latinis autem per errorem videtur appellatum Mare rubrum. Nam cùm audirent à Græcis Erythreum vocari, exiſtimantes à rubedine aquarum ita dictum, ipſi quoque mare rubrum dixerunt. Vide Euſtathium in Dionyſium pinegetem Agatarchiden, Fulleri Miſcellanea, Fubreri itinerarium & alios.

Erythræum, promontorium Cretæ inſulæ. Ptol. *Cabo Roſſo*, Pineto.

Erythras rex, abs ſe ratibus [illegible] in mari rubro,

Digitized by Google

rubro, inter inſulas, artem inuenit nauigandi. Plin.lib.2.

Erythreus, ſeu Erythras, filius Perſei & Andromedæ, qui in confinio rubri maris regnum habuit, vnde etiam Erythræum mare nominatum affirmant.

Erythæ, vrbs apud quam Aleos amnis, pilos gignit in corporibus. Plin.lib.31.c.2.

Erythron, Cyrenaicorum locus in Pentapoleos regione Africæ Ptol.teſte.

Erix, Siciliæ vrbs in ſublimi tumulo, Veneris fanum habens, Strabo hodie *Monte S. Iuliano.*

Eryx, Butæ & Veneris filius, qui cùm viribus plurimùm polleret, hoſpites ad ceſtuum certamen ſolebat prouocare: qua ratione cùm non paucos trucidaſſet, ab Hercule ex Hiſpania redeunte ſuperatus occubuit: atque in monte, in quo Veneri matri templum condiderat, ſepultus eſt: vnde mons ipſe Eryx & Venus Erycina appellatur.

Eryxias xx Athenienſium princeps, regnauit annis 10. Olympiade 13. qua vixiſſe Homerum poetam pleriqꝫ contendunt.

E S

Eſaan, innixus, ſiue ignis afflictionis vel reſponſionis, ciuitas in tribu Iuda Ioſ.5.

Eſacus, Priami filius, qui quòd cauſſa fuiſſet necit Heſperiæ Nymphæ quam deperiebat, ſeſe aquis obruit.

Eſaias, i. Salus Domini, vide Iſeias.

Eſar, Ægyptiorum oppidum, in Æthiopia quod Bion *Sapin* vocat Plin.lib.6.c.30.

Eſau, filius Iſaac. Gen.25.qui & Edom.Ge.36. dicitur, Lat. faciens, vel operans, aut tinea eius.

Eſbaal, filius Saul.1.Par.8.& 9 Lat.ignis idoli.

Eſbon, i. feſtinans intelligere ſeu ædificare, filius Bele filij Beniamin.1.Par.7.

Eſbonitæ Arabiæ Petreæ gens.Plin.

Eſbus, Iudææ vrbs. Ptol.

Eſcamus, Mœſiæ fluuius, ex Rhodope oriens. Plin.

Eſclepiades, Antiochenæ eccleſiæ epiſcopus, anno ſalutis 213.

Eſchol, frater Mambre, Gen.14 Eſt & vallis & torrens terræ Chanaan in vicinia Hebronis. Lat. botrus, ſiue orbatio, aut ignis omnis.

Eſdras, nomen ſacerdotis, 1. Eſd. 7. De quo ſic D.Hieronymus in Præfatione in libr Reg. Certúmque eſt, inquit, Eſdram ſcribam legiſque doctorem, poſt captam Hieroſolymam, & inſtaurationem templi ſub Zorobabel, alias reperiſſe literas; quibus nunc vtimur, cùm ad illud vſque tempus, iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint, &c. Totam ipſe Bibliothecam, à Babyloniis combuſtam, reparauit: Moſis totum opus ab ipſo vlla ſine librorum diſtinctione ſcriptum, in quinque partitus eſt libros, qui Pentateuchus dicti ſunt, Comeſt. in c.1.Leuit.Lat adiutor, ſiue atrium.

Eſdrelon, ciuitas in campo magno Eſdrelon ſub Dothan. Iudith.1.

Eſdrin, nomen viri, 2. Macch.12.

Eſeban, i. ignis filij, vel ædificantis, aut intelligentis, filius Diſon. Gen.36.

Eſebon. feſtinatio filij aut intelligentis, vel ædificantis, filius Gad.filij Iacob, Gen. 46. filius item Bela filij Beniamin filij Iacob.1.Par.7.

Eſec, frater Aſer filij Elaſa. Par. 8. Lat. violentia, ſeu calumnia.

Eſelias, pater Saphan, 1.Par.14. qui 4.Reg.22. Aſalias dicitur. Lat. liberans Dominus.

Eſem, i. os, ſiue fortitudo aut lignum totum, conſilium eorum, aut clauſura oculorum, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ.15.

Eſer, filius Seir Horræi. Gen.36. Lat. cellarium, ſiue theſaurus, aut anguſtians.

Eſernis, vide Æſernia.

Eſernius, gladiator nobilis, cui æqualis & par alter gladiator extitit, nomine Pacidianus, de quibus natum prouerbium, Eſernius cum Pacidiano. Cicero in libro de optimo oratorum genere. A me autem, inquit, quò maximis minima conferam, gladiatorum par nobiliſſimum inducitur, Æſchines tanquam Eſernius, vt ait Lucilius, non ſpurcus homo, ſed doctus, & acer, cum Pacidiano hoc componitur, optimus longè poſt homines natos.

Eſia vel potius Æſia, Galliæ fluuius in Sequanam fluens, Vibius. Is eſt, quam hodie Iſaram vocant. Gall. *Oiſe.*

Eſimphæus, Homercitarum rex, anno ab vrbe 1281.

Eſionenſes, vel Eſioneæ, populi Aſiæ quorum meminit Strabo.

Eſis, Italiæ fluuius, non procul à Rauenna. Plin lib.3.c.15.

Eſoa, nomen ciuitatis. Ioſ. 5. Lat. mutatio, vel dormitatio, aut iteratio, vel ſecundatio.

Eſopis, ciuitas in Locris, in quodam montis ſupercilio ſita. Strab.lib.6.

Eſphata, congregatio, aut conſummans, vel finiens, filius Aman, filiæ Amadatha. Eſth.9.

Eſquilina, porta vrbis Romæ, quam Procopius Præneſtinam vocat, vt ſcribit Marlianus, qui eam hodie *S. Lorenzo* dici ait,

Eſras, vide Eſdras.

Eſriel, filius Galaad filij Machir, Ioſ.17.1.Par.7.qui Num.26. dicitur Aſriel. Lat. beatitudo Dei, aut intuitus fortis, vel greſſus Dei.

Eſron, filius Ruben. Gen.47. filius item Iuda, 1. Para.4. qui Gen.46. Zara dicitur. Filius item Phares filij Iuda, Gan.46. Nomen præterea loci. Iob. 15. Heb. Heſron. Lat. Sagitta exultationis, ſiue diuiſio cantici, aut atrium vel fœnum,

Eſſei, ſiue Eſſeni, Iudæi: nam tria Iudæorum dogmata, vt ſcribit Ioſeph. extitere, Phariſæi, Sadducæi, & Eſſæi, & quidam Eſſæi ab vxoribus & vino & carnibus abſtinuerunt ſemper, & quotidianum ieiunium verterunt in naturam. Apud eos proprium nemo aliquid poſſidet, omnibus in medio poſitis communiter vtuntur, habitant ſimul & conueniunt quaſi ſodales. Cùm à laboribus mercedem ceperunt apud quæſtorem deponunt: is omnia diligenter procurat quibus egent: nullas ciuitates colunt, neq; ſeruos habent, quandoquidem omnes velut mater eadem genuit natura. Triplici regula vitam tranſigunt, amore in Deum ardentiſſimo, virtutum cultu diligentiſſimo, charitate in proximum feruentiſſima. Ioſeph. Antiq. lib. 13. cap. 8 & Iud lib. 2. cap. 7. Vide de his Eſſenis Scaligeri triheræſij elenchum.

Eſſedones, in Aſia populi: ibi Scythiam vtramque incolunt, ſuper Mæotim habitantes, non procul à Riphæis montibus, Plinius libro quarto, capite duodecimo. Quibus (Herod. lib. 4. hiſt.) mos eſt parentum funera cantu proſequi, & congregatis proximis cadauera ipſa, pecudum admiſtis carnibus comedere, qui oſſa capitum ſuorum parentum auro cincta in poculorum tradere miniſterium aſſeruntur. Steph. populi Scythiæ.

Eſſui, Celtarum populi, Cæſar. in Comment. quos Marlianus *Retelou* vocat: alij *la Comté d'Eu*: alij *Fierarche & Terſſe* quaſi dicas, Terram Eſſuorum, eſſe putant. Bouillus eos in Belgica ponit.

Eſſus, vrbs Locridis. Steph.

Eſthaol, vrbs tribus Iudæ, ſiue Dan, inter Azotum & Aſcalonem in Palæſtina Ioſ. 15. 19. vbi filii Iſrael poſuerant caſtra contra Philiſtiim. Iud. 13. iuxta quam ſepultus erat Samſon. Iud. 16. Hieronym villula Aſco dicta. Lat. poſtulans, aut mulier fortis vel ſtulta, ſiue ignis laboris.

Eſtham, ciuitas, 1. Reg. 30. 1. Paralip. 4. quæ (vt videtur) dicitur Eſthemo & Eſthemoa. Lat. exauditio, vel muliebris vterus.

Eſthemo, ciuitas quæ Aaronis nepotibus è tribu Iudæ eſt aſſignata, Ioſ. 21. 1. Paral. 6. eadem quæ & Eſthamo & eiuſdem ſignificationis.

Eſther, i. occulta, ſiue abſcondita, vel demoliens: aut ex Syro & Hebræo, medicinæ exploratio vel contemplatio, aut medicina turturis, nomen mulieris, quæ Ediſſa filia Abihal dicta eſt. Eſter. 2.

Eſthon, i. vxor eius, aut ignis donum, filius Maæir. 1. Par. 4.

Eſtræa, vide Iſtæa.

Eſtræotis, Theſſaliæ pars, continens occiduas regiones, & quæ intra Pindum, Macedoniamque ſuperiorem ſunt. Strabo libro Geograph. 9.

Eſtiana, vide Noſtia.

Eſtiones. lib. 4. in fine apud Strabo. Sunt Heluetiæ populi, quos Scudus *Eſtnerberger* vocat.

Eſubiani, populi inter Alpinos à Romanis ſuperatos, numerantur à Plinio lib. 3. c. 20.

Eſubopes, Rex Colchorum fuit, qui terram virginem nactus, plurimum auri & argenti eruiſſe dicitur, in gente Samnorum, & alioqui velleribus aureis inclyto regno. Plinius lib 33. cap. 3.

Eſuris, Hiſpaniæ oppidum. Anton.

Eſus, Rhodi fons. Vrbius Sequeſter.

E T

Etaeis, Laconica vrbs. Steph.

Etalus, Corinthiorum rex, regnauit annis XXX.

Etam, i. auis eorum, ſiue inuolutio vel calamus eorum, nomen viri, 1. Par. 4.

Etam, petra munita, quæ in tribu Iuda erat, vbi Samſon aliquando habitauerat iuxta torrentem. Iud. 15. Ioſ. lib. 5. Antiq. c. 12. Eſt quoque ciuitas Iudæ à Roboam ædificiis munita, 1. Par. 4. & 2. Par. 11.

Etaxalos, inſula Arabiæ fœlicis, verſus Orientem Plin.

Etburga, filia Eduardi ſenioris regis Angliæ, quæ relicta paterna domo ſeſe in ſolitudinem contulit, in qua reliquum vitæ peregit.

Etearchus Oaxi ciuitatis Creticæ rex, qui amiſſa vxore, filiæ ſuæ Phronimæ nouercam ſuperindixit, quæ domũ ingreſſa vt erat, ita reipſa ſe nouercam præſtitit, cùm lædendo atque omne iniuriarum genus excogitando, tum ad extremam impudentiam impingendo. Etearchus criminationibus vxoris fidem habens, Themiſonem quendam Thereum iureiurando aſtrinxit, vt acceptam Phronimam in mari demergeret. Qui cum neque Etearchi crudelitatis miniſtrum ſe præbere vellet, neque rurſum iuſiurandum violare, reuinctam funibus puellam dimiſit in pelagus, eaque ſubitò retracta, Theram peruenit: vbi Polymneſtus vir inter Thereos ſpectatus in concubinatum Phronimam accepit, qui ex ea Battum genuit. Cyrenarum in Africa conditorem. Herodot. libro 4.

Etelesta, Carpitanorum in Hiſpania vrbs. Ptolem.

Eteoclea, Andreidis tribus in Bœotia. Pauſ.

Eteocles Oedipi Thebanorum regis filius, ex nefando Locaſtæ matris concubitu editus, cum fratre Polynice ita conuenerat, vt alternis annis regnarent. Exacto deinde primo anno, cùm Eteocles, qui, quòd maior natu eſſet, primo anno regnarat, renueret fratri regno cedere Polynices adiutus, à Tydeo & Adrano ſocero, fratri bellum intulit, in quo ambo mutuis vulneribus ceciderunt. Impoſitis deinde cadaueribus eidem rogo, flammam ſe diuidiſſe tradunt,

san-

Digitized by Google

tanquam odium illud, quod inter viuos fuerat, ne morte quidem finiri potuerit. Stat. in Theba. Virg. in Culice.

Eteocretæ, inſulæ Cretæ, populi antiquiſſimi. Diodor.

Eteones, vrbs Eubœa, ab Eteoneo quodam nunc Scarphe vocatur, in colle ſita. Steph.

Etheſiæ, venti quotannis ſtatis temporibus flantes, biduo incipientes poſt Caniculæ exortum & ad dies ferè 40. continuantes. Plin. libro 2. c. 47. Hinc Eteſiæ dicti ſunt quaſi annui, quod ex ventis omnibus hi maximè ſtati ſint, & quotannis eodem tempore recurrant.

Etera, Mœſiæ ſuperioris vrbs. Ptol. *Racana*, Nigro.

Etgarus, Angliæ rex, qui ſingula erexit Monaſteria, ſingulis quibus regnauit annis.

Ethaguri, Sericæ regionis populi. Ptol.

Ethai, nomen viri, 2. Reg. 15. qui & Ithai 2. Reg. 23. Filius Roboam ex Maacha. 2. Par. 11.

Ethalia, inſula in Liguſtico mari, Populoniæ vrbi oppoſita, ab Ethalio qui ei præfuit, ſic dicta.

Ethalion, vnus ex Tyrrhenis nautis, quos in delphinas mutatos dicit, Ouid. 3. Metam.

Etham, nomen loci, ad quem venerũt filij Iſrael profecti de Socoth. Exod. 13. Num. 33.

Ethan, vir quidam ſapiens, filius Maol. 3. Reg. 4. Filius Zaræ, filij Iuda. 1. Par. 2. Filius Gazaiæ, 1. Paral. 15. Filius Zamma filij Semei, 1. Par. 6. Filius Cuſi filij Abdi, 1. Paral. 6. Lat. fortitudo eorum, aut vomer vel aduentus, vel ſignum eorum.

Ethan, ciuitas erat deſerta, in capite ſolitudinis tempore Moſis, quæ à Ioſepho vocatur Lycus vbi Babylonem poſteà factam ait, dum Cambyſes Ægyptum vaſtaret, non illam famoſam Babylonem Nabuchodonozoris, ſed alteram, quæ etiam nunc inhabitabatur. Comeſt. in c. 13. Exod.

Ethanim, nomen menſis ſeptimi, qui noſtro Septembri reſpondet. 3. Reg 8. Lat. robuſti, vel fortes, aut munera, ſiue fortitudo mortis.

Ethbaal, nomen regis Sidoniorum, 2. Reg. 16.

Ethecuſa, inſula eſt in ora Cariæ, non procul ab Argijs inſulis. Plin. libro 5. c. 31. In alijs exemplaribus legitur Hyeruſſa.

Etheel, nomẽ viri, 1. Eſd. 11. Lat. mecum Deus, ſiue ſignum, aut aduentus vel vomer Dei.

Ethebaldus, II. Anglorum rex.

Ethelbertus, IV. Anglorum rex.

Etheltredus, V. Anglorum rex.

Etheltredus XIII. Anglorum rex. Huius temporibus Anglia Dacis tributaria facta eſt. Polyb. libro 7.

Ethelulfus, II. Anglorum rex.

Etheluolfus, Cantinus rex, an. ab vrbe 1550.

Ethei, filius filiæ Seſan ex ſeruo Ægyptio, 1. Paralip 1. Lat. hora mea, vel tempus meum.

Ethe. non, nom en viri, Virg. lib. 10. Æneid.

Et clarus Ethemon, Lycia comitatur ab alta.

Ether, ciuitas in tribu Iuda, Ioſ. 15. Lat. oratio, ſiue deprecatio.

Ethi, i. hora, vel tempus meum, nomen viri, 1. Par. 12.

Ethini, Africæ propriæ populi. Plin.

Ethleg, Mœſiæ oppidum. Anton.

Ethnan, i. donum aut merces, vel ſignum filij, aut aduentus filij, filius Aſhur, ex vxore Halaa, 1. Par. 4.

Ethneſtæ populi Theſſaliæ, ab Ethneſto Neoptolemi filio. Steph.

Ethiopia, Achamaniæ vrbs. Liu.

Etruria, vide Hetruria.

Etia, vicus Laconiæ, aut Cretæ ciuitas.

Etini, Siciliæ populi. Plin.

Etion, quidam fuit Gigas, cuius corpus in Creta, terræ motu, rupto monte, ſtans inuentum eſt 46. cubitorum: quod alij Oti fuiſſe arbitrantur Plin libro 7. cap. 16. Hodie in exemplaribus habetur Orionis, non Etionis.

Etocetum, Angliæ oppidum. Anton.

E V

Eua, i. viua, ſeu viuens, omnium mulierum prima, quam Deus ex Adæ protoplaſti coſta formauit: quam intuitus Adam, ait, Hoc nunc eſt os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: Hæc vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt, Geneſ. cap. 2.

Eua, vrbs Arcadiæ. Gentile, Euæus. Steph.

Euadne, Martis filia ex Thebe vxore Aſopi, & coniux Capanei, quem incredibili amore dilexit. Itaque cùm audiuiſſet illum apud Thebas fulmine perijſſe, ferè in ſtuporem diriguit: deinde cùm celebraretur funus, ſe in rogum projecit. Virg. 6. Æn.

Euæi, populi habitantes ad Meridiem, quos expulerũt Cappadoces. Deut. 2. Ioſ. 13. 4. Reg. 14.

Euæmon, pater Euripyli, qui cùm Græcis ad Troiam profectus cum 40. nauibus præfuit Orchomenus Hom. in Catalog. nauium.

Euæmon, Steph. vrbs Orchomeniorum.

Euænetus, rex Lacedæmoniorum, qui ad cuſtodiendum introitum Theſſaliæ contra Xerxem, vnà cum Themiſtocle Athenienſium duce à Græcis conſtitutus fuit.

Euagoras, rex Cypriorum, ad quem Iſocrates ſcripſit.

Euagrius, presbyter, annis XIV. manſit in ſolitudine, contentus pane & oleo. Si quando venereis titillaretur illecebris, demergebat ſe in puteum, vt aquæ frigiditas libidinis feruorem compeſceret.

Euagrius, Monachus apud Ægyptios doctiſſimus, anno ſalutis 399, Sozomenus libr. 8, cap. 1.

Digitized by Google

hiſt. trip.

Euagrius, aliàs Eucharius, Coſ. cum Eleutherio, anno ab vrbe 1134.

Eualeni populi, Glaucus li. 2. de Arabia. Steph.

Euan, vnum eſt ex Bacchi cognominibus, ab Euantium mulierum clamore impoſitum. Ouid 4 Meta. Euantes dicuntur mulieres eiuſdem ſacra celebrantes.

Euander, Carmentis filius, Arcadiæ rex, ob eloquentiam Mercurij filius ex Nicoſtrata habitus eſt. Hic dimiſſa Arcadia, cùm patrem caſu interfeciſſet, auito regno pulſus, ſuadente matre, quæ vates erat, conſcenſa naui in Italiam venit & pulſis Aboriginibus tenuit illa loca, vbi poſteà Roma condita eſt, paruúmque oppidum in Palatino monte extruxit. Pallanteum, à Pallante proauo dictum. Virg. 8. Æn. Hinc Euandrius, a, um, Idem 10. Æneid.

At tibi Tymbre caput Euandrius abſtulit enſis.

Euandria, Luſitaniæ oppidum. Ptol. Euandriana. Anton.

Euangelorum portus, ad ſinum Arabicum in Æthiopia. Ptolem.

Euante, Gratiarum mater vt placet quibuſdã.

Euangelus, hiſtoriographus, qui de re militari ſcripſit. Plutarch.

Euantia, vide Trallis.

Euarchus, fluuius qui Cappadociam & Paphlagoniam diſterminat. Stephan. Scythiæ fluuium vocat: Flaccus.

Nimiúmque ferax Euarchus Olorum.

Euariſtus, IV. Romanorum epiſcopus, anno ſalutis 191.

Euarix, rex Gotthorum, qui templorum aditus ſpinis obſerabat & ſepiebat, vt introeundi raritas obliuionem religionis induceret, clericos verò carceribus includebat: nullum omittebat tormenti genus, in quo ſuam feritatem non exerceret.

Euax, rex Indiæ, qui de virtutibus gemmarum ſcripſit ad Neronem.

Euazæ, Sarmatarum populi, à Medis orti, & Tanaim fluuium incolentes. Plin. lib. 6. c. 7.

Eubius, Scriptor quidam fuit, cujus meminit Ouid. 2. Triſtium.

Eubœa, Ptolemæo maxima Ægæi maris inſula, inter Sunium Atticæ promontorium, & Theſſaliam in longitudine extenſa, & à Bœotia Euripo admodum anguſto dirempta: ita dicta ab Eubœa Heroicæ indolis Matrona, cùm anteà *Macris & Macra, Abantis & Abantias, Chalcis & Chalcedontis, & Aſopis*, nuncuparetur, vt Plinius tradit. Strabo eam etiam *Ocha & Ellopia*, nominatam dicit. Ælianus li. 12. cap. 36. de Animalibus, prodit eam à Poëtis Archibotum appellari. Hodie Europæis, *Negroponte*, dicitur: multis etiam, *Egriponte*, vt Porcacchius tradit. Turcis, *Egribos*, vocatur, niſi fallor. Incolæ ejus, vt idem Strabo docet, vbique, *Abantes*, & nuſquam, *Eubœenſes*, nominantur ab Homero, hinc tamen, *Euboicus*, Virg. libro 9. Æneid.

Qualis in Euboico Baiarum littore quondam,
Saxea pila cadit, &c.

Item libro 9. vide, *Chalcis & Napitia.*

Euboicum mare à Plauto Perſicum portum vocari teſtatur Feſtus, quòd in eo claſſis Perſarum feciſſe dicitur. Euboicum ſinum appellat Liuius, & addit eum etiam Cœla dici. Idem Oroſius libro 6. cap. 15. & Val. Max. libro 1. cap 8. à Ptolemeo, *Orteus ſinus*, nominatur hodie, *Golfo de Negroponte*.

Eubœa, Siciliæ vrbs. Strabo.

Eubœa, vrbis nomen in eadem inſula maris Ægei, ſed à mari abſorptæ. Strabo.

Eubœa montis nomen in Arcadia. Pauſan. locus item in Corcyra & Lemno inſulis. Strab.

Eubule, filia fuit cuiuſdam Leo Orphei filij, quam cum Phaſithea & Theope ſororibus, ciuitati immolandas exhibuit, vt ingens annonæ caritas quæ Atticam vehementer premebat, finem ſecundum oracula caperet. Cæl. Rhod. lib. 13. c. 7. Ælianus libro 12. cap. 18. Suidas in voce, Λεωκόρειον. Demoſth. Cicero de natur. Deor. 3. Thucydidis ſcholiaſtes.

Eubulus, Athenienſis ciuis, Demoſtheni ſæpè aduerſatus, vt ex ipſius in Midiam oratione notum eſt.

Eubulus, mediæ Comœdiæ poeta. Suid.

Eubuius hiſtoricus, qui hiſtoriam Mitræ multis voluminibus explicuit.

Euburiates, Liguſtici populi, à Fuluio expugnati. Plin.

Eucarpia, Step. vicus eſt in minori Phrygia, in qua Metrophane teſte, racemus tãtus prouenit, vt currus medius præ pondere aliquãdo rũpatur. Hanc regionem Barbari Iouem Cereri & Baccho fœcunditatis gratia donaſſe fabulantur. Eſt etiã Eucarpia, caſtellũ Siciliæ inter Timęos.

Euchania, vrbs circa Cõſtãtinopolim eſt poſteà Theodoropolis dicta fuit, Cedreno teſte.

Eucherius, ordinis ſenatorij dignitate conſpicuus, ſpeluncam dumis horridam & tutam nigro lacu habitauit in agro Lugdunenſi.

Euchion, Bacchum cognominant Poetæ, ἀπὸ τῆς εὐχῆς, id eſt, à voto, vt notant grammatici, inter quos Sipontinus. Vide Euthyus.

Euclides, geometra inſignis tempore primi Ptolemæi: poſterior aliquanto his qui Platonis temporibus vixerunt, antiquior verò Archimede & Eratoſtene. Multa ſcripſit, quæ ad Geometriam & Muſicam pertinent.

Euclides Megarenſis, Socraticus, belli inter Athenienſes & Megarenſes tempore, muliebri veſte noctu ad Socratem venire ſolitus. Ab hoc Philo-

Digitized by Google

philoſophi Megarici dicti, qui id bonum ſolum eſſe dicebant quòd eſſet bonum & ſimile, & ſemper idem Suidas & Diogenes Laert.

Eucrates, fuit verſutus quiſpiam, qui aliquo prætextu ſuffugiebat ſemper, ſi quando fides eſſet præſtanda. Hinc natum prouerb. Vias nouit quibus effugit Eucrates.

Eucratida. vrbs Bactrorum. Stephan. ex Strabone.

Euctreſij populi Peloponneſiaci. Xenoph.

Eudæi, Palæſtina gens. Ioſeph. 1. Antiq 7.

Eudæmon. Arabia, fœlix Arabia dicitur apud Pomponium. lib. 2.

Eudæmonidas, nomen viri proprium, Tortellio.

Eudamidas, Archidami filius, & frater Alcidis, aliàs Agidis. Plutarch.

Eudemia maris Ægei inſula. Plin.

Eudemus, orator Megapolitanus, Philopœmenis ducis præceptor. Plutarch. in Philopœmene.

Eudemus, vel Corinthiorum rex.

Eudipus, Ponti Polemoniaci in Cappadocia vrbs. Ptol.

Eudipne. inſula Libyæ Phœnicum. Steph.

Eudixata, Armeniæ maioris oppidum. Ptol.

Eudo, amnis Cariæ. Plin.

Eudo, Roberti Andegauenſis ducis filius, Francorum rex, regnauit ann. IX. Hic Caroli Simplicis tutor fuit, anno ſalutis 891.

Eudo, Vaſconiæ, dux pacis fœdere rupto, quod cum Carolo icerat, in ſubiectas illi regiones multa tentauit. Blond lib. 10. decad. 1.

Eudocia, cum filiis Græcis imperauit menſibus VII. anno ſalutis 1070.

Eudócia, Theodoſij filia, Valentiniani vxor, Tripart. hiſt. lib. 12. c. 13.

Eudôra Nympha marina, Oceani & Tethyos filia Heſiodo in Theogonia. Item vna ex Atlantidibus, quæ ſeptem numero eſſe perhibentur.

Eudórus, Mercurij filius ex Polymela Philantis filia qui Achillem ad bellum Troianum ſequutus eſt. Homer. 8. Iliad.

Eudoſes, Germaniæ populi, apud Tacitum, Miſnienſes, hodie. Althamero.

Eudoxi ſpecula in Ægypto. Strabo.

Eudôxius, Cos. cum Dioſcoro, anno ab vrbe 1195.

Eudoxus Æſchinis, filius patria Cnidius, geometra & Aſtrologus, ſummus medicus. Socratis & Platonis auditor, primus annum compoſuit, Scripſit leges, & de Geometria atque Aſtrologia libros edidit, Cicero ſecundo de Diuinatione.

Fuit alius Eudoxus Rhodius hiſtoricus, alius Siculus poeta comicus.

Eudoxius, primus epiſcopus Germaniciæ quæ eſt vrbs ſita in finibus Syriæ, Ciliciæ, & Cappadociæ mortuo Leontio ſedem Antiochenam inuaſit. tripart. hiſt li. 5. cap. 19. deinde remoto Macedonio Conſtantinopolitanam. c. 42. fauens Arianis ſimulatè ſubſcripſit ſententiæ ſynodi, quúmque apud Valentem imperatorem in magna auctoritate eſſet, effecit vt Gothis, qui pacem cum Valente certis conditionibus fecerant, Ariani doctores mitterentur trip li. 8, c. 13. moritur li. 7. c. 29.

Eudrapa, Meſopotamiæ oppidum. Ptol.

Euelgia, vrbs quædam. Steph.

Eumenes Cardianus, magnæ virtutis vir, qui ad amicitiam Philippi Macedonis acceſſit, & breui tempore in intimam familiaritatem eius peruenit, quam cum Alexandro continuauit. De hoc multa in Græcorum hiſtoriis. Plutarc. in Eumene.

Euemerus, hiſtoricus antiquus è ciuitate Meſſana, res geſtas Iouis, & cæterorum qui dij putantur, collegit, hiſtoriámque contexuit & titulis & inſcriptionibus ſacris, quæ in antiquiſſimis templis habebantur, maximeque in fano Iouis Triphylij, vbi auream columnam poſitam eſſe ab ipſo Ioue, titulus indicabat, in qua columna, geſta ſua perſcripſit, vt monumentum poſteris eſſet rerum ſuarum. Hanc hiſtoriam interpretatus eſt Ennius, & ſequutus Lactantius lib. 1. c. 11. Cicero de natur. Deor. Varro 1. de re ruſt. ca. 48.

Euenum, Troadis fluuius. Plin.

Euenetus, vide Euænetus.

Euenus, Martis & Steropæ filius, qui cùm ſtupratorem filiæ Marpeſſæ Apharetum nomine comprehendere non poſſet ad ſupplicium, ſe coniecit in Lycornam fluuium animi dolore. Plut.

Euenus, fluuius Ætoliæ, in Callidromo monte naſcens, & iuxta Calydonem in mare Ionium influens, ita dictus ab Eueno Martis filio, & Marpeſſæ patre, qui ſe in hunc fluuium præcipitauit. Ouid. lib. 9. Metam.

Namque noua repetens patrios cum coniuge muros.

Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad undas.

Lucanus.

Et Meleagream maculam ſanguine Neſſe,

Euenus Calidona ſecat, &c.

Euenus, philoſophus, qui ignem optimum ciborum condimentum eſſe dicere ſolebat. Plut. Fuerunt item Eueni duo Parij, Elegiarum ſcriptores, quorum meminit Suidas.

Euergetes, cognomẽ Ptolemæi, Ægyptiorum regis, qui Philadelpho ſucceſſit, à maximis eius in Græcas ciuitates meritis impoſitum.

Euergetæ, populi Scythici, qui & Arimaſpi, quòd benefici fuerint in Argonautas, tempeſtate maris ad terram ipſorum appulſos. Stephanus.

Euchardus, Francorum dux, anno ſalutis 913.

Eueſperis, vel Eueſperides, vel Heſperis, vrbs Libyæ. Steph.

Euexippe, & Theano, filiæ Scedaſi fuerunt, qui fortuna pauper, Leuctra (qui vicus erat propè Theſpias in Bœotia) habitabat. Hæ quum à iuuenibus quibuſdam Spartanis conſtupratæ eſſent, móxque interemptæ, in puteum quendam deiectæ ſunt. Qua re per patrem intellecta, quum Lacedæmone, quò ſe contulerat, conatu, iudicatúque excidiſſet. Furiis aduocatis, ad filiarum tumulos ſeipſum confecit. Cæl. Rhod. lib. 5. c. 8. ex Plutarch.

Euganei, populi ad intimum maris Adriatici ſinum, Alpes verſus, qui deinde à Troianis & Henetis, qui Antenore duce in eam Italiæ partem venerunt, ſedibus ſuis pulſi. Alpes Gratas tenuerunt. Liuius li. 1. ab vrbe. Dicti autem ſunt Euganei ἀπὸ τῆς εὐγενείας, hoc eſt; à generis nobilitate. Plin. lib. 5. c. 20. hodie eorum regio *Marca Treuiſana*, & vrbs *Treuiſo* vocatur. Heneti etiam dicti ſunt, & poſtea Veneti, Italiæ ſunt populi, Venetorum hodie imperij, *Taruiſinum* appellat Caſſiodorus eorum regionem li. 10 variarum ad Honorium. Sunt etiam *Euganei* Colles, in hoc tractu, vbi fortè hodie *Vallas Sugana*.

Eugannion, Cyrenæus Theogoniam ſcripſit, anno ab vrbe 186.

Eugenia, filia Philippi nobilis Romani, ſed præfecti Alexandriæ ſub Commodo & Seuero Impp. primùm relictis parentibus fidem Chriſti amplexa eſt, & pro ſe viro gerens, monaſterio virorum in Ægypto præfecta eſt, deinde à parentibus agnita, Romam cum matre ac fratribus rediit, & multis ad agnitionem Chriſti conuerſis, tandem die xxv. Decembris interfecta eſt. Hiſtoria eius prolixè exponitur in vitis Patrum, vbi & hoc Eugeniæ dictum celebratur: Affatim diues eſt, qui cum Chriſto pauper eſt.

Eugenium, Illyriorum vrbs. Liu.

Eugenius, ab Arbogaſte imperator factus, anno ab vrbe 1145. Tripart. hiſt. li. 9. c. 45.

Eugenius, LXXIII. Romanorum Pontifex, anno ſalutis 318.

Eugenius II. XCVII. Romanorum epiſcopus anno ſalutis 824.

Eugenius IV. Romanor. Pontifex CLXVIII. anno ſalutis 144.

Eugenius III. Romanorum Pontifex CCVIII. bellum geſſit Romæ aduerſus Columnenſes anno ſalutis 1431.

Eugia, regiuncula Arcadiæ. Steph.

Eugoa, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum. Plin.

Euhyus, ſiue Buius, vnum ex Bacchi cognominibus, à Ioue illi inditum eo in bello, quod Gigantes cum diis geſſerunt. Fabulantur enim poëtæ, cæteris dij perterritis, Liberum patrem ſe in leonem conuertiſſe, vnúmque ex Gigantibus interfeciſſe: & ob rem tam ſtrenuè geſtam, Euphyon, hoc eſt bonum filium à Ioue fuiſſe ſalutatum. Inde fit fœmininum Euphas, quod Bacchi ſacerdotem ſignificat.

Euhydra, Phœniciæ vrbs. Plin.

Euhydium, Theſſaliæ vrbs. Liu.

Euia, Daſſareticorum ciuitas in Macedonia. Ptol.

Eui, rex Madianitarum. Num. 31.

Euij, populi Liguriæ. Steph.

Euila regio ad Orientem vergens, quam circuit de Paradiſo Phiſon egrediens, quem noſtri mutato nomine Gangem vocant. In ea aurum pretioſum, & gemmæ pretioſiſſimæ carbunculus, ſmaragdúſque naſcuntur. Geneſ. 2.

Euilmerodach, rex Babylonis, 4. Reg. 25. Lat. ſtultus, amarè contritus.

Euippe, vicus Cariæ. Steph.

Eulæus. Ptol. & Plinio Suſianæ regionis fluuius, *Vlai*, dicitur apud Danielem, capite octauo.

Eulepa, Cappadociæ vrbs. Anton.

Eulogius, preſbyter, fertur præſcientiam habuiſſe cogitationum quorumlibet ad ſe venientium, eorúmque delicta redarguere: & quæcunque latenter cogitaſſent, ſibi reuelata manifeſtare. Cùm verò aliquid mali geſſiſſent, vel prauum conſilium habuiſſent, ab altari ſuſpendebat, manifeſtans eis peccatum, quod egerant: ac diligenter purgatos, rurſus ſuſcipiebat. Sozomen. libro 8. cap. 1. hiſt. trip.

Eumæus, ſubulcus Vlyſſis, qui dominum poſt longos errores domum redeuntem, quamuis incognitum hoſpitio excepit, & in vrbem deduxit, eíque in vlciſcendis vxoris procis fidelem operam nauauit. Hom. libro 22. Odyſſ.

Eumelis, augur nobilis, Stat. 4. Syl.

Eumelus, Admeti regis Theſſaliæ filius ex Alceſta vxore. Bocat. libro 5. c. 43.

Eumenes, Bithyniæ rex, Aſiam inuaſit, anno ab vrbe 516.

Eumenes, VI. Alexandriæ Epiſcopus, anno ſalutis 134. Euſeb. libro 4. c. 5.

Eumeni lucus ad ſinum Arabicum, in Æthiopia ſub Ægypto. Strabo.

Eumenia, vrbs Phrygiæ, quam Attalus ab Eumene Philadelpho ſic vocauit aut Hillas, quòd bene in ea manſiſſet, ſic eam appellauit. Alia eſt Thraciæ, circa Mœſiam inferiorem, Plin. alia item Cariæ: tertia in Hircania.

Eumenides, furiæ infernales. κατ' ἀντίφρασιν. καὶ εὐφημισμὸν, cùm minimè, εὐμενεῖς, hoc eſt, beneuolæ ſint. Has autem tres ferunt fuiſſe Acherontis & Noctis filias, vno partu editas, & apud inferos Canes Stygias vocari. Apud mortales au-

les autem Furias, ab affectu. Cic.2. de Legib. Agitant, & inſectantur impios Furiæ non ardentibus tædis, ſicut & in fabulis, ſed angore conſcientiæ & fraudis cruciatu. Apud ſuperos vero Diras. Virg.lib.2. Æneid.

Eumilus, vnus ex Græcis ducibus, qui ad Troianum bellum profecti ſunt.

Eumolpide, dicti ſunt ſacerdotes, ſeu magiſtratus Athenis, in memoriam & honorem Eumolpi regis, quem Ægyptij generis fuiſſe Diodorus refert.

Eumolpus Athenienſis, quem Suidas Muſæi poetæ filium fuiſſe ſcribit verſificator ante Homerum fuiſſe traditur. Ab hoc Eumolpidas, ſacrorum quorundam præſides dictos volunt Æſchines in oratione contra Creſiphontem. Fuit & Pythionices, hoc eſt, victor in Pithiis ludis Græciæ: hic vitium, aliarúmque arborum culturas docuiſſe fertur, teſte Plinio li.2.

Eumonides, nomen proprium viri Thebani. Plut.

Eunæ, vrbs Cariæ, in qua fluuius eſt Eunæus. Plut.

Eunæ, vrbs Cariæ, in qua fluuius eſt Eunæus. Eſt etiam Eunæ vrbs Argus, quam habitabant Cyrenes. Steph.

Eunæus, Iaſonis filius ex Hypſipie, filia Thoãtis regis Lemni. Homerus li.7. Iliad.

Eunica, Nympha, vna ex his quæ Hylan. Herquilis puerum rapuerunt.

Eunice, mater Timothei. 2 Timot.1.

Eunicus, ſtatuarius fuit. Plin.li.34.c.8.

Eunoenſium regionis Græciæ meminit Pauſ. in Achaicis.

Eunomius, diſcipulus & notarius Aëtij Trip. lib.5.cap.13.ordinatus eſt epiſcopus Cyzici, tanquam qui poſſet populum calliditate verborum ad ſuum circumuenire conſenſum cap.35. & lib.7. cap. 18. Propugnauit hæreſim Arianam, contendens per omnia filium diſſimilem eſſe Patri, quia nullo modo Creatura poſſit ſimilis eſſe Creatori. Primum autem callidè diſſimulauit virus, tandem prodens ſe Cyzico pulſus eſt. Quúmque Samoſatenſibus à factione Ariana obtruderetur, & ſe in omnium odio eſſe animaduerteret, illinc quoq; diſceſſit. Tandem à Valente Imp Cyzicum reductus eſt. Inde à populo rurſum eiectus ad Eudoxium Conſtantinopolim venit, à quo ipſe ſe tandem ſejunxit. Ab hoc dicti Eunomiam. Extant contra Eunomium libri Baſilij & Naziazeni lib.5.34. & 7.7. hiſt.trip.

Eunoſti, portus Ægypti circa Pharum. Strab.

Eunoſtus, Tanagræorum Deus, cuius templum adeò mulieribus interdictum fuit, vt ſi quo infortunio aut vaſtitate Tanagræi opprimerentur, diligenter inquirerent ne qua mulier conſultò aut caſu templo appropinquaſſet. Et Alex. Genial. dier.lib.6.cap.2.

Eunonymia, Cariæ vrbs, & Athenienſium vicus, tribus Erichtheidis. Steph.

Euonimytæ, Ægypti gens iuxta Æthiopiam. Steph.

Euonymiton, regio prima Æthiopiæ ſub Ægypto. Plin.

Euonymos, inſula parua ex Æoliis. Pli.li.3.c. 19. ita dicta, quòd è Lipara in Siciliam nauigantibus ſiniſtra offeratur, nam εὐώνυμα Græci καὶ ἀριστερὸν vocant ſiniſtra author Strab.li.6. Eſt etiam Euonimus Theoph. arbor infœlix, malo punicæ ſimilis, in Leſbo inſula potiſſimum proueniens, pecori guſtatu lethalis. Plin.li.13.c.22.

Euódia, mulieris nomen. Phil.4.

Euódius, Conſul, cum Honorio, anno ab vrbe 1139.

Euódius, primus poſt diuum Petrum Antiochenæ Eccleſiæ epiſcopus, annó ſalutis 68.

Euonium, caſtellum firmiſſimum in littore Scotiæ Occidentalis, authore Hectore Boëtio, qui dicit hodie *Downſtphage* appellari.

Euoras, Laconiæ ſaltus. Pauſan.

Eupagium, Peloponneſi oppidum. Diodor.

Eupales, XXXII. Aſſyriorum rex.

Eupalia, vrbs in Locride. Steph. Alij Eupalion alij Eupolion vocant.

Eupator, filius Antiochi, 1. Maccha. 6.

Eupatoria, Ponti vrbs iuncta Amiſo oppido, quam Pompeius à ſe Magnopolim appellauit. Appian. Strabo.

Eupatria, vrbs Lydorum. Steph.

Eupheme, mulieris nomen, nutricis Muſarum & Croci matris.

Euphorbeni, Phrygiæ maioris populi. Plin.

Euphorbus, nobilis Troianus Iliaco in bello à Menelao occiſus. Cuius animũ Pythagoras in ſe immigraſſe affirmabat. Oui.li.15. Met. his verſib.

Ipſe ego (nam memini) Troiani tempore belli,
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quõdã,
Haſit in aduerſo grauis haſta minoris Atrida.
Cognoui Clypeum noſtra geſtamina læua. &c.

Euphotion poëta Chalcidenſis, quem tranſtulit Gallus. Habebat hic quoſdam ita deditos ſibi amatores, vt eum præferrent Ennio, & reliquis poëtis, eiuſque poemata ſtudioſè cantarent, poſthabitis aliorum poematibus.

Euphranor, ſtatuarius laudatiſſimus Iſthmius, qui de ſymmetria & coloribus aliquot volumina conſcripſit. Floruit centeſima quarta Olympiade, plurimaq; ſigna nobiliſſima ex ære confecit, quæ enumerantur à Plinio lib. 34. cap.8. idem & pictor & marmorarius fuit, in vnoquoque genere excellens, ſibique æqualis.

Euphranta, vrbs Libyca. Steph.

Euphratis, regio eadem quæ Syria, à vicino fluuio Euphrate, qui cũ Araxe fratre ex monte

Digitized by Google

Armeniæ profluit. Steph.

Euphrates, philoſophus grauiſſimus temporibus Adriani principis, voluntaria morte exceſſit è vita, veniam ei dante Adriano, vt citra ignominiam & infamiam, cùm propter ſenectutem, tum etiam propter grauem morbum, cicutam bibere poſſet. Dion.

Euphrates, Heb. Perach. i. frugifer, aut creſcẽs ſiue fructificans fluuius Meſopotamiæ, quem Strabo ſcribit ex Niphate monte Armeniæ, magnum, profundum, & celerem naſci: influere autem in mare rubrum, priùs tamẽ Babyloniam per medium diuidere, & Tygri coniunctum Meſopótamiam facere. Dictus autem putatur Euphrates (quod & Ambroſius annotauit) ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν, hoc eſt, à lætificando: propterea quòd circumiacẽtem agrum ſtagnationibus ſuis adeò lætum fœcundúmque reddat, vt ſequente anno ſponte creſcat & proueniat ſeges. Initio *Pyxiranus*, deinde per Taurum erumpens *Omira* nominatur, Plin. auctore, Plutarchus in libello de fluminibus & montibus tradit eum quondam *Medum & Zarandam* appellatum.

Euphrateſiæ, vrbs, ſiue regio quædam. Steph.

Euphroſyne, vna ex tribus Gratiis.

Euphroſyne, aut dicitur à poetis, id eſt ſapiens ſeu prudens, quòd in ea multum ſapimus, vt teſtatur Epicharmus inquiens: Si quid docti inquiris, [illegible] tu eius inueſtigationis vaces: nam [illegible] noctu quàm die cogitando [illegible] reperiuntur.

Euphroſyne [illegible] & Euphroſyne, nes vna Gratiarũ ſoror Aglaiæ & Thaliæ, ab omni hilaritate (id enim Græce ſonat εὐφροσύνη) ita appellata.

Eupilis, lacus Ciſalpinæ Galliæ, in quem progreditur Lambrus, in Padum defluens. *Lago di Puſſiano*, Leandro.

Euplæa, inſula Tyrrheni maris circa Neapolim, Statio li. 3. Syluarum.

Eupolemus, legatus Iudæ Maccabei ad populum Romanum. 1. Macc. 8. huius pater Iohannes, adiuuerat Iaſonem in gentium ritib. Hieroſolymæ inſtituendis, 2. Macc. 4.

Eupolis, priſcæ comœdiæ ſcriptor, qui vitia populi magna cum libertate reprehendit. Horatius Satyra 4. Scripſit comœdias ſeptendecim, ex quib. nouem victoriam meruerunt. Periit in prælio nauali inter Lacedæmonios & Athenienſes iuxta Helleſpontum commiſſo, cuius mors vſque adeò luctuoſa ciuitati fuit, vt poſtea edicto publico cautum fuerit, ne poetæ in poſterum militare liceret.

Eupómpus Macedo, Arithmeticæ & Geometriæ periti ſſimus, ſine quib. negabat artem poſſe perfici. Eſt & Plin. lib. 35. c. 10. præcl. rus picto docuit Pomphylum Apellis præceptorem.

Eupória, vrbs Macedoniæ ab Alexandro victore condita, & à fertilitate ſic dicta. Steph.

Euporus, ſeruus Gracchi, qui dominum ex Auentino fugientem, qua potuit ratione tutatus eſt, ac ſuper occiſum, animam euulſis proprio vulnere viſceribus effudit. Macrob.

Euprósopon, promontorium Phœniciæ ad Babylonem vrbem. Nomen habet ab inſigni aſpectu. Vadianus.

Eupiridæ, vicus de tribu Leontide, &c. Steph.

Euranium, Cariæ oppidum. Plin.

Eurianaſſa, inſula finitima Chio. Plin.

Euricus, Viſigottorum rex, an. ab vrbe 1220.

Euripides, inſignis poeta tragicus, natus eo die quo numeroſus ille Xerxis exercitus ab Athenienſib. fuſus eſt. Floruit tempore Archelai Macedonum regis, à quo etiam ſummo in honore eſt habitus. Scripſit fabulas LXXV. ex quib. quinque tantum victoriam meruerunt. Caſtitate autem vitæ tanta fuit, vt vulgò μισογύνης, hoc eſt mulierum oſor, fuerit cognominatus. Periit noctu ab Archelai canibus, vt fertur, diſcerptus. Oſſa eius regis iuſſu Pellam ſunt tranſlata repulſis Athenienſium precibus, qui ſæpè per legatos tentauerant, vt ciuis ſui reliquias ſibi in patriam referre liceret.

Euríppa, Diana dicta eſt apud Pheneatas, cui templum Vlyſſes conſtruxit, quòd amiſſos equos ibi inueniſſet.

Euripidius, numerus in talis quadragenarius ab Euripide inuentus, eo tempore quo exactis triginta tyrannis quadraginta principes Athenienſium Remp. adminiſtrabant. Legitur & Euripides in eadem ſignificatione. Vide Cæl. Rho. li. 20. c. 17.

Eurypylus, inter Græcorum veteranos, qui ad Ilium depugnabant, fortiſſimus. Hom. 11. Iliad.

Euripus, fretum anguſtũ inter Aulidum Bœotiæ portum & Eubœam inſulã, quod vnius diei & noctis ſpatio ſepties recurrit eo impetu, vt nauigia in repugnantibus ventis ſecum rapiat, Mela. li. 2. Sunt & Euripi canales, ſeu ductus aquarum aliunde deductarum in ſublime ſalientiũ, ſi paulò minutiores ſint, quos intra domos Romani per pratum ducebant: ſi autem maiuſculi, Nili ducuntur. Cicer. 2. de Legibus: Ductus aquarum, quos iſti Nilos Euripóſque vocant, quis quum viderit, non irriſerit? Euripi quoque ſunt foſſæ in ludis circumdatæ pro ſeptis, quorum loca temporalia priùs clauſtra fuerunt, authore Plinio.

Euriſtenes, Lacedæmoniorum rex, regnauit annis XLII.

Euriſteus, 1. Micenarum rex.

Euromus, vrbs Cariæ ab Euromo Care Idriei filio. Stepha.

Euróuotus, alio nomine Vulturnus, *ventus ab Oriente hyberno ſpirans*, quòd inter Notum & Eurum ſit.

Európa

Eurôpa, filia Agenoris regis Phœnicum, quam Iupiter in bouis ſpeciem transformatus rapuit, & per mare in Cretam tranſuexit. Ouid. lib. 2. Metamorph. Ab hac tertia orbis terrarum pars nomen accepiſſe creditur, ab Aſia Tanaide fluuio, ab Africa mari mediterraneo diſcreta. Europam regionem ab Europa Tyria nomen accepiſſe inquit Herodot. libro 4. Hanc Plinius victoris omnium gentium populi altricem, terrarúmque pulcherrimam nominat, Aſiæ & Africæ aliquando non magnitudine, ſed virtute comparatam. Huius latus Septentrionale, & Occidentale Oceano alluitur: Meridionale mari Med terraneo ab Africa ſeiungitur. Deinde Orientem verſus mari Ægeo (nunc, *Archipelago*.) Ponto Euxino (hodie, *mare maggiore*) palude Mœotide (hodie, *Mare delle Zabacche*.) Tanai fluuio (vulgò, *Don*,) & Iſthmo, qui eſt ab eius fontibus, recta ad Septentrionem ab Aſia dirimitur, Glareano teſte. Habétque hoc modo peninſulæ effigiem: Continet Europa præter Romanum imperium, vltra viginti octo (ſi 14 quæ in ſola Hiſpania numerantur, adiunxeris) in vniuerſum regna. Regio vltra modum fertilis, naturalem temperiem, cœlúmque ſatis clemens habens. Frugum omnigenûm, vini & arborum copia nulli poſthabenda, ſed optimis partibus orbis comparanda eſt: adeò amœna cultiſſimíſque vrbibus, pagis & vicis exornata, vt populorum, gentiúmque virtute: aliis terræ partibus, & ſi forma minor, tamen præſtantior habetur, atque ſemper habita fuit ab omnibus priſcis ſcriptoribus, tum ob Macedonum imperium, tum ob Romanorum potentiam maximè celebrata. Eius laudes apud Strabonem videre licet qui eam libro 3. & ſeptem ſequentibus elegantiſſimè deſcribit. Poſt veteres alios Geographos ex recentioribus de ea ſcripſerunt Volaterranus, Munſterus. Dominicus Niger, Richaymerus, Æneas Syluius, & nonnulli alij.

Eurôpa, Nympha marina Oceani & Tethyos filia Heſiodis in Theogonia.

Europs, 11. Sicyoniorum rex, regnauit annis XLII.

Europs, VII. Macedonum rex, an ab vrbe 146.

Europum, Syriæ vrbs, olim Thapaſcum, poſteà Amphipolis appellata. Pli. lib. 5. c. 24.

Eurôpum, oppidum apud Parthos, cognomento Nomadas. Pli. lib. 8. c. 15.

Európus, vrbs Macedoniæ, ab Europo filio Macedonis & Orythiæ filiæ Cecropis. Eſt & alia Syriæ, & alia Cretæ, quam Idriadem ab Idriæ Chryſaoris filio nominant. Steph.

Eurótas, fluuius Laconiæ Spartam præterlabens. Liu. bel. Maced. lib. 4 ripáſque habens frequentibus lauris conſitas, *Ægylodes*, à Plinio quoque vocatur, *Neru*, videtur etiam à Plethone dici. *Hemerum & Marathen*, antea dictum ſcribit Plutarchus de fluminibus. Sophianus, eum *Baſilipotamo*, nominat. Niger ait ab incolis *Iris*, appellari. Ortelius. Eurotam hunc etiam, *Galeſum*, credit à Statio dici, hoc verſu nempè lib. 3. Syluarum. *Et Lacedæmonij pecuaria culta Galeſi.* Ita vt Eurotas & Galeſus ſynonymon ſit duorum fluuiorum, huius nempè Lacedæmonici, & illius qui agrum Tarentinum irrigat. Eurotas quoque apud Strabonem Pelaſgiæ fluuius eſt, quem Homerus, *Titareſium*, vocaſſe ait.

Eurotos, Thaſſaliæ fluuius, quem Peneus accipit, nec recipit, ſed olei modo ſupernatantem breui ſpatio portatum abdicat. Plin. lib. 4. c. 8.

Eurus, ventus ſpirans ab ortu brumali, quem Latini Vulturnum appellant. Pli. libro 2. cap. 47. Ouid. 1. Metam. Cæl. libro 5. c. 5.

Euryale, regis Minois filia, quem Neptuno Orionem peperit. Alia fuit Prœti Argiuorum regis filia. Tertia ex Gorgonibus vna, quæ tres fuerunt in extrema Africa, circa Atlantem montem, quæ omnes vnum oculum habebant, quo inuicem vtentes, quoſcunque aſpiciebant, conuertebant in ſaxa. Harum nomina fuerunt Meduſa, Sthneyo, & Euryale. Seruius, eximia, paríque pulchritudine virgines fuiſſe tradit, quarum ſolo aſpectu adoleſcentes obſtupeſcebant: quam rem fabulæ occaſionem ſubminiſtraſſe exiſtimat, vt dicerentur quoſcunque aſpexiſſent, in ſaxa transmutare. Hæc ille, enarrans illud Virgilij libro 6. Æneid.

Gorgones, Harpiaque & forma tricorporis vmbra.

Euryalus, vnus ex Principibus Peloponeſiacis, qui Argos, & propinquas vrbes incolebant, & ad Troiam cum octoginta nauib. venerũt, Homer. in Catalog. Fuit etiam hoc nomine Troianus quidam arctiſſimo amicitiæ vinculo cũ Niſo cõiunctus, qui noctu Rutulorum caſtra vnà ingreſſi, magnam hoſtium ſtragem ediderunt. Verùm cùm inſtante iam die ſeſe recipere conarentur, in hoſtium equitatum inciderunt, à quo circumuentum Euryalum cùm Niſus eripere non poſſet, certiſſimæ ſeſe morti maluit objicere, quàm amicum deſerere. Virg. libro 9. Æneid.

Euryalus, cum fratre Hyperbio primus lateritias domos Athenis conſtituit. Eſt etiam hiſtrionis cuiuſdam nomen, de quo Iuuenalis.

Nobilis Euryalum aut Mirmillonem exprimat infans.

Euryalus, Liuio locus eſt Siciliæ prope Syracuſas, Steph. eam quoque Macropolim vocari hodie ait.

Euryampus, vrbs Magneſiæ, Steph.

Euryanaſſa, inſula eſt maris Ægæi, è regione Ioniæ, non procul ab Arginuſſa. Pli. lib. 5. c. 31.

Eurybates, præco Ithacenſis ex Vlyſſis comitatu, ab Agamemnone miſſus, vt ab Achille

ferret Briſeidem. Ouidius Epiſtol. 6. Homer. Iliad.

Eurybatus, latro, aſtutia ſingulari, quem deprehenſum cùm cuſtodes vellent cogere, vt oſtenderet quibuſnam modis conſueuiſſet domos conſcendere: ille aptatis ſpongiis, & ſtimulis ferreiſque retinaculis irrepſit in parietem, & ſpectantibus illis artificiíque nouitatem mirantibus prehenſo laqueari per tegulas effugit, eóque modo periculum euaſit. Homer. libro 19. Odyſſ.

Eurybia, Nympha, quæ Stellas & Luciferum genuit Heſiod. in Theogon.

Eurybiades, Herodoto libro 7. vnus ex ducibus Xerxis.

Eurybiades, Lacedæmonius quidam nobilis fuit, Euryclidæ filius, vniuerſæ Græcorum claſſis dux, à Lacedæmoniis conſtitutus aduerſus Xerxem. Herod. libro 8.

Euryclea, Opos Piſenomidæ filia pulcherrima, quam Laertes in prima exiſtens pubertate, viginti boum pretio emit, nec minore, quàm vxorem honore domi habuit, Vlyſſemque nutriendum ei dedit, quem & prima in patriam redeuntem agnouit. Homerus Odyſſ. libro decimonono.

Eurycles, vates, qui de ſe ſuiſque incommodis aliquid ſemper diuinabat. Hic per adſiſtentem dæmonem vaticinabatur. Proptereà Euryclidæ dicuntur omnes diuinaculi. Cæl libro 5. cap. 10.

Euryclea, vide Ereclea.

Eurycratidas, vir Lacedæmonius. Plutarch.

Eurytion, faber argentarius. Virg. libro 10.

Qua bonus Eurytion multo calauerat auro.

Eurydames, vir Troianus, Latinè dicitur, latè domans Ouid Per Eurydamanta intelligunt Hectorem qui virtute cuncta domabat.

Eurydamas, Pyctes, i. pugil. fuit nobilis, patria Cyrenæus, cui, quum inter certandum fortè aduerſarius quem validum nactus fuerat, plagarum vi & frequentia dentes excuſſiſſet, ne tali ſpectaculo illi animum adderet, proindéque inſuperabilis redderetur, omnes deuorabat. Qua ratione ad illum ne minima quidam facti ſuſpicio peruenit. Cæl Rhodigin. libro 21 capite 41.

Eurydame, Diactoridis filia, & Menij ſoror, quam Leutychides Spartianarum rex duxit in vxorem. Herod. libro 6.

Eurydice, vxor Orphei vatis, cuius amore captus Ariſtæus, cùm vim illi inferre pararet, illa per auia fugiens, incidit in colubrum in herba delitescentem, cuius morſu interiit. Orpheus autem vxoris mortem ægerrimè ferens, accepta cithara inferos adiit, vbi Plutonem Proſerpinámque tam ſuaui carmine demulſit, vt ei vxorem ab inferis reducere permitterent, ea tamen conditione, ne priùs eam, quàm ad ſuperos rediiſſet, intueretur. Quam legem cùm ille amoris impatientia eſſet præuaricatus, Eurydice denuò ad inferos eſt retracta. Virgil. 4. Georg.

Eurydice, Climeni filia, vxor Neſtoris, ex qua ſeptem filios & vnam filiam ſuſcepit, Homer. Odyſſ. libro 3.

Eurydomene, Nympha marina. Perhibent hanc matrem Gratiarum fuiſſe, quam alij Eurymeduſam vocant.

Euryélus, macropolis Epipolarum Eſt auté oppidulum Syracuſarum in loco prærupto. Steph.

Euryleon, Latinorum rex, qui alio nomine dictus fuit Aſcanius Dionyſ. Halic. 1. de Antiq Roman. Varia fuère Aſcanij nomina, nam & Iulus & Ilus Dardanus Leontodamas & Euryleon dictus fuit imo Aſcalius. Virg.

At puer, Aſcanius cui nunc cognomen Iulo,
Additur Ilus erat dum res ſtetit Ilia regno.

Aſcanius à Phrygiæ flumine Aſcanio, deinde Ilus à rege Ilo, poſteà Iulus à prima barbæ lanugine quum ſcil. Mezentium in ſingulari certamine occidiſſet. Dardanus & Leontodamas ad extinctorum fratrum ſolatium, vt vult Seruius in lib. 4. Æneid. Sed Dionyſius Halicarnaſſeus & Appianus Alexandrinus in fragmentis à Photio citatis, volunt Æneæ ex Creuſa filium, qui in Italia poſt patrem regnauit, Euryleonta primùm deinde Aſcanium vocatum eſſe. Auctor verò Etymologici magni ait Æneam ab Aſcalo Aſcalionis rege humaniter exceptum, ibi vxorem duxiſſe & filium ſuſtuliſſe, cui in hoſpitio ſui honorem Aſcalio nomen fecit, quod Romani in Aſcanium immutarunt.

Eurylochus, vnus ſociorum Vlyſſis, qui ſolus Circes pocula non guſtauit, neque in ſuis figuram eſt transmutatus. Ouidius 14. Metamorphoſ.

Eurylochus, Phlegiarum rex, qui Pherecydi ſtruxit Thebas, antequam Cadmus adueniret, qui eas poſteà reædificauit.

Eurymachus, fuit Thebanorum potentiſſimus, qui quum Platæas noctu per proditionem cepiſſet, rebellantibus deinde omnibus, viuus, in hoſtium poteſtatem peruenit, vnaque cum ſuis omnibus ſupplicio affectus eſt. Thucyd. libro 1.

Eurymedon, pater PeribϾ, ex qua Neptunus Nauſithoum ſuſcepit regem Phæacum & Alcinoi patrem. Homer. Odyſſ. libro 7.

Eurymedon, filius Fauni. Sat. in Thebaide.

Proximus Eurymedon cui pater alta Fauni,
Arma patria.

Eurymedon, Athenienſium dux cum Demoſthene.

Eurymedon, Pamphyliæ fluuius, qui ex Tauri iugis ortus mediam Pamphyliam tranat. Mela, lib.

Digitized by Google

a lib. 1. & Steph. qui etiam locum iuxta Tharſum ſic nominatum ſcribit.

Eurymeduſa, Gratiarum mater.

Eurymenæ, vrbs Theſſaliæ. Steph.

Euryminus, vir quidam, qui cùm per calumniam conaretur Caſtorem & Pollucem fidiſſimos amicos inter ſeſe committere, alterum apud alterum inſimulans, pòſt deprehenſus vtrique dedit grauiſſimas pœnas: inde abiit in prouerbium Euryminus, de iis qui per calumniam conantur fidos amicos inter ſeſe committere.

Eurynome Nympha Oceani & Tethios filia, mater Leucothoes.

Eurynome, Apollinis filia, quæ Adraſtum Argiuorum regem & Eryphilen Amphiarai coniugem peperit.

Euryone, Amyntæ Macedonum regis filia, quæ patrem à matris inſidiis liberauit.

Eurypilus, Telephi filius, Gotthorum rex, bello Troiano, cui propter Caſſandræ amorem intererat, extinctus eſt Iornand.

Eurypilus, Herculis filius, regnauit in Co inſula, & omnium Græcorum augur peritiſſimus, eſt habitus, non tamen ſimilis Calchanti Troiano, hic cum aliis Græcorum ducibus ad Troiam profectus eſt. Virg. 2. Æneid.

Suſpenſi Eurypylum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus, &c.

Euryſtheus primus Lacedæmoniorum rex.

Euryſtheus, Stheneli filius, Mycenarum rex, qui Iunonis odio obſequens, Herculem ad difficillima quæque pericula obeunda adegit, ſperans futurum, vt ponderis magnitudine opprimeretur. Qua in re mirum in modum opinione falſus eſt. Nam ille rebus ex ſententia confectis ſemper victor rediit, clariórque ex periculis & maior emerſit.

Eurytanes populi Italiæ. Steph. vel potius Ætoliæ, vt apud Steph. emendat Caſaubonus.

Eurythius, XVI. Italiæ exarchus, anno ab vrbe 1479.

Eurytus, vide Euritus.

Eurytus, Oechaliæ rex, pater Ioles, qui cùm ab Hercule victus, pactam ei certaminis lege filiam tradere recuſaret, ab Hercule irato occiſus eſt & Iole abducta. Hinc Eurytis, idis, patronymicum fœmininum: quo poetæ vtuntur, pro Iole Euriti filia.

Eurytus, vnus ex Centauris, qui cùm Theſeo Hippodamiam vi eripere vellet, ab eo eſt occiſus.

Euſebia, ciuitas Cappadociæ, Cæſarea pòſt dicta.

Euſebius, Laodicenus epiſcopus, anno ſalutis 274.

Euſebius, XXXVIII. Rom. Epiſc. an ſalutis 308.

Euſebius Cos. cum Rufino, anno ab vrb. 1100. cum Hypatio, anno 1212.

Euſebius Cronio, Cos. cum Probino, anno ab vrbe 1242.

Euſemata, Armeniæ minoris vrbs, in Melitena. Ptol.

Euſtathius, conſul cum Agricola, anno ab vrbe 1174.

Euſtathius, martyr inter aulicos Traiani principis Placidus antea vocatus. Volat. lib. 15.

Euſtathius, Antiochiæ epiſcopus, quo in exilium ob fidem truſo, Ariani eccleſiam occupauerunt, anno ſalutis 331.

Euſtathius Epiphanæus, ſcripſit temporum epitomen ab Ænea Troiano vſque ad Anaſtaſium principem ſub quo fuit: Tomos etiam ſeptem & alia quædam. Suid.

Euſtathius, genere Pamphilus, præſul Antiochenus aduerſus Arianorum dogma multa compoſuit ſub Conſtantino principe: pulſus demum eſt in exilium Triapolim, Thraciæ ciuitatem, vbi & ſepultus eſt. Sunt quoque ipſius volumina de anima, epiſtolæque plurimæ. Hieronym.

Euſtathius, præſul, is qui in Homerum & Dionyſium poetas commentarios edidit, patria Conſtantinop.

Euſtephius, Aphrodiſieus ſophiſta, ſcripſit declamationes Suidas.

Euſtochius, Cappadox ſophiſta, ſcripſit ad Conſtantem principem de Cappadociæ aliarúmque gentium antiquitate. Volat. lib. 15.

Euſtochium, Paulæ mulieris Romanæ filia, Latinarum, Græcarum, & Hebraicarum literarũ perita, vnde & ſuo tempore nouum orbis prodigium vocata eſt: ingenium ſacris litteris deuouit maximè: atque adeò, vt Pſalmos Hebraicè legeret curſim & mira celeritate, Qua in re amorem B Hieronymi ſibi maximè conciliauit.

Euſtratius, philoſophus, qui in Ethica Ariſtotelis ſcripſit. In Bethleem ciuitate ſepultus eſt.

Eutæa, vrbs Arcadiæ Steph.

Eutane, Cariæ oppidum. Plin. lib. 5. 29.

Eutaſum, Arcadiæ vrbs. Pauſan.

Euterpe, vna Muſarum, quæ mathemata, vel, vt aliis placet, tibias inuenit, à concentus ſuauitate nomen trahens: eſt enim εὖ bene & τέρπειν delectare. Virg.

Dulciloquis calamos Euterpe flatibus implet.

Euthenæ, vrbs Aſiæ. Steph.

Euthericus, conſul cum Bæthio, anno ab vrbe 1264.

Euthericus Cillicia, conſul cum Iuſtino Aug. anno ab vrbe 1272.

Eutiches, fuit poeta comicus.

Eutichianus, conſul cum Honorio Auguſt. anno ab vrbe 1151.

Eutichius, propter fidem à Genſerico Gotthio, martyrio coronatus eſt, anno ſalutis 439.

Euthycrates, Lyſippi filius & diſcipulus, ante

omnes ætatis ſuæ laudatos in pictura artifices, excelluit. Plin. lib. 34. c. 8.

Euthydemus Rhetor & Orator, qui quum ingentes opes à maioribus ſuis accepiſſet, ipſe & dicendi facultatem & gloriam addidit, & non ſolùm in patria magnus fuit, ſed etiam in Aſia primos honores adeptus eſt. Strab. lib. 14.

Euthydemus Suidæ, Maſſilicus Philoſophus, præceptor Apollonij Tyanei.

Euthymedon, nomen cuiuſdam Philoſophi.

Euthymus, pugil, in Locris Italiæ, qui Epizephyrij cognominantur, ortus eſt Aſtycleo patre: vel (vt indigenis perſuaſum eſt) Cæcinio amne genitus, qui Locros à Rheginis diuidit. Hunc ſemel à Thaſio Theagene victum tradit Pauſanias, non iuſto quidem illum certamine, ſed circumuentum dolo, vnde nec Theageni decretus honor, inſuper damnatus, vt mulctæ nomine talentum Euthymo repræſentaret. Ælianus variæ hiſtor. lib. 8. Euthymus Locrus ex Italia, pugil inclytus & robore inſigni fuit, lapidem geſtabat ingenti magnitudine, qui Locris oſtenditur & Temeſſeum heroa, quod cuique per vim abſtulerat, reddere coegit, etiam cum fœnore, vt inde natum ſit adagium iis, qui ſordidos & iniuſtos quæſtus faciunt, affore Temeſſeum genium. Hic ad amnem Cæcinum oculis hominum apparere deſiit. Plinius libro. 7. cap. 47.

Eutocus, Bocatio lib. 5. Apollinis & Cyrenes filius. Hunc dicunt deſcendentibus fratribus ex Africa & in Græciam venientibus, Cyrenis, remanſiſſe & imperaſſe, qui vnà ſecum ibidem remanſere.

Eutrapelus, homo quidam calidiſſimus. Horat. 1. Epiſt.

— Eutrapelus cuicunque nocere volebat,
Veſtimenta dabat pretioſa, &c.

Eutreſis, pagus inter Theſpias & Plateas ſitus, quem Zetus & Amphion muris cinxerunt: dictus quòd multis viis, ſeu vicis priùs vſus & quaſi perforatus fuerit. Hinc Eutreſites Apollo, cuius templum ibi & oraculum celeberrimum fuit. Steph.

Eutreſium, vrbs Arcadiæ. Steph.

Eutropius de geſtis Romanorum ſcripſit hiſtoriam.

Eutropius, conſul cum Valentiniano Auguſt. anno ab vrbe 1140. Et cum Theodoro, anno 1152.

Eutyche, mulier Tralliana, triginta partus enixa, & à viginti liberis rogo illata. Pli. li. 7. c. 3.

Eutyches, Conſtantinopolitanus abbas, tertius poſt Manetem & Apollinarem, alium aſſirmabat eſſe Chriſtum, aliud Verbũ Dei: negabátque Chriſti carnem noſtræ ſimilem: nec in Patre duas in eodem ſuppoſito naturas eſſe: ſed de cœlo corpus deſcendiſſe dictitabat, ac in Virginis vtero tanquam ſolis radios penetraſſe, vt viſum ſit ſanè ex muliere generatum, quamvis verò generatum non ſit. Suidas. in hunc celebrata eſt quarta Synodus. Volater.

Eutychia, inſula eſt Theſſaliæ adiacens, ante ſinum Pegaſicum. Plin. lib. 4. c. 12.

Eutychianus, xxv. Romanorum epiſcopus, menſibus x. anno ſalutis 282.

Eutychides Plin. lib. 34 c. 8 ſtatuarius centeſima viceſima Olympiade floruit. Hic, vt idem author eſt, fecit Eurotam, in quo artem ipſo amne liquidiorem plurimi dixère.

Eutychus, nomen adoleſcentis, quem ſuſcitauit Paulus. Act. 20.

Euxenidas, Pictor ſua ætate celeberrimus, Ariſtidis præclari artificis præceptor. Plin. lib. 35. cap. 11.

Euxinus pontus, ſinus maris latiſſimus, Thracio & Cimmerio Boſphoris interceptus, Axenus dictus, hoc eſt inhoſpitalis, propter immanitatẽ eorũ, qui eius maris littora incolebant. Illi enim hoſpites immolare ſolebant. Strabo lib. 7. & carnibus pereſis, excaluis eorum ſibi pocula conficere. Poſtea verò cùm in locis maritimis Iones aliquot oppida condidiſſent, cohibito Scytharum aſſueto latrocinio receptóque Græcorum hominum commercio, pro Axeno, Euxinus, hoc eſt, hoſpitalis appellatus eſt. Ouid. de Ponto.

Frigida me cohibent, Euxini Littora Ponti,
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

Euxinthetus, Lebenius Leucocomæ amator illi canem Praſo adducere coactus, vt Strab. li. 10. refert ex Theophraſto in oratione de amore. Vide & Plutarchum in Erotico, hæc ipſa non ſine diuerſitate referẽtem & Leucomantidem pro Leucocoma ſeu Leucocomante agnoſcentem.

E X

Exagonus, legatus Ophiogenum, qui ſunt populi in Cypro. Is quum Romam veniſſet, ibíque de herbarum viribus multa diſſereret, volens coniectus eſt à conſulibus in dolium plenum ſerpentibus, experimenti cauſa, vbi ſerpentes ipſi non ſolùm eum non mordebant, ſed etiam linguis demulcebant. Plin. lib. 28.

Exagrius, vrbs Siciliæ. Steph. vide Hexagrius.

Exampeus, Scythiæ fons inter Boryſthenem & Hypanim flumina. Hero lib. 4. inter Boryſthenem, inquit, & Hypanim flumina, locus eſt nomine Exampus, ex hoc hic amarus fons ortum habet & nomen.

Excetra, dicta eſt Hydra, quòd vno cæſo capite tria exceſcebant. Scribit Diodorus Herculem debellaſſe Hydram non ſolùm ferro, ſed etiam flammis, adhibito Iolao, qui inciſam ceruicem ardente face è veſtigio inureret. Conſtat (ſecundùm hiſtoricos) Hydram fort[e] fuiſſe in Lerna Argiuorum palude, aquas euomentem,

quæ

quæ vaſtabant vicinas ciuitates, in qua vno meatu clauſo multi erumpebant. Quod Hercules videns, loca ipſa excurſit: & ſic aquæ meatus clauſit. Nam Hydra, ἀπὸ τοῦ ὕδατος, id eſt, ab aqua nomen accepit. Plato aſſerit in Euthydemo, Hydram fuiſſe calidiſſimum ſophiſtam cui propter ſapientiam, pro vno ſermonis capite amputato multa repullulabant.

Exciſum, Galliæ Lugdunenſis vrbs. Anton.

Execeſtus, Phocenſium tyrannus, duos geſtabat incantatos annulos & ſonitu quem inuicem inter ſe edebant, rerum gerendarum tempus ſciebat, mortuus tamen eſt dolo interfectus, etiamſi id ei prius ſignificaſſet ſonitus, vt dicit Ariſtoteles in opere de republica Phocenſium, vide Clement. Alexandr. Stromat. l. 1.

Exiliſſa, Ptol. Africæ vrbs ad fretum Herculeum. Septa hodie. Hiſpani Aceuta vocant.

Exitani, Hiſpaniæ Bæticæ populi, Straboni. *Salobrena*, Cluſio.

Exitiria, feſta apud Græcos erant, in quibus primitiæ frugum diis offerebantur, vt tradunt Grammatici.

Exobygitæ, Sarmatiæ Europææ gens. Ptol.

Exopolis, Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs, ad Tanaim fluuium. Ptol.

Exquiliæ, arum, mons Romæ, dictus ab excubiis regis Tulli Hoſtilij, qui hunc collem vrbi adiecit (teſte Liuio lib. 1. ab vrbe) & in eum, vt frequentiùs habitaretur, domicilium ſuum tranſtulit. Sunt qui ab excolendo, Exquilias dictas volunt, quòd ea pars vrbis, cùm antea neglecta iacuiſſet, Tullo rege fuerit exculta.

Extricatus, conſul cum Præſente, anno ab vrbe 969.

E Z

Ezechias, i. fortitudo Domini, ſiue apprehenſio Domini, rex Iuda, filius Achas 4. Reg. 18.

Ezechiel, idem ſignif. Nomen Prophetæ, 1. Paral. 24. Ezech. 1.

Ezechiel, 1. Eſdr. 8, videns Deum, nomen viri. Heb. Iabaziel.

Ezel, ambulatio, ſiue viuificatio, aut ſtillatio, nomen lapidis viatorij in agro vrbis Saul, ſub quo latuit Dauid, in ſupremo digreſſu à Ionatha, 1. Reg. 20.

Ezer, adiutorium ſiue atrium, filius Hur, primogeniti Ephrata. 1. Paral. 4. filius item Suthalæ filij Zabad. 1. Par. 7.

Eziel, fortitudo Dei, ſiue hircus Dei, Filius Haraia, 2. Eſdr. 3.

Ezra, adiutorium, ſiue atrium, nomen viri, 1. Par. 4.

Ezrel, i. adiutorium, ſiue atrium Dei, nomen viri, 1. Eſdr. 10.

Ezri, nomen viri. Iud. 6. 1. Par. 27. Lat. atrium, ſiue adiutorium meum.

Ezricam, dux domus Achaz, 2. Paral. 28. Filius Naariæ filij Semeiæ, 1. Paral. 3. Filius Haſel, filij Elaſa. Paral. 8. Lat. auxilium vel atrium reſurgentis ſiue vendicantis.

Ezriel, pater Saraiæ Ierem. 36. 1. Paral. 5. Lat. auxilium ſiue atrium Dei.

F A

FABARIA, inſula Plin. libro 4. c. 14. à frugis ſimilitudine ſponte prouenientis, aliàs Burchana dicta.

Fabaris, fluuius Sabinorum, alio nomine Farfarus appellatus.

Fabia, vide Fabra.

Fabia, mulier Rom. quæ Fabium Fabricianum interfecit, vt liberius poſſet laſciuire cum Petronio Valentiano liberali forma adoleſcentulo, quo cum adulterij conſuetudinem habebat. Plut. in Par.

Fabianus Papyrius, naturæ rerum peritiſſimus fuit. Plin. libro 36. cap. 15. Huius quoque meminit Seneca in Epiſtolis.

Fabianus, xix. Romanorum Epiſcopus. Euſe. libro 6. cap. 21. martyrio coronatus eſt, anno ſalutis 151.

Fabianus, na, num, à Fabio fit, vnde dicitur arcus Fabianus, qui conſtructus eſt iuxta regiam in Via ſacra.

Fabius, à faba, cognomen eius, qui fabam optimè ferebat: ſic Cicerones, Lentuli, Piſones, & huiuſmodi.

Fabij, Romani nobiliſſimi, ſimul ac potentiſſimi, qui bellum aduerſus Veientes ſoli cum ſuis clientibus & ſeruis in ſe receperunt, cúmque ex leuibus aliquot præliis ſæpiùs victoriam reportaſſent, tandem ad Cremeram fluuium inſidiis circumuenti, ad vnum omnes cæſi ſunt. Ouidius libro 2. Faſt. ex tanta Fabiorum clade vnus tantùm ſuperfuit: qui nondum armis per ætatem idoneus, in vrbe relictus erat: ex cuius ſanguine per longam nepotum ſeriem natus fuit Fabius ille Maximus, qui Dictator aduerſus Annibalem creatus, cunctabunda quadam prudentia rem Romanam aliorum imperatorum temeritate labefactam, primus reſtituit, adeò vt veriſſimè de eo Ennius dixiſſe videatur.

Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.

Sed qui primus Fabius dictus eſt Allobrox, quòd apud flumen Iſaram Allobrogum regem cæcidiſſet.

Fabiola, fuit Romana mulier, quæ cum magno ſtudio ſacras litteras amplecteretur. Prophetas, Euangelia & Pſalmos frequentiſſimè reuoluebat, vt iterata plerumque lectio amorem diuinæ religionis (qua deflagrabat) augeret magis: vnde & D. Hieronymus librum de veſte ſacerdotali eidem nuncupauit.

Fabius Maximus, Conſul cum C. Iulio Cæſa-

re, anno ab vrbe 909. hic in Hiſpania Pompeianos vicit, Hiſpanias per deditionem accepit.

Fabij Maximi vitam & res geſtas, & eleganter ſcripſit Plutarch.

Fabius Maximus, Romani exercitus imperator aduerſus Pœnos creatus, collatis manibus, cunctos ad vnum amiſit commilitones, ac ipſe mortifero accepto vulnere, in Annibalem curſu vehementi concitatus, ablato ei diademate, iuxta eum oppetiit. Plut. Parall.

Fabius Africanus, conſul cum Iulio Antonio, anno ab vrbe 744.

Fabius Chilo, conſul cum Libone, anno ab vrbe 956.

Fabius Fabricianus, capto Tuſcio (ea eſt primaria inter Samnites ciuitas) victorioſam Venerem, quæ in ſummo apud illos habebatur honore, Romam miſit. Huius vxor cum adoleſcentulo ſpecioſo adulterium committebat: quocirca redeuntem virum doloſè obtruncauit ipſa. Fabia verò Fabricianum fratrem adhuc infantem ex vrgenti liberatum periculo, clàm emiſit alendum: at ille cùm ad ætatis vigorem peruenisſet, matrem & adulterum peremit. Senatus autem, ne res illa Fabriciano eſſet fraudi decreuit. Plutarch. Paral.

Fabius Tatianus, aliàs Titianus, Conſul cum Neratio Cereali, anno ab vrbe 1v.

Fabius pictor, homo nobiliſſimus, iuris & literarum antiquitatis benè peritus. Cic. in Bruto.

Fabienſes, Italiæ populi, quorum meminit. Plin. li. 3. c. 5.

Fabrateria, oppidum Campaniæ, à quo fit Fabraternus. Iuuenal. Sat. 3. & Silius li. 8. huius inſulæ meminerunt.

Fabraterni noui & Fabraterni veteres populi ſunt in Italia, ex Falerno agro cognominati, vt docet Plin. li. 3. c. 5.

Fabricius, Rom. ciuilis frugaliſſimus, qui in tenuiſſimo cenſu Samnitum munera forti animo ſpreuit. Hic norma paupertatis & exemplum apud Romanos, qui patellam & ſalinum ex argento tantùm colendorum Deorum cauſa domi habuit, ita tamen vt patella corneo pediculo fulta niteretur. Cuius filiæ ob paupertatem de publico dotibus donatæ ad maritos ierant, portantes gloriam domeſticam, pecuniam publicam. Hunc Pyrrhus Epirota nullo auro, nullis pollicitationibus expugnare potuit, vt ſecum eſſe vellet, ac proximum à ſe locum obtineret. Itaque dixit Pyrrho, Non hoc illi conducibile eſſe. nam ſi Epirotæ (inquit) ambo nos norint, à me reg quàm abs te mallent. Virg. Æneid. libro 6.

Paruóque potentem Fabricium, &c. Cic. libro 3. Offic.

Fabricius pons, Horatio & aliis notus: inſulam Vrbi connectit hodie, *Ponte di quatro Capi*, vulgò dici ſcribit Barthol. Marlian.

Fabricianus, matrem Fabiam interfecit, quòd illa Fabrum Fabricianum maritum ſuum occidiſſet, vt liberiùs adulterium cum Petronio adoleſcente committeret. Doſitheus apud Plut.

Fabulinus, putabatur Deus, qui pueris primo fari incipientibus præeſſet. Huic Rom. ſacrificabant, quum primùm eorum liberi fari incipiebant. Varro de liberis educ.

Facundus, Coſ. Nepotiani collega, anno ab vrbe 1088.

Falco, Coſ. Clari collega, anno ab vrbe 945.

Fadius, Pompeianus miles, Aſinius Pollio libro 10. Epiſtolarum.

Falacrium, promontorium Siciliæ. Ptole. hodie. *Melazo*.

Faletij, orum, fuit oppidum Faliſcorum in Tuſciæ mediterraneis Ptol. li. 4. c. 1.

Falerina, tribus Romana. Liu. li. 9. decad. 1.

Falernus, regio Campaniæ optimi vini feraciſſima. Pro vino verò tam maſculini, quam neutri generis eſt. Martialis.

Reſinata bibis vina Falerna fugis.

Tibullus.

Nunc mihi fumoſos veteris proferre Falernos,
Conſulis & Chio ſoluite vincla cado.

Quondam Amineum appellatum, vt Amineæ vites apud Maronem.

Faliſci ſiue Phaliſci, populi quondam Hetruriæ vbertima incolentes paſcua: vnde gramen Faliſcum à ſcriptoribus paſſim celebratur. Hi cùm à Camillo obſiderentur, Magiſter ludi cum nobilioribus diſcipulis deambulandi prætextu vrbe egreſſus, ad hoſtem eos deduxit. Quam perfidiam deteſtatus Camillus, hominem nudari iuſſit, & à pueris cæſum in vrbẽ remitti. Qua ex re id conſequutus eſt Camillus, vt quos armis ſubigere nõ potuerat, iuſtitię adminiſtratione ad deditionem cõpulerit. Apud Faliſcos farciminis præſtantiſſimi genus fiebat, lucanicis nõ diſſimile quod ventrẽ Faliſcũ appellabant. Martial. li. 1.

Et lucanica ventre cum Faliſco.

In Faliſco amnis eſt, cuius aqua potata, boues candidos efficit. Pli. li. 2. 103.

Famaguſta, Cypri ciuitas, turribus & propugnaculis benè munita, quæ anno 1570. obſeſſa & vi expugnata, cum tota Cypri inſula in truculentiſſimi regni Turci poteſtatem deuenit.

Fanerij populi in Oceano Septentrionali, qui vt refert Plin. li. 4. tam grandes aures habent, vt eorum nuda corpora tegant.

Faneſtris, colonia Pomponio eſt, quam Plinius Fanum Fortunæ appellat. li. 3. c 14. & item Ptolem lib. 3. Porrò ea colonia ſita eſt non procul à flumine Metauro. Plinius libro [illegible] capite 14.

aneus

Faneus, fluuius iuxta Beneuentum, qui & Siris dicitur, Vib. Sequeſtro meminit & Plinius hoc tractu Siris fluminis.

Fannia lex, lata eſt anno poſt vrbem conditam quingenteſimo octauo, quę ludis Rom. Item ludis plebeis, Saturnalibus, & aliis quibuſdam diebus in ſingulis dies centenos æris inſumi conceſſit, decemq; aliis diebus, in ſingulis menſibus tricenos, cæteris autem omnibus diebus denos. Gel.li.2.c.24.

Fannij, oratores erant duo, quorum C. Fannius qui Coſ. cum Comitio fuit, vnam orationem de ſociis & nomine Latino contra Gracchum reliquit. Alter autem C. Fannius N. F. C. Lælij gener, & moribus, & ipſo dicendi genere durior. Cicero in Bruto.

Fannius Cepio, deprehenſus in coniuratione aduerſus Auguſtum, ſibi mortem conſciuit Mart. lib 2.

Hoſtem quum fugeret, ſe Fannius ipſe peremit,
Hic, rogo, non furor eſt, ne moriare, mori?

Fanum, vrbs Piceni ſeu Vmbriæ amœniſſima in Adriatico littore inter Piſaurum & Senogalliam ſita, haud longè à Metauro amne, ſic dicta, quòd in ea pulcherrimum Fortunæ fanum, id eſt, tẽplum fuerit. Hinc Fanenſes ſeu Faneſtres eius incolæ, φανία, ἡ, Steph. vrbs eſt Italiæ.

Fanus, deus, qui euntibus præerat, vel deus anni. Cuius imaginem cùm Phœnice, vellent exprimere, draconem finxerunt in orbem redactum, caudámque ſuam deuorantem, vt appareat mundum in ſe reſolui. Macrob.

Fana, virgo Gallica, clariſſimis orta parentibus Heraclio imperante, quæ ad nuptias cogeretur, in tantas prorupit lachrymas, vt inde cæcitatem contraxerit.

Fani Martis in Belgio, & Fani Cariſi in Sardinia, oppidorum, meminit Anton.

Fanum Mineruæ, Galliæ vrbs, XIV. M. P. à Durocortoro. Anton.

Faramundus, primus Francorum rex, anno ſalutis 421.

Faran. vide Pharan.

Farfarus, ſiue Farfar, Syrię fluuius in radicibus Libani montis emittitur, & per Antiochiã fluens, in Syriaco miſcetur mari. Hic tantus fertur, vt tranſiri vado non poſſit. Farfarus etiam dictus eſt fluuius qui per Sabinos tranſit. Vide Fabaris.

Farnus, Medorum rex. Diod.

Faſcelis, Dianæ cognomentum, quæ apud Ariciam colebatur à faſce lignorum impoſitum; in quo Oreſtes & Iphigenia eius ſimulachrum abſconderunt, cùm ex Taurica regione in Italiam illud adferrent.

Faſcinus, Deus apud veteres. Plinius lib. 28. cap. 4.

Fatua, vide Fauna.

Fatuclus, quidam deus, cuius vxor Fatua eſt dicta. Seruius

Fagutal, fuit Romæ ſacellum Iouis, in quo erat Fagus arbor, quæ Ioui ſacra habebatur.

Faucia, tribus vna Romanorum, quam pluribus cladibus inſignem fuiſſe conſtat, vt Author eſt Alexander ab Alex. li. 1. c. 7.

Faucula Clunia, fuit meretrix, alioqui tamen clementiſſima, quæ Annibale Capuam tenente alimenta captiuis egentibus furtim ſuppeditauit. Liu. 26.

Fauentia, Hiſpaniæ oppidum. Plin. li. 3. cap. 3.

Fauentia, ciuitas in Italia octaua regione: quam hodie Itali ſua lingua vocant, *Faenza*, eius incolæ vocantur Fauentini, Fidentinis finitimi. Plin. li. 3. c. 15.

Faueria, Iſtriæ vrbs, Liu.

Faula, Herculis ſcortum. Verrius apud Lactantium.

Fauiani, Iuuenes, qui ex Romuli, Remíque inſtituto, nudi, pellibus tantùm incincti, per ludum & laſciuiam currebant, quum Fauno ſacra facerent. Alexand. libro 4. Genial. dier. capite 12.

Fauij, populi ſic dicti, quòd Princeps eius gentis ex ea natus ſit, cum qua Hercules in fouea concubuit. Quamuis alij putant ita vocitatum, quòd primus oſtenderit, quemadmodum vrſi & lupi foueis caperentur.

Fauna, deæ cuiuſdam nomen erat, cui à Romanis matronis in operto ſacra fiebant nocturno tempore, viri autem tanta cura ab eius ſacris arcebantur, vt vel in ædem eius inſpexiſſe, capitale haberetur. Rationem huius affert Macrobius lib. 1. Saturnal. c. 12. Faunam dum inter homines ageret, Fauni vxorem fuiſſe tanta pudicitia, vt perpetuo gynæcio, hoc eſt, mulierum conclaui incluſa, nullum vnquam virum præter maritum aſpexerit. Varro eandem eſſe exiſtimat, quæ & Telluris & Terræ nomine à Romanis colebatur. Eadem & Fatua dicebatur: quod nomen à fando deductum volunt, quòd infantes non priùs vocem edant, quàm terram attigerint: eadem & Bona dea vocata eſt, quòd omnia quæ ad victum pertinent, bona ſuppeditet.

Faunalia, feriæ nonis Decemb. in honorem Fauni celebrabantur, quarum meminit Horat. in Odis. & Alex. ab Alex. li. 3. c. 18.

Faunus, antiquiſſimus Aboriginum rex, filius Pici, pater Latini, à quo ruſtica ea numina genita, putantur, quos Faunos, ſeu Syluanos poetæ appellant, cornutis capitibus & caprinis pedibus inſignes. De Fauno & Faunis, vide N. Comitem Mythologiæ li. 5. c. 9.

Fauni, agrorum & ſyluarum putati ſunt dij.

Digitized by Google

qui poſt longum tempus moriuntur, quòd è terra geniti ſint: hinc Fana dicta exiſtimabat Probus. Hos quidem incubos vocant. Fauni apud Latinos ij ſunt, qui apud Græcos, *πάνες*, filij Saturni. Scribit & Hieronymus Satyrum à Diuo Antonio inuentum, ipſúque locutum fuiſſe. Virgil. 1. Georg. li. 1.

Et vos agreſtum præſentia numina Fauni.

Faunus Pici filius, Latini pater, qui regnauit in Latio, à fando dictus, quòd oracula ſua voce redderet.

Faunus iunior, apud Aborigenes regnauit. Dion. Halicar. li. 1.

Faunus, rex quondam Italiæ, qui cùm Herculem Geryonis boues ducentem, hoſpitio ſuſcepiſſet, & Mercurio patri hoſpites immolare conſpectus fuiſſet, ab eo interemptus eſt. Plut. Baral.

Fauonius, ventus ab occaſu æquinoctiali ſpirans contra Subſolanum. Pli. li. 2. c. 47. à fouendo dictus, quòd cuncta foueat. Eſt enim genitalis ſpiritus mundi, quo plantæ, hyberno frigore enectæ reuiuiſcunt. Vnde etiam à Græcis Zephyrus dicitur, quaſi *ζωὴν φέρων*, h. e. vitam afferens.

Fauo, nobilis hiſtrio Rom. qui in funere Veſpaſiani Imp. perſonam eius tulit, viríque vt moris erat, dicta & geſta imitatus eſt.

Fauorinus, Philoſophus, Arelate oriundus Dionis auditor, prætereà eunuchus, & Adriano Principi infenſus. Ideò tria de ſe mira narrare ſolebat, ſe Gallum græciſſare, eunuchum mœchum putari, & inimicum imperatori viuere. Ob quam cauſam ſtatua eius diſiecta Athenis, vbi viuebat. Huius Herodes Atticus patrem ſolebat appellare, hæréſque librorum ab eo factus eſt Philoſtratus, Gellius huius ſæpè meminit. Ælianus de varia hiſtoria, dicit hunc quandoque in diſputatione quadam Adriano ceſſiſſe, admirantibúſque proximis, Nónne cedam (inquit) ei qui XXX. habeat legiones?

Fauſta, Conſtantini vxor, ab eodem interfecta, anno ab vrbe 1082.

Fauſtianum vinum dicitur, qui in mediis collibus Falerni montis gignitur.

Fauſtinæ, puellæ alimentariæ ab Antonino Cæſare in honorem Fauſtinæ matris ſuæ inſtitutæ.

Fauſtinianopolis, Cappadociæ vrbs, in Ciliciæ confinibus. Anton.

Fauſtinus Cos. cum Gallieno Auguſto, anno ab vrbe 014.

Fauſtinus, Cos. cum Rufino, ann. ab vrbe 962.

Fauſtulus, paſtor, qui Romulum & Remum ad Tyberim expoſitos inuenit, Laurentiæque vxori ſuæ educandos tradidit. li. 1. ab vrbe.

Fauſtus Sylla, Cos. Syluij Othonis collega, anno ab vrbe 805. Hic Fauſtus cognominatus eſt, quòd ſibi perpetuam in rebus gerendis felicitatem arrogauerit. Vide Sylla.

Fauſtus, Cos. cum Theodoſio Auguſto, anno ab vrbe 1191.

Fauſtus, Syllæ dictatoris filius.

Fauſtus Quintilianus, Senator tempore Iuliani Principis.

Fauſtus Afer, hæreticus Manichæus, qui ſcripſit libros in orthodoxam fidem, quibus abundè reſpondit Auguſtinus.

F E

Febris (Dea culta eſt à veteribus, ne noceret, Val. Max.

Februa, dea apud antiquos, quæ mulierum menſtruis præerat: dicta à Februis, i. purgationibus, quòd fœminas poſt partum ſecundis exeuntibus purgare putaretur. Palæph. li. 2.

Februa, ſacra erant quæ diis Manibus placandis fiebant menſe Februario. Ouid. 2 Faſt.

Februata Iuno, quæ & Februalis & Februa, ſeu Februla nuncupatur: dicta eſt, quòd illi menſe Februario ſacra fiebant, cuius feriæ Lupercalia ſunt. Alex. ab Alex li. 4. c. 12.

Februus, inferorum deus, quem & Plutonem & Ditem appellarunt: vnde & Februarius menſis dictus eſt, quòd tunc potiſſimum à Romanis Deo huic fierent Macrob. li. 1. Saturn.

Federicus, II. Imperator Rom. qui filium ſuum Henricum peremit in carcere, quòd ſuſpicaretur eum fauere Gregorio Pontifici, quo cum bellum ipſe ſuſceperat.

Felicitas, Romana mulier, quæ filios pro religione Chriſtiana ſub Antonino mori læta conſpexit.

Felicula, virgo ingenua, quæ quum nullis tormentis aut pollicitationibus à Chriſtiana religione diuerti poſſet, iuſſu Flacci Comitis in latrinas detruſa eſt, & ibidem mori coacta.

Feliginates, Vmbriæ populi. Plin.

Fellenius, deus fuit Aquileienſium tutelaris ac præſes.

Felſina, vrbs Italiæ, poſteà Bononia appellata, Pli li. 3. ca. 15. Intus (inquit) Colonia, Bononia, Felſina vocitata, cùm Princeps Hetruriæ eſſet.

Felſina, Galliæ Togatæ vrbs, quæ nunc, *Bologna*, dicitur, & nobili Academia celebris eſt. Plin.

Felſinus, Tuſcorum rex, regnauit annis 31.

Feltrina, Rhœtiæ vrbs. Anton.

Femella Amatriciana, mulier conſtantiſſima, quum intellexiſſet filium demiſſo minus animo ad ſupplicium trahi, eidem occurrens iuſſit, vt exuto periculi metu, cœlum & ſolem ſuſpiceret: quod quum feciſſet, An, inquit, ignoras fili, te confeſtim in arces illas emigraturum?

Feneſtella, hiſtoricus, ſæpè à Plinio citatur teſtis. Mortuus eſt Cumis Auguſti tempore, [illegible]

tra-

tradit Euſebius.

Fenni, Germaniæ ſūt populi, quorū mira erat feritas, & fœda paupertas, nō arma, nō equi, non penates: victus herba veſtitus pellis, cubile humus ſola in ſagittis ſpes, quas inopia ferri oſſibus aſperabant. Idem venatus viros pariter ac fœminas alebat, viuebant in ſyluis, quòd beatiùs arbitrabantur quàm ingemere agris, illaborare domibus. Author Cornelius Tacitus.

Feralia, orum, feriæ extant apud Romanos, Diis Manibus ſacratæ, ita dictæ à ferendis ad tumulum epulis. Ouid. 2. Faſtor. & Varro.

Ferdinandus II Hiſpaniæ rex, anno ſal. 1519.

Ferdinandus III. Hiſpaniæ rex, Alphonſi VIII. filius, Hiſpaniam fermè omnem Saracenis eripuit, fœliciſſimus regum omnium fuit, anno ſalutis 1245.

Ferdinandus V. Hiſpaniæ rex, anno ſal. 1475.

Ferdinandus IV Caſtellæ rex, ann. ſal. 1295.

Ferdinandus, Arragonum rex Saracenis Maiorica inſula & Valētia vrbe pulſis, eas ad fidem Chriſti reduxit. Blond. lib. 7. decad 2.

Ferdinandus nothus Alphonſi filius, Apuliæ rex, anno ſalutis 1458.

Ferdinandus, Sanctij Majoris, Caſtellæ Comitis filius, Hiſpaniæ rex anno ſalutis 1011. Volat. Hic Sanctiam Alphonſi regis Legionis filiā, Veremundi ſororem vxorem habuit, cui ceſſit Legionis regnum jure hæreditario.

Ferentinum, oppidum eſt Aterno propinquū, à quo Ferentani dicti ſunt populi, qui Sagro amne à Pelignis ſeparantur. Strab. lib. 5.

Ferentina, Dea fuit, ſic dicta ab oppido Latij Fereto, cuius P. Liuius meminit in 1. Decade.

Ferentia, Tuſcorum vrbs, Ptolemæo, hodie Ferentium.

Ferentium oppidum quod Plinius collocat in prima Italiæ regione, in qua Roma eſt, à quo Ferentinates dicti ſūt. Eſt & Ferentinum in Tuſcia.

Ferentum oppidum Sabinorū ſeu Samnitum, à quo Ferentani dicuntur. Dionyſ. Halicar. li. 17.

Feretrius dictus eſt Iupiter, non à pace ferenda (vt quibuſdam placet) ſed à ferendis ſpolijs. Nam Romulus, deuictis Ceninenſibus hoſtium ſpolia ferculo ad id facto, in Capitolium detulit, ibique ex quercu ſuſpenſa, Ioui conſecrauit: eodemque in loco Ioui Feretrio templum condidit: authorque fuit poſteris vt eò capta ex hoſtibus ſpolia deferrent. Liuius libro primo ab vrbe Inde exercitu victore reducto, ipſe cum factis vir magnificus, tum factorum oſtentator haud minor, ſpolia ducis hoſtium cæſi ſuſpenſa, fabricato ad id aptè ferculo gerens in Capitolium aſcendit: ibique ea cùm ad quercum paſtoribus ſacram depoſuiſſet, ſimul cum dono deſignauit Iouis templo fines, cognomenque addidit deo: Iupiter Feretri, inquit, hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero, templúmque iis regionibus, quas modo animo metatus ſum dedico: ſedem opimis ſpolijs, quæ regibus ducibúſque hoſtium cæſis, me authorem ſequentes poſteri ferent. Hæc templi eſt origo, quod primum omnium Romæ ſacratum eſt. Ita deinde dijs viſum, nec irritam conditoris templi vocem eſſe, qua laturos eò ſpolia poſteros nuncupauit, nec multitudine compotum eius doni vulgari laudem. Bina poſteà inter tot annos, tot bella, opima parta ſunt ſpolia: adeò rara ejus fortunā decoris fuit. Propertius libro 4.

Nunc Iouis incipiam cauſas aperire Feretri.

Feretrum, oppidum à Deſiderio Longobardorum rege captum, anno ab vrbe 1523.

Feretrus mons, à quo Familia Feretria dicta, à qua Vrbini dux originem habet.

Feronia, nemorum Dea, à ferendis arboribus dicta. Hæc lucum habuiſſe fertur ſub monte Soracte, qui cùm fortuitò aliquando arſiſſet incendio, & ob id transferre inde ſimulacrum accolæ vellent, ſubitò aiunt nemus reuiruiſſe. Vnde Virg. Æneid. 7.

Et viridi gaudens Feronia luco.

Strabo author eſt, eos qui Feroniæ numine afflabantur, nudis pedibus ardentes prunas ſine vlla læſione perambulare ſolitos. Nihil aliud eſſe Feroniam quàm arcanam illam vim arboribus à Deo inſitam, quæ illas & ſeruare & pullulare faceret, plerique crediderunt, quia & vigent & florent, & fructus ad maturitatem perducunt. Nam cùm viderent Ethnici nihil ſine omnipotenti quadam prouidentia poſſe conſiſtere, neque tamē veri Dei cognitionem haberent, vires inde profectas in naturalibus corporibus inſitas pro dijs coluerunt.

Feronia, ciuitas in radicibus Soractis montis Hipinorum in Faliſcis, in cuius vertice templum erat deæ ejuſdem nominis quam finitimi mira religione colebant. Strabo.

Ferraria, Hiſpaniæ promontorium in Sucronenſi ſinu Carthaginem verſus, ſic ab accolis cognominatum, quòd ferrarias effuſiones admodum feraces habeat. Mela. libro 2.

Feſcennia, oppidum Hetruriæ. Plin. libro 3. c. 5. Virg. 7. Æneid.

Hi Feſcenninas acies, æquóſque Faliſcos,
Hi Soractis habent acies.

In hoc oppido carminis quoddam genus, omni obſcœnitate opprobrióque plenum inuentum putatur, quod à loco dictum eſt Feſcenninum, *Citta Caſtellana*, Leandro.

Feſcennium, oppidum Campaniæ: cujus populi originem ducunt ab Athenienſibus. Seruius.

Feſtus, Domitiani amicus, qui dum mente gra- vique ad deſperationem laboraret, gladio ſe traiecit: priùs tamen amicos conſolatus. Ejus

mortem. Matt. libro 1. deſcribit.

Feſtus, conſul, collega Theodoſij Auguſt. anno ab vrbe 1192.

Feſtus, conſul, Martiani collega, anno ab vrbe 1225.

Feſulæ, vrbs olim Hetruriæ, non procul à Florentia. Nunc vicus modicus, licet Epiſcopalem ſedem retineat: conditam autem volunt ab Atlante Mauritaniæ rege. hodie, *Fieſoli*, dici, ſcribit Leander.

F I

Fiataſum, Cappadociæ vrbs. Anton.

Ficana, Latij vrbs. Plin. Liu.

Ficaria, inſula eſt juxta Sardiniam. Prole. Pli. *Serpentaria*, Leandro vocatur.

Ficelia, quæ & Voſauia priſcis, nomen vrbis ad Rhenum, *Obern Vveſel*, vocatam vt ſcribunt Althamerus & Pircheimerus, qui addunt ibi Mammæam, Alex. Seueri Imp. matrem ſepultã.

Fichola, vicus Palæſtinæ, Ioſeph. 12. Antiq. 4.

Ficolenſes, Italiæ populi circa Samnitium. Plin.

Ficulnea, vetus Latij vrbs.

Ficus, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Anton.

Fidena, næ, & Fidenæ, narum, vrbs Latinorum mediterranea. Hinc Fidenates, Fidenarum incolæ. Pli. li. 3. c. 5.

Fidenates, populi Sabinorum in Italia, authore Plinio li. 3. c. 12.

Fidentia, oppidum eſt in octaua regione Italiæ, à qua incolæ, Fidentini, Plin. libro quinto, cap. 15.

Fidentiæ, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs, inter Bætim amnem & Oceanum ſita, alio nomine Iulia appellata. Pli. li. 3. c. 1.

Fidentiola, vicus inter Placentiam & Parmam Italiæ vrbes. Anton. hodie, *Fiorenzola*.

Fides, Dea à Romanis culta, teſtibus Cicerone, Lactantio & Auguſtino.

Fidiculæ, Italiæ locus. Val. Max. libr. ſeptimo cap 6.

Fiduculanus Falcula, Senator Romanus, vir leuiſſimus & ſordidiſſimus. Cicer. pro Cecinna & pro Cluentio.

Fidius deus, Iouis filius, à fide dictus, cui prę eſt, vt nonnullis placet. Plautus, *Per deum Fidium credis iurato mihi*. Fuit apud veteres Romanos in honore maximo, adeò vt templa cum ſacrificijs meruerit. Cultus eſt à veteribus in Quirinali jugo Nonis Iunij. Ouid. 6. Faſt.

Fidon, Argiuus menſuras & pondera reperit, cùm apud Hebræos Azarias in Iudæa & Hieruſalem regnaret. Eutrop. li. 1.

Filæ, Thebaidis in Ægypto locus. Anton.

Fimbria Romanus, homo longè audaciſſimus Cicero pro Roſcio Amerino. Is diem Scæuolæ dixit, quòd non totum telum corpore accepiſſet.

Firmilianus, Cappadocum gentis, vrbis Cæſareæ, Epiſcopus, anno ſalutis 252.

Firmius, Ægypti præſes, anno ab vrbe 1025.

Firmum caſtellum, Pomponio & Straboni: Firmium, Ptolemæo. Plin. Firmanorum caſtellum, vrbs Italiæ in Piceno, *Fermo*, hodie.

Firmus, Imperator (quem Aurelius latronem Ægyptium vocabat) ſtatura fuit ingenti, oculis prominentibus, criſpo capillo, fronte caperata, fuſco vultu, piloſo corpore & hiſpido, ita vt Cyclops vulgò diceretur. Robore autem adeò inſignis, vt Triarium vinceret. Nam & incudem pectori ſuperpoſitam tundentibus fabris conſtanter perferebat, quum reſupinus & in manus curuatus pendere magis videretur, quam jacere Crinitus.

Fiſcellus, mons vnde Nar fluuius oritur. Plin.

Fiſera, Corſicæ inſulæ vrbs. Ptolem.

Fiſida, vicus Africæ, circa Tripolitanam regionem. Anton.

Fiſſenia, oppidum ad regium amnem, circa Babyloniam.

Fiſon, vide Phiſon.

F L

Flaccus, conſul cum Gallo, anno ab vrbe 916.

Flamen, ſacerdotem ſignificat. Tres autem erant Flamines apud Rom. qui cognomina ab eo deo cui ſacra faciebant, ſumebant: Dialis, à Ioue: Quirinalis, à Quirino: Martialis, à Marte. Dicti quaſi Filamines, & filo, quo cingebant caput, cùm per æſtum pileum ferre non poſſent.

Flamingi, populi Galliæ Belgicæ, qui à Saxonibus originem duxerunt. Æmil. libro 3.

Flaminia, Italiæ regio, quæ poſteà Romania dicta fuit: hodie, *Romagna*, appellatur Leandro.

Flaminij prata, nunc, Circum Flaminium appellant, locus vrbis Romæ eſt. Liu. li. 3.

Flaminius, ciuis Romanus, à quo via Flaminia, arcus, Flaminius, & forum Flaminium, conſul cum Annibale pugnans, ad Thraſimenum interfectus eſt: ejus cadauer inter mortuos ab Annibale quæſitum, nec inuentum. Liu. lib. 22.

Flaminius, prænomine Q. ſuperioris filius, qui Philipp. Maced. regem vicit, filiúmque Demetrium obſidem dare coëgit. Plutarch. in ejus vita.

L. Flaminius, huius pater fuit, quem Cato Cenſorius ignominioſè à ſenatu expulit, quòd Gallum quendam in gratiam pueri quem deperiſſet, tum quum Galliæ præerat, interfeciſſet, Liuius.

Flamonienſes, cognomine Vannienſes & Culici circa Venetos populi, apud Plin.

Flanaticus

Digitized by Google

Flanaricus Sinus, maris Hadriatici inter Iſtriam & Illyridem. Plin. *Garner*, hodie dicitur, quaſi Carniuorus, ob frequentia in eo naufragia. Flanates huius accolas vocat Plinius.

Flandrenſes. Vide Flamingi.

Flandria, Galliæ Belgicæ regio, ad littora Oceani Septentrionalis. Tractum Europę extremum Britannicæ inſulæ obiectum, inter Galliã, Germaniam & Oceanum, incolæ Germaniam inferiorem appellant: Galli exteríq; ferè omnes, vno nomine Flandriam vocant. Verùm Flandria eſt, ea Brabantia, Hannonia, Arteſia, & Oceano terminatur. Hanc in tres partes diuidunt: in Teutonicam, & Imperatoriam, quam & Proprietariã (quòd nunquam Superiorem, aut dominum pręter Flandriæ Principem agnôrit) nominant. Teutonica Flandria 18. habet vrbes celebres, quarum præcipuæ ſunt. Gandauum, Brugę, Ypra, &c. Gallica, tres, Inſulas videlicet, Duacum & Orchianum. Imperatoria quatuor, Aloſtum, Teneramundam, Gerardimontium & Niniuam. Flumina eius celebriora ſunt, Scaldis, Liza & Tenera. Regio maxime compaſcua, imprimis Occidentem verſus: Boues, equóſque præſtantiſſimos, belló que aptos gignit. Caſeo, butyróque abundat. Tritici admodum fœcunda & nobilis. Populus ferè mercaturam exercet: atque ex lino (cuius hîc maxima fertilitas & excellentia eſt) lanáque, pannos lineos laneóſque magna copia conficit, latiſſiméque diſtrahit. Habet M.CCLIV. pagos præter arces, caſtella & Nobilium ædes. Lud. Guicciardinus, & Iacobus Marchantius Flandriam deſcripſerunt.

Flauia, Palæſtinæ vrbs primùm ab Herode condita & in gratiam Tib. Cæſarea appellata, poſt, à deducta eò à Flauio Veſpaſiano Colonia Flauia appellata eſt. Pli. lib. 5. cap. 3.

Flauia, Æduorum Sequanorum vrbs hodie, *Flauigny*, vt quidam exiſtimant.

Flauia Lambris, in Hiſpania Terraconenſi, Heduorum vrbs. Ptolem.

Flauiana, Scythiæ vrbs lib. Notit. Mœſiæ primæ, alio in loco eidem.

Flauinium, locus in Italia. Seruius.

Flauij, à flauo deduci dicuntur, ob crinium candorem. Erat autem apud Romanos familia ampliſſima ex qua erant Veſpaſianus, & filius eius Titus & Domitianus.

Flauiobriga, oppidum Autrigonum in Hiſpania citeriori Pli. libro 4. cap. 20.

Flauionauia, Peſicorum in Hiſpania Tarraconenſi oppidum, quod hodie, *Bilbao*, appellatur, vt nonnulli ſentiunt.

Flauiopolis Bithyniæ ciuitas, Ptolemæo, item vrbs mediterranea Ciliciæ eidem.

Flauiopolis, Thraciæ oppidum eo loco conditum, vbi anteà Zelia fuerat. Pli. libro 4. c. 11.

Flauium Brigantium. Ptol. Callaicorum, vrbs eſt in Portu magno, hodie, *Compoſtella*, à quibuſdam, *Corunna*, vocantur.

Flauium, Norici oppidum eſt apud Plin. libro 3. c. 24.

Flauius Auienus, conſul cum Pompeio, anno ſalutis 1254.

Flauius Antiochianus, conſul cum Lurio Orphito, anno ab vrbe 1022.

Flauius Baſilicus, conſul cum Herminericho, anno ab vrbe 1218.

Flauius Claudius, XXXII. Romanorum imperator, anno ab vrbe 1021. Hic Aureolum vicit, ac imperio exuit. Apud Mœſios, Martianopolim, Byzantios & Theſſalonicam, Gotthos fudit, cæciditque ad trecenta viginti millia.

Flauius Clemens, conſul cum Domitiano Cæſare, anno ab vrbe 847.

Flauius Promotus, conſul cum Flauio Timaſio, anno ab vrbe 1142.

Flauius Stilico, conſul cum Aureliano Cæſare, anno ab vrbe 1152.

Flauius Timanſius, conſul cum Flauio Promoto, anno ab vrbe 1142.

Flauius Val. Valentinianus, XLII. Romanorum imperator, cum Valente, anno ab vrbe 1118.

Flauius Varro, conſul cum Tertullo, anno ab vrbe 1163.

Flauona, Ptolemæo oppidum eſt Illyrici, apud Plinium quoque libro tertio, capite viceſimo primo, vbi tamen quidam, *Flammona*, legunt.

Flegeton, vide Phlegeton.

Fleui lacus, Ortelio videtur Sinus ille Germani maris, qui eſt hodie inter Hollandiam & Friſiam, & vulgò. *Suyerſes*, vocant. Cuius deſcriptio extat apud Melam. lib. 3. cap. 2. & Plin. libro 4. cap. 5.

Fleuo, Rheni, inſula, apud Melam quæ hodie *Tuie*, vel *Flie* Ortelio.

Fleuum, Caſtellum Tacito, in littore maris, vt videtur ex eius deſcriptione Annal. lib. 2. Friſiæ oppidum eſt. Becano videtur, *Fledorp*, pagus Friſiæ ad oſtium, *Groeningerdiep*, dictum quo ex vrbe Groeninga in Oceanum nauigatur.

Fleuum. Plinio eſt Rheni oſtium, quod Ptolemæo Orientale cognominatur, *Yſſel* Ortelio Verrutio autem, *Vlie*.

Flexum, Pannoniæ vrbs. Anton. *Vvien* Spiegeho. Lazius autem. *Altenburg*, aut *Preſburg*. putat. Hungariæ. vrbem.

Flora, dea quædam à Romanis in honore habita, quam floribus præeſſe volebant. Hanc meretricem fuiſſe aiunt: quæ cùm magnas opes corporis quæſtu quæſiuiſſet, populum Romanum ſcripſit hæredem, certámque pecuniam

relinquit,cuius ex annuo fœnore ſuus natalis dies, celebraretur editione ludorum, quos appellant Floralia, ſiue ludos Florales. Quod quia Senatui flagitioſum tractu temporis videbatur, ab ipſo nomine argumentum ſumi placuit, vt pudendæ rei quædam dignitas adderetur, Deam finxerunt eſſe, quæ floribus præſit, eámque oportere placari, vt fruges cum arboribus & vitibus bene proſperéque floreſcerent. Celebrabantur illi ludi omni cum laſciuia, conuenienter memoriæ meretricis, nam præter verborum licentiam nudabantur flagitante populo meretrices, quę ſpectatores impudicis moribus detinerent. Hæc à Græcis, χλωρὶς, dicitur. Ouid. 4. Faſtor.

Chloris eram, quæ Flora vocor.

Floralia, Florales, vide Flora.

Florentia, vrbs in Hetruria hodie clariſſima, aliquando Fluentia, quò ad Arni fluenta extructa ſic dicta, & Fluentini illic populi, Catoni & Plinio, qui nunc Florentini nomine magis auſpicato vocantur, vt in quadam Epiſtola Politianus ſcribit: vulgò. *Pirenza*, Italis. *Florence*, Gallicè. Vide Leandrum in deſcriptione Italiæ.

Florentinus conſul cum Anthemio, anno ab vrbe 1270.

Florentinus, Iuriſperitus, Alexandri Cæſaris à conſiliis.

Florentinus, conſul cum Dionyſio, anno ab vrbe 1182.

Florentinus, conſul cum Tauro, anno ab vrbe 1214.

Floriana, Pannoniæ oppidum. Anton. *S. Paul*, Lazio.

Florianus imperator, qui Tacito ſucceſſit, dolens probrum militiæ peritum à magna exercitus parte eſſe electum, ſibiipſi venas incidit, effusóque ſanguine conſumptus eſt. Aurelius.

Florius, fluuius Hiſpaniæ. Plin. lib. 4. c. 20. *Ars*, Molerio.

Fluentia, & Fluentini, Arno flumini appoſiti apud Plin. Etruriæ vrbs primaria. hodie eſt Florenza, vt putatur dicta. Florentiam Ptol. vocat. & & Pli. li. 14. c. 13.

Flumentana porta Romæ, quam Tyberis vrbem intrans in ſiniſtra ripæ parte reliquit: dicta quòd Tyberis quandoque in eam influxerit hodie. *Porta del populo.*

Fluſtates, Galliæ Belgicæ populi, apud Cæſarem, quos Cœnalis in Comitatu. *De Foix*, apud Aquitanos locat. Vrſi ex Pl. & Claudiano, legit *Eluſates*. Ac ſanè hoc tractu Eluſatium ciuitatis fit mentio in Prouinciarum libello.

Fluonia Iuno, quam mulieres colebant, quòd ſanguinis fluorem, in conceptu retinere putabatur. Bocat. vel quòd menſtrua fœminarum ſingulis menſibus ſiſtere crederetur.

F O

Focariæ promontorium Flaminiæ, Blondo ad mare Hadriaticum. *Monte di Peſaro*, hodie.

Foce, Ægei maris inſula. Anton.

Focunates, populi in Alpibus, Pli. libro tertio capite 20. Falciniaci comitatus, quem vulgò, *le Foſſigni*, vel *Faucigny*, vocant ſub ditione Ducis Sabaudiæ, Pingonio & aliis eſt hodie.

Foliciana hęreſis, damnata in Synodo Francofordiæ, celebrata anno ſalutis 794. Æmilius li. 2.

Fœlicianus, conſul cum Titiano, anno ab vrbe 1089.

Fœlicitas, de ea quam Romani venerabantur, Auguſt. lib. de ciu. Dei.

Fœlix, XXV. Romanorum Epiſcopus, anno ſalutis 277.

Fœlix, XLVI. Romanorum Epiſcopus, anno ſalutis 484.

Fœlix, LII. Romanorum Epiſcopus, anno ſalutis 526.

Fœlix, Iudææ præfectus, Claudij Cęſaris libertus Pallantis frater, vxorem duxit primis nuptiis Druſillam Antonij triumuiri neptem, qua mortua alteris nuptiis duxit filiam regis Agrippæ, quæ & ipſa Druſilla vocabatur, cuius mentionem facit Beatus Lucas Actorum 24. Tertiis denique nuptiis, aliam quandam Heroinam duxit, vt indicat Suetonius, Trium reginarum maritum illum appellans. Ioſeph lib. 20. cap. 14. Tacit. libro 12. & 1. vocabatur M. Antonius Felix.

Fœlix, conſul cum Tauro, anno ab vrbe 1181.

Fœlix, conſul cum Secundino, anno ab vrbe 1265.

Folia, mulier Ariminenſis, veneficiis & maſcula libidine infamis. Horat. in Epodis.

Fons ſolis in Cyrenaica ſic dictus, quòd ſolis per cardines motus, calore & algore variatur. Diodorus, Arianus, Herodotus. Q. Curt. Ouid. libro 15. Metam.

Fontania, ſacra erant fontium, quæ fiebant coronatis pueris & fontibus. Varro & Feſtus.

Fonteia, Virgo Veſtalis M. Fonteij ſoror. Cic. in ratione pro Fonteio.

Fontes Aponi, Thermæ ſunt à veteribus celebratæ in agro Patauino, Venetorum ditionis hodie, *Bagni d'Abano*, vt Leander ſcribit.

Fontinalis, porta vrbis Romę ob propinquitatem ſcaturientium fontium, eadem Capena vocatur.

Forcus, tres filias habuit Gorgonas: Stennionem ſcilicet, Euryalem & Meduſam, quæ nimis locupletes fuerunt, ideò & Gorgones dicuntur, id eſt terræ cultrices.

Foretani, & Foretij, Italiæ Tranſpadani populi. Plin.

Foriculus,

Digitized by Google

Foriculus, deus putabatur qui foribus præeſ-ſet: ſicut Cardinea dea, quæ cardinibus, & Limentinus deus, qui limini: ridicula ethnicorum ſuperſtitione.

Formi, vrbs Campaniæ maritima, juxta Caietam, Læſtrigonum quondam ſede, à Lamo quodam Lacone, vt creditur, condita. Horat. lib. 3. Carm. Hæ primùm Hormiæ dictæ ſunt ſiue à frequentia bonitatéque τῶν ὅρμων, hoc eſt ſtationum, vt Feſto placet: ſiue ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, hoc eſt ab impetu Læſtrigonum, qui anthropophagi fuiſſe dicuntur.

Formio, Ptol. Iſtriæ fluuius, hodie *Riſano.*

Formoſus, CIX. Romanorum epiſcopus, anno ſalutis 892.

Fornacalia, feriæ farris torrendi gratia inſtitutæ, quibus ad fornacem in piſtrinis ſacrificiũ fieri ſolebat. Ouid lib. 2. Faſtorum, dicta à Fornace dea, in cuius honorem hæc erant inſtituta, & celebrabantur XII. Kal. Mart.

Fornax, dea farris torrendi: de qua Ouid. lib. 2. Faſtor.

Foroappi, Italiæ populi, ex Felerno agro, ſic cognominati. Plin. li. 3. c. 5.

Foroauguſtana, Hiſpaniæ citerioris ciuitas, alio nomine, Libiſoſonna dicta: cui jus Italiæ datum eſt. Plin. li. 3. c. 3.

Forobremitani, Vmbriæ populi. Plin.

Forodomiti, ſiue Forumdomiti. Aut in Gallia Narbonenſi eſt.

Foroiulienſes, Vmbriæ populi, quos Pli. *Concubienſes* cognominat.

Fortia Caſtra, in Tirolenſi comitatu, habet Lazius, ex libr. Notit. quod *Stertzengen*, interpretatur.

Fortuna, dea credita eſt antiquis. Iuuen.

Te facimus Fortuna deam, cœlóque locamus.

De Fortuna prolixè diſſerit. N. Comes, mythologiæ li. 4. c. 9.

Fortunatæ inſulæ, à fructuum vbertate, vel aëris bonitate, dictæ, contra Mauritaniæ finem ad Occidentem ſitæ ſunt. Quam quidem ad partem & Hiſpaniæ terminus concurrit. Strab. lib. 3. Fuerunt autem ſex numero Plin. lib. 4. quarum prima Ombrion: ſecunda Iunonia: tertia Iunonia minor: quarta Capraria: quinta Niuaria, à perpetua niue nebuloſa: ſexta Canaria, plena canibus ingentibus: nunc omnes Canariæ dictæ. Et recentioribus nominibus dicuntur hodie *Lanſarota, Fortuentura, Gran, Canarin, Tenariffa, Gomera, Fierro, Palma,* inuentæ ſunt anno 1405. Alias fortunatas inſulas Diodorus. Mela. Solinus nominant circa Rhodum, & in Hiſpania.

Fortunatus, præſul Pictauienſis qui geſta ſanctorum partim pedeſtri, partim ſoluta oratione conſcripſit.

Foruli, oppidum Sabinorum, ſaxoſo in loco ſitum: vnde ſit vt Strabo lib. 5. petram vocet ad rebellandum, quàm ad habitandum, aptiorem. Virg. libro 7.

Forum Allieni, Galliæ Ciſalpinæ vrbs, Tacit.

Forum Appij, ab Antonino inter tres tabernas & Terracinum ponitur. Leander tradit hodie hoſpitium tantum, *Maruti,* dictum extare.

Forum Aurelij, in via Aurelia: inter vrbem & Coſas. Antonin.

Forum Bibalorum, Ptol. Hiſpaniæ vrbs.

Forum Caſſij inter Vulſinium & Sutrium. Anton. Tuſciæ mediterranea vrbs eſt, hodie, *Vetralla* Leandro.

Forum Cellæ, inter Pyrganum & Grauiſcas. Antonin. Tuſciæ oppidum ad mare mediterraneum, Leandro, *Forcelle,* dictum.

Forum Claudij, Centronum ciuitas in Alpibus Ptol. hodie, *Tarentaſa.* Ducis Sabaudiæ.

Forum Claudij, Tuſcorum vrbs Ptolemæo & Plinio dicitur, *Tolfa noua,* Leandro.

Forum Cornelij, Galliæ Togatæ vrbs. Ptol. libro 3. c. 1. hodie, *Imola.*

Forum Cornelium, ciuitas in Flaminia, quæ & forum Syllæ forocornelienſis agri meminit Pli li. 3. c. 16.

Forum Decij, oppidum Sabinorum. Pli.

Forum Diuguntorum, vel Iutuntorum, Cenomanorum oppidum, Ptolem. *Crema,* Leandro, in Lombardia Tranſpadana ſitum.

Forum Egurrorum, Ptol. vrbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, hodie, *Medina del rio ſeco.*

Forum Flaminij in Vmbria eſt, teſte Plinio.

Forum Fuluij, quod Valentinum quoque dicitur Plinio, Longobardiæ Ciſpadanæ eſt oppidum, cui hodie, *Valenza,* nomen eſt.

Forum Gallorum, vicus nullo Vallo munitus, cujus Appian. Veget. & Cicero li. 10. in Epiſtol. meminit, in Flaminia ſitus eſt, nõ longè à Perticeto. hodie, *Caſtel Franco,* Leandro & Merulæ.

Forum Gallorum, Hiſpaniæ vrbs inter Cæſarauguſtam & Pyrenæos. Antonin.

Forum Iulium, Carnorum vrbs & Colonia. Ptolem. Fori Iulij regionis vrbs, hodie, *Ciuidad d'Auſtria.*

Forum Iulij, Galliæ Narbonenſis vrbs, non longè diſtans à Maſſilia, & Octauianorum colonia. Pomp. Mela lib. 6. Forum Iulium. Ptol. dicitur, Gall. *Freius.*

Forum Iulium, regio Italiæ, quæ quondam Iapidia dicebatur. Carnorum colonia. Ptolem. In ea ſunt Aquileia, Vtinum, Ciuidale & Tergeſtum. Nominis originem diuersè prodiderunt ſcriptores. Quidam id à Iulio Cæſare putant fluxiſſe. Blondus ab vrbe Foro Iulio denominari aſſerit: Aquilegienſem ab illius Metropoli vocatam monumenta literarum pro-

dunt, inquit Leander. Ad extremum, *Patriam*, dictam conſtat Veneris, quod nomen in hunc vſque diem quoque manet. Vulgò etiam, *Friuli*, appellatur. Situs regionis eſt hujuſmodi: incipit à planitie mari appoſita, móxque paulatim creſſcens primum in colles, tandem in montes altiſſimos euehitur, qui propemodum vndique fines adeò claudunt, vt hæc planities montium jugis vallata tanquam muro Theatrum videatur: faucibus autem vnis pateat, per quas, vti porta, Sontij fluminis traiectu ab Taruiſio aditur. Cæteros terminos Alpes vndique premunt, ideò niſi per maritimos portus, aut conualles montium ſeu ipſos vertices acceſſum præbet. Portus habet in ora quam plurimos. Sunt in hac regione Campi lati & irrigui, maximéque fertiles: abundabat etiam vitibus generoſiſſimi ſucci: quarum vinum Plinius in vinorum cenſura primo loco celebrat, Pucinúmque vocat, à loco. Plura apud Leandrum in deſcriptione Italiæ, Blondum & I. Candidum in Aquilegienſium hiſtoria, huius incolæ Tranſpadani dicuntur.

Foroiulienſes, & Foroflaminienſes, populi. Plin. libro 3. cap. 14.

Forum Licini, Inſubrum oppidum. Plin. *Pieue d'Incino*. Leandro. Niger autem, *Lignano*, appellat.

Forum, Ligneum, in Pirenæis montibus oppidum Antonin.

Forum Limicorum, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs. Ptolem. *Lima*, Floriano, Portugalliæ oppidum.

Forum Liuij inter Cæſænam & Fauentiam ponitur ab Antonino, *Forli*, Leandro.

Forum Liuij, Galliæ Togatæ vrbs. Ptol.

Forum Liuium, ciuitas in Æmilia, nobilis Galli poetæ ortu.

Forum Neronis, Galliæ Narbonenſis vrbs in Mimenis. Ptol.

Forum nouum, ſeu forum Nouanorum, Sabinorum vrbs. Plin.

Forum Popilij, Plin. Flaminiæ in Italia vrbs. *Forlimpopoli*, Leandro.

Forum Seguſianorum, oppidum Galliæ Lugdunenſis. Ptolem. *Feurs en Foreſts*, quibuſdam, alijs *Bourg en Breſſe*.

Forum Sempronij, Vmbrorum ciuitas. Ptol.

Forum Tiberij, Heluetiorum ciuitas in Gallia juxta Rhenum, Ptol. Schudo, *Zurzach*, alijs *Zurich*.

Forum Traiani, in Sarcinia vrbs. Anton.

Forum Truentinorum, Plinio, Italiæ vrbs in Gallia Ciſalpina, *Brentinore*. Leandro.

Forum Vibij, Hiſpaniæ Tranſpadanæ vrbs. Plin.

Forum Voconij, vel Vocontij, Galliæ Narbonenſis oppidum, Plinio & Antonino, *Chamberi*, Sabaudiæ caput, Pineto. *Freius*, Caſtillioneo. Aliud eſt oppidum Varrerio, inter *Chambery*, & *Freius*, vt Ortelius refert.

Forum Vulcani, Strabo Campi Phlegrai, Solin. Campi Laboriæ. Plin. in Campaura. Leander ſcribit hodie, *Solfataria*, vulgò nuncupari.

Foſi, Tacito ſunt Germaniæ populi, Cheruſcis contermini: Tractus Friſiæ Occidentalis, quem Althamerus, *Dietmarſiam*, eſſe putat.

Foſſa Canopica, qua nauigatur Alexandria Canopum. Strabo. & Steph.

Foſſa Cimbrica, in Phrygia eſt quam nullam volucrem ſuperuolare poſſe ſcribit Antigonus in Mirabilibus.

Foſſa Clœlia, de qua Liu. libro 1.

Foſſa Corbulonis, ad XXII. M paſſuum producta, à Rheno ad Moſam, Tacit. hodie, *Leck*, Hollandiæ fluuius, qui ex Rheno paulò ſuprà oppidum, *Vuick*, deſcendit, exoneràtque ſe in Moſam ad pagum, *Cimpren*, ſpatio illo, quem Tacitus deſcribit. Ortelius.

Foſſæ Druſianæ, à Druſo nouo & immenſo opere factæ trans Rhenum, Suet. in Claudio, hodie, *de Yſſel*, Ortelio.

Foſſæ, inſulæ inter Sardiniam & Corſicam. Plin.

Foſſæ Marianæ, Ptolem. Galliæ Narbonenſis vrbs ad alterum ex Rhodani oſtijs ſita, ita dicta à foſſa propinqua, quam Marius ex Rhodano duxit in vicinum lacum. Stabo libro 4. Gallicè *Aigues mortes*.

Foſſæ Neronis, Tacitum Sueton. quam à lacu Auerno, vel (vt Plinius ait) à Baiano hoſtium vſque nauigabile effodere nixus fuerat, manent veſtigia ſpei irritæ.

Foſſæ Papirianæ, Tuſcorum ciuitas. Ptol.

Fordicidia, vt inquit Varro, feſta erant apud Roman. dicta à Fordis bobus, vel à Fordis cædendis, quæ celebrabantur ad XVII. Calend. Mart.

F R

Francfordia, ciuitas in Marchia Brandeburgenſi, ſitu excellit: ab ortu enim interlabitur Vadius ſeu Odera fluuius, piſcium copia nobilis: à tribus cæteris plagis ſunt vineta innumera. Condita eſt anno 1253. Publicum Gymnaſium habet inſtitutum anno 1506. Munſter.

Franci, ſiuè Francones, Germaniæ populi, qui à Meridie Sueuos & Bauaros habent, ab occaſu Rhenum, ab ortu Bohemos. Alluitur regio flumine Megaro. Ptol. Menio vocato. Cicero in Epiſtola ad Atticum libro 4.

Franci, vnde originem traxerunt, vbi primùm habitarunt, cur ita dicti, cúrque Salici vocari, vide apud Munſt. libro 2. cap. 3. Coſm.

Franci, Germanica gens, circa Friſiæ & Hollandiæ paludes quondam habitaſſe apparet ex Pro-

Digitized by Google

Protocopio, Eutropio, Ammiano & aliis *Francker* Friſiæ vrbem, hodie nomen & locum vetuſtum conſeruare putat Ortelius.

Francia, Regio Germaniæ inter Haſſiam & Sueuiam. Vide Franconia.

Francia, Gallia nũc dicitur. Vide Gallia. Francia autem Occidentalis regnum eſt, cis citráque Sequanam & Ligerim fluuios, quæ prouincia priùs dicebatur Gaudina: ſed à Carolo Marcello, Caroli Magni auo, Francia vel Francigena eſt Latinè appellata, in lingua verò Teutonica, vnde idem Carolus erat oriundus, vocauit eam nomine ſuo, Carlinguam.

Franciſcus Accurſius, Iuriſconſultus Florentiæ natus, Ius ciuile Bononiæ, anno à Chriſto nato 1225. cum ingenij atque induſtriæ laude profeſſus eſt. Vide plura de eo apud Hotomannum.

Franciſcus, Gallorum rex, anno ſalutis 1515.

Franciſcus Petrarcha, poëta nobilis Romæ circa annum ſalutis 1339.

Franciſcus Gatelluſius, vir fortiſſimus, cuius opera Carolus Ioannes Conſtantin. Imperator in patriam rediit, cuíque imperator ipſe Leſbum inſulam dono dedit. Blond.

Franciſcus de Vico, vrbis præfectus, Viterbium Pontifici proditione abſtulit, anno ſalutis 1392. Blond. Plat.

Franciſcus Sforcia, Mediolani regulus, Venetos iuxta Garanizium vicit cepitque, quibus mox reconciliatus eſt.

Franconia, Orientalis Germaniæ ſuperioris regio, partim plana, & partim montoſa: montes ipſi haud difficiles, ager non admodum pinguis, nam plerunq; arenoſus eſt. Multis in locis conſiti colles vineis, gratum producunt vinum maximè verò apud Herbipolim, vulgò *VVirtzburg*, multæ ſyluæ & multa venatio eſt. Terra in multos partita domos, quamuis Epiſcopum Herbipolenſem ducem Franconiæ dicant. Moguntina Eccleſia & Bambergenſis plurima obtinent loca. Palatinus quoque comes haud paruam occupat partem. Marchiones & Comites in ea ſunt. Multæ præterea ciuitates Imperiales apud Francones florent. vulgò *Frankinlant*.

Francofordia ſeu Francfurtum, vltima eſt in Francia Orientali ciuitas, aut potiùs in extremitate eius ad Mœnum fluuium ſita, nobiliſſimum totius Germaniæ emporium. Ibi Romanorum Cæſar, ab Imperij Septemuiris eligitur. Quidam Helenopolim vocant. Huic vrbi lapideo elegantíque ponte haud vulgaris magnificentiæ oppidum, Saxenhauſen, id eſt, Saxonum domus conjungitur, & ipſum propugnaculis, mœnibus, vallo & foſſis ad defenſionem idoneis egregiè circumdatum, vulgò *Francfort*.

Francus, Hectoris filius, Celtis imperauit poſt dirutam Troam.

Franita, aliàs, Fabricius, Coſ. cum Vicentio, anno ab vrbe 1154.

Frateria vel Phrateria, Daciæ vrbs. Ptol.

Frauertium, Italiæ oppidum, ab Hydrunte non longè diſtans. Plin. 3. c. 11.

Fraxinetum, oppidum à Saracenis occupatum, anno ſalutis 891. Luith. li. 1. c. 1.

Fredericus Ænobardus, Imperator, qui ad expeditionem Hieroſolymitanam profectus, quũ aliquot Armeniæ oppida iam cepiſſet, in amnis tranſitu periit.

Fregella, Stephano vrbs Italiæ, quæ olim Opicorum erat, deinde Volſcorum facta eſt, olim clariſſima. inter Formias & Sinueſſam ſita, non procul à Lyri amne, quem nunc Garilianum vocamus. Cuius etiam hodie non obſcura extant veſtigia, ex quibus facilè poteſt æſtimari, quanta olim fuerit eius vrbis amplitudo. Hæc cùm à Romanis defeciſſet, diruta fuit: & ad vicum iam vſque à Strabonis tempore redacta. Silius lib. 8. Eadem dicitur Fregellæ multitudinis numero, à qua Fregeliani populi, Plinio lib. 3. c. 5. & Fregellana vitis, Columel. lib. 3. c. 2.

Fregellæ, quæ nunc vicus eſt, inquit Strab. olim vrbs nobilis ad Lirin. Liu 26. Fregellani vocantur. in Latio ſunt.

Fregellanus proditor. Cic. li. 5. de Finib. Quis (inquit) Fregellanum proditorem, quanquam Reip. noſtræ profuit, non odit?

Fregenæ, Hetruriæ oppidum in tractu Vmbriæ. Plin. lib. 3. c. 5.

Freginates, Italiæ populi. Plin. lib. 3. c. 5.

Frentani, Italiæ populi, Daunis & Picentibus vicini. Alij à Ferentinis qui in Tuſcia ſunt, & Ferentinatibus qui Latium habitarunt, de quib. diſputat Hermolaus li. 3. c. 5. Plin. illorum regio Frentana dicitur.

Friburgum, ciuitas apud Nuitones ſita, vulgò *Nuchiland*, à Berctholdo principe Zeringenſe ædificata mirabilem ſitum obtinet: partim enim impoſita eſt monti præcipitibus petris ſuffulto, partim iacet in valle accliuis montibus clauſa, circumfluitque montem in imo per deſidentem ciuitatem amnis quidam mediocris magnitudinis. In perpetuam fœderis Heluetici ſocietatem recepta eſt anno 48. vulgò *Fribourg*. Aliud eſt Friburgum Briſgoiæ, ſub ditione Archiducis Auſtrij, oppidum circa Baſileam.

Fridericus I. Sueuus, dictus Ænobarbus, Romanorum Imperator, circa annum ſalutis 1153.

Fridericus II. Romanorum Imperator, anno ſalutis 1212.

Fridericus III. Auſtriæ dux, Romanorum imperator anno ſalutis 1440.

Fridericus Arrago, Siciliæ rex, Calabriam ſub-

Digitized by Google

egit. Blond.lib.9. Æmil.8.

Fridigernus Gotthorum rex, anno ab vrbe 1128.

Fridolinus, dudum quendam mortuum, rediuiuum foro publico, in teſtimonium cuiuſdam litis pendentis, adduxiſſe, ſtatuiſſeque perhibetur, Munſt.lib.3. Coſm.

Frigidus, fluuius inter Aquileam & Longaticum. Antonin. hodie *VVipach.*

Frigidus, Tuſciæ fluuius, in Agro Aretino hodie *Freddo*. Tibullus.

Dulcius vrbe quid eſt? an villa ſit apta puellis,
Atque Aretino frigidus amnis agro?

Friſiabones. Plin.li.4.cap.15. Rhenani populi inter Helium, & Fleuum eius oſtia ſtrati. Hollandos Septentrionales quidam, alij Zelandos eſſe putant.

Friſij, populi protinus vltra Rhenum Oceano oppoſiti, vt Ptol. ait, Chaucis ſucceſſere: iidem qui Friſones.

Friſij, veteribus fuerũt, qui littora Germaniæ æquilunaria tenent, vna gens, vnis moribus, longo licèt interuallo diſtans per Germanica littora. Ab Hollandia enim in Occiduum ſumpto initio Orientem verſus, per Gelriam, Iſalam Rheni oſtium, diœceſes Traiectenſem. Monaſterienſem, & Bremenſem ad Ibim fluuium vſque pertingit. Deinde ex latere Holſatiæ in Daniam, quæ & Cimbrica Cherſoneſus, ſe flectit, intercisa aliquando paludibus, (quas immerſos lacus vocat Tacitus) aliquando maris ſinubus. In horum finib. Amiſia iuxta Emdem, in Oceanum effunditur, Iadera amnis, cuius Ptolemæus meminit, qui Iada vulgò appellatur. Friſios Iambit, à quo adjacens ora *Budiagen* dicitur. At Vidrus inter Buſactores, nunc Weſtphali dicuntur, & Friſios fluens, & in mare inter Rhenum & Amiſiam egrediens *Nigra* inde dicitur. Hodie non tam latè patet eorum nomen, diuidunturq; Amiſia fluuio in Occidentales & Orientales. Occidentalis Friſiæ nomen quaſi proprium ſibi antiquiſſimo iure vindicauit, cæteriſq; ſemper præſtantior eſt habita: patetq; ab Iſalæ ſeu extremo Rheni oſtio ad Amiſiam vſq; fluuium, & Oſtergoam Weſtergoam ſeptem ſyluas, Grœningam anclytam vrbem, cum circumjacenti territorio complectens pecore paſcuiſq; exuberans, pagis ac ædificiis pluſquam vlla alia regio eſt exculta, cui Tranſiſalana cum Drenta Truentaq; iungitur. Quæ omnes ſunt ſub dominio hæreditario ducum Burgundiæ. Orientalis Friſia, etſi olim Hollandiæ Comites dominos agnouit, hodie tamen proprio Comite gaudet. Plura lege apud Lud. Guicciardinum in deſcriptione Germaniæ inferioris.

Friſinga ciuitas epiſcopalis Bauariæ in colle ſita quam præterfluit Moſacus amnis, qui haud procul hinc Iſaræ fluuio miſcetur.

Fro & Thor ſunt nomina deorum in hiſtoria Saxonis grammatici.

Fronto, Philoſophiæ ſimul & dicendi præceptor M. Antonini principis, adeò ab illo dilectus, vt ille ſtatuam ei à ſenatu ſtatui peteret. Capitol.

Frons Africæ, Pompo. Melæ, promontorium. quod hodie *Cabo verde*, i. caput viride à nautis appellatur. Frons Hiſpaniæ. Plin. littus eius occidentale. Frons Italiæ, eſt apud Plinium & Solinum, vbi magna Græcia, cui fronti duo cornua addunt, Lacinium nempe & Leucopetram.

Frumentius, in India interiori ſacrum prædicauit euangelium, qui ab Athanaſio ob id inſtitutus fuit Epiſcopus. Totam hanc hiſtoriam lege apud Sozomen. li.2.c.25. & Socratem li.1. c. 15. proximè & eleganter ſcriptam.

Fruſino, ciuitas Campaniæ Falerno agro vicina, cuius incolæ Fruſinates dicuntur. Plin.3. c.5. Iuuenal. Satyr.3.

——optima Sora
Aut Fabratoria domus, aut Fruſinone paratur.

Ptolemæo eſt Fruſinum.

Frutinal, dictum eſt templum Veneris Frutæ. Sipontinus.

Fruxinum, ſcribit olim appellatum. B. Rhenanus, illud Bauariæ ducatus oppidum, quod hodie Epiſcopali ſede fulget & Frieſingem vocatur.

F V

Fucinus, lacus Italiæ in Marſorum regione. Niger ſcribit hodie, Lago di Mario ab oppido illi vicino ſic appellato vocari.

Fugalia, feſta fuerunt Romæ in memoriam exactorum regum liberatæ, quæ Reip. inſtituta, alio nomine Regifugia dicta, ſolita celebrari menſe Februario poſt Terminalia. August. li. de Ciu. Dei.

Fulco, Andegauenſium princeps, quintus rex Hieroſolymorum, equo in caput euerſo occubuit. Volater.

Fulda, metropolis & primaria ciuitas eius in Germania regionis quam olim Bucconiam, alij Bucconiæ ſyluam, ſeu ſolitudinem appellarunt: quæ inter Thuringiam, Franconiam, Vuederangiam & Haſſiam ſita eſt. A flumine Fulda præterlabente nomen accepit, vulgò, *Fulden*.

Fulginates populi Vmbriæ in Italia. Plin. li.3. c.14 hodie *Fulgine*, Leandro.

Fulſinates, populi Illyrici. Plin. lib. *quarto* cap.21.

Fulſinium Catoni, Fulcinium Appian. Fulginia habet Sil. Italicus libro 9. Vmbriæ vrbs eſt quam Leand. Fuligno vocari tradit.

Fuluius Flaccus, Cenſor, tectum marmoreum Iunonis Laciniæ ſpoliauit, vt ædem, quam dedi-

Digitized by Google

dedicauerat equeſtri Fortunæ, tegeret. Liuius libro 42.

Fuluius, Conſ. cum Aſtratino, anno ab vrbe 841.

Fuluius Senator Romanus, Octauij imper. intimus amicus ac familiaris, qui cùm imperatoris arcanum ſuæ aperuiſſet vxori, ac illa cæteris patefeciſſet matronis, imperator eum tam acriter reprehendit, & culpauit, vt ipſe & vxor ſibi violentas attulerint manus. Plutarch. lege Fabius.

Funda, quæ Fundi, oppidum Italiæ propè Caietam quod intercidit. Hodie ſolum paluſtre ibi, ita tamen vt ædificiorum veſtigia ruinæque cernantur, iuxta quod lacus eſt Fundatus. Plin. libro 5. cap. 5. Inde generoſa vina Fundana ſcriptoribus commendata. hodie, *Lago de fundi*, Leandro.

Fundi, in Latio ad viam Appiam, Straboni, Ptol. & Melæ, apud Frontinum Colonia Romana eſt, *fundi*, Leandro Fundanos montes habet Tacitus.

Furiæ, Noctis, Acherontiſque filiæ fuiſſe memorantur, Alecto, Tyſiphone & Megæra. Fictum eſt à poetis infera loca Furias habitare, ſed tormenta ſceleſtæ mentis eſſe veteres voluerunt. Cicer. pro Roſc. Amerino. Tres etiam Furiæ ſignificant tres animi affectus, qui homines in omnia facinora præcipites agunt, quorum Ira vltionem deſiderat, Cupiditas Opes, Libido voluptates. Euripides in Oreſte. Eædem Diræ in cœlo, Eumenides ad inferos, Furiæ in terris dicuntur. Cicero libro tertio de Natura deorum.

Fur. Camil. Aruntius Scribonius, conſul cum Cneo Domitio Ænobarbo, anno ab vrbe 784.

Furina, dea furum. Secundum Etruſcos tamen dea ſortium ad dirimendas lites.

Furinæ lucus, vbi C. Gracchus interfectus eſt. Cicero, Plutarch.

Furnalia, vel Furinalia, ſacra Furinæ, quam deam dicebant. Feſt.

Furnus, Cos. cum Domitiano Aug. anno ab vrbe 837.

Fuſcianus, Cos. cum Syllano Aug. anno ab vrbe 940.

Fuſcus, Cos. cum Dextro, anno ab vrbe 977.

Fuſidius, orator. Cic. in Bruto.

Fuſidius, fœnerator. Horat.

Fuſidius vappa famam timet, &c.

Fuſius, orator. Cicero lib. 2. de Orat. Fuſius (inquit) neruos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, non abſequitur oris prauitatem & verborum latitudinem imitatur, &c.

Fut, fluuius in Mauritania, non longè ab Atlante monte, de quo Plin. lib. 5. c. 1. in deſcriptione Mauritaniæ.

F Y

Fyternus, Ptol. Frentanorum fluuius. Typhernus aliis.

G A

GAal, filius Obed. Iudic. 2. Lat. abiectio ſiue abominatio.

Gaana, Cauæ Syriæ vrbs. Pt. Sinna, Straboni, vt Simlero placet.

Gaas, mons iuxta Thamnathſare, in cuius Septentrionali parte ſepultus eſt Ioſue filius Naue Ioſ. 24. Iud. 2. Lat. tempeſtas, vel commotio.

Gaba ciuitas quæ & Gabaa videtur. Iſa. 10. Lat. collis, ſiue calix.

Gabaa, ciuitas tribu Iudæ, Ioſ. 15. 2. Reg. 11. quam ædificauit Aſa rex Iuda, 3. Reg. 15. 4. Reg. 23. 1. Par. 2. Par. 16. Eadem eſt ciuitas quæ Gaba.

Gabala, Syriæ Cauæ oppidum. Ptol. lib. 5. c. 15. quod *Gibel*, à Volaterrano & *Margad*, à Nigro interpretatur: Item Phœniciç & Arabiæ vrbs. Steph.

Gabea, Syriæ vrbs.

Gabaath, oppidum in tribu Beniamin. Iſa. 10. Ioſue 18. 2. Reg. 23. collis, aut calix, ſiue excelſa hora.

Gabae, ciuitas tribus Beniamin, Ioſ. 1. quæ Gabee dicitur. Ioſ. 15. Lat. collis aut calix.

Gabalæca, Vardulorũ in Hiſpania vrbs. Ptol.

Gabale, Mediæ vrbs. Ptolem.

Gabal Hebræis: hodie autem Volaterrano Gabel dicitur. Steph. Gaballa, Phœniciæ aut Syriæ vrbs.

Gabales, Aquitanicæ Galliæ populi. Plin. lib. 4. cap. 19. apud quos olim fiebat optimus caſeus. *Lodeſue*, quibuſdam.

Gabalum, oppidum Aruernorum in Gallia Aquitanica Narbonenſi terræ proximum. Hinc Gabalici. *Le Giuauldan*, nonnullis.

Gabalus, Romanus imperator, qui ſe Solem dici voluit: quare Heliogabalus dictus eſt.

Gabaon, Metropolis, Heuæorum, ab Ieroſolymis 2. ſtadiis diſtans. Ioſ. 18. Ierem. 1. Hæc è tribu Beniamin, filiis Aaron eſt adſcripta. Ioſ. 21. nunc (vt ait Hieronymus) oſtenditur villa eodem nomine in quarto milliario à Bethele contra Occidentalem plagam, iuxta Rama, vbi Salomõ, oblatis victimis, diuinũ meruit oraculũ. Lat. collis, vel calix, aut dorſum, vel eleuatio iniquitatis.

Gabaonitæ, Gabaon habitantes.

Gabbatha, græcè dicitur, λιθόστρωτος, i. lapidibus ſtratus. Erat autem locus editior, vel ſtratum lapideum eminens Ieroſolymis, iudicio accommodatum. Ioan. 19. 13.

Gabathon, i. dorſum, vel eleuatio eius, aut pal-

gebræ eius, ſiue excelſumdonum. ciuitas in tribuDan. Ioſ. 21. quæ in 19. dicitur Gebbethon.

gabaopolis, oppidum Galilææ, Steph. Ioſeph. Antiq. libro 6.

gabba, vrbs Syriæ: cuius Gentile, Gabenus. Steph.

gabee, ciuitas in tribu Beniamin, Ioſ. 1.8. Paralipomenon ſexto, quæ Gabae dicitur, Ioſ. 22. Lat. collis, aut calix.

gabellus, nomen viri, Tob. 1. 17.

gabellus, Lombardiæ Ciſpadanæ fluuius. Plin.

gabene, Perſiæ regio. Diodor.

gabeni, Syriæ populi. Plin.

gaber, i. vir, aut uirilis, vel fortis, aut Syriacè, gallus gallinaceus, filius Vri 3. Reg 4.

gaberius, eques Romanus prouentu caprarum ditari volens graue damnum ſenſit. Varro rei ruſt. libro 2. c. 3.

gabienſis ager, non procul ab vrbe Roma, iugera fermè ducenta latus, tremuit equitantium curſu, Plin. libro 2. 94.

gabienus, fortiſſimus Cæſaris Auguſti claſſiarius à Sext. Pompeio captus, eiuſdem iuſſu inciſa ceruice iacuit in littore tota die. Deinde quum aduesperaſſet, periit vt Pompeius ad ſe veniret, aut aliquem ex charis mitteret, ſe enim ab inferis remiſſum habere quod nuntiaret. Miſit plures Pompeius ex amicis, quibus Gabienus dixit, Inferis Diis placere Pompeij cauſſas & partes pias: proinde euentum futurum quem optaret: hoc ſe nuntiare iuſſum argumentum fore veritatis, quod peractis mandatis, protinus expiraturus eſſet, idque ita euenit. Plin. lib. 7. c. 1.

gabij, Volſcorum vrbs, LXX. millibus paſſuum ab vrbe diſtans, à Galacto & Bio fratrib. Siculis condita, fraude autem Sexti Tarquinij Superbi filij in Romanorum ditionem redacta. Liu. lib. 1. Virg. lib. 6. vrbis huius originem ad reges refert Albanorum: quibus enumeratis, ſic ſubdit.

Hi tibi Nomentum, & Gabios vrbémque Fidenam:
Hi Collatinas imponent montibus arces.

Hinc Gabinus, na, num: vt Iuno Gabina, apud Virg. 7. Æneid.

gabim, i. ciſternæ, aut locuſtæ, ſiue altitudine, ciuitas Iſa. 10.

gabina Iuno, à Gabinis culta regioſiſſimè vt apud Virg. 7. Æneid.

— Quique arua Gabinæ
Iunonis, gelidúmque Anienem & roſida riuis
Hernica ſaxa colunt.

A Gabinius Romanus, vir Conſularis, qui cùm Syriæ præeſſet, Ptol. Ægypti regem in regnum reduxit, quo nomine damnatus eſt.

gabinius, hiſtoricus Romanus citatur à Strabone lib. 17. In hæc verba, ſed nec Gabinius Romanarum rerum ſcriptor, in deſcribenda Mauritania fabulis prodigioſis abſtinet. Scribit enim apud Lingen Antæi ſepulturam eſſe, & compagem oſſium cadaueris abſumpti cubitorum ſexaginta, námque à Sertorio detectam & iterum humatam. Addit etiam de elephantis fabuloſa quædam, &c. quæ ibi videantur.

gabinus presbyter, ciuis Rom. iuſſu Diocletiani Imp. in carcerem coniectus eſt. ibique extinctus, quòd Chriſtianam profiteretur religionem. Frater fuit Carij Pontificis, pater Suſannæ virginis & martyris, quæ nuptias filij Diocletiani reſpuit. Volat.

gabrantonicorum portus ſalutaris, Albionis inſulæ. Ptol. *Suerby* Camdeno.

gabri, Sarmatiæ Aſiaticæ gens. Plin.

gabriel, id eſt, vir Deus vel Dei, aut fortitudo Dei, vel fortis meus Deus, nomen Angeli, Dan. 8. Luc. 1.

gabriel Brixienſis, Cardinalis presbyter, qui mirari ſolebat ſe annos XXX. nulli mortalium ſuccenſuiſſe.

gabris, Mediæ duo oppida diuerſa Ptolem.

gabrita, Germaniæ ſilua. Ptol. hodie, *Freiſtetter vvalde.*

gad, Palæſtinæ vrbem habet Beniamin, quam ſuo tempore Niphas dici ſcribit.

gad, filius Iacob ſeptimus, ex Zepha ancilla Liæ vxoris eius, Geneſ. 30. 1. Par. 5. Nomen item Prophetæ, 1 Reg. 22 Lat. felix, vel accinctus.

gadalaiphus, aliàs Dagalaiphus, Cos. cum Gratiano, anno ab vrbe 1119.

gadanus, vir auſterus, qui apud Iordanem magna conſenuit abſtinentia, ſub dio degens, & nullo opertus tecto.

gadara, vrbs cauæ Syriæ, quæ & Antiochia & Seleucia vocata eſt: inde Gentilia, Gadareus, & gadaris, de fœmina ac de regione.

gadara, vrbs eſt Palæſtinæ: vnde Gentile, Gadarenus. Steph.

gadareus ſophiſta, qui prius more mendicorum peregrinabatur. Maximiani beneficio Conſulatum adeptus eſt.

gaddel, nomen viri 1. Eſd. 2. Lat. magnus ſiue magnitudo, aut fimbria.

gadder, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 12. quæ Ioſ. 35. dicitur Gedera, & à Stephano, Antiochia, item & Seleucia Lat. murus, ſiue maceria, vel ſepes.

gadi, filius Suſi, princeps tribus Ioſeph. Num. 13. Nomen loci, 1. Par. 12. qui & Gadai dici videtur. Lat. hœdus, ſiue fœlix, aut accinctus, vel Syriacè, inciſus.

gaddis, filius Mathatiæ 1. Macch. 2.

gadditæ, viri de tribu Gad. Ioſ. 1.

gaderes, ciuitas Syriç non longè ab Aſcalone, ex qua Theo Rhetoricæ præceptor, qui Strab. ætate floruit. Gadareus dictus eſt.

gaderoth, vrbs in tribu Iuda, 2. Paral. 28. Lat.

muri,

by Google

muri vel materiæ, aut ſepes.

gaderothites, idem 5. Par. 12.

gades, dium, duæ inſulæ. Plin. lib. 4. c. 22. vltra finem Bœticæ prouinciæ, & in extremo noſtri orbis, verſus Occidentem, extra freti anguſtias, quibus Africa ab Europa dirimitur. Harum maior Erythia Pomponio dicitur, à Tyriis ab Erythræo mari oriundis, qui in hac inſula vrbem condiderunt. Vnde Lucanus Cades Tyrias appellat. Diſtat à Calpe, Straboni, ſeptingentorum quinquaginta ſtadiorum interuallo, parua quidem inſula, ſed virorum dignitate excellens. In qua equeſtris ordinis Gaditanos quingentos in vno cenſu numeratos aliquando fuiſſe compertum eſt. Inſula hæc vbi continenti eſt proxima, interluitur freto D. C. C. non amplius pedum. Huic adiacet altera, inſula minor, & ipſa Gadis appellata, vnius tantùm ſtadij. Euripo interlabente ab altera dirempta, in qua tanta eſt pabuli lætitia, vt pecudum ibi paſcentium lac ſerum non efficiat, neque ex eo caſeus fieri poſſit: niſi multa admiſſa aqua. Quin illud etiam traditur, paſcentes in hac inſula pecudes, niſi ſubinde ſanguinem exhaurias, intra triginta dies, pinguedine ſuffocari, quæ res poetis occaſionem videtur miniſtraſſe eorum, quæ de Geryonis armentis fabulati ſunt. Strabo lib. 3. Declinatur autem hoc nomen in vtroque numero. Dicimus enim Gadis in numero ſingulari pro alterutra harum inſularum, vel in plurali numero Gades. Plin. lib. 4. cap. 22. Gadis longa eſt. XII. M. lata III. M. paſſuum. Inde Gaditanus, vt mare Gaditanum, & Gaditanæ puellæ, quæ agilitatis laſciuiæque nomine olim in pretio fuerunt.

gades, nunc Calix Hiſpaniæ Bæticæ, ſeu Gaditæ inſulæ oppidum, quod Cicero in oratione pro L. Corn. Balbo, quia Herculeo freto vicinum, itinerum ac laborum Herculis terminum vocat, & à L. Marineo Siculo Bæticæ prouinciæ initium ſtatuitur. Vide Strab. lib. 3.

galgad, locus in quo aliquando caſtrametati ſunt filij Iſrael. Num. 33. Lat. fecilitas felicitatis, aut accinctus exercitus.

gadira vrbs, quæ priùs Cotinuſa dicta fuit. Steph.

gadi, pater Menahem, 4. Reg. 15. Eſt & nomen loci 2. Reg. 23. qui & Gaddi dici videtur. Lat. hœdus, ſiue fœlix, aut accinctus, aut Syriacè, inciſus.

gadis, vrbs opulenta in Gadibus, quæ antea Cotinuſa & Tarteſſos dicebatur. Rufus Auienus in deſcriptione orbis. Hermolaus Gadiruta legit apud Plin. lib. 4.

gadira, locus iuxta Hiſpaniam extremam, ad quem profectus Hercules, & pertranſire non valens columnas ab incolis ſumptas infixit,

gaditanus Oceanus. Plin. hodie *Golfo de las Yeguas.*

gaditanus portus in Bætica, circa Gades, Anton.

gaditanus ſinus, hodie, *Baia de Caliz.*

gador, locus 1. Paral. 4. Eadem videtur eſſe vrbs quæ & Gedor. Lat. murus, ſiue materia, vel ſepes.

gadullius Gallicanus citatur Nonio in voce Canalis.

gaius, ſub Zephyrino Romanæ vrbis epiſcopo, & ſub Antonino Seueri filio, diſputationem aduerſus Proculum, Montani ſectatorem habuit, arguens eum temeritatis, eo quod nouam Prophetiam defenderet.

gæa, ciuitas Arabiæ fœlicis. Ptol. & inſula in Syrti maiori Eidem.

gæon, à Ioſepho dicitur Nilus. Rectiùs ſcripſeris Gion.

gæſati, pop. ad Rhodanum habitantes, qui vnà cum Senonibus Romam cœperunt. Plutarch. Strabo.

gætulia, regio Libyæ interioris, Garamantibus finitima, cuius incolæ Getuli appellantur.

gagaſmira, Indiæ intra Gangem vrbs.

gagates, fluuius in Sicilia & Lapides in eo primùm reperti huius nominis.

gage, in Lycia oppidum, ab amne Gage vbi & Gagates lapis inuenitur. Dioſco.

gaham, filius Nachor ex Roma concubina, Geneſ. 22. Lat. educens eos, ſiue exitus eorum, aut exitus caloris.

gaher, nomen viri, Eſd. 2. Lat. exitus caloris, vel iræ.

gainas, Scytha tyrannus, Ariana labe fœdatus: De quo hunc in modum ſcribit Sozomenus lib. 10. cap. 6. hiſt. tripart. Cùm Gainas adipiſci deſideraret imperium, qui pridem de ſua fide apud beatam martyrem Euphemiam in Chalcedone imperatori Arcadio promiſiſſet, diuerſa conſilia reuolebat, & in ſua intentione ſemper inſtabat: Cúmque per diem nihil in vrbe Conſtantinopolitana agere potuiſſet, machinatus eſt, vt noctu barbaros mitteret, qui palatium concremarent. Tunc verò apertè monſtratum eſt, quomodo Deus cuſtodiat ciuitatem. Miſſis enim ab eo barbaris ad incendium atque prædas, Angelorum turba apparuit armatorum ingentia corpora habentium. Illi verò putantes eſſe milites abſceſſerunt. Cumque hoc Gainæ fuiſſet nunciatum, incredibile viſum. Nouerat enim omnem exercitum per ciuitates conſtitutum. Quapropter denuò ſequenti nocte alios deſtinauit. Cúmque idem ei renunciatum fuiſſet (denuò enim Angeli eandem viſionem barbaris oſtendebant) nouiſſimè ipſe egreſſus cum multitudine, miraculi ſumpſit experimentum, arbitratus re vera, quod per diem quidem late-

ret, noctu verò pro eius custodia poneretur. Et ita cùm intra vrbem nihil poſſet implere, egreſſus in Thraciam, apertè hoſtilem monſtrauit intentionem. Hæc Sozomenus. Euſeb. lib. 5. cap. 32. hiſt. Eccleſ.

Gaius, vi. Hieroſolymorum epiſcopus, anno ſalutis 155.

Gaius, xxvi. Romanorum epiſcopus, anno ſalutis 283.

Galaad, filius Machir, filij Manaſſe, filij Ioſeph Num. 26. Pater Iara, patris Hari, 1. Paral. 5. Lat. aceruus teſtimonij.

Galaad, regio Galilææ ad Orientem vltra Iordanem. Geneſ. 32. vbi & dimidia tribus Manaſſes accepit poſſeſſionem cum tribubus Ruben. & Gad. Num. 32. Deut. 2. Ioſ. 3. Eſt autem ad tergum Phœnices & Arabiæ collibus Libani copulata: extenditur per deſertum ad regionem Amorrhæorum, vbi Sehon regnauit. Pſalm. 60. & 108.

Galaaditæ idem plur. n. Num. 26.

Galaaditis, idem 1. Macch. 5.

Galabrij: Dardanica gens circa Thraciam. Strabo.

Galactophagi, Scythiæ Aſiaticæ populi, à lacte denominati: hos Hom. 3. Iliad. hominum iuſtiſſimos appellat, quòd tenui victu contenti, ab omni injuria ſeſe continerent.

Galactopotæ, Nomadum, Getarúmque populi, quòd frumenti expertes lacte veſcantur.

Galada, vel Galadene, vel Galaditis, regio Arabiæ. Steph.

Galadræ, vrbs Macedoniæ in Pieria, Steph.

Galadrus, mons quidam à Galadro Emathij filio dictus. Steph.

Galapha, Mauritaniæ Tingitanæ vrbs. Ptol.

Galal, nomen viri, 1. Par. 9. Lat. rota, ſiue reuolutio, vel marmor.

Galaui, idem 2. Eſdr. 12.

Galanthis, Alcmenæ ancilla, quæ cùm domina ſua partus doloribus laborans, à Iunone ne pareret, impediretur, mira aſtutia dicitur deam eluſiſſe: veniſſe quippe ad eam riſu ac lætitia geſtientem, & ſolutam iam partu reginam mentiendo confinxiſſe: qua re intellecta admiratione ſimul ac dolore concitam deam ſolutis manibus ſurrexiſſe. Tunc ſubitò Alcmænam ſine vllo cruciatu Herculem enixam; Lucinam verò indignatam, mox Galanthidem in animal ſui nominis galen, i. muſtellam mutaſſe, hac addita pœna, vt ore quo præcipuè peccauerat, pareret. Ouid 9. Metam.

Galaria, vrbs Siciliæ, à Morgo Siculo condita. Dicitur & regio Galatia. Steph.

Galata, inſula, non procul à Melita, Mela, lib. 2. Syriæ vrbs, Polyb. Siciliæ inſula. Plin. Phocidis mons. Plutarch.

Galatæ, populi qui Galatiam habitant. Steph.

Hi primò Gomoritæ dicti ſunt, à Gomer Iapheti filio (Ioſeph. lib. 1.) & fratre Aracis, qui ad ea loca veniens, ibi ſedes poſuit.

Galathea, nympha marina Nerei & Doridos filia, à Polypheme adamata, quem cùm illa ſperneret, Acimque ei præferret, indignatus, Cyclops, riualem ſaxo de rupe auulſo interfecit, cuius caſum miſerati dij marini, in fluuium ſui nominis eum commutauerunt.

Galathea, nomen ruſticæ puellæ. Virg. in Bucolicis.

Galathea, cuiuſdam Celtarum regis egregio corpore viri, filia: à qua Gallia, & Galli, nomen ſunt ſortiti, ll geminato. Hac de re Diodor. Sicul. lib. 42

Galathes, à quo Samothei, dicti Galli, apud Celtas regnauit, Maneth & Am. comment. Beroſ.

Galatia, vulgò *Pere* regio minoris Aſiæ, Phrygiæ contermina, ita dicta à Gallis, qui relicta patria ibi ſedes fixerunt. Huius incolæ Galatæ appellantur, & Gallogræci, quòd ex Gallis ſimul & Græcis coaluerint, eodem ferè tempore à Bithyniæ rege agrorum præmio ad belli ſocietatem accitis. Ab Oriente Cappadociam & Halym fluuium, ab Occidente Bithyniam & Aſiam, à Meridie Pamphyliam, à Septentrione Pontum Euxinum habet. Plin. lib. 1. c. 32. Græcogalliam & Bucellariorum regionem appellat Suidas.

Galatus, Polyphemi Cyclopis ex Galathea filius. N. Comes Mythologiæ lib. 9. c. 8.

Galaua, Angliæ oppidum. Antonin. *Kellenton* Camdeno.

Galaxera, Nympha marina, à lactis candore ſic dicta.

Galba quidam à Plinio nominatur inter eos authores, quibus in conſcribendo libro 36. vſus eſt.

Galba Sergius, vir conſularis temporum ſuorum eloquentiſſimus, quem Tranquillus ſcribit ex prætura Hiſpaniam obtinentem xxx. millibus Luſitanorum perfidia trucidatis, Viriatini belli cauſam extitiſſe. Valerius autem dicit, cum trium Luſitaniæ ciuitatum conuocato populo, tanquam de commodis eius acturum, nouem millia hominum trucidaſſe. Pædianus ait, eum pro direptis Luſitanis accuſatum à Catone, duóſque amplexum filios prætexatos, abſolutum propterea miſericordia fuiſſe. Cicer. in Bruto.

Galba, Sulpitiorum primus ab exilitate vocitatus eſt. Eſt enim Galba, vermiculus miræ exilitatis in eſculis naſcens. Alij è contrario, quòd præpinguis fuerit, nominatum ſcribunt. Talem enim Galli vocant Galbam. Alij quòd oppidum Hiſpaniæ fruſtra diu oppugnatum illitis demum Galbano facibus ſuccenderit. Nonnulli

nulli, quòd in diuturna valetudine Galba, hoc eſt, remediis lana inuolutis, vteretur.

Galba Imperator, fuit gulæ deditus, qui hyberno tempore cibum ante lucem capiebat: inter cœnam vero cibo adeò abundanti vtebatur, vt congeſtas per manus reliquias circumferri iuberet, ſpargiſque ad pedes ſtantibus.

galbæ Caſtrorum reliquiæ, in Veragris, quorum meminit Cæſar in principio libro 3. Belli Gallici: ſpectantur etiamnum hodie inter S. Mauritij & S. Ioannis Le Vieu cognominata oppidula locus vulgò *La Motte des Saraſins* appellatur.

galeagra Liuio lib. 25. Turris eſt prope Trogilorum portum, in Sicilia, quæ hodie vt Aretius tradit: *Scala Græca* vulgò dicitur.

galeatius Mantuanus vir, qui Papiæ quum hybernaret, puella (quam vnicè amabat) per iocum imperante, ſe in fluuium dejecit, Autore Pont.

galeatius hiſtoricus fuit, qui ſcripſit de bello Mediolanenſi, & rebus nuper in Italia geſtis, libros octo.

galenus, medicus excellentiſſimus ex Pergamo, Aſiæ vrbe, floruit temporibus Marci, & Commodi imperatorum, emicuit Traiani temporibus vſque ad Antonium Pium, ſcripſit volumina xv. Suidas. Scripſit præterea in opera Hippocratis dictionarium ex ordine literarum. Fama eſt hunc centum & quadraginta annos vixiſſe. Multa compoſuit in Medicina, Philoſophia, Grammatica, & Rhetorica.

galeothæ, Attica gens. Steph.

galeotæ, vates quidam in Sicilia & Attica, à Galeote Apollinis filio, qui frater Telmeſſi eius traditur, qui Telmeſſum vrbem in Caria condiderit, oraculo ex Dodone accepto. Steph.

galeotus, Foroliuij princeps, qui Adami Bentiuoli filiam duxit in vxorem. A quo dum ſperneretur puella, ſimulata ægritudine ſicarios ſubornauit medicos, qui eum adorti in cubiculo confoderunt. Volaterr.

galepſus, vrbs Thraciæ & Pæonum. Steph.

galerius, Tuſcorum rex.

galerius, à Narſe victus, ad Diocletianum fugit, principi occurrẽs in itinere, ad quem anteà aduerſi belli fama peruenerat, purpura indutus (Cæſar enim erat) M. paſſus ante Carpentum indignati principis, pedes concurrit. Poſtea in Armenia maiore Perſas vicit, Cteſiphontem expugnauit, totam Aſſyriam cepit. Quinque prouincias Tranſtigritinas ſubegit. Pompon. Lat. Oroſ. Eutrop.

galerius, imperator cum Chriſtianos omnibus modis cruciaſſet, tandem in morbum incidit, cuius impatientia gladio ſibi latus aperuit. Bapt. Egnatius.

galeſus, fluuius Calabriæ non procul à Tarento leni admodum labens curſu in agro Terentino 5. millibus ab vrbe diſtans, vt eum deſcribit Liu. lib. 25. huius meminit Virgilius lib. 4. Georg. item Hora. eundem Eurotam nonnulli nominant. vt tradit Polybius li. 8.

galeſus, ditiſſimus in agro Latino Agricola, qui in eo tumultu, qui inter Aſcanij comites & Tyrrhei armentarij regij liberos exortus eſt, cùm pacis componendæ ſtudio medium ſeſe inter pugnantes inferret in medio ardore pugnæ eſt interfectus. Virg. 7. Æneid.

galetes, adoleſcens fuit formoſiſſimus, ob formã regi Ptolemæo ita gratus vt ipſe Ptolemæus quibuſdam, qui ad ſupplicium trahebantur, eiuſdem patrocinio perceperit. Cæl. lib. 7. c. 35.

galgal, ſiue Galgala, vel Galgalis, quæ reuolutio interpretatur, ſeu ablatio, aut aceruus aceruì, vel collis præputiorum, quòd ibi cùm in deſerto degerent Iſraelitæ, paruulos ſuos circunciderunt, ciuitas vltra Iordanum non procul ab Iericho. Oſee 9. Eſdr. 9. Ioſue 4. & 5. & 15. 1. Reg. 10.

galilæa, Hebr. galil. i. volubilis ſiue volutabilis, aut rota, Syriæ regio ad Septentrionem Iudææ ſita, quæ ab ſolis occaſu Ptolemaide ciuitate & Carmelo monte diſterminatur. Ab Oriente eam Hippene ſiue Ioppa & Gadara ſuis finibus reſecant. A meridiano latere Scythopolis & Samaria ſuis vtraque excipiuntur regionibus, nec intra fluenta Iordanis patiuntur extendi. Septentrionalia eius à dextro latere Tyrus claudit, Egeſippus lib. 3. c 6. de Ieroſolymorum excidio, & Ioſephus lib. 3. capite ſecundo belli Iudaici. Tradunt verò hiſtorici duplicem eſſe galilæam, ſuperiorem ſcilicet, & inferiorem. Superior iuxta Tyrum, Sydonem & Cæſaream Philippi ſita eſt, qua gentes attingit ad Aquilonem. Iſta galilæa gentium Iſaiæ 9. Mat. 4. appellatur: vel quia illic gentes vſque ad Salomonis tempora habitarint, vel quòd Hiramo regi Tyriorum oblata ſit, 3. Reg 9. Hæc in tribu Nephthali ſita eſt, Inferior galilæa circa Tiberiadem & ſtagnum genezareth in tribu Zabulon poſita eſt. De qua Matthæi 3. & 4. Christus frequenter verſatus eſt in galilæa Ioan. 4. Vnde etiam galilæus vocatus eſt, Matthæi 26. aut propter Nazareth & Capernaum, in quibus illi domicilium, Lucæ 2. & 4. Quapropter etiam Iulianus Imperator Chriſtianos ſolebat galilæos nuncupare, Euſeb. lib. 10. c. 35. Eccl. hiſt.

gallæci, ſiue gallaici, Hiſpaniæ populi, gallis finitimi. Martialis, vide Callaici.

gallecia citerioris Hiſpaniæ regio. Plin. lib. 4. c. 20. Iuſtinus à Teucro Telamonis filio contritam ait.

galleri Villa, in Ariminenſi agro, vbi locutum gallinaceum ſcribit Plinius.

Galleſium, vrbs Epheſi. Steph.

Galindæ, Sarmatiæ Europææ populi ſunt. Ptol. *galinde* fortè in Pruſſia hodie.

Gallia, maxima Europæ pars: quicquid enim terrarum à Rheno per Oceanum Pyrenæos mõtes, mare Mediterraneum, & Apenninum montem vſque ad Anconam clauditur, communi appellatione Gallia Latinis appellatur. Pyrenæis enim iugis ad Occaſum incluſum, & ab Hiſpania ſecluditur, ad Septentrionem, Gallico Britannicoque Oceano, ad Orientem, Rhenus, illi paribus ſpatiis, & Alpibus in Oceanum, quibus Pyrenæum iugum ex interno mari ad externum procurrit, quà Meridiem ſpectat, Narbonenſe illi protenditur pelagus. A candore autem populi nuncupata eſt Gallia. Nam montes & rigor cœli, ab ea parte ſolis ardores excludunt, quò fit vt candida corpora non colorentur. Hinc Græci Gallos Galatas vocant propter lacteum gentis colorem: γάλα enim eis eſt, quod nobis lac: à quo nomine Latini Gallos deflexerunt. Hanc etymologiam omnes ferè ſcriptores probant, ſunt tamen qui eam deriuent, atque potiùs à pluuia, quæ Hebræis *Galaath*, & antiqua Britannorum lingua *Calau* dicitur, nomen habere putant, quaſi impluuiati vel inundati ab ipſo diluuio (cùm gens antiquiſſima ſit) vocentur. Regionem hanc olim in Ciſalpinam & Tranſalpinam diuiſere. Ciſalpinam dixerunt, quam hodie ferè communi vocabulo Lombardiam vocamus, quæ Italiæ pars eſt. Tranſalpinam, quæ his quinque metis Rheno nempe, Oceano, Pyrenæis mõtibus, Mediterraneo mari & Alpibus finitur. Hanc Tranſalpinam, Cæſare in commentariis teſte, triplicem fecêre, Belgicam, Celticam, & Aquitanicam. Belgicam quæ Oceano, Rheno, Matrona, & Sequana fluminibus includitur, hodiéque maiore ex parte lingua Teutonica vtitur, & Germania inferior (cui Picardia coniuncta eſt) vocatur. Celticam ſiue Lugdunenſem quæ Garumna, Matrona, Sequana, & Rhodano fluminibus comprehenditur. Hæc nunc Francia dicitur. Celtæ enim à Francis Germaniæ ſubacti, Franci Occidentales cœpêre dici, à quibus ipſa prouincia denominatur. Aquitanica ab obliquis aquis Ligeris dicta. Aremorica ante appellata, à Garumna ad Oceanum & Pyrenæos montes extenditur: à Circio verò Septentrionali vento Occidentem verſus Oceanum habet, qui Aquitanicus ſinus dicitur, ab Occaſu Hiſpaniam, à Septentrione Lugdunenſem prouinciam, à meridie Narbonenſem. Corporibus hominum & lingua à cæteris differt, hodiéque maior eius pars Gaſconia ſeu Vaſconia dicitur. Hic Gallorum antiquus terminus. Sed Gallorum regio, quæ hodie regni nomine gaudet, atque vernaculo vocabulo Franciæ regnum vocant, non tam latè patet, ſed tantùm verſus Septentrionem anguſtior eſt, quantum illi linea ab Argentorato ad Rhenum ſito Iccium portum (hodie Caletum) vſque deducta adimit: comprehendítque omnem eum terrarum tractum, qui hac linea, Oceano, Pyrenæis, mari mediterraneo Alpibúſque montibus continetur. Triplex etiam nomen aliud habuit Gallia: Togata enim, Comata & Brachata dicta eſt. Togata Ciſalpina eſt, Comata Tranſalpina, excepta Narbonenſi quæ prouincia Brachata (id veſtis genus erat villoſum) appellabatur. De ſtatu veteris Galliæ plura extant apud Cæſarem in commentariis, vulgò hodie *la France*, ſeu Francia: Celtogalaria etiam dicitur. Hebræis Tzarphat vocari, Poſtellus ſcribit. Gallia Ciſpadana olim *Blanera* poſtea *Felſina*, tandem *Aurelia & Æmilia* dicta fuit. Leander Lombardiam *di la & di qua del Po* vocat. Gallia nouempopulana apud Sex. Ruffum dicitur etiam in libro notitiarum, vbi eius vrbs Lapurdum nominatur Antoni duodecim eius ciuitates nomine numerat. Hodie fortè *Gaſcogne*, Galliæ Aquitaniæ pars, vt Cœnalis vertit.

Gallia & Ægyptus minimè terræ motu quatiuntur, quoniam hic æſtatis cauſa obſtat illi hyems. Plin. libro ſeptimo, capite ſeptuageſimonono.

Gallia Ciſalpina, vide CISALPINA.

Gallianus, na, num, idem quod Gallicus: vt Gallianæ res Cic. pro Quintio.

Gallicus, ca, cum, quod ex Gallia eſt: vt arma Gallica, Gallica cerebra. Columel.

Gallius, a, um, ſicut Gallicus, & Gallicanus. Saluſt. lib. 4. Hiſtor. Duæ Galliæ mulieres conuentum vitantes, ad menſtrua ſoluenda montem aſcendunt.

Gallus, a, um, quod ex Gallia eſt: vnde Galli dicti ſunt, qui ex Gallia originem habent.

Galli, ſacerdotes Cybeles in Phrygia dicti à Gallo flumine, cuius aquis poti ſtatim furere incipiebant, adeò vt ſeipſos caſtrarent: quod aliter citra perniciem facere non poterant, niſi Samia teſta. Hi ſacra facientes furentium more capita rotabant.

Galli hoc nomen ſunt adepti à Gomero Gallo Noæ nepote. Beroſ. libro quinto. Ioſeph. lib. 1. capite ſexto Antiquitat. quorum mores lege ap.. Cæſarem de bello Gall. & Munſt. libro 2. Coſm.

Gallica Flauia, Ptolem. lib. 2. c. 6. Hiſpaniæ vrbs Ilergetum. hodie *Fraga*. Varrerius.

Gallica palus, intimus maris Adriatici receſſus, in qua vrbs Veneta ſita eſt. Mar. Niger.

Gallicanus, Cos. cum Attilio Titiano anno ab vrbe 879. & cum Venuſtio, anno ab vrbe 902. & cum

Digitized by

& cum Symmacho, anno ab vrbe 1082.

Gallienus, cum Lucinio Valeriano, Romanorum imperatore, anno ab vrbe 1018. apud Mediolanum eſt interfectus, Eutro. Oroſ. Pomponius.

Gallienus, imperator Romanorum, cui tanta fuit in acceptis cladibus patientia, vt in his etiam iocari non dubitauerint. Nam cùm accepiſſet Ægyptum à Roman. imperio deſciuiſſe: Quid enim, inquit, ſine lino Ægyptio eſſe non poſſumus? Perdita Gallia, ridens: Et non eſt, inquit, tuta Reſp. ſine Terbeatis ſagis? Aſia Alemanorum & Scytharum incurſationibus vaſtata. Quid inquit, ſine Aphronitis eſſe non poſſumus?

Gallim, vicus Accaronis, vnde dicitur fuiſſe Phalti, qui Michol duxerat vxorem poſt fugam Dauid 1. Reg. 29. Iſa. 19. Ciuitas item non procul à limine Moabitarum. Iſa. 15. Lat. coaceruantes, ſiue tranſmigrantes, vel reuoluentes aut diſcooperientes.

Galliuaria, inſula in mari Tuſco, ſecundum Italiam, contra montes Liguſticos, vt inquit Varro li. 3. de re Ruſtic. à gallinis ruſticis appellata. hodie *Iſola de Albenga*.

Gallinaria ſylua, Cumis vicina. Cicero ad Pætum.

Gallinicus III. Italiæ exarchus, anno ſalutis 604. Blond.

Gallion, Proconſul Achaiæ. Act. 18.

Gallitæ, Alpina gens ab Auguſto deuicta. Plin.

Gallitalutæ, Indiæ populi, iuxta Indum flumium. Plin.

Gallogræcia, regio Aſiæ, Bithyniæ, Cappadociæ & Pamphyliæ contermina, alio nomine Galatia dicta, quemadmodum & incolæ ipſi indifferenter Galatæ dicũtur, & Gallogræci. Nam cùm Galli multitudine domi abundantes ſedes ſuas reliquiſſent, Italiamque ferro flammáque crudeliſſimè vexaſſent, inde Camilli virtute depulſi, non parua manu in Græciam Macedoniamque irruperunt: indéque Leonorio duce, Græcis quibuſdam permiſti, in Aſiam trajecerunt: acceptiſque à Bithyniæ rege agris, ſedes ibi fixerunt. Quo factum eſt, vt conſtat ex Gallis Græcíſque populis, vno nomine Gallogræci dicerentur. Strabo lib. 12.

Gallonius, vir luxu perditiſſimus, à quo eſt prouerbium ſumptum, Gallonij. Hinc Lucilius ait, nunquam bene cœnaſſe, quòd nunquam eſuriens cœnaret. Cicero 2. de Finibus.

Gallubri, populi qui nunc Romandioli vocantur.

Gallus Hoſtilianus, cum Voluſiano filio XXX. Romanorum imperatore, anno ab vrbe 1004.

Gallus, Coſ. cum Flacco, anno ab vrbe 926.

Gallus, Coſ. cum Antonio Fauſto, anno ab vrbe 1050.

Gallus poeta, vide CORNELIVS GALLVS.

Gallus Vibius, vir eloquentiſſimus, qui dum inſaniam mentiretur, quod aſſimulabat, ad verum redegit. Cæl. Rhodigin. libro primo, capite 13.

Gallus, fluuius Phrygiæ, imò & Bithyniæ in Modris montibus naſcens, & in Sangarium ſeſe exonerans. Strabo lib. 12. Huius fluminis tam admiranda eſt natura, vt parce potus, & cerebrum purget, & inſaniam tollat: contrà largiùs hauſtus lymphaticos reddat. Plin. lib. 31. capite ſecundo. Ouidius libro quarto Faſtorum.

Gallus, adoleſcens Marti dilectus, quum à Marte deduceretur, vt cuſtos eſſet oſtij, quoties Mas ad Venerem, abſente Vulcano, ingrederetur, & aduentantes nunciaret, obſeruaretque Solem præcipuè, quem maximè omnium Mars metuebat, ne rem Vulcano deferret, propter ſingularem in illos amicitiam, fertur adoleſcens in ſomnum corruiſſe: quare nemine præſciente Sol rem conſpexit ſuperueniens, Vulcanoque indicauit illud demum ſupplicij à Marte illatum eſt Gallo adoleſcenti, vt in auem nominis ſui verteretur, quare nunc etiam Solis exortum inſigni vociferatione indicat, quaſi Marti ſignificaturum, vt Solem caueat. Ouidius in Metamorph. Fabula hæc vim planetarum, Syzigiam Martis & Veneris oſtendit: tum efficaciam Solis: antipathiam autem eorundem planetarum, & ſympathiam Galli auis domeſticæ, cum Sole aduentante, vt experientia locuples teſtis eſt.

Gallus Sulpitius, Romanorum primus, qui ſolis & lunæ defectus deprehendit. De eo vide plura in verbo, Sulpicius.

Galmodroeſi, Aſiatica gens, vltra Gangem. Plin.

Galopes, Arabiæ fœlicis populi, ad Capeum ſinum. Plin.

Galorum, Galatiæ vrbs. Ptol.

Galſonda, Athanagildi Gotthorum regis filia, quæ à Chilperico marito noctu iugulata eſt, ſuaſu Fredegundæ pellicis. Volaterranus.

Galyba, Africæ Propriæ vrbs. Ptol.

Gamale, vrbs in Iudæa, Ioſeph. Antiq. 4. Stephan. Syriæ habitatio quædam.

Gamaliba, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

Gamaliel, filius Phadaſſur: princeps tribus filiæ Manaſſe, Num. 1. quidam item Phariſæus, 3. Act. 5. præceptor Pauli. Act. 22. Lat. retri-

butio Dei, aut camelus Dei, ſiue ablactatus Dei.

Gamarias filius Helciæ Ierem.29. Filius item Saphan ſcribæ. Iere.36. Lat. Conſummatio ſiue conſummatio Domini.

Gamanodurum. Norici vrbs. Ptol.

Gamarga, Mediæ regiuncula. Diodor.

Gambreium, Ioniæ vrbs. Steph.

Gambreues, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum. Plin.

Gambriuij, Germaniæ populi. Tacit. Hamburgum, Peucero.

Gambua, Phrygiæ maioris vrbs. Ptol.

Gamelia Iuno, & Gamelius Iupiter, quòd nuptiis præeſſent. Plutarch.

Gamelia, feſta nuptiarum apud Græcos in menſe Gamelione, in quo Iuno Camelia culta eſt.

Gammacea, rachoſiæ regionis oppidum. Prolem.

Gamphaſantes. Æthiopiæ populi. Pomp. li.1. nudi ſunt, armorúmque omnium ignari, nec vitare ſciunt tela, nec iacere, ideóque obuios fugiunt: neque aliorum quàm quibus idem ingenij eſt, aut congreſſus, aut colloquia patiuntur.

Gamul, i. retributio, ſiue ablactatio, nomen viri, 1.Paral 24

Gamzo, nomen vrbis, 2.Par.28. Lat. etiam iſte aut ſcirpus, vel juncus iſte.

Gandara, gens Indorum populi Gandarij, dicuntur, & regio Gandarica. Steph.

Gandari, populi ſunt interioris Aſiæ, Pomponio, quos Plinius trans Margianam in ortum ponit.

Gandauum, vulgò *Gand*, Flandriæ metropolis, ac totius penè orbis, inter vrbes miraculum, in immenſam magnitudinem ſuis viribus paulatim excreuit. Coluêre eam primùm Gorduni ſiue Gunduni, veteres Neraciorum clientes. Deinde Romani, quos Iul. Cæſar hic primùm præſidio collocaſſe, conſtanti annalium memoria refertur. His poſtremò acceſsêre Germani, quorum pars maxima Saxones, quos ad ſexaginta mill a Carolus Magnus in hanc Belgicæ partem traduxit. Vrbs eſt non amplitudine ſolùm & dignitate, ſed amœnitate quidem loci, quam flumina, riui, prata, colles & cœlum denique non alibi ſuauiùs afficit, conſpicua. Tria milliaria Germanica in ambitu continet. Inſulæ habitatæ, quæ fluminibus & aquæductibus eminent: ſunt in hac vrbe xx. pontes, quorum multi tribus fulciuntur fornicibus, plurimi duobus, nauéſque maximas ſubmittunt LXXXVIII. Molæ ventis agitatæ plures c. Templa parœciarum habet vii. Abbatias v. Canonicorum collegiata Sodalitia ii. Monaſteria xxv. Publica peregrinorum Xenodochia vii. Noſocomium vnum ampliſſimum & ditiſſimum. Gerontotrophia vtriuſque ſexus x. Pædotrophia, vbi etiam expoſiti infantes aluntur, ii. Furioſorum ergaſtula ii. Xenodochium leproſorum vnum. Ædium diſtinctarum, v.M.XV. continet, quas plures nonnunquam familiæ incolunt. A Scaldi, Liſa & Liua fluminibus alluitur. Eraſmus in Epiſt. Guicciard.

Gandericus rex Vandalorum, dum, capta Hiſpali Bæticæ vrbe, templum vellet prophanare, mortuus repentè concidit. Volat.

Gandri, populi interioris Aſiæ, Pomp. quos Pli. trans Margianam in ortum ponit.

Ganga, & Gangita, Thraciæ amniculus, Appian.4.ciuilium.

Gangama, circa Mæotidem locus, Strab.7. vbi piſces ex glacie effodiuntur: ad Boſphorum Cimmerium, vt volunt Xylander, & Bonacciolus. Caſa bonus non loci, ſed retis genus eſſe mauult.

Gangamela, vide gaugamela.

Ganganorum, promontorium Hiberniæ. Ptol. 2.cap.3.

Gangara, Albaniæ oppidum. Ptol.

Gangaridæ, Curtio, populi inter Aſſyrios & Indos iuxta Gangem, Virg.2.Georg.

Gange, ges, vrbs Indiæ regia, *Bengala* Caſtaldo.

Ganges, qui à Moyſe Ioktan in India ſedem nominis firmauit. Fuit autem filius Eber pronepotis Sem. Gen.10. Beroſ.li.5.

Ganges, gis, & Gangetis, Indiæ fluuius maximus, qui vniuerſam ſecat Indiam, ſecum aureas arenas trahens, alio nomine Phiſon à Græcis dictus: quem ſacræ literæ inter eos annumerant, qui de Paradiſo profluunt. Fontes eius, alij incertos eſſe tradunt, vicináque omnia rigare, quemadmodum & Nilum. Alij in Scythicis montibus naſci dixerunt, fluxéreque in eum triginta amnes. Minima Gangis latitudo per octo millia paſſuum, maxima per viginti patet. Altitudo vbi vadoſiſſimus eſt, menſuram centum pedum implet. Dictum Ganges, à Gange Æthiopum rege, Suidas. Hinc Gangeticus, Luc. lib.7.

Et quæ ſentit Arabs, & quæ Gangetica tellus.

Cantan. Mercatori.

Ganges, Taprobanæ inſulæ fluuius, Ptol.

Ganges, filius Gomeri, filij Iapheti, filij Noë, tantæ corporis ſtaturæ fuit, vt decem haberet altitudinis cubitos, quíque pulchritudine animi atque ingenij bonitate, ac morum integritate cùm præſtaret, ſimuláque iuris & æqui amantiſſimus eſſet. Indorum rex conſtitutus fuit. Nihilominus tamen à ſubditis iniquiſſimè peremptus eſt, ac non multò pòſt impij parricidæ horrendo ſpectro in dies ſingulos vſque adeò diuexabantur, vt ipſos in terram viuos oportuerit inſo-

infodi, vnde tota hæc regio miſerrima ela le protinus liberata fuit. Flumini Gangi hic nomenclaturam dedit, Beroſ. lib 3 & Philoſt lib. 3. cap. 6. de Gange Lucanus ita ſcribit,

Quà colitur Ganges toto qui ſolus in orbe,
Oſtia naſcenti ſoluit contraria Phœbo.

Gangeticus ſinus maris Indici apud Ptolem. *Golfo di Bengala*, Caſtaldo.

Gangra vrbs Paphlagoniæ, alia eſt in Arabia fœlice. Steph. Alia item Ponti. Nicetas.

Ganodurum, Heluetiorum ciuitas ad Rhenum. Ptol. lib. 2. cap. 9. Vulgò hodie Conſtantia, *Conſtance*.

Ganyctor, nomen viri. Tortelio.

Ganymedes, Trois filius puer formoſiſſimus, quem cùm Iupiter deperiret, in Ida monte venantem ab Aquila rapi juſſit, & in cœlum afferri, cúmque caliculis præfici repudiato miniſterio Hebes filiæ Iunonis, quæ antea illius raptum miſcendo nectari præerat. Hyginus in Aſtro. Poet. tradit Ganymedem inter ſydera tranſlatum conficere ſignum illud, quod Aquarium vocamus, quòd eius ſtellæ ſuo ſitu aquam fundentis imaginem videantur referre: Nihil aliud autem per hanc fabulam demonſtrare voluerunt Sapientes Ethnici, teſte Cicerone, lib. 2. Tuſculan. quæſt. quàm prudentem virum à Deo amari, & illum ſolum proximè accedere ad diuinam mentem. Eſt enim Ganymedes anima hominum, quam ob eximiam virtutem Deus ad ſe rapit, cùm ſtulti neque ſibi, neque cæteris quidem ſint vtiles. Illa verò anima pulcherrima eſt, quæ minimum ſit humanis ſordibus aut flagitijs corporis contaminata, quam Deus diligens ad ſe rapit. Pocula autem Ioui miniſtrare, nihil aliud eſt, quàm Deum mirificè delectari officiis ſapientiæ, quę ab anima virorum ſapientum procedunt. Semper bonitas diuina ſitit, hoc eſt, mirum in modum cupit nos eſſe ſapientes: quales cùm fuerimus, proximè ad eius naturam accedemus. Porrò Ganymedi inſignem corporis pulchritudinem tribuerunt, non ſolùm quia vir ſapiens caret ſordibus animi: verùm etiam quia ſapientiæ tanta eſt pulchritudo, vt ſi oculis cerni poſſet, mirificos ſibi amores excitaret in animis hominum. Dicitur etiam ab aquila raptus in cœlum fuiſſe, propter perſpicacitatem, atque ab ipſo Ioue in aquilam verſus: quòd adiutor ſit Deus ad ſapientiam. Obſcœna autem & turpia quæ ab impuris quibuſdam poetis & pictoribus de Ganymede ficta ſunt, procul amouenda ab adoleſcentum oculis & auribus boni omnes neceſſarium eſſe iudicant.

Garamantes, populi interioris Lybiæ, Pſyllis finitimi à Garamante Apollinis filio cognominati, qui ibi Garamantum oppidum ex ſuo nomine condidit. Hi matrimoniorum expertes, paſſim cum fœminis degunt, nullas certas habent ſedes. Sub cilicijs ſemper degunt.

Garamas, Libyæ rex, cuius filiam Iupiter Ammon ad Bragadam fluuium compreſſit, & Iarbam ex eo genuit. Seruius in illud Virg. 4. Æneid.

Hic Ammone ſatus rapta Garamantide Nymphæ.

A Garamas fit Garamanticus adiectiuum, vt Garamantica ſigna, Silius lib. 1.

Garamas, Aſiæ mons, ex quo Phaſis oritur, Vibio.

Garapha, portus Africæ propriæ. Ptol.

Garaphi, montes, Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptol.

Garas, mons, ibidem.

Garates, Peloponneſi amnis, in Arcadia. Pauſan.

Garbata, Æthiopiæ ſub Ægypto mons. Ptol.

Garcus, inſula ante Taprobanam. Ptol.

Gardei, Sarmatiæ Aſiaticæ gens. Plin.

Gareatæ, Arcadiæ populi. Pauſan.

Gareathyra, Cappadociæ oppidum. Strab.

Gareb, nomen collis. Ierem. 3. nomen item viri, 2. Reg. 23. 1. Para. 11. Lat. Scabies, aut Syriacè, hydriæ.

Garganus, promontorium Apuliæ, trecentis ſtadiis in mare Adriaticum procurrens, hodie vocatur mons ſancti Angeli.

Gargarenſes, gens mixta Amazonibus.

Gargoris, Curetum rex mellis colligendi vſum primus inuenit. Huic cùm ex filiæ ſtupro nepos prouenißet, omnibus modis eum perdere conatus eſt, ſed fruſtra tandem tot caſuum periculorúmque quæ euaſerat admiratione ſucceſſorem illum regem deſtinauit, noménque illi Habidis impoſitum eſt. Iuſtinus li. 44.

Gargarum, lacus ex quo Scamander & Simois fluuius decurrunt.

Gargarum, Lampſaci oppidum, & aliud Epiri, & aliud Italiæ, à Gargaro Iouis filio, &c. Steph.

Gargarus, gari, & in plurali, Gargara, rorum, cacumen montis Idæ, Macrobio in ea parte vbi ad Myſos declinat tanta frugum vbertate affluens, vt quoties infinitum rei alicuius numerum volumus deuorare, à Gargarorum frugibus ſumamus ſimilitudinem. Huius autem tantæ vbertatis cauſa eſt fontium abundantia quibus ſolum irrigatur, adeò vt æſtiuis caloribus fruges non facilè poſſint aduri. Nam quum Ida mons totus ferè plurimis irrigetur fontibus) vnde & Homerus πολυπίδακα vocat) præcipuè tamen in ea pars huius montis, quæ ad orientem ſolum Miſium contingit. Eſt etiam oppidum hoc nomi-

ne in radice huius montis ſitum. Macrob. lib. 5. cap. 19.

Gargatus, lacus Phrygiæ iuxta Idam montem ex quo lacu Scamander, & Simois fluuij decurrunt.

Garge, vrbs Libyæ. Steph.

Gargettius, oppidum & pars de tribu Ægæide, Plutarch.

Gargettrius, canis cuiuſdam generoſi nomen, qui Heryonis boues cuſtodiebat, & leonibus inſultabat: quem tunc Hercules interfecit, cùm illius armenta abduxit: fuitque Cerberi Epirotici frater, vt ſcribit Iulius Pollux libro quinto.

Gargilianus, cinædus quidam, de quo Martialis. lib. 3.

Gargylius hiſtoricus, qui vitam Alexandri principis eſt diligenter perſecutus.

Gargilius, venator nobilis, de quo Horat. lib. Epiſtolarum.

- - Venemur, vt olim
Gargilius, qui manè plagas, venabula, ſeruos
Differtum tranſire forū populúmque iubebat:
Vnus vt è multis populo ſpectante referret
Emptum mulus aprum.

Gargus, vnus ex collibus Tauri montis.

Garites, Galliæ Aquitanicæ populi, apud Cæſarem. *Agen.* Orontio.

Garizim, Mons in finibus tribus Ephraim, & Manaſſe, in quo ſita fuit vrbs Sichem. Iud. 9. 1. Macc. 6 prope quam habitauit & altare cōdidit patriarcha Abraham. Gen. 12. & Iacob. Gen. 33. In hoc monte Pontifex Manaſſes, frater Gaddi quum duxiſſet filiam Satrapæ Samaritani, ideóque à Iudæis dignitate Sacerdotij priuaretur, cōfugiens ad ſocerum, templum ſimile Hieroſolymitano ædificauit, & ſacra ſimilia Leuiticis inſtituit, eo tempore quo Alexander magnus Monarchiam Perſicam occupauit. Ioſeph. lib. 11. cap. 7. 1. Macc. 6. Antiochus ibi ſtatuam collocat. Id templum annis ducentis poſt, vnà cum Samaria euertit Ioannes Hircanus filius Simonis fratris Iudæ Maccabæi. Ioſeph. lib. 13. c. 16. Sed tamen nihilominus in eiuſdem mōtis vertice Samaritani adorabāt, & acerrimè Chriſtianos oderant, vſque ad Iuſtiniani Imperatoris tempora, qui pleroſque ad fidem Chriſti adduxit, & templum paulò ante iuſſu Zenonis Imperatoris in monte Garizim in honorem Chriſti extructum, inſtaurauit & munitionem addidit, ex qua ſeditioſos Samaritas poſſet cōpeſcere, vt Procopius lib. 5 de ædificiis Iuſtinianis narrat. Cyrillus putat hunc eundem mōtem eſſe, ſupra quem Ioſue ædificauit altare, & populus Iſrael audiuit à Sacerdotibus recitari benedictiones propoſitas obtemperantibus Legi. Deut. 11. 27. Ioſue 8. Scribunt enim montem hunc, Parnaſſi inſtar, bicipitem fuiſſe, cuius alterum caput Garizim, alterum Hebal nominatum ſit.

Garmaa, Thraciæ oppidum. Procop.

Garne, portus Italiæ. Plin.

Garoceli, Alpium populi. Cæſar, *Moncenis*, aut val *de Morienne* hodie.

Garodes, inſula Nili. Plin.

Garpheti, Arabiæ populi. Plin.

Garrha, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidū. Ptol.

Garſia, Nauarræ rex, anno ſalutis 1015.

Garſias, Alphonſi filius, Hiſpaniæ rex, anno ſalutis 878.

Garumna, fluuius Galliæ in Pyrenæis naſcens montibus, Celtáſque diuidens ab Aquitanis, & per Santonum fines in occiduum influens Oceanum.

Gaſpha, i. appropinquatio oris, ſiue accedens huc nomen loci, 2. Eſd. 11.

Gaſtronia, regio Macedoniæ. Steph.

Gatham, filius Elipha, filij Eſau, ex Ada vxore, Geneſ. 36. Lat. tactus, vel rugitus eorum, aut mugitus perfecti vel ſimplicis.

Gatheæ, vrbs Arcadiæ. Steph.

Gathis, regina Syriæ, quæ edicto cauit, ne quis piſcem comederet, quin ipſa adeſſet: at hæc piſcibus data & deuorata dicitur. Volat.

Gaudara, vicus Macedoniæ. Steph.

Gaudentius, Epheſius epiſcopus Ariminenſis pius & Orthodoxus, tempore Conſtantini imperat. quum impiæ ſynodo Arianorum epiſcoporum, qui Arimini conuenerant, nollet aſſentiri, crudeliter interfectus eſt.

Gaugamela, vel Gangamela, locus Perſidis. Steph. Strabo lib. 6.

Gaudales, ſunt Æthiopiæ gentes, qui & Auloes ſeu Auloles dicti. Oroſius.

Gauleon, Solino, ora Libyæ obiacens, in qua ſerpens neque naſcitur, neque inuectus viuit, puluiſque eius quocunque gentium iactus angues & ſcorpiones perimit.

Gaulon, ciuitas refugij in Baſan. Ioſ. 20. 1. Par. 6. Lat. tranſmigratio, vel reſolutio eorum.

Gaurus, inſula prope Carthaginem. Steph.

Gaurus, mons Campaniæ, Maſſicis & Surrentinis propinquus, in quo naſcitur vinum præcipuæ bonitatis. Hinc Gauranus, vt Gaurani montes. Plin. li. 3. c. 5. Gauranum vinum, quod in ſummis agri Falerni jugis naſcebatur. Nam quod in mediis gignebatur montibus, Fauſtianum: quod in imis, Falernum dicebatur. Plin. li. 14. c. 6.

Gaza, i. fortis aut capra, inſignis ciuitas Palæſtinæ, quæ olim Iudæ in ſortem cecidit, ſic dicta à regia gaza, id eſt, pecunia, quam illuc quondam Cambyſes Perſarum rex vehi curarat, quondam munitiſſima, vt Alexander bimeſtri obſidione obſeſſam ægrè ceperit. *Diodor.* libro 17. Hæc eſt Hebræorum ciuitas, in qua

habitauere

habitauere Cappadoces priſtinis cultoribus interfectis. Apud veteres terminus erat Chananæorum iuxta Ægyptum. Vnde Gazæus & Gazeticus, vt vina Gazetica.

gazaca, vrbs aut vicus maximus in Media. Steph.

gazam, nomen viri. 1. Eſd. 2. lat. Æruca vel vellus eorum aut tranſitus eorum ſiue tondens eos.

gazar, i. præſciſſio, aut diuiſio, vel ſententia, ciuitas à Salomone ædificata, 3. Regem. 9. Iaſ. 10. & 16. quæ ex tribu Ephraim data fuit Leuitis. Ioſ. 21. 1. Paral. 6. 7. 14. In quarto milliario in Nicopolis.

gazeorum Nauale, in Palæſtina, viginti ſtadiis à Gaza diſtans. Ptol. Maiuma dictum erat, ſed quod à Conſt. imp. Chriſtianam religionem acceperat, vrbs facta eſt, & Conſtantia vocata fuit. Huic poſteà Iulian. Imp. Ciuitatis ius ademit, nominéque Conſtantiæ priuauit, & Gazæ portum appellauit. Hæc ex Nicephori Caliſti libro 8. c. 33. & lib. 10. c. 3. idem Sozomenus 5. c. 3.

gazetæ, populi Galatiæ aurum gerentes. Stephanus.

gazi, Turcarum rex. à Balduino rege Hieroſolymorum captus anno ſalutis 112.

gazorus, vrbs Macedoniæ. Steph.

gazus, vrbs Indica longè maxima. Steph.

G E

gea, oppidum propè Petras in Arabia. Steph.

geba, ciuitas de tribu Beniamin, poſteris Aaron data, 2. Eſdr. 7. & 11. quæ & Gaba & Gabaa dicitur Lat. collis aut calix ſiue vas.

gebal, ciuitas Syriæ, Pſal. 82. quæ nunc Gabel dicitur, teſte Volater. appellatur & Biblus. Lat. terminus vel limes.

gebala, Arabiæ regio. Steph.

gebalena, regio in finibus Eleutheropoleos.

gebbai, nomen viri, 2. Eſd. 11. Lat. dorſum, ſiue eleuatio, aut ciſterna vel locuſta: aut Syriacè exactor.

gebbanitæ, ſiue Gelbanitæ populi maris rubri accolæ, in Arabia deſerta, quorum caput Thona eſt: vnde genus Gebaniticum.

gebbor, nomen viri, 1. Eſd. 2. Lat. vir, aut virilis, ſiue fortis, vel Syriacè gallus gallinaceus.

gebbethon, ciuitas Leuitis data in tribu Dan in terra Philiſtinorum, Ioſ. 19. quæ in 21. dicitur Gabbathon. 3. Reg. 15. Lat. dorſum ſiue eleuatio eius, aut palpebræ eius, ſiue excelſum donum.

gebeleizes, dæmon, idem Zamolchidi putatur Herod. lib. 4.

gebenna, aliàs Cebenna, Galliæ oppidum, & mons inter Auernos & Heluios medius: numero multitudinis extulit Lucanus.

Qua montibus ardua ſummis:

Gens habitat, cana pendentes rupe Gebennas,

vulgò, *Les Cevenes*, & ſimmenc...

gebeoniæ, populi prope Hieroſolymam. Ste.

gebul vide gabula.

gebuſæus, filius Chanaan, à quo Gebuſæi dicti ſunt, qui Hieruſalem habitauerunt, lege Iebuſæus.

gedanum, Germaniæ vrbs in Viſulæ fluminis oſtio, vulgò, *Danzik*.

geddel, nomen viri 1. Eſdr. 2. Lat. magnus, ſiue magnitudo, aut fimbria.

geddiel, filius Sodi. Num. 13. Lat. hœdus Dei, ſiue felicitatis Deus.

gedelias, filius Phaſſur. Ier. 38. Lat. magnitudo aut fimbria Domini.

gedeon, pater Abidam Principis tribus Beniamin. Num. 1. filius Ioas, Iudex in Iſrael Iud. 6 qui & Ierobaal dictus eſt, Iudic. 6. Lat. conterens, vel confringens, & aut ex Syro & Hebræo, abſciſſio iniquitatis.

gedera, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15. quæ à Steph. Antiochia item & Seleucia vocatur. Lat. murus ſiue maceria, vel ſepes.

gederothaim, vrbs in Iuda. Ioſ. 15. idem n. p.

geldeti, nomen viri, 1. Par. 25. Lat. magnitudo, aut fimbria.

gedor, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15. 1. Par. 4. & 12. Eadem videtur eſſe vrbs quæ & Gador, cùm Hebræi iiſdem conſonantib. & punctis ſcribatur. Item vir, filius Phanuel, 1. 4 Par. 4. filius Abigabaon, 1. Par. 8. Lat. idē quod Gedera, ſignificat.

gedroſia, Aſiæ regio, Pto. hodie Tarſe, regnum Haithono & Sabellico: ſunt autem populi Chriſtiani.

gedroſij, populi.

gehenna, i. vallis deceptionis vel triſtitiæ, ſiue diuitiarū, aut Syriacè, infernus: nomen loci apud Euāgeliſtas. Hoc nomē propriū, inquit Hieronymus, à Seruatore noſtro ponitur hac occaſione. Erat idolū Baal iuxta Hieruſalē, ad radicē mōtis Moria, vnde Siloa fluit. Hęc vallis eſt parua campi planities irrigua & nemoroſa plenáque deliciis, & lucus in ea idolo cōſecratus. In tantā autē populus Iſrael venerat dementiā, vt deſerto tēplo ibi hoſtias immolaret, filióſque ſuos incēderent, dęmonibus vel initiarent. Appellabatur autē locus ipſe Gehēnon, id eſt, vallis Hennon. Hoc regum volumina, & Paralipomenon, & Hieromiæ pleniſſimè ſcribunt. Et comminatur Deus ſe locum illum impleturum cadaueribus mortuorū, vt nequaquam Tophet & & Bahal, ſed vocetur Polyandrium. Futura ergo ſupplicia & pœnæ perpetuæ, quibus impij cruciandi ſunt huius loci vocabulo denotantur. Duplicem autem eſſe Gehennam, nimij ignis & frigoris (in Iob legitur.

gehennon, vallis, Ioſ. 13. tribui Beniamin data. 18 idem ſignificat quòd Gehenna.

gehon, i. pectus, ſiue eductio aut exitus, ſeu vallis gratiæ vel manſionis fluuius qui è paradi-

Digitized by Google

ſo terreſtri labitur, Gen.2. Ioſephus Nilũ vocat.

Geiſa, II. Vngariæ rex, Belæ filius, cum Germanis in Pannoniam irruentibus, graue bellum geſſit, primò victus, deinde victor, Ludouicum Franciæ regem & Conradum imperatorem, copias ad recuperandam Terram ſanctam ducentes, hoſpitio ſuſcepit, circa annum ſalutis 1143.

Geiſai, Vngariæ rex, anno ſalutis 1075.

Gela, fluuius Siciliæ, vrbem præterfluens eiuſdem nominis à pruina, quam multam gignit (Siculi enim, γέλαν, pruinam vocant) deducto nomine. Hinc campi circumiacentes, Geloi appellati ſunt. Virg 3. Æneid.

Apparet Camarina procul, campique Geloi,
Immaniſque Gela fluuij cognomine dicta.

Gentile Gelæus. Suidas.

Gela, vrbs Siciliæ, cuius meminit Plutarchus in vita Timoleontis, vulgò, *Cherza*.

Gelanor Argiuus, quidam fuit Princeps, qui cum Danao de Argiuorum imperio contendit.

Gelaſius, II. Pontifex, Rom. CLXII. anno vno, anno ſalutis 1118.

Gelbanitæ, vide Gebbanithæ.

Gelbis fluuius, ſe in Moſellam exonerat, teſte Auſonio. Kil hodiè dicitur.

Gelboe, mons in tribu Manaſſe propè Sichem, in quo tres filij Saulis vnà cum exercitu à Philiſtinis cæſi ſunt, & Saul ſibi ipſi mortem conſciuit. 1. Reg. 28. 31. 1 Para. 10. 2. Reg. Ab hoc monte Gelboe non procul aberat minor Hermon, vt & Sunem vrbs celebris Helizæi hoſpitio & ortu Abiſag formoſiſſimæ puellæ, quæ Dauidi ſenectutem fouebat Anercas Maſius in c. XI. & XIX. Ioſuæ.

Geldria, inferioris Germaniæ Prouincia & ducatus, antiquorum Sicambrorum (vti ferè omnes ſcriptores conſentiunt) ſedes, habet à Septentrione Friſiam, & ſinum maris Germanici: ab Oriente Cliuiæ ducatum: à Meridie Iuliacum attingit: Brabantia & Hollandia eam ab occidente reſpiciunt. Regio eſt campeſtris, montibus omnino carens, ſed paſſim ſyluis ac nemoribus ornata. Omnium rerum eſt fertilis, præcipuè frumenti fœcunda, & ſuprà modum paſcendis pecoribus ob pratorum vbique viridantium luxuriem apta, adeò vt ex vltima Dania emacerata armenta hìc ſaginanda mittantur. Tribus celeberrimis fluuiis, Rheno nempè, Moſa & Vahali irrigatur. Nouiomagum in ea Metropolis eſt. Habet viginti duas vrbes muris & foſſis munitas, & ſuprà trecentos pagos. Anno 1339. Comes Geldriæ Francoforti in publicis Comitiis dux coronatus eſt à Ludouico imperatore. De etymo Geldriæ varia extant apud Henricum Aquilium, F. Irenicum & Lud. Guicciardinum vulgò, *Gueldres*.

Gelenor, Argiuorum rex, quem cùm Argiui imperio pepuliſſent, regnum Danao tradiderunt. Euſebius.

Gellius, viri cuiuſdam proprium, quem poëta ſatyricus patri ſui irrumatorem, matriſque & ſororis ſtupratorem arguit.

Gello, virgo quædam, quæ puella adhuc vita diſceſſit, cuius ſpectrum oberrare Leſbiis creditum eſt, ac pueros impetere: vnde puerorum mortem, qui præmaturo fato perirent, huic Gello imputabant.

Gelo, ſiue Gelon, Siculorum tyrannus, Dionyſius lib. 7.

Geloi, vide Gela.

Gelo, puer quidam qui à lupo fœliciter & fortuito caſu ſeruatus fuit. Hunc enim ferunt, cùm ipſe aliquando in ludi litterarij veſtibulo libellũ manu retinens, ſederet, accedẽtem lupum, libellúmque de manibus raptum, auferentem cum clamore inſecutum, magnum tumultum excitaſſe, quo ludi Magiſtrum, omnéſque pueros commotos, vt illi ſuppetias ferrent, arma fuſtéſque tumultuariè rapuiſſe; quo ſtrepitu concuſſam domum, latam ruinam dediſſe contignationibus ſolutis: puerósque omneis cum præceptore eliſiſſe, qui circiter centum fuiſſe dicuntur, eóque modo Gelonem à lupo ſeruatum fuiſſe perhibent. Leonic. Thom. libro 4. capite 104.

Gelonium, ſtagnum Siciliæ, tetro odore abigit proximantes. Sol. vide infrà Geloum.

Gelon, Pyrrhum veneno necare eſt aggreſſus. Plutarch. in vita Pyrthi.

Gelon, Ætnæ & Hymari filius. Steph.

Gelónes, vel Geloni, popu. interioris Scythiæ, Agathyrſis proximi, qui faciem depingunt, vt terribiliores in prælio videantur. Patiẽtiſſimi sũt inediæ, faméque vrgente equo, quo vehuntur, ſanguinis nonnihil detrahunt, eóque cum lacte commiſto, inediam leuant. dicti à Gelono Herculis filio Agathyrſi fratre, Virg. 2. Georg.

—Pictóſque Gelonos, Item Georg. 3.

Hi nunc Getæ dicuntur, ſiue Tartari corrupto vocabulo, Pomp. Mela. lib. 1. & 2. Virg. li. 9. Multas ſinguli habebant vxores: contenti viuebant ſuis finibus. Horat. lib. Carm.

Gelonum, vrbs Sarmatiæ Europææ, lignea, in Budinis ſita, maximum gentem complexa. Ibi Tarandus animal inuenitur.

Gelos, Cariæ portus. Pomp. lib. 1.

Gelôum, ſtagnum Siciliæ, quod appropinquantes tetro odore abigit: à quo non procul duo fontes ſunt, ex quorum altero ſi ſterilis bibit, concipit, ex altero autem ſi fœcunda, ſterilis fit, vide ſuprà Gelonium.

Gemagog, gigas cubitis duodecim procerus, de quo Architrenius.

—Cubitis ter quatuer altum,
Gemagog Herculea ſuſpendit in [illegible]
[illegible] II.

Google

Gemalli, pater Amiel. Num. 13. Lat. retributio, vel merces, aut ablactatus, vel camelus.

Gemellus Tribunitius Romanus, qui lupanar domi ſuæ inſtituit, in quo Mutiam & Fuluiam fœminas illuſtres, nobilémque puerum. Saturninum proſtituit.

Gemelli nomen vallis, 2. Reg. 8. Lat. vallis Salinarum aut nautarum.

Genabum, eſt Galliæ oppidum Cæſari ad Ligerim fluuium ſitum, Roberto Cœnali, *Orleans*, eſt. Parad. & Vigenereo potius, *Gian*, videtur oppidum ad eundem fluuium ſitum; idque verum eſſe ex diſtantia quam Cæſar inter hoc oppidum & Agendicum ponit, oſtendit.

Genea, vicus Corinthi, vnde prouerbium, Εὐδαίμων ὁ κόρινθος, ἐγὼ δ' εἴην γενεάτης. Aliqui tamen incolas eius, γενεάτας, vocant. Steph.

Genebria, mulier Veronenſis peritiſſima tempore Pij ſecundi Pontif. Rom. Hæc doctiſſimas ſcripſit Epiſtolas, quas recitabat decoro geſtu, voce virili permixta ſuauitate.

Genesara, Galilææ lacus circumſeptus vrbibus plurimis & celebris, Solinus cap. 48.

Geneſe, vrbs Laconicæ. Steph.

Geneſius Gallus, ſcriba militum, juſſus ſcribere edicta in quibus Chriſtiani ad ſupplicia poſcebantur, calamum & Chartam abiecit & aufugit. Tandem propter Chriſti confeſſionem interfectus eſt.

Geneſius mimus nobilis apud Domitianum, qui Chriſtianos turpiſſimis geſtibus irridebat. Tandem & ipſe ſub imperatore paſſus eſt.

Genétes, portus & fluuius. Vnde Geneteum promontorium in quo templum fuit hoſpitalis Iouis, quem Xenion appellant. Steph.

Genethlius, dictus eſt Iupiter, quòd ei incumbat cura gignendorum liberorum

Genethlius, Palæſtinus doctiſſimus Sophiſta, diſcipulus Minutiani & Agapeti. Scripſit autem multas λαλίας ſeu, διαλέξεις, & μελέτας, & multa alia, vt mirabile ſit dictu tam paucis annis vitæ tanta ſcripſiſſe. Suidas.

Genetyllis, Venus dicta (vt Ariſtophanis interpres ait) quòd genituræ præſit, qua ratione & Latinè Genetrix dicta eſt: cui de victimis ſacrificari quidpiam ſolitum erat.

Geneua, magni hodie nominis, & ſui juris (eſt enim vrbs libera, & imperialis) proxima Heluetiorum finibus. Gall. *Geneue*. Huius Cæſar meminit in comment. libro 1.

Genezar, ſiue Geneſareth, ſtagnum Galilææ, juxta quod CHRISTVS Apoſtolos vocauit. Luc. 5. Idem dicitur mare Tiberiadis, à Tiberiade ciuitate, & mare Galileæ etiam, ab adiacente Galilæa Prouincia. Habet hoc ſtagnum centum quadraginta ſtadia longitudinis, quadraginta ſtadia latitudinis.

Genius, dicebatur à priſcis deus naturæ, & qui omnium rerum gignendarum vim haberet, vnde cuiuſque rei dicebatur ſuus Genius: hominíque duos Genios aſſignabant, bonum & malum. Accipitur pro ipſa natura. Quidam ipſam animam vel deum, vel ſpiritum eſſe volunt, qui mortales ad voluptatem incitet: vnde Geniales ab antiquis appellabantur, qui ad curandam cuticulam erant promptiores. Inde prouerbium, Indulgere genio. Fuerunt etiam qui aquam, terram, ignem, aërem, item duodecim ſigna, & ſolem & lunam, deos genios facerent: & à gerendo, quòd multa gerere poſſent, primùm Getulos, deinde Genios appellatos eſſe putarent.

Gennadius, Maſſilienſis ſcriptor, qui de viris illuſtribus Theodoſij tempore ſcripſit.

Gennæus, nomen viri, 2. Macch. 12.

Genoæ, populi Moloſſiæ, à Genoo duce ipſorum. Steph.

Genogallia, vrbs à Deſiderio Longobardorum rege capta, anno ab vrbe 1523.

Genſericus, Princeps Vandalorum: quum Carthaginem cepiſſet, omnéſque opes interfectis ciuibus in eius vſum vertiſſet, animum ad Eccleſiarum ſpoliationem adiecit, quas ſacris vaſis exinanitas, & ſacerdotum adminiſtratione priuatas, equorum ſuorum fecit ſtabula.

Genta, vrbs Indiæ extra Gangem. Steph.

Genthon, nomen viri, 2. Eſd. 10. Lat. hortus, viridarium, aut protectio eius.

Gentiânus, conſul cũ Baſſo, anno ab vrbe 963.

Gentinus, vrbs Troiadis, ab vno filiorum Æneæ condita. Steph.

Gentius, rex Illyriorum apud Liuium bell. Maced.

Genua, Ligurum caput in Italia ad mare noſtrum. Hinc incipit Apenninus mons, diſtátque à Sabatiis ſtadiis ducentis ſexaginta. Dicta Genua à genu, qui habet tanquam genu recuruum à latere maris. Vel à Genuo Saturni filio, qui fertur eam condidiſſe. Vel (vt quidam aiunt) à Genuino Phaëtontis ſocio. Alij etiam à Iano Italorum rege. Hanc Annibal penitus deleuit, ſed Cornelius Seruilius Conſul inſtaurauit, ſicut Liu. refert. Hinc fiunt adjectiua Genuenſis, & Genuanus. Quidam ex imperitioribus Ianuam hanc vrbem appellant, quòd à Iano conditam dicunt, vulgò, *Gennes*: hæc vrbs aliquando ad Tanaim vſque imperij ſui fines produxit. Theodoſiam enim (hodie *Caffa*) ſuæ ditionis effecit, Cyprum, Lesbum, Chium inſulas, & Peram Thraciæ vrbem in poteſtatem redegit. Hodie toti Liguriæ & Corſicæ inſulæ imperat. Emporium celebre, cuius ciues potentiſſimi mercatura & negotiationibus, per omnes ferè orbis partes ma-

Digitized by Google

ximum ſibi nomen atque diuitias compararunt.

Genubath, filius Addad Idumæi aduerſarij Salomonis, 1. Reg. 11. Lat. furtiua, vel furtum, aut protectio, vel hortus filiæ.

Genúſus, fluuius, quem Dyrrachio euntes in Theſſaliam inueniunt. Lucanus libro 5.

Quam volucer Genuſus, quam mollior Aſpus, Circumeunt ritu, &c.

Geon, vide Gion.

Georgi, Aſiæ populi, ab agricultura nomen ſortiti quibus vicinos Corſitas, Phoriſtas & Riphaces Mela. facit. Conſtat enim Tauricam Cherſoneſum Georgiam cognominatam, propter memorabilem in ea frumenti copiam. Vadianus.

Georgiana, regio Aſiæ à Tartaris ſubacta. Blond. libro 7. decad 2. anno ſalutis 1211.

Georgius de Podebra. Bohemorum rex, anno ſalutis 1458.

Georgius Merula, Angelo Politiano, Philippo Beroaldo, multiſque aliis viris doctis æqualis.

Georgius Trapezuntius, nobilis Philoſophus, qui in extrema ſenectute omnium literarum, quas antea nouerat, nominiſque ſui oblitus eſt.

Georgius Cappadox, tribunus militum ſub Diocletiano, qui maximum ſerpentem in Africa peremit liberata puella, quæ eidem in prædam deuota fuerat. Theologi nonnulli exiſtimant flectitium eſſe nomen, ſub quo veteres Chriſti Eccleſiam à Satanę tyrannide liberantis, imaginem & paſſionis meritum propoſuerunt.

Gephyra, vrbs Bœotiæ: eoſdem & Tanagræos eſſe aiunt. Steph.

Gephyræi Phœnices, qui cum Cadmo in Græciam venerunt, è quorum genere fuêre Hermodius & Ariſtogiton, Athenas litteras intuliſſe dicuntur.

Gephyrote, vrbs Libyæ, Steph.

Gergobina, Galliæ ciuitas, Boiorum Metropolis, vulgò, *Moulins en Bourbonnois.* Cæſ. libro 7. bell. Gall.

Gergouia, oppidum Auernorum in monte poſitum. Hodie, *Clermont en Auuergne*, vocatur.

Gera, i. ruminatio, ſiue peregrinatio, aut certatio, vel conflictus, filius Beniamin. Geneſ. 46. qui 1. Par. 8. Anara filius Bela filij Beniamin. Pater item Aod. Iudi. 3. Pater item Semei viri, de cognatione domus Saul. 2. Reg. 16.

Gera, arx, à Philippo Macedonum rege expugnata.

Geræa, Luſitaniæ vrbs. Ptol.

Geræſtus, vicus quidam à Geraſto Iouis filio, in quo Neptuni templum erat. Steph.

Geraneia, vrbs Phrygiæ, item mons inter Megaram & Corinthum, à quo ſe præcipitem dedit Ino, cùm fugeret Athamantem. Steph.

Geranthæ, vrbs Laconicæ. Steph.

Gerara, i. peregrinatio, vel certatio, vel conflictus, Metropolis terræ Palæſtinæ, in qua natus eſt Iſaac. Geneſ. 10. 20. & 26. Ab hac Gerarítica regio nomenclaturam ſumpſit. 2. Paral. 14. quæ olim terminus Chananæorum fuit ad auſtralem plagam.

Geraræ, Γέραραι vt inquit pollux, quatuor decem erant mulieres, à rege Athenienſium conſtitutæ, quæ ſacra ſecreta Dionyſio faciebant, quas ſolemni hoc adactas à regina iureiurando ſcribit Demoſt. in orat. contra Neæram. Pea & pura, & munda ſum à cæteris immundis, & à viri congreſſu, & Theogonia & Iobacchea Miniſtro Dionæſio ritu patriæ, & ſtatis diebus.

Géraſa, vrbs Cœleſyriæ, illius quæ Teſſareſcæ decapolis dicitur. Viros claros inde oriundos Steph. recenſet. inde Geraſeni. Mar. 8.

Geraſtus, filius Mygdonis, à cuius filiabus Parthenopolis in Syria dicta eſt. Steph.

Gerea, vrbs Indica. Steph.

Geren, vrbs aut vicus Lesbi, à Gerene Neptuni filio. Steph.

Gerenia, vel Gerenus, vrbs Meſſeniæ, vbi Neſtor Pylius educatus eſt. Steph.

Gergeſæi populi, Geneſ. 15. Lat. peregrinationi, vel conflictui, vel ruminationi appropinquantes.

Gergeſæus, filius Chanaan. Geneſ. 10.

Gergina, Myſiæ vrbs Athenęo, ad Idam montem, quam ſuo tempore, *Gergitha*, appellatam addit.

Gergis, vel Gergithus, vrbs Troadis. Steph. Hinc Gergithes, & Apollo Gergithius.

Gergobia, Cæſari, ſed γεργοβία Straboni, Galliæ in Aruernis oppidum ad flumen Elauer. *Gergoie.* Gab. Simeonio.

Gergobina, Cæſari Galliæ in Boiis oppidum, *Molins*, Paradino. Vigenereus mallet, *Monlucon*, vel *Nevy*, vbi ſunt thermæ, & multa antiquorum Romanorum veſtigia.

Gerion, vide Deabus.

Germania, regio Europæ latiſſima, quę à Gallis, Rhœtis ac Pannoniis Rheno & Danubio fluminibus, à Sarmatis Daciſque metu mutuo ac montibus ſeparatur: cætera ambit Oceanus, latos ſinus, & inſularum immenſa ſpatia complectens, Germaniæ termini ab auctoribus, vt quiſque ſui temporis rationem ſequutus eſt, adeò variè deſcribuntur, vt triplicem quaſi Germaniam, ſecundùm ejus ætatem facere videantur. Veterem nempè, mediam & recentem. Veterem vocant Beroſianam, quam Rheno, Oceano, Tanai, Ponto Euxino, Danubio, eiúſque accolis circumſcribunt. Media erit, quam Tacitus, Ptolemæus & Plinius coætanei ferè cognoue-

Digitized by Google

gnouerunt: quę cum ex ipſis auctoribus ſatis nota ſit, non opus videtur hic denuò eam deſcribere. Porrò recens Germania, quę noſtra eſt memoria vſitatior, vltra Rhenum eatenus eſt extenſa, vt omnes fermè Belgas vſque ad Alpes Tridentinas contineat. Ita quoque vltra Viſtulam Ortum verſus vſque ad Scythas Alanos, quos hodie Lithuanos appellamus, pertinet. Erit eius longitudo ab Iccio portu (vulgò Caletum) vſque ad Lithuanię fines, habebitque latitudinem à mari Germanico & Venetico ad Alpes vſque. Huius regionis incolę Germani dicuntur, cuius nominis rationem ad Romanos authores non nulli referunt, qui cum primùm Rhenum deuictis Gallis transgreſſi fuiſſent, videntes eos & feritate animorum, & proceritate corporum, colore flauo, forma, pręterea & moribus viuendi ritu Gallis ſimillimos, Germanos eos, tanquam fratres Gallorum appellarunt. Alij inde Germanos dictos putant, quòd peculiari eius regionis ritu, ſe mutuò ſua lingua Germanos, h.e. fratres conſalutarent. Eruditi tamen inter Germanos vocabuli huius etymologiam ex ſua potiùs lingua petendam exiſtimant. Illi enim *Gar*, ſiue *Ger*, totum dicunt, & *Man*, virum: vt Germanos dictos intelligas, quaſi prorſus viros. Germani ipſi indigenæ exiſtimantur, quoniam non eſt veriſimile, aliquos Aſia, aut Africa, aut Italia relicta Germaniam petiiſſe, informem terris, aſperam cœlo, triſtem cultu aſpectúque, niſi patria ſit. Hinc Germanici & Germanicani, quæ inter ſe differunt, ſicut Hiſpanienſes ab Hiſpanis ſeparantur, Sicilienſes à Siculis. Nam Germanicani dicuntur milites Romani in Germania militantes: Germanici qui ex Germania ſunt.

Germania inferior, quam omnes ferè exteri (partem pro toto accipientes) vno nomine Flandriam, incoláſque Flandros indigitant non modò Comitatum Flandriæ, verumetiam ſexdecim alias ditiones continet, videlicet Ducatum Brabantiæ, Limburgi, Lutzenburgi, & Geldriæ: Comitatum Arteſiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci, & Zutphaniæ: Marchionatum ſacri imperij, dominia Friſiæ, Meulhiniæ, Vltraiectenſis, Tranſyſalanæ & Grœningæ. De quibus ſingulis ſuo loco dictum eſt.

Germanica, legio ſeptima. Ptol. Tarraconenſis Hiſpaniæ vrbs.

Germanicia, ſeu Germanicea Euphrateſiæ vrbs, Steph. iuxta Amanum montem, hæc in vetuſto nummo, vt dicit Onuphrius, *Colonia Iulia Germanicia Sacia Auguſta Fœlix* dicitur, Theodoricus 2. cap. 25. ſcribit Germaniciam eſſe in loco, vbi Cilicum, Syrorum & Cappadocum fines terminantur, ſubiectam autem Euphateſiæ regioni.

Germaniciana, Africæ Propriæ vrbs apud Antoninum. *Bigermaniciana* meminit D. Cyprianus, in concilio Carthaginienſi.

Germanicia, vrbs Galatiæ. Paul. Diaconus, eámque *Mirangulos* vocat.

Germanicopolis, Aſiæ minoris circa Helleſpontum vrbs, Plin. eius meminit Ammianus 27. ſed dicit eſſe in Cilicia.

Germanicum mare nominat Plinius, in quo ſunt inſulæ Glesſariæ & Thule eſt Ptol. *Germanicum Oceanum*, Plutarc. in Cæſare *Atlanticum*, Tacitus & alij *Septentrionale*, appellant. Claudianus *Cimbricum* in quo Rhenus ſe exonerat.

Germanicus Cæſar, collega C. Fonteij Capitonis, anno ab vrbe 764.

Germanij, Perſiæ gens. Herodoto, in Clio.

Germanion XXVIII. Hieruſalem epiſcopus, anno ſalutis 209.

Germanopolis Paphlagonorum vrbs, in Galatia, Ptol.

Germanorum Caſtra, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Ptol.

Germanus, Capuæ Epiſcopus, an. ſalut. 521.

Germanus Altiſſiodorenſis epiſcopus, à Pelagiano errore Britannos ad veram fidem reuocauit, anno ſalutis 431.

Germara, Celtica gens, quæ diem non videt. Steph. ex Ariſtotelis Admirab. circa Celticam gentem eſſe quandam, quæ interdiu nihil, noctu duntaxat videat, ſcribit Apollonius ex Eudoxo.

Gerontia, inſula ante ſinum Pagaſicum. Plin. lib 4 c. 12.

Gerrha, nomen trium vrbium, quarum vna eſt in Syria, alia prope Traconitas, alia in felici Arabia. Stephano vrbs eſt Chaldæorum.

Gerrheni populi, 2. Macch. 13.

Gerrhi Sarmatiæ Aſiaticæ gens apud Ptolem. Sunt Arabiæ fœlicis populi. Ptol.

Gerrhum, Ptol. Gerra Straboni, Ægypti vrbs ad mare mediterraneum, in latere Orientali. *Maſeli* fortè nunc.

Gerrhus, fluuius Scythiæ, ſeptimus ab Iſtro memoria dignus. Herodot. lib. 4. Steph. locus eſt & fluuius proximus Boriſtheni.

Gerſam, filius Moſis, Exod. 2. Heb. Gerſom: Lat. aduena ibi, ſine peregrinus nominatus.

Gerſom, filius Moſis, 1. Par. 6. 15. 23. Eſt & alius Gerſom de filijs Phinees, 1. Eſd. 8.

Gerſon, filius Leui, filij Iacob. Gen. 46. 1. Paralipom. 6. Lat. exilium eius, vel peregrini mutatio.

Gerunda, Hiſpaniæ vrbs Ptolemæo. Vulgò *Giron*.

Gerundenſis ager, à Saracenis vaſtatus. Blond. lib. 2. decad. 2.

Gerunium, Steph. Italiæ vrbs eſt, quam Quadratus Gereniam appellat. Polybio eſt Apu-

liæ vrbs decem ſtadiis ab Aufido flumine diſtans, *Geryon* apud Liu. vocatur.

Geruia, Sarmatiæ in Aſia ciuitas. Ptol. hodie S. Georgius.

Geryon, onis, ſiue Geryones, næ, Chriſaoris filius, Heſiodo, trium Hiſpanicarum inſularum rex: Balearidum videlicet duarum, & Ebuſi, quæ res locum fecit poetarum fabulis. vt Geryonem tricorporeum fuiſſe dicerent. Hunc Hercules interfecit, bouéſq; eius in Græciam abegit. Sunt qui idcirco Geryonem tricorporem creditum velint, quò l tres fuerint eodem nomine fratres tanta inter ſe animi concordia viuentes, vt anima vna regi putarentur.

gerzi, nomen pagi, 1. Reg. 27. Lat, ſecuris, ſiue ſciſſor.

geſan, i. appropinquans, aut vallis mutationis ſiue eboris vel ſomni, filius Iehaddai. 2. Par. 2.

geſchiliſtrum. Specus, vnde ſpirare Aquilonem Plinius dicit, Turnebus Geſchliſthrum vocat, duobus diremptum diſtinctúmque vocabulis γῆς κλεῖθρον, id eſt terræ clauſtrum, aduerſ 24. cap. 42. qua ratione Helleſponti clauſtra apud Var. de ling. Lat & πόντου κλῇδα dixit Euripides, vt etiam Æſchylus in Perſis κλήϊσαν βόσπορον & Herodotus ζεῦξαι.

geſodunum, vrbs in Norico, Ptolemæo, vulgò *Salzburg*.

geſſoriacum, Ptol. oppidum Morinorum nauale. Volunt nonnulli eſſe illud oppidum, vnde breuiſſimus eſt in Angliam traiectus, quod vulgò Caletum vocant.

geſſaces, mons, Trebellio Pollioni in vita Gallieni Imper. Labio *Schek l* eſt, in Hungaria.

geſſen, id eſt appropinquatio, regio Ægypti, vbi Iacobus Patriarcha cum ſuis habitauit liberis, quam nonnulli (vt Hieronymus in Hebraicis quæſt. author eſt) Thebaidem vocant. Gen. 43.

geſſur, i. vallis aſpectus aut vallis bouis, ſiue vallis murus, aut pons, regio Syriæ, 2. Reg. 3. 1. Par. 1. & 9.

geſſuri, regio Syriæ, quæ & Geſſur. Deut. 3. Ioſue 1. 3. 1 Reg. 27.

geſſus, Ioniæ fluuius, Plinio & Straboni. qui regionem omnem circa Geſſum Pannoniam nominat.

geta Cæſar, conſul, collega Plautiani, anno ab vrbe 955.

getæ, populi in Scythia Europæa, Appianus Dacos appellat. Strabo verò lib 7. Getas a Dacis ita diſtinguit, vt Getæ ſint, qui ad Pontum in Orientem vergunt: Daci, qui in oppoſitum latus pectant verſus Germaniam, & ad Iſtri fontes, quos olim Dauos vocatos nonnulli volunt. Ex quo apud Athenienſes Dauorum & Getarum ſeruilia nomina in vſu maximè fuerunt. Ælius Spartianus ſcribit Getas dictos fuiſſe, qui poſtea Gothi appellati ſunt.

geticus, a, um, vt Humus getica.

geth, i, torcular, ciuitas Palæſtinæ à Roboam conſtructa, 2. Paral. 11. Vnde Ionas Propheta, 1. Reg. 6. & 17. 4. Reg. 14. Quæ aliàs Anthedon, item & Agrippia. Volater. lib. 1. dicitur.

gethaim, torcularia ciuitas ad quam fugerunt Berothitæ interfectores Iſboſeth. 3. Reg 3.

geth-hepher, ciuitas in tribu Zabulon, Ioſ. 19 Lat. torcular fodiens, vel explorans, ſiue confundens, aut exprobrans.

gethai, populi, Ioſuæ 13. 2. Reg. 15. Lat. torcularia.

gether, filius Aram. Gen. 10. Ab hoc Acarnanij ſiue Carij (vt refert Hieron. in quæſt. Heb.) originem traxêre. Sunt tamen qui illum Getarum ſeu Gothorum ſtirpem fuiſſe velint. Eſt & Gether, 1. Reg. 30. vrbs Sacerdotalis in tribu Iuda prope Saraa & Eſthaol, ſed quum apud Hebræos per Iod ſcribatur, vide Iether.

geth, Philiſtinorum vrbs, patria Goliath, inter Aſcalonem & Gazam. *Ybelim* hodie dici ſcribit Poſtellus.

getheum, vide Cranæ.

geth-remmon, nomen ciuitatis. Duæ autem fuerunt, altera data tribui Dan. Ioſue 19. altera tribui Manaſſe. Ambæ autem Leuitis poſtea aſſignatæ, Ioſ. 21. Lat. torcular mali punici, aut torcular excelſum.

gethſemani, nomen vallis quæ eſt ad radices montis Oliueti. Matth. 26. Marc. 14. Lat. vallis pinguedinum, aut vallis olei.

gethuſſa, vrbs Libyæ Steph.

getia, regio Getarum in Thracia.

getuli, Africæ populi, & Libyæ primi omnium ex Punicorum Annalium fide Africam tenuerunt, aſperi incultique: quibus cibus erat caro ferina, atq; humi pabulum vti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege aut imperio cuiuſquam regebantur: vagi, palantes, quò nox coegerat ſedes habebant. Salluſt. in Iugurth. Vide Getvlia.

gezer, ciuitas, 2. Regum 5 Eadem quæ & Gazer dicitur. Lat. præciſſio, ſiue diuiſio, aut ſententia.

Gezeron. nomen ciuitatis. 1. Macchab. 4.

Gezer, filius Caleb, 1. Par. 2. Lat. tondens, aut vellus, ſiue tranſitus.

G I

Giah nomen loci 2 Reg. 2. in tribu Benjamin pro quo interpres vertit Vallis.

Gibel, vide Gabala.

Gibelini & Guelphi, duæ quondam fuêre per Italiam factiones. anno nimirum Chriſti, 240 quæ odio exitiali inter ſe digladiabantur. Earum autem origo tale dicitur initium habuiſſe. Cùm Fridericus II. Imperator in Italiam proficiſceretur, excommunicatus eſt à ſummo

Pont.

Pont. Luſtrans verò ſingulas ciuitates, facile deprehendit, qui propenſum erga ſe haberent animum. Qui igitur ei fauebant, illos vocabat Germanico nomine, Gibelinos: eos verò, qui auerſum à ſe habuerunt animum, appellauit Guelphos. Horum vocabulorum ratio eſt incepta. Hinc tandem varia & multiplicia ſcelerũ genera, in plurima ſubſecuta ſũt ſecula. Hanc hiſtoriã Munſt. lib. 2. cap. 3. fusè latéque ſcripſit.

Giblij, populi ciuitatem Gebal in Syria habitantes: de qua Pſal. 82. Ezech. 27. 3. Reg. 5. Giblin. Heb. Lat. Termini, vel confinia, aut terminus maris.

Gichthis, Ptol. Africæ propriæ vrbs. *Gita* Antonini eſt, iudice Simlero. Fortè hodie *Galfanacar*, vt Moletius dicit.

Gideroth, ciuitas in tribu Iuda, Ioſ. 15. Latin. muri, ſiue maceriæ aut ſepes.

Gidica, vxor Comminij Laurentij, quæ dum Communium priuignum maximè deperiret, neque tamen ad concubitum poſſet inducere: ſe ſuſpendit. Doſitheus apud Plut.

Giezi, i. vallis viſionis, aut vallis pectoris, famulus Eliſæi. 4. Reg. 4.

Giganeum, Colchidis vrbs apud Ptol. *Sauaſtopoli* Nigro.

Gigantes, Telluris filij, excelſiſſimæ ſtaturæ, & draconum pedibus, in deorum perniciem procreati, vt ſuperis ſcilicet bellum inferrent, Iouémque de cæli poſſeſſione deiicerent. Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 20. Gigantes nihil aliud fuiſſe credit, quàm hominum quandam impiam gentem, deos negantem, & ideò exiſtimatam deos pellere de cœleſti ſede voluiſſe. Horum pedes in draconum volumina definiebant, quòd ſignificat, nihil eos correctum cogitaſſe, totius vitæ eorum greſſu atque proceſſu in inferna vergente. Phyſici verò interpretantur Gigantes ſpiritus eſſe terræ incluſos, qui dum exitum non inueniunt, fractis interdum altiſſimis montibus vi erumpunt, & fruſtra ipſa quaſi in cœlum eiaculantur. Hos poëtæ in campis Phlegræis cum diis congreſſos fabulantur: ſed partim Iouis fulmine, partim Apollinis & Dianæ telis confixos cecidiſſe, alioſque ſub Ætna monte, alios ſub Mycone & Lypara inſulis ſepultos eſſe: nonnullos etiam in Tartarum detruſos impietatis ſuæ pœnas luere. Siciliam olim inhabitarunt, poſtea Læſtrygones deinde Anthropophagi, & tandem Cyclopes dicti fuere, vt ſcribit Fazellus cap. 1. decad. 2. rerum Sicularum.

De Gigantum autem origine variæ ſunt priſcorum opiniones. Alij námque illos Titani & Terræ filios fuiſſe ſcribunt, alij ex ſanguine Titanorum à Ioue interfectorum è terra eſſe natos aiunt. Heſiodus ex ſanguine cœli, amputatis illius à Saturno virilibus genitos eſſe dixit. Ioſephus verò in Antiquitatibus Iudaicis, contendit eos ex dæmonum coitu cum mulieribus fuiſſe procreatos: cui quidem opinioni & Lactantius, ex ſacra hiſtoria argumento ſumpto, aſtipulari videtur. Sed D. Auguſtinus, cæteríque recentiores Theologi rectè iſtam rejiciunt opinionem, quòd dæmones cum mulieribus verè coire poſſe, prolémque aliquam ſuſcipere, impoſſibile ſit.

Gigantum autem vrbs maxima fuit. Enos circa Libanum montem, qui vniuerſo dominabantur orbi, ob occaſu ſolis ad ortum. Iſti vaſtitate corporis ac roboris confiſi, inuentis armis omnes opprimebant, libidiniſque inſeruientes, inuenerunt papiliones, & inſtrumenta Muſica, omnéſque delitias. Manducabant homines & procurabant abortus, in eduliúmque præparabant: & commiſcebantur matribus, filiabus, ſororibus, & maſculis, atque brutis: ac denique nihil erat ſceleris, quod non admitterent, religionis ac Dei contemptores. Beroſ libro 1.

Gigantum eſſe Libyæ gentem, quandam Eudoxus Cnidius refert, qui ex floribus quos plurimos & odoratiſſimos apud eos ſponte ſua tellus producere ſolet, arte quadam optimum adeò mel conficere dicuntur, vt non multum ab apum melle diſtare videatur. Leoni. Thom. lib. 5. cap. 77. Hinc Giganteus, a, um.

Gigantis, vetus nomen Arcadiæ. Steph.

Gigonus, vrbs Thraciæ iuxta Pallenem, à Gigone Æthiopum rege dicta, quem Dionyſius vicit. Hanc Artemidorus Epheſius Gigonidem vocat. Steph.

Gihon, fons in occidentali Dauidicæ ciuitatis parte, 3. Reg. 12. Paral. 32. Latin. pectus, aut eductio, vel exitus, ſiue vallis gratiæ, vel manſionis.

Gilda, vrbs Libyæ. Steph.

Gildo, rex Africæ, Maſcezelis fratris ſui filios necauit. Is in Italiam fugiens ab Honorio copias accepit, cum V. M. pugnatorum fraternas copias deleuit: ipſiúſque Gildonis, à fuga retracti velo gulam, quibus mandatum erat, fregêre. Pomp. Oroſ lib. 7. cap. 36. Diacon. lib. 13. Blond. lib. 1. dec. 1.

Giligambæ, populi Libyæ. Steph.

Gilimeres, Vandalorum rex, anno ab vrbe 1187.

Gilippus, dux à Lacedæmoniis ad Syracuſanos cum auxiliaribus copiis miſſus.

Gillus, exul Tarentinus, Herodoto. Hic quum Perſarum exploratores à piratis captos pecunia ſua redemiſſet, & ad Darium reduxiſſet, iuſſus eo nomine petere quicquid vellet, hoc vnum petiit, vt regis opera in patriam reduceretur.

Gilo, nomen ciuitatis in tribu Iuda Ioſue 25. 2. Regum 15. Lat. exultatio, ſiue reuolutio, vel tranſmigratio, aut reuelatio.

Gilonitæ habitatores ciuitatis Gilonis.

Gimbrate, Sycionitarum rex, anno ab vrbe 1109.

Gimera, vrbs à Q. Fabio occupata, anno ab vrbe 456. Liu. lib. 10.

Gindanes, populi Libyæ, qui ſolo Loti arboris fructu victitant, Stephano. Apud hos vxores multi pelliceis fimbriis adornantur. Nam cùm ducant pulcherrimum à plurimis adamari, à ſingulis quibus ſui copiam faciunt, fimbriam vnam exorant, eóque argumento oſtendunt quod habuerint amatores. Herod. lib. 4.

Gindara, vicus iuxta Antiochiam: incolæ Gindarenſes, vel Gindari. Steph.

Gindes, fluuius qui per Dardanos fluens, ingreditur Tigrim.

Gineth, pater Thebni. 3. Regum 16. Lat. hortus, vel protectio.

Gingla, oppidum Comagenes, non procul ab Euphrate fluuio. Plin. lib. 5. c. 24.

Ginglymote, vrbs Phœniciæ. Steph.

Gingunum, in Vmbria mons Straboni. *CerogNone*, Leandro eſt.

Gion, vel Geon, fluuius qui apud Ægyptios Nilus vocatur, in Paradiſo oriens, vniuerſam circuit Æthiopiam. Quo nomine etiam vocatus eſt mons in Iudæa, apud quem Salomon in regem vnctus fuit.

Gippius, Romanus vir, qui ſimulabat ſe dormire & ſtertere, quò facilius eius vxor mœcharetur. vnde natum adagiũ videtur Ciceroni in quadam epiſtola ad Fabium Gallum Non omnibus dormio. Author Lucilius apud Beroaldum.

Gir, Libyæ fluuius, apud Ptol. quem Mercator *Niger* nominat.

Girim, mons apud Garamantas, in quo naſci gemmas vetuſtas teſtata eſt.

Giſbertus, Lotharingiæ dux, anno ſalut. 913.

Giſira, Aſiæ propriæ vrbs Ptolemæo, *One* à Iacobo Caſtaldo indigitatur.

Giſla, Lotharij Lotharingiæ regis filia, Godefridi Northmannorum regis vxor. Æmil. lib. primo.

giſſa, Plin. eſt inſula Illyrici maris, *Pege* dicitur Volaterrano.

giſulphus, Salerni princeps, anno ſalutis 1048.

giſulphus, Apuliæ Comes, Beneuentum cepit, anno ſalutis 1052.

giſumar, Vandalorum rex ann. ab vrbe 1098.

gitta, vrbs Palæſtinæ. Steph.

G L

glabrio, conſul cum Vlp. Traiano, anno ab vrbe 845. quo tempore Domitianus Imperator Dominum & Deum ſe appellari iuſſit Caſſi Eutrop. lib. 9. Suet. in Domitia.

glabrio, Con. cum Hamullo, anno ab vrbe 904.

glabrio, conſul cum Antonino Commodo, anno ab vrbe 938.

glabrio, Conſul cum Valerio Maximo, anno ab vrbe 1008.

gláſira, Archelai Cappadocum regis filia, Archelai Iudæorum principis vxor, anno ab vrbe 952.

glandómerum, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs. Ptolomæus, vulgò hodie *Mondonnedo*.

glanicus amnis Italiæ, qui & Lyris appellatur, in cuius ripa templum fuit Maricæ Nymphæ Minturnenſis.

glanis, fluuius Cumæ, à quo Glanis vel Glanius, piſcis dicitur. Eſt & Iberiæ fluuius, & tertius Italiæ iuxta Tiberim fluuium Steph.

Glanum. Saliorum ciuitas in Gallia. Ptolem. vulgò *G. P.*

glaphyræ, vrbs Theſſaliæ, à Glaphyra conditore, Magnetis filio. Homerus. Eſt & vicus Ciliciæ, à Tarſo verſus occidentem triginta diſtans ſtadiis, Steph.

glaphyrus, notiſſimus adulter Iuuenalis tempore, de quo is Satyra 6.

Vxorem ducis de qua citharœdus Echion,
Aut Glaphyrus fiat pater.

Nomen deductum eſt à feſtiuitate & elegantia, quam Græci γλαφυρότητα dicunt.

glarona, Heluetiæ ciuitas, vulgò *Glaris*, altiſſimis cingitur montibus ab Ortu, Vriorum montana, ab occatu autem Suitiorum montes attingit. A Septentrione olim clauſa fuit muro extenſo per tranſuerſum vallis à monte ad montem. Confœderauit ſe reliquis Heluetiis: anno M.CCCLII.

glauci tribus, in Lycia eſt, à Glauco heroë dicitur. Gentile, Glaucodemus.

glaucia, oppidum Ioniæ Steph.

glaucias medicus fuit in anatome cadauerum exercitiſſimus Cæl. lib. 16. c. 19.

glaucôpis, habens oculos cæſios. Quo nomine dicta eſt Pallas, quæ à Latinis dicitur Cæſia à colore cæli quaſi Cælia. Diodorus ſcribit aërem nominatam eſſe Pallada: & ideò dici Glaucopin, quoniam aër glauci, hoc eſt viridis, ſit aſpectus.

glaucus, Hippolochi filius, qui Troiano bello Priamo ſuppetias tulit: homo tam ſtupidus, vt cum Diomede, armorum permutatione facta, ænea acceperit pro aureis. Vnde etiam hodie Glauci & Diomedis permutatio prouerbio celebratur: quo vtimur, quoties permutatarum rerum inæqualitatem volumus denotare. Martial libro quinto. Ferunt tamen hunc ab Aiace occiſum: cùm pro corpore interfecti Achillis

P[illegible]

Digitized by Google

pugnaret, & poſtea in Lycium ventis delatum in fluuium mutatum eſſe.

Glaucus piſcator, cùm piſces captos in ripa explicuiſſet, ij ſubitò contacta quadam herba ſe colligentes in fluuium proſilierunt. Admiratus itaque Glaucus herbæ illius vim, cùm & ipſe deguſtaſſet, piſces ſecutus, in aquam inſiluit, mariſque deus factus creditur. Alij aliter referunt hanc fabulam, Glaucum inſignem vrinatorem fuiſſe, qui cùm ſæpius inſpectantibus ſuis municipibus in fluuium ſe deieciſſet, diutiúſque ſub aqua moratus ſemper emerſiſſet: tandem cùm illis fruſtra expectantibus non rediret, creditus eſt factus eſſe maris deus. Promathidas Heracleotes Glaucum ex Polybo Mercurij filio & Eubœa filia Larymni genitum fuiſſe tradidit. Mnaſeas verò lib. 3. Europæorum, Anthedonem & Alcyonem parentes eius fuiſſe affirmat: natandi, vrinandique apprimè peritum, ideo Pontion, i. marinum vocatum fuiſſe, raptáque Syme Ialemi ac Dotidis filia, in Aſiam traieciſſe ac prope Cariam, deſertam quandam inſulam habitaſſe, quam Symen ab vxoris nomine appellauit. Euãthes heroicorum verſuum poëta, in ſuo de Glauco hymno Neptuni filium Naidiſque Nymphæ illum fuiſſe tradit & cum Ariadne à Theſeo derelicta quam deperibat in inſula Dia concubuiſſe. Poſis Magneſius libro 3. Amazonidis, nauis Argi Glaucum architectum, gubernatorémque fuiſſe tradit, & in Iaſonis cum Tyrrhenis nauali pugna ſolum eum nullo vulnere ſauciatum fuiſſe, ſed vt Ioui placuerat, in fundo maris apparuiſſe. deúmque maris ita factum, à Iaſone ſolo viſum &c. Vide Athenæum Deipn. lib. 7. vbi multa alia de hoc Glauco referuntur.

Glaucus, ex Potnia Bœotiæ vico, Siſyphi filius, qui cùm equas ſuas à coitu cohiberet, quò eſſent velociores, Venus indignata, furorem eis tantum immiſit, vt dominum dilacerarint. Virgil. 3 Georg.

Glaucus, Hippolyti filius, à quo Iones nati ſunt reges, multique hoc nomine ſunt vocati, inter quos fuit Minois filius, in mellis dolio necatus, qui Æſculapij ope reuixit.

Glaucus Carytius pugil, ex Eubœa, qui ex aratro in Olympia productus, ſæpe vicit.

Glaucus, Antenoris Troiani filius, ab Agamemnone interfectus. Dictus Cretenſis.

Glaucus, inter miniſtros Vulcani numeratur, Herodoto.

Glaucus, Lemnius ſtatuarius. Steph.

Glaucus Chius, primus ferri glutinum inuenit. Eutrop. Euſeb.

Glaucus, Libyæ ſinus, & amnis. Plin. Strabo.

Glautias, Illyrici rex, Pyrrhum regem Epiri educauit. Plutarch.

Gleſſaria, inſula in Oceano Germanico, quæ teſte Solino, criſtallum dat & ſuccinum, *Sudau* vulgò appellata, haud longè à Pruſſia. Hanc Plin. Auſtrauiam vocari ſcribit, peninſula Baltici maris eſt, in cuius Iſthmo vrbs Regio mons, vulgò *Conimſberch* ſita eſt.

Gletes, gens Iberica poſt Cynetas. Steph.

Glyſſas, vrbs Bœotiæ à Gliſone aut Gliſante quodam dicta. Steph.

Glogauia, vide Lugidunum.

Glotildis, vxor regis Clodouei, quæ relictis opibus & regno, cœnobio ſe incluſit.

Glycerium, Theſpienſis meretrix, quæ tabulam Cupidinis (quam à Praxitele gratis acceperat) Theſpienſibus dono dedit.

Glycera, virgo formoſiſſima apud Horat. *Vrit me Glyceræ nitor ſplendentis pario marmore purius, Vrit grata proteruitas, & vultus nimium lubricus aſpici.*

Glycon, vir robuſtiſſimus, & gladiatoria quadam totius corporis firmitate. Horat.

Nec quia deſperes inuicti membra Glyconis.

Glycon, medicus Panſæ Conſulis, qui in carcerem cõiectus eſt ob ſuſpicionem veneni, quod ferebatur indidiſſe vulneri domini ſui. Sueton. in Auguſt. & Cicero in Epiſt. ad Brutum.

C N

Gnato, Siculus homo voraciſſimus, qui conuiuiis adhibitus, ſeſe in paropſides emungebat, vt cæteris abſtinentibus ſolus veſceretur.

Gnes, gens quæ Rhodi habitauit: Gentile, Gnetes, vel Ignetes.

Gneus, prænomen viri, vide CNÆVS.

Gnidus, vide CNIDVS.

Gnoſidicus, Nebri clariſſimi Aſclepiadarum in Co inſula filius: Steph. magni Hippocratis medici proauus.

Gnoſippus, ea voracitatis infamia adeò laborauit vt Athenienſes liberis ſuis interdixerint, ne cum eo veſcerentur.

Gnoſus, ſiue Cnoſus, ſiue Cnoſſus, vrbs Cretæ clariſſima, Minois regia, olim Ceratus appellata à vicino eiuſdem nominis fluuio. Hinc Gnoſſius adiectiuũ. Itẽ Gnoſſis, idis: Gẽtile fœmininũ, quo poetæ vtuntur pro Ariadne Minois regis filia.

G O

Goaréne, regio Arabiæ prope Damaſcum, dicitur etiam Goarea. Steph.

Goatha, nomen loci non procul à Ieroſolyma. Ierem. 31. Hunc Lyranus Golgotha eſſe putat. Lat. tactus eius, aut mugitus eius.

Gob, nomen loci, 2. Reg. 21. Lat. ciſterna, vel locuſta, vel altitudo.

Gobæum promontorium, Galliæ oppidum, Ptol. vulgò, *Le four*. Volater. dicit eſſe *Tombelaine pres S. Michel. S. Matthieu* Villanouano.

Gobar, Meſopotamiæ quõdam præfectus fuit, qui Euphratem fluuium opere deduxit, ne preci-

piti curſu Babyloniam infeſtaret. Plin.li.6.c.26.

Gobazes, Lazorum qui quondam Colchi dicebantur, rex, anno ab vrbe 1307. Agath.lib.2.

Gobrias, vir Perſa nobilis, vnus ex his qui cum Dario aduerſus Magos coniurarunt. Nam erat Darij ſocer, antequam regnum Darius ipſe adipiſceretur, Herod.lib.7.

Godefridus, Danorum rex, an. ab vrbe 1543.

Godefridus, Northmannorum rex, ann. ſalutis 884.

Godolias, id eſt, magnitudo Domini, aut fimbria Domini, filius Ahicam, filij Saphan, 4. Reg 25. filius item Amariæ. Sopho. 1.

Gog, nomen gentis, Ezech. 38. Apoc. 10. filius Ioel, 1. Paral. 5. de gente, vide D. Hieronymum. Lat. tectum vel ſolarium, ſiue tegulatum.

Gogarene, regio inter Colchos & Iberos Ste.

Golan, ciuitas in Baſan, Deuter. 4. quæ Ioſuæ 20. dicitur Gaulon: licet Hebraicè Golan legatur. Lat. tranſmigratio, ſiue reuolutio.

Golgi, gorum, locus in Cypro inſula, Veneri & Cupidini ſacer. De quo Catul. in nuptiis Pelei.

Golgotha, i. caluaria, vbi ſcilicet ſunt caluariæ mortuorum, locus in quo crucifixus fuit Chriſtus Dominus noſter, Ioh. 19.

Gogus, ſtatim propemodum à diluuio, Sabęam Ariam, cognomento Fœlicem, vnà cum Sabo patre ſuo, tenuit. Beroſ. lib. 4.

Goliath, nomen gigantis, quem expugnauit Dauid, 1. Reg. 17. Lat tranſmigratio, aut accumulatio ſiue reuolutio vel detectio.

Gomer, filius Iaphet, Gen. 10. à quo Gomeritæ, qui nunc Galatæ dicuntur. Hoc nomen habuit & filia Diblaim, vxor Oſeæ, Oſeæ 1. Lat. conſumens, vel deficiens, aut conſummans.

Gomerus Gallus, omnium primus ſuas poſuit colonias in regno, quod pòſt Italia dicta eſt. Et regionem ſuam de ſuo nomine cognominauit, illóſque docuit legem & inſtituta. Beroſ. lib. 3.

Gomolitæ, populi Idumææ.

Gomorrha ciuitas Pentapoleos, ad Orientalem plagam terræ Iudæ ſita in vicinia Sedom. Gen. 16. Ea cum Sodoma, igne cælitùs immiſſo, deflagrauit. Lat. populus rebellis, aut populus timens, ſiue manipulus, aut ſeruitus.

Gomphi, vrbs Theſſaliæ. Steph.

Gondamiris Hiſpaniæ rex, an. ab vrbe 1355.

Gondræ, populi Thraciæ, Herod. Cendra & Rhonla dicitur, vt vult Steph.

Goneis, vrbs Thraciæ, cuius incolas aliqui vocant Adrianopolitas. Steph.

Goniades, Nymphæ iuxta Citherium flumen, ſacellum habentes, de quibus opinio eſt, earum aquas ægros ſanitati reſtituere. Strabo lib. 8.

Gonni, vrbs Perrhæbiæ, à Guneo quondam Cyphi nepote dicta: Regio Gonnia. Steph.

Gornocondylus, oppidum quod Philippus Olympiadem appellauit, inquit Liuius lib. 39. Perrhæbiorum eſt, in Macedonia, fortè idem cum Gonno à Strabone & Ptolem. deſcriptio.

Gonnus, vrbs in ſuperiori parte Theſſaliæ: vnde ad Theſſaliam introitus comperitur.

Gotharis, Africæ tyrannus, anno ſalutis 548. Procop.

Gonuſſa, vrbs Perrhæbiæ. Steph.

Goráma, regio Arabum Scenitarum, cuius incolæ Gorameni.

Gordianus ſenior, audita filij morte, qui pro patria in bello occubuerat, laqueo ſe ſuſpendit iam octogenarius: partim dolore amiſſi filij, partim ne traheretur captiuus. Marcellus libro 16.

Gordianus iunior, cum Maximo Pupieno & Balbino XXVII. Romanorum Imperator, anno ab vrbe 991. Saporem Perſarum regem vicit, Syria expulit, Antiochiam recepit, Carras & Niſibim rurſus ſubegit, Iul. Capito. Oroſ. lib. 7. c. 19. Eutrop. lib 18. in finibus Perſicis à Philippo interfectus eſt.

Gordiani Cæſares tres fuerunt, pater, filius, & nepos. Volaterr. lib. 23. Horum patri adeò literæ placuerunt, vt pluris fecerit librorum quàm auri vel argenti ſibi theſaurum comparare. habuit enim in Bibliotheca LXII. millia librorum. Iul. Capit.

Gordiêum, vrbs magnæ Phrygiæ iuxta Cappadociam à Gordio patre Midæ, nunc Sardis vocatur Steph. & Oroſ. lib. 3. c. 16.

Gordieus, mons Armeniæ, vbi primùm arca Noë conſtitit: cuius quidem arcæ aliqua pars adhuc exiſtere dicitur, ex qua homines bitumen tollere ſolent, quo maximè ad expiationes vtuntur, Beroſ. libro primo, & Ioſeph. in Antiq.

Gordij murus, vrbs Midæ, à Gordio filio condita. Steph.

Gordio, Phrygiæ ciuitas ad Sangarium fluuium, vbi Alexander Gordium nodum ſoluit. Oroſ lib. 3. c. 16. Arrianus & Xenophon Gordion appellant.

Gorditanum, promontorium Sardiniæ inſulæ. Ptolem. & Plin. *Cabo Lugudori* Pineto: *Argentar* Nigro.

Gordius, XXIX. Hieroſolymorum epiſcopus, anno ſalutis 208.

Górdius, rex Phrygiæ, ruſticus alioquin & ignobilis, rex deſignatus & cõſalutatus ab omnibus, quòd ex oraculo Apollinis primus templum ingreſſus fuiſſet, in cuius rei memoriam lora in templo ſuſpendit, in quibus nodus viſebatur propemodum indiſſolubilis: vnde natum prouerb. Nodus Gorgius.

Gordixa, regio Perſica, à Gordico Triptolemi filio.

mi filio, Steph. Vocat etiam Gordos Gorgyas, & Gordochos hos populos, & montes Gordyæos.

Gorduni, Galliæ Belgicæ populi, ſub Neruiorum imperio, Cæſari in commentariis, *Gent* Marliano eſt, magnitudine & trium fluuiorum confluentia eſt ſpectabilis Flandriæ vrbs.

Gordynia, vrbs Macedoniæ. Steph.

Gorgias, rhetor celeberrimus, qui pulcherrimum librum de Concordia, Græcis tunc inter ſe diſſidentibus, recitauit Olympiæ.

Gorgias, philoſophus Leontinus, Siculus rhetor, Empedoclis diſcipulus, Iſocratis autem & aliorum philoſophorum & rhetorum præceptor, Cic. in Bruto, & lib. de Oratore. Hic arte ſua tantùm pecuniæ corraſit, vt auream ſtatuam primus omnium poneret in templo Apollinis Delphici. Auſus eſt primus in conuentu poſcere, qua de re quiſque vellet audire: ac de omni re, quæcunque in diſceptationem, quæſtionémque vocaretur, eſ copioſiſſimè dicturum eſſe profitebatur. Is inſtituit orationem extemporalem, & declamationes, exercitationis cauſa, teſte Philoſtrato.

Gorgipe. Vide Syndicus.

Gorgippia, vrbs Indiæ. Steph.

Gorgo, nauis eſt, qua Perſeus, vbi Meduſam Gorgonem ſuperaſſet, vectus eſt ad ſuos, ita dicta à Gorgonis, i. e. Meduſæ capite, quòd in ea repoſitum fuerit, & vnà cum Perſeo aduectum.

Gorgones, Phorci filiæ, Meduſa, Stheno & Euryale, quæ Dorcadas inſulas, in Oceano Æthiopico ſitas, habitaſſe dicuntur, contra Heſperidum hortos. Nomen habent à truculentia quam Græci γοργότητα appellant. Scribit Diodorus, fœminas fuiſſe in Africa bellicoſas, aduerſus quas Perſeus bellum geſſit, & earum reginam Meduſam debellauit ac interfecit. Hinc Gorgoneus, adiectiuum.

Gorgones, Gorgonum, aliquando domus: Inſulæ maris Atlantici, apud Pomponium, quas Gorgades Plinius vocat: & *Satyrides* à Pauſania in Atticis vocari opinantur nonnulli. Hanno in ſuo Periplo, Gorgones, *Gorillas* nominat.

Gorgonius, vir nobilis Diocletiano Imperatore pro Chriſtiana religione vitam ſuſpendio finiit, cuius corpus mortuum famelicis canibus obiectum eſt, quod tamen remanſit intactum.

Gorgonia, Pallas dicta eſt, quòd Meduſam vnam ex tribus Gorgonibus, quæ concubitu ſuo templum deæ profanauerat, Perſeus, Mineruæ ſcuto armatus amputato capite occidiſſet, vel ab aſpectu truculento. nam γοργὸν, truculentum ſonat, fortaſſis quia caput Gorgonis, quod anguibus loco crinium circumdabatur, viſu atrox eſſet. Fabulantur enim Gorgonis caput tale fuiſſe, vt homines hoc conſpectu ſtatim in lapides verterent.

Gorgonius, viri proprium malè olentis. Horat. in Sermonibus.

Paſtillos Ruffinus olet, Gorgonius hircum.

Gorgopas, nomen viri, qui Eunomum apud Zoſtera vicit, naues 4. cepit, à Chabria ſuperatus occubuit. Xenoph. lib. 5.

Gorgophoros, dicta Pallas, quòd in eius clypeo Meduſæ Gorgonis caput eſſet inſculptum. Cic. antequàm iret in exilium.

Gorgyia, locus in Samo, ibi Dionyſius Gorgyienſis colitur

Goricum, Holandiæ ciuitas, eleganti caſtro inſignis, ſeu amœno, rerúmque omnium affluentia nomen, laudémque meretur. VVahalim fluuium ex tribus alterum, quibus Rhenus in Oceanum effunditur, præterlabentem habet. Hîc ex altiſſima turri, duæ ſupra viginti vrbes muris ſeptæ conſpici poſſunt, cum ruſticorum villis, & non paucis nobilium habitationibus. Lætiſſimis abundat paſcuis, vnde in butyro, lacte, caſeo, ferè tota incolarum negotiatio conſiſtit, quæ Antuerpiam & ad alia loca, non ſine maximo emolumento exportantur. Lud. Guicciard.

Goritiæ, Palatinus Archiducum Auſtriacorum nomen habet, ab eius vrbe primaria Goritia dicta. *Iulium Carnicum* Ptolemæus appellat. Drauum fluuium pro limite ad Septentrionem habet, & forum Iulij meridiem verſus.

Gorgythion, Priami filius ex Caſtianica Treiſſa ſuſceptus, qui poſtea in bello Troiano à Teucro Telamonis filio confoſſus occubuit. Homer. Iliad. 8.

Gortyn, ſiue Gortys, tynis, ſiue Gortyna, tynæ, oppidum mediterraneum Cretæ inſulæ, ad Lethæum fluuium. Plin. lib. 4. cap 12. Hinc Gortynius adiectiuum: vt Gortynia ſpicula, hoc eſt, ſagittæ, quibus Cretenſes plurimùm valebant. Virgil. vndecimo Æneid. Ibi fuit Labyrinthus Minois ille celeberrimus. Item Gortynis, nidis, patronymicum fœmininum. Lucan. libro. 6.

Dictæa procul ecce manu Gortynis arundo
Tenditur in Scæuam:

Gortynium etiam Æſculapium appellat. Pauſan. in Corinthiacis.

Gortynius, Arcadiæ fluuius, quem circa fontem, Luſium vocant. Pauſan. in Arcadicis.

Goſen, i. appropinquatio, vel approximatio, ciuitas in tribu Iuda. Ioſue. 10. & 15. A qua circumiacens plaga, terra Goſen nuncupatur.

Goſſem, i. pluuia, aut appropinquatio eorum, nomen viri, 2. Eſd. 2.

Goſſen, Ægypti regio, vel ciuitas, quam Benjamin ſuo tempore *Bulzzir Zzalbizz* vocari ſcribit. Vide Auaris.

Gotha, vrbs Thuringiæ circa annum Chriſti 923. condita à Gothis, percelebri murorum ambitu, propugnaculis, formis planis, & arcu decorata. Admirandæ fortitudinis caſtrum habuit *Grimmenſtein*, quod ſolo æquatum eſt, an. 1567. Imperatoris & ordinum imperij mandato, capitali ſupplicio affectis nobilibus quibuſdam illud vi retinentibus.

Goth-fredus, Apuliæ Comes, anno ſalutis 1049.

Gothfridus, Gothfridi Ardenenſis Comitis filius Othoni in Ducatu Lotharingiæ ſucceſſit anno ſalutis 1005.

Gothfridus, Gothfrido parenti in regno Lotharingiæ ſucceſſit, anno ſalutis 1070.

Gothfridus, Gothfridi gibboſi ex ſorore nepos, Lotharingiæ dux, anno ſalutis 1089.

Gothfridus Bullionius ab exercitu rex Hieroſolymitanus eſt conſtitutus, ann. ſalut. 1100.

Gothia, Daniæ inſula, Sueciæ regi paret, ſub epiſcopo Lincopenſi: agrum habet armento, equis, & bobus aptum, multa ibi venatio & piſcatio. pulcherrimo marmore & omnibus rebus humano vſui neceſſariis diues eſt. Plura de hac apud Olaum magnum & Iacobum Zieglerum.

Gothoniel, nomen viri, 1. Paral. 27. Lat. hora, vel tempus meum Deus.

Gothi, immanes Scythiæ populi, in tractu Septentrionali, Europæ, Danis & Noruegis contermini, qui olim armis Italiam ſubegerunt Romámque ipſam ſolo æquarunt, ſuámq; in totum orbem inuexerunt barbariem: quorum geſta & mores lege apud Munſter. lib. 3. Coſm.

Gotthia, regio Europæ, contermina Daciæ & Noruegiæ.

Gothini, Tacito ſunt populi Germaniæ, qui Marcomanorum terga claudunt & ferrum effodiunt. Hos hodie eſſe, qui *Kuttenberg* Bohemiæ vrbem incolunt: vbi argentifodinæ ſunt, vult Lazius in ſua Auſtriæ tabula, quam ſua manu æneis laminis cælauit.

Gozan, i. tonſio, aut vellus, ſiue tranſitus vel corpus nutriens, aut intus nutriens, fluuius in Meſopotamia, 4. Reg. 9. 1. Paral. 5. Iſa. 37.

Gozilo, Lotharingorum Dux, anno ſalutis 1071.

G R

Gracchus Sempronius, Caij & Tiberij pater, in Hiſpaniam proconſul miſſus, Celtiberos in deditionem accepit, Ilurcimque eorum oppidum ſplendidiùs à ſe reſtitutum, vt geſtarum à ſe rerum memoria ſupereſſet, de ſuo nomine Gracchurim appellauit. Huic vxor fuit Cornelia ex Scipionum familia, inſigni pudicitia & eruditione mulier, ex qua Tiberium & Gaium Gracchos ſuſcepit, generoſiſſimæ quidem indolis iuuenes, eloquentiáque in primis admirabiles, cæterùm popularis auræ plus ſatis auidos. Quæ res fecit, vt relictis optimatibus ad plebem ſe contulerint, legéſque agrarias perpetuos ſeditionum fomites in lucem reduxerint: neque antea quieuerint, donec ſenatum in ſuam necem armarent, Tiberius prior occiſus eſt in concione à Publio Naſica: Gaius autem biennio pòſt, cùm montem Capitolinum occupaſſet, iuſſu Opimij Conſulis eſt interfectus. Iuuenalis Satyra 10.

Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes?

Gradiuus, Martis bellorum præſidis, cognomentum à gradiendo (vt Feſto placet) impoſitum, eò quòd gradatim, & per ordines in bellum eatur, aut certè à vibratione haſtæ, quod Græci vocant κραδαίνειν. Huius ſedem apud Thracas & poetas poëtæ collocarunt, quòd eæ nationes ſint bellicoſiſſimæ, & à pacis otiis alieniſſimæ.

Græa, vrbs Erettiæ, Steph. per aphæreſin, pro Tanagræa. vide Tanagras & Oropus.

Grææ, tres fuerunt ſorores, Phorci filiæ, vnicum tantùm habentes oculum & dentem, quibus viciſſim inter ſe tres vtebantur, Harum ope Perſeus ad Gorgonas peruenit. Vide prouerbium apud Eraſmum, Orci galea.

Græcia, Hebr. *Iauan*, i. decipiens, vel contriſtans, ſiue cœnoſa, aut columbina. Europæ regio olim omni diſciplinarum genere excultiſſima, ſemper tamen leuitatis, vanitatíſque nomine malè audiens. Hæc à Ptolemæo Achaia nominatur. Principium ſumit ad meridiem ab Iſthmi Corinthiaci anguſtiis, indéque ſeptentrionem in Theſſaliam vſque, & partem Ægæi maris extenditur. Ad occaſum Acheloo fluuio, ab Epiro dirimitur. Ab ortu rurſus habet mare Ægæum, qua parte Sunium eo abluitur. Scinditur in multas regiones, quarum præcipuæ ſunt Attica, Bœotia, Phocis, & Locris. Dicta eſt Græcia, à Græco primo eius prouinciæ rege, Plinius lib. 4. cap. 7. Eſt & Græcia altera cognomento Magna, in extrema Italiæ ora, à Locris Italiæ fonte initium ſumens, in tres recedens maris Auſonij ſinus; patens in longitudinem LXXXII. M. paſſuum, vt ex ſententia Varronis tradit Pli. lib. 3. cap. 10. Hanc Græci ſubactam maximis potentiſſimíſque vrbibus frequentarunt: in quibus numerantur Croton, Arpi, Thurium, Tarentum, aliæque complures. Eò redacta eſt Græcia, olim bonarum diſciplinarum parens & magnæ partis orbis terrarum domina, vt nihil reliquum relictum ſit, quod non aut Turcarum iugo, aut Venetorum ſeruituti ſubiectum, ac tributarium factum ſit. Turca maiorem partem occupat, Veneti in ea inſulas aliquot duntaxat poſſident. Et vt ij qui Turcis parent illorum mores imitantur: ſic qui Venetis, eorum ritus ſequuntur. Interim omnes in ſumma ignorantia

rantiæ tenebris verſantur, vt in tota græcia nulla inueniatur Academia: nec etiam curant pueros literatos reddere. Omnes indifferenter corruptam ab antiqua linguam retinent: Sed alij aliis elegantiùs loquuntur. Tamen illorum lingua cum veteri græca melius conuenit, quam Italorum cum antiqua Latina. Venetorum oppidani ſubditi, tam Italicè quam græcè, ruſtici græcè tantùm loquuntur. Qui Turcicas ciuitates incolunt, Turcicè & græcè: ſed qui pagos, græcè tantùm loqui ſciunt. Plura apud Bellon. in obſeruationibus. lib. 1. Ex veteribus conſule Strab. Pompo. Melam, & Pauſan. Inter recentiores, gerbelium & Lazium.

græcóſtaſis, quaſi græcorum ſtatio, locus ante curiam Hoſtiliam & roſtra ſubſtructus, vbi nationum ſubſiſterent legati, qui ad ſenatum eſſent miſſi. Cic. ad Quintum fratrem lib. 2.

græcus, nomen viri, à quo græcia regio Europæ dicta eſt. Vnde & græcus adiectiuum.

græes, Æolienſium populi, qui in Pario habitant. Steph.

graiugenæ, græci dicti ſunt, Cicero de Natura deorum: *Graiugena de iſto aperit ipſa oratio.* Ex Pacuuio lib. 3. Æneid.

Graiugenúmque domos, ſuſpectáque linquimus arua.

graius, adiectiuum, græcus.

grammium, vrbs in Creta: Ciues, grammitæ grammitij. Sunt & grammitæ, populi iuxta Celticam. Steph.

granata, quam vulgus granadam. Tarapha Illiberiam, vel Illiberim nominat, regni granatenſis metropolis, ab Illiberia filia, vel ſorore Hiſpani conſtructa & denominata dicitur. Colles duos, altos, & quaſi montes amplectitur: quos Darus amnis per vallem mediam fluens, diuidit. Circuitus vrbis circiter duodecim paſſuum millia habet: totus vndique mœnibus cinctus, & mille triginta propugnaculis tutus. Ædes omnes lateritiæ atque magnificæ. Alterius collis regio Alhambra dicta in eminentiore loco domum habet regiam, magnitudine, opere, formáque conſpicuam, quæ quidem ciuitas potius quàm domus eſt appellanda: capit enim intra muros hominum millia quadraginta, totáque cincta mœnibus & triginta turribus. Plura apud L. Mar. Siculum.

granicus, Bithyniæ fluuius, pugna quæ inter Perſas & Alexandrum fuit nobilis, in qua ſexcenta millia hominum Perſarum cæſa, fugatáque ſunt ab alexandri exercitu non maiori triginta millibus peditum & equitum millibus quatuor & quingentis. Hunc fluuium aliqui à græco Theſſali filio dictum putant. Steph. Alij in minori Aſia conſtituunt.

graniacum, promontorium Corſicæ inſulæ Ptol. Amanza Pineto.

granionarium, Ptolemæo Germaniæ vrbs eſt. Appianus *B[illegible]rg*, vocat, ad Mœnum fluuium Grayionarium habet Græcus codex.

granta, Britanniæ inſulæ vrbs: à Beda & Felice celebrata, vt Lelandus perhibet, qui addit eam à Britannis *Gairgrant*, à fluuio vicino dici. *Crantebrige* verò in Anglis ſiue Saxonibus à Ponte ibidem conſtructo, nunc corruptè *Cambrige*.

grauiſcæ, Ptol. Tuſciæ populi. Plin. apud eos corallium naſci perhibet. Grauiſcanorum mentio eſt in antiqua inſcriptione. Catoni in Originibus dicuntur Grauiſcæ Latinè *Nuetini*. Niger *Montalto* appellat. Ita dictus eſt locus ille ab aëris grauitate.

graunone, fons eſt calidus, cuius aqua vino permixta, triduo calorem potionis cuſtodit in vaſis.

graſtillus, vrbs Macedoniæ, aliàs Praſtillus. Steph.

gratiæ, tres ſunt: Aglaia, Thalia, & Euphroſyne. Iouis filiæ, matris tamen dubiæ, Veneris ſeclæ Mercurij comites. Vide Charites.

gratianopolis, Gallicè, *Grenoble*, ciuitas Galliæ Narbonenſis in Delphinatu, quam Ptolemæus Accuſium vocat, lib. 2. c. 10. tab. 3. Europ. Culatone item olim vocata, nunc autem Gratianopolis, quòd eam Gratianus Imperator reſtaurarit, auxerit, propugnaculíſque munierit.

gratidia, nomen mulieris Neapolitanæ vnguentariæ ac maleficæ, quam Horatius in Epiſtolis Canidiam nominat.

graúcaſum, Caucaſum nominauerunt, quòd Scytharum lingua ſignificat niue candidum.

grauionárium, Germaniæ vrbs, Ptol. vulgò *Bamberg*.

gregórius LXI. Romanorum epiſcopus, anno ſalutis 595.

gregorius II. Romanorum Epiſc. LXXXVIII. anno ſalutis 731.

gregórius III. Pontifex LXXXIX. anno ſalutis 753 Æmil.

gregórius IV. XCVIII. Romanorum Epiſcopus, anno ſalutis 827.

gregorius V. Saxo, Romanorum Pontif. CXL. à Romanis eius electionem nequaquam approbantibus minis & maledictis vrbe pulſus anno ſalutis 995. Hic gregorius ſanctionem fecit de electione imperatoria & electoribus, quæ in hunc vſque diem obſeruatur. Blond. li. 3. dec. 2.

gregorius VI. Romanorum Pontifex CXLIX. anno ſalutis 1046. ſchiſmatis tempore.

gregorius VI Romanorum Pontifex CLVIII. Ildebrandus dictus anno ſalutis 10[illegible]4.

gregorius VIII. Roman. Pontifex CLXXIV. anno ſalutis 1187.

gregorius IX. Romanorum Pontifex CLXXIX. anno ſalutis 1226.

gitized by Google

Gregorius x. Romanor. Pontifex CLXXXV. ann. ſalutis 1271.

Gregorius XI. Romanorum Pontifex CCI. anno ſalutis 1370.

Gregorius XII. Roman. Pontifex CCV. anno ſalutis 1407.

Gregorius Nazianzenus Epiſcopus, ann. ſalut. 371. vir ſanctitate & eloquentia clarus, libros multos ſcripſit, qui etiam hodie extant.

Gregorius, ortus ex Cæſarea Ponti, Origenis diſcipulus, cuius fama in vniuerſo terrarum orbe viget, qui cùm eſſet adhuc Laicus, plurima edidit ſigna, languores curando, dæmones per epiſtolas expellendo, paganóſque ſermonibus, & operibus ſibi ſubiugando. Fuit ergo Gregorius antiquus iſte, diſcipulus Origenis: & alter Nazianzenus, fratérque Baſilij: fuitque alius Gregorius Alexandrinus, Arrianus, Sozomen. lib. 8. c. 8. hiſt. trip.

Greſnus, vrbs Cherſoneſi. Steph.

Greſtónia, regio Thraciæ iuxta Macedoniam Gaſtronia quondam dicta.

Griffo, Caroli Franci filius. In eum Pipinus eius frater exercitum duxit, Æmil. lib. 2.

Grimoaldus, Pipini filius, Dagobertum Sigiſberti ſecundum filium fidei ſuæ poſt mortem patris eius commiſſum interfecit, vt Auſtraſiæ regnum, cui præerat pupillus, ſibi vindicaret. Hic tandem fluxu ſanguinis correptus periit.

Grona, ciuitas ab Henrico Germaniæ rege capta, Witich. lib. 1.

Gronia, vrbs Phocidis. Steph.

Gronij, Hiſpaniæ populi ad Durium amnem. Pompon. lib. 3. Plin. & Silius.

Groſſioni, gens Arabica, per Aſiam inſtigante Babylonico Soldano, Chriſtianos variè afflixerunt. Demum ſepulchrum Dominicum ſumma ignominia & vaſtitate defœdarunt. Blond. lib. 7. Æmil. lib. 7.

Groninga vel Gruninga, vrbs inclyta & Fryſiæ metropolis, à fundatore Gruno, anno ab vrbe 374. ſic appellata. Eum alij Troianum, alij Francum Anthenoris regis Franciæ fratrem fuiſſe exiſtimant, qui domeſtici diſſidij cauſa fratrem relinquens, in Occidentalem Friſiam deuenit, & ibidem ciuitatem hanc ſuo nomine inſignem ædificauit anno 377. ante Chriſti natiuitatem. Nullis tunc muris cincta, ſed propugnaculis ligneis, immiſſis in terram palis, fiſtucationibus, quaſi conſepta fuit. Mœnibus autem, foſſis ac turribus contra hoſtiles inſultus validè munita eſt anno 1110. Ciuitas nunc eſt opulenta, & frequenti populo inſtructiſſima, multis abundans aquis, arte in ciuitatem per canales deductis. Habet ſtatus, leges dominium & iuriſdictionem peculiarem, cum multorum pagorum confœderatione. Præcelſis templorum turribus & magnificis, priuatorum hominum ædificiis inclareſcit. Sub Dominio hæreditario ducum Burgundiæ.

Grudij, Cæſari Neruiorum clientes, *Lanneis* Marliano, *Brugge* Flandriæ emporium Beccano, ſunt qui *Loeuen*, Brabantiç Academiam ex iis faciunt, inquit Diuæus.

Grumentum, Liuio, & Ptolem. Lucaniæ oppidum in Italia. *Saponara*. Leandro: *Groppola* habet Nardus.

Gruno, Dux Friſiæ, Sicambrorum regis frater anno ab vrbe 375.

Gryllus, Xenophontis filius, qui pro patria fortiter pugnans, occubuit. Huius laudes & epitaphia multi ſcripſere. Ariſtoteles.

Grynêa, vrbs Troadis. Steph.

Grynêum, ſeu potius Grynium oppidum Mytenæorum, Strab. lib. 13. in quo templum Apollinis & locus vaticinandi peruetuſtus, templum autem candido marmore ſumptuoſum erat, in quo ipſe Apollo colebatur, vnde & Grynæus appellatur.

Grynæus, cognomen Apollini inditum, à Gryneo nemore iuxta Clazomenem. Aſiæ ciuitatem, in quo Apollo colebatur. Seruio Gryneum nemus eſt in finibus Æolidis, Apollini conſecratum. Dictum eſt autem hoc nemus à Grynio vicino oppido. Strab. lib. 13.

Gryneus, nomen vnius ex Centauris.

Grynia, vrbs Ætoliæ in confinibus Ioniæ.

Grynus ſiue, Grynni, oppidulum Myrinæorum, vbi Grynæus Apollo colebatur.

G V

Gualterus, Athenarum dux appellatus, x menſibus Florentiæ tyrannidem obtinuit, anno ſalutis 1345. Blond.

Guarimarus, Salerni princeps Northmannus, à ſuis interfectus eſt, ann. ſalut. 1049.

Guel, filius Marchi princeps tribus Gad. Num. 13. Lat. redemptio Dei, ſiue exultatio Dei.

Guido Luſignanus, Cypri rex, ann. ſalut 1191.

Guido Luſignanus, Hieroſolymorum rex, an. ſalut. 1184.

Guido Nouellus. Florentinorum dux, anno ſalut. 1260.

Guido Petramala præſul Mediolanenſis, Ludouico Bauaro Imperatori ferream coronam impoſuit, anno ſalutis 1327.

Guido, Cremenſis Octauiano defuncto, Imperatoris iuſſu in Papatu eſt ſuffectus, ann. *ſalut.* 1164. Blond. Plat.

Guilelmus Rufus, Guilelmi filius, XXII. Anglorum rex, ann. ſal. 1089.

Guilelmus, Hẽrici I. Angloꝝ regis, filius à patre Northmãniç Dux deſignatus. ann. ſal. *1115. Polyd.*

Guilelmus, Siciliæ rex Beneuentana ſuburbia quædam occupauit, quem anathemate Papa per-

percuſſit, anno ſalutis 1153.

Guilelmus, Scotiæ rex, ann. ſalutis 1166.

Guilelmus Gonzaga, Rhegij vicarius, an. ſalutis 1340.

Guelphorum, factio in Italia ſuborta, an. ſalutis 1140. Blond. lib. 7.

Gumilda, vxor Aſmundæ regis Danorum, quæ mariti in pugna interfecti mortem adeò ægrè tulit, vt ſibiipſi manus violentas intulerit. Author Saxo grammat. lib. 1 hiſt. Danicarum.

Gunas, locus in Syria, vberis & fœcundi ſoli, vnde nomen. Steph.

Gundabundus, Vandalorum rex, Chriſtianorum hoſtis, in Arianam hæreſim fideles pœnis inducere conatus eſt, an. ſalutis 486. Procop. li. 3.

Gundicarus, Burgundiorum rex, anno ab vrbe 1188. Diaco lib. 14.

Gundiſaluus, Sanſtij comes, an. ſalutis 934.

Gundobaldus, Burgundiorum rex, Italiam per ſaltum Domuſtulæ intrauit, ex Comenſibus & Taurinis, ac Sporedienſibus præda onuſtus domum rediit anno ab vrbe 1243. Blond. lib 3.

Guni, filius Nephthali, Gen. 46. 1. Paral. 6. Lat. hortus, ſiue protegens.

Guntia, vrbs Rhætiæ primæ ad Danubium, vt tradit Rhenanus, qui eam *Guntzburg* interpretatur.

Guntrannus, Clotarij Francorum regis filius, Aurelianenſium rex, an. ab vrbe 1318.

Gur, Cliuus montium Ieblaam, 4. Reg. 9. Lat. Catulus ſiue habitatio aut collectio vel timor.

Gur baal, nomẽ loci. 2. Paral. 26 in quo Arabes habitauerunt. Eadem quæ Gerara, Lat. Catulus idoli, vel dominantis.

Gurgenes Iberorum rex, ad Romanos, eo quod Cabades fidem Chriſti eum abnegare volebat cogere, confugit, anno ſalutis 526. Proc.

Gurges, cognomen Qu. Fabij Rulliani filij, à deuorato patrimonio illi impoſitũ, Macrobius

Gutæ, Ptolemæi videntur qui hodie Gothiã, vulgò *Goatlandt* inhabitant, Regis Suecorum clientes, *Gutiones* porrè Pytheæ, apud Plinium, vide SABALINGII.

Guttalus, enumeratur à Plinio inter Germaniæ flumina, in Oceanum germanicum exeuntia Althumero *Oder* eſt. *Al.* facit H. Iunius ex eo, qui *Coningſbergam* prætetlabens, Venedico ſinu infunditur.

G Y

Gyarus, ri, vel Gyara, ræ. inſula maris Ægæi, vna ex Sporadibus, in quam Romani noxios ſuos deportabant. Idem numero plurali, Iuuen.

Aude aliquid breuibus Gyaris & carcere dignũ.

Gyas, vir Troianus, Æneæ comes.

Gyas, magna & bona pars Syracuſani agri qui fuit Dionyſij tyranni, vt Plutarchus refert in vita Dionis. Hodie *Gaua ae Georgia* vocari ſcribit Aretius.

Gygæus, Lydiæ lacus, ſtadiis quadraginta. Sardibus diſtans, qui poſtea Colonus dictus eſt. Propert. lib 3.

Lydia Gyges, tincta puella lacu.

Hom. in fine Catalogi. Plin. lib. 5. c. 29. Gygeum ſtagnum appellat.

Gyge, ancilla fuit Paryſatis reginæ Perſarum & matris Cyri. Plut.

Gygemorus, monticulus nõ longè à Theſſalia.

Gyges, gigas centimanus, Cœli & Terræ filius, & frater Briarei, Ouid. 4. Triſtium.

Centimanúmque Gygen ſemibouémque virum.

Gyges, fuit quidam Lydus, cui cùm Candaules, Lydiæ rex, vxorem ſuam nudam oſtendiſſet, illa id ægrè ferens, Gygem ad necem eius impulit, ſeſéque cum regno illi tradidit. Herodotus lib. 1. Cic. lib. 3. Offic. Hinc ille Gyges (inquit) inducitur à Platone: qui cùm terra diſceſſiſſet magnis quibuſdam imbribus, in illum hiatum deſcendit, æneúmque equum (vt ferunt fabulæ) animaduertit, cuius in lateribus fores eſſent, quibus apertis, hominis mortui corpus vidit magnitudine inuſitata, annulúmque aureum in digito: quem vt detraxit, atque ipſe induit (erat autem regius paſtor) tum in conſilium paſtorum ſe recepit. Ibi cùm palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipſe autem omnia videbat, idem rurſus videbatur, cùm in locum annulum inuerterat. Itaque hac opportunitate annuli vſus, reginæ ſtuprum intulit, eáque adiutrice regem dominum interemit, ſuſtulit quos obſtare arbitrabatur: nec in his facinoribus eum quiſquam videre potuit. Sic repentè annuli beneficio rex exortus eſt Lydiæ. Hæc Cic.

Gyges, viri nomen apud Virg. lib. 9.

Principio Phalarim & occiſo poplite Gygen
Excipit.

Gyges, formoſi pueri nomen apud Horat. 1. Carm. *Vt pura nocturno renidet.*
Luna mari Cnidiúſve Gyges.

Gyges Lydius, omnium primus in Ægypto picturam inuenit. Plin. lib. 7.

Gyges, Lydiæ fluuius.

Gylacea, Illyriæ ciuitas, à Gylace Corinthio, aliàs Apollonia.

Gylippus, vir Lacedæmonius, bello ſtrenuus, qui Athenienſes multis bellis, multiſque cladibus affecit. Tibul. lib. 4.

—non magni potior ſit fama Gylippi.

Gilo, vide GILO.

Gymneſiæ, duæ inſulæ (non vna, vt quidam volunt) iuxta mare Tyrrenum: aliàs Baleares dictæ, & populi Baleares, quod græcè ſonat funditores, quoniam fundarum iactibus ſe exercent. Dicti ſunt Gymneſij, quòd æſtate nudi de-

gant. Steph. Inuenio & gymnetas pro gymneſijs, vide Baleares.

Gymnetas, vocat Crates Pergamenus Indos quoſdam, qui centenos annos excedant. Non pauci eos Macrobios appellant, inquit Plinius lib 7.c.2.

Gymnetes, populi Æthiopum, ſemper nudi Nigritis, & Pharuſis vicini. Plin. lib. 5.c.8. & lib. 6. c.30.

Gymnoſophiſtæ, philoſophi Indorum, ſic dicti, quòd nudi incederent: nam σοφιστὴς, ſapiens dicitur, & γυμνὸς, nudus. Plin.lib.7.cap.2. ait ab exortu ad occaſum præſtare, contuentes ſolem immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die alternis pedibus inſiſtere. Hi frigora nimium & æſtus flammæ citra dolorem perferunt. Fertur Alexandrum Macedonem ad eos acceſſiſſe, dixiſſeque, Petite quodcunque vultis, Qui reſponderunt, Da nobis immortalitatem, quam præ cæteris optamus. Quibus ille ait, Cùm ego ſim mortalis, immortalitatem nemini præſtare poſſum. Si ergò (inquiunt) mortalem te eſſe cognoſcis, cur non contentus patriis ſedibus omnibus infeſtus totum orbem ſubiicere conaris? Cic. Tuſc. quæſt. lib. 5. Auguſtinus lib. 5. de Ciuit. Dei.

Gynæconomi, apud Athenienſes conuiuia inſpiciebant, & numerus vocatorum an eſſet ſecundùm legem inquirebant. Gynæconomi autem numero viginti, præfecti fuerunt mulieribus, qui in parum modeſtas animaduerterunt, & mulctas earum inſcribentes expoſuerunt in platano & Ceramico. Pollux.

Gynæcopolis, ciuitas Phœnicum, & alia Ægypti Steph. Plin. lib. 5.c.9.

Gynæconlimen, id eſt, mulierum portus, circa Phidalia eſt, inter Anaplum & Leoſthenium, Steph.

Gyndes, Aſſyriorum fluuius maximus ſecundùm Euphratem. Is cùm Cyri impetum venientis contra Babylonios interciperet, & quidam ex militibus ſummè dilectus regi eius moliens tranſitum, rapacitate fluuij abſorptus eſſet, rex iratus, amicum vlciſci ſtatuit, iurans eum, qui tam præclarum equitem vorauiſſet, mox vix tincturum genua mulieris. Nec peragendo ſegnior bellum cum flumine geſſit, & totis copiis per magnas deductum foſſas, in XLVI. alueos diſpertiuit. Seneca lib. 3. de Ira.

Gypſeis, inſula Æthiopiæ. Steph.

Gyrton, vrbs Theſſaliæ & Perrhæbiæ. quam Homerus Gyrtonam vocat, à Gyrtone Phlegyæ fratre qui eam condidit. Steph.

Gytheum, oppidum Laconicæ, quod Hercules & Apollo, depoſitis eo loci ſimultatibus, communi opera condiderunt, omnium maritimarum rerum Lacedæmoniis receptaculum, Hinc Gytheates. *vide infra Gythium.*

Gythites, inſula iuxta Æthiopiam ſub Ægypto. Ptolemæo. *Cytis* fortè Plinij eſt. Hodie fortaſſe *Genamant* dicitur, vt ex Tabulis videtur.

Gythium, Laconicæ oppidum Ptolemæo: *Paleopoli* Niger illud vocat. idē quod Gytheum.

Gyzantes, populi Africæ qui etiam Zygantes ex floribus Herodoto appellantur & mel conficiunt.

Gyzis, Marmaricæ portus, Ptol. *Golfo de gli Atabi*, Caſtaldo.

H A

HABA, filius Gomer, filij Heber. 1. Par. 7. Lat. abſconſio, vel dilectio, aut Syriacè, peccatum, vel abſconſio.

Habacuc, nomen Prophetæ, Habac. 1. Lat. luctator.

Haber, filius Baria, filij Aſer, filij Iacob. 1. Paral. 7. Iudic. 4. vir Cinæus. Lat. ſocius, aut particeps, ſiue incantator, aut liuor.

Habéſſus, Lyciæ ciuitas, quondam ſic dicta, deinde Antiphellus, Plin. lib. 5. c. 27.

Habia, nomen viri, 1. Eſd. 2. Lat. abſconſio Domini, aut dilectio Domini, aut debitum vel obligatio Domini.

Habis, Hiſpaniarum rex, qui barbarum populum primitus docuiſſe boues aratro domare fertur, vt ait Trogus.

Habor, fluuius, 4. Reg. 17. & 18. 1. Paral. 5. Lat. Socius, aut particeps, ſiue incantatio aut liuor.

Habſanias, pater Ieremiæ, filij Iezoniæ, Iere. 35. Lat. debitum clypei Domini, ſiue dilectio, vel abſconſio clypei Domini.

Habundantius, conſul cum Theodoſio Auguſt. anno ab vrbe 1140.

Haceldema, nomen agri pecuniis illis, quibus Chriſtum vendiderat Iudas proditor, empti in ſepulturam peregrinorum, qui hodie monſtratur in Ælia ad auſtralem plagam montis Sion. Hieronymus in locis Hebraic. Matth. 27. Act. 1. Lat. ager ſanguinis.

Hachamoni, pater Ieſbaam, 1. Par. 11. Pater Iahiel, 1. Paral. 27. Lat. ſapiens, vel ſapientiſſ. aut hamus numerationis, vel muneris, ſiue expectati muneris.

Hachelai, Pater Atherſata, 2. Eſd. 10. Lat. expectans Dominum ſiue hamus Domini.

Hachila, collis in ſorte tribus Iuda ad deſertum Ziph, in quo latuit Dauid, 1. Reg. 23. & 26. arcem habens natura munitiſſimam, olim ab Herode extructam, Meſida nomine, 1. Reg. 23. & 26. Lat. ſpes in ipſa, aut hamus in ipſā, ſiue palatum, vel dulcedo in ipſa.

Hacot,

Digitized by Google

hacoc, ciuitas, 1.Paralip.6. quæ eadem eſſe videtur quæ alias Hucaca dicitur, in tribu Nephthali Ioſue 19. Latin. Sculptor aut ſcriba, aut legiſlator.

hacupha, nomen viri, 1.Eſd.2. Lat. præceptum, aut ſculptura oris.

hacus, nomen viri, 2. Eſdr. 3. Latinè ſpina, vel æſtas, aut tædium, ſiue vigilia, vel finis.

hadad filius Iſmaelis, Gen. 25. 1.Paral.1. Lat. acutus, vel gaudens.

hadali, pater Amaſa, 2.Par.28. Lat. ceſſatio, vel defectus.

hadaſſa, ciuitas in tribu Iuda, Ioſ. 15. Lat. nouitas, aut menſis.

hadid, ciuitas, 2. Eſdr. 7. & 11. Lat. acutus, ſiue gaudens.

hadingus, rex Danorum fuit, qui præ dolore quem ex morte Hadingi Suetonum regis conceperat, ſuſpendio propriis manibus inducto vitam finiuit. Author Saxo hiſtoricus.

hadrach, ciuitas, Zach. 9. quidam Syriam fuiſſe putant. Hieronymus in locis Hebr. terram Damaſci credidit. Latin. acumen, ſiue gaudium teneritudinis, vel cubiculum tuum.

hadranitani, Siciliæ populi. Plinius libro tertio, cap 8.

hádria, maſcul. gen. pro ſinu maris, ſeu pro ipſo mari Adriatico. Lucan. lib. 5.

Sonat Ionio vagus Hadria Ponto.

hádria, fœ. gen. oppidum ad Ferrariam nunc demerſum, ad xxxv. lapidem, vulgò *Ari*. Ab eo Hadriaticum mare nomen accepit.

hádria, Romanorum colonia, arduo in colle ſita, ex qua Hadrianus Imperator originem duxit. Sunt qui hoc nomen non aſpirent. Vide Adria & Atria.

hadrianæ, Lyciæ eſt vrbs. Aldo in ſua Orthographia.

hádrianopolis, vrbs à Mahomete capta, vbi regiam ſedem ſtatuit, anno ſalutis 1402. Egnat.

hadriel, id eſt, grex Dei, aut ablatio Dei, ſiue priuatio Dei, gener Saulis, maritus Merob. 1. Reg 18.

hadſi, nomen loci, 1. Reg. 24. Latin. nouitas, aut menſis, vt vnius munus, vel nouum munus.

hebudes, inſulæ quinque inter Caledoniam quæ hodie Scotia dicitur, & Thulem inſulam. Solin. à Caledoniæ promontorio Thulen petentibus bidui nauigatio eſt. Excipiunt Hæbudes inſulæ quinque numero.

hædui, vel Hedui.

hæmodes, Lyciæ mons Pompon. lib. 3. Hemodes per e, inſulę ſunt ſeptem in Oceano Germanico.

hæmon, vir quidam fuit, qui Rhodopen filiam pro coniuge habuit, Amo tamen diis inceſtum vindicantibus, in montes ſunt conuerſi. Ouid. in Ibin.

hæmon, iuuenis Thebanus, qui Antigonem Œdipi & Iocaſtæ filiam tanto proſecutus eſt amore, vt cùm eam Creontis iuſſu occiſam intelligeret propter ſepulturæ honorem, quam fratribus impertiuerat, doloris impatientia ad tumulum eius ſeſe iugularit. Propert. libro ſecundo.

hæmon, Bœotiæ riuus, iuxta Chæronam, in Cephiſum defluens, quem Thermodonta olim vocatum putat Plutarchus in vita Demoſthenis.

hæmonia, vide Æmonia.

hæmus, mons eſt Theſſaliam à Thracia diuidens, dictus ab Hemo Boreæ & Orythiæ filio. In huius montis vertice erat Martis domicilium, in radicibus verò amœna illa loca quæ Græcis Tempe dicuntur.

hærennius, nomen viri, ab hærendo dictum.

hæres, nomen deæ, cui veteres poſt acceptam hæreditatem, rem diuinam faciebant. Feſtus.

hagab, ſiue Agaba, nomen viri. 2. Eſdr. 1. Lat. locuſta.

hages, vnus ex adulatoribus Alexandri, qui primus vnà cum Cleone Siculo viuenti Alexandro diuinos honores tribuit, eúmque noua apotheoſi dignum prædicauit. Cæl. plura.

haggia, filius Merari, 1. Par. 6. Lat. feſtiuitas, vel ſolemnitas, aut gyrus Domini.

haginoi, Belgicæ regio, quam Hannoniam vulgus Latinum vocat. Incolis Gallis *Henault* dicitur: Teutonis *Henegovv*. *Pannoniam* olim dictam à Panos cultu, poſtea *Saltum Carbonarium*, ſcribit Leſſabæus, in ſua Hannoniæ deſcriptione.

hagion, locus Scythiæ, vbi Æſculapius celebratur.

hai, i. aceruus, vel coaceruatio, ciuitas Amorrhæorum trans Iordanem ſupra Iericho ſita iuxta Bethauan, ad orientalem plagam oppidi Bethel, non longè ab eo diſtans. Ioſue 7. & 12. Cuius regem ſuſpenderunt filij Iſrael, Ioſue 8. Hæc Iſaiæ 1. Aiath appellatur. Hieronymus in locis Hebraicis Agai quoque appellat. Huius mentio habetur etiam Gen. 12. Ierem 49. Ioſue 12. 1. Eſdr. 2.

hala, fluuius, 4. Reg. 17. & 18. Lat. Dolor, ſiue infirmitas maxillæ, ſiue principium humilitatis, vel teneritudinis.

halaa, altera vxor Aſhur. 1. Paral. 4. Lat. infirmitas, ſiue rubigo.

halak, mons in Syria, cuius nomen aliis diuidentem, aliis verò leuem, i. limpidum ſeu lubricum ſignificat. Ioſue 11. 17.

halaſcomene, & Halalcomenæ, tam ſingulari quàm plurali numero, ſiue Halalcomenium, ciuitas in Bœotia, vnde Minerua Halaſcomenia

cognominata eſt, quòd in eo loco coli ſolita ſit. Vide Alalcomene, ſolet enim abſque aſpiratione ſcribi, vide Steph.

halæ, Æxonides, pars tribus Cecropiæ. Stephan.

halæ Araphenides, populi tribus Ægeidis. Stephan.

halæ oppidum Bœotiæ. Eſt & alterum regione Maſetis, Ciliciæ quoque ciuitas. Item Argis vicina regio Hale dicitur. Eſt & ἁλικὸν κτῆμα in Cilicia: & Halice regio, ἁλικὸν χωρίον iuxta Auguſtam, & mons eiuſdem nominis.

halæa Minerua, dicta eſt ab Halæo quodam Tegeate, qui Mineruæ templum extruxit, quo conſumpto igni, Tegeatæ ſumptuoſius poſtea conſtruxerunt: quos cùm deuiciſſet Auguſtus Imperator prælio Actiaco, dentes Apri Calidonij qui in eo templo erant, quíque vlnæ longitudinem vincebant, Romam tranſtulit. Paul. & Palæph.

halæus, Apollo dictus eſt à Philoctete, qui cùm finem ſuis erroribus vellet ſtatuere, Apollini Halæo templum conſtruxit. Palæph. lib. 1.

halæſus, Agamemnonis filius ex Briſeide, aut (vt alij malunt) ex Clytemneſtra, quem aiunt cum illa ſenſiſſe contra patrem, & poſtea patria pulſum in Italiam veniſſe, atque apud Maſſicum Campaniæ montem conſediſſe, & tanquam Troiani nominis hoſtem à Turno aduerſus Æneam fuiſſe Virg. lib. 10. Æneid. Ouid. lib. 4. Faſt. author eſt, ab hoc Halæſo Faleiſco originem accepiſſe ſcribit Haleſus.

halaródij, populi circa Pontum. Steph. Apud Stephanum non aſpiratur.

halcath, ciuitas in tribu Aſer, data Leuitis. Ioſ. 10. quæ & Helcath dicitur, Ioſ. 21. Lat. portio, ſiue diuiſio, aut leuitas, ſiue lubricatio.

halcyon, Ceyx (inquit Seruius) filius Luciferi habuit vxorem Halcyonem: à qua diſſuadente cùm iſſet ad conſulendum Apollinem de ſtatu regni: naufragio periit. Cuius corpus cùm ad vxorem delatum fuiſſet, illa ſe præcipitauit in pelagus, poſtea miſeratione Thetydis, conuerſi ſunt ambo in aues marinas, quæ Halcyones vocantur. Vide Alcyone.

halcyone, vide Alcyone.

haliéis, maritima vrbs Laconiæ. Steph. ἁλιεῖς.

haleius campus, vide Aleius.

haléſina, Siciliæ ciuitas. Cic. act. 5. in Verrem.

haléſius ager in Epiro, vbi ſal copioſus fit. Step.

haléſius, fluuius & mons non longe ab Ætna, vbi Proſerpina flores legebat in horto cum alijs virginibus. Columella.

haleſus, Faliſcorum conditor fuit. Ouid. amor. 3. el. 12. Et Faſtorum 4.

Venerat Atrida fatis agitatus Haleſus
A quo ſe dictam terra Faliſca putat:
Argiua eſt pompa facies. Agamemnone caſo.
Et ſcelus & patrias fugit Haleſus opes,
Iamq; pererratis profugus terraq; mariq;
Mœnia fœlici condidit alta manus.
Ille ſuos docuit Iunonia ſacra Faliſcos,
Sint mihi ſic populo ſemper amica ſuo.

halhul, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15. dolor, ſiue principium doloris vel immunditiei, aut expectatio doloris vel profanationis, ſiue obſtetricatio doloris.

halie, nympha marina, Nerei & Doridis filia, ἀπὸ τῆς ἁλὸς, hoc eſt, à mari dicta.

halia, eadem quæ Theſſalonica.

haliacmon, fluuius Macedoniæ, ad quem ducebant, quæ volebant ſibi candida naſci. Plin lib. 31. c. 2. aliàs Alyacmon & lib. 4. c. 10.

haliartus, Straboni lib. 9. vrbs Bœotiæ, ab Haliarto Therſandri filio condita. Steph.

halica, nomen mulieris.

halicarna, vide Chalcis.

halicarnaſſus, Cariæ ciuitas, Argiuorum colonia, in qua Mauſolei quondam nobiliſſimum opus extabat clara Herodoto, Heraclyto poëta Callimachi ſocio, & Dionyſio hiſtorico, qui res Rom. Straboni temporibus ſcripſit. Regia olim Regum Cariæ fuit, Iſthmus aliàs dicta. Diodor. lib. 17. Strab. lib. 14.

halicyæ, vrbs Siciliæ. Steph.

halicyrna, vicus Acarnaniæ. Steph.

haliméda, Nympha, vide Damaſcus.

halízon, fluuius.

halizones, ſeu halyzones populi Paphlagonum, ſic dicti quòd vndique mari circundentur. Tortelius. Steph. hos populos inter Myſiam, Cariam & Lydiam habitaſſe ſcribit, ex Ephoro: & ita dictos videri tanquam ἀλάζονας, quòd diuitijs ſuperbirent, vide Chalibes.

halmus, ἅλμος, Siſiphi filius, vt inquit Apollonius frater Porphyrionis, filiam habuit Chryſogonen, ex qua & Neptuno natus eſt Minyas Orchomeniorum rex. Alij tamen volũt ex Ioue & Heſione filia Danai, natum eſſe Orchomenum, qui Orchomeno Bœotiæ vrbi nomen impoſuit, & ex Hermippe Bœoti filia Minyam genuit, quem tamen multi Neptuni filium eſſe volunt, quamuis Orchomeni filius vulgò haberetur: Ariſtodemus Minyæ patrem Aleam vocat & ab illo Arganautus Minyadum nomen habuiſſe vult.

halmyris, lacus ambitu LXIII. paſſ. ex Danubio datus ſupra Iſtropolim, de quo Pli. lib. 4. c. 12.

halone, inſula Propontidis ante Cyzicum, oppidum habens eiuſdem nominis. Plin. li. 5. c. vlt.

halonéſos, inſula Ægæi maris prope Thraciam, quam aliquando omnibus, qui mares erant, cæſis, tantùm fœminæ tenuiſſe dicuntur. Mel. lib. 2. Strab. lib. 14. Ob hanc inſulam Philippus

Digitized by Google

lippus & Athenienſes inter ſe contenderunt. Eſt & alia Ioniæ. Steph.

Halſius, campus, vide TRAGASÆ.

Halus, ciuitas Achaiæ & Phthiotidis. Parmeniſcus aliam facit Malliacam Achili ſubditam, aliam Proteſilao. Steph. Incolæ Halai, Haluſij vel Halij dicũtur. Non aſpiratur apud Stephanũ.

Haliætus, proprium viri, qui mutatus fuit in auem ſui nominis. Ouid. 8. Metam.

Halyattes, Lydiæ rex, pater Crœſi, qui ab eo Halyatticus cognominatur. Horat. lib. 3. Carm.

Halys, fluuius in Tauri montis radicibus naſcens, Cappadociæque, Syriæ ac Paphlagoniæ agros irrigans, & tandem contra Aquilonem in Euxinum mare ſe euoluens, Crœſo fatalis. Oui. 4. de Ponto.

Hama, pugil nobilis apud Saxones, qui tamẽ ſatis infœliciter pugnauit cum Starcathero altero pugile iam ſene. De quibus Saxo. lib. 6.

Hamadryades, vide DRYADES.

Haman, vide Aman.

Hamalthæus, filius Chanaan, Gen. 10. 1. Par. 1. à quo Hamath vrbs, quam Macedones Epiphaniam nuncupauerunt, alij Antiochiam, vt nonnullis placet. Mihi videtur eſſe vrbs tribus Nephthali, quæ Hemath dicitur: à qua circumiacens regio ſic dicta eſt. Lat. indignatio, ſiue color, aut murus, ſiue vter, vel lagena.

Hamaxa, regio Bithyniæ. Steph.

Hamaxa, ſydus, quod nos ſeptentriones dicimus à figura poſituráque ipſa, quia ſimile plauſtri videtur. Gel. lib. 2. c. 21.

Hamaxampeus, pars fluminis Hypanis, qui cũ fonte Xampeo amaro commixtus eſt. Tortel.

Hamaxantina, pars tribus Hippothoontidis. Steph.

Hamaxia, ciuitas Aſperæ Ciliciæ. Stephan. ex Strabone.

Hamaxitos, vide AMAXITOS.

Hamaxobitæ, vel Hamaxobij populi Sarmatiæ in Europa, qui quia pro ſedibus plauſtra habent, ſic dicti ſunt. Pompon. lib. 2. Græcis enim ἅμαξα plauſtrum dicitur. Ptolemæus Hamaxobios nominat. Vadianus Melæ interpres, eos eſſe credit: quos hodie alibi ſitos Poloni Moſcouitas nominant corrupto vocabulo.

Hamburga, maxima inferioris Saxoniæ vrbs, nomen habet ab Hammone, qui eam inſtaurauit, vnde Latinè Hammonis burgum, F. Irenico dicitur. At Alb. Crantzius, ab Hama inſigni pugile nomen accepiſſe exiſtimat, qui à Starcathero Dano gigante hoc loci ante vrbis ædificationem occiſus perhibetur. Aquis eſt inſtructiſſima, & ad mercaturam ſitu admodũ opportuno, & Anglorum frequentatione hodie celeberrima Mœnibus, foſſis, vallo, diuitiis & incolis nihil Hamburga cultius, nihil maritius videri poteſt.

Hamdan, filius Diſan, filij Seir Horræi Gen. 36. qui 1. Paral. 1. dicitur Hamran, Lat. cupiditas, aut calor iudicij.

Hamer, Doringiorum rex an. ſal. 669.

Hamilcar, vide AMILCAR.

Hammanientes, populi inter Naſamonas & Troglodytas qui ſalibus domos exſtruunt: quos in modum cautium è montibus excitatos ad vſum ædium cæmentitiis nectunt ſtruicibus: tanta ibi huiuſce venæ copia eſt, vt tecta faciant è ſalinis: cum Troglodytis commercia habent, Citra Hammanientes propiores Naſamonibus Carbunculi gemmæ reperiuntur. Solinus cap. 3. Vocantur & *Ammonij*.

Hammodara, oppidum inter Ægyptum & Æthiopiam, iuxta ſe habens fontem bituminis. Plin. lib. 6. c. 29.

Hammon Tritonis, Noë nepotis filius, rex fuit Aſiæ, qui Rheam accepit in vxorem. Beroſ. lib. 4.

Hammonis, Iouis fons, interdiu frigidus, noctibus feruet. Plinius libro 2. cap. 103. vide AMMON.

Hammon, Iouis cognomen, qui in arena putatur inuentus, quæ Græcè hoc nomine ἄμμος appellatur: cui cornua affiguntur arietis, à genere pecoris inter quod inuentus eſt. Feſtus.

Hamon, ciuitas, Ioſ. 19. 1. Paralipo 6. in tribu Nephthali. Lat. calor, aut Sol, vel ira eius.

Hamoth-dor, ciuitas, Ioſ. 21. quæ de tribu Nephthali non ſolùm Leuitis, imò etiam profugis homicidis pro tutiſſimo aſylo eſt aſſignata. Lat. indignatio, vel calor generationis, aut pilæ vel ſpheræ, ſiue habitationis.

Hamran, filius Diſan, filij Seir Horræi, 1. Par. 11. qui Gen. 36. dicitur Hamdan. Lat. Aſinus, vel lutum, aut vinoſus.

Hamuel, filius Maſma, 1. Par. 4. Lat. calor, ſiue ira Dei, aut viderunt Deum.

Hamul, filius Phares, filij Iudæ. Gen. 46. 1. Paral. 2. Lat. pius ſiue miſericors.

Hamullus, Conſul cum Glabrione, anno ab vrbe 504.

Hanan, filius Maacha, 1. Paral. 11. Filius Sirac, 1. Par. 8. Filius Aſel filii Elaſa, 1. Par. 8. & 9. 2. Eſdræ 7. 8. Filius Legedeliæ, Ierem. 35. 15. 1. Paralip 4. Lat. gratioſus, vel pius, ſiue miſericors, aut donans.

Hanameel, filius Sellum patruelis Ieremiæ Prophetæ. Ierem. 31. Lat. gratia ex Deo, ſiue miſericordia, vel donum à Deo.

Hananeel nomen turris Ieroſolymæ, 2. Eſd. 3. Ierem 31. idem quod Hanameel.

Hanani, pater Iehu Prophetæ. 3. Reg. 16. 2. Paral. 16. Nehem. 12. Lat. gratioſus, aut donans, vel pius, ſiue miſericors.

Hanaias ſiue Hananias, pater Selemiæ, patris Ietiæ, Ier.27. Pater item Sedechiæ principis,Iere.6. Filius Zorobabel,filij Phadaia,1.Paral.3.& 8.Nomen prophetæ, Ier 28. Etiam hoc nomine vocabatur ille qui cum Daniele propheta à Nabuchodonozore in captiuitate enutritus fuit, cui præpoſitus eunuchorum, Sidrach nomen impoſuit. Dan. 2. Lat. Gratia aut miſericordia, vel donum Domini.

Hanapis. fluuius Scythiæ, Herod.

Hanathon, ciuitas in terra Zabulon. Ioſ. 19. Lat. gratiæ, vel miſericordiæ donum.

Hanes, ciuitas Ægypti.Iſai.30 Lat.gratiæ vexillum, ſiue gratiæ tentatio vel fuga, aut gratiæ miraculum.

Haniel. filius Olla.1.Par.7.filius Ephod,princeps tribus Manaſſe. Numer. 34 Lat. gratia ſiue miſericordia aut requies, vel donum Dei.

Hanni, nomen viri,2.Eſd.12.Lat.afflictus,vel reſpondens, vel pauper.

Hannibal, vide Annibal.

Hanno Carthaginienſis, Philippi Macedonis temporibus, qui Carthagine priuatis opibus potens, regnum adfectans, & in filiæ nuptijs principes ciuitatis veneno necare, prodito à miniſtris conſilio fruſtra cogitans, alia adgreſſus via, ſeruitia concitauit, quibus incautam vrbem opprimeret: quo etiam ciuibus prouiſo ac vitato periculo, ipſe demum in caſtellum munitum ſeſe recipiens, Afros, Maurorúmque gregem armauit: captus poſtremò,ac primùm virgis cæſus, deinde effoſſis oculis, ac manibus cruribúſque fractis, cruci affixus eſt, ac in cognatos omnes etiam animaduerſum. Trog lib.12.

Hanno Carthaginienſis Agathocli,cum XXX. M. Pœnorum obuius factus, conſerta pugna occiſus eſt. Trog. lib.22.

Hanno, factionis Barchinæ, qui cùm optima conſuleret Carthaginienſibus de pace, nequaquam exauditus eſt. Liu. in 1.& vltimo de bello Punico.

Hanon. filius Naas regis filiorum Ammon, 2.Reg.10 1.Paral.9. Lat. miſericors,vel donans, aut requieſcens.

Hanones, Belgicæ populi.

Hanum, nomen viri, 2 Eſd.3. idem quod Hanon ſignificat.

Hapham,filius Hir,1.Par.7.Lat.thalamus vel littus, aut tegmen eorum.

Haphrataim, ciuitas in tribu Zabulon. Ioſ.19. Lat. fodientes,aut explorantes,ſiue confundentes.

Haphra, qui & Apries, Ægypti rex, regn. annis XXX. anno ab vrbe 143.

Haphſiba, mater Manaſſe, 4.Reg 21. Lat.voluntas mea in ea.

Happhim, filius Machir, 1.Par.7. Lat.cooperti aut thalami, aut littus maris.

Harad, ſiue Harada, nomen fontis, ſiue loci in quo caſtrametati ſunt filij Iſrael profecti de Sepher.Iudic.7 Num.33.Lat.ſtupor aut tremor.

Haraia, pater Eziel, 2.Eſd.1.Lat.calor,aut ira Domini.

Haraldus, XV. Anglorum rex.Goduini filius, Toſto fratri regnum inuidens, Haraldum Noruegiæ regem, ſpe regni prædæque in fratrem commouit claſſe inſtructa Angliam applicuit: prælio commiſſo, occubuit ipſe & Toſto, anno ſalutis 1067.

Haran, ciuitas Meſopotamiæ, à Charra Syriæ fluuio,in quo habitauit Thare,Gen.11.12.27.28. & 29. De qua & 4. Reg 19. Iſa.37. Ezech.27.dicitur & Charan à Græcis, Act. 9. Eſt & nomen viri, 1.Par.2.Lat.ira,ſiue iraſcens,aut libertas.

Harbon, apud Celtas regnauit anno ante conditam vrbem 897.

Harbona, nomen eunuchi, Eſther 1. Lat. deſtructio, ſiue gladius eius nunc, aut ſiccitas eius nunc, ſiue ira ædificantis vel intelligentis.

Harcalo, veneficus fuit, qui leones impunè attrectabat manibus. Sil. lib.1.

Harcalo non pauidus fœtus mulcere leænas.

Hareph, nomen viri,2.Eſd.7 Nehem.10.Lat. hyems, ſiue opprobrium, vel adoleſcentia.

hares, nomen montis in quo ſita eſt Aialon. Iudic.1.3.Eſd.8.Lat.Sol aut teſta.

hareth, nomen villæ ad occidentem, 1. Reg. 22.Lat.ſculptura aut libertas.

harhur, nomen viri, 1. Eſd. 2 Lat. calefactus aut arefactus, aut ira albedinis, vel foraminis, aut libertatis.

harim. nomen ſacerdotis, 1. Par. 24. 1.Eſd.2. Lat.deſtructus,aut rete,vel dicatum.

hariph,filius Hur,1.Paral.2.idē quod Hareph.

harma, ciuitas in tribu Iuda & Simeon. Ioſ. 15.1. Reg.30. Ioſ.19. Iud.1. dicitur Sephath, Lat. deſtructio, ſiue anathema, aut rete, ſiue dicatum ſcilicet Deo.

harma, vrbs Bœotiæ Tanagricæ: eſt etiam tribus Atticæ pars. Steph.

harmata, vrbs Indica, Steph.

harma, oppidum ab euētu ita vocatum. Cùm duces, qui Polynicem ſequuti ſunt, conuiuium agerent, quædam aquila deſcendens,telum Amphiarai in ſublime tulit, móxque dimiſit: id autem humi fixum, in laurum verſum eſt. Quo in loco cùm poſtridie dimicarēt, Amphiaraus *vnà* cū curru abſorptus eſt. Ibíque oppidum hac etiā ætate vocatur Harma, id eſt,currus, Plut. Parall.

harmatus, tuntis, ciuitas ſeu promontorium è regione vrbis Methymnæ, à qua Harmatopolitæ dicti ſunt.

harmatopolitæ populi ſunt Aſiæ in ſinu Elaitico ita dicti ab Harmatunte vicino promontorio,

rio. Plin.lib.5.c.10. Apud Strab. hoc promontorium vocatur Hermatus, per e literam in prima ſyllaba.

harmodius & Ariſtogiton Tyrannicidæ à Leæna inſigni meretrice tam fideliter & vnicè adamati ſunt, vt illa,ne illorum conſpirationem retegeret,torta,linguam dentibus præroſam in tyranni os expuerit,Plin.lib.7.c.23.Plut.Demoſth.

harmodotus, poeta, quem ſæpè citat Plutarchus.

harmonia, Martis & Veneris filia, Cadmi vxor, cui Vulcanus pulchrum, ſed exitiale, monile dedit, eò quod ex coniugis adulterio fuiſſet propagata,Ouid.lib.4.Metam.Vide CADMVS.

harmonia,Gelonia filia,Themiſtij vxor.

harmonidas, Troianus, quem teſte Hom. lib. 5. Iliad. præcipuo quodam amore Minerua dilexit, ideóque nihil eum fugit, quod fabrili arte effici poſſet. Is inter alia quæ fabrefecit,naues illas Alexandro ædificauit, quæ fuerunt malorum omnium, quæ Troianis contigerunt,caput: perniciosas quidem ac mortiferas, vel cæteris Troianis, ita ipſi ædificatori, quia Deorum monita non intellexiſſet.

harnapher, filius Supha, filij Helem. 1.Par.7. Lat. ira tauri, ſiue ira creſcens.

harodi, ciuitas, 2.Reg.23.Lat. ſtupefactus,vel iræ aut caloris abundantia.

haromaph, filius Iedaia, 2.Eſd.3. Lat.anathema oris.

haroſeth, ciuitas quæ iuxta Ioſephum lib.5. Antiq Iud. ſuper paludem Samachonitidem ſita eſt. Iudic.4. Lat. artificium, vel aratio, vel teſta aut ſilentium, vel ſurditas.

harpagium, oppidũ iuxta Parium, apud quod Ganymedem puerum Phrygium raptum Græca fabuloſitas auſa eſt aſſere, Vadian.Steph.

harpagia, numero multitudinis locum eſſe ſcribit circa Cyzicum, vnde raptus ſit Ganymedes.

harpagus, dux Cyri, interiorem Aſiam ſubegit, anno ab vrbe 207.

harpalice, mulier Thrax, Lycurgi filia, venationibus dedita. Hæc cùm patrem ſenem à Getis captum ſenſiſſet, collecta confeſtim multitudine, & celeriùs, quam de fœmina ſperari potuerit,illum armis & robore liberauit, Virg.li.1. Æneid. *— vel qualis equos Threiſſa fatigat. Harpace, volucrémque fuga præuertitur Hebrum.*

harpalus,nomen prædonis. Cic. lib. 3. de Natura deorum. Hic diis illudebat, quòd in tanta fortuna tam diu viueret.

hárpalus, ab Alexandro fugitiuus, Athenas traiecit, Plutarchus in vita Phocionis.

harpalycea, ciuitas Phrygiæ à Gordiotichitis condita, Steph.

harpalyce, virgo quædam fuit, quæ quum Iphiclum ardentiſſimo amore deperiret, ſpreta dolore animi confecta, interiit, à qua & canticum quoddam Harpalyce dicebatur. Turnebus, aduerſ 10.cap.11.

hárpaſa, oppidum Aſiæ, oppoſitum fluuio Harpaſo, Plin.lib.5.c.29. vbi cautes ſtat horrenda vno digito mobilis: eadem ſi toto corpore impellatur, reſiſtens, idem Plin.lib.2.c.45.

harpaſus, Plin. Liuio & Steph. Cariæ fluuius, *Daphnus* ab Apollonio appellari ſcribit Rhodiginus.

harpe,pes, enſis falcatus, quo Mercurius vſus fertur in occidendo Argo illo centoculo, & Perſeus in amputando Meduſæ capite, Harpedophorus Mercurius dictus eſt,quòd Harpe, id eſt, hamato gladio vſus eſſet in Argo necando. Oui. 5.Metamorph.

harpis, Ptol. Mœſiæ inferioris vrbs, ad Danubij oſtia: oppidum nunc, inquit Mar. Niger, *Lycoſtomum* ab oſtij ipſius vocabulo, quod Os *lupi* modò dicunt.

harpocrates, ſimulachrum in ſacris Iſidis & Serapidis erat, quod digito labiis impreſſo, admonere videbatur, vt ſilentium fieret. Hunc Ægyptij ſilentij deum eſſe volebant. Reuera autem Græcus philoſophus fuit Harpocrates, cuius eruditio ac præcepta eò maximè tendebant,vt ſilentium præciperet, & omnibus rebus anteponeret. Hinc reddere Harpocratem (vt monet Eraſmus in Adagiis) prouerbialiter dictum eſt,pro ſilentium imponere.Catullus.

Et patruum reddidit Harpocratem.

Harpyia, vrbs Illyriæ iuxta Encheleas. Steph.

harpyiæ, Ponti & Terræ filiæ, vt ait Seruius, vnde in inſulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes: dictæ ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, id eſt, à rapiendo. Volatiles,auribus vrſinis,corpore vulturino, vultu virgineo, manibus vncis.Alij dicunt eas Neptuni filias, qui ferè prodigiorum omnium pater eſt, nec immeritò. Nam ſecundùm Mileſium Thaletem, omnia ex humore procreantur: vnde eſt apud Virgilium Georg. lib.4. *ſimul ipſa precatur.* Oceanúmque patrem rerum Nympháſque ſorores. Alij autem dicunt Harpyias, filias Thaumantis & Electræ. Has Virgilius tres eſſe dicit, Ællo, Ocypete, Celeno, quarum poſteriorem Homerus Podargen vocat & ex ea Zephyrum ventum, Achillis equos, Balium videlicet & Xanthum genuiſſe dicit. Heſiodus tantùm duas nominat, Aëllo videlicet & Ocypeten. Notat quoque Erythræus, duas Harpyias (tot enim & Apollonius memorat) baſi cuidam veteri inciſas Veneficiis in templo D. Martini, hodieque ſpectari, quanquam aliis tres numerentur, imò & quartam ab Homero additam putent, Thyel;

lam. Dictæ autem ſunt & *Iouis canes*: Item furiæ: nam & hæ apud inferos quidem *canes* dicuntur Lucano & Maroni lib. 6.

Viſaque canes vlulare per vmbram.

apud ſuperos verò *Diræ & aues*: in medio *Harpyiæ* auctore Seruio. Mythologiam vide apud Cælium lib. 29. 27. Sidonius lib. 5. epiſt 7. Harpyias vocat ſanguinarios pecuniæ raptores & exactores. Apuleius, mulieres malas &c. Cæterum quum Phineus rex Arcadiæ ſuaſu vxoris Harpalices exoculaſſet liberos ſuos, illúmque viciſſim Dei vindices excæcaſſent, eíq; harpyias immiſiſſent quæ dapes, menſáſque defœdarent, fortè Iaſon cum Argonautis in Colchidem nauigans ab illo hoſpitio acceptus eſt qui rei indignitate motus Zethum & Calain Boreæ filios, alatos ac iaculandi peritiſſimos regi dedit, qui haſce beluas regno pellerent. Et iam in Plotas vſque inſulas, quas alij *Echinadas* vocarunt perſequuti eas fuerant, quam ab Iride, quæ ſoror Harpyiarum ab Heſiodo fertur, admonerentur, vt abſtinerent à *Iouis canibus*, qua voce territi Boreadæ monſtris illic relictis, Arcadiam reuerſi ſunt. vnde Plotæ inſulæ deinceps *Strophades* dictæ ἀπὸ τοῦ στρέφειν Vide Calais Zethus & Phinees. Virg li. 3. Æneid.

harſa, nomen viri, 1. Eſd. 2. Lat. idem ſignificat quod Haſareth.

harudes, populi Tranſrhenani ſunt in Galliam Celticam circa fines Sequanorum ac Heduorum ab Arioniſto Germanorum rege tranſportati: Gall. *Le pays à l'entour de Conſtance.*

harus, pater Meſſalemeth matris Amon regis Iuda, 4 Reg. 21. Lat. inciſus, ſiue aureus, aut ſollicitus, ſiue trituratus.

haſaba, filius Zorobabel filius Phadaiæ, 2. Paral. 3. Lat. numeratio, ſiue æſtimatio, vel agitatio Domini, ſiue artificium Domini, aut feſtinatio vel ſilentium in Domino.

haſabia, filius Amaſiæ, 1. Par 6. Princeps Leuitarum, 2. Par. 35. 1. Par. 25. numeratio aut cogitatio, &c. Domini.

haſadias, filius Zorobabel filij Phadaiæ, 1. Paral. 3. Lat miſericordia Domini.

haſael. rex Syriæ, vide Azael.

haſar moth filius Iectan, Gen. 10. Lat. atrium vel fœnum mortis.

haſar ſuhal, ciuitas. 2. Paral. 4. Hæc & Haſer-ſual appellatur, Ioſ. 19. Lat. atrium, vel fœnum vulpis aut ſemitæ.

haſar ſuſim, ciuitas, 1. Par. 4. quæ & Haſer ſuſa, Lat. atrium, vel fœnum equorum.

haſaſon thamar, oppidum, quod & Engaddi dicitur, Gen. 14. 2. Par. 20. Lat. glarea, vel lapillus commutationis, aut diuiſio, ſiue ſagitta palmæ.

haſbadana, nomen viri, 2. Eſd. 8. Lat. feſtinans aut cogitans iudicium ſuum

Haſdrubal, vide Asdrvbal.

Haſebia, filius Merari, 1. Par. 9. Lat. numeratio vel agitatio aut æſtimatio ſiue artificium Domini.

haſebna, nomen viri, 2. Eſd. 10. Lat. numeratio ſiue feſtinatio intelligentis aut ædificantis.

haſebna, nomen viri. Nehem 9. Lat. numeratio ſiue ſilentium, aut feſtinatio filij Domini.

haſebonias, nomen viri, 2. Eſdr. 3. idem quod Haſebnia.

haſem, nomen viri, 2. Eſd. 7. Lat. ſilentium vel feſtinatio eorum.

haſer-gadda, ciuitas in tribu Iuda, Ioſ. 15. Lat. atrium hœdi eius, vel fœlicitatis eius.

haſerim, ciuitas in dorſo mõtis Seir inter Ægyptum & Chananæam, in qua Hauim, id eſt, Heuæi gigantes habitarunt, ad Caphthiorim expulſi, Deut. 2. Ioſ. 13. aliàs Haſeroth, vt quibuſdam videtur, appellata. Lat. atria, ſiue veſtibula, aut ſagitta excelſa,

haſeroth, nomen eremi, per quam tranſierunt Iſraelitæ, aſcendentes in terram Chanaan ex Ægypto, Deut. 2. Num. 13. & 33. Lat. atria ſiue veſtibula.

haſer-ſual, ciuitas in tribu Iudæ & Simeonis, Ioſ. 19. quæ 1. Paral. 4. Haſar-ſuhal dicitur, Lat. atrium vel fœnum vulpis, aut ſemitæ vel pugilli:

haſer ſuſa, ciuitas in tribu Simeonis, Ioſuæ 19. quæ & Haſar-ſuſim, Lat. atrium aut fœnum equi.

haſim, nomen viri, 1. Par. 7. Lat. tacentes, ſiue feſtinantes, aut ſilentium, vel feſtinatio maris.

haſom, nomen viri, 1. Eſd. 10. Lat. ſilentium, vel feſtinatio eorum.

haſor, ciuitas regni Iabin Chananæorum regis: quæ & Heſron dicitur, quam ſolam Ioſue incendit, Ioſ. 11. Reg. 12. 4 Reg. 15. quæ principatum tenuerat inter omnia regna Amorrhæorum, Ioſ. 13. & 12. Fuit vna in tribu Iuda, Ioſ. 15. Alia in tribu Nephthali, Ioſ. 19. vbi regnauit Iabin. Iudic. 4. 3. Reg. 44. Reg 15. Lat. Atrium aut fœnum.

haſra, pater Thecuæ, patris Sellum, mariti Oldæ propheti dis, 2. Par. 34. qui 4. Reg 22. dicitur Araas, Lat. defectus ſiue deficiens.

haſſemon, ciuitas tribus Iudæ, Ioſ. 15 Lat. legatio, vel acceleratus numerus, vel feſtinatæ portio. aut ſilentium numeri vel portionis.

haſſub, filius Ezricam, 1. Par. 9. Lat. æſtimatus vel numerus, ſiue cogitatio aut artificium.

haſta, oppidum in extremis Italiæ finibus circa Iapygium promontorium, Plin. lib. 3. c. 1.

haſub, nomen viri, 2. Eſd. 13. idem quod Haſſub.

haſum, nomen viri, 1. Eſd. 2. 1. Eſd. 8. Lat. ſilentium aut feſtinatio eorum.

haſupha, nomen viri, 1. Eſd. 2. Lat. exhauſta vel nudata.

Hath-

hathath, filius Othoniel, 1. Par. 4. Lat. timor aut contritio.

hatil, nomen viri, 1. Eſd. 2. lat. peccati vlulatio.

hatipha, nomen viri, 1. Eſd. 2. lat. Rapina ſiue peccati coma, aut reliquiæ.

hatita, nomen viri, 1. Eſdr. 2. lat. peccati declinatio.

hattus, filius Semeiæ filij Secheniæ, 1. Par. 3. 1. Eſd. 8. Neh. 19. & 12. lat. peccatum derelinquens.

hato, Maguntiæ olim Epiſcopus fuit, cuius quidem tempore, maxima graſſabatur in terris fames. Videns igitur ille pauperes inedia & fame premi, conuocauit in horreum plurimos & concremauit eos. Hæc enim crebrò vſurpabat verba: non differunt, inquit, hi à muribus, qui frumentum comedunt, ad nihilum vtiles. At Deus tantam tyrannidem inultam non dimiſit. Præcepit namque muribus, vt cateruatim illum inuaderent, ac die noctúque affligerent, atque viuum deuorare feſtinarent. At ille in turrim ſe recipit, putans ſe tutum fore à morſibus murium, quod tamen ei minimè profuit. Nam venerunt mures innumeri per Rhenum flumen natantes, executuri iudicium Dei iuſtum, quod miſer agnoſcens, tandem inter mures interiit, cuius quoque nomen parietibus ac tapetis prorſus abraſerunt. Similem, magiſque horrendam hiſtoriam legere poteris infrà in verbo Polonia, vbi & rex & regina atque eorum liberi à muribus conſumpti ſunt. Munſt. lib. 3.

hauoth-iair, villæ Iair 2 x. in Hermon monte & Galaad, quas expugnauit Iair filius Segub, Num. 13. ſiue nomen regionis, quæ & Baſſan dicitur. Deut. 3. Lat. oppida illuminationis, vel annuntiationis luminis.

hazael, nomen viri. 3. Reg. 19. 2. Par. 22. Succeſſor Ben-adad in regnum Syriæ, 4. Reg. 8. Amos 1. Lat. videns Deum.

hazia, nomen viri. 2. Eſdr. 11. Lat. videns Dominum.

hazir, nomen viri, 2. Eſdr. 10. Lat. porcus, vel reuerſus.

H E

hebal, filius Iectan. Gen. 10. Eſt & mons vltra Iordanem in terra Canaan non longè ab Ierichunte, in quo altari conſtructo poſuit Moſes maledictiones. Ioſeph. libro 4. cap. 6. Anti. Iud. Deut. 11. & 27. Lat. aceruus vetuſtatis, ſiue acerruus defluens.

hebe, filia Iunonis, abſque patre, & dea iuuentutis, de cuius ortu huiuſmodi refertur fabula: Apollinem, cùm Iunoni nouercæ conuiuium in patris ſui domo paraſſet, inter alia lactucas agreſtes ei appoſuiſſe: quas cùm Iuno auidè commediſſet, cùm antea ſterilis eſſet, prægnans effecta eſt, peperitque Heben, quam poſtea Iupiter ob formæ elegantiam poculis ſuis præfecit. Verùm cum Ioue, apud Æthiopas cœnante, Hebe pocula illi adminiſtrans, perque lubricum minus cautè incedens, cecidiſſet, reuolutiſque veſtibus obſcœna ſuperis nudaſſet, ab officio eſt amota, eiúſque loco Ganymedes ſubrogatus. Hæc Seruius. Homerus autem ex Ioue eam conceptam eſſe tradit, neque omnino ab officio remotam, ſed cæterorum deorum pincernam fuiſſe, Ganymedem verò ſolius Iouis. Hęc poſtremò Herculi nupſit in deorum numerum relato, cuius etiam precibus adducta, Iolaum Iphicli filium florenti ætati reſtituit. Ouid. lid. 9. Metam.

Hec illi dederat iunonia muneris Hebe, &c.

Cicero lib. 1. Tuſcul. quæſt. Quo pacto, inquit Hebe Iunonis filia dicitur? quoniam è feliciſſima aëris temperie omnia herbarum, arborumque genera pullulant & pubeſcunt. Nam quomodo ſine parente Ioue vel naſci vel Iunonis filia eſſe poterit? nulla eſt aëris temperies, quam non efficiat ætheris calor ex motu, cùm omnis inferiorum corporum actio ex agitatione ſuperiorum proueniat. Quî enim poteſt aër aliquid ad ortum euocare, niſi ſolis æthereæque regionis calore concitatus iſtud ipſum efficiat: Quippe cùm litigium & amicitia non ſolùm principia ſint ortus & interitus rerum, vt ſapiens credidit, verùm etiam omnia nata conſeruent: quibus ſuas vires æquè impertiuerint. Martis ſoror Hebe dicitur, quoniam vbertas rerum omnium, & fertilitas agrorum ex eiuſdem aëris temperamento oriatur, ex quo etiam bella & illorum omnium deuaſtationes. Quod autem eſis lactucis agreſtibus Iuno facta eſt grauida, quid aliud ſignificat, quàm ex ipſa aëris temperie natam fuiſſe Heben? Iuno, vbi eſt conuiuio accepta ab Apolline in domum Iouis, nimio calore ſolis exarſit ac ætheris, quare agreſtes lactucas, quæ frigidæ ſunt, comedit, ac fit prægnans. Hæc aëris temperiem ſignificant, qui vbi plus æquo incaluit, frigus expetit & ſymmetriam ad res generales. Inde naſcitur Hebe, quæ iuuentuti tam plantarum quàm animalium præeſt. Lapſus Hebe & muneris priuatio denotat, cùm folia deciderunt arboribus, iuuentutem & honorem plantis delabi, quæ, ſi cum priore conditione comparentur, turpes ſunt, & parum decoræ. Eo tempore Ganymedes in eius locum ſubrogatur, qui nihil aliud quã hyemem ſignificat, quæ dicta eſt etiam à pluuiis: quare & in Aquarium ſignum denique Ganymedes conuerſus eſt. Quod Hebe Ioui miniſtrans Dea iuuentutis appellatur, immortalis vitæ vigorem lætum ſignificat. Fingitur etiam vxor Herculis, eo quòd pubertas ſeu florens ætas coniuncta eſt cum robore, quod per Herculem intelligitur, propter fortia ipſius facta. De Hebe, multa alia quæ Phyſices & Ethices conſiderationem ſpectant, occurrunt apud mythologos,

heber, filius Briæ, Gen. 46. 1. Par. 4. 7. & 8. Num. 26. Item filius Sale, Geneſ. 10. Luc. 3. Filius item Ephaal filij Mehuſim. 1. Paralipomenon octauo. Lat. ſocius, aut particeps: vel adhærens, ſiue incantator, liuor.

hebræi, dicti ſunt Iudæi ab Heber, qui fuit abnepos Sem filij Noe. Et quia in eius familia remanſit lingua quæ priùs humano generi creditur fuiſſe communis, quum gentes linguarum diuerſitate ſunt diuiſæ, deinceps Hebræa eſt nuncupata, ſic quidam vt alij obſeruant poſteros Heber Hebræos appellatos non fuiſſe, vſque ad Abrahamum, qui primus Hebræus appellatus eſt, idque à Cananæis, qui hoc nominis illi indiderunt, quod à regione trans Euphratem in terram Canaan veniſſet, vt nos Tranſpadanum, Tranſmarinum appellamus. Trans enim lingua patriarcharum dicitur Heber, vnde Abrahamus Hebri id eſt *περάτης*. Ab Hebræus fit Hebraicus, ca, cum, vt lingua Hebraica. Lat. tranſeuntes, ſiue irati, aut prægnantes.

hebri, idem ſignificat quod Hebræus, id eſt, tranſiens, &c. nomen viri, 1. Par. 24.

hebrides, Scotici regni inſulæ, magnitudine & numero primas tenent. Variè nominantur à Boethio & I. Maiore, qui eas deſcripſerunt in hiſtoriis Scoticis. Boethius 43. eſſe ait, quarum prima eſt Arana (quæ eſt Botha) Helau & Botheſa. Non procul ab his Aliza, auibus Solandis abundans, maiorum anatum genus, id eſt, maxima omnium & nominatiſſima illa eſt, frumenti ferax & metalli diues, mox Cumbra Mulaque. Iuxta hos Iona eſt, regnum ſepulturis inſignis. Deinde Leuiſſa. Omnium autem poſtrema eſt Hirca, polarem habens eleuationem 63. gradus. In his inſulis ſunt anſeres, illis Clakis dicti (Bernacas quidam vocant) quos Boethius ex mari & lignis putrefactis prouenire affirmat, & non ex arboribus naſci, vt vulgus ſcriptorum prodit. Etenim, inquit, ſi lignum in id mare proiicias, temporis tractu primùm in eo vermes excauato ligno naſcuntur, qui ſenſim enatis capite, pedibuſque atque alis, plumas poſtremò edunt, demùm anſeribus magnitudine æquales, cùm ad iuſtam peruenerunt quantitatem, cœlum petunt auium reliquarum more, remigio alarum per aëra delati. Hebridum incolæ Hibernica lingua vtuntur.

hebron, ciuitas in terra Chanaan in montanis Iudææ ciuitas Amorrhęorum, quondam Philiſtinorum metropolis. Hæc dicta eſt & conuallis Mambre. Gen. 3. Num. 13. 1. Par. 3 & Arbee, Geneſ. 23. & Cariatharbe. Ioſ. 15. Filius item Gaath, filius Le... Exod. 6. 1. Par. 2. & 6. Lat. ſocietas, ſiue participatio, vel adhæſio, ſiue incantatio aut liuor.

hebrona, nomen loci in qu... caſtrametati ſunt filij Iſrael. Num. 33. Lat. tranſiens, aut iraſcens.

hebrus fluuius Thracię, aureas voluēs arenas, in Rhodope monte naſcēs ſupra Philippopolin, & è regione Samothraciæ inſulæ in mare Ægęū ſeſe exonerās. Fabulantur poetę Orphei caput in hunc fluuium proiectum fuiſſe, cùm à Ciconum mulieribus fuiſſet diſcerptus: vnde & Œagrius dicitur ab Œagro Orphei patre. Virg. li. 4. Georg.

Tum quoq; marmorea caput à ceruice reuulſū
Gurgite quam medio portans Oeagrius Hebrus
Volueret, &c.

hebrus, hodie *Mariza* dicitur.

hebrus, adoleſcens Liparæus, quem Neobule amauit. Horat. Carm lib. 3. Ode 12.

hecale, anus paupercula, quæ Theſeum adhuc adoleſcentem hoſpitio ſuſcepit. Huius paupertatem Callimachus iuſto volumine celebrauit. Hinc natum eſt prouerbium, nunquam Hecale fies: hoc eſt, nunquam te inopia opprimet.

hecale, Leontidis tribus municipium. Steph.

hecalius, Iupiter dictus eſt ab anicula quadam Hecale nomine, quæ cùm Theſeum quodam tempore comiter excepiſſet, promiſiſſetque ei ſe ſuam ipſius animam Ioui immolaturam, ſi ſaluus ex prælio domum rediret, atque ante reditum Theſei obiiſſet, occaſionem Theſeo dedit, vt in honorem ipſius ſacrum Ioui inſtitueret, eúmque Hecalium vocaret. Palæph. libr. 1.

hecameda, Arſinoi filia, quæ direpta Tenedo Neſtori in prædam ceſſit. Hom. lib. 11. Iliad.

hecate, Iouis & Latonæ filia, ſoror Apollinis, quæ & Diana dicitur. Huic triplex nomen attribuitur, vnde etiam à Virgilio Tergemina vocatur. Nam in cœlo creditur eſſe Luna, in terris Diana, & apud inferos Proſerpina. Dicta Hecate, Seruio, quòd centum victimis placetur, aut quòd centum annos errare faciat inſepultos. Veriſimilius tamen videtur Hecates nomen factum eſſe à maſculino *ἕκατος*, quo nomine Græci vocant Apollinem: ſicut à Cynthio Cynthia, à Delio Delia, à Phœbo Phœbea. Dictus autem Sol & Hecatos ab *ἕκας*, longè, quòd eminus radios ſuos ad eos mittat, & quodam modo iaculetur. Hæc & *τρικέφαλος* cognominatur, quia, (vt inquit Orpheus in Argon.) tria habuit capita, dextrum equinum, ſiniſtrum caninum, medium ſuis agreſtis, Ouid. lib. 9. Metam.

Tuq; triceps, Hecate.

Vim fati hoc nomine mythologi intelligunt. Vide N. Comitem mythologiæ lib. 3. cap. 15. *vbi* quæcunque à Græcis & Latinis de Hecate dicuntur diligenter colligit. Virgil.

Tergeminamq; Hecatē, tria Virginis ora Dianæ.

Tibullus.

Sola tenere malas Medea dicitur artes.
Sola feros Hecatæ perdomuiſſe canes.

hecate, herbarum veneficiorumque periti... ſima

ſir a, quæ in Taurica Cherroneſo regnauit. ſub Dionyſio Mileſio. Filia fuit Perſæ, filij Solis, & fratris Æ:æ:à quo & Perſeis ſiue Perſei cognominatur. Ouidius lib. 7. Metamorph. Val. Flac. lib. 6.

hecatæus, hiſtoricus Mileſius fuit Protagoræ auditor, qui primus ſoluta oratione hiſtoriam condidit: floruit temporibus Darij qui Cambyſi ſucceſſit. Suid.

hecatæus, grammaticus quidam Abderita, cuius meminit Suid.

hecates, inſula ante Delum ſita, quæ à quibuſdam Pſammite vocatur. Suidas. Eſt etiam circa Leſbum. Heſych.

hecatéſia, ſic Idrias vrbs Cariæ nominatur.

hecatis nemus, promontorium in Sarmatia Europæa. Ptol.

hecatombea, vide HEBRÆA.

hecatombe, ſacrificij genus, in quo ritus ſic ſeruabantur, vt centenæ ſui generis mactarentur victimæ: vt centum ſues, centum hœdi. Dicta Hecatombe à numero victimarum, vel à numero ſacrificantium, quia centum Peloponneſi vrbes id faciebant.

hecatombæum, locus circa Dymum in Achaia. Polyb.

hecatompedum, Epiri vrbs. Ptol.

hecatompolis Cretæ inſulæ epitheton à numero ciuitatum impoſitum, quæ centum in hac inſula fuiſſe perhibentur, vel Virg. teſte li. 5. Æn.

hecatompolis, quondam Laconica regio cognominata fuit, quòd centum præcipuis & florentiſſimis ciuitatibus ornata fuerit. Strabo libro 8.

hecatompylos, Thebes Ægyptiacę epitheton, à portarum numero, quæ centum in hac vrbe fuiſſe dicuntur. Iuuenalis.

Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis.
Eſt item eiuſdem nominis vrbs in Parthia, teſte Stephano, & in Hyrcania. Diodor. item in Lybia, ab Hercule conſtructa.

hecatonchiros, Biarei ſiue Ægeonis epitheton, quaſi Centimanus. Hic enim centum habuiſſe manus & quinquaginta ventres à poëtis fingitur. Plut. in eo opuſculo quod περὶ πολυφαγίας inſcripſit.

hecatonneſi, paruæ inſulæ viginti circa Leſbum, ab Hecato Apolline dictæ qui in illis locis plurimùm colitur.

hecatontachiria, ciuitas quæ nunc Oreſtiades vocatur. Sic Palæphatus.

hechelias, pater Nehemiæ, 2. Eſd. 1. Lat. expectans Dominum, ſiue hamus Domini.

hectodurum, Rhetiæ oppidum. Ptol. *Echtal* Lazio.

hector, Priami regis ex Hecuba vxore filius, Troianorum omnium fortiſſimus, ab Achille interfectus: dictus (vt ſcribit Plato) ἀπὸ τοῦ ἔχειν τὴν πόλιν, quòd vrbem contra hoſtium impetum tenuerit, patriámque ſeruarit. Eo námque ſoſpite Troia nunquam potuit expugnari. Vxorem habuit Andromachem, ex qua Aſtyanacta ſuſcepit, quem Vlyſſes capta Troia è faſtigio Turris præcipitauit. Solus Græcos, quemadmodum Achilles ſolus Troianos fugabat: ex quibus Proteſilaum & Patroclum, alióſque permultos interfecit. Tandem ab Achille interemptus eſt: à quo etiam bigis alligatus, circum Patrocli ſepulchrum, Troiæque muros tractus eſt. Tandem eius corpus per duodecim dies inſepultum ab Achille ſeruatum, Priamus auro redemit, ſíque veteri more honorificentiſſimè cremauit. Homer. lib. 13. Iliados. Virgilius 1. Æneidos:

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros
Exanimúmque auro corpus vendebat Achilles.
Hinc Hectoreus. Ouid. in Epiſt.

Nomine in Hectoreo pallida ſemper eram.

hecuba, Priami Troianorum regis vxor, filia Dymantis, Homero, aut (vt Virgilius Euripidem ſequutus ſentit) Ciſſei, Capta Troia in canem verſa. Ouidius lib. 13 Metamorph. Quam fabulam inde ortam putat Seruius, quòd cùm à Græcis captiua abduceretur, & filij ſui Polydori corpus in mare abiectum agnouiſſet, quoniam aliter iniuriam vlciſci non poſſet, Græcos inanibus laceſſiuerit conuitiis.

hecubæ ſepulchrum, Thraciæ promontorium.

heddai, nomen viri, 2. Reg. 22. qui Huri. 1. Paral. 11. dicitur. Lat. laudatio, ſiue confeſſio, aut clamor.

heder, filius Beriæ, 1. Par. 8. Lat. grex, ſiue delectio aut priuatio.

hedetani, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. Ptol.

hedonacum, Bœotiæ vicus. Pauſan.

hedones & Hedoni, Thraciæ populi. Steph. & Suidas.

hedrus, Hyberniæ inſula. Ptol. *Berdſey*, Camdeno.

hedui, Galliæ populi, Aruernis finitimi, poſt Heluetios & Sequanos in occaſum vergentes, iuxta quos ex Alpibus fluit Araris, olim Romanorum fratres dicti, quorum hodie loca Burgundiones tenent. Illorum caput Auguſtodunum erat. Tacit. li. 3. vulgò, *Le pays à l'entour d'Autun en Bourgongne.*

hedylium, id eſt, mons Bœotiæ. Suidas.

hedymeles, citharœdi nomen, fictum vt volunt, nam ἡδὺ ſignificat dulce, & μέλος cantum. Iuuenalis Satyra 6. *Criſpe numerantur pectine chorda Quo tenet Hedymeles operam dedit.*

hedyphon, Babyloniæ regionis fluuius. Strab.

hedypnus, Suſianæ fluuius, qui Perſarum Aſy-

lum præterfluens, in Eulæum illabitur. Plin. lib. 6. cap. 27.

hegaleos, mons Atticæ nemoroſus. Sat. lib. vndecimo.

hegemon, Characenus (eſt autem Charax, Phrygiæ vrbs) verſificator, ſcripſit libellum Leuctricon, Thebanorum, Lacedæmoniorum. Stephanus.

hegeſias, Cyrenaicus philoſophus, qui tanta eloquentia mala vitæ repræſentabat, vt earum miſeranda imagine audientium pectoribus inſerta, multis voluntariæ mortis oppetendæ cupiditatem ingeneraret: ideóque à rege Ptolemæo vlteriùs, hac de re dicere prohibitus. Cic. in Orat. & l. 1. Tuſc. quæſt. Alter Magneſius orator quoque egregius, cuius meminit Strabo.

hegeſippus, hiſtoriam ſcripſit Eccleſiaſticam quinque libris, à Chriſto paſſo ad ſua tempora. Suid. Vixit tempore Adriani & Antoninorum Cæſarum, Euſeb. lib. 4. cap. 8. &c. Vnde apparet alios eſſe Hegeſippi libros, qui ab Euſebio citantur, quam quinque illos de rebus Iudaicis & excidio Hieroſolymæ ex Ioſepho deſcriptos qui ſub titulo Hegeſippi hodie circumferuntur, in quibus quum vrbis Conſtantinopolis mentio fiat, perſpicuum eſt poſt Conſtantini magni tempora conſcriptos eſſe, vide Egeſippus.

hegeſippus, poeta comicus: inter fabulas ipſius commemorantur φιλέταιροι. Athenæus.

hegeſippe, Holori regis Thraciæ filia, quam Miltiades Athenienſium dux accepit. Tortelius.

hegeſiſtratus Epheſius, ob tribulis ſui necem exul Delphos perueniens, quemnam locum coleret, conſuluit deum: cui Phœbus, Vbi ſaltantes videret ruſticos cum coronis oleagineis. Itaque profectus in Aſiam, ruſticos eo modo cernens, vrbem condidit Eleam, Pythocles Samius apud Plutarch.

hegethmatia, Ptol. lib. 2. c. 11. Germaniæ vrbs. vulgo *Lignitz*.

heidelberga, ad Neccarum fluuium ſita, Comitum Palatinorum Rheni ſedes. Ptolemæo, vt putatur *Budoris*. Nomen oppido datum exiſtimant, à Gentium colonia, quæ ante multos annos hîc habitaſſe, multis indiciis conuincuntur. Vocant enim Germani gentilem hominem, Heiden vel à nigrorum vacciniorum, Teutonicè Heidelbeer, multitudine. Olim Vangionum imperio ſubdita fuit Heidelberga. Solum habet rerum omnium ferax. Eſt & florentiſſ. gymnaſium à Ruperto Palatino multis priuilegiis anno 1346. donatum F. Irenicus. vulgò *Heidelberg*.

hegla, filia Salphaad, filij Hapher filij Galaad. Num. 26. Lat. feſtiuitas, aut gyratio eius.

hela, regiuncula Aſiæ, Attali regis emporium. Steph.

helam, ciuitas, 2. Reg. 10. haud procul à Iordane. Lat. [illegible] matris vel gentis ſiue ancillæ, aut dolor ſeu expectatio matris vel gentis, ſiue ancillæ, vel ſomnium.

helba, ciuitas, quæ ſorte tribui Aſer euenit. Iudic. 1. Lat. lac, ſiue adeps, aut manſit in ea, ſiue principium vel dolor in ea.

helcath, ciuitas, quæ de tribu Aſer data fuit Leuitis, Ioſue 21. Hæc etiam Halcath dicitur. Ioſ. 9. Lat. portio ſiue pars, aut lenitas.

helci, nomen viri, 2. Eſd. 12. Lat. portio, ſiue lenis.

helcia, pater Eliacim, 4. Reg. 18. Iſa. 22. Eſt & nomen ſacerdotis, 4. Reg. 22. Pater item Ieremiæ prophetæ, Ierem. 1. 1. Paral. 6. 2. Eſd. 12. Lat. portio, ſiue lenitas Domini.

helec, filius Galaad filij Machir, filij Manaſſe, filij Ioſeph. Nu. 26. Ioſ. 11. Lat. portio, aut lenitas.

heled, filius Baana, 2. Reg. 23. Lat. mundus, i. orbis, vel muſtela, aut Syriacè rubigo.

helegeus, inuentor tubæ primus, Palæph. lib. 2. & Pauſan.

helei, vide Eli.

helem, nomen viri, Zach. 6. 1. Par. 7. Lat. ſomnians, aut ſanans, ſiue expectatio eorum, aut dolor eorum.

helemaida, vrbs. Ioſ. 12. c. 13.

helena, æ, ſiue Helene, es filia Iouis ex Leda, Tyndari Laconiæ regis vxore, quæ à Ioue in Cygni formam tranſmutato compreſſa, duo peperit oua: ex quorum altero Helena & Pollux, ex altero Caſtor & Clytemneſtra excluſi fuerunt. Ex his Helena, cùm cæteris ſuæ ætatis fœminis formæ elegantia præſtaret, à Theſeo rapta eſt adhuc virguncula, non multò tamen pòſt Caſtori & Polluci fratribus eam repetentibus, citra iniuriam reſtituta eſt, & Menelao vxor tradita: cui & Hermionem filiam peperit. Poſt hæc fama pulchritudinis eius illectus Paris, contractis aliquot nauibus, in Græciam ſeſe contulit: vbi à Menelao hoſpitio ſuſceptus, clàm ſe in amorem Helenæ inſinuauit: tandémque abſente hoſpite Helenam rapuit, & in patriam abduxit. Qua tam inſigni iniuria commoti Græcorum principes, de bello Troianis inferendo in Aulide Bœotiæ coniurarunt. Nec multò pòſt mille contractis nauibus in Aſiam nauigarunt, multiſque expugnatis oppidis tandem Ilium obſederunt. Quo in bello cùm Paris oppetiiſſet, Helena Deiphobo fratri eius nupſit. Verùm cùm eò iam res rediiſſet, vt Græci armis diffidentes ad dolum ſeſe conuerterent, Helena quoque proditionis particeps fuiſſe putatur, & facem (quod ſignum aggrediundi negotij inter ipſam & Græcos conuenerat) ex arce ſuſtulit, captáque iam vrbe Menelaum in Deiphobi cubiculum introduxit: eóque interfecto cum priore viro in gratiã rediit.

Hele-

Helena, inſula Atticæ, ad quam appulit Helena poſt captam Troiam: quæ & Macris ob longitudinem dicebatur. Eſt etiam fons in Chio, in quo ſe Helena lauit. Steph.

Helene, alio nomine Cranae, inſula vna ex Sporadibus, adiacens Sunio promontorio terræ Atticæ inde dicta, quod Paris raptæ Helenæ primum in ea ſtuprum intulerit.

Helene, inſula Ægæi maris, Plinius. Hodie *Macroniſo*. Item, Pyrenæis montibus vicinum oppidum, à parte Galliæ. *Elna* hodie, Vaſæo. Eſt vrbs in Bithynia, Procop. & in Palæſtina: Vtraque ab Helena Conſtantini matre ædificata Vicus etiam Atrebatum, apud Sidonium, quem nonnulli hodie *Heldin* vocari exiſtimant.

helenes, vide Hellen.

helenia regio, vide Hellini.

helenius, locus iuxta Canopium. Steph.

helenopolis, vel Elenopolis olim dicebatur Munſt. ea Germaniæ vrbs, quam hodie Franckfort appellant. Eadem vrbs eſt ad Mœnum fluuium eleganter extructa cum ponte lapideo inſigni, cui ab altera fluminis parte annexa eſt vrbecula *Saxenhauſen*, eidem obediens. Duabus hæc vrbs in anno nundinis & Impp. Cæſarúmque electionibus nobilem ſe reddit.

Helenus, filius Priami ex Hecuba, vaticinio clarus, quem quidam ob id à Græcis ſeruatum dicunt, quòd loca opportuna ad capiendam patriam ipſis indicaſſet. Quin etiam euerſo Ilio Pyrrhum à nauigatione prohibuit, cæteris abeuntibus naufragium prædixit. Quamobrem non ſolùm à Pyrrho ſeruatus, verùm etiam liberaliter habitus eſt: quúmque ille Oreſti Hermionem eripuiſſet, Andromachen, quam antea iuſtæ vxoris loco habuerat, Heleno conceſſit: adiecta etiam regni parte, quam Helenus de fratris ſui nomine Chaoniam appellauit: in qua & vrbem ad ſimilitudinem Troiæ condidit, in qua & profugum Æneam hoſpitio ſuſcepit. Virgil lib. 3. Æneid.

helenus, Sicambrorum rex, anno ab vrbe 397.

helenus filius Dioclis, Sicambrorum rex, ob inertiam regno ſe abdicare coactus eſt, anno ſalutis 454.

heleph, ciuitas. Ioſ. 19. Terminus Nephthali. Lat. mutatio, ſiue tranſitus, aut perforatio.

heles, nomen viri, 2. Reg. 23. Lat. armatus, ſiue liberatus, aut nudatus.

heleuteri, populi inter Celtas, proximi Cadurcis, Cæſar. *Viuarau*, quibuſdam.

Heli, nomen ſacerdotis illius qui Samuelem vnxit in Prophetam. 1. Reg. 1. pater item Ioſeph mariti Mariæ Virginis Luc. 3. qui Matt. 1. dicitur Iacob. Lat. eleuatio, ſiue oblatio aut eleuans, vel offerens, ſeu pila.

heliades, filiæ Solis & Clymenes, ſorores Phaëthontis, quarum nomina ſunt Phaëthuſa, Lampetuſa, & Lampetia. Hæ cùm iuxta Padum mortem Phaëthontis fulmine deiecti inſolabiliter deflerent, in alnos, ſiue (vt alij volunt) in populos verſæ ſunt, electrum lachrymantes. Vocantur autem Heliades à patre Sole, qui Græcis ἥλιος dicitur, Ouid. lib. 2. Metamorph. Eædem Phaëthontiades appellantur à fratre Phaëthonte. Virg. Ecloga 6.

heliæa, iudicium Athenienſium omniū maximum, vtpote ex aliis quatuor congregatum, videlicet 500. & 50. & 100. & 100. Iudices Heliaſtæ dicuntur.

Helias, vide Elias.

Helice, es, Græco nomine dicitur, quæ à nobis Vrſa maior, ἀπὸ τοῦ ἕλικος, hoc eſt, à circumuolutione, quòd diei noctiſque ſpatio circum polum Arcticum voluatur ſignum cœleſte ad Septentriones.

helice oppidum Achaiæ propriæ ad ſinum Criſſæum, maris impetu hauſtum. Plin. lib. 2. c. 92. Eidem Elice.

helice, Stephan. vrbs Peloponenſi, ab Helico Lycaonis filio, aut Helice Ionis quidem vxore ſed Selinuntis Neptuni filiæ filia, Stephan. vrbs item Bœotiæ, & locus ad mare Euxinium, circa Cappadociam. Orph.

helicon, fluuius eſt Dium vrbem Macedoniæ præterfluens, qui ad ſtadia ſeptuaginta defluens in terram ſe abdit: poſt viginti verò ſtadia elapſus, denuò ſe oſtendit, & pro Helicone *Baphyras* dicitur. vt tradit Pauſan. *Pharybus* Ptolemæi eſt, *Baphyrum* vocat Liuius lib. 44. eſt etiam Siciliæ fluuius apud Ptole. *Oliuerio* appellatur à Fazello, & à Leandro *Veria*, eſt quoque Bœotiæ mons Ptole. & ibidem circa Thebas lucus, Zoſi.

helicon, mons Phocidis, ſinui Criſſæo incumbens, non procul à Parnaſſo, eíque æmulus & altitudine, & circuitu: qui & ipſe Apollini ſacer eſt & Muſis. Hinc Heliconides, & per epentheſin Heliconiades Muſæ ſunt appellatæ. Dictus Helicon ab Helicono, qui ibi cum Cithærone fratre ſingulari certamine pugnaſſe fertur.

Heliconius, Neptunus dictus eſt, non ab Helicone fonte decantatiſſimo, ſed ab Helice ciuitate, vbi poſitum ei templum erat. Strabo lib. 8. refert totam Helicem, vnà cum Heliconij Neptuni templo diluuij inſtar miſerè à fluctibus abſorptam, eámque cladem ob iram Neptuni accidiſſe. Nam cùm Iones ex Helice profugi legatis ſæpius miſſis ab Helicenſibus, neque Neptuni ſtatuam, neq; ſacra impetrare potuiſſent, iratum Deum proxima hyeme vrbem ipſam toto cum loco aquis obruiſſe.

Heligaſtus, Sicambrorum vates & Sacerdos admirabilis, floruit anno ab vrbe 486. Tritem.

Digitized by Google

Heléni, populi Theſprotiæ, & regia Helenia, Gentile. Helenius. Steph.

helingas, Hiſpaniæ Tarraconenſis ciuitas. Polyb.

heliocopis, nomen Nymphæ.

heliodora, nomen Nymphæ.

heliodorus, nomen viri, Sophiſta fuit clarus, cuius etiam extat hiſtoria Æthiopica.

heliodorus rhetor, Adriani Cæſaris temporibus imperatori chariſſimus, & ab eodem Magiſter epiſtolarum effectus: in quẽ extat illud Dionyſij Sophiſtæ ſcomma, Pecuniam & honores dare Cæſar poteſt, rhetorem efficere non poteſt.

heliodorus Eremita, plurimas inſomnes fertur duxiſſe noctes, ieiunióque ſeptenos continuaſſe dies. Sozom. lib. 8. c. 1. hiſt. trip.

heliogabalus, Antonini Caracallæ filius, qui ad imperium aſſumptus fuit matris opera apud Antiochiam. Huius mores impuriſſimos Lampridius deſcribit. Herod. lib. 5.

heliodora, ſiue, Leonora, Luſitaniæ regis filia, Romæ cum Friderico Auſtriæ duce coronata anno ſalutis 1451.

heliopolis, Heb. *On*, hodie *Bethſemes* Arabibus, id eſt (vt Græcè) ciuitas Solis, ciuitas Ægypti, inter Alexandriam & Coptum, quæ à Græcis, teſte Diodoro Siculo, Thebe dicitur. Altera eſt eiuſdem nominis in Cilicia, patria Chryſippi Stoici Solinus. Corinthus etiam olim Heliopolis dicta eſt. Steph. qui Heliopolim in Phœnicia, Thracia & Arabia deſcribit.

heliopolis, Ptol. & Plin. Cœleſyriæ vrbs, quæ hodie *Balbec* Poſtello, vel *Marbecis* Nigro.

heliotropium, Theſſaliæ vrbs. Polyb.

helis, vide Elis.

heliſæus, vide Eliſæus.

heliſos fluuius Atticæ Stat. lib. 4. Thebaid.

heliſyci, populi Ligurum. Steph.

helius, Cæſaris Neronis adulatione potentiſſimus fuit, qui Sulpitium Camerinum virum primarium, eiuſdémque filium è medio ſuſtulit, crimini dans, quòd cùm cognomine hæreditario Pythici dicerentur, in Pythicas Neronis victorias ἐκ τῆς ὁμωνυμίας impij viderentur. Ex Dione Caſſio, in Nerone ſub finem.

helius, proprium nomen viri, à ſole, qui Græcè ἥλιος dicitur. Plin. lib. 33. c. 1.

helixœa, inſula Hyperboreorum, non minor Sicilia, ſub fluuio Cerambica. Inſulani Cerambycæ dicuntur. Steph. non aſpiratur apud Steph.

helixus, Cei inſulæ fluuius, iuxta Coreſſum. Strab.

hellicanus, hiſtoriographus clarus, anno ab vrbe 250.

hellas, ladis, latiſſima Europæ regio, olim diſciplinarum omnium nutrix, quæ alio nomine Græcia dicitur, vide Græcia. Dicta Hellas ab Hellene Deucalionis filio. Thucyd. libr. 1. Et & flumen Achaiæ.

hellas, vrbs Theſſaliæ, condita ab Hellene, non quidem Deucalionis, ſed Phthij filio, & Chryſippes Iri filiæ. Phthius autem Achæi filius erat. Eſt & alia Hellas Cœleſyriæ: Gentile, Hellanicus, & Helladicus. Steph.

helle, les, Athamantis regis Thebarum & Nepheles filia, quæ vnà cum Phryxo fratre, nouercales inſidias metuens, cùm accepto à patre ariete aureo Pontum vellet traiicere, magnitudine periculi conterrita, in mare decidit, eíq; nomen fecit, quod etiam hodie ab eius nomine Helleſpontum vocant eruditi. Ouid. 11. Metamorph.

hellen, Deucalionis filius, à quo Græcos Hellenes nonnulli credunt fuiſſe nominatos, vide Hellas.

hellen, à paruulo in monaſterio nutritus, & educatus, plurima inſolitè edebat miracula, ita vt etiam ignem in ſinu portaret, & nequaquam eius veſtis arderet, Sozom. libro octauo, cap. 1. hiſt. tripart.

hellenes, ipſi Græci, vide Panellenes.

hellenes, vrbs Callaicorum in Hiſpania Tarraconenſi. Strab.

hellenicum & Caricum, loci in Memphide, à quibus Hellenomemphitæ, & Caricomemphitæ, Steph.

hellenopolis, vrbs Bythiniæ poſt inſtaurationem *Birhalbes*.

helles, filius Azariæ filij Iehu filij Obed. 1. Paral. cap. 2. 11 & 27. Lat. armatus, ſiue liberatus, aut nudatus.

helleſpontus, fretum anguſtum inter Propontidem & mare Ægæum, Aſiam ab Europa ſeptem non amplius ſtadiorum interuallo diſterminans: ita dictum ab Helle Athamantis filia in eo ſubmerſa. Hinc Helleſpontiuus dicitur, & Helleſpontiacus.

helleſpontus, hodie dicitur brachium ſancti Georgij. *Le bras S. George, ou autrement l'eſtroit, ou le deſtroit de Gallipoli.*

helleſpontias, regio adiacens ſinui: Incolæ, Helleſpontij. Steph.

helleſteus, Æthiopum rex, anno ab vrbe 1221.

hellenones, vel, vt quidam legunt, Hilleuiones, apud Plin. Helluſij Tacito ſunt, ab Ammiano lib. 21. *Heilles* nominari ſcribit Althamerus qui eos in *Bornholm* (inſula Baltici ſinus) vulgò *Heil* dictam collocat. Hæc Venedicum ſinũ facit, non longè à Dantiſco, Pruſſiæ emporio.

helmechildis, Albionum regem, victus Roſimundæ impudiciſſimæ mulieris promiſſis, interfecit.

helmon deblathaim duo nomina ſunt. & elmon interpretatur occultatio, [illegible] adoleſcentia, aut

aut ſeculum vel contemptus: Deblathaim maſſæ de ficubus compactæ: nomen loci, in quo caſtrametati ſunt filij Iſrael, profecti de Dibongad. Num.33.

helon, ciuitas in terra Moab. Num.2. Ier.48. Pater Eliab, principis tribus Zabulon, Num.1. & 10. Eſt & nomen vrbis, 1.Paral.6. quæ Ioſ.21. dicitur Holon. Lat. feneſtra, vel prophanatio, ſiue dolor, vel infirmitas.

helotus, magnæ Græciæ fluuius inter Cauloniam & Drotonem, teſte Diod. lib.14. vbi Græcos à Dionyſio ſeniori prælio victos deſcribit: eundem hunc fluuium Polybius, lib.1. Elleſporum vocat. Athenæus ſine aſpiratione ſcribit.

helotus, Iſtri fluminis filius, qui ab Aiace occiſus eſt in ea pugna, quam Græci cum Telepho rege Myſorum habuerunt.

helos, vrbs Laconica, quæ & Phtheleon & Dorion dicta, quòd in palude ſita ſit: cuius ciues Heloæ & Eleatæ, & regio εἱλωτεία. Eſt etiam Helos Ægypti. Steph.

helos, locus Atticæ. Vide Echelidai.

helotæ. Vide Helos.

heiueconæ, Germaniæ populi. Tacito.

heluetici, populi inter Celtas proximi Aruernis, quorum ſub imperio eſſe conſueuerant in prouincia Bituricenſi & regno Francorum ſiti Clar.ſept. Com.Cæſ. in hunc locum Heleuteros legendum docet.

heluetij, Gallorum vel Celtogallorum gens nobiliſſima: horum caput Auenticum erat, qui è finibus ſuis in Germaniam tranſgreſſi, intra Hercyniam ſyluam, Rhenúmque & Mœnum amnes habitauerunt. Eorum tractū hodie è Germanis illuc profecti tenent: hodie *Eydignoſſen*, hoc eſt confœderati, & à nonnullis Suiceri nominantur Cæſ li.1.de bello Gallico, & Ptol.li.2. Strab.li.4.& Cicer.lib.1. Epiſt.ad Attic. Heluetiorum termini ſunt Rhenus latiſſimus, atq; altiſſimus fluuius, mons Iura altiſſimus, lacus Lemanus, & Alpes. Fines Heluetiorum habent in longitudine CCXL. millia paſſuum, ait Cæſar.li.1. quod hodie verum eſt. Nam ſunt à medietate lacus Acconij Geneuam vſq; milliaria Heluetica, vt ipſi computant, xxx. In latitudine aurē inter Rhenum vel Iuram, verſus finitima Alpium LXX.millia paſſuum, quæ x. vel xi. milliaria Heluetica conficiunt. Continet autem milliare Heluetícum, vt nunc vtuntur, ſpatium duarum horarum equeſtris, duarúmque & dimidiæ vel trium pedeſtris itineris. Computantur ergo octo millia paſſuum Italicorum pro vno milliari Heluetico. Ipſa verò ſocietas, & fœdus Heluetiorum, quod barbaro vocabulo Ligam appellant, tredecim ciuitatibus conſtat, quarum hæc ſeries eſt, Tigurum, Berna, Lucerna, Vria, Suicia, Syluania, Tugium, Glarona, Baſilea, Friburgum, Solodurum, Sciphuſia, Abbatiſcella His omnibus æqua libertas eſt, nec vllum caput habent, quemadmodum falsò credidit Sabellicus. Bello & rebus geſtis inſignes. Inter Germanos nunc cenſentur, non Gallos, vt olim. Vide Comm. in Melam, Cæſarem & Cornelium Tacitum, vulgò, *Les Suiſſes.*

heluetum, Antonino *Schelſtadt* in Germania vrbs, Simlero.

heluij populi inter Celtas monte Gebenna ab Aruernis diuiſi: proximi ſunt Gabalis, Cadurcis, ac Galliæ prouinciæ Romanorum. Ciuitas eſt Epiſcopalis in prouincia Bituricenſi & regno Francorum ſita: nunc Albienſes dicti. Hinc M. Tullij Ciceronis matrem ortam eſſe Euſebius & alij tradunt: vulgò, *Le pays d'Albigeois.*

heluinum, Samnitum fluuius in Italia. Plin. *Piomba.* Leandro.

heluri, à paludibus dicti, Dioxippus lib.12. Chronicorum, Varinus.

helymus & Panopes, Aceſtæ regis Siciliæ comites, venatores fuerunt. Virgil. libro tertio Æneid.

heman, i. turbatio aut tumultus eorum, filius Lotan filij Horræi, Gen.36. qui 1.Paral.1. dicitur Homan.

heman, i. multus, aut tumultuans, vel Syriacè, fidelis, filius Maol. 3 Reg.4. filius Ioel, 1.Paral.6. 15. & 16.

hemaſini, Dalmatiæ gens. Plin.

hemath, vide Emath.

hemeroſcopium, vrbs Celtiberorum, Phocenſium colonia. Steph.

hemichara, Siciliæ Mediterranea vrbs. Ptol. Nigro, *Nicoſia* vocatur.

hemicynes, quaſi ſemicanes, populi non procul à Maſſagetis & Hyperboreis, quos Apollonius in Argonautis canum inſtar latrare ſcribit. Steph.

hemingus, Danorum rex, fœdus cum Carolo Magno imperatore icit, anno ſalutis 812.

hemodes, inſulæ ſeptem in Oceano Germanico. Sunt in Codano ſinu: & hodie vocantur *Seelandt, Fuynen, Linglandt, Muen, Falſter, Leylandt, Femeren.*

hemona, i. popularis, ſiue populus noſter, ciuitas in tribu Benjamin, Ioſ.18.

hemor, pater Sichem, Gen.33. & 34. Act.7. Lat. Aſinus, ſiue lutum, aut vinoſus, vel Syriacè, grauis, aut ponderoſus.

hemnatæ, Arabiæ fœlicis populi. Plin.

hemus, vel Hæmus, vel Æmus, mons in Thracia, excelſitate conſpicuus, ex cuius vertice vulgata eſt opinio Ponticum ſimul & Adriaticum mare, & Hiſtrum amnem, & Alpes conſpici poſſe: nam eius excelſitas ſex millia paſſuum continet. Dictus Hæmus à nomine

regis Hæmi; à cuius ſorore alter quoque mons Rhodope nominatur, in quo transfiguratos eſſe Rhodopen, & Hæmum fabulæ canunt. Ouidius libro ſexto Metamorph. Eſt & Hæmus nomen Græculi hiſtrionis, cuius meminit Iuuenalis. Eſt & nomen famoſi latronis. Vide Æmus.

Hen, i. gratia ſiue miſericordia, aut manſio, vel reliquies, nomen viri. Zach.6.

Henadab, nomen viri, 2.Eſd.3. Lat. gratia, vel miſericordia dilecti.

Henetia, olim dicta, quæ nunc vocatur Venetia. Seruius.

Heneſiotis, regio in Sarmatia Aſiatica. Ptol.

Heneti, Paphlagoniæ pop. qui Antenore duce, cùm in intimum maris Adriatici ſinum veniſſent, permiſti Troianis, omnes vno nomine Veneti appellati ſunt. Liu.3. ab vrbe.

Heniochi, montes circa Sogdianam aut Bactrianam. Plinio.

Heniochi, vide Eniochi.

Heniochia, regio apud Caucaſum: incolæ Heniochi. Steph.

Henoch, filius Cain. Geneſ.4. Filius præterea Iared, vir iuſtus à Deo viuus ſublatus. Geneſ.5. Luc.3. Filius etiam Madian filij Abrahæ. Geneſ. 25. Filius etiam Ruben. Gen.36. 1.Par.3. Ciuitas. item quam Cain extruxit, illíque filij nomen indidit, Gen.4. Lat. dedicatus, vel diſciplinatus, aut morigeratus.

Henotictonti, genus hominum monſtroſorum, Tzetzæ.

Henricus, Foroiulianorum dux, Iringum Auarorum ducem ſuperauit expoliauit: inæſtimabilem prædæ theſaurum Carolo regi Francorum miſit, anno ab vrbe 1147.

Henricus I. Saxo, Germaniæ rex, anno ſalutis 920. Hungaros variis prœliis vicit, cecidítque, Sclauos ſubegit, Brenaburgum cepit, hinc Dalmatos, capta Grona ciuitate, tributarios fecit, vicit & Bohemos. Witich lib.1. anno ſalutis 928. Danos, nauali incurſione Friſones deprædantes, vicit, tributa eis impoſuit & Nubam eorum regem baptiſmum ſuſcipere coegit Luith. lib.3. cap.1.

Henricus II. Romanorum Imperator, anno ſalutis 1003. Principes defectores vicit, atque ſubegit. Capuæ Saracenos vicit, & Italia cedere compulit. Bubaganum Conſtantinopolitani Imperatoris ducem, qui Saracenis fauebat, bello acerrimo inſequutus eſt. Troiam in Apuliæ finibus, vbi olim Hannibalis caſtra fuêre, à Græcis ædificatam obſedit, & per deditionem accepit. Blondus lib.3. decad.2. Hunc Henricum cum vxore Kunebunda virginitatem perpetuam obſeruaſſe quidam ſcribunt, & poſt mortem miraculis claruiſſe.

Henricus, Henrici II. Romanorum Imperatoris filius, Cæſar Aquiſgrani electus eſt, anno ſalutis 1025. Blond. libro 3. decad.2. anno ſalutis 1036.

Henricus III. Romanorum Imperator XVII. anno ſalut. 1040. aduerſus Oldericum Bohemorum regem infeliciter pugnauit. Tandem Oldericum ſuperauit, Bohemos tributarios fecit: copias exercitumq́; validum Romam duxit: congregata ſynodo tres Pontifices tanquam tria teterrima monſtra, Benedictum, Syluestrem & Gregorium damnauit: Suitgerum Bambergenſem Epiſcopũ, qui Clemens II. dictus eſt, Pontificem in ſynodo fecit, à quo & imperiale diadema accepit, Romanoſq́; à Pontificum electione prohibuit, anno ſalutis 1054. Blond. li.3. decad.2.

Henricus IV. Henrici III. Imperatoris filius Romanorum Imperat. XVIII. regnauit annis 50. varia fortuna: nam & Saxones Bauaróſque & Rodulphum imperij æmulum ſæpius vicit, Pontificem Romanorum, à quo per iniuriam è Chriſtianorum numero exemptus fuerat, vrbe expulit, aliúmque Pontificem fecit. Poſtremò à filio, bello petitus, dum ſe comparat, morbo periit, anno ſalut. 1105.

Henricus V. Henrici Imperat. filius Romanorum Cæſar XIX. Romam venit, cepit Pontificem & aliquot Cardinales, ſeruauítque in vinculis donec pace facta, Pontifex hactenus obſeruatam authoritatem Cæſari confirmaſſet, nempe beneficiorum & epiſcopatuum per baculum & annulorum inueſtituram, quam decreto abrogauerat Vrbanus II. Blond. lib.4. decad. 2. Æmil. lib.5.

Henricus VI. Friderici filius, Romanorum Imperator, anno ſalut. 1190. Siciliæ regnum obtinuit: ducibus Archiepiſcopo Moguntino & Othone Saxoniæ duce, ſubſidiarium exercitum in Aſiam miſit. Qui anno ſequenti audita Imperatoris morte in Germaniam rediere. Blond. Plat. Æmil.

Henricus VII. Lucemburgenſis Romanorum Imperator, anno ſalut. 1309. ſingulis Longobardiæ ciuitatibus præſides dedit, Florentiam obſedit. Cum Friderico Siculo rege fœdus icit, exercitum in Calabriam aduerſus Robertum Neapolitanum duxit: apud Boncouentum morbo laborans, non ſine ſuſpicione veneni, diem clauſit extremum. Blond. lib.9. Æmil. lib. 8. anno ſalut. 1313.

Henricus I. Hiſpaniæ rex, ludens cum pueris, gulæ caſu apud Palantium periit, anno ſalutis 1243.

Henricus II. Hiſpaniæ rex, anno ſalut. 1366.

Henricus III. Hiſpaniæ rex, anno ſalutis 1388.

Henricus IV. Hiſpaniæ rex, anno ſalut. 1463.

Henricus, Roberti filius, Francorum rex, impoſa-

no ſalutis 1023. & 1057. Æmil. lib. 5.

Henricus, Carinthiæ dux, rex Bohemiæ IX. anno ſalutis 1307.

Henricus I Angliæ rex XXIII. an. ſalutis 1101. fratrem Robertum Northmannorum ducem inſtructa acie vicit & Northmanniam obtinuit. Polyd. lib. 2. Wallos vicit, cæcidit, & in ſua verba iurare coegit. Imperatori filiam ſponſam cum dote vxorem dedit.

Henricus Andegauenſis, Angliæ rex, anno ſalutis 1155 Cumbriam Northumbriámque recepit, ac Vuallos ad defectionem declinantes domuit. Thomam Cantuarienſem Archiepiſcopum exilio damnatum, occidendum curauit, Hyberniam ſubegit, ac pontificis Romani conſenſu ſuo adiecit regno.

Henricus III. Angliæ rex, anno ſalutis 1156.

Henricus IIII. Angliæ rex, anno ſalutis 1399. Principes aduerſus hunc Henricum conſpirarunt, manus conſeruerunt, triumphauit Henricus victis hoſtibus. Polyd. lib 21. Variis ſeditionibus, coniurationibus, inteſtinis bellis laborauit. Idem lib. 21.

Henricus V Angliæ rex, anno ſalutis 1414. Ad Trecas cum Carolo & Philippo Burgundo pactus eſt Franciæ regnum, & Catharinam Caroli VI. Francorum regis filiam vxorem accepit. Polyd. lib. 21.

Henricus VI. Angliæ rex, anno ſalutis 1424. regnum galliæ aliquot annis obtinuit: tandem domeſticis inſidiis regno Angliæ pulſus in carcere trucidatus eſt.

Henricus VII. Angliæ rex, anno ſalutis 1485.

Henricus VIII. Anglorũ rex, ann. ſalutis 1509.

Henricus II. Galliæ rex, vbi annos regnaſſet duodecim, maximo cum ſuorum luctu violento fato è vita ſublatus eſt, eo fermè tempore quo pro pace cum Philippo Hiſpanorum rege inita Luteriæ ſolennes feriæ celebrabantur, anno Domini 1559. tertio Idus Iulij.

Heorta, Scordiſcorum oppidum. Strabo. *Hardberg*. Lazio.

Hephæſtia, vrbs in Lemno, Steph. nunc *Cochio*: planè deſerta & deſtructa. Eſt etiam vicus in tribu Acamantide, vbi Vulcani templum erat: Tribuli Hephæſtiades. Steph. Iuxta hunc vicum collis eſt, Vulcani, vt creditur, caſu nobilitatus. Ferunt enim Vulcanum à Iunone ob inſignem deformitatem è cœlo præcipitatum in collem illum decidiſſe. Cuius fabulæ occaſio inde ſumpta eſt, quòd totus hic collis combuſto ſimillimus videatur, neque villa in eo gignantur. Ex hoc colle effodiebatur terra Lemnia, Dioſcoridis & Galeni ſcriptis maximè celebrata. vrbis huius meminit Ptol Geograph. li 3.

Hephæſtij montes in Lycia, qui tæda flammante tacti, adeò flagrant, vt lapides in ipſis aquis ardeant, aliturque ignis ille pluuiis. Baculo ſi quis, ex iis accenſo traxerit ſulcos, riuos ignium ſequi narrant Plin. lib. 7. cap 166.

Hephæſtium, Lyciæ oppidum. Plin.

Hephæſtiades. Vide PHÆSTIADES.

Hephæſtion, vnus ex Alex. Magni ducibus, multũ ab eo amatus, quem ille ita cum Cratero conferebat, vt hunc quidem φιλοβασιλέα, Hephæſtionem verò φιλαλέξανδρον appellaret. Hunc vita functum tam magnifico funere proſecutus eſt, vt facilè omnes põpas ſuperaret: in funus enim hoc ſupra duodecim talentorũ millia impenſa feruntur. Plutarch. in vita Alexand.

Hephæſtos, proprium viri, & nomen Vulcani.

Hephæſtuneſi, id eſt, Vulcani inſulæ, regioni Adiabenæ numerantur. Steph.

Hephet, i. fodiens aut explorans, ſiue opprobrium vel confuſio, filius Aſhar ex Naara vxore, 1. Paral 4. Portio regni terræque Chanaan, quam Ioſue expugnauit, Ioſ. 12. 4 Reg. 14.

Hepitalium, vrbs Triphyliæ, Steph. non aſpiratur.

Heptacometæ, barbari in Cyzico monte habitantes, quorum nonnulli Byzeres vocabantur. Steph. Heptacometæ nimirum à ſeptem vicis dicti ſunt. Moſinæci à Strab. & Moſines à Diodoro cognominantur.

Heptagoniæ, nomen loci, Liuius 4. bell. Macedon. Quod roboris in exercitu erat, trifariam diuiſum: parte vnà Phœbeo, altera à Dictynnæo, tertia ab eo loco quem Heptagonias appellant, aggredi iubet.

Heptaneſiæ, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

Heptaphonos, nomen porticus, quòd in eo ſepties vox reddatur in Olympia, Pli. li. 46. c. 15.

Hetaphorus, nomen viri.

Heptapolis, Ægypti regio, Dionyſio teſte, quam eius commentator Euſtathius dicit antea Heptanomon & Heptanomiam dictam, & poſteà à rege Arcadio Arcadiam appellatam. eſt etiam nomen oppidi in Ægypto, Steph.

Heptaporus, Rheſus fluuius Troianus, quę ſeptem locis vadari poteſt eadem via, propter quod & Polyporos Straboni appellatus eſt.

Heptapylos, Thebarũ Bœoticarum epitheton, à ſeptem portarum numero dictũ: Idq; ad diſcrimen Thebarum Ægyptiarum, quæ à numero centum portarum ἑκατόμπυλοι dicebantur.

Her, id eſt, vigil aut denudans, vel effundens, ſiue æmulus, vel ciuitas, filius Iudæ ex Sue vxore ſua, Gen. 38. 1. Paral. 4 Pater Elmadan, Luc. 3.

Hera, Iunonis nomen apud Græcos: vnde Heræa ipſius feſta, & Hæreum templum eius appellant. Siciliç etiam vrbs Hera dicebatur, quę aliàs Hybla minima, Steph. Eſt item Cereris cognomen apud Pauſan. in Arcadicis.

Hera, Æolidis oppidum, Pauſan. Arcadię item

eidem, quod Meſaten, id eſt, intermediam appellat, quòd ſcilicet è portu Erythrçorum Chion ſ luentibus, propemodum media eſt. *Argennum* Ptolemęi videtur.

Heracleas & Plutarchus, natura & meritis fratres (ambo enim Origenis diſcipuli, ab eo ad fidem de perfidia conuerſi) non ſolùm perfectæ vitæ inſtituta ſeruarunt, verùm etiam (quæ ſumma eſt beatitudinis) martyrij conſecuti ſunt palmam. Euſeb. lib. 6. c. 3. hiſt. Eccleſ.

Heraclea, Macedoniæ Sinticæ regionis oppidum, quod Sintica cognominatur. Plin. & Ptol.

Heraclea, Cariæ vrbs *ad Latmum* à Ptolemæo cognominata, & Carica à Plin. Larmus etiam dicta fuit à monte Larmo, illi imminente, vt Strabo tradit. Stephanus eam quoque Alemaniam & Pliſtarchiam appellat. *Haſſio porto* hodie dici vult Bonacciolus.

Heraclea, Bithyniæ vrbs clariſſima, ob celeberrimas, quas emiſit colonias. Strab. diu tyrannorum ſęuitiam paſſa, mox libera facta eſt. Iuſtinus lib. 5. Heracleam à Bœotiis iterum oraculo monitis, in Herculis honorem conditam eſſe ait.

Heraclea, vrbs in Italia ad Crotonem. Mela. lib. 1.

Heraclea, galliæ Narbonenſis vrbs, ad Rhodani oſtium. Plin. *Caccabaria* cognominata ab Antonino, *S. Gilles*, I. Poldo. *Nozberes* eſt apud Benjamin Tudeleſem. De hac vrbe exiſtimant, Ottonem Friſingenſem hæc ſcribere, In galliis iuxta prouinciam Narbonenſem, vir Dej Ægidius metropolim ex nomine ſuo Villam S. Ægidij vocauit in loco, qui vſque hodie *Palatium Gothorum* vocatur.

Heraclea, Ptolemæo Mediæ regionis vrbs mediterranea, quam ab Alexandro conditam, ab Antiocho reſtitutam, atque Achaida appellatam tradit. Plin.

Heraclea, Macedoniæ Phthiotidis regionis in Trachinia vrbs Plinio, quadraginta ſtadiis à Thermopolis diſtans. Strabo eam à Spartiano conditam, & prius Trachin dictam ſcribit.

heraclea, Tauricæ Cherſoneſi oppidum, etiam *Megarica* dictũ. ad Mæotidem paludẽ, teſte Plin.

heraclea, Syriæ vrbs Straboni, in Gyrreſtica regione eam deſcribit Ptolemæus. Hanc poſtea *Gagalicam* nuncupatam ſcribunt Nic. Calliſtus & Euagrius ſcholaſticus. *Italica* dici hodie putat Bonacciolus.

heraclea, Siciliæ vrbs inter Pachinum & Lilybæum. Mela lib. 2. & Prol.

heraclea, vrbs Ponti: hodie Naxioportus.

heraclea, ciuitas Boſphorana in finibus Europæ, quæ antea Perinthus vocabatur. Mantuanus, *—quæ magna Perinthus*

Antè fuit, priſcum mutauit Heraclea nomen.

Nunc Calpe. In hac fuit amphitheatrum tanta ſtructura, vt inter ſeptem orbis miracula connumeratum ſit, à qua Dionyſius philoſophus Zenonis diſcipulus, Heracleotes à Cicerone in Tuſc. Alia eſt in radicibus Œtæ montis, quam Aſaris fluuius abluit. Alia in Ponto iuxta Lycum amnem. Alia iuxta Rhodani oſtia. Alia item in Campania, quæ & Herculanium dicitur.

heraclea, magnæ græciæ vrbs, quam Appianus in Annibalicis inter Metapontum & Tarentum ſtatuit. Plin. inter Syrin & Acyrin flumina ſitam dicit: & Sirin quoque appellatam refert: cui aſſentitur Diodorus lib. 12. Polieum vocatam ſcribit Strabo, qui eam quoq; Troiam dictam innuit. Incolæ à finitimis *Mitrochitonæ* vocabantur, vt tradit Athen. lib. 12. c. 8.

heraclea, vt Plin. vel Heracleum, vt Prol. & Strabo, Cretæ inſulæ vrbs, & Cnoſſi nauale. Setia vocatur à Nigro, ſed *Mirabello* à Pineto.

heraclea, Myſiæ regionis vrbs. Apollodorus, lib. 2. quam Bebricum antea vrbem fuiſſe ait.

heraclea, Steph. inſignis vrbs Thraciæ in Ponto: ſecunda Siciliæ, tertia Lydiæ, 4. Libyæ, 5. Sardiniæ, 6. Italiæ, 7. Celticæ, 8. & Theſſaliæ, 9. Cariæ, 10. in Lydio Tauro, 11. inter Scythiam & Indiam, 12. inſula in Carpathio pelago, 13. Syriæ, 14. Phœniciæ 15. Pieriæ, 16. ciuitas & inſula, 17. Cretæ, 18. Piſaica, 19. Cariæ, quæ vocatur Alemania mediterranea, 20. ciuitas iuxta Cumam Æolidis, 21. Acarnaniæ, 22. inſula in Atlantico, 23. Macedonię, ab Amynta, Philippi fratre, condita. gentile, Heracleus & Heracleota. Stephanus. Idem alibi Heracleam Carię, aliàs Pliſtarchiam nominatam ſcribit. Straboni etiam pagus huius nominis eſt in Aſia minori, ad ſinum Adramittenum. Eſt & apud eundem Heraclea inſula in Atlantico mari, & alia in Carpathio.

heraclea, Carię fluuius, apud Strabonem, qui etiam in Atlantico mari inſulam eiuſdem nominis eſſe dicit.

heracleobucoli, vicus in Ægypto.

heracleon, grammaticus Ægyptius, ſcripſit commentarios in Homerum & Lyricos. Suid.

heracleonas, cum Martina matre, 62. Romanorum Imperator, anno ab vrbe 1394. Blond.

heracleopolis, nomen trium ciuitatum. Vna eſt in Ægypto, ex qua Theophanes phyſicus: altera non longè à Peruſio: tertia ſecundùm Nili oſtium, quod Canopicum eſt. Volaterranus ex Stephano.

heracleotes, dictus eſt Dionyſius philoſophus, Zenonis diſcipulus. Heracleotes locus à cic. 2. Tuſc. appellatus eſt, vbi fuit amphitheatrum vnum è ſeptem ſpectaculis. Vide & 4. Tuſcul. & 5. de Finib.

heracleotes, inſula inter Italiã & Siciliã. Ant.

heracleum, Tetragonum, vide Chalcidis.

heracleum

Digitized by Google

heracleum, promontorium iuxta Thermodoontis fluuij oſtium Ptol.

heracleum etiam Marmaricæ, inter Cherſoneſum & Paliurum, Straboni. Plinio fluuius eſt Sarmatiæ Aſiaticæ in Cholcorum regione, *Cataari* à G. Mercatore dicitur. Eſt promontorium eiuſdem nominis, ibidem. Plin.

heraclides, Lycius, domi vir clarus, ſophiſtica facultate inſignis, Smyrnæ docuit, vbi in honore maximo fuit. Dicunt eum olim apud Seuerum principem extemporali facultate dicentem, aulicis præſentibus exterritum, ſermone excidiſſe. Solus ſophiſtarum ad hanc artem induſtria & labore, natura minimè iuuante contendit. Philoſtratus.

heraclides, è Mopſo, ciuitate Siciliæ, Grammaticus nobilis. Steph.

heraclides, pictor nobilis Macedo, qui initio naues pinxit: captoque Perſeo à Paulo Æmilio Athenas comm grauit eodem tempore quo & Metrodorus philoſophus & pictor. Plin.

heraclides Ponticus philoſophus, Athenas conceſſit: Platonem, deinde Ariſtotelem audiuit. Reliquit ingenij monumenta quæ non extant. Vir fuit mollioris habitus, vt pro Pontico Pompicus vocaretur. Diog. Laërt. Cic. Tuſc. qu. lib. 5. Scripſit, mulierem quandam ſeptem diebus exanimem ad vitam fuiſſe reuocatā, Plin. lib. 7, c. 52.

heraclites, eccleſiaſticus nobilis, an. ſalut. 196.

heraclitus philoſophus Epheſius, σκοτεινὸς cognominatus, hoc eſt, tenebricoſus, propterea quòd de induſtria adeò obſcuraret ſtylum, vt eius ſcripta, philoſophi ſudantes vix intelligerent. De hoc memoriæ proditum, quoties domo egrederetur, fere ſolitum: cùm Democritus contra ſoleret ridere, propterea quòd alteri omnia quæ agimus, miſeria, alteri ineptiæ viderentur. Vergente in ſenium ætate in hydropem incidiſſe ferunt: cumque ſpretis medicis, fimo bubulo ſe obleuiſſet, & ad ſolem ſe ſiccaret, dormientem à canibus eſſe dilaceratum. Nullum inuenitur habuiſſe præceptorem, tantùm natura & diligentia ſola profecit, quidam tamen audiſſe Xenocratem & Hippaſum Pythagoricum volunt. Floruit temporibus vltimi Darij: ſcripſit poëticè multa: ab Ariſtotele ſæpè teſtis citatur. Fuerunt alij quatuor Heracliti: primus poëta Lyricus, ſecundus Halicarnaſſeus ſummæ elegantiæ tertius Leſbius, qui Macedonum ſcripſit hiſtoriam: quartus vir ridiculus.

heraclius, fluuius Græciæ circa Bulidem, Phocidis vrbem. Pauſan.

heraclius, Imperatoris proprium, ab Hercule deductum formatione Græca.

heręa promontorium è regione Chalcedonis, (alias Carthaginis) quod aliqui non rectè vulgò ἀίγειον dictant putant. Deſcriptionem eius carmine Demoſthenis Bithyni Stephanus recitat.

heræ, vrbs Arcadiæ, Sologorgus dicta iuxta Meſſeniam, Peleponneſum verius ſita. Stephan. Gentile Heræus, vel Heraeus.

herea, vrbs quæ & Hecatombea vocatur, quòd Iunoni centum boues illic immolarentur, &c.

heræum, vel murus Hereus, vrbs Thraciæ, Steph. Item Sardiniæ oppidum. Ptol.

herǽum item Græci vocant templum Iunonis, quam ἥραν appellant.

heræus, portus ad Boſphorum in Aſia minori *Mole di S. Ioan Calamote*, hodie Gyllus de Boſphoro Thracio lib. 3. c. 11.

heraldus, xv311. Angliæ rex, ann. ſal. 1038.

heran, i. vigilia, aut magiſter earum, filius Suthala, filij Ephraim, Num. 26.

heras vel Helij, i. Iunonis vel Solis inſula, quæ quoque Autolala dicitur. Ptol. eam deſcribit in Atlantico Oceano è regione Libyæ, *Madera* poſſet interpretari.

heratia, inſula, quæ Onus in mari Ægæo, Plin. lib. 4 c. 9.

heratus x Sicyoniorum rex.

herbanum, Tuſciæ oppidum. Plin. lib. 2. c. 5.

herbeſſus Silio, Erbeſum Polybio, Erbeſſus, Ptol. Herbeſſenſes habet Plin. Siciliæ mediterraneum oppidum Niger *Bichari* vocat. Fazellus *Pantalica*, ſed idem alicubi, *Grutta* hodie appellari dicit Erbeſum Polybij: duas nempe in Sicilia eius nominis vrbes eſſe innuens.

herbeſus, Solino lacus ſulfureus in Sicilia *Endrium* à Vibio Sequeſtre appellatur. *Gurgo* hodie vocari ſcribit Andreas Baccius ex Fazello, vt ipſe addit.

herbipolis, Francorum Orientalium caput, Germanicè *Vuirtzburg*, à dulci muſto, quod Herbipolenſis ager ſuppeditat, nomen obtinere videtur. Vrbs eſt in plano ſita, extrà collibus vitiferis, amœnis hortis & pratis ornata, foſſis, vallis mœnibus & propugnaculis bene munita, & populoſa Ad occaſum Mœnus vrbem proxima prȩterlabitur. Vtramque ripam ingens pons iungit lapideus, fortibus nitens pilis. Vltra Mœnum proximus mons, pulchrum, & loci natura munitam arcem, Epiſcopi (qui & Dux Francorum appellatur) ſedem continet.

herbita, Siciliæ vrbs apud Ptolemæum, hodie *S. Nicolas*.

herbulenſes, Siciliæ populi. Plin.

herceus, ſiue Hercius, vide Ercius.

hercinij, vide Hercyni.

herculaneum, Diodorus, Eutropius, Plinius, Cicero & Mela. Herculeum Straboni, Campaniæ fœlicis vrbs, adſunt Puteolanum, inter Pompeios & Neapolim, quam Amb. Leo in ſua Nolana hiſtoria dicit, *Torre di Grace* vocari. Leandro *Torre di Ottano* dicitur.

herculanus, conſul, collega Aſporatij, anno ab vrbe 1025.

herculanus, nomen poſſeſſiuum. Eſt & Herculanus, nomen proprium ab Hercule deriuatum. Gellius libro quinto adiectiuum poſuit. Comprehenſa, inquit, menſura Herculani pedis.

hercules, Iouis & Alcmenæ filius, ob fortitudinem & gloriam inter deos relatus. Cic. lib. 3. De natura deorum, ſex hoc nomine fuiſſe appellatos, commemorat: quorum primus fuit, qui certauit cum Apolline de tripode. Alter, Nilo natus, Ægyptius, quem aiunt Phrygias literas inueniſſe. Tertius, ex Idæis Dactylis, cui inferiùs offerunt. Quartus, Iouis filius, ex Aſteria Latonæ ſorore, qui Tyri colitur, filiámque habuit Carthaginem. Quintus in India, qui & Belus dicitur. Sextus, Thebanus, ex Alcmena & Ioue genitus, cui aliorum geſta aſſignant. Herodotus ſcribit, Herculem vnum eſſe ex duodecim diis Ægyptiorum, Græcóſque ab Ægyptiis hoc nomen mutatos, indidiſſe filio Amphitryonis. Varro XLIII. Hercules nominat: omnes tamen qui robore præſtiterunt, hoc nomine ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuiſſe affirmat. Macrob. libro primo Satur. capite vigeſimo, aſſerit Herculem eundem eſſe cum Sole. Herculem autem Alcmenes filium maximè nobilitauit implacabile Iunonis odium, quæ, quòd ex pellice natus eſſet, perdere illum cupiens, nouis ſemper monſtris obiecit: quæ res expectationem eius maximè fefellit. Ille enim ſemper victoriam referens, immortale ſibi decus peperit, adeò vt illa prius iubendo, quàm hic laborando defatigaretur Quo factum eſt, vt licet multi fuerint Hercules, qui variis temporibus floruerunt, omnes heroica virtute, rerúmque geſtarum magnitudine inſignes, tamen huic vni reliquorum omnium labores tribuantur: quorum quando nuſquam non mentio occurrit, viſum eſt celeberrimos aliquot ſubiicere. Primò itaque cùm adhuc in cunabulis iaceret, geminos angues à Iunone immiſſos eliſit. II. Theſpij filias numero quinquaginta adhuc puer, ſed corporis robore præſtans, vna nocte compreſſit, ſuſcepítque quinquaginta filios, quos Theſpiades vocauerunt. III. Iam adultus hydram colubris & capitibus pullulantem, face & ferro in Lerna palude oppreſſit. IV. Ceruam aëripidem, auréaque habentem cornua, in Menalo monte curſu comprehendit, atque interfecit. V. In Nemæa ſylua iuxta Cleonas inuſitatæ magnitudinis leonem iugulauit, qui neque ferro, neque ligno, neque lapide interfici poſſet, & detractam pellem pro inſigni geſtauit. VI. Diomedem Thraciæ regem, qui equos ſuos hoſpitum carnibus & ſanguine paſcebat, deuicit, victúmque ipſius equis in pabulum dedit. VII. In Erymantho Arcadiæ monte terribilem aprum, & omnia circa illum locum deuaſtantem cepit, cúmque viuum ad Euryſtheum attulit. VIII. Stymphalides aues ſagittis, vt quidam volunt, interfecit: vt alij, ſonitu ahenei crepitaculi vſque ad inſulam Aretiada fugauit. IX. Taurum, inſulam Cretam ferè totam deuaſtantem, domuit, cúmque vinctum ad Euryſtheum attulit: qui poſtea eum Atticæ regioni immiſit, cui plurimùm damni intulit: ſed à Theſeo interfectus fuit apud Marathonem. Ouid. libr. 7. Metamorph. X. Acheloum ſuperauit. XI. Buſiridem Ægypti regem hoſpites ſuos mactãtem occidit. XII. Antæum gigantem in Libya lucta victum ſuffocauit. XIII. Calpem & Abylam montes antea coniunctos diuiſit. XIV. Aurea mala in Heſperidum hortis, interempto priùs dracone peruigili, qui ea cuſtodiebat, ſuſtulit. XV. Cœlum, iam feſſo & ſuccumbente ponderi Atlante, humeris tulit. XVI. Geryonem Hiſpaniæ regem tricorporem bello ſuperauit, eiuſq; armenta abduxit. XVII. Cacum latronem, Vulcani filium, ſemihominem, & flammiuomũ oppreſſit. XVIII. Lacinum latronem extremam Italiæ oram infeſtantem ſuſtulit, ibiq; Iunoni templum cõſtituit, quod Iunonis Laciniæ appellauit. XIX. Albionẽ & Bergionem iter ipſius impedientes, haud longè ab oſtio Rhodani, à Ioue patre lapidum imbre adiutus, deuicit. XX. Tyrrhenum Eubææ regem Bœotiis bellum inferentem profligauit, eúmque pullis equinis alligatum in diuerſas partes diſcerpſit. XXI. Centauros domuit. XXII. Augiæ ſtabulum repurgauit. XXIII. Heſionem Laomedontis filiam monſtro marino expoſitam liberauit, occiſo priùs ceto, ſed quum Laomedon equos præſtantiſſimos in præmium illi pollicitos denegaret, Hercules indignatus, Troiam euertit, & occiſo rege Heſionem Telamoni, qui primus murum conſcenderat, in prædæ partem conceſſit. XXIV. Diripuit inſulam Côn, regémque Eurypilum cum vxore & liberis trucidauit. XXV. Amazonas debellauit, earúmque reginam Hippolytem cepit, cui baltheum abſtulit, Euryſtheóque regi tradidit: captam verò Amazonem Theſeo bellorum ſocio dedit. XXVI. Ad inferos deſcendit, & Cerberum iter prohibentem, triplici catena vinctum ad ſuperos traxit. Sunt qui dicant, Herculem etiam adiuuiſſe Theſeum in rapienda Proſerpina, *alij* ſolum Theſeum eam eduxiſſe ad ſuperos, *Di*témque vulneraſſe. XXVII. Alceſtim Admeti regis coniugem ab inferis ad virum reduxit. XXVIII. Ab inferis reuerſus Lycum Thebarum regem, eò quòd Magaræ coniugi vim voluiſſet inferre, interemit. XXIX. Aquilam, quæ Promethei in Caucaſo relegati perpetuò renaſcens iecur exedebat, ſagittis traiecit. XXX.

Digitized by Google

Cygnum Martis filium equeſtri certamine vicit. xxxi. Occidit Theodamantem, quòd ei cibum denegaſſet, illiúſque filium Hylam ſibi chariſſimum, ſecum abduxit. xxxii. Cercopas vicit, dum Omphalæ Cycorum reginæ ſeruiſſet. xxxiii. Pylum diripuit, eiúſque regem Neleum, cum tota domo præter Neſtorem trucidauit, inſuper Iunonem Neleo opem ferentem telo triſulco vulnerauit. xxxiv. Zeten & Calain alatos Boreæ filios in Teno inſula, quæ Delo adiacet, interfecit, & eorum ſepulchro duas erexit columnas xxxv. Torridam Zonam & Libyæ æſtuantes arenas incolumis pertranſiuit. Brema & Syrtes naue amiſſa pedes ſuperauit. xxxvi. Columnas in occidente, quæ de eius nomine Herculeæ dictę fuerūt, erexit xxxvii. Eurytum Œchaliæ regem occidit, ipſamque Œchaliam vrbem deleuit, & Iolen Euryti filiam ſibi denegatam (quam tamen parens antea ei deſponderat) vi obtinuit, eámque ſecum in Eubœam abduxit. Quod cùm Deianira coniux reſciuiſſet, maritum ſuum Ioles amore detineri, per Licham ſeruum veſtem illi miſit, Neſſi Centauri ſanguine infectam, futurum rata, vt ea ratione languentem viri amorem excitaret, eúmque ab aliis auulſum, ad ſe vnum reuocaret, quemadmodum Centaurus ipſi perſuaſerat. Cùm itaque Hercules veſtem ſacrificaturus induiſſet, in tantam rabiem verſus eſt, vt conſtructa pyra ſe ipſum combuſſerit: poſt mortem verò in deorum numerū relatus eſt. Hic rediēs ex Hiſpania, creditur literas in Italiam intuliſſe: quamobrē in templo, etiā cum Muſis colebatur.

Herculis Antonino, ſiue ad Herculem, vt liber Notitiarum habet, Pannoniæ vrbs eſt. In veterem Budam incidit, vt Lazius ait.

Herculis labores ab Ouidio & Virgilio deſcripti, virtute præditi hominis aduerſus varia vitia & vitæ incommoda pugnas depingunt. Si phyſicè fabulam explices, pleraque ad Solem referuntur. De Hercule autem & eius geſtis vide Lilium Gyraldum, peculiari Syntagmate: & N. Comitem, mythologiæ libro 7. capite 1.

Herculis ara in Aſſyria, vicina Meſopotamiæ. Ptol.

Herculis Arenæ, montes in Pentapoli, Africæ regione. Ptol.

Herculis Caſtra vocant Latini Geldriæ oppidum, quod vulgò *Erkelens* indigitant.

Herculis Columnas apud Friſios nominat Tacitus. Locus eſt inter Groningam & Couordam oppida.

Herculis fanum, Etruriæ inter Lunæ portum, & Arni oſtia. Ptol. item Melitæ inſulæ portus.

Herculis inſula, Ptol. Sardiniæ à latere Occidentali adiacens. *Aſinara* hodie.

Herculis lauacra, in Dryopide regione. Ant. Liberalis.

Herculis petra, apud Plinium, in agro Stabiano.

Herculis portus, prope Vibronem deſcribitur à Plin. lib 3. c. 5. *Formicula* hodie.

Herculis promontorium in Mauritania Tingitana, in Galatia, & in Albionis inſula. Ptol.

Herculis turris, Cyrenaica vrbs ad mare mediterraneum. Ptol. *Coronera*, Cataldo.

Herculeius, vir Romanus, qui Marianas partes fouit cum Sertorio.

Herculeum, promontorium Locrenſe.

Herculis portus, Ptolemæo, vrbs Maſſilienſium, vulgò dicitur, *Ville franche*.

Eſt & Herculis portus in littore Brutio non procul à Metauro fluuio. Plin. lib. 3. c. 5. item portus inſulæ Sardiniæ.

Herculis templum, Ptolemæi Melitæ inſulę portus eſt, qui *Marza Sirocho* hodie ab incolis dicitur.

Hercyna, Virgo fuit Proſerpinę comes, à qua & fluuius Hercyna nomen conſecutus eſt. In templo conſecratum Virginis illius ſimulacrum anſerem manibus gerebat. Huius meminit Liuius & ex illo Turnebus Aduerſar. 11. cap. 18.

Hercynia, maxima Germanię ſylua, quę pro regionum & locorum ratione varia obtinet hodie cognomina, de qua Cęſar Commentar. 6. Huius inquit Hercyniæ ſyluæ, latitudo nouem dierum iter expedito patet, non enim aliter fieri poteſt, neque menſuras itinerum nouerunt. Oritur ab Heluetiorum & Nemetum, & Tauracorum finibus, rectáque fluminis Danubij regione pertinet ad fines Dacorum & Anartium. Hinc ſe flectit ſiniſtrorſum, diuerſis à flumine regionibus, multarúmque gentium fines propter magnitudinem attingit, neq; quiſquam eſt huius Germanię (qui ſe aut adiiſſe ad initium eius ſyluę dicat, cùm dierum iter LX. proceſſerit, aut quo ex loco oriatur acceperit. Hactenus Cęſar, Stephano ἑρκύνιον mons Italię, à quo Hercynia regia: Hercynius, poſſeſſiuum.

Hercynius ſaltus, & Hercinium iugum nominat. Plin. De hac ſylua vide Rhellicanum in ſuis annotationibus.

Hercynij, populi vetus Pelaſgorum colonia.

Hercynium, Italię mons. Steph.

Hercynium, profunditas inferorum dicitur, Vide EREBVS.

Ered, filius Balę filij Benjamin. Nu. 25. Heb. Ared. Lat. imperans, ſiue deſcendens.

Hered, ciuitas, Ioſ. 2. Lat. Onager, aut Syriacè, draco.

Herem, nomen viri, 1. Eſd. 10. Lat. deſtructio, ſiue anathema, aut rete, vel reticulum, ſiue dedicatum, vel conſecratum, ſcil. Deo.

heren, mons in Mauritania Cęſarienſi. Ptol.

herenatium, Germanię inferioris oppidum. Anton.

herennianus, conſul cum Seuero, anno ab vrbe 923.

heresburg, caſtrum à Carolo Francorum rege captum anno ab vrbe 1524.

hereus, mons Siciliæ, ex quo Cryſas fluuius. Vibius.

heri, filius Gad filij Iacob, Geneſ. quadrageſimo ſexto.

herius, Galliæ Lugdunenſis fluuius. Ptol.

herillus, Chalcedonius philoſophus, Zenonis diſcipulus, qui cùm audiſſet ſcientiam laudatam eſſe ab Ariſtotele & Theophraſto, ſummum bonum in ea poſuit, Cicer. lib. 4. Academic. quæſtionum, & libro ſecundo de Finibus.

herimerus, Francorum rex, anno ſalutis vigeſimo primo.

herlinus, vnus ex centauris.

herma, ciuitas Hiſpaniæ. Auieno.

herma, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 12.

hermæa, Africæ propriæ oppidum. Cretæ item & Libyæ. Ptol. Eſt etiam Thraciæ & Sardiniæ promontorium. Ptol.

hermas, vir quidam. Rom. 16.

hermanduri, ſiue Hermunduri, Germaniæ populi Cheruſcis finitimi in eo tractu quem hodie Miſniam vocant, Plinius libro quarto, capite 14.

hermandus, Arachoſiæ fluuius apud Plin. Erymanthus à Polybio lib. 2. nominatur.

hermannus, Sueuorum dux, Luitprand. lib. 6. cap. 4.

hermaphroditus, Mercurij & Veneris filius, vt ex ipſa ſtatim vocis compoſitione apparet. Nam Mercurius ἑρμῆς, Venus ἀφροδίτη, à Græcis dicitur. Hic cùm vagabundus in Caria ad limpidiſſimum fontem, quem Salmacis Nympha incolebat, perueniſſet, illa ſubitò eius amore correpta (erat enim adoleſcens formoſiſſimus) cùm neque blanditiis neque precibus ad concubitum flectere eum poſſet, ſimulato receſſu poſt vepres latuit. Is autem Nympham abiiſſe ratus fontem nudus intrauit: quod videns Salmacis ſubitò accurrit, & abiectis veſtibus arctiſſimè eum complexa eſt. Sed cùm ne ſic quidem obſtinatum iuuenis animum exorare poſſet, à diis petiit, vt ex duobus corporibus in vnum redigerentur. Quibus precibus à ſuperis exauditis, ambo in vnum corpus coaluerunt, ita tamen vt ſexus vterq; integer remaneret. Quòd cùm vidiſſet Hermaphroditus, à ſuperis petiiſſe dicitur, vt ea fonti natura maneret, vt qui vir eum intraret, ἀνδρόγυνος, id eſt, vtrumque ſexum habens, exiret. Hinc factum, vt omnes Androgyni ab huius vnius nomine vocentur Hermaphroditi. Ouid. libro quarto Metamorph.

hermaphroditum fingunt Mercurij & Veneris filium, eò quòd ſtella Mercurij ob qualitates quibus præeſt, mediæ naturæ putatur. Nam cùm aliæ ſtellæ ab Aſtrologis dicantur maſculinæ propter maius robur quo calorem excitant: aliæ verò propter debiliores vires, & naturam humidi cui dominantur fœmininæ, Mercurij ſtella nunc humidum, nunc calidum abundè excitat pro ſitu & motu ſuo. Porrò Salmacidis nymphæ fabula, non tam ad vitium aquæ, quàm ad inertiam & deſidioſum otium, quo vires hominum eneruantur, referenda eſt. Erant enim Cares, qui eo loco habitabant, homines deſidiæ & luxuriæ pleni, ac fœdis deditı libidinibus: vnde & Hermaphroditi vulgò appellabantur. Nam Hermaphroditus etiam dicitur qui mollis eſt, & vtramque Venerem exercet. In eam ferè ſententiam & Strabo exponit hanc fabulam, libro 14. cui conſentit Ouidius, Salmacidim nympham otio & libidini deditam deſcribens. Cæterùm de Hermaphrodito lubet hic apponere elegantiſſimos Publicis antiqui poetæ verſiculos.

Quum mea me genitrix grauida geſtaret in aluo.
Quid pareret fertur conſuluiſſe Deos.
Mas eſt Phœbus, ait, Mars fœmina, Iunóque neutrum.
Quúmq; forē natus Hermaphroditus eram,
Quærenti lethum, Dea ſic ait, Occidet armis
Mars cruce, Phœbus aquis, ſors rata quæque fuit.
Arbor obumbrat aquas aſcendo, decidit enſis
Quem tuleram, caſu labor & ipſe ſuper
Pes haſit ramis, caput incidit amne, tuliq; me
Fœmina, vir, neutrum, flumina, tela crucē.

hermagoras Æolides, Carion cognominatus, rhetor egregius, ſcripſit autem rhetoricam libris ſex, de diligentia orationis, de decoro, de elocutione, de figuris. Docuit Romæ Augusti tempore, deceſſitque ſenex.

hermagoras, Amphipolitanus philoſophus, diſcipulus Perſei, plures ſcripſit dialogos. Suidas.

hermagoras, philoſophus & orator. Cic. in lib. de claris Oratoribus.

hermatotrophi circa Margianam populi. *Plinius.*

Hermathena, Mercurij & *Mineruæ ſtatua* coniuncta.

hermeas, è Caria dux inclytus Antiochi magni, qui cum eo & Taurum pertranſiit, & res magnas geſſit. Ad extremum ab eo ob *ſuſpicionem* interfectus vnà cum coniuge & *liberis* qui erant Apameæ. Polyb.

hermengildus, Leonogildi filius, à patre, quia Arianæ hæreſi contradicebat, perſequutus, acie captus, ac ſecuri percuſſus eſt, Blond. lib. 8. Æmilius lib. 1.

hermenij, populi Maſcorum prope Colchos. Perottus.

hermenſul, fanum à Carolo Francorum rege deſtructum, anno ab vrbe 1524.

hermes, cognomen Mercurij, ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, id eſt, ab interpretatione, quòd nuncius & interpres deorum ſit habitus, vide MERCVRIVS.

hermes Trimegiſtus, philoſophus Ægyptius, poſt Moſen fuit, cuius tempore in Ægypto ſtudia Philoſophiæ clarere cœperunt, cùm antea tantùm circa Aſtronomiam & huius generis diſciplinas verſarentur, quæ ad exercendum ingenium magis, quàm ad illuſtrandum animum valent. Scripſit lingua patria dialogum, in Latinum ſermonem poſtea conuerſum, vbi Aſclepius introducitur. Deum omnino vnum opinatur omnium conditorem, erroréımque fatetur parentum ſuorum, qui ſuperſtitiones idolorum inuenerint. Suidas & Auguſt. de ciuitate Dei. Hic præterea Hermes Trimegiſtus cùm in Ægypto ſacrum quoddam animal Serapi dicatum, in tota die duodecies vrinam facere pari ſemper temporis interuallo obſeruaſſet, per duodecim horas diem diuidi debere coniecit: Exinde hic horarum numerus longo tempore eſt cuſtoditus: poſtea per horas diuiſus eſt dies. Polyd. Verg. libro ſecundo, cap. 5. de rer. inuent.

hermes, philoſophus Ægyptius, auditor Syriani ſophiſtæ, condiſcipulus Procli ſub Adriano principe, vt non minore iuſtitia, quàm doctrina præditus. Moriens iurauit & immortalem ſe eſſe, & incorruptibilem animum habere. Suidas.

hermias, eunuchus, trazepitæ cuiuſdam famulus, Athenas profectus, Platonem Ariſtotelémque audiuit, & domum reuerſus, cum domino ſuo, Atarnenſes & Aſſenſes aggreſſus, eos ſubegit, & illis ſimul cum dominio imperauit.

hermias, puer, quem Delphinus in mare portabat.

hermınericus, Conſul cum Fl. Baſilico, anno ab vrbe 1218.

herminius mons, Cæſari in Luſitania, Dion. hodie *Monte Arminno.*

herminius, Hermanorum dux fuit, qui Varum Auguſti legatum cum tribus legionibus ad internecionem deduxit, Sueton. in vita Auguſti & Tacitus de rebus Germanicis. Vide ARMINIVS.

herminius, Rom. quidam, vnus ex his, qui vnà cum Coclite Hetruſcis in ponte Sublicio reſtiterunt, donec à tergo ſolueretur. Liuius libro primo ab vrbe condita.

herminius, Hetruſci nobilis homen apud Virgilium 1. Æneid.

——Ingentem corpore & armis
Deijcit Herminium.

hermion, Thuyſconum rex, Beroſ.

hermiona, Græciæ oppidum. Iunonis fano inclytum, vt notat apud Pomponium Vadianus.

hermiona, ciuitas in conſpectu maris Ægei, Virg. in Ciri,

Hinc ſinus, hinc ſtatio, contra patet Hermiona.

Hermion, & hermione, ciuitas quæ etiam Laceria vocabatur, Steph. Alio in loco dicit Laceriam vnam in Magneſia, alteram in Italia.

hermione, filia Menelai ex Helena, quam Tyndarus auus maternus Oreſti deſpondit ignaro patre, qui id temporis pro Helena vxore bellum ad Troiam gerebat. Quo in bello cùm Achilles Paridis fraude occiſus eſſet, Pyrrhúſque filius eius in patris locum ſucceſſiſſet, Menelaus ignarus eorum quæ à ſocero geſta erant, Hermionem Pyrrho deſpondit, & in patriam reuerſus vxorem ei tradidit. Quam rem ægrè ferens Oreſtes, Pyrrhum in Apollinis templo trucidauit, ſponſámque ſuam recepit. Virg. lib. 3. Æneid. Extat apud Ouidium Epiſt. Hermiones ad Oreſtem.

hermione, templum in Peloponneſo, ſacrum Cereri ac Proſerpinæ, ad quod qui confugerent, tuti ſunt propter loci religionem, vnde natum prouerbium, Hermionis vice.

hermione, filia Martis & Veneris, vxor Cadmi, cuius Vulcanus pulchrum, ſed pernicioſum monile formauit, tandem cum marito mutata dicitur in ſerpentem vide HARMONIE.

hermiones, Germaniæ populi vltimi. Pompon. lib. 3. Pomerani nunc vocantur Vadiano. Tacitus.

hermionia, vrbs circa Ripheos montes. Orph. in Argonaut. vide ARMORICA.

hermonicus ſinus circa Hermionem Peloponneſi. Strabo.

hermippus, Athenienſis poeta antiquæ comœdiæ, altero captus oculo, frater Myrtili comici, ſcripſit fabulas XL.

hermippus Berytius, diſcipulus Philonis Biblij, qui multa compoſuit ſub Adriano principe.

hermocrates Phocenſis, clarus ſophiſtica facultate, Antipatri magiſtri Epiſtolarum Seueri principis filiam haud forma bona inuitus Imperatore cogente dixit, quam poſtea repudiauit. Philoſtratus.

hermodorus Siculus, auditor Platonis, cui vitio datum, quòd quæſtu Philoſophiam habuerit, dicta, quæ ſub præceptore audiuerat, colligendo, ac deinde in Sicilia venditando, vnde natum prouerbium, Verba importat Hermodorus.

hermodorus,philoſophus Epheſius, quem in Italia exulantem, Pomponius Iureconſultus tradit authorem fuiſſe duodecim Tabularum ferendarum Decemuiris. Plin.lib.34.cap.5.dicit hunc fuiſſe interpretem legum Decemuiralium, eique ob id ſtatuam publicè dicatam. Strabo lib.14. In Epheſo fuêre viri memoratu digni, ex antiquis Heraclitus. Item Hermodorus, de quo hic idem inquit, Dignos eſſe omnes Epheſios ſtrangulari, qui Hermodorum virum inter eos frugi ejecerunt, dicentes, Nemo noſtrûm frugi eſto, alioqui cum aliis eijciatur.

hermodorus Salaminius, qui cum Philone architecto Athenis contendit de armamentario faciendo, qua in contentione, vt minus eloquens victus fuit. Cic.1.de Orat.

hermodorus poeta. Plut.

hermogenes, Tarſenſis, annos natus xv. ſophiſta adeò probatus eſt, vt fama eius ad auditorium Marcum Antoninum principem exciuerit, ab eóque munera egregia tulerit. Deinde tempore procedente, cum facultatis habitum deperdidit, nulla morbi cauſa. Proinde Antiochus ſophiſta dicebat Hermogenes in pueritia ſenex, & in ſenectute puer. Volat. lib.15. Latinè dicitur Mercurio genitus. Contra hunc cauillatus eſt Cratillus, eum Hermogenem non rectè dici, quia doctrinæ ſcilicet atque eloquentiæ nihil ſupereſt.

hermoglyphus, marmorarius & ſtatuarius.

hermolaus, Conſtantinopolitanus grammaticus ſcripſit ad Iuſtinianum Cæſarem Epitomen in librum Stephani de vrbibus. Suid. Memoratur, & ante hunc alius qui contra Alexandrum conjurauit.

hermolaus, ſtatuarius inter eos qui ædes principum ſignis nobilibus ornarunt. Pli.li.36.c.5.

hermon, Pelaſgiorum princeps, qui, quia vnà cum ſua gente Pelaſga coactus, nimirum Darij Athenienſium ducis metu, reliquiſſet Lemnum quam occupauerat, ſimulabat tamen ſe volentem cedere, quò gratum faceret Athenienſibus, ideò factus eſt prouerbio locus, Hermonium officium: de eo qui vult videri aliquid officij gratia facere, quod alioqui coactus facit. Vide totam hiſt.apud Eraſ.in Chiliadib.

hermon mons, quem Sidonij *Sarion*, Amorrhæi *Sanir* vocant. Deut 3. Ioſue 11. Pſalm.88. 1.Paral.5. Aliàs dicitur & Sion. Deut.4. A nonnullis traditur duos eſſe hoc nomine montes vnum non procul à Gelboa iuxta Iordanem: alterum verò multò altiorem altero ſupra Trachonitidem regionem. Quod equidem haud obſcurè etiam David Pſalmo 42. innuere videtur, dum inquit, De terra Iordanis & Hermonijm à monte modico. Idem ſignificat quod Herem.

hermon, piſcatorium in Peloponneſo.

hermonaſſa, inſula parua in Cimmerio, Boſphoro vrbem habens Ionum Coloniam Scymnus ἑρμώνειαν vocet: Strabo Hermonactis vicum: Menippus regiunculam Trapezuntis. Hecatæus & Theopompus ciuitatem eſſe dicunt. Steph. adiacet Tauricæ. Ptolem. verò duas habet alias Hermonaſſas ambas marinas ad Pontum Euxinum, alteram in Sarmatia Aſiatica non longè à Boſphoro Cimmerio, hæc *Matriga* à Nigro nominatur: alteram Cappadociæ inſulam in Ponto Ptolemoniaco.

hermonthis, vrbs Ægypti. Steph. vbi Iupiter, Apollo & Iſis coluntur.

hermopolis, Volat.lib.12. vrbs Ægypti in Sebenetica præfectura, vbi Pan colitur & hircus, vt ait Pindarus. Nomen habet à conditore. Herodianus duas eſſe ſcribit, magnam & paruam, & tertiam in Ægypto, & quartam τῇ ἰνμώι & quintam in fluuio, & ſextam in Co inſula, ſeptimam in Arcadia. Steph.

hermos, vicus in tribu Acamantide. Steph.

hermotimus, homo quidam Clazomenius, cuius anima, relicto corpore, errare ſolebat: vagáque à longinquo multa annunciabat, quæ niſi à præſenti noſci non poſſent, corpore interim ſemianimi: donec cremato eo, inimici, qui Cantaridæ vocabantur, remeanti animæ velut vaginam ademerunt. Plin.lib.7.c.52.

hermotymbici, pars bellicoſorum in Ægypto dicuntur & Labarei. Steph.

hermunduri populi Germaniæ, Ligiis, Vngariæ populis proximi. Eutrop.lib.8.

hermupedium, locus apud Cumanos. Steph.

hermus, fluuius minoris Aſiæ, aureas arenas trahens. Oritur iuxta Dorylaum Phrygiæ ciuitatem, auctúſque Pactolo, Smyrnæ campos irrigat, tandémque in Phocaicum ſinum illabitur. Plin. lib.5.cap.29. Strabo lib.13. Virgil.2.Georg.

Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus.

Eſt item Achaiæ fluuius. Pauſan. & pars Acamantidis tribus. Steph.

hernici populi, Campaniæ loca ſaxoſa incolentes: vnde & nomen acceperunt. Nam Hernias Sabini ſaxa vocant. Hos tamen Hernicos appellatos voluit Macrobius ab Herno quodam Pelaſgo ipſorum duce. Horum metropolis eſt Anagnia. *Campagna di Roma* Platinæ.

hero, III. Antiochiæ epiſcopus, *Ignatio* ſucceſſit, anno ſalutis 109. Euſeb. *libro* tertio, cap.36.

hero, vrbs Ægyptia, Hæmus etiam dicta, eò quòd Typhum ibi fulminatus ſanguinem ſuum fuderit. Strabo Heroum ciuitatem vocat. Stephan.

hero, puella, vide Ero.

Hero

herodes, Antipatri ex Cypride vxore filius à patre Galilææ præfectus eſt, anno ab vrbe 710. Iudæorum rex XXI. à Senatu Romano deſignatus, primus ex alienigenis, regnauit annis 37. Ananelum ſummum ſacerdotem conſtituit, quem mox ſacerdotio priuauit. Cum Soſio Hieruſalem cepit. Ioſeph lib. 14. cap. vltim. Hege. lib. I. anno ab vrbe 717. Ariſtobulū, qui & Ionathas, interfecit, rurſus Ananelum ſacerdotio donauit. Clopatram in Ægyptum deduxit. Arabes vicit. Mariamnem vxorem & amicos neceſſarios ſuos occidit: Simonem ſummum Sacerdotem, depoſito Ieſu, conſtituit: Simonis filiam vxorem duxit. Illius regno Cæſar adiecit Gadaron, Hippon, Samariam, Gazam, Archedonem, Ioppen & Pyrgon Stratonis, Trachontidem, Bataniam & Aurantem. Ædificauit ciuitates, Agrippion, quæ priùs Anthedona dicebatur, Cyprum, Facelum & Herodium. Iuxta Paniada Cæſari templum conſtruxit. Templum poſt captiuitatem Babylonicam à Zorobabel & Iehoſua & Eſra ædificatum, funditus depoſuit: maximis ſumptibus, ſumma magnificentia aliud ſecundùm figuram primi Solomonis conſtruxit. Ariſtobulum & Alexandrum filios ſuos innocentes laqueo necari iuſſit. Phariſæos, quia finem regni ſui adeſſe prædixerant, neci tradidit, omnémque vxoris ſuæ cognationem, anno quo Ieſus ſaluator noſter ex Virgine natus eſt.

herodes, qui & Antipas tetrarcha Galileæ, Sepphorim muro cinxit, eámque Autocratorida Betharanphtha vero Iuliam nominauit, anno ſalutis 16.

herodes, Agrippæ frater, Chalcidis rex, à Claudio Cæſare deſignatus. Ioſeph. lib. 19. cap. 4. Sacerdotum & templi adminiſtrationem à Claudio impetrauit. Eo mortuo, eius regnum Claudius Agrippæ iuniori tradidit.

herodes Atticus, Cos. cū Torquato anno ab vrbe 86. Hic Græca oratione (inquit Gellius) ferè vniuerſos grauitate atque copia elegantiáque vocum longè præſtitit. Is Athenis natus, nobilitate generis, potentia ſimul & ſophiſtica facultate clarus, genus ex Æacidarum ſanguine ducebat, patre Attico, cui diuitiarum initium ex theſauro prope domum reperto fuit. Huius Herodis vitam vide apud Philoſtratum.

herodes, rex Parthorum, qui M. Craſſum occidit.

herodianus, Alexandrinus Grammaticus, Apollonij etiam Grammatici filius & diſcipulus floruit ſub Marco Anton. Imperatore, ſcripſit de arte Grammatica: præterea Cæſarum hiſtoriam quæ ad nos peruenit. Suid.

herodias, neptis Herodis primi, ex filio Ariſtobulo, nupta fuit primùm Philippo paruo. Ab hoc abduxit eam frater Philippi Herodes Antipas. Quod ſcelus quum accuſaret Ioannes Baptiſta, fraude & violentia Herodis interfectus eſt, Martij 6. Matth. 14.

herodion, cognatus Pauli. Rom. 16.

herodium, Caſtellum non procul à Ieroſolymis Zonar. Ioſeph.

herodotus, Megarenſis, corpore breui, ſed valido, & vegeto homuncio ac tibicen, tantæ fuiſſe voracitatis traditur, vt ſiliginei quidem panis caniſtros ſex, carnium verò 20. lib. pondo ſolus facilè deuoraret, ac vini congios duos ebiberet. Cæterùm, tubis ſimul duabus adeò violenter vti ſolitum tradunt, vt quam latiſſimè illarum exaudiretur ſonus. Ferúntque aliquando, cùm Demetrij milites, eius ſcilicet, qui vrbium expugnator eſt cognominatus, maximam illius machinam, quam Helopolim vocabant in Argiuæ vrbis oppugnatione, ob immenſam ponderis grauitatem, muris applicare non poſſent, violento, terribilíque huius duarum tubarum ſono excitatos, ac velut adiutos præter omnem ſpem, machinam illam quam prius admouere non poterant, vrbi haud magna cum re admouiſſe, illámque vi expugnaſſe. Leon. Tho lib. 3. c. 1.

herodotus Halicarnaſſeus, ſcripſit hiſtoriam libris nouem; quilibet Muſæ nomine inſcribitur: cœpit à Cyro Perſarum rege. Seceſſit in Samum, Lydamidis tyrannide offenſus, qui tunc in patria regnabat, eo expulſo rediit. Poſtremum inuidiæ ciuium obnoxius, ſponte Thurium conceſſit, Athenienſium coloniam, vbi extinctus eſt, & ſepultus: licet aliqui Pellæ dicant. Suid. Cicero in lib. de Legib. patrem hiſtoriæ appellat.

heroes dicti ſunt à veteribus viri nobiles & illuſtres, qui mortales quum eſſent, rerum tamen à ſe geſtarum magnitudine, quàm proximè ad deos immortales acceſſerunt, eámque apud vulgus opinionem emeruerunt, vt poſt mortem in Deorum numerum credantur relati, quales fuerunt ſemidij illi, de quibus fabulatur antiquitas, quos altero parente Deo, altero mortali, prognatos credebant. Lucia. 3. dial. mortuorum definit Heroes hunc in modum, ἥρως ἐστιν, μήτε ἄνθρωπός ἐστι, μήτε θεὸς, καὶ συναμφότερός ἐστι. i. Heros eſt, qui neque homo eſt, neque Deus, & ſimul vtrumque eſt. Quidam Heroes dictos putant ἀπὸ τοῦ ἔρω τῆς ἀρετῆς ab amore virtutis. Alij ἀπὸ τῆς ἥρας à Iunone, quòd aër Iunoni deputetur, vbi volunt cum Dæmonibus heroas habitare. Plato in Cratylo ἀπὸ τοῦ ἔρωτος heroas vocatos ait, i. ab amore: quòd videlicet heroes vel ex amore eorum erga mulieres humanas, vel amore virorum erga Deas ſunt geniti: vel ἀπὸ τοῦ εἴρειν, i. dicere: quòd heroes facundi fuerunt & ad interrogandum, dicendúmque paratiſſimi, &c. Inde adiect. Heroicus, & verſus heroicus, quòd eo genere carminis Heroum geſta

deſcribuntur. Heroides, & Heroinæ fœminæ illuſtriores.

heroldus, cum Reginfrido Danorum rex, an. ſalut. 813.

heron, Athenienſis orator, ſcripſit commentarios in Herodotum, Xenophontem & Thucydidem Suid.

heron, ſub Decio imperatore, martyrio apud Alexandriam coronatus eſt, ann. ſalut. 251.

herona, Dalmatiæ vrbs Ptol.

herone, promontorium Indiæ intra Gangem, Arrian.

herophila, fuit nomen proprium Sibyllæ Erythreæ, quæ Tarquinij tempore Romam venit, tréſque ſecum libros attulit heroico carmine conſcriptos: quorum nomine quum magnam pecuniæ ſummam à rege petiiſſet: nec obtinuiſſet, duos exuſſit: vniúſque qui reliquus erat nomine tantundem obtinuit, quantum paulò ante pro tribus popoſcerat. Suidas.

heropolis, heroum ciuitas in Ægypto, ad ſinum Arabicum Ptol. Heropoliticum. Melæ.

heropolites, Ægypti nomus. Plin.

heros, vir ſanctus Arelatenſis Epiſcopus à populo innocens pulſus eſt, & Patroclus ordinatus, eáque res inter Epiſcopos magnarum diſcordiarum cauſa fuit, ann. ſal. 414.

heroſtratus Epheſius, homo ignauus & ſceleſtus, qui celeberrimum illud Dianæ Epheſiæ têplum ſuis manib. incendit, vt ea re nominis immortalitatẽ ſibi compararet. Epheſij autẽ, ne ſperatum ex ſcelere fructum cõſequeretur: ſeueriſſimis edictis cauerunt, ne quis eum vnquam nominaret: non tamen efficere potuerunt, vt nomen illius ad nos non perueniret. Strab. lib. 14.

herpa, oppidum in Sargarauſena, Cappadociæ regione ad Carmalum fluuium Strabo.

herpeditani, Mauritaniæ Tingitanæ populi. Ptol.

herphe. Armeniæ vrbs.

herticei, Sarmatiæ Aſiaticæ populi. Plin.

herſe, Ceropis filia, formæ præſtantiſſimæ à Mercurio adamata, cui ſoror Auglauros inuidẽs & Mercurium à quo aurum pacta erat, vt illum ſorori conciliaret, introitu prohibens, in lapidem verſa eſt. Ouid. Metamorph lib. 2. Cæterùm ex Herſe & Mercurio natus eſt Cephalus. Apollod lib. 3.

herſilia, vxor Romuli, Liuio lib. 1. quam rapuerat Sabinis inter alias virgines, cùm ex inuidia filias ſuas Romanis collocare recuſarent. Hæc poſtea in Oram deam mutata eſt. Ouidius Metam. lib. 14. huius mutationis meminit. Porrò mortuis honore Deorum conſecratis nomina immutabantur, ne crederentur mortales fuiſſe. Sic Romulus mutato nomine dictus eſt. Quirinus: & Herſilia eius vxor dicta eſt Ora, quæ apud Romanos erat, qualis Hebe apud Græcos, Dea iuuentæ. & Horta etiam dicebatur, vt Plutarchus refert in libro Problematũ, eo quòd iuuenes ad virtutem & res gerendas hortatur. Hanc Romani ſuo Quirino, perinde vt vxorem conſecrarunt: ſignificantes imperium non deſidia & otio, ſed virtute & fortitudine parari atque conſeruari: virtutem verò bellicam niti flore iuuentutis.

heruli populi, à Francis ad Parmam cæſi, anno ab vrbe 1312. Dicuntur etiam Longobardi ab inſula Scandinauia egreſſi, inquit Aimonius monachus.

herus, v. Antiochenæ Eccleſiæ epiſcopus, anno ſal. 141.

heſænus, mons qui Pannoniam & Mediam diſtinguit, in quo feram Monopem reperiri aiunt. Ariſtoteles ab initio mirabilium narrationum. Alibi tamen lib. 9. hiſt. Meſſapus legitur montis illius nomen.

heſaias, vide Iſaias.

heſebon, i. numerus, ſiue cogitatio, aut feſtinans intelligere vel ædificare, ciuitas in Galaad Moabitarum, in qua habitauit Sehon rex Amorrhæorum, Iſa. 13. Num. 21. quam ædificauerunt filij Ruben, Num. 31. 1. Par 6.

heſer, ciuitas à Salomone ædificata, 3. Reg. 9. Lat. atrium, aut fœnum.

heſidrum, Indiæ fluuius. Plin.

heſiodus, poëta natus in Aſcra Bœotiæ vico, vnde & Aſcræus dictus. Hic miſſus à patre ad ouium cuſtodiam, dormiens ſomniauit ſe repentè factum poëtam. Scripſit poemata, Theogoniam, Aſpida, Heroidum mulierum catalogum. Opera & dies, quod imitatus eſt Virgilius, & quædam alia. Primus etiam agriculturæ præcepta tradidit. Plin. lib. 34. Ouid. lib. 6. Faſt. Hinc Heſiodeus, a, um. quod eſt Heſiodi, ſiue quod ab Heſiodo compoſitum eſt. Cicer. in Bruto. Illud Heſiodeum laudatur.

heſſi, pater Nahum patris Amos. Luc. 3.

heſione, Laomedontis Troiæ regis filia: quam Hercules ceto expoſitam liberauit. Verùm cùm Laomedon, accepti beneficij immemor pactam ei mercedem denegaret, Hercules hominis perfidiam ægrè ferens, Troiam diripuit Heſionémque Telamoni, qui primus murum conſcenderat, vxorem dedit. Ouid. lib. 11. Meta. Virg. lib. 8.

heſmona. i. feſtinatio numerationis *vel muneris* aut feſtinatio præparationis, vel *legatio*: locus in quo caſtrametati ſunt filij *Iſrael*, profecti de Methca, diuidens Ægyptum & ſortem tribus Iudæ ad mare vſque tendentem. Numer. trigeſimo tertio.

heſpera, inſula valde magna, olim Amazonum ſedes, Diodor. lib. 3.

heſperia, vrbs eſt Cyrenaicæ apud Pomponium

nium, Melam. quam Oliuarius dicit nunc vocari *Bernie*.

heſperia, nomen tam *Italiæ*, quàm *Hiſpaniæ* commune: *Italiæ* quidem ab Heſpero Atlantis Fratre impoſitum, qui à fratre pulſus regionem eam tenuit: *Hiſpaniæ* verò, ab Heſpero ſtella quæ veſperi ad Occidentem apparet, propterea quòd hæc regio omnium extrema ſit ad Occidentem: vnde & *Heſperiam vltimam* à poetis ferè videmus appellari, vt eo veluti peculiari epitheto, ab Italia diſtinguatur. Quoties verò *Heſperiam* ſine adiectione dicimus, *Italiam* ferè intelligimus.

heſperides, appellatæ ſunt Heſperi fratris Atlantis filiæ, Ægle, Arethuſa, & Heſperethuſa, quas poetæ fabulantur habuiſſe hortos, nemore aurifero pretioſos, à dracone peruigili ſeruatos, quem Hercules dicitur interfeciſſe, pomáque aurea ad vitricum Euryſtheum retuliſſe. Plinius & Solinus interpretantur fuiſſe æſtuarium maris, meatu flexuoſo inſtar draconis, quòd hortos Heſperidum amplectebatur, vbi præter oleaſtrum, aliud nihil ex narrato illo aurifero nemore extare prodiderunt. Varro per mala aurea, oues ſignificari dicit, quas Hercules ex Africa in Græciam exportauerit. Nam μῆλον apud Græcos ſignificat ouem & pomum. Vide plura de Heſperidibus apud N. Comitem, lib. 7. mythologiæ, cap. 7.

heſperides, Plinio & Melæ ſunt inſulæ Atlantici maris, quarum ſitus nunc, vti olim, neſcitur, ſed vide Caſſiterides.

heſperidum orti deſcribuntur à Virgilio & Plin. in Mauritania Tingitana prope Lixum vrbem. Item Plinio ad Syrtim magnam, ſed idem eos quoque ponit in Pentapoleos regione, vbi etiam à Ptolemęo ſtatuuntur. Hoc loco à Strabone Heſperidum lacus deſignari videtur.

heſperij Æthiopes, Ptolemæo populi in Africa ſunt, quos Ioannes Barroſus *Pangelungos*, regi *Manicongis* ſubditos appellat.

heſperion cornu, Ptol. Plin. & Melæ Africæ aut potius Libyæ promontorium eſt, quod Mercator *Cabo blanco* interpretatur.

heſperis, vrbs, poſtea Beronice dicta. Steph. hinc fit, Heſperites.

heſperitæ, Aſiæ gens, quæ circa Phaſin videtur. In fin. lib. 7. Xenophon. de Cyri exp. quibus Teribazus præerat.

heſperium ceras ἑσπέριον κέρας. Africæ extremum promontorium, vbi ſcilicet veluti in fronte circumaguntur naues in occaſum ac mare Atlanticum. Sonat hæc vox occidentale cornu. Hodie vocant Caput viride, vulgò, *Le cap verd.* Mercatori eſt *Cabo blanco*.

heſperius, mons in Æthiopia, iuxta quem campi ſtellarum modo noctu nitent. Plinius lib. 2. cap. 106.

heſperos, frater Kyrim, apud Celtiberos regnauit.

heſperus, filius Iapeti & frater Atlantis, qui à Germano regno pulſus, in Italiam ſeſe contulit, regionémque eam Heſperiam de nomine ſuo appellauit. Diod. Siculus, fabuloſæ hiſtoriæ l. 2. ait heſperum hunc Atlantis montis cacumen aſcendiſſe, vt ex loco eminentiore aſtrorum curſum commodiùs obſeruaret: numquam autem deinde comparuiſſe. Quo factum eſt, vt vulgus in aſtrum illud lucidiſſimum verſum putarit, quod manè ſolem præcedens Luciferum, veſperi ſubſequens, de nomine eius Heſperum appellamus. Vide N. Comitem, mythologiæ, lib. 4. cap. 7.

heſrai, nomen viri, 2. Reg. 23. qui Heſro 3. Par. 11. dicitur. Lat. atrium, ſeu fœnum.

heſron, ciuitas, quæ eſt Aſor in tribu Iuda. Ioſ. 15. Filius Ruben. Gen. 46. Item filius Iuda, id eſt (vt exiſtimo) filius Phares filij Iuda, vt ſequitur 1. Par. 4. qui Gen. 46. dicitur Zara. Filius item Phares filij Iuda, Gen. 46. Lat. Sagitta exultationis, ſiue diuiſio cantici: aut atrium, vel fœnum.

heſronitæ, populi, Num. 16.

heſſeni, Palæſtinæ populi, apud quos lege columbis parſum olim, & tantam earum copiam factam, vt aduenarum ora cicures perierint: vnde ſunt illa Tibulli verba lib. 1.

Quid referam, vt volitet crebras intacta per vrbes
Alba Palæſtino ſancta columba viro?

Plin. lib. 5. cap. 17. Heſſeni, gens ſola, & in toto orbe præter cæteras mira, ſine vlla fœmina, omni Venere abdicata, ſine pecunia, ſocia palmarum &c.

heſtiæa, Theſſaliæ pars, Strab. lib. 13. & Ptol. Homero oppidum eſt Eubœæ, Polyſtaphyli epitheto ornatum dictum ab Heſtiæa iuxta Olympum ſita, item illud Acarnaniæ. Stephanus.

heſychius, Mileſius hiſtoricus fuit, qui tempore Anaſtaſij principis floruit: Scripſit hiſtoriarum libros ſex de Romanis, aliarúmque gentium principibus. Item Dictionarium, quo ſe vſum fatur Suidas.

heth, nomen populi. Gen. 23. Lat. confractio vel formido aut ſtupor, vel Syriacè, deſcenſus.

hethalon, vrbs, terminus Iudææ ad Septentrionem, Ezech. 47. Lat. contritio manſionis, aut formidabilis manſio, ſiue inuolutio eius.

hethæus, filius Canaan, Geneſis 10 à quo Hethæi, Lat. confractus, vel formidans, aut ſtupens: vel Syriacè, diuidens.

hethæi, nomen populi, Gen. 15. 4. Reg. 7. Cy-

ptum Hieronymus eſſe dicit, idem ſignif. quod Hethæus.n.p.

hethim, nomen loci. Iud. 1. idem ſignificat quod Hethæi.

hetriculum, Liuio in Brutiis oppidum, quod noſtræ ætatis vulgus *Lataraco* vocat, vt teſtatur Gab.Bartius.

hetruria, regio Italiæ Tyrrheno mari incumbens ad primam vſque Tyberis ripam protenſa, Macra fluuio à Liguria diſcreto: auguriorum olim, & Haruſpicinæ peritiſſima, Claudianus in Rufinum. Dicta eſt autem Hetruria, quaſi *ὑπερτεία ἀπὸ τῶ ἑτέρυ καὶ ὄρη*, eò quòd extendebatur ad alteram ripam Tiberis, qui eſt terminus inter Latium & Hetruriam. Hinc Hetruſci (*τύῤῥηνοι*) ſunt dicti regionis eius incolæ.

heua, prima mulier creata à Deo, Geneſ. 3. Lat. viua, vel viuens.

heuæi, populi habitantes ad meridiem, quos expulerunt Cappadoces. Deut. 2. Ioſue 13. & 4. Reg. 17. Lat. iniqui, peruerſi, vel iniquitates, peruerſitates, ſubuerſiones.

heuæus, filius Chanaan, Gen. 10. vita mea Lat.

heuila, ſiue Heuilath filius Chus, Gen. 10. Filius item Iectam. Gen. 10. Nomen item regionis, Geneſ. 2. & 25. 1. Reg. 15. Getula à Ioſepho dicuntur. Lat. dolens ſiue parturiens: aut loquens illi, ſiue annuntians illi.

hexadius. Vide BVRA.

hexagon, Plin. lib. 28. cap. 3. legatus Ophiogenum (qui populi ſunt in Cypro) à conſulibus Romæ in dolium ſerpentium coniectus, experimenti cauſa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit.

hexapylum, locus eminens Syracuſarum, ſic dictus Liuio, lib. 24. eundem eſſe cum eo quem Thucydides Labdalum vocat, & in crepidine Epipolarum erectum putat Ortelius. hodie *Mongibelliſio* nominari tradit Fazellus. Hexapylum, Plutarch. etiam vocat in vita Marcelli.

hezeci, filius Elphaal, 1. Par. 8. Lat. fortis, ſiue apprehendens.

heſiongabar, in ſacris Bibliis, portus maris rubri in ſinu Elanitico, quo Hebræi reges vtebantur ad nauigationes: D. Hieronymo teſte, *Eſſia* dictus ex Zieglero.

hezion, pater Tabremon patris Ben-adad regis Syriæ. 3. Reg. 15. Lat. viſio vel prophetia.

hezir, nomen viri, 1. Paral. 24. Lat. porcus, aut Syriacè, reuerſus vel conuerſus.

H I

hiarbas. vide IABRAS.

hiberies, filius Iubal, Celtiberorum rex, à quo Hiberi nominati fuerunt.

hibernia, poſt Britanniam inſularum maxima, collateralem habet Britanniam maiorem ab Oriēte, ſolum Oceanum ab Occidente: ab Aquilonari verò parte trium dierum velifico curſu Borealium inſularum maxima Iſtandia, iacet. Britannia duplo ferè in quantitate Hiberniam excedit. Inæqualis, aquoſa, paludoſa, & ſylueſtris Hibernia eſt. Gleba præpingui vberíque frugum prouentu terra eſt fœlix. Pecore montes, nemora fetis abundant: paſcuis tamen quàm frugibus, gramine quàm grano fœcundior eſt inſula. Melle & lacte diues. Fluminibus egregiis ſcinditur & rigatur, quorum præcipuus tum curſus ſpatio, tū piſciū copia Sinnenus appellatur. Lacus quoque plurimos hæc terra profert, Falcones, accipitres & Niſos, præ aliis regionibus copioſè producit, cum Aquilarum variarúmque omnigenûm auiū numero. Ferarum quoque cunctas ferè ſpecies continet. Venenoſis omnibus caret. Terræ motus hîc nūquam. Vix ſemel in anno tonitru auditur. De moribus incolarum & ſtupendis naturæ in hac inſula operibus nonnulla deſcripſit ex Syl. Giraldo A. Ortelius in Theatro orbis terrarum.

hibrildes, Athenienſium Imperator, anno ab vrbe 262. Dionyſ. lib. 7.

hidruntum, (Hydrus Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Calabriæ oppidum iuxta Ionium mare. Vulgò, *Otranto*.

hiel, nomen viri illius, qui reædificauit Iericho, 3. Reg. 16. Lat. viuit Deus, ſeu vita Dei.

hiera, ſeu Hiarba, Numidiæ rex, anno ab vrbe 671.

hiera, inſula inter Siciliam & Liparum, vna ex Æoliis, in qua vetuſtas Vulcani officinam collocauit, propterea quòd noctu cerneretur ignis quamplurimum, interdiu verò fumum copioſiſſimum emitteret. Thucyd. lib. 3. Steph. nihil aliud quàm inſulam eſſe tradit: vnde Gentile, Hieroneſites, vel Hieroneſius.

hieras, inſula ardet in medio mari. Plin. lib. 2. cap. 106.

hiera, dicta fuit vxor Telephi regis Miſorum, cui tanta fuit formæ præſtantia, vt ipſam etiam Helenen dicitur ſuperare. Hæc à Nereo interfecta dicitur, cùm viro ab Achille vulnerato opem ferre conaretur. Hyginus tamen Fabul. poet. cap. 101. Telephi vxorem non Hieram facit, ſed Laodicē, Priami filiam, Tarſus etiam Ciliciæ vrbs, olim Hiera vocabatur. Steph. Fuit & via ſic dicta, quòd ea irent ſacerdotes ad Eleuſinam Cererem.

hieracitæ à quodam Hierace, in *Ægypto, orti*, negant reſurrectionem corporum, *improbant* coniugia, negant infantes eſſe hæredes vitæ æternæ, vide EPIPHANIVM.

hieræa, exigua regio Libyæ in Cyrene. Stephan.

hieramæ, Cariæ vrbs. Steph.

hieranneſus, in mari Cretico eſt, & alia *Ægypti*, Steph.

Hiera

hieraphe, inſula Libyæ. Steph.

hierapolis, ciuitas Aſiæ, contra Laodiceam, vbi aquæ calidæ ſcaturiebant, quæ in tophum admodum facilè durabãtur. Eſt & os Plutonium in paruo quodam montis cacumine, ita commenſuratum, vt hominem ſuſcipere poſſit mira profunditate, cui vallum propoſitum erat quadratum ambitu ſemiiugero, nebuloſa & craſſa caligine plenum, vt vix ſolum diſcerni poſſet. Exterius tranquillo cœlo aër innoxius, animal ſi quod ingrederetur, ſtatim moriebatur: & tauri introducti mox cadebant, educebantúrque mortui. Strabo ſe paſſeres immiſiſſe ait, qui ſubitò expirauerint. Apud Hierapolim aqua quædam adeò tingendis lanis idonea fuit vt ex radicibus tincta, cum his decertarent, quæ ex purpura tingebantur. Gentile, Hierapolitæ. Steph.

hiera Pytna, vrbs Cretæ, quæ prius Cyrba, deinde Pytna nominabatur, poſtea Camiros, poſtremò Hiera Pytna, inde Hierapytnius.

hierapolis, Cyrreſticæ regionis vrbs eſt in Phœnicia. Ptolemæus *Haloppo* Bellonio dicitur.

hieraſus, Daciæ fluuius, Ptolemæus. hodie *Pruth*.

hieratis, oppidum Perſidis, ad eius ſinum, Arrian.

hierax, Mareotis Nomi oppidum. Ptol.

hierax, adoleſcens, qui, quum Io vaccam rapere vellet Mercurius, Argo cuſtode excitato, à Mercurio in accipitrem, i. in auem ſui nominis mutatus eſt.

hieremia, vide Ieremia.

hieri, populi vltra Sauromatas, calui & ſimi à natiuitate omnes, & promiſcuè barbam habentes. Qui ideò ἱεροὶ, id eſt, ſacri dicuntur, quia nihil iniuſtè agunt, nec bella norunt.

hieria, Lombardiæ fluuius eſt Diacono, vbi Majoranum occiſum ſcribit. Scriuia hodie nominatur.

hiericho, ciuitas Palæſtinæ in tribu Benjamin, vocatur quoque ciuitas palmarum in ſacris Bibliis.

hierichus, oppidum Iudææ inter Hieroſolymam & Iordanem ſitum, palmetis circumquaque conſitum, & fontibus irriguum. Plin. lib. 5. cap. 14.

hierius, conſul, collega Ardabutij, anno ab vrbe 1118.

hiero, Syracuſanus, cum eſſet ex duce rex factus populi Romani perpetuus amicus fuit: ac cùm omnis expers diſciplinæ in morbum incidiſſet, erudiri cœpit, ac ſeſe vltrò ſermonibus Phyſicis accommodare, donec paulatim, dum per valetudinem licuit, poëtis Pindaro & Simonide acceſſitis vſus eſt. Ælianus de varia hiſtoria. Hic corporis pulchritudine & viribus adeò præſtitit, vt omnibus penè miraculum eſſet. Iuſtin. lib. 23.

hiero, Athenienſis, familiaris Niciæ ducis Athenienſis, vnáque cum eo diſciplinis eruditus poëmata nonnulla conſcripſit, quæ Plutarchus in Nicia ad ætatem ſuam perueniſſe teſtatur.

hieroboam, vide Ieroboam.

hiero Cæſarea, Mæoniæ in Aſia minore vrbs, Ptol.

hierocepia, inſula in Cypro prope Paphum, qua voce ſignificatur ſacer ortus. Strabo.

hierocomitæ, populi ab Hierocome ciuitate Cariæ. Polybius.

hierodulum, vrbs Libyæ. Steph.

hieromiace, Syriæ fluuius. Plin.

hieron, Hiberniæ promontorium, & aliud in Sarmatia Europæa. Ptol.

hieron, Siracuſanorum rex.

hieron, oros, Cretæ inſulæ maritimum oppidum. Ptol. Item lacus Aſiæ minoris ad Pontum Euxinum. Arrian.

hieronymus, Siciliæ tyrannus, Hieroni patri ſucceſſit admodum puer: cui pater metuens, relictis tutoribus XII. moriens iniunxit vt fidem erga populum Romanum, annos quinquaginta ab ſe cultam, inuiolatam ſeruaret. Hic poſtea abiecta tutela, contempta patris diſciplina, ac moderatione, luxurioſiùs & arrogantiùs agendo à Romanis deſciuit. Annibalique adhæſit. Cúmque ſuperbè nimis in ciues ſeſe haberet, ab eis interfectus eſt. Liu. lib. 4. ſecundi belli Punici.

hieronymus, hiſtoricus Rhodius, familiaris Demetrij Poliorcetis, relictúſque ab eo præfectus in regione Bœotiæ, ſcripſit res ipſius Demetrij geſtas. Plut. in Demet.

hieronymus, Rhodius philoſophus, qui finem ſummi boni ponebat in indolentia.

hieronymus ſcriptor eccleſiaſticus, vir doctiſſimus ac eloquentiſſimus: ita dictus quaſi, ἱερὸν ὄνομα, id eſt, ſacrum nomen. Natus eſt Stridone oppido ſito in finibus Dalmatiæ, & Pannoniæ poſtea euerſo à Gotthis. Patris nomen fuit Euſebius, adoleſcens à parentibus diſcendi cauſa, Romam miſſus eſt, vbi Donatum & Victorinum rhetorem audiuit, & aliquandiu Damaſi Papæ ſcriba fuit. Poſtea vt linguas & doctrinam Eccleſiæ cognoſceret, & cùm præcipuis eccleſiæ doctoribus colloqui & viuas audire & reddere voces poſſet, magnam partem Europæ & Aſiæ peragrauit, Gregorium Nazianzenum in Cappadocia, Epiphanium in inſula Cypro, Didymum Alexandriæ in Ægypto audiuit. Linguæ Ebrææ cognitionem tanta auiditate & ardore expetiit, vt noctu Iudæum Barrabanum diſcendi cauſa conueniret. Sic enim ipſe ſcribit ad Pammach. tom. 3. p. 86. Tandem bonam vitæ

d by Go

ſuæ partem in Bethleem tranſegit, quò, vt liberiùs orationibus vacaret, Bibliáque Latina faceret, ſe receperat: vbi vitam cum morte commutauit, ann. 91. agens, ab humana redemptione 422. imperante Theodoſio: cuius quidem D. Hieronymi hodie viſitur cella, in qua vitam agebat monaſticam.

Hieropolis. Vide hierapolis.

hieros colpos, id eſt, ſacer ſinus, prope Aradum ciuitatem eſt. Steph.

hieroſolyma, mæ, & Hieroſolyma, morum & hieroſolyma, marum plurali, vrbs Iudææ, ſeu Palæſtinæ, quæ & Hieruſalem vocabatur. Item Solyma & Salem. Euſeb. li. 9. Euangel. præparat. ait Hieroſolyma appellari, quaſi Hieron. Solomonis, hoc eſt, ædem Salomonis, à templo, quod Salomon Hieroſolymis pulcherrimum, magnificentiſſimumq; conſtruxit. Hinc Hieroſolymita, Hieroſolymitanus, Hieroſolymus, & Hieroſolymites, & Hieroſolymarius, à quo nomine dictus eſt Cn. Pompeius ab Hieroſolymis expugnatis. Cicero 2. lib. ad Atticum, Si verò quæ de me pacta ſunt, ea non ſeruantur, in cœlo ſum, vt ſciat hic noſter Hieroſolymarius traductor ad plebem, quàm bonam meis puriſſimis orationibus gratiam retulit.

hierótheus, nomen viri proprium.

higinius VIII. Romanorum Epiſcopus, anno ſalutis 140. Euſeb. lib. 4. c. 9.

hilarion, eremita clarus, in Syria pium monachorum inſtitutum adauxit, qui cùm ſignis & miraculis iam clareſceret, in Gaza vrbe tres cuiuſdam matronæ filios, ſimul repentè morbo correptos, inuocato nomine Ieſu, extemplo curauit: quod poſtquàm auditum eſt, & longè lateque percrebuit, certatim ad eum de Syria, & Ægypto confluebant ita, vt multi crederent in Chriſtum, & ſe monachos profiterentur. Nondum enim nunc Monaſteria erant in Palæſtina, nec quiſquam monachus ante ſanctum Hilarionem in Syria nouerat. Ille fundator & eruditor huius conuerſationis ac ſtudij in hac prouincia fuit. Habebat enim dominus Ieſus in Ægypto ſenem Antonium, habebat in Palæſtina Hilarionem iuniorem. Hæc D. Hieronymus.

D. Hilarius, Pictauienſis 20. Epiſcopus Galliarum doctor, hæreticorumq; flagellũ & malleus, rectæ fidei dogmata tam Italis quàm Gallicanis Epiſcopus præſeminauit, ac tanquã diſertus, ſuis libris ſatisfactionẽ de Trinitatis conſubſtantialitate cõſcripſit, & Arianorũ dogmata deſtruxit, Sozom. li. 6. c. 24. hiſt. trip. & Frontin. in eius vita.

hilarius Phrygius, quidam vates ſub Iouiniano principe, literarum quidem imperitus: cæterum tanta diuinandi peritia præditus, vt Deus cum illo futurorum cognitionem communicaſſe videretur.

Hilarius, ſenator quidam Antiochenus, de quo multa apud Suidam.

Hilarius, XLIV. Romanorum Epiſcopus, anno ſalutis 464.

Hildegardis, virgo monialis, & prophetiſſa, circa annum Chriſti 1150. in oppido Bingio in Germania, quæ rapta frequenter in ſomnis, didicit non ſolùm, quod verbis effunderet, ſed quod ſcribendo Latinè dictaret. Multa fertur prædixiſſe de futuris: ad quam etiam D. Bernardus ſcripſit literas. Munſt lib. 3. Coſm.

Hildegardis Coniux Caroli Magni, filia Hildebrandi Sueuorum regis, condidit monaſteriũ Campoducenſe in Sueuia, anno Chriſti 777.

Hillus, Herculis & Deiamiræ filius Stenelum Electryonis proaui ſui fratrem interfecit. Higinus fab. 244. Poſtquam Hercules ex terris abiit, cum reliquis Herculis filiis pulſus ab Euryſteo Athenas confugit, quúmque ab Athenienſibus auxilium obtinuiſſent Heraclidæ, aram miſericordiæ ſeu Clementiæ illic conſecrarunt, aſſerentes apud Athenas tantummodo miſericordiam ſedes poſuiſſe. Lact. in Stat. ad illud Statij Thebaidos lib. 12.

Fama eſt defenſos acie poſt buſta paterni
Numinis, Herculeos ſedem fundaſſe nepotes.

Vide infra Hillus.

Himantópedes, populi in Æthiopia loripedes, quibus ſerpendo, ingredi natura eſt, hoc eſt quod Solinus interpretatur flexis crurum nexibus ingredi. *ἱμάντες* enim Græci lorum dicunt. Plin. lib. 5. c. 8.

Himella, fluuius Italiæ. Virg. lib. 7. Æneid.

— qui flumen Himellæ,
Et Tiberim Fabarumq; bibunt, &c.

Himera, fluuius Siciliæ, in duo ſectus cornua, quorum alterum dulcibus, alterum ſalſis fluit aquis.

Hiólcon, oppidum in Theſſalia, quod Thracenſes Æmonij condiderunt.

Hippacrites, vide HIPPVACRA.

Hippadis pelagus, Ptol. pars maris Rubri iuxta Æthiopiam poſt Atomata promontorium. *Azonium* videtur vocari à Plinio hoc mare.

Hipparchus, Nicæus aſtrologus ſcripſit de Arati Phænomenis, de ſtellis fixis, de lunæ motu contra Platonem. Primus inſtrumenta mathematica inuenit, vnde hæc ſenſibus deprehendi poſſent. Plinio maximè laudatus.

Hipparchus poëta comicus, cuius *fabula quædam* *περὶ γάμων*, i. e. de nuptiis *inſcribitur.* Suid. Alius propinquus Ariſtotelis, alius Eretriæ tyrannus. Hipparchus quoque filius Piſiſtrati tyranni, qui ob libidinem in Harmodium Ariſtogitonis conjurationem in ſe excitauit. Thucyd. Idem vt inuidiam tyrannidis ſapientiæ opinione extingueret, litteras coluit, viriſque doctis maximè

maximè fauit, Ælianus de varia hiſtoria.

Hipparis, fluuius in Camarina, cuius aquarũ pars dulcis eſt, pars ſalſa, Interpres Pindari.

hippaſos, vnus ex Centauris.

hippaſus, Metapontinus, auditor Pythagoræ, vir doctiſſimus, nihil ſcripſit. Omnia ex igne creari dixit. Demetrius, & Laertius.

hippe, Chironis Centauri filia, quæ cùm in monte Pelio ſeſe venando exerceret, grauida facta eſt: & ob id patris indignationẽ timens, deorum miſeratione in equam cõuerſa eſt, & in cœlum tranſlata. Sunt qui Hippem mulierem fatidicam fuiſſe aſſerant, ideoq; in equam eſſe mutatam, quòd deorũ arcana mortalibus enuntiaſſet.

hipperides, Athenienſis orator, de quo Volaterranus. lib. 6. Vide Hypperides.

hippia, Minerua dicta eſt ab Arcadibus, quòd ea vſum quadrigarum inueniſſe crederetur. Palæph. lib 2. c. 3.

hippia, vrbs Perrhæbiæ, aliàs Phalanna dicta. Steph.

hippia, Eleus philoſophus, diſcipulus Hegeſideni ita ſe comparauit, ne cuiuſquam ope egeret. Summum bonum αὐτάρκειαν poſuit, hoc eſt, eo contentum eſſe, quod ſimplici victui ſat eſſet. Is Olympiam cùm veniſſet, maxima illa quinquennali celebritate ludorum gloriatus eſt, cuncta penè audiente Græcia. Nihil eſſe vlla in arte rerum omnium quod ipſe neſciret, nec ſolùm has artes, quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continerentur, Geometriam, Muſicam, literarum cognitionem & poëtarum, atque illa quæ de naturis rerum, deque hominum moribus, quæ de rebus publicis dicerentur: ſed etiam annulum quem haberet, pallium quo amictus, ſoccos quibus indutus eſſet, ſe ſua manu confeciſſe, Cic. lib. 3. de Oratore.

hippias, Piſiſtrati filius in Marathonia pugna occidit, arma contra patriam ferens, &c. Cicero ad Atticum.

hippici montes, Sarmatiæ Aſiaticæ ſunt Ptolemæo. *Mazariſci* dicuntur Ger. Mercatori.

hippion, is fuit quem ferunt edocuiſſe medicinam Æſculapium.

hippicon Argos, quod Achaicum dicebatur, Peloponneſi vrbs, & ab equis deduci videtur.

hippo, duplex in Africa, Hippo regius. Hic Epiſcopatu inſignis eſt diui Auguſtini, qui ſe alioqui Tagaſtunum fuiſſe, è Tagaſta Africæ oppido, li. 2. Confeſſionum ſcribit. Strabo libro vltimo vtramq; Hipponem regiam nominat, niſi codex vitiatus eſt. Alterum autem Diarrhytos Græcis dictum Plinius ſcribit, quòd paluſtri ſolo madeat. Vtramque Silius li. 3. hoc verſu expreſſit.

Tam vaga, & antiquis dilectus regibus Hippo.

Vagam enim Diarrhytos nominat, quòd paluſtri ſolo ſita ſit: quare terræ motibus frequentiùs inf:ſtatur. Nec perperam vagam dixit fœmineo, cù n ſic æquè vt maſculino proferantur, Plin. lib 6. cap. 34. & lib. 9. cap. 8. Vtramque Hipponem Græcos equites condidiſſe, author eſt Solinus. Eſt & Hippo puellæ Bœotiæ nomen. Plutarch. in Pelopon.

hippo, item oppidum Locrorum in Brutiis.

hippobotes, pratum quoddam ampliſſimum eſt ſub Caſpiis portis, in quo regium armentum quinquaginta millium equorum paſcitur, vnde nomen accepit. Strabo libro vndecimo. Vide Media.

hippocentauri, monſtruoſum hominum genus in Theſſalia iuxta Pelion montem, anteriore parte (vt poëtæ fabulantur) hominum, poſteriore equorum effigiem referentium. Cui fabulæ occaſionem miniſtraſſe videtur, quòd primi equos domare cœperint, iiſque ita aptè inſidere, vt homines cum equis vnum in corpus coaluiſſe viderentur. Iidem antea Centauri dicebantur, ἀπὸ τοῦ κεντεῖν ταύρους, hoc eſt, ab eo quòd tauros ſtimulis agitarent. Verùm cùm idem poſtea ex equis præſtarent, iiſque inſidentes ſtimulis tauros præ ſe agerent, Hippocentauri dici cœperunt: qui cùm ad Peneum amnem aquatum veniſſent, conſpecti ab vlterioris ripæ accolis, pro monſtris habiti ſunt: præſertim cùm inclinata potandi gratia, equorum capita non conſpicerentur.

hippocentaurus quidam D. Antonium eſt alloquutus, ei viam eò quò tenderet, commonſtrans, D. Hieronym. in vita Paul. Eremit.

hippocómetæ, vide Hippucomi.

hippócoon, cum liberis ab Hercule interfectus.

hippocrates, Cous medicus, auditor Democratis, vt quidam volunt, vixit apud Perdiccam Macedoniæ regem. Exceſſit è vita annos natus CIV. Suſcepit filios Theſſalum & Draconem. Artaxerxes rex Perſarum ad Hyſtanem Helleſponti præfectum de Hippocrate ſic ſcripſit: Rex regum magnus Artaxerxes, Hyſtani Helleſponti præfecto ſalutem: Hippocratis medici Æſculapio prognati ad me artis fama peruenit. Da igitur operam, vt aurum illi tribuas quantum cupit, aliáque item quorum indiget. & eũ ad me mitte: erit enim par honore ſummis in Perſide viris, &c. Vale. Hic vir diuina ſcientia dicebat coitum morbum eſſe comitiali leuiorem. Eius libri, tanquam diuino emanauerint ore, vbiq; celebrantur. In primo enim iuſiurandum continetur, in ſecundo Prognoſtica, tertio Aphoriſmi, quarto illa admirabilis compoſitio LX. libris omnem ſcientiam medicinæ complectens. Suidas. Hippocrates, præter ſuperiorem idem Suidas quinque commemòrat, omneſque eiuſdem artis & familiæ, quo-

Digitized by Google

rum omnium excellentiſſimus fuit primus. Artem medicam in lucem reuocauit, in qua vſque adeò enituit, vt venientem ab Illyriis peſtilentiam prædixerit, ac diſcipulos ad auxiliandum circa vrbes dimiſerit: cui, ob meritum, honores illos, quos Herculi, tota Græcia decreuit. Plin. lib.7. cap.3. Nam cùm fuiſſet mos, liberatos morbo inſcribere ea in templo eius Dei, qui auxiliatus eſſet, quorum poſtea ſimilitudo profuerat, exſcripſiſſe ea traditur Hippocrates: & ita ex his hanc artem excerpſiſſe, ſic primus medēdi præcepta clariſſimè condidit, Plin.li.36. Strab. lib 8. Hippocratem alium, Athenienſium ducem ponit in bello Peloponneſiaco Thucydides.

Hippocrates, Mathematicus mercaturam exercuit: quia tunc temporis hæc non habebatur vilis, modò tenuis non eſſet, teſte Plutarch.

Hippocratia, Ludi qui & Conſulares dicuntur.

Hippocrene, fons in Bœotia, non procul ab Helicone monte, quem poëtæ fabulantur factum eſſe vngula Pegaſi alati: cui fabulæ occaſionem videtur miniſtraſſe Cadmus, qui cùm in Bœotia locum vrbi condendæ quæreret, huc illuc obequitans, hunc fontem primus creditur inueniſſe. Et quoniam Cadmus literarum inuentor creditur, factum eſt, vt hic fons Muſis ſacer habeatur. Perſius ad verbum reddens vocem Græcam, Fontem Gaballinum appellat. Nam ἵππος nobis equum ſonat, κρήνη fontem.

Hippocura, Ptolemæ. Indiæ intra Gangem vrbes duæ ſunt, huius nominis: altera maritima altera mediterranea. Maritimam vocat Caſtaldus *Onor*.

Hippodame, es, & hippodamia: filia Œnomai regis Elidis & Piſarum, qui cùm ex oraculo, ſe à genero interemptum iri didiciſſet, & illa tamen à multis procis ob formæ præſtantiam expeteretur, curule certamen procis propoſuit (habebat enim equos velociſſimos, qui ex ventorum flatu creati erant) ea lege, vt qui vinceret, filiam haberet, victus ſubiret mortem. Tredecim igitur victis & occiſis, Pelops Tantali filius, viſa puella, eius amore protinus exarſit: cuius nuptias vt aſſequeretur, Myrtium eius aurigam pollicitis corrupit, ſic vt ille axes infirmos & fragiles ſubiunxerit, vel, vt alij volunt, obicem axi non obiecerit: & ſic fracto & diſſoluto curru, Œnomaus excidit, moriénſque Myrtili caput deuouit: obteſtans Pelopem, vt vicem ſuam vlciſceretur, quod & factum eſt. Cùm enim pactum ſibi perfidiæ pręmium à Pelope poſceret, ab eo in mare deiectus eſt, atque hoc modo Pelops puella & regno potitus eſt, Ouid.

Venit vt in Phrygios Hippodamia ſinus.

Virg. 3. Georg.

Hippodameq́; humeroq́; Pelops inſignis eburno.

Hippodamia Briſę filia, quam Achilles expugnato Lyrneſſo oppido ſecum abduxit. Hanc poëtę à patris nomine Briſeida appellant.

Hippodamia, Anchiſę filia, quę & Alcathoo Troiano vxor data eſt, quem poſtea Idomeneus Cretenſis in pugna cecidit.

Hippodamia, Pirithoi vxor, quam cùm ipſo nuptiarum die Centauri ei pręripere conarentur, ab Hercule & Theſeo ingenti clade ſunt profligati, Ouid. 12. Metamor. Piręi item forum Hippodamia appellatum fuit, ab Hippodamo Mileſio architecto, qui Athenienſibus Piręum extruxit. Suid.

Hippodamus Milęſius, natura ſtudioſus, primus eorum qui in republica verſati non eſſent, cœpit aliquid dicere de optimo ciuitatis ſtatu. Conſtituit enim ciuitatem ex numero x. millium, diuiſam in partes tres, artifices, agricolas & milites. Regiones in totidem partes, ſacram, publicam & priuatam. Erat ob ambitionem vitę moroſior, crinium prolixitate, ac ſumptuoſo ornatu. Ariſtot. lib. 2. Polit.

hippodamus Mileſius architectus qui Athenienſibus Piręum portum extruxit, à quo forum Piręi Hippodamiam appellarunt. Suidas.

hippodôrus, vnus Codridarum, inuidiam populi vitare cupiens, & optimam ſimul principis famam inter Athenienſes adipiſci, ſeueritate in ſuos vſus, filiam cum mœcho deprehenſam currui iuſſit alligari atque diſcerpi. Ælian. de varia hiſtoria.

hippodrômus, Theſſalus genere, patria Lariſſęus, circa M. Antonini principis tempora Athenis ſcholę ſucceſſit. Philoſtratus.

hippola, vrbs vetus Laconica: Gentile, Hippolaites.

hippólochus, filius Bellerophontis, & pater Glauci. Homer. lib. 6. Iliad.

hippólochus, Antimachi Trojani filius, vnà cum Piſandro fratre in bello Trojano interfectus. Homer. lib. 11. Iliad.

hyppolyte, Amazonum regina, quam Hercules prelio ſuperatam Theſeo vxorem dedit, cui & Hippolytum peperit.

hippólytus, Theſei & Hippolytę Amazonis filius, qui cùm cœlibem ducens vitam venatu ſeſe exerceret, & conſtanti animo ſperneret mulieres, à Phœdra nouerca abſente patre amatus eſt, cuius turpi deſiderio cùm obtemperare noluiſſet, illa filium apud patrem detulit, tanquam de ſtupro eam appellaſſet. Quamobrem cùm videret Hippolytus patrem nouercę dolo perſuaſum de nece ſua cogitare, conſcenſo curru fugam arripuit. Sed dum Phocę, quę tum fortè in littus exierant, equorum & rotarum ſtrepitu perterritę, magno impetu ſe in mare pręcipitarunt, exterriti equi fruſtra obluctante Hippolyto, currũ

per

per ſcopulos & ſaxa traxerunt, iuuenémque in- tœrtecm .oris implicitum varias in partes diſcerpſerunt: in nemore autem Aricino Dianæ ſacro ſepultus eſt, vnde Ouid. Faſt. lib. 3.

Hic latet Hippolytus, loris diſcerptus equorum,
Vnde nemus nullis illud aditur equis.

Hunc poſtea Æſculapius, à Diana exoratus, reuocauit ab inferis, & priſtinæ incolumitati reſtituit, Hippolytus verò relicta Attica, in Italiam ſeſe contulit, & Virbium ſe appellari iuſſit, quòd bis vir fuiſſet, vbi & vxorem Ariciam nomine duxit, vrbémque condidit non procul à Roma quam de nomine illius Ariciam appellauit. Ouid. lib. 5. Metam.

hippomacus, tibicen, qui cùm videret à plebe laudari diſcipulum, quem tamen in arte peccare cognoſcebat, baculo iactum deſiſtere iuſſit, dicens maximum erroris argumentum, quod ab ignara turba laudaretur. Ælian.

hippomedon, Niſimachi ex Mithidice Talai filia, ſorore Adraſti, vt vult Hyginus fab. 70. vel Niſimachi & Naſicæ filius, vt vult Lactantius in primum lib. Thebaid. Statij, vnus ex Septem ducibus, qui ad Thebas profecti ſunt, dum in Iſmeno fluuio pedeſtri certamine decertaret extinctus eſt. Statius lib. 9.

En meus Hippomedon, cui gentis origo Mycenæ
Argolicíq; lares, numénque ante omnia Iuno.

hippomenes, Macarei vel Megarei & Maropes filius, Neptuni pronepos, vt alij, Martis, cùm Atalantam Schœnei filiam adamaret, Veneris beneficio voti ſui factus eſt compos. Nam cùm illa virginitatē illibatam cuperet ſeruare procis ſuis curſus certamen ea lege propoſuit, vt illi inermes currerent, ipſa cum telo inſequeretur, & quem curſu aſſequi poſſet, venabulo confoderet. Cùm itaque non paucos ſpe nuptiarum eius illectos, neci tradidiſſet, Hippomenes, qui & ipſe amore eius tenebatur, neque tamen pedibus ſatis valebat, Veneris opem implorauit: quæ tria illi aurea mala tradidit, & quis vſus eſſet in illis edocuit. Hiſce itaque fretus Hippomenes, curſum cum Atalāta certare non dubitauit, cúmque parum abeſſe videret, quin illa præcurrentē aſſequeretur, mala aurea à Venere accepta, quā longiſſimè extra viam diuerſa in latera abiecit: quorum pulchritudine capta Atalanta, dum ea colligit, aurúmq; admiratur, Hippomeni Victoriam tradidit. Hac itaque ratione voti ſui compos effectus, cùm Veneri, cui Victoriā debebat, gratias agere neglexiſſet, illa indignata, tam effrænatam illi cupiditatem iniecit, vt in ipſis Matris deûm delubro, nulla habita numinis reuerentia, cū vxore cōcubuerit. Quod flagitiū ægrè ferens Cybele, Hippomenem in leonem, Atalantam, in leænam commutauit. Ouid. li. 10. Metam. & Hyginus Fab. poeticarum, c. 185.

Hippomenes, XXVII. Athenienſium rex. Is filiam Limonem in adulterio deprehenſam equo feroci vorandam præbuit. Vnde prouerbium, Magis impius Hippomene. Ouid. in Ibin.

Soláque Limone pœnam ne ſenſerit illam
Et tua dente ferox viſcera carpat equus.

hippomólgi, populi ab equis mulgendis dicti. Steph.

hippon, Africæ propriæ vrbs, cuius D. Auguſtinus Epiſcopus fuit. *Bona*, Mercatore teſte, dicitur.

hippones, duas in Africa ponit Strabo, alteram Vticæ proximā, alteram Trito propinquiorem, ambas Ægias vocat. Plinius verò & Ptol. vnā regiam, alteram Diarrython cognominat.

hippôna, Iumentorum & mulionum dea cuius effigies in ſtabulis locabatur. Apuleius lib. 3. Metam. Reſpicio pilæ medio, quæ Stabuli trabes ſuſtinebat, in ipſo meditullio Hipponæ Deæ ſimulachrum reſiſtens ædiculæ, quod accuratè corollis roſeis recentibus fuerat ornatum. Quin & Tertullianus in Apologetico, Vos tamen non negabitis & iumenta omnia, & cunctos cantinos cum ſua Hippona coli à vobis. Iuuenalis Satyr. 8. v. 156. & 157.

Iurat Hipponam & facies olida ad præſepia pictas.

Eponam vocat Prudentius in Apotheoſi, Plutarchus in Parallelis & vetus Iuuenalis Scholiaſtes.

hippónax, nomen poetæ Epheſij à quo iambicum, Hipponacticum, ſeu Hipponacteum, carmen, quod & Scazon dictum eſt, nomen ſortitum videtur. Plin. lib. 36. cap. 5. Hic tam deformi & fœda fuit facie, vt eius effigies à pictoribus quibuſdam publicè expoſita fuerit deridenda: quamobrem indignatus Hipponax, tam amarè in illos inuectus eſt, vt aliquot ex illis ad ſuſpendium adegerit. Vnde natum Prouerb. Hipponacteum præconium.

hipponēſius, vrbs Cariæ, & alia Lydiæ. Steph.

hipponiates, ſinus Tyrrheni maris in Brutiis eſt Ptolemæo. *Napitinus* vocatur, ab Antiocho apud Strabonem. *Terinæus* Plin. dicitur, teſte Hermolao: item Thucydidi eſſe etiam *Vibonenſem* ſinum apud Plin. ſcribit Leander & Barrius, qui eundem *Lameticum* ab Ariſtotele nominati dicit. Plinius tamen plures ſinus eiuſdem nominis deſignare videtur lib. 3. c. 3. hodie *Golfo di S. Eufemia* dicitur.

hipponium, vrbs Brettiorum ab Hippone Heroe, à Romanis pòſt Vibo & Valentia dicta: Gentile, Hipponiates, tanquam ab Hipponia. Steph.

hipponium, promontorium Lycophroni, hodie *Sabrenum* vocari, in Calabria regione, inquit Barrius.

hippónicus, Hippiæ filius, Athenienſis, cùm

patriæ ſtatuam dedicare decreuiſſet, nonnullis eam à Polycleto confici ſuadentibus, illi nequaquam viſum eſt, quòd ob operis pulchritudinem ab aſpicientibus, non dedicantis, ſed potius artificis virtus laudaretur. Ælianus.

Hippopóphagi, Scythiæ in Aſia populi.

Hippópodes, populi in Oceano Scythico, qui Solino, humanam vſq; ad veſtigiũ formã tenẽt, ſed in equinos pedes deſinunt. Plin. lib. 4. c. 12.

Hipporum, Antonino, Calabriæ oppidum, hodie *Felum* dici ſcribit Barrius.

Hippotades, patronymicum maſculinum ab Hippote deductum: quo poetæ ferè vtuntur pro Æolo ventorum rege, Hippotæ Troiani ex Segeſſa filia nepote. Ouid. 11. Metam.

Quod ſacer Hippotades tibi ſit, qui carcere fortes
Contineat vẽtos & quum velit æquora placet.

Hippotamadæ, vicus in tribu Œneide. Steph.

Hippotoxotæ, dicti ſunt equeſtres, ſagittarij, qua voce vtitur Hircius lib. 5. belli Aſiatici.

Hippuacra (quaſi dicat, equi promontorium) vrbs Libyæ: Gentile, Hippacrites. Steph.

Hippucome, locus Licyæ, dictus ab equo viatorum quorundam illic mortuo: gentile, Hippocomitæ. Steph.

Hippuris, inſula quædam maris mediterranei.

Hippurriſcus, inſula Cariæ. Steph. Pompon.

Hippus, fluuius Moſcorum in Phaſim defluens, Strab. lib. 11. Hanc Phaſis partem illabitur ingens flumen quod ortum ex Armenia ducens, Glaucum in ſe recipit, atque Hippum è vicinis montibus cadentes.

Hippus, inſula Eretriæ. Item vrbs Siciliæ & alia Palæſtinæ. Gentilia, Hippius, Hippenus, Hippinus. Steph.

Hipſa, vide Selinvs.

Hipſeus, filius Aſopi fluminis, qui Eteocli in auxilium venit aduerſus Polynicem, & à Capaneo interfectus eſt dum Hippomedonti mortuo inſultaret. Stat. Theb. lib. 9.

Hipſicratea, vxor Mithridatis fuit, qui maximè virum ſuum dilexit. Volat. Mithridate, Hipſicrateam coniugem in omnibus bellis adiutricem, armatámque habuit, crudelis alioquin in ſuos, vide Hipsicratea.

Hir, i. ciuitas, aut vigil ſiue effundens, aut nudans, vel pullus aſini, filius Caleb, filij Iephone. 1. Par. 4.

Hira, filius Acces, 2. Reg. 23. 1. Par. 11. & 27. idẽ.

Hira, maritima vrbs in agro propinquo Pylo, ſub Agamemnonis dominio. Hom. lib. 11. Iliad. *Ira* Stephano, vrbs Meſſeniæ, & alia Melienſium.

Hiram, rex Tyri, 2. Reg. 5. qui 2. Par. 1. 4. & 8. dicitur Huram Hebraicè. Lat. vitæ celſitudo.

Hiram, Gen. 36. 1. Par. 1. ciuitas Idumæorum.

Hiras, i. libertas, aut ira, nomen viri Odolamitis. Gen. 39.

Hiraſa, locus Lybiæ, in quem Afri Battum tranſtulerunt. Steph.

Hircanus, Ioſephi filius, ſibi mortem conſciuit. Ioſeph. lib. 11. cap. 5.

Hircanus, qui & Ioannes, dux Iudæorũ 1111. anno ab vrbe 611. Hebræorum primus peregrinos alere incœpit, Idumæam ſubegit, Iudaicis legibus eis viuere cõceſſit. Ioſeph. lib. 13. cap. 13. Samariam funditus deleuit: idem lib. 16. c. 17.

Hircius, vel Hirtius, Conſul fuit Romæ vnà cum Panſa: quo tempore Brutus ab Antonio obſeſſus fuit Mutinę, ad quem liberandum profectus vnà cum collega eſt interfectus.

Hirminium, Plin. Siciliæ fluuius. *Mauli & Raguſa* dici teſtatur Fazellus.

Hirpiæ familiæ. Plin. lib. 7. c. 2. haud procul ab vrbe Roma in Faliſcorum agro familiæ ſunt paucæ quæ vocantur Hirpiæ, quæ ſacrificio annuo, quod fit ad montem Soractem Apollini, ſuper ambuſtam ligni ſtruem, ambulãtes non aduruntur, & ob id perpetuo Senatuſconſulto militiæ, omniumque aliorũ munerũ vocationẽ habent. Sed Strabo lib. 5. non Apollini, ſed Feroniæ hæc ſacra fieri ſolita tradit. Seruius præterea in 11. Æneid. hos *Soranos* vocatos ſcribit. Sed Hirpinos pro Hirpis malè legit. Hirpini enim quam lõgiſſimè à Faliſcis abſũt. Hirpi Solino vocãtur.

Hirpini montes, ex quibus Aufidius Apuliæ fluuius oritur.

Hirpinum, Hirpinorum in Italia oppidum, vt Blondus tradit: id hodie *Harpaia* dictum ſcribit Leander, qui hoc quoque *Harpadium* antiquis nominatum addit.

Hirſemes, i. ciuitas Solis, ciuitas in tribu Dan, Ioſue 19.

Hirtius, conſul cum Panſa collega in prælio ab Antonino cæſus. Cic. lib. 12. Epiſt. 25.

Hiſmaelitæ, populi, qui nunc Saraceni dicuntur ab Hiſmaele ſic nominati.

Hiſpalis, Bæticæ prouinciæ vrbs clariſſima, Romanorum colonia cognomine *Romulenſis*: à qua vnus ex quatuor Bæticæ cõuentibus, *Hiſpalenſis* dicitur. Pli. li. 3. c. 3. Hæc hodie *Siuilia* dicitur. Hiſpali, Herculis filio, nomen atque primordiũ: Iulio Cæſari reſtaurationem: Raymiro regi, ac longo deinde tempore Ferdinando 11 à Mauris liberationem defert. Vrbs ad mare Gaditanũ ſita forma rotunda ædium pulcherrimarum frequentia nitidiſſimè culta, totiúſq; Hiſpaniæ emporium florentiſſimũ, quod ex variis mundi partibus, maximè verò ex India Occidentali quæſtus incredibiles facit. Situ omnes Hiſpaniæ vrbes exceſſit. Agrum habet pinguem ac peramœnum, omnis generis frugum, olei, oliuarũ, dactylorũ & citriorũ feracẽ. Ham nobiliſſimus fluuius Bætis præterlabitur. Vaſeus in Chron. Hiſpaniæ.

Hiſpalus,

hiſpalus, Celtiberorum rex ad tyrannos Italiæ conuerſus eſt. Beroſ lib. 5. Diod. Sic. lib. 6.

hiſpania, regio latiſſima Europæ, quæ è montibus Pyrenæis incipiens, per columnas Herculis circumiens, vſque in Borealem Oceanum protenditur. Diuiditur autem omnis Hiſpania, Plin. lib. 3. c. 1. 2. & 3. in Citeriorem, & Vlteriorem. Vlterior rurſus ſecatur in duas partes in *Bæticam* quæ hodie *Grannata* dicitur, & *Luſitaniam*, quam vocant *Portugallram*, quæ Ana fluuio à Bætica diſtinguitur. Bætica in Septentrione clauditur Ana fluuio, ab Occaſu habet eam Atlantici Oceani partem, quæ eſt inter oſtium Anę & fretum Herculeum: à Meridie mare Balearicum, quod eſt inter fretum Herculeum, & Charidami promontorium, quod vulgò appellari dicunt: *Cabo de Gata*. Ab Oriente terminatur linea ducta ab hoc promontorio per Caſtulonem ad Anam fluuium. Dicta eſt Bætica à Bæti fluuio memorabili, qui Prouinciam totam interſecat: qui ortus in ſaltu Tygenſi decurrit in Oceanum Atlanticum: atque hodie vocatur *Quadalquibir*, quod ſonat fluuium magnum. Hæc prouincia poſteriùs à Vandalis habitatoribus *Vandalicia* dicta, hodie quoque corrupto vocabulo *Andaluſia* dicitur. *Luſitania* habet à Septentrione Durium, ab oſtio ipſius, vſque ad pontem qui eſt contra Septimancas: ab Occaſu eam Atlantici Oceani partem, quæ eſt inter oſtia Anæ & Durij fluuij: à Meridie Bæticam: ab Oriente terminatur à Tarraconenſi, linea ducta ab Oretania veteri vſque ad Pontem, qui habet è regione Septimancas. Nomen habet Luſitania à Luſio Liberi patris filio, & Lyſia eiuſdem Liberi ſocio, cum Luſo Bacchante: vnde nunc à Luſo Luſitania, nunc à Lyſa Lyſitania dicitur. Reliqua autem Hiſpaniæ pars quæ & citerior, pertinet ad Tarraconenſem prouinciam, quæ nomen accepit à Tarracone eius prouinciæ metropoli ciuitate, ad excipiendas principum peregrinationes, vt inquit Strabo, egregiè nata: & in qua Imperatores iuriſdictionem agitabant. Complectitur hæc regio Murciæ regnum, & Valentiæ, vt Aragonum cum Cathalonia, Caſtellam veterem, Portugalliam, Interamnem. Galleciæ regnum, Aſturias, totam Cantabriam, & Nauarræ regnum, vt Vaſcus & alij Hiſpaniæ deſcriptores aiunt. Vlterioris Hiſpaniæ conuentus erant quatuor: Gaditanus, Cordubenſis, Aſtrigitanus & Hiſpalenſis. Citerior autem quæ & Tarraconenſis dicebatur: in ſeptem diuidebatur conuentus, Carthaginenſem, Tarraconenſem, Cæſarauguſtanum, Clunienſem, Auſturum, Lucenſem, & Bracarum. Idem lib. 3. c. 3. Omnis autem Hiſpania ab Ibero fluuio primum dicta fuit Iberia poſtea ab Heſpero Atlantis fratre, ſiue (vt alij malunt) ab Heſpero ſtella lucidiſſima, quæ veſpertino tempore in Occidente apparet, ſolem ſubſequens, vocata eſt Heſperia: vt mò verò ab Hiſpali vrbe ad fretum Atlanticum ſita, quam hodie Siuiliam vocant, dicta fuit Hiſpalia, vnaque deinde litera immutata, Hiſpania. Tibul. 4.

——nec latis audax Hiſpania terris.

Decem millibus ſtadiis (vt Appianus ſcribit) eius latitudo commenſuratur. Longitudo prorſus eadem eſſe videtur. Terra frumenti, vini, olei, auri, gemmarum, metallorúmque ferax. Ex qua etiam bellicoſiſſimi viri ac velociſſimi equi procreantur In ea quatuor magna flumina ſunt, Bætis, Minis, Iberus & Tagus qui aurum trahit.

hiſpanum mare, ab aliis Iberum & Balearicum dicitur. Plin. lib. 3 cap. 5 pars maris mediterranei eſt, Hiſpaniam alluens, à parte Orientali, vbi Baleares inſulæ.

hiſpellum, Plinio Vmbriæ oppidum, quod hodie *Spello*, Fabricio & Leandro teſtibus.

hiſtiæa, ciuitas in Eubœa. Hom. lib. Iliad. 2.

hiſtiæus, Mileſiorum tyrannus. Herod. lib. hiſtoriarum 6.

hiſtionium, Italiæ oppidum, non procul à monte Gargano, Pomp. lib. 2.

hiſtria. Vide ISTRIA: & in appellatiuis Hiſtriones.

H O

hoba, i. dilectio, vel abſconſio, aut Syriacè, obligatio vel peccatum, regio Syriæ ad dexteram Damaſci id eſt, Euphratem verſus: dicta etiam Saba & Sophene, Geneſ. 14.

hobab, filius Raguel ſoceri Moſi, Numer. 10. Iud. 4. Lat. dilectus.

hod, filius Supha, filij Helem, 1. Par. 7. Laus, ſiue confeſſio.

hodes, i. menſis aut nouitas, vxor Saharaim. 1. Par. 2.

hodius. Hom. lib. 9. Iliad. vnus ex Græcorum præconibus in bello Troiano.

hodœdocus, Vide Calliarus.

hodomanti, populi Thraciæ. Inde Hodomanticus, & fœm. Hodomantis, Steph. ex Thuſc. lib. 2.

hœtichius, Hom. lib. Iliad. vir fuit Achiuus, longè optimus artis ſtatuariæ opifex.

holeades, populi intra Iberum fluuium. Steph.

holda, vel Holdai, nomen viri, 1. Paral. 27. & Zachar. 6. Item Prophetis, vxor Sellum filij Thecue, 4. Reg. 2. Latin. Mundus, vel orbis, vel muſtela, aut Syriacè, rubigo.

holmi, vrbs Siciliæ aſperæ, vbi priùs habitabant, qui nunc Selentei. Gentile, Holmeis.

holmia, Suediæ regnum metropolis vulgò *Stokholm*.

holmium, vrbs Bœotiæ Gentile. Holmeius.

holmones, vicus Bœotiæ ab Holmo Siſiphi filio. Pauſan. lib. 9. Gentile, Holmoneis.

holo, Hiſpaniæ vrbs. Liu.

holocron, Macedoniæ mons. Plutarchus in Æmilio.

holofernes, princeps militiæ regis Nabuchodonozor, Iudith. 2.

holopyxos, Cretæ vrbs. Plin.

holon, ciuitas quæ de tribu Iudæ ſeu Simeonis Leuitis data eſt. Ioſ. 15. & 21. quæ 1. Par. 6. dicitur Helon. Lat. feneſtra, ſiue profanatio, aut dolor.

homan, filius Lotan, filij Seir. 1. Par. 1. qui Geneſ. 36. dicitur Heman. Lat. tumultus, ſiue turbatio eorum.

homeritæ, populi Æthiopum. Stephan. item Arabiæ fœlicis populi, Ptol. & Plin.

homeromaſtrix, cognomen Zoili, qui hoc ſolùm nomine innotuit, quòd Homerum libris editis inſcitiæ arguere auſus fuerat. Hos libros quum Ptolemæo regi Ægypti obtuliſſet, rex tum quidem diſſimulata indignatione, quam ex hominis impudentia conceperat, poſt aliquot dies pecuniam petenti qua inopiam ſubleuaret. Mirum (inquit) te inopia premi, qui multò Homero es doctior, quam ille, qui ante annos mille fato functus eſt, etiam hodie tot hominum millia paſcat. Tandem parricidij accuſatus, iuſſu regis in crucem ſublatus eſt. Hoc cognomen omnibus detractoribus accommodauit, qui inſana reprehendendi libidine optima quæque lacerent: quumque Venerem ipſam non poſſint, ſandalium eius reprehendunt.

homerus, nomen poëtæ Græci excellentiſſimi, qui floruit ante Romam conditam, annis circiter centum ſexaginta, vt Cornelius Nepos in libris Chronicorum tradit. Hic fuit cæcus, & ob id Homeri nomen ſortitus eſt, quum priùs Meleſigenes diceretur, quod ad Meletem fluuium natus eſſet. Cumæi namque & Iones captos oculis ὁμήρους appellant, quòd ὁμήρου, id eſt itineris ducibus egeant. Hinc Cæcutiens Mæonius nuncupatur à Martiano lib. 1. de nuptiis Philologiæ. De patria eius nihil certi traditur. Fecit enim nominis eius claritas, vt quem viuum, rebúſque omnibus egentem, nemo agnouerit, nunc multæ Græciæ vrbes certatim ſibi vendicent, adeò vt quibus potiſſimùm credere debeamus, non facilè fuerit diſcernere. Quod etiam teſtatur Cicero pro Archia: Homerum (inquit) Colophonij ciuem eſſe dicunt ſuum, Chij ſuum vendicant: Selaminij repetunt: Smyrnij verò ſuum eſſe confirmant: itaque etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt, multi alij prætereà pugnant inter ſe, atque contendunt. Extat de ea re diſtichon Græcum apud Gellium lib. 3. c. 1.

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι διὰ ῥίζαν Ὁμήρου, (ἀθῆναι
Σμύρνα, ῥόδος, κολοφὼν, σαλαμὶν, χίος, ἄργος,
Septem vrbes certant de ſtirpe inſignis Homeri,
Smyrna, Rhodos, Colophō, Salamin, Chius, Argos, Athenæ.

Scripſit duo opera, alterum de bello Troiano, quod Ilias dicitur: alterum de erroribus Vlyſſis, quod Odyſſea nominatur, & alia opuſcula. Reliquam eius vitam, breuitatis cauſa hîc prætermittimus: quam qui latiùs noſſe cupit, Herodotum adeat & Plutarchum. Ab hoc Homeridæ familia apud Chios illuſtris fuit, Hellanicus. Quo quidem Homero nullus ingenio fœlicior extitit vnquam, ſiue operis fortuna, ſiue materia æſtimetur. Itaque Alexander magnus, inter ſpolia Darij, Perſarum regis, vnguentorum ſcrinio capto, quod erat auro, gemmíſque ac margaritis pretioſum varios vſus eius amicis demonſtrantibus. Immò hercle (inquit) librorum Homeri cuſtodiæ detur, vt pretioſiſſimum humani animi opus, quàm maximè diuiti operi ſeruaretur. Plin. lib. 7. cap. 29. Idemque Plinius lib. 30. cap. 2. De Homero hunc in modum ſcripſit, Adoleſcentibus, inquit, nobis viſus Appion Grammaticus, prodidit Cynocephaleam herbam diuinam, quæ in Ægypto vocatur Oſirites, quæ habet vim contra omnia venena: ſed ſi ea erueretur, ſtatim eum qui eruiſſet, mori. Séque euocaſſe vmbras ad percontandum Homerum qua patria, quibúſque parentibus genitus eſſet, non tamen auſus eſt profiteri, quid ſibi reſpondiſſet. Is literas Græcas à pluribus paulatim inuentas, reduxit ad eam formam quam habemus.

homerus II. Chius, medicina clarus. Archilochus.

homerus III. Chius, magica arte clarus. Archilocus.

homerus IV. inſtitoria arte, Salaminenſis ciuis perdiues. Archilochus.

homerus V. Colophonius pictor & ſtatuarius præclarus habitus, Archiloch.

homerus VI. ciuis Athenienſis, qui nouas Athenienſibus leges dedit. Archiloch.

homerus VII. arte Muſica & Geometria clarus apud Archiuos habitus eſt. Archiloch.

homerus, patria Mæon, certamine Olympico vicit, cui poſtea ius literarum & linguæ Græcæ emendandarum ſoli tributum eſt, cuius quoque emendatione, & literæ & lingua Græca vſque in hanc diem contenta fuit. Archiloch.

homiliæ, Theſſaliæ vrbs. Ptol.

homole es, mons Theſſaliæ Centaurorum olim ſedes, quemadmodum & Ochrys. Virgil. 7. Æneid.

Ceu duo nubigenæ, cùm vertice montis ab alto
Deſcendunt Centauri, Homolem, Othrynque niualem,
Linquentes.

Incolæ, Homoloëj & Thebi iuxta montem ſitæ,

tæ, Homoloides, Iupiter item Homoœius in Bœotia colitur, vel ab Homole monte, vel (vt vult Suidas) ab Homoloia vate, Emygi filia, quam Delphos fuiſſe miſſam Ariſtoph. in Thebaicorum ſecundo ſcribit, vel quòd apud Æoles ὅμωλος concors & pacificum dicatur, Fuit & Homoloia Ceres Thebis.

homopatoria, feſta erant Athenis, ita dicta, quòd patres liberorum Curiæ ſcribendorum gratia tum conuenirent: de quibus Sacris, Suid.

homolea, mons eſt Magneſiæ, ſiue Thaciæ, Strabo lib. 11.

homolium, oppidum Magneſiæ. Plin. l. 4. c. 9. ὁμόλιον, Stephano oppidum eſt Macedoniæ & Magneſiæ, Strab. lib. 7. Inde Homolieus, & Homoloius.

homona, oppidum, & Homonades gens in Iſauria. Plin.

homonæa, locus Palæſtinæ. In vita Ioſephi.

hon, i. dolor, aut fortitudo, ſiue iniquitas, filius Pheleth. Num. 16.

honorichus, Vandalorum rex, anno ab vrbe 1231.

honorius, XXVI. Romanorum Imperator, cum fratre Arcadio, anno ab vrbe 1149.

honorius LXVIII. Romanorum Pontifex, anno ſalutis 625. ſacras ædes nouas ædificauit, veteres inſtaurauit.

honorius II. Rom. epiſcopus CLXIII. anno ſalutis 1126.

honorius IV. Rom. pontifex CLXXVII.

honorius V. Rom. pontifex CXCI.

honoria, Valentiniani Imperatoris ſoror. Diac. Pomp.

honoſca, Hiſpaniæ Tarraconenſis maritima vrbs inter Iberum fluuium & Carthaginem Nouam. Liu.

hophas, fluuius, qui apud vrbem Bœotiæ haliartum, in fluuium Phliarum illabitur: fuit Plutarchi tempore *Iſomantus* dictus, vt ipſe teſtatur in vita Lyſandri.

hoppha, i. thalamus, ſiue coopertorium, aut littus, vel ripa eius, nomen viri, 1. Paral. 24.

hor, nomen montis, Num. 20. & 33. in finibus terræ Idumææ prope Petram ciuitatem. In quo Aaron primus Iſraelitarum ſummus Pontifex, mortuus & ſepultus, Comeſt. ex. c. 10. Num. Lat. mons, ſiue concipiens, aut demonſtrans ſiue oſtendens.

hora, deæ cuiuſdam nomen erat apud Romanos, ita dicta ἀπὸ τῆς ὥρας, hoc eſt, à venuſtate, & pulchritudine, cui præeſſe putabatur. Hunc Romani putabant eſſe Herſiliam Romuli vxorem, quæ poſt Romuli apotheoſin in cœlum tranſlata, Herſilea vocata eſt. Horatius, Ennius,

Teque Quirine pater veneror, Horámque Quirini.

Apud Ouidium tamen in fine libri 14. Metamorph. legitur Ora ſine aſpiratione, & priore correpta.

horacitæ, populi Illyriis finitimi. Polyb.

horæ, Calabriæ vrbs. Curopal.

horæ, Iouis & Themidis filiæ, quarum nomina deſcribit Hyginus, c. 183. & decem numerat.

horatæ, Indiæ populi. Plin.

horam, rex Gazer, Ioſ. 10. Lat. mons eorum, ſiue manifeſtans eos aut concipiens eos.

horatij Flacci villa, in Latio fuit: vbi nunc & *Ioanne in campo Horatio*. Blondo teſte.

horatius Cocles, nobilis Romanus, qui in eo bello: quod Porſena Hetruriæ rex pro reſtitutione Tarquiniorum cum Romanis geſſit, cùm Ianiculum iam captum videret, hoſtéſque indè in vrbem irruere, reliquis omnibus attonitis, & in fugam conuerſis, duobus tantùm comitatus, hoſtium impetum tantiſper remoratus eſt, donec pons à tergo ſolueretur. Quem cùm iã interciſũ videret, vt erat armatus in Tyberim inſiliit, & incolumis ad ſuos tranauit.

Virgil. 8. Æneid.

Illum indignanti ſimilem, ſimilemq́; minanti
Aſpiceres, põtem auderet quòd vellere Cocles.

horatius Flaccus, poeta Venuſinus, lyrinorum & ſatyrarum ſcriptor, qui anno Imperij Auguſtĩ Cæſaris XXXIII. ætatis verò ſuæ LXIII. moriẽs Auguſtum reliquit hæredem, maxima pompa apud Mecenatem in Exquiliis ſepultus. Scripſit carminum libros quatuor, Epodon librum vnum, Satyrarum libros duos, De arte poetica librum vnum, & Epiſt. libros duos, qui etiam hodie omnium teruntur manibus.

horbatij, Germaniæ regio, nunc *Grabaten*. Lazio.

horchia, erat dea Etruriæ vrbis, in qua fanum habebat. Ab ea vicus Horchianus ſumpſit nomẽ.

hordonienſes, Apuliæ populi. Plin.

Horeb, nomen montis, in regione Madianitarum. Exod. 3. Pſal. 105. Sinaitiſus dicitur, in quo data fuit lex Moſi. Eſt & nomen petræ. Exod. 17. Lat. deſertum, vel ſolitudo, ſiue deſtructio, aut ſiccitas, vel gladius.

horem, ciuitas in tribu Nephthali. Ioſ. 19. Lat. idem ſignificat quod Herem.

horeſti, Britanniæ populi, Tacit. qui hodie *Merniam & Aneuſtam* Scotiæ regiũculas occupant, vt H. Boëthius tradit. *Erkmalt* Cãdeno.

horici, populi Italiæ. Steph.

hori, filius Lothan, filij Seir. Gen. 36. Lat. princeps, aut liber, ingenuus, vel iraſcens.

hormas, ciuitas in tribu Aſa, Ioſ. 19. Lat. excelſa, ſiue proiecta, aut vermis.

herma, Albotarum in Macedonia vrbs. Ptol.

horma, ciuitas in tribu tã Iudæ, quàm Simeonis inter Haſmonam & Cades barne, Num. 21.

quæ cap. 1. Indicum dicitur Stepha. 1. Par. 4. In Ioſue 15. ſcribitur HAIMA: in Ioſue verò 19. Bethu-latma, vbi vnica dictio eſt, cùm ſeparatim legendæ ſint: duæ enim ſunt ciuitates. Lat. idem ſignificat quod Herem.

Hormaſdes, apud Chaldæos, bonus erat Dæmon, qui Iupiter putabatur. Sipõtinus. Ex Heb. Vr, i. ignis deriuatur, quòd apud Chaldæos & Perſas, ignis pro Deo coleretur.

Hormines, ved HYRMINÆ.

Horminius, Ptolemæo Bithyniæ mons: Hippius à Plinio dicitur, fortè quòd Hippius fluuius originem inde habeat: videtur ab Appiano *Scorobas* vocari in lib. de bellis Mithridaticis.

Horodes, rex Parthorum, qui M. Craſſum occidit. Aliij Orodes ſcribunt.

Horontes, vide ORONTES.

Horrhæi, Gigantes, quos expulerunt filij Edom à monte Seir. Deut. 2. qui Gen. 14. Chorræi dicuntur. Lat. Principes, vel liberi, aut ingenui, vel iraſcentes.

Hortanum, Tuſciæ vrbs. Plin. *Horti* Leandro.

Hortenſia, Hortenſij filia eloquentiſſima, quæ cùm matronarum ordo graui tributo à Triumuiris, Octauio, M. Antonio & Lepido premeretur, nec virorum quiſquam ipſi adeſſe auderet, cauſam conſtanter egit, repræſentataque patris facundia impetrauit, vt maior pecuniæ pars ei remitteretur. Appian.

Hortenſis Venus, dicta eſt de loco qui dicebatur Horti, vbi colebatur. Pauſan.

Hortenſius, Romanus rhetor, qui in foro Romano cauſarum rex ob eloquentiam dictus eſt, licet eius ſcripta infra famam fuerint, de quo Cicero in Bruto ſic refert: Primùm memoria tanta, quanta in viro cognouiſſe me arbitror, vt quæ ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto verbis eiſdem redderet, quibus cogitaſſet. De quo etiam fertur, quòd ſedens olim totum diem in auctione, omnes res venales, & pretia, & emptores ordine ſuo recenſuit, argentarijs recognoſcentibus, ita vt à nullo falleretur.

Horus, Iſidis filius, quem cùm Iſis amiſiſſet, verita eſt, ne illi obueniret, quòd Oſiri patri acciderat: ſed eo inuẽto, mœrorẽ in lętitiã conuertit.

Horus, Aſſyriorum rex. Plin lib. 30. c. 15.

Hoſa, i. confidens vel protegens, nomen viri, Par. 26. Nomen itẽ cuiuſdã ianitoris 1. Paral. 26. Ciuitas itẽ, quæ tribus Aſer terminus eſt, nõ procul à mari, inter Tyrum & Axaph. Ioſue 19.

Hoſa, Tuſcorum fluuius, Ptolemæo: *Martha* hodie.

Hoſa, i. feſtinans, ſiue tacens, aut ſenſualis. Nomen viri. Par. 4.

Hoſpitius, vir quidam Nicenſis, qui tam auſteræ vitæ fuiſſe traditur, vt antro incluſus perpetuo cilicio carnem maceraret, corpus catenis ferreis vinctum contineret. Volat.

Hoſtanus, vnus ex comitibus Alexandri, in arte magica præſtantiſſimus.

Hoſtaſius, Rauennatum princeps fuit, qui à ſuis ciuibus relegatus eſt, quòd in otio & ignauia torpeſceret, publicæque adminiſtrationi eſſet ineptus.

Hoſtia, vrbs Italiæ, vide OSTIA.

Hoſtia, puella, quam à ſe amatam, Propertius Cinthiam vocauit.

Hoſtiæi, vide HOSTIONES.

hoſticus, nomen poetæ.

hoſtiliæ, meminit Tacitus lib. 2. & 3. hiſt. itẽ Antonius, Venetæ regionis oppidum hodie, vt Leander ait, *Hoſtia* dictum. Padum alluere ſcribit Plin.

hoſtiones, vel Hoſtiæi, populi iuxta Oceanum occidentalem, quos Artemidorus Coſſinos vocat. Steph.

hoſtius Hoſtilius, vir bello ſtrenuus, qui ob virtutem à Romulo Romanorum rege fronde a corona donatus eſt, quòd Fidenam primus irrupiſſet. Dionyſ. lib. 3.

hoſtius Lucretius Tricipitinus, conſul cum L. Sergio, anno ab vrbe 327.

hotham, filius Heber, filij Bariæ, filij Aſer, filij Iacob. 1. Paral. 7. & 11. Lat. ſigillum aut ſignaculum, vel clauſura.

hozai, nomen prophetæ, 2. Paral. 33. Lat. videns.

Hoziel, filius Semei, filij Gerſon, 1. Par. 23. Lat. videns Deum.

H V

Hucuca, ciuitas in tribu Nephthali. Ioſ. 19. Lat. Sculptura, vel præceptum, aut legiſlatio.

hucumbra, vicus Marcellino, *Zumbra* Zoſimi eſt, eúmque inter duo oppida collocat, quorum nomina ſunt Niſbara & Miſchanabe, quas Tigris diuidit.

hugo, cognomine Capetus, ex Pariſienſium Comitum familia, Francorum regnum occupauit, anno ſalutis 988.

hugo Inſignaneus, Cypri rex. Blond. lib. 10. dec. 2.

hugo, Italiæ rex, Luith. lib. 3. c. 14.

hugones, qui regem Angliæ malis imbuerant moribus, à principibus pulſi ſunt, quos rex ab exilio reuocauit: conſcripto exercitu principes perſecutus, vicit, fudit, cæcidit, cepit, ac vltimo ſupplicio captos affecit. Hugonibus imperiũ credidit, regnóq; præfecit, ann. ſalutis 1321.

huguitio Fagiolanus, Piſanorum dux, anno ſalutis 1314.

hul, filius Aram, Gen. 10. Hic à Ioſepho lib. 1. Antiquitatum Iud. traditur Armeniam inſtituiſſe. Quem ego quidem planè arbitror ab eius patre nomen inueniſſe. Lat. dolor, ſiue *infirmitas* ſi-

tas ſiue præſtolatio, aut obſtetricatio.

huldericus, Dux Vuitemburgenſis, ex auito ducatu pulſus eſt, anno ſalutis 1519.

humana, ciuitas. Blond. lib. 10. decad. 1.

humfredus Northmannus, Drogoni fratri in Apuliæ comitatu ſucceſſit, an. ſal. 1041. Blond.

humfredus, Clotceſtriæ dux, vir militia clarus, Angliæ regens, noctu à coniuratis in Burienſi cœnobio, laqueo ſtrangulatus eſt, anno ſalutis 1447.

hungaria (quæ nomen ab Hunnis vel Hungaris populis ex Scythia profectis, qui eam incolunt habere videtur) Pannonias, & vltra Danubium, Iazygum & Dacorum regionem ferè omnem occupat. A Drauo fluuio ad Meridiem ſumit initium, & à Septentrione, Sarmatis, quos Polonos, & Gethis, quos Walachos dicimus, terminatur: ab Occaſu, Auſtriam habet, ſuperioris quondam Pannoniæ caput: ab Oriente Myſiam, quas Rhetianam nunc appellant. Danubius omnium quos Europa habet, fluuiorum maximus Mediam interfluit, atque in partes, nempe in Citeriorem & Vlteriorem ſcindit. Citerior eſt ea, vbi olim Pannoniæ fuerunt. Hæc ab vlteriore Hungaria Danubio, ab Auſtria & Norico, radicibus Cæcij (ſic olim dicta) montis à Sclauonia Drauo, à Boſna & Raſcia Sano fluminibus terminatur. Huius citerioris Hungariæ caput eſt Buda, regni ſedes. Vltra Danubiana Hungaria montibus Carpathiis ſupra Poſonium incipientibus, & longiſſimo flexu ad littus Euxini maris porrectis, à Morauia, Sileſia, Polonia, & à Ruſſia diſtinguitur, vſque ad eum locum vbi regio eſt, quam Maromaruſiam vocamus. Ibi iam alij montes & ſyluæ ab eo loco Seuerinum (vbi pontis olim à Trajano exſtructi ſuperba veſtigia etiam nunc apparent) & Orientem verſus tendentes, à Tranſyluania & Valachia Tranſalpina ſeparant hanc vlteriorem Hungariam. Tibiſcus fluuius piſcoſiſſimus, in montibus Maromaruſus ad Septentrionem ortus Mediam interfluit. Incolæ Scythica lingua vtuntur, ab omnibus finitimis diuerſa. Plura apud Bonfin. in Decadibus rerum Hungaricarum.

Hunni, populi, qui quondam in Scythia Europæa ſuper Mæotim paludem incoluêre, deinde mutatis ſedibus, ingenti multitudine in Pannoniam irrupêre. Hæc gens temporibus Valentiani principis, duce Attila, tota pene Europa peruagata, Galliam, Italiámque fœdiſſimis cladibus affecit, donec Leonis Pontificis precibus victa, rurſus ſe recepit in Pannoniam. Quare credibile eſt, Hunnos eſſe qui etiam hodie Pannoniam incolunt, paucis immutatis literis Hungari appellati. Saxo ſcribit hos quadam tempeſtate in tantam famem redactos, vt nec canibus pepercerint quibus ad paſtum vterentur.

hunnum, vrbis Britannicæ nomen lib. Notit. *Seuenshale*, Camdeno.

hunoldus, Aquitaniæ nobiliſſ. dux, Æmil. libro 2.

hupham filius Benjamin. Numer. 26. Lat. thalamus eorum, aut operimentum eorum, ſiue littus, vel ripa eorum.

hur, filius Iuda, filij Iacob. 1. Paral 4 qui Gen. 46. dicitur Onan, filius Caleb, ex Euphrata vxore 1. Paral. 2. Rex item Madianitarum. Num. 3. Lat. libertas, ſiue albedo aut foramen.

hurai, nomen viri. 1. Paral. qui 2. Reg. 15. dicitur Heddai: idem quod Hur ſignificat.

huram, filius Bela, filij Benjamin. 1. Par 8. Lat. libertas ſiue albedo, aut foramen eorum.

huri, pater Saphat, Numer. 13. Pater Abihail. 1. Paralipom. 5. eiuſdem ſignificationis eſt cum Hur.

hus, i. conſilium aut lignum, vel Syriacè, fixus, filius Aram. Gen. 10. Is iuxta Ioſephum atque Hieronymum Thraconitidis & Damaſci conditor extitit. Nam principatum tenuit inter Palæſtinam & Cœleſyriam. Huius regio in Iob, à LXX. interpretibus *αὐσῖτις*, quaſi Nuſitidis dicitur Iob. 1. Primogenitus item Nachor, Gen. 22. Filius etiam Diſon filij Seir Gen. 36.

huſami, feſtinatio eorum aut ſilentium eorum, vel ſenſualitas eorum, rex tertius, qui regnauit in Edom. Gen. 36.

huſath, i. feſtinans, vel tacens, aut ſenſualitas, ciuitas 2. Reg. 21.

huſi, pater Baana 3. Reg 4. item quod Huſathi ſignif.

huſim, altera vxor Saharaim, 1. Paral. 8. Filius Dan, filij Iacob. Geneſ. 46. eiuſd. ſignif.

H Y

hyacintha, orum, ſacra nocturna, à Lacedæmoniis inſtituta in honorem Hyacynthi pueri, ab Apolline diſci iactu interfecti. Ouid. lib. 10. Metam.

hyacinthides, De Hyacinthidibus non conueniunt inter ſe auctores. Harpocration tradit Hyacinthi Lacedæmonij filias eſſe. In eadem ſententia eſt Apollodorus, qui quatuor eas memorat, Antheidem, Ægleidem, Enthenidem & Luſiam, mactatáſque ab Athenienſibus ex vetere oraculo pro ſalute publica ad tumulum Geræſti Cyclopis. Bebi. lib. 3. Alij Erechthei filias fuiſſe tradunt, in quibus eſt Demoſthenes Orat. fun. Alij ſex commemorant Protogeniam, Pandoram, Procridem, Creuſam, Orithiam, & Clithoniam, atque ex his Protogeniam, Pandoramque mactandas ſeſe præbuiſſe in colle Hyacinthio, vnde Hyacinthides dictæ. Hyginus vnam tantum memorat, Spariantidem fab. 238. Meminit & Hyacinthidem Heſychius.

hyacinthus, Amyclæ regis filius Eurotæ ne-

pos eodem tempore, à Zephyro & Apolline adamatus. Verùm cùm in Apollinis amorem propenſior eſſet, ægrè id ferens Zephyrus, amorem in odium conuertit. Cum Hyacintho ſuis deliciis diſci iactu, dum ſeſe exerceret, Apollo. Zephyrus nocendi occaſionem nactus, diſcum ab Apolline emiſſum flatu ſuo in caput Hyacinthi conuertit, puerúmque interemit: Cuius mortem cùm ægerrimè ferret Apollo, Tellus in amatoris Dei ſolatium, cruorem eius commutauit in florem ſui nominis. Palæphatus in tractatu de Fabuloſis narrationibus: paulò aliter Ouid. lib. 10. Metamorph.

hyacinthus Lacedæmonius prioris Hyacinthi ex Cynorta fratre nepos Œbali filius pater Hyacinthidum.

hyacinthus, pagus ſupra Sphendonios, vbi Erechthei filias immolatas eſſe tradit Suidas in dictione Partheni.

hyades, ſtellæ ſeptem in capite Tauri, quæ quoties naſcuntur, vel occidunt, pluuias creant: vnde & nomen acceperunt, ἀπὸ τοῦ ὕειν, quod eſt pluere. Ouidius libro 5. Faſtor. Fabulantur poetæ Hyades Bacchi nutrices fuiſſe, quæ & Dodonides Nimphæ vocatæ ſunt, à Dodona ciuitate Epiri: quæ cùm Iunonis iram vererentur, fugeréntque Lycurgi regis ſæuitiam à Ioue in cœlum ſunt tranſlatæ. Alij tradunt Atlantem ex Æthra vxore Hyan filium ſuſcepiſſe, ſeptémque puellas, quarum hæc ſunt nomina: Ambroſia, Eudoxa, Paſithoe, Corone, Plexauris, Pytho, & Tyche, quæ cum fratrem à leone deuoratum implacabili luctu proſequerentur, doloríſque magnitudine extabeſcerent, Iouis miſeratione in ſeptem ſtellas ſunt conuerſæ, &, vt perpetuum maneret tantæ pietatis teſtimonium, a fratris nomine Hyades appellatæ. A Latinis Suculæ dicuntur, quòd propter maximas, quas ex ortu ſuo afferunt, pluuias, luto gaudere videantur, quemadmodum & ſues.

hyæa, vrbs Locrorum, Ozolorum: Gentile, Hyæus, Stephan.

hyala, vrbs ad Indi fluminis oſtium. Diodor.

hyale, Nympha vna ex comitibus Dianæ. Ouid. 2 Metamorph.

hyamea, vrbs Meſſeniæ, vna ex quinque. Ciuis. Hyameites. Steph.

hyámion, vrbs Troiana: Gentile, Hyamius, vel Hyamiaus. Stephan.

hyampolis, vrbs Phocidis, ad Parnaſſum montem. Ciuis, Hyampolites, Steph. & Plin. lib. 4. c. 7. Strab. lib. 8. Eſt & Hyampolis altera in Bœotia non procul ab Orchomeno. Ptol. lib. 4. cap. 15.

hyanthes, ab antiquis appellabantur Græciæ populi, poſtea Bœoti appellati. Plin. lib. 4. cap. 7. quod nomen ab Hyante rege traxiſſe putantur. Strabo lib. 7. Hinc deducitur adiectiuum hyantius, idem ſignificans, quod Bœotius: vnde Actæonem Cadmi nepotem Hyantium cognominat Ouid. Metamorph. tertio.

hyantia, Steph. vrbs Locrorum.

hyapea, vrbs Phocidis, ab Hyapo: Ciuis, Hyapeus. Steph.

hyarbas. Vide Iarbas.

hyas, Atlantis filius ex Æthra Oceani filia, qui cum adhuc puer venationibus ſeſe exerceret, à leone deuoratus eſt. Vide Hyades.

hyas, Bœotiæ rex, à quo Bœoti aliquando Hyantes ſunt nominati. Strab lib. 7.

hyaſis, vrbs Libyæ, quæ & Oaſis: vnde Hyaſites, vel Oaſites. Steph.

hyba, vel Hybadæ, vicus in tribu Leont. Stephonus.

hybanda, olim inſula fuit Ioniæ. Poſtea maris receſſu continenti annexa. Plinius libro 2. cap. 89.

hybele, vrbs iuxta Carthaginem: Gentile, Hybelites.

hyberia, regio Aſiæ, cui ad Septentrionem Nomades adſtant, & Caucaſi montis accolæ, ad meridiem Armenia eſt, ad Occidentem Colchis. Tota regio Caucaſiis montibus circundatur. Videtur Iberia.

hybernia, inſula non procul ab Anglia, vulgò *Hirlandia*. Cæſ. lib. 5. de bel. Gal. Alterum latus vergit ad Hiſpaniam atque occidentem ſolem, qua ex parte eſt Hybernia dimidio minor (vt exiſtimatur) quàm Britannia, ſed pari ſpatio tranſmiſſus, atque ex Gallia eſt in Britanniam. Huius incolæ longè magis quàm Britanni ſylueſtres ſunt. Strabo lib. 4.

hyberus. Vide Iberus.

hybla, ſiue Hyble, ſiue Hybles, mons Siciliæ, thymi copia, ſalicum, & apibus abundans, vnà cum oppido eiuſdem nominis, ab Hyblo rege dicto. Strabo à Dorienſibus conditum ſcribit. Hinc Hyblæus, adiectiuum. Hic mons etiam Megara vocatur. Stephanus vrbem ipſam poſtea Megaram dictam ſcribit. Gentile, Hyblæi.

hybla, Italiæ ciuitas. Steph. vrbs item Siciliæ mediterranea. Ptol. Tres Hyblæ in Sicilia, Stephano: maior, minor, & parua. Maioris ciues Hyblæi dicuntur paruæ Galeotæ ſeu Megarenſes. Minor Hera dicitur. Illarum vna Tiella Philiſto vocatur rerum, Siculam quarto Pauſanias duarum etiam meminit, vnam maiorem, alteram Gereatin nuncupat.

hyblon, Siciliæ regulus, qui Hyblæ ciuitatì nomen fecit, quæ poſtea Megara dicta eſt. Stephan.

hybreas, inſignis orator ex Nylaſis Cariæ vrbe, qui quum pater nihil præter mulum lignarium & mulierem reliquiſſet, illorum opera aliquandiu nutritus Diotrephi ſophiſtæ operam dedit.

dedit. Tandem ad Reipubl. gubernacula conuerſus, proximam Euthydamo authoritatem obtinuit, quem cùm tyrannidem quidem exercere, ſed tamen patriæ maximè vtilem videret, fertur illi in concione dixiſſe, Euthydame, malum eſt ciuitati neceſſarium. Nam nec tecum viuere poſſumus, nec ſine te. Hic quum Labienus Parthorum auxiliis inſtructus in Aſiam irrupiſſet, adoleſcentulúmque iactantem audiret ſe Parthicum imperatorem eſſe. At ego, inquit, Caricus. Quo nomine irritatus Labienus, impetum in vrbem fecit, eáque capta magnificas Hybreæ ædes diruit. Strabo lib. 14.

hybrianes, populi circa Thraciam à Scordiſcis infeſtati. Strabo.

hyccara ſeu hyccaron, oppidum Siciliæ, vbi Laidem meretricem natam aiunt. Gentile, Hyccareus, Poſſeſſiuum, hyccarius. Steph. *Hyccari* huius meminit etiam Athenæus, qui dicit locum nomen habere, à genere piſcium qui vocantur hyccæ. Fazellus ſcribit hodie deſertum eſſe, ſed locum *Garbolangi*, & partem eius *Carini* nominari.

hyda, dæ, ſiue Hyde, des, oppidum Lydiæ ſub Tmolo monte ſitum. Homerus in Catalogo. Sunt qui idem eſſe putent cum Sardibus. Strab. lib. 13.

hydara, Armeniæ maioris vrbs. Strab.

hydarcæ, populi Indici, qui contra Bacchum pugnauerunt. Steph.

hydarnes, ſiue Hydarnus, nobilis Perſa, qui Herodoto lib. 3. cum Dario in Magnum coniurauit. Strab. lib. 11.

hydaſpes, fluuius Indiæ, qui per Parthos & Medos fluens, in Indiam vſque extenditur, Niſamque vrbem alluens, Indo flumini miſcetur. Alij non in Indum, ſed in mare labi tradunt. Lucan. lib. 6.

Qua rapidus Ganges: & qua Nyſæus Hydaſpes
Accedunt pelago.

Dictus ab Hydaſpe antiquiſſimo Medorum rege: Ad huius ripam Alexander duas vrbes condidit. Atque illam quidem à victoria aduerſus Indos parta Nicæam appellauit, alteram Bucephalam in equi ſui Bucephali memoriam, qui quidem eo loci interiit, non quidem ab aliquo vulneratus, ſed laboribus pariter atque ætate fractus. Arrian. lib. 5.

hydæ, Lydiæ vrbs, Stephano, Straboni & Homero, circa Tmolum montem.

hydia, Syciliæ oppidum, Ptolem. *Fontana murata.* Nigro.

hydiſſus, vrbs Cariæ, ab Hydiſſo filio Bellerophontis, & Aſteriæ filiæ Hydei, ex quibus natus eſt Hydis, à quo ciuitati nomen. Ciuis, Hydiſſeus. Steph.

hydra Lernea, ſerpẽs erat, 50. capita, vnicumq; duntaxat corpus habens: ex quib. vno exciſo duo alia ſtatim repullulabant. Palæph. lib. de fab.

hydra, inſula Libyæ iuxta Carthaginem: Gentile, Hydræus, vel Hydrates, inſula item Hadriatici maris. Pom. & Æolidis, promontorium Straboni, item Dolopum inſula. Phauor.

hydra, vrbs, vide Lyſimachia.

hydralis, fluuiolus prope Conſtantinopolim in Barbyſem influens Nicetas *Belgrado* hodie dictus à vico prope eius ripam ſito, Petr. Gyll.

hydramia, vrbs Cretæ. Steph.

hydrax, Africæ oppidum in regione Pentapoleos. Ptol.

hydrea, inſula iuxta Trozœnum: Gentile, Hydreates, Steph.

hydrela, vrbs in Caria: Gentile, Hydreleus. Steph.

hydreuma, nomen 17. variorum locorum Æthiopiæ ſub Ægypto, & alibi. Plin.

hydriacus, Carmaniæ fluuius. Ptol.

hydrias, Aſiæ minoris regio. Herodot.

hydrochous, ſignum cœleſte, quod Latinè Aquarium dicimus: ἀπὸ τῦ χεῖν τὸ ὕδωρ, hoc eſt, ab aqua fundenda dictus. Qui Aſtrologiam poeticam ſcripſerunt, putant hunc fuiſſe Ganymedem Troianum puerum, Iouis iuſſu ab aquila raptum, & in menſa deorum miſcendæ nectari aquæ præpoſitum.

hydruntun, oppidum extremũ agri Salentini, Pli. li. 35. c. 11. Steph. Straboni, Hydrus appellatur.

hydruntun, totius Apuliæ metropolis: vetuſtate & ciuium fide atque animi magnitudine nobilis. Portum habet ſatis commodum, ſed propter Aquilonem minimè tutum. Olim munitiſſima erat, nunc ferè æquata ſolo. Agrum habet lætum, fontibus ſcatens, ſemper virens. Ex hoc loco Ceraunij Epiri montes facilè cernuntur. Hic terminus eſt maris Hadriatici & Ionij, Plinio auctore. A Galateus.

hydrus, mons Apuliæ, iuxta quem eſt oppidum eiuſdem nominis. Eſt & nomen fluuij qui in Adriaticum mare effluit.

hydrus, untis, vrbs in littore Adriatici maris, Strabo, quæ & Hydruntum dicitur in Calabria, Ptol. lib. 3. c. 1. Gentile, Hydruntius, Hydruſſæus, vel Hydruſſius.

hydruſa, vrbs in Attica regione. Strabo. Eſt & Hydruſa, inſula, alio nomine Andros dicta, vna Cycladum.

hyela, Herodoto lib. hiſt. 1. ciuitas in agro Œnotriæ à Phocæſibus, qui Regium confugerãt, cõdita, Strab. lib. 6. Inde vbi curſum flexeris alius cõtiguus ſinus offertur, in eóq; vrbs, quum Phocaenſes, quum conderent Hyelam, alij Ellam à fonte quodam, noſtro tempore Eleam appellant: hæc eſt patria Parmenidis, & Zenonis Pythagoreorum, vrbs item Arabiæ fœlicis. Ptol.

hyellus, Tuſciæ rex, anno ab vrbe 203.

hyerus, pauper quidam qui à Ioue, Neptuno & Mercurio hoſpitio ſuſceptus, Oriona filium ſuſcepit, Ouid. vide Hyreus.

hyettus, vicus Bœotiæ, ab Hyetto quodam Argiuo ſic nominatus, vel quòd maximis imbribus compluatur. Gentile, Hyettius. Aliqui Aſpledonem Hiettum vocauere. Steph.

hietuſſa, inſula in Cariæ ora. Plin.

hygaſſus, vrbs Cariæ: Gentile, Hygaſſius, ſeus. Steph.

hygennenſes, Aſiæ minoris populi. Herodot.

hygiæa, dicta eſt Mineru a, à medendi arte, bonáque valetudine, quam præſtare credebatur. Palaph.

hygiana, Triphyliæ in Peloponneſo vrbs. Polyb.

C. Iulius Hyginus, Auguſti libertus, natione Hiſpanus, etſi nonnulli Alexandrinum putant, & à Cæſare Romam aduectum, Alexandriâ captâ. ſtudioſè & auidè imitatus eſt Cornelium Alexandrum, Grammaticum Græcum, quem propter antiquitatis notitiam *Polyhiſtorem* multi, quidam *Hiſtoriam* vocabant. Præfuit Palatinæ Bibliothecæ, nec eo ſecius plurimos docuit, fuitque familiariſſimus Ouidio poetæ & C. Aſinio conſulari hiſtorico, qui eum pauperem deceſſiſſe tradit, & liberalitate ſuâ quoad vixit ſuſtentatum. Huius libertus fuit Iulius Modeſtus, in ſtudiis atque doctrina veſtigia patroni ſequutus. Tranquill. de illuſtrib. Gramm. Scripſit autem Hyginus de vita rebúſque illuſtrium virorum, præterea Exemplorum volumen Gell. lib. 1. 7. & 10. Item de vrbibus Italicis. Seruius & Macrob. Sed & Genealogiarum libros reliquit, vt ait ipſe in poetico Aſtronomico, quo loco de Perſeo tractat, Commentarios quoque in Virgilium, προπεμπτικὸν Cinnæ, De Agricultura, de Penatibus, De proprietatibus Deorum, &c. Hodie nihil Hygini habemus præter poeticon & fabularem librum. Nam Gromatica ſiue de limitibus conſtituendis, quæ & ipſa nomen Hygini præferunt, non huius ſunt Hygini, ſed alterius qui Traiani ætate vixit: vt ex ipſis Gromaticis videre eſt.

higris, ciuitas Sarmatiæ. Ptolem. *Sabardi*, Villanouan.

hy. Suſianæ populi. Plin.

hyla, ſiue Hylas comes Herculis, quem perdidit in finibus Ioniis iuxta Myſiam, nec vſquam potuit reperire. Poſtea cùm eſſet cognitum eum periiſſe in fonte, ei inſtituta ſunt ſacra, in quibus mos fuerat vt eius nomen clamaretur in fontibus, vide poſtea Hilas.

hylami, vrbs Lyciæ: Gentile, Hylamites. Steph.

hylactor, nomen vnius ex canibus Actæonis, ἀπὸ τοῦ ὑλακτεῖν, hoc eſt, à latrando impoſitum. Ouid. 3. Metam.

hylæ, Phocenſium colonia, poſtea Elea dicta. Suidas.

hylæa, regio à qua Hylæum mare coalluitur. Hiero. Traiecto Boryſthene, a mari in primis eſt Hylea regio Hieron. lib. 2. Stephano, regio eſt Ponti aliàs Abica, id eſt, ὑλαία dicta.

hylæus, Centauri nomen, à ſyluis deductum. Virg. 8. Æneid. Hic Centaurus à Pirithoo inuitatus ad nuptias, viſa puella permotus eſt, dum violentus ei eſſe conaretur, à Lapithis qui ſimul nuptiis intererant, prohibitus eſt. Hinc in certamen itum eſt & ferociter dimicatum. Ab Hercule ſunt poſtea occiſi.

hylæus canis Actæonis. Ouid. 2. Metam.

hylas, hiſtrionis nomen, cuius meminit Macro. lib. 2. Saturnalium.

hylas, filius Theodamantis, quem Hercules rapuit. Cùm enim ex Calidonia, occiſo Œnei pincerna fugeret, veniſſetque cum Deianira & Hyllo filio ad Dryopes, & eſurienti puero, cùm Lychas pędagogus abeſſet, à Theodamâte aliquid cibi poſtulaſſet, illi autem denegaſſet: arreptum vnum ex bobus Theodamantis mactauit atque coxit. Quamobrem Theodamas conuocatis popularibus, arma aduerſus Herculem mouit: & quãuis in ea pugna ferè oppreſſus fuerit Hercules, tamen victoriam obtinuit, & occiſo Theodamante, Hylam filium eius ſecum abduxit: quem poſtea vnicè dilexit, ſecúmque cum reliquis Argonautis Colchos nauigans, duxit. Verùm cùm inter remigandum Hercules remum ſuum fregiſſet, vna cum Hyla naui egreſſus eſt, vt alium in Myſiæ ſyluis quæreret. Inualeſcente autem æſtu cùm ſiti premeretur, Hylam cum vrna miſit ad Aſcanium fluuium, vt inde ſibi aquam afferret. Verùm cùm ripa altior eſſet, quàm vt ſtans haurire poſſet, procumbens in pectus Hylas vrnam è manibus amiſit: quam cum ſubitò recipere conaretur, pondere eius demerſus eſt. Quæ res poetis occaſionem præbuit fabulandi, Hylam à Nymphis fuiſſe raptum. Hercules autem, cùm Hylas nuſquam compareret, cauſam eius tam ægrè tulit, vt relictis Argonautis, Myſiam totam oberrans, Hylam quæreret.

hylatæ, populi Syriæ Cœles. Plin. libro 5. capite 2[illegible].

hylates, Apollo, colitur in Eryſthea vrbe Cypria. Steph.

hylax lacis, vide Hylas.

hyle, vrbs Cypri, vbi Apollo Hylates colitur. Item vrbs Locrorum Ozolorum, vnde Hylæus ſic dicta ab Hyle Theſpiei filia, vel quòd ſyluoſa ſit. Eſt etiam Hyle, regiuncula inter Sabinorum, & Romanorum vrbem. Steph.

hyleſſa

hyſceſſa Paros, vna Cycladum olim vocabatur. Eſt etiam Zacynthi epitheton. Steph.

hyliates Adiabenorum imperator, anno ab vrbe 801.

hyllarina, oppidum Cariæ, ſupra Theſtrotoniciam, patria Hieroclis ex athleta Philoſophi. Ciuis Hyllarineus. Steph.

hyllei Dorienſium tribus. Stepha. Hyllei, inquit, ab Hyllo filio Herculis, & Melites filiæ Ægei fluminis. Eſt item Hylle, Ciuitas: Gentile, Hylleus fœm. Hylleis & Hyllis. Supra Hyllos (inquit Apollodorus) Liburni ſiti ſunt, & quidam Iſtri dicti Thraces. Hyllis, maxima Peloponneſi Cherroneſus eſt, quindecim magnas vrbes continens. Eſt item Hyllis, tribu in Argolide, alia in Doride, alia in Trœzenia: tribulis, Hyllens. Step.

hyllis, peninſula vel promontorium Plin. Liburniæ ad mare Adriaticum.

hilluala, vicus Cariæ, vbi Hyllus interiit & Cares templum Apollini ædificauit.

hyllus filius Herculis ex Deianira, qui Iolem patre mortuo, vxorem duxit. Ouid. lib. 9. Meta. Hic poſtea cum cæteris fratribus, qui ex Hercule ſuperſtites fuerunt: ab Euriſtheo pulſus Athenas confugit, ibíque Miſericordiæ vel Clementiæ templum condidit, quod & accepti ab Athenienſibus beneficij teſtimonium, & miſeris in poſterum aſylum eſſet, & perfugium. Vide ſupra Hillus.

hyllus, filius Herculis ex Melita Ægæi fluminis filia, à quo Hyllienſes populos & Hyllicum portum denominatum tradunt.

hyllus. Strab. lib. 13. fluuius eſt, qui nunc Phrygius vocatur.

hylonome, mulier ex genere Centaurorum Cyllari Centaurij vxor, quæ mortuo Marito, gladio ſuo incubuit. Ouidius libro 12. Metamorph.

hylicus, Argiæ amnis. Pauſan.

hymani, Liburnorum populi. Plin.

hymella, fluuius apud Virg. lib. 7. Æneid.

hymenæus, Deus nuptiarum præſes, qui & Hymen dicitur, & coniunctis dictionibus Hymen Hymenæus. Hic Liberi patris, & Veneris, aut (vt alij malunt) Vraniæ filius fuiſſe putatur, & primus certas nuptias inſtituiſſe. Nomen autem accepiſſe creditur ἀπὸ τοῦ ὑμένος, hoc eſt, à membrana, quæ clauſtrum virginitatis eſſe & primo coitu rumpi putabatur: quanquam inter anatomicæ rei peritos ſatis conſtat, in virginum diſſectionibus pelliculam eiuſmodi nullam inueniri. Alij volunt Hymenæum, virum Atticum fuiſſe qui raptas à latronibus virgines, parentib. intactas reſtituit: ideóque nuptiis eius nomen inuocari, tanquam defenſoris virginitatis: vocémque hanc nuptialem factam apud Græcos, quemadmodum Romani in nuptiis virginalibus Thalaſſij nomen inuocant. Alij dicunt Hymenæum fuiſſe quendam iuuenem, qui die nuptiarum ruina oppreſſus interiit. Vnde poſtea inſtitutum eſt, vt expiationis gratia nominaretur in nuptiis. Non rarò quoque Hymenæum poëtæ, pro ipſis ponunt nuptiis. Virg. 1. Æneid.

Pergama quum peteret inconceſſóſque Hymenæos.

hymenæus, nomen viri qui à fide Chriſti excidit 2. Tim. 2.

hymera. Vide Himera.

hymettus, Stephano & Suidæ mons Atticæ apibus & optimi mellis copia abundans, quod, ab eo Hymettium vocatur. Martial. lib. 14. Ex hoc monte marmora pulcherrima fodiebantur. Plin. Lucius Craſſus orator primus peregrini marmoris columnas habuit Hymettias.

hynidos Aſiæ minoris in Mæonia oppidum. Plin.

hyope, vrbs Matienorum (fortè Mattianorum) Gentile Hyopeus, enus, ites. Steph.

hyops, vrbs in Iberia Cherroneſi non procul à Leſyro fluuio. Inde Hyopus. Steph.

hypacyris, & Gerrhus, Scythiæ flumina ſunt apud Herodot. De quibus etſi nihil ſe affirmare ſcribat Peucerus, tamẽ ea flumina eſſe ſuſpicatur quæ *Deſna & Sem* nominib. iuxta Czernigo oppidum, in Pontum infuſa, Carcinitem ſinum cõſtitutum. Horum Pomponius etiam meminit.

hyppæa, Maſſilienſium inſula, vna Stœchadum. Plin. lib. 3. c. 5.

hypælochi, gens Moloſſica. Steph.

hypæpa, Steph. & Strab. Lydiæ oppidum, Veneri ſacrum quod occurrit à Tmolo monte ad Cayſtri campeſtria iter facienti: nomen ei eſt (vt inquit Stepha.) ab eo quod ſub Æpo monte ſitum ſit.

hypæſia, Peloponneſi regio circa Arenen. Strabo.

hypana, vrbs Triphialiæ: Gentile. Hypaneus Eadem cum Hypania.

hypanis, fluuius Scythiæ, ex magna palude profluens, ſapore dulciſſimo, donec ad quadrageſimum milliare miſcetur ei exiguus fonticulus (Exampæum nominat. Herodotus lib. 4.) qui ſua amaritudine totum corrumpit Hypanim. Eſt & alter eiuſdem nominis fluuius in India, cuius meminit Strab. lib. 15. Herodotus & Ptol. in Sarmatia Europæa collocant.

hyparchia, mulier quædam, Græca doctiſſima quæ Philoſophicis diſciplinis valde excelluit, Laertius.

hyparchus. Vide Hypparchus, ſeu Hypobarum.

hyparinus, Dionis filius, Siciliæ imperator duobus annis paternum regnum obtinuit.

Google

hypaſis, Indiæ fluuius & terminus Alexan. magni Plin.

hypata, ciuitas Theſſaliæ, & quaſi metropolis eius regionis, à qua Hypatenſis ager, Steph. vrbs eſt Ænianum, & regio prope Sangarum fluuium: Gentile, Hypatæus, vel Hypateus.

hypatia, mulier Alexandrina, Theonis Geometræ filia, vxor Iſidori philoſophi. vixit imperante Arcadio: ſcripſit in Aſtronomiam: profeſſa eſt Alexandriæ varia diſciplinarum genera magno & frequenti auditorio, conuolantibus vndique diſcipulis. Suid. & Socrat. lib. 11. c. 12. hiſt.

hypatios. Iupiter dictus eſt ab Hypatio monte ſupra Gliſſantem Bœotiæ ciuitatem.

hypatis, Siciliæ fluuius. Silius lib. 14.

hypatius, per ſeditionem imperator factus cum cæteris ſeditionis principibus, morte punitus eſt. Procop. lib. 1.

hypatius, Conſul cum Euſebio, anno ab vrbe cond. 1111.

hypatius, Cos. cum Patricio, anno ab vrbe cond 1253.

hypatus, Phœniciæ amnis. Plin. & Mela lib. 1.

hypatus, mons Thebanæ regionis, in Bœotia. Pauſan.

hypecauſtria, ſacra quædam Mineruæ, in quibus multa ſacra & myſteria fiebant ad euertenda mala. Plut.

hypenor, princeps quidam Troianus, quem teſte Homero. lib. 5. Iliad. Diomedes in bello occidit.

hypenus, Athleta, qui primus diaulo vicit. Pauſan.

hypera, Phæacum ciuitas. Egros poſtea dicta. Steph.

hyperaſia, vrbs quædam: Gentile, Hyperaſius. Steph.

hyperbolus, quiſquam erat mirum in modum appetens litium: cuius meminit Ariſtophanes in equitibus, inquiens, hyperbolum fuiſſe hominem modis omnibus improbiſſimum, nec vlla re clarum aut potentem niſi vitio linguæ. Et Cic. lib. de Claris orator. Homo ſimillimus Athenienſis Hyperboli, cuius improbitatem veteres Atticorum comœdiæ, notarunt. Ab hoc natum prouerb. vltra Hyperbolum.

hyperborei, populi Septentrionales, ita dicti, quòd ſuprà Boreæ flatum ſiti eſſe crederentur: Feſtus docet Hyperboreos eſſe ſupra Aquilonis flatum habitantes: ita dictos quoniam humanæ vitæ modum excedant, viuendo vltra centeſimum annum, quaſi ὑπερβαίνοντες ὅρον humani ſeculi. Ferunt magnam his de cœlo, clementiã conceſſam eſſe, auras ſpirare ſalubres, nihil noxij flatus habere, domos eſſe nemora, victum arbores miniſtrare, diſcordiam neſcire, ægritudine non inquietari, ad innocentiam omnibus æquale votum eſſe, mortem acceſcere, & voluntario interitu obeundi tarditatẽ caſtigare. Diodorus oppoſitam Celtis Oceani accolis eſſe inſulã ſcribit, haud multò Sicilia minorem, valde fertilem & biferam, hoc eſt, bis quotannis fructus ferentem habitariq; ab iis qui Hyperborei appellantur, eò quòd vento Boreæ ſint expoſiti.

hyperboreorum, inquit Pompo. Mela, terra auguſta, aprica, per ſe fertilis: cultores iuſtiſſimi, & diutius quàm vlli mortalium beatiùs viuunt. Plin. lib. 4. c. 12.

hyperborei & Rhipæi, Scythiæ montes ſunt apud Pomponium. Camenopias, id eſt, cingulum terræ, eos vocat Mercator in ſua Europa.

hyperdexion, regio Leſbi, vbi Iupiter Hyperdexius & Minerua Hyperdexia coluntur. Steph.

hyperea, fons Meſeidis, & vrbs Siciliæ. Stephan.

hyperechius, Alexandrinus grammaticus ſub Martiano principe de moribus & verbis, & de orthographia. Suid.

hypereſia, vrbs Achaiæ. Theon malè Hyperea vocat. Nomen ei ab Hyperete Lycaonis filio: Gentile, Hypereſeus, & fœm. Hypereſis. Theopompus. Hyperiſeis vocat, ab Hyperea fonte. Steph.

hyperia, Theſſaliæ fons. Strabo. Vrbis nomen, in Theſſalia, Homero, Phæacum oppidum, Heſych. Siciliæ vrbs. Euſtath.

hyperides, Athenienſis, vnus è decem oratoribus clariſſ. æmulus quandoque Demoſthenis, accuſatúſque ab eo ſuper rapina pecuniæ: deinde cum eo damnatus iuſſu Antipatri, aufugit in Æginam, &c. Volat. lib. 6. Plutarch. in Demoſth.

hyperion, aliis ſolis pater, aliis ſol ipſe, quòd eat ſuper terras, dicitur. Poetæ pro ſole ipſo vſurpant. Diodorus ſcribit Hyperiona Saturni fratrem fuiſſe Cœli filium, qui Solis ac Lunæ aliorúmque aſtrorum motus, horáſque, primùm ſumma cura obſeruationéque à ſe percepta, cæteris noſcenda tradidit. Ideò eorum parens nominatur; velut ipſorum naturæ contemplator, Cic. in Prognoſt.

Vt cùm luna means Hyperionis affi it orbi.

Frequens eſt ſolis epitheton apud Hom.

hyperis, Perſiæ fluuius. Plin.

hypermneſtra, vna ex quinquaginta Danai filiabus, quæ cùm totidem Ægeſti filiis nupſiſſent, iuſſæque eſſent à patre prima nocte *maritos interficere* ſola ex omnibus maritum ſuum Lynceum nomine ab inſidiis liberauit, qui poſtea Danaum occidit. Extat inter Epiſtolas Ouidij vna Hypermneſtræ ad Lynceum virum ſuum.

hyphæus Campaniæ mons. Plut. in Sylla.

hyphormus, Achaiæ portus. Ptol.

hyppius, vrbs & fluuius ſub Pontica Heraclea. Ibidem

Ibidem Hypij montes, quorum incolas Myſos eſſe aiunt: Gentile, Hypianus. Steph.

hypobarus, Indiæ fluuius, iuxta quem arbores electrum producunt. Plin. lib. 38. c. 2.

hypochalcis, vrbs Ætoliæ in Europa ſita ſub Chalcide monte: Gentile, Hyppochalcidæus. Steph.

hyppodromus, vrbs Æthiopiæ. Ptol.

hypothecæ, vocatæ ſunt Porniæ in Bœotia. Alij oppidulum quoddam eſſe aiunt à loci ſitu ita nominatum. Steph.

hyppias, Athenienſis tyrannus: anno ab vrbe 230. Euſeb.

hyppius, Bithyniæ fluuius Arriano. inter Sangarium & Lycum.

hypſa, fluuius Siciliæ. Plin. li. 3. c. 8. Sil. li. 14.

Necnon qui potant Hypſámque Alabinque ſonoros, &c.

hypſea, mulier quædam infamis notæque cæcitatis, de qua Horat. in Sermonibus,

Nec corporis optima lyncei
Contemplans oculis, Hypſea cacior, illa
Quæ mala ſunt ſpectes.

hypſelis, vicus Ægypti: vnde Hypſelitæ. Sunt etiam Hypſelitæ in vico quodam Thraciæ. Stephan.

hypſenor, Homer. lib. 5. Iliad. filius magnanimi Dolopionis, qui erat ſacerdos Scamandri, in tanto honore habitus, ac ſi deus quidam eſſet. Illum Euripylus in bello Troiano interemit.

hypſeus, filiam habuit Cyren, quæ Cyrenæ in Africa nomen dediſſe exiſtimatur. Steph.

hypſicratea, vxor Mithridatis regis, quæ Perſico habitu induta, & in habitum virilem reformata tonſis capillis victum à Cn. Pompeio Mithridatem per efferas gentes fugientem, animo pariter & corpore indefeſſo ſequuta eſt. Plutarchus in Pompeio. Hanc Mithridates in omnibus bellis adiutricem armatámque habuit, crudelis alioquin in ſuos. Volaterranus.

hypſile, Ptolemæo Ægypti vrbs eſt. Hyſopis Anton. eſt, vt Simlerus ſcribit.

hypſipyle, Lemni regina, Thoantis filia, quæ cùm reliquæ mulieres eius inſulæ viros, cognatóſque omnes ex communi ſententia occidiſſent, ſola patrem ſeruauit. Ob quam pietatem è Lemno ejecta, capta fuit à piratis, & Lycurgo Nemeæ regi vendita: à quo liberaliter habita fuit, & nutriendo filio eius præpoſita. Nam paulò ante fugam gemellos pepererat, quos conceperat ex Iaſone, quem in Colchos nauigantem hoſpitio ſimul & lecto exceperat. Poſtea cum Argiuis ad Thebanam expeditionem proficiſcentibus, Langiam fontem oſtenſura & Archemorum alumnum humi depoſuiſſet, ea abſente adrepens ſerpens puerum interemit: quo nomine cùm à Lycurgo ad ſupplicium quæreretur ab Adraſto, cæteriſque Argiuis ſeruata eſt, Papin. li. 4. & 5. Thebaidos. Hinc fit denominatiuum Hypſipylæus: vt Tellus Hypſipylæa, hoc eſt Lemnos inſula, Hypſipyles patria.

hypſizorus, mons circa Pallenem. Plin.

hypſus, untis, Lycaonis filius, condidit Thyræum, Arcadiæ vrbem. Stephan. in voce Thyræum. Eſt & hypſus, Arcadiæ vrbs. Stephan. ex Pauſania.

hyram, vide hiram.

hyrcania, regio Aſiatica, variis nominibus hodie denominata, magna ex parte plana, & præclariſſimis vrbibus adornata, quarum celeberrimæ ſunt Talebrota, Samaria, Carta & Tape: adeò autem fertilis & opulenta, vt vitis vini metretam ferat, & ficus ſexaginta modios ficuum, frumentum ex ſemine naſcatur, quod cadit ex culmo, in arboribus mellificetur, profluat mel ex oleis: Dicta hyrcania, ab hyrcana ſylua, quæ Scythiæ ſubiacet. Habet ab Oriente mare Caſpium, à Meridie Armeniam, à Septentrione, Albaniam, ab Occaſu Iberiam. In ea regione Pantheræ, pardi, & tygres abundant, cùm ſyluis aſpera ſit. Hinc hyrcanus, adiectiuum. Hyrcanum mare, & Caſpium, idem.

hyrcania, metropolis regionis Hyrcaniæ: à Scythis *Carizath* dici ſcribit Theuetus.

hyrcania, vrbs Thraciæ: Gentile, hyrcanius, vel hyrcanites.

hircanius, vicus Palæſtinæ prope Iudæam, ab Hyrcano præfecto Iudæorum.

hyrcanius, campus Lydiæ: Stephan. Et rurſus: hyrcani, inquit populi vicini Caſpio mari.

hyrcanum mare, Ptolemæo: quod etiam Caſpium aliis auctoribus vocatur. Priſcis ſcriptoribus habitus eſt pro Sinu, è Boreali, ſiue Scythico Oceano, in interiores regiones irrumpente. Ab initio ſatis anguſtus, (inquit Strabo) intus autem dum progreditur, in latum ſe pandit. Pomponius illud trifariam diuidit, ſinque tres ſinus diffundi ait. Contra os ipſum in hyrcanum: ad ſiniſtram, in Scythicum ad dextram, in eum quem propriè, & totius nomine, Caſpium appellant. Poſteritas autem lacum in mediterraneis & vndique ab Oceano remotum, totiúſque orbis maximum cognouit.

hyreus, ruſticus quidam Bœotius, qui cùm Iouem, Mercurium & Neptunum hoſpitio ſuſcepiſſet, iuſſus petere quicquid vellet, mox voti compos futurus, reſpondit ſe quidem nihil æquè cupere ac filium, vxorem tamen ducere nolle. Quo intellecto tres dij in bubulum tergus, quod ille iuuenco detraxerat: quem Ioui recens immolauerat, lotium reddidere: ex quo decimo menſe natus eſt puer: quem illi ἀπὸ τοῦ οὔρου, hoc eſt, ab vrina, Vrionem vocauere, qui deinde prima litera immutata dictus eſt Orion Hygi-

nus fab.195. vult Hyreum regem fuiſſe non vero ruſticum & in quibuſdam exemplaribus Byrſeus appellatur. Herodoto teſte. Mercatori hodie *Stoſna* dicitur.

Hyria, regio prope Aulidem. Olim etiam oppidulum erat. Heſiodus Antiopem in Hyria fuiſſe ſcribit. Euripides autem in Hyſia. Eſt autem Hyria iuxta Eurypum: Hyſia verò in Paraſopia, ſub ipſo Cytherone. Conditor Hyrieus, ciuis hyriates. Hylia quoque eſt iuxta Iſauriam, Seleuciam, quem Calycadnus ſiue Calydnus fluuius alluit. Ad hæc Hyria eſt Apuliæ, à Cretenſibus condita, Herodot. lib.7. Gentile, hyrieus. Steph.

hyrium, Apuliæ vrbs. Ptol. Tyrium alio nomine, vulgò *Ceſina*.

hyria, eadem quæ Paros. Stepha. Vide Seleucia.

hyris, promontorium Propontidis circa Chalcedonem, Steph.

hyrmine, vrbs Elidis, Horminas verò etiam Æpeos vocari Steph. tradit, meminit & Strabo lib.8.

hyrnithium parua regio in Epidauro, cui nomen dedit hyrnitho filia Temeni. Gentile, hyrnithias. Steph. ex Pauſ.li.2.

hyrodes, Parthorum rex, anno ab vrbe 697.

hyrtacus, vel hyrtacinus, vrbs Cretæ, Gentile hyrtacius, vel hyrtacinus. Steph.

hyrtacus, à quo hyrtacides. Virgilius lib.9. vir Troianus ex Ida monte, qui filium habuit Niſum Æneæ comitem.

hyſeis, inſula parua & magna Æthiopum: Inſulares, hyſaitæ, Steph.

hyſbe, vrbs Lydiæ: Gentile, hiſbeus, vel hiſbites. Steph.

hyſcena, vrbs Illyriæ: Gentile, hyſcaneus.

hyſia, vrbs Bœotiæ, colonia hyreorum, Thucyd. lib.3. à Nycteo Antiopes patre condita. Eſt & alia, regia ſedes Parthorum: Gentile, hyſiatis. Eſt item vicus Argiuus Thucydidi, Characi verò ciuitas: vnde hyliates, tis. Item Arcadiæ vrbs.

hyſpa. fluuius. Sil.lib.14.

hyſtaſpæ, populi Perſici. Steph.

hyſtaſpes, Darij Perſarum regis filius ex Atoſſa Cyri filia Herodot. lib.7. Fuit & ante hunc alter eodem nomine Arſamenis filius & iam dicti Darij pater de quo Herod.lib.2.

hyſtiæ, vrbs à Perſis capta, anno ab vrbe 274.

hyſtrus, vrbs in Ponto condita, anno ab vrbe 99.

hytenna. vrbs Lyciæ. Steph.

hythinitæ, populi iuxta Liburnos & Syopios. Steph.

hyttenia. vide Tetrapolis.

I A

IAbadii, Occani Eoi inſula. Ptol. *Noua Guinea*, Mercatori.

Iabel, filius Lamech ex Ada vxore. Geneſ 4. Lat. defluens, ſiue apportans, vel mueteraſcens, aut germinans, ſiue iubileus aut buccina.

Iabes, pater Sellum. 4.Reg.15.

Iabes, nomen loci. 1.Par.2. Eſt & nomen viri, 1.Par 4. Lat. Siccitas, vel confuſio.

Iabes Galaad, ciuitas Iudi 21. 1.Reg.11. procul VI.M. à Pella pergentibus Gadaram.

Iabin, rex Aſor, Ioſ.11.Iud.4.Pſal.82. Lat. intelligens, ſiue ædificans.

iabis, bidis, vel Iabiſſus, vrbs: Gentile, Iabidites, Iabiſſenus. Steph. ex Ioſepho.

iabnia, ciuitas. 2.Paral.26. Lat. intelligens, vel ædificans.

iaboc, nomen vadi in Iordanem profluentis. Gen.32. Ieboc etiam appellatur. Lat. euacuatio, vel diſſipatio, aut lucta

iacan, filius Eſer, filij Seir. 1.Par.1. qui Gen. 36. dicitur Acan, Deut 10. 1 Par.5. Lat. tribulatio, vel labor, aut ablatio poſſeſſionis vel nidi.

iacanam, nomen loci in Carmelo. Ioſuæ duodecimo cap. Lat. poſſidens populum, vel nidificatio populi.

iaccetani, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, apud Ptolemæum. Hic hodie Iacca vrbs, vt cenſet Cluſius. Iidem Lacetani apud Cæſarem ſunt, vt exiſtimat Ful. Vrſinus.

iacchus, vnum ex Bacchi nominibus, ἀπὸ τῆς ἰαχῆς, hoc eſt, à vociferando impoſitum. Solent enim Bacchæ, Liberi patris Orgia celebrãtes, omnia incõditis clamoribus implere. Et quoniã Bacchus vini præſes eſſe creditur, non rarò Iacchũ poetæ pro ipſo vſurpãt vino. Virg.6. Ecloga.

Inflatum heſterno venas vt ſemper Iaccho.

Iachan, nomen viri, 1.Par.5. Lat. conterens vel comprimens, ſiue ablatio baſis

iachin, filius Simeonis, filij Iacob. Geneſ.46. Nomen item columnæ in porticu Salomonis 3. Reg 7 2.Paral.3. Nomen item ſacerdotis, 1.Par. 9. Lat. confirmet aut ſtabile reddat.

iachinitæ, Num.26. idem. p n.

iacim, filius Semei, 1 Par 8 & 24. Lat. ſurgens aut confirmans

iacob. filius Iſaac, Gen 25 & 27 qui alio nomine Iſrael. Iacob autem dictus eſt Supplantator, vel calcaneus aut planta, quod ex vtero exiens, fratrem Eſau planta pedis arreptum teneret, quem poſtea etiam non ſine Dei prouidentia ſupplantauit. Deinde Iſrael dictus eſt, i. Dei princeps, aut dominator, in celebri illa cum Angelo lucta, quæ à Moſe deſcribitur.

iacoba, nomen principis, 1.Par.4. Lat. ſupplantator.

Digitized by Google

iacoba, muliercula quædam apud Rhodiginos: ex cuius ventre immundus ſpiritus interroganti futura prædicebant. Cæl. Rhod.

iacobus nomẽ Apoſtoli fratris Ioannis Euangeliſtæ quorum pater nomen Zebedæus dicebatur. Matth 4. Alius autem fuit Iacobus, qui ab Herode capite cæſus eſt Euſebius lib. 2. in procœmio hiſt. Ecc. & c. 22. quem Ioſeph. lib. 20. cap. 16. Antiq. iuſtum & innocentiſſimum appellat.

iacobus, Aragonum rex, anno ſalutis 1241.

iacobus, rex Cypri, ex vxore Veneta relicto infante, diem clauſit extremum. Veneti regni adminiſtrationem obtinuere paulò pòſt defuncto infante ipſi regnum occuparunt, anno ſalutis 475.

iacobus, Siciliæ rex. Blond 9.

iacobus, Scotiæ rex anno ſalutis 1421.

iacobus Appianus, publicus ſcriba Piſanæ ciuitatis, cum filiis occidit Petrum Gambacurtam, Piſarum dominum, ipſoque dominatu potitus eſt, anno ſalutis 1302. Blond.

iacobus Picennius, Senenſibus bellum intulit anno ſalutis 1455.

iacobus. IV. rex Scotiæ, anno ſalutis 1491.

iacobus Stuartius, Roberti Scotiæ regis vnicus filius, traijciens in Galliam, ab Anglica claſſe captus eſt anno ſalutis 1413. Polydo.

iacobus Tarraconenſis rex, Baleares inſulas auxilio Ferdinandi Caſtellæ regis cepit, anno ſalutis 1252.

iada, filius Onan, filij Ierameel, ex Atara vxora, 1. Par. 2. Lat. ſciens vel cognoſcens.

iadais, nomen viri, 1. Eſdr. 2. Lat. ſcientia vel cognitio Domini.

iadan, nomen prophetæ. Ioſeph. lib. 8. c. 8.

iaddo, nomen viri. 1. Paral. 27. Lat. manus aut poteſtas, ſiue confeſſio eius.

iaddas, ſiue Iadnua, filius Ioannis Iudæ filij, frater Manaſſes, ſummus ſacerdos apud Iudæos.

iader, fluuius Dalmatiæ, in Adriaticum mare defluens, iuxta quem oppidum eſt Iadera.

iadera, Illyrici oppidum, Apolloniæ & Salonæ vicinum. Pomp. lib. 2. Iaderæ meminit & Plinius in deſcriptione Liburniæ, hodie Zara Venetis ſubdita.

iadias, nomen viri, 1. Par 27. Lat. ſimul vel ſolus Dominus, aut gaudium vel acumen Domini.

iadihel filius Benjamin. 1. Para. 2. Para. 6. & 13. Gen. 46. dicitur Aſbel. Lat. ſcientia, vel cognitio Dei.

iadon, nomen viri, 2 Eſd. 3. Lat. iudicans, aut litigans, vel manus eius.

iætta, vrbs Siciliæ Steph.

iagath, Ptolem. Mauritaniæ Tingitanæ vrbs, quæ *Terga* Caſtaldo.

iagur, nomen ciuitatis in tribu Iuda, Ioſuæ 15. Lat. colonus, aut aduena, vel timens: ſiue congregans.

iahaddai, nomen viri, 1. Par. 2. Lat. ſimul vel ſolus ego, aut acutus vel gaudens.

iahala, nomen viri. 1. Eſd. 2. idem quod Iahel ſignificat.

iahath, filius Lobni, filij Gerſom. 1. Par. 6. Filius Raia filij Subal. 1. Paral. 4. & 24. Præpoſitus inſtaurantibus templum de filiis Merari: 1. Para. 34. Lat. confractus, aut formidans, vel ſtupens, aut Syriacè deſcendens.

iahaziel, nomen ſacerdotis, 2. Para. 16. Filius Hebron. 1. Paral. 23. Filius Iahath, 1. Paral. 24. 2. Par. 20. Lat. videns Deum. vel viſio Dei.

iahel, vxor Haber Cinæi, Iudic. 4. Lat. aſcendens aut damula, vel caprea.

iahelei, i. cœpit Deus, vel inchoatio Dei, aut ſpes Dei. vel viuat Deo, filius Zabulon. Gen. 46.

iahiel nomen viri, 1. Par. 15. 16 23. & 29. 2. Para. 21. 29 31. 35. Lat. viuus Deus.

iahir, filius Segub filij Eſron filij Phares filij Iuda, 1. Par. 2. Fuit & nomen iudicis in Iſrael Iud. 10. Nomen item loci, Ioſ. 13. Lat. illuminans vel illuminatus.

iairus, nomen viri, Marc. 5. Luc. 8.

iala, nomen viri, 1. Eſd. 2. idem quod Iahel ſignificat.

iachleui, populi Libyæ.

ialemus, Calliopes filius, infelix nulliúſque pretij homo, præſertim in cantu ſupra modum frigidus. Vide Prouerb. Ialemo frigidior.

ialaleel, nomen viri, 1. Par. 4. Lat. laudans Deum aut claritas, ſiue illuminatio Dei.

ialmenus, vide ſuprà ACALAPHVS.

ialon, filius Ezra, 1. Para. 4. Lat. manens ſiue murmurans.

ialyſos, Rhodi inſulæ vrbs. Pomponio enim lib. 2. in Rhodo, tres quondã vrbes erant. Lindos, Camyros. Ialyſos. Ialyſos autèm hæc ipſa eſt quæ Telchinas olim alluit: his qui in creta floruere, cognomine, maleficum genus hominum, & præſtigiis infame, Ouid. lib. Met. 7. Plin. li. 5. c. 31. Cicero libro tertio, de natura Deorum. Quid Ialyſus fuerit, ſunt qui dubitent. Moſellanus venatorem fuiſſe ſuſpicatur, à quo nomen vrbs acceperit, eique id iudicio eſſe, quòd cum cane pingatur Ialyſus. Sunt qui putent Satyrum hoc cognomine fuiſſe, alij Bacchum, qui à Rhodiis ita vocaretur, alij vnam è tribus antiquiſſimis Rhodiis ciuitatibus. Nunc Rhodus, inquit Plin. vocatur, ſicque etiam hodie dici creditur, etſi Niger ſcribat vicum eſſe nomine Vxilica.

ialyſus Cercaphi filius, qui vrbem in Rhodo conditam ſuo nomine appellauit. Strabo lib. 14.

ialyſſus Stephano, *ἰάλυσσος* per duplex *σσ*, vrbs in Rhodo & in Adria: inde Ialyſſius.

iamæ populi Scythiæ. Steph.

Iamblichus Pythagoricus philoſophus è Chalcide Syriȩ Porphyrij diſcipulus, Conſtantini Magni tempore, adeò profecit, vt ſecundas poſt prȩceptorem Romæ obtineret, ne ab eo quicquam differre videretur, niſi quòd ille melior facilitate candoréque orationis, hic paulò durior habebatur, ac, vt de Xenocrate Plato dicebat, venere dicendi carebat.

Iamboli, inſula, vide *Taprobana*.

Iameſa, vel Iameſais, Plin.lib.1.cap.3. æſtuarium Britannici maris, Tamæſus fluuius, Cæſari nunc Thamis dictus.

Iami, populi Scythiæ. Steph.

Iamin filius Simeonis filij Iacob. Gen.46.1.Par. 4. Filius Ram primogeniti Ierameel, 1.Par.12. Lat. dextera, vel dexter, aut Auſter vel Auſtralis.

Iaminitæ, idem Num.26.Eſd.8.

Iamna, vrbs Balearis inſulæ minoris apud Ptol. *Ciuitadella* Epiſcopo Gerundinenſi. *Iamnetorum portus*, Ptol.

Iamnia, oppidum Phœniciæ. Strabo vicum eſſe ſcribit, ab Iamno dictum, quòd Iamnos Græci vocant humidos & floridos locos. Gentile, Imnites pro Iamnites.

Iamno, caſtellum in Balearibus minoribus. Pompo. Mela. lib.3. Plin.lib.3.c.5. Ptol. Iamnam nominat.

Iamnor, nomen viri. Iudith.8.

Iamra, filius Supha filij Helem. 1.Par.7. Lat. rebellis aut amaricans, ſiue commutatio.

Iamuel, filius Simeonis filij Iacob. Geneſ.46. qui 1.Par.4. dicitur Namuel. Lat. dies ejus Deus, aut mare Dei.

Iana priùs & deinde Diana, D litteræ appoſitione, ait Nigidius.

Ianai, filius Gad. 1.Par.5. Lat. reſpondens, ſiue affligens, aut depauperans.

Ianaſſa, Nympha dicta à ſuauiter regendo, ἰαίνω dulcoro, ἀνάσσω regno, impero.

Ianaſum, Pompon. Melæ lib.2. oppidum Celticæ gentis, vide Flauium Brigantiam.

Ianicula, vetus Tuſciæ nomen Leandro.

Ianiculenſis pons, vrbis Romæ, *Ponte Xiſto* hodie dici ſcribit Bart. Marlianus.

Ianiculus, oppidulum in Ianiculo monte trans Tyberim, ita dictum à Iano conditore, vt quidam putauerunt, vel quòd tanquam ianua eſſet Romanis in Hetruriam proficiſcentibus Virg.8. Æneid.

Ianineæ columnæ, à Iano patre in Arabia fœlice poſitæ.

Ianira, Nymphæ nomen, Oceani & Tethyos filia παρὰ τὸ ἰαίνειν τοὺς ἄνδρας, hoc eſt, à viris demulcendis. Heſiod. in Theog.

Ianne, pater Melchi patris Leui. Luc.3. Lat. reſpondens, vel incipiens loqui aut afflictus, ſiue humiliatus vel pauper.

Iannes, nomen incantatoris ex eorum numero qui Moſi reſtiterunt, cùm ſigna faceret coram Pharaone. 1.Tim.3.

Ianneus, qui Alexander vt. Iudæorum dux, anno ab vrbe 648. propter crudelitatem Trucida dictus, Ioſ.lib.13.c.20.

Ianoe, nomen ciuitatis in tribu Ephraim, Ioſue 16. 4.Reg.15. Lat. requieſcens, aut manens, ſiue deducens.

Iantha, ſiue Ianthe, puella Cretenſis, ex Phæſto oppido, Teleſtæ filia, vxor Iphidis, qui ipſo nuptiarum die ex fœmina mutatus eſt in marem, Ouid.9. Metamor.

Ianualis, porta Romæ, à Iano dicta, vbi & depoſitum fuit ejus ſignum. Hanc Numa inſtituit, vt eſſet clauſa ſemper, niſi cùm bellum foret.

Ianuarius, conſul collega Iuſti, anno ab vrbe 1080.

Ianum, ciuitas in tribu Iuda. Ioſue 15. Latinè dormiens.

Ianus, antiquiſſimus Italiæ rex, qui Saturnum à Ioue filio è Creta fugatum nauique in Latium appulſum, hoſpitio ſuſcepit, agríq; colendi rationem ab eo edoctus, in regni portionem eum recepit: ambóq; vnanimi conſilio imperantes, duo condiderunt oppida, quorum alterum à Iani nomine Ianiculum: alterum à Saturno Saturnium appellarunt. Monetam quoq; æream primi cuderunt, in cuius altero latere roſtrum nauis, in altero Iani imago erat impreſſa. Ianum autem regum omnium ſuæ ætatis prudentiſſimum fuiſſe volunt, & præterita ſcientem, & futura præuidentem: vnde & bifrons fuiſſe fingitur. Mortuus inter deos relatus eſt, templúmq; habuit Romæ ad infimum Argiletum à Numa Pompilio poſitum, quod tempore belli patebat, tempore pacis claudebatur: vnde Patuleius & Cluſius cognominabatur. Seruius. Conſtat autem templum hoc ter fuiſſe clauſum, primùm regnante Numa: iterum poſt bellum Punicum ſecundum, tertiò poſt bellum Actiacum. Hujus autem claudendi vel aperiendi templi ratio varia eſt. Alij dicunt Romulo contra Sabinos pugnante, quum jam propè vinceretur, calidam aquam ex hoc loco erupiſſe, quæ fugauit exercitum Sabinorum. Hinc ergo tractum morem, vt pugnaturi aperirent templum, quod in eo loco fuerat conſtitutum, quaſi ad ſpem priſtini auxilij. Alij dicunt Tatium & Romulum facto fœdere hoc templum ædificaſſe. Vnde & Ianus ipſe duas facies habet, vt oſtendat duorum regum coitionem: vel quòd ad bellum ituri debeant de pace cogitare: vel quòd ad prælium exituri locum ſibi apertum debeant relinquere quò tutò poſſint reuerti. Hunc nonnulli eundem eſſe putauerunt cum Sole: ideóque & Quadrifrontem fecerunt ob quatuor, quos ambit orbis

car-

cardi::es, & Ianum Quadrigeminum vocitarũt & Iunonium, quaſi Calend. rum principem. Calendæ enim ſunt Iunoni dicatæ.

Ianus idem fuit, qui & Ogyges & Noa: de quo Munſterus lib. 2. Coſ. ita ſcripſit: Conſentiunt, inquit, in hoc veteres ſcriptores, Ianum, qui & Ogyges, eo tempore veniſſe in Italiam, quando mundus adhuc fuit aureus, & homines iuſti. Ipſe docuit homines plantare vinum & frumentum, ac de eis oblationes facere, atque temperate inde viuere. Sic item Fabius pictor de eo ſcripſit. Fuit Ianus ſacerdos & vir religioſus, doctus Philoſophus ac Theologus. Fuit, inquam, pater deorum & hominum: caput & rector totius primi humani generis à quo magni & lati orbis pendebat cuſtodia, Porrò vxorem eius aiunt Veſtam appellatam fuiſſe, vocémque Iani deriuari ab Hebraïca voce Iain, quæ Latinè vinũ ſignificat, quòd primus vſũ vini inuenit. Beroſ. lib. 5. Adhortatus eſt homines principes ad quærẽdas ſedes nouas, & vrbes ædificãdas. Deſignauit itaque illas tres orbis partes, Aſiam Africam, & Europam, vt antè diluuiũ viderat. Omniũ quoq; Macrobius lib. 1. ait eũ primum æs ſignaſſe, ex vna quidẽ parte ſui effigie, ex altera verò figura nauis. Vnde Ouid. lib 1 Faſt.

Multa quidem didici, ſed cur naualis in ære
Altera ſignata eſt, altera forma biceps;
At bona poſteritas puppim formauit in ære,
Hoſpitis aduentum teſtificata Dei.

Ianus, locus Romæ, vbi fœneratores conſiſtebant, è regione Baſilicæ, quoniam in eo Iani ſimulachra collocata viſebantur.
Ouidius.

Qui puteal, Ianúmque timet, celeréſque Calendas.

Horatius in Epiſtolis.

—Hæc Ianus ſummus ab imo
Prædicat.

Ianxuatis, vrbs Lybium: Gentile, Ianxuatites. Steph.

Iaolcus. vide IOLCVS.

Iaonitæ, populi Lydiæ, aliàs Ibeni dicti. Stephanus.

Iapetus, Cœli ſiue Titani & Terræ filius (vt inquit Heſiodus) vir quidem potens apud Theſſalos, ſed proterui ingenij magíſque filiorum quã ſua virtute clarus. Ferunt hunc Aſiam Nympham vxorẽ duxiſſe, & ex ea Heſperum, Atlantem, Epimetheum & Prometheum ſuſcepiſſe. Hic gigas erat proceriſſimæ ſtaturæ. De quo Virgil. lib. 1. Georgic & Silius libro duodecimo.

Iaphet, id eſt, dilatatus, aut pulcher ſiue perſuadens filius Noe, Geneſ 5. Hic Aphricam tenuit ſecundùm Beroſum, à quo Gentiles. Hic pater fuit Helenis, à quo Græci originem, & nomen duxerunt: hi enim primùm Hellenes dicti ſunt.

Iaphia filius Dauid. 2. Reg. 5 1. Para. 3. & item 14. Reg. Lachis, Ioſ. 10. Lat. illuminans, ſiue apparens, aut gemens.

Iaphie, nomen oppidi in tribu Zabulon. Ioſue 19. ejuſdem eſt ſignificationis cum Iaphia.

Iapidæ Dalmatæ, Pannonij, in poteſtatem à Cæſare redacti, anno ſal. 721.

Iapis, idis, nobilis Ætolus, qui patria pulſus, cùm ad intimum maris Adriatici ſinum veniſſet, oppidum de ſuo nomine condidit, à quo ea pars Italiæ, quæ Timauo fluuio irrigatur, Iapidia dicta eſt. Quinetiam Timauum ipſum ab hujus nomine Iapidem cognominat. Virg. 2. Georg.

Caſtella in tumulis & Iapidis arua Timaui.

Iapis Stephano, vallis eſt Attica, ad Magaram perducens.

Iapidæ, populi victi fuerunt à Sempronio, an. ſalut. 418.

Iapodes populi Celtici verſus Illyriam. Steph. hodie *Craner*. Auſtriæ principibus ſubditi. ex Lazij tabulis ſic colligitur.

Iapygia, giæ, ſiue (vt alij volunt, Iapygium, Salentinorum promontorium) regio in finibus Italiæ, in Cherroneſi formam coacta, cujus Iſthmus Tarento Brunduſium vſque extenditur, alio nomine *Meſſapia* dicitur Strab. lib. 6. Seruius Iapygia (inquit) pars eſt Apuliæ, in qua mons dſt Garganus qui ad mare Adriaticum extenditur. Quod ſi verum eſt, longè maiores ſunt Iapygiæ fines, quàm quos modò ex Sententia Strabonis deſcripſimus. Nam Garganus mons multis paſſuum millibus extra iam dictam peninſulam ſitus eſt, Hanc regionem *Calabriam & Salentinam* multi nominant. Iuncta quidem & Calabriæ & Salentinis Strabo lib. 6. Plin. lib. 1. c. 1.

Iapygium, promontorium, vt Ptol. vel vt Pli. habet, Acraiapygia. Idem à Ptol. quoque *Salentinus*, dicitur. & Plin. addit hic Italiam longiſſimè in maria excurrere, Pomp. *Sale* tantùm (niſi locus mutilatus ſit) vocat.

Iapygia, Steph. vrbs Italiæ, & alia Illyriæ. vide *Calabria*. Dicta autem Iapygia, ab Iapyge Dædali filio. Solinus in Polyhiſtore.

Iapys, nomen eſt auguris ac citharœdi apud Virg. li. 12. vbi ait.

Iámq; aderat Phœbo ante alios dilectus Iapis
Iaſides acri quondam cui captus amore.
Ipſe ſuas artes, ſua munera lætus Apollo,
Augurium citharámque dabat, celereſque ſagittas.

Iapyx, huius Iapygis, Dædali filius, à quo Iapyges populi. Solin. c. 8.

Iapyges feruntur ab initio Cretenſes fuiſſe quos domo profectos, vt Glaucum Minois fi-

lum quærerent, ad ea perueniſſe loca, ibique ſedes conſtituiſſe planè conſtat. Hos fama eſt, progredientibus poſtmodum ætatibus, ad tantum luxus vitæq; laſciuiam deueniſſe, vt patrijs obliti decoris & modeſtiæ, fucata facie, ſuppoſititijs alieniſque ornati comis in medium prodire ſint ſoliti: molliſſimis chlamydibus atque talaribus, floridiſque ſemper amicti ſtolis, quibus reliqua etiam vitæ ratio omnibus reſpondiſſe, & quadraſſe numeris perhibetur. Siquidem priuatos conditionis etiam mediocris homines, magnificè adeò, & ſplendidè ferunt habitaſſe, vt illorum facilè laxas ornataſque adeò ædes, deorum immortalium templis excultiores, pulchrioresq; plerumque videre contingeret. Ad tantamque demum inter illos principes viri mentis cæcitatē & furorem perueniſſe feruntur, vt deorum neglecto nomine per contumeliam, ac dementiam, regione tota deiicerent illorum ſimulachra, ædéſque ſacras impiè expilarent. Quamobrem ferũt, illos repentinis igniũ globis æneis de cœlo miſſis obrutos funditus omnes interiiſſe, Leon. Thom. li. 3. cap. 99.

iapix, ventus ex Apuliæ ora proficiſcens quem eundem Caurum Gellius lib. 2. eſſe iudicat. Eſt enim occidentalis, & vtilis Græciam petentibus ex Italia. Horat. li. 1. Carm. Ode 3.

Sic te diua potens Cypri, &c.

Virg. 8. Æneidos,

Illam inter cædes pallentem morte futura.

Fecerat igni potens vndis, & Iapyge ferri

hoc eſt vento, qui de Apulia flans optimè ad Tarentum ducit.

iara, i. adorans. ſiue ſpirans, aut Luna, vel menſis, pater Huri, 1. Paral. 5.

iar, filius Ahaz, 1. Paral. 6. qui cap. 8. dicitur Ioada. Lat. ſilua, vel fauus, ſiue denudans, vel effundens aut euigilans.

iaromoth, nomen ciuitatis in tribu Iſſachar, data Leuitis. Ioſ. 21. Lat. altitudines, ſiue timens mortem, aut proiectio mortis.

iarbas, Iouis & Garamantidis, Nymphæ filius, Getulorum rex, qui cùm Didûs ambiret nuptias, ab ea repulſus naſcenti adhuc Carthagini bellum intulit: quod cùm Pœni propulſare non poſſent, reginam ſuam eò adegerunt, vt nuptijs ſuis pacem redimeret. Quod cùm illa alia ratione effugere non poſſet, ſimulat ſe antè Sichæi (id defuncti mariti nomen erat) manes placare velle. Eam itaque ad rem impetrato ſpatio, pyram ingentē extruxit, cui ſuperincũbens, ſuis ſibi manibus necē conſciuit. Ita enim habet veritas hiſtoriæ, etiãſi Virg lib. 4 Æneid. de Iarba rege, & exitu Didûs alia quædã cõminiſcatur.

iarcas. Indorũ philoſophorũ princeps Philoſtratus in vita Apollonij Tyanei aliàs Iarchas.

iardanus, fluuius Cretæ & Lydiæ, Pauſan. Steph.

iare, filius Iactan. Gen. 10. Lat. luna, vel menſis, ſiue adorans.

iared, filius Malaleel. Gene. 5. Filius item Ezra. 1. Par. imperans, vel deſcendens.

iarephel, ciuitas in tribu Manaſſe. Ioſ. 18. Lat. ſanitas, aut medicina Dei, vel relaxans Deus.

iarganum, Phrygiæ magnæ promontorium. Ptol. hodie *Cabo di S. Maria.*

iarib, filius Simeonis filij Iacob. 1. Par. 4. qui Gen. 46. dicitur Ahod. Lat. pugnans, vel obiurgans, ſiue multiplicans.

iarim, pars mõtis. Ioſ. 15. Lat. Saltus vel Syluæ.

iarſath, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Ptol. *Tedelez* Caſtaldo.

ias, pars Illyriæ quæ dicitur Ionica. Incolæ, Iatæ. Steph.

iaſa, nomen ciuitatis, quæ de tribu Ruben Merari nepotibus data eſt iuxta Ioſuam, Num. 2. Deut. 2. Iud. 11. 1. Para. 6. Eadem Ioſuæ 13. Iaſſa dicitur. Hebræis ijſdem punctis & conſonantibus ſcribitur. Lat. rixa, vel contentio, aut exitus Domini.

iaſer, filius Caleb ex Azuba prima vxore. 1. Paral. 2. Lat. figmentum, ſiue pſalmatio, aut tribulans, vel anguſtians.

iaſi, nomen viri, Eſd. 17. Lat. faciens, vel factor meus.

iaſiel, filius Nephthali Gen. 46. 1. Par. 7. Hebraicè Iaheſiel. Lat. diuidens vel dimidians Deus, aut feſtinatio Dei.

iaſiel, vir de Maſobia. 1. Par. 11. Lat. opus, vel factura Dei.

iaſion, onis, quem Diodorus lib. 6. etiam Iaſium appellat Iouis & Electræ filius, adeò à Cerere adamatus, vt in eius gratiam ad nuptias Hermiones ſororis ipſius maximam & frumenti & panis copiam attulerit. Quin & Plutum ex eo fertur genuiſſe qui cultum vitæ inſtituere, pecuniaſque coaceruare, ac in vſus cuſtodire omnium primus docuit: cùm antea parua congregandæ ſeruandæque pecuniæ fuiſſet cura. Alij addunt fabulæ, cum poſtea à Ioue ex inuidia fulminatum: quamuis non deſint, qui aliam mortis cauſam afferant, nempe quòd ſimulachrum ejus contumelia affeciſſet

iaſis, dicta eſt Atalantis ab Iaſio patre.

iaſius, filius Abantis Argiuorum regis, frater Dardani Nam Dardanus, inquit Seruius, & Iaſius fratres fuerunt, Electræ filij: ſed Dardanus è Ioue. Iaſius è Corito procreatus eſt. Hinc Græci Iaſidæ. & Iaſis vocatur Atalanta ejuſdem filia. Fuerunt & alij ejuſdem nominis: vnde Iaſide Palinurus, apud Virg 5. Æneid. & Iapys Iaſides, apud eundem li. 12.

iaſon, Pontifex Max. apud Iudæos, primus ex ſacerdotum numero gymnaſium Hieroſolymis inſti-

Digitized by Google

inſtituit in quo iuuentus more Græcorum exerceretur … diſciplinis ethnicis. 2. Macc. 4. Porrò Ioſephus huius fratri Oniæ, qui & Menelaus, hoc facinus aſſcribit.

Iaſon filius Æſonis ex Alcimede, quem pater moriens Peliæ fratri in tutelam commendauit, tradito enim regno, ea tamen lege, vt illud adulto Iaſoni reſtitueret. Porrò Alcimede ſuſpectum habens Peliam, Iaſonem Chironi alendum dedit. Itaque Iaſon adultus, cùm ad repetendum paternum regnum veniſſet, Pelias iuuenem laudis auidum ad Colchicam expeditionem incitauit, ſperans futurum vt periculi magnitudine ſuccumberet. Fabricata itaque naui, quæ ab architecti nomine dicta eſt Argo, Iaſon cum Græcæ iuuentutis flore, mari ſe commiſit, primúmque ad Lemum inſulam appulit, vbi ab Hypſipile & hoſpitio & thalamo ſuſceptus eſt. Deinde ad Phineum regem, à quo muneris loco edoctus eſt, quomodo per Cyaneas petras inter ſe concurrentes ad Colchos vſque tutò nauigare poſſet. Quò cùm perueniſſet Medea Colchorum regis filia, forma eius capta, à certiſſimo eum eripuit exitio, oſtenſa ratione, qua & æripedes tauros perdomare, & draconem peruigilem ſopire poſſet. Eius itaque conſilia ſecutus Iaſon, aureum vellus ſuſtulit: & inde clàm cum ſociis & Medea fugam arripiens, ad Iſtri oſtium peruenit, aduersóque flumine ſubiens, cùm eum tandem in locum perueniſſet, vbi Danubius Liburniæ montibus proximus eſt, nauim, qua vectus erat, ſuis ſociorúmque humeris ſuperatis montibus, in mare Adriaticum deportauit, tandémque ſoſpes in patriam reuectus, duos ex Medea filios ſuſcepit. Sed cùm poſtea Creuſæ Corinthiorum regis filiæ amore flagrans, eam vxorem duxiſſet, Medea ægrè ferens diuortium, Creuſam cum regia exuſſit. Sunt qui tradunt Medeæ poſtea reconciliatum Iaſonem, Æten ſocerum à Perſa pulſum, in regnum reſtituiſſe, multáque alia præclara geſſiſſe, adeò vt diuinos in Aſia honores fuerit promeritus. Apollonius Rhodius, & Valerius Flaccus.

Iaſon, nomen viri, 1. Macchab. 8. & 12. Act. 17. & 21. Rom. 16.

Iaſonium, promontorium Cappadociæ, hodie *S. Thomas*.

Iaſonium, magnus mons, ſupra Caſpias portas ad læuam, Strabo. Eſt item Margianæ vrbs. Ptol. eſt etiam locus iuxta Conſtantinopolim.

Iaſſen nomen viri, 2. Reg. 23. qui 1. Par. 11. dicitur Aſſem. Lat. antiquus, ſiue dormiens.

Iaſſij, Pannoniæ populi. Ptol.

Iaſſus, vide Iaſus.

Iaſub, filius Iſaiæ prophetæ. Iſa. 7. Filius item Iſſachar, primo Paral. 7. qui Gen. 46. dicitur Iob. Lat. conuerſio aut habitatio, vel ſeſſio.

Iaſus, inſula Cariæ, quæ continenti adiacet, cuius incolæ magna ex parte victum ex mari captabant, cùm ſterilem regionem haberent: à qua Iaſius ſinus, cuius municeps Chœrilus fuit. Steph. inſula Cariæ, cum oppido eiuſdem nominis, Iaſus verò, Argos eſt: incolæ Iaſij. Eſt etiam Cariæ oppidum. Plin. lib. 5. c. 29. Dicta eſt etiam ciuitas Peloponneſi, quæ poſtea Argos ab Iaſo, cuius filia fuit Io. Steph.

Iateba, nomen loci, 4. Reg. 21. Lat. benefaciens, vel bonitas eius, aut diuertens, vel declinãs in ea.

Iathaneel, nomen viri, 1. Paral. 26. Lat. donum Dei.

Iathrippa, vrbs Arabiæ prope Egram. Stephanus.

Iatij, circa Margianam gens. Plin.

Iatina Balearidis maioris oppidum. Plin.

Iatinum, Ptolem. lib. 2. cap. 8. in Gallia Lugdunenſi Muldenſium ciuitas. *Meaux*, Villanouano.

Iaua, Hiſpaniæ ciuitas, Ptolemæus, vulgò *Laca*.

Iauan filius Iaphet, Gen. 10. à quo Iones, ſiue Græci. Ezech. 27. Lat. decipiens, vel contriſtans, aut cœnoſus, vel columbus.

Iaus, nomen viri, 1. Par. 23. Lat. tinea corroſus, aut compreſſus, vel congregatus.

Iaxamatæ, populi circa Mæotim, Stephan. in impreſſis Stephani codicibus, Iazabatæ legitur, quos Ephorus appellat Sauromatas. De his Ammian. libro 4. circa hæc ſtagna gentes ſermonum inſtitutionúmque varietate diſpares, Iaxamatæ, Mæotæ, & cum Gelonis Agathyrſi: de quibus Pompon.

Iaxartæ, Scythiæ populi Ptolemæo, horum ſedem Barbaris *Turcheſtan* vocari ait Niger. Idem aliis *Turciam Veterem* dici ſcribit, & hinc quos hodie Turcos vocamus, prodiiſſe exiſtimat: atque hos ipſos eſſe, quos Plin. & Mela Turcas appellant, & ad Mæotidem paludem ponunt.

Iaxertes, Scythiæ fluuius in Aſia, amnium ab Oriente in Caſpium influentium vel maximus: nam multos ſecum rapit, & immani vndarum copia extumeſcit: oritur in vltimis Sogdianorum finibus ex montibus, quos Sogdios Ptolemæus vocat. Alexander, militéſque eius Tanaim putauerunt, cùm ſit alius. Trans amnem Apollini Didymæo aras olim ſtatuit nominis gratia Dæmonis (aliàs Demodamas) Seleuci & Antiochi dux, citra verò Herculis, Bacchi Cyri, Semiramiſis, & Alexandri quondam erectæ aræ Pli. lib. 6. c. 16. Strab. lib. 2. Curtius lib. 6.

Iaxtes, fluuius quem eodem, cum ſuperiore tractu quidã locant, cuius meminit Claudianus.

Sic tibi Scythicus famuletur Iaxtes.

Iazabatæ, populi iuxta Mæotim, quos Epho-

ius Sauromatas vocat. Steph.

Iazer, vrbs Amorrhæorum, ſiue Moab, Iſa. 16. Num. 21 quam conſtruxerunt filij Gad. Num. 32. Ioſue 13. Lat. auxiliator, vel adiutor.

Iazel, filius Azmoth, 1. Para. 12. Lat. aſperſio, vel diſtillatio Dei.

Iaziel, nomen ſacerdotis, 1. Paral. 15. Lat. fortitudo Dei.

Iazyges, Metanaſtæ populi in Europa qui (Ptol. lib. 3.) ab Oriente habent Caciam, ab Occaſu & Auſtro Germaniæ partem à Septentrione Sarmatiam, vulgo *Tranſſyluaniæ*.

Iazis, nomen proprium viri, 1. Par. 27. Lat. Splendor, aut Syriacè, diſceſſio.

I B

Ibæi, qui Ibeni, populi Celticæ. Sunt etiam Ibeni Lidiæ, aliàs Iaonitæ dicti, Steph.

Ibellinum præſidium, à Fulcone Andegauenſium Comite, Hieroſolymorum rege, conditum, anno ſalutis 1132.

Ibernia, vide HYBERNIA.

Iberus, fluuius Hiſpaniæ nobiliſſimus, nauigabili commerciò duces, ortus in Cantabris haud procul oppido Iuliobrica, quadraginta millia paſſuum fluens, nauium per ducenta ſexaginta millia à Varia oppido capax: propter quem vniuerſam Hiſpaniam Græci appellauere Iberiam. Plin. lib. 3. cap. 3. fluit autem inter Pyrenæos & Idubedam montes, æquo ab vtroque diſiunctus ſpatio. Ebro hodie vocatur. Eſt & fluuiolus in Bætica, quem hodie *Rio Tinto & Azeche* vocant.

Iberi, qui & hodie Georgi nominantur, & Albani, ab Hiſpania oriundi, & Iberi dicti, populi Aſiæ iuxta mare Caſpium. Socrates libro 1. c. 16. hiſt. trip. de quibus hunc in modum ſcribit Ruff. lib. 10 cap. 10. hiſto. Eccleſ. per idem tempus inquit, Iberorum gens, quæ ſub axe Pontico iacet, verbi Dei fœdera, & fidem futuri ſuſceperat regni: ſed huius tanti boni præſtitit cauſam mulier quædam captiua quæ apud eos reperta, &c. quibus miraculis eiuſdem ſcilicet mulieris, tota illa gens ad Chriſtum eſt conuerſa, ibidem hanc prolixam, piámque ac ſanctam leges hiſtoriam.

Iberia primùm appellata fuit Hiſpaniæ regio, Ibero fluuio proxima, quam poſtea Celtæ Gallorum populi relictis ſedibus ſuis habitauere, vnde compoſito ex nomine gentis vtriuſque vocabulo. Celtiberi dicti ſunt. Poſtea tamen vniuerſa Hiſpania dicta eſt Iberia, & Hiſpani ipſi Iberi. Eſt & regio eiuſdem nominis, iuxta Pontum inter Colchos & Armeniam, Alazone fluuio ab Alanis diuiſa cuius incolæ Iberes dicuntur. Plin. lib. 6. capite 10. Hanc Ptolem. Caucaſum vocat. Strabo libro 11. quoque Albanos & Iberes, Caucaſios poſſe dici ſcribit. Tzetza Abaſgos, dicit enim Iberes, Abaſgos & Alanos vnum genus eſſe. Steph. videtur eos Ilaraugatas appellare. A Plinio & Mela Georgi nominantur, & hodie Georgiani dicuntur. Hanc Iberiam quondam Panam, à Pano huic regioni à Dionyſio præfecto, vocatam, poſtea à iunioribus Spaniam dictam ſcribit ex Soſthene, auctor de fluminibus & montibus, Plutarchus aliqui volunt dicere Hiſpanos, quos ex hac Iberia originem habere Claſſicorum ferè omnium ſcriptorum teſtimonio conſtat, ab hac Spania potiùs, quàm ab Hiſpalo, vt quam plurimi affirmant, nomen ſortitos. Neque enim ipſi ſuam regionem Hiſpaniam, ſed Eſpaniam patria lingua vocant, quaſi Spaniam. Arias Montanus hanc Iberiam Aſiaticam in Sacris literis ſub nomine Thubal deſcribi, atque hinc profectos Hiſpanos, qui Europæ vltimam partem verſus occidentem occupant, teſtatur, niſi quis cum vno Priſciano velit hos ab Hiſpania in Iberiam transmigratos ſomniare, atque in his Iberiam Spaniam dictam, non à Pano Paniam affirmare, videant hîc diligenter peritiores.

Ibi, Indiæ gentes, quas credunt ab Hercule originem habere, ibidémque ab eo relictas, cùm Aornum petram expugnare fruſtra tentaſſet, vt refert. Diodor. lib. 17. *Sybi* Oroſio ſunt lib 3. cap. 19.

Ibnalach, Saracenorum rex, Hiſpaniam obtinuit, anno ſalutis 777.

Iboreas, dux Longobardorum.

Ibycus, Rheginus poeta, quem maximè omnium amore flagrauiſſe, ex ipſius ſcriptis conſtare ſcribit Cic. Tuſc. quæſt. lib. 4. De quo multa & ſuauiſſima apud Eraſ. in Prouerb. Ibyci grues: à quo etiam genus metri dictum eſt Ibycum.

Ibylla, vrbs Tarteſſia: ciues Ibyllini, apud quos auri & argenti metalla ſunt. Steph.

Ibzan Bethlehemites, iudicauit Iſraelem annis VII. Iud. 12. hunc quidam Hebræorum putant eſſe Boas patrem Iſai, auum Dauidis. Lat. pater ſcuti, aut patris ſcutum, vel arma, ſiue pater frigiditatis.

I C

Icadius, prædo de cuius fato ſic ſcribit Cicero in libro de fato. Ne hercule Icadij quidē prædonis video fatum vllum, nihil enim ſcribit ei prædictum. Quid mirum igitur ex ſpelunca ſaxum in crura eius incidiſſe?

Icadiſtæ, cognominati ſunt Epicurei philoſophi, quòd τὰς εἰκάδας, hoc eſt, viceſimum quemque lunæ diem quo natus eſt Epicurus celebrarent, imagines eius per cubicula circumferentes. Athenæus lib. 7.

Icamia, filius Sellum, filij Siſamoi filij Flaſa. 1. Para. 2. Lat. reſurrectio Domini, aut confirmatio Domini, vel vindicans Dominus.

Icaria, inſula in Icario mari ab Icaro Dædali filio

filio dicta, quæ trecentorum ſtadiorum ambitum habet ... in ea ...anæ templum, Tauropolion appellatum, eſtq; inter Sardum & Siculum mare. Vide ICHTHYVSA, Icaros, Stephano & Ptolemæo dicitur: idem conteſtantur Plinius, Apollodorus & Athenæus pergamum vocārant, antequam Icarus in eam præcipitatus eſſet, ſcribit Camerarius in ſuis commentarijs Homericis. Maris etiā Ægæi eſt inſula, quæ hodie adhuc *Icaria* nomē retinet, vt Sophianus ait.

icaria, Steph. vicus in tribu Ægeide, ab Icario Erigones patriæ.

icarum, inſula ſinus Perſici, Euphratis oſtijs obiacens, deſcribitur a Strabone li. 16. & ab Arriano lib. 7.

icarium mare, pars maris Ægæi. Ptol. *Mardi Nicaria*, Caſtaldo.

icarius, Atticæ mons. Plin.

icarius, OEbali filius, pater Erigones, qui cùm à Libero patre vtrem vini accepiſſet, vt eius vſum mortalibus communicaret, in Atticum agrum ſeſe contulit, ibique paſtoribus, qui æſtu Solis ſitim contraxerant, vinum propinauit, qui cùm nouo potus genere delectati, largiùs hauſiſſent, altiſſimóque primùm ſomno, deinde & crapula correpti eſſent, toxicum ſibi datum rati, Icarium interfecerunt, occiſúmque in puteum proiecerunt. Aderat fortè Icario canicula nomine Mæra, quæ ad Erigonem reuerſa, veſtem ejus mordicus arripuit, illámque ſequentem ad patris cadauer perduxit: quæ tantùm ex patris nece dolorem concepit, vt mala multa ejus percuſſoribus imprecata, laqueo vitam finierit, Mæram quoque tam heri, quam filiæ herilis deſiderio ferunt contabuiſſe, Iouiſque miſeratione in cœlum tranſlatum, in Caniculæ ſtellam conuerſam eſſe, Icarium autem in Booten, Erigonem verò in Zodiaci ſignum, quam Virginem appellamus. Hyginus lib. 2. in Arctophylan, & li. 1. fab. 130.

icarus, patria Lacedæmonius, pater Penelopes. Hinc Penelope ipſa patronymico nomine Icaris appellatur.

icarta, Indiæ intra Gangem oppidum. Ptolem.

icarus, Aſiæ fluuius. Solin.

icarus Steph. inſulā vna Cycladum, quæ prius Macris vocabatur, & Daliche, & Ichthyoeſſa. Secunda, ciuitas quædam. Tertia, inſula iuxta mare rubrum. Gentile, & ciuis nomen Icarius.

Icaruſa, Sarmatiæ Aſiaticæ fluuius. Plin.

Icelos, vnus filiorum Somni, cui ab aſſimilando nomen factum, quo exprimit Ouidius Metam. 11. ſomniorum genus repræſentans animata, ſed rationis expertia. Hunc & Phobetora, i. terrefactorem appellat.

— *At alter*
Fit fera, fit volucris, fit longo tempore ſerpens
Hunc Icelon ſuperi mortali Phobetora vulgus
Nominat.

icarus, Dædali filius, qui vnà cum patre è Creta euolans, dum iuuenili audacia paterna ſpernens monita iuſto altius fertur, liquefacta ſolis calore cera, qua conglutinatæ erant pennæ, aliſque diſſolutis in mare decidit, quod à nomine eius Icarium deinde eſt appellatum, Ouid.

Icarus Icariis nomine fecit aquis.

icarus mons eſt in Attica regione. Plin. lib. 4.

icatalæ, Sarmatiæ Aſiaticæ populi. Plin.

iccius portus, Cæſari, Morinorum populorum in Gallia nauale. Strabo hodie *Calais*.

icelius, conditor Eraſiſtrateorum ſcholæ apud Smyrnam, Strabo li. 12. ſub finem. Lege Hicoſius.

iceni, populi ab Oſtorio Rom. duce ſubacti, qui fortè Itij portus accolæ fuerunt. Tacit.

Iceſia, Ptolemæo eſt inſula iuxta Siciliam, quæ Panaria vocatur Fazello. *Salinæ* Nigro. vide *Didyme*.

ichabod, filius Phinees filij Heli ſacerdotis, 1. Reg. 4. Lat. vbi gloria, aut væ gloriæ.

ichana, oppidum Siciliæ, obſeſſione Syracuſanorum nobile. Gentile, Ichanius. Steph.

ichnæ, vrbs Macedoniæ, Eratoſthenes Achnas vocat. Philetas diuerſam ab Achnis facit. Hinc Themis Ichnæa, quam perſequens Iupiter κατ' ἴχνος, i. ſecundùm veſtigia, apud Ichnæos deprehendit. Alia eſt ciuitas Ichne in oriente. Steph.

ichnuſa. Steph. dicta eſt inſula Sardinia quod ad ſimilitudinem veſtigij facta ſit. Eſt enim Græcis ἴχνος veſtigium, vide Sardinia.

ichobalus, Aſtartæ ſacerdos, Phelletem peremit, & regnauit apud Tyrum annis XXXII.

ichthyuſa, inſula, aliàs Icharos dicta, ſita ab exortu ſolſtitiali, Delo ad L. M. paſſuum propinqua. vide Icaria.

ichthoeſſa, inſula in mari Icario, vna Cycladū inter Samnium & Myconum ſita, quæ nominibus Icaros & Icaria dicitur. Plin. lib. 3 capite 12.

ichthyophagi, qui piſcibus viuunt, populi in Æthiopia interiori, qui magnum ſinum occidentalis Oceani tenent. Ptolem. libro quarto capite 9. Hieronymus contra Iouinianum. Super petras ſolis colore feruentes aſſant piſces & hos ſolo alimento victitant. Strabo libro 15. Ichthyophagorum regio magna ex parte arboribus caret, Raritas in ea aquarum, & domeſtici cibi maxima eſt. Veſcuntur piſcibus tum ipſi tum eorum pecora, & aquas fluuiales ac foſſiles potant, pecorum carnes piſcibus præbent

bent, domicila ex oſſibus cæterorum, & oſtreorum conchis magna ex parte faciunt. Nam trabium & fulcrorum vſum coſtæ præſtant, portas maxillæ: è vertebris fiunt mortaria, in quibus piſces ſubiguntur, ad ſolem aſſantur: poſtea ex his panem conficiunt, frumenti paululum admiſcentes. Nam & molas habent, quanquam ferrum non habeant, quod nequaquam mirandum eſt: id enim aliunde afferri non poteſt: concidunt eas, cùm attritæ ſunt lapidibus iis, quibus & ſagittas & miſſilia præuſta exacuunt. piſces partim in cuppis panarijs aſſant, partim (quod frequenter fit) crudos edunt. Capiunt eos retibus ex cortice palmarum factis. Locum, in quo alebant piſces, Ichthyotrophium appellabant, qui & piſcina & viuiarium Latinè dicitur.

Ichthys, Elidis eſt promontorium in Achaia apud Thucydidem.

Icium, Ptol. promontorium Galliæ Belgicæ è conſpectu Cantij Albionis promontorij.

Iconium, oppidum Ciliciæ, in quo Cicero ſe commoratum eſſe ſcribit. li. Epiſt. 5. Fortaſſe Piſidiæ, in Actis Apoſtolorum. Eſt etiam oppidum Cappadociæ optimè olim habitatum, fortunatiorem habens regionem. Vnde vocatur, *Cogne.* Alterum eſt in Aſia Pontica regione apud Trogetem lacum. Strabo.

Iconium celeberrima vrbs Lycaoniæ. De qua Plin. lib. 5. cap. 27. Strabo lib. 12. Volater. lib. 10. Geograph.

Icos, inſula vna Cycladum, Eubœæ proxima. Inſularis, Icius, Iciaeus. Steph.

Icoſium, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum, ab Herculis comitibus conditum. Hercule enim illac tranſeunte, viginti, qui à comitatu eius deſciuerant, locum diligunt, iaciunt mœnia: ac ne quis poſito à ſe nomine gloriaretur, de condentium numero, vrbi nomen datum. Solinus.

Ictæhus Tarentinus, nobilis palæſtrita, toto vitæ tempore Veneris expers fuit, vt arti accommodatior eſſet, tanta illi gloriæ libido. Ælianus de varia hiſtor. & Volat.

Icus. vide Icos.

Icutiel, ſiue Iecutiel, nomen viri, 2. Par. 4. Lat. Spes Dei, aut congregatio Dei.

I D

Ida, dæ, mons altiſſimus, qui ad Troadem ſpectat. Latus eius Septentrionale, ex anguſtiis Abydi vſque ad Elapum & Cyzicenum agrum, ad Propontidem pertinet. Occidentale ad Helleſpontum reſpicit. Auſtrale promontorium facit, quod Lectum appellatur. Orientalia Idæ ad Myſos declinant, abundátque mons aquis, ad multa flumina ex eo deſcendunt, parua quidem, cùm mox à mari abſorbeantur: celeberrimâ verò propter ea quæ geſta ſunt apud Ilium. In hoc quoque monte Paris ſententiam tulit pro Venere, de pomo aureo apud Palladem & Iunonem. Homerus libro octauo Iliados ferarum parentem eſſe dixit, in huius ſummitate locus fuit, Gargarus appellatus: eſt etiam Ptolemæo teſte, Cretæ inſulæ mons. Idæus mons Plin. dicitur, hodie Petro Belonio *Pſiloriti* vocatur.

Ida, Dardani Scytharũ regis filia. Hinc Idæus, dæa, dæum, nomen ab Ida deductum.

idaia, i. manus vel confeſſio Domini, pater Allon patris Stephai. 1. Par. 4.

idai, nomen viri, Nehem. 6. & 11. Zach. 6. Lat. Scientia Domini.

idæa, eadem quæ Creta, item Troia, regio Aſiæ, olim dicta eſt. Steph.

idæi, Dactyli, filij Mineruæ & Solis, vel (vt alij volunt) Saturni & Alciopes, dicuntur aliàs Corybantes. Ferrum ij primùm adinuenerunt, Herod. lib. 7. Sunt etiam gemmæ quæ ferreo colore humanum pollicem exprimunt. *Plin. lib.* 37. cap. 10.

idæus, Rhodius verſificator ſcripſit Rhodiorum res geſtas verſibus ter mille. Suid.

idæus ſinus, quem alij teſte Strabone, Attamyttenum vocant, pars maris Ægæi eſt inter Myſiam Aſiæ minoris & Leſbum inſulam.

idale, oppidum in Troade. Plinius, & Luc. libro tertio.

idalium, vide Idalus.

idalus, mons Cypri, olim Veneri ſacer, vnde eſt Idalia dicta, ad cuius radices ſitum eſt Idalium, Cypri oppidum, quod ab euentu nomen accepit. Nam cùm oraculum Chalcenori datum eſſet, vt illic vrbem conderet, vbi primùm orientem Solem conſpicaretur, vnus è comitibus, qui fortè aſtabat, ad eum conuerſus, ἴδεν ἅλιον, inquit, id eſt, vide Solem. Quo audito, Chalcenor arripuit omen ciuitatémque ibi ſtatuit, & ab ea vocauit. Stephan. Hinc Idalius, a, um, ἰδάλιος, in eo Venus præcipuè colebatur.

idanthyrſus, Scytharum rex, bello res magnas geſſit, bonam partem Aſiæ ſubiugauit, vſque in Ægyptum excurrit. Strab. li. 14.

idas, Apharei filius nomine, re autem ipſa Neptuni, qui acceptis à patre velociſſimis equis, Marpeſſam filiam formoſiſſimam Eueni regis Ætoliæ, Martis filij, in Dianæ loco ſaltantem rapuit. Ob quam rem eius pater (qui nulli procorum filiam ſuam nuptum dare voluerat, niſi certamine curſus fuiſſet victus: à ſe autem victos decollare, eorumque capita in aliorum terrorem de muris ædium ſuarum ſuſpendere ſolebat) dolore commotus, interemptis, quos habebat, equis, ſe in fluuium Lycormam, qui poſtea ab ipſo Euenus dictus eſt, præcipitauit. Cæterum fugienti cum *puella, Idæ*, A-

dæ, Apollo in itinere obuius factus eſt, qui cùm Marpeſſam & ipſe præripere Idæ vellet, ventum vtrinque ad certamen eſt. Sed à Ioue miſſus Mercurius arbitrium Marpeſſæ commiſit, vt ipſa vtrum vellet, eligeret: illa autem Idam elegit, verita ne ſeſe ætate prouectam Apollo relinqueret. Homer. li. 9. Iliad. vide Marpeſſa.

idaſpes, vide Hydaſpes.

ida, vide Hyda. Eſt & nomen viri quem Troianorum præconem dixit Homer.

ideſſa, vrbs in confinio Colchidis & Iberiæ, quæ olim *Phryxium* vocabatur, auctore Strabone.

idetes, populi Iberici. Steph.

idicus, poſſeſſiuum ab Ida monte, Plin. li. 16.

idida, mater Ioſiæ, 4. Reg. 22. Lat. dilecta, vel amabilis, aut poteſtas, manus eius.

idithon, pater Galal. 1. Paral 9. Pſal. 38. Lat. lex eius vel legalis, ſiue laudem, vel confeſſionem dans.

idmon, vates inter Argonautas, Apollinis, & Aſteriæ filius: ex Idmone autem & Teſtia, Teſtor è Teſtore Calchas item vates, vt placet Pherecydi. Apollonius autem poeta Idmonem Abantis filium eſſe dicit, & item Herodotus.

idomene, vrbs Macedoniæ. Stephanus: apud quem alibi Idomenæ ſcribitur. Gentile, Idomenius.

idomeneus, Deucalionis filius, nepos Minois, rex Cretenſium populos ſuos ad Troiam duxit, & cùm poſt euerſam Troiam reuerteretur, in tempeſtate deuouit diis ſacrificaturum ſe rem, quæ ei prim ùm occurriſſet. Contigit, vt ei filius primus occurreret: quem cùm, vt alij dicunt, immolaſſet, vel, vt alij, immolare voluiſſet, à ciuibus pulſus regno. Salentinum Calabriæ promontorium tenuit, iuxta quod condidit ciuitatem. Virg. 3. Æneid.

idothea, Probei ſenis marini filia, cuius monitu Menelaus Proteum cutina allegauit, vt ſibi ab illo diceretur quando domum repetere poſſet. Homerus Odyſſ. 8. Hyginus fab. 118.

idothea, Oceani filia, vel vt alij volunt, Meliſſi Iouis nutrix. Hyginus fab. 182.

idrias, vrbs Cariæ, quæ priùs Chryſaoris dicebatur, ab Idrieo filio Caris: Gentile, Idrienſis: fœmininum, Idrias Stephanus. Vide Hecateſiam.

idrieus, filius Euromi Ceris. Steph.

idubeda. Prol mons Hiſpaniæ eſt: hunc hodie ſaltum Aucenſem ab Auca vrbe antiquiſſima, cuius veſtigia cum nomine adhuc viſuntur, nominari ſcribit Nebriſſenſis. Oliuarius dicit eum à Pyrenæis ad Portugalliam promitti.

idumea, Lat. ruffa, vel terrena, aut ſanguinea: regio Syriæ, ſic dicta ab Edom filio Eſau. Iſa. 1. 2 Reg. octauo. Heb. Edom. vide Edom.

idumania, Ptolem. Albionis inſulæ amnis in tractu Orientali. *Hierus* nunc dicitur.

idumæi, populi inter Iudæam & Arabiam ſiti, ad Occaſum Caſio monti proximi, è Nabatheis orti. Strab. li. 6. qui orta domi ſeditione relicti ſedibus ſuis, extrema Iudææ occuparunt. Horum regio Idumæa dicitur, ab Idume oppido. Hinc fit Idumæus, a, um.

idya, dicta eſt à Cicer. mater Medeæ, quam Ouidius Ipſeam vocat.

idyma, vrbs Cariæ, vbi Idymus fluuius eſt. Steph.

idyrus, vrbs & fluuius Pamphiliæ. Steph.

I E

Ieabarim, 38. Iſraelitarum manſio in Moabitarum finibus. Nu. 21. & 33. Lat. acerui tranſeuntium, aut iraſcentium, vel prægnantium, aut aceruí frumenti.

iebahar, filius Dauid. 2. Reg. 5. 1. Par. 3. & 14. Lat. electio ſiue electus Dei.

iebanias, pater Rahuel, 1. Par. 9. Lat. ædificatio ſiue filiatio vel intellectus Domini.

ieblaam, nomen vrbis in tribu Manaſſe. Ioſ. 17. Iud 14 Reg. 9. Lat. inueteratio populi, vel defluens populus, aut germinatio populi, ſiue degluriens eos.

iebnael, nomen ciuitatis, terminus tribus Nephthali. Ioſ. 19. Lat. ædificatio vel intellectus Dei.

iebneel, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15. Dicitur alias Iamnetorum portus. Lat. idem quod Iebnael.

ieboc, nomen torrentis. Num. 2. Deut. 2. Ioſ. 12. Dicitur & Iaboc, Gen. 32. Lat. euacuatio, vel diſſipatio aut lucta.

iebſem, filius Thola filij Iſſachar filij Iacob. 1. Paral. 7. Lat. Aromatizatio, vel ſiccitas eorum, aut confuſio vel erubeſcentia eorum.

iebus, ciuitas metropolis, quæ poſtea Salem, tertio Hieroſolyma dicta eſt. A rebus dicti ſunt Iebuſæi, de quibus Hieronymus ad Dardanum. Lat. conculcatio, aut volutatio, vel præſepium.

iebuſæus, filius Chanaan. Gene. 2. 10. Reg. 4. à quo primùm Ieruſalem Iebus & Ieroſolymitæ, Iebuſæi vocati ſunt. Lat. conculcatus & conculcati, &c.

iecemia, filius Ieconiæ filij Ioacim. 1. Para. 3. Lat. reſurrectio ſiue confirmatio aut vindicta Domini.

iechelia, mater Azariæ regis Iuda. 4 Reg 15. Lat. commutatio vel poteſtas Domini.

iechonias, filius Ioacim filij Ioſiæ, 1. Par. 3. rex Iuda. Eſth. 2. qui Iere. 22. & 37. Hebraicè dicitur Chonias, Lat. confirmatio vel firmitas Domini.

iecmaan, ciuitas in tribu Ephraim. 3. Reg. 4. 1 1. Par. 9. item filius Hebron, 1. Par. 22. Lat. reſurrectio vel confirmatio vel vindicta populi.

Iecnam, nomen ciuitatis in tribu Zabulon, Ioſ.11.quæ Ioſ.19 dicitur Ieconam.Lat.poſſeſſio, ſiue emptio,aut nidificatio populi.
ieconam,eadem ciuitas in tribu Zabulon. Ioſ. 19,quæ Ioſ.21. dicitur Iecnam.
iecſan,filius Abrahæ ex Cetura, Gen.25. Lat. durities,ſiue ſcandalum,aut Syriacè,colliſio.
iectan,filius Heber, Gen.10.Lat. paruulus aut tædium ſiue contentio.
iecthel, nomen ciuitatis tribus Iudæ. Ioſ.15. 4.Reg.14 Lat.congregatio Dei.
iedaia, nomen ſacerdotis,1.Paral.9.& 24.Lat. ſcientia, vel cognitio Domini.
iedaia, filius Haromaph.2.Eſd.3. Lat. manus, ſiue confeſſio Domini.
iedala, ciuitas in tribu Zabulon, Ioſ.19. Lat. manus iuramenti aut maledictionis.
ieddo,filius Buz 2.Par.5. Lat. ſolus ipſe, vel vnus ipſe,aut lætitia vel acumen eius.
ieddoa, nomen viri, 2.Eſd.12. Lat. ſcitus vel cognitus.
ieddu, nomen viri, 1.Eſd.10. Lat. manus ſiue confeſſio eius.
ieddua, nomen viri,1.Eſd.10. idem quod Ieddoa.
iedebos, filius Etam, 1.Par.4. Lat. mellifluus, aut manus confuſionis vel erubeſcentiæ.
iediel, nomen principis, 1.Para.5. Lat. vnitas ſiue lætitia aut acumen,vel renouatio Dei.
iedihel, filius Samri, 1.Par.11. Princeps militum, 1.Par.12.Lat.ſcientia,vel cognitio Dei.
iedlaph,filius Nachor ex Melcha. Ge. 22 Lat. diſtillatio,vel ſtillicidium aut manus iuncta.
iegaal, filius Semeiæ filij Secheniæ, 1.Para.1. Lat.redemptor,vel redemptus, ſiue inquinatus.
iegbaa, ciuitas, Num.32. quam ædificauerunt filij Gad.Iud.8. Lat.exultatio ſiue altitudo.
iegedelia,pater Hanan,Ierem.35.Lat.Magnitudo Domini.
iehedeia,nomen viri,1.Para.24.Lat.vnus Dominus, aut lætitia, ſiue acumen vel renouatio Domini.
ieheli,nomen viri,1.Para.26.Lat viuit Deus.
ieheth,nomen viri,1.Par.23.Lat.cōfractus vel formidans,aut ſtupens,vel Syriacè,deſcendens.
iezehiel, nomen viri, 1.Paral.12. Lat. videns Deum,vel viſio Dei.
iehias, Sacerdos quidam. Par.15. Lat. viuit Dominus.
iehiel, nomen ſcribæ.2.Paral.62.nomen cantoris, 1.Par.9.11.15.& 16. 2.Paral.35. 1.Eſd.8 & 10. nomen principis, 1.Para.5.Lat.abſtulit Deus aut coaceruans Deus.
iehieli nomen viri,1.Para.26.Lat.viuit Deus.
iehoiachim, xx. rex Iudæorum menſe tertio ſui regni à Pharaone Nechao captus, ductúſque in Ægyptum,vide Ioacim.
iehoachas,vide Ioachas.
iehoſada,vide Ioiada.
iehoiakin, vide Ioachin.
iehoiarib. Vide Ioiarib.
iehora. vide Iora.
iehoram, vide Ioram.
iehoſaphat. vide Ioſaphat.
iehoſua, vide Ioſue.
iehu, x. rex Iſraelitarum, ab Heliſeo vnctus, omnem domum Achab deleuit. Ioram interemit. Iezabel è domo præcipitauit, ſacerdotes Baal occidit, Idoli templum ſuccendit. 4.Reg.9. Ioſeph.li.5.c.6. Lat.ipſe exiſtens.
iehuel, filius Zara. 1.Par.9. Lat. abſtulit Deus aut coaceruans Deus.
iehus.filius Eſau ex Oolibama Gen.36. Filius Balan filij Iadihel filij Benjamin, 1.Paral.3. Secundus filius Eſec,1.Para.8. Lat.Tinea corroſus, aut compreſſus,vel congregatus.
iehus, filius Saharaim, ex Hodes vxore ſua, 1.Para.8.Lat.conſilians vel ligneus aut fixus.
ielleia, vrbs eſt Straboni, inter Genuam & Placentiam. *Stradella* Mario Nigro eſt.
iemai, filius Thola filij Iſſachar filij Iacob, 1. Par.7. Lat. calefaciens aut calidus.
iemini, pater Aphia,1.Reg.9.& 22. 2.Reg.17. Pater Chuſi. Pſal.7. Lat.dextra vel dexter.
iemla,pater Michææ prophetæ,3.Reg 22.Lat. repletio, aut circumciſio.
iemlech, nomen principis cuiuſdam, 1.Par.4. Lat.repugnans,aut Syriacè conſulens.
iemna, filius Aſer filij Iacob. Geneſ.46. Pater Core. 1.Par.7.2.Par.31. Lat. Dextra, aut numerans,ſiue præparans,vel Syriacè,conſtituens.
iemna.filius Helem, 1.Par.7 Lat. Prohibitio, aut impedimentum,ſiue mare commotum.
iena, Thuringiæ vrbs, ima iacens valle muris & turribus firma, ponte lapideo vtramque Salæ ripam coniungens, circumcirca apricis montibus atque vineis cingitur. Schola etiam triuiali inſignis.
ienyſus, oppidum in ora Syriæ tridui itinere à Caſio monte diſtans. Herod li.3.
iephdaia, filius Seſac, 1.Par.8.Lat.redemptio Domini.
iephlat, filius Heber filij Bariæ filij Aſer, filij Iacob, 1.Para.7.Lat. liberatus,aut expulſus.
iephleti, terminus filiorum Ioſeph. Ioſ.6. idem.
iephone.pater Caleb. Num.13.Lat.aſpiciens, ſiue intuens.
iephone filius Iether, 1.Par.7. Idem.
iephta, ciuitas quæ in ſortem tribui Iudæ ceſſit Ioſ.15. Lat.aperiens.
iephtahel, nomen vallis, terminus tribus Zabulonis, Ioſ 19. Lat.aperiens Deus.
iephte, xii. dux Hebræorum, vir militaris, fi-

liee

Digitized by Google

lios Iſrael de poteſtate Philiſtæorum liberauit, quibus annos XVIII. propter idololatriæ peccatum ſeruierant. Iudic.11. Ioſeph. lib.5.cap.95. Lat. aperiens.

ieraa, ſeruus Ægyptius Seſan filij Ieſi filij Aphaim. 1. Para. 2. Lat. luna aut menſis, ſiue adoratio.

ierabrica, Antonio Hiſpaniæ vrbs inter Olyſipponem & Scalabim. nonnulli *Gerabrica* legũt.

ierameel, filius Eſrom filij Phares, 1. Par. 2. Eſt & regio vltra Iudæam & Arabiam, 1. Reg. 27. Lat. miſericordia vel dilectio Dei.

iercaam, ciuitas eſt, quę ſorte miſſa, tribui Dan obtigit ſecundum commentatorem Hebræorum, 1. Paral. 2. Lat. extenſio eorum vel viriditas aut ſputum ſiue euacuatio populi.

iercon, ciuitas in tribu Dan. Ioſ. 19. idem.

ieremia, ſiue Ieremias, nomen principis, 1. Par. 5. Eſt & nomen prophetæ filij Helchiæ. Ierem. 1. Lat. celſitudo Domini, aut exaltans Dominum.

ieremiel, filius Amelech. Ier. 31. Lat. miſericordia aut dilectio Dei.

ieria, filius Selemiæ filij Hananiæ. Ierem. 37. Lat. Timor vel viſio aut proiectio Domini.

ierian, filius Hebron, 1. Par. 23. idem.

ieribai, filius Elnaem, 1. Par. 11. Lat. pugnans, vel obiurgans ſiue multiplicans.

iericho, ciuitas opulentiſſima in Benjamin tribu, ab Ieroſolymis CL. & ab Iordane LX. diſtans ſtadiis, Num. 22. Ioſue 2. quam ædificauit Hiel de Bethel. 3. Reg. 16. Matth. 20. Lucæ 18. & 19. Nobilis palmetis & balſami viridariis. Vnde etiam Ciuitas palmarum appellatur, Deut. 34. Gentile, Ierichontinus. Cuius muri tubarum clangore coram Iſraelitis, diuino nomine funditus corruerunt, & aſcendit vnuſquiſque per locum, qui contra ſe erat. Ceperúntque ciuitatem, & interfecerunt omnia quæ erant in ea, à viro vſque ad mulierem: ab Infante vſque ad ſenem: boues quoque, & oues, & aſinos in ore gladij percuſſerunt. Ioſ. c. 6. Lat. Luna vel menſis, aut odor eius.

ieriel, filius Thou, filij Iſſachar, filij Iacob 1. Paralip. 7. Lat. timor aut viſio, vel proiectio Dei.

ierimoth, filius Bela, filij Benjamin, filij Iacob, 1. Para. 7. Filius item Beciæ, 1. Paral. 8. 2. Paral. 31. Eſt & nomen ciuitatis in tribu Iuda, cuius rex dicebatur Pharan, Ioſ. 10. & 15. in tribu item Iſſachar, datæ Leuitis, quæ Iaramoth dicitur, Ioſ. 21. Lat. Altitudines, ſiue timens mortem, aut videns mortem, ſiue proiectio mortis.

ierimuth, nomen viri, Par. 12. idem.

ierioth, filius Caleb ex Azuba vxore, 1. Paral. 2. Lat. cortinæ ſiue lenteamina, aut vlulationes, ſiue confractiones.

iermai, nomen viri, 1. Eſd. 10. Lat. altitudo mea, vel projiciens aquas.

ierna, Hiſpaniæ fluuius, Melæ lib. 3. Strab. lib. 3. Iernam his locis commemorat montem: à quo Iernam amnem potuiſſe vocari veriſimile eſt.

ierne, inſula in vltima plaga occidentali: inde Ierneus. Steph.

ierobaal, nomen iudicis in Iſrael, qui & Gedeon dicebatur. Iudic. 9. 1. Reg. 12. Lat. vlciſcatur vel tueatur ſe Baal.

ierobeſeth, nomen viri, 2. Reg. 11. Lat. impugnans confeſſionem vel ignominiam vel idolum.

ieroboam, filius Ioas, filij Ioachaz regis Iſrael, 4. Reg. 14. Fuit item alius eiuſdem & nominis & regni rex impius, 3. Reg. 11. Lat. impugnans vel obiurgans vel multiplicans populum.

ieroham, filius Eleana, filij Caath, 1. Par. 6. 22. 17. Filius Phaſor, 1. Paral. 9. Filius Eliu, filij Thau. 1. Reg. 1. 2. Paral. 3. miſericors aut dilectus.

ieron, ciuitas in tribu Nephthali, Ioſ. 19. Lat. timor vel viſio, aut projiciens dolorem vel fortitudinem.

ieroſolyma, vide Ieruſalem.

ierſia, filius Ieroham, 1. Paral. 8. Lat. lectulus vel ſtratum Domini, aut abſtulit paupertatem Dominus.

ieruſa, mater Ioathan, filia Sadoc, 2. Paral. 29. Lat. hæreditas, vel exilium.

ieruſalem, Iudææ metropolis à Melchiſedecho, teſte Ioſepho, condita: aliàs Salem, item & Iebus à Iebuſæo Chananæi filio, Ioſ. 18. poſtremò Ælia (vt Volat. l. 11. ait) ab Ælio Hadriano dictatis enim imperator partem eius extruxit: montem Caluarium, Chriſti ſepulchrum & Golgotha, loca extra mœnia ante ſita, muro cinxit. Porrò hæc olim vrbs bifariam diuiſa eſt, in ſuperiorem ſcilicet & inferiorem. Superior in vertice Sionis, vnà cum templo in eiuſdem montis latere ſita erat, quæ à conditore interdum ciuitas Dauid nominabatur. Templo autem adhærebat inferior ciuitatis pars, 1. Par. 3. Lat. viſio pacis.

ies, ietis, ciuitas Achaiæ, in promontorio eiuſdem nominis, iuxta quod Alpheus amnis præterfluens, ſex millibus paſſuum nauigatur. Tortelius.

ieſaar, filius Caath, filij Gerſon. Num. 3. Lat. claritas, ſiue oleum aut meridies.

ieſaia, vide Iſaias.

ieſamari, filius Elphaal, Par. 8. Lat. cuſtos, vel cuſtodia.

ieſana, nomen ciuitatis, 2. Par. 13. Lat. dormiens, aut antiqua, ſiue mutatio.

ieſba, filius Ezra, 1.Par.4. Lat. laus, ſiue tranquillitas.

iſbaam, filius Hachamoni, 1.Par.11.& 12. Lat. ſedens populus, aut conuerſio ſiue inſufflatio, vel captiuitas populi.

ieſbacaſſa, nomen viri, 1.Par.25 Lat. eſt requirens vel deprecans, aut ſeſſio dura, vel inſufflatio, ſiue conuerſio dura.

ieſbi-benob, Gigas quidam, de quo 2 Reg 21. Lat. ſedens in prophetia, vel locutione, vel in germinatione, aut conuerſio, ſiue inſufflatio in prophetia vel in locutione, ſiue in germinatione: aut captiuans in prophetia, vel in locutione ſiue in germinatione.

ieſboam, nomen principis, 1.Par.27 Lat conuerſio ſiue ſeſſio aut inſufflatio aut captiuitas populi.

ieſboc, filius Abrahæ ex Cetura, Gen. 35. Lat. eſt vacuus vel euacuatus, aut Syriacè derelictus vel derelinquens.

ieſcha, filia Aran filij Thare, quæ & Sarai dicebatur. Gen. 11. Lat. vngens ſiue cooperiẽs, aut protegens, vel obumbrans, aut Syriacè ſpeculans.

ieſeias, filius Phaltiæ filij Ananiæ filij Zorobabel, 1.Par 3 Lat. ſalus Domini.

ieſema, filius Etam, 1. Par.4. Lat. appoſitus, vel minatus, aut admiratio, ſiue deſolatio.

ieſer, filius Nephthali. Gen.46 1.Paral 7. Lat. figmentum ſiue pſalmatio, aut tribulatio, vul anguſtians.

ieſeſi, filius Ieddo, 1. Par. 5. Lat. Antiquus, ſiue ſexagenarius aut exultans, vel eſt munus.

ieſi, filius Appheim filij Nadab filij Semei, filij Onam, 1.Para.2. & 4 Pater Phaltiæ. 1.Par.4.5.12. 23. Lat. ſalus, aut reſpiciens.

ieſia, filius Izrahia filij Ozi filij Thola, 1. Par. 7.24 Lat. eſt Dominus.

ieſiel, filius Nephthali, Num. 29. Lat. diuidens vel dimidians Deus, aut feſtinatio Dei

ieſimon nomen loci, 1. Reg. 2 Lat. deſolatio, aut ſolitudo.

ieſmachias, nomen viri, 2 Par.31. Lat. iunctus Domino.

ieſmaias, nomen viri, 1. Par. 27. Lat. audiens Dominum vel obediens Domino.

ieſpha, filius Beriæ, 1.Par.8. Lat. Iaſpis, aut eſt hic vel labium, ſiue conterens.

ieſphan filius Seſac, 1. Par.8. Lat. abſconditus, ſiue confractus, aut cuniculus.

ieſrael, ciuitas tribus Iudæ creditur, nunc *Zerecin*, vt ait Poſtellus.

ieſraelita eſt, Iſraelitæ, Lat. præualens, ſiue dominans cum Deo, vt 2. Reg 17 fuitque Micha filius cuiuſdam viri nomine Iethra Iſraeli, h. e. Iſraelitæ.

ieſſe, pater Dauid. Iſa. 11. qui Iſai dicitur. Lat. ens, ſiue exiſtens, aut munus vel oblatio.

ieſſui, filius Aſer, filij Iacob. Gen.46.1.Par.7. filius Saul. 1. Reg. 14. Lat. planus ſiue æqualis, aut ponens, ſiue poſitus.

ieſua, nomen viri, 1.Par.24 Lat. Seruator.

ieſua filius Aſer filij Iacob. Gen. 46.1. Paralipomen.7. Lat. planities, ſiue æqualis, aut ponens, vel poſitus.

ieſuati, Monachi qui Senis Italiæ ciuitate initium ſumpſerunt. Colligebantur enim ab initio domeſticatim viri amicti habitu ſimplici, ſibi victum labore & opera quærentes. Hos Vrbanus ſummus Pontifex (quia iam ſuſpecti quòd aliqua ſuperſtitione malefica eſſent imbuti) ad ſe Romam vocatos de ceremoniis & vitæ inſtituto interrogauit, cognouitque totam rem, & probauit, denique, vt alba vterentur tunica ac tegumento capitis albo, cum lacinia quadrata à ceruice ad humeros deiecta. Cinguntur ad hæc ſcortæa zona: nudos alioqui pedes ligneo ſocculo in inferiore parte muniunt. Datum inde eſt, vt canuſinum pallium tunicæ ſuperiectum ferrent, Apoſtolici in principio clerici nuncupati ſunt: ſacris non initiantur, tantùm orationi vacant. Et Ieſuati ab eo dicti ſunt, quòd Ieſu nomen frequens ſit in illorum ore. Fuit huius inſtituti auctor Iohannes Columbinus. Is fuit ciuis Senenſis vir idiota, mercaturæ tantùm & auaritiæ ſtudiis deditus. Filios, & vxorem habuit admodum religioſam: cuius verbis & caſtigatione paulatim & ipſe factus religioſior, caſtitatem cum ea perpetuam vouit, viliore ſumpto habitu: facultates egentibus diſtribuere cœpit, & cæt. Polyd. Virg. lib.7.cap.4.

ieſue, nomen viri, Hebraicè Ieſia 1. Eſdr.c.10. Lat. ſeruator.

ieſus, Hebræum nomen, quod apud nos Seruator dicitur, quod conuenit regibus & ducibus, qui ſalutem ſequentibus ſe populis darent. Hoc autem nomen datum eſt Chriſto qui cunctis ſalutifer venit.

ieſu ſtatim nato, Romæ Tranſtyberina regione oleum è terra erupit, pérque integrum diem, perpetuo manauit flumio, vt Euſebius ſcribit, Item Oroſius tradit, Auguſtum Cæſarem eodem die edicto vetuiſſe, ſe dominum appellari, manifeſto præſagio maioris dominatus, qui tum in terris ortus eſſet. Fuit hic annus, in quem ille ſacratiſſimus incidit partus, *alter* à quadrageſimo Auguſti principis, mundanæ verò originis nonageſimus nonus ſupra centeſimum & quinquies milleſimum: Ieſum autem Saluatorem Ioſephus natione ac religione Iudæus his extollit laudibus. Fuit vero, ait iiſdem temporibus Ieſus, vir ſapiens, ſi tamen virum eum nominare fas eſt. Erat enim mirabilium effector operum atque eorum doctor, quo libenter, quæ ventura ſunt, audiunt, & *multis*

quiſ

quidem Iudæorum [illegible] multos etiam [illegible] ſibi adiunxit. [illegible] Chriſtus hic [illegible] ne primorum noſtræ gentis, cùm [illegible] accuſatio- [illegible] cem agendum eſſe decreuiſſet: non deſeruerunt eum, qui ab initio dilexerunt ipſum. Apparuit enim his iterum viuus, ſecundum quod diuinitus inſpirati prophetæ vel hæc, vel alia de eo futura prædixerunt. Sed & in hodiernum diem, Chriſtianorum, qui ab ipſo dicti ſunt: & nomen perſeuerat, & genus, & cæt. Baptizatus autem fuit Ieſus die 6. Ianuarij feſto nimirum Epiphaniæ.

ieſus, ſacerdotis nomen filij Ioſedech. Zach. 13. & 9. Lat. Dominus Seruator, vel Domini Salus.

ieſus, qui & Iaſon, Oniæ frater ſummus ſacerdos. Huic Antiochus ſacerdotium abſtulit, & conceſſit Oniæ: qui & Menelaus.

ieſus, Sabetis filius ſummus ſacerdos.

ieſus Naue, qui & Ioſue vocatur, Iſraelitarum poſt Moſem dux ſapientiſſimus. Item Ieſus, Sirach filius: qui Eccleſiaſticum librum ſcripſit. Comeſt. in præfat. libri Ioſue.

ieta, ciuitas quæ Leuitis è tribu Iuda vel Simeonis eſt data: Ioſue. 21. Eadem videtur eſſe quæ Iota dicitur. Ioſ. 15. licet plerique diuerſè ſentiant, aſſerentes hanc aliàs Ietan dici, illam, Iota nempe aliàs Loche. Lat. declinans, vel deuertens.

ietæ caſtellum Siciliæ: Gentile, Iethæus Stephan. Alij Ietas ſcribunt & vrbem eſſe volunt, quam Silius lib. 14 Celſam cognominat. incolæ Ietenſes apud Plin.

ietebatha, nomen loci, in quo caſtrametati ſunt filij Iſrael profecti de Gadgad monte. Num. 3. Lat. Bonitas ſua ſiue declinans filia eius aut declinans deſertum.

ieterus, Mœſię fluuius ex Rhodope profluens, Plin. lib. 4. c. 26.

ieth, filius Gerſom, filij Leui. 1. Paral. 6. Hebr. Iabar. Lat. confringens, vel formidans aut ſtupens, vel Syriacè, deſcendens.

iethela, nomen ciuitatis in tribu Dan. Ioſ. 10.

iether, ciuitas de tribu Iuda, Leuitis data, Ioſue 15. & 21. Primogenitus Gedeonis. Iudic. 8. filius Ezra, 1. Paral. 4. & 6. Lat. excellens ſiue reſiduus, ſiue remanens, vel explorans, aut funiculus.

iether, nomen ciuitatis. 1. Reg. 2. Nomen item viri. 1. Para. 7. Filius idem Iada filij Onam filij Ierameel 1. Para. 2.

ietheth, ciuitas Idumæorum Gen. 36. 1. Paral. 1. Lat. Donans.

iethma, vir Moabites, 1. Paral. 11. Lat. Orphanus, ſiue admiratio, aut conſummatio, ſiue perfectio.

iethnan, ciuitas tribus Iudæ, Ioſ. 15. Lat. merces, ſiue donum: aut Syriacè, ſuffumigans.

iethra, pater Amaſa, filij Abigail ſororis Dauid 2. Reg. 17. & Iſraelites erat in 1. Par. 1. 2. dicitur Iether Iſmaëlites. Lat. excellens, ſiue reſi- [illegible] remanens aut explorans vel funiculus.

iethraham, [illegible] Dauid ex Egla 2. Reg. 3. 1. Pa- [illegible] vel funic[illegible] excellentia aut reſiduus aut exploratio

[illegible] filius Supha, filij Helem. 1. Par. 1. Filius item Diſon [illegible] Horrei, Gen. 36 idem ſignificat quod Iethra.

iethræus, filius Sobal filij Hur primogeniti Caleb. 1. Para. 2. & 11. idem ſign. quod Iethra.

iethro, ſocer Moſis, Exodi 3. qui Exodi 2. dicitur Raguel idem ſignifi. quod Iethra.

iethſon, nomen ciuitatis Ioſuæ 21. Hebr. Kedemoth.

ietur, filius Iſmaëlis, Gen. 25. 1. Paral. 1. Lat. cuſtodiens, aut ſeries.

ieus, filius Roboam ex Abihal 2. Paral. 11.

ieſabad, vir Gaderothites, 1. Par. 12. Lat. dotatus.

iezabel, filia regis Sidoniorum, vxor regis Achab. 3. Reg. 10. Lat. inſula habitaculi, vel ſterquilinij, vel, væ habitaculo, aut ſterquilinio

iezatha, filius Aman filij Amadath: Eſther 9.

iezer, filius Galaad filij Machir filij Manaſſe, Num. 26. qui Ioſ. 17. dicitur Abiezer. Lat. inſula adiutorij vel atrij, aut, væ adiutorio ſiue atrio.

iezer, nomen ciuitatis Amorrhæorum, quæ Leuitis & homicidis pro aſylo è tribu Gad eſt attributa. Eadem quæ & Iazer dicitur. 1. Paral. 6. Lat. auxiliator ſiue adiutor.

iezia nomen viri, 1. Eſd. 10. Lat. diſtillatio, vel aſperſio Domini.

iezlia, filius Elphaal. 1. Par. 8. Lat. diſtillatio vel aſperſio laborioſa.

iezonias filius Maachati. 4. Reg. 25. Lat. Auſcultatio, aut ſtera vel arma Domini.

iezra, filius Moſollam, 1. Paral. 9. Lat. porcinus, aut Syriacè conuerſus.

iezraia, nomen viri 2. Eſd. 12. Lat. Oriens Dominus aut claritas Domini.

iezrahel, ciuitas tribus Iudæ. Ioſ. 15. 17. 19. Iudic. 6. 1. Reg. 25. Filius item Oſeæ ex Gomer vxore. Oſeæ 1. Lat. Semen Dei aut diſtillans contritionem vel malum Deus, ſiue diſtillatio amicitiæ Dei, vel aſperſio paſtoris Dei.

igaal, filius Natham de Soba. 5. Reg. 23. Lat. Redemptus, ſiue coinquinatus.

igal, filius Ioſeph, Num. 13. idem ſignificat quod Igaal.

igædita, Luſitaniæ vrbs olim fuit, vt inquit Valæus: qui addit hodie vicum obſcurum eſſe nomine *Edania*. Varrerius dicit vulgò *Idanhæ* dici.

iginium, Pompon. eſt maris Tyrrheni inſula. Ennio *Igilium* dicitur.

igmanus, Sigmanus habent Græci codices

Ptolemæi, Galliæ Aquitanicæ fluuius eſt. [illegible] hodie eſſe putat Nauagierus: [illegible] gium & Garumnam, quo Ptolem. [illegible] ſigma [illegible] m den [illegible] quam Lecam [illegible] [illegible] Leri [illegible] ſit.

ignatius, Antiochenæ Eccleſiæ præſes, anno ſalutis 91. Is Romam perductus, ac beſtiis obiectus eſt. Euſeb. lib. 3. cap. 35.

igneres, populi Rhodij.

ignoti Dei ara, quæ Athenis erat, fit mentio Act. 17. & apud Pauſaniam in Atticis, qui inſcriptionem addit plurali numero θεῶν ἀγνώστων. Cauſam & originem eius rei, Laertius in Epimenide explicat; Lucianus etiam in Philopatride bis meminit ignoti Dei Athenienſium.

iguini populi Plinio, quorum locus à Ptolem. *Iſuuium* dicitur. *Iguinium* fortaſſe Silij eſt. Vmbriæ oppidum eſt, quod Leander *Eugubio* vocat.

I H

ihelon, filius Eſau ex Oolibama vxore. Gen. 36. Lat. occultus, ſiue adoleſcens, aut capra eorum vel ſeculum.

I I

iim, ciuitas tribus Iudæ. Ioſ. 15. Lat. aceruì.

I L

ila, locus Perſicus, ad eius ſinum. Eſt & Albionis fluuius. Ptol.

ilapinaſtes, cognomen Iouis apud Cyprios inde dictum, quòd magnifico apparatu ſplendidiſque epulis, quas εἰλαπίνας vocant Græci, coleretur.

ilaraugatæ, & Ilaraugates, fluuius.

ilaris, vrbs Lyciæ. Steph.

ilatria, vrbs Cretæ. Steph. vulgò dicta *Elbe*.

ilba, vel Ilua, inſula in mari Tuſco, diſtans à continenti decem millibus paſſuum, de qua Plinius capite 14. lib. 34. refert hoc eſſe mirum quòd in aliis regionibus effoſſis metallis terræ ſunt vacuæ: apud Ilbam ſubata renaſcuntur, & rurſum de eiſdem locis effodiuntur. Varro & aliud dicit, naſci quidem illic ferrum, ſed in ſtructuram non poſſe cogi, niſi tranſuectum in Populoniam Tuſciæ ciuitatem. Vide Ilua.

ildericus, Vandalorum rex, anno ſalutis 525.

ildico, Attilæ vxor, anno ab vrbe 1026. Blond.

ildouadus, Gotthorum rex, omnes Tranſpadanos, omnéſque Venetæ regionis vrbes in poteſtatem recepit, anno ab vrbe 1295. Blond. libro 3.

ilerda, oppidum citerioris Hiſpaniæ in continentu Tarraconenſi, non procul à Sycori fluuio, *Lerida* & *Lerda* vernaculis dicitur. Eſt etiam *Ilerda* fluuius, ibid.

ilergetes, Hiſpaniæ populi in tractu Tarraconenſi, non procul ab Ibero amne. Plin. lib. 3. cap. 3.

[illegible] nomen loci [illegible]. Steph.

[illegible] Numitoris Albanorum regis [illegible] quæ & [illegible] Amulius, pulſo iam Numitore fratre, fil[illegible] [illegible] ſecto eius filio Lauſo, virginem Veſtalem legit, vt ſub ſpecie honoris ſpem partus ei adimeret. Verùm cùm illa aquam è Tyberi ad obeunda ſacra peteret. in ripa fluminis obdormiuit, & in ſomnis ſibi viſa eſt à Marte comprimi, & ſic geminos concepit: quos cùm peperiſſet, exponi iuſſit, matrémque Iliam viuam apud Tyberim fluuium infodi: vnde poetæ eam Tyberi nupſiſſe fingunt, qui ob id quoque Vxorius amnis ab Horatio lib. 1. Carminum dicitur. Quid verò pueris acciderit, vide AMVLIVS, Virg. lib. 1. Æneid.

iliacus. Vide ILIVM.

ilias, Iliadis Homeri opus clariſſimum, omnium quotquot vnquam extiterunt, poetarum ſcriptis circa controuerſiarum prælatum. Dicta Ilias ab eo, quòd bellum contineat apud Ilium inter Græcos & Troianos ob raptum Helenæ geſtum. Quoniam verò hoc in opere nullum mali genus non recenſetur, factum eſt, vt Ilias malorum, pro omni genere calamitatis accipiatur. Quam in nuce incluſam, in membrana ſcriptam tradidit Cicero. Ptol. lib. 7. cap. 21.

iliberis, ciuitas prouinciæ Narbonenſis. Plin. lib. 5. c. 4. & Pomp. alias *Libonia*, Hiſpaniæ ciuitas. Meminit & Ptolemæus lib. 2. cap. 4. Hanc quidem eſſe aiunt, quæ nunc *Grannata* dicitur, longè clariſſima vrbium Occidentis, erepta nuper Mauritanis regibus, auſpiciis regum Hiſpaniæ. Dicta Iliberis Straboni à flumine.

ilingæ Ptol. & Eliſij Taciti, ijdem ſunt populi in Germania circa Sileſiam, vt Peucerus annotauit, qui hodie *Leſſer* creduntur.

ilienſes, populi Borſicæ inſulæ, antiquiſſimi, Pompo. lib. 2. Pauſa.

ilione, inter filias Priami natu maxima, Polymneſtoris Thraciæ regis vxor. Virgil. lib. 1. Æneid.

Præterea ſceptrum Ilione geſſerat olim,
Maxima natarum Priami.

ilioneus, nomen Troiani Phorbantis filius, qui deleto Ilio Æneam in Italiam ſequutus eſt: & quoniam eloquentia plurimùm pollebat, legationibus aliquot ab eo præfectus. Seruius in 1. Æneid. Non mirum, inquit, ſi eloquens à Virgil. introducatur Ilioneus, cùm pater eius Phorbas Homero teſte, ſemper Mercurio Deo eloquentiæ fauente pugnarit.

iliſſus, anno in Attica regione, Muſis dicatus quas ab eo Iliſſidas vocant, Papin. lib. 4. Theb. videtur hunc fluuium Furiis conſecrare: cum ait,

—anfracta riparum incuruus Iliſſos,
Sanus honos fluuio, Stigias luſtrare ſororis
Eumenidas perhibetur aquas.

Stephano

Stephano vrbs Atticæ.

ilithyia, dea parturientibus propria, quæ & Iuno Lucina à Latinis appellatur. Ouid. 9. Metam. Vide Inatus.

ilithyie, ciuitas in Ægypto. Steph.

ilium, vrbs Phrygiæ minoris, ſiue Troadis M. D. paſſuum, à mari diſtans à Dardano Iouis filio condita, ab Ilo verò rege ampliata, & Ilium nominata. Hæc Aſiæ totius ciuitas fuit florentiſſima, ſub Laomedonte ab Hercule euerſa: denuoq; ſub Priamo ob Helenam à Paride raptam decennali bello obſeſſa, ac demum expugnata. Effertur & Ilios fœminino genere. Hinc Iliacus, id eſt Troianus. Legitur & Ilius in eadem ſignificatione 9. Æneid. A Troianis Aſtan vocatam ſcribit Steph. Ilium tempore Strabonis non extabat. ſed tamen locus Ilienſium pagus dicebatur. *Troia* hodie appellari tradit Sophian. Ilium etiam montis nomen eſt, Laconicæ regioni auctore Pauſania.

ilieus Apollo in Troia. Steph.

iliberis, Ptol. lib. 2. c. 10. Tectoſagum ciuitas, vulgò *Salſes* Hiſpanorum ditionis.

illice, vrbs eſt Hiſpaniæ, vulgò vocata, *Alicant*, vnde Illicitanus ſinus, *De Alicant*. Mela lib. 2. cap. 6.

illipula, cognomento Magna, ciuitas Turdetanorum in tractu Hiſpaniæ Bæticæ. Ptol. li. 2. c. 4. & Plin. 3. c. 1.

illipula, mons Hiſpaniæ Bæticæ. Ptol. libr. 2. c. 4. eſt etiam in Hiſpania Bætica Turdulorum vrbs, apud Ptol. *ἰλλίπουλα μεγάλα*. Ambroſius Moralis hoc Bæticæ oppidum eo loco ſitum fuiſſe putat, quo nunc oppidum non admodum magnum, *Penſler* dictum, medio fermè itinere inter Cordubam & Hiſpalim videtur, idem addit ſe nummum peruetuſtum vidiſſe, in quo legebatur. *Mun. Elepla*.

iliturgis, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs. Plin. cui Forum Iulium cognominatur. Polyb. Ilurgia.

illurcis, Iberiæ vrbs, quæ poſtea à Sempronio Graccho, Gracchutis dicta eſt.

illuro, Hiſpaniæ citerioris oppidum paruum, Pompon. lib. 2. Eſt item Plin. lib. 3. c. 3. oppidum ciuium Romanorum in ea parte Hiſpaniæ Bæticæ, quæ Luſitaniæ proxima eſt. Ptolem. lib. 2. cap. 5. & Plin. lib. 3. cap. 1.

illyricum, aut, vt aliis placet, Illyris, regio eſt in ora maris Hadriatici, Italiæ oppoſita. Huius termini non ab omnibus iiſdem limitibus circumſcribuntur. Plinius enim hanc inter Arſiam & Titium fluuios conſtringit. Ptolemæus verò eam ab Hiſtoria ad Macedoniæ vſque confinia ſecundùm maris littora producit: mediterranea eius ad Pannones & Mœſiam ſuperiorem extendit. Multò ampliorem eam deſcribit Pomponius Mela, & Dionyſius Alexandrinus, totum [illegible] maris Hadriatici oram à Tergeſto ad Ce[illegible]ntos vſque [illegible] Illyriis adſcribit, eóque vltra D[illegible]m fluuium habitare docet. Danubium námque inter [illegible] omnes Mela numerat. Strabo lib. 7. Geographiæ, eos [illegible]donibus & Thracibus propinquos eſſe ait. Sed omnium latiſſimè Illyrici fines extendit Appianus Alexandrinus: Illyrios (inquit) Græci eos exiſtimant, qui ſupra Macedoniam & Thraciam à Chaonibus & Theſprotis ad fluuium Iſtrum ſedes habent. Hæc enim prouinciæ totius longitudo eſt. Amplitudo eius ex Macedonia & Thraciæ montibus ad Pæones vſque & Ionium mare, Alpiúmque objecta protenditur, quæ dierum quinque iter continet. Longitudo triplo productior eſt, &c. Idem poſtea, Romani verò non hos duntaxat, ſed Pæones vltra eos, nec non Rhetios, Noricos & Myſios qui Europam incolunt, quoſcunque alios his finitimos, qui Iſtrum à dextra nauigantibus ſeſe offerunt, viciſſim vt Hellenes à Græcis diſtinguunt, eos propriis appellationibus ſeparatim nominat: cæterùm communi vocabulo Illyrios omnes arbitrantur. Ab Iſtri enim ortu vſque ad mare Ponticum (Illyrici eſſe voluerunt. Huc vſque Appianus Sueton. in Tiberio hos tam longè patere etiam auctor eſt. Hos nomen habere ab Illyrio Polyphemi, Appianus: quidam (inter quos Euſtathius) ab Illyrio Cadmi filio eos denominatos aiunt. Totam Illyrici oram maritimam cum inſulis vicinis, commodis inſtructam portubus ſcribit Strabo: cùm quidem contra Italica ora huic objecta, ſit importuoſa. Calida eſt vt Italia, & bonarum frugum ferax. Illyrici ora, oleis & vitibus florens, niſi quòd loca quædam prorſus aſpera ſunt. Regio ſupra hanc ſita, montuoſa eſt tota, frigida & niualis, maximè quæ ad Septentrionem vergit. Incolæ huius olim latrociniis admodum dediti, hodie verò paulò manſuetiores, ligneis plerumque habitant ædificiis culmo contectis præter paucas littorales vrbes (quarum princeps eſt Raguſia, olim Epidaurus) in quibus humanius degunt, Dom. Niger. Volater. Munſterus.

ilimamolinus Africanus, Sarracenorum imperator, claſſe in Hiſpaniam trajecit, totam in Gallias vſque igne ferróque vaſtauit: tandem reges Hiſpaniarum cum eo congreſſi vicerunt fuderúntque, Granatam verò obtinuit. Blond. lib. 6.

illorci, oppidum. Plin. lib. 3. cap. 1. circa fluminis Taderi tractum.

iloa, inſula in mari mediterraneo, Tuſciæ adiacens ferri fodinis nobilitata. Vide Ilba.

ilurcis, vrbs fuit Vaſconum in citeriori Hiſpania, poſtea Sempronio Gracco Graccuris dicta.

ilurgia, vrbs Iberiæ. Steph. ex 11. Polybij.

ilus, filius Trois regis Troianorum, pater Laomedontis, quem matura ætate moriens, regni

hæredem reliquit. A huius nom... erit ... mum illud Myſiæ minoris, ſiue Troadis, ... Ilij nomen accepit: ſiue quod ... fuerit conditum, cùm ... antea in montibus Dardaniam condidiſſet, vt placet Homero lib.23. Iliad. ſiue quod à Dardano extructum inſtaurauit Ilus, & auctius reddiderit: quemadmodum obſcurè innuit. Virgil. lib.8.

Dardanus Iliacæ primus pater vrbis & author. Author eſt Strab. lib.13. primum omnium Ilum auſum fuiſſe in campis habitare, proindeque in mediis campis fuiſſe ſepultum: cuius ſepulchri meminit & Homerus 11. Iliad.

Ilus, cùm in Ilio Mineruæ templum arderet curſu concitus, demiſſum cœlo Palladium eripuit, ſtatimq; oculis captus eſt (haud enim vlli mortalium oculis illud cerni licebat.) Poſtmodum placata ira deæ, priſtinum recuperauit aſpectum. Plut. Paral. Fuit & alter Ilus Æneæ filius a... nomine Aſcanius appellatus. Virg. 1. Æneid.

... er Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo
... ur Ilus erat dum res ſtetit Ilia regno.

... Galliæ Narbonenſis fluuius, apud ... Ptol. *Illeris* eſt: Athenæ eſt, *Ilıber-* ... eſſe cum *Thicu* Melæ, & hodie *Tet* di... docet Varrerius.

I M

Imacarenſes, populi Siciliæ ſtipendiarij in Mediterraneis inſulis ſiti. Plin. lib 3. cap. 8.

imaduchi, Scythiæ populi, Caucaſi montis iuga accolentes. Plin. lib. 6.7.

imantopodes, populi in Æthiopia loripedes, quibus ſerpendo ingredi natura eſt, h. e. vt Solinus interpretatur, qui flexis crurum nexibus ingrediuntur (Ἱμάντα enim Græci lorum dicunt. Plin. lib. 5 c. 8. Sunt & aues quædam Imantopodes dictæ ex argumento pedum quaſi loripedes, quòd habent crura prælta. Plin. lib. 10. cap. 47.

imaus mons Indiæ, qui extenditur vſque ad fontes Gangis, vltra quem ſunt Scytharum gentes. Gangis, vltra quem ſunt Scytharum gentes. Eſt & pars Caucaſi & Tauri vt Plin. & Ptol. tradunt, De eo enim Oroſius *Emaon* Arriano dicitur *Semanthini* montes Ptolemæo ſunt, Mercator *Iniſia* interpretatur: cuius Paulus Venetus meminit, argentique fodinas in eo eſſe ſcribit Gaſtald *Altai* putat, vbi omnes Tartariæ imperatores ſepeliuntur. Ramuſius hunc *Altai* eundem eſſe putat cum *Belgian* monte, in quo H...y thonus Tartaros ait habitaſſe. Hic Imaus mons videtur Poſtello *Sephar*, cuius in ſacris literis memoria eſt. *Imaus* Ptolemæi ab hoc Imao longè alius eſt, nempe qui ex radicib. Tauri montis exoriens, & vſque ad mare Glaciale progrediens, Scythiam (quæ ab eo intra & extra I... rum cognomina ur) bifariam diuidit. Hunc ... acolis *Dalanguer* & *Nangrocot* appellari tradit Caſtaldus.

imbaros, mons Tauri portio circa Armeniam maiorem Straboni. Ciliciæ mons eſt apud Plin. lib. 6. c. 27.

imbraſus, Sami inſulæ fluuius apud Plinium lib. 5. cap. 2. Samus quoque à fluuio cognomine ſic appellatur. Hinc fit Imbraſius & Imbraſia. Steph.

imbræus, vnus ex Centauris. Ouid. lib. 12. Metamor.

imbrus, inſula Thraciæ, vel è regione Thraciæ, Cabiris & Mercurio ſacra, quem vocant Imbrum ſuperi. Oppido quoque in ea nomen eſt Imbrus, vt inquit Steph. vulgò hodie dicitur *Lembro*.

imeta, vide ISSA.

imnites, vide IAMNIA.

imola, vrbs in Æmilia quæ olim Forum Cornelij dicebatur. Ptol li. 3. c. 1.

imperium, vide Romanum imperium.

imphes, populi vicini Perrhæbis.

importunus v. conſul. anno ab vrbe 1263.

imyra, vrbs Phœniciæ. Steph.

I N

Inachia, regio, quæ Io vocabatur.

inachia, Steph. tota Peloponneſus vocatur, non ſolùm Argos ab Inacho fluuio.

inachium, Peloponneſi oppidum inter Scylleum promontorium & Iſthmum ſitum, alio nomine Argos Hippium appellatum. Plin. lib. 4. cap 5.

inachus, vulgò *Planizza*, fluuius latere exortiuo Peloponneſi, per agrum Argiuum in ſinum Argolicum illabens. Hunc poetæ fabulantur Iûs patrem fuiſſe, quam Iupiter cùm vitiaſſet aduentum Iunonis præſentiens, in vaccam mutauit. Ouid. lib. 1. Meta. eſt etiam Bœotiæ fluuius apud Eleonem vrbem, qui poſtea Scamander dictus eſt, auctore Plutarc. in quæſtionibus Græcis.

inachus, primus Argiuorum rex, qui Inacho fluuio nomen dedit: à quo Argiui ipſi Inachidæ appellati ſunt. Huius filiam nomine Io cùm Iupiter corrupiſſet & in Cretam abduxiſſet, Iuno pellicis impatiens grauiſſimis odijs eam exagitauit. Quæ res poetis occaſionem fabulandi dedit, Io Inachi fluuij filiam fuiſſe Iunonis metu à Ioue in vaccam mutatam: quam cùm illa à coniuge dono accepiſſet, œſtro immiſſo tantopere fu iſſe exagitatam, vt furore correpta nuſquam conſiſtere poſſet, donec Ægyptum transuecta, in Iſidem deam mutata eſt. Hinc deducitur Inachis, patronymicum fœmininum: quo nomine poetæ intelligunt Inachi filiam.

Inaria

Digitized by Google

Inariacium vnum oſtio m Danubij,quod Apolloni n o vocatur. *Naracuſtoma* Ammiano, inter hoc oſtium & alterum quod Calon dicitur, idem Apollonius *Peucen* inſulam deſcribit parum à Ptolemæi traditione diſtantē.

inalpini dicuntur, qui Alpes incolunt. Plin. lib.3.cap.6. vel etiam Inalpini dicuntur qui Alpium initia & veluti fauces incolunt.

inarime, inſula in ſinu Puteolano, non procul à Neapoli,ait Plin.li.3.c.6. in qua mons fuit, qui terræ motum paſſus, alteram fudit inſulam quæ Prochita ab effuſione dicta eſt. Sub hanc inſulam Typhoea gigantem à Ioue detruſum eſſe, author eſt Virgilius lib.9. Æneid. Eadem & *Ænaria* à ſtatio e nauium Æneæ, & à coxendicis forma *Iſchia* dicitur: quod nomen etiam hodie ſeruat. Ab Homero in Catalogo inſula hæc *ἄριμα* appellatur. Primum Virgilius cùm illud Homero *εἰν ἀρίμοις* transferret ex *εἰν* Ionum præpoſitione & *ἀρίμοις* vnam dictionem conflauit, numero & declinatione mutatis. Inarime verò dicta eſt ab Arimis, ſiue populis ſiue belluis ita priſca Hetruſcorum lingua ſimias dictante quas Græci *πιθήκους* vocant, vnde nomen inſulis Pithecuſis, vt Straboni placet, ex hiſtoria fabuloſa quam Harpocration in voce *κέρκωψ* Xenagoras & Suidas ita referunt. Fratres (aiunt) duo fuerunt, Candulus & Atlas, omnium ſcelerum quibus humana vita obnoxia eſt, authores & inuentores, adeò vt morum peruerſitas, Cercopum nomen eis fecerit. Impoſtores enim ac planos, quales hi præcipui fuêre, ita Græci vocant ab animalibus, quæ *κέρκῳ*, id eſt, caudæ motu blandiuntur. Iis ſummum ſtudium fuit, appulſ s & aduenas dolis quibuſcunque circumuenire. Quod cum in ipſum etiam Iouem tentaſſent, ab eo ex hominibus in ſimias mutati ſunt, quas Græci Pithecos vocant. Vnde inſulis, quas tenebant, Pithecuſis vocabulum datum. Ouidius Xenagoram ſequutus 14. Metamorpho. Plin.li.3.author eſt Inarimen à Græcis dictam Pithecuſam, non à ſimiarum multitudine, vt aliqui exiſtimauere, ſed à figlinis doliariorum. Dolia enim Græci Pithos vocant.

inatus vrbs Cretæ. Alij montem & fluuium eſſe dicunt, in quo colitur Ihthya Inatina. Stephan.

incibili Liuio, Hiſpaniæ vrbs quam Florianus *Chelua* ſubdubitans vocat, Valentiæ regni eſt.

incubi dicti ſunt Syluani & Fauni, quos improbos quandoque fuiſſe mulieribus, compertum eſt, ac earum appetiiſſe peregiſſéque concubitum. Cælius Rhodig. lib.2 cap.6.

indara, Sicanorum ciuitas. Steph.

indacus, Leonis imper. curſor tantum itineris vno die, integris etiam viribus, nullóque corporis languore, cucurriſſe perhibetur, quantum nec illus ſ um cum equo, , cum ibus equis ſæpius mutatis, tranſigere potuiſſet. L l. 1.c.29.

indi primùm Sabæi, de etiam Homeritæ appellati fuere, inquit Nicephor lib.8. c.35. eóſque in Arabia fœlici ponit.

indi fluminis oſtia ſeptem deſcribit Ptol. eáq; ex Occidente Orientem verſus his nominib. enumerat: *Sagapa, Strathen, Chryſum*, id eſt Aureū, *Chariphrens, Saparages, Sabalaſſa, & Lonibare.* Indum fluuium ſeptem habere oſtia, nemo veterum prodit, præter Ptol. & vnum Arrianum, in Periplo ſuo maris Rubri. Dionyſius enim, Pomponius, Strabo & Arrian. lib 5. & 6. hiſtoriarum Alexandri, duo tantùm illi oſtia adſcribunt: idem Luſitani, qui hodie has partes nauigant, atteſtantur. Si hodie tantùm duo ſunt oſtia, malè Theuetus ſeptem enumerat.

India, regio Orientalis, Aſiæ terminus, tam vaſta eſſe perhibetur, vt eam tradant eſſe tertiam partem omnium terrarum. Pomponius ſcribit, tantum ſpatium littoris eam occupare, quantum per 60. dies noctéſque velificantibus curſus eſt. Author eſt Strab. lib. 55. in India fuiſſe 50000. oppidorum, quorum nullum Cô Meropide minus fuerit. Nomen habet ab Indo flumine in quod ab Occidentali plaga deſinit, quod ſolum præter Nylum crocodylos creat. A Septentrione Tauri jugis ab Ortu Eoo pelago, à Meridie ſuo, hoc eſt, Indico clauditur. In duas regiones Gange fluuio interluente dirimitur: quarum altera ad Occidentem intra Gangem dicitur: altera ad Orientem, extra Gangem cognominatur. In ſacris literis illam, *Euilath*, hāc *Sericam* legi aſſerit D. Niger, M. Paulus eam videtur in tres diuidere: in majorem, minorem & intermediam, quam Abaſiam vocari dicit. Inſulas tanto numero habet India, vt meritò Orbis inſularū appellari queat. Celebriores ſunt, Iapam, Moluccæ, Samatra (olim Taprobana) Iaua major & minor, Burneo, Tidor, &c. Gemmis abundat, elephantos procreat Africanis multò majores. Arbores habet ſemper frondentes tellus bis fruges in anno ad maturitatem perducit. Piper, calamum, aromaticum, & cinnamomum ad nos mittit. Illic binæ æſtates, leues auræ, temperies cæli vbertas ſoli, aquarum abundantia: quæ omnia faciunt, vt majora in India, quàm in cæteris regionibus naſcantur animalia.

india, intra Gangem *Indoſtan* ab incolis vocari auctor eſt Ioannes Barrius teſtis oculatus qui in hac India aliquot annis pro rege Luſitaniæ egit. India extra Gangem, *Macin*, aut *Magyn* ab incolis appellari ſcribit Niger, idémque ſubjungit ex Ægypto in Indiam nauigantibus eam in ſuperiorem, inferiorem & mediam, & dicidit inferiorem *Guiſerat* nominari, Mediam

Menibar. Superiorem verò *Malabar* Plin. etiam hanc tertiam partem (vt ſuprà) totius Orbis eo ſubegecatam ab Alexandri comitibus quinimo minorem orbis parrant, teſtatur. Neque hodie minorem orbis partem eo nomine comprehendi certum eſt. Antiquorum enim Indias, vnà cum tota ferè nuper inuenta America Hiſpani *Indias* vulgò nominant.

indica, vrbs Iberiæ prope Pyrenæum, quam aliqui *Blabeturam* vocant. Gentile, Indicitæ. Steph.

indigetes, Dei antiquis vocati, quòd nullius rei egeant, vel Dei ex hominibus facti. Fuere, qui Indigetes putarent eos, quos Indigetari, hoc eſt, vocari & nuncupari fas eſſet, atque nos Deos fuiſſe, in quorum cuſtodia eſſent vrbes gentéſque, & inuocati, faciles præſtóque aderant. Alij ſunt, qui putant indigetes appellari, quaſi in loco geniti vel degentes, & magis propitij patriæ loco & ciuibus. Virg. Gerg. li. 1.

Dij patrij indigetes, & Romule Veſtaq́; mater,

Hinc & Æneas Iupiter indiges dictus eſt, vt ait T. Liuius li. 2. Ouid. Met. l. 14. de Ænea loquens.

Luſtratum genitrix diuino corpus odore,
Vnxit, & ambroſia cum dulci nectare mixta
Contigit os, fecitq́; Deum, quem turba Quirini,
Nuncupat Indigetem temploq́; ariſque recepit.

indus, fluuius Orientis, ſecundum Gangem longè maximus, Indiam ab Occaſu alluens: à quo tota ea regio nomen accepit. Hunc in iugo Caucaſi montis, quod vocatur Paropamiſus, aduerſus ſolis ortum effuſum aiunt, in ſeque XIX. amnes recipere. Arrian. de geſtis Alexandri libro 5. Septem oſtiis in Oceanum erumpit, quem Sandum ab incolis vocari ſcribit Plin.

inferiæ, ſacra erant mortuorum apud Romanos, Suet. Caligula. Inferiáſque his annua religione publicè inſtituit.

ingænon, Thuyſconum imperator, publica literarum ſtudia, ad comprimēdam hominum audaciā inſtituit. Corn. Tacitus de moribus Germ.

ingæuones, latiſſimi Germaniæ populi, in Sicambros, Teutonos & Cauchos diuiſi. Plin. lib. 4. cap. 14.

ingauni, Liguriæ populi fuerunt, qui Abigaunum oppidum in ora Liguſtica condiderunt.

ingeniculus, ſignum cœleſte, quod Græco vocabulo ἐγγόνασιν nominat Firmic. lib. 6. Hic eſt Hercules (vt Hyginus docet) qui dextro genu nixus, ſiniſtro pede capitis Draconis dexteram opprimere conatur.

inger, Northmanorum, qui Ruſſi dicuntur, rex claſſe M. nauium Conſtantinopolim venit, quibus Romanus XV. Chelandriis occurrit ignē claſſi Ruſſorum iniecit, vicit, fudit, fugauítque, plurimos cepit, victor Conſtantinopolim rediit. Luyth. lib. 5. c. 6.

ingaunum, vrbs in Liguria, opibus ac vetuſtate, nobilis nunc Albinga, Proculo imperatore Rom. alumno & ciue ornata. Eutrop.

innocentius XXXVIII. Romanorum epiſcopus, anno ſalutis 404.

innocentius II. Pontifex CLXV. anno ſalutis 1130.

innocentius III. Pontifex CLXXVII. anno ſalutis 1198.

innocentius IV. Pontifex CLXXX. anno ſalutis 1243.

innocentius V. Papa CLXXXVI. anno ſalutis 1275.

innocentius VI. Pontifex CXC. anno ſalutis 1352.

innocentius VII. Pontifex CCIV. Ludouicum nepotem ſuum Piceni agri Marchionem & Firmianum principem conſtituit, anno ſalutis 1405.

innocentius VIII. Pontifex CCXLIII. anno ſalutis 1485.

innocentius IX. Pontifex 1496.

innocentius, Pontifex creatus à Friderico Romano imperatore, expulſo Alexandro III. Pontifice, anno ſalutis 1160.

ino, Cadmi & Harmoniæ filia, Liberi patris nutrix, cum qua Athenas Thebanorum rex ſecundas contraxit nuptias, poſtquam Nephele (ex qua ille iam Phryxum & Hellem ſuſceperat) Liberi patris furore agitata, in ſyluas ſe cōtulerat. Hæc, vt erat, ita reuera ſe nouercam geſſit, priuignóſque identidem apud patrem accuſans, eò compulit, vt conſcenſo aureo ariete, fuga ſibi conſulerent. Quam rem ægrè ferens Iuno, Athamanti Furias immiſit, quæ in tantam eum adegerunt rabiem, vt cùm Ino ad ſe accedentem aſpiceret, hanc quidem leænam, filios autem ſuos eius catulos eſſe arbitraretur, atque raptum Learchum alterum ex filiis ſaxo illiſerit, idem in vxore exemplum editurus, niſi illa arrepto Melicerte altero filio, vnà cum illo in mare ſe abieciſſet, vbi deorum miſeratione in deam marinam eſt transformata, quam Græci λευκοθέαν, Latini autem Matutam appellant: Melicertes autem in Palæmonem, quem nos Portunum nominamus. Ouid. li. 4. Meta. Hygin. Fab. poet. c. 1. 2. 3 4.

inſubres, populi Ciſalpinæ Galliæ, quorum ciuitates ſunt, Mediolanum, Papia, Lauda, Nouaria, Vercellæ & Comum. Strab. lib. 5. *Inſubri*, ſunt Ptolemæo. Steph. *Inſobares*, Padi accolas dicit, quos quoque *Inſobras* vocat. Idem habet *Inſobres* Italiæ populos, eoſdem putarim. *Inſobari* ſunt Polybio, vt Merula ait. Aliqui apud Polybium *Iſomori* legunt.

inſubria, regio eſt Galliæ Ciſalpinæ, cuius populi Inſubres dicuntur.

interamnia

Digitized by Google

Interamnia, Ptolemæo lib. 3. c. 1. [illegible] ciuitas in Italia. Vulgò *Teranium*, quòd inter duos amnes ſit conſtituta.

Interciſa, vrbs Pannoniæ inferioris eſt apud Antoninum quæ *Rachzkevui* Simlero dicitur.

Interduca Iuno dicta eſt, quia veteri ritu ſponſas ad ſponſos ducere prima nocte conſueuerat: Iuno olim nubentibus præerat.

intuergi, Germaniæ populi ſunt apud Ptol. Peucerus in Palatinatu eos conſtituit circa Heidelbergam.

Inutrium, Vindeliciæ vrbs, vulgò *Inſpruch*. Ptolemæus libro 2. cap. 12. Idem eſſe putatur cum eo quod hodie Oenipontem nominăt Germani.

Inuſſus, vrbs Ægypti prope Gaſium montem. Steph.

Inycus, Siciliæ vrbs eſt apud Pauſaniam, quam Steph. *Camicos* appellari ait Leander *Camerata* vocat, Fazellus *Longobardo* nominat.

I O

Io filia Inachi fluuij, à Ioue adamata, quam ob interuentum Iunonis, ne agnoſceretur, Iupiter in iuuencam transformauit: Iuno tamen ſuſpicata id quod res erat, vaccam eam à Ioue ſibi dono dari poſtulauit: quam cùm accepiſſet, appoſuit ei cuſtodem Argum centoculum: à quo cùm moleſtiſſima cuſtodia premeretur, ægrè id ferens Iupiter, per Mercurium eum interficiendum curauit. Quàm ob rem indignata Iuno, œſtrum pellici immiſit, cujus aculeis exagitata, in Ægyptum vſque fugit: vbi implorato Iouis auxilio, priſtinam formam recuperauit, regique Oſiridi nupſit: Ægyptiiſque omnibus adeò chara fuit; vt poſt mortem dea habita ſit, quam illi Iſidem appellarunt, ſacraque eius Iſiaca quibus anſer immolari conſueuit. Ouid. lib. Metamorph. 1.

Ioab pater Abiſai, 1. Paral. 26. Filius item Saruiæ filij Iſai. 2. Reg. 2. 1. Paral. 2. Filius etiam Saraiæ, 1. Paral. 3. Lat. paternitas, vel habens patrē, aut voluntarius.

ioachaz, filius Ioſiæ regis Iuda, 4. Reg. 23. 2. Paral. 35. Filius item Iehu regis Iſrael, 4. Reg. 10. 2. Paral. 21. Lat. Domini apprehenſio vel poſſeſſio, aut Dominus videns.

ioachaz pater Ioab, qui à commentarijs erat Ioſiæ regi, 2 Paral. 3. Lat. apprehendens ſiue poſſidens aut videns.

ioachim filius Ioachin, ſiue Eliacim, 4. Reg. 24. quem Ieremias 29. & 37. vocat Iechoniam. Lat. Domini præparatio vel firmitas.

ioacim, filius Ioſiæ regis, qui priùs Eliacim dicebatur, 4. Reg 23. 1. Para. 3 Lat. Domini reſurrectio vel confirmatio aut vindicta.

ioadan, mater Amaſiæ regis Iuda. 4. Reg. 14. 2. Par. 25. Lat. Domini deliciæ.

ioath, filius Gerſon, filij Leui, 1. Par. 6.

Ioath, filius Zemma, 1. Par. 6. 2. Par. 19. Filius item Ioachaz illius, qui fuit Ioſiæ regi à commentarijs, 2. Par. 34. Lat. fraternitas, vel habens fratrem.

ioahe filius Aſaph. 4. Reg. 18. idem quod Ioah ſignificat.

ioarim, nomen viri, 1. Macch. 2.

ioas, i. diſſidens, vel deſperans, aut ignitus, vel vrens, pater Gedeonis, Iud. 6. rex Iuda, filius Ochoziç, filij Ioram, filij Achab, 4. Reg. 11. 12. & 13. 2. Paral. 3. item 4. Reg 14. Filius Ioachaz, filij Iehu rex Iſrael. 4. Reg. 13. & 10. pater Ieroboam regis Iſrael, 4. Reg. 14.

ioas, rex Iuda, filius Ochoziæ, filij Ioram, filij Achab. 4. Reg. 11. & 12. Lat. Domini ignis vel oblatio.

ioas, filius Bechor, filij Beniamin, filij Iacob, 1. Paral. 7. & 17. Lat. tinea corroſus, vel compreſſus, ſiue congregatus.

ioatham, filius Oziæ, ſiue Azariæ regis Iuda, 4. Reg. 15. 1. Paral. 26. à LXX. *ἰωάθαμ* & *ἰωθάμ* transfertur. Filius item Ierobaal ſiue Gedeonis, Iudic. 9. Filius item Iehaddai, 1. Par. 2. Filius Azariæ filiæ Amaziæ. 1. Par. 3. Lat. conſummatus, ſiue perfectus.

iob, filius Achaz, filij Micha. Par 8. qui 9. dicitur Iara. Lat. dolens, vel gemens, aut vlulans.

iob, nomen viri Iob. 1. Lat. dolens, &c. aut exceſſus, vel patiens inimicitiam.

iob, filius Iſſachar, Gen. 46. qui 1. Par. 7. dicitur Iaſub.

iobab, filius Iactan. Gen. 10. Filius Saharaim ex herodes vxore, 1. Par 8. Filius item Zaræ rex Edom. Gen. 6. idem quod Iob ſignificat.

iobachus, Bacchi cognomen.

iobania, filius Ieroham. 1. Par. 9. Lat. ædificatio, ſiue filiatio aut intellectus Domini.

iocaſta, Oedipi mater, filia Creontis Thebanorum regis, vxor Laij, quæ poſt mariti necem Oedipo filio imprudens nupſit, ex quo Eteoclem & Pollinicem genuit: qui quum ſe mutuis vulneribus confeciſſent, ipſa quoque ſibi manus intulit. Statius 2. Thebaid.

Regina extuuerat notum penetralibus enſem, &c.

iochabed, filia Leui, vxor Amram filij Caath, filij Leui, Exod. 6. Lat. glorioſa aut ponderoſa.

iochabela, nomen matris Moſis, vt ex Ioſepho tradit Hieronymus.

iocritus, Lycurgi filius, vide ſuprà Botachidæ.

ioed, nomen viri. 2. Eſd. 11. Lat. teſtificans, vel ornans, ſiue deprædans aut tranſiens.

ioel, nomen principis, 1. Paral. 4. Nomen prophetç, filij Phatuel. Ioel. 1. Pater. Sămuel 1 Para. 5. & 15. Filius Azariæ. 4. Par. 29. Filius Maath, filij Amazai, 1. Paral. 6. Primogenitus Samuelis prophetç, 1 Reg. 8. Filius Gad. 1. Para. 5. Lat. volens, ſiue incipiens, aut iurans.

[illegible] eleuatio, fi- iocle, filius [illegible] aut auferens maledictonem.

ioexer, nomen viri, 1. Par. 12. Lat. adi[illegible] conſilio Petri

iofredus, Campaniæ Com[illegible] XIII. Pontificem cepit, vrbis præfecti, Ioan[illegible] mancipauit, Blond. lib. 3. an. ſal. 966. & cuſt[illegible]

iogli, pater Bocci principis tribus Dan. Num. 34. Lat. tranſmigratio, aut reuelatio, ſiue reuolutio aut exaltatio.

ioha, filius Bariæ, 1. Para. 7. Lat. viuificans.

iohanna Ben Reſa, Iudæorum dux, regnauit annis LIII.

iohánna, ſacerdos fratrem ſuum Ieſum in templo occidit ob quod facinus Vagoſes dux Artaxerxis, templum violauit, & Iudæos ſeptem annis tributa dare coegit. Ioſeph. lib. 11. c. 7.

iohannes Baptiſta, Herode Philippo & Liſania tetrarchis prædicare, & baptiſmo Dei populum colligere nouum cœpit, anno ſalutis 30. Vinctus in carcerem ab Herode propter Herodiadem miſſus eſt, atque capite truncatus in Machærunte, Mat. 14. Ioſeph. li. 18. cap. 13. & 14.

iohannes Apoſtolus & Euangeliſta in inſulam Pathmum eſt relegatus. Euſeb. lib. 3. cap. 18. Ab exilio reuocatus, poſtea Epheſum redijt. Euſeb. lib. 3, c. 20. anno ſalutis 98.

Iohannes II. Romanorum Epiſcopus, anno ſalutis 123.

iohannes III. Romanorum Pontifex, anno ſalutis 166.

iohannes IV. Romanorum epiſcopus LXX. anno ſalutis 639.

iohannes V. Romanorum Pontifex LXXX. anno ſalutis 683.

iohannes VI. Romanorũ Pontifex LXXXIII. natione Græcus eo tempore Pontificatum inijt, quo Theophylactus Exarchus Italiam petijt, anno ſalutis 700.

iohannes VII. Græcus, Romanorum Pontifex LXXXIV. anno ſalutis 703.

iohannes VII. Anglicus, ex Moguntiaco oriundus, fœmina mentito habitu, propter doctrinam Pontifex electus, regnauit annis duobus, menſe vno, anno ſalutis 514.

iohannes VIII. Põtifex LV. anno ſalutis 873.

iohannes IX. Põtifex CXIII anno ſalutis 899.

iohannes X. Pontifex CXIII. anno ſalutis 914. hic Sergij Pontificis & Maroziæ ex adulterio filius fuit. Luth. lib. 2. c. 13.

iohannes XI Romanorum epiſcopus CXXV. anno ſalutis 932.

iohannes XII. Romanorum Pontifex CXXX. anno ſalutis 956. Adelbertum Romam intromiſit, Otho Romam petiit, fugit Iohannes, & Adelbertus ſynodum congregauit. Damnatus eſt Iohannes & electus Leo. Blond. lib. 3. decad. 12. Luith. li 6. 7 9. & 10.

iohann[illegible] III. Iohannis epiſcopi filius. Pontifex CXXXII. anno ſalutis 966.

iohannes XIV. Romanorũ põtifex CXXXVII. à Romanis captus, in Adriana mole pædore carceris & inedia vitã finiuit, anno ſalutis 994.

iohannes XV. Romanorũ Põtifex CXXXVIII. omnia diuina & humana amicis largitus eſt, anno ſalutis 905.

iohannes XVI. Romanorũ Pontifex CXXXIX. patre Leone presbytero natus, Romanus, anno ſalutis 985.

iohannes XVII. Romanorum Pontifex CXLI. anno ſalutis 996.

iohannes XVIII. Romanorum Pontifex CXLII. anno ſalutis 1001.

iohannes XIX. Romanorum Pontifex CXLIII. anno ſalutis 1001.

iohannes XX. Romanorũ Pontifex CXLVIII. anno ſalutis 1020.

iohannes XXI. Papa CLXXXVIII. anno ſalutis 1276.

iohannes XXII. Romanorũ Pontifex CXCVI. anno ſalutis 1317.

iohannes XXIII. Romanorũ Pontifex CCVII. anno ſalutis 1411. in conſilio Conſtantienſi Põtificatu priuatus eſt, Platin. Vola. an. ſalutis 415.

iohannes, Iudæ filius, frater Ieſu, ſummus ſacerdos, anno à diluuio 1911.

iohannes Columna Cardinalis, ad res Aſiæ componendas legatus ab Honorio III. Romanorum principe, anno ſalutis 1216.

iohannes, Hieroſolymorum epiſcopus VII. anno ſalutis 106.

iohannes Chryſoſtomus, epiſcopus Conſtantinopolitanus, à Theophilo Alexandrino epiſcopo oppreſſus, Pontum in exilium pergere coactus eſt, anno ſalutis 403. vbi ſpiritum Deo reddidit. Tripart. hiſt. li. 10. c. 18.

iohannes Anachorita, monachus, propheta, vixit ſub Theodoſio imperatore, an. ab vrb. 1147.

iohannes, monachus miraculis & virtutibus inſignis: futura non minùs, quàm antiqui prophetæ prædicebat, donúmque accepit à Deo, vt curaret inſanabiles morbos. Is à iuuentute laudans Deum, degebat in ſolitudine, comedebátque herbas, & radices, aquãq; bibebat, ſicubi reperiſſet. Cúmq; ad ſenilẽ perueniſſet ætatẽ, multorũ in Thebaide monachorũ factus eſt præſul, qui oratione morbos, dæmonéſq; fugabat: & cũ neſciret literas, ad rememorãdũ quid, codicibus nõ egebat: quia quicquid ſemel mẽte percepiſſet, ſub veritate tenebat, Sozõ. l. 8. c. 1. hiſt. Ecc.

iohannes Caſſianus, monachus, Maſſiliæ floruit anno ſalutis 1186.

Iohannes Viteleſcus Patriarcha Romam, omnémq; eccleſiæ terrã recepit, anno ſalutis 1434.

iohannes Paleologus, Conſtantinopolitanus

nus imperator,anno ſalutis 1434.

iohannes Haucuth , Anglus, qui vice comitibus Mediolani militauerat,copiis Vrbani Quinti Pontificis præfectus eſt , vt Eccleſiæ ditionem ab hoſte tueretur.Platin.Blond.

iohannes primus,Hiſpaniæ rex,patri Henrico Hiſpaniæ regi ſucceſſit,anno ſalutis 1374.

iohannes Britanniæ dux , totam Britanniam eiectis Francis,recuperauit,anno ſalutis 1376.

iohannes Hus,in concilio Conſtantienſi contra datam fidem exuſtus, anno ſalutis 1416.

iohannes Sirmienſis,Abbas ex Pannonia ſuffectus eſt in locum Guidonis Antipapæ , anno ſalutis 1166.

iohannes de Monte regio , aſtronomus inſignis,floruit anno ſalutis 1476.

iohannes Zimiſceus XIV.Conſtantinopolitanus Imperator regnauit annis VI. Baſilium & Conſtantinum Romani II.filios Cæſares fecit, anno ſalutis 87 .

iohannes , cognomento Marcus D. Barnabæ cognatus fuit & natione Cyprius:cuius D.Paulus meminit 2. Timoth c 4.

iohannes, I. Hiſpaniæ rex,anno ſalutis 1415.

iohannes de Brema , magno conſenſu Chriſtianorum,Hieroſolymorum rex eſt deſignatus, ductâque Chunradi Montis Ferrati filia in vxorem Tyri regium diadema ſuſcepit,anno ſalutis 12 0.Blond.

iohannes , Philippi Valeſij filius , Francorum rex magna ex parte apud Anglos captiuus,infœliciter regnauit annis 15.

iohannes Cuthembergus , natione Teutonicus , equeſtris vir dignitate , primus omnium in oppido. quod Moguntiam vocant, imprimendarum literarum excogitauit artem , primúmque ibi eam exercere cœpit. Non minori induſtria repertum fuit ab eodem nouum atramenti genus quo nunc typographi tantùm vtuntur. Polyd.Verg.lib.2.c.7.de rer.inuent.

iohannes Hunyades Vaiuoda,tutor regni Vngariæ factus,anno ſalutis 1445.Ritius.

iohannes, Richardi frater,Northmanniæ dux, rex Angliæ,anno ſalutis 1201. Prouentus eccleſiæ ſex annos occupauit , vnde ab Innocentio excommunicatus eſt , qui ad Pontificis miſericordiam confugiens , Angliam , Hiberniámque Romanæ Eccleſiæ feudatarias,ex fœdere conſtituit, centum auri pondo pro vtraque inſula quotannis ſoluere , pollicitus. Vuallos rebelles ſubegit anno ſalutis 1211.

iohannes,Scotiæ rex anno ſalutis 1392.

iohannes Baliolus, Scotiæ rex,deſignatus eſt, mortuo Alexandro, nulla prole relicta,anno ſalutis 1 92.

iohannes , Henrici imperatoris filius , Bohemorum rex,anno ſalutis 1312.

iohannes Hircanus, filius Simonis,Iudæorum dux Ioſeph. Antiquit. lib. 13. Euſebius eum ob deuictos Hircanos cognomen hoc obtinuiſſe dicit. Huius tempore exortæ ſunt tres ſectæ apud Iudæos.Phariſæorum vna,Eſſenorum altera,tertia Sadducæorum.Ioſeph.Antiqu.li.13.c.8.Is Samariam,Idumæam, & aliquot Syriæ vrbes cepit. Templum quoq; quod in monte Garizim, tempore Alexandri magni conſtructum eſt , diruit, populóſque ſubiectos circumciſionem ac reliquos Iudæorum ritus accipere coegit. Fœdus cum Romanis renouauit,anno ab vrbe 635.

iohannes Ziſcha,Huſſitarum dux,regnum Bohemicum ferè occupauit, quo cum Sigiſmundus aliquoties congreſſus, infœliciter pugnauit, anno ſalutis 1420.

iohannes II. Tizocopos,XIV.Italiæ Exarchus, anno ſalutis7 712.

iohannes De Poli Romanus ſenator,Annibalis ſucceſſor,priſcæ Reip.mores imitatus, legem rogauit, vt vectigales prouentus, & vrbis & prouinciæ reipublic.iurium conſerentur.Blond

iohannes conſul cum Vararo , anno ab vrbe 1229.

iohannes,Cos.cum Aſclepione, anno ab vrbe 1153.

iohannes , Cos. cum Paulino , anno ab vrbe 1251.

iohannes,Cos.cum Buſco,anno ab vrbe 1220.

iohannes, Burgundiæ dux,captus à Sigiſmundo,anno ſalutis 1396.

iohannes & Albricus , ex Cumis comitibus, omnem Italiam in vnam ſocietatem S. Georgij coegerunt:externos milites,quorum auxilio Itali hactenus erant vſi , Italia eiecerunt. Teutonicos,Britones & Anglos.Blond.Plat.

Iohannes Galeacius Mediolani princeps.Barnabam patruum in vinculis ad mortem vſque retinuit,omnémque ditionem eius in ſuam redegit poteſtatem. anno ſalutis milleſimo trecenteſimo octuageſimoquinto. A Roberto Iacobi Appiani filio Piſas emit. Peruſium deditione accepit.Bononia,Lucáque eſt potitus.

iohannes Maria, Iohannis Galeatij Mediolanenſium ducis filius , Mediolanenſium etiam dux, à Mediolanis ipſis interfectus eſt,ann.ſalutis 1411.

iohannes, Leucaſtriæ dux,Conſtantiæ vxoris nomine Caſtellæ regnum iure hæreditario repetijt.Hiſpanias armata manu ingreſſus eſt,adepta victoria,affinitatem cum Iohanne Hiſpano contraxit. Henrico eius filio Catharinam filiam deſpondit. Alteram filiam Philippam Iohanni Luſitaniæ regi dedit nuptui. Pace inita cõtracta affinitate,domum victor redijt,anno ſalutis 1389.

iohanna , Siciliæ regina , Alphonſum Aragoniæ regem adoptauit,anno ſalutis 1422.

iohannă, Roberti Neapolitani filia, Andreæ Vngaro nupſit, eúmque veneno dato tradidit neci, hinc Ludouico Tarenti principi nupſit, Blond.lib 10. anno ſalutis milleſimo trecenteſimoquadrageſimo ſeptimo.

iohanna, puella ex oppido Vallicolore annorum circiter viginti, armis inſtructa, militis munus ſubijt ſub Carolo VII. Franciæ rege, cuius auſpiciis multis in locis proſperè pugnatum eſt. Remis receptis, Aurelium obſidione liberatum. Capta eſt ab Anglis, & Rhotomagi cremata, anno ſalutis 1430.

iohanna, Ladiſlai ſoror fratri in regno Siciliæ ſucceſſit, anno ſalutis 1414. Volat.

iohanna mulier, quæ ſequebatur Chriſtum, vxor Chuſæ. Luc.9.& 23.

iohanan, filius Caree, 4.Reg.25. Primogenitus Ioſiæ regis Iuda, 1.Paral.3. Filius Azariæ, 1.Paralip.6. Filius Elionai filij Naariæ, 1. Paralipom. 3. Principis nomen, 1. Paralipom. 12. Nehem. 12. Lat. gratioſus, ſiue donans, aut pius, ſiue miſericors.

ioiada, nomen ſacerdotis, 4. Reg. 12. Ierem. 29. Lat. Domini ſcientia aut cognitio.

ioiarib, nomen ſacerdotis, 1.Par.7.24. Domini obiurgatio, ſiue pugna, vel Domini multiplicatio.

iol, Numidiæ vrbs, quæ poſtea *Colonia Cæſarea* dicta eſt, à Iuba Ptolemæi patre in gratiam Auguſti cuius liberalitate, cùm poſt victum patrem Iubam Romæ in triumpho ductus eſſet, reſtitutus eſt in regnum. Strab.l.17.

iolaus, Iphicli filius qui Herculi hydram interficienti adfuit, ferróque candenti cruorem cohibuit, ne alia ex eo capita ſuppullularent. Hic cùm ad decrepitam ætatem perueniſſet, Herculis precibus iuuentuti reſtitutus eſt. Ouid. 9 Metamorph.

iolcos, oppidum Magneſiæ (quæ eſt regiuncula Theſſaliæ ab Ortu annexa) inter Pelion & Oſſam montes ad ſinum Pelaſgicum, quem & Iolciacum ab huius oppidi nomine appellat. Ouid.7.Metam.

iole, es, Euryti Œchaliæ regis filia, ab Hercule adamata, quã cùm Eurytus iam victus ei tradere recuſaſſet, licet certaminis lege debitam, ira accenſus Hercules Eurytum interfecit, vrbéque direpta Iolem abduxit, poſteaque Hyllo filio ſuo vxorem tradidit. Ouid.lib.9 Metamorph.

iolum, mons Perrhæbiæ: Incolæ, Ioli. Steph.

ion, poeta Græcus Tragicus & Lyricus, & Philoſophus, cuius ſcripta commemorantur à Suida.

ion, Xuti filius vel Apollinis & Creuſæ Erechthæi filiæ, è quo Ionia dicta eſt Attica. Steph.

iona, ſiue Ionas, propheta, filius Amathi. 4. Regum 14. Pater Ioſeph patris Iudæ patris Simeon, Luc.3. Pater item Petri Apoſtoli Iohann. 1.& 21. Lat. columba, ſiue depopulans, vel multiplicans.

ionadab, filius Semmaa fratris Dauid 2. Reg. 13. Filius item Rechab Ierem.35. Lat. ſpontaneus vel vouens, ſiue principalis.

ionathan, filius Gerſon filij Moſis, Iudic. 18. nomen ſcribæ cuiuſdam, Ierem. 37. Lat. Domini donum.

ionathan, filius Saulis regis, 1. Reg. 13. 14. 2. Reg.1.21.1. Par.10. Filius Abiathar ſacerdotis, 2. Reg.15.17.2. Reg. 1. Filius Iada filij Onam filij Ierameel. 1.Par.2. Filius Sage 1.Par.11. Eſd.8. Filius Aſael Eſdr.10. Nehem.12. Filius Caree, Iere. 40. Lat. Columbæ donum, vel donans.

ionathas dux Iudæorum conſtitutus, Bacchidem apud Iordanem vicit. Ioſeph.lib.12.c.1.& 1. Macchab.9.

ionathas, Annæ filius ſuffectus in locum Caiphæ à Vitellio Cæſare, anno ſalutis 39.

ionæ, ciuitas Palæſtinæ aliàs Gaza dicta, quod Io illuc appulerit. Steph. Ione eidem Antiochia ab Achiuis habitata iuxta Daphnem.

ionia, Aſiæ minoris regio, media inter Cariam & Æolidem, tum cœli bonitate, tum ſitus commoditate nulli regionum poſthabenda. Huius incolæ dicti ſunt Iones, ab Ionibus Græciæ populis oriundi, quorum olim duodecim præcipuæ fuerunt ciuitates, duodecim in continenti ſitæ, Miletus ſcilicet, Myus, Priene, Epheſius, Colophon, Lebedus, Teos, Clazomenæ, Phocæa Erythræa, & duæ in inſulis, Chios & Samos. Ouid.6.Faſtorum.

ionicus, ca, icum, quod eſt ex Ionia: vt Ionica lingua, inter quinque Græcarum linguas notiſſima Horat.3. Carm. Ode 5.

ionius, nia, nium, adiectiuum: vt Ionium mare, dicitur ea pars maris Mediterranei, quæ ſupra fauces Adriatici inter Siciliam & Cretam expanditur. Sunt qui Iſthmum Peloponneſiacum Ionij Ægei maris terminum faciunt. Quod ſi concedamus, dicendum erit, Creticum mare, Ægei, non Ionij partem eſſe. Ptolemæus verò in deſcriptione Macedoniæ, eam quoque partem ſinus Adriatici quæ Macedoniæ oram ab Occaſu alluit, Ionio mari attribuit: eiúſque terminos, Dyrrachio ſiue Epidamno vrbe & Pylichno fluuio circumſcribit. Rectiùs tamen Plinius, cæteríque Acroceraunio promontorio Ionium mare ab Adriatico dirimunt. Quod autem ad nominis rationem attinet, non ſatis conuenit inter ſcriptores. Didymus enim dictum exiſtimat ab Ionio quodam Dyrrhachij filio quem Hercules cum imprudenter occidiſſet, in mare proiecit, vt memoriam eius propagaret. Solinus ad Iona extrema Italiæ regiuncula dictum mauult: Lycophron ab errore Ius, Inachi filiæ: alij ab Ionum naufragio: nonnulli ab Ione quo-

dam

dam Adriæ patre, qui deinde mari Adriatico nomen fecit.

iopas, rex Afrorum vnus ex procis Didonis, vt punica teſtatur hiſtoria. Virg. li. 1. Æneid.

—cithara crinitus Iopas Perſonat aurata.

Hic muſicus fuit præſtãtiſſimus, qui apud eundem Virgilium canit errantem lunam, ſoliſque labores, Polyd. Virg. lib. 1. c. 14. de rer. inuent.

iópe, Steph. vrbs Phœniciæ prope Iamniam, vt Philo ait: vt Dionyſius, Paleſtinę (nam & Palæſtina Phœnicia dicebatur) ſic dicta ab Iope Æoli filia (quam Græci non rectè Caſſiopeam vocant) vxore Cephei conditoris & regis. Alia eſt Iope Theſſaliæ. Dicitur etiam Iopia, nimirum ab Æthiopia. Alias per duplex p ſcribitur.

iôpis, regio Laconiæ. Steph.

iópe, i. pulchritudo aut decor, vulgò *Saron* oppidum in ora curuæ Syriæ in monte ſitum, vnà cum portu, qui à barbaris nunc *Iaffa* appellatur. Num. 21. Ioſ. 19. 2. Par. 2. 1. Eſd. 3. Ioſ. 1. 1. Macch. 10. Act 9. dicitur & *Zaffo*. Nigro etiam à Barbaris *Arſuſo*.

iora nomen viri, 1. Eſd. 2. Lat. temporaneus, aut oſtendens ſiue proijciens.

iorai, nomen viri, 1. Par. 8.

ioram, filius Thou regis, 2. Reg 8. Filius item Ioſaphat, 1. Paral. 3. Lat. excelſus ſiue proiectus.

ioram, filius Ioſaphat regis Iuda, 3. Reg. Filius item Achab regis Iſrael, frater Ochoſiæ, 4. Reg. 1. 3. 8. 9. 11. 2. Par. 21. 22. Matth 1. Eſt & nomen ſacerdotis 2. Par. 17. Lat. Domini celſitudo aut proiectio.

iordánes, Conſul cum Seuero, anno ab vrbe 1223.

iordanis, Heb. Iarden, fluuius Iudææ, aquas habens ſuauiſſimas, Peream à reliqua Iudæa diſterminans. Plin. lib. 5. cap. 14. Oritur ad radices Libani duobus fontibus: alteri nomen eſt Ior, alteri Dan, qui ſimul iuncti Iordanem efficiunt, Gen. 13. Lat. fluuius iudicij, aut demonſtratio vel protectio ſiue defenſio iudicij.

iordanis, Lydiæ rex, pater Omphales. Palęph. li. de fabulis.

iornandes, librum rerum Gotthicarum ſcripſit.

ios, inſula in mari Myrthoo. Plin. li. 4. c. 12. vna Sporadum, diſtans à Nazo XIV. M. paſſuum. In hoc Homerum ſepultum ferunt, ita iubente oraculo, vt in materna patria ſepeliretur, propterea quòd matre certa, patre verò incerto natus eſſet.

ioſa, nomen principis, 1. Par. 4. Lat. Ens vel exiſtens, aut obliuiſcens vel debens.

ioſaba, filia regis I[illegible]ram, ſoror Ochoziæ, 4. Reg. 11. Vxor Iojadæ ſacerdotis, 1. Paral. 22. Lat. Domini ſocietas aut iuramentũ aut ſeptenariũ.

ioſab heſed, filius Zorobabel filij Phadaiæ, 2. Paral. 3. Lat. ſedes vel conuerſio miſericordiæ.

ioſabeth, nomen mulieris, 2. Paral. 22. quæ 4. Regũ 11. dicitur Ioſaba, idem ſignif. quod Ioſaba.

ioſabia, filius Saraiæ, filij Aſiel, pater Iehu principis, 1. Paral. 4. idem quod Ioſab-heſed ſignif.

ioſaphat, filius Aſa regis, 3. Reg. 15. 1. Par. 3. Filius Ahilud, 3. Reg. 8. Filius item Pharuæ, 3. Reg. 4. Nomen vallis videtur, Ioel. 3. Lat. Domini iudicium.

ioſaphat, vir Mathanites, 1. Par. 11. Lat. iudicatus, vel iudicatio.

ioſedec, filius Azariæ, 1. Paral. 6. Pater Ieſu ſacerdotis, Zach. 1. Lat. Dominus iuſtus, vel Domini iuſtitia.

ioſedum, inter Celtas oppidum, fluuij Sequanæ ripas citeriores attingens, ſupra Melodenum oppidum ei finitimum & Lutetiæ proximum: vulgò *Corbeil* nominatur, vt quidam exiſtimant, Vide Glareanum in lib. 7. Comment. Cæſ.

ioſeph, i. augmentum vel præfectus, vndecimus filius Iacob ex Rachel vxore. Gen. 30. Pater item Igal. Num. 13. 1. Par. 25.

ioſeph, primus dux Iudæorum, regnauit annis VI.

ioſeph, iunior Arſes, Iudæorum dux, regnauit annis LX.

ioſeph XIV. Hieroſolymorum epiſcopus, anno ſalutis 129.

ioſeph, Cani filius ſummus ſacerdos, anno ſalutis 47.

ioſeph ab Arimathia, occultus Ieſu Chriſti diſcipulus, qui eiuſdem corpus ſummo ſtudio honorificè, ac piè ſepeliuit: ac deinde in Angliam Ieſu Chriſti fidem intulit, ibique ſacrum primus diſſeminauit Euangelium. Bed. hiſt. Eccleſ. Ann. Angl.

ioſephus, Thobiæ filius, Oniæ ex ſorore nepos, Iudæos ab ira Ptolemæi liberauit. Ioſeph. lib. 4. cap. 4.

ioſephus, qui & Caiphas Simoni in pontificatu ſucceſſit. Ioſeph. li. 18. c. 7.

ioſephus, Matathiæ filius, vir apud Iudæos, necnon & apud Romanos nobiliſſimus, & ſacerdos, de Chriſti veritate teſtis digniſſimus. Vocare namque eum hominem non audet, tanquam factorem inſignium operum, magiſtrumque ſermonum veracium. Chriſtum verò apertè nominat, & pœnæ crucis adiudicatum, ac tertia die apparuiſſe viuum ſcribit, aliáque innumera miracula, de eo à prophetis non ignorat fuiſſe prædicta: ſed & multos tunc extitiſſe, quos elegit, Græcos, atque Iudæos, & in ejus permanere dilectione, atque gentem ab eo nominatam nequaquam defeciſſe teſtatur, &c. Sozom. lib. 1. c. 2. hiſt. trip. Idem de eodem Euſeb.

ita memoriæ tradidit libro 3. cap. 9. hiſt. Eccleſ. Ioſephus, Matathiæ filius, genere Hebræus, ex Hieroſolymis ſacerdos, qui non ſolùm apud Iudæos, ciues proprios, verùm etiam apud Romanos habitus fuit nobiliſſimus, ita vt literarum merito in vrbe Roma etiam ſtatuâ donaretur, & liberi eius bibliothecæ traditi ſint, quos non ſolùm Græca facundia, verùm & Hebræo ſermone, ſuis etiam ciuibus ſe edidiſſe confirmat. dignus, cui præ cæteris omnibus debeat credi, &c. Antiquitates Iudaicas, hiſtoriam excidij Hieroſolymitani, & alia ſcripſit, quæ etiamnum extant.

ioſia, filius Elnaem. 1. Para 11.

ioſias, rex Iuda filij Amon filij Manaſſe 4 Reg. 22. Lat. ignis Domini, aut vrens Dominus.

ioſpica, oppidum in ora Liburniæ apud Plin. lib. 3. cap. 21. Ptol. Lopſicam appellat. & ſic quoque ſcribitur in Plinij codicibus emendatis.

ioſua filius Nun, qui eſt Naue, nepos Eliſama, miniſter & ſucceſſor Moſis, qui populum Iſraël per ſiccatum Iordanis alueum in terram Canaan introduxit ἐπώνυμος & typus Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui filios promiſſionis Abrahæ per Iordanem ærumnarum huius vitæ & mortis in requiem vitæ æternæ introduxit ad Hebr. 4. natus eſt in Ægypto annis 52. ante exitum, & cum Moſe ex Ægypto egreſſus eſt anno mundi 2453. & primo tyrocinio fortiter & fœliciter Amalechitas profligauit. Exod. 17. paucis diebus poſt aſcendit cum Moſe in montem Sinai Exod. 24. 32. poſtea metuens ne de Domini & præceptoris ſui auctoritate aliquid decederet, petit prohiberi, ne plures prophetent. Num. 11. Sequenti anno 2454 mittitur vnà cum Caleb & aliis ad explorandam terram Canaan. Num 13. 14. Tandem anno 40. poſt exitum, Dei iuſſu ſucceſſor Moſi & dux populi ritu ſolemni ordinatur Num. 27. Deut. 31. 34. Mortuo igitur Moſe prima die anni à mundo condito 2493. populum Iſrael in terram Canaan patribus promiſſam introduxit Ioſ. 3. 4 5. & excellentes ac mirandas victorias pro Dei populo obtinuit, ac inter cæteras nobilem illam victoriam apud Gabaonem, quando Solem in Gabaone ſubſiſtere & Lunam in conualle Aialonis iuſſit donec Iſraelis hoſtes vltus eſſet. Ioſ 6. 8. 10. 11. Poſtremùm deuictis ac triumphatis regibus Cananæis, terram Iſraelitis ſorte diſtribuit anno mundi 2499. Iobeleo quinquageſimo primo qui annus quadrageſimus ſextus completus erat ab Exodo. poſtea anno 2518. quum paulo ante de beneficijs Dei ad populum grauiſſimam orationem habuiſſet. moritur anno imperij 25. vitæ 110. Ioſ. cap. vlt. Græcis dicitur ἰησοῦς, hoc eſt Ieſus, vt Ebr. 4. Act. 7. Syrach 46. & vbique in LXX. interpretum verſione Seruatorem ſeu opitulatorem ſignificat.

iota, ciuitas in tribu Iuda Ioſ. 5 Eadem videtur eſſe quæ Ioſ. 22. Ieta appellatur. Vide IETA.

iotabis, inſula ſinus Arabici. Procop.

iotæ, Scythiæ intra Imáum populi. Ptol.

iotapata, vrbs in Syria. Steph. ex Ioſepho, à conditore ſic vocata.

iotape, Ciliciæ oppidum, Ptol. quod Niger *Lombardo*, vocat.

iouiaçum, Norici oppidum. Anto. *Salizburg.* Lazio.

iouianus Pōtanus, Philoſophus & poeta, multa ſcripſit tū proſa oratione, tū carmine quę extāt.

iouinianus, Maximianus Cæſar voluit vocari quòd ſe fortiter in Illyrio geſſiſſet.

iouinianus, nuptias virginitati præferebat, ſecutus opinionem Stoicorum de virtutum & vitiorum æqualitate. Eius ſcriptis reſpondit Hieronymus.

iouinus, Conſul cum Lupicino, anno ab vrbe 1110.

iouis fanum, Lydiæ vrbs. Ptol.

iouis fons in Dodone, qui meridie ſemper deficit. Pli. lib. 2. c. 103. qua de cauſa Anapauomenos vocari ſcribit Plin. lib. 5. c. 103.

iouis indigetis lucus in Latio, inter Ardeam & Antium. Plin.

iouis mons, Pto. in Africa propria in Phœnicia quoque lib. Notit. Et in Hiſpania Tarraconen. Pomp. *Moniui*, Oliuario. Varrerius docet ex Pomponij lectione duo huius nominis eſſe hoc tractu montes, quorum alterum hodie *Monjui*, alterum *Monte Iudaico* vocant.

iouis promontorium in Taprobana inſula, Ptol.

iouis Seruatoris portus, ad Argolicum ſinum. Ptolem.

iouiſura, vrbs in Norica. Anton.

iouis Vrij fanum, Arriano ad Boſphorum Thracium in Aſia deſcribitur. Hodie arx eſt, quam Græci Ieron appellant, teſte Petro Gyllio in ſuo Boſphoro.

iozabad, nomen ſerui Ioas regis, à quo occiſus eſt ipſe Ioas 4. Reg. 12. 1. par. 26. 2. par. 17. 24. Lat. Domini dos, vel Domini dotatio.

iozabad, vel Ioſabeth, princeps militiæ 1. paral. 12. Nehem. 11. 2. par. 31. 35. 2. Eſdr. 6. Lat. dotatus.

iozachar, filius Semaar. ſeruus Ioas regis Iuda, qui Iozachar occidit ipſum regem Ioas, adiutus à Iozabad conſeruo. 4 Reg. 12. Lat. memorans ſiue maſculinus.

iozarus, ſummus ſacerdos, anno ſalutis 11.

I P

ipa, vrbs à Roboamo ædificata. Ioſeph. Antiquit. li. 8 c. 3.

ipana, vrbs circa Carthaginem. Steph.

Ipaſturgi

Digitized by Google

Ipaſturgi, oppidum Hiſpaniæ, quod *triumphale* appellatur. Plin.lib.3.c.1.

iphates & Teſtorius filij Priami, quos illi vno partu Periuia Idæ à Nympha enixa eſt, quam ipſe furtim in venatione compreſſerat: poſtea verò in bello Troiano ab Antilocho Neſtoris filio ſunt occiſi.

iphinaſſa Iphinoe & Lyſippe, filiæ Prœti Argiuorum regis, quæ cùm ad Iunonis templum veniſſent, deam contumeliis affecerunt, patris ſui domum, diuitiis templi Iunonis, vel, vt alij ferunt, formam ſuam deæ pulchritudini præferentes, à Iunone in furorem verſæ ſunt, adeò vt putarent ſe eſſe vaccas agróſque falſis mugitibus implerent. Ad quas curandas accerſitus eſt Melampus, cui pater regni partem, & alteram filiam, quam vellet, nuptui promiſit. Placata igitur per ſupplicationem & hoſtias Iunone, Melampus Prœtidas à morbo curauit, & Iphianaſſam vxorem duxit. Hoc etiam nomine appellatur à Lucretio lib.1. Iphigenia, Agamemnonis filia ex Clitemneſtra. Vide Apollod lib.2.

iphiaſtæ, gens Aramantidis tribus. Heſych.

iphiclus, ſiue Iphicles, filius Amphitryonis ex Alcmena eodem cum Hercule partu editus, quãuis diuerſo ex patre. Hic cùm Iuno nouercali concitata odio Herculi angues duos immiſiſſet, tanto perculſus eſt timore, vt de cunis decidens, vagitu ſuo parentes excitarit: qui cùm repentè ſurrexiſſent, viderunt Herculem duos miræ magnitudinis angues manibus elidentem.

iphicrates, Æmilio & Plutarcho, Vir Athenienſis, non tam magnitudine rerum geſtarum quàm diſciplina militari nobilitatus.

iphicrates, ſculptor nobilis apud Athenienſes.

iphidamas, Hom.lib.11. Iliad. Antenoris filius corpore lato atque procero, ab Agamemnone in bello Troiano interemptus.

iphigenia Agamemnonis & Clytemneſtræ filia: de qua fabulam huiuſmodi comminiſcuntur poetæ. Cùm Agamemnon in Aulide ceruum Dianæ imprudens occidiſſet, Dea indignata, cõtrariis flatibus Græcorum nauigationem eſt remorata. Qua de re cùm vates conſulerentur reſponſum eſt Agamemnonio ſanguine deam eſſe placandam. Miſſus igitur Vlyſſes, Iphigeniam aſtu à matre abduxit. Achilli eam nupturam ſimulans: cúmque iam immolanda eſſet, Dea eius miſerta, ceruam pro ea ſuppoſuit, virginem autem in Tauricam regionem tranſtulit, vbi à Thoante rege eius deæ ſacris præfecta eſt, quæ humano ſanguine fieri ſolebant. Quo cùm poſtea Oreſtes furiis agitatus veniſſet, iámque eſſet immolandus, à ſorore agnitus & liberatus eſt: cum qua non multò poſt, occiſo Thoante rege, aufugit, ablato ſecum Dianæ ſimulachro, in lignorum faſce abſcondito (propter quod illam Falcelidem vocarunt) quòd cùm in Italiam veniſſent, in Aricino nemore collocarunt. Vide Ouid. Metamorph lib.2.

iphimedia, vxor Aloei, quæ compreſſa à Neptuno, filios geminos peperit, Othum & Ephialten, qui ſingulis menſibus nouem digitorum longitudinem ſtaturæ ſuæ adijciebant: cúmque paucis annis in ſummam corporis molem excreuiſſent, vnà cum cæteris gigantibus aduerſus ſuperos bellum mouentes, Apollinis & Dianæ telis confixi ſunt.

iphinaſſa. Vide Iphianaſſa.

iphinoë filia Prœti Argiuorum regis quam cũ ſororibus furiis agitatam Melampus ſanitati reſtituit. Apollod. lib.2. vide Iphianaſſa & Lyſippe.

iphinous vnus ex Centauris, apud Ouidium 12. Metam.

iphis, puer formæ venuſtate conſpicuus, qui cùm Anaxareten puellam impotenter adamaret, neque illa eius amori reſponderet, impatientia repulſæ vitam laqueo finiuit. Cúmque iam ad ſepulturam efferretur, Anaxarete è feneſtra proſpiciens, immotíſque oculis funus aſpiciens, in ſaxum (quo figmento duritiem animi poeta exprimere voluit,) mutata eſt. Ouid. 14. Metam.

iphis, puella quædam Cretenſis, ex Phæſto oppido, Lygdi & Theletuſæ filia, ipſo nuptiarum die in marem mutata. Nam cùm Lygdus vxorem grauidam eſſe animaduerteret, peregrè proficiſcens in mandatis ei reliquit, vt ſi filiam pareret, exponi eam curaret. Idque cùm ita euenillet, anxia Telethuſa, quòd neque naturæ legem, quæ liberis nobis nihil charius eſſe voluit, neque mariti iuſſa auderet præuaricari mediam viam delegit, qua & pietatis fines non prætergrederetur, & viri indignationem euitaret. Simulat itaque marem ſeſe peperiſſe: habitúque virilem mentitur ſexum, noménque Iphidi imponit, mari fœminæque commune. Verùm cùm iam adoleuiſſet, patérque puellam Ianthen nomine ei deſpondiſſet, Telethuſa animaduertens rem diutiùs celari non poſſe. Iſidis opem implorauit: quæ precibus eius exauditis, Iphidem in marem commutauit. Ouid. lib.9. Metamorph.

iphiſtiadæ, Athenienſium gens. Heſych.

iphitus, Euryti Oechaliæ regis filius, quem Hercules, occiſo patre, è turri præcipitauit.

iphitus, Troianus. Virg.2 Æneid.

ipnum, quam aliqui Ipneam vocant, vrbs Locrorum Ozolorum. Steph.

ipnus, untis, vel Ipnuſia, parua regio in Samo, vbi Iunonis Ipnuntidis templum erat. Steph.

ippa, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum Ptol.

ipſicuri, Liguriæ populi, Steph. quos quoque Arbazanos dici tradit.

I R

Ira, i. ciuitas aut vigil, ſiue denudatio aut effuſio vel aceruus viſionis, nomen ſacerdotis, 2. Reg.20. filius Acces Thecuites. 1.Par.11.

Irad, filius Enoch. Gen.4. Lat. onager, ſiue aceruus deſcenſionis aut imperij, vel draco.

Irai, filius Bela, filij Benjamin, filij Iacob, 1. Par.7. Lat. vigil aut ciuitas, ſiue denudans, vel euacuans, aut pullus.

Iraphiotes. Vide Eraphiotes.

Irath, Cæſarienſis Mauritaniæ oppidum. Ptol.

Irecos, Hiſpaniæ vrbs. Herculi grata. Vib. Sequeſter.

Irene, inſula. Vide Calauria.

Irene, Conſtantini VII. Imperatoris mater, imperauit cum filio, annis IX. anno ſalutis 783. Irene & Conſtantinus Synodum in Nicæa vrbe CCC & I. epiſcoporum celebrarunt, in qua ſanctorum imagines eccleſiis ſunt reſtitutæ. Blond. Conſtantinus iam adultus, matrem haud ampliùs paſſus, imperio dejecit, ejectam in ordinē redegit, & ſolus regnauit annis VII. Irene autem hanc repulſam ægro ferens animo, filium dolo captum, effoſſis oculis coniecit in carcerem, in qua & exhalauit animam, anno ſalutis 798. Tum imperauit ſola annis IV.

Ireneus, Lugdunenſis epiſcopus, vir doctiſſimus, cuius extant opera, anno ſalutis 179. Euſeb. lib.5.cap.5.

Irenopolis, Ciliciæ vrbs. Ptolem.

Iredæ, vicus in tribu Acamantide. Steph.

Iria, fluuius Italiæ. Iornand. Lombardiæ item Ciſpadanæ oppidum. *Vegera*, Leandro.

Iria Flauia, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs Ptolemæo lib. 8. cap. 68. *Maria Finis terræ* vulgo. Iria etiam, Taurinorum vrbs. Ptol. Titia Plin. hodie *Sartyrana*.

Iringus, Auarorum dux, ab Henrico Foriulianorum duce ſuperatus & expoliatus ineſtimabili præda, anno ab vrbe 359.

Iris, Thaumantis filia, quam poëtæ Iunonis nunciam faciunt, reuera eſt arcus cœleſtis. Iunonis autem nomine aërem intelligimus. Vnde cùm poëtæ Irim Iunonis faciunt nunciam hoc intelligi volunt, pluuiæ eam prænunciam eſſe.

Iris fluuius minoris Aſiæ, in Euxinum Pontum ſe exonerans Niger *Lerio* vocat. Iris etiam pars inſulæ Britannicæ. Diodor. lib. 5.

Irlandia quæ Latinis Græciſque ſcriptoribus Hibernia, aliis Iuerna, nonnullis Ierna dicta, ab incolis *Eryn* vocatur. Inde exteri ex Anglorum ore, qui ſecundam vocalem eodem ſono quo cæteræ nationes tertiam pronuntiant *Irylandt*, & poſtea per contractionem *Irlandt*, feciſſe veriſimile eſt. *Eryn* enim & *landt* Anglo Saxonibus, omnibúſque Germanis, nil aliud, quàm regio aut terra Eryn ſignificat. Vide Hibernia.

Irpini, populi erant ad Soracten montem, dicti ab Irpo, quo nomine Samnites lupum appellant, ſiue quòd lupum ducem ſequuti, ſedes ſuas ibi delegerunt, vt Feſtus tradit, ſiue quòd more luporum ex rapto viuerent. Hos Seruius Hirpinos per aſpirationem vocant.

Irrheſia, Ægei maris inſula. Plin.

Irus, Indiæ mons circa Indi fluminis oſtium. Ptolem.

Irus, mendicus Ithacenſis, aſſecla procorum Penelopes, vero nomine Arnæus dictus. Irus autem cognominatus, quòd quemadmodum Iris deorum & præcipuè Iunonis, ita hic procorum nuntius eſſet. Hunc Vlyſſes, domum reuerſus, pugno interfecit. Homerus 18. Odyſſ. Huius paupertas abiit in prouerbium, vt hominem extremæ inopiæ Iro pauperiorem dicamus. Filiam habuit Chryſippen, quæ ex Phthio Hellenem peperit, Stephanus in Hellas.

Irus, vrbs Theſſaliæ, Ciuis Irotes. Steph.

I S

Is, vrbs Perſica, à Babylone itinere dierum octo diſtans, apud quam eſt Is fluuius, è quo bitumen ad totius Babylonis murum ſubminiſtrabatur. Herod. lib. 1.

Iſaac, filius Abraham ex Sara. Geneſ. 17. & 21. Lat. riſus.

Iſaac, cognomento Angelus morti adiudicatus, imperator Conſtantinopolitanus fuit proclamatus, vnctus, & conſecratus ac deinde ab Alexi fratre ſuo imperio pulſus, obcæcatus, in carcerem truſus: dehinc liberatus obiit.

Iſaar, filius Caat, filij Leui, Exod. 6. 1. Paral. 6. & 23. qui Num. 3. dicitur Ieſar, iiſdem tamen conſonantibus & punctis, Lat. oleum, ſiue claritas. aut meridianus.

Iſaari, nomen viri. 1. Par. 26. idem ſignif. quod Iſaar.

Iſabella, Henrici Anglorum regis ſoror, Friderico imperatori nuptui data eſt. Polybius libro 16.

Iſabella, Portugalliæ regis ſoror, Caroli Hiſpaniæ regis vxor, anno ſalutis 1526.

Iſaca, fluuius Britanniæ inſulæ, Ptolem. libro ſecundo, capite tertio. Vulgò *Ex*, ſed *Iſca* eſt Camdeno.

Iſachæi, aliàs Aſachæi, ſunt populi in Æthiopia, apud quos tanta Draconum copia naſcitur, vt cratium modo impliciti, erectis capitibus velificent ad meliora pabula Arabiæ. Plin.

Iſacius Angelus, Conſtantinopolitanus imperator ex Peloponneſiaco bello vocatus, Andronicum bello vicit, cepit, mutilatis membris eum interfecit, anno ſalutis 1185.

Iſacius

Digitized by Google

Iſacius Comnenus, Græcorum imperator, anno ſalutis 1959. Hic vſque adeò continens fertur, vt vxorem nunquam inire voluerit poſt prolem ſemel ex ea ſuſceptam, quamuis ad morbi remedium medici conſulerent, vt frequentiore venere vteretur.

Iſacius, Patricius Conſtantinopolitanus, Italię VIII. Exarchus, Blond. lib. 9. decad. 1.

Iſæus, Aſſyrius rhetor, adoleſcentiam variis corporis voluptatibus tradidit, deinde vir factus, frugaliſſimus omnium fuit. Characterem orationis non profuſum habuit, ſed parcum caſtigatúmque, ac ſecundùm naturam, qui tantùm rebus breuiter narratis ſuppeteret. Nam totum quidem argumentum paucis, ſummáque complecti ipſius primum inuentum eſt: vt Lacedæmoniis de ordinibus conſulentibus ac ſollicitis, illud Homericum iactauerit,

Scutum ſcuta premant, galeam galeaque, virum vir.

Philoſtratus. Plinius Iunior lib. 2.

Iſagrus, Athenienſium imperator, anno ab vrbe 245.

Iſagurus, Indiæ intra Gangem oppidum. Prolemæus.

Iſai, pater Dauid, 1. Reg. 16. Ruth. 4. quem Græci Ieſſe vocant. Lat. munus, aut Ens, ſiue exiſtens, vel debitor.

Iſaias ſiue Ieſaia, ſiue Ieſaias, ſiue Eſaias, i. ſalus Domini, nomen prophetæ, qui nobili genere ortus, in Hieruſalem prophetauit, nihil ruſticitatis in ſermone habens, qui non tam propheta, quàm euangeliſta fuit. Vniuerſa Chriſti, eccleſiæque myſteria ad liquidum proſequutus eſt, vt non putes eum de futuro, ſed de præterito hiſtoriam texere. Tandem ſub Manaſſe rege ſectus in duas partes, occubuit.

Iſalecus, Luſitaniæ vrbs. Ptol.

Iſamnium, Hiberniæ promontorium. Ptol. *Portmuk*, Mercatori.

Iſamus, fluuij nomen in India. Strabo, collis item Aſiæ minoris apud Cedrenum.

Iſana, Palæſtinæ villa. Ioſeph. Antiq libro 8. & 14.

Iſander, filius Bellerophontis & Achimenes, eo in bello, quod Lycij Solymis intulerunt, ab hoſtibus interfectus. Hom. 6. Iliad.

Iſapis, fluuius propinquus Cæſenæ. Strab. 11. Lucan. lib. 2.

Cruſtumiumq́; rapax, & iunctus Iſapis Iſauro.

Quidam legendum putant *Sapis Sauio* Leandro circa Ariminum eſt.

Iſar, fluuius Allobrogum, non procul à Cemeno monte in Rhodanum influens. Vide Cæſarem & Plinium lib. 3. c. 4. Lucan. lib. 1.

Hi vada liquerunt Iſare qui gurgite ductus, &c. hodie *Yſere*.

Iſar, Vindeliciæ fluuius, apud Strabonem, qui hactenus nomen retinet.

Iſarci, Alpinæ gentes Plin. ab Auguſto Imper. deuictæ.

Iſari, Indiæ populi. Plin.

Iſari, nomen viri, 1. Paral. 25. Lat. figmentum, aut tribulans.

Iſaria, inſula è regione Veliæ, alio nomine Oenotris. Vide Iſia.

Iſarichæ, Carmaniæ deſertæ gens. Ptol.

Iſauria, regio minoris Aſiæ ad Taurum montem Ciliciæ proxima, quam P. Seruilius cognomento Iſauricus, in ditionem Romanorum redegit, multis piratarum munitionibus, quæ in ora maritima erant, vi expugnatis, Strabo lib. 11. Dicta Iſauri ab Iſauris præcipua regionis totius vrbe, inter Lycaoniam & Ciliciam ſita, quam poſtea Claudius deducta eò colonia de nomine ſuo Claudiopolim appellauit. Ammia. lib. 14.

Iſaurum, ciuitas Pamphiliæ, à qua Iſauricus Seruilius Romanus dictus eſt qui Iſaurum cepit. Ouid. 1. Faſt.

Aphrica victorem de ſe vocat: alter Iſaurum.

Hæc adeò pauper fuit, vt publico funere Romæ elatus fuerit.

Iſaurus, Flaminiæ fluuius, qui accepto Sapi non procul à Cæſenna, in mare influit Adriaticum.

Iſbaab. Lat. ſeſſio, vel habitatio patris, aut conuerſio, vel inflatio, ſiue captiuitas patris, nomen viri, 1. Par 24.

Iſboſeth, filius Saul. regis Iſrael, 1. Reg. Lat. vir confuſionis, vel ignominiæ aut viri mora.

Iſburgis, fœmina pudiciſſima Philippi Theodati, Francorum regis, vxor, à marito repudiata, quòd is eam ſibi ſanguine propinquam exiſtimaret: hæc poſtea in perpetua continentia vixit. Cuius corpus in Eccleſia D. Ioannis de inſula iacet ſepultum. Cuius epitaphium eſt eiuſmodi.

Hic iacet Iſburgis regum generoſa propago
Regia quod regis fuit vxor, ſignat imago.
Flore nitens morum vixit patre rege Dacorum,
Inclyta Francorum regis adepta thorum.
Nobilis huius erat (quòd in orbis ſanguine clarò
Inuenies rarò) mens pia, caſta caro.
Annus millenus aderat, deciéſque vicenus,
Ter duo, térque decem, cùm ſubit iſta necem.

Iſburus, Siciliæ fluuius, Ptol. *Matha ſoli*, Fazello.

Iſbus. Iſauriæ ciuitas: Gentile, Iſbotes. Steph.

Iſca, Dumniorum vrbs, in Albione inſula. Ptol. hodie. *Exceſtre*.

Iſchalis, Albionis inſulæ ſeu Britanniæ vrbs. Ptol. lib. 22. *Ilceſtre*, hodie.

Iſchera, Lybiæ interioris vrbs. Ptol.

Iſchomache, ches, vxor Pirithoi, ex Atracia Theſſaliæ regiuncula, alio nomine Hippoda-

Digitized by Google

mia appellata; quem cùm Centauri Pirithoo præripere conarentur, ingenti clade ab Hercule & Theſeo profligati ſunt. Propert. lib. 2. Eleg. 4.

Iſchomacus, Crotoniates nobilis athleta, qui in ſtadio victor extitit, M. Valerio & P. Poſthumio Romæ Coſſ.

Iſchópolis, Ptol. Ponti Cappadocij vrbs iuxta Sidonem, vulgò *Tripoli*.

Iſcia, inſula, è regione Veliæ, alio nomine Oenotris dicta. Plin. lib. 3. cap. 7. Vide Iſatia & Oenotrides.

Iſcina, Africæ propriæ vrbs. Anton.

Iſdicæa, Thraciæ vrbs. Ptol.

Iſdigertes, Perſarum rex, anno ſalutis 400.

Iſeilacus. Vide Sebinus.

Iſepus, gens Scythica. Steph.

Iſeum, vrbs Ægypti ab Iſide dicta, cuius incolæ Metaboli (id eſt mutabiles) tales enim erãt. Solis mercatoribus merces receptã vendũt, quaſi ipſi ab artificibus, minutatim & particulatim emunt ac indigenti quoque vendunt. Stephanus

Iſiaci Iſidis ſacerdotes, in Ægypto, qui veſtibus tantum lineis, quas illi λινοστολίας appellabant, amiciebantur: à qua conſuetudine emanauit ſcitum illud Plutarch dictum. Nam neque philoſophos facit barba prolixior, veſtiſque attrita: nec item Iſiacos lini amictus. Habet autem hoc non inuenuſtam prouerbij ſpeciem. Iſia cum non facit linoſtolia, pro eo quod trito vulgi prouerbio dicimus, Monachum non perfici cucullo.

Iſidis, inſula in ſinu Arabico Ptol. Iſidis portus à Plinio appellatur, & Straboni Iſidis templum.

Iſidis, portus apud Troglodytas. Plin.

Iſidis, templum & vrbs in Delta Ægypti. Plin

Iſidis, item regio thurifera in Æthiopia ſub Ægypto. Strabo.

Iſidórus, ſub Decio imperatore martyrio apud Alexandriam coronatus eſt, ann. ſalutis 251.

Iſidórus. Cõſularum Senatore, an ab vrb. 1189.

Iſinda, vel Iſindus vrbs Ioniæ. Eſt & Iſinda vel Iſindus regiuncula. Steph.

Iſiphylus, pater Proteſilai, ſocer Laodamiæ Ouidius Epiſt

Iſis, Colchidis fluuius Arrian. in Periplo.

Iſis, Inachi fluminis filia, Io prius dicta, quam cùm Iupiter adamaret, metu interuenientis Iunonis in iuuencam transformauit. Neque ea men tem calidè rem diſſimulare potuit quin ſuſpicioſiſſimæ vxori ſuboleret: quæ cùm iuuencam illi ſibi dono dari petiſſet, neque ille auſus eſſet pernegare. Ergo cuſtode illi appoſito, arctiſſimè eam obſeruauit. Quam rem tam ægrè tulit Iupiter, vt Argum per Mercurium interficiendum curarit. Iuno autem œſtro pellici immiſſo, ſummis eam doloribus ſine intermiſſione exagitauit, donec vicem illius miſeratus Iupiter, bona cum venia vxoris, priſtinæ eam formæ reſtituit. Hæc poſtea Oſiridi nupſit mutatóque nomine Iſis dicta eſt, quam Ægyptij vita functam, ob beneficiorum memoriam quæ in ipſos contulerat, diuinis honoribus ſunt proſequuti, ſacerdotéſque ei inſtituerunt, quos Iſiacos de nomine eius appellarunt. Lucan. lib. 8.

Nos in templa tuam Romana recepimus Iſim.

Scripſit Suidas, Iſim Iouem ex Argo rapuiſſe, & cùm Iunonem timeret mutaſſe nunc in bouem candidam nunc in nigram, nunc in violaceam, cùmque ea oberrantem in Ægyptum veniſſe. De Iſide multa Plutarchus peculiari ſcripſit libello qui inter eius opera extat.

Iſium, Ægypti vrbs. Steph. & Æthiopiæ promontorium ad Arabicum ſinum, vide Iſeum.

Iſmael, filius Abraham ex Agar ancilla. Gen. 29. Filius item Nathaniæ, 4. Reg 25. Filius Aſel, filij Elaſa, 1. Par. 8 & 9. Lat. exauditio Dei.

Iſmaela, Arabiæ parua regio. Incolæ, Iſmaelitæ Stephano.

Iſmaelitæ, populi quos Moſes (vt quidam dicunt) Madianitas vocat, Gen. 1. Euſebius Agarenos ſiue Saracenos.

Iſmara Armeniæ maioris vrbs iuxta Euphratem. Ptol.

Iſmarus, ri, ſiue Iſmaraeorum, mons Thraciæ aſper & incultus ex vna parte, ex altera fertilis vinetis & oliuetis, quem Orpheus incoluit. Inde Iſmarius, a, um, id eſt Thracius.

Iſmene, Oedipi filia. Statius 3. Thebaid. Cyrrhei cuiuſdam iuuenis ſponſa, qui ante nuptias à Tydeo occiſus eſt.

Iſmene, Bœotiæ vicus. Steph.

Iſmenias, nomen Thebani optimi tibicinis. De hoc Plutarch. in Pericle, Cùm audiſſet Antiſthenes Iſmeniam optimum eſſe tibicinem, reſpondit, Malus igitur Nam ſi probus eſſet, tibicen non eſſet.

Iſmenus, fluuius Bœotiæ non procul ab Auſide in Euripum Euboicum illabens, Dictus autem putatur Iſmenes, ab Iſmeno, Pelaſgi filio. Ouid. 2. Metam. Inde Iſmenius, a, um, i. Thebanus. *Iſmenides*, mulieres Thebanæ, & Apollo *Iſmenius*. Steph.

Iſmenius, Apollo dictus eſt ab Iſmenio colle Thebano vbi templum habet.

Iſmiel nomen principis, 1. Par 4. Lat. nominatio Dei, aut admiratio vel ſtupor Dei.

Iſocrates, orator Athenienſis, vnus è decem, dulcis & numeroſus in dicendo fuit: ad rempublicam non acceſſit, neque in concionem aſcendit, deficiente pronunciatione: tum etiam ad cauendam inuidiam eorum, qui libenter iis qui eloquentiæ honore præſtant, ſe opponunt. Ciuitatem tamen iuuit, Philippúmque in his, quæ ad illum ſcripſit, Athenienſibus concilia-

uit. Pane-

Digitized by G

nit. Panegyricus eius omnium pulcherrimus quem in Olympia habuit, adhortans Græcos contra Aſia⟨m⟩ mutuis expoſtulationibus relictis, Gorgiam excitauit, vt idem quoque faceret. Optimæ eius orationes cenſentur Archidamus & Amartyrus ad Euthymum. Deceſſit annos ferè centum natus, poſt Athenienſium cladem ad Cheroneam acceptam, non ſuſtinens nuntium tantæ cladis. Ex Philoſtrato.

iſocrates, ſuperioris auditor, ex Apollonia Ponti, orator & ipſe nobilis: reliquit orationes quinque, qui & vnà cum claris oratoribus certauit in funere Mauſoli Artemiſiæ viri. Suid.

iſocrates & Machaon, præfecti claſſis Corinthiorum in bello Peloponneſiaco contra Athenienſes à Thucydide commemorantur.

iſonoæ, Sarmatiæ Aſiaticæ gens. Ptol.

iſonoe, Aſſyriæ oppidum. Ptol.

iſora Nuarola, mulier quædam Veronenſis, quæ per totam vitam Philoſophiam verbo & opere profeſſa eſt. Hæc ſcripſit Dialogum, in quo diſputatur, vter grauiùs peccauerit, Adam an Eua. Quibus literarum laudibus adiecit, perpetuum virginitatis florem.

iſpa, Armeniæ minoris vrbs. Ptol.

iſpalis, Bæticæ Hiſpaniæ vrbs clariſſima, à qua & Iſpalenſis conuentus Plinio dictus: ſicut Cordubenſis, Aſtigitanus & Gaditanus, Pomp. lib. 2. Strabo lib. 3. Romulea cognominata eſt. Hodie vulgò *Seuilia* dicitur, Ptol. lib. 2.

iſpalenſes, populos habet Plin. in Hiſpania Tarrac.

iſpellum, ciuitas in Vmbria, ex altera montium parte qua Camertes. Iſpolum olim dicebatur. Ptol. li. 3. c. 1.

iſpinum, Carpitanorum in Hiſpania oppidum. Ptol.

iſpolum, Vilumbrorum (qui Vmbris magis orientales ſunt) vrbs Ptol. l. 3. c 3. Iſpellũ hodie.

iſpolis, Ptol. li. 4. c. 3. vicus Syrtis magnæ. hodie Naim ciuitas.

iſrael, nomen Iacob inditum ei ab Angelo. Gen. 15. Lat. præualens ſiue dominans cum Deo.

iſraelitæ, populi ab Iſrael ſic cognominati, 2. Reg. 3.

iſreela, nomen viri, 1. Paral. 25 Lat. præualens, aut dominans Deus, ſiue rectitudo Dei, aut canticum Dei.

iſſa, inſula in mari Adriatico, Dalmatiæ adiacens & Illyriæ, cum oppido eiuſdem nominis, Ptol. lib. 2. Strab. lib. 7. Pomp. lib. 2. Ab ea fit Iſſæus, a, um. Eſt item catellæ nomen apud Martial. lib. 1. Epig. 154.

iſſa, vrbs in Leſbo Imera etiam dicta, deinde Pelaſgia & Iſſa, ab Iſſa Macaris filia. Steph.

iſſa, inſula & vrbs. Ptol. in mari Illyrico, Hæc Liſſa Sophiano nominatur.

iſſachar, nonus filius Iacob ex Lea vxore ſua, Gen. 30. nomen tribus. 3. Reg. 4. Lat. eſt merces vel præmium.

iſſatis, Parthorum vrbs, oppoſita quondam Medis. Plin.

iſſedon Scythica, Scythiæ extra Imaum vrbs. Ptol. Eſſedon Stephano, *Surtvis* Caſtaldo. Hæc ſola ferè toti orbi terrarum Rhabarbarũ ſuppeditat. Eſt & alia *Iſſedon Serica* apud eundẽ. Ptol.

iſſorium, mons Laconiæ, vnde Diana Iſſoria. Steph.

iſſus, vrbs inter Syriam & Ciciliam, vbi Alexander Darium vicit: ideóque Nicopolis ab eo dicta eſt: hinc Iſſicus ſinus, ciuis Iſſæus. ibidem fluuius eſt nomine Pinarus. Steph.

iſter, fluuius Europæ longè maximus, qui ortus in iugis Arnobæ montis Germaniæ, ex aduerſo Raurici Galliæ oppidi, multis intra Alpes millibus ac per innumeras lapſus gentes, ſexaginta auctus amnibus, in Pontum ſex oſtiis euoluitur. Alio nomine Danubius dicitur, præſertim à fonte vſque ad cataractas, quæ ſunt in montibus Daciæ, non procul à Tauro oppido. Nam inde deinceps Iſtri dicuntur huius fluminis accolæ. Lucan. lib. 4.

Iſter, ſiue Iſtrus hiſtoricus Callimachi diſcipulus, vnde Callimachius dictus eſt, varia ſcripſit, quorum meminerunt Athenæus Harpocration, Plutarchus, Laërtius, Euſtathius, Stephanus & alij. Duo autem fuere Iſtri, alter Alexandrinus, vt videre eſt apud Plutarchum in quæſtionibus Græcis, alter Calatianus fuit vt videre eſt apud Stephanum in voce Calatis.

Iſthemo, ciuitas in tribu Iudæ. Ioſ. 15. Lat. ignis admirationis, vel conſummationis, vel perfectionis aut ſimplicitatis.

Iſthmia, intra quatuor ſacra certamina numerantur, quæ quinto quoque anno in Græcia celebrari ſolẽt in honorẽ Neptuni, inſtituta à Theſeo (vt Plutarcho videtur) aut certè in honorẽ Palæmonis, vt ex Archiæ Poetæ Græco Epigrãmate colligitur, quod etiã hodie circumfertur. Huius certaminis victores pinu coronabãtur. De inſtitutione horũ ludorũ ſic ſcribit Plutarchus in vita Theſei, Theſeus primus Neptuno certamen inſtituit, gloriaríque eſt ſolitus, ob Herculem Ioui, ob ſe verò Iſthmia Neptuno celebrari. Dicta autem ſunt Iſthmia à Peloponneſi Iſthmo, in cuius faucibus celebrabantur non procul à Neptuni templo, quod illic erat in primis celebre.

Iſthmus, varij ſunt Iſthmi apud Geographos Peloponneſi videlicet, Ægypti, Tauricæ Cherſoneſi, Ponti Euxini in Sarmatia Europæa.

Iſtiæa, Ionicè pro Eſtiæa, vrbs Eubœæ, quæ nunc Oropus: Gentile, Eſtiæus: nam Iſtiotes ab oppido Theſſaliæ deſcendit.

Iſtiæotis, Græciæ regio, quæ ad Oſſam &

Olympum iacet.Herodot.

iſtob,i.vir bonus & ſimplex,2.Reg.10.

iſtone, mons Corcyræ proximus: vnde Iſtonæus.Steph.

iſtonium, Celtiberorum in Hiſpania oppidum,vide Hiſtonium.

iſtria,Italiæ regio,poſt flexum Adriatici ſinus Illyrico contermina, quæ in latitudine ſexaginta paſſuũ millia, in circuitu centũ viginti quinque millia complectitur,à Phormione,nunc Tiſano fluuio ad Banaticum ſinum extenſa, in quo Arſia amnis decurrens Iſtriam ab Illyrio dirimit. Huius regionis incolæ Iſtri dicuntur. Hos fama eſt originem à Colchis duxiſſe,miſſis ab Æta rege ad Argonautas perſequendos: qui vt à Ponto intrauerunt Iſtrum, nec raptores inueniſſent, ſiue metu regis, ſiue tædio longæ nauigationis, iuxta Aquileiam conſederunt,Iſtríque ex amnis nomine,quo à mari conceſſerant,ſunt appellati. Iſtria quoque eſt oppidum ad Danubij oſtia ſitum,vt ex Arriano in Periplo docet Pintianus.

iſtriana, ciuitas ad mare Perſicum: Gentile, Iſtrianites, vel Iſtrianeus. Steph. Arabiæ fœlicis vrbs.Ptol.

iſtrianus, Tauricæ Cherſoneſi fluuius. Ptol. *Calamita* fortè hodie Nigro.

iſtrici,populi ad Pontum Euxinum.Pomp.

iſtrinus,a,um, gentile,vt apud Herod.in Melpomene Aripithi Scytharum regi vxor erat Iſtrina, i. ex Iſtria quæ Sylem filium Græcam linguam literáſque edocuit.

iſtropolis, vrbs Thraciæ non procul ab oſtiis Iſtri, Mileſiorum colonia, Plinius libro quarto, cap.11.

iſtrus, vrbs Cretæ, quam Artemidorus Iſtronem vocat.Altera eſt in Põto,hinc Iſtrius,Iſtrianus,Iſtrinus. Tertia,inſula cum oppido eiuſdem nominis iuxta Triopium Cnidiæ. Quarta, vrbs Iapygiæ.Vide Iſter & Iſtropolis.

iſtula fluuius ad ſinum Germanię,Ortum verſus.Vide Viſtula.

iſtus, inſula Africæ, ab Afris. Vdenoẽ dicta, à Phœnicibus, *Cella Rarſath*, quod exponitur Iſtonis: naui enim ſimilis eſt: Gentile: Iſtius. Steph.

iſueli, Æthiopiæ populi.Plin.

iſuhaia,nomen principis,1.Paral.4. Lat.comprimens,vel humilians Dominus ſiue meditatio Dei.

iſura,inſula eſt ſinus Arabici.Plin.libro ſexto c.28.

iſurium, Albionis inſulæ vrbs. Ptol. *Aldburg*, hodie.

iſus & Antiphus,Priami filij:verùm Antiphus ex Hecuba ſuſceptus eſt, cùm naturalis eſſet Iſus Homerus in Iliade.

iſus, Bœotiæ vrbs. Strabo.

I T

italianus,vnus ex ducibus Philippi Mariæ ducis Mediolanenſis, quem ſecuri percuti iuſſit, quòd cum Florentinis in quos bellum gerebat, diceretur clam conſentire. Volat.

italia,Europæ regio nobiliſſima,priùs Heſperia dicta, ſiue ab Heſpero rege, qui ab Atlante fratre ex Africa pulſus, & Hiſpaniæ & Italiæ dedit nomen: ſiue,vt Macrobius inquit,ab Heſpero ſtella: quòd occaſui ſubiecta ſit. Dicta enim fuit Oenotria,vel à bonitate vini, quod in Italia naſcitur (nam Græci οἶνον,vinum dicunt) vel ab Oenotrio Sabinorum rege.Poſtea Italia,ab Italo Siculorum rege,qui agriculturam Italo docuit,& leges condidit, eámque partem, in qua poſtea Turnus regnauit, à ſuo nomine Italiam appellauit,Virgilius 1.Æneid.Timæus & Varro,à bobus vocatam Italiam prodiderunt, propterea quòd Græcorum veteri lingua Itali vocati ſint,à quorũ multitudine & pulchritudine Italiam dixerunt. Latium autem & Auſonea,non totius Italiæ, ſed partium quarundam ſunt nomina. Latium enim eſt ea pars Italiæ, quæ citeriori Tyberis ripæ adiacet,vbi hodie eſt Roma. Auſonia verò dicta fuit Italiæ regio maritima,inter eam agri Brutij partem, quæ Siciliæ objicitur,& Salentinos intercepta eſt:vnde etiam vicinum mare Auſonium appellatum fuit.Eſt autem omnis Italia in formam cruris,inter Adriaticum & Tuſcum mare,à iugis Alpium dorſóque Apennini porrecta, paulatim ſe attollens vſque ad fretum Siculum in vltimo ſuſcinditur in duo cornua, quorum alterum Ionium ſpectat mare,alterum Siculum in extremitate Rhegium oppidum habens Eius longitudo, quæ ab Auguſta Prætoria, in Alpino limite ſita, per Romam Capuámque porrigitur, vſque ad oppidum Rhegium, Solino teſte, decies centena & viginti millia paſſuum continet:latitudo verò quadringenta decem, vbi maxima latitudo: vbi verò minima, centum triginta ſex: habétque vmbilicum in agro Reatino. Olim ad Septentrionem terminum habuit Rubiconem fluuium, quem Auguſtus in ſua deſcriptione ad ipſas vſq; Alpes protulit. Regiones maximè inſignes ſexdecim habet, quarum nomina antiqua & recentia ſunt hæc, Liguria, nunc *Riuiera di Genua*: Hetruria nunc *Toſcana*: Vmbria, nunc *Ducato di Spoleto*: Latium, nunc *Campagna di Roma*: Campania fœlix, nunc *Terra di Lauoro*: Lucania, nunc *Baſilicata*: Brutij nunc *Calabria inferior*: Magna Græcia, nunc *Calabria ſuperior*: Salentini, nunc *Terra d'Otranto*: Apulia Peucetia, nunc *Terra di Barri*: Apulia Daunia, nunc *Puglia Piana*: Samnites, nunc *Abruzzo*: Picenum, nunc *Marca Anconitana*: Flaminia,nunc *Romagna*: Æmilia nunc *Lombardia di qua dal Po*: Gallia

lia Tranſpana, nunc *Lombardia di la dal Po:* Veneti, nunc *Marca Treuigiana:* Forum Iulij, nunc *Friuli, & Patria:* Hiſtria nunc *Iſtria*, Vmbilicum totius Italiæ in agro Reatino. Velinum lacum conſtituit Plin. ex Varronis ſententia. Huic lacui vicinus eſt ager Roſellanus (*Roſea iura velint.* Virgilio) totius Italiæ fertiliſſimus, nunc circa Bononiam & Mutinam. Blondo auctore, Sabellicus Italici nominis principibus vrbibus, ex vulgi prædicatione, hæc epitheta adſcribit: dites Venetiæ, Mediolanum ingens, ſuperba Genua, pulchra Florentia, Bononia ferax, Rauenna vetus, Roma ſancta, & Neapolis nobilis. Plura vide apud Sempronium. M Catonem, Polybium libro ſecundo, Strabonem, Blondum, Volaterranum, Sabellicum & Leandrum in deſcriptione Italiæ.

italica, vrbs in Italia, quæ alio nomine Corfinium dicitur. Strabo. Alia in Hiſpania, patria Silij Italici. Et inde Adrianus imperator ortũ habuit.

italica. Steph. ciuitas, Bæticæ. Ptol. lib. 2. cap. 4. Patria Traiani Cæſaris. hinc Italicenſes, dicti ſunt populi ab Italica Hiſpaniæ vrbe. *Seuilla la veja* hodie.

italus & Atlas dictus eſt Kitim, Ianigenarum rex. Hic filiam ſuam Electram Ianigenarum principi Camboblaſconi dedit coniugem: & Romam filiam ſuam primam ſub reginam Aboriginibus ſacrauit. Beroſ. Hæc Roma prima vrbis Romæ fundamenta poſuit, quæ poſtea à Romulo ita ſunt exornata, vt meritò vrbs diceretur. Fab. Pictor.

italus, Cheruſcorum rex anno ab vrbe cond. 799.

italus, Telegoni & Penelopes filius. Italiam ex ſuo nomine denominauit Hygin. Fab. 127.

itamus, Arabiæ fœlicis portus. Ptolem.

itani, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. Plin.

itanus, vrbs in Creta, ab Itano Phœnice, vel ab vno Curetum, hodie *Paleccaſtro.* Eſt & promontorium. Steph.

itargis, Germaniæ fluuius Ouidio, quem alij omnes Viſurgim vocant. Sic enim ait,

Decolor infecta teſtis Itargis aqua. Turnebus.

itæa, vicus in tribu Acamantide. Tribulis, Itæus. Steph.

itea Danai filia Antiochum maritum occidit. Hyginus fab. 170.

itemales ſenex qui Œdipum expoſuerat ex pedum cicatricibus & talorum agnouit Laij filium eſſe. Hygin. fab. 65.

iteſui, Galliæ Lugdunenſis populi. Plin.

ithabalus, rex Tyri.

ithaca, vulgò, *Val du compere*, inſula in mari Ionio, ante Epirum, Vlyſſis patria frequentibus ſcopulis aſpera. Caprarum fertiliſſima, in qua nullus omninò lepus viuere poteſt. Virg. 3. Æn. In ea vrbs eſt eiuſdem nominis. Item mons Neritos, à quo tota inſula interdum dicta eſt, Neritos.

ithaca, Stephanus, inſula prope Cephaleniam ab Ithaco conditore dicta, vnde Vlyſſes Ithacus. Eſt & aliud Gentile, Ithaceſius.

ithaceſiæ, paruæ inſulæ contra Vibonem Calabriæ vrbem. Plin.

ithai, filius Rubai, 1. Reg. 23. qui & Ethai, 1. Paral. 11. Lat. robuſtus aut ſignum, vel vomer, aut Syriacè, veniens.

ithamar, filius Aaron filij Amram, filij Caath, filij Leui. Exod. 9. 1. Par. 6. Lat. inſula palmæ vel Dactylorum, aut inſulæ commutatio vel permutatio, ſeu væ palmæ vel commutationi.

ithobalus Aſtartes ſacerdos, occiſo rege Phelo, regnum Tyrium occupauit, cui ſucceſſit Badezorus filius & huic Magtenas Pygmalionis & Dictus pater. Ioſeph. lib. 1. contra Appionem.

ithome, oppidum Phthiotidis, regionis Theſſaliæ. Hom. in Catalogo.

ithome, vrbs in agro Meſſeniaco, quam Lacedæmonij poſt decem annorum obſidionem in deditionem acceperunt. Thucydides lib. 1. Statius 4. Thebaid.

ithon, Theſſaliæ vrbs Heſych.

itona, ciuitas in Bœotia, ab Itono Amphyctionis filio, quem alij Ithonem vocant: à qua & Pallas Itonia eſt appellata. Siue, vt Strabo inquit, ciuitas Theſſaliæ, ad Amphryſum fluuium ſita. Vide Iton. ex Steph.

ithyphalli, curatores Bacchi, qui in Orcheſtra ſaltabant.

ithyra, vrbs in Tauro monte Parthiam verſus, à qua Ithyreus, a, um. Eſt autem Ithyreus epitheton arcus. Vnde dicimus Ithyreos arcus & Ithyreas ſagittas, id eſt Parthicos arcus, & Parthicas ſagittas, eò quòd Parthi præcipuè arcubus & ſagittis vtebantur in prælio. vide. Ituræi.

itius portus inter Belgas, Morinis Oceanóque mari finitimus, Ambianis & Atrebatibus proximus à continenti. Angliæ XXX. M. paſſuum diſtans, & traiectui commodiſſimus, cui ad dextram Zelandia & Flandria, ad ſiniſtram Comitatus qui dicitur *Ponthieure*, Picardiæ pars, & Normandiæ Ducatus. Ex oppoſito verò Angliæ conſiſtit. Oppidum eſt illic populorum quibus Caletis nomen eſt. Id adiecto Ilij portus nomine, vt quibuſdam placet, Calitium nuncupatur, Morinenſis diœceſis. Hic cùm ducentis & decem annis in poteſtate Anglorum fuiſſet, tandem à Gallis receptus eſt, anno Domini 1557. quarto Idus Ianuarij. Hunc portum memorat Lucanus. Dictus autem videtur Itius ab itando, vt innuit Paulus Æmilius lib. 7. de rebus geſtis Francorum.

iton, vrbs Theſſaliæ. aliqui *Ἴτωνα* vocant, à

rumenti feracitate. Dicitur & Itonus, ab Itone heroe, vnde & Pallas Itonia, quæ & Itone, & Itonea, & Itonis Itonias, quòd in hoc oppido eximium haberet templum, ſummoque honore coleretur.

itone, ciuitas in Epiro, Italiæ item & Bœotiæ, & Lydiæ: ciuis, Itonius: Item. Itone, regio ſub Hæmo. Steph.

ituræi, populi Syriæ Cœles, in Arabiam vergentes, accolas qui plana incolunt, perpetuis excurſionibus infeſtantes. Hi arcu potiſſimùm vtebantur in bello: vnde Ituræi arcus à poëtis plurimùm celebrantur. Virg. 2. Georg.

Ituraos taxi curuantur in arcus. vide Ithyta.

ituræa regio, à qua Ituræi populi. Ituræi, vt ait Probus natio Scytharum. Strab. lib. 17. Montanam regionem Ituræi & Arabes habent, malefici omnes Plinius libro quinto in parte Syriæ, quæ Cœle dicitur, ſcribit eſſe Ituræorum gentem.

ituricenſes, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, Plin.

iturilla, Pomponio & Ptolemæo, Vaſconum vrbs in Hiſpania. Hodie *Sanguessa* in Nauarræ regno putatur.

iturum, Vmbriæ eſt oppidum non procul ab Iſpello. Strab. li. 5.

ityca, vrbs Libyæ, Tyriorum colonia: Gentile, Itycæus. Vide Vtica, Vtici & Syracuſæ.

itylus, filius Zethi, ex Ædone coniuge, quem mater noctu per errorem interfecit, putans eum eſſe Amalea Amphionis filium, cuius fœcunditati inuidebat, quòd iam ſex filios mares peperiſſet. Quo errore manè cognito, doloris impatientia contabuit, & deorum miſeratione in luſciniam, aut, vt alij malunt, in carduelem eſt commutata.

itymoneus, Hom. Hyperochi filius, vir in primis ſtrenuus, qui in bello Pyliorum cum Helidenſibus à Neſtore iaculo eſt interfectus.

itys, Phocydis regionis locus, celebris fabula de aue Daulia. Thucyd. li. 2. eſt & fluuius Albionis inſulæ apud Ptol. *Assin*, Camdeno.

itys, Terei Thracum regis filius, ex Progne Pandionis Athenienſium regis filia, quem mater interemit Tereóque viro ſuo, quod Philomelæ ſorori ſuæ vim intuliſſet, epulandum appoſuit. Quam vxoris impietatem cùm Tereus agnito filij capite deprehendiſſet, ſtrictóque enſe Prognen & Philomelam inſequeretur, in Vpupam dicitur eſſe commutatus, Progne verò in Hirundinem. Philomela autem in Luſciniam, Itis denique in Phaſianum.

I V

Iuba, rex Mauritaniæ Pompeianarum partiũ conſtantiſſimus aſſertor, qui Curionem à Cæſare in Africam miſſum, cum omnibus copijs deleuit. Victo verò Pompeio, cum Scipione copias coniunxit, commiſſoque prælio ſuperatus, cùm nulla iam ſpes reliqua eſſet, magnificè epulatus, cum Perreio mutuis vulneribus concurrens, fortiſſimè cecidit. Cæſar poſtea eius filium in triũpho duxit. Plutarchus in Cæſare: De Iuba rege triumphauit: eius filius Iuba quoque nomine, puer admodum in eo deductus eſt triumpho; fortunatiſſimam vtique captiuitatem, quæ effectum eſt, vt ex Barbaro & Numida inter doctiſſimos ſcriptores connumeretur.

iuba, ſecundus ſuperioris filius vir multiiugæ eruditionis paternæ dignitatis planè exſors non permanſit. Nam Auguſtus eum ſtudiis iam egregiè excultum, ſuáſq; ſecutum partes aduerſus Antonium, pro paterno regno quibuſdam Getuliæ partibus, & Bocchi ac Bogudis ditionibus donauit, præterea vxorem ei dedit Cleopatram Selenen iuniorem Antonij triumviri ex Cleopatra filiam. Edidit inter alia commentarios de Libya, libros quatuor theatricæ hiſtoriæ, & duos de Aſſyriis, aliáque quamplurima. Vide Dionem, Plinium, Plutarchum, Tertullianum, Athenæum, &c.

iubal, filius Lamech ex Ada vxore. Gêneſ. 4. Lat. defluens, ſiue apportans, vel inueteraſcens, aut germinans, ſiue iubileus, aut buccina.

iubal, Celtarum rex primus, qui eò à Iano, hoc eſt, Noa patre ſuo miſſus. Beroſ. li. 5.

iubaldal, filius Heberi, Celtiberorum rex.

iubilius, Hermũduorũ rex, anno ab vrbe 802.

iucadam, ciuitas in tribu Iuda, Ioſ. 15. Lat. incuruatio, ſiue incendium populi.

iuchal, filius Selemiæ, Iere. 37. Lat. Domini omnia, aut conſummatio.

iud, ciuitas in tribu Dan, Ioſ. 19. Lat. laudans, ſiue continens.

iuda, quartus filius Iacob ex Lea vxore, Gen. 29. Lat. laudatio, ſiue confeſſio.

iudæa, quæ & Chananæa & promiſſionis terra, quæ ſancta in Scripturis ſacris nuncupata eſt, Syriæ regio in Aſia maiore, ad Orientem habet mare mortuum, quod & ſalſum. Num. 34. vbi quõdam Sodoma & Gomorrha vrbes ſitæ erant, vltra quod Iordanis fluuius, qui mare mortuum ingreditur, deinde Amorrhæi habitant. Poſt quos Moabitæ terram occupant: deinceps Ammonitæ & magnus Euphrates, Vltra illos Babylon atque Chaldæorum eſt regio. Perſia deinceps inchoat. Ad Aquilonem Galilæa cubat, in cuius tergo Libanus mons terminus Iudææ eminet. Damaſcus deinde & Euphrates celebre flumen: vltra quod Syria & Aſſyria ſitæ ſunt, quæ reſpiciunt & extenduntur ad Orientalem plagam. Vlterius Sidon & Tyrus Occidentem verſus declinant & extenduntur. Occidentem verſus Philiſthiim, quæ Palæſtina & Allophylorum terra,

terra dicitur, incipit, vltra quam mare magnum, quod & mediterraneum. Exod.23. hoc Palæſtinorum mare appellatur. Ad meridiem Amalecitæ habitant. Num.13. poſt quos Seir mons, & Edomitæ: vltra illos Madianitæ ſedent, deinde eſt mare rubrum, vltra quod Ægyptus ſita eſt ad Occidentem Iudææ extenſa. Iudæa aliquando tota terra duodecim tribuum appellatur, velut Marc 3. & Pſal.76. Notus in Iudæa Deus. Aliquando duæ tantùm tribus, Iuda & Benjamin appellitantur, ad diſtinctionem Galileæ & Samariæ, aliarúmque in terra promiſſionis regionum. Obſeruabis itaque apud hiſtoricos Iudæam pertinere ad Palæſtinam: Galilæam verò atque Samariam ad Phœnicem. Neque obſcurum eſt poſt Salomonis mortem decem tribus Iſrael defeciſſe à Roboam ad Ieroboam Ephratæum. 3. Reg.12. exinde duæ tribus, Iudæ ſcilicet & Benjamin, quæ ſemini Dauidis adhæſerant, nunc Domus Dauid, nunc Regnum Iuda, aut Ieruſalem in Scripturis potiſſimum à prophetis nuncupati. Sicut decem tribus, quæ defecerant, regnum Iſrael, domum Ioſeph, Ephraim regnum, Samariæ, Iezraël, Bethel, Bethauen appellari notum eſt.

iudæi, qui & Hebræi & Iſraelitæ gens, quæ quondam Iudæam ſiue Palæſtinam habitauit: nunc verò per totum orbem terrarum diſperſa. Nuſquam proprium locum poſſidens: vbique & apud omne hominum genus odioſa & tributaria. Germanis *Iüdes*, Italis, *Iudai*, Gallis, *Iuifs* appellantur.

iudaia, vxor Extat 1.Par.4. Lat. laudatio, ſiue confeſſio Domini.

iudas, filius Mathatiæ, filij Ioannis. 1.Macch. 2. vnus ex duodecim Apoſtolis. Matt.10.

iudas, Ezechiæ Galilæus, ſeditionem mouit. Inde Simeon Herodis ſeruus, ſumpto diademate, qui à Grato victus fuit, atque interemptus demum ab Athonge paſtore, propter quas ſeditiones 11. fermè millia hominum à Varo in crucem ſunt acti. Ioſep.lib.17.c.15.

iudas, Gaulanites, adiunctis ſibi quibuſdam Phariſæis, ſeditionem mouet contra Romanos & nouam ſectam inſtituit eorum, qui neminem Dominum ſuum agnoſcerent, quam Deum. Ioſephus lib.12. cap.3. De bello Iudaico lib.2. cap.2. De Iudæorum hæreſibus libro Antiquit.18. capite 5. Eutropius lib.2. cap.3. anno ſalutis 12.

iudas, ſummus ſacerdos, Ieſum fratrem germanum in templo Hieroſolymis, interfecit, anno à diluuio 1930.

iudas, xv. vltimus ex Hebræis Hieroſolymorum epiſcopus, an.ſal.131.

iudas, ſcriptor quidam eccleſiaſticus, qui de ſeptimanis, quæ à Daniele referuntur, diſſeruit, qui etiam diuulgatam Antichriſti, præſentiam iam iam exiſtimans imminere, ex perſecutionũ ſæuitia, multorum ex noſtris fidelium animos perturbauit. Euſebius li.6.c.5.

iudi, filius Nathaniæ, filij Selemiæ, filij Chuſi, Ier.36. Lat. laudatio, ſiue confeſſio.

iudith, nomen viduæ cuiuſdam nobilis, quæ Holophernem ducem exercitus regis Aſſyriorum patriam ſuam obſidentem dolo premit, Iudith 8.

iudocus, Britonum regis filius, qui relicto principatu, poſt patrem erat ſucceſſurus, byſſum & purpuram, in pannoſas & viles commutauit tunicas. Volat:

iuernia, Steph. & Ptol. inſula in Septentrionali Oceano, tantùm ferè à Britannia diſtans quantum Britannia abeſt à continente. Cæſar Hiberniam vocat, Mela Iuuernam: quo nomine etiam Iuuenalis eam appellat Satyr.2. nunc Irlandia dicitur, vulgò *Irelãnd*. Anglorum regibus patet.

iugantes, Britanniæ populi. Tacit.

iugatinus deus, qui iugis præeſſe putabatur.

iugatius, vicus Romę dictus, qui Iunonis Iugi ara erat, quam putabant matrimonia coniungere. Liuius, Iugarium Æquimelio & Fortunæ templo vicinum ſtatuit.

iugulam, ſignum eſt quod Actius appellat Oriona. Huius ſigni caput dicitur ex tribus ſtellis: quarum infra duæ claræ, quas appellant, humeros, inter quas quod videtur Iugulum & Iugula dicta.

iugurtha, filius Manaſtabalis, fratris Micipſæ regis Numidarum, quem patruus moriens, hæredem regni ſui conſtituit, vnà cum duobus filiis ſuis adhuc impuberibus, Adherbale & Hienpſale: quos ille poſtea beneficiorum immemor, inſidiis adortus interfecit, vti ſolus regnaret. Id ægrè ferentes Romani, bellum aduerſus Iugurtham mouerunt: quod ducum inertia, perfidiáque præter omnium expectationem, multos in annos eſt protractum: quo temporis interuallo, vario ſæpe euentu pugnatum eſt, donec miſſo in Numidiam Mario, Iugurtha fractis opibus ſuis ad Bocchum Mauritaniæ regem confugit: à quo proditus, Syllæque traditus: ad Marium perductus eſt, & ab eo Romæ triumpho ductus, tandémque in carcerem coniectus, animi dolore periit. Salluſtius de bello Iugurthino.

iuhonum ciuitas, cuius Tacitus meminit lib. 13. Ann. Huionum legunt paucis tranſpoſitis literis. Becanus & Lipſius ex Pighij ſententia, *Hoye*, oppidum ſic dictum, ſitúmque in Eburonibus ad Moſam fluuium.

iulia, vrbs Italiæ, à Dedalo condita, Stepha.

iulia, Plinius libro quarto, cap.14. Norici oppidum.

iulia Fidentia, Hiſpaniæ oppidum inter Bætim amnem & Oceanum ſitum. Plin.li.3.c.1.

iulia claritas, Bæticæ oppidum in conuentu Aſtigitano. Plin. ibidem.

iulia fama, Iulia vicus, Iulia concordia, Iulia contributa, Iulia reſtituta, Iulia fœlicitas, eiuſdem Bæticæ oppida, apud Plinium eodem loco. Plures aliæ Iuliæ apud Geographos frequenter occurrunt.

iulia, Auguſti filia, parum ſecundæ famæ, adeò vt ob frequentia adulteria à patre ſit in inſulam relegata.

iulia, oppidum in Gadibus ciuium Romanorum.

iulia gens, dicta eſt ab Iulo Aſcanio, ſiue à Iulo, Iuli Aſcanij filio, inquit Feſtus, ἰουλεῖς (inquit Steph. dicti ſunt Romani à rege, qui etiam menſi Iulio nomen dedit, vel ab Iulide.

iuliacum, Germaniæ inferioris vrbs. Anton. *Gulich* hodie. Medio itinere eſt inter Coloniam Agrippinam, & Traiectum ad Moſam.

iulianus VII. Hieroſolymorum epiſcopus ex Gentibus, anno ſal.160.

iulianus, Alexandriæ epiſcopus, ann.ſalu.181. Euſeb.li.5.c.9.

iulianus, ſub Decio imperatore, martyrio apud Alexandriam coronatus an.ſal.251.

iulianus, Cardinalis cecidit ad Varnam in bello Vngarorum, an. ſalutis 1445.

iulianus Saba, eremita, cùm aliquantò intentiùs Deum deprecaretur, eo ipſo die, quo cæſus fuit Iulianus Apoſtata, reſciuit, quamuis pluribus quàm 20. ſtatiuis exercitus abeſſet ab eo loco, in quo precibus vacabat. Aiunt autem deprecantem ipſum cum lachrymis, ſubitò repreſſo fletu, lætitia repletum, & vultu hilari fuiſſe, quo gaudium mentis facile deprehenderetur. Hac eius familiares mutatione notata orant (vt exponat occaſionem gaudij: tum ille reſpondit. Suem agreſtem, vaſtatorem vineæ Domini, pœnas exoluiſſe iniuriarum erga Dominum ſuarum, & nunc iacere mortuum. Theod.lib.3.c.24. hiſt.eccleſ.

iulianus, Cos.cum Torquato. an.ab vrb.900.

Iulianus, Cos.cum Piſone, an.ab vrbe 927.II. Cos.cum Criſpino, ann.ab vrbe 976.

iulianus hæreticus Pelagianus, contra gratiã Chriſti dogma effudit, ann.ſal.415.

iulianus, cognomẽto Apoſtata (quòd à Chriſtianiſmo ad Ethniciſmum, impiè deſciuerat) Conſtantij imperatoris filius, puer bonæ indolis apparuit ab initio, & inſtitutus Chriſtianiſmo tunc cœpit eſſe fidei deſertor, cùm contra Chriſtianos edidit librum, quem argutiſſimè Cyrillus, Alexandriæ epiſcopus, confutauit. Gallus, primum fuit præpoſitus: vnde & in campis Argentoratenſibus, cum parua manu, infinitas hoſtium deleuit copias: ob id, aſſenſu militum concordi Auguſtus eſt vocatus. Hinc Conſtantinopolim profectus eſt in Perſas bellum geſturus. Chriſtianos ſchola prohibuit, ne doctores artium liberalium eſſent, vnde materia deeſſet, & paulatim ingenium fidei defendendæ deficeret. Ornamenta diuino cultui dicata, & ſacras eccleſiæ pecunias auferebat ſacerdotes & clericos populúmq; Chriſtianum crudeliter vexabat: templáque diruebat, Prælio tandem cum Perſis commiſſo, acceptóque lethali vulnere, & manu cruore repleta, vt in Deum noſtrum blaſphemaret, in aërem ſanguinem proijciens, dixit, Viciſti tandem Galilæe, viciſti: ſic enim Chriſtum vocare ſolebat, Chriſtíque cultores Galilæos appellabat, Sozom.li.6.c.7.& 10. hiſt.trip.

iulienſes, Carnorum in Europa populi. Plin. alij in Aſia minori, circa Phrygiam majorem. Eidem.

iulias, Iudææ oppidum ad latus exortiuum Geneſare lacus. Plin.li.5.c.15.

iuliobona, Galliæ Celticæ vrbs. Ptol. lib.2. c. 8. vulgò *Honfleur*.

iuliobrica, Ptol.li.2.c.6. Hiſpaniæ vrbs, vulgò *Logronio*.

iuliodunum, Galliæ oppidum. *Lodun*, Paradino.

iuliola, Sardiniæ vrbs. Ptol. *Longoſarda*, Nigro.

iuliomagus, Germaniæ vrbs circa Martianam Syluam, *Pfallendorf* Rhenano.

iuliomagus, Andium ciuitas in Gallia. Ptol.li. 2.c.8. vulgò *Angiers*.

iuliopolis, Miſiæ oppidum. Plut.li.6.c.31.

iulis, oppidum inſulæ Ciæ vel Co, Simonidis patria (qui Melicus à ſuauitate cantus dictus eſt vt in Suida legitur. Idem primus, ceciniſſe næmia fertur) & Bacchilidæ, & Eraſiſtrati medici & Ariſtonis Peripatetici. Apud eos lex erat, ſenes majores ſexagenariis occidi, vt victus cæteris ſufficeret.

iulium Carnicum, Ptol.li.2. c 14. vrbs inter Italiam & Noricum. Hodie Gorlitia, ditionis Auſtriæ.

iulium præſidium, Luſitaniæ ciuitas. Ptol. hodie *Santaren*.

iulius II. Pontifex CCVII. ann.ſal.1503. Bononiam pulſis Bentiuolis vi cepit: Seruiam, Rauennam, Imolam, Fauentam, Forumiulium, & reliquas eccleſiæ, vt vocant, terras à Venetis occupatas, armata manu obtinuit: Mutinam & Mirandulam cepit. Bononia ab eo defecit. Guichardinus.

iulius XXXIII. Romanorum epiſcopus, anno ſalutis 335.

Iulius

iulius v. Hieroſolymorum epiſcopus, anno ſalutis 151.

iulius Paulus iuriſconſultus, vir doctiſſimus, Alexandro Seuero Romanorum imperatori à conſilijs, anno ab vrbe 976.

iulius Aficanus, Cos. cum vi. Traiano Auguſto anno ab vrbe 864.

iulius Africanus, Conſul cum Maximo, anno ab vrbe 988.

iulius Antonius, Conſul cum Fabio Africano, anno ab vrbe 744.

iulianus Rufus, Cos. cum Fonteio Capitone, anno ab vrbe 819.

iulius Ruſticus, Cos. cum Aquilino, anno ab vrbe 914.

iulius Meſſala, Cos. cum Grato, anno ſalutis 231.

iulius Seuerus, Conſul cum M. Rufino Sabiniano, anno ſalutis 155.

iulius Maximus cum filio Maximino, xxvi. Romanorum imperator, Germanos vicit, crudelis in Romanos fuit, Alexandri Seueri amicos vndiq; interfecit, Capito. Herodianus libro 7.

iulius Cæſar, omnium Romanorum Imperatorum primus, idémque clariſſimus, quémque vnum ex Romanis habemus, quem Alexandro Macedoni non modò conferre, verùm etiam iure poſſimus præponere. Ejus res geſtas paucis perſtrictas. vide apud Plinium libro ſeptimo, cap. 25. Iuliorum autem nomen, ab Iulo Aſcanio Æneæ filio tractum putatur. Virgilius libro 1. Æneid. Hujus honori tributum eſt, vt ſeptimus anni menſis (eo enim natus eſt) Iulius fuerit appellatus, cùm antea Quintilis diceretur, quòd quintus eſſet à Martio, à quo Romani ſuum olim auſpicabantur annum. Vide C. Iulium Cæſarem.

iulius, filius Æneæ, alio nomine Aſcanius, vide Ascanivs.

iulius Cordus hiſtoricus, qui vitas imperatorum ſcripſit.

iulius Montanus, poeta quidam Elegiographus, cuius meminit Crinitus.

iuna, Albaniæ vrbs. Ptol.

iunganni, Ligures incolæ Alphigi oppidis diſtant à Monœci portu ſtadijs quadringentis octoginta. Perottus.

iungaria, Ptol. Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs mediterranea.

iunia, nomen viri concaptiui Pauli. Rom. 16.

iunius, ſextus eſt in ordine menſium, à iunioribus dictus, quemadmodum Maius, à maiorib. Ouid. 6. Faſtor.

iunius Brutus, vide Brvtvs.

iunius Bleſus, Africæ Procos. Tarfarinam fudit fugauitque, anno ab vrbe 774. Tacit. lib. 3.

iulius Donatus, Cos. collega Cornelij Secularis, anno ab vrbe 1012.

iunius Maximus, ii. Cos. cum Aquilino, anno ab vrbe 1038.

iunius Tyberianus, Cos. cum Aurel. probo Auguſt. anno ab vrbe 1033. ii. conſul cum Caſſio Dione, anno ab vrbe 1043.

iuno, Saturni & Opis filia, ſoror & coniux Iouis, dea regnorum & diuitiarum, quæ & nubentibus præeſſe creditur, vnde Pronuba vocatur & parturientibus obſtetricari, vnde Lucinæ nomen ſumpſit. Filiam habuit Heben, quam ex ſylueſtribus lactucis concepiſſe fertur, quas ab Apolline inuitata auidiùs comederat. Ioui Vulcanum & Martem peperit: quanquam Ouidius Martem ſine viro eam malit concepiſſe. Olenij tantùm floris contactu. Phyſici Iunonem aëra interpretantur: idcóque Ioui & ſororem & coniugem dictam volunt, quod ſumma ſit aëris cum æthere cognatio & ſimilitudo. Hinc Iunonius, a, um. Ouidius ad finē libri primi Metamorph. Cicer. 2. de natura deorũ, Iunonem à iuuando dicit eſſe nominatam.

iuno Ægyptia, Rheæ & Cameſenni filia, nata anno primo regni Semiramidis, cognominata Iſis maxima, frugifera, legifera, ſoror & vxor Oſiridis Beroſ. li. 4.

iunonis promontorium, apud Melam lib. 2. c. 6. ad finem. Nunc vulgò dicitur, *Sancta Maria* vel *El puerto de Sancta Maria*, vt teſtatur Oliuarius in Melam.

iunonia maior & minor, inſulæ & fortunatis, Plin. li. 6. c. 32.

iunonis ara, lacus, murus, prata, promontoria, Sacra templa, varij loci ſunt apud Geographos: Ptol. Strabo. &c.

iunonis promontorium, quam Acræam vocant vt ſcribit Liuius 32. eſt aduerſus Sicyonem in Peloponneſo. Nunc *Capo gialle* dici habetur in Liuio Italico Iacobi Nardi.

iunonis ſacrum, Ptolemæo vna ex Pelagijs inſulis, iuxta Africam. *Gozo* eſt Hieronymo Alexandrino in bello Melitenſi. Quintinus Heduus facit ex hoc Iunonis templo Ptolemæi inſulæ Melitæ promontorium, cujus nomen recens ineffabile dicit, niſi gentis ore, in ipſius autem vertice eſſe hodie ædiculam Diuæ Virginis in Corte cognominatam.

iupiter, Opis & Saturni filius in Creta inſula eodem cum Iunone partu editus & in Ida mōte à Curetibus educatus, idque clam patre, qui ex pactione cum Titano fratre inita, filios ſuos omnes deuorabat. Cùm autem in virum adoleuiſſet, cognouiſſetque etiam tunc patrem vitæ ſuæ inſidiari, regno eum pepulit, mundíque imperium cum fratribus Neptuno & Plutone ſorte diuiſit: ac Ioui quidem cœli & terræ, Neptuno maris, Plutoni inferorum imperium obtigit

tigit. Iunonem deinde ſororem ſuam vxorem duxit, quæ ei Vulcanum peperit. Cic. 3. de Natura deor. tres enumerat Ioues, ex quibus primum & ſecundum natos in Arcadia, alterum patre Æthere, ex quo etiam Proſerpinam natam ferunt, & Liberum: alterum patre Cœlo, qui genuiſſe Mineruam dicitur: quam principem, & inuentricem belli ferunt. Tertium Cretenſem Saturni filium, cuius in illa inſula ſepulchrum oſtenditur. Phyſici interpretantur Iouem eſſe elementum ignis, dictúmque Iouem putant à iuuando, eo quod nulla ſit res, quæ ſic omnia foueat, quemadmodum calor. Nonnunquam tamen à poetis pro aëre, ſeu aperto cœlo accipitur. Horat. 1. Carm.

—— manet ſub Ioue frigido.

Aliquando etiam pro pluuia. Virg. li. 2. Georgicorum.

Et iam maturis metuendus Iupiter vuis.

Aliquando per Iouem intelligimus ipſam vim duorum ſuperiorum elementorum, quæ actiua eſt dum agit in hæc duo inferiora ad generationem & corruptionem. Et quamuis trecentos Ioues à M. Varrone enumeratos Tertullianus teſtetur, tamen huic omnia tribuimus, ne multitudo memoriam fallat. Ethnici varia Iouis ſtupra, & adulteria, raptus & latrocinia, tyrannorum mores ſub fabellarum veterum inuolucro repræſentare aſſerunt. Auro corrupit Danaen, quod artes eorumdem deſignat, vide Horatium Carm. li. 3. Ode 16.

Incluſam Danaen, &c.

Metamorphoſes variæ Iouis demonſtrant tyrannos & ſceleratos homines libidini deditos facilè in omnes brutorum formas mutari, & ad turpiſſima quæque dilabi.

Iupiter Belus, ſecundus rex Babyloniæ. Saturni filius, hoc eſt, Nimbroti, regnauit annis 62. & fundamenta Babyloniæ, à patre deſignata oppidi magis quàm vrbis, erexit Beroſ. libro quarto.

Iupiter Stratius apud veteres colebatur.

Iouis ciuitas, Iouis templum, vide Dios.

Iura, mons Galliæ, Sequanos ab Heluetijs diuidens, Cæſar in commentarijs, Vogeſus dicitur alijs authoribus, vulgò, *Le mont Iura*: pro ratione autem locorum & regionum varia ſortitur cognomina.

Iuſtinianus LVI. Romanorũ imperator, multa bella per legatos ſuos confecit, ius ciuile in eum ordinem redigendum curauit, quo nunc vtuntur, Pandectas ſcilicet & Codicem.

Iuſtinianus II. LXVI. Romanorũ imperator, anno ab vrbe 1438. Cum eo fœdus icit Ammiratus Saracenorum rex, Africa & Lybia, reſtituta, eoque fœdere interuentum, vt per annos x. Saraceni ſingulo quoque die, nummos mille aureos ſoluere, ſeruumque, ex ære ſua, & vnum item equum Romanum imperatori mittere tenerentur. Blond. li. 10. decad. 1. Contra fœdus in Bulgaros exercitum duxit, cædibus & incendijs in Bulgariam debacchatus eſt: demum omnes ſaltus, omnem denique viam, qua imperatori in Thraciam redeundum erat Bulgari animis reſumtis munierunt. Quare imperator, dimiſſis captiuis, reddita præda, pacem petijt, precario impetratam ſacramento confirmauit. Blondus lib. 10. Regno deturbatus eſt à Leontio patritio, adnitente Gallinico Patriarcha Conſtantinopolitano, abſciſſoque naſo, in Cherſonam ab eo eſt relegatus. Diaco. lib. 8. ann. ab vrbe 1447. E Cherſona ad Bauarorum regem fugit, à quo ſuſceptus filiam Bauari ſponſam accepit: ab Abſimaro porrò Bauarus pecunijs corruptus hoſpitem & generum tradere pactus eſt. Quo cognito Trebellioni Bulgarorum reginæ Iuſtinia. ſe credidit, & auxilio Bulgarorum regno reſtitutus, Gallinicum exoculatum Romam miſit, in hoſtes ſuos, eorúmque ſtudioſos crudeliſſimè ſæuijt. quoties enim ſtillantem truncis naribus mucum abſtergebat, quempiam aduerſariorum trucidabat: Iterum cum Tiberio filio regnauit ann. VI. denique Cherſonam euertere ſtudens, à Philippico quem exilio damnauerat, cum Tiberio filio, bello ſuperatus eſt & occiſus, anno ab vrbe 1463.

Iuſtinopolis, Iriæ vrbs maritima à Iuſtino Cæſare condita. Blond. hodie *Cabo d'Iſtria*. Villanouanus in ſuo Ptolemæo putat hanc vrbem, Ægidam à Plin. appellari. Hanc nõ eſſe Iuſtinopolim, cujus Procopius mentionem facit lib. 4. de Ædificijs Iuſtiniani, ex eo apparet, quòd eam quam proximè Vlpianæ vrbi apud Dardanos locat. Dardani enim quantum à mari Adriatico (vbi illa Iuſtinopolis ſita eſt) diſtant, ex tabulis doceri poteſt. Neque illã à Iuſtiniano extructã, ſed à Iuſtino ejus filio, oſtendit Volaterr. li. Geographiæ 4. ex vetuſta inſcriptione ibidẽ extãre.

Iuſtinus hiſtoriographus, qui epitomen in Trogum tanta ſtyli fœlicitate conſcripſit, vt alienum prope inuentum ſibi vendicauerit.

Iuſtinus, natione Samaritenus Philoſophus Apologeticum pro Chriſti fide conſcripſit & Antonino Pio Romanorum Imp. tradidit, tandẽ martyrio coronatus. Euſeb. li. 3. c. 8. *Hiſt. Eccleſ.*

Iuſtinus, Colchis & Armenijs præfectus, anno ab vrbe 1313.

Iuſtus, hiſtoriographus quidam Tiberienſis qui de rebus Iudaicis hiſtoriam ſcripſit Volat.

Iuſtus, Hieroſolymorũ epiſcopus, Simeoni cruci affixo, ſucceſſit anno ſalutis 97.

Iuſtus XI. Hieroſolymorũ epiſcopus, an. ſal. 118.

Iuſtus, X. Alexandriæ epiſcopus, anno ſalutis 122.

Iuſtus

Iuſtus, cōſul cum Ianuario, anno ab vrbe 1080.

D. Iuſtus, vir ſanctiſſimus, ob Chriſtianæ fidei confeſſionem, in exilio martyrium conſtantiſſimè paſſus eſt. Adon Arch. Viennenſ.

Iuturna, Dauni filia, Turni Rutulorum regis ſoror, quam Iupiter pro erepta virginitate, immortalitate donauit Numicíque fluminis Nympham fecit. Hæc in bello fratrem aduerſus Æneam multum iuuit: ſed videns fratri necem inſtare, in Numicum fluuium ſe occultauit. Virg. 12. Æneid. Alij dicunt, eam rem habuiſſe cum Latino rege, eóque palàm facto, ſua ſponte ſe in Numicum præcipitauiſſe. Reuerà autem Iuturna fons eſt in agro Latino, in Numicum influens amnem: quæ res poetis fabulandi occaſionem videtur ſubminiſtraſſe.

Iuuenalis, nomen proprium Satyrici poetæ, cuius Satyræ extant.

Iuuauia, Bauariæ vrbs, hodie *Salſburb.*

Iuuáuius, fluuius Salczburgum hodie præterfluens *Saltz* Auentino.

Iuuentius Celſus, conſul, collega Neratij Marcelli, anno ab vrbe 881.

Iuuentius Celſus, Iuriſconſultus, conſul cum Criſpino, anno ſalutis 865.

Iuuencus, presbyter Hiſpanus. Euangelia heroicis verſibus explicuit anno ſalutis 332.

Iuuentas, dea iuuentutis, Iunonis filia quam Græco nomine, Heben vocamus. Acron. Aliud eſt Iuuentas, aliud iuuenta aliud Iuuentus. Iuuenta ætas putatur: Iuuentas, ipſum numen: iuuentus, ipſi iuuenes. Accipitur tamen aliquando Iuuentas pro ætate ipſa iuuenili.

Iuuerna, inſula in Oceano Septentrionali, tantum ferè à Britannia diſtans, quantum Britannia à continente. Iuuena. Satyra. Plinius Hiberniam vocat. Claudianus in quarto Honorij conſulatu Iernam. Hodie vulgi vocabulo *Irlandia* nominatur. Iuuenal Satyr. 2.

Arma quid vltra Littora Iuuerna promouimus.

Et Cæſ. lib. 6. Hiberniam vocat, dimidio quam Britannia minorem.

Iouianus XLI. Romanorum imperator, mēſes VII. regnauit, anno ab vrbe 1117. vno & altero prælio à Perſis victus, ignobilē ſed neceſſariā pacē fecit. Prouincias quinq; trāſtigritanas reddidit Perſis & Meſopotamiæ partem. Vide Iouianus.

I X

Ixiæ regiuncula Rhodi, ab Ixo portu: hinc Ixius Apollo, Steph.

Irias, vrbs Oenotrorum in Mediterraneis.

Ixibatæ, populi intra Pontum, prope Indicam. Steph.

Ixion, Plegyæ, ſiue, vt Hyginus mauult, Leontei filius qui ſocerum ſuum, ſiue is Deionē fuerit, ſiue Erioneus, fraude peremit. A qua cæde cùm neq; homines, neq; dij eam luſtrare vellēt, diúque incertus vagaretur, Iupiter illius miſertus in cœlum aſſumptum expiauit. Cúmque iam purgatus apud ſuperos degeret, Iunonem amare cœpit, eámq; de ſtupro appellauit. Quod cùm Iupiter ab vxore intellexiſſet, nubem illi ſub Iunonis effigie oppoſuit, ex qua ille Centauros genuit. Deiectus deinde in terram, cùm paſſim gloriaretur, cum deorum regina ſe rem habuiſſe, Iupiter indignatus, fulmine ad inferos eum detruſit, curauítque vt ibi rotæ alligatus, perpetuò circumageretur. Ad tyrannos, ambitioſos, & irrequietos homines in Republica: idem ad ſophiſtas & hæreticos in Eccleſia hoc figmentum non incommodè refertur.

Ixion, III. Corinthiorum rex.

Ixionides, filius Ixionis, qui fuit Pirithous, Propertius lib. 2. Eleg. 1.

Theſeus infernus ſuperis teſtatur Achilles
Hic Ixioniden, ille Minætiaden.

Ixtus portus. Vide Ixiæ.

I Z

Izala, mons circa Perſidem. Amm.

Izachi, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Pt.

Izelus, caſtellum Siciliæ. Steph.

Izgi, Indiæ populi. Plin.

Izizum Ægypti vrbs. Antonin.

Izrahia, filius Ozi filij Thola filij Iſſachar, 1. Paralipomenon 7. Lat. Oriens dominus, aut claritas Domini.

Iziralla, Thraciæ oppidum. Anton.

K A

KALLA, Pannoniæ regina, quæ maritum ſuum Vazulem excæcauit. Volat.

Kalne, vrbs terræ Sinear. Vide Babylon, & Chalanne.

Kane, dux Hunnorum, qui poſtea Hungari appellati ſunt, quo duce ipſi Hunni Pannoniam ingreſſi ad Tulmam Auſtriæ locum contra Rom. victores fuēre, Occubuit dux, cui ſuccedit Attyla. Volat. Geographiæ 8.

K I

Kiriarſepher, olim *Dabir* dicebatur. Ioſue 15. Lat ciuitas literarum. Palæſtinæ vrbs eſt.

Kitim, regnauit apud Ianigenas, relicto in Celtiberis rege filio Sicoro. Quem Kitim Ianigenæ ſua lingua ob mentis excellentiam vocauerunt Italum Atlanta. Hic filiam ſuam Electram Ianigenarum principi Camboblaſconi dedit coniugem, & Romam filiam ſuam primò ſubreginam Aboriginibus ſacrauit. Beroſus.

K V

Kunigunda, Henrici imperatoris vxor, virginitatem perpetuam obſeruaſſe fertur cum marito, & poſt mortem miraculis claruiſſe, anno ſalutis 1018.

Digitized by Google

De Kunigunda Munſterus lib. 3. Coſ. ita ſcripſit: Quanquam, inquit, continentiſſimè cum ea vixerit Imperator, ſeminator tamen zizaniæ iniecit illi ſcrupulum zelotypiæ, cùm ei ſuggereretur, quòd ipſa militem quendam amicius eſſet intuita, quàm par eſſet: quòd vbi illa reſciuerit, iuſſit ſecretò ſex igniti vomeres, eóſque in Imperatoris aliud agentis, afferri conſpectum. Miratus ille quid ageretur, vidit deinde chariſſimam coniugem nudis pedibus conſcendere ferrum ignitum intrepidam. Vides, inquit illa, ô Imperator, illæſam à ferro, illæſam ab omni immunditia. Ille autem in ſe conuerſus cœpit cogitare, quid eſſet ſuſpicatus: qui mox procidens, ad vxoris, immò ſororis genua prouoluitur: illa procumbentem amiciſſimè leuat: & ex illa die omnis ſiniſtra ceſſauit ſuſpicio. Cohabitantes itaque, & ſimul commorantes, Imperator & Imperatrix, in pudicitia virginali, ad finem vſque perſeuerarunt: vnáque ſepulti in cathedra 1. quam conſtruxerant, Eccleſia. Hæc Munſter. ibidem.

L A

LA, vrbs Laconica, Homerus Laan vocauit: ſic dicta, quòd in excelſo ſaxo ſita ſit. Steph. Quam poſtquam Dioſcuri oppugnaſſent, *La perſas* nominarunt Stephanus. *Las* vicus eſt Liuio, 38. *Vaihi* hodie Nigro.

Laabim, filius Meſraim. Gen. 10. Ab hoc Libya, quæ priùs (vt Hieronymus refert in Hebraicis quæſtionibus) Phutenſis regio appellata eſt, nomen habet. Lat. inflammati, ſiue flammæ, aut gladij.

Laad, filius Iahah, filij Subal Iuda, 1. Par. 4. Lat. laudans, vel ad laudandum, aut ad confitendum.

Laada, filius Sela filij Iuda, 1. Par 4. Lat. pro ornatu vel ad congregandum, ſiue ad teſtificandum, vel tranſiens, aut prædans: aut Syriacè auferens.

Laadan, filius, Thaan, filij Thale, 1. Par. 7. Lat. pro voluptate, ſeu deuorans iudicium, aut pro ornatu, vel pro teſtimonio: aut Syriacè, ad tempus.

Laattha, Arabiæ fœlicis vrbs. Ptol.

Laba Arabiç fœlicis oppidum, verſus Elaniticum ſinum. Ptol.

Labaca, Indiæ intra Gangem ciuitas. Ptolemæus.

Laba, vrbs Chatteniæ regionis Gethræorum: Gentile, Labæus. Steph.

Laban, frater Rebeccæ filiæ Batuelis filij Nachor ex Melcha. Gen. 24. Eſt & locus in deſerto, vbi Moſes Deuteronomium perlegit filiis Iſrael. Deut. 1. Lat. albus, vel candidus, aut later.

Labana, ciuitas ſacerdotum in tribu Iuda, Ioſ. 15. Eadem videtur quæ & Lebna. Ioſ. 10. Lat. luna, ſiue albedo, aut thus, vel later.

Labanath, ciuitas, quæ tribus Aſer terminus eſt, Ioſ. 19. idem ſignificat quod Labana.

Labanis, inſula in ſinu Arabico. Plin. libro 6. cap. 28.

Labara, vrbs Cariæ. Gentile, Labareus. Steph. vide Hermotymbilici.

Labarſadach, XXII. Babyloniorum rex, anno diluuij 1650.

Labaſæ, Indiæ extra Gangem populi. Ptol.

Labatus, viri proprium, cuius crebra mentio fit apud Plutarch.

Labda. Amphionis cuiuſdam ex Bacchidarum genere filia fuit, quæ quòd clauda eſſet, & ob id à Bacchiadis cæteris ſperneretur, Ætioni nupſit eíque puerum peperit, quem ab euentu cypſelum nominauit. Nam quum duo Corinthiis reddita eſſent oracula, quibus illi monebantur fore, vt Labiæ filius Corinthi aliquando tyrannidem inuaderet, miſſi ſunt publico decreto decem viri qui puerum interficerent. Verùm cùm fortè puer ei qui primus eum à matre acceperat, arriſiſſet, ille miſericordia motus, adduci non potuit vt eum occideret: quapropter ille alteri tradidit, & ille rurſus alij, atque ita deinceps per manus traditus infans à decimo matri redditus eſt, nemine eum interficere volente. Poſt hæc illi egreſſi, & pro foribus ſtantes, ſeſe mutuò, præcipuè verò qui primus puerum acceperat, increpabant, qui eum ex conuento non occidiſſet. Quod quum audiſſet Labda, quæ intus ad fores aſtabat, puerum in menſura frumentaria, quam Cypſelum vocant Græci, occultauit. Vide latiùs hanc hiſtoriam apud Herod. lib. 5.

Labdacus, Phœnicis filius, qui ætate iam in ſenium vergente Thebas euocatus aliquandiu ibi regnauit, filiúmque habuit Laium, Oedipi patrem, qui illi in regnum ſucceſſit: vnde & Labdacides dictus eſt. Statius 6 Thebaid. Et Labdacidæ dicuntur Thebani à Labdaco rege.

Labdalon, promontorium Epipoleorum, prope Syracuſanos. Steph.

Labdas, Hieroſolymorum epiſcopus XXXII. anno ſalutis 297.

Labeatis palus quam Liuius lib. 44. deſcribit, ea eſt quæ hodie *Laco de Scutari* vocatur.

Labeo Antiſtius, iuris quidem ciuilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, & conſulentibus de iure publicè reſponſitauit: cæterarum quoque bonarum artium non expers fuit, & in Grammaticam ſeſe atque Dialecticam, literáſque antiquiores, altioréſque penetrauerat, Latinarúmque vocum origines, rationéſque percalluerat: eáque præcipuè ſcientia ad enodandos pleroſque iuris laqueos vtebatur. Gel. lib. 13. c. 10. De

c.10. De quo rurſus c.12. ejuſdem libri ſcribit: agitabat hominem libertas quædam nimia atq; vecors vſque eò, vt D. Auguſto iam principe & Rempub. obtinente, ratum tamen, penſúmque nihil haberet, niſi quod iuſtum ſanctúmque eſſe in Romanis antiquitatibus legiſſet. A Labiorum magnitudine dictum putant: quicunq; enim magna labia habent, Labeones & Labrones cognominantur. Horatius eum inſanum exiſtimabat, cùm ait 1. Serm. Satyra 3. *Inſanior Labeone.*

Laberius, poeta mimographus, eques Romanus, Macro. Satur. li.2. & Gell. li. 2.c.9. Seneca 7. Declamationum, Laberium mimum diuus Iulius ludis ſuis produxit, deinde Equeſtri ordini reddidit: quem quum iuſſiſſet ire ſeſſum, omnes equites ita ſe coarctauerant, vt venientem non reciperent, Horatius in Serm.

Et Laberi mimos ut pulchra poemata mirer.

Labertis, Aſturiæ in Hiſpania vrbs. Ptol.

Laberus, Hiberniæ oppidum, Ptol. *Caſal,* Nigro *Kaildair*, Camdeno.

Labecia, Arabiæ oppidum, ab Ælio Gallo dirutum. Plin. li 6.c 2.

Labici, Italiæ populi, qui genus ſuum à Glauco Minois filio traxerunt, quem Labicum appellarunt à ſcuto militari intus anſato, quod ſcuti genus primus in Italia oſtendit. Nam λαβὶς Græcis anſam ſignificat, vel manubrium. Virg. li. 7.

Et Sacranæ acies, & picti ſcuta Labici.

Hinc Labicanus ager Lobicis vicinus, cuius meminit Liuius li.2. ab vrbe.

Labicum, Italiæ pagum mediterraneum dicit Leander eſſe, & *Val montone* nunc appellari. Lambicanus ager eſt apud Plin. Labicos populos habet Liuius.

Labieni Caſtra, quæ Cæſar in commentarijs deſcribit, *Lobienſe monaſterium* hodie occupare dicit H. Leodius, ad Sabim fluuium ſitum; non longè à Mariemburgo.

Labienus, Cæſaris in Gallia Legatus, qui magnas res ſub eo geſſerat: demum bello ciuili transfugit ad Pompeium, cui Cæſar bona, quæ habebat in poteſtate remiſit, Luca. li. 5.

— dux fortis in armis
Cæſareis Labienus erat, nunc transfuga vilis

Labienus, hiſtoricus, cuius ſcripta abolita fuere. Tranqu. in Caligula c.15. T. Labieni, Cordi Cremutij, Caſſij Seueri ſcripta ſenatuſconſulto abolita requiri, & eſſe in manibus lectitariſque permiſit: quando maximè ſua intereſſet, vt facta quæque poſteris tradantur.

Labicus, vicus inter Veronam & Cremonam, duabus cladibus Romanorum notus, qui antea Bebryacus dicebatur.

Labynetus, qui & Baltaſſar, XIII. Babyloniorum rex, regnauit annis V. anno diluuij 1157.

Labynitus filius Nitocris reginæ Babyloniæ, tandémq; Babyloniorum tyrannus. Herod. lib. 1.

Labynius, fluuius Italiæ, circa Mutinam, ad quem conſtitere Triumviri, partitáſque inter ſe prouincias deſignauerunt. Appian.

Labiſco, Galliæ Narbonenſis vrbs. Anton.

Lablatum, vide Siſcia.

Labocla, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

Laboriæ, arum, Italiæ pars illa, quæ vulgò *Terra laboris* dicitur. Plin. 17.cap.4. Campus eſt adeò pinguis, vt ſtipulam tantæ craſſitudinis faciat, vt ea incolæ pro ligno vtantur. Sic dictus quòd ingens labor ſit in eo colendo: quippe ſolum habet arduum opere, difficile cultu, bonis ſuis acriùs pene paſcit, quàm vitiis. Idem li. 9.c.11. Quantum autem vniuerſas terras Campus Circuncampanus antecedit, tantum ipſum pars ejus, quæ Laboriæ vocantur, quem *Phlegræon* Græci appellant. Finiuntur Laboriæ via ab vtroque latere conſulari, quæ à Puteolis, & quæ à Cumis Capuam ducit. Hinc Leborinus campus nobis in Campania. Plin. li. 17.c.4. vulgò *Terra di lauoro.*

Laborini campi, in Campania regione. Plin. *Terra di Lauoro* Leandro dicuntur.

Laboras, fluuius circa Antiochum Syriæ, Strab.

Labores, XV. Lacedæmoniorum rex, anno diluuij 1284.

Labradeus Iupiter in Caria colebatur, cui ſimulachrum primus conſecrauit Arſalis rex, quòd victo Candaule Lydorum rege, ſecurim quæ Lydorum regum erat, quæque à Lydijs Labris dicitur, in Cariam retuliſſet, à qua Ioui Labradeo nomen dedit, Cæl. li. 6.c.11. & Plin. li. 32.c.2.

Labranda, vicus Cariæ: Gentile, Labrandenus & Labrandius. Steph, Labrada. Plinio.

Labris, Arabiæ fœlicis oppidum. Ptol.

Labyrinthus locus multis viarum ambagibus inflexus. Quatuor autem præcipuos fuiſſe Labyrinthos docet Plin. lib. 36. cap. 12. Creticum à Dædalo factum, quo incluſus erat Minotaurus: Ægyptium in nomo Heracleopolitæ, quem deſcribit Mela. li. 1. Lemmium columnarum nitore inſignem: Italicum à Porſena Hetruſcorum rege ſepulchri cauſa extructum. Labyrinthum Creticum exprimit. Virg. lib. 5. Æneid.

Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta, &c.

Lacanitis, regio Ciliciæ. Ptol.

Lacci, Marmaricæ palus. Ptol.

Laccini. Octauæ regionis in Italia populi. Plin.

Laccobardi, Germaniæ populi. Ptol.

Laccobrica, Hiſpaniæ vrbs. Ptolem. libro

cap. 6. nomine *Ceymbra.*

Laccopluti, cognominati ſunt Galliæ Atheniensis poſteri, qui Laccoplutos dictus fuit quòd is repentè ditatus eſſet theſauro in campis Marathonijs ſubter terram inuento. Nam Græci λακκοὺς appellabant loca ſubterranea, in quibus vinum, oleum, frumentáve condebant. Vnde & Lacum pro foſſa vſurpat Pſalmorum interpres. Et ſimilis ero deſcendentibus in Lacum, vide Suidam.

Lacedæmon, Semeles filius, Moyſi tempore Lacedæmoniorum ciuitatem condidit. Comeſt. in cap. 10. Exod. quæ ciuitas antea Sparta dicta fuit, Pauſania teſte. *Miſithra* hodie vocatur, vt Niger & Sophianus tradunt.

Lacedæmon, clariſſima, Peloponneſi totius vrbs, alio nomine Sparta dicta, Lycurgi olim legibus optimè inſtituta. Hæc Menelai regina fuit, quam Paris diripuit, Helenámque inde in Phrygiam abduxit: Lacedæmones eius inhabitatores: populi olim bellis egregij, qui iuuentutem laboribus & nando, currendo, eſuriendo, algendo, æſtuando erudiebant. Veget. lib. 3. omnes delicias odio habebant hodie, *Miſithra,* vt Niger & Sophianus tradunt. *Ebada,* Latio, *Zaconia.* Nardo.

Lacedæmon, Cypri mediterranea vrbs: Ciuis, Lacedæmonius: poſſeſſiuum, Lacedęmonicus.

Laceria, vrbs Magneſiæ, & alia Italiæ. Gentile Lacerieus, & Lacera, fœmin. vt primitiuum. Steph. Vide Luceria.

Lachares, Mithridatis filius, Boſphori rex, à Lucullo in amicitiam receptus, anno ab vrbe 685. Florus lib. 98.

Lacheſis, vna Parcarum, quam Latinè Sortem interpretari poſſumus, nam λαγχάνειν eſt ſortiri. Hinc autem idcircò vitæ humanæ præſſe voluerunt, quòd in ea ſortem hoc eſt, caſum, plurimum valere arbitrabantur.

Lachis, ciuitas tribus Iudæ, Ioſ. 10. 15. 4. Reg. 18. constructa à Roboam 1. Par. 11. Lat. ambulans, vel vadens extitit, aut tibimet exiſtens.

Lacia, vel Laciadæ, vicus in Oenide tribu. Tribulis, Laciapes. Steph. Hi abundabant raphanis, quibus vtebantur in deprehenſos in adulterio ludibrij cauſa, Suidas & Eraſmus in Chiliadib.

Lacibas, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum. Ptol.

Laciburgium, Ptole. lib. 2. cap. 11. Germaniæ vrbs, hodie Roſtochium, vulgò *Roſtbock,* Villichio.

Lacinienſes, Liburnorum populi. Plin.

Lacinium, promontorium in extremis Italiæ finibus, inter Petiliam & Crotonem in mare excurrens, Ioniúmque dirimens ab Adriatico, dictum Lacinium, à Lacinio quodam latrone, quem Hercules, quod boues ſuos abegiſſet, dicitur interemiſſe, templúmque ibi Iunoni condidiſſe, quam etiam à nomine illius Laciniam cognominauit. Virg. 5. Æneid.

Lacinium, promontorium Brutiorum. Ptolemæo lib. 3. cap. 1. vulgò *Colone,* vel *Cabo delle Colone.*

Lacipea, vrbs Hiſpaniæ. XX. M. P. ab Emerita, verſus Cæſarauguſtam. Anton.

Lacippo, Ptol. lib. 2. cap. 4. Hiſpaniæ Bæticę ciuitas.

Lacius & Antiphemus fratres. Steph.

Lacmon, promontorium Pindi montis, ex quo Inachus & Alias fluuij manant, inde Lacmonius. Steph.

Lacobriga, Hiſpaniæ vrbs ad ſacrum promontorium: Huius nunc ruinæ, & antiquorum ædificiorum veſtigia extant prope *Lagos* Algarbiæ vrbem, in vico qui vulgò *Lagoa* nominatur, vt ſcribit Vaſæus. Hujus incolas Langobritas vocat Plutarchus in Sertorio. Alia eſt Plin. quam in Vacceis ponit. & *Lacobricenſes* vocat.

Laconia, Peloponneſi regio inter Argiuum agrum & Meſſeniacum: ſecundum littus extenſa: olim à numero centum ciuitatum Hecatompolis appellata: quarum omnium caput *Lacedæmon,* alio nomine *Sparta* appellata, ſalutaribus olim Lycurgi legibus optimè inſtituta. Incolæ, *Lacones:* fœmininum, *Lacena.* Eſt item *Lacon,* canis nomen apud Ouidium 3. Metamorphoſ.

Laconicus ſinus, Peloponneſi eſt Ptol. *Golfo de Colochina,* Caſtaldo.

Laconimurgi, Plinio: Laconimurgum, Ptolemæo Vettonum oppidum in Hiſpania.

Laconum, oppidum in intimo receſſu ſinus Tarentini ſitum, habet Plinius, libro 3. capite 11.

Lacriaſſus, Armeniæ minoris in Rhauena præfectura vrbs. Ptol.

Lacrines, vir Lacedæmonius miſſus ad Cyrum. Herodot. li. 1.

Lacter, promontorium Coæ inſulæ verſus Meridiem. Strabo. Iſaceterem in Co inſula habet. Plutarch. in quæſt. Græcis.

Lactiphagi, quidam Scythiæ populi, qui & γαλακτοφάγοι dicuntur.

Lactodurum, Angliæ oppidum, Anton. *Bethfort* hodie, Camdeno.

Lactoracium, Nouempopulanæ ciuitas, lib. Notit. *Lectore* hodie, Scaligero. Lactura ab Antonino vocatur.

Lactucinij, cognomina Romanorum procerum à lactucis deducta. Plin. li. 19. c. 3.

Lacuris, Oretanorum in Hiſpania oppidum, Ptol.

Lacus regius, Numidiæ locus apud Antoninum.

Lacy-

Digitized by Google

Lacydes, philoſophus Arceſilæ auditor, primus nouæ Academiæ inſtitutor, tantoperè ab Anſere adamatus, vt ei perpetuò comes eſſet, nuſquam ab eo non in publico, non in balneis: non interdiu digrediens. Huius meminit Cice. lib. 4. Academicarum quæſtionum, vt & Suidas. Philoſophica ſcripſit & de natura & perpetua peregrinatione ætatem conſumſit.

Lacydus, rex Argiuorum, molli inceſſu, comáque perpetuò vnguentis delibuta. Plut. in opuſculo eo, quo docet quo pacto vtilitatem ex inimicis capere poſſumus.

Ladas, Alexandri Macedonis curſor, tanta pedum velocitate, vt veſtigia eius in arena non apparerent. Quo nomine ſtatuam meruit apud Argos in templo Veneris, quam νικηφόρον cognominabant.

lade, inſula maris Ægæi, ante Miletum. Stra. Steph. prius Late vocabatur, vt Plinius docet: Gentile Ladæus. Hanc in duas paruas inſulas ſcindi ſcribit Pauſanias, & earum alteram Aſterij inſulam dici.

ladepſi, populi Bithynorum. Steph.

ladeſta, aut Ladeſtum, vna Liburnidum inſularum. Gentile, Ladeſtanus. Steph.

ladicus, montis nomen in Hiſpania quà è Legionenſi regione in Galliciã itur. hodie *Laroca*.

ladii, populi ſunt apud Capitolinum, in Antonino Pio *Lazi* putat legendum Egnatius.

ladiſacites, ſinus in Perſico mari. Steph.

ladiſlaus, Vngarorum rex, anno ſalutis 1078. Hic vir ſanctus ſummè modeſtus, ad ſuſcipiendum regnum è proceribus coactus eſt, per mortem Zoloueri regis, cui nupta Ladiſlai ſoror erat, Dalmatiam, Croatiámque Pannoniæ finibus adiecit, Hunnos prælio ſuperauit, Ruthenos item, qui olim Roxolani, in proprios fines remigrare (Vngariam enim inuaſerant) compulit. Polonos coërcuit, Cracouia capta.

ladiſlaus, infans, Alberti regis filius, Vngarorum rex, an. ſal. 1440.

ladiſlaus III. Emerici ex Conſtantia Aragonia filius, Vngarorum rex, an. ſal. 1201.

ladiſlaus IV. Vngarorum rex, ann ſalut. 1274. Bellum cum Comanis geſſit, duce Oldamuro, apud lacum Hood: prælio inito, victor tandem diſceſſit: poſtea cum Comanis pacem fecit. Irreligiosè ſe erga Caroli Siciliæ regis filiam habuit, pluribus pellicibus ſuperinductis. Volater. Ritius à Comanis eſt interfectus, anno ſalutis 1289.

ladiſlaus, Apuliæ rex, Romam armis intrauit, Capitolium obtinuit, molem Adriani obſedit: à Paulo Vrſino Pontificis partes defendente fuſus, fugatúſque eſt. an. ſal. 1406.

ladiſlaus, Bohemorum rex, ſub tutela Friderici Cæſaris. Elegerant Bohemi Albertum Bauariæ ducem, à quo repulſi ſunt, an. ſal. 1440.

ladon, fluuius Arcadiæ, iuxta quem poetæ fabulantur, Syringa Nympham in arundinem fuiſſe mutatam. Ouid. lib. 1. Meta. Eius ripæ lauris abundant. Eſt & nomen canis Actæonis apud Ouid. lib. 3. Metam. Habuit Ladon Telphuſſam filiam, à qua Arcadiæ vrbi nomen. Steph. Huius fontes eſſe in Clitoriorũ agro ſcribit Pauſanias: eiúſque fluminis aquam omnibus Græciæ fluminibus pulchritudine antecellere tradit, Dionyſ.

ladoncea, vicus in Arcadia. Pauſ.

læa, quæ & Aphrodites, i. Veneris inſula, Ptol. In Africo mari iuxta Cyrenem vel Marmaricam eſt. *Aphrodiſias*. Stephano & Herodoto. hodie *Iſola del Patriarcha* appellatur à Bordonio.

læana, oppidum Arabiæ ad ſinum illum rubri maris, qui in Ægyptum vergit, qui ab oppidi huius nomine Læaniticus vocatur. Plin. libro 5. cap 11.

lædenata, Mœſiæ primæ vrbs. lib. Notit.

læeni. Arabiæ fœlicis gens. Ptol.

laeia, vrbs Cariæ: Gentile, Laites. Steph.

laël, filius Elizaph principis, Num. 3. Lat. ipſi Deo, aut ipſi forti, vel potens.

lælia, Turdetanorum in Bætica oppidum. Ptol.

lælia, caſtra in ſinu Carthaginienſi. Põp. Mel.

C. Lælius, Scipionis Africani ſummus amicus, ſapiens à Romanis appellatus, vt ait Plutarch. in vita Tiberij & Caij Gracchorum. De hoc multa apud Ciceronem. Horat. 2. Serm. Satyra 1.

Mitis ſapientia Lælij. 2.

Læmocopia, vrbs Europæ, in Boſphoro, iuxta Propontidem, à Mechmete Amuratis filio condita. Laonic.

læna, ſiue Leæna, meretrix, amica Armodij & Ariſtogitonis, qui Hipparchum tyrannum interfecerant, cùm tormentis cogeretur, vt ſocios proderet, linguam ſuam mordicus amputauit. Euſeb.

læneus, fluuius Cretæ, Cortinam vrbem præterlabens, per quem à Ioue Europam, Agenoris filiam, tauri dorſo vſque ad eam vrbem vectam fuiſſe prodiderunt.

læpa magna, Hiſpaniæ Bæticæ in Turdetanis oppidum. Ptol.

laerte, nomen vrbis Ciliciæ aſperæ in Pamphilia. Ptol.

laertes, Arceſij filius: pater Vlyſſis, qui ab eo Laertiades dicitur. Ouid. in Epiſt. Penelopes.

laertes, Strab. li. 14. caſtellum in tumulo quodam ſitum, qui mamillæ ſpeciem præbet.

laertes Stephano, parua regio Ciliciæ. Strab. li. 14. Alexander verò & montem vrbem eſſe tradit: Gentile, Laertinus, vel potius, Laertius. a.

um, vt regna Laertia, apud Virg.3. Æneid.

Laertius, Diogenes hiſtoricus, qui de Philoſophorum vita ſcripſit.

Leſtrygones, populi immaniſſimi, Formias Campaniç vrbem incolentes, quos Plin. libr.v. tradit humana carne victitaſſe. Horum rex fuit Antiphates, qui Vlyſſem in littus ſuum tempeſtatis impetu ejectum, totis viribus oppugnauit, vnúmque ex eius ſociis ore apprehenſum dilaniauit. Hom.10. Odyſſ.

Lętus, Ægypti Proconſul.ann.Gl.1003.

Lęui, Ligures populi, apud Liuium. Leui. Plin.

Lagaria, vrbs Siciliç prope Thurios, quam Epeus & Phocenſes condiderunt: inde Lagartanum vinum. Steph. Barrius dicit locum nunc vacuum ſine habitatoribus. Mons verò, cui ciuitas impoſita quondam fuerat, accolis *Cirniſtaſo* dicitur à fluuio Cyliſtarno prçterfluente. Stephanus hanc Lagariam Siciliç vrbem vocat, agri Thurini.

Lagecium, Angliç oppidum. Anton. *Caſtelford.* Camdeno.

Lagia, vnum ex nominibus Deli, inſulç. Plin. lib.4.c.2.

Laginia, oppidum Cariç & Bithyniç vrbs, Steph. Gentile, Laginqus, Laginites. Lagina, Straboni.

Laginitis dea. Vide Hegatesia.

Lagnutum, Mauritaniç Cçſarienſis vrbs. Pto. *Tenes*, Gaſtaldo, *Gunucus* Anton.

Lagous, amnis Sarmatiæ Aſiaticç. Plin.

Lagus, pater Ptolemçi ſucceſſoris Alexandri, cui Philadelphus ſucceſſit in regno. Hinc Lagęus, a, um. Vide Ptolem.

Laguſa, inſula circa Cretam: Gentile Laguſçus, aut Laguſius. Steph. vulgò *Greſtienne.*

Iagyges, populi Sarmatiç, Perottus.

Iagyra, Ptole. lib.3.cap.9. vrbs Tauricç Cherſoneſi.

Iahem, nomen loci, 1.Par.4. Lat. panis aut pugna, vel bellum.

Iahela, nomen fluuij. 1.Par.5. Lat. hûmiditas humida, vel tabula humida, aut viridis, ſiue maxilla humida. Scribendum eſt Hela, abiecto la.

Laia, Vide Lisa.

Laini, populi Pęoniç, Stephanus ex Thucydide. Aliis, Lęi.

Lais, idis, meretrix nobiliſſima, quę quęſtus gratia ex Sicilia, vbi nata fuit, Corinthum ſeſe contulit: vnde à ſcriptoribus paſſim Ephyręa, hoc eſt Corinthia cognominatur. Ad hanc propter inſignem pulchritudinem potentiſſimi quique ex omni Gręcia conueniebant, nec quiſpiam admittebatur, niſi qui dabat quod popoſcerat. Vnde profectum creditur prouerbiũ, Non cuiuſuis hominis eſſe adire Corinthum, Tam carè enim Lais ſuas locabat noctes, vt vel potentiſſimi pretij magnitudine deterrerentur. Inter quos etiam Demoſthenes fuiſſe fertur, qui cùm ſcorti tam nobilis fama accenſus, aliquando Corinthum nauigaſſet, illáque noctis vnius operam decem millibus drachmarum indicaſſet, expauefactus pretij immenſitate. Græce reſpondit, οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν. Non emo, inquit, decem millib. drachmarum pœnitentiam. Propert.lib.2.

Non ita complebant Ephyrææ Laidos ædes.

Hæc aliquando in Theſſaliam profecta, cùm ab adoleſcentibus Theſſalis ſic adamaretur, vt eius veſtibulum etiam vino aſpergerent. Theſſalæ mulieres inuidia motæ, eam in Veneris templo, dum ſacra fierent, quæ viris nequaquam adire fas erat, cõfoderunt, propter quod facinus Theſſaliam peſtis inuaſit, nec prius ceſſauit quàm Veneris ἀνοσίας templum condidiſſent.

Iais, i. Leo, regionis quidem Aſer tribus poſſeſſionis autem Dan, Iud.16. quæ & Dan, & Leſem dicta eſt, Iudic 18. & Leſem Dan. Ioſ.6. pater Phaltiel mariti Michol filiæ regis Saul.1.Regum 3. Vide Lesam.

Iaiſa, ciuitas, quæ aliàs Dan dicitur, Iſa.10. Lat. Leæna.

Iaius, filius Labdaci regis Thebarum, pater Œdipi, qui Iocaſtam Creontis Thebani filiam vxorem duxit: quam cùm concepiſſe audiſſet, de futura prole oraculum conſuluit: cui reſponſum eſt, eum naſcituri manu periturum. Quo reſponſo perterritus, puerum recens natum, vni ex ſatellitibus necandum tradidit, qui cùm neque herilis impietatis ſe miniſtrum præbere vellet, neque rurſus domini mandata auderet negligere, viam mediam delegit, traiectiſque vimine pueri pedibus, ex arbore eum ſuſpendit futurum ratus, vt inedia moreretur. Verùm cùm Phorbas, Polybij Corinthiorum regis paſtor, illac iter faceret audito vagitu, eò accurrit, puerúmque ſeruauit quem & reginæ, quæ liberis carebat, magni muneris loco obtulit: à qua, veluti puer cœlitùs miſſus, filij loco eſt educatus, & à pedibus ex vulnere tumentibus Œdipus appellatus eſt. Grandior deinde natu factus cùm generis ſui cognoſcendi auidus Apollinem conſuluiſſet, reſponſum accepit, ſe patrem in Phocide inuenturum. Quò cùm veniſſet, Laium in tumultu quodam inter ciues ſuos exteróſque exorto interfecit, matrémque imprudens duxit vxorem. Vide Œdipvs.

Iala, Armeniæ maioris vrbs. Ptol.

Ialætania, Hiſpaniæ regio in tractu Tarraconenſi, Ilergetibus & Indigetibus contermina. Inde adiectiuum, Ialætanus, a, um: vt vinum Lalætanum, magis copia, quàm bonitate laudatum. Plin.li.14 cap.6. Scribitur Laletania.

Ialaſis eſt fluuius Iſauriæ, quæ Aſiæ regio eſt inter-

eſt inter Ciliciam & Pamphiliam ſita. Plinius libro quinto capite 27. vulgò *Calendo* à Barbaris.

Lalenſis, Armeniæ minoris, in regione Meſitena oppidum. Ptol.

Laletani, Hiſpaniæ populi Plinio: Leætani Ptolemæo, & Letani Straboni. Hi poſtea Gottholani dicti fuere, nunc corruptè *Catalunna* Tarapha teſte.

Laliſanda, vrbs Iſaurica: Gentile, Laliſandæus ſed vrbs nunc Daliſanda vocatur: ciues Daliſandeotæ. Steph.

Lallus, Deus fuiſſe videtur, qui præeſſet næniis illis balbis, quas nutrices pueris occinunt, & & pueros reddere cogunt. Nulla enim littera eſt quam facilius ſonent pueri, quàm Lambda: quin etiam eius frequentia ſomnum inducebant. Auſonius de filio probino epiſt. 17.

Nutricis inter lemnaca Lallique ſomniferos modos. Turnebus aduerſ. 18. c. 34.

Lama, Luſitaniæ vrbs. in Vettonibus. Ptolemæus.

Lamacha, vrbs circa Armeniam. Laonic.

Lamachus, Athenienſium dux. Plut. Thucyd. libr. 6.

Lamaſba, Numidiæ ciuitas. Anton.

Lambana, Meſopotamiæ vrbs. Ptol.

Lambe, inſula ſinus Arabici. Plin.

Lambeſe, Numidiæ vrbs. Anton. eadem fortè quæ Lamaſba.

Lambrus, fluuius in Ciſalpina Gallia, quem Padus defert in mare Adriaticum. Plin. li. 3. cap. 18. & 19. A quo Lambrani dicti ſunt eius accolæ. Sueton. in Cæſ.

Lameca, Cluſ. Portugalliæ vrbs eſt ad Durium fluuium: hodie *Lamego* dicta.

Lamec, nomen filij Mathuſala, Geneſ. 4. 5. Lucæ 3. Int. pauper, vel humiliatus, aut percuſſus.

Lamech, ſeptimus ab Adam, fuit ex generatione Cain, & peſſimus, bigamiam enim introduxit: & ſic adulterium contra legem naturæ, ac Dei decretum commiſit. In prima verò creatione vnica vnico facta eſt mulier, atque Deus per os Adæ dixerat, Erunt duo in carne vna. Comeſt. in cap. 4. Geneſ. Hic autem Lamech vir fuit ſagittarius, qui diu viuendo oculorum caliginem contraxit, & habens adoleſcentem, dum exercet venationem, ob vſum tantùm pellium (quia non erat vſus carnium ante diluuium) dirigente iuuene ſagittam, caſu inter frutetа interemit Cain. Comeſt. ibid.

Lamellum, inquit Leander, vocatur Latinis ea exigua inſula in mari Tuſco, Arni oſtiis obiacens, quæ hodie *Malora* dicitur.

Lametia, Lycophroni ad mare Tyrrhenum in Lucanis oppidum eſt. ſic dictum à Lameto flumine, Steph. *Euphemia*. Barrio.

Lametini: vrbs Lamete fluuio iuxta Crotonem, cuius ciuis Lametinus. Steph.

Lamfoctenſe, oppidũ in Mauritania. Ammia.

Lamia, Steph. vrbs Melienſium in Theſſalia, vel à Lamio Herculis filio, vel à Lamnia muliere, quæ Trachiniis imperauit. Illic etiam Lamicum bellum fuit. Eſt & alia Ciliciæ: Gentile, Lamientes, & Lamiotæ. Eſt & Lamia mons Arcadiæ: Gentile, Lameates. Steph. Vide Lampia.

Lamiæ, inſulæ ante Troada. Plin.

Lamiæ, ab antiquis mulieres eſſe putabantur, ſiue veriùs, dæmonum quædam phantaſmata, quæ formoſarum mulierum ſpecie aſſumpta, pueros, præſertim iuuenes: blanditiis allectos deuorabant. Hæ cùm foris eſſent egregiè oculatæ, domi prorſus cæcutiebant. Horat. lib. de arte poetica.

Neu pranſæ Lamiæ puerum viuum extrahat aluo.

Philoſtratus in Apollonio ait Lamias, à quibuſdam Laruas appellari, & Lemures, à nonnullis etiam Ampuſas, eſſéque ad amorem & venerem propenſas, & carnes humanas, maximéque formoſorum auidè appetere, ideóque libidinis cupiditate allicere eo, vt poſtea deuorent. Cæl. Rhodig. lib 29. cap. 5. Chryſoſtomus Dion in intima Africa feras quaſdam eſſe ſcribit, muliebri facie, quæ Lamia dicuntur: vberibus autem totóque pectore adeò ſpecioſas, vt nullo pictoris ingenio effingi queant, quibus retectis homines in fraudem alliciunt, captóſque deuorant.

Lamiarum nobilis Romæ familia fuit à Lamo orta, Antiphatis patre, Læſtrygonum rege, qui Formiis regnauit. Ex hac familia fuit Ælius ille Lamia, ſenator Roman. ad quem ſcribit Horat. Carm. 3. Ode 17.

Lamia item meretrix quædam inſignis fuit, Demetrij regis amica, cui blandientes Thebani, Veneris Lamiæ delubrum conſecrarunt. Plutarch. in Demetrio.

Lamida, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Ptolem.

Laminitani, Hiſpaniæ populi Plin. quos Pine. *Alumbra* vertit quorum ager Laminitanus citerioris Hiſpaniæ, vbi Anas amnis oritur, frumentis maximè fertilis eſt hodie *Mancha d'Aragon*, vel *mancha Ziega*: aliis *Campo de Monchiel* appellatur. Aquæ penuria plerumque laborant propter fontium raritatem.

Laminium, Carpitanorum in Hiſpania vrbs. Ptol.

Lamirus, Herculis filius, ex Iole Euryti regis filia.

Lamiſcus Samius, hiſtoriarum ſcriptor.

Lamiſſus II. Longobardorum rex, anno ab vrbe 1177.

Lamius, vide Latmus.

lamotis, Ciliciæ regio. Ptol.

lampadius, conſul cum Oreſte, anno ab vrbe 1283.

lampado, vna ex Pleiadibus.

lampagæ, Indiæ intra Gangem populi. Ptolem.

lampares xxiv. Aſſyriorum rex.

lampe, Argyrippi poſtea dicta, Dauniæ ſiue Apuliæ ciuitas. Steph. Alia eſt Lampe, vel Lappe, Cretæ vrbs, ab Agamemnone condita, à Lampo Tarrhæo dicta. Alia eſt Acarnaniæ, alia Argolidis. Steph.

lampedo, mulier Lacedæmonia raræ fœlicitatis, vt quæ & regis filia fuerat, & regis vxor, & regis mater, Plin. lib 7. cap 41.

lampetia, filia Solis ex Neæra, ſoror Phaetuſæ, quas pater gregibus ſuis in Sicilia paſcendis præfecit. Ad has cùm Vlyſſes veniſſet, tempeſtate in Siciliam eiectus, ſocij qui ſumma cibi penuria premebantur, ipſo dormiente, boues aliquot mactarunt. Quam rem cùm ex Lampetia filia ſua Apollo didiciſſet, querelam ad Iouem detulit, qui nati precibus obſequens, Vlyſſis ſocios ad vnum omnes fulmine & tempeſtatibus perdidit. Homer. ad finem. libr. 2. Odyſ.

lampetia, vrbs Brutiorum: Gentile, Lampetianus. Stepha. *Cetrario* vocat Barrius. Oppidum eſt ſitum in edito loco ſuper ſaxum mari incumbens.

lampetium, ſepulchrum in Leſbo, à Lampeto Iri filio. Steph.

lampeto, Amazonum regina. Iornand.

lampetus, ſoror Phaëtontis in arborem mutata. Seruius.

lampeus, mons Arcadiæ. Plin. lib. 4. c. 1. Lampia, Straboni & Pauſaniæ.

lampia, fluuius Arcadiæ Stat. lib. 4 Theb.

—Cadénſque iugis Lampia vineſis.

Eſt item oppidum Arcadiæ eiuſdem nominis apud Lactant. Vide Lamia.

lampis, vrbs circa Mæandrum fluuium. Nicetas.

lampon, Panchates, Pelorus, Camphaſius, nomina equorum apud Silium. Fuit & Lampon, ſacrificus vates per anſerem, velut auem auguralem, iurare ſolitus. Eraſ. in Prouerb.

lampon, miræ fuit velocitatis equus, de quo Silius lib. 9. ſic ſcribit,

Euolat ante omnes rapidóque per aera curſu
Callaicus Lampon fugit: atque ingentia tranas
Exultans ſpatia & ventos poſt terga relinquit.

Straboni Thraciæ inſula. Plin.

lamponea, ſeu Lamponia Troadis vrbs, quam Herodotus Lamponium vocat, eſt etiam Thraciæ inſula circa Cherſoneſum. Æolidis. Straboni Lampræ, duo ſunt municipia Erechthœiæ tribus, Suidas.

lamprides, xxii. Aſſyriorum rex.

lampſacus, ſiue Lampſacum. vrbs Aſiæ ad Helleſpontum, inter Simoentem & Granicum fluuios, in quo Priapus exquiſitiſſimis honoribus colebatur. Ouidius 6. Faſtor. Strabo libro 3. vrbem clariſſimam nobili portu eſſe ait, & templo Matris deûm inſignem. Cicer. in Verr. Act. 3. Oppidum (inquit) in Helleſponto eſt Lampſacum. Iudices imprimis Aſiæ prouinciæ clarum & nobile: homines autem ipſi Lampſaceni, tum ſummè in omnes ciues Romanos officioſi, tum præterea maximè ſedati & quieti, propè præter cæteros, ad ſummum Græcorum otium potiùs, quàm ad vllam vim aut tumultum accommodati. *Lampſico* hodie, vt Sophianus exiſtimat.

lampſacus, Steph. vrbs iuxta Propontidem, à Lampſace quadam eius loci puella. Eſt autem Lampſacus, Phocenſium ſtructura olim Pithyuſa dicta, & ab Homero Pityea, à Pinetis, cùm Laomedontis priùs nominaretur. Generoſo vino abundat, quo nomine Themiſtocli à Perſarum rege per beneuolentiam donata eſt. Sunt qui velint à Priapo Veneris & Dionyſ. filio conditam fuiſſe. Steph.

lampſemandus, Doridis regionis inſula, in ſinu Caramico Plin.

lampſus, pars regionis Clazomeniorum. Step.

lampirenſes, Atticæ regionis curia. Strabo.

lamuel, nomen regis Salomonis Prou. 31. Lat. Illis Deus, vel cum illis Deus, aut cum quo eſt Deus.

lamum, Latij oppidum Fabrico in ſuis itinerariis, quod *Marino* appellari ait.

lamus, filius Herculis ex Omphale Lydiæ regina. Ouid. in Epiſt.

lamus, Neptuni filius, Læſtrigonum rex, à quo nobilis Lamiarum familia nomen accepit apud Romanos. Horat. lib. 3. Carm.

lamus, equus generoſus apud Silium.

Tum Lamus & Sicoris proles bellacis Ilerda.

lamus, fluuius Ciliciæ: & regio circumiacens, Lamuſia: Gentile, Lamuſius. Steph.

lamyra, vrbs Lyciæ & fluuius. Steph.

lamyrus, vide Eumirus.

lanarium, fluuius Siciliæ. Anton.

lance, Hiſpaniæ vrbs circa Lacobricam. Anton.

lanciati, Aſturiæ in Hiſpania vrbs. Ptolem.

lancia oppidana, Luſitaniæ vrbs. Ptol.

lancobriga, Ptolemæo eſt Celticum oppidum in Luſitania.

landi, Germaniæ populi, à Germanico Cæſare deuicti. Strabo.

lando, Romanorum Pontifex cxxi. anno ſalutis 915.

landoſia, Galatiæ oppidum. Ptol.

langia, fons in Nemæa ſylua, poſtea Archemorus.

Digitized by Google

morus dictus, ab Hypſipyles alumno, quem cum Illa Argiuis fontem hunc oſtenſura, in gramine reliquiſſet ſerpens interemit. Stat. lib. 4. Thebaidos.

Lango, Eleorum vrbs in Peloponneſo. Plutar. in Cleomene.

Lanigara, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Ptol.

Laniſe, Ægæi maris inſula. Plin.

Laniuium, ſiue Lanuuium, Romanorum ciuitas. Strabo lib. 5. in Appiæ viæ dextera, à qua proſpectus eſt maris & Antij.

Lanos, fluuius & promontorium apud Seras. Plin.

Lanuenſes, Frentanorũ in Italia oppidum. Pli.

Lanuuium Dianæ lucus, id eſt Artemiſium (ſic enim vocant) è ſiniſtra viæ regione ex Aricia ad Areſiam viam conſcendentibus: quod templum nominant ædificium Tauricæ. Hinc Laniuinus, adiectiuum. Eſt etiam Latij oppidum, quod Blondus & Leander *Indinina* appellari aiunt Ælianus animalium lib. 11. c. 6. Lauinium vocat, addícque eam meritò Matrem primariam vrbis Romæ poſſe dici. De Lanuuij & Lauinij differentia, vide Sigon. in Liu. lib. 8.

Lanthberius, Vuidonis filius, iuuenis bellicoſus, Italiæ rex, anno ſalutis 901.

Lanubium, Latinorum vrbs Ptolemæo libro tertio, capite primo. Hodie Lauinium. Vide Lauinium.

Laocoon, ontis, filius Priami ex Hecuba, Apollinis Thymbræi ſacerdos, qui primus omnium equum ligneum, quo Troia prodita eſt, intra vrbem recipiendum diſſuaſit, haſtámque in eum tanto impetu contorſit, vt ſonantia intus arma audirentur. Quo facto deorum indignationem in ſe creditur concitaſſe, tanquam doni Mineruę violator. Protinus enim è mari duo immenſæ magnitudinis ſerpẽtes emerſerunt, qui primùm duos eius filios, deinde & ipſum auxilio accurrentem occiderunt. Virgilius ſecundo Æneid.

Laodamantia, inſula in Lybia, fortaſſis à Laomedonte Troiano Laomedontia dicebatur. Gẽtilia, Laomedontis & Laodamantites. Steph.

Laodamas, Halius & Clytoneus, filij Alcinoi regis & Aretes. Hom. in Odyſſ.

Laodamia, Bellerophontis filia ex Achemene coniuge: cuius amore correptus Iupiter, cum ea concubuit: ſuſcepítque Sarpedonem, qui poſtea Lyciæ rex factus eſt. Verùm cùm Bellerophontes rerum ſucceſſu elatus, in cœlum euolare conaretur, Iupiter hominis temeritatem ægrè ferens, œſtrum illi immiſit, quo exagitatus equus ſeſſorem excuſſit. Diana quoque Laodamiæ infenſa, ſuis eam telis confixit. Homer. 6. Iliad.

Laodamia, Acaſti & Laodotheæ filia, quæ tanto amore Proteſilaum, virum ſuum adamauit, vt cùm ab Hectore occiſum cognouiſſet, ſuperſtes ei eſſe noluerit. Priuſquam tamen interiret in ſolatium mœroris optauit, vt mortui vmbram videre poſſet: qua viſa in illius amplexibus expirauit. Ouid. Epiſt. 10.

Laodice, Priami filia & Hecubæ, quæ Helicaoni Antenoris regis Thraciæ filio nupſit.

Laodice, Agamemnonis filia, quam pater cum Chryſothemi, & Iphigenia, ſeu Iphinaſſa, Achilli obtulit, vt ex his, quam vellet, vxorem eligeret.

Laodicea, vrbs celeberrima in Aſia, Loco flumini impoſita, Ptolemæo libro 5. c. 26. Primò *Dioſpolis* appellata, deinde *Rhoas*, poſtea *Laodicea* à Lyco flumine. Hanc vrbem loci virtus & ciues quidam fortunati valdè magnificarunt. Primùm Hieronymus qui hæreditatem populo diuiſit ſupra duo millia talentorum, & multis donis ciuitatem exornauit: poſtea Zeno orator, & Polemo eius filius, qui ob res fortiter geſtas, priùs ab Antonino, poſtea ab Auguſto ad regiæ dignitatis faſtigium euectus eſt. Eſt & alia ad montem Libanum ſita.

Laodicea (inquit Stephanus) vrbs eſt Syriæ, quæ priùs Λευκὴ ἀκτὴ, id eſt, album littus dicebatur, & Rhamita ab initio: quòd paſtor quidam fulmine tactus exclamaſſet, Rhamantas, hoc eſt Deus ab excelſo: Rhomam enim excelſum, Athas Deum ſignificat. Hæc Philon. Poſtea nomen accepit à Laodice matre Seleuci Nicanoris. Optimo vino, & omni genere fructuum abundat. Alia eſt Lydiæ ab Antiocho Stratonices filio condita, cuius vxoris nomen erat Laodice, per oraculum admonito, quòd Stephanus recitat. Alia quoque eſt Lycaoniæ, & alia Media. Steph.

Laodochus, Antenoris Troiani filius, iuuenis in primis ſtrenuus, cuius formam aſſumpſit Pallas, cùm ſe in acies Troianorum inferret, Pandaro ſuaſura, vt ſagitta in Menelaum emiſſa fœdus violaret. Hom. 4. Iliad.

Laomedon, Ili filius, Troianorum rex, qui cum de ædificandis Troiæ mœnibus cogitaret, Apollini & Neptuno id negotij dedit, pactus mercedem, quam mox exſtructis mœnibus ſe illis ſoluturum iurauit. Verùm cùm poſtea iuramenti immemor, mercede eos fraudaret, illi indignati nouam vrbem duplici affecerunt calamitate. Neptuno inundationem, Apolline verò peſtem eò immittente. Qua de re cùm Laomedon oraculum conſuleret, reſponſum eſt, alia ratione deos placari non poſſe, quàm ſi quotannis virgo Troiana, quàm ſors declaraſſet, ceto dilaceranda exponeretur. Verùm cùm ſors poſt aliquot annos Heſionem eius filiam prodidiſſet, & iam ſcopulo alligata, mon-

ſtrum expectaret, Hercules illac forte iter faciens, liberandum Heſionem ea conditione ſe recipit, ſi equos diuino ſemine procreatos, quos habere eum conſtabat, in præmium ſibi traderet. Hunc igitur in modum pactione facta, Hercules interfecta bellua, virginem liberauit. Sed cùm Laomedon promiſſis non ſtaret, indignatus. Hercules collecto vndiquaque exercitu, Ilium expugnauit, Laomedontem occidit, Heſionem Telamoni vxorem dedit, quòd primus murum conſcendiſſet. Priamum quoque eius filium captiuum abduxit, qui poſtea auro à vicinis redemptus fuit. Ideóque ἀπὸ τοῦ πρίασθαι, hoc eſt, à redimendo, nomen obtinuit. Hinc Laomedonteus, Laomedontea, Laomedonteum. Item Laomedontiades, Patronymicum.

Laomedon XVII. Sicyoniorum rex, regnauit annis XL.

Laomedon Mitylenus, rex Syriæ, anno ab vrbe 430.

Laomedontia, vrbs quæ Lampſacus pòſt appellata eſt. Steph. Vide Laodamantia, & Lampſacus.

Laomin, filius Dadan filij Iecſan. Gen. 25. Lat. Gentes, ſiue abſque aquis.

Laonome, Galliarum ex Odœdoco filium peperit, qui Locrorum vrbi nomen dedit. Steph.

Laoripa, vicus in Lybiæ nomo. Ptol.

Laos, Italiæ oppidum. Herodoto, Leucaniæ. Steph.

Laoſthenes XXXIII. Aſſyriorum rex, regnauit annis XLV.

Lapathus Liuio ad Aſcuridem paludem locus eſt, quem Characta appellant, vt ſcribit lib. 44.

Laparia Cori, Hiſpaniæ Tarraconenſis promontorium. Ptolemæus. Quod & *Trileucum* idem vocat.

Laperſa, mons Laconiæ, à Dioſcuris Laoperſis. Gentile, Laperſæus.

Lapethus, vrbs Cypri, portum habens & naualis: Gentile, Lapethius. Steph.

Lapides Atros, locum in Auſetanis, inter oppida Illiturgim & Mentiſſam: vbi Aſdrubal caſtra habebat, habet Liui. lib. 26. Hoc loco deſcribit Ptol. *Biatiam* in Oretanis.

Laphyſtius, Iupiter dictus eſt à colle Laphyſtio, vbi colebatur.

Laphyſtiæ, dicuntur Bacchæ alio nomine Mimallones: à Laphyſtio monte Bœotiæ, cuius meminit Pauſan.

Laphria Diana dicta à Laphrio Phocenſi, qui eam Calydonij erexerat, licet alij malint ſic dictam, quòd ira deæ ſingulis annis in Oeneum ἐλαφροτέρα, id eſt, mitior fieret.

Laphyra Minerua dicta eſt, quaſi Laphyria, per ſyncopen, quod victores ex bello ferant λάφυρα, id eſt, exuuias.

Lapidoth, maritus Deboræ, prophetidis, Iudicum 4. Lat. fulgura, vel lampades.

Lapis, Cretenſium rex.

Lapithæ, populi Theſſaliæ, Pindum & Ochryn montes incolentes, Pirithoi olim imperio parentes. Hi primi omnium frænos & ſtrata equorum creduntur inueniſſe. Virg 3. Georg.

Lapithe, es vrbs Theſſaliæ Lapitha Periphantis filio. Incolæ, Lapithæ.

Lapithæ, mons Laconiæ. Stephan. Græcorum nonnulli Lapithas dictos volunt à Lapitha Apollinis & Stilbes Nymphæ filio.

Lapithæum, in Taigeto monte vrbs. Pauſ.

Lapithes, vide PHILVIDA.

Lapithus, vrbs in Cypro inſula. Steph.

Lappa, Cretæ mediterranea vrbs. Ptol.

Lapſias, Bithyniæ fluuius. Plin.

Lapurdum vrbs nouempopulanæ regionis, in Gallia Aquitanica, *Londa*, Scaligero, in ſuis lectionibus Auſonianis: Lapurdenſium locuſtarum meminit Sidon. lib. 8. ad Tigretium.

Lapyges, populi Sarmatiæ.

Lar, Arabiæ fœlicis fluuius. Ptol. in ſinum Arabicum erumpens. *Om* eum vocant recentiores tabulæ.

Lar, Caſtellum Mauritaniæ Cæſarienſis, Anton.

Lara, vna Naiadũ, Almonis fluuij filia, ex qua Mercurius Lares dicitur genuiſſe. Ferunt enim Iouem, cùm Iuturnam Turni ſororem adamaret, neque illa potiri poſſet, quòd protinus illa in fluuium inſiliens ſui copiã illi eriperet, Larij Totius Nymphas conuocaſſe, & ab iis petijſſe, vt Iuturnæ ad Tiberis ripam obſtarent, ne eo in fluuio ſeſe poſſet occultare. Qua in re quum cæteræ Nymphæ Ioui operam ſuam eſſent pollicitæ, Lara illius conſilium primùm Iuturnæ deinde & Iunoni enuntiauit. Quam rem tam ægrè tulit Iupiter, vt vſu linguę eam priuarit, Mercurióque ſtatim tradiderit, ad inferos ducendam. Verùm Mercurius cùm iuſſa patris exſequitur, Laræ forma captus, in itinere eam compreſſit, gemellóſque legitimo tempore ex ea ſuſcepit, quos ex nomine matris Lares appellauit. Ouid. fa. lib. 2.

Fitq; grauis, gem...oq; parit qui cõpita ſeruãt,
Et vigilant, noſtra ſemper in æde Lares.

Ab aliquibus dij agrorum vocati ſunt. Quoniam autem Lares, ſiue penates, etiam priuatorum domibus præeſſe credebantur (Plautus in Aul.) factum eſt vt vtrumque vocabulum pro ipſis domibus vſurparetur. Salluſtius in Catilinam Illos binos aut amplius domos continuare: nobis Larem familiarem nuſquam vllum eſſe. Etiam pro foro poſſet accipi, ſicut & alibi ſæpe apud poetas. Quandoque pro igne: Columella lib. 2. de villico, Conſueſcat ruſticus circa larem domini, focúmque familiarem ſemper

epulari

epulari. Vide N.Comitem lib.4. mytholog. c.4. de Laribus.

Lararium, ſacrarium domeſticum, in quo lares & dij peculiares adorabantur. Scribit Lampridius Alexandrum Seuerum in Larario rem diuinam matutinis horis factitaſſe, ad effigies deorum, in quibus habebat Apollonium Orpheum, Abrahamum & Chriſtum, in ſecundo larario ſimulachrum habuit Virgilij & Ciceronis.

Laranda, ciuitas Licaoniæ: vnde Ptolemæus c.6. lib.5. municipium Larandam in Lycaoniæ parte Antiochiana dicta collocat.

Laraſſa, Mediæ vrbs. Ptol.

Lardana, apud Herodotum nomen eſt ancillæ, à qua fluxerunt Heraclidæ. Apud Herodotum *ἰάρδανον* appellatur.

Lareis, & genios eoſdem eſſe, ſunt qui credant, exiſtimantes, vnicuique duos eſſe, alterum bonum, alterum malum.

Larendani, Arabiæ fœlicis gens. Plin.

Larentia nobiliſſima meretrix, quæ populum Romanum (vtpote quæ ditiſſima eſſet) hæredem fecit, & poſtea pro dea habita. Flora appellatur, cuius ſacra Floralia dicuntur. Vide Flora, & Laurentia.

Lares, Africæ propriæ oppidum, Ptol.

Largius, Romæ primus Dictator creatus. Tit. Liu. lib 2.

Largus, Conſul cum Meſſalino, anno ab vrbe 899.

Lariagara, Indiæ extra Gangem vrbs. Ptolemæus.

Larices, Indiæ intra Gangem populi. Ptole. Norici vrbs apud Antoninum.

Larignum, oppidum. Vitruuius libro 2. capite 9.

Larina, virgo quædam Italica, vna ex Camillæ comitatu, quæ Turno aduerſus Æneam ſuppetias tulit. Virg. 11. Æneid. *At circumiecta comites, Larináque virgo, Tulláque, &c.*

Larinates, cognomine Frentani, ſunt Italiæ populi Plinio. Latinum vrbem, decem & octo millia paſſuum, diſtantem à Theano Apuliæ habet Cicero in orat. pro A.Cluentio.

Larine, fons in Attica regione. Plin. libro 4. cap.7.

Lariſe, vrbs Æoliæ. Herod.

Lariſſa, nomen multarum ciuitatum. Vna eſt in plaga Theſſalica, iuxta Peneum, ab Acriſio condita, à qua Achilles Lariſſæus dictus eſt. Alia Penſilis in Creta, à nonnullis Pelaſgia dicta. Stephanus Cortinem Cretæ vrbem olim Lariſſam dictam ſcribit) alia in Peloponneſo arx Argiuorum, alia in agro Attico. Ad Tralles etiam Aſiæ eſt Lariſſa, vt Strabo ſcribit, à qua Lariſſæus Iupiter eſt dictus. Lariſſa quoque in Italia, quam, vt Diodorus lib.1. ſcribit, Pelaſgi condidere. Cæſar 3. belli ciuilis. Vniuerſam ſimul Lariſſam verſus ſe recipere cœperunt. Stephanus duas Cretæ Lariſſas facere videtur, item duas Theſſaliæ, vnam ad Peneum, alteram in confinio Macedoniæ. Alia eſt Troadis, cuius Homerus meminit. Alia Æolidis iuxta Cumam. Alia Syriæ, quam Syri Sizara vocant: alia Lydiæ. Eſt & parua regio in Oſſa. Strabo vicum Epheſi eſſe ſcribit, vbi Apollo Lariſſenus colebatur. alioqui à Lariſſa Lariſſæus fit, & Iupiter λαρισσαῖος, idem alibi, Lariſſa, inquit, etiam Phriconis vel Phriconitis nominatur.

Lariſſa, Ptolemæo in Macedonia vrbs vnico r. debere ſcribi docet Ful. Vrſinus. Argos olim dictam ſcribit Euſtathius.

Lariſſa, alia quæ Ægyptia vocatur. Xenoph. Æolidis vrbs apud Strab. videtur. plures Lariſſæ enumerantur ab eod. lib.9.

Larius lacus totius Italiæ ampliſſimus: vnde & à Virg. 2. Georg. maximus vocatur, quem à Como vicino oppido nonnulli appellant Comenſem: Per hunc lacum medius fluit Abdua fluuius, aquáſque eius reddit ſuauiores: deinde per oppoſitam lacus partem erumpens, in Padum non longè à Cremona influit. Dictus Larius à fulicarum multitudine. A Græcis enim λάρος vocatur fulica, quæ eſt auis nigra & aquatica. Hinc fit Latius, a, um. Iuxta hunc lacum fons eſt largus, horis ſingulis ſemper intumeſcens, & reſidens. Plin. lib.2. c.103. *Lago di Como.* Italis hunc lacum elegantiſſimè deſcripſit integro libello P.Iouius.

Laro, Tuſciæ amnis, *Arono* nunc Leandro.

Larus filius Lydi, Herculis filij.

Larta, vrbs eſt in Epiro olim Ambracia.

Larthenianum, Etruriæ oppidum, quod prius *Enianum* dicebatur, & poſtea *Veiens* à Romanis vocatum fuit, vt tradit Fabius Pictor.

Larunda Nympha, quam alij Laram vocant, ex qua Lares dicti. Vide Lara.

Lartolætani, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. Strabo.

Laruneſia, mediterranei maris inſula. Ptolem.

Larus, mons, & Italiæ fluuius Phauoria.

Larymna, oppidum Bœotiæ ad Cephiſum fluuium. Plin. Strab. & Pomp. li.2.

Laryſius, Laconiæ mons. Pauſ.

Laſa, ciuitas, quæ Hieron. in Hebraicis quæſt. Callirrhoe dicitur. Gen. 10. Lat. ad clamandum vel ad ſaluandum aut liuendum.

Laſcaris, vir apprimè doctus, cura Franciſci I. Francorum regis litteras Græcas attulit Pariſios, Annales Franciæ.

Laſcoria, Galatiæ vrbs. Ptol.

Laſice, Africę proprię vrbs, Ptol. *Elice* apud Anton. eſſe credit Gerard. Mercator.

Digitized by Google

Laſos, Cretæ mediterranea vrbs. Plin.

laſſua, Heditanorum in Hiſpania Tarraconenſi oppidum. Ptol.

laſſia, inſula, quæ & Andros in mari Ægæo. Plin.

laſthenes, nomen cuiuſdam proditoris apud Herod. qui Olinthum prodidit. Phil. Macedoni.

laſthenia, mulieris nomen, quam Platone præceptore vſam ſcribit Plutarchus, ornatuq́; virili auditorium ingreſſam ſcribit etiam Laert.

laſthenis, nomen viri. 1. Macch. 11.

laſtigi, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum. Plin.

laſus, primus de muſica ſcripſit, & dithyramborum certamen protulit primus, vixítque temporibus Darij Perſarum regis.

laſſippa, Indiæ extra Gangem vrbs, Ptol.

lateranus, proprium nomen patricij Romani qui latère frequens in otio ſolebat. Hic conſul deſignatus, iuſſu Neronis interfectus eſt. Ædes eius ampliſſimæ datæ fuerunt à Conſtantino imperatore Pontifici maximo. Inde Lateranenſe palatium, & Lateranenſis Baſilica, ſancti Ioannis ædes vocata eſt, quæ in Lateranorum nobiliſſimæ gentis ædibus extructa fuit.

latameda, fluuius Indiæ extra Gangem. Ptolem.

latania Bithyniæ oppidum, Ptol.

latara, Caſtellum in Gallia Narbonenſi Mela *Lattes*, I. Poldo *Laterra* Plinio, ſtagnum hoc loco eſt, quod Mela Volcarum ſtagnum appellat. Indigenis, hodie *l'Eſtang*, & vbi altius vadum habet *l'Eſtau*, vt ex Cluſio refert Ortelius.

latea, Arabiæ fœlicis oppidum. Ptol.

laterium, fuit Qu. Ciceronis villa, in ipſius patria Arpino: quam quum vellet vendere, Arpinatum erat fremitus excitatus, Cicero Attic lib. 4. & 7. Arpinatum fremitus eſt incredibilis de Laterio.

lathirus. vide Ptolemæus.

latialis. vide Latium.

latinæ, arum, ſacrificia quædam Ioui conſtituta, ab Latinis populis dicta, quibus ex Albano monte ex ſacris carnem petere fuit ius cum Romanis, vt inquit Varro. Cicero pro Plancio, Quibus municipiis vix iam qui carnem Latinis petant, inueniuntur. Latinæ autem, dies conceptiuus erat. Varro quarto de lingua Latina.

latini, populi Italiæ in Latio, de quibus Salluſt. Primò Italiam tenuiſſe quoſdam, qui appellabantur Aborigenes: hos poſtea aduentu Æneæ Phrygiis iunctos, Latinos vno nomine nuncupatos. Seruius autem ait Æneam victis Latinis, vt eorum fauorem ſibi conciliaret, nomen Latinum, non ſolùm illis non ſuſtuliſſe, ſed etiam Troianis impoſuiſſe.

latinienſis. vide LATINVS & LATIVM.

latinus, Laurentum rex, Fauni & Maricæ Nymphæ, aut, vt Heſiodo placet, Vlyſſis & Circes filius, qui ex Amata Dauni Rutulorum regis ſorore Lauiniam ſuſcepit: quàm cùm externo genero tradere oraculo iuberetur, Æneæ poſt excidium Troiæ in Latium delato eam deſpondit. Qua re intellecta, Turnus qui illam impotentiſſimè adamabat, tam ægrè tulit aduenam ſibi præferri, vt ea de cauſa bellum aduerſus Æneam ſuſcepit: cuius is fuit exitus: vt ſingulari certamine victus Turnus, vitáque exutus, victoriam cum ſponſa riuali reliquerit. Virg. 12. Æneid.

latinius Syluius, v. Latinorum rex, regnauit annis 50.

latium, Straboni propriè, ea pars Italiæ eſt, teſte Plinio libro 3. cap. 5. quæ inter oſtia Tiberis & Circeios interiacet, millia paſſuum quinquaginta in longitudinem non excedens: quod poſtea prolatis imperij terminis, Antiquum Latium eſt appellatum. Noui verò Latij tractus ad Vulturnum vſque amnem extenditur, diuiditúrque in Latium citerius, & vlterius. Citerius Latium & Tiberis ripa Fundos vſque protenditur. Vlterius à Fundis vſque ad Vulturnum amnem. Dictum autem Latium putatur, quòd illic latuerit Saturnus, cùm Iouem fugeret. Ouid. libro 1. Faſtorum. Hinc Latius, a, um, & Latinus, na, num. hodie vulgò *Campagna di Roma*, quaſi dicas, Romæ territorium. Latini dicuntur eius incolæ, quos priùs Cetios, & poſtea Æneadas & Romanos vocatos ſcribit Suidas.

latinienſis, idem quod Latinus. Cicero de Aruſp. reſp. Quod in agro Latinienſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu. Significare etiam poteſt eum qui alibi ortus in Latio cum Latinis verſatur.

latialis, & hoc le, quod ex Latio eſt. Cicero ſicut vtique ferias non LATIALES, LATIARÉSVE, ſed LATINAS dixerit aut LATIAS. Et LATIALIS ſermo. Romanus & LATINVS, Plin. lib. 3. c. 1.

latinus, mons Cariæ, non procul à Mileto, Endymionis fabula notiſſimus, quem cùm LVNA adamaret, in monte hoc dicitur eum ſopiuiſſe, vt vnum ab eo oſculum auferret: vnde & inde Endymion LATMIVS dictus eſt.

latoes, vicus in Alexandria, deriuatur à vocabulo Latona, Steph. Græcè λατωΐδες.

latobrigi ſunt populi Heluetiorum finitimi, inter Belgas, non longè ab Allobrogibus quos LAVSANENSES fuiſſe coniectura eſt. Ciuitas eſt epiſcopalis prouinciæ Veſontinæ, ac proprio Antiſtiti olim ſubdita. Vulgò, *Ceux d'aupres de Lauſáne*, Schudus, *Cleigouu*, Rhellicanus, *Vualliſſerland* interpretatur.

Latois, idis, patron micum fœm ninum à Græco nomine Λητώ, de ductum, quo nomine illi Dianæ matrem appellant, quam & nos Latonam. Latois itaque à poetis accipitur pro Diana Latonæ filia, quam & Latini Græcorum imitatione Latoniam appellatur: dicitur etiam Latois villa quædam montana apud Epheſum, vbi Pramnium vinum naſcitur, quæ nunc Latoria appellatur. Ex Athenæo.

latomagum, Galliæ Lugdunenſis oppidum. Anton.

latomiæ, locus Romæ in carcere prope Tullianum, Liu.lib.3. Triumuiri carceris Latomiarum interiorem cuſtodiam haberi iuſſit, Latomiæ etiam carcer eſt Syracuſis, in quas (ſicuti ſcribit Cicer.) ſi qui publicè cuſtodiendi erant ex omnibus oppidis Ciliciæ deduci imperabantur. In eas latomias Verres multos ciues Romanos coniecerat. hodie eorum pars adhuc teſtudinata *Grotta di S.Nicola* vocatur, vt ex Anonymo refert Ortelius.

latomiæ, Straboni lib.5. in Gabiorum regione. & lib.6. Sex inſulæ eiuſdem nominis in ſinu Arabico, *Tagliate* nunc appellatur, vt ait Aretius.

latona filia Cœi Titanis, quæ à Ioue compreſſa geminam ex eo prolem concepit. Quam rem tam ægrè tulit Iuno, vt immiſſo aduerſus illam Pythone ſerpente, per totum terrarum orbem pellicem perſecuta ſit, & ne partui quidem vicino quietem, locúmve pariendi conceſſerit, donec tandem illa poſt longos errores ad Aſteriem ſororem ſuam peruenit, in Ortygiam inſulam iam permutatam, à qua ſuſcepta, primùm Dianam peperit, quæ è veſtigio obſtetricis officium matri præſtitit, Apollinémque naſcentem ſuſcepit: qui poſtea adultus, maternæ iniuriæ memor Pythonem ſagittis interfecit. Hinc Apollo Latonius, & Diana Latonia dicta eſt. Similiter Delos, vt ait Seruius dicta eſt Latonia, quòd in ea Latona enixa ſit Dianam & Apollinem. Quid Latonæ figmento veteres intellexerint, explicat N.Comes, Mytholog lib.9.cap.6.

latone ciuitas. vrbs Ægypti, pars Memphidis, vbi Pyramides ſunt, & Latonæ templum.

latoria, lex erat apud Romanos, qua cauebatur in eos, qui pupillorum bona diriperent, aut eorum bona, malis artibus alienarent.

latorum vrbs. Ptol. vrbs Ægypti.

latopolites, nomus Ægypti. Plin.

latouici, Pannoniæ gens, Plin.& Ptol.

latreus, vnus ex Centauris.

latris, inſul: Germaniæ, Pli. hodie *Friſchnarung*, in Pruſſia, Ortelio.

laturus, ſinus Libyci maris. Mela.

latuſates, Galliæ Aquitanicæ populi. Plin.

latuſſim, filius Dedan filij Iectan. Geneſ.25. Lat. malleatores, ſiue limitatores.

latymnum, mons Crotonis, vel vt alij Laconiæ, vt ſcribit Scholiaſtes Theocriti.

lauare, Luſitaniæ oppidum, ad Duri fluminis oſtium. Ptolem. *Auero* hodie. *Porto*, Epiſc. Gerundenſi.

lauatris, vel Leuatris. Angliæ vrbs. Antonin. *Sanemore*, Camdeno.

Lazarus, nomen viri, Luc.16. Eſt & nomen cuiuſdam alterius à Bethania, amici Chriſti, fratris Mariæ & Marthæ. Iohan.11. quem Chriſtus ſuſcitauit à mortuis. ibid.

laud. Mauritaniæ Tingitanæ fluuius. Plin.

laudia, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Pt.

laudunũ, Galliæ Belgicæ vrbs. *Laon* Paradino.

lauer, Aluerniæ fluuius, in Ligerim confluens, vulgò, *Lallier*, lege Blauer.

lauerna dea, quam Romani colnêre, à qua Lauerniones dicti ſunt fures, quòd ſub tutela deæ Lauernæ eſſent, in cuius obſcuro loco ſoliti erant inter ſe furta diuidere. Hinc Lauernalis porta, Romæ dicta eſt, ab æde Lauernæ propinqua.

lauerna, locus vbi magnus hiatus Sullæ oſtenſus fuit, quum ad bellum ſociale proficiſceretur, ex quo flamma & ignis copioſus verſus cœlum emicuit. Plutarch. in eius vita. Lauernæ lucus erat via Salaria, vt ad Horatij Epiſt.16. annotauit Acron, & is commentator vetus quem Cruquius edidit.

lauernium, locus Italiæ Ciceroni VII. Epiſto. ad Atticum & Macrobius III. Saturnalium. Circa Campaniam videtur. Lauernæ ædem ſignificat, vt Dianium & Mineruium. Dianæ & Mineruæ ædem.

laugaſa, Armeniæ minoris in Lauinianenſi præfectura oppidum. Ptol.

lauiacum, Auſtriæ vrbs, quæ nunc *Lauffen* dicitur, Lazio teſte.

lauinia, filia Lauini regis & Amatæ, primùm Turno deſponſata. Verùm cùm Latinus poſtea Fauni patris oraculis externo eam genero locare iuberetur, denuò eam Æneæ deſpondit. Qua occaſione, orto inter duos potentiſſimos riuales bello, magna vtrinque edita eſt ſtrages, donec victus ſingulari certamine Turnus, vitáque exutus, victoriam vnà cum ſponſa Æneæ reliquit. Mortuo verò poſt triennium Ænea, Lauinia, quæ prægnans relicta erat, priuigni inſolentiam timens, in ſyluas profugit, & apud Tyrrheum paſtorem diuertit, ibique peperit filium, quem Iulum Syluium Poſthumum appellauit: eò quòd poſt patris funus in ſyluis natus eſſet. Hunc tamen poſtea Aſcanius in regnum reuocauit, cùm ipſe seceſſiſſet Albam longam vrbem à ſe conditam, Lauinio nouercæ relicto, quod illa moriens Iulo Syluio Poſthumo filio ſuo reliquit. Virgil.lib.12.ca.decimo.

Lauinium ſed Latinum, vrbs in Latio, ab Æneа condita, & nomine Lauiniæ vxoris ita appellata. Liuius 1. ab vrbe. Hinc adiectiuum, Lauinius. Virg. 1. Æneid.

Italiam fato profugus, Lauináque venit
Littora.

Laumellum, Inſubrum vrbs, Anton. *Lamello* Leandro. Meminit eius quoque Marcellinus Hodie pagum ſatis contractum eſſe ſcribit Merula: qui tradit idem à Ptolem. *Gaumellum* & à Marcellino *Lacmellum* dici.

Launtium, metropolis Latinorum Dionyſ. li. 5. Rom. hiſtor. vt citat Stephanus, ſed apud Halicarnaſſ. hodie legitur Lauinium.

Laura, Siciliæ ciuitas, Iſac. in Lycophr. Alexandriæ Ægypti vicus, Athen.

Laurea, Tullij Cicer. liberus, cuius meminit Plinius libro 31.

Laurea, proprium nomen mulieris.

Laurentia, vxor Fauſtuli, paſtoris Amulij, quæ Romulum & Remum Amulij iuſſu ad ripam Tiberis expoſitos ſuſtulit, domiq; ſuæ liberaliter, tanquam filios ſuos educauit. Hæc quoniam vulgato corpore quæſtum faciebat, à paſtoribus Lupa appellabatur. Vnde factus eſt locus fabulæ, Romanæ vrbis conditores à Lupa fuiſſe nutritos. Hæc cùm opes multas corraſiſſet, moriens populum Romanum hæredem reliquit. Vnde diuinos honores promeruit, diéſque feſtos, quos à nomine eius Laurentalia appellarunt, quibus ſacerdotes in Velabro ei ſacra faciebant. Varro 5. de Lingua Lat. Vide Larentia.

Laurentius, Laureolus, Laura, & Laurentia nomina ſunt virorum ac mulierum propria, à Lauro dicta.

Laurentius natione Hiſpanus Diaconus & quæſtor Eccleſiæ Romanæ & Epiſcopi Sixti, de quo B Ambroſius li 1. offic. cap. 41. ſcribit, quum videret Sixtum epiſcopum ſuum ad martyrium duci, flere eum cœpiſſe non paſſionem illius ſed ſuam remanſionem: Itaque his verbis epiſcopum appellaſſe, Quo progrederis ſine filio pater &c. Quum autem Sixtus iuberet Laurentium diligenter theſauros Eccleſiæ adſeruare, ſtatim iuſſu Imperatoris Laurentius quoque comprehenſus eſt. Quumque ab eo peterent ſatellites, vt theſauros Imperatori traderet, petiit ſpatium tridui ad colligendos theſauros ſibi concedi. Interea conuocauit omnes mendicos, pauperes, ægrotos. Hos conſtituta hora poſt triduum oſtendit ſatellitibus, addens, hos Eccleſiæ theſauros eſſe, quibus ſi quid detur, non perire, ſed cum amplíſſimo fœnore in cœlo reddi. Hac oratione corui hiantes deluſi & exacerbati tradiderunt Laurentium carnificibus, qui cum ferreæ craticulæ, cui prunæ ſubſtratæ erant impoſuerunt. Iacens autem in craticula, ſumma cum alacritate animi gloriatus ſe non torreri, ſed ſuauiter refrigerari carbonibus, præfecto aſtanti dixit. Vnum latus iam ſatis aſſatum eſt, appone igitur & comede & aſſaturam verte &c. Tandem commendans animam ſuam filio Dei, ex hac vita deceſſit anno Chriſti 254. die decima Auguſti. Hiſtoria tota prolixè & ſplendidè recitatur à Prudentio, qui eum Sixti Diaconum fuiſſe narrat, qui non ſub Decio, ſed circa annum Chriſti 257. ſub Valeriano, Romæ epiſcopus fuit. Magis igitur conſentaneum eſt, quod Euſebius & Eutropius ſcribunt, Laurentium Fabiani epiſcopi Diaconum fuiſſe, qui ſub Decio martyrij coronam accepit.

Laurentum, ciuitas Latij, Pici regis opus, non procul à Lauinio: ita dicta à ſylua Laurea, eo in loco, cùm conderetur, inuenta. Huius incolæ Laurentes dicti.

Laureolus, latro fuit ſceleratiſſimus, eóque nomine in crucem ſublatus, & à feris deuoratus. Quæ fabula aliquoties Romæ in ſpectaculis repræſentata eſt. Et Domitianus imperator hanc fabulam repræſentaturus nocentiſſimum quendam vltimo ſupplicio damnatum in crucem erigi iuſſit, & immiſſa vrſa dilacerari, atque ita rei veræ, non fictæ ſpectaculum populo exhibuit. Martial. in Amphitheatro Cæſaris.

Qualiter in Scythico religatus rupe Prometheus,
Aſſiduè nudo pectora pauit auem,
Nuda Calidonio ſic pectora præbuit vrſo,
Non falſa pendens in cruce Laureolus.

Lauriacum, Auſtriæ oppidum, Anton. *Lorch.* Simlero.

Laurolauinum, vrbs Latij proxima Laurento, Frontino, Colonia Romana.

Laurion, locus in Attica regione, vbi argentum fodiebatur, Thucyd. lib. 2. & 6. Plutarch.

Lauron, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, Plutarc. in Sertorio. hodie vulgò *Leria*: aliis *Laurigi*, prope Valentiam.

Laus, vrbs Lucaniæ, à Lao fluuio dicta: Gentile, Lainus Steph. A La quoque vrbe Laconica, Gentile fit Laus.

Laus, fluuius in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico proxima eſt, per Apolloniatarum agrum in mare ſeſe exonerans. idem opinor cum eo quem Plinius Acantem appellat. Ptolem. lib. 3 cap. 5.

Laus Pompeia, Inſubrum vrbs. Plin. hodie *Lodi.*

Lauſonium, Antonino, vrbs ad Lemanum lacum, hodie *Lauſanne.*

Lauſus, filius Numitoris, frater Iliæ Syluiæ, quem Amulius patruus fugato patre occidit. Alius fuit Mezentij filius, quem Æneas interfecit, cùm parentem vulneratum defenderet. Virg.

Virg. lib. 11. Hic fuit ferarum debellator egregius, vt idem Virg. 7. Æneid.

Lauſus equum domitor, debellatórq; ferarum.

Lautulæ, tularum, locus fuit in vrbe Romana non procul à Iano gemino, à lauando dictus quòd aquas calidas haberet. Varro lib. 4. de lingua latina.

Laxta, Celtiberorum in Hiſpania vrbs. Ptol.

Laynas Caluus, Caſtellæ iudex, anno ſalutis 882.

Lazi, populi Scythiæ. Steph. Scribitur etiam Laza, vide Colchis & Scythæ.

L E

Lea, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum. Plin.

Leæ, inſula iuxta Cyrenaicam inſulam Africæ regionem. Apud Plin. legitur, Lea, & inſula eſt maris Ægæi.

Leæi, Pæonica gens, circa Macedoniam, Thucyd. lib. 2.

Leæna, nomen Athenienſis ſcorti. Plin. lib. 34. cap. 8. Vide Læna.

Leander, iuuenis illuſtris ex Abydo Aſiæ oppido in littore Helleſponti ſito, qui cùm Erûs puellæ amore captus eſſet, quæ in oppoſiti littoris oppido Seſto habitabat, noctu ad eam tranabat. Quod vbi aliquoties non infœliciter ceſſiſſet, iam audacior factus, cùm mari tumido & impacato ſe cõmiſiſſet, vi ventorum fluctuúmque victus, in Helleſponto ſubmerſus eſt. Fabulam hanc, aut fortaſſis hiſtoriam, elegantiſſimo carmine apud Græcos proſequutus eſt Muſæus: à quo Ouidius mutatus eſt argumentum Epiſtolarum. Erûs ad Leandrum, & Leandri ad Erò. Inde Leandrius, a, um: vt Leandrius Helleſpontus apud Silium li. 10.

Leandis, Armeniæ minoris vrbs, in Cataonia regione. Ptol.

Leanitę, Arabiæ fœlicis gens. Ptol. & Leanites ſinus apud eundem.

Learchus, Athamantis & Inûs filius, quem pater furore correptus occidit, lænæ catulum ſibi viſus interimere. Quod cùm vidiſſet Ino, arrepto Melicerta altero filio, in mare ſe præcipitauit: atq; illa quidem in deam maris mutata eſt, quam Græci Leucotheam, Latini Matu ã vocãt: Melicertes autẽ in deum marinũ, quẽ Græci Palęmona, Latini Portunũ nominãt Oui. 6. Faſt.

Lebadia, vrbs Bœotiæ, vbi Orchomenus & Cephiſus amnes, arundinis tibialis fertilitate nobiles. Pauſan.

Lebana, nomen viri, 1. Eſd. 2. Lat. luna, ſiue albedo, aut thus, vel later.

Lebaoth, ciuitas ſortis Iudæ, Ioſ. 15. Lat. leænę ſiue cordis ſignum, aut ad introitum.

Lebedus, Ioniæ ciuitas, à Colophone 120. ſtadia diſtans. Hic ſcenicorum hiſtrionum collegium fuit, qui in honorem Liberi patris ludicra certamina quotannis educitur.

Lebna, locus in deſerto, vbi XVII. Iſraelitarum manſio fuit, egreſſorum de Rhemmon Phares Num. 33. Eſt & ciuitas ſacerdotum in tribu Iuda. Ioſ. 10. Dicitur & Lebana Ioſ. 15. idem ſignificat quod Lebana.

Lebona, nomen oppidi. Iudic. 21. idem.

Lebui, Galliæ Ciſalpinæ populi ſunt Liuio, quos alio in loco Libuos per i vocat. Hos Polybij Lebetios eſſe credit Sigonius & pro his malè Libicos legi vult Merula, qui eorum vrbem primariam Forum Libetiorum vel Lebuorum vocat, eámque hodie *Burgo Lauizario* nomen habere addit, & eſt in agro Nouarienſi.

Lebuni, Hiſpaniæ citerioris populi. Plin.

Lebynthus, inſula maris Mediterranei. Vna ex Cycladibus. Ouid, 8. Metam. fab. tertia.

Dextra Lebinthos erat, fœcundáque melle Calydna. Scribitur, Lebynthos.

Lecha, nomen loci, 1. Paral. 4. Lat. ambulans, vel vadens.

Lechæum, portus Corinthi, ad ſinum Criſſęũ ſiue Corinthiacum, qui Iſthmum Peloponneſi ad Occidentẽ alluit. Nã alterũ, qui ſinu Saronico ab Oriẽte alluitur, Schœnũtẽ appellãt Papinius.

Curua Palæmonio ſecluditur unda Lechæo.

Lechi, locus cui Samſon ſic nomen indidit, Iudi. 15. Lat maxilla, quòd ibi maxillam proieciſſet.

Leci, filius Semidę filij Galaad filij Machir filij Manaſſe. 1. Paral. 7. Lat. lex, ſiue doctrina, aut aſſumptio mea.

Lectum, Ptol. Troadis promontorium, quod *Scarpiata* Sophiano appellatur.

Lecum, ciuitas quæ Nephthaliæ tribus terminus eſt. Ioſ. 19. Lat. reſurgens, ſiue confirmans, aut ad reſurgendum, vel confirmandum.

Leda, Theſtij filia, Tyndari Laconiæ regis vxor, quam cùm Iupiter adamaret, transformatus in cygnum cum ea concubuit, cùm iam antea ex Tyndaro grauida eſſet. Expletis itaque legitimis menſibus, Leda duo peperit oua: ex quorum altero nati ſunt Pollux & Helena, ex altero Caſtor & Clytemneſtra.

Ledan, ſiue Leedan, vir de cognatione Gerſon filij Leui, 1. Par. 23 & 26. Lat. pro voluptate, ſiue deuorans iudicium, ſiue pro ornatu, vel teſtimonio: aut tranſitus vel deprædatio earum: aut Syriacè, ad tempus.

Ledum, Galliæ Narbonenſis fluuius apud Pomponium.

Legea, vna ex Nymphis, à cantus ſuauitate dicta.

Legerda, vrbs Armeniæ maioris, in Azetena regione, non longè ab Euphrate fluuio. Ptol. lib. 5. lege Elegarda, ἐλέγερδα.

Lege, Aſiæ populi, qui vnà cum Gelis habi-

rant, ad Hircanum mare. Plutarc. in Pompeio.

Legio ſecunda Auguſta, Britanniæ vrbs. Ptolem li. 2. vulgò *Leskerd*

Legio ſecunda Auguſta, vrbs in littore Mauritaniæ Cæſarienſis. Plin.

Legio ſeptima Germanica ponitur in Hiſpania Tarraconenſi inter Aſtures à Ptolemæo, Vaſæo *Leon* eſt hodie.

Legio decima Germanica, Ptolemæo in Pannonia ſuperiori eſt iuxta Danubium.

Legio auxiliatrix: hanc Bonfinius oſtendit ex antiqua lapidis inſcriptione ibidem effoſſa ad Budam Veterem, iuxta Danubium fuiſſe, vbi etiamnum vetuſtiſſimæ vrbis veſtigia cernuntur, locum iuniores, nunc *Sicambria* vocant, inquit, & à Sicambris remotiſſimis Germaniæ populis extructam, inſcriptio indicat. Bonfinius docet eam fuiſſe propè Strigonium in effuſa planitie, aut è conſpectu Gomaræ iuxta Iatani.

Legio Germanica decima quarta in Pannonia ſuperiori ad Danubium, paulò ſupra Budam fuit, vt tradit Bonfinius, vbi hodie templum D. Andreæ eſt, & vicus in edito loco. Huius legionis meminit Ptolemæus, qui ſcribit eam aliquando legionem Geminam dictam.

Legna, Galatiæ vrbs. Anton.

Legum, Siciliæ vrbs, circa Lilybæum promontorium. Ptol.

Leheman, ciuitas in tribu Iuda, Ioſ. 15. Lat. panis eorum, aut pugna vel bellum eorum.

Leinum, Sarmatiæ Europææ oppidum, Ptol. quod Niger *Lucẓbo* dici ſcribit.

Leitus, vnus ex quinque Bœotorum ducibus, qui ad Troiam profecti ſunt. Hom. lib. ſecundo Iliad.

Lelaannonius, ſinus Britannicus. Ptole. lib. 2. cap. 3 Lemannonius tamen legitur in antiquo exemplari.

Lelaps, nomen canis Actæonis apud Ouid. 5. Metamor. *& trux cum Lelape Theron.*

Leleges, Aſiæ populi origine Græci, ita dicti, quaſi λελεγμένοι, eò quòd diuerſis in locis collecti eſſent. Hi primùm inſulas tenuerunt: indéque in continentem tranſgreſſi, partim in Myſia ad Adramytenum ſinum condiderunt: partim in eo Ioniæ tractu, qui Curiæ eſt proximus: vnde etiam Plinius tradit, Miletum Ioniæ totius caput, Lelegeida olim fuiſſe appellatam. Lelegum originem nonnulli ad Theſſalos retulerunt: è quibus eſt Seruius, explicans illud Virgilij 8. Æneid.

Hic Lelegas Caraſque, ſagittiferóſque Gelonos,

Finxerat. Plin. verò libro 7. cap 4. Lelegas olim appellatos fuiſſe ait, quos poſtea Locros Epicnemidios nominarunt, per quos Cephiſus amnis in mare illabitur. Euſtathius λέλεγας multis ex locis confluxiſſe exiſtimat, atque inde etiam nomen accepiſſe: quod etiam non obſcurè innuit Stra. li. 7. Ariſtoteles autem Lelegum appellationē ad Lelegem quendã Leucadiũ refert, cujus nepotem ex filia tradit fuiſſe Teleboam.

Lelegum, vrbs in Caria eſt, Megalopolis poſtea, tertio Aphrodiſia dicta. Steph. vide Ninoe.

Lelgouia, Scotiæ regio, quam H. Boethius *Lennos* vocat.

Lelij, iuxta Pontum Euxinum populi. Orph.

Lemanus, alijs *Lelienus*, Angliæ regionis fluuius, auctore Lhuydo, qui eum vulgò *Rosler* dici tradit. Fortè eſt portus Lemanis Antonini, quem Talbotus hodie non extare ſcribit, tantúmque in eius loco templum Parochiale eſſe *Limpas* nomine.

Lemanus, lacus Allobrogum, Geneuam & Lauſannam vrbes alluens, Rhodanúmque fluuium in permiſtis aquis tranſmittens, *Le lac de Geneue & de Lauſanne.*

Lemannonius, vide LELAANNONIVS.

Lemannus, Celtarum rex Manetho.

Lemba, Syriæ oppidum. Ioſeph. antiq. lib. 13. cap. 23.

Lemigius Thrax, Exarchus Italiæ VI. anno ſalutis 610.

Lemnos, inſula maris Ægei, Thraciam à Septentrione, ab occaſu Athon, montem habens, fabuloſo Vulcani caſu nobilitata, quem à matre Iunone ſimul atque natus fuit ob deformitatem præcipitatum in hanc inſulam decidiſſe, ac propterea Lemnium appellatum fuiſſe volunt. Eadem & Hypſipylæa dicitur, à filia Thoantis ejuſdem nominis, quæ in hac inſula regnauit. Hinc deducitur Lemnius adiectiuum: vt Lemnia turba, apud Ouidium in Ibin. Saxa Lemnia, apud eundem 5. Triſtium. Lemnia mala, id eſt ingentia & inaudita, qualia Lemnum afflixiſſe dicuntur. Lemnia terra, quæ in Lemno inſula effoditur, de qua Galen. lib. 9. ſimpl. & Dioſcorid. Hodie Lemnos *Scalimine* Turcis & Italis vocatur. Centum millibus paſſuum in circuitu (vt Bordonius refert) patet. Plana ſi cum conferas videtur, Qua Orientalem plagam aſpicit, aridam & frugibus minus idoneam, inter meridiem & Occaſum verò vbi humidior extat, fertiliorem eſſe ſcribit Bellonius. Vrbes in ea olim Myrina & Epheſtias. Hæc hodie prorſus deſerta eſt, & *Cochine* appellatur, Illa parui nominis, nunc oppidum in peninſula, anguſto Iſthmo inſulæ iuncta poſitum, *Lemno* appellatur. In hac inſula labyrinthum fuiſſe tertium ab Ægypto, ejúſque ſuo tempore adhuc reliquias extitiſſe Plinius auctor eſt Sed Bellonius eius veſtigia diligenter quærens, nulla eius illi prorſus viſa eſt, nec incolarum quenquam, qui aliud quàm ruinas quaſdam indicare

ed by Goo

care poſſet, inueniſſe ſcribit lib. 1. obſeruat.ſuarum.

lemouices, Plinio, vel Limouici, Ptolem. Galliæ Aquitanicæ populi, Pictonibus vicini, hodie *Limoſins*. horum vrbs primaria Lemouicum, vulgò *Limoges*. Alij autem apud Cæſarem ſunt Lemouices in Armorica. *Leon* Cænali.

lemouij, Germaniæ populi, Tacit. *Mecklenburger* Ortelio, *Lyſſander* ſunt Curæo.

lemneus, vicus quidam. Steph.

lemures, laruæ nocturnæ & terrificationes imaginum & beſtiarum, inquit Nonius. Ouid. 5. Faſt.

Mox etiam Lemures animam dixere ſilentum.

lemuria, feſta erant Lemuribus ſacra, quæ quum celebrabantur (id autem erat menſe Maio) templa omnia claudebantur, nuptiæque omnes infauſtæ putabantur: quæ res locum fecit prouerbio, Malum menſe Maio nubere. Ouid. 5. Faſtor.

Ritus erat veteris nocturna Lemuria ſacri
Inferias tacitis manibus illa dabant.

Et paulò pòſt.

Fana tamen veteres, illis clauſere diebus,
Vt nunc ferali tempore operta vides.
Nec vidua tædis eadem nec virginis apta
Tempora: quæ nupſit, non diuturna fuit.
Hac quoque de cauſa (ſi te prouerbia tangũt)
Menſe malum Maio nubere vulgus ait.

lena meretrix, vide læna.

lenæus, vnum ex Bacchi cognominibus ἀπὸ τ̃ ληνῦ, hoc eſt à torculari, ſiue lacu impoſitum: vnde Lenacius & ληναιῶδες. Eſt etiam vicus quidam.

lenus Pontianus, conſul cum Antonino Ruſino anno ab vrbe 883.

lentienſes, Alemannici, i. Vindeliciæ, (vt Schudus interpretatur) populi. Ammian.

lentini, ſeu Lentuli Romani quidam cognominati ſunt à lente, vt Cicerones à cicere. A quibus denominatum Lentulitas. Cic. ad Appium lib. 3. Vllam Appietatem, aut Lentulitatem valere apud me, plus quàm ornamenta virtutis exiſtimas?

lentudum, Pannoniæ ſuperioris vrbs. Ptolem. *Lutenberb* hodie, Lazio.

lenus, regio τῆς μυσίας. Steph.

leo Iſaurus, LXXI. Roman. imperator, anno ſalutis 719 Apud Pontificem pluribus egit, imagines vt aboleret. Cui Papa reſtitit, perque vniuerſum orbem ſcripſit, ne imperatoris iuſſionibus obedirent: & in apertam rebellionem plurimos abduxit. Blond. lib. 10. Idem Conſtantinopoli imagines ſanctorum deponi in ſero, igne incendi, non obedientes interfici iuſſit. Blondus.

leo, imperator Orientis, anno ſalutis 459. Olybrium Romam miſit, vt viuente Anthemio purpuram indueret. Diac. Pomp. Leonem iuniorem in conſortem imperij aſſumpſit. Caſſ.

leo IV. Romanorum imperator LXXIII. anno ſalutis. 788. In Saracenos Syriam inhabitantes incurſionem fecit. Blond.

leo V. imperator Conſtantinopolitanus IIII. anno ſalutis 814 Is Chrumnum Bulgarorum regem ex parta victoria elatum, qui Conſtantinopolim exercitum duxerat, eruptione facta interfecit, Bulgaróſque repulit. Occiſus eſt autem à Michaele Baldo domeſticorum Comite, qui per arma ad imperium ſublatus eſt, anno ſalutis 821.

leo VI. Baſilij imperatoris filius, Conſtantinopolitanorum imperator XI. Hic Bulgaros deſciſcentes Turcarum auxilio primò vicit. Verùm ab his poſtea per inanes inducias deluſus, magna clade affectus eſt. Inde in Saracenos claſſe comparata Nicetæ ductu, egregiam victoriam peperit Egnatius.

leochares, ſculptor eximius, qui authore Plin. lib. 36. cap. 5. vnus fuit eorum qui cælauere Mauſoleum.

leogoras, Andocidæ rhetoris pater fuit. Suidas.

leoutomiges, canes Arcades ex canibus & leonibus prognati. Pollux.

leo XLIII. Romanorum epiſcopus, anno ſalutis 44[illegible].

leo. II Romanorum pontifex LXXVIII. anno ſalutis 683.

leo. III. Romanorum epiſcopus, anno ſalutis 776. Hunc Paſchalis Primicerius & Campulus armatis ſtipati in Letania maiori interceperunt: quem proſternentes, linguam pars deſecuit, pars illum excæcatura digitis oculorum concaua effodiebat. Qui recepto viſu, vt aiunt, miraculo, ad Carolum Francorum regem fugit: à quo & ſedi reſtitutus eſt. Blond. lib. 1. decad. 2. Platina. Hic Leo iuramento ab obiectis criminibus ſe purgauit, Carolo Romæ cauſas audiente Æmil. lib. 3.

leon, Eubœæ inſulæ vrbs Ptolemæo.

leonica, pars vrbis Romæ vltra Tiberim, ſic dicta à Leone IV. pontifice, qui eam muris cinxit, eodem Rauennatium vrbs dicta fuit, eo quòd militibus claſſis Rauennatium aſſignata erat. Hodie *Borgo* dicitur.

leontium, Siciliæ oppidum Ptolemæo. Aliis Leontini ſunt. Niger ſcribit *Lintini* nunc vocari. Huius vrbis partem Phoceas dictam fuiſſe ex Thucydidis lib. 5. principio liquet. Leontia etiam locus circa Syracuſas Liuio, quinque millia paſſuum ab Hexapylo diſtans.

leontius, nobilis fuit ſtatuarius, qui Olympiæ

fecit ſtadiodromum aſtylon: aliaque operá quæ commemorantur à Plinio, libro 34. capite octauo.

Leontius, quidam fuit Tripolis Lydiæ epiſcopus ex Mœſia ortus, de quo vide Suid.

Leontius, Antiochenæ præſul Eccleſiæ, cùm preſbyter eſſet, dignitate priuatus eſt, quia cum muliere, Euſtalia nomine, degens, & turpem ſuſpicionem celare volens, genitalia ſibimet noſcitur abſcidiſſe, ac deinceps quidem, fiducialiter cum ea muliere viuebat. Poſteà vero imperatoris Conſtantij ſtudio in Antiochena eccleſia ordinatus eſt epiſcopus: Qui autem cùm eſſet Arrianus occultus, videns diuiſos ſacerdotes, & populum & alios dicentes, Gloria patri, & filio: alios, Gloria patri per filium & ſpiritui ſancto: ipſe ſub ſilẽtio dicebat orationem, & nihil aliud audiebant aſtantes niſi cùm diceret, In ſecula ſeculorum. Sed quia etiam contra milites veritatis acuebatur non niſi hæreticos prouehebat, celabátque peſtem, modò timore populi, modò formidine imperatoris, qui Filium Dei diſſimilem Patri prohibuerat dici. Theod. lib. 5.

Leontiſcus, Mamertinus quidam pyctes fuit, ex argumento Acrocherſites cognominatus, tanto corporis robore, vt ſummis aduerſarium manibus arripiens, non priùs eum dereſeret, quàm deficientem ſentiret. Suid.

Leo IV. Pontifex Romanorum CI. anno ſalutis 846.

Leo V. Romanorum pontifex CXVII. à Chriſtophoro (qui poſtea pontifex factus eſt) XL. die vinculis eſt iniectus, an. ſal. 904.

Leo VI. Romanorum pontifex CXXIV. an. ſalutis 929.

Leo VII. Pontifex Romanorum CXXVI. anno ſalutis 937.

Leo VIII. Pontifex Romanorum CXXXI. an. ſalutis 985.

Leo IX. Pontifex Romanorum CLII. anno ſalutis 1049.

Leo X. Pontifex Romanorum CCXIII. anno ſalutis 1513.

Leo Iunior, Cos. ſolus, anno ab vrbe 1227.

Leo Nomenculator, gener Theodori Romanæ eccleſiæ, primicerij. Blond. lib. 2.

Leo Byzantius, auditor Platonis ſophiſta nobilis, Philippo contra Byzantium venienti occurrens. Dic age (inquit) Philippe, quæ te cauſa trahit oppugnatum noſtra mœnia? At ille. Amor, inquit, tuæ patriæ, qua vt potiar, veni. Leo excipiens reſpondit. Atqui inſtrumento muſico, non bellico, amantibus opus eſt. Hæc ex Philoſtrato Suidas ait, Philippum, quum Leonem in expugnatione Byzantij, præter cæteros aduerſantem haberet, epiſtolas ad Byzantios ſcripſiſſe, calumniæ plenas: ſi voluiſſet tantum dare pecuniæ Leoni, quantum petebat, iam dudum vrbe fuiſſe potitum. Ciues hoc accepto, domum eius circumſtetêre: ille ſibi metuens, laqueo vitam finiuit, parum Philoſophicè. Suid. Hic Leo Byzantius olim venit Athenas populo inter ſe diſſidente de concordia ſuaſurus: qui ibi viſus puſillus, deriſui habitus eſt. Quid, inquit, viri Athenienſes, ſi vxorem meam videritis, quæ tantilla eſt, vt vix me genu tenus pertingat? Maior hinc ſublatus eſt riſus. At dixit excipiens: Nos tantopere puſillos & breues, ſi inter nos diſſidium eſſet, vix oppidum Byzantium capere poſſet. Plut.

Leocrates XVIII. Athenienſium princeps, regnauit annis X. anno ab vrbe 41.

Leocorion monumentum fuit ab Athenienſibus in medio Ceramico erectum, nam cum Attica vniuerſa, maxima fame laboraret, vnúmque hoc ab oraculis oſtenderetur remedium ſi quis ſuos liberos immolaret, inuentus eſt Leo quidam Orphei filius, qui tres filias ſuas virgines Paſitheam, Theopen, & Eubulen tradidit immolandas: cuius beneficij memores Athenienſes monumentum in Ceramico erexerunt, quod Leocoron appellarunt. Suid.

Leodamas, mantis, Philoſophus mathematicus.

Leodium, Germaniæ inferioris vrbs maxima, olim Eburonum Auguſta, ab Ambiorige rege, propter cæſam in ea valle legionem Romanam, Legia dicta & fundata dicitur. Corrupto deinde vocabulo, Germanis *Luttich*, alias Leodium, & *Liege* vulgò dicitur. Ad tertium à Tungris milliare, qua meridiem ſpectat, tanto murorum cingitur ambitu, vt altiſſimos complexetur montes, ditibus conſitos. Deinde in altiſſimam excurrit & apprehendit, in valle planiciem, in qua tria flumina Vta, Veſa & Ambluaria in Moſam fluunt, amœniſſimáſque efficiunt inſulas, ædificiis exquiſitiſſimis ornatas, ita vt ad voluntatem nihil hic deſit. Habet Leodium ad meridiem Arduennam ſyluam totius Galliæ maximam. Ad latus oppoſitum Tungros Centrones verſus eſt ager Heſbanicus, vſque adeò gleba fertili, adhæc pomis & nucibus omnis generis abundans, vt de præſtantia cum Sicilia certare poſſit. Iuxta ciuitatem effodiuntur nigri lapides, qui modico ligno accenſi calidiſſimum ignem præbent. Aër temperatiſſ. eſt & ſaluber Moſa fluuio ſecatur per medium, Hub. Thomas.

Leon, Eubœæ inſulæ promontorium. Ptolem. *Cabo mantello* hodie Sophiano.

Leon, Phœniciæ fluuius. Ptol. item Cretæ, & Co inſulæ promontorium. Apud eundem, & Heraclidem polit.

Leona, vide Ptolemonium.

Leonata, Pannoniæ Sauiæ vrbs. Antoninus.

Leo-

Leonatus, vir nobilis fuit ex Macedoniæ ducibus Philippi ex materno genere conſanguineus, vnà cum Alexandro educatus. Suid.

Leontia, vrbs Hiſpaniæ in Heditanis. Ptolem.

Leonicenſes, Hiſpaniæ citerioris populi. Plin.

Leonidas, nobilis Spartæ, deinde Lacedæmoniorum rex, qui aduerſus Xerxem penè incredibilia egit. Hic commilitonibus dicebat, Pergite animo forti, hodie apud inferos fortè cœnabimus. Cecidit ad Thermopylas, cùm illas anguſtias cuſtodiret quadringentis ſolùm militibus, cuius cor excidens Xerxes, piloſum inuenit. Plut. Parall.

Leonides, Alexandri pædagogus, parum probatus. Quintilianus.

Leonina Roma, ab imperatore Henrico capta anno ſalutis 1083.

Leonegildus, Gotthorum rex, Sueuorum reliquias ex Hiſpania eiecit, anno ab vrbe 1326.

Leonthorna, ciuitas Bœotiæ, Lycophr.

Leontini, vide Argura.

Leontium, ciuitas Siciliæ. Ptol.

Leontius XXVI Romanorum imperator, anno ab vrbe 1448.

Leóntius, Cos. cum Salluſtio, anno ab vrbe 1096.

Leontocephale, Phrygiæ munitiſſ. caſtellum. Appian. Plutarch. in Themiſtocle.

Leontopolis, Phœniciæ vrbs circa Sidonem. Strab. Item Ægypti oppidum. Ptol. Eſt & Iſauriæ & Hellenoponti vrbs.

Leontychides Spartæ rex, Perſas eodem die, quo ad Platæas Mardonius ſuperatus eſt, ad Mycalen quadraginta milibus cæſis deuicit. In expeditione Theſſalica dux cum libera poteſtate, magnam pecuniæ vim correptus accepit, & in caſtris deprehenſus eſt, quum vtraque manu pecuniam retineret. Itaq; delatus Spartam, damnatúſque, Tegeam in exilium ibíque mortuus eſt, quum regnaſſet annos XXII. vt lib. XXI. Diod. ſcribit.

Leophora vita, quæ *Memnonia* adhuc dicitur, à Memnone nempe, qui eam ſtrauit, circa Suſam Perſidis vrbem, vt docet Diodorus li. 2.

Leopoldus, Auſtriæ dux, cepit Viennæ Iohannem fratrem Richardi Angliæ regis. Polid. li. 14.

Leos, Orphæi filius, vide Leocorion.

Leoſthenes, nomen viri, qui cùm ſponſus eſſet, & Lamiacum bellum concitaſſet, interfectus eſt. Ob eius amorem ſponſa Demorionis & Areopagitarum principis filia ſe interfecit. Hieronymus contra Iouinianum, Suid. ait, bello contra Macedone, lapide percuſſum in prælio cecidiſſe.

Leoſthenium, Boſphori Thracici ſinus. Steph. vulgò *Sthenio*, vt Gyllius tradit.

Leoſtratus, Athenienſium imperator, anno ab vrbe 86.

Leotrophides Dithyrambopœus adeò tenuis & gracilis, vt in prouerbium abierit Leotrophide tenuior ſeu macilentior. Suidas Eraſmus.

Lepadûſa, ſiue Lopadûſa, inſula Siciliæ, à patellis oſtreorum genere dicta, quaſi Patellaria.

Lepánthum, vide Naupactus.

Lepas, Thucydidi lib. 7. vocatur vertex cuiuſdam rupis Siciliæ in agro Syracuſano.

Lepethymus, mons in Leſbo inſula. Plin.

Lepidotum, Ægypti vrbs. Ptol.

Lepinus, mons Italiæ. Columel.

Lepontij, populi ſunt Alpini, Salaſſis finitimi, ex comitatu Herculis ibi relicti, quod membra haberent nube præuſta. Plin lib. 3. capit. 20. Apud eos oritur Rhenus fluuius, vt teſtatur Cæſar bel. Gall. lib. 4. Rhætos habent ab ortu, Inſubres ad Meridiem, Salaſſios, Sedunóſque ad Occaſum, Heluetios ad Septentrionem. De his Glareanus in Cæſarem. *Rhin v valdos* Schudo.

Léprium, Plin. oppidum in Achaia prope Alpheum amnem, dictum à lepra, qua curabantur ibi quodam flumine ſe mergentes: vel à Leprio heroe, quem occidit Hercules. Hinc Lepriatæ populi. Eſt & aliud Leprium (aliàs Leprum) in Arcadia, ait Cicero lib. 6. ad Atticum, Stephanus in Maciſto, Phryxam vrbem in lato monte ſitam eſſe ſcribit verſus orientem Lepritices.

Lepſemandus, oppidum Cariæ. Steph.

Lepteacra, promontorium Indiæ, quod alij Drepanum vocitauerunt. Solinus Ægypti item promontorium ad ſinum Arab. cum. Ptolem. & Plin. lib. 6. c. 29.

Leptines, Athenienſis orator fuit nobilis, qui quum liturgiarum onus, ad paucos, eóſque tenuioris fortunæ rediiſſe videret, potentioribus ferè omnibus immunitate donatis, tulit legem, vt ſublato iure immunitatis, liturgiarum ſumptus ex æquo à ditioribus ſuppeditarentur. Quam legem oppugnat Demoſthenes ea oratione quam aduerſus Leptinem inſcripſit.

Leptis, Africæ minoris, quæ Zeugitana prouincia dicitur, duarum vrbium nomen eſt. Eſt enim Leptis minor, quæ Sarrana cognominatur à Sarracenis Phœniciæ: altera trans Syrtim minorem ſita, iuxta Ocam oppidum, Magnæ cognomen habet illam Neapolim dici exiſtimant. Hæc Vadianus. Melæ enarrato. Strab. lib. 17.

Lepydni, vxor fuit Methymna, Macaris filia. Steph.

Leria, vna ex Sporadibus inſulis apud Strabonem. *Lero* hodie Sophiano.

Leria, Hedetanorum vrbs in Hiſpania Tarraconenſi, *Liria* vulgò, vt ex Cluſio & Moralis refert Ortelius.

d by Google

Lerina, eſt inſula prouinciæ Narbonenſis adiacens è regione Antipolis Plin. li. 3. c. 5.

Lerina, Stœchadum inſularum vna quæ poſtea Lirinum, & in ea Lirinenſe monaſterium. Hodie *S. Honorati* nomen habere ſcribit P. Maſſonius.

Lerna, Laconicæ vrbs in Peloponneſo, Ptol.

Lernæus Fons, in Laconica regione antea Amymonius dicebatur, ab Amymone puella ibidem à Neptuno compreſſa, vt refert Hyginus: eſt etiam ibidem Lerna palus & fluuius.

Lerne, ſiue Lerna, lacus in agro Argiuo, Herculis labore notiſſimus: qui in eo hydram lernæam fertur interemiſſe: vicinæ omni regioni adeò infeſtam, vt locum fecerit prouerbio, λέρνη κακῶν hoc eſt, lerna malorum. Eſt & fluuius ejuſdem nominis per Praſias in ſinũ Argolicum illabens. Strab. lib. 8. Hinc lernæus, a, um.

Lerne, oppidum in ſinu Argolico. Pom. lib. 2.

Leros, quę & Leria inſula in Icario mari. Strab. lib 14. inſulani, Lerij dicuntur, qui olim corruptiſſimis moribus fuiſſe perhibentur. Hinc illud Phocylidis, Λέριοι κακοί, οὐχ ὁ μέν, ὃς δ' οὔ· πάντες πλὴν Προκλέους· hoc eſt, Lerij mali, non vnus quidem, alter verò minimè, ſed vniuerſi excepto Patrocle. Leros, maris Ægei inſula in ora Cariæ. Plin.

Lertoſa, Ptolemæus lib. 2. c. 6. Hiſpaniæ vrbs. Strab. Dertoſe: hodie Tortoſa dicitur. Apud Ptolemæum ſcribitur δέρτωσα.

Leſa, Sardiniæ vrbs. Ptol.

Leſbos, modò *Metelin*, inſula in mari Ægæo, Æolicarum vrbium metropolis, quæ olim vniuerſæ Troadis imperium obtinuit. Ambitus eius ſtadiorum centum ſupra mille, à Borea in Auſtrum protenſa, quingenta ſexaginta ſtadia longitudinis habens: feraci agro, & multa materia ad claſſes conficiendas idonea. Vrbes in ea fuere memoratu dignæ, Mitylene, à qua nunc tota inſula Mitylene vocatur, Pyrrha in occidentali littore ſita. Fuit & Ereſſos & Antiſſa cum Portu & Methymna. Dicta Leſbos ab vrbis nomine, quæ in ea potentiſſima fuit: ſiue à Leſbo, Iapeti filio, qui in eam inſulam nauigauit. Hinc Leſbius, a, um: vt Leſbiũ vinũ, & Leſbous. Hora. l. Carm. Item, leſbis, dis, hoc eſt, mulier ex Leſbo Sappho apud Ouidium in Epiſt.

Leſbus, maris Ægei clariſſima inſula, octo vrbium culta, vt Plinius teſtatur, qui eam quoque Hemerte. Laſia, Ægyra, Pelaſga, Æthiope & Macaria appellatam ſubiungit. Lycophron Iſſam etiam vocat.

Leſem, i. Nomen vel ponens, aut ipſi nominato, vel poſito, aut ſigurius lapis pretioſus, nomen vrbis in tribu Aſer, in poſſeſſione verò Dan, Ioſue 19. quæ & Lais dicitur & Dan. Hæc ea putatur à pleriſque, quæ tandem à Philippo Tetrarcho, ſenioris Herodis filio, in honorem Tiberij Cæſaris Philippi appellata, vulgò a Barbaris nunc *Belina* vocatur.

Leſem-dan, vrbs quæ Dan, & Leſem, & Lais dicitur Ioſue 9.

Leſſa, vicus Argiæ. Pauſ.

Leſtorum regio, λῃστῶν χώρα, i. piratarum regio in India extra Gangem, cuius incolæ ſilueſtres eſſe dicuntur, & in ſpecubus habitare. Ferunt in eo eſſe coruos albos & pſittacos. Ptol. li. 7 hodie regnum *Pegu* dicitur.

Leſtrigones, vide LAESTRIGONES.

Leſyrus, fluuius Iberiæ Cherſoneſi. Steph.

Letæus Nicarchus, vir clariſſimus, ex illis qui cum Alexandro Magno militarunt. Steph.

Letandros, Ægei maris inſula. Plin.

Letanum, vrbs in Propontide, ab Athenienſibus condita Diodor.

Lete, vrbs Macedoniæ, à Latonæ templo in vicinia.

Lethæus fluuius Aſiæ, ortum habens à Pactya Epheſiorum monte, & circa Magneſiam vrbem in Meandrum influens. Strabo libro 14. Eſt & lethæus alius in Creta inſula non procul à Gortyne. Strab. lib. 10. Sunt & alij eiuſdem nominis fluuij, qui recenſentur ab eodem Strabone.

Lethe, es. fluuius inferorum apud poetas, cujus aquam ſi quis guſtaſſet, omnium ſtatim præteritorum obliuiſci eum voluerunt. Idcircò ἀπὸ τῆς λήθης, hoc eſt, ab obliuione nomen creditur accepiſſe, quoniam morientes præterita omnia tum dicta tum facta obliuioni tradunt. Conſtat autem reuera Lethen amnem in Aphrica eſſe, circa extremum Syrtum cornu, Berenicem vrbem alluentem. Verùm quoniam terræ hiatu abſorptus, & occulto meatu per aliquot lapſus millia, circa Berenicem magna aquarum copia erumpit, perſuaſum fuit accolis, ab inferis eum emergere. Inde Lethęus, Lethęa, Lethæum.

Lethon, Africæ fluuius in Cyrenaica regione. Plin.

Leti, Gallica natio, apud quam Magnentium imperatorem vixiſſe ſcribit Zoſimus.

Letini, Siciliæ populi, Cicer. in Verrem.

Letoa, Libyci maris inſula prope Cretam. Ptolem.

Letoeus, Alexandriæ vicus. Steph.

Letrini Elidis oppidum. Pauſ.

Letus, Ligurię mons, Liu. & Valer. Max quem Leander. *l'Alpi del Peregrino* appellat.

Letuſpolis, Ægypti vrbs & Nomus. Ptolem. Steph.

Leuaci, ſunt populi inter Belgas, ſub imperio Neruiorum, proximi Grudijs. Pleumoſijs, Gordunis, & Geidunibus, hodie Louanſes. Becano ſunt qui Siuſam, Ardemburgum, Axellam

lam & Ooſtburgum, Flandriæ oppida habitant.

Léuana, dea quæ pueris præerat de terra leuandis. Auguſt.

Leuca Salentinorum vrbs. Strabo. Ioniæ etiam oppidum circa Thermodontem. Pomp. inſula item Cretica contra Cydoniam, Plin. Inſula Indiæ intra Gangem, Ptol. Argiuorum oppidum. Polyb.

leuca ore, Ptol. id eſt, Albi montes. Plinio in Creta inſula ſunt, *Madara & Spachia* hodie vocari ſcribit Bellonius.

leucadia, peninſula contra ſinum Ambracium opera accolarum à continente, abſciſſa arenæq; accumulatione rurſus continenti reddita Pomponius lib. 2. Hæc etiam Neritis appellata fuit. Plin. lib. 5. c. 1. Hinc Leucadius, dia, dium.

leucæ inſulæ quinque oppoſitæ Leſbo. Plin.

leucæthiopes, Plin. 5. cap. 7. populi qui primi omnium cum Libyægyptiis in interiori ambitu Africæ ad Meridiem verſus ſupérque Getulos, interuenientibus deſertis habitant. A quibuſdam Leucoæthiopes, & Lybiæ Ægyptij ſcribitur: quod Hermolao non placet.

leucæ Napæ, Marmaricæ vicus. Ptol.

leucæ Stylæ, i. albæ columnæ, locus circa Cariam. Herodot.

leucagus, vir interfectus, excuſſus curru, apud Virg. li. 10. Æneid.

Excuſſus curru, moribundus voluitur armis.

Alij ſcribunt Lucagus.

leucariſtus, Germaniæ vrbs. Ptol.

leucarum, Angliæ vrbs. Anton. *Lochar*, Camdeno.

leucas, adis, oppidum in Leucadia peninſula, olim Neritum appellatum. Plin. lib. 4. cap. 1. Quinetiam Strabo totam peninſulam, ſiue (vt ipſe appellat) inſulam (aliquando enim humano opere à continenti fuit abſciſſa, & rurſus arenæ alluuione eidem annexa) Leucadem appellat, eodem quo oppidum nomine. Leucadem (inquit libro 10.) in inſulæ formam redegerunt & in eum locum tranſportato Nerito, qui quondam fuerat Iſthmus, nunc verò fretum & Euripus eſt, ponte iugabilis, mutato nomine dixerunt Leucadem, ſumpto, vt reor, à Leucate vocabulo. Ouidius Metamorph. lib. 15.

Leucada continuam veteres habuere coloni:
Nunc freta circumeunt.

Eſt item Leucas Epiri promontorium, & inſula. Ptol. Strab. Melæ. Hodie, *S. Maura.*

leucas, ciuitas Phœniciæ. Balaneæ priùs dicta. Steph.

leucaſia, inſula Tyrrheni maris, contra Pæſtanum ſinum, ſic dicta à Sirene ibi ſepulta, Plinius.

leucaſius vicus, in Arcadia eſt. Pauſan.

leucaſpis, vnus ex comitibus Æneæ, natione Lycius, vnà cum Oronte in Tyrrheno mari tempeſtate ſubmerſus. Virg. 6. Æneid.

leucaſpis, Libyæ Nomi portus. Ptol.

leucates, tæ, promontorium eſt Acarnaniæ, ad ſinum Ambracium, Apollinis templo nobile, à petræ candore nomen habens, Virg. tertio Æneid.

leuce, oppidulum in finibus Ioniæ & Æolidis, non longè à Smyrna, olim inſula. Plin. lib. 5. c. 29.

leuce, inſula Ponti exigua, Boryſthenis amnis oſtio obiecta, quæ quòd Achilles in ea ſepultus fuerit, alio nomine vocatur Achillea. Plin. lib 4. c. 13. Aliud item huius nominis oppidum in Italia, ſtadiis quingentis à Tarento diſtans. Lucan. li. 5.

Secretáque littora Leuce.

leuceacte, id eſt, Album littus, priùs vocabatur, quæ pòſt Laodicea, Syriæ vrbs. Steph.

leuci, Galliæ Belgicæ populi, Treuiris & Mediomatricibus finitimi, iaculandi peritiſſimi. Lucanus li 1.

Optimus excuſſo Leucus Rhemúſque lacerto.

hodie Tullenſes dicuntur. Ciuitas eſt epiſcopalis in Lotharingia regione *Toul* hodie. Leuci etiam, Peloponneſi in Laconica ſunt apud Liuium.

leuciana, Hiſpaniæ vrbs inter Emeritam & Toletum. Anton.

leuci camini, in Marmarica vicus. Ptole.

leucimna, Corcyræ inſulæ promontorium. Thucyd. *Cabo blanco* hodie Sophiano.

leucippides, id eſt, filiæ Leucippi, à Caſtore & Polluce raptæ. Phœbe & Elaira, ex Aphydnis ciuitate Laconica.

leucippus, philoſophus, qui omnia pleno & inani conſtare dixit Cic. Tuſcul quæſt. li. 4.

leucippus VIII. Sicyoniorum rex, regnauit annis 53.

leuco, Boſphori rex. anno ab vrbe 360.

leucoæthiopes, vide LEVCÆTHIOPES.

leucogæi. Plin. lib 35. capite 15. colles in Italia, in Neapolitano Campanoque agro, inter Puteolos & Neapolim, in quibus inuenitur alica ſimul & ſulphur. Sunt etiam Leucogæi eidem Plinio lib. 31. c. 2. fontes inter puteolos & Neapolim, qui oculorum claritati & vulneribus medentur, dentibúſque firmitatem afferunt, Leandro, *Lunera.*

leucola, portus Cypri inſulæ apud Strabonem Leucolæ quoque meminit Plin. vbi gagatem lapidem reperi tradit.

leucolithi, populi Lycaoniæ. Plin.

leucolla, Plin. promontorium Pamphiliæ, Lyciæ conterminum. Eſt & inſula prope Cyprum: & quidem in mari Lycio.

leucon, Africæ vrbs circa Cyrenen Herodot.

Google

Leucon, rex Ponti, à fratre Oxylocho necatus quòd cum eius vxore adulterij & inceſtus conſuetudinem haberet. Ouid. in Ibin.

Aut pia te caeſo dicatur adultera: ſicut
Quam cecidit, Leucon vindice, dicta pia eſt.

Leucónis, lacus Bœotiæ, qui aliàs Copais, vel Copeas. vide COPÆ.

Leuconius, fons in Arcadia. Pauſan.

Leuconon, Pannoniæ vrbs. Anton.

Leucópetra, Cicer. Philip. 1. promontorium agri Rhegini: à candore nomen habens.

Leucopetra, montium pars, quæ Parthiam ab Hyrcania diſtinguit. Polyb. locus item circa Arabiam. Plin.

Leucopolichna, Laonico, Sarmatiæ Nigræ vrbs. hodie Leopolis, & vulgò *Lemperch.*

Leucopolis, oppidum Aſiæ in Doridis ſinu. Plin. li. 5. c. 29.

Leucophyra, Antiochidis tribus gens. Heſych.

Leucóſia, inſula contra Pæſtanum ſinum, in mari Tyrrheno, Leucaniæ adiacens. Strab. lib. 6. paruum ad continentem habens curſum. Dicta Leucoſia, ab vna Sirenum eiuſdem nominis, quæ hoc in loco periit, quum ſpreta ab Vlyſſe in profundum ſeſe abiecisset. Feſtus ab Æneæ conſobrina, loco datum nomen exiſtimat. Quin & Samothracia, Leucoſia priùs eſt appellata, vt inquit Ariſtoteles de Repu. Samothraciæ. Ptolemæus lib. 5. c. 6. Cappadociæ locus.

Leucoſyria, Cappadociæ pars circa oſtia Thermodoonti. fluuij. Strab. li. 2.

Leucoſyrorum cubitus, Ptol. lib. 5. c. 6. Cappadociæ locus, hodie Lyrus.

Leucóſyrus, fluuius Ciliciæ, Pyramus poſtea dictus. Steph.

Leucothea, Tyrrheni maris inſula. Plin. fons Sami inſulæ. Eidem. Arabiæ & Ægypti vrbs. Antigon. & Plin.

Leucóthea, vxor Athamantis, nomine Ino, quæ cùm virum tanto furore correptum videret, vt communem filium Learchum nomine, ſaxo illideret, idémque exemplum in ſeſe, & alterum filium edere pararet, aſſumpto in vlnas Melicerta (id filio alteri nomen erat) excelſiſſima rupe in mare ſeſe præcipitauit: vbi vterque deorum miſeratione in marina numina ſunt mutati, atque Ino quidem Leucothea à Græcis dicta eſt, à Latinis autem mater Matuta: Melicertes autem à Græcis Palæmon, à noſtris Portunus eſt appellatus. Ouid. lib. 4. Metamorph. Vide N. Comitem, Mythologiæ lib. 8. c. 4.

Leucóthoe, Orchami Babyloniorum regis filia, cuius amore captus Apollo, in Eurymones (ea Leucothoes mater erat) figuram ſeſe tranſmutauit, & tanquam ſecreto aliquid cum filia colloqui vellet, famulas, quibus comitata erat, ſecedere iuſſit. Deinde priſtinæ reſtitutus formæ, profeſſus quis eſſet poſt multas blanditias, non admodum inuitæ vim intulit. Quod cùm reſciuiſſet Clitie, quæ mutuo Apollinis amore tenebatur zelotypiæ ſtimulis exagitata, Orchamo regi filiæ amores enuntiauit: qui vt natura crudelis erat, filiam viuam defodit. Cuius mortem ægerrimè ferens Apollo, cùm vitæ eam reſtituere non poſſet, in virgam thuream eam transformauit. Ouid. 4. Metam. Arbor thurifera eadem ratione fingitur amata ab Apolline ſeu Sole, qua Daphne, ſeu laurus: videlicet: quòd gaudeat locis maximè apricis, & ferat fructus ad ſalutaria remedia vtiles. Babylonis item & Aſſyriæ regio, vt & Arabiæ fœlicis, eſt thurifera.

Leuctra, ctrorum, vicus Bœotiæ iuxta Theſpias, circa quem Epaminondas Thebanus Lacedæmonios vicit, adeóque attriuit, vt poſtea imperium nequiuerint reparare. Hinc deducitur adiectiuum Leuctricus, ca, cum, vt Leuctrica pugna: Leuctrica monumenta. Item Leuctricæ puellæ, i. Hippo & Miletia, ſiue, vt aliis placet, Theano & Euexippe, Scedaſi filię quę à Lacedęmoniis quibuſdam hoſpitibus vim paſſę, doloris impatientia ſibi necem intulerint, eóque in campo ſepultę ſunt, in quo poſtea commiſſa eſt pugna, qua Lacedęmoniorum vires conciderunt.

Leuctrum, Laconicę vrbs, in Peloponneſo ad Sinum Meſſeniacum. Ptol. *Maina*, Nigro. item Arcadię vrbs, apud Pauſan. & Achaię pagus. Strabo.

Leucyanias, Peloponneſi fluuius in Alpheum erumpens. Pauſan.

Leugęſa, Armenię minoris vrbs. Ptol.

Leuga, Africę prouincia Æthicus.

Leui, Italię tranſpadanæ populi. Plin.

Leui, tertius filius Iacob ex Lea. Gen. 20. ſic vocabatur & Matthęus Apoſtolus Matt. 2. Luc. 5. Pater Matthat. Luc. 3. Lat. copulatus.

Leuiathan, magnus piſcis marinus, Iob. 40. Lat. copulatio, vel ſocietas ſua, aut ſibimet traditus.

Leuni, Vindelicię populi. Ptol. & Plin. Hiſpanię Tarraconenſis populi. Illos Horatius Gelonos vocat, vt ſcribit Auentinus. *Glon* fluuius hodie in eo tractu eſt, & loca quędam ei vicina *Glon & Glonack* dicta pro Gelonis, vt Simlerus prodit.

Leuomne mons circa Pallenem, Macedonię peninſulam. Plin.

Leuonę, populi qui media Scandię tenent. Ptol. hodie Bothnia.

Leupas, portus Arabię fœlicis. Plin.

Leuphana, Saxonię vrbs apud Ptol.

Leuphitorga, Æthiopię ſub Ægypto vrbs. Pl.

Leuſana, Pannoniæ vrbs. Anton.

Leuſinium, Dalmatæ vrbs, Anton.

Leutarnia, Iapygiæ vrbs Straboni, qui etiam Leuternios dictos gigantes habet. lib. 6. Barrius in Calabria ponit: & *Louidonia* appellat.

Leutichides, vir Lacedæmonius inimicus Demarati, poſt cuius fugam conſtitutus fuit Spartanorum rex. Herod. lib. 6.

Lexianæ, Arabiæ fœlicis populi. Plin.

Lexobij, Ptol. lib. 2. c. 8. Lexouij aliis, populi in prouincia Rotomagenſi, Ducatu Normandiæ, ad oppidum *Liſieux*.

L I

Lia, hebr. Lea, maior filia Laban, Geneſ. 29. & vxor Iacob patriarchæ, in Ephron cum viro ſepulta. Lat. laborioſa, aut fatigata.

Lianum, Sarmatiæ Europææ vrbs. Ptolem.

Liba Carmaniæ inſula. Ptol. Meſopotamiæ item oppidum Polyb.

Liba, bæ, inſula in mari Indico. Ptol.

Libana, Celtiberorum in Hiſpania oppidum. Ptol.

Libanæ, vrbs Syriæ. Steph.

Libanius ſophiſta Antiochenus floruit Iuliani apoſtatæ temporibus, vſque ad Theodoſium ſeniorem. Hic Athenis audiuit Diophantum philoſophum: exercuit ſe in declamationibus. Conſtantinopolim profectus, ibidem ludum aperuit vnde propter laſciuum in pueros amorẽ pulſus, Nicomediam venit, indéque eandem ob cauſam reiectus, in patriam reuerſus eſt: ſcripſit Declamationes, progymnaſmata, orationes & Epiſtolas. Hic multa ſcripſit inter quæ eſt opus, De modis dictandi epiſtolas. Hic etiam argumenta in omnes orationes Demoſthenis edidit.

Libanotus, ventus flans inter Liba, hoc eſt Africum & Notum. Plin. lib. 2. c. 47.

Libanus, Almæ Veneris, vocatur Æthicho inſula Tiberis intra vrbem Romam, & Oſtiam ciuitatem, hodie fortè communi nomine *Iſola* vocatur.

Libanus Hebr. Lebanon, i. albus, vel candidus, aut thus, vel cordis filiatio, Syriæ mons à Sydone Phœnices oppido vſque ad Smyrnam vrbem Syriæ Cœles extenſus, centum quinquaginta ſtadiorum longitudine. Huic ex aduerſo obtenditur Antilibanus, valle tantùm interiecta, olim muro illi coniunctus. Inter duos hoſce montes Orontes fluuius oritur. Plin. lib. 5. c. 19. 20. & 22.

Libanum, Ptolem. lib. 3. cap. 1. Libarna Plinio. vrbs Liguriæ: hodie Lauanium, Lauaniæ Comitatus.

Libarna, Lombardiæ oppidum in Apennino ſitum. *Bobio* vocatur à D. Nigro.

Libentina, dea Venus ſeu Proſerpina. Aug. lib. 4. de Ciuit. Dei, vide Libitina.

Liber, deus vini, qui & Bacchus & Dionyſius dicitur. Multos autem fuiſſe Liberos oſtendit Diodorus: quorum longè celeberrimus eſt qui ex Semele & Ioue genitus fertur, quem tertium fuiſſe autumant, & Thebis Bœotiis natum, qui Liber appellatus eſt, à liberando: nam libertatis Deus eſt, ſiue quod Bœotiæ vrbes liberas fecerit (ipſe enim, vt inquit Plutarchus pro Bœotiæ libertate pugnauit) vel quia vinum curas ſoluat, & mentem ab illis liberet, ſeu quod vino vſi liberè loquantur. Solem quoque poetæ Liberum appellant, eò quòd liberè per aërem vagetur.

Liber, pater, emere & vendere inſtituit: ac diadema regum inſigne, ac triumphum inuenit. Plin. lib. 7. c. 56.

Libera, ræ, Iouis & Cereris filia, quæ & Proſerpina dicitur. Cic. 2. de natura deorum.

Liberalia, liorum, Liberi feſta, quæ apud Græcos dicuntur Διονύσια Næuius.

Liberius, XXXIV. Romanorum epiſcopus, anno ſalutis 351.

Liberius Maximus, Iudææ procurator, anno ſalutis 75.

Libertas dea, cuius templum in Auentino conſtitutum fuiſſe narrant hiſtoriæ.

Libethra, Magneſiæ fons, Muſis ſacer. Plin. li. 4. cap. 9. Pomp. Mela. lib. 2. Placet quibuſdam fuiſſe vrbem in Olympo monte Aſiæ, torrente funditùs euerſam, quam iam olim oraculo prædictum eſſet, fore vt Libethrij, ὑπὸ συὸς omnes interirent, quum Orphei oſſa ſol inſpexiſſet. Erant autem Orphei reliquiæ in columna quadam conditæ, quæ viæ imminebat à Dio in Olympum ducenti. Quem in locum quum ingens hominum vis conueniſſet, vt paſtorem ſuauiter canentem audirent, euenit, vt columna euerſa, Orphei oſſa nudarentur: eodémque die torrens nomine Sys ſupra modum auctus, Libethrios cum vrbe ſubmerſerit. Cæl. libro 18. cap. 22.

Libethrides, dictæ ſunt Muſæ à Libethra Magneſiæ fonte, Muſis ſacro, & poëtarum carminibus celebrato. Mela libro 2. in deſcriptione Macedoniæ. Strabo tamen lib. 19. author eſt, Muſas appellatas eſſe Libethridas, à Libethro Thraciæ monte, quem poſtea Macedones tenuerunt ſub quo & antrum fuiſſe ait, Muſis Libethridibus à Thracibus conſecratum.

Libethrus, apud Lycophronem poetam, videtur eſſe mons Macedoniæ, habens ad radicem Pimpleam fontem. Vnde Muſæ dicuntur Libethrides.

Libias, Iudææ vrbs Ptolem. Ioſeph. antiq. 14. Palæſtinæ item vrbs ab Herode conſtructa. Euſeb. in Chronicis: aliis Iulia appellatur: & Liuia.

Libiſoca, Libiſoſona, Libora & Libũca, ciuitates in honorem Herculis à Celtiberis ædificatæ,

Digitized by Google

hodie *Lezuza* circa vrbem Alcarez.

Lidiſtus, Thraciæ vrbs, circa Mœſiam inferiorem. Plin.

Libiſonis Turris, Plin. Biſſonis Turris, Ptol. Sardiniæ oppidum, *Sardos* appellauit Pineto: *Terra Noua* Nigro, & *Proce di Turre* Leandro.

Libiſoſona, cognomine Foroauguſtana, Hiſpaniæ vrbs. Plin. li. 3. c. 3. eodem fortè cum Libiſoca Ptolemæi.

Libitini, dea apud Romanos, in cuius templo vendebantur & locabantur ea, quæ ad ſepulturam pertinebant, ita dicta à libitu, vel à libidine Plut. Venerem fuiſſe putat, redditque rationem in Problematibus, quare Romani ea quæ ad pompam funebrem ſpectarent, in Veneris templo voluerint aſſeruari, vt ſcilicet eo ipſo humanæ fragilitatis admoneremur, certo ſcientes exitum ab ortu non procul abeſſe, cùm eadem dea & morientibus præſit, & vitam ingredientibus. Alij malunt Proſerpinam eſſe Plutonis vxorem: quam quod inferorum crederetur regina, mortuis præeſſe putabant: ideò etiam ea quibus mortui exonerati veluti ad inferos deducuntur, in eius templo voluerunt aſſeruari. Hinc factum eſt, vt Libitina poetis pro morte ipſa ſeu pro feretro, quo mortui efferuntur, nō rarò accipiatur. Horat. Carm. *Multáq; pars mei vitabit Libitinā.* Libitina, quandoque pro funebri apparatu legitur, quem Libitinarij in vſum exequiarum locabant Liu. lib. 10 In vrbe tanta fuit peſtilentia, vt vix tunc Libitina ſufficeret ad ſuppeditanda ſcilicet funeribus neceſſaria: vnde Exercere Libitinam illi dicebantur, qui in æde Libitinæ præerant locandis, vendendiſque iis quæ neceſſaria erant funebrem pompam inſtructuris.

Libo, ciuis fuit Rom. qui Romæ in comitio puteal primus extruxit, quod ideò Libonis puteal dicitur ab Horat. lib. 1. epiſt. 10.

—forum putealque Libonis
Mandaco ſiccis, adimam cantare ſeueris.

Libo, conſul cum Fabio Chilone anno ab vrbe 556.

Libocus, Hiberniæ fluuius, apud Ptol.

Libona, Arabiæ vrbs. li. Notit.

Libora, olim Eibora, Ptol. li. 2. c. 6. Hiſpaniæ vrbs, in Carpitanis: vulgò *Taleuera.*

Libra, ſignum Zodiaci, quod Cæſaris ætate, octauo, hodie decimooctauo Cal. Octob. Sole hoc ſignum ſubeunte, equinoctium facit autumnale. Virg. 1. Georg.

Libs, libis ventus ab Occaſu brumali flans aduerſus Vulturnum ita dictus, quòd à Libya ſpiret, qua ratione & Africus à noſtris appellatur. Gel. li. 2. c. 22. Plin. lib. 2. cap. 47. Vulgò nunc vocatur *le Bruno.*

Libunca, Hiſpaniæ vrbs ad Narium fluuium. Pomponius.

Liburna, vrbs circa Dalmatiam. Strabo.

Liburnia, Illyridis regio, ſupra intimum Adriatici ſinus receſſum ſita, inter Iſtriam & Dalmatiam, Cuſpam & Sauum flumina & Mœſiam ſuperiorem. Sic dicta à Liburno quodam Attico, ſi Stephano credimus, hodie Croatiam vocant, in ditione Ducum Auſtriæ: Incolæ, Liburni, Item Liburni viatores dicti ſunt, qui ex agris iuſſu magiſtratuum ſæpe vocabant ciues, frequénſque eorum via erat ab agris in vrbem. Liburni inde dicti, quòd ferè ex Liburnia orti eſſent qui hoc viliſſimum officij genus adminiſtrabant. Iuuen. Satyr. 4.

—Primus clamante Liburno. Vide Ptolemæū.

Liburna, ſiue Liburnica, genus nauigij leuiſſimi, velociſſiméque, inde dictum à populis Liburnis in Illyrico, qui olim nauibus velocibus vſi Ionium mare inſuláſque prædabantur: vnde Romani naues leuitate celebritatéque præſtantes Liburnas appellarunt, aut Liburnicas, vt refert Appianus, Horatius.

Ibis Liburnis inter alia nauium
Amice propugnacula.

Liburnides, LX. inſulæ maris Hadriatici iuxta Liburniam. Strab.

Liburnum mare, vide Tyrrhenum.

Liburnum, vehiculi ſiue lecticæ genus fuit, ad Liburnicę nauis ſimilitudinem factum: quo principes Romani vehi ſolebant adeò molliter, vt interim vel dormire intus poſſēt, vel legere, vel ſcribere, aut aliud quidvis commodè agere. Iuuen Satyr. 5.

Liburnus, Campaniæ mons. Polyb.

Liburnus, portus Tuſcorum. Ptol. li. 3. c. 2.

Libya, filia Epaphi ex Caſſiopea à qua tertia orbis terrarum pars nomen accepit (quam nos Africam dicimus) ab Aſia Nilo fluuio ad Europa mari Mediterraneo diremptа, varia cognomina apud veteres & recentiores Geographos obtinet.

Libya Ant. Hiſpaniæ vrbs circa Calagorim.

Libya, byæ, Libye, byes. Africa, quòd inde Libs ventus flare ſoleat, ſeu quòd pluuia indigeat propter nimiam ſiccitatem ἀπὸ τοῦ λείπειν τοῦ ὕδωρ. Eſt etiam hoc nomine fluuius in Mauritania.

Libyæ deſerta, Ptolemæo in Africa ſunt. Ab incolis *Zarra* i. deſertum appellantur.

Libyægyptij, Africæ gens. Plin.

Libyarchæ, Marmaricæ Nomi gens. Ptolem.

Libyci, Italiæ Tranſpadanæ populi. Plin. Vide Lebui.

Libyci, montes Ægypti, ab exortiua parte Nili Ptol.

Libycis, vrbs Iudææ ab Orientali parte Iordanis quam Herodes extruxit.

Libys homo & Libyſſa mulier, ex Libya orti & λίβυς neutrum. Vnde Libyſtinus, & Libyſtis, ſti,

ſtis, ſtidis. Libyx autem Libycis facit: à quo genitiuo fit Lybicus, ca, cum Vnde Lybicum mare, Libycus campus dictus, quòd in eo primùm fruges ex Libya allatæ ſint. Vnde & Ceres ab Argis Libyſſa vocata eſt, vt inquit Feſtus. Apud Stephanum leguntur etiam hæc deriuata, Libyſtinus, Libyſticus, Libyſtis, Libyſtias. Libyſſæa.

Libyſſa, Bithyniæ fluuius. Appian.

. Libyſſa, Bithyniæ vrbs. Ptolem lib. 5. c. 1. Vulgò *Folmen*. Nota Annibalis interitu. Stephano caſtellum eſt Bithyniæ maritimum. *Gebiſe* hodie.

Libyſſus, locus vrbis Romæ, qui deinde Argæus, poſteo Vicus Tuſcus dictus fuit Fab. Pictor.

Libyſtinus, dictus eſt Apollo ab his qui Pachynum Siciliæ promontorium incolebant, eò quod immiſſa Libycis, hoc eſt, hoſtibus Carthaginienſibus peſte, penè cuncti ſubita morte interierent.

Libyſtini populi Colchis vicini. Steph.

Lica, vir qui Herculem ſecutus eſt Feſtus. Vide Lichas.

Licambes, vide Lycambes.

Licatij, Vindeliciæ populi, apud Ptolemæum & Strabonem. Plinio, Licates. *Lechrainer*, hodie Schudo & Auentino, quos petulantiſſimos Vindelicorum vocant.

Licha, ciuitas videtur circa Lyciam. Thucyd.

Lichæ aræ, & columnæ, ſunt in Æthiopia ſub Ægypto. Strabo.

Lichas puer Herculis, per quem Deianira viro ſuo in Oeta monte ſacrificaturo, veſtem miſit Neſſi Centauri ſanguine infectam: quam cum ille induiſſet, ſerpente iam per corpus veneno, doloris magnitudine in furorem verſus, Lichan pernicioſi muneris latorem capillis arripuit, & in ſubiectum mare præcipitauit quem poetæ fabulantur in ſaxum ſui nominis fuiſſe mutatum, quod à nautis in mari Euboico oſtenditur. Ouid lib. 9. Metamorph.

Nunc quoque in Euboica, ſcopulus breuis eminet, alto
Gurgite & humana ſeruat veſtigia forma,
Quem quaſi ſenſurum nauta calcare verentur.
Appellántque Lichan.

Lichades, inſulæ tres ſunt in mari Euboico à Licha Herculis puero ita dictæ, quem in hoc mare præcipitauit Hercules, Neſſi Centauri ſanguine in furorem conuerſus. Strab. li 9.

Licheni, Arabiæ fœlicis populi. Plin.

Lichindus, vrbs Siciliæ: Gentile, Lichindinus. Steph.

Lichos, Phœniciæ fluuius, Pompon.

Licianus, poeta Martiali æqualis, & vicinus.

Licinius, Orientis imperator, Chriſtianorum hoſtis, à Conſtantino Cęſare tandem interfectus eſt, Hiſt. Eccleſ.

Licinius Menenius Tribunus militum, anno ab vrbe 307.

Licinius Mutianus, Syriæ prætor, anno ſalutis 66.

Licinius Sura, II. Cos. cum Soſſio Senecione anno ab vrbe 854.

Licinius Stolo, cum L. Sextio, Tribunus plebis à plebe factus, poſtquam ſolitudo magiſtratuum tenuit ciuitatem quinquennio, legem tulit, nequis plus quinquaginta agri iugera poſſideret, qua lege ipſe damnatus eſt. Liuius.

Licinius Valerianus & Gallienus, imperatores, anno ab vrbe milleſimo ſexto. Ambo ob diſſidium obortum inter Gallienum, & Aureolum, apud Mediolanum interfecti ſunt. Eutrop Oroſ. li. 2. c. 21.

Licneni, Corſicæ inſulæ populi. Ptolem.

Lide, Cariæ mons. Herodot.

Liebris, vrbs Phœnicum: Gentile, Liebrites. Steph.

Liga, Britannici maris inſula. Antonin. *Ligon*, Camdeno.

Liganira, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

Ligarius, nobilis Roma. quem defendit Cice. oratione ea quæ pro Ligario inſcribitur.

Ligauni. Galliæ Narbonenſis populi. Plin.

Ligea, Nympha, Nerei & Doridis filia, à cantus ſuauitate ita dicta. Virg. 4. Georg.

Liger, eris, ſiue Ligeris. Ptole. nobilis Celtarũ fluuius, qui in Aruernorum finibus oriens, Heduóſque à Biturigibus diuidens, non procul à Pictonibus in Oceanum Britannicum influit. Vulgò. *Loire*. Huius fluuij meminit Tibul. Eleg. VII.

Liger, Rutuli cuiuſdam nomen, fratris Leucagi, quem Æneas Turni auſpicia ſequentem interfecit. Virg. 10. Æneid.

Ligij. populi in Hungaria proximi Hermunduris. & Cattis Tacit. Annal. 12. hodie quibuſdam *Schleſier*.

Ligurum montes deſcribit Leander in Tuſcia, dicítque eos hodie *Montagna di di atrara & Lunigiana* appellari. Liguſtini vocantur Liuio li. 34. Liguſtici Varroni li. 36.

Liguſticæ & Liguſtinæ Alpes, eædem ſunt cum *Maritimæ*, vt credit Siml. harum meminit Ptol. Dion. Liuius & Tacitus.

Ligus, Phaetonis filius Beroſ.

Ligures, cognomine Gorneliani, Apuliæ populi. Plin.

Liguria, Italiæ regio, maiori ſua parte montana, Macra fluuio ab Hetruria, Varo à Gallia Narbonenſi dirempta, ab altero latere Padum, ab altero habens Apenninum. Huius incolæ Ligures dicuntur, & mare vicinum Liguſticum, à Ligyſto videlicet Phaethonis filio, hodie *Riuiera di Genua*. Apud Ligures fons quidam viſitur, qui ex ſe bibentes, ebrios ſtatim

Digitized by Google

reddit Leonie. Thom. lib. 3. cap. 89.

Ligyes, populi Aſiæ, qui cum Xerxe, contra Græcos militarunt. Herodoto lib. hiſtoriarum 7.

Ligyrgum. Arcadiæ mons. Polyb.

Ligyſtides inſulæ eædem, quæ Stœchades.

Ligyſtina, vrbs Ligurum prope occidentalem Iberiam & Tarſum Incolæ Ligyes. Steph.

Ligyſtus, Fabio Pictori Phaetontis filius, à quo Liguria cognominata eſt.

Lilæa, vrbs Phocidis. Steph.

Lilybæum, promontorium Siciliæ cum vrbe eiuſdem nominis, Libyam ſpectans. Tria enim traduntur eſſe eius inſulæ præcipua promontoria: ex quibus quod Græciam reſpicit, Pachynum: quod Italiam, Pelorum, Scyllæ oppoſitum, quod autem in Auſtrum, Libyam verſus procurrit, Lilybæum appellatur. Pompon. lib. 2. Hinc Lilybæius, bæia, bæium.

Limæa, Luſitaniæ fluuius apud Strabonem, quem *Lethen* quoque vocat & Silius li. 1. éſtque apud Grauios populos.

Limenia, Cypri ciuitas. Strabo.

Limenia, venus dicta eſt, cui apud Hermionios virgines ante nuptias, & ſi qua vidua ad maritum rurſus accederet ſacra faciebant.

Limenius, Cos. cum Acone Catulino Philomiano, anno ab vrbe 1102.

Limenotis Cherſoneſus Celtica. Steph.

Limentinus, putabatur deus, qui liminibus præeſſet.

Limere, vrbis nomen.

Limia, fluuius Hiſpaniæ apud Melam. lib. 3. Linia hodie dicitur, teſte Oliuario, vide Limæa.

Limici, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi Ptol.

Liminium, oppidum inter Emeritam & Cæſarauguſtam. Anton.

Limioſaleum, Ptolemæo lib. 2. c. 11. vrbs Germaniæ, vulgò *Gneſna*, vrbs Poloniæ.

Limnæ, Thraciæ Cherſoneſi vrbs. Strabo.

Limnæ locus in arce Athenarum, templum habens Dionyſio ſacrum, à Theſeo rege extructum: quo in loco vetuſtiora Bacchanalia peragebantur die duodecimo menſis Antheſterionis, qui noſtro ferè Nouembri reſpondet. Ariſtoph. in Ranis & Thucydides 2. Hiſtor.

Limniades, Stagnorum nymphæ apud Ethnicos. λίμνη enim ſtagnum ſignificat. De Nymphis vide N. Comitem. mythologiæ lib. 5. c. 12.

Limnæa, vicus in Argo. Stephanus. Theſſaliæ vrbs. Liu.

Limnus, ſeu Lymnos, inſula iuxta orientalem plagam Hiberniæ inter Albionem & Hiberniam quæ deſerta eſt. Ptol. libr. 2. cap. 2. *Silimnus* dicta Plinio. *Lymen* Britannicè, & Anglicè *Hamſey* Camdeno.

Limnothalaſſa, inſula Hiſpaniæ adiacens, inter Carthaginem nouam & Sucronem, non procul à Dianio. Strab. lib. 3.

Limone, vrbs Perrhebica, à prato in ea ſito dicta, aliàs, Elone. Steph. in voce ἠλώνη.

Limoniades, Nymphæ florum & pratorum quas aliquando mori ac deficere dixit Ariſtot. ſicut Panes, Fauníque faciunt.

Limonum, Pictonum oppidum in Gallia. Pto. lib. 2. c. 7. vulgò *Limon*.

Limouici, Ptolemæo. lib. 2. cap. 7. Galliæ populi, alio nomine Lemouices, vulgò *Limoſin*. Vide Lemonices.

Limuſa, Pannoniæ inferioris vrbs. Ant. *Munſburg* Lazio.

Limyra, vrbs Lyciæ, à Limyro fluuio. Steph.

Limyrica, regio Indiæ intra Gangem. Ptolemæus.

Lincaſij, Galliæ Narbonenſis gens circa Æduos. Strab.

Lindecolina, vide Lindum.

Lindecolinum, vide *Lindum*.

Lindauium, ſeu Lindoia, vulgò *Lindavv*, oppidum imperiale, ſitum in inſula Acronij lacus, aquis vndique & fluctibus circumdatum, nulla ſui parte continentem tangit, niſi vbi lapideo ponte qui ducentos nonaginta paſſus in longitudine habet, terræ annectitur. Locus eſt admodum amœnus & ſalubris, ventis omnibus peruius, aquam fontanam & vinam, agrum circumcirca fertilem, necnon omnia, quæ ad victum pertinent facile comparata habens, adhæc ædificiis ſatis ſplendidis ornatus, nulli non negotiatorum generi opportunus, &c. Munſter.

Lindisfarna, inſula eſt Angliæ, teſte Beda, quæ *Halie Ilande* Anglicè dicitur. Huinf. Lhuydo auctore, ad oſtia Tuedæ fluminis eſt.

Lindon, Coritanorum ciuitas. Ptol. in Albione inſula.

Lindonium, vide Londinum.

Lindum, Ptolemæo lib. 2. cap. 3. vbi Britanniæ inſulæ alio nomine Lincolina, & Lindecolinum vulgò *Lincole*. Stephano Lindouium: Gentile, Lindonius, vide Londinum.

Lindus, Rhodi inſulæ oppidum. Ptol. *Lindo* hodie, Sophiano.

Lingones, populi Galliæ Belgicæ, ad ortũ Matronæ fluuij, Heduis Sequanis, & Leucis vicini qui etiã hodie, ſeruato nonnullo priſci nominis veſtigio *Langres* appellãtur. Hinc fit adiectiuum Lingonicus, a, um, vt Bardocucullus Lingonicus apud Perſicum, pro veſtimenti viliſſimi genere, quod Lingonibus præcipuè erat in vſu. Hinc Statium poetam, qui Thebaida & Achilleida heroico verſu ſcripſit, ortum tradunt: quamuis Statij nomen ſeruum ſignificat, vt ſcripſit Aul. Gell.

Lingus caſtellum Caſſandreorum. Indæ Lingæus Eſt & Lingius ſinus. Steph.

Linitima, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidũ. Pli.

linon, parua regio Helleſpontiæ, inter Parium & Priapum. Incolæ Licuſij. Stephanus ex Strabonis lib.13.

linterna palus Silio in Campania eſt: *Lago della patria* Leandro.

linternum, vicus Campaniæ non procul à fluuio qui Linternus dicitur, vbi inclytus ille Scipio Aphricanus inuidiæ cedens obiit, & ſepultus eſt. Silius. *Torre della patria*. Leandro.

linternus, Bocatio, Campaniæ fluuius, haud longe à Vulturno fluuio & oppido.

Λιγκάχρα, promontorium Choniæ, regionis Italiæ, vt legitur apud Lycophronem.

linus fons in Arcadia, qui partum cuſtodit, abortumq́; fieri non patitur. Plin. lib.2.c.36.

linus, aditor & omnes Pauli Apoſtoli. 2.Tim. 4. primus poſt Petrum Eccleſiæ Romanæ epiſcopus fuiſſe dicitur, anno ſalutis 70. Euſeb. libro quinto capit.ſexto. hiſt. Eccleſ. Irenæus lib. 3.cap.3. ſub huius nomine duo circumferuntur libri ad Eccleſias Orientales, qui acta continent paſſionis Petri & Pauli; ſed libri illi commentitij ſunt, & multos continent errores. Bellarmin.in Eccleſ. ſcript. & lib.1. de Pont. Rom. cap.9. Baronius in Annalibus ad annum 69. num.vi. Poſſeuinus in apparatu ſacro voces Linus &c.

linus, filius Apollinis ex Pſammate Crotopi Argiuorum regis filia. Cùm enim Apollo, occiſo Pythone ſerpente, ad Crotopum veniſſet, ab eo hoſpitio ſuſceptus, clàm cùm Pſammate filia eius concubuit: quæ ex eo compreſſu grauida effecta, expletis legitimis menſibus puerum peperit, quem Linum appellant. Hunc cùm patris indignationem metuens, inter virgulta occultaſſet, canes inde extractum dilacerarunt.

linus, Apollinis & Terpſichores filius, Muſicæ peritiſſimus, Thamyræ, Herculis & Orphei præceptor. Hunc ab Hercule occiſum ferunt, impacta in caput cithara, quòd ipſum ruſticiùs canentem irrideret. Pauſ.9.

linus Œchalienſis citatur Stephano in voce Œchalia.

linx, fluuius, & vrbs Mauritaniæ: aliqui Lixum, & ciues Lixos nominant. Stephanus. Vide Lixvs.

lipara, inſula vna ex Aeoliis, ita dicta à Liparo rege, Auſonis filio, cui ſucceſſit Aeolus, cùm antea *Meligunis* vocaretur. Plin.libr.3.cap.9. vide Iuuenal. Satyra 13. & N. Comitem, mythologiæ libro 2.cap.6. vbi de Vulcano agit. Lipara adhuc noſtra ætate dicitur, aut fallit Leander.

lipara, Cappadociæ pars, quæ *Licandus* vocatur, inquit Curopalates.

liparis, Ciliciæ fluuius, ἀπὸ τοῦ λιπαροῦ, quoniam ſcribit Vitruuius lib.8.c.3. natantes in hoc flumine aut ſe lauantes, non aliter vngi ab ipſa aqua, quàm ſi oleo aut adipe lauarentur.

lipaxus, vrbs Thraciæ. Steph.

lipſia, literarum ſtudiis & mercatura celebre Miſniæ oppidum. Munſter. in Coſmograph. Vulg. *Leipzick*.

liquentia, fluuius Galliæ Ciſalpinæ, ſeu Venetiæ poſt Taruiſinum agrum. Oritur in Opiterginis, & in mare Hadriaticum cadit.

lirimiris, Ptolemæo lib.2. cap.11. Germaniæ vrbs: aliàs Lirimeris, oppidum Saxonum. vulgò *Mulheim*, in ſeptentrione.

liris, fluuius Campaniæ, Minturnas præterfluens, qui & Glanicus. Vulgò *Gariliano*. De hoc Ptolemæus lib.3 cap.1. erumpit circa Soram vrbem, teſte Strab. eſt etiam vrbis nomen apud Pomp.

liriope, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, ex qua Cephiſſus amnis Narciſſum puerum formoſiſſimum ſuſcepit. Ouid.lib.3. Metamo.ph.

lirnytia, vrbs Pamphyliæ. Steph.

liſbona, florentiſſimum Portugalliæ emporium & regni caput. Vide Oliſippo.

liſboum, locus prope Mœnum. Plin.lib.9.ca. 15. Rhenanus *Erluberni* legi debere, & *Erlenbrunnen* dici credit, ſed de hoc Plinij loco vide epiſtolam Lipſij ad Pantinum lib.2.

lisdias, Megalopolitanorum dux, an. ab vrbe 517.

liſſa, inſula contra Iader, in Illyrico mari, Plinio teſte lib.5. cap.vlt. *Liſſa* adhuc Hermolao dicitur *Lieſina* Fauolio in ſuo Hodœporico, vide Pharos.

liſſa. accetanorum in Hiſpania vrbs. Ptol.

liſſia, inſula maris Britannici, Anton. *Gulſe* Camdeno.

liſſas, circa Thraciam vrbs. Antoſi.

liſſon, Siciliæ fluuius. Leontium præterfluens. Polyb.

liſſus, Illyridis oppidum, Ptolemæo: *Aleſſio* hodie, Sophiano, & Barletio teſtibus.

liſſus, Cretæ inſulæ vrbs, Plin. Leſſus Ptolemæo. *Phieniſſo* dicitur à Nigro. Vide Pantachus.

liſſus, ſiue Liſus, fluuius Thraciæ, inter Meſembriam Samothracum & Strymani Thaſiorum vrbem in mare illabens, quem Græci ſcriptores inter eos annumerant, quos à Xerxis exercitu exſiccatos tradunt. Herod.lib.6.

liſſus, oppidum in finibus Dalmatiæ, Macedoniç contiguum, non procul à Nymphęo promontorio. Plin.libro 3.cap 22.& Ptol.lib.3. cap.vlt.

litęę Laconicę vrbs. Steph.

litana, ſylua in Gallia togata prope Baios. Cuius arboribus viç finitimis ceſis, ac ſubito

d by Google

impulſu ruentibus L. Poſthumij Cos. Rom. exercitus tam fœda ſtrage eſt obrutus, vt ex xxv. millibus vix decem homines ſuperfuerint. Liu. li. 3. de bello Punico.

lite vrbs Macedoniæ. Suidas.

lithesius, Apollo in Melea, quòd ibi in lapide collocatus ſit, à lithos: ſic, Marathesius à Marathos. Steph. Suidas.

lithobolia, apud Trœzenos feſta, à lapidum iactu ſic vocata, quòd in ſeditione nonnulli duas Cretenſium puellas, vnam nomine Lamiam, alteram Auxeſiam, lapidibus nequiter obruerant ac trucidauerant: vnde & earum Manes placarent, feſtum quotannis ſolenniter celebrandum ſtatuerunt quod Lithobolia, hoc eſt, lapidationes, vocitarunt. Plutarch.

Lithoſtrotos, nomen loci, in quo ſedit Pilatus, Chriſtum D. noſtrum morti adiudicaturus: qui locus ita dictus, quòd ſtratus fuerit lapidibus. Ioh. 19.

Lithrus, Armeniæ minoris vrbs. Strabo.

Litorius, aruſpicum reſponſis, & dæmonum oraculis addictus, à Gothis victus & occiſus eſt, anno ab vrbe 1192. Diaco. Caſſiod.

Littamum, Norici vrbs, Anton. *Lutach*. Lazio.

Littus Cæſiæ, Corſicæ oppidum Ptolemæo. Pinetus *Calui* appellat.

Litubium, Liguriæ oppidum. Liu. hodie *Rutubium*.

Lityerſa, nothus erat Midæ regis. Hic cùm ageret in Celænis, exceptos eos, qui aduenissent, compellebat, vt ſecum meterent, deinde præſectis capitibus reliquum corpus manipulis inuoluebat. Idem inſtituit, vt in honorem Midæ thericos, id eſt, æſtiuus aut meſſorius hymnus caneretur, vnde dictum prouerb. vt qui non ex animo canerent, aut qui coacti canerent, hi Lityerſam cantionem canere dicerentur. Vide Eraſm. in Chiliad. & Iulium Pollucem li. 4.

liuij. Galliæ Narbonenſis populi. Plin.

liuiopolis, Cappadociæ oppidum. Plin.

liuius Fidenas, Tuſciæ rex, regnauit annis XLVIII.

liuius hiſtoricus Patauinus rex Rom. miro artificio luculentóque ſermone perſcripſit. Hieronymus ad Paulinum: Ad Titum Liuium, lacteo eloquentiæ fonte manantem, ab vltimis Hiſpaniæ Galliarúmque finibus quoſdam veniſſe nobiles legimus. Et quos ad contemplationem ſui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Hunc Gaius princeps tanquam verboſum inſectabatur: Pollio vero tanquam Patauinitatem redolentem: Quintiliano magnopere laudatur: cúmque Herodoto comparat, in concionibus præſertim, ſuadétque pueris ediſcendum, vt Ciceronis imitatorem. Conditus eſt in vrbe Patauina, cuius in hunc vſque diem oſſa ibi ſeruantur honorificè. Munſt. Coſm. li. 2.

Liuius Andronicus, Liuij Salinatoris libertus, cuius filios erudiit, ab eoq; ob ingeniũ libertate donatus. Primus Romæ fabulam dedit, C. Claudio Cæci filio, & M Tuditano Cos. anno ante natiuitatem Ennij: Diomedes. Gel li. 16.

Liuonia, porrigit ſe in lõgitudinem iuxta mare ſupra quatuor ſtadiorum millia in latitudinẽ minimùm ad M. CCC. ſtadia patet Pruſſi. Lithuani, & Ruſſi etiam circumhabitant. cætera Liuonicus ſinus lambit. Habet hæc Liuonia Curones, Eſtenos, Lettos, nationes tam moribus, quàm lingua diuerſas. in arcibus & oppidis lingua Saxonica ſeu Germanica præualet. Regio eſt nemoroſa plana, ſine montibus, fluuiis irrigua, magna ex parte inculta: agri tamen fertiles. Piſcibus & feris abundans. Lepores hyeme albi, æſtate, cinericij ſunt coloris. Habet ciuitates amplas, & ſub imperio eſt magiſtrorum Teutonici ordinis I. Aubanus. Munſter.

Lithuania, regni Poloniæ pars & magnus Ducatus, paluſtris regio, plurimumq; nemoroſa, & eò difficilis aditu, ac quodammodo inacceſſa, aquis omnia obtinentibus: hyeme commercia cum Lithuanis habiliora: paludibus & ſtagnis alta glacie concretis, niueq; ſuperinfuſa, fiunt omnia mercatoribus perua. Ab Oriente Boriſthenis fluuij curſu continuo clauditur. Ruſſiam & Moldauiam ad meridiem reſpicit. Poloniam vtramque & Maſouiam verſus Occaſum. Liuoniam & Samogitiam ad Septentrionem conterminas habet. Rara huius regionis oppida: Villarum incolatus parum frequens. Accolarum diuitiæ pecora pelléſq; pretioſæ multigenûm ferarum, quibus regio inſigniter abundat, ceræ ac mellis ibi copia. Vſus pecuniæ genti nullus, Sermo, vt Polonis, Sclauonicus. Caput regionis Vilna eſt, Epiſcopalis ciuitas. Cromer. Munſter.

Luithprandus. Ticinenſis Eccleſiæ Leuita, à Baſilio imperatore hiſtoriam rerum per Europam geſtarum exorſus eſt, ann. ſalut. 883.

Luithprandus, puer ſub Aſprandi ducis ſtrenui tutela à patre Cuniperto Longobardorum rege regni hæres relictus, ann. ſal. 687. Blond. li. 10. decad. 1.

Lix Ptolemæo, Lixus Plinio, & Strabo. Mauritaniæ Tingitanæ amnis. *Luſſo* hodie vocari ſcribit Caſtaldus.

Lixa, vrbs Libyæ: à Lixo fluuio: Gentilia, Lixij. Lixitæ & lixatæ. vide Linx.

Lixus, colonia a Claudio Cæſare ducta in Mauritania Tingitana, circa quam poetarum fabulæ & Antæi regiam, & Heſperidum hortos collocarunt, aurea ferentes mala, à dracone peruigili ſumma cura aſſeruata. Cui fabulæ occaſionem ſuppeditaſſe exiſtimat Plinius flexuoſum maris æſtuarium, draconis modo nemus quodam

dam ambiens,nihil præter oleaſtros ferens,Plin. lib.5.c.1.

L O

Lobetum, Lobetanorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs, Ptolem. Beuterus in ſuo Hiſpaniæ chronico ſcribit antea *Turiam* & poſtea *Auraziu*,tandémq; vt hodie *Albarazin* vocatam.

Lobna,i. Luna ſiue albedo,aut thus, vel labor, ciuitas ſacerdotum in tribu Iuda, Ioſ.21. 4.Reg. 8.12.1 Paral.6. Eadem eſſe videtur quæ Lebna & Labana.

Lobni filius Gerſon filij Leui. Exod.6. 1.Para. 6. idem ſignifi. quod Lobna.

Lobnetica, nomen familiæ. Num.3.

Lobon Argiuus librum de poetis ſcripſit, vt ait Laërtius in Epimenide, qui & eius meminit in Thalete.

Lobrini, montes in Phrygia: vnde Rhea Lobrina, Scholiaſtes Nicandri.

Locanus,magnæ Græciæ fluuius, Ptolem. *Samiano*, Leandro.

locarie equarum ſolis vna.Hyginus fab.183.

locaricum, Siciliæ oppidum. Anton.

locaſtra, Mediæ vrbs. Ptol.

Locha,Africæ vrbs magna à Scipionis militibus,eo inuito,expugnata & direpta.Appian.

Locharna Paropaniſi oppidum. Ptol.

Lochias, eſt promontorium Ægypti,non procul ab Alexandria & Pharo. Strab.lib.17.

Lochis,Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs. Ptol.

Locoritum, Germaniæ vrbs, vt Ptolemæus tradit. *Forchrym* ad Mœnum eſt in Franconia, Petro Appiano.

Locozus, vrbs Phrygiæ, in qua Thraces Locozij habitant: quos Xanthus, Locozitas vocat. Ea vrbs diluuio abſumpta eſt. Steph.

Locra, Corſicæ inſulæ fluuius. Ptole. *Talabo*. Leandro.

Locris, regio eſt proxima Phocidi, quam qui incolunt populi, Locri dicuntur.

Locri, crorum, Græciæ populi, Parnaſſum montem vtrinque accolentes: quorum qui occiduam incolunt plagam ad ... ulleum vſque ſinum pertingentes,me...ij inter Ætolos & Phocenſes à grauitate odoris Ozolæ & à ſitu Heſperij cognominantur. Qui verò Parnaſſum ad ortum accolunt, & mare vſque Euboicum extenſi in duplici ſunt differentia. Nam hi quidem à Cnemide monte Epicnemidij, illi verò ab Opunte vrbe Opuntij cognominantur. Stra.li.9.

Locri, in extrema Italiæ ora, quam magnam Græciam antiqui appellarunt, oppidum incolentes eiuſdem nominis ab iis Locris, qui Aracem Oileum ad Troiam ſequuti ſunt,conditum Seruium in illud Virg.3.Æneid.

Hic & Narecij poſuerunt mœnia Locri.

Hi diſcriminis gratia, Epizephyrij cognominantur, quòd ſupra Zephyrium promontorium ſiti ſint. eſt etiam Locri magnæ Græciæ vrbs prope idem promontorium. *Torre di Graco* vocatur à Mario Nigro. Hieracium eſt Gab. Barrio:idem eandem *Naritiam* ab Ouidio 15. Metamorph. & à Virgilio Georgicorum lib. 2. dici tradit.

Locus fœlix, Antonini, *VVelſſ.* Auſtriæ oppidum creditur à Lazio.

Locuſta, venefica Neroni grata, ex Gallis euocata: cuius opera Agrippina Claudium, & Nero Britannicum de medio ſuſtulerunt. Tacit. li.11.Iuuen.Satyr.1.

Lod, ciuitas, quam ædificauit Samad filius Elphaad,1.Para.2. Eſd.7. Lat.natiuitas, vel generatio.

Lodabar,oppidum Galaad montis, in ambitu, vt videtur 4.Reg.9. Lat. ipſimet verbum: aut ipſimet peſtis, vel mors, ſeu generatio electa, vel natiuitas filij.

Lœmius, Apollinis cognomen, quod ei Lydij impoſuerunt ob malorum expulſionem, finita peſtilentia. Sol enim aëra rarefacit & expurgat: hinc Seneca in Œdipo,

Vna iam ſuper eſt Salus

Si quam ſalutis Phœbus oſtendit viam.

Logi, Albionis inſulæ populi Ptolemæo:Scotiæ tractum *Strathnauernia* dictum, vt vult H. Boethius.

Lois, auia Timothei ſecunda Tim.primo.

Lollianus, conſul cum Arbitrione,anno ſalu. 80.

Lollianus Auitus, conſul cum Gauio Maximo anno ab vrbe 896.

Lollianus. Auitus, conſul cum Pompeiano anno ab vrbe 962.

Lomẽtus,vrbs Italię,aliàs Λωμεντὶς dicta Steph. Laurentum Plin. & Strab. *Laurens* Caſtrum Tibullo in Latio eſt. Barrius in ſua Hiſpania ſcribit hodie vulgò *S. Laurentij* nominari.

lommini trigemini fratres filij Geryonis Tyranni, ædificauerunt à ſuo nomine vrbem magnam Lomminiam. Beroſ.

Loncium, Antonino Norici oppidum. Simlero eſt *Lunz*, cui etiam *Lentia* videtur, vt in lib. Notitiarum legitur.

Londinum, vrbs antiquiſſima, cuius Ptolemæus & Corn. Tacitus meminerunt in Midelſexiæ comitatu, regione totius Angliæ feraciſſima & ſaluberrima, ad flumen Themeſin LX. paſſuum millia ab Oceano ſita eſt, & latitudinis habet gradus LII. Longitudinis XIX. & XV. minuta. Per ſe maxima eſt, & ſuburbia habet ampliſſima, necnon & arcem (Turrim appellatam pulcherrimè extructam. Ædificiis vero atque templis magnificè exornatur: vicibis ſupra centenas ſacris ædibus (quas parochiales

Digitized by Google

vocant) venerabilis Meridiem verſus, lapideum pontem obtinet, longa & miranda operis arcuati ſerie conſtructum, ſuper cuius dorſo, domicilia vtrinque ea diſpoſitione ac ſtructura cernuntur, vt perpetui penè vici ſpeciem, non pontis exhibeant. Ab Archamnini regis vſque temporibus (teſte Polyd. Virgilio) Regia eſt ciuitas & regni caput, ac alienigenis frequentiſſima, diuitiis atque opibus affluens, emporio celeberrima. In ea reges diademate inſigniuntur, regnóque inaugurantur: concilium ſeu parlamentum ibi etiam celebratur. Adminiſtratur autem antiquo Britannorum regum priuilegio à XXIV. ciuibus, quos Angli Aldermannos, quaſi Seniores vocant: ex quorum numero prætorem vrbanum & Tribunos duos ipſimet annua commutatione eligunt. A Cæſare, vt plures exiſtimant, Trinobantum appellatur. Vulgò, *Londen.* Gal. *Londres.*

Londinium etiam Ptolem. Tacito & Antonino. Lundinum & Lundonium Ammiano, *Londiniense* oppidum vocatus in Panegyrico, Maximiano dicto. *Londonia* à Beda nominatur. Coloniam factam innuit Tacitus Annal. 14. Londinium *Auguſtam* poſtea nuncupatam ſcribit Ammian. lib. 27. inde *Auguſtam Trinobantum* vocat Rogerſius. Cantiorum ciuitatem facit Ptolem. *Troyenewyth*, id eſt, noua Troia quondam nuncupata fuit, & poſtea *Dinus Beli*, id eſt, Palatium Belini tandem *Caerlud* & *Lhundain*.

londobris. Ptol. inſula eſt Oceani iuxta Luſitaniam, quam hodie *Barlinguas* nuncupant.

longa alba, vrbs in Latio, quam Aſcanius Æneæ filius ædificauit. Virgil. lib. 1. Æneid. Vide Alba.

longanus, Siciliæ fluuius, circa Mylas vrbem, Ptol.

longatis, Bœotiæ regio. Lycoph.

longididuni, Germaniæ populi. Ptol.

longimanus Artaxerxes, rex Perſarum dictus eſt, quòd manum alteram haberet longiorem.

longinus, ſucceſſit Narſeti Italiæ principi, & nouum magiſtratum Exarchatum in Italiam introduxit. Blond. lib. 8. decad. 1. Æmil. lib. 1. anno ab vrbe 1323.

longinus, Conſul cum Decio, anno ab vrbe 1219.

longobardi, populi Germaniæ, quos à Longis barbis cognominatos ferunt, & ab Oceano Germaniæque vltimis oris veniſſe, nouas ſedes quærentes. Hi Albino duce Italiam intrauere, breuique omnes penè citerioris Galliæ vrbes recepere: ibi cùm ducentis annis regnaſſent, à Carolo magno ſuperati fuerunt: ſed tamen (vt diximus) vt Celtiberi ex Celtis, & Iberis fuit vna natio, ita Lingones populi Germaniæ, & Bardi Galliarum populi facta vnione gentem vnam & vnum nomen admiſcuerunt. Et ideò Ponticus, vir doctus noſtri temporis, Lingobardos appellat, non autem Longobardos.

longone, vrbs Siciliæ. Steph.

longouicum, Britanniæ inſulæ oppidum. lib. Notit. *Longheſter.* Camdeno.

longula, Volſcorum vrbs. Liu. Vide Viterbum.

longum promontorium in Sicilia eſt. Ptolem. *Lognina.* hodie.

longuntica, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs maritima. Liu.

longurus, Siciliæ palus vel lacus. Phauorin. ex Tzetzæ in Lycophranem.

longus, fluuius Albionis inſulæ. Ptolem. hodie *Lengh.*

longus, Conſul cum Tiberio Claudio Cæſare, anno ab vrbe 794.

lopaduſa, inſula iuxta Thapſum Libyæ, Stephanus, *Lampidoſa*, Mercatori.

lophis, Bœotiæ fluuius, Haliartidem præterfluens. Pauſan.

lopſi, Liburniæ populi, Plinio: & Lopſica vrbs eidem, atque Ptolem.

lopum, ſtupendum in Bactriana regione deſertum, in quo exploratum habetur, malignos quoſdam ſpiritus, ſeu dæmones degere, qui peregrinis hac iter facientibus multas & varias præſtigias immittere ſolent, quibus ipſi perſtricti miſerrimè pereunt: quòd ſi quis paululum de via deflexerit, cuiuſdam rei neceſſariæ gratia, quod ſæpe in itinere conficiundo contingere ſolet, protinus ſe nomine proprio audit appellari: qua re fretus, eam proſequitur vocem, ac ita à recto calle procul aberrat. Vbi verò de via ſe deflexiſſe comperit, ad rectum tramitem reuerti non eſt potis. Idcircò ſumma cum anxietate, ſociorum conſortio priuatus, in locis omnium maximè deſertis perit. Noctu præterea auditur veluti quidam magnus ac nobilis equitatus oberrans, vagus, & ad viam reduci quæritans. Qui enim illac iter faciunt, in varia ſæpenumerò vitæ incidunt pericula, ad inceptum iter redire neſcientes. Nonnulli denique copioſum exercitum ſibi occurrentem videre viſi ſunt, quem effugientes, ac per deſerta loca peruagantes, timore, ac maleſuada fame illic pereunt. M. Paulus Venetus.

loreni, Lydiæ populi. Plin.

lorgitæ, Hiſpaniæ populi. Polyd. Hos Ilergetes eſſe nonnulli exiſtimant.

loryma, vrbs Cariæ. Etiam portus Rhodi: Gentile, Lorymæus. Steph.

los, inſula circa Theſſaliam: inſularis, Los. Steph.

loſa, Galliæ Aquitanicæ vrbs. Anton.

lot, filius Aran, Gen. 11. Lat. *inuolutus*, ſiue colli-

colligatus, aut conſpertus, vel reſina precioſa, quæ dicitur Stacte.

Lothan, filius Seir Horræi. Gen. 36.

Lotharingia, quæ quondam Auſtraſia, & Auſtria, diuiditur in ſuperiorem & inferiorem, continetúrque inter Rhenum, Scaldim & Moſam flumina. Inferior hodie varia nomina obtinet, diuerſiſque principibus ſubeſt. Superior quæ & Moſellanica item Tullingia cognominatur, ſub vnius principis eſt imperio, & antiquo nomine floret. *Lotring* enim Germani: *Lorraine* incolæ appellant.

Lotharius, Italiæ rex interuentu Berengarij deſignatus. Luithpr lib. 5 cap. 12. anno ſalutis 947.

Lotharius, Romanorum Imperator xx. anno ſalut. 1127. Blond li. 5. decad. 2.

Lotharius III. Ludouici Romanorum imperatoris filius, & ipſe imperator, annis quindecim regnauit. Filij propter regni diuiſionem vehementiſſimis inter ſe odijs exarſerunt, arreptis armis in Altiſſiodorenſibus apud Fontanicum coactis copijs, prælium commiſerunt grauiſſimum: in quo ſtrages Francorum, quanta nunquam alia, facta eſt. Superatus Lotharius, fuga ſalutem quæſiuit. Blond. lib. 1. Ludouicum filium conſortem imperij ſumpſit, anno ſalutis 850. imperio ſeſe abdicauit, & monaſticum induit habitum, in quo animam Deo reddidit in monaſterio, quod Pruma dicitur, diuiſo inter filios in primis regno: Ludouico imperium & Italiam, Lothario Lotharingiam, Carolo Prouinciæ regnum tradidit, Æmilius libro tertio, anno ſalutis 856.

Lotharius, Francorum rex, Ludouici regis filius ex Gerberga imperatoris ſorore, anno ſalutis 954. Lotharingiam occupauit. Aquiſgranum vſque delatus, agros populatus eſt. In quem Otho imperator ex Bauaria exercitum cùm duxiſſet, Lotharingiam recipit: Lotharius Pariſios eſt reuerſus. At imperator eum inſequens, in Franciam ingreſſus, Laudunenſium, Sueſſionúmque agris vaſtatis, Pariſiorum ſuburbia incendit, anno ſalutis 979.

Lotis, tidis, vel Lotus Nympha formoſiſſima, Neptuni filia, quæ cùm Priapi vim effugere non poſſet: inuocata deorum ope, in lotum arborem eſt commutata. Ouid. 9. Metam. Vid Dryope.

Lotoa, Ptolemæo inſula maris Ionij, iuxta Cephaleniam, verſus Meridiem. *Lotoia* Plinio eſt. Hanc Sophianus *Guardiano*, Niger *Trapano* appellari tradit.

Lotophagi, populi in Africa apud Syrtes, à loco nomen ſortiti, quòd arboris eius fructu credantur victitare: cuius cibus eſt tam dulcis vt aduenis incutiat patriæ obliuiones. Itaque cùm Vlyſſis ſocij deiati fuiſſent in Africam, & lotum guſtaſſent, vix inde abduci potuerunt. Hom. 9. Odyſſ. Nunc vocantur *les Chelbes*. Oliuarius in Melam.

Lotophagites, Ptol. inſula maris Africi eſt, non longè à Syrtibus, hodie *Zerbis*. *Gelues* Hiſpanis.

Lotophagum, ora in intimo Syrtis maioris ſinu. Plin.

Lotus quidam filium habuit Ammanum, à quo Ammanitæ Arabes dicti. Steph.

Louanium, perantiqua Brabantiæ vrbs ante Iulij Cæſaris aduentum in has regiones, oppidi formam habuit, temporúmque ſucceſſu in tantam amplitudinem excreuit, vt in ambitu hodie quatuor milliaria Italica colligat. Præſtitit hoc Louanienſibus aëris ſitúſque amœna commoditas, quos magnificum etiam D Petri templum, ciuica domus eleganter conſtructa, multorum collegiorum vniuerſitas, Dela fluuius, caſtrum à Iul. Cæſare conditum, multa item alia admiratione digna egregiè ornant. Vide Guichardin. in deſcript. accuratiſſima inferioris Germaniæ, ſeu Belgij.

Louentinum, Ptolemæo eſt Albionis inſulæ vrbs, quam Villanouanus *Pauueſtlans* vocat.

Louia, Pannoniæ vrbs. Antonin.

Lous, Macedoniæ fluuius prope Apolloniam. Ptolem. hodie *Vierge*, vt refert M. Niger. Aoum Strabo & Liuius vocant.

Loxa. Ptol. lib. 2. cap. 4. fluuius Britanniæ *Loſſy*, Camdeno & Buchanano.

Loxias, Apollinis cognomentum, inde impoſitum, quòd obliqua ederet reſponſa: aut certè ab eo quòd Zodiacum ſol obliquè percurrat. λοξὸν enim Græci vocant obliquum. Macrob. in Saturnal. Seneca in Œdipo,

Reſponſa dubia ſortè perplexa latent:
Ambage nexa Delphico mos eſt Deo
Arcana tegere.

Lua, Dea quædam apud veteres fuit, à luendo expiandóque nomen ſortita, quæ præerat luſtrationibus & luſtris. Liuius lib 8. Armorum vi magna tum inter cæſa corpora hoſtium, cum in caſtris inuenta eſt. Ea Luæ matri dare ſe Conſul dixit. Turneb. Aduerſ. lib. 16. cap. 20. & lib. 23. cap. 21. Vide & lib. 19. c. 11. vbi apud Gellium pro Laciam ex veteribus libris Luam legendum eſſe dicit, quæ ex Gellij verbis Saturni vxor vel potiùs filia fuerit.

Luangi, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. Ptol.

Lubeni, in Hiſpania Tarraconenſi gens. Ptol.

Lubeca, vrbs imperialis libera, emporium celebre & Vandalicarum ciuitatum caput, nunc ſitu & opere fortiſſima eſt, validis propugnaculis admodum munita, quæ palis, tignis, ac fiſtucationibus in aquam immiſſis, peringentem ſuſtinent molem. Mira huius Reipublicæ po-

tentia, quæ vna cum Dianæ rege, non alieno, ſed ſui ærarij præſidio contra potentem Sueciæ regem, priuilegiorum cauſa, per octennium, terra marique ſociale bellum ſuſtinuerit & pacificationis tandem media, intercedente Imperatore aliiſque imperij proceribus admiſerit.

Luca, ciuitas Tuſciæ, à qua Lucenſes, qui in ea habitant, vel qui ea orti ſunt, dicta à Lucumone Hetruſcorum rege. Strab. lib. 5. Vrbs eſt olim vnà cum regione virorum probitate florens, & robur militare magnum educens, & equitum multitudinem, ex quibus Senatus militares cepit ordines.

Lucani populi Italiæ à Samnitibus oriundi, ſecundùm mare extenſi, Silano fluuio à Picentinis, Lao à Brutijs dirempti: quorum oppida præcipua fuerunt, Velia Pæſtum, & Buxentum, aliàque nonnulla. Plin. lib. 3. cap. 5. Apud hos, vt aliorum criminum, ſic & ocij cauſæ arguuntur: ita vt, ſi quis homini ocioſo ac voluptatibus dedito mutuaſſe aliquid conuincatur, priuetur apud eoſdem mutuo dato. Stobæus ſermone 42. Hodie eorum regio *Baſilicata* dicitur, vt Leander tradit.

Lucania, Italiæ regio, inter Apuliam & Calabriam.

Lucanus, Cordubenſis patria, poeta egregius Senecæ viri grauiſſimi, & tragœdiarum ſcriptoris nepos. Hic bellum ciuile inter Cæſarem & Pompeium hexametris, & plura alia ſcripſit: in quibus maximam laudem adeptus eſt ingenij & doctrinæ. Vide Crinitum.

Lucaria, feſta apud Roman. quæ ſolita erant celebrari in loco, in quo Romani à Gallis fugati ſeſe occultauerunt. Feſtus, Plutarc. Tacitus.

Lucaria. Vide Luceria.

Lucas, medicus Antiochenſis, vnus è quatuor Euangeliſtis, Euſeb. lib. 3. cap. 4.

Lucentes, Hiſpaniæ populi Plin. *Lugo* Galeciæ oppidum eſt Pineto. Hanc iuniores Latini *Lucam* vocant.

Lucentia citerioris Hiſpaniæ vrbs, Romanorum colonia. Mela. lib. 2.

Lucentum Hiſpaniæ Tarraconenſis oppidum à ſuperiore diuerſum quod Ptolemæus lib. 2. c. 6. ſtatui & ſupra Carthaginem: oculum verſus vulgò *Luchena* teſte Beuthero.

Luceres, tertia pars populi Romani, temporibus Romuli regis. Seruius. Conſtat (inquit) primo tres partes fuiſſe populi Romani: vnam Tatienſium, à Tito Tatio duce Sabinorum iam amico poſt fœdera: alteram Ramnetum à Romulo: tertiam, Lucerum, quorum ſecundum Liuium & nomen & cauſa in occulto ſunt. Varro tamen dicit Romulum dimicantem contra Titum Tatium à Lucumonibus, id eſt, Tuſcis auxilia poſtulaſſe. Vnde quidam venit cum exercitu, cui recepto iam Tatio pars vrbis eſt data, a quo in vrbe Tuſcus dictus eſt vicus, Ergo à Lucumone Luceres dicti ſunt. Sic autem in tres partes diuiſum fuiſſe populum Romanũm conſtat vt etiam qui præerant, ſingulis partibus tribuni dicerentur. Vnde etiam ſumptus quos dabant populo, tributa nominarunt.

Luceria, Dauniorum colonia in Apulia. Plin. libro 2. capite 11. Strabo quoque idem docet libro 6. dicitque fuiſſe Luceriæ nobile fanum Mineruæ.

Lucerius, Ardeæ rex qui auxilio fuit Romulo aduerſus Tatium.

Lucerius, dictus eſt Iupiter, à luce, quam præſtare hominibus putabatur. Sic Iuno Luceria quòd lucis cauſa ſit.

Lucerna, Heluetiæ ciuitas, ad Heluetiam fœdus admiſſa anno M. CCCXXXII. ratione monaſterij in formam oppidi paulatim excreuit, nomenque quorũdam opinione obtinuit à magna turri in exitu lacus, ex qua olim nocturni ignes nauigantibus præluxerunt, Ciuitas eſt ſatis amœna & elegans, commune emporium Suetenſium, Vranorum & Tranſyluanorum. In ea Vrſula fluuius manat ex lacu haud ſecus quàm Conſtantiæ Rhenus ex lacu Podamico, vulgò *Lucerna*.

Luchinus Vicecomes, Mediolani Vicarius à Benedicto Pontifice conſtitutus, anno ſalutis 1340.

Lucia Sicula, ſeu vt alij volunt Romana, vidua à proprio filio Chriſtianiſſimi accuſata in martyrio Chriſti ex hac vita diſceſſit ſub Diocletiano. Fuit & alia Lucia Syracuſana, ſed virgo quæ quum bona à parentibus relicta, pauperibus diſtribueret, à proprio ſponſo accuſata, martyrii coronam accepit. Fertur autem dixiſſe præſidi Paſchaſio, ſi inuitam me violabis, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam. Non enim inquinatur corpus niſi de conſenſu mentis. Vide Baptiſtam Mantuanum.

Lucianus presbyter Antiochenus deceſſit martyr Nicomediæ ſub Maximiano, ſepultus Helenopoli *Bithyniæ*. Hieronymus. Suidas.

Lucianus Proclus, Senator ætatis prouectæ, plerumque ruri viuẽs, coactus cum Domitiano contra Antonium proficiſci, ſimulatque nunciũ de parta victoria allatum didicit: *vicisti, inquit, Imperator vt optabam, quamobrem vt ruri me reſtituas, peto.*

Dimiſſus, etſi longo tempore ſuperſtes, nunquam tamen ad Domitianum reuerti ſuſtinuit: Dion.

Lucianus Samoſatenſis, ſcriptor dialogorum præſtantiſſimus & faceriſſimus floruit ſub Traiano principe primùm Chriſtianus, demum fidei deſertor: ſed tandem ſuæ improbitatis luit pœnas

pœnas grauiſſimas, nam à canibus deuoratus miſerè interijt. Suidas.

lucifer, Iouis & Auroræ filius, Thraciam Nympham adamauit, & ex ea geminam prolem Ceycem & Dædalium ſuſcepit.

lucifer. vna errantium ſtellarum, quem & Venerem appellamus, quæ manè Solem præcedens, vnáque cum Aurora ſeſe oſtendens (vnde & Auroræ filius fingitur) Lucifer dicitur: veſperi autem Solem ſubſequens, Heſperus nominatur.

Luciferi fanum, quod Iucem diuiam λυκιμάδιαν appellant, inquit Strabo, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum eſt, quod Florianus S. *Lucar de Barrameda* vocat.

lucilius, poëta venuſtiſſimus, patria Auruncanus, qui primus Latinorum Satyram ſcribere aggreſſus eſt. Obijt Neapoli anno ætatis ſuæ quadrageſimo ſexto, publicóque funere elatus eſt.

C. Lucillius homo doctus & perurbanus, dicere ſolebat, ea quæ ſcriberet, neque ab indoctis legi velle neque à doctiſſimis, quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortaſſe, quam ipſe de ſe. Cicero lib 2. de Oratore.

lucilius Baſſus, Iudææ legatus, anno ſalutis ſeptuageſimo quarto.

lucilius, miles quidam Romanus fortiſſimus. qui quum videret inclinatam aciem Bruti apud Philippos, obtulit ſe periculo, ac in medias hoſtium manus irrupit, vt ipſi Bruto faceret tempus ad fugam.

lucilla virgo, filia Nemeſij Tribuni quæ cæca primùm denum a Stephano pontifice viſum recepit. Hæc ſub Valeriano principe paſſa eſt. Volaterranus.

lucillus, Conſul cum Valeriano Aug. anno ab vrbe 1019.

lucina, dea partuum præſes, quæ & Iuno dicitur & Diana. Terentius in And. *Iuno Lucina fer opem.* Cicero libro ſecundo de natura deorum Luna à lucendo nominata ſit: eadem eſt enim Lucina. Itaque, vt apud Græcos Dianam, eámque Luciferam, ſic apud noſtros Iunonem Lucinam in pariendo inuocant: quæ eadem Diana omniuaga dicitur, non à venando, ſed quod in ſeptem numeratur tanquam vagantibus. Dicta Lucina, quòd partum ferat in lucem Plin. lib. 16. cap. 54 putat Lucinam dici, quod oculis præſit & luci. Sunt qui à luco deducant, qui Romæ Iunoni ſacer eſt in Equiliis, Ouidius lib. 2. Faſtorum.

lucius. prænomen eius, qui primus ita vocatus, quia oriente luce natus eſt, Sic Lucia, nomen mulieris.

lucius, nomen prophetæ. Act. 13. Roman.

Lucius, XXI. Romanorum epiſcopus, anno ſalutis 154.

lucius II. Romanorum pontifex, CLXVII. anno ſalutis 1244.

lucius III. Romanorum pontifex CLXXII. anno ſalutis 118. Propter conſularem factionem Veronam fugit.

lucius, conſul cum Herodiano, aliàs Heraclio, anno ab vrbe 1166.

l. Ælianus, Conſul, collega Paſtoris, anno ab vrbe 915.

l. Ælius Commodus Verus, & M. Ælius Antonius philoſophus Diui F. AA. XVIII. Romanorum imperatores, regnarunt annis XIX tum primùm Romana Reſpublica duobus æquo iure imperium adminiſtrantibus paruit, anno ab vrbe 913. Eutrop lib. 8.

l. Ælius Lamia, conſul, collega M. Seruilij, anno ab vrbe 755.

l. Ælius Mamercus, magiſter equitum, anno ab vrbe 414.

l. Ælius Mamercus, Cos. collega Q. Publij Philonis, Latinos per deditionem ſubegit, anno ab vrbe 417.

l. Æmilius Barbula, collega Q. Martij Philippi, anno ab vrbe 472.

l. Æmilius Mamercus, conſul, collega Cæſonis Fabij Vibulani, anno ab vrbe 270.

l. Æmilius Mamercus, conſul collega C. Plantij Deciani, anno ab vrbe 429.

l. Æmilius Mamercus. Cos. collega Caij Seruilij Priſci, anno ab vrbe 286. III. Cos. collega Vopiſci Iulij Tullij anno ab vrbe 281.

l. Æmilius Mamertinus, Tribunus militum, anno ab vrbe 367. II. Cos. collega C. Genutij, anno ab vrbe 393.

l. Æmilius Paulus, conſul collega Attilij Reguli agrum Boiorum vaſtauit, triumphum duxit anno ab vrbe 129.

l. Æmilius Paulus, Cos. collega M. Liuij Dimalem Illyrij ciuitatem, vi cepit. Polyb. libro 3. anno ab vrbe 535. II. Cos. collega C. Terentij Varronis occubuit ad Cannas, cæſis Romanis, anno ab vrbe 538.

l. Æmilius Paulus conſul & collega Cn. Bæbius Pamphilius receperunt in fidem Ligures, anno ab vrbe 572. I. Cos. collega C. Licinij Craſſi Perſeum vicit ac cæcidit, Macedoniámque ſubegit. Liu. 5. decad. 5.

l. Æmilius Paulus. Cos. collega C. Claudij Marcelli, anno ab vrbe 704.

l. Afranius, Cos. collega Q. Cæcilij Metelli Celeris, an ab vrbe 694.

l. Anniu. Fabianus. Cos. collega Martij Nonij Muciani, anno ab vrbe 953.

l. Anitius Gallus, conſul. collega Marci Cornelij Cethegi anno ab vrbe 594.

l. Antiſtius, Tribunus militũ, anno ab vrbe 377.

l. Antiſtius Vetus. Cos. collega Claudij Neronis Cæſaris, anno ab vrbe 807.

L. Antonius Commodus Romanorum imperator XVIII. regnauit annis XIII. A prima ſtatim pueritia turpis, improbus, crudelis, libidinoſus, ore pollutus, conſtupratúſque trecentas concubinas, trecentos & puberes in deliciis habuit. Ælius Spartianus. Hic Coloſſi capite ſublato, ſuæ imaginis caput iuſſit imponi, Hercules & deus voluit vocari. Lamprid. in Veſtiliani domo ſtrangulatus eſt à Martia & Læto, præfecto prætorij Lamprid. Herodian. lib. I.

L. Antonius Pætus. conſul, collega P. Seruilij Iſaurij ſeditionem mouit aduerſus Cæſarē: apud Peruſiam victus eſt. A Cæſare veniam eſt conſequutus. Appianus libro quinto. Florus lib. 4. c. 7.

L. Apruſtius, Cos. collega M. Valerij Leuini, anno ab vrbe 528.

L. Aquilius Coruus, Tribunus militum, anno ab vrbe 568.

L. Aruntius, Cos. collega Caij Claudij Marcelli anno ab vrbe 731.

L. Aruntius, Cos. collega M. Æmilij Lepidi, anno ab vrbe 758.

L. Aſinius, conſul, collega P. Marij, anno ab vrbe 814.

L. Attilius Longus. Tribunus militum, anno ab vrbe 311.

L. Atratinus, Cos. collega L. Scribonij Libonis, anno ab vrbe 720.

L. Aurelius Cotta, Cos. collega Seruij Sulpitij Gallus, anno ab vrbe 610.

L. Aurelius Cotta, Cos. cum L. Cæcilio Metello, anno ab vrbe 635.

L. Aurelius Cotta, Cos. collega L. Octauij, anno ab vrbe 679. II. collega L. Manlij Torquati, anno ab vrbe 689.

L. Aurelius Oreſtes, Cos. collega Sex. Iulij Cæſaris, anno ab vrbe 597.

L. Aurelius Oreſtes, Cos. collega M. Æmilij Lepidi, anno ab vrbe 628. Sardos ſubegit. Florus lib. 60.

L. Aurelius Oreſtes. Cos. collega C. Marij Nepotis, anno ab vrbe 651.

L. Cæcilius Metellus, Cos. collega C. Seruilij Tuccæ, anno ab vrbe 469. II. conſul, collega M. Fabij Buteonis, anno ab vrbe 506.

L. Cæcilius Metellus, Cos. collega L. Aurelij Cottæ, anno ab vrbe 635.

L. Cæcilius Metellus Creticus, Cos. collega Q. Martij Vatiæ, anno ab vrbe 686.

L. Cæcilius Metellus Diadema, Cos. collega Q. Mutij Scæuolæ, anno ab vrbe 637.

L. Cæſianus, Cos. collega C. Cæſaris Caligulæ, anno ab vrbe 790

L. Calphurnius Beſtia, conſul, collega P. Scipionis Naſicæ, anno ab vrbe 743. quo bellum Iugurthinum factum eſt. In quo Beſtia pecunia muneribúſque corruptus pacem cum Iugurtha fecit. Oroſ. libro quinto, capite 5. Eutrop. libro quarto.

L. Calphur. Piſo Cos collega C. Mutij Scæuolæ, anno ab vrbe 627.

L. Calphur. Piſo, Cos. collega M. Druſij Liuij, anno ab vrbe 759.

L. Calphur. Piſo, Cos collega Coſſi Cornelij Lentuli anno ab vrbe 753.

L. Calphur. Piſo, Cos. collega M. Licinij Craſſi anno ab vrbe 579.

L. Calphur. Piſo, Cos. collega Claudij Neronis Cæſaris. anno ab vrbe 809.

L. Caſſius Longinus Rauilia, Cos. Collega L. Cornelij Cinnæ anno ab vrbe 627.

L. Caſſius Longinus, conſul, collega C. Marij Nepotis, in finibus Allobrogum à Tigurinis pago Heluetiorum cum exercitu cæſus eſt, ann. ab vrbe 647.

L. Cetonius Commodus, Cos. collega Ciuicæ Pompeiani ab Hadriano adoptatus eſt. Spart. in Ceionio, anno ab vrbe 888.

L. Cornelius, Cinna, conſul, collega L. Caſſij Longini Rauiliæ anno ab vrbe 627. II. conſul, collega C. Martij Nepotis, anno ab vrbe 668. III. conſul, collega Cn. Papyrij Carbonis, anno ab vrbe 669. IV. conſul, collega eiuſdem Papyrij, anno ab vrbe 670.

L. Cornelius Lentulus, Cos. collega Q. Publij Philonis, anno ab vrbe 428.

L. Cornelius Lentulus, Cos. collega M. Curij Dentati, anno ab vrbe 778.

L. Cornelius Lentulus Claudianus, Cos. collega, Q. Fuluij Flacci, anno ab vrbe 516.

L. Cornelius Lentulus Cos. collega Iulij Appuli, anno ab vrbe 555.

L. Cornelius Lentulus, Cos. collega C. Martij, anno ab vrbe 598.

L. Cornelius Lentulus, Cos. collega L. Mummij Achaici, anno ab vrbe 608.

L. Cornelius Maluginenſis, Cos. collega Qu. Fabij Vibulani, anno ab vrbe 295. De Equis & Volſcis Coss. triumphū egerunt. Pax Equis data.

L. Cornelius Merula, Coss. collega Q. Mutij Thermi, anno ab vrbe 561.

L. Cornelius Scipio interrex, anno ab vrbe cond 404.

L. Cornelius Scipio, II. collega Cn. Domitij Caluini, anno ab vrbe 423.

L. Cornelius Scipio, Cos. collega Cn. Fuluij Centumali, Hetruſcos fudit anno ab vrbe 455.

L. Cornelius Scipio, Cos. collega C. Aquilij Flori anno ab vrbe 494. Corſicam & Sardiniam vaſtauit, triumphum egit. Eutrop. Florus libro decimo ſeptimo.

L. Cornelius Scipio Aſiaticus, Cos. collega C. Lælij Africani, anno ab vrbe 564.

L. Cornelius Sylla, Cos. collega Q. Pompeij Ruffi,

Ruffi: anno ab vrbe 666. Inter hunc & Marium contentio orta eſt propter Mithridaticum bellū, Dictator cùm eſſet, multos proſcripſit, tyrannidē exercuit, Romanorū primus fuit qui ciues ſuos morte mulctauit, anno ab vrbe 974. Depoſito magiſtratu vitā vixit priuatā Plutarchus Mortui funeri honos datus, in cāpo Martio ſepultus eſt.

L Cornelius Sylla, Cos. Collega Seruij Sulpitij Galbæ, anno ab vrbe 785.

L. Cornelius Syllanus, Cos. collega Publij Valerij Aſiatici, anno ab vrbe 798.

L. Cornificius, Cos. collega Sex. Pompeij anno ab vrbe 719.

L. Domitius Ænobarbus, Cos. collega C. Cæcilij Caldi, anno ab vrbe 660.

L. Domitius Ænobarbus, Cos. collega Ap. Claudij Pulchri, anno ab vrbe 791.

L. Domitius Ænobarbus, Cos. Collega P. Scipionis, anno ab vrbe 738.

L. Ebutius Helua, conſul, collega P. Seruilij Priſci, anno ab vrbe 291. quo tempore graſſata eſt peſtis & mortem obiere Coſs. Liu. lib. 3.

L. Fontæius capito, Cos. collega C. Viſpanij Aproniani, anno ab vrbe 811.

L. Fuluius Curuus Cos. collega Q. Fabij Rutiliani, anno ab vrbe 432. Is magiſter equitum cùm eſſet, Samnites fudit fugauitque, qui Poſtiam Pliſtiámque Romanorum ſocios, vt parem dolorem hoſti redderent, circumſederunt, anno ab vrbe 438.

L Furius Camillus, Tribunus militum, anno ab vrbe 358. Dictator dictus eſt, anno ab vrbe 406. Cos. collega Appij Claudij Craſſi, anno ab vrbe 407. III. Cos. collega D. Iunij Bruti Sceuæ, anno ab vrbe 430.

L. Furius Medullinus, Cos. collega Caij Manilij Volſonis anno ab vrbe 280. II. Cos. collega C. Cornelij coſſi, anno ab vrbe 347.

L. Furius Medullinus, Tribunus militum, anno ab vrbe 351. VII. Tribunus militum, anno ab vrbe 365.

L. Furius Purpureo, Cos. collega M. Claudij Marcelli, anno ab vrbe 558.

L. Furius Tricipitinus IV. Tribunus militum, anno ab vrbe 375.

L. Geganius Macerinus, Tribunus militum, anno ab vrbe 378.

L. Gellius Publicola Cos. collega M. Coccei. anno ab vrbe 718.

L. Genutius Auentinenſis, Cos. collega L. Æmilij Mamerci, anno ab vrbe 383. II Cos. collega Q. Seruilis Halæ, anno ab vrbe 394. Bello cum Hernicis occubuit. Liu. lib. 7.

L. Genutius Auentinenſis, Cos. collega Ser. Cornelij Ruffi, anno ab vrbe 451.

L. Genutius Clepſina, Cos. collega C. Quintij, Claudij, Rhegium cepit; legionem octauam, quæ Pyrrhi bello à Romanis defecerat, Romam miſit: populi iuſſu, virgis cæſi ac ſecuri milites percuſſi ſunt, anno ab vrbe 492. Oroſ. lib 4. ca. 3.

L. Horatius Barbarus, Tribunus militum, anno ab vrbe 331.

L. Horatius Puluillus, Tribunus militum, anno ab vrbe 470.

L Hoſtilius Mancinus, Cos. collega Q. Fabij Maximi Æmiliani, anno ab vrbe 690.

L. Iulius Cæſar, Cos. collega Q. Martij Thermi, anno ab vrbe 690.

L. Iulius Libo, conſul, collega M. Attilij Reguli Serrani, anno ab vrbe 486.

L. Iulius III. Tribunus militum, anno ab vrbe cond. 317.

L. Iulius, magiſter equitum, anno ab vrbe 325.

L. Iulius Tullus, conſul, collega L. Papyrij Craſſi, anno ab vrbe 327.

L. Iulius Tullus, II. Tribunus militum, anno ab vrbe 359.

L. Iulius Tullus, Cos. collega M. Æmilij Lepidi, anno ab vrbe 688.

L. Iunius Brutus, Cos. filios proprios propter coniurationem cum Tarquinij capite plecti iuſſit. Vide Brutus.

L. Iunius Pullus, conſul, collega Appij Claudij Pulchri, anno ab vrbe 504. Ad Drepani portum naufragium paſſus eſt.

L. Lentulus Cruſcellus, conſul, collega C. Claudij Marcelli, anno ab vrbe 705.

L. Licinius Craſſus, Cos. collega Q. Mutij Sceuolæ, anno ab vrbe 659.

L. Licinius Lucullus, Cos. collega A. Poſthumi Albani, anno ab vrbe 603.

L. Lucretius Flauus, Cos. collega Ser. Sulpitij Camerini, anno ab vrbe 363.

L. Lucretius Tricipitinus, conſul, collega T. Veturij Gemini, anno ab vrbe 292. cōſules triūpharunt de Hernicis, Volſcis & Equis. Volſcum nomen prope deletū eſt X. M. CCCCLXX. cecidiſſe in acie, & fuga M. CCL. captos viuos, ſigna XIII. militaria relata, refert Liuius libro tertio.

L. Manlius Accidinus, Cos. collega Q. Fuluii Flacci, anno ab vrbe 575.

L. Manlius Capitolinus, tribunus militum, anno ab vrbe 334.

L. Manlius Imperioſus, figendi claui gratia Dictator dictus, anno ab vrbe 393.

L. Manlius, Proconſul, ab Herculeio Sertorii legato victus eſt. Flor. lib. 90. Idem lib. 3. cap. 22. anno ab vrbe 676.

L. Manlius Regulus conſul, collega Q. Cædicii Longi, anno ab vrbe 497.

L. Manlius Torquatus, II. conſul, collega Lucii Aurelii Cottæ, anno ab vrbe 689.

L. Manlius Volſo, conſul, collega C. Attilii Reguli Serrani, anno ab vrbe 503.

L. Martius Cenſorinus, conſul, collega M. Manlii, anno ab vrbe 605.

L. Martius Philippus, conſul, collega Sexti Iulij Cæſaris, anno ab vrbe 663.

L. Martius Philippus, conſul, collega Cn. Lētuli Marcellini, anno ab vrbe 698.

L. Memmius Regulus, conſul, collega Virginij Ruffi, anno ab vrbe 815.

L. Menenius Lanatus, conſul, collega Seſtij Vaticani, anno ab vrbe 302.

L. Menenius Lanatus, conſul, collega Proculi Gegani Maceri, anno ab vrbe 315. Liu. lib. 4 Eutrop. li. 1.

L. Metellus Caluus, conſul, collega Q. Fabij Maximi Seruiliani, anno ab vrbe 612.

L. Minutius Decemuir, anno ab vrbe 304 Prę fectus annonæ creatus, anno ab vrbe 315. Aureo boue donatus eſt. Liuius lib. 4. anno ab vrbe 316.

L. Minutius Carbetus, conſul, collega Caij Nautij Rutulij, anno ab vrbe ducenteſimo nonageſimo ſexto.

L. Minutius Ruffus, conſul, collega Flau. Domitiani Auguſti, anno ab vrbe 840.

L. Muminius Achaicus, vide Mummius.

L. Munatius Plancus, conſul, collega M. Æmilij Lepidi, anno ab vrbe 712. II. conſul, collega D. Silij, anno ab vrbe 765.

L. Murena, conſul, collega D. Iulii Syllani, anno ab vrbe 692.

L. Nonius Aſprenas, conſul, collega M. Aquilii Iuliani, anno ab vrbe 791.

L. Norbanus Balbus, conſul, collega M. Syllani anno ab vrbe 771.

L. Octacilius Craſſus, conſul, collega L. Valerii Flacci, anno ab vrbe 492.

L. Octauius, conſul, collega Aurelii Cottæ, anno ab vrbe 679.

L. Opimius, conſul, collega Fabii Q. maximi, anno ab vrbe 633.

L. Oſtius, tempore bellorum ciuilium patrem ſuum proſcriptum quem Triumuiri ad ſupplicium perquirebant, latentem prodidit, vt eius bona acciperet. Plutarch. in Rom.

L. Papyrius Craſſus, conſul, collega M. Cornelii Maluginenſis, anno ab vrbe 319.

L. Papyrius Craſſus, Tribunus militum, anno ab vrbe 187.

L. Papyrius Craſſus, conſul, collega Cæſonis Duillii Heluæ, anno ab vrbe 420. II. conſul, collega L. Plancii Venocis anno ab vrbe 425.

L. Papyrius Mugillanus, conſul, collega C. Seruilii Halę, anno ab vrbe 329. Tribunus militum, anno ab vrbe 334 Interrex, anno ab vrbe 335.

L. Papyrius Mugillanus Curſor, conſul, collega C. Petirii Balbi, anno ab vrbe 429. De ære alieno grauatis, ne quis in compedibus teneretur legem tulerunt. Idem Papyrius Dictator fuit anno ab vrbe 430. II. conſul, collega Q. Publii Philonis, anno ab vrbe 434. Ferentanos vicit, Samnites cæcidit, nucerias cepit, VII. M. Samnitum ſub iugum miſit, triumphauit. Eutrop. li. I. II. conſul, collega Q. Ælii Ceritani, anno ab vrbe 435. IV. conſul collega P. Philonis, anno ab vrbe 440. V. conſul, collega C. Iunii Bruti Bubulci, anno ab vrbe 492.

L. Papyrius curſor, conſul, collega Sp. Caruilii Maximi, anno ab vrbe 460. Ad Aquiloniam Samnites vicit, cæſi ſunt XXX. M. CCCCXL. captiui IV. M D. CCCLXX. Oroſ. l. 3. c. 10. II. conſul, collega Sp. Caruilii Maximi, anno ab vrbe 481.

L. Paſſienus Ruffus, conſul, collega C. Caluiſii Sabini, anno ab vrbe 750.

L. Pinarius Ruffus, conſul, collega P. Furii medullini, anno ab vrbe 282.

L. Pinatius Mamercus, Tribunus militum, anno ab vrbe 324.

L. Piſo Cæſonianus, conſul, collega M. Liuii Druſi, anno ab vrbe 642.

L. Piſo Cæſonianus, conſul, collega A. Gabinii, anno ab vrbe 696. quo tempore Clodius Tribunus plebis Ciceroni diem dixit, Cicero in exilium abiit. Plutarch. in Cicerone. Appian. Florus.

L. Plautius Venox, conſul, collega L. Papyrii Craſſi, anno ab vrbe 42.

L. Plautius Venox, conſul, collega M. Folii Flacci Senatoris, anno ab vrbe 436.

L. Plotius inter alios, puero Cicerone, fuit inſignis dicendi præceptor, extremis L. Craſſi temporibus.

L. Pomponius Flaccus, conſul, collega C. Cæcilii Ruffi, anno ab vrbe 769.

L. Popilius Volſus, Tribuns militum, anno ab vrbe 356.

L. Porcius Cato, conſul, collega C. Pompeii Strabonis anno ab vrbe 665.

L. Porcius Cēnſorinus, conſul, collega Caii Caluitii Sabini, anno ab vrbe 715.

L. Porcius Licinius, conſul, collega P. Clodij Pulchri, anno ab vrbe 570.

L. Poſthumius Albinus, Tribunus militum, anno ab vrbe 397. III. conſul, collega T Sempronij Gracchi, anno ab vrbe 359. Inſidijs Gallorum occubuit. Liu. li. 3. Eutrop. li. 3. Oroſ. 4. oFlorus. 2

L. Poſthumius Albinus conſul, collega M. Popilij Lenatis, anno ab vrbe 581.

L. Poſthumius Albinus, conſul, collega Qu. Opimij, anno ab vrbe 606.

L. Poſthumius Megellus, conſul, collega T. Minutii Augurini anno ab vrbe 449.

L. Poſthumius Megellus, conſul, collega Qu. Manlii Vituli, anno ab vrbe 491.

L. Poſthumius Regillus, Tribunus militum anno

anno ab vrbe 375.

L. Quintus Iudææ procurator, à Cæſare conſtitutus, Iudæos Meſopotamia expulit, multa millia interfecit. an. ab vrb. 867.

L. Quintius Capitolinus Barbatus, VI. conſul, collega Agrippæ Menenij Lanati, an. ab vrb. 316.

L. Quintius in Valerij conſulis locum ſuffectus, anno ab vrbe 294. Liu. li. 3.

L. Quintius Concinnatus, Tribunus milit. anno ab vrb. 370. Idem ab agro accerſitus, vt Dictator fieret, arans, & ſua manu ſemen ſpargens inuentus eſt.

L. Quintius Criſpinus, conſul, collega Druſi Neronis, ann. ab vrb. 746. II. conſul collega M. Statilij Tauri, an. ab vrbe 796.

L. Quintius Flaminius, conſul, collega Cn. Domitij Ænobarbi an. ab vrb. 562.

L. Quintius Flaminius, conſul, collega M. Acinij Balbi, ann. ab vrb. 604.

L. Quintius Gulo, conſul, collega Q. Fabij Maximi Pictoris, anno ab vrbe 484.

L. Racilius Volſo, Tribunus militum, anno ab vrbe 357.

L. Ragonius, conſul, collega Seueri, anno ab vrbe 987.

L. Scipio Aſiaticus, conſul, collega C. Norbani Balbi, anno ab vrbe 671.

L. Scribonius Libo, conſul, collega L. Atratini, ann. ab vrb. 7.0.

L. Scribonius Libo, conſul, collega Siſennæ Statilij Tauri, anno ab vr. 768.

L. Sempronius Atratinus, conſul, collega L. Papyrij Mugilani, ann. ab vrb. 311. Tribu. militum, ann. ab vr. 336.

L. Septimus Seuerus XXI. Romanorum imperator. ann. ab vrbe 946. Apud Cyzicum Æmilianum Nigri ducem fudit, fugauítque. Ruſus in Bithynia Nigri milites à Seuerianis victi ſunt. Ad Iſicum ſinum in Cicilia Niger victus fugatus eſt, cæſúſque, & in ſuburbano quodam capite truncatus. Clodium Albinum apud Lugdunum vicit, fugauit, cæcidítque, ciuitatem incendit, Albini caput Romam miſit. Superato & occiſo Albino, Senatores & optimates, quàm plurimos occidit. Arabiam Felicem vaſtauit Armeniorum rex fœdus cum eo icit. Angarus Oſthœnorum ex ſe dedidit, filios obſides tradidit Artabanum, Parthorum regem, fugauit Cteſiphontem cepit, & Adiabenos ſuperauit. Britannis bellum mouit, vt receptas prouincias redderet ſecuriores, vallum per CXXXIII. paſſuum M. à mari ad mare duxit. Herodian. lib. 3. Caſſiod. Oroſ. Spar.

L. Sergius Fidenas, Tribunus militum, anno ab vrbe 359.

Sextius Lateranus, Tribun. plebis, anno ab vrbe 382. Conſul creatus ex plebe, collega L. Æmilij Mamerci, anno ab vrbe 390.

L. Sylla conſul, collega C. Cæſaris Octauiani Auguſti, anno ab vrbe 849. Eutrop li. 7.

L. Tarquinius Collatinus, primus Romæ Conſul, collega L. Iunij Bruti, anno ab vrbe 245. Rex ſacrorum Conſulatum abdicauit propter Tarquinij nominis inuidiam, & in voluntarium exilium abiit, cui ſuffectus eſt P. Valerius.

L. Tarquinius Priſcus, V. Romanorum rex. vide Tarquinius.

L. Teleſſinus Conſul cum C. Suetonio Paulino, anno ab vrbe 819.

L. Titinius Longus, Tribunus militum, anno ab vrbe 357. II. Tribunus militum an. ab vr. 360.

L. Turpilius Dexter, conſul cum Priſco, anno ab vrbe 948.

L. Valerius, Conſul cum Antiſtio Vetere, anno ab vrbe 848.

L. Valerius Flaccus, Cos. collega Octacilij Craſſi, anno ab vrbe 491.

L. Valerius Flaccus, Cos. collega M. Porcij Catonis, anno ab vrbe 559.

L. Valerius Flaccus, Cos. collega M. Claudij Marcelli, anno ab vrbe 602.

L. Valerius Flaccus, Cos. collega P. Licinij Craſſi, anno ab vrbe 626.

L. Valerius Leuinus, II. Cos. collega M. Claudij Marcelli, an. ab vr. 544. Agrigentum ſubegit pulſo hoſte ex Sicilia.

L. Valerius Meſſala, Cos. collega C. Cinnæ Magni, anno ab vrbe 757.

L. Valerius Potitus, Cos. collega M. Fabij Vibulani anno ab vrb. 272. 2. conſul, collega M. Æmilij Mamerti, an. ab vrb. 284.

L. Valerius Potitus, Cos. collega M. Horatij Barbati, ann. ab vr. 306.

L. Valerius Potitus, Tribunus militum anno ab vrbe 341. V. Tribunus militum anno ab vrbe cond. 358. Cos. collega M. Manlij, anno ab vrbe cond. 364.

L. Valerius Publicola, V. Tribunus militum, anno ab vrbe 376.

L. Veturius Craſſus, II. tribunus militum, anno ab vrbe 389.

L. Veturius Philo, Cos. collega Q. Cæcilij Metelli, an. ab vr. 548.

L. Veturius Leuius, Cos. collega, C. Luctatij Scæuolæ, ann. ab vr. 534.

L. Vetus conſul, collega Æmilij Æliani, anno ab vrbe 868.

L. Vipſanus Publicola, Cos. collega A. Vitellij ann. ab vr. 800.

L. Virginius, miles Romanus filiam interemit, vt liberaret eam ab Appij Claudij Decemuiri libidine. Liu. lib. 3.

L. Virginius Tricoſtus, Cos. collega Iulij Tullij, anno ab vrbe 320.

L. Virgilius Tricoſtus, Tribunus militum, an-

no ab vrbe 367.

L. Vitellius, Coſ. collega Pauli Fabij Priſci, anno ab vrbe 788. III. Coſ. collega Tiberij Claudij Cæſaris, anno ab vrbe 795

L. Vitellius Varro, Coſ. collega Sexti Cornelij Cethegi, anno ab vrbe 776.

L. Volumnius Flamma, Coſ. collega Appij Claudij Craſſi, anno ab vrbe 449. II. Coſ. collega eiuſdem Craſſi, anno ab vrbe 458.

L. Voluſius Saturnius, Coſ. collega C. Cæſaris Caligulæ, anno ab vrbe 793. Ouans vrbem natali ſuo ingreſſus. Intra IV. menſem à chærea interfectus. Suet. Ioſephus lib. 19 c. I.

lucopibia, Ptolemæo Albionis inſulæ vrbs, *Carlyl* hodie Neubrigenſi.

Lucotetia, Ptol. Pariſiorum vrbs in Gallia, Leuteciam. Iulianus vocat in Miſopogono, Luteciam Cæſar. A Marcellino vocatur caſtellum Pariſiorum. Vide Lutetia. Hodie *Paris* dicitur. Primaria vrbs regni eſt, amplitudine & ciuium frequentia excellens: regia ſede, Academia & Emporio gaudet.

Lucretia, Romanæ pudicitiæ præcipuum lumen, filia Lucretij Tricipitini præfecti vrbis, vxor Tarquinij Collatini: quam Sextus Tarquinius, cùm precibus exorare non poſſet, vi oppreſſit. Stricto enim gladio in cubiculum irruens mortem minabatur, ni voluntati ſuæ obſequeretur: addebátque, ſe cum mortua iugulatum ſeruum poſiturum vt in ſordido adulterio necata diceretur. Quibus minis illa perterrita, vt infamiæ ſuſpicionem effugeret, expugnari ſeſe paſſa eſt. Poſtridie verò conuocatis patre, marito, cæteríſque amicis, obortis repentè lachrymis, tyranni flagitium detexit, & educto cultro, quem ſub veſte occultum habebat, ſeſe ſtatim confodit. Qua re moti pater cum marito, & cæteris amicis, populo ad arma concitato reges expulerunt. Liuius ad finem libri primi, ab vrbe. Ipſe Collatinus maritus vxori hoc epitaphium poſuit: *Collatinus Tarquinius dulciſſimæ coniugi & incomparabili pudicitia decori mulierum gloria: vixit annis* XXII. *menſibus* III. d VI. *proh dolor, quia fuit cariſſima.* Extat etiã illum Romę in Epiſcop. Viterbienſi. Legitur & aliud in Antiquitatibus Fabricij, quod & ipſũ adſcribere placuit.

Quum foderet ferro coſtam Lucretia pectus
Sanguinis & torrens egrederetur atr,
Precedant teſtes, me non placuiſſe Tiranno
Ante virum ſanguis Spiritus ante Deos.

Lucretidis, mons in Sabinis, de quo Horat. li. I. carm.

Velox amœnum ſæpe Lucretilem, mutat Lycæo
Faunus.

Sp. Lucretius Tricipitinus ſocer Tarquinij Collatini, cæſo Bruto in conſulatu ſucceſſit cooptatus à P. Valerio, qui & illi vt natu maiori primus faſces dedit. Verùm ætate confectus, quum ad obeunda munera conſularia vires non ſupperent, intra paucos dies mortuus eſt, cui mox M. Horatius Puluillus ſucceſſit. Liuius, Dionyſius & Plutarchus cæterum Lucretij Tricipitini patricij fuerunt, de cæteris non conſtat.

Titus Lucretius carus Poeta ſynchronus M. Tullij & Terentij Varronis, etſi paulo antiquior, ſcripſit ſex libros de rerum natura: in quibus Epicurum & Empedoclem ſequitur. Id opus plerique à M. Cicerone emendatum volunt, quum auctor idipſum imperfectum & inemendatum reliquiſſet. Et quanquam Cicero fratris ſententiam confirmans, non multa habere ingenij lumina fatetur, multæ tamen artis eſſe dicit. Quintilianus etiam in ſua materia elegantem, ſed difficilem eſſe teſtatur. Sed omnium maxime honorificum eſt illud Ouidij.

Carmina diuini tunc ſunt peritura Lucreti
Exitio terras quum dabit vna dies.

Periit, quomodo tradit Euſebius, ſua ipſius manu, quum amatorio poculo in furorem actus eſſet. Id datum ab vxore Lucilia volunt, deq; ea intelligendum illud Senecæ: *Liuia virum ſuum occidit, quem nimis oderat, Lucilia ſuum, quem nimis amauerat.* Illa ſponte miſcuit aconitum, hęc decepta furorem propinauit Donatus vel quiſquis eſt auctor vitæ Virgilij, Pompeio & Craſſo Secundum Conſulibus deceſſiſſe tradit, quum Commodum eodem die virilem togam Virgilius induiſſet.

Lucrinum, Dauniorum oppidum in Apulia. Strab. li. 6. Pomp. lib. 2.

Lucrinus, lacus campaniæ in ſinu Baiano, contra Puteolos, tam propinquus Auerno lacui, vt mari tempeſtatibus concitato quandoque ſoleant coniungi. Dictus à lucro, propter multitudinem piſcium qui ibi capiebantur.

Luctatius Daphnis, Q. Catulli libertus, Romæ profeſſus eſt.

Luctatius Catulus Romanus ciuis qui primo Punico bello trecentis nauibus aduerſum Pœnos profectus, ſexcentas eorum naues commeatibus & aliis oneribus impeditas apud Ægates inter Siciliam & Africam depreſſit, finemque bello impoſuit: pacem petentibus hac conditione conceſſit, vt Sicilia, Sardinia & cæteris inſulis intra Italiam Africámque decederent. *Hiſpania* circa Iberum fluuium abſtinerent.

Lucullianum collem vocat Andreas Baccius locum prope Neapolim ad oram maritimam dextram, hodie *Pizzo Falcone* dictam.

Lucullus, vir clariſſimus Romanus, qui præclaras res geſſit. Hic nobilis, diſertus & diues, munus quæſtorum ampliſſimum dedit. *Prætor* Africam iuſtiſſimè rexit. Aduerſus Mithridatem miſſus, collegam ſuum Cottam Chalce-

done obſeſſum liberauit, Cyzicon obſidione ſoluit. Mithridatis copias ferro & fame afflixit, eúmque regno ſuo Ponto expulit: quem rurſum cum Tigrane rege Armeniæ ſubueniente, magna felicitate ſuperauit. Hic (vt refert Athenæus) cùm Romam poſt expeditionem Ponticam rediiſſet, ad vitam ſumptuoſam & elegantem ſe conuertit: tantas enim opes parauerat, vt ædibus & prætoriis extruendis, hortis & cœnationibus amœniſſimis, incredibiliſque ſumptu paratis, & bibliotheca inſigni vtriuſque linguæ libris referta, atque omnibus obuia & patenti, opes bello quæſitas conterere non potuerit, cùm interim quotidiano epularum apparatu in prouerbium pene venerit. Nimius in habitu, maximè ſignorum & tabularum amore flagrauit. Poſt, cùm alienata mente deſipere cœpit: tutela eius M. Lucullo fratri permiſſa eſt.

Lucilli horti & villa, cuius meminit Plutarchus, prope Neapolim: hodie *Cento Camerelle, & magni d'Agnano.*

Lucumo, viri nomen, à quo Lucumedi appellati, qui poſtea Lucerenſes ſunt dicti: hi fuerunt Tuſci.

Lucumones, quidam homines ob inſaniam dicti, quòd loca ad quæ veniſſent, infeſta facerent. Feſtus. Vide Scalig. ibid. & in lectionibus Auſonianis libr. 2. cap. 12. ad illud Auſonij,

Scilicet dacies ſi cor purgeris aceto.

Anticipeſque tuum Samij Lucumonis acumen.

Lucus, Celtarum, à quo Pariſienſes Lucij ſeu Lucenſes appellati ſunt: forſitánque eorum vrbs, Lucotecia, ab eo cognominata fuit. Beroſ. libro quinto.

Lucus Auguſti. Ptol. lib. 2. cap. 6. alio nomine Oluca Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, *Lugo* vulgò. *Aras Sextianas* Plin. *Auguſti turrim* Mela nominat.

Lucus Feroniæ, Tuſcorum colonia, Ptol. lib. 3. cap. 1. *Brentina* hodie.

Lucus Feroniæ, promontorium Hetruriæ eidem Ptol. Vulgò *Petra ſancta.*

Lud, filius Sem, Geneſ. 10. Lat. natiuitas vel generatio.

Ludim, filius Meſraim. Gen. 10. idem, p. n.

Ludouicus II. Romanorum imperator, anno ſalutis 815. Heroldum regno pulſum, victis Danis, patrio imperio reſtituit. Blond. Bernardus: Italiæ rex ſuaſu quorundam epiſcoporum imperatori rebellauit, quem ideò imperator reum capite plecti iuſſit, alios exilio damnauit, quoſdam monaſteriis perpetuò incluſit. Hic Ludouicus Lotharium primogenitum imperij conſortem declarauit Pipinum ſecundo natum Aquitaniæ, Ludouicum iuniorem Bauariæ reges deſignauit. Britanniam igne ferróque vaſtauit. Contra hunc commotio & ſimultas filiorum eius & optimatum exorta eſt. A filiis captus, in vinculis habitus eſt. Rurſus liberatus militari ſe baltheo cinxit, & imperium reaſſumpſit. Annales Franciæ.

Ludouicus, Romanorum imperator, anno ſalutis 856. Cum Sclauis, præliis multis pugnauit: captum demum eorum principem, nomine Raſtim, propter rupta fœdera exoculauit.

Ludouicus Balbus, VI. Romanorum imperator & Francorum rex, anno ſalutis 879.

Ludouicus Bauarus IV. Romanorum imperator, anno ſalutis 1316. Poſt Henrici imperatoris mortem inter electores variatum eſt in ſuffragiis, pars Fridericum Auſtriæ ducem, pars Ludouicum Bauarum creare imperatorem volebant. Lecti Cæſares, primò apud Francfordiam congreſſi ad pugnam non venere. Dein Leopoldus Auſtriæ dux, fratri auxiliaturus Ludouico ad Spiram occurrit: fugit Ludouicus. Hinc apud Eſlingam dubio marte pugnatum eſt, vt neutri victoria ceſſiſſe videatur. Secundo ad Briſeam Alſatiæ fluuium congreſſi, fugit Bauarus. Octauo demum anno Cæſares inter Milberg & Ceringen congreſſi, victoria Bauarus potitus eſt, Friderico capto. Blon. lib. 9. Plat. rerum potitus, Italiæ ciuitatibus, vicarios imperatorio nomine impoſuit, primúmque vicecomites Mediolanenſes ita fouit, vt Mediolano ſint potiti.

Ludouicus, Germaniæ rex, Abroditos à ſe deficientes bello perdomuit, anno ſalutis 845.

Ludouicus III. à proceribus, rex Germaniæ deſignatus regnauit annis X. anno ſalutis 902.

Ludouicus VII. Caroli Simplicis filius, Francorum rex, anno ſalutis 929.

Ludouicus, Lotharij filius, Francorum rex, anno ſalutis 987.

Ludouicus Groſſus, Philippi filius, Francorum rex, anno ſalutis 1107.

Ludouicus Iunior, Ludouici Groſſi filius Remis præſente patre, vnctus eſt in regem, anno ſalutis 1131. Ad expeditionem aduerſus Turcas ſe accinxit, Conſtantinopolim ſe contulit: ſeductus pariter ab Emanuele per Syriæ deſerta ſummo cum periculo exercitũ duxit, difficultate & inopia rerum preſſus. Antiochiã re infecta, lacerum exercitum ducere fuit coactus. Eleonoram vxorẽ dimiſit, quam Henricus Northmannus ſibi deſpõſauit: ob quas nuptias Aquitania, Andegauia, Cænomania & Turonenſis Comitatus Henrico acceſſere. Ludouicus Conſtantiam Alphonſi caſtellæ regis filiam vxorem duxit Æmil. Tertiam duxit vxorẽ Albizam, Theobaldi Bleſenſis Comitis filiam. Huic natus eſt Philippus: quẽ Adeodatum nominauit. Sacri Cæſaris comitem cum ſacro auro, quod populares, vt cuiuſque animus religióque ferebat contulerant, miſit in Aſiam, vt ſenex Latinos Aſiaticos eo ſubleuaret, qui-

bus ipſe ætate florens, armis at longinqua militia opem tulerat.

Ludouicus D. Ludouici pater, Francorum rex, anno ſalutis 1224. Gagui. lib. 7.

D. Ludouicus IX. Franciæ rex, anno ſalutis 1228. Proceres Franciæ ab eo defecerunt, quos vicit, ſuperauit & in fidem reduxit. Cruce ſignatus ad iuuandas res Chriſtianas cum ingenti exercitu in Aſiam nauigauit, ibíque, cum Heliopolim in Ægypto cepiſſet, ipſe captus eſt, redemptúſque pecunia: iterum cum tribus filiis Chriſtianæ rei augendæ gratia, magna claſſe parata, exercitum in Africam duxit. Tunetum olim Carthaginem, vi cepit: peſtilentia hinc graſſante, cùm exercitum inuaſiſſet, morbo periit. Blond. Plat. Gaguin. Æmil.

Ludouicus Hutinus, Francorum rex, anno ſalutis 1313. Idem in Nauarræ regno matri ſucceſſerat. Æmil. lib 8.

Ludouicus XI. Francorum rex, anno ſalutis 1462.

Ludouicus XII. Aurelianorum & Valeſij dux, Francorum rex, anno ſalutis 1497. Adepto regno Iohannam primam vxorem repudiauit, deinde Caroli regis relictam vxorem duxit. Mediolanum cepit: regno Neapolitano cum Friderico rege potitus eſt. Genuenſes, qui ab eo defecerant, deditione recepit. Venetos vicit, Brixiam, Bergomum, Cremam, Cremonam in ſuam redegit poteſtatem.

Ludouicus, Vngarorum rex, anno ſalutis 1343. Italiam ingreſſus, filij necem vindicaturus, Apuliæ regnum obtinuit. Relicto præſidio in Neapolitano regno cum fideliſſimo equitatu & peditatu, tertio menſe, quam venerat, in Vngariam eſt reuerſus.

Ludouicus, Vngariæ atque Bohemiæ rex, anno ſalutis 1517. Mariam, Caroli Archiducis Auſtriæ ſororem, vxorem duxit, anno ſalutis 1521.

Ludouicus, Tarenti princeps, à pontifice Clemente Neapolitanus rex deſignatus eſt, anno ſalutis 1351.

Ludouicus, Beſonis filius Italiæ rex, anno ſalutis 906.

Ludouicus Andegauenſis, rex Siciliæ à pontifice Martino deſignatus, anno ſalutis 1422.

Ludouicus Ludouici Romanorum imperatoris filius, Bauariæ rex à patre deſignatus, anno ſalutis 82[illegible].

Ludouicus, Aquileienſis Patriarcha, Cardinalis primus equos & canes alere cœpit, anno ſalutis 1444 Volat.

Ludouicus, Andegauenſis dux, cum exercitu XXV. M. equitum Italiam intrauit, vt Iohannam Vngarorum reginam ab ipſis Vngaris liberaret, anno ſalutis 1[illegible]82.

Ludouicus, Innocentij pontificis nepos à quo Picem agri Marchio, & Firmianus princeps conſtitutus eſt, anno ſalutis 1406.

Ludouicus, Aurelianus dux, Pariſiis interfectus, anno ſalutis 1407. Gagui. li. 9. Plat.

Ludouicus, Epiſcopus Tholoſanus, Caroli ſecundi Siciliæ regis filius, qui ea fuit caſtitate, vt nulli prorſus fœminæ præterquam matri & ſororibus verba faceret: ne vel colloquio ſanctitatem corrumperet.

Luentinum, Britanniæ vrbs. Ptol. lib. 2. cap. 3. Vulgò, *Pouneſtend*.

Lugdunum, emporium totius Galliæ Celticæ longè celeberrimum, à quo ea pars Galliæ, Lugdunenſis dicta eſt: à L. Munatio Planco, dum Galliæ Comatæ præeſſet, conditum, in colle ſupra confluentem Rhodani & Araris imminente: vbi etiam hodie non obſcura antiquæ Vrbis extant veſtigia. Habuit hæc vrbs templum inſigne, communi Galliæ totius impenſa extructũ & Cæſari Aug. conſecratum, ea parte ante vrbem, vbi amnes confluunt: ibique ara dignitatis eximiæ erat, gentium ſexaginta titulo inſignis, dicatis ibi totidem gentium ſimulachris. Ad hãc aram à Caligula Cæſare (vt in vita eius capite vigeſimo, teſtatur Suetonius) inſtitutum fuit certamen Latinæ, Græcæque facundiæ: idque ea lege, vt victoribus victi præmia conferrent, eorumque laudes componere cogerentur. Qui verò maximè diſplicuiſſent, ſcripta ſua ſpongia linguáve delere cogebantur, niſi ferulis verberari, aut flumine proximo mergi maluiſſent. Huc ſpectaſſe videtur Iuuenalis Satyra ſexta. Hæc autem vrbs tam inſignibus, tótque egregiis ornamentis nobilitata, teſte Seneca in Epiſtolis, ſub imperio Neronis, centeſimo anno à quo fuerat condita, vna nocte conflagrauit. Hodie verò in plano ſita eſt, magna ſui parte Rhodano & Arari fluminibus incluſa.

Lugdunum, antea *Lugudunum* appellatum eſt, alia etiam nomina obtinet apud veteres, à Stephano *Lugduna*, à Liuio & Plutarcho *inſula*, in vetuſtioribus inſcriptionibus, *Ciuitas Sequanorum*, *Rhodanuſia & Araria* à Sidonio & aliis appellatur. Eam peculiari libello deſcripſit Symphorianus, Champerius, & Gallica lingua Lugdunenſem hiſtoriam prolixè perſecutus eſt G. Paradinus, vulgò *Lyon*. Gregorius Turonenſis li. 1. tradit eam quoq; Nobiliſſimam nominatam ex eo quòd martyrum ſanguine illuſtrata fuerit. Sed Rhadanuſiæ & Rhodanuſiæ vrbium meminit etiam Steph. in Maſſilienſibus. Et Rhodanuſiæ regionis, Epiphanius ex Irenæo. Plutarchi libellus de Fluminibus & Montibus ſcribit hanc ciuitatem Lugdolum vocatam, hiſtoriámque fabuloſam & rationes friuolas adducens.

Lugdus, Celtarum rex, à quo prouincia & homines cognomenta ſumpſerunt. Beroſ. li. 5.

Lugeum, nomen admirandæ paludis quæ in Carmola fori Iulij vicina prouincia eſt. Hodie ab incolis vocatur lacus *Cyrckniaz*, oppidulo ei vicino ſic denominato: Singulis annis frumentum, venationem & piſcationem exhibet. Clauditur circumquaque montibus, & patet ad ſeſquimiliarium, minus laxa latitudine. Pleriſque in locis decem & octo cubitos altus eſt. & vbi minimum profundus exiſtit, iuſtam humani corporis æquat menſuram. Ex montibus circumpoſitis riui quidam ignobiles procurrunt ſuo quiſque alueolo: ab Orientali quidem plaga tres, ab Auſtrali quatuor. Singuli quo longius fluunt, hoc minus ſcatent aquis, terra nimirum ipſos combibente, donec poſtremò abſorbeantur ſcrobibus ſaxeis, ita natis, vt humano opere exciſæ videantur. Hic aquis ita redundantibus, vt recipi amplius non poſſint, fit vt regurgitent ſcrobes, neque ſolum nihil aquæ admittant, ſed etiam quicquid receperint, effundant tanta celeritate, qui refluxus impetum equiti quantumvis expedito & celeriter fugienti ægrè effugere liceat. Itaque quacunque pateat locus, diffunduntur aquæ & lacum efficiunt. Hæ aquæ poſtea non minus ferè celeriter recedunt, quàm acceſſerunt, ac non per ſcrobes illas tantùm, ſed vniuerſa penè terra eos non aliter recipiente, quã ſi per cribrum diffunderentur. Quod cum fieri ſentiunt accolæ, continuò grandioribus eius meatibus, quoad fieri poteſt, obſtructis, agminatim aduolant ad piſcationem, quæ ipſis non modò iucunda, verùm etiam perfructuoſa eſt. Porrò ſiccato lacu fit meſſis, qua parte ſolum prius conſitum erat: & idem rurſus conſeritur, antequam inundet, Graminis ita eſt ferax, vt poſt vigeſimum diem ſecari ſoleat. Lazius, Georg. Wernherus de admirandis Hungariæ aquis.

Lugidunum, Ptolemæo lib. 2. cap. 11. Germaniæ vrbs, hodie Glogauia. Vulgò *Glogau*. Curæus.

Lugio, vel Legio, vt legit Simlerus apud Antoninum, qui *Batha* ex ea facit Pannoniæ inferioris vrbem.

Lugionum, Pannoniæ inferioris vrbs. Ptol.

Lugodinum, Ptol. Batauorum vrbs in Gallia Belgica, vulgò *Leyden*.

Luida, Richaredi filius nothus Gothorum rex, inſidiis Viterici, ſeu Dieterici de medio ſublatus eſt, anno ſalutis 601.

Luidunardus, Vercellenſis epiſcopus, anno ſalutis 890.

Luitbalbus, Bauariæ dux, anno ſalutis 907.

Luit, mons Lyrano & Hebræorum commentatori in Commentariis ſuper Iſa. capite 15. Euſebio verò Pamphilo, vicus inter Areopolim & Ioaram: aliis inter Petram & Segor. Hebr. Luith.

Luna, vel Lunna, Antonino Galliæ Lugdunenſis vrbs eſt, quam Simlerus *Clagni* appellat, & *Clunia* fortè legendum putat.

Luna, Hetruriæ oppidum ad mare ſitum, fœcundiſſimis candidi marmoris fodinis, quod ab eo Lunenſe dicebatur, olim nobilitatum. Lucan. lib. 1.

quorum qui maximus æuo,
Aruns incoluit deſerta mœnia Lunæ, &c.

In quo oppido caſei genus conficiebatur, magnitudinis potius, quàm bonitatis nomine nobilitatum: quippe quòd ad ſingula millia pondo non rarò premeretur: vnde inter ſeruorum obſonia numeratur à Martiale lib. 14.

Caſeus Hetruſcæ ſignatus imagine Lunæ
Præſtabit pueris prandia mille tuis.

Lunæ, montis promontorium, Ptol. li. 2. cap. 5.

Luſitaniæ locus, vulgò *Ponte de Luna*, rectiùs *ponte de Luna*, id eſt, *poinćte*.

Lunæ ſylua, Ptolemæo in Germania deſcribitur.

Lunæ, promontorium Luſitaniæ, Ptole. & eidem mons Africæ regionis incognitæ, vnde Nilum originem ſumere ſcribit. *Bea* hodie vocari tradit Giraua. *Argirus* ab Ariſtotele nominari perhibet Becanus *Byblinos* appellat Æſchylus in Prometheo, vnde Nili ſcaturigines emanant.

Lunæ portus, Straboni eſt, qui Ericis Ptolemæo, vt Leander vult *Porto Venere* hodie nuncupari addit. (Ericis non eſt in Ptolemæi Græcis codicibus) in Liguria eſt. *Selene* Stephano dicitur.

Lunarium promontorium, Hiſpaniæ Tarraconenſis. Ptol. *Cabo de Vallu*. Cl. Aretio *Scala Annibalis*, eſt etiam aliud promontorium nomine *Lunenburg*, *& Mons Iouis*, de quo Ptolem. lib. 2. cap. 6.

Luneburgum, nobilis Saxoniæ vrbs olim villa in ciuitatem redacta ex ruderibus Bardeuigi oppidi. Hæc autem villa à Iulio Cæſare condita eſt, & à Luna ſic dicta: Lunæ enim ſimulachrum vſque ad Caroli Magni tempora illic remanſerat, quod ipſe deinde pietatis zelo commotus ſuſtulit. Ex Comitatu in Ducatum erecta eſt à Friderico II. anno 1235. Nunc munitiſſima eſt ciuitas, cincta foſſis & vallis, figuram habens quadratam, patens in longum, paſſibus circiter M. CCCL. & in latum nongentis. Negotiatione ſalis diues admodum eſt. Munſterus.

Lupa, quæ & Acca Laurentia dicta eſt, vxor Fauſtuli paſtoris armenti regij, quæ geminos infantes Veſtalis filiæ Numitoris ad Ripam Tyberis expoſitos aluit. Liu. lib. 1 ab vrbe.

Lupercal, locus ſub Palatino monte. Pani paſtorum deo conſecratus, in quo ſolennia quædam ſacra quotannis fiebant menſe Februario

Digitized by Google

quibus Pannos ſacerdotes, qui Luperci dicebantur, nudi per vrbem curſitabant mulierum palmas, vteróſque caprina pelle ferientes, qua re & fœcunditatem & facilem partum fieri putabant. Inſtituta autem putantur hæc ſacra ab Euandro, in honorem Panos Lycæi, quem Arcades ſimili honore colebant. Quare autem nudi diſcurrerent Luperci, Seruius hanc affert rationem: Cùm Romulus & Remus, ludicro huic intenti eſſent: latrones interim occaſione arrepta, pecora illorum abegiſſe, éáque re intellecta, Romulum cum omni iuuentute, abiectis veſtibus, vt ad curſum expeditiores eſſent, latrones eſſe inſecutos, iiſque oppreſſis prædam recepiſſe. Quæ res quoniam feliciter ceſſiſſet, manſiſſe deinde morem ſolemnem, vt Lupercalia à nudis celebrarentur. Hæc Seruius in illud Virg. 8. Æneid.

Hic exultantes Salios nudóſque Lupercos &c. Hunc nos Lycæum appellare poſſemus, ait Halicarnaſſeus.

Lupfurdum Ptol. lib. 2. cap. 11 Germaniæ vrbs, Hodie Miſna, vulgò *Meyſſen*, Miſniæ vrbem in eius loco conſtituunt Appianus & Bircheymerus.

Lupiæ, Straboni & Melæ, Lypſiæ Ptolemæo. *Lupia* Pauſaniæ & Plinio, Calabriæ in Italia oppidum, Lipiæ habet Ant. Pauſanias ſcribit quod priſco nomine *Sybaris* dicta fuerit.

Lupia, Germaniæ fluuius, Pomp. lib. 3. Coniectura eſt, eum eſſe, quem hodie *Neccarum* vocant, qui haud longè à Danubij fontibus ortus per Witembergenſem Ducatum lapſus móxq; in occaſum, verſus Rhenum ſeorſum illabitur. Strab. longè ſecus quàm Pomponius Lupiam in Viſurgim deferri ait, vt Lupiæ amnis, non Neccarus, ſed is amnis, quem hodie *Fuldam* vocant intelligatur. Tacitus (adeò in re tantilla variant ſcriptores) libro Auguſtæ hiſtoriæ 2. Lupiam vocat amnem, non in Rhenum, ſed in Oceanum elapſum, vide Lupiæ.

Lupicinus, conſul, collega Iouini, an. ab vrbe 1120. Quo tempore Conſtantinopoli grando miræ magnitudinis decidens aliquot homines extinxit, & apud Atrebatas vera lana de nubib. pluuia mixta deſfluxit.

Lupondum, vel Luponudum, et non longè à Danubij fontibus. Laz. hodie *Lupff*.

Lupus, Boroiulianorum dux, anno ab vrbe 2120.

Lupus, conſul, collega Maximi, anno ab vrbe 984.

Lupus, Senonenſis epiſcopus, qui tanta erat in pauperes munificentia, vt nullum ſibi relinqueret theſaurum, ſed omnes exhauriret in id loculos. Volat.

Lucius Lucumo, rex Tuſcorum, regnauit annis 25. Hic Lucam vrbem Italiæ condidit. Cato de Orig. anno ab vrbe 40.

Lurius Lupus, conſul, collega Aurel. Prob. à Aug. anno ab vrbe 1030. lege Furius.

Lurius Orphitus, conſul, collega Fl. Antiochiani, anno ab vrbe 1022. lege Furium.

Luſatia, Saxoniæ regiuncula, quamuis Bohemorum ditioni parens, tamen Saxoniæ tribuitur, inter Albim Oderam, & Bohemiæ montes iacet. Vrbs præcipua eſt Gorlitia. Niſſa fluuius eam rigat. Rithaymer.

Luſia, vicus Oeneidis tribus à Luſia, vna ex Hyacinthi filiabus, ita dictus à quo λουσιεὺς, pertinens ad hunc vicum tribus Oeneidis. Steph.

Luſignanum, oppidum apud Pictauos à Meluſina conditum, ac nominatum, Gallicè *Luſignan*.

Luſitania, tertia Hiſpaniæ pars, quam Plin. lib. 4. c. 12. à Durio amne finit, reliqua citeriori attribuens. In qua ſententia & Ptolemæus eſt, at Strabo cum Mela conuenit. Huius regionis (inquit) latus Auſtrale Tagus cingit, ab Occaſu verò & Septentrione Oceanus, ab Aurora Carpetani, Vetiones, Vaccei, & Callaici, famæ maioris populi. Scribit Plin. lib. 3. Luſum Liberi patris ac Lyſam cum eo debacchantem nomen dediſſe Luſitaniæ. Hæc Oceano Occidentali alluitur, in qua eſt ciuitas Emerica, & Portugalliæ regnum. Luſitanum littus pollet gemma ceraunio, quod Indicis præferunt, & aduerſus vim fulgurum creditur opitulari. Belitani Stephan. iidem cum Luſitanis ſunt. Apud eundem legitur Λουσιτανία, pars Bæticæ & Gentile Λουσιτανοί, Luius apud Celtiberos eo tempore imperabat, quo Pharao Chencres in mari rubro periit: à quo Luſitania id habuit nominis, vulgò, *Portugal*. Beroſ. lib. 5. Liſitania per i in prima habet Ap. Alexãdrinus. Huius incolas *Belitanos*, vocari ait Stephan. *Bellitanos* appellat Plin. quoſdam Hiſpaniæ citerioris populos. Oſorius ait Portugalliæ vocabuli etymon (aliquid à Gallorum portu) à Cale portu deduci, quod eſt oppiduli nomen, quod Durio flumini imminet, qui olim piſcationis gratia frequentari ſolebat: inde tanta multitudo hominum confluxit, vt in ciuitatem opulentiſſimam euaſerit & *Portegale* nominari cœperit: inde verò totum regnum nomẽ obtinuiſſe conſpicitur.

Luſitania trans Durium fluuium verſus ſeptentrionem, nunc *Callaica* dicitur, vt ſcribit Strab. quos aliqui *Callaicos Bracarios* Ptolemæo, & *Brucaros* Plinij putant. *Antrea Douro, & Minho* hodie dicitur, vbi Braga metropolis.

Luſius, Bocatio, ſiue, vt quidam, Lyſius, Arcadiæ fluuius, quem penes eſt ſepulchrum Æſculapij Æſculapi & Arſinoæ filij: qui primus alui purgationem, atque dentis euulſionem adinueniſſe dicitur.

Luſius, Marij ex ſorore nepos, qui ... virgini

Trebonio vim & ſtuprum vellet inferre, ab eodem eſt interfectus. Plutar. in Mario.

Iuſpiæ, Ptol. lib. 3. c. 1. Calabriæ vrbs: Lupia. Plin. vulgò *Leccie, Lezo*.

Iuſſi, vrbs Arcadiæ: vbi Melampus, Prœti filias lauit, & ab inſania liberauit. Ciuis, Luſius, Luſitates, Luſeus. Steph.

Iuſſonium, Pannoniæ inferioris vrbs. Ptolemæo. *Pax* Simloro eſt: *Luſſunium* Anton. Luſſonium, nunc *Intercisa* habet li. notitiarum.

Iuſus, Celtiberorum rex.

Iutetia Pariſiorum, fertiliſſimi regni Francorum caput, magnitudine incredibili nobilium, mercatorum, ciuium & ſtudioſorum frequentia, ædificiorum & publicorum & priuatorum ſplendore, non modò vniuerſæ Galliæ, ſed maximis totius Europæ ciuitatibus præfertur. Hanc à Paride qui à Iaphet, filio Noe, ſucceſſiuè deſcendit, & 18. Celticæ Galliæ rege quarundam narrationum monumentis declaratur primum fundata, à quo & nomen ſortita eſt. Poſteaquam vero cum plateæ lapidum pauimento ſtratæ non eſſent: has autem ingens hominum multitudo contereret, ob luti quantitatem Lutetia denominata dicitur. Alij tamen ab albedine murorum, *λευκετίαν* à Græcis vocatam exiſtimant. Eam Iulius Cæſar vſque adeò ædificiis auxit tamq; fortiter cinxit mœnibus, vt Iulij ciuitas à nonnullis ſit appellata. Ampliſſimam hanc ciuitatem Sequana fluuius diuidens, tripartitam conſtituit, quarum prior Vniuerſitas, altera Ciuitas, tertia Vrbs nominatur. Illam Carolus magnus Alcuini præceptoris ſui inſtinctu anno Chriſti 796. ex Romana fundauit, & permultis prærogatiuis, priuilegiis & immunitatibus ſplendidiſſimè exornauit. Palatium regium Philippo Pulchro ædificatum eſt, cura Enguerrantij Marignij anno Chriſti 1315. Lutetia Pariſiorum templa habet 48. Monaſteria 24. Xenodochia 9. Sacella 13. Innumera ferè ſana; Collegia publica 20. Priuata 30. Portas habet 13. Pontes 5. Fontes 16. Suburbia 10. tam lata, vt horum quædam cum magnis Galliæ ciuitatibus certent. Vulgò *Paris*.

Iuteuani, qui & Foronerienſes, Plinio Galliæ Narbonenſis populi. *Lodeſus*, Pineto.

Iuti, Germaniæ pop. Plin.

Iutia, opulentum Hiſpaniæ oppidum. App.

Iuza, i, amygdalus ſiue diſceſſio, vel declinatio. ciuitas Chananææ in tribu Beniamin. Ioſ. 18. Quæ alias Gen. 28. & 35. nuncupatur Bethel à Iacob. Eſt ſecunda Luza, quæ cecidit in ſortem filiorum Ioſeph iuxta Sichem, in tertio lapide ipſius Sichem, ſiue Neapolis, Ioſue 16. Eſt & tertia Luza, in terra Hethim à veteris Luzæ proditore condita, Iudicum 1.

L Y

Lyæus, vnum ex Liberi patris cognominibus, inde impoſitum, quòd immoderatus vini vſus pariat *λύαν*, hoc eſt, rixam & ſeditiones. Aut certè *παρὰ τὸ λύειν τὰ μέλη τῶν μεθυσκομένων*, hoc eſt, ab eo quod ebriorum membra vel curas ſoluat: vnde & *λυσιμελὴς* à Græcis cognominatur. Virg. lib. 4. Æneid.

Legifera Cereri, Phœbóque, patrique Lyæo,

Inde Lyæus a, um, pro Lyæius. Virg. 1. Æn.

Regales inter menſas laticémque Lyæum.

Iyburni, populi ab Hercule Libyæ nominati & conditi. lege, Liburni.

Iybum. Cœleſyriæ vrbs, Ant. inter Damaſcum & Laodiceam.

Iycabetus, vel Lycambetus, Atticæ mons maximus. Plin.

Iycæa, vel Lycætha vrbs Arcadiæ: Gentile, Lycæus. Pauſ.

Iycæus, cæi, Arcadiæ mons, Ioui ſacer, teſte Pauſania Arcadicis, olim etiam Olympus, & *ἱερὰ κορυφή*, id eſt, ſacer vertex ab incolis appellatus, quòd Iouem ibi educatum exiſtimarent. In hoc etiam monte Iouis Lycæi ara fuit à Lycaone Pelaſgi filio primùm conſecrata: quam cùm poſtea mactati pueri ſanguine reſperſiſſet, in lupum dicitur eſſe transformatus. Erat ibidem & Iouis Lycæi lucus, quem ſi quis lege ſpreta eſſet ingreſſus, annum ſuperuiuere negabatur. Leonic. Tom. lib. 3. c. 44. Item fons inſignis, nomine Agno, tam admirabilis naturæ, vt re diuina ibi curioſius peracta, quernóque ramo aqua leuiter commota, mox denſus inde ſurgeret vapor, nebulæ aſſimilis, quæ non multo pòſt effecta nubes, aggregatis item aliis, largos demitteret imbres, Hæc Pauſanias, Conſtat tamen Lycęum montem non ſoli Ioui, verum etiam Pani ſacrum fuiſſe. Virg. Georgicorum lib. 1.

Ipſe nemus linquens patrium, ſaltuſq; Lycæi,
Panteuinum cuſtos, tua ſi tibi Mænala curæ,
Adſis ô Tegeæa fauens.

Hinc etiam Pan Lycęus paſſim à Poëtis cognominatur. Idem li. 8. Æneid.

——gelida monſtrat ſub rupe Lupercal
Parrhaſio dictum Panos de more Lycæi.

Huius pars *Ceranſius* quoque dicitur, vbi Nedę fontes ſunt, eodem Pauſania auctore.

Iycęa, ſacra in Lycęo Arcadię monte in honorem Panos fieri ſolita, quę poſtea ab Euandro in Latium tranſlata, Lupercalia dicta ſunt, placet Ouid. li. 2. Faſt.

Iycęus, Apollinis cognomen. Steph.

Iycambes, Neobuleis pater, qui cùm filiam Archilocho poetę deſpondiſſet, poſteáque pœnitentia ductus non tradidiſſet tam acerbo carmine ab eo eſt perſtrictus, vt vnà cum filia laqueo vitam finierit. Horat. in Epodis Ode 6.

——in malos aſperrimus
Parata tollo cornua,

Qualis Lycambæ ſpiritus inſide gener. &c.

Hinc Lycambæus, a, um, Ouid. in Ibin.

Tincta Lycambæo ſanguine tela dabit.

Lycaon, Arcadiæ rex, Pelaſgi filius, quem Iupiter quòd aram ſuam in lycæo monte, mactati pueri ſanguine reſperſiſſet, in lupum mutauit, vt ſcribit Pauſan. in Arcadicis. Ouid. tamen lib. 1. Metam. omnino aliam tradit transformationis huius cauſam, quæ ſic habet: Iupiter aliquando cùm multa de humani generis impietate inaudiſſet, neque tamen omnia crederet, vt rem omnem certius exploraret, relicto cœlo in terram deſcendit, aliquótque regionibus peragratis tandem ſub noctem in Arcadiam peruenit ad Lycaonis regiam. Vbi cùm ſe deum eſſe ſignificaſſet, vulgúſque ſe ad ſacrificia accingeret, irridens crudelitatem eorum Lycaon, ea ipſe nocte ſe periculum facturum eſſe dixit, deúſne, an mortalem hoſpitio ſuſcepiſſet: conatúſque eſt, noctu dormientem interimere. Quod cùm fruſtra tentaſſet, alia ratione rem aggreſſus eſt. Habebat obſides à Moloſſorum gente ad ſe miſſos, Horum vnum iugulauit: partimque aſſum, partim elixum Ioui epulandum appoſuit. Cuius rei immanitate indignatus Iupiter, regiam tyranni immiſſo fulmine exuſſit, ipſúmque in ſyluas fugientem in lupum transformauit. Hinc Lycaonius, a, um, vt Axis Lycaonius, hoc eſt, Vrſa maior, in quam Calyſto Lycaonis filia creditur transformata. Ouidius 1. Triſt.

Quaque Lycaonio terra ſub axe iacet.

Idem 1. Metamorph.

Facta Lycaonia referens conuiuia menſa.

Lycaon, Nelei filius, & Hectoris frater, quem Hercules expugnato Pylo occidit. Alius Priami filius, ex Laothoe Altai Lelegentium regis filia, ab Achille occiſus. Alius item Lycaon, Gnoſius faber, & artifex enſis, quem Aſcanius dedit Euryalo, vt oſtendit Virgilius libro nono Æneid.

Lycaonia, regio Aſiæ minoris prope Phrygiam à qua montibus ſeparatur, ad Taurum Ciliciũ & Piſidicum extenſa, medium quodam modo locum occupans. Sunt qui ſcribant Lycaoniam eſſe partem Arcadiæ à Lycaone cognominatam. Stephanus totam Arcadiam olim Lycaoniam dictam ſcribit, & à filio eius Hypſunte Thyræum in Arcadia conditum. Idem alibi Lycaoniam Lyciæ & Iſauriæ regionem eſſe tradit. A Lycaonia fit Lycaonius, a, um, & Lycaon ὁμωνύμως καὶ ἐθνικῶς inquit ille, vnde pluraliter Lycaones. Cæterum Lycaones Lyciæ ad Lycum fluuium habitantes aliquando Æzeos dictos ſcribit Halicarnaſſeus. Hi poſtea in Italiam profecti Oenotri dicti fuere. Eſt & Phrygiæ minoris vrbs Lycaonia. Pomponius Mela, Cappadocas, Gallogræcos, Lycaonas, Phrygas, Piſidas, & Iſauros tanquam vicinas recenſet, lib. 1. cap. 2.

Lycapſus, vicus prope Lydiam. Steph.

Lycas, vir quidam, qui ab Hercule præcipitatus eſt, quòd ei tunicam cruore Neſſe tinctam & veneno imbutam attuliſſet, Sabellic. & Ouid. in Ibin. Eſt item Aſiæ & Coæ inſulæ oppidum.

Lycaſte, filia Priami ex concubina, cuius amore flagrans Polydamas, Antenoris & Theanūs ſororis Hecubæ filius, eam vxorem duxit.

Lycaſte, meretrix nobilis, apud Drepanum Siciliæ vrbem, ob formæ excellentiam Venus appellata, quæ cùm Buten, Amici Bebriciorum regis filium hoſpitio excepiſſet, eius concubitu vſa, Erycen ei peperit: quo factum eſt, vt apud poſteros creditum fuerit Buten ex Venere Erycen genuiſſe. Vide Butes.

Lycaſtos, vrbs Cretæ: ſic à luporum multitudine dicta, quæ ibi eſſe creditur. Pomponius Mela, lib. 2. Strabo 10. Homerus, Λύκαστον μιλητόν τε καὶ ἀργινόεντα λύκαστον, Ciuis, Lycaſtius. Steph.

Lycaſtum, Cappadociæ vrbs. Plin.

Lyces, fluuius Scythiæ Europææ, & vrbs Macedoniæ. Valer. Flaccus & Liu.

Lyceum, gymnaſij celeberrimi nomen iuxta Athenas, in quo Ariſtoteles frequentiſſimo auditorio philoſophiam profitebatur, quemadmodum Plato in Academia Cic. 1. Acad. qui erant cum Ariſtotele, Peripatetici dicti ſunt, quia diſputabant inambulantes in Lyceo, Idem alibi.

Inque Academia umbrifera nitidóque lyceo,
Fuderunt claras diuini pectoris artes.

Lyceum, gymnaſium Ciceronis in fundo Tuſculano, à nomine ſcholæ Ariſtotelicæ ita dictum, de quo lib. 1. de Diuinatio refert: Nuper cùm eſſem cum Qu. fratre in Tuſculano diſputatum eſt. Nam cùm ambulandi cauſa in lyceum veniſſemus (id enim ſuperiori gymnaſio nomen eſt) perlegi (inquit ille) tuum paucò ante tertium de Nat. deorum.

Lyceus. Vide Lycæus.

Lychas. Vide Lechas.

Lychnidos, aliàs lychnitos, vrbs Illyriæ. Gentile, lychnidius & lychnidia palus, & lychnitis. Eſt etiam lychnitis, parua regio Armeniæ. Steph. & vrbs Macedoniæ. *Ochrida* apud Sophianum eſt. Stephano Lychnidus, & Polybio λυχνίς. Eſt etiam lacus eſt, quem Sophianus in ſua Græciæ tabula iuxta eandem vrbem deſcribit: & *Lago de Lochrida* recenti vocabulo indigetat. Hanc eandem videtur Liuius lib. 44. *Aſcuridem* appellare, idem etiam lib. 42. Begorriten lacum hoc tractu habet, ſed an idem ſit, viderint peritiores.

Lychnitis, Armeniæ maioris palus [illegible]

Armeniæ

Armeniæ regio quoque Steph. eſt.

Lycia, regio minoris Aſiæ inter Pamphiliam & Cariam ſita: olim (ſi poetarum fabulis credimus.) Chimeræ monſtri ignibus infeſtata. Cuius fabulæ occaſionem præbuit Chimera eius regionis mons, crebrò ignem eructans. Dicta eſt autem Lycia à Lyco Pandionis filio. Vrbem habet Pataram, Apollinis oraculo celebratam, à quo Apollo Patareus cognominatur. hinc Lycius. Gentile Virg. 1. Æneid.

Vnam, quæ Lycios fidúmque vehebat Orontem,

Et Lyciæ ſortes Virg. 4. Æneidos, id eſt, ſortes Apollinis, qui in Lycia apud Pataram reſponſa edebat. Mylias olim dicta fuit, etiam Ogygia, Stephano teſte. Incolas *Termilas* vocatos ſcribit Herodotus, & *ſolymis* idem Steph.

lycias, Rhætiæ fluuius. Ptole. *Lech* hodie.

lycidas, dæ, nomen Centauri, vnus ex iis, qui Pirithoo Hippodamiam ſponſam eripere conati, à Lapithis ſunt interempti. Ouid. 12. Metamorph.

At non Eurynomus, Lycidámque & Areus, & Imbreus

Effugere Necem.

Eſt & nomen paſtoris apud Virgilium nona Ecloga.

lycimnius, frater Aſtyochiæ auunculus Triptolemi à quo & ipſe interemptus eſt. Hom.

lycimnia amica Horatij, de qua ipſe libro 9. Car. Ode 12.

Me dulces dominæ Muſa Lycimniæ,

Cātus me voluit dicere lucidū fulgentes oculos.

Cæterùm alij legunt Liciniæ, alij vt Lambinus, Lycymniæ.

lyciſca, canis nomen, à Lyco lupo, vel quaſi Lacæna, id eſt, ex Laconia, quia inde veniunt optimi canes.

lycius, Apollo dictus eſt à Lyco lupo, quòd ſicut lupi pecora rapiunt, ita ipſe humorem haurit radiis. Priſci Græcorum primam lucem quæ præcedit ſolis ortum, λύκην appellarunt ἀπὸ τῆς λύκης id eſt, à luce, idque temporis hodie quoque λυκόφως cognominant. Et Lycij Apollinis oraculum, quia in Lycia maximæ claritatis fuit, ob luporum interfectionem.

lycoa, vrbs Arcadiæ. Gentile, Lycoates. Step. ex Pauſ. lib. 8.

lycoanitis, Diana dicta eſt à Lycoa ciuitate, vbi templum habebat. Palæph.

lycomedis, Lacus Africæ, Plinio auctore, quem Pinetus recentiori vocabulo *Lynxano*.

lycomedes, Scyri inſulæ rex, cui Thetis filium ſuum Achillem dormiente præceptore ſuo Chirone clam raptum ſeruandum tradidit, vt ibi inter eiuſdem regis filias (erat enim facie venuſta & puellari, ita vt facilè pro puella ſeſe gereret) muliebri habitu indutus latitaret, ne ad bellum Troianum, à quo illum non reuerſurum eſſe ſciebat, proficiſci cogeretur: apud quem cùm deliteſceret Deidamiam regis filiam vitiauit, & ex eo Pyrrhum ſuſcepit.

lycomedes, Creontis filius. Homerus libr. 9. Iliados.

lycon, Ægypti vrbs. In Notit. vide Lycopolis.

lycon, Hiſpaniæ oppidum. Liu.

lycon, Philoſophus Pythagoricus.

lycon, Socraticus, ſiue Peripateticus, eloquēs, & in dicendo ſuauis adeò, vt pro Lycon, Glycon nominaretur, quod ſignificat dulcedinem. Hic fuit cultu & veſtium mollitie nitidiſſimus lucta & pilæ ludo exercebatur. Periit podagræ morbo annos natus 4. Tertius, Lycon fuit poeta. Quartus epigrammatum ſcriptor. Laertius.

lyconpolis. Vide Lycopolis.

lycone, vrbs Thraciæ, Gentile, Lyconeus Stephanus.

lycophron, poeta, patria Chalcidenſis, Sophoclis grammatici, adoptione verò Lyci Rhegini hiſtorici filius, inter ſeptem poetas, qui Pleiades dicebantur à numero ſtellarum, Philadelpho Ptolemæo acceptus. Erant autem hi, Theocritus, Aratus, Nicander, Apollonius Philecus, Homerus iunior, Lycophron. Author Suidas. Is ſcripſit Alexandrām, poema valdè obſcurum, in quo meminit de vaticiniis Caſſandræ, exorſúſque ab Hercule, & rebus Troianis, proſequitur vſque ad Alexandrum Macedonem. De huius morte Ouid. in Ibin.

Vtque cothurnatum periiſſe Lycophrona narrant.

Hæreat in fibris fixa ſagitta tuis.

Alius fuit Perinthi Corinthiorum regis filius, qui matrem occiderat, viuente adhuc patre: de quo vide multa apud Herod. libr. 3. & Laert. in Periandro.

lycopolis, vrbs Ægypti, ſic à lupis cognominata, eò quòd Æthiopes agros Æthiopios incurſantes, lupi facta acie vſque ad ciuitatem Elephantinam repulerint. Sed ibidem ciuitatem conſtruentes Ægypti, vbi aciem ſtruxerant, à beſtiis illis Lycopolim cognominarunt, ac pro diis lupos ipſos venerantur. Auhtor Diodorus Siculus lib. 2. Steph. λύκων πόλις, vna eſt in lycopolite præfectura Ægypti: altera in Sybennitica iuxta mare. Gentile, Lycopolitæ.

lycorea, vicus in Delphis à Lycoreo rege. Ciuis, Lycorus, Lycoreus, Lycorites. Eſt & Lycoreus Iupiter. Steph.

lycorias, nomen Nymphæ apud Virgil. libro 4. Georg.

lycoris, idis, Volumnij Senatoris liberta, vero nomine Citheris dicta miſerè à Corn. Galbo adamata: quo tamen ſpreto, Antonium in caſtra ſequuta eſt. Virg. 10. Ecloga.

tua cura Lycoris,

Pérque niues alium, pérque horrida caſtra ſequuta eſt.

Lycormas fluuius Ætoliæ, flauas arenas voluens. Hic poſtea Euenus ab Eueno rege Ætoliæ, qui ſe in illum præcipitauit, appellatus eſt. Strab. li. 7. Ouid. li. 2. Metam.

Arſuríſque iterum Xanthus, flauúſque, Lycormas.

Gentile, Lycormæus, vide Apollodorum, Strabonem, Plutarchum, in opuſculo de fluminibus, & Strobeum de morbis. Niger *Luſi lari* indigetat. *Phidari* Petancius. Vibio *Eſper* dicitur. Hyginus ſcribit eum ſuo tempore *Chryſorrheas* vocari *Calydonius* amnis, Ouidio eſt, quod Calydonem vrbem alluat. Statius quarto Thebaidos *Centaureum* eum cognominat.

lycoſthene, vrbs Lydiæ, Steph. Gentile, Lycoſtheneus, vel Lycoſthenites.

lycoſura, vrbs Arcadiæ in Lyceo monte, inde Lycoſureus. Steph.

lycozea, vrbs Thraciæ Ciues, Lycozei. Steph.

lyctonia, vrbs Cretæ inſulæ. Tortel.

lyctus, Cretæ vrbs inſignis, Idomenei patria: vnde ille Lyctius cognominatur à Virg. li. 3. Æneid.

Et Salentinos obſedit milite campos

Lyctius Idomeneus.

Lycurgus, nobilis Spartiata, Polydectæ filius & frater Eunomi Lacedæmoniorum regis, cui etiam in regnum ſucceſſit, ignarus Eunomum, vxorem grauidam reliquiſſe, quod vbi primum cognouit, poſito regis nomine, Prodici, hoc eſt, tutoris nomen aſſumpſit, regiq; adulto (Charilao ei nomen erat) regnum fideliter reſtituit. Verùm cùm ciuitatem peſſimè inſtitutam animaduerteret, ad conſtituendam ſalubrioribus legibus Rempublicam animum adiecit. Conſcriptis itaque iis, quæ longa peregrinatione didicerat, ciuitati vtilia fore, Delphos ſeſe contulit, vt Dei quoq; conſilium in re ſanctiſſima exploraret. Cúmque Pythia conſilium eius à Phœbo maximè probari, deíq; potius, quam hominis inuentum eſſe reſpondiſſet, alacrior ad peragendum inſtitutum factus, foro aliquot armatis occupato, leges ſuas profert. Quibus cùm iam ciues mediocriter aſſuefactos videret, vt quas tulerat leges, æternas quoque redderet, hanc rationem commentus eſt. Simulat arduum adhuc quidnam ſupereſſe, quod ad ciuitatis ſalutem pertinent, quod tamen inconſulto oraculo aggrediendum non eſſet, eaq; de cauſa ſe Delphos proficiſci velle. Interim tamen Reip. intereſſe, vt leges, quemadmodum latæ erant, in reditum ſuum inuiolatæ ſeruarentur, idq; ita futurum, primùm à Regibus, deinde à cæteris omnibus iuſiurandum exegit. Profectus itaque Delphos, cùm Pythiam reſpondentem audiſſet, nihil legibus illis abſolutius eſſe, fœliciſſimamque fore ciuitatem eam in qua illæ quam diutiſſimè ſeruarentur, conſtituit ſibi ampliùs in patriam non eſſe redeundum: ne illi aliquando iureiurando ſoluti, leges ſuas excuterent. Miſſo itaque Spartam oraculo, amicóſque itineris comites amplexus, iíſque dimiſſis, Cirrham conceſſit, vbi mox ſuis ſibi manibus necem conſciuit. Quanquam alij Criſſæ, nonnulli etiam in Creta interiiſſe volunt, vbi etiam ſepulchrum eius apud Pergameā vrbem oſtenditur. Spartani mortuo ſacellum conſecrarunt, & ob ſingularia eius in patriam merita, diuinos ei honores tribuerunt. Vide latiùs vitam eius apud Plutarchum.

lycurgus, Nemææ rex, & pater Achemori, alumni Hypſipylæ. Stat. lib. 5. & 6. Theb.

lycurgus, Thraciæ rex, filius Dryantis, qui quod Thracas immoderatè vino deditos conſpiceret, vites omnes toto regno excidi iuſſit, Plutarchus in eo opuſculo, quod de poetarum vtilitate conſcripſit. Hinc datus eſt poetis locus fabulæ, Lycurgum infeſtiſſimo Bacchum odio proſecutum eſſe, adeò vt nutrices illius in Nyſa latentes perſequeretur, & Baccho ipſi tantum terroris incuſſerit, vt præcipiti fuga traiecto mari, in Naxum ſe receperit: ideóque iuſta numinum ira Lycurgum in furorem conuerſum, cùm vites quoque, ne Baccho in poſterum libaretur, excidere vellet, tibias ſibi ſuccidiſſe. Hic eſt ille Lycurgus, cuius meminit Virgil. 2. Æneid.

Terra procul vaſtis colitur Mauortia campis,

Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo.

Lycurgus, gigas, ab Oſiride in Thracia peremptus. Beroſ. li. 5. Diod. li. 1. de Fab. antiq. geſtis.

lycurgides filius Lycurgi, apud Ouidiū in Ibin.

Quique Lycurgiden (Ancæum ſeu Angæum,) intelligens, quamuis tamen hunc quidam Neptuni & Aſtypaleæ filium dicant, de quo ſuprà,

——laceraras ab arbore natum,

Idmonáque audacem, te quoque rumpat aper.

quem autem idem poeta eodem loco, Lycurgum Pentheidem vocat, inquiens,

Quæ ſua Pentheiden proles eſt vlta Lycurgum,

Hac maneat teli te quoque plaga noui.

Mihi non ſatis liquet, quamuis Guido quidam Morillonus hunc locum annotans dicit, Buthen quendam Lycurgi Thracum regis filium & Penthei nepotem, Bacchi ſacerdotes in patris vindictam occidiſſe, contra reliquos omnes authores, qui hunc Lycurgum Dryantis non Penthei filium faciunt. Sit tamen cuique liberum iudicium.

lycus, Bœotiæ rex, qui Antiopam Nyctei regis filiam vxorem duxit: quam poſtea, cùm à Ioue in Satyrum conuerſo compreſſam cognouiſſet, repudiauit. Dirceniq; vxorem duxit: quæ

verita

uerita, ne Antiope cum Lyco in gratiam rediret, arctiſſimis eam in vinculis aſſeruauit: quibus Iouis miſeratione diſſolutis, in Cithæronem montem profugit, vbi Amphionem & Zetum peperit, qui poſtea à paſtore, qui ipſos nutriuerat, edocti, eum vnà cum vxore interfecerunt, vt latiùs docuimus ſupra in dictionibus Amphion & Dirce.

Lycus, exul Thebanus, qui id temporis, quo Hercules ad inferos deſcenderat, rei bene gerendæ occaſionem ſibi oblatam ratus, Creonte occiſo, regnum Thebanorum occupauit: eúmque iam Megaræ Herculis vxori vim inferre pararet, opportuno illius reditu oppreſſus eſt, & cum ſuis omnibus interfectus, vt latiùs eſt videre apud Senecam in Hercule furente.

Lycus, nobilis Troianus, vnus ex comitibus Æneæ. Virg. 1. Æneid.

Nunc Amici caſum gemit, & crudelia ſecum
Fata Lyci.

Lycus, Priami filius: item vnus è Centauris. Item Lycus, fluuius Aſſyriorum, qui Tigri immiſcetur.

Lycus, medicus nobilis Neapolitanus, qui Atriplicem herbam contra cantharidas bibendam cenſet. Plin. li. 20. c. 20.

Lycus, rex Libyæ, qui cùm hoſpites ſuos immolare conſueſceret, à Callithoë filia proditus fuit. Nam cùm hæc Diomedem, qui direpta Troia in Lybiam tempeſtate deiectus fuerat, amore deperiret, eum è vinculis emiſit. At ille, ſpreto ſalutis authore, enauigauit. Ea autem vltrò vitam laqueo finiuit. Pur. Par.

Lycus, fluuius Aſiæ, non procul à Laodicea, qui cuniculis ſubterraneis abſorbetur, & rurſus emergit. Ouid. 15. Metam.

Sicubi terreno Lycus eſt epotus hiatu,
Exiſtit procul hinc, alióque renaſcitur ore.

Item alius iuxta Heracleam Mariandinorum in Pontum Euxinum illabens. De hoc Ouid. li. 4. de Ponto.

Huc Lycus, huc Sagaris, Peniúſque, Hypaníſque
Cretéſque
Influit, & crebro vertice tortus Halys.

Rurſus alius in Germania, Rhætos à Vindelicis dirimens Ptol. lib. 2. ca. 12. Item in Macedonia, Plutarch. & in Cilicia. Plinio. Rhætiæ Lycus in Danubium defluit. Ptol. autore. hodie *Lech* nominatur. Siciliæ Lycus fluuius eſt, teſte Diodoro lib. 16. qui *Platina* dicitur, vt Aretius tradit, aut *Platani*, vt Fazellus.

Lycus, Qu. Curtio li. 3. fluuius Aſiæ minoris qui Celenas Phrygiæ vrbem interfluit, *Marſias* Liuio eſt.

Lycus, fluuius Scythiæ Europææ, in Mæotim effluens apud Ptol. & Herodot. Item Phœniciæ fluuius. Plinius alium deſcribit in Euphratem influentem. Alius item in Macedonia iuxta Daſſaretios populos. Eſt etiã alius circa Byzantũ Cedreno, quem tradit ab Apollonio Tyanio coactũ ne Byzantio inundationibus noceret.

Lydæ, Lyciæ oppidum. Ptol. v. Chyda.

Lydda, Palæſtinæ Iudææ vrbs Ptol. li. 5. ca. 16. Alio nomine Dioſpolis: hodie *Roma*. Caſtald.

Lyde, Antimachi poetæ vxor fuit, quam egregiè animo charam habuit, quæ quum mortua eſſet, ille elegiam, qua mœrorem ſolaretur, ſibi fecit nomine Lyden, vbi enumeratis heroicis calamitatibus & infortunijs, malis alienis ægritudinem ſibi minuit. Huius meminit Plutarchus in libro de conſolatione. Propert.

Nec tantùm Clario Lyde dilecta poeta, &c.

Lydia, regio Aſiæ minoris, Crœſo rege & Pactolo aurifero flumine notiſſima, quæ flexuoſis Mæandri amnis recurſibus perfuſa, ſuper Ioniã procedit, Phrygiæ ab exortu ſolis vicina, ad Septentrionem Mœſiæ, Meridiana parte Cariam amplectens. Lydia dicta à Lydo, Atyos filio, cùm antea Mæonia vocaretur. Vrbes habet Philadelphiam, Hypæpas, Magneſiam & Sardes Crœſi regiam, totiúſque regionis caput. Ouid. 6. Meta. *Lydia tota fremit, Phrygiaque per oppida facti Rumor iit.* Huius regionis incolæ Lydi dicuntur, qui Herodoto lib. 1. primi aurum, argentúmque ſignarunt: primíque caupones inſtitoreſque fuerunt. Horum improbitas maxima abijt in prouerb. Lydi mari: poſt hos Ægyptij. vide Eraſ. in Chil. *Lud* in ſacris vocari ſcribit in ſuo apparatu Biblico Ar. Mont.

Lydia purpuræ venditrix quæ omniũ prima in vrbe Philippis Euangelium de Chriſto amplexa eſt, & Paulum ac Silam hoſpitio accepit Act. 16.

Lydia, amica Horatij, cuius in Odis ſæpè meminit.

Lydius, fluuius eſt, qui agrum Macedonicum & Bottiæicum diſterminat. Ptol.

Lydus, Herculis filius ex Iole.

Lydus, Atyos Mæoniæ regis filius, & frater Tyrrheni, à quo Mæonia Lydiæ nomen accepit. Nam cùm Atys domi ſibi multitudinem abundare videret, filijs ſuis hanc propoſuit conditionem, vt inter ſe ſorte ducta, alter oneroſam multitudinem educeret, nouáſque ſibi ſedes quæreret, alter paterni regni ſucceſſor remaneret. Quare cùm ſors ita cecidiſſet, vt Tyrrhenus relicta patria nouarum coloniarum, author fieret, in eam Italiæ partem ſeſe contulit, quæ mare inferum ſpectans, ab eo Tyrrhenia appellatur. Lydus verò domi relictus, paterníque regni ſucceſſor factus, Mæoniam de nomine ſuo Lydiam appellauit.

Lygamatæ, Lybiæ interioris populi. Ptol.

Lygdamum, Plinio lib. 5. cap. 1. oppidi nomen.

Lygdamus, nomen viri. Perottus.

Lygus, fœmina quædã, quæ quum metu Miſitum filiam occultauiſſet, & illi per cruciatus interrogarent, vbinam occuluiſſet, vterũ oſtẽdens, ibidẽ dixit latere: nec vllis tormẽtis cogi potuit, vt cõſtantiã vocis egregię mutaret. Corn. Tacit.

Lyle, vrbs Arcadiæ: Gentile, Lylæus, Steph.

Lylæus, Bithyniæ fluuius. Plin.

Limax, Arcadiæ fluuius. Pauſ.

Lyminis, Cappadociæ oppidum. Marcel.

Lymba, Gotthorum rex, regnauit annis III. viuens in Hiſpania principatu fratri ceſſit, anno ab vrbe 1313.

Lymira, Lyciæ flumen, & eodem nomine ciuitas, inquit Pomp. li. 1. c. 15.

Lymphorta, oppidum circa Gedroſiam. Plin.

Lyncæ, Macedoniæ vrbs. Heſych.

lynceſtę, populi à Braſida fugati, anno ab vrbe 230.

Lynceſtius, Macedoniæ fluuius, cuius aqua pota non minus ebrietatem inducit, quam ſi quis vino ſe ingurgitaſſet. Plin. lib. 2. c. 106. Lynceſtis aqua temulentos facit. Hinc Lynceſtius, a, um. Ouid. 15. Metamorph.

Hinc fluit effectu diſpar Lynceſtius amnis
Quem quicunq; parum moderato gurgite traxit.
Haud aliter titubat quàm ſi mera vina bibiſſet

Lynceus, Apharei filius, vnus ex Argonautis, tanta oculorum acie præditus, vt ea per denſos etiam quercetorum truncos, ac ſtipites, atque adeò vſque ad inferos vim ſuam expromeret, & (vt ex hiſtoricis nonnulli prodiderunt) nouiſſimam Lunam, primámq; eodem die in ſigno Arietis conſpexit: quòd paucis mortalium contigit. Vide Valer. li. 1. Argon. Pauſa. Pind. Theod. Ariſt. & Horat.

——*ſolus tranſibit nubila Lynceus.*

Hunc Varro centum triginta millia paſſuum proſpexiſſe ſcribit: ſolitúmque exeuntem à Carthagine claſſẽ Punicam, numerũmque nauium, ex Lybicana ſpecula manifeſtiſſimè notare.

Lynceus, frater Idæ qui pro duabus Leucippi filiabus, quas ipſis deſponſatas Caſtor & Pollux rapuerant, arma ſumpſerunt, initáque pugna Caſtor Lyncei Lynceus Pollucis manu occubuit. Idas verò cùm ipſum etiam Pollucem conaretur adoriri, immiſſo à Ioue fulmine interijt. Vide Ouidium ad finem libri quinti Faſtorum. Apollonius tamen in Argonauticis, Idam à Caſtore interfectum tradit: idque Lynceum per abietem vidiſſe, & Caſtorem occidiſſe. Hic idem eſt cum ſuperiori.

Lynceus, quem Ouidius alio nomine Limum appellat, filius Ægipti, & ſolus ex L. fratribus miſericordia Hypermneſtræ coniugis euaſit à morte, qui poſtea expulſo, vel etiam occiſo Damo regnauit apud Argos.

Lynceus, II. Argiuorũ rex, regnauit annos 41.

Lyneus, vrbs Epiri à Lynceo nominata: Gentilia. Lyncius, Lynciſtes, Lynceus, & fœmininum Lynciſtis. Steph.

Lyncus, vt habet Ouidius: Lyncæus, vt alij, Lynx, vt rurſus alij, rex Scythiæ immaniſſimus, qui Triptolemum à Cerere miſſum, vt hominibus frugum vſum commonſtraret, hoſpitio excepit: cúmque nomen, patriam, viæque cauſam ab eo didiciſſet, vt tam præclari inuenti gloriam in ſe transferret, hoſpitem obtruncare conſtituit. Cúmque iam noctu dormientem aggredi vellet, Ceres indignata in Lyncem feram eum conuertit. Ouid. 5. Metamorph.

Rex ibi Lyncus erat, regis ſubit ille penates.

Lyndus, Homero, ciuitas Rhodi inſulæ, in qua, vt ait Lactantius, Herculis ſacra fiebant, quorum à cæteris longè diuerſus eſt ritus. Siquidem non εὐφημίᾳ (vt Græci appellant) ſed maledictis, & execratione celebrantes, eáque pro violatis habent, ſi quando inter ſolennes ritus, vel imprudenti alicui exciderit bonum verbum. Eſt & Herodoto ciuitas in Dorica regione, lege, Lindus.

Lynx, vide Lyncus.

Lynx, vrbs Libyę iuxta Gadita poſt Atlantem. Et inſula Atlantis, & vrbs Lynxo: Gentile, Lynxites, & Lyngius.

Lyra, ſignum cæleſte, ſtellarum nouem inter genu & manum ſiniſtram Engonaſis ſitum. Oritur cum Sagittario: occidit autem exoriente Virgine Ouid. 3. Faſt.

Illa nocte aliquis tollens ad ſydera vultus,
Dicet, vbi eſt hodie, quæ Lyra fulſit heri?

Qui poeticam aſtrologiam conſcripſerunt, volunt Lyram hanc eſſe à Mercurio primùm inuentam in Cyllene Arcadiæ monte, & ab eo Apollini donatam: ab Apolline autem inuenta cithara Orpheo conceſſam, eóque interempto, à Muſis in cœlum tranſlatam.

Lyrcę, populi Scythiæ, qui venatione victitant hoc modo: Conſcenſis arboribus quas habent frequentes inſidiantur feris. Singulis adeſt canis & equus in ventrem cubare edoctus, humiliùs ſubſidendi gratiâ: vbi quis feram ab arbore vidit, ſagitta percutit: percuſſam, ſi fugiat conſcenſo equo perſequitur, comitante cane.

Lyrceus, ſiue Lyrceum, fons Arcadiæ ſub Cynuria monte, ex quo Inachus fluuius oritur, Strab. lib. 8. Strat. Thebad.

Aret Lerna nocens, aret Lyrceus, & ingens Inachus.

Stephanus Lyrcæum agri Argiui montem eſſe ait, indéque vicinam regionem Lyrceam appellari. Hinc Lyrceus, a, um. Ouid. 1. Metamorph.

——*iam paſcua Lernæ*

Conſitáſque

Digitized by G

Conſitaq; arboribus Lyrcaa reliquerat arua.
Item Lyrceius,a,um, per quatuor ſyllabas. Vale. Flac.li.1. Argonaut.

——dominum Lyrceia tellus,
Antraq; deprenſa tremuerunt conſcia culpa.

Lyrcia, Peloponneſi vrbs, quæ antea Lyncea dicebatur. Pauſan.

Lyris, fluuius eſt Campaniæ ex Apenninis montib. illabens: Fregellas alluit, demum labitur in lucum ſacrum, quem Minturnenſes religioſiſſimè colunt. vide Liris.

Lyrneſſus, oppidum Troadis, patria Briſeidis quam Achilles euerſa vrbe ſecum abduxit, occiſo Mynete eius marito, ciuitatis illius principe. Hinc deducitur denominatiuum Lyrneſſius, a,um. Ouid in Epiſt. Briſeidis.

Diruta Marte tuo Lyrneſſia mœnia vidi.

Item Lyrneſſis, idis, quo poetæ vtuntur pro Briſeide:ex Lyrneſſo oppido orta,Ouid.4 Triſtium.

Fertur & abducta Lyrneſſide triſtis Achilles.

Seruius Lyrbeam vocat.Sed alia quoque eſt Gilicum Stra. & Euſtathio, quæ & *Homala* vel potius Mallos vocatur à Mallo quodam conditore.

Lyrnatia Cherſoneſus, & parua regio Lyciæ: Gentile, Lyrnaticus. Steph.

Lyrope, Ciliciæ aſperæ in Pamphilia oppidum. Ptol.

Lyſa, Arabiæ Petreæ vrbs. Ptol.

Lyſa, vide Luſitania.

Lyſander, dux Lacedæmonius, inuictiſſimus, cuius ductu Athenienſes cum duce Conone nauali pugna cladem acceperunt. Ex quo Athenæ ſemidirutæ, impoſitúmque iugum triginta tyrannorum fuit. Victus denique Lyſander à Conone ipſa terreſtri pugna,& interfectus, vbi Pauſanias eius collega in exercitu ſuſpectus, in exilium profectus eſt. Emicuit enim Lyſander tempore Pauſaniæ & Ageſilai Lacedæmoniorum, Lyſander & rebus geſtis, & animi magnitudine Syllæ comparatur, Plutarchus in Parallelis.

Lyſanias, orator Græcus. Alter fuit Arcas, qui Lycaonem regno expulit.

Lyſanias, procurator conſtitutus à Romanis ſuper Abylenam regionem. Luc.3.

Lyſanias, Ptolemæi Manetis qui ad Libanum habitauit, filius.

Lyſiades Athenienſis, Phædri philoſophi filius. De quo Cicero Philippica 5. ſic ſcribit, Lyſiadem Athenienſem plerique nouimus: eſt enim Phædri philoſophi nobilis filius, homo præterea feſtiuus, vt ei cum M.Curio conſeſſore eodem & colluſore facillimè poſſit conuenire, &c.

Lyſias, Syracuſanus genere, Cephali filius, vnus è decem oratoribus,natus Athenis, quò pater te tranſtulerat. Puer Thurion coloniam migrauit,rediit annos natus XLVII. intérque principes oratores habitus.De quo ſic Cicero in Bruto,Tum fuit Lyſias,inquit, ipſe quidem in cauſis forenſibus non verſatus,ſed egregiè ſubtilis ſcriptor, atque elegans, quem iam propè audeas oratorem perfectum dicere: (nam planè quidem perfectum & cui nihil admodum deſit. Demoſthenem facilè dixeris) nihil acutè inueniri potuit in eis cauſis,quas ſcripſit:nihil,vt ita dicam, ſubdolè,nihil verſutè, quod ille non viderit: nihil ſubtiliter dici, nihil preſsè, nihil enucleatè, quo fieri poſſit aliquid limatius, nihil contra grande, nihil incitatum,nihil ornatum,vel verborum grauitate, vel ſententiarum, quo quicquam eſſet elatius. Hactenus Cicero.

Lyſias, princeps quidam exercitus, ſiue tribunus, 1.Macch.3. Act.24.

Lyſias, Ptole. Arcadiæ vrbs, *Crepa* hodie Nigro. Eſt etiam Phrygiæ oppidum. Strab. Syriæ quoque circa Apamiam. Ptol. Apud Plinium eſt Cariæ vrbs.

Lyſidice,filia Pelopis & Hippodamiæ, Pithæi ſoror, quæ Electrioni nupſit, & ex eo Alcmenam Herculis matrem peperit, vt inquit Plutarchus. Alij verò, inter quos eſt commentator Homeri, matrem Alcmenes, non Lyſidicen Pelopis, ſed Anaxo Ancæi cuiuſdam filiam faciunt.

Lyſimachia. Strab. lib. 10. vrbs Ætoliæ Strabonis tempore deleta, ſita ad paludem quæ tunc Lyſimachia, olim Hydra dicebatur. Verùm Iuſtino vrbs eſt Helleſponti, quæ terræ motu corruit, 22. anno poſtquam à Lyſimacho rege vno ex principibus Alexandri fuerat condita. Sed poſtmodum reædificata, cauſa fuit multarum cladium. Stephan. vrbs eſt Cherſoneſi in Thracia, (quam Sophianus *Hexamili* appellat) Cardia priùs appellata, Ciuis, Lyſimachius.

Lyſimachia, palus eſt apud Strabonem, quæ olim *Hydra* dicebatur, Oui. *Hyriam* eam appellat eo verſu.

At genitrix Hyria ſeruatum neſcia flendo,
Delituit, ſtagnúmque ſuo de nomine fecit.
Adiacet his Pleuron, &c. quod etiam annotauit Gerbelius.

Lyſimachus, Agathoclis filius, è ſucceſſoribus Alexandri Magni Pergamo præfuit: vbi theſauri regis fuerunt. Hic illuſtri quidem Macedoniæ loco natus, virtute illuſtrior fuit, amore literarum ac philoſophiæ ardebat adeò, vt Calliſthenem tunc ab Alexandro afflictum, atque in vinculis habitum, de virtute diſſerentem ſæpiùs audiuerit, poculúmque ei, ac remedium miſeriæ optanti propinauerit. Quod ægrè ferens Alexander, Lyſimachum leoni obieciſſe dicitur: ſed ille viribus fretus rem poſteris prodendam fecit. Manum amiculo con-

uolutam in os leonis inferens, abrepta lingua feram exanimauit: quo facto vehementiùs poſtea Alexandro dilectus, & apud eum in honore maximo fuit. Trogus lib. 15.

Lyſimachus, natione Acarnanus, Alexandri pædagogus, ſecundas poſt Leonidem obtinuit, nullo vrbanitatis genere præditus, niſi quòd ſe phœnicem, Alexandrum, Achillem, Philippum verò Peleum nuncupabat. Author Plutarch. in Alexandro Magno.

Lyſimachus, frater Menelai 2. Mach. 4.

Lyſimelia, Siciliæ palus in agro Syracuſano. Thucyd. *Pantanella*, hodie Fazello & Aretio.

Lyſinoe, Aſiæ ciuitas circa Pamphiliam. Polyb. Liu.

Lyſippe, pes, vna filiarum Prœti, quæ quòd ſe Iunoni præferre non eſſent veritæ, tanto furore correptæ ſunt, vt per agros diſcurrentes, ſe vaccas eſſe crederent. Vide Iphianaſſa, & Iphinoë.

Lyſippus clariſſimus ſtatuarius, patria Sicyonius, qui ad ſexcenta decem opera feciſſe traditur, quorum ſingula arti claritatem dare potuiſſent. Hic, teſte Quintiliano, ad veritatem optimè acceſſit, quamobrem etiam Alexander ille Magnus ab vno Lyſippo ſe fingi voluit, & pingi ab Apelle. Horat. libr. 2. Epiſt. ad Auguſtum.

Edicto vetuit, ne quis ſe præter Apellem
Pingeret, aut alius Lyſippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum ſimulantia.

Propertius.

Gloria Lyſippo eſt animoſa fingere ſigna.

Lyſippus, poeta comicus, cuius fabulas enumerat Athenæus. Plin. lib. 7. c. 37.

Lyſis, philoſophus quidam, qui dixit Deum eſſe numerum ineffabilem, aut maximi intimique numeri ſummitatem. Origenes.

Lyſis, Aſiæ fluuius, circa Pamphiliam. Liu.

Lyſiſtrate, Ariſtophanis comœdia.

Lyſiſtratus Sicyonius, Lyſippi ſtatuarij frater, primus ſtatuas è gypſo finxit, creuitque res in tantum, vt nulla ſigna ſtatuæve ſine argilla fierent. Quo apparet antiquiorem hanc fuiſſe ſcientiam quam fundendi æris. Plin. capite 12. lib. 35.

Lyſius, Liberi patris cognomen apud Bœotios, ἀπὸ τοῦ λύειν, hoc eſt, à ſoluendo impoſitum. Ferunt enim Bœotios aliquando à Thracibus deprehenſos, partim captos, partim in fugam verſos fuiſſe: ex quibus cùm nonnulli ad ad Trophonij ſpecum confugiſſent, viſum eſt iis noctu aſtantem loci eius deum, Liberi patris ſibi auxilium promittere. Quo ſomnio alacriores redditi, Thracas ex inſidiis adorti ſunt, quos cùm vino ſomnóque obrutos inueniſſent, nullo negotio ſuperarunt, receptiſque ſuis, cùm in patriam redijſſent, Dionyſio cognomento Lyſio templum conſecrarunt Author Heraclides Pōticus, Iulius Pollux, deos omnes, qui auerruncandi mali gratia colebantur. Lyſios vocari ait, quos & ἀμειξικάκους & ἀποτροπαίους Græci nominant.

Lyſius, Arcadiæ fluuius, ad cuius radices eſt Æſculapij tumulus.

Lyſo, quidam Ciceronis hoſpes, vt ſcribit Epiſtolarum lib. 16.

Lyſtra, ciuitas in Lycaonia. Act. 14. Ciuitas itē Lyciæ. Plin. lib. 5. c. 27. Sed Græcè legitur Myra.

Lytæ, parua regio Theſſaliæ ſic dicta, quòd Neptunus diſſipatis diluuij aquis Tempe liberauit. Steph.

Lytarmis, Celticæ promontorium ad Scythicum Oceanum. Plin.

Lythyrambus, Bacchi cognomen: Inde dictum quòd ex femore Iouis (cui interempta matre inſertus fuerat) in lucem prodituro identidem Iupiter inclamarit. λῦθι ῥάμμα, ſolue ſuturam.

Lyus, fluuius minoris Aſiæ in Pontum defluens.

Lyxea, vrbs Acarnaniæ, à Lyxeo quodam: Gentile, Lyxus. Steph.

M A

MA, vide Maſtura.

Maacha, filius Nachor ex Reuma concubina. Gen. 22. Filia Tholmai regis Geſſur, 2. Reg. 3. 1. Par. 3. Filia Abſalom, mater Abiam regis, 3. Reg. 15. quæ 2. Par. 13. dicitur Michaia: Concubina item Caleb. 1. Par. 7. vxor Machir patris Manaſſe. 1. Par. 3. Vxor Iahiæ, 1. Par. 9. Lat. compreſſa, vel attrita aut fixa.

Maachati, pater Aaſbai 2. Reg. 21. Pater Iezoniæ, 4. Reg. 25. Ciuitas Amorrhæorum, ſuper Iordanem iuxta montem Hermon, Ioſ. 12. & 13. 1. Paral. 4. Lat. compreſſus vel attritus, aut fixus, ſeu ventris contritio.

Maadi, nomen viri, 1. Eſd. 10. Lat. Solennis, vel feſtiuus, aut ornatus, ſeu labilis, ſeu teſtificans, aut tranſiens.

Maai, nomen viri, 2. Eſd. 12. Lat. venter aut coaceruatio.

Maala, filia Salphaad filij Hepher filij Galaad, Num. 26. Ioſ. 17. Lat. chorus, vel cythara, ſiue Infirmitas, aut Syriacè venia.

Maalai filius Adiel. 1. Paralip. 6. Lat. opus meum.

Maaſia ſiue Maaſias, filius Achaz, 1. Par. 15. 2. Par. 28. nomen cuiuſdam doctoris, 2. Par. 26. Pater Sophoniæ. Iere. 21. Princeps ciuitatis Ieruſalem. 2. Para. 34. Lat. opus Domini.

Maaſias, pater Neriæ patris Baruch & Saraiæ, Ierem. 32. & 51. Lat. protectio ſeu confidentia Domini.

Maaziau,

Maaziau, nomen viri, 1. Paral. 24. Eſd. 10. Lat. fortitudo, vel refugium Domini.

Mabſam, filius Iſmahelis, Geneſ. 25. 1. Paſa. 4. Lat. aromatizans, vel cor fundens eos.

Mabſar, vicus grandis Gabalenæ pertinens ad vrdem Petram, Geneſ. 36. Lat munitus, vel muratus, ſiue prohibens, vel auferens, aut vindemians.

Macæ, populi Arabiæ fœlicis, Garmanis oppoſiti in tractu nardum & myrrham ferente. Mela lib. 3. hodie pars regni *Ormu*. nam Ormutij regnum ab vtraque parte huius freti ſitum eſt: comprehenditque in ſe ferè omnem ſinus Perſici regionem littoralem cum inſulis intermediis.

Macanitæ, Ptol. Mauritaniæ Tingitanæ gens. Hos Xiphilin. in Seuero Macennitas vocat.

Macar, filium habuit Ereſum, qui Ereſo Leſbi ciuitati nomen dedit. Steph.

Macara, inſula Lyciæ. Steph.

Macara, Siciliæ vrbs, vulgò hodie *Citadella*.

Macareæ, vrbs Arcadiæ, à Macaro Lycaonis filio, Romani Beatam vocant: Gentile, Macareates, Macareus, vel Macaricus. Steph.

Macareus, filius Æoli, qui mutuo Canaces ſororis ſuæ amore correptus, cum ea concubuit, puerúmque ex ea ſuſcepit, cuius & pater erat, & auunculus. Quam rem cum Canace patrem maximè celatum cuperet, ſacris frondibus puerum tegit, curátque clanculum ad nutricem perferendum. Verùm cùm per Æoli aulam efferretur, vagitu ſuo puer proditus eſt, ausque iuſſu canibus obiectus. Filiæ autem pater enſem per ſatellitem miſit, vt eo pro meritis vteretur, quo & necem illa ſibi traditur conſciuiſſe, Macareus verò re cognita, fuga ſalutem quæſiuit: cúmque Delphos veniſſet, Apollinis factus eſt ſacerdos. Extat Epiſtola Canaces ad Macareum inter Ouid.

Macaria, Herculis filia fuit, quæ pro incolumitate publica ſe deuouit. Hercule enim defuncto, quum Euryſteus illius liberos inſectaretur, atque illi ad Miſericordiæ aram confugiſſent, Athenienſes recuſantes eos in hoſtium manus tradere, cum Euryſtheo bellum ſuſceperunt. Porrò edito oraculo, futurum vt Athenienſes ab Euryſthei incurſatione liberarentur ſi quis Heraclidarum ſe ſponte offerret ad necem ſeque inferis deuoueret, Macaria ſeſe ſpontaneę morti obtulit. Quo facto congreſſi cum hoſtibus Athenienſes victoriam reportarunt, cum aliis quam plurimis interfectis, cum Euryſteo ipſo ab Hylo ſiue Iolao Herculis filio perempto, cuius caput amputatum ad Alcmenam detulit: Illa verò defuncti oculos effodit. Cæterùm Athenienſes magnificum Macariæ funus fecerunt: tumulúmque eius floribus & coronis decorarunt, imò & illa ad ſcelus expiandum ſacara facere ſoliti ſunt, vt ex Platone in Hippia colligere licet. Vide Cæl. Rhodig. libro 13. capite ſeptimo & Eraſmum in prouerbijs.

Macaria, Ptolem. Cypri inſulæ vrbs, quæ Nigro *Ialmes* appellatur. Eſt & fons in Marathone Atticæ regionis, Pauſan. Tractus Peloponneſi etiam, apud Strabonem. Et inſula ſinus Arabici. Ptol.

Macarius, nomen viri apud Homerum.

Macarius, ſub Decio Romanorum imperatore, martyrio apud Alexandriam coronatus, anno ſalutis 251.

Macarius, Hieroſolymorum epiſcopus XXXV. anno ſalutis 316.

Macaron neſos, Acropolis Thebarum in Bœotia. Heſych. Herodot. quoque in Thalia mentionem facit regionis quæ Græcorum lingua vocabatur Macaronneſos, in qua ſita erat vrbs Oaſis ſeptem dierum itinere diſtans Thebis Ægyptiis.

Macaros, nomen Cretæ inſulæ, à temperie cœli.

Macaturæ, Pentapoleos regionis in Africa gens. Ptol.

Maccaræ, regio ſuper Pharſalum: Gentile, Maccareus.

Macces, nomen loci, 3. Reg. 4. Lat finis vel finiens, ſiue tædium, aut euigilans, vel æſtus, ſiue æſtuans, aut ſpinans.

Mace, aliàs *μαινάκη* Celtica ciuitas: Gentile, Mænacenus. Steph.

Maceda, ciuitas tribus Iudæ, Ioſ. 10. & 15. Lat. incendium, aut adoratio, vel incuruatio.

Macci, Libyæ interioris populi. Ptol.

Maccocalingi, Indica Brachmanorum gens. Plin.

Maccuræ, Mauritaniæ Cæſarienſis populi. Ptol.

Macednon, parua regio in Pindo. Sepha. ex Herodoti lib. 2.

Macedo, filius Oſiridis filij Iouis, à quo Macedoniam quidam dictam volunt.

Macedo, philoſophus: de quo Gellius libr. 13.

Macedonia, latiſſima Europæ regio, duobus olim regibus & terræ imperio clariſſima, antea Æmonia & Emathia appellata, quæ à tenuibus initiis, regum prudentia gentíſque fortitudine eò magnitudinis excreuit, vt domina centum quinquaginta facta fuerit populorum. Hanc à Septentrione, Dalmatia, Mœſiáque montana ſeiungunt: ab Occaſu mari Adriatico, ſiue Ionio: ab ortu Ægeo abluitur, Meridianam oram Epiroticæ gentes, & ipſa Græcia excipit. Dicta Macedonia à Macedone quodam Oſiridis, ſiue vt Stephanus & Solinus ſcribunt, Iouis filio, & Thyiæ filiæ Deucalionis: Gentile, Macedo, donis, Item Macedonicus, ſiue Macedonius, poſſ-

Digitized by Google

ſeſſiuum Reperitur & Macetes. Et fœminina, Macedonis, Maceſſa, Macetis, vel Maceta. Ste Dicta fuit etiam *Edonia & Pieria* Solino. Eius partem quondam *Maceria* dictam ſcribit. Step. & Heſychius, & inde totam regionem nomen accepiſſe refert Euſtathius in Dionyſium poſterioribus ſeculis huius pars *Salutaris* dicta fuit. in lib. Notitiarum. Item *Praualis* ſeu *Praualitana* apud Sex. Rufum.

macedonius, hæreticus qui Spiritum ſanctum creaturam eſſe, non Deum dixit: quare *πνευματομάχος* appellatus eſt Auguſt. de hæreſ.

macella, vrbs Italiæ: Gentile, Macellæus. Stephan. Barrius facit Calabriæ ciuitatem epiſcopalem, hodie *Strongili* dictam tribus paſſuum millibus à freto Marmetino diſtat. *Macella* legitur etiam apud Lycophronem & *Macalla*. Barrius addit eandē à quodā ſcriptore Tyxropolim nominatam. Ciacconus in libello Colūnæ Roſtratæ hanc Macellam in Sicilia eſſe vult.

maceloth, nomen loci, ad quem profecti ſunt Iſrael de Herada. Num. 33. Lat. Eccleſiæ, vel cœtus, aut congregationes.

maceloth, filius Abigabaon, filij Iahiel, 1. Par. 9. Lat. virgæ aut baculi ſiue voces, aut leuitates, vel deſpectiones.

macenias, Sacerdos, 1. Paral. 15. Lat. poſſeſſio Domini, ſiue emptio Domini, aut pecus vel armentum, ſiue nidificatio Domini.

macer, poeta de herbarum viribus ſcripſit.

maceſtus, vide Maciſtus.

macha, vel potiùs Maacha, nomen reginæ, 2. Reg. 10. Lat. compreſſa vel attrita, aut fixa.

machabæus, cognomentum fuit ſolius Iudæ filiorum Mattathiæ natu maximi, idque iam à puero, quamuis Iudæi velint illum ita demum appellatum eſſe ab eo tempore quo vexillo ſuo ſingulares literas intexi curauit, quæ ſingulorum illorum verborum Exod. 15. initia eſſent, Michamocha balim adonai, ſed ex vetuſtiſſimis Iudæorum monimentis ſcimus Leonem eius vexillo intextum fuiſſe, quem imitatus Rabbi Haaj vltimus eorum qui Geonim dicti ſunt, & ipſe Leonem in annulo ſignatorio geſtauit. Cæterùm veteres Eccleſiaſtici, non Iudam ſolùm, ſed multos alios Maccabæos vocarunt. Euſebius omnes Haſamonæos, id eſt, omnem progeniem Mattathiæ Haſamonæi vocat Maccabæos lib. 8. ἀπόδειξ. Maccabæi etiam dicti ſeptem fratres filij Annæ propter verum cultum à ſatellitibus Antiochi excarnificati, de quibus in Epitoma Iaſonis Cyrenæi. Itaque omnes, qui ob legis obſeruationem excruciati, cæſi & malè tractati ſunt, à veteribus Chriſtianis dicuntur Maccabæi, vt qui propter Chriſtum dicti Martyres. Iſidorus Peluſiota epiſt. 5. lib. 5. διὸ καὶ τοὺς βασανισθέντας τοὔνομα ἐξεῖκησι. μακκαβαῖοι γὰρ ἐκλήθησαν. καὶ οἱ ἐν τοῖς μακκαβαϊκοῖς χρόνοις τὰ ἔσχατα ὑπομεμενηκότες, καὶ μὴ ἐξομοσάμενοι τοὺς πατρῴους νόμους.

Machageni, Scythiæ gens intra Imaum, Ptol.

machæriones, apud Spartanos dicti ſunt Anticratis poſteri, quòd is machæra, i. gladio, Epaminondam in bello ſtrenuè confeciſſet. Cœl. lib. 13. c. 7.

machærus, runtis, caſtellum Iudææ: Gentile, machæritæ. Steph. ex Ioſeph. & Plin. c. 10.

machalaum, oppidum in Brixiano agro, Inſubrium clade nobile.

machaon, filius Æſculapij & Arſinoes, alij Coronidis, alij Heſiones filiæ Meropis, alij Xanthiones filium faciunt, Podalirij frater, & medicus inſignis, qui vnà cum reliquis Græciæ principibus ad Troiam profectus, tandem ab Eurypylo eſt occiſus. Virg. lib. 2. Machaonem numerat inter eos, qui equo ligneo incluſi, Ilij, portas ſuis reſerarunt.

machaon Gereniæ, quæ Laconiæ ciuitas eſt ſepultus: cuius tumultus templo colebatur magnifico quòd variorum morborum hinc peterentur remedia, qui locus Rhodos nominabatur. Item eiuſdem ſimulachrum æreum erat, quod inſigniebatur corona. Quem quidem Machaonem quidam nomine Eurypilus interfecit: cuius homicidæ nomen in templo illo nominari nefas erat. Pauſ. li. 2.

machara, Cyprus antea dicta eſt. Perottus. Melius Macara, quam vide.

Machbanai, nomē principis, 1. Paral. 12. Lat. Miſer, ſiue pauper filius meus, aut paupertas vel humiliatio filij aut intelligētiæ, vel ædificationis.

Machbena, nomen loci 1. Par. 2. Lat. paupertas, vel percuſſio filij eius aut paupertas ſiue percuſſio intelligentis aut ædificantis.

Machi, pater Guel, vel Gehuel principis trib. Gad. Num. 13. Lat. percurſor, aut pauper, vel humilis.

machir, filius Manaſſe, Gen. 50. Pater Galaad. Num. 26. 1. Par. 9. Filius item Ammihel. 2. Reg 9. Lat. pendens, ſiue cognoſcens.

Machimos, ciuitas extra hunc orbem, teſte Æliano cuius incolæ pugnaces ſunt, à marique naſcuntur, ac bellum aſſiduè gerunt collimitaneos plurimùm euertendo. Vide Cœl. ex Æliano. li. 17. cap. 31.

machiritæ, familia quædam. Num. 26. Lat. vendentes, ſiue cognoſcentes.

Machmas, nomen viri magni ſiue oppidi in tribu Ephraim, 1. Reg. 13. Iſa. 10. Lat. percurſor, vel pauper ablatus, aut percurſor, vel pauper palpans, tangens vel auferens.

Machmas oppidum quoddam tribus Ephraim ad auſtralem plagam. 1. Eſd. Nehem. 7. Lat. occulcatio, vel percuſſoris aut pauperis tributum.

mach-

Machmes, vide Mazyes.

Machmethath, terminus tribus Manaſſe in ſorte Ephraim. Ioſ.11. & 17. Lat. percuſſoris vel pauperis donum, aut percuſſoris vel humilis mors.

Machlyę, populi ſunt Africę ſuprà Naſomones, quos Androgynos eſſe tradit Calliphanes, vtriuſque naturę inter ſe vicibus coëuntes. His Ariſt. tradit dexteram mammam eſſe virilem, lęuam muliebrem. Plin.li.6.c.2.

machorbę, Arabię fœlicis portus, verſus Ortum. Plin.

Machurebi, & Machures, Mauritanię Cęſarienſis gens. Ptol. Macurebij, Plinio Machuribi ſunt eidem Ptolemęo Libyę interioris populi.

Machuſij, Mauritanię Cęſarienſis gens. Ptol.

Maci, circa Arachoſiam populi. Plin.

Macicratis, vrbs Ægypti, ab Athenienſibus condita. Euſeb.

Macidos, vrbs Thracię, quam Ptol. *Madi* nominat degenere vocabulo. Mela.lib.2. in deſcriptione Thracię, *Madytes*. Steph.

Maciſtus, vrbs Triphylię quam Caucones inhabitarunt à Maciſto fratre Phryxi, à quo etiam Phryxa vrbs in alto monte ſita verſus orientem. Lepriticę. Et alia Arcadię. Plin. Ciuis, Maciſteus: Gentile, Maciſtius, inuenitur & Maceſtius Leſbi etiam mons. Plin. Maciſtus Triphylię dicitur etiam *Plataniſtus*. Strab.li.8.

Macium, Indię prouincia, elephantis referta, quorum decem millia rex, ad bellum nutrit: ipſe verò albo vehitur elephanto, cui catena aurea gemmis diſtincta, collóque circundata, ad pedes vſque propendet. Viri ac mulieres ſtylo ferreo variis coloribus, figuriſque corpora pingunt. Idôla omnes colunt: è lecto ſurgentes ad orientem ſolem ſe conuertunt, & iunctis manibus orant: in oratione trini Dei opem petunt: ſerpentéſque aſſos in cibum pro deliciis habent. Pius 2. Max. Pontif. Aſ.part.1. cap.10.

Macna, Arabię fœlicis vrbs. Ptol.

Macodama, Africę proprię vrbs maritima ad Syrtim. Ptolem. Macomades Antonino hodie *Mahometta* videtur D. Auguſtinus & lib. Notit. huius meminit. Idem Antoninus tres facit in Africa propria Macomedas.

Macolicum, Hibernię inſulę oppidum mediterraneum. Ptol. *Malik* Mercatori.

Macoraba, Arabię fœlicis oppidum. Ptol.

Macra, fluuius ex Apennino fluens, Liguriámque diuidens ab Hetruria, & iuxta Lunam ciuitatem in mare Liguſticum illabens. Plin.lib.3.c.5. & Strab.li.5. Eſt & inſulę nomen in Carcinite ſinu. Plin.li.4 c.13. Ptol. *Marcalla* dicitur.

Macras, Campus in Cœleſyria, Strabo *Marzi* Nigro.

Macrenis Corſicę inſulę gens. Ptol.

Macri, campi inter Bononiam & Rauennam, per quos Romam itur.

Macrianus imperator electus, in Illyrico ab Aureolo imperatore Illyrici exercitus, cum filio victus eſt, atque occiſus, anno ſalut.262.

Macries, vide Macryes.

macria, inſula Rhodiorum eſt Plinio. Teiorum item promontorium in Aſia Ioniæ regionis. Pauſan.

macrinus, Cos. collega Ælij Celſi, ann. ab vrbe 926.

macris, olim dicta eſt Eubœa, item Icarus, vna Cycladum, Macris olim & Doliche, dicebatur. Steph. à Macris fit Macreius, & Macreis, fœ. Pamphilij item & Rhodij maris inſula. Plin.

macritius Cous, Sinopen in Ponto condidit. Steph.

macrobij, populi Æthiopiæ vltra Meroem, vt inquit Solinus, quibus dimidio protenſior eſt vita quàm noſtra. Iuſtitiam colunt, amant æquitatem, plurimùm valent robore, & forma pulcherrimi. Vltra hos populos deſertæ inhumanæque ſolitudines ſunt. Apud eos lacus eſt, quo perfuſa corpora, quaſi vncta niteſcunt: adeò liquidus, vt ne folia quidem ſuſtineat. Macrobium inſulas ad Gangem fluuium, vbi Brachmanni habitant, habet Glycas.

macrobius nomen viri, Latinè longæuus dicitur. Nam μακρὸς longus, & βίος vita dicitur, ſcripſit Saturnaliorum libros & commentarios in ſomnium Scipionis.

macroremnij, montes ab Iſtro flumine non longinqui, Plin li.4.c.12.

macrocephali, populi, Pomponio, ad Boſphorum. Steph. Colchis vicinos eſſe ſcribit. Circa Ceraſum oppidum ſunt. Plinio.

macrochir, cognomen fuit Artaxerxis Aſſyriorum regis: ideò illi impoſitum, quòd alteram manum haberet longiorem: Latini Longimanum vertunt.

macron, oppidum eſt Thraciæ, non procul ab Iſthmo Cherronenſi, ita dictum à longo muro, quem Miltiades à Propontide ad Melianum ſinum duxit, Cherroneſum à reliqua excludens Thracia. Plin.li.14 c.11.

macrones, Pontica gens ad flumen Abſarum, vt Plin. author, eſt Bechiris Auſtralior, Euſtathio Scythinis finitimos ſcribit Xenophon. Strab. & Steph. tradunt hos ſuo tẽpore Samnos vocatos, proprie hodie Tzanos nominamus, teſte Euſtathio: *Machelones* ab Arriano appellari, *Macritas* ab Apollonio lib. Argon.1. credit Pintianus, ſic dictos, vt idem addit (ex eius enarratorib.) quod ſint coloni Eubœenſium: Eubœea enim quoque Macris dicta fuit. Sed Sannos diuerſos à Macronibus faciunt Xenophon. & Arrian. quod idem Pintianus quoque annotauit.

machronticos, Plinio Thraciæ oppidum ſexaginta milliaribus à Byzantio. Suidas.

macropogones, gens circa Euxinum Pontum in Sarmatia Aſiatica, Strabo.

macropolis, vide Euryelus.

macryes, populi Lybiæ. Steph.

macrynea, vrbs Ætoliæ: vnde Macrineus Steph.

mactorium, vrbs Siciliæ. Stephan. Herodot. *Mazarino* Aretio.

macua, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidū. Plin.

macynia, oppidum Ætoliæ in Taphiaſſo monte. Strab. libr. 10. & Plin. lib. 4. capit. 2. apud Stephanum.

madaï, filius Iapheth. Gen. 10. Hic primùm Medorum genti nomen indidit. Lat. menſura, ſiue iudicans, aut indumentum.

madan filius Abrahæ ex Cetura Gen. 25. Lat. litigium, ſiue iudicans, aut menſura, vel indumentum.

madaura, ciuitas in collimitio ſita Getuliæ & Numidiæ, à qua Apuleius Madaurenſis eſt appellatus. Ad hanc vrbem ſcribit Auguſtinus lib. Confeſſ. ſe contuliſſe cùm adoleſcens eſſet, diſcendarum ingenuarum literarum gratia, florente ibi gymnaſio.

madaurenſe. Plin. lib. 5. cap. 4. oppidum in Africa libera.

madi. vide Macidos.

madia, nomen viri, 2. Eſd. 12. Lat. ſolēnitas vel feſtiuitas Domini, ſiue adornatio vel teſtimoniū aut fœdus Domini, vel tranſiens Dominus.

madian, filius Abrahæ ex Cetura, Geneſ. 25. à quo ciuitas trans Arabiam ad meridiem Iudææ ſita, in deſerto Saracenorum contra Orientem maris rubri: inde Madianitæ. Alia vrbs eſt iuxta Arnonem & Ariopolim, cuius nunc ruinæ tantum demonſtrantur, vbi Hobab ſiue Ietro ſocer Moſis, ſacerdos Madian habitauit. Exod. 2. Act. 7. Inde Madianitæ. Gene. 37. & Madianitis fœm. gen. Numer. 25. Lat. iudicium, vel iudicans aut litigans

madianitæ, Arabum gens in ſacris literis. Stephanus eos *Mandianitas & Madienos* appellat. *Salaboni* Arabibus eorum regionem hodie dici ſcribit Theuetus.

maditanites ſinus, Perſici maris pars eſt apud Ptolemæum. *Golfo de Saudra* hodie vocari, ex Tabulis colligitur: *Meſanites*, habet Stephanus in deſcriptione Arabiæ.

madmena, ciuitas tribus Iudæ, 1. Par. 1. quæ & Berſabee dicitur. Sunt tamen qui ſentiant non ipſam eſſe Berſabee, verùm in eius vicinia ſitam. Lat. menſura numeri vel muneris aut indumenti munus, vel indumenti præparatio, aut numerus vel ſterquilinium.

madoce. Ptolemæo eſt Arabiæ fœlicis oppidum. *Aden* Barrio videtur.

madon, ciuitas regis Iobab. Ioſ. 11. Lat. iurgium, vel indumentum vel menſura eius.

madytus, vrbs Helleſponti: Gentile, Madytius, vel Madyreus. Steph.

mæa, vrbs Helleſponti: Gentile, Meates. Step.

mæander, fluuius Aſiæ clariſſimus, qui ortus è lacu in monte Aulocrene, plurimiſque affuſus oppidis & repletus fluminibus crebris, ita ſinuoſus redditur flexibus, vt ſæpe ad fontem credatur reuerti. Apamenam primum peruagatur regionem, mox Eumenaticam, ac deinde Bargylieticos campos, & Cariam alluit, omneſq; eos agros fertiliſſimo rigans limo, ad decimum à Mileto ſtadium illabitur in mare. Plin. lib. 5 c. 29. Vnde obliquitates omnes, Mæandros veteres appellarunt, vt cùm res agitur non ſimpliciter, ſed variis & obliquis conſiliis, ſumpta metaphora à fluuio Mæandro, qui ſinuoſus ac flexuoſus labitur, vnde & nomen habere videtur quaſi oberret, quærens hominum conſortia, more Mæandri illud fieri dicitur, quod tortuosè flexuoséque ſit. Hinc poetæ fingunt Oceani & Terræ filium fuiſſe, & Cyaneen Nympham genuiſſe, quam poſtea Miletus Solis filius compreſſit, & ex ea Caunum & Byblidem ſuſcepit.

mæandrus, quæ & Meandropolis, Magneſiæ vrbs. Stephan. Cariæ oppidum. Eſt etiam Indiæ extra Gangem mons. Ptol.

mæandria, Epiri oppidum, Plin. *Alandriana*. Pineto.

meatæ, Scotiæ populi apud Dionem in Seuero, iuxta eum murum, qui inſulas in duas partes diuidit: horum regio *Laudonia* vocatur à Lhuydo. Pictícæ gentis fuiſſe credit Buchananus *Northumberland* Camdeno.

mæcia, Caſtri nomen in Italia, à quo Mæcia tribus Sex. Pompeius.

mædi, Thraciæ populi vicini Macedonibus, qui quoque Mædobithyni vocantur. Scribuntur cum æ diphthongo vt differant à Medis populis Aſiæ Tamen Medos & Medicam regionem ſine diphthongo ſcribit Strabo & Liui. libri 26. eorúmque caput & arcem *Iamphorinam* appellant Mædica regio eſt. Ptolem. & in Pantalia vrbs. Hinc præfectura Mædica Thraciæ vicina Pæoniæ. Apud Ariſtotelem de mirabilibus, & lib 9. hiſtoriarum. Hæc regio etiam per *e* ſcribitur *μαιδοί*. vide Steph.

mænades, eædem quæ Bacchæ, hoc eſt, mulieres inſanientium ritu Bacchi Orgia celebrantes, dicta à verbo Græco *μαίνεσθαι*, quod ſignificat inſanire.

mænalus ſiue Menala, orum, Arcadiæ mons altiſſimus, Pani conſecratus, & pinis refertus: ita dictus à Mænalo Lycaonis filio. vt annotauit Scholiaſtes Theocriti. Hinc Mænalius, a, um, id eſt

id eſt, Arcadius. Eſt & nomen vrbis Arcadiæ Steph.

Mænalia, vrbs Galatiæ. Steph.

Mænatia, inſula Balearici maris, è regione Palmæ vrbis, Plinius. Item inſula iuxta Corſicã.

Mænius, Cos. Roman. anno ab vrbe condita CCCXXX. deuictis nauali prælio priſcis Latinis ac Antiatibus eorum roſtra nauium ærata in foro poſuit, appellaríque forum Roſtra cœpit. Liuius 8. ab vrbe. Plinius libro trigeſimo quarto, capite quinto. Dicitur etiam Menias.

Mænius, decoctor item quidam fuit, & luxurioſus, qui ampliſſimo conſumpto patrimonio & domo vendita columnam tantùm exceperat, vnde ſpectaret gladiatores, quæ propterea Mæniana dicta eſt.

Mænobora, vrbs Maſtienorum: Gentile, Mænoboreus, Steph. qui alibi Maſtianos ad Herculis columnas habitare ſcribit.

Mænoles, dictus eſt Dionyſius, quod Latinè totum furentem ſignificat, cui Bacchæ Orgia celebrant. Et crudas carnes comedentes, ſacro furore initiantur, Euan Euan clamantes: quæ vox aſpirata ſecundùm exquiſitam Hebræorum linguam, fœminei ſexus ſerpentem ſignificat, Cæl. Rhodig.

Mænomena, ſunt Ptolemeo montes in Sardinia inſula: à Liuio & Floro *Inſani* appellantur, *Canelli* Ortelio.

Mæon. Vide Mæonia.

Mæonia regio minoris Aſiæ, poſtea Lydia dicta à Lydo Atyos filio, Phrygiæ ab exortu Solis vicina, ad Septentrionem Minæ. Meridiana parte Cariam amplectens, ad Occaſum ſupra Ioniam excurrens ita dicta à Mæone fluuio, vt Stephano placet, hãc Strab. li. κατακεκαυμένην χώραν hoc eſt, exuſtam regionem vocat, eamque arboribus prorſus carere tradit, præter vitem, vini iucundiſſimi feracem. Summam autem camporum faciem cinerulentam eſſe, petroſam, & nigram, aduſtionis quandam ſimilitudinem retinentem. Imminet autem Mæoniæ Tmoli montis rupes altiſſima, ex qua Pactolus fluuius defluit, aureas trahens arenas: vnde & Chryſorrhoas dicitur. Hinc Mæonius, a, um. Virgil. lib. 4. Georg.

—cape Mæonij carcheſia Bacchi.

Mæonij, Tuſciæ populi. Sil. lib. 4.

Mæonis, Gentile, fæmininum, à Mæonia deductum, quo Poetæ vtuntur pro Arachne, puella Lydia. Ouid. 6. Metamorph.

Mæonius, dictus eſt Bacchus à Mæonia minoris Aſiæ regione, in qua nullę ſunt arbores pręter vitem. Virg. lib. 4. Georg.

—cape Mæonij carcheſia Bacchi.

Mæonys, fluuius qui circa Achaïda fluit. Stephanus.

Mæotæ, populi ad Mæotidem paludem. *Tartari.* Nigro dicuntur. Omnes populos hanc paludem adhabitantes, vno nomine Mæoticos appellari tradit Mela. Vide Scythæ.

Mæotis, Palus Scythica, in regione Septentrionali iuxta Phaſidis oſtium, Cimmerio Boſphoro à Ponto Euxino diſcreta, hyeme congelaſcens, Tanaim, alióſque innumeros ferè recipiens fluuios: ita dicta ab accolis, qui Mæotæ appellantur. Lucan. lib. 3.

Quáque fretum torrens Mæotidos egerit vndas.

Inde fit adiectiuum, Mæoticus, tica, ticum. Virgil. 6. Æneid.

—iam nunc Caſpia regna

Reſponſis horrent diuûm, & Mæotica regna.

Aliqui Tauricam inſulam (vel potius peninſulam) Mæotim vocarunt. Stephan. Hinc piſces Mæotides, ſeu Mæotici dicti, qui in Mæoti capiuntur, vel in genere omnes, vel, vt Stephan. putat, ſuæ ſpeciei tantùm: & Mæotica mella, apud Plinium. Ouidius libr. 3. Triſt. eleg. 12. primam corripit.

—annóque peracto

Longior, antiquis viſa Mæotis hyemi.

Varia nomina hæc palus apud Geographos obtinet. vulgò, *Mar delle Sebacche.* Ab Italis *Mar della Tana, & Mar Bianco:* à Scythis olim *Temerinda*, id eſt maris finis, mater maris, vt tradit Plin. Dionyſ. Alex. hodie *Carpaluc.*

Mæpa, Armeniæ maioris vrbs. Prolem.

Mæpha, metropolis Arabiæ felicis. Prolem.

Mæra, canis quidam dictus eſt Orionis, vt Poetæ narrant: propriè tamen eo nomine capra ſignificatur λευκομέλαινα, id eſt ex albo nigricans, Cælius lib. 17. cap. 18.

Mæſia. Vide Mœſia.

Mæſia ſylua, huius Liuius & Plin. meminit. hodie *Boſco di Baccano* dicitur, vt Annius & Leander tradunt. Territorij Romani, in Tuſcia eſt. Nomen habet à Mæſio oppido.

Mæſius mons, Myſiæ in Aſia propria eſt, *Olympus* propriè dicitur, Plinio teſte. *Myſium* habet Mela, qui dicit eum ſic ab incolis vocari. prius *Saturni* collem vocatum ſcribit Iſacius in Lycophronem.

Mæſolia, Indiæ intra Gangem regio. Ptol.

Mærona, Perſidis vrbs Prolem.

Mætoniũ, Sarmatiæ Europææ oppidum. Ptol.

Mæſon, quidam hiſtrio comœdiarum Megarenſis: à quo natum Prouerb. Mæſonica dicteria.

Magala, i. ſemita, vel circulus, aut rotunditas, ſiue currus, vel paluſtrum, aut vitula, nomen loci. 1. Reg. 17. 20.

Magalonenſium ciuitatem in prouincia Narbonenſi 1. habet libr. Notit. Montiſpeſſulani epiſcopalis olim Sedes, nunc domus tantùm cum templo in mediis ſtagnis.

Magaris, Indiæ intra Gangem oppidum. Ptol.

Magarſus, maximus collis in Cilicia iuxta Mallum: inde Magarſius & Magarſia Minerua, cuius illic templum eſt. Steph.

Magdalena, mulieris nomen, Matt. 28 Luc. 8.

Magdalgad, ciuitas tribus Iudæ. Ioſ. 15. Lat. turris felix, aut accincta magnitudo felicitatis, vel magnitudo accincta.

Magdalel, ciuitas in tribu Nephtali. Ioſ. 10. Lat. turris ſiue magnitudo Dei.

Magdalon, vrbs Ægypti Ier. 44. Exod. 14. Nu. 33. Lat. turris, vel magnitudo.

Magdiel, ciuitas Idumæorum principum. Gen. 36. 1. Paral 1. Lat. annuntians, vel euangelizans Deum, ſiue pomũ Dei, id eſt fructus electus Dei.

Magdeburgum, olim Parthenopolis à Venere Parthenia, quæ ibi colebatur, ſic dicta, primaria eſt, vrbs Saxoniæ ſita ad Albim fluuium Veneris ſimulachrum in curru ſtantis, cum tribus Gratiis, hîc colebatur, vnde nomen natum eſt, vt Parthenopolis, id eſt, puellarum vrbs diceretur, quod & Magdeburg vox Germanica ſonat, à Ptolemæo Meſuium appellata lib. 2. F. Irenicus.

Magdolus, Ægypti oppidum apud Steph. cuius incolæ dicuntur Magdolitæ.

Magedan. Mat. 15. in Græco Magdala, ciuitas in littore ſtagni Genezareth, ſiue maris Galileæ. Hieronymus hanc regionem vocari Macedan, contra Ieraſan ſcribit in locis Heb. A quibuſdam dicitur & Dalmanutha regio & Magdalum, ſita inter lacum Genezar & Thabor Lat. turris, vel magnitudo.

Mageddo, ciuitas in tribu Manaſſe. Ioſ. 17. quã reparauit Salom. 3. Reg. 9. 2 Par. 7. Locus in quo occiſus eſt Ioſias. 4. Reg 23. Lat. annuntiatio, vel Euangelizatio, aut pomum ſiue fructus electus.

Magella, Siciliæ vrbs. Liu. hodie *Mangellino*.

Magelli, Liguriæ populi. Plin.

Mageth, ciuitas Galaad 1. Machab. 5.

Magetrobia, locus in Celtis, in quo Ariouiſtus Germanorum rex copias Gallorum prælio vicit, non longè à paludibus Rheno fluuio proximus, Gallicè *Toauli* Vigenereo *Montbelliard*, vt ſcribit in annotationibus quas Cæſaris commentariis à ſe Gallica lingua factis adiecit, ſed in caſtigationibus exemplaribus. *Amagetrobia* habetur. vide Bouillum in ſuo de linguarum vulgarium differentia libello.

Magi populi circa Mediam. Steph.

Magia, fons Siciliæ in agro Syracuſano.

Magia, Steph. vrbs Illyriæ, Gentile, Magiates, vel Magianus.

Magia, Carmaniæ vrbs. Ptolem.

Magina, Pannoniæ vel Norici oppidum. lib. Notit.

Magindana, Arabiæ felicis oppidum. Ptol.

Magiouintum, vel Magintum, Angliæ vrbs, Antonino *Aſthe vvel*, Camdeno.

Magiſtrica; regio Tauriſcorum iuxta Alpes Incolæ Magiſtrices, vicini Germanis.

Magiſtus, Elidis vrbs in Peloponneſo. Herod.

Magitæ, Arabiæ fœlicis populi. Ptol.

Magius præfectus Piſonis, in quem Gallus productus teſtis, quum innumerabilem pecuniam Magio datam dixiſſet, idque Scaurus tenuitate Magij redargueret tum Gallus, Erras, inquit, Scaure: Ego enim Magium non conſeruaſſe dico, ſed tanquam nudus nuces legeret, in ventrem abſtuliſſe. Cicero de Orat. 2.

Maglana, Britanniæ inſulæ oppidum lib. Notit. *Macleaith*. Camdeno.

Magna, inſula Lybica, quæ Libyum lingua *μεγάλη*, i. Magna vocatur: Gẽtile, Magnites. Step.

Magna Græcia, vide Iapygia & Italia.

Magnata, vrbs Hyberniæ, à qua Magnatæ populi vocati ſunt.

Magnentius, imperator Auguſtæ à militibus ſalutatus eſt, electúſque anno ab vrbe 1103. Victus Lugdunum aufugit. Deinde in furorem conuerſus Deſiderium fratrem vulnerauit arrepto gladio: pòſt quoſdam amicos interfecit: tandem ſe gladio confodit, anno 111. imperij ſui. Eutro. Tripart. hiſt. lib. 5. c. 10.

Magnes, Athenienſis comicus antiquæ comœdiæ tempore Epicharmi, docuit fabulas nouem, vicit duabus.

Magnes, Smyrnæus puer, præ cæteris mortalibus formoſus, poetica inſuper & muſica ornatus, corona inſignis aurea, ac habitu molliore indutus ciuitates obibat, multis dilectus, præſertim Gygi Lydorum regi. Parentes autem probrum huiuſmodi peroſi, capta occaſione comam eius inciderunt, veſtem, ornatũmque omnem lacerauerunt. Quare perturbatus Gyges, in Magneſios bellum mouit: quibus tandem ſuperatis reuertens, Sardibus Panegyricum celebrauit magnificentiſſimum. Suidas.

Magneſia Macedoniæ regio Theſſaliæ annexa Plin. li 4. c 9. apud Ptol. *Pieriam & Pelaſgiam* comprehendit.

Magneſia, Ioniæ oppidum ad Mæandrum fluuium diſtans ab Epheſo (ſicut ſcribit Plin. libr. 5. c. 29. XVI. M. paſſuum, circa quam L. Scipio Aſiaticus Antiochum regem magna clade affecit. Lucan. lib. 6.

Et Magnetes equis Minyæ gens cognita remis.

Item fœmininum Magneſſa Horat. lib. 3. Carm. Ode 7.

Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens, &c. antea *Theſſalocæ & Androlitia* nominata fuit, vt Plin. refert. Hanc Liuius Magneſiam ad Mæandrum vocat, eſt enim alia hoc tractu, quam idem Liu ad Sipylum cognominat, vtraq; Ptol. nota.

Magneſia, Macedoniæ promontorium ad ſinum Thermaicum Ptolemæo. *Cabo Verlicb* Soph-

Sophiano, ?. *Georgio* autem Bordonio.

magnes, pater Glaphyræ conditoris Glaphyrarum vrbis Theſſaliæ. Steph.

magnum promontorium. Ptolem. Mauritaniç Cæſarienſis eſt. Item, magnum promontorium, vlterius ſacro in Luſitania, Pomponio & Plinio, cui & Vlyſſiponenſe nominatur. Magnum promontorium etiam Siciliæ apud Ptol. & apud eundem magnum oſtium. Gangis fluminis, magnum littus Arabiæ fœlicis, & aliud Æthiopiæ ad ſinum Barbaricum Ptolem.

magnus, Olai filius Danorum rex, Polyb. li. 8.

magnus, conſul, collega Apollonij, anno ab vrbe 1213.

magnus portus, apud Ptol. lib. 2 c. 3. Britanniæ locus, vel portus Hannonis, vbi ciuitas *Sondthampton*, Item Libyæ interioris vrbs, apud eundem *Serem porto*. Caſtaldo.

mago, authoris nomen, Plin. lib. 17. cap. 10. & libro 1. capite 3. Item Varr. libr. 1. de re Ruſtica, cap. 1. Magones plures fuiſſe conſtat. Primus omnium rem ac diſciplinam Carthaginenſium auxit. Is ante Punicum bellum, vt Liuius & Trogus referunt, cum CXX nauibus bello Tarentino auxilio venit Romanis, ægrè ferens Italiam ab externis inuadi, cui actæ à Senatu gratiæ, auxiliáque remiſſa. Duos moriens filios reliquit Aſdrubalem & Annibalem. Mago, Annibalis frater, cauſa victoriæ apud Trebiam fuit, ſed apud Locros à Manlio clauſus, ab Annibale liberatur. Liuius quoque libr. 30. ſcribit Magonem Annibalis fratrem, in agro Inſubrium vulneratum, cùm in Africam per legatos euocatus nauigaret, apud Corſicam obijſſe. Mago alius à Scipione capitur apud Carthaginem in Hiſpania, Romámque per Lælium mittitur. Mago denique Afer qui de re Ruſtica ſcripſit, de quo Columella libr. 1. ſic ait, Verantamen Carthaginienſium Magonem vel ruſticationis parentem veneremur. Nam huius 28. memorabilia illa volumina ex Senatuſconſulto in Latinum ſermonem conuerſa ſunt. Huius Magonis meminit & Seruius, quem Virgil. in Georg. ſcribit imitatum.

mago, oppidum in minoribus Balearibus. Pomp. in fine. lib. 2. *Mahon* hodie.

magoa, Perſidis oppidum circa Suſianam. Pli.

magog, filius Iapheth Gen. 10. à quo Scythæ genus ducunt, qui primùm Magogi dicti ſunt. Apocal. 20. Lat. regens, aut regulans, vel tabefactus, vel liquefactus.

magron, locus in extremo Gabaad contra Machmas. Iſa. 20. Lat. timor, ſiue horreum aut de guttere.

magon, Indiæ fluuius in Gangem effluens. Arrian.

magontiacum, Tacito & Ammiano, *Magontia*, Eutropio. *Mogontia* recentioribus ſcriptoribus, *Mocontiacum* Ptolemæo, Germaniæ vrbis Archiepiſcopalis, ad Rhenum. Vide Moguntia. Galli *Mayence* appellãt, incolis verò, *Mentz* eſt.

maguda, Meſopotamiæ vrbs, apud Ptol.

magulaba, Arabiæ fœlicis oppidum. Ptol.

magura, Libyæ interioris oppidum.

maguſa, Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs. Plin.

Maguſtana, maioris Armeniæ vrbs. Ptol.

maguſum. Arabiæ fœlicis oppidum. Plin.

Magus, Samois filius, apud Celtas regnauit, à quo illis oppida plurima ſunt poſita. Beroſ.

mahalath, vxor Roboam. 2. Par. 11. Lat. chorus, ſiue infirmitas, aut Syriacè, venia.

mahalon, filius Elimelech, Bethlehemitæ, Ruth. 1. Lat. idem ſignificat quod Mahalath.

mahanaim, nomen loci, in quo obuiam facti ſunt Angeli patri noſtro Iacob, ab ipſo propterea impoſitum, quòd duas turmas vidiſſet in eo loco, ſuam & Angelorum, Geneſ. 32. Lat. caſtra, turmæ.

maharai, nomen viri, 2. Reg. 32. 2. Par. 11. Lat. accelerans, ſiue dotatio, aut montanus, vel de monte meo.

mahath, filius Amaſai filij Elcana. 1. Par. 6. 2. Par. 29. & 31 Lat. abſtergens, aut delens, ſiue confringens, aut formidans, vel Syriacè percuſſio.

mahaxioth, nomen viri, 1. Par. 23. Lat. videns ſignum, aut videns literam.

maheleth, tertia vxor Eſau filia Iſmaelis, Geneſ. 28 Lat. chorus, vel cithara, aut infirmitas, vel Syriacè venia.

mahida, nomen viri, 1 Eſd. 2. Lat. ænigma, aut acumen, vel radens, ſiue abſtergens manum, aut Syriacè percuſſa manus.

mahir, filius Caleb, patris Sur. 1. Par. 4. Lat pretium.

mahol, nomen viri, 3. Reg. 4. idem ſigni. quod Maheleth.

mahometus Arabs, ex Hebræis partim partim ex Chriſtianis nouam deſumptam doctrinam introduxit. Blond. lib. 6. Pompo. anno ſalutis 625. Cuius vitam, mores & genus, lege apud Polyd. Virg. lib. 7. de rer. inuent.

mahometes, Turcarum v. imperator, anno ſalutis 1198.

mahometes, Amuratis filius, Turcarum imperator IX. imperauit annis XXX anno ſalutis 1449. Conſtantinopolim vi cepit & expugnauit. Conſtantini Palæologi imperatoris caput per ludibrium pilo affixum & in vrbe circumgeſtatum fuit. Is Mahometes ad Bellogradum, vel, vt alij Taurinum oppidum, quod nunc Albam dicunt ad confluentes Sauum Danubiúmque ſitum, à paucis Chriſtianis fugatus, cæſúſque caſtris exutus eſt. Plat. Hic præter Conſtantinopolitanum & Trapezuntium imperia, quæ ſubuertit, regna duodecim Chri-

ſtianis ademit, ducentas vrbes cepit, & in his Chalcidem inſulam armis, & Scodram deditione Venetis extorſit. Bellum maritimum annis multis cum noſtris maioribus geſſit. Capham Ponticam vrbem expugnauit. Rhodum fruſtrà tentauit, Italiæ, capto Hydrunte, arma intulit. Egnat.lib.3.anno ſalutis 1463.

Mahumites,nomen viri, 1. Par. 11. Lat.nuntians,vel delens,aut radens medullæ.

Maia, Atlantis filia ex Pleione Nympha, ex qua Iupiter Mercurium ſuſcepit, Virgil. 8. Æneid.

Vobis Mercurius pater eſt quem candida Maia
Cyllenæ gelido conceptum vertice fudit.
Vt Maiã (auditis ſi quicquã credimus) Atlas,
Idem Atlas generat,cœliſque ſydera fulcit.

Horatius in Odis.

Mercuri facunde nepos Atlantis.

nonnulli etiam tradunt eam Vulcano nupſiſſe. Significat & obſtetricem, vt ait Suidas in Socratis vita. Eſt & dea,Fauni filia, cui in mellario vaſe non mel,ſed vinum ſacrificabant.

Maia,Helleſponti vrbs. Steph.

Maiani,ſeu potius Margiani Aſię populi,quorum regionem Parthis olim occupauerunt vt ſcribit Trogus Pomp.lib.4.

Maieſtas, dea, Honoris & Reuerentiæ filia. Ouidius:

Donec Honor,placidóque decens Reuerentia vultu.
Corpora legitimis impoſuere toris.
Hinc ſacra Maieſtas quæ mundum temperat omnem.
Quáque die partu eſt edita,magna fuit,
Nec mora conſedit medio ſublimis Olympo
Aurea purpureo conſpicienda ſinu.

Maimin,nomen viri,1.Par.24.Lat.dexter,aut aquas præparans.

Maiocarrium, Meſopotamiæ vrbs,lib. Notit.

Maiorianus Conſtantino & Rufo Coſs. anno v.o.MCCX. fit Magiſter militiæ pridie Calendas Martias.Exempto nõ multo poſt rebus humanis Martiano imperatore, quum & Auitus in Italia deceſſiſſet, apud Rauennam inuadit imperium Quod quum prope quatuor annos tenuiſſet, Derthonæ iuxta Hyram fluuium fraude Richimeris patricij cęſus eſt anno 2:4.Procopius Maiorinum appellat, & de eius virtute multa præclara memorat in 3. belli Vandalici Sed & Sidonius Apollinaris Panegyrico illius laudes celebrat. Vide Carolum Sigonium de Imperio Occident.& Onuphrium Panuinium.

Maiorica inſula.

Mais, Indiæ fluuius inter Gangem & Indum. Arrian.

Maittauonium, Galliæ vrbs inter forum Iulium & Aquas Sextias. Antonin.

Maius, menſis à maioribus dictus eſt quia, vt inquit Macrob.maioribus conſecratus erat.quorum conſilio Reſpub. gerebatur. ſicut Iunius à Iunioribus, qui rem armis gerebant. Poſtquàm enim Romulus populum Romanum in maiores minoréſque diuiſit, vt altera pars conſilio,armis altera Rempublicam tueretur, in honorem vtriuſq; partis hunc Maium, ſequentem Iunium vocauit. Ouid.

Hinc ſua Maiores tribuêre vocabula Maio:
Iunius à Iuuenum nomine dictus adeſt.

Sunt qui Maium à maieſtate dea nominatum velint, quòd flamen Vulcanalis Calendis Maij huic deæ rem diuinam facit. Alij à Maia Mercurij matre, propterea quòd hoc menſe mercatores omnes Maiæ pariter & Mercurio ſacrificare ſoliti erant.

Malacha, vel Malacath, Libyæ interioris oppidum.Ptol.

Malacha,ſeu Malaga,ciuitas in Hiſpania Bætica Martianus li.2. τῶν ἐπιτομῶν Artemidori. Plinius lib.5.cap.1.ſic ait. Siga oppidum ex aduerſo Malachæ in Hiſpania ſitæ. Syphacis regia facit & illius mentionem lib. 3. c. 1. vt & Pomp lib. 1. Gentile,Malacitanus.Steph.Hæc vrbs celeberrima eſt ſitu, emporio, rerúmque omnium & neceſſitati & voluptati deſeruientium copia. Hiſpaniarum rex armamentarium hic habet inſtructiſſimum, ex quo perpetuum præſidium in ſuis Africæ oppidis ſuſtentat atque communit. A Phœnicibus constructam eſſe anno ante Chriſti aduentum M.CCC.XL.aſſerit Fr.Tarapha.

Malachias, nomen prophetæ. Mal.1. Lat.Angelus ſiue nuncius meus.

Malachus, poeta Syracuſanus, qui nunquam melius aut doctius ſcribebat carmine,quàm cùm ira percitus ad carmen accedebat.

Malacia, ciuitas, quam Philoctetes, quum ob Paridis necem in morbum fœmineum incidiſſet, eóque nomine erubeſceret, deſerta patria condidit,& ex re Malaciam dixit. Vide Cæl. lib. 6.c.1.

Malæa,Arcadiæ vrbs.Pauſan.

Malæi colon, Ptolemæo aureæ Cherſoneſi promontorium. *Malaca*, Varrerio.

Malalai,nomen viri,2.Eſd.12. Lat.circunciſio, vel locutio mea.

Malaleel,filius Cainan: Gen. 5. Luc.3.Lat.laudans Deum,vel illuminatio Dei.

Malanius,Steph.Oenothriorum vrbs mediterranea. *Maida* hodie eſt Barrio.

Malaſar, nomen viri. Daniel 1.Hebr. Meltſar, Circunciſio anguſtiæ vel vinculi,ſiue diſpenſator.

Malateſta,Pandulfi filius,Piſaurienſis,Senator Romanus à pontifice Benedicto datus eſt, anno ſalutis 1399.

malceca Hiſpaniæ oppidum inter Cordubam & Emeritam. Antonin.

malchus, nomen illius, cui Petrus auriculam abſcidit, Ioan. 18.

malchus hiſtoricus, ſcripſit hiſtoriam à Conſtanti no vſque ad Anaſtaſium. Suidas.

malcoæ, Libyæ interioris populi, Ptol.

malcolmus, Scotiæ rex, anno ſalutis 1154.

malconſeglio, Vide Scordana.

malea, Leſbi promontorium, è regione Mitylenes. Thucyd. mons item Taprobanæ apud Ptolemæum.

malea, ſiue Malia, promontorium Laconiæ per 50. millia paſſuum in mare protenſum, aduerſiſq; ventorum flatibus nauigationem reddens periculoſam: vnde factus eſt locus prouerbio, cùm ad Maliam deflexeris, domeſticos obliuiſcere. Virg. lib. 5.

Ioniòque mari, Maleæque ſequacibus vndis.
Stat. lib. 7. Thebaid.

—Rauca circumſonat ira Malea:

Dicta Malea à Marco Argiuorum rege, qui in ea Templum pulchrum conſtruxit, quod Maleaticum appellauit. Maleum Plinio. *Cabo Malio* vocat Sophianus. Hinc *Maleus* ſinus, qui & *Aureus* à latronibus vocabatur, inquit Florus lib. 3. cap. 6. Malea promontorium, ſcribit Iſacius in Lycophronem à forma vocatur *Aſini maxilla* Ptolemæo tamen duo diuerſa loca ſunt, in quorum medio *Boa* ab eo deſcribuntur.

malecena, Armeniæ minoris vrbs. Antonino.

malena, Atarnitidis regionis locus, Herodot.

maleos, ex Ebudibus inſulis vna. Ptol. hodie *Mula*. Emporium etiam Æthiopiæ, in Apulite ſinu. eidem.

malethubalus, Mauritaniæ Cæſarienſis mons. Ptol.

maleuentum, Campaniæ vrbs, quam nunc teſte Perotto, boni ominis cauſa Beneuentum dicimus. Plin. li. 3. c. 10.

maleus, Indiæ mons in quo quindecim tantum diebus Helice conſpicitur, vt teſtis eſt Martianus. Idem eſt Solinus, qui hunc iuxta Palibothram ſtatuit: in quo hyeme in ſeptentriones vmbræ, in Auſtrum æſtate cadunt. In Oretum gente cum deſcribit Plinius lib. 2. c. 73. ſed lib. 6. cap. 19. apud Monedes & Suaros eſſe dicit, non procul à Palibotris.

maliaca Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs. Ptol. li. 2. c. 6. Vulgò *Malgrado*.

maliacus ſinus, Locrorum Epicnemidiorum eſt è regione Eubœæ, in quem Sperchius fluuius influit, Ptol. Ita dictus à Malieo oppido, cuius meminit Steph. *Lamiacus*, apud Lauſaniam vocatur. *Melieus* à Thucydide dicitur libro 8. *Golfo de Ziton* hodiè dicitur Sophiano, *Volo* Thepero tamen dicitur.

maliane, Arachoſiæ oppidum. Ptol.

malias, Hiſpaniæ oppidulum. Appian.

maliattha, Arabiæ Petreæ vrbs. Ptol.

maliba, Indiæ vrbs extra Gangem. Ptol.

malichis, Antipatrum veneno necauit, anno ab vrbe 711.

Μαλιεὺς: Stephano, vrbs dicta à Malo filio Amphictyonis, aut Amyri Bœoti. Hinc ſinus maliacus: Gentile, Malieus, & Maleates quod etiam à malea promontorium Laconiæ deriuatur. Steph.

malij, populi circa Meſopotamiam, Stra. li. 16.

malimnus, Siciliæ mons, malis, hoc eſt, pomis refertus. Theocritus, vel vt habet eius ſcholiaſtes, locus paluſtris non procul à Crotone.

malippala, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

malliaba, Arabiæ fœlicis vrbs, apud Ptol.

mallada, vrbs Perſica: Gentile, Malladenus. Steph.

mallæta, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

malli, populi Indiæ, ex illis, qui cum Deriade Baccho reſtituerunt. Stephan. per vn.l cum ſcribit.

mallois, entis, Apollo Leſbius: & Malois, locus in quo templum Apollinis Leſbij ἀπὸ τῶν μήλων τῆς μαντικῆς. Steph. per vnicum l ſcribit.

mallophoros, Cereris eſt cognomentum in Megaride, quod ab iis videtur impoſitum, qui mortalium primi oues connutrire cœperint. Siquidem lanam dicunt Græci μαλλὸν, ex quo & Idem μαλλωτὴν vocarunt. Cæl. li. 25. c. 1.

mallos, Ciliciæ oppidum clariſſimum à Mallo conditore ita dictum, ita vt ex Callimachi ſententia refert Stephan. Lucan. lib. 3.

Mallos & extrema reſonant noualibus Æga.
Item Arcadiæ fluuius. Pauſan. & Æthiopiæ ſub Ægypto. vrbs Plin.

mallotæ, nomen populi, 2. Macch. 4.

mallotes, à populis Indiæ Mallis, Ariſtoph.

mallotes. vide Malli.

malloch, filius Azabiæ, filij Amaziæ, 1. Par. 6. Lat. regnans, aut conſulens.

malſane, vrbs fœlicis Arabiæ: Gentile, Malſanites. Steph.

malta, vide Melita.

maltanus Tuſciæ portus. Anton.

maltecoræ, Indiæ gens. Plin.

malthace, inſula haud procul à Corcyra. Plinius.

malua, fluuius Africæ ex Atlante oriens Pomponio. *Mulvio* à Caſtaldo nominatur.

malus, vide Maliæ.

mallus, mons eſt in ea parte Indiæ, quæ eſt intra Gangem, à quo vicini populi malli appellantur, Plin li. 6. c. 17.

malys, vide Mempricus.

mama, Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs. Plin.

mamala. Arabiæ fœlicis vicus. Ptol.

mamarcina, vrbs Auſoniæ, Gentile, Mamarcinçus. Steph.

mamaus, fluuius eſt Peloponneſi, in tractu Triphiliaco, non procul à Pylo, qui olim Amathus dicebatur. Strab. li. 8.

mamblia, oppidum Æthiopię, ab ea parte qua Africam ſpectat. Plin. li. 9. c. 26.

mambre, ciuitas. Gen. 13. quę Hebron & Arbee dicitur. Gen. 23 & 3. Sunt tamen qui dicunt locum eſſe in Hebron, dictum in quercub. procul ſex ſtadiis ab Hebrone. Frater Eſchol & Aner. Gen. 14. Hebr Mamre. Lat. rebellis, aut amarans, vel commutans, vel permutans.

mambres, vnus ex illis qui Moſi reſtiterunt, 2. Tim. 3. Gręcè Iambres.

mambuta. Meſopotamię oppidum. Ptol.

mamelus, XVI. Aſſyriorum rex, regnauit annis XXX.

mamercus, pręſul Viennenſis, qui, teſte Ptolemęo Lucenſi, anno CCCCLIII. ſupplicationes primus inſtituit, quas Rogationes vocant, ob frequentes terrę motus, quibus ea regio infeſtabatur. Volat.

mamers, lingua Oſcorum, dictus eſt Mars, adiectione ſyllabę, qui & Mauors etiã appellatur.

mamercus, prænomen Obſcum, ab eo quòd hi Martem Mamertem appellant. Apud Liuium Mamercus Æmilius dictator, ex gente Mamerca. Quidam dicunt Æmiliam gentem à Mamerco appellatam, cui propter humanitatem ciuicam, cognomen fuerit Æmylio.

mamerthes Corinthius, filium fratris ſui Siſaponis libidine regnandi interfecit, maximo ſuo malo. Nam vbi Siſapo factum reſciuit, eum membratim diſcerpſit Ouid. in Ibin.

mamertina, quæ & Meſſana, nomen vrbis.

mamertinus, conſul, collega Neuitæ, anno ab vrbe 1115.

mamertini, populi Campani. Hi cùm Meſſanam colonos miſiſſent, ipſi quoque Mamertini potiùs quàm Meſſanenſes ſunt vocati: & cùm ager eorum vini feraciſſimus ſit, Mamertinum vinum, non Meſſanenſe appellatum eſt *Mart.*

Amphora Neſtorea tibi Mamertina ſenecta
Si detur quoduis nomen habere poteſt.

Dicti à ciuitate Mamertina, quæ à Lacedæmoniis ſubuerſa fuit, quod Meſſanij 50. Virgines Lacedæmonas violare tentaſſent, & non conſentientes eas occidiſſent, Plin. lib. 14 c. 6. De Mamertinis & Mamertina ciuitate, Cic. in Verrem, Act. 1. & 3. de Oratore.

mamertinum fretum, inter Siciliam & Italiam. hodie *Farro di Meſſina* Benjamin *Lonid* vocat Siciliæ fretum appellat Plinius lib. 19. c. 2. hoc fretum Thucydides lib. 4. *Charybdim* nominat, partem pro toto accipiens. A Pauſania deſcribitur in Eliacis.

mamertium, Steph. vrbs Italiæ.

mamillam, in Chronicis appellari eam Miſniæ vrbem, quam vulgò *Ceitz* vocant, ſcribit Fabricius in ſuis itinerariis.

mamitus. XXII. Aſſyriorum rex, regnauit annis XXX. Is rurſus milites exercuit, & aſſuefecit laboribus & interpoſitis deliciis, vnguentis & appoballſamis, militiam & pugnas exequebatur, cœpitq; formidini eſſe Syris & Ægyptiis. Beroſus.

mamius Papyrius, rex Sacrorum, anno ab vrbe 145.

mammacuthus, vir quidã fuit, ſola illuſtris fatuitate, ſicut & quidam Meluides. Cæl. li. 17. c. 4.

mammæus pons, à Mammæa matre Seueri ſic dictus, ſuper Anienem fluuium. hodie, *Ponte Mammolo*.

mammeanæ, puellæ alimentariæ, & Mammeani pueri ab Alexandro Seuero inſtituti. Lam. prid. anno ab vrbe 984.

mammida, Perſiæ vrbs apud Ptol.

mammilla, nomen mulieris, Telegoni filiæ, à qua Mammillorum familia eſt vocata.

mammiſæa, Syriæ quædam Tetrarchia. Plin.

mampſarus, Africæ propriæ mons. Ptol.

mamuchan dux Perſarum Eſther. 1. Lat. paratus, vel certus, aut depauperatus, ſiue percuſſus.

mamuda Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs. Plin.

mamuga, Syriæ vrbs. Ptolem. hodie *Mabuga* Maſio.

mamurius, faber ærarius laudatiſſimus, qui tempore Numæ floruit, & Saliorum ancilia confecit ad ſimilitudinem eius, quod è cœlo deciderat. De hoc ſic ſcribit Feſtus Mamurij Veturij nomen frequenter in cantibus Romani frequẽtabant hac de cauſa: Numa Pompilio regnante è cœlo cecidiſſe fertur ancile, id eſt, ſcutum breue: quod ideò ſic appellatum eſt, quia ex vtroque latere erat reciſum, vt ſummum infimúmque eius latus medio pateret, vnaq; edita vox eſt, omnium potentiſſimam fore ciuitatẽ quandiu id in ea manſiſſet. Itaque facta ſunt eiuſdem generis plura, quibus id miſceretur ne internoſci cœleſte poſſet. Probatum opus eſt Mamurij Veturij, qui præmij loco petiit, vt ſuum nomen Salij inter carmina canerent. Hæc ille Ouid. 3. Faſt.

Inter ſacerdotes operi promiſſa vetuſti
Præmia perſoluunt, Mamuriumq; vocant.

mamurra, Formiis natus eques Romanus, vt tradit Cornelius Nepos, primus Romæ in Cælio monte parietes domus ſuæ marmore incruſtauit. Hic eſt qui Epigrammate, Catulli proſciſſus eſt. Idem columnas ex Caryſtio marmore habuit. Plinius, Mamurra alter ante hunc apud Oſcos natus tempore Numæ, ancilia, pleraque Deorum ſigna ex ære compoſuit. Huius etiam nummeminit Ouid, in Faſt.

mar-

Marmurræ, ſenatoria familia erat Romæ.

Manzanau, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Ptol. hodie *Maliana* Marmolio.

Manethus, Ægyptius fuit ex Dioſpoli vrbe ortus, qui de Phyſiologia & Aſtrologia iudiciaria carmen reliquit. Fuit & alter hoc nomine Mendeſius ſacerdos apud Ægyptios, vtriuſque meminit. Suid.

Manahath, filius Sobar, filij Seir. Gen. 36. 1. Par. 1. Eſt & regionis nomen, 1. Par. 8. Lat. requies, aut munus, ſiue præparata formido, vel confractio, aut numerus ſtuporis: vel præparata deſcenſio aut numerus deſcendens.

Manahem, filius Gaddi 4. Reg. 15. Lat. cõſolator aut ductor eorum, ſiue præparatio caloris, aut munus incenſum, vel numerans calefactionem.

Manaim, ciuitas quæ eſt terminus tribus Gad, in regione Galaaditide Leuitis & confugio conceſſa. Ioſ. 13. & 21. 1. Paral. 6. Lat. caſtra.

Manaim, amnis circa Gedroſiam. Plin.

Manaita, Armeniæ regio eiuſdem nominis idolo conſecrata. Dion.

Manalis lapis, oſtium Orci, per quod animæ inferorum ad ſuperos manant, qui dicuntur Manes. Manalem lapidem etiam vocabant petram quandam, quæ erat extra portam Capenam, iuxta ædem Martis, quam cùm propter nimiam ſiccitatem in vrbem pertraherent, ſequebatur ſtatim pluuia: cúmque quòd aquas manaret, Manalem lapidem dixêre. Feſtus.

Manapia, Hyberniæ vrbs Ptol. hodie *Vuaterford*. Incolæ Manapij, eidem.

Manaricium, Anton. *Manrica*, Simleto, Hollandiæ vicus eſt, Traiectenſis diœceſis.

Manarmanis, Germaniæ portus poſt Rheni oſtia. Ptol. hodie *Marna*, Friſiæ pars longo tractu procurrens verſus anguſtias Scolbachi. Orte. Pirchaymerus credit *Campen* eſſe. Becanus mauult *Harlingen* aut locum vicinum.

Manaſſe, ſiue Manaſſes, filius primogenitus. Ioſeph Gen. 41. Pater Eſriel 1 Par. 7. Filius Ezechiæ regis Iuda, filij Achaz, 4 Reg. 21. 1. Paral. 3. Lat. oblitus, aut obliuio.

Manathat, aliàs *Cathes*, iuxta Antipatridem ad montem Saron, ſic Poſtellus in ſua Syria.

Manates, Italiæ populi in prima regione. Pli.

Mancaleus, xiv. Babyloniorum rex, regnauit annis xxx.

Manchana, Meſopotamiæ oppidum. Ptol.

Mancinus, nomen viri, à quo Mancinates pro damnato, quod Mancinus inſignem domum habuerit, quæ eo interfecto publicata eſt.

Mãcuniũ, Britan. vrbs. Ant. hodie *Manchestre*.

Manda, Indię intra Gangem fluuius. Ptolem. *Menan*, Mercatori.

Mandaeth, Æthiopię vicus, in Adulico ſinu. Ptol.

Mandagandeni, Troadis populi. Plin.

Mandagara, Indię intra Gangem oppidum, Ptol. *Mangalo* Caſtaldo.

Mandagarſis, Medię oppidum. Ptol. *Maſandram* incolis dici Niger ſcribit.

Mãdagrẽũ, flumẽ apud Scythas Aſiaticos, Pli.

Mandalum, Æthiopiæ lacus circa Azianam promontorium. Plin.

Mãdane, Aſtyagis filia quæ ei viſa eſt per quietẽ tãtum vrinę facere, vt omnẽ ipſius vrbem oppleret, atq; vniuerſam Aſiã inundaret. Hęc Cãbyſi nupſit, ex quo genuit Cyrum. Herod. li. 1.

Mandanes, 11. Medorum rex, regnauit an. 50.

Mandani, fuit Gymnoſophiſta inſignis, quem cùm Alexander per internuncios ad Iouis filij epulum vocari iuſſiſſet, & parenti ampliſſima pręmia, detrectanti verò grauiſſimum cruciatum proponeret, conſtantiſſimè ferunt reſpondiſſe, nec illum Iouis filium eſſe qui magnę parti terrarum imperaret: nec ſe illius donis promoueri, cui nulla eſſet ſatietas, nec minas pertimeſcere, quòd viuenti India abundè multa eſſet ſuppeditatura: mortem verò tantum abeſſe vt formidaret, vt multis etiam votis eam expeteret, quę ſeſe marcida ſenio carne liberatum, in puriorem melioremq; vitam immutaret. Strab. li. 15.

Mandaræ, pars Cyri Macedonicę. Steph.

Mandarei, Sarmaticæ Aſiaticę populi. Plin.

Mandei, Indię populi ad Gangem. Plin.

Mandela, Pagus eſt in Sabinis, vt authores ſunt Acron & Porphyrion. Horat. 1. Epiſt. 19.

—— *gelidus Digentia riuus,*
Quem Mandela bibit rugoſus frigore pagus.

Mandepa, Thracię vrbs. Procop.

Mandetrium, Dalmatię vrbs. Plin.

Mandiadini, Indię populi, Arrian.

Mandianitę, Arabię populi. Steph.

Mandonius, dux Hiſpanus & Indibilis partes Romanorum cum Scipione Africano in Hiſpania iuuarunt, deinde Scipione ęgrotante, ſeditionem agitauere, in Romanóſque inſurgere cœperunt. Quos cùm Scipio morbo liberatus comprehendiſſet, veteris officij memor, tantùm caſtigatos verbis dimiſit. Liuius libro 29.

Mandori, Libyę interioris gens. Ptol.

Mandralæ, Indiæ intra Gãgem populi quorũ ciuitas *Palibotra*. Hos populos videntur Strab. & Plin. *Praſios* vocare: horum enim ſcribunt *Palibotram* vrbem eſſe, indeq; etiam eandem gentẽ *Palibotros* quibuſdam appellari idem tradit Plin.

Mandrẽ & Mandranitę, populi Arabię. Vtũtur autẽ Arabes duobus his typis Gentilium. Steph.

Mandro, nauicularius quiſpiam, qui aſpirante fortuna, tandem factus eſt imperator: vnde etiam factus adagio locus in eos qui præter meritum ad opes euecti, priſtinæ conditionis non meminerunt.

Mandropolis, vrbs Phrygiæ: Ciuis, Mandropolites, Steph.

mandrueni, circa Margianem populi. Plin. vide Mardyeni.

mandrus fluuius, Plin. circa Sogdianam fortè. Mons item Libyæ interioris & fluuius Indiæ intra Gangem, apud Ptol.

mandubij, Galliæ populi apud Cæſarem & Strabonem: quorum caput Alexia Gallicè, *Le pays d'Aulſois en Bourgongne.*

manduesſedum, Angliæ oppidum. Ant. *Mancester*, in Cornabiis, Camdeno.

manduria, Salentinorum oppidum Plinio. *Mandula* Nigro. *Caſal nono* Leandro vocatur.

mandurium, vrbs Apuliæ: Ciuis, Mandurinus Steph. Mandurium ſcribit Leander à Plinio vocari, lacum in Apulia Dauniæ, qui hodie *Andoria* dicitur, quem neque exhauſtis aquis minui, neque infuſis augeri tradit Liuius, atque Plinius: ſed eum innominatum relinquit. Alex. Andreas hunc hodie *Lago Verſentino* dici ait.

manei, Hiſpaniæ populi, iuxta Bætis fluminis oſtia. Auienus.

manes à quo Manichæi hæretici orti ſunt natione Perſa fuit, ſeruus cuiuſdam viduæ Perſicæ, quæ moriens Manem hæredem inſtituit, eique non ſolùm opes magnas, ſed etiam libros fanaticorum hominum Scythiani & Therebinthi, quorum integram hiſtoriam Epiphanius recitat, reliquit. Ex his libris hauſit fanaticas opiniones, quas poſtea ſparſit. Forte eo tempore ægrotabat filius regis Perſarum. Itaq; ſe in aulam confert Manes medendi artem profitens, ſed quum necaſſet puerum, aufugit inde in Meſopotamiam, vbi diſcipulos ſibi adiunxit, quibus dogmata ſua tradidit. Inde rurſus à piis Epiſcopis pulſus aufugit, & iuſſu regis Perſarum captus & excoriatus eſt, circa annum Chriſti 280. Sed ſecta ipſius latè poſtea in Arabia, Ægypto & Africa annis ferè ducentis propagata eſt, ac ipſe B. Auguſtinus nouem annos in ſecta Manichæa verſatus eſt, & poſtea erroribus agnitis refutauit Manichæos, ac nominatim Fauſtum Felicem, Fortunatum, Adimantum & alios. Libri extant in ſexto tomo operum Auguſtini. Erant autem hæ Manichæorum opiniones præcipuæ: Fingebant duos eſſe Deos, alterum bonum, authorem rerum bonarum, quem φῶς, id eſt, lucem nominabant. Alterum malum, pari potentia, quem Hylen vocabant, à quo coniugium, imperia & omnia mala orta eſſent. Ideo abſtinebant à coniugio & politica gubernatione, iactitabāt ſe ſuis ritibus conſequi afflatus diuinos. Contendebant filium Dei non aſſumpſiſſe humanam naturam verè, ſed tantùm ſimulatè ſeu putatiuè. Legem Moſis fingebant à malo Deo traditam, ideóque abrogatam eſſe, abſtinebant à carnibus & mactationibus pecudum, denique magna confuſio erat fanaticarum opinionum, quas qui volet legat apud Epiphanium libro ſecundo, tom. 2. & apud Auguſtinum tomo ſexto. Facit & Manis mentionem Euſebius libro 7. c. 27.

Manes, animas è corporibus egreſſas intelligimus, aut deos inferos, authore Seruio. Sunt autem, inquit noxiæ, & dicuntur per antiphaſim. Nam Manum bonum eſt. Alij Manes à manando dictos intelligunt. Nam manibus plena ſunt loca inter lunarem & terrenum circulum vnde defluunt. Hæc ille. Augillæ populi Africæ iuxta Syrtes, manes tantùm Deos putant, per eos deierant: eos, vt oracula conſulunt, precatique quæ volunt vbi tumulis incubuêre, pro reſponſis ferunt ſomnia. Verba ſunt Pomp. Melæ lib. 1. Manes etiã ad genios duos, quos cum vita ſortimur, authore Seru. retulit Vir. 6. Æn. eo carmin.

Quiſque ſuos patimur Manes, &c.

Nam manes, δαίμονες, ſunt præſules corporibus humanis attributi qui parentum ſeminibus manauerunt. Inde Summanus, i. ſummus inter Manes dictus eſt Pluto, Verùm Manes, quoniam corporibus eo tempore tribuuntur, quo fit prima conceptio, poſt vitam iiſdem corporibus delectantur, atque cum his manentes appellantur lemures. Cui ſi vitæ purioris adiuti fuerint honeſtate, in Lares domorum vrbiúmq; vertuntur. Si animi deprauantur ex corpore, Laruæ perhibentur ac manes. Manes igitur tam boni quàm truces ſunt conſtituti, quos Agathos & Cacodæmones vocant Græci. Antiqui primum à corpore ſeparatum Manem deum vocabant. Apuleius de Socratis dæmonio dicit, manes animi dicuntur melioris meriti, quæ in corpore noſtro Genij dicuntur, corpori renuntiantes. Lemures: cum domus incurſionibus infeſtarent, Laruæ appellabantur: contra, ſi boni fuerint, Lares familiares. Feſtus ait, Manes dij ab auguribus vocabantur, quo per omnia manere credebant, eóſque deos ſuperos atque inferos dicebant. Cic. li. 2. de legibus Deorum manium iura ſancta ſunto.

manes, fluuius, vel potius torrens Locrorum Epicnemidiorũ, Tronion præterfluens, interdũ tam exiguus, vt tranſeuntis vir tingat pedes: interdum tam latus, vt in bina diffundat iugera. Alio nomine Boagrius appellatur. Vide Strab. li. 9.

Maneſium, vrbs Phrygiæ à mane ditiſſimo conditore. Steph.

Manethus Mendes, Ægypti ſacerdos alter eiuſdem nominis è Dioſpoli Ægypti, ſcripſit phyſiologiam & apoteleſmata verſibus in aſtrologia, id eſt, effectus aſtrorum. Suid.

Manethuſa, vrbs Cretæ inſulæ. Põp. Mela li. 2.

Manezardum, Galatiæ oppidum, Anton.

Manfredus, regẽ Siciliæ ſe appellari adorari, coronariq; ex ritu & maiorũ more curauit. Blo.

man-

manganur, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

mangon. inſula ſinus Arabici. Ptol.

mania, niæ, vrbs Parthorum ab oriente hyberno. Plin. lib. 6. cap. 25. promontorium Lesbi. Ptol. Vide Moneda.

Mania, dea, larium mater, cui olim ſacrificabant & maniæ larvæ quædam: quas nutrices pueri minitari ſolent.

maniæna, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

manichæi, vide Manes.

Manilius Octauius, à quo Manilij fluxêre: is Tuſculanorū dux, & Tarquinij gener fuit ad quē ille poſt fugam ſe recepit, eiúſque auxilio Romanis intulit bella. Liu. lib. 1.

C. Manilius Antiochenſis, nobilis mathematicus & poeta. Scripſit primus Latinorum omnium de Aſtronomia carmine ad Auguſtum Cęſarem, malè à quibuſdam Manlius, ab alijs Mallius vocatur. vide Manlius.

Manilia lex, illos etiam admittebat ad gerendos magiſtratus, quorum maiores in Romana rep. magiſtratum non exercuiſſent.

Manimi, Germaniæ populi. Tacit.

maniolæ inſulæ, ex aduerſo Indiæ, extra Gangem, in quibus tradunt nauigia, quæ clauos ferreos habent detineri, vlterius itaque illa non progredi ſinūt, ne quando lapis Herculeus, qui circa ipſas gignitur, illa ſe trahat. Bas tenent Antropophagi, Manioli dicti. Ptol. lib. 7. *Iſlas de Pracel* hodie.

manis, rex Phrygiæ vetuſtiſſimus bonitate ac potentia perinſignis, cuius de nomine Phryges etiam nunc illuſtria admirandáque omnia Manica nuncupant. A quibuſdam Maſdes vocatur, Cæl. lib. 21. cap. 7.

Manius, Marcius, ædilis plebis primùm frumento populum in modios aſſibus donauit. Pli. lib. 18 cap. 3.

Manliana, vrbs Luſitaniæ. Ptol. Vulgò. *Montemaior*. Manliana item Tuſcorum vrbs. Ptol. hodie Malianum Vilvam Hirtij p... Cluſius.

Manlius Capitolinus, prænomine Marcus, nobilis Romanus, qui re malè geſta à conſulibus ad Alliam contra Gallos Senones, videns in mœnibus vrbis parum eſſe præſidij, lecta mille iuuenum manu, arcem Capitolinam occupauit, & à vi hoſtium ſeruauit intactam. A qua tamen ipſa arce, quod in affectati regni ſuſpicionem veniſſet, poſtea præcipitatus eſt: cautúmque eſt Senatuſconſulto, ne quis ex Manlia gente Marcus diceretur. Hiſtoriam hanc latiùs refert Liuius libro ſecundo ab vrbe & Seruius enarrans illud Virgilij Æneid. 8.

In ſumma cuſtos Tarpæ Manlius arcis.

Plinius de fortitud. capite vigeſimo octauo, libro ſeptimo: Haud minora inquit, forent Manlij Capitolini decora, ni perdidiſſet illa exitu vitæ. Ante 17. annum bina ceperat ſpolia. Primus omnium eques coronam muralem acceperat, ſex ciuicas: XXXIII. dona. XXXIII. cicatrices aduerſo corpore exceperat: P. Seruilium magiſtrum equitum ſeruauerat, ipſe vulneratus humerum ac femur. Super omnia Capitolium ſummámque rem in eo, ſolus à Gallis ſeruauerat, ſi non regno ſuo ſeruaſſet.

T. Manlius Torquatus, cognomento imperioſus. Atque inde, Imperia Manliana dicta apud Liuium Decadis primæ, lib. 4 Gellius lib. 9. cap. 13. quia filium, quòd contra edictum ſuum cùm hoſte pugnaſſet, virgis cæſum ſecuri iuſſiſſet percuti. Eraſ. in Chil.

Manlius Torquatus, qui ob ingenij & linguæ tarditatem à patre in prædia ruſticana relegatus fuit: patrémque iudicio exemit à Marco Pomponio accuſatum. Liuius libro 4. Decadis primæ.

Manlius Volſo, Liuius libro 8. de bello Macedonico, Cn. Manlius Volſo inquit. Conſul in Aſia acceptis à Scipione copijs & exercitu luſtrato, contra Gallogræcos bellum geſſit, eiſque ſuperatis reuertens, cùm in æde Bellonæ triumphum peteret, decem legati, qui cùm eo miſſi fuerant reſtitere: inter quos L. Furius Purpurio, & L. Æmilius Paulus dicebant ſe legatos Cn. Manlio datos, pacis federiſque cum Antiocho ineundi gratia, Manlium autem operam dediſſe, vt eam pacem turbaret, multoſque nobiles viros in exercitu, ſua temeritate morti obieciſſe: vicit tamen, amicis atque cognatis ſuffragantibus, res fæliciter geſtas & exercitum integrum reportatum dicentibus. Triumphus igitur ei decretus.

Manlius proconſul, ex Hiſpania reuertēs, cùm in æde Bellonæ triumphum ob res benè geſtas peteret, exemplum obſtabat: quod ita comparatum more maiorum erat, ne quis qui exercitum non deportaſſet, triumpharet, niſi perdomitam pacatámque prouinciam tradidiſſet ſucceſſori, medius autem honos Manlio habitus eſt, vt ouans vrbem intraret. Liuius libro 50.

T. Manlius, iuris Pontificij peritus, iudex inter Macedonas accuſatores & filium conſtitutus audita cauſa ita pronuntiauit: Cùm probatum ſit Silanum filium meum pecuniam accepiſſe, ipſum republica & prole mea indignum iudico, protinúſque è conſpectu meorum abire iubeo. Silanus itaque dolore animi percitus, nocte proxima ſe ſuſpendit: neque pater exequijs interfuit: ſed dum funus duceretur, conſulere ſe volentibus, ſui copiam fecit, vacuáſque præbuit aures. Valerius de ſeueritate.

Manlius Torquatus, Ciceronis temporibus, vir doctus, ex Rhodia diſciplina Molonis, & natura ad dicendum nec ſatis ſolutus neque expeditus. Cui ſi vita ſuppeditaſſet, ſublato am-

bitu Conſul factus eſſet. Plus facultatis habuit ad dicendum quàm voluntatis. Itaque ſtudio huic non ſuffecit. Hæc Cicero.

L. Manlius Torquatus, cui etſi non deerat (inquit Cicero) oratio, quam Græci Politicen dicunt, erant in eo plurimæ literæ, nec eæ vulgares, ſed interiores quædam & reconditæ: ſumma verborum & grauitas, & elegantia: atque hæc omnia vitæ decorabat grauitas, me quidem admodum delectat. Pædianus autem de eodem ſic ſcribit: L. Torquatus, qui P. Syllam patris competitorë in conſulatu accuſauit, quo & ipſe Sylla & collega damnati ſunt. Rurſus eum accuſauit, quòd in coniuratione Catilinæ fuiſſet: ſed defenſus eſt à Cicerone cujus extat oratio.

L. Manlius pictor egregius, apud quem quum Seruilius fortè cœnaret, filióſque ſuos deformes animaduerteret: Non ſimiliter (inquit) Manli, fingis & pingis, ad quem Manlius, In tenebris (inquit) fingo, luce pingo. Macrob.

Manlius Antiochenus, conditione ſeruus, arte aſtrologus ac poeta, vnà cum Plotio poeta mimorum, & Taberio grammatico conſeruus, ex Aſia vna naui aduectus deſcribitur. Plin. lib. 35. c. 17. ſed apud Plinium legendum eſt Manilius. Fuit & cognomen ejus qui Carthaginem vicit. Hunc Plinius maximus vtilem doctrinis nullo doctore fuiſſe prodidit.

Manlius mathematicus, apici gnomonis auratam pilam addidit, cuius vertice vmbra colligeretur in ſemetipſam. alia atque alia incrementa iaculantem apice, ratione, vt ferunt, à capite hominis intellecta. Plinius lib. 36. cap. 10. hic quoque legendum, Manilius.

Manlius Theodorus, conſul, collega Sabiniani, anno ab vrbe 1258.

Mannacarta. vrbs Arabiæ: Gentile, Mannacartenus Steph.

Manneos, regio media inter fluuios, in qua habitant Arabes Manneotæ. Steph.

Mannus, filius Tuſconis dei, alia, Teutonis, à quo Alemanni dici gloriantur. Vide Alemanni.

Manſveldia, veteris Saxoniæ portio, putatur nomen à Manno ſecundo Germanorum rege ſortita: cùm Manſveldt nihil aliud ſonet quàm Mannicampus. habet hic tractus ab Oriente Salam fluuium, territorium archiepiſcopatus Magdeburgenſis, & diœceſem Merſeburgenſem: Turingia illi à meridie eſt, ab Occidente reſpicit comitatum Svvartzeburgenſem, & alios quoſdam principatus. Hinc Manſveldiæ comitatus, quatuor alios comitatus in ſe continet, *Arnſtes*, *VVipra*, *VVethin & Quernfurt*, qui olim proprios & peculiares habuerunt comites, nunc verò præter Comitem à Mansfeldt neminem agnoſcunt. Sunt etiam in hoc comitatu, Palatinatus Saxonicus, & principatus nonnulli. Primariæ vrbes ſunt, Manſveldia, Iſlebia, Wipra & Leimbach. Regio eſt admodum metallifera. Scribit Munſterus eſſe in hac regione ampliſſimum lacum, cujus piſcium, ranarum, aliorúmque reptilium formas, atque figuras adeò accuratè in ſaxis fiſſilibus quæ hic reperiuntur, effigiatas atque à natura depictas cernunt, vt prima fronte illas dignoſcere, atque ſingulas ſuis nominibus exprimere queas.

Mantalus, vrbs Phrygiæ, à Mantalo eius conditore: Gentile, Mantalenus. Steph.

Manthyrea, vicus Arcadiæ: Gentile Manthyreus.

Mantiana, palus aquæ ſalſæ in Armenia maxima poſt Mæotidem, ad Atropatiam vſque pertingens. Strab. in media eſt Aſiæ regione, M. P. Veneto *Geluchalai* vocatur. Ranuſio videtur ex Gyllij deſcriptione eam eſſe quam Abylfedea in ſua Geogr. *Argis* appellat. Nonnulli hunc lacum, (vt Theuetus ſaltem dicit) *Van* vocant Iudæi *Vanis*, Æthiopes *Abnugas Mariana* Palus, aut *Martiana* fortè Ptolemæi eſt. Mantianam, Cæruleam interpretabantur. In hac palude ſal etiam coit.

Mantinea, vrbs Arcadiæ quæ poſtea Antigonia dicta fuit, in adulationem Antigoni eius, qui Philippo Perſæ patri curator regni fuit. Sed poſtea Hadriani imperatoris iuſſu rurſus Mantinea fuit appellata. Strab. lib. 8. De ea Plutarchus, Ptolemæus & Pauſanias Sed Pli. duas conſtituit. Niger eam *Goriza*, ſed Zardus *Mandi* vocat.

Mantineam Epaminondas, ſuperatis ſecunda pugna Lacedæmonijs, illuſtrem reddidit, in qua & ipſe diem obijt: Gentile, Mantineus & Mantinis, fœmin. Mantinicus poſſeſſiuum. *Mantegna* à Nigro appellatur: aliam præter hanc habet Plin. *Mantineam* in Peloponneſo.

Mantius, Melampi filius, ex Iphianaſſa, filia Prœti. ex qua Homer. li. 5. Odyſſ. Polyphideum & Clytum ſuſcepit.

Manto, ûs, mulier fatidica, Tireſiæ Thebani filia, quæ cùm poſt patris obitum, Creontis & Theſei tyrannidem fugeret, primùm in Aſiam venit, vbi Apollinis Clarij templum condidit. Deinde in Italiam delata, ex Tyberi fluuio (vt poetæ fabulantur) aut certè, ex Tyberino rege, Ocnum peperit, qui poſtea ad Padum fluuium, vrbem condidit, quam à nomine matris Mantuam appellauit.

Mantua, vrbs Tranſpadanæ regionis clariſſima, ab Ocno filio Tiberis, & Mantûs, Tireſiæ Thebani vatis filiæ, ad Padum condita, & à nomine matris eius Mantua appellata. Virg. lib. 10. Æneid.

Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris
Fatidi a Mantûs & Thuſci filius amnis,
Qui muros, matriſq; dedit tibi Mantua nomen.

Sed an verum ſit, quòd vnquam in Italiam venerit, nolo nunc citare Pauſaniam, Hellanicam & Græcorum multi ... magnum. Poetarum clariſſimo, illuſtriſſimóque principe Virgilio Marone gloriatur Mantua: cuius fœlix ingenium tam omnes efferre debent, quàm imitari nulli poſſunt. Mantuanus, na, num, à Mantua deducitur. Vnde Mantuanus Virgilius dictus eſt. Eſt etiam Mantua oppidum Hiſpaniæ, olim *Viſeria* apud Ptolemæum. Hodie *Mandrid*, aut veriùs. *Villamanta*, locus non procul hinc, vt putant Montanus & Tarapha. Mantuam Italiæ per Y *μάντυα* ſcribit quoque Steph. *Galateam* eam Virgilius vocat allegoricè, vt Seruius annotauit. Hodie *Mantoa*.

Manue, pater Samſon, Iudic. 13. Lat. requies, aut munus.

Maoch, pater Achis regis Geth 1. Reg. 27. Lat. compreſſus, vel attritus aut fixus.

Maon, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15. Filius Sammai filij Recem, 1. Paral. 2. Eſt & nomen ſolitudinis in campeſtribus ad dextram Ieſimon, 1. Reg. 24. Lat. habitaculum, ſiue delictum, vel de peccato.

Maonathi, filius Othoniel, filij Cenez 1. Reg. 23. 1. Par. 4 idem ſignificat quod Maon.

Maozim, nomen idoli, Daniel 11. Lat. fortificati aut fortitudines, vel refugia.

Mapeta, Sarmatiæ in Aſia vrbs. Ptol. Vulgò *Copa*.

Mara, quinta Iſraelitarum manſio: ibi enim Moſes iactu ligni, amaras aquas in dulcem vertit ſaporem. Exod. 15. Num. 33. Lat. amara, vel amaritudo.

Maracanda, vrbs Sogdianæ regionis Arriano & Curtio. *Maraganda* vocat Plutarchus libr. 2. de fortuna Alexandri. Petrus Perondinus putat *Samar handa* hodie eſſe, olim Magni illius Tamberlani patria & regia. hanc Chalcondilas *Samrachantan* vocat.

Marache, vrbs Indica. Gentile, Marachius, Ste.

Maraces, Æoliæ populi. Plin.

Maracodra, Bactrianæ vrbs. Ptol.

Maraga. Arabiæ fœlicis vrbs Ptol.

Marai, nomen viri. 1. Paral. 27. Lat. accelerans, vel acceleratio aut montanus.

Marai, Perſiæ populi. Strabo.

Maraia, nomen viri, 2. Eſdr. 12. Lat. amaritudo, vel myrrha Domini, aut docens, vel præceptor Dominus.

Maraioth, nomen viri, 2. Eſd. 12. Lat. amaritudines, vel rebelliones, aut commutationes, vel permutationes.

Maras, nomen viri, apud Beroen Syriæ ciuitatem ditiſſimus, humanus & officioſus in omnes, tum ciues, tum hoſpites Eraſin vide Suidam.

Marane, Arabiæ fœlicis oppidum. Plin. Maranitæ populi. ibidem.

Maranga tractus, Ammiano: *Maranſa* vicus eſt Zoſimo. Perſidis regionis locus.

Marantium, Latini vocant oppidulum Tuſciæ mediterraneum, quò vulgò *Ripa Maranſi* appellant. Leander. Albertus.

Marãthis, Africæ vrbs in Pẽtapoli regione. Pt.

Maraſdi, Arabiæ fœlicis vrbs. Ptol.

Maratha, Arcadiæ vicus, Pauſ. Oſroenæ vrbs, lib. Notit.

Marathesium, vrbs Cariæ, Epheſi & Samiorum. Strabo. Steph.

Marathi, gens vltra Tanaim. Athen.

Marathius, XIII. Sicyniorum rex, regnauit annis XXX.

Marathon, hodie *Maraſon*, Attici agri ciuitas, diſtans ab Athenis circiter decem millia paſſuum, non procul à Tricoritho & Rhamnunte, nece Icari regis inſignis & Miltiadis gloria, qui ibi centum millia ex Darij Perſarum regis exercitu profligauit. Item Theſei victoria, qui taurum Marathonium ibi ſuperauit. Ouid. 8. Meta.

—te Maximè Theſeu
mirata eſt Marathon Cretæi ſanguine tauri,

Ibi clarum Nemeſis templum fuiſſe perhibetur. Stephano Marathon vicus eſt in tribu Leontide: poſſeſſiuum, Marathoniacus. Et alibi vnam dicit ex Tetrapoli Attica.

Marathonia, vrbs Thraciæ, non procul Abderis. Gentile, Marathoniates. Steph.

Marathos, vrbs Phœniciæ apud Melam. lib. 1. c. 12. Hæc hodie vocatur *Margath*, vt ſcribit Oliuarius.

Marathus, vrbs Acarnaniæ: Ciuis, Marathenus. Gentile, Marathuſius.

Marathuſa, inſula quædã à copia fœniculi dicta, quæ & Clazomenia dicitur. Stephanus prope Clazomeniam eſſe ſcribit. Ciuis, Marathuſius.

Marathuſa, oppidum. Plin. lib. 4. c. 12.

Marathus, XIIII. Sicyniorum rex, regnauit annis XX.

Marca Anconæ, hodie appellatur hæc Italiæ regio, quæ olim Picenum dicta fuit. Ab Iſauro flumine vſque Droentum amnem, inter Hadriaticum mare, & Apenninum montem exporrigitur. Picenos, Vmbros & Senones hunc tractum quondam incoluiſſe literarum monumentis conſtat. Habet hæc regio agrum fertilem, omnis generis frugum copiam producentem, ſed lignariis quàm frumentariis fructibus longè eſt præſtantior. Silius eius laudem præcipuam in oleis prædicat. Vrbs primaria eſt Ancona. Item Ælia Ricina, quam hodie *Recanati* vocant, Non longè abhinc eſt Lauretanæ ima-

ginis fanum, validiſſimo muro cum vico illi adhærẽte cinctum, & multũ totius Europæ hominũ peregrinationibus religionis ergò celebre.

Marcæum, mons Troadis iuxta Gergithem Incolæ, Marcæiſſij. Steph.

Marcala, Armeniæ minoris vrbs. Ptol.

Marcella mulier Romana, quæ cùm à matre rogata eſſet, gauderétne ſe nupſiſſe. Ita valdè, reſpondit, vt ampliùs nolim.

Marcellea, Feſta quædam inſtituta Syracuſis in honorem Marcelli, quod in Sicilia optimè rexiſſet. Horum meminit Cic. 4. Ver. & Cæl. lib. 18. c. 12.

Marcellinus, Conſul anno ab vrbe 1093.

Marcellinus, alius Conſul, cum Aureliano Augu. anno ab vrbe. 1027.

Marcellinus, Roman. Pontifex XXXVII. anno ſalutis 295.

Marcellius, à Tiberio Cæſare Iudææ præfectus. Ioſeph li. 18. c. 11.

Marcellus, nomen viri clariſſimi Romani proprium, cuius geſta & à Plutarcho, & ab alijs ſcripta ſunt. Hic Gallorum ducem ſingulari certamine fudit, ſpolia legit, Annibalem primus vinci poſſe docuit, Syracuſas per tres annos expugnauit: quinquies conſul inſidijs Annibalis deceptus & occiſus magnificè ſepultus eſt. Vide Marcellos reliquos in Marcus.

Marcellus prænomine Veius, Eques Romanus, Neronis imperat. procurator: cuius prædia, hoc eſt, prata & oleæ, intercedente via publica, in contrarias ſedes fuerunt tranſgreſſa, quod maximè mirandum eſt. Plinius libro 2. cap 83.

Marchadæ, Troglodytici populi in Africa, circa ſinum Arabicum. Plin.

Marchia noua & vetus, duæ ſunt Saxoniæ regiones. Noua fluuio Odera perfunditur. Veterem Albis interſecat ad cuius ripam vrbes Witemberga, Magdeburga, Stendelum, Oſtenburgum, Hamburgum, Lubecum, quòd à ripa Albis aliquantulum receſſit. Noua ad Auſtrum, in Bohemos & Sileſios vergit, cuius vrbes Francfordia, Berlinum, Brandeburgum, Stetinum, Auelburgum.

Marcia, oppidum Bæticæ eſſe, quod hodie *Marchena* dicitur, ex antiquis eius loci marmorei inſcriptionibus docet Carol. Cluſius.

Marcina, inter Sirenuſas & Poſidoniam, vrbs in Italia. Strabo.

Marcion hæreticus, Cerdonis hæretici diſcipulus circa annum ſalutis 143.

Marcius Sabinus, à quo Marcia gens Romæ traxit originem.

Marchubij, Africæ propriæ populi. Plin. Malclubii Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.

Marcilianum, locus eſt ſuburbanus Conſilinatis vrbis in magna Græcia: vbi conuentus eſt frequentiſſimus totius Lucaniæ. Leucorea quoque priſca ſuperſtitione nomen accepit, vt ſcribit Caſſiodorus lib. variarum 8. ad Seuerum, vbi hunc locum eleganter deſcribit.

Marclydas, latro inſignis in ſylua Dodonæa; Tortelius.

Marcodaua, Daciæ oppidum. Ptolem. *Marcozech.* Lazio.

Marcodurum, Vibiorum vicus, apud Tacitum *Duren*, hodie, Iuliacenus ducatus vrbs Rhenano & Diuæo. Duria caſtrum vocatur à Reginone hiſtorico.

Marcolica, nobilis Hiſpaniæ vrbs. Liu.

Marcomagum, vicus, legio XXVIII. inter Treuiros & Agrippinam. Antonin.

Marcomanni, interioris Germaniæ populi, Hercyniæ ſyluæ accolæ, qui hodie Moraui dicuntur. Hi Arioviſto duce Rhenum tranſgreſſi, magna ſuorum ſtrage à Cæſare fuerunt ſuperati. *Merhern* hodie.

Marcomirus, Francorum Sicambrorum rex, prius in Galliam impetum fecit, eámque ad Moſam vſque ſubegit.

Marcus Acilius Auida, conſul, anno ab vrbe cond. 13.

Marcus Acilius Balbus, Cos. anno ab vrbe cond. 640.

Marcus Acinius Balbus, conſul, anno ab vrbe cond. 604.

Marcus Ælius Antoninus, Philoſophus, & L. Ælius Commodus verus Diui F. AA. XVIII. Ro. ann. XIX. Tum primũ Romana Reſp. duobus æquo iure imperium adminiſtrantibus paruit. Eutrop. li. 8 Iul. Capitol. in M. Anton. ann. ſalut. 162.

Marcus Æmilius Barbula, conſul, ab vrbe condita 524.

Marcus Æmilius Lepidus, conſul, ab vrbe condita 468.

Marcus Æmilius Lepidus Porcina, conſul, ab vrbe condita 617.

Marcus Æmilius Mamercus. II. tribunus militum ab vrbe condita 355.

Marcus Æmilius Mamercus, conſul ab vrbe condita 346 v. trib. milit. ab vrbe condita 380.

Marcus Æmilius Paulus, magiſter equitum, Hetruſcos vicit, triumphum egit ab vrbe condita 453.

Marcus Æmilius Scaurus, conſul, ab vrbe condita 639.

Marcus Æmilius Scaurus Hortenſius, conſul, ab vrbe condita 646.

Marcus Æmilius, tribunus militum, ab vrbe condita 377.

Marcus, Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus Eumenidis ſucceſſor, Euſeb. lib. 4. cap. 11. anno ſalutis 147.

D. Mar.

D. Marcus Euangeliſta, D. Petri diſcipulus & interpres, quæcunque meminerat ab eo dicta, conſcripſit: non tamen per ordinem, ea quæ à Domino dicta ſunt, vel facta, digeſſit: quia non ipſe auditor Domini fuit, vel ſectator: ſed nouiſſimè Petro adhæſit ad vſum, ac miniſterium prædicandi, non ad conſcribendum Domini ſermones. Itaque nihil peccauit in eo quòd ita quædam ſcripſerit, quaſi ſparſim audita recordari videatur: & hoc ſolùm ſatis egit ne quid ex auditis omitteret, aut aliquid falſum ſcriberet: ex ore enim D. Petri Euangelium ſcripſit, Euſeb. lib. 3. cap. 4 & 39.

D. Marcus, D. Pauli diſcipulus, primùm Bauaris ſacrum annunciauit Euangelium. Ioannes Auentinus ſcripſit, ſe legiſſe in Bibliotheca Patauienſi, quòd Marcus quidam, D. Pauli diſcipulus, non Euangeliſta, Laureaci, & per aſcenſum Danubij, Chriſtum prædicauerit.

Marcus eremita vltra dæmones ſapiebat: huic occaſioni conuerſionis, commiſſum homicidium fuit. Nam cùm puer eſſet, & oues paſceret circa Mareiam paludem ludens, quendam coætaneum interfecit: & metuens, fugit in ſolitudinē. Qui cùm tribus annis ſub dio moraretur, poſtea paruum hoſpitium fecit ſibi, in quo annis viginti quinque moratus eſt. Fuit valde manſuetus, ſapiens, memoriáque ſcripturarum ſacrarum clariſſimus, Deoque tam amabilis, vt cùm Dominicum corpus accederet, Angelus ei ſacramenta præberet, cuius manum vſque ad iuncturam brachij tantummodo ſe dicebat aſpicere Sozom. lib. 8. c. 1.

Marcus Antonius orator, vide Antonius.

Marcus Antonius Philoſophus, patre Annio Vero, qui in prætura deceſſit: porrò Annio Vero, auo, qui Conſul 11. fuit natus, Idib. Capit. anno ſalutis 122. qui etiam ab Antonio Pio Hadriani iuſſu cum L. Vero adoptatus fuit: præceptores habuit in elementis primis Euphorionem, Geminum Commodum, Andronem muſicum, & geometram. Vſus eſt grammaticis, Græco Alexandrino: Latinis, Troſeo Apro, Pollione, & Eutychio Proculo Siccenſi Oratoribus, Græco Annio Marco, Caninio Celere & Herode Attico, Latino Frontone Cornelio. Anno 12 ætatis habitum Philoſophi ſumpſit. Vſus eſt Commodo magiſtro, Apollonio Chalcedonio audiuit & Sextum Cheronenſem, Plutarchi nepotem, Iunium Ruſticum, Cl. Maximum, & Cinnam Catullum Stoicos, & Cl. Seuerum Peripateticum. Iul. Capitol.

Marcus Antonius, Bacchum & Oſirim ſe vocari voluit: & Cleopatram, Iſidem & Lunam: duóſque ex ea ſuſcepit filios, quorum vnum Solem, alterum Lunam appellauit, quos Cæſar Auguſtus in triumphum egit, quaſi Sole & Luna ſuperior, eorúmque victor, Amm. Marcel.

Marcus Apuleius, conſul, anno ab vrbe 204.

Marcus Aquilius, conſul, anno ab vrbe 604. & 633.

Marcus Aquilius, Iuriſconſultus egregius, Cic. pro Cæcinna.

Marcus Aſinius Agrippa, cōſul, ann. ſalutis 26.

Marcus Aſinius Marcellinus, conſul, anno ſalutis 53.

Marcus Attilius Glabrio, conſul, ab vrb. condita 563.

Marcus Attilius Metilius Bradua, conſul, an. ſalutis 109.

Marcus Attilius Regulus, vir Romanus, egregia virtute, primò Carthaginienſes plurib. prælijs vicit, tandem tamen ab ijs duce Xanthippo Lacedæmonio victus captúſq; Romam miſſus eſt de captiuis commutandis acturus, fide data, ſe ſi nihil perfeciſſet, rediturum. Cum autē Romæ in Senatu ita egiſſet, vt cenſeret è Rep. non eſſe captiuos commutandos, factúmque eſſet in eius ſententiam Senatuſconſultum, amicis omnibus inuitiſſimis, vt fidem ſuam liberaret, ad Carthaginienſes redijt, ab iiſque eſt exquiſitiſſimis ſupplicijs interfectus. Cicer. in Paradoxis & alijs locis.

Marcus Attilius Volſo, conſul cum M. Iunio Bruto, anno ab vrbe 579.

Marcus Aufidius Fronto, conſul cum P. Cornelio Anulio, ann. ab vrb. 951.

M. Aurelius Cotta, Conſul cum L. Lucullo, an. ab vrbe 680.

Marcus Aurelius Cotta, alius Conſul cum M. Meſſala, an. ab vr. 772.

Marcus Aurelius imperat. exercitu ſuo, ſiti periclitanti, Chriſtianorum precibus à Deo pluuiam obtinuit optatam, de quo Euſeb. libro 5. cap. 5. hiſt. eccleſ. ita ſcripſit. Igitur inquit, Antonini temporibus: Marcum Aurelium bella inferentem Germanis & Sarmatis, tradunt hiſtoriæ, cùm ſiti eius periclitaretur exercitus, æſtuantem, & quærentem, quid opus eſſet, reperiſſe in legione quadam milites Chriſtianos: quibus, ſicut & noſtris mos eſt, flexis genibus, obſecrantibus, exaudiſſe Deum ſupplicationes eorum, ac ſubitò contra omnium ſpem largiſſimis imbribus profuſis, exercitus quidem periclitantis, pro quo orauerant Chriſtiani, ſitim ſedatam: hoſtes verò qui iam exitialiter imminebant, fulminibus crebris, ac cœlitus prolapſis ignibus effugatos. Tertullianus hæc commemorat, & apud Paganos Apollinaris.

Marcus Bœbius Pamphilus, conſul, cum Cornelio Cethego, an. ab vr. 573.

Marcus Cæcilius Metellus, conſul cum M. Æmilio Scauro, an. ab vrbe 639.

Marcus Calpurnius Bibulus, Conſul cum

C. Iulio Cæſare, nullam partem iuris ſui tenuit. collega omnia pro libidine, agente tanta petulantia, vt aliquando Bibulum liberius ſibi reſiſtētem in carcerem duci curauerit, magna omniū bonorum indignatione. Hic legem Agrariam tulit, & item aliam de iure trium liberorum.

Marcus Claudius Craſſus, Tribunus militum, anno ab vrbe 313.

Marcus Claudius Marcel. Dictator, anno ab vrbe 428.

Marcus Claudius Marcellus, Conſul cum C. Nautio Rutulo, anno ab vrbe 466.

Marcus Claudius Marcellus. Vide Marcellus.

Marcus Claudius Marcellus, vir conſularis, cùm Pompeio ſtetiſſet, à Cæſare tamen per Senatum venia impetrata rediens Romam, à familiari quodam ſuo occiſus eſt. Extat elegans Ciceronis oratio: qua Cæſari, ob eius reſtitutionem, gratias agit.

Marcus Claudius Marcellus, tres conſulatus geſſit: quorum primo Alpinos Gallas domuit, anno ab vrbe 588.

Marcus Cornelius Decemuir legum ferendarum, anno ab vrbe 304.

Marcus Cornelius Cethegus, Conſul cum L. Auitio Gallo, anno ab vrbe 594.

Marcus Cornelius Cethegus, alius Conſul cum P. Sempronio Tuditano, anno ab vrbe 550. Hic eloquens dictus eſt, vt Sempronius, σοφός.

Marcus Cornelius Maluginenſis, Tribunus militum Conſulari poteſtate, anno ab vrbe 386. Iterum anno 389.

Marcus Cornelius Maluginenſis, alius Conſul cum L. Papyrio Craſſo, anno ab vrbe 359.

Marcus, Craieuitius Bulgarorum princeps prælio ſuperatus, à Pazaire patris mortem vlciſcente, qui Pazaites magnam Bulgariæ partem ſibi ſubiecit. Egnat. anno ſalutis 1378.

Marcus Craſſus auaritiæ gurges, & abyſſus inexplebilis, cùm templum Ieroſolymitanum ſacris theſauris expoliaſſet, à Parthis apud Charram, vnà cum Romanorum exercitu, peremptus eſt. Plut. in eius vita, App. Parth.

Marcus Curtius nobilis Romanus, qui cùm Romæ in foro, terra ingenti hiatu diſceſſiſſet, reſpondiſſentque aruſpices, deos Manes non aliter quà humana victima poſſe placari, neque priùs hoc barathrum claudendum eſſe, quam ſi ſe aliquis in id ſponte deieciſſet, armatus equo incidens ſe diis Manibus deuouit, atque ita in opertam voraginem ſe præcipitauit: quæ eo facto clauſa eſt. Vide Curtius.

Marcus Curius Dentatus. Vide Curius.

Marcus Fabius Ambuſtus, tribunus militum conſulari poteſtate anno ab vrbe 375 & iterum anno 387. idem II. Conſul cum M. Popilio Lenate, anno ab vrbe 400. Tarquinienſes & Faliſcos ſuperauit.

Marcus Fabius Buteo bis Conſul fuit, ſemel cum L. Cæcilio Metello, anno ab vrbe 506. iterum biennio pòſt, cum Attilio Balbo, primo Conſulatu claſſem Punicam apud Ægimurum ſuperauit.

Marcus Fabius Dorſus, Conſul cum Seruio Sulpitio Camerino, anno ab vrbe 411.

Marcus Fabius Licinius Conſul cum M. Octacilio Craſſo Meſſala, anno ab vrbe 507.

Marcus Fabius, cognomine Pictor, nobilis Romanus, qui præter ſtudia literarum, & rei bellicæ quibus inſignis erat etiam pingere didicerat, vnde cognomen reportauit. Scripſit etiam hiſtorias, quarum fragmenta quædam etiam hodie extant. Fuit autem conſul cum D. Iunio Pera, anno ab vrbe 407.

Marcus Fabius Vibulanus, Conſul cum Poſthumio Eburio Helua, anno ab vrbe 313. Idem decennio pòſt, Tribunus militum Conſulari poteſtate.

Marcus Foſſius Flaccinator, Tribunus milit. Conſulari poteſtate, anno ab vrbe 323.

Marcus Foſſius Flaccinator, Conſul cum P. Plautio, anno ab vrbe 426.

Marcus Fronto, Conſul cum Traiano Aug. anno ab vrbe 852.

Marcus Fuluius Flaccus, Conſul cum M. Plautio Hypſæo, primus omnium Ligures tranſalpinos bello domuit, anno ab vrbe 629.

Marcus Fuluius Nobilior, Conſul cum Cn. Manlio Volſone, anno ab vrbe 565.

Marcus Fuluius Pætus, Conſul cum T. Manlio Torquato, anno ab vrbe 454.

Marcus Furius Camillus. Vide Camillus.

Marcus Geganius Macer, Conſul cum C. Iulio Tullo, anno ab vrbe 308. Iterū cum T. Quintio Capitolino Barbaro, anno 312. quo anno Ciuilium Volſcorum imperatorem prælio victum cepit, & in triumpho duxit, tertium cùm L. Sergio Fidenate, anno ab vrbe 310.

Marcus Genutius Augurinus Conſul cum P. Curiatio Philone, anno ab vrbe 310.

Marcus Germeus Achæorum dux primus, anno Romæ conditæ 498.

Marcus Herennius, Conſul cum C. Valerio Flacco, anno ab vrbe 661.

Marcus Horatius Barbatus, Conſul cum L. Valerio Potito collega, Decemuirorum tyrannidem fregit. App. Claudium vrbe pellendum curauit: de Volſcis, Equis, & Sabinis triumphauit.

Marcus Horatius Puluillus, Conſul cum C. Valerio, eo ipſo anno quo reges exacti ſunt: nā cùm Brutus, Cos. cum Arunte Tarquinio congreſſus mutuo vulnere occubuiſſet, Spuriū que Lucretius in eius locum ſuffectus, paulo pòſt eſſet

Digitized by Google

eſſet etiam mortuus. Horatius ei ſucceſſit in id quod eius anni ſuperaret, biennióque poſt iterum Conſul factus eſt cum Valerio Publicola. Plutarch.

marcus Horatius Puluillus alter fuit, Pont. Max. tanta conſtantia, vt cùm Capitolini Iouis ædem dedicaret, poſtémque tenenti allatum eſſet de morte filij, neque vultum mutauerit, neque poſtera remiſerit, carnémve quod pronuntiabat, interruperit: neque prius quidquam nuntio reſponderet, quam abſoluta dedicatione. Valer. Max.

malcus. Iudææ præfectus, anno ſalutis 14.

marcus Iulius Tullius, Tribunus militum, Conſulari poteſtate, anno ab vrbe 353.

marcus Iunius Brutus, Iuriſcõſultus egregius, ſcripſit tres libros de iure ciuili. Cicero de Orat.

marcus Iunius Brutus, Iuriſconſulti filius, adeo à parente degenerauit, vt comeſo patrimonio accuſatoriam factitarit. Cic. de claris orat.

marcus Iunius Brutus, C. Cæſaris interfector. Vide Brutus.

marcus Iunius Pera, Conſul cum M. Æmilio Barbula, anno ab vrbe 524.

marcus Iunius Pœnus, conſul cum Qu. Ælio Pæto, anno ab vrbe 587.

marcus Iunius Syllanus, cos. cum Q. Metello, dum collega Iugurtham Numidia exuit, ipſe interim à Cimbris fuſus fugatúſque eſt.

marcus Iunius Syllanus, conſul cum C. Octauio Cæſare, anno ab vrbe 629.

marcus Iuuentius Helua, conſul cum T. Sempronio Graccho, anno ab vrbe 591.

marcus Licinius Craſſus, vide Craſſus.

marcus Licinius Craſſus, alius conſul cum C. Octauio Cæſare, anno ab vrbe 724. Item alius Conſul cum L. Calphurnio Piſone, anno ab vrbe 779.

marcus Licinius Craſſus Frugi, conſul cum Q. Lecanio Baſſo, anno ab vrbe 856.

marcus Licinius Lucullus, conſul cum C. Caſſio Varo, anno ab vrbe 681.

marcus Liuius, conſul cum L. Æmilio Paulo, anno ab vrbe 535.

marcus Liuius Denter, conſul cum C. Æmilio Paulo, anno ab vrbe 452.

marcus Liuius Druſus, conſul cum L. Piſone Ceſoniano, Scordiſcos vicit, gentem à Gallis oriundam, anno ab vrbe 642.

marcus Liuius Druſus, vide Druſus.

marcus Liuius Salinator, conſul cum Claudio Nerone, bello Punico ſecundo Aſdrubalem ex Hiſpania ad fratris Annibalis auxilium aduenientem, collegæ ope interceptum vicit, & occidit: quæ res præcipuè Annibalis animum debilitauit. Vide Claudius Nero. Idem cum Tarentum amiſiſſet, atque apud Fabium Maximum qui illud recuperarat, gloriaretur ſua opera receptum eſſe: Certè, inquit Fabius, niſi enim amiſiſſes, nunquam id recepiſſem.

marcus Lollius, conſul cum Q. Lepido, anno ab vrbe 733.

marcus Manlius Capitolinus, vide Capitolinus. Item Manlius.

marcus Manlius Tullus, conſul cum Seruio Sulpitio Camerino, anno ab vrbe 255.

marcus Marullus, conſul cum Æliano, anno ab vrbe 936.

marcus Meſſalinus, conſul cum C. Lentulo Getulico, anno ab vrbe 751.

marcus Minutius, Procoſ. in Macedonia, Thraces ſuperauit anno ab vrbe 645.

marcus Minutius Augurinus, conſul cum Au. Sempronio Atratino, anno ab vrbe 257.

marcus Minutius Rufus, Cos. cum P. Cornelio Aſina, anno ab vrbe 533.

marcus Nonius Mucianus, Cos. cum L. Annio Fabiano, anno ab vrbe 953.

marcus Obliuitius Malleolus, Cos. cum M. Æmilio Lepido, anno ab vrbe 521.

marcus Octacilius Craſſus, Cos. cum. M. Valerio Maximo, anno ab vrbe 490. Iterum cum M. Fabio Licinio, anno ab vrbe 507.

marcus Papyrius Craſſus, vide Papyrius.

marcus Papyrius Mugillanus, tribun. militum, conſulari poteſtate, anno ab vrbe 338. & iterum biennio pòſt Cos. cum C. Nautio Rutilio, anno 340

marcus Perpenna Nepos, Ariſtonicum Attali regis filium victum prælio interfecit.

marcus Plautius Hypſæus, conſul cum M. Ful. Flacco, anno ab vrbe 629.

marcus Pætilius Libo, conſul cum C. Sulpitio Longo, anno ab vrbe 441.

marcus Pomp. Matho, Cos. cum Qu. Fabio Maximo, anno ab vrbe 520. Iterum triennio pòſt cum C. Papyrio Maſſo.

marcus Popilius Lenas, conſul cum Cn. Manlio Capitolino, anno ab vrbe 397. Iterum cum Marco Fabio Ambuſto, anno 400. Tertiò cùm Aulo Scipione Cornelio Aruina, anno 406. quo anno de Gallis triumphauit. Quartò cum Marco Valerio Coruino fœdus cum Carthaginienſibus percuſſit, anno ab vrbe 408.

marcus Portius Cato. vide CATO.

marcus Poſthumius Regillenſis, cùm tribunus militum conſulari poteſtate multa egregia facinora feciſſet, Equos viciſſet, Volcas cepiſſet, ab exercitu ſuperbiam eius peroſo lapidibus obrutus eſt.

marcus Poſthumius Albinus, tribunus militum, conſulari poteſtate, anno ab vrbe 353.

marcus Pulcher Perpenna, Cos. cum P. Claudio Pulchro, anno ab vrbe 662.

Digitized by Google

Marcus Pupius Piſo Calphurnianus, Cos. cum M. Valerio Meſſala duobus annis poſt Cic. conſulatum.

marcus Quintilius Varus tribunus militum, conſulari poteſtate, anno ab vrbe 353.

marcus Robuleius tribunus militum, conſulari poteſtate, anno ab vrbe 304.

marcus Sempronius Tuditanus, Cos. cum C. Claudio Centone anno ab vrbe 513.

marcus Sempronius Tuditanus, Cos. cum Appio Pulchro, anno ab vrbe 569.

marcus Seruilius Geminus, Cos. cum T. Claudio Nerone anno ab vrbe 551.

marcus Statilius Taurus, Cos. cum L. Quintio Criſpino, anno ab vrbe 796.

marcus Suillius Seruilianus, Cos. cum C. Antiſtio Vetere, anno ab vrbe 802.

marcus Syllanus, Cos. cum L. Norbano Balbo, anno ab vrbe 771.

marcus Terentius Varro, vide VARRO.

marcus Titinius, magiſter equitum ſub C. Iulio Bubulco Dictatore, de Equis triumphauit, anno ab vrbe 452.

marcus Tullius Cicero, vide CICERO.

marcus Tullius Decola Cos. cum Cn. Cornelio Dolabella, ſub Dictatore Sylla.

marcus Valerius Coruinus v. conſul & Dictator. Vide VALERIVS.

marcus Valerius Leuinus, conſul cum L. Apuſtio, anno ab vrbe 528.

marcus Valerius Leuinus, Cn. Cornelio Hiſpalo conſule demortuo in cõſulatu ſuffectus bello Liguſtico cecidit, cùm prius Letum montem de hoſtibus cepiſſet, anno ab vrbe condita 578.

marcus Valerius Maximus, conſul cum Sp. Virginio, anno ab vrbe 298.

marcus Valerius Maximus alius conſul cum P. Decio Mure, anno ab vrbe 443.

marcus Valerius Maximus, alius conſul cum Q. Mamilio Vitulo, anno ab vrbe 488 iterum biennio poſt, cum M. Octacilio Craſſo Fuit & M. Valerius Maximus Dictator, qui de Hetruſcis triumphauit, anno ab vrbe 452.

Marcus Valerius Meſſala. Vide MESSALA.

marcus Valerius Publicola. Vide VALERIVS.

marcus Valerius Voleſus, conſul, vnà cum collega P. Poſthumio Tuberto, de Sabinis triumphauit, anno ab eiectis regibus 5.

marcus Vibullius Augurinus, conſul cum Syluano, anno ab vrbe 908.

marcus Viuitius Quartinus iterum conſul cum A. Cornelio Coruino anno ab vrbe 796.

marcus Vipſanius Agrippa, vide AGRIPPA.

mardi, Aſiæ populi. Plin. lib. 6. cap. 5. ad Heracleum Colchidis, Achæos Mardos & Cercetas nominat, quanquam & apud Perſas Mardi ſunt: Stephano quoque Mardi ſunt populi Hyrcanorum, qui ſagittandi periti ſunt, & latrocinantur. Vide AMARDI.

mardochai, nomen viri. 1. Eſd. 2. Lat. amara contritio, vel myrrha contrita, ſiue docens contritionem, aut myrrha puriſſima.

mardochæus, filius Iair filij Semei, patruus Heſter. Heſt. 2. Eſdr. 7. Idem quod Mardochai ſignificat.

mardones, gens Epirotica. Steph.

mardonius, Perſa quem Xerxes, apud Salaminam victus cum exercitu reliquit, vt reliquias belli foueret, ab Arimneſto Spartiata ſaxo obrutus eſt. Plut. in Ariſtide.

mardus, Ptolem. Mediæ fluuius in Caſpium mare erumpens, Amardus, Ammiano eſt.

mare Mediterraneum, quod Africam à noſtra Europa ſeparat: *Mare Magnum*, *& Mare Internum*, item *Mare Tyrrhenum* vocat Oroſius, partem pro toto accipiens. *Heſperium mare* etiam vocatur Euſtathio: ab Hiſpanis *Mar de Leuante*, (quod Orientale ſonat) vocatur. Alia hodie vti & olim vocabula ſecundum regiones quod alluit ſortitur plura.

mare rubrum Pomponio dicitur, ſiue quia eius coloris eſt, ſiue quia ibi Erythras regnauit, *ἐρυθρὰν θάλασσαν* appellant, procelloſum, aſperum, profundum, & magnorum animalium, magis quàm cætera capax. Vide Pomponij Enarratorem Vadianum. Mare rubrum in duos diuiditur ſinus, *Perſicum & Arabicum*, in quos varij fluunt amnes. Dionyſio *Æthiopicum*, Plinio & Melæ *Indicum*, & Herodoto *Perſicum* appellatur inter Africam & Taprobanam inſulam Aſiæ meridionalem partem alluit. Strabo illud ſub *Atlantici* nomine comprehendit: huius pars quæ Perſiam & Arabiam fœlicem lambit, *Azanium* apud Plin. lib. 6. capite 15. nuncupatur. Dominicus Niger ſcribit etiam ſic nominari. *Mara'India*, à Luſitanis dicitur vt quidam volunt: Maris rubri vocabulum tam latè apud bonos auctores extendi fugit Guilandinum in ſuo de Papyro libello, vbi Euſtathium reprehendit, quòd ſcribat Indiam ad Rubrum Oceanum pertingere. Item Martinum del Rio, apud quem malè audit Seneca, quod dicat *Tepidum rubenti Tigrin immiſcet freto*, ſed hic error illi communis eſt cum his qui Mare Rubrum tantùm pro Arabico ſinu intelligunt: ídq; malè. Indum enim, Tigrim & Euphratem flumina in hunc ſinum minimè exonerari cunctis penè notiſſimum eſt, eáque tamen in mare Rubrum ſe exonerare apud claſſicos authores luce clarius oſtenditur.

marea, vrbs & palus iuxta Alexandriam, aliàs Mareotis, Steph. aliis, Æthiopiæ ciuitas.

mareotis, tidis, lacus in Ægypto Alexandriam à Me-

à meridie alluens multis Nili foſſis, tùm à ſuperioribus partibus, tum à latere adauctus portum habens nobilem, eóque, qui ad mare eſt, multò vtiliorem. Auctor Strab. lib. 17. Mareotis, præterea appellatur pars illa Libyæ quæ eſt inter Cyrenaicam regionem & Ægyptum, à Ptolemęo Marmarica appellata. Eius deſcriptionem vide apud Plinium lib. 5. cap. 6. Eſt præterea Mareotis, pars Epiri, in qua vinum optimum naſcitur: vnde Mareotides vuæ dictæ ſunt. & Mareoticæ vites.

Mares, populi vicini Moſinœcis. Steph.

Mares, nomen principis cuiuſdam. Eſth. primo. Lat. irroratio vel diſtillatio aut Syriacè, apoſtema vel confractio.

Mareſa, ciuitas in tribu Iuda, patria Michææ prophetæ, quam ædificauit Roboam 1. Paral. 11. Lat. à capite vel à principio aut caput, vel principium, ſiue hæreditas, aut amaritudo agri vel amara mulier. Hanc Beniamin Bethgebarim vocat.

Mareſia, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15. 1. Par. 4.

Mareth, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15. Lat. ſpelunca vel euacuatio, aut effuſio, ſiue diſcooperiens aut euigilans.

Mareura, Indiæ extra Gangem vrbs, Ptol.

Margea, nomen fontis apud Plinium, quo nomine etiam dicta eſt vrbs in Elide, Steph. Gentile, Margæus.

Margana, vrbs Indiæ. Reperitur etiam μαργάναι αἱ. Gentile, μαργανεύς. Steph.

Margara, Indiæ intra Gangem vrbs, circa ipſum fluuium, Ptolem. *Mognan*, Caſtaldo.

Margarita, Henrici VI. Anglorum regis vxor, magno animo fœmina, virum ab hoſtibus, victum & captum, celerrimè comparata manu, victis hoſtibus, liberauit. Fuit autem Renati Andium Ducis filia.

Margarita, Caroli Burgundiæ & Flandriæ, domini filia & hæres, Maximiliano Cæſari nupſit.

Margaſi, Mediæ gens. Ptolem.

Margiana regio Aſiæ minoris inclytæ apricitatis (vt inquit Solinus) ambitu ſtadiorum 500. difficilis aditu propter arenoſas ſolitudines, in qua Antiochus Antiochiam extruxit, vt libro IX. & 11. Strab. *Ieſelbas* Caſtaldo. *Tremigan*. Pineto.

Margium, ciuitas Phrygiæ, poſtea Apollonia dicta. Steph.

Margus, fluuius Aſiæ, quem Ptol. libro 6. c. 10. ex montibus Sariphis deſcendere tradit, & per Maſſagetas, qui Margianis vicini ſunt, ac Derbiccas in Oxum amnem deferri, cuius fontes habent gradus 105. 39. Eſt & Margus, fluuius per Seleuciam fluens.

Maria, i. exaltata, vel amaritudinis mare, aut myrrha maris, ſiue doctrix, vel magiſtra maris, aut, ex Syro, & Hebræo, domina maris, ſoror Aaron & Moſis. Num. 27. Filia Ezra 1. Par. 4. nomen item virginis, quæ Chriſtum tulit in vtero, Mat. 1. Soror item Marthæ ſororis Lazari. Luc. 10. Ioan. 11. Heb. Miriam. De quadam Maria loquitur & Paulus Rom. 16. Fuerunt & aliæ duæ Mariæ, altera mater Iacobi, altera Ieſu Chriſti ſectatrices & adminiſtræ. Fuit & Maria nobilis mulier, quæ Hieroſolyma à T. Veſpaſiano obſeſſa proprium filium, fame vrgente, deuorauit. Ioſephus lib. 7. c. 15.

Mariaba, metropolis Sabæorum iuxta mare rubrum. Strab. lib. 15. Ptolemæi Mariama eſt, vt Hermolaus ſentit, omnium Arabiæ fœlicis oppidorum regina, vide Saba.

Mariamnia, vrbs Phœnicum: ciues, Mariamnitæ. Steph. ex Pauſ. lib. 9.

Mariana Colonia, Corſicæ inſulæ ciuitas: ita dicta à C. Mario ſepties conſule, qui eò coloniam duxit. Plin. lib. 3. c. 6. hodie *Marino* Blondo, *Cabo S. Maria*, Pineto.

Marianæ foſſæ, Narbonenſis prouinciæ oppidum, quod hodie Aquas mortuas appellant, ita dictum à vicina foſſa à C. Mario ad mare vſque ducta. Ptol. lib. 2. c. 10. Plin. lib. 3. c. 4. Strab. lib. 4.

Mariandyni, Bithyniæ populi iuxta Pontum olim ſub tyrannide Crœſi regis, vt ſcribit Herodotus libro primo, & Strabo libro octauo, Mariandeni per e in penult. legit Ptolem. Doniferos vocatos ab Euphorione ſcribit Athenæus lib. 6. c. 7. Mariandunum regio eſt apud Stephanum & Vale. Flaccum.

Mariandynum regio Aſiæ, Bithyniæ contermina, Acheruſia ſpecu nobilitata, per quam Hercules, Cerberum canem tricipitem, ad ſuperos traxiſſe dicitur: quem ferunt ibi virulentam ſpumam in ſaxis euomuiſſe, ex qua ibi natum, volunt aconitum. Nomen regionis eſt (inquit Stephanus) à Mariandyno quodam Æolico, Gentile, Mariandynus: & fœminina, Mariandyne, Mariandynis.

Mariane, Aſiæ palus, Ptol. *Lago de Bendema* Caſtaldo.

Marianus, Ptol. Hiſpaniæ Bæticæ mons vulgò *Sierra Morena*, ſaltus Caſtulonenſis. *Mariani* plurali numero legit. Plin. lib. 7. c. 1. etſi *Adriani* in nonnullis excuſis exemplaribus reperiatur. Nebricenſis dicit à Ptolemæo hos montes *Temerianos* vocari. ſed ſi Græcos Ptolemæi codices conſuluiſſet, vidiſſet articulum τε ad ſuperiora pertinere, at Marianos legi debere.

Marici, Italiæ populi, Ticini conditores, Plin. Poſterorum ætate Maringi dicti fuere, vt tradit Merula. Circa Alexandriam *de la Paglia* dictam ſedes habuere in oppido Marico, deſtructo & collapſo, ſed etiamnum extat in eodem tractu Caſtellum *Petra de Mariciis* dictum.

Maricus, quidam ex plebe Boiorum, qui ſua

ſus eſt ſe deum facere. Cor. Tacit.

Marica, Nympha, Lyris fluminis accola in littore Minturnenſium, quæ regi Fauno nupſit, eíque Latinum peperit. Virg. 7. Æneid. Quidam per Maricam Venerem intelligunt, cui ibidem ſacellum fuiſſe perhibent.

Maridunum, Britanniæ inſulæ vrbs. Ptol. 8. c. 5. *Caermardin* Camdeno. *Caer* vrbem ſignificat antiqua Britannica lingua.

Marigeri. Æthiopiæ ſub Ægypto populi. Plin.

Marimatha: Arabiæ fœlicis oppidum. Ptol.

Marimuth, nomen viri, 1. Eſd. 10. Lat. amaritudo, vel myrrha mortis, aut altitudines ſiue fraudulentiæ.

Maiorianus, conſul cum Paterno, anno ab vrbe 1020.

Marinianus alius, conſul cum Aſclepiodoto, anno ab vrbe 1176.

Marinianæ Pannoniæ vrbs. Anton.

Marinum, Vmbriæ vrbs, apud Strabonem, hodie *S. Marini*.

Marinus lacus portui Herculis proximus in Tuſcia, vt Strabo eum deſcribit libro 5. *Lago d'Orbitello* hodie vocatur, vt ex tabulis colligitur.

Marionis, Germaniæ ciuitas. Ptolem. libro ſecundo capite 12. Vulgò *Luneburgum*. Item altera eiuſdem regionis eidem authori: Vulgò *Lubec*.

Maris, fluuius Agathyrſorum in Iſtrum fluens. Herod. li. 4. Maris, palus Thraciæ. vide Maronea.

Mariſus, Straboni Getarum fluuius, qui in Danubium labitur. Rhenanus putat eundem à Tacito *Marus* dici. Sambucus ſcribit eum ab Hungaris *Maros*, à Germanis verò *Maeriſch* appellari. Plinio. *Amorous* dicitur, eodem Rhenano teſte. *Marus* tamen in antiquis excuſis exemplaribus legitur. *Maru* etiã in hoc tractu apud Herodotũ.

Maritha, Arabiæ fœlicis mons. Ptol. *Martimos* vocatur in recentioribus tabulis.

Maritima Colonia, Galliæ Narbonenſis vrbs Amatilorum Ptol. *Martegue*. Poldo.

Marium, ciuitas Cypri, à Marieo quodam Arſinoe poſtea dicta. Gentile, Marieus. Stephanus. Catullus maſculinè protulit his verbis, *qua ſanctum Idalium Mariósque apertos*. In Arſinoe autem Veneris erat templum & lucus. Sed Plin lib. 5. c. 31. Marium cum Idalio coniungit. Quòd autem Arſinoem à Mario ſeparat, à Stephano non diſcrepat. Nam, vt Strabo narrat, duplex eſt Arſinoe in Cypro.

Marius prænomine Caius, vir ſtrenuus fuit, ex municipio Arpinate humili loco natus, qui multos annos in villa Ciuernate vitã ruſticam egit, procul ab vrbanis deliciis. Hic per ordinem primis honoribus functus, legatus Metellum in Numidia criminando, Conſulatum adeptus, Iugurtham captum ante currum egit, tantámque fortitudinis ſuæ opinionem Romanorum animis infixam reliquit, vt imminente Cimbrorum, Teutonúmque terrore quinque continuos Conſulatus ei detulerint. Sextum Cos. cum Catulo factus, Cimbros in Gallia, apud aquas Sextias, Teutonas in Italia vicit, déque his triumphauit. Victus à Sylla minturnis in palude latuit: inuentus, & in carcerem coniectus, immiſſum percuſſorem Gallum vultus authoritate deterruit: acceptáque nauicula in Africam traiecit, vbi diu exulauit. Mox Cinnana dominatione reuocatus, cæſis inimicis ſeptimo conſulatu, morbo, aut (vt quidam ferunt) voluntaria morte deceſſit. Hic cùm in cruribus varices haberet, præbuit varicoſum crus medico ſecandum: & dum ſecaretur, neque ſuſpirans, neque ſupercilia contrahens, pertulit ſectionem, fixíſque oculis ſpectauit cruciabilem curationem. Cúmque medicus alterum crus ſecare vellet minime aſſenſum præbuit, dicens, Curationem tanto dolore dignam eſſe non arbitror. Habuit filium Marium nomine, qui quum eſſet viginti ſeptem annorum Conſulatum inuaſit: quem honorem mater tam immaturum fleuit. Hic patri ſæuitia ſimilis, curiam armatus obſedit, & inimicos trucidauit: tandem & ipſe crudeliſſimo mortis genere Catuli manibus inferias miſſus eſt.

Marius, Cimbrico bello profligatus, in ſomnio præmonitus eſt, victoriam ſe conſecuturum, ſi priùs diis victimam filiam, nomine Calphurniam, faceret. Patriæ igitur charitati natura poſtpoſita, eo facto victoriam comparauit. Duæ adhuc hiſce temporibus in Germaniæ aræ ſunt, quæ eo tempore, quo victoriam Marius eſt conſecutus, tubarum clangorem edunt. Plut. Parall.

Marma, filius Saharaim ex Hodes vxore, 1. Par. 8. Lat. dolus, vel fraudulentia, ſiue altitudo, vel extollens ſe.

Marma, Arabiæ felicis vrbs in rubro littore, Plinio. Phœniciæ quoque ciuitas apud Steph.

Marmaces, populi Æthiopiæ. Steph.

Marmarica, regio Africæ Nilo proxima. Ptol. lib. 4. ab Occaſu Cyrenaica prouincia, à Septentrione Ægyptio pelago terminatur: ab Oriente Ægyptum habens, à Meridie interioris Libyæ partem, quæ Ægypto contermina eſt. In ea Naſamones Libyarchæ populi: hodie *Barcha* dicitur. Hinc fit Marmaricus, ca, cum, id eſt Libycus. Plinius libro 5. capite 6. mareotidem Libyam appellat, incolas autem ipſos Marmaridas. *Barcam* etiam olim dictam colligere eſt ex Virgilio Æneid. 4. cum inquit, *Hinc deſerta ſiti regio, latéque furentes Barcæi*. à

Barca

Barce forte regionis oppido, quod poſtea *Ptolemais* dictum fuit. habet etiam Ptolem. *Barcitas* populos hoc tractu. At licèt Barce oppidum, & Barcitæ populi (qui idem cum Barcæis Virgilij creduntur) in Pentapoli regione à Ptolemæo conſtituantur, & non in Marmarica, parum referre videtur. Nam Marmaricam ſub Cyrene, cuius pars Pentapolis eſt, comprehendit ex Strabone & Pomponio liquet, qui Cyrenem ad Ægypti Catabathmum & Nilum fluuium extendit. vterque etiam Marmarides populos ſub Cyrene regione complectitur: ſed Marmoricæ regionis neuter meminit. Marmatidas populos, Herodo. *Adyrmachidas* appellare exiſtimatur, in Melpomene, vbi dicit, hos ab Ægypto ad Plynum vſque pertingere. Horum opera vſus eſt Cato, quum reliquias Pompeiani exercitus per deſerta Libyæ ad Iubam regem perduceret.

Marmarion, vrbs Eubœæ, Steph. cuius incolæ dicuntur Marmarij & Marmarini, vnde & Apollo Marmarinus dictus eſt, qui inſigne ibi habebat templum. Strab. lib. 10.

Marmaridius, magi nomen apud Plinium lib. 3. c. 1.

Marmax, fluuius in Peloponneſo, Elidis regionis. Pauſan.

Marmeſſus, Mars eſt, Romanorum lingua ait Lycophronis interpres.

Marnan, templum Iouis Cretenſis in Gaza Palæſtinæ. Vocantur autem puellæ in Creta *Marnan*. Steph.

Maro, opifex fuit figulus, ſiue (vt alij putant) magis cuiuſdam viatoris mercenarius. Virgilij Latinorum poetarum principis pater.

Maro, Virgilij poetæ cognomen. Vide Virgilius.

Maro, Vide Menophis.

Maronea, Stephano. Ciconum ciuitas, in Thracia præſtantiſſimo vino laudata. Gentile, Maronæus, Maronites. & fœm. Maronitis, hodie *Marogna*, Sophiano & Nigro: olim *Ortagurea* teſte Plinio, vocata fuit, & ab Homero *Iſmarus* dicta, vt Suidas auctor eſt. Item Iſacius in Lycophronem. Plinius certè duas diuerſas Thraciæ vrbes facit Georgio Cedreno *Cineſſema* quoque nuncupatur.

Maronias, Syriæ ciuitas, Chalcidicæ regionis. Ptolem.

Maronis, Germaniæ ciuitas. Vide Marionis.

Marora, Sargarauſenæ in Cappadocia vrbs. Ptolemæo.

Marpeſia, prima Amazonum regina. Iuſtinus.

Marpeſſa, filia Eueni, & ſpecioſa inter paucas Nymphas, vxórque Idæi omnium illius ſeculi virorum formoſiſſimi: mater Cleopatræ pulcherrimæ fœminæ vxoris Meleagri. Hanc maritus tam tenerè fertur adamaſſe, vt cùm ea m Apollo rapere conaretur, ſumpto arcu & ſagittis raptorem inuadere non dubitarit. Verùm cùm eius recuperandæ ſpes nulla ſupereſſet, mater eam pro Marpeſſa Alcyonem nominauit, propterea quòd fatum Alcyones ſimile ſortita videretur, Homer. lib. 9 Iliad.

Marpeſſus, Idæ in Phrygia vrbs, apud Pauſaniam in Phocaicis, quam 240. ſtadiis ab Alexandria Troadis circa Ladonem fluuium deſcribit. Circa Gergithum oppidum in agro Troiano eam ponit Lactantius: vnde Sibyllam Helleſpontiacam ortam ſubiungit. Sunt qui Marmiſum & Marmeſſum cum hoc Marpeſſo ſynonyma eſſe exiſtimant.

Marpeſſus, mons in Paro inſula, candidi marmoris ferax. Hinc *Marpeſſia cautes* apud Virg. 6. Æneid. pro marmore Pario. Steph. Marpeſſam ſcribit eſſe montem in Paro, à quo lapides excindantur.

Marraſium, Perſidis oppidum Ptol.

Marriche, Parthiæ vrbs. Ptol.

Marrubij, populi Italiæ, circa Fucinum lacum habitantes, ſic dicti, vel à rege Marrubio, vel quòd circa mare habitarent. Stagna enim & lacus veteres etiam maria appellabant: vrbs Marrubium *Marno*, Leandro.

Marrucini, populi Italiæ in regione Marſorum. Sil. lib. 18.

Marrucina ſimul Frentanis æmula pubes.

Mars, deus belli ab antiquis creditus: dictus Varroni libro quarto de lingua Latina, quod maribus in bello præſit: aut certè à Sabina dictione Mamers, quo nomine illi Martem dicebant. A poëtis Mauors dicitur per epentheſim, quod magna vertat. Hic Iouis & Iunonis filius fuiſſe fingitur: vel, vt Ouid. fabulatur, ſolius Iunonis. Cùm enim olim Iuno turbata, quod animaduertiſſet Iouem percuſſo capite ſine fœminæ commercio procreaſſe Mineruam, verſus Oceanum proficiſceretur, vt ſcrutaretur quo pacto, & ipſa ſine viro parere poſſet, & itinere fatigata, ſecus fores Floræ Deæ, coniugis Zephyri, conſediſſet, interrogata ab ea fertur, quam ob cauſam ad Oceanum pergeret: qua cognita, facturam ſe voti compotem Deam pollicita eſt, ſi id Iuno Iouem celaret. Quod cùm Iuno iureiurando affirmaſſet, mox illa Flora monuit in campis Olenijs florem eſſe, quo tacto ſtatim conciperet ſine viro. Id experta Iuno concepit, & peperit filium, quem Martem nominauit. Hunc ferunt poſtea cum Venere concubuiſſe, eóſque Vulcani artibus, vt erant nudi, occultis laqueis irretitos, deorum omnium riſui expoſitos fuiſſe, donec Neptuni precibus motus Vulcanus eos diſſoluit. Sororem habuit Bellonam, belli deam. Sacrum ei fecerunt lupum & picum;

quos in Dei huius tutela eſſe credi voluerunt. Salios habuit ſacerdotes & Flamines, qui ab eo Martiales dicebantur. Ponitur ſępiſſimè pro ipſo bello. Hinc Martius, tia, tium, id eſt bellicoſus vel bellicus. Eſt & ſtella vna ex ſeptem errantibus ſupernè Ioui proxima, quatuor & viginti menſibus & ſex diebus orbem luſtrans. Quid nomine Martis veteres poëtæ & philoſophi intellexerint, prolixè docent in ſuis mythologiis Lilius Giraldus, Cartarus & N. Comes.

Martius, menſis primus olim anni apud Romanos, quem Romulus genitori ſuo inſtituit. Ouid. 3. Faſt.

Marſana, nomen principis. Eſther. 1. Lat. amaritudo, aut myrrha rubi vel inimici, aut oſtendens rubum vel inimicum.

Marſi, ſorum, populi Italiæ fortiſſimi, Picentibus, Æquiculanis & Samnitibus finitimi, à Marſo Circes filio orti: qui ſaliua ſua ſerpentum morſibus medebantur. Sunt & Marſi alij populi in Scythia. Herod. lib. 4 *Ortmarſen* oppidum Friſiæ in Tuentiæ regiuncula, hodie videtur.

Marſia, vel Matſias fluuius Apameam præterfluens.

Marſia, fons in Phrygia, ad oppidum Gellenarum.

Matſias, ſiue Marſius, Tuſcorum rex, ante Romam conditam anno 282.

Marſigni, Germaniæ populi apud Tacitum, *Marsignos* Ptolemæi eoſdem eſſe putat Althamerus.

Marſippus, vrbs Phœniciæ: Gentile, Marſippius. Steph.

Marſonia, Pannoniæ inferioris vrbs. Ptolemæus.

Marſpiter, Martis pater, ſicut Dieſpiter, Diei pater, Gel. lib. 5. cap. 12.

Marſius. Vide Marſias.

Marſus regnauit in Tuſcia, circa annum ante Romam conditam 318.

Marſus, Syriæ præfectus, ſub Claudio Cæſare.

Marſya, vrbs Phœniciæ à Marſo dicta. Steph.

Marſyaba, Rhamanitarum vrbs in Arabia felici videtur apud Strabonem l. 6. 16.

Marſyas Peleus hiſtoricus, nutritus vnà cum Alexandro Magno, ſcripſit res Macedonicas libris decem, à primo rege vſque ad Alexandrum. de rebus Atticis libros duodecim, Marſyas Philippus item hiſtoricus. Marſyas Tabenus, qui ſcripſit de tranquillitate libros duodecim: fabuloſa libris ſeptem, & quædam alia de patria ſua. Suid.

Marſyas, fratrem habuit Cibyram, & Tabas in Lydia condidit. Steph.

Marſya, ſiue Marſyas, inſignis tibicen, ex Celenis oppido Phrygiæ: Ouidius ſatyrum fuiſſe author eſt, qui tibiis à Minerua inuentis, auſus fit Apollinem ad certamen prouocare, à quo victus & excoriatus. Ouidius libro ſexto Faſtorum.

Marſyas, Phrygiæ fluuius, ab huius nomine dictus, quòd Nympharum lachrymis Marſyam deflentium creuiſſet, apud Ouidium 6. Metamorph. Alij volunt eſſe eundem cum Singa Ptolemæi. vide eius tabulas. Marſias primùm Midæ fons dicebatur, vt habet author de fluminibus.

Martha, ſoror Lazari illius, quem ſuſcitauit Chriſtus. Luc. 10. Ioan. 11.

Marthama, Africæ propriæ oppidum. Appia.

Marthula, Ponti Cappadoci ciuitas. Ptolemæo.

Martia princeps Romanarum, icta fulmine quum eſſet grauida, partu exanimato, ipſa citra vllum aliud incommodum vixit. Plin. libr. 2. cap. 1.

Martia, Catonis minor filia quæ, cùm quæreretur ab ea, cur poſt amiſſum maritum denuò non nuberet, reſpondit, non ſe inuenire virum, qui ſe magis vellet, quàm ſua: quo dicto oſtendit, diuitias magis in vxoribus eligi ſolere, quàm pudicitiam.

Martia, Catonis Vticenſis vxor fuit, quam poſtea, quum ex ea aliquot liberos ſuſtuliſſet, Hortenſio amico conceſſit: eóque mortuo ſub initium bellorum ciuilium eam reduxit. Qua in re Cato maleuolorum reprehenſione non caruit, qui vacuam & pauperem eam dimiſſam eſſe calumniabantur, vt poſtea Hortenſij teſtamento locupletem reciperet. Plut. in vita Caton.

Martia, Aqua vrbis Romæ, Plinius lib. trigeſimoprimo, capite tertio, clariſſima aquarum omnium toto orbe, frigoris ſalubritatíſque laude de cæteris præclara. Oritur in vltimis montibus Pelignorum. Vocabatur hæc quondam *Auſeia*: fons autem ipſe Piconia.

Martia, dicta ab Anco Martio Romanorum rege, qui eam primus in vrbem deducere auſpicatus eſt. vide ſupra Auſeia.

Martiales, miniſtri publici Martis, atque ei deo veteribus inſtitutis, religionibúſque Latinorum conſecrati.

Martialis, poeta lepidiſſimus, ex Bilbili Hiſpaniæ oppido, cuius etiam extant epigrammatum libri doctiſſimi & feſtiuiſſimi.

Martiana ſylua, in Germania eſt, Ammiano *Schuuarſuvaldt* vulgò, ex quo Nigram ſyluam, faciunt Latini iuniores. Peucerus & Althamerus putant idem eſſe cum Ptolemæi Eremo Heluetiorum, vide *Martiana & Hercynia.*

Martianus Imper. (Pomponius Fl. Valerium Martianum vocat) ſucceſſit Theodoſio Iuniori, fauente Arcadij filia Pulcheria, qui licet humili loco,

loco natus & ſenex eſſet, tamen rebus geſtis & arte militari clarus, per annos ferè ſeptem imperium Orientis tranquilliſſimè gubernauit. Dicere ſolitus erat,

Dum pax conſtare poſſet, arma non ſumenda.

Martie, Hiſpaniæ locus inter Bracaram & Aſturicam. Antonin.

martini, Arabiæ deſertæ gens. Ptol.

martinopolim nominat *Merſzburg* Saxoniæ vrbem Otto Friſigenſis.

martinus primus, pontifex Roman. anno ſalutis 641.

martinus II. Pontifex Romanus, anno ſalutis 883.

martinus III. Pontifex Romanus, anno ſalutis 945.

martinus IV. Pontifex Romanus, anno ſalutis 417.

martinus, V. Pontifex Romanus, anno ſalutis 1417.

D. Martinus, ex Pannonia ortus poſt D. Gratianum Turonenſem, Archiepiſcopatum adeptus, an. Domini 315. Multa diſiecit Paganorum idola, altariaque effregit. In epiſcopatu autem vixit ann. 26. menſes quatuor, atque dies 7. Sid. Apoll. eius vitam doctiſſimis libris editis perſcripſit Sulpitius Seuerus.

martion Smyrnæus. Plin. li. 26. cap. 3. de ſimplicibus affectibus ſcripſit.

martia Caſtra Martis Fanum, fons, lacus, ſiue tranſitus, vertex, villæ, repetiuntur varia loca apud veteres. Item Martius campus, Narbo, vicus.

martius Ancus quartus Romanorum rex, æquitate & religione inſignis, Latinos bello domuit. Auentinum & Martium montes vrbi addidit: noua mœnia oppido circumdedit, ſyluas ad vſum nauium publicauit, ſalinarum vectigal inſtituit, carcerem primus ædificauit, Oſtiam coloniam maritimis commeatibus opportunam in oſtio Tyberis deduxit. Plin. li. 31. c. 3.

martius campus Romæ dictus, quòd Marti conſecratus eſſet: Liuius Ager Tarquiniorum, inter vrbem Tyberim erat conſecratus Marti, Martius deinde campus fuit.

martpurgum, Haſſiæ metropolis, ſic dicta à Deo Marte, vel à Marcomiro Marcomiri 26. Regis Francorum filio Ptolemæo authore F. Irenico, *Amiſia* dicitur. Hanc olim villam fuiſſe hiſtoriæ produnt. In præcelſo montis culmine Principis ſedes eſt, vrbs liberalium artium celebri Academia claret, anno 1526. inſtituta, & à Philippo principe anno 1535. inſtaurata, vulgò *Martpurg*.

marullus, Tribunus plebis, coronas Cæſaris dictatoris ſtatuis detraxit, eoſq; qui primi Cæſarem regem ſalutauerant, in vincula duci iuſſit: quam ob rem Cæſar Marullum magiſtratu priuauit. Plutarch. in Cæſare.

M. Marullus Poëta Mimographus ſub Antonino Philoſopho, ipſum etiam imperatorem inceſſere ſolitus. Huius eſt illud: Tu, vt Hector ab Ilio, nunquam recedis. Meminit huius Hieronymus contra Rufinum, & Galenus, qui ſe filium eius grauiſſimo laborantem morbo, curaſſe ſcribit.

marullus, Galaber poëta quum Attilam regem Hunnorum per adulationem Deum, & diuinæ ſtirpis prolem nominaſſet, propemodum viuus ab ipſo, vnà cum carmine exuſtus eſt, P. Callimachus in Attila.

marullus Rhetor à Seneca controuerſiarum 1. pro præceptore agnoſcitur. Sic enim in præfatione: Quum eſſemus, inquit, condiſcipuli apud Marullum Rhetorem, hominem ſatis aridum, pauciſſima belle ſed vulgato genere dicentem: quum ille exilitatem orationis ſuæ imputaret controuerſiæ, ac diceret. *Neceſſe eſt me per ſpinoſum locum ambulantem ſuſpenſos pedes habere* aiebat Latro: *Non mehercules tui pedes ſpinas calcant, ſed habent.* Spart.

Pomponius Marullus, grammaticus, Romæ profitebatur, ſermonis Latini exactor moleſtiſſimus, cùm in oratione Tiberium reprehendiſſet affirmante Atteio Capitone & eſſe illud Latinum, etſi non eſſet, futurum certè ob Cæſaris auctoritatem & gratiam: Iam inde mentitur (inquit) Capito, tu enim Cæſar ciuitatem dare potes hominibus, verba non potes. Pugilem olim fuiſſe Aſinius Gallus hoc in eum epigrammate oſtendit.

Qui caput ad lauam didicit, gloſſemata nobis
Præcipit: os nullum, vel potius pugilis lege vt apud Tranquillum Murellus non Marellus.

marundæ, Mediæ & Indiæ intra Gangem populi. Ptolem.

maruthas, Epiſcopus Meſopotamiæ, Iſdigerdem Perſarum regem, grauiſſimo capitis dolore ac diutino, quem Magi profligare, ne mitigare quidem nequiuiſſent, precibus ita ſanauit, ac liberauit, vt eum morbum poſtea rex nunquam perſenſerit, Socrat. li. 7. hiſtor. 8. hiſt. trip.

marcus, mons Thraciæ.

maruuium, vide Marrubij.

maſaci ſeu Marſaci, Germaniæ populi. Tacit. hodie *Marſen*, Hollandiæ pagus, Ortelio. Tacitus habet *Marſaci*, Plinius *Marſatios* vocat. hos Leodius ad Moſam deſignat, Diuæo repugnante.

maſæſylia, regio Libyæ Mauruſiis contermina: Gentile, Maſæſylij, Maſæſylitæ, Maſæſylær. Steph.

maſada, Plinio caſtellum eſt non procul ab Aſphaltite lacu. Pinetus apud Plinium *Naſſa* vertit.

maſal, ciuitas in tribu Aſer 1. Par. 6. quæ Io. 19. dicitur Meſſal, aut parabola, aut imperans, vel dominans.

maſaloth, nomen vrbis, 1. Macch 9.

maſanorada, vrbs Cariæ, à Maſanorado Cindapſi filio. Gentile, Maſanoradeus. Steph.

maſara, Armeniæ minoris vrbs apud Ptolemæum.

maſares, vide Maſtaura.

maſati, Libyæ interioris populi. Plin.

maſca, vrbs Celtiberorum. Strab.

maſca, Arabiæ deſertæ fluuius apud Xenoph. lib. 1. exp. Cyri.

maſchane, vrbs Scenitarum Arabum. Steph.

maſcotus, vrbs Libyæ, & alia propè Heſperides. Steph.

maſdorani, Aſiæ populi iuxta Parthiam, Carmaniam deſertam incolentes. Ptol. lib. 6 c. 5.

maſdoranus, mons qui Parthos ab Aſia ſeparat. Ptol. *Cbi eline* Caſtaldo.

maſepha, ciuitas in tribu Iuda, Ioſ. 15. quæ aliàs Maſpha dicitur. Lat. ſpeculatio, ſiue ſpecula, aut cooperimentum, vel expectatio.

maſerephoth, in Hebræo eſt Maſerephothmaim, i. aduſtiones, incendia, combuſtiones aquarum, locus eſt vbi excoquunt aquam ad ignem, refrigerandóque ſalem faciunt. Commentator Hebræorum ſuper Ioſ. ſic inquit, Salinæ ſunt, vbi aqua maris trahitur ad foſſas ad hunc vſum factas, & ſole ſiccatur. Ioſue 11. 13. Regio Sidoniorum.

maſerei, filius Sobal filij Hur primogenitus Caleb ex Ephrata concubina, primo Paralip. 2. Latinè Stratum, ſiue offerens vel tangens ſociū, vel amicum, aut paſtorem vel malitiam.

maſes, vrbs Argiuorum, Hom. Dicitur etiam Maſetus in recto: Ciues Maſetij. Steph.

maſetis, palus quædam & vicus: & inſula Stephano.

maſgaba maſiniſſæ regis filius, rex Numidiæ.

maſices, Mauritaniæ Tingitanæ populi. Ptolem.

maſicytus, Ptolemæo eſt mons mari incumbens, qui Pamphyliam & Lyciam diuidit. Maſſycites apud Plin. eſt. *Climax* dicitur Straboni. vide Taurus.

maſij, Perſiæ populi. Herodot.

maſiniſſa, rex Numidarum, acerrimus primùm nominis Romani hoſtis, poſtea verò fideliſſimus ſocius. Hic ad extremam vſque ſenectam mira valetudinis proſperitate, vegetóque corporis robore vſus eſt, adeò vt nonageſimo ætatis anno filium genuerit, Liuius lib. 3. belli Punici.

maſiniſſenſes, Mauritaniæ populi. Ammiano.

maſitholus, Libyæ interioris fluuius. Ptolemæus.

maſius vel Maſium, mons ſupra Niſibin. incolæ, Maſieni, vel Maſiani. Steph.

maſlor Naum. Iudæorum dux, olympiade 5.

maſma, filius Iſmaelis. Gen. 25. 1. Par. 4. Lat. exauditio ſiue audiens, vel obediens.

maſmana, nomen viri principis. 1. Par. 12 Lat. pinguedo, aut oleum eius ſiue tangens vel auferens præparationem vel munus aut numerum.

maſobia, nomen loci. 1. Par. 11. Lat. ſtatio Domini vel ſtans Dominus aut damula.

maſouia, regni Polonici regio, Samogitiæ ad Septentrionem, magno ducatui Lithuaniæ ad ortum, Poloniæ vtrique ad occaſum & Ruſſiæ ad meridiem conterimina eſt. Regibus Poloniæ feudalis, metropolim habet Varſouiam, vbi optimus conficitur potus ex melle conſtans, quem incolæ Medio appellant. Cromer. in Chron Poloniæ.

maſpha, ciuitas in tribu Iuda, quam ædificauit Aſa rex Iuda. 1. Reg. 15. quæ Ioſ. 15. Maſepha dicitur iiſdem conſonantibus & punctis. Eſt & locus Galaad 1 Reg 22. 4. Reg. 25. vbi pactum inierunt Laban & Iacob. Gen. 31. Lat. idem ſignificat quod Maſepha.

maſphath, ciuitas quæ & Maſpha dicitur in tribu Iuda, 1. Reg. 7. Ierem. 40.

maſpij, gens Perſica. Steph.

maſteca, ciuitas Idumææ, regia Semlæ quinti regis in Edom. Gen. 36. Lat. ſibilus, aut ſibilans, vel attractio vanitatis, vel tangens vanitatem vel vacuitatem aut vitis.

maſſa, Libyæ fluuius. Ptol hodie *Maſſatat. Sus* Gaſtaldo.

maſſa, filius Iſmaelis. Gen. 25. Lat. onus ſiue aſſumptio, vel metaphoricè, prophetia.

maſſaca, vrbs Indorum. Gentile, Maſſacenus. Steph.

maſſæſylia, Africæ regio, Mauris Mulucha fluuio, (quem *Molochat* appellant) dirempta, Strabo libro 17. & Plinius libr. quinto cap. 2. Huius regionis populi Maſſæſyli vocati fuerunt, quos Plinius teſtatur ſua ætate extinctos fuiſſe, regionémque eorum à Getulis fuiſſe occupatam.

maſſælibyj, Africæ propriæ gens. Strab.

maſſaga, Indiæ vrbs, circa Guræum fluuium. Arrian. Curtio Mazaga.

maſſagetæ, populi Scythici in Aſia vltra mare Caſpium, Orientem verſus trans Araxem. vulgò Alani, & Hunni. Qui cùm per deſerta diſcurrunt, equorum ſuorum ſanguinem cum lacte bibunt, quemadmodum & Biſaltæ populi apud hos ſenio confecti in fruſta cæduntur: qui verò morbo intereunt, feris deuorandi abijciuntur. Strab. lib. ſecundo. Infeſtiſſimi ſunt hoſpitibus: neque cum vicinis populis vllam ſeruant amicitiam aut fidem. Vxores habent communes,

munes, cum quibus in publico coire non ve rentur. Solem præcipuè venerantur, cui & equum immolant, cæteros habent neglectui. Vide Scythæ, vulgò Alani Dionyſio Caſlio, Ammiano & Gregoræ. Maſſagetas *Abaſgos* eſſe putat Ioannes Tzetza: poſtea *Avgos* vocatos dicit Iſacius Tzetza. Theuetus eos *Abinaſal* vocat.

maſſala, Homeritarum vrbs in Arabia felici. Plin.

maſſalia. Vide Maſſiliæ eſt autem Maſſalia, teſte Ptolemæo, Cretæ inſulæ fluuius, à Penito *Maſano* vocatus.

maſſani, Indi fluminis accolæ. Diodor.

maſſia, vrbs pertinens ad Tarteſios, Gentile, maſſianus. Steph.

maſſia, Hiſpaniæ vlterioris oppidũ, vbi lateres fiunt, qui ſiccati, in aqua non merguntur. Plini.

maſſica, regio Bæticæ, Tarteſſis appoſita, hanc Vitruuius Maxiam appellat.

maſſici montis promontorium. Plinio in Campania Eſhee eſt.

maſſicus, mons Campaniæ, optimi vini ferax, quod etiam Maſſicum dicitur Plin. *monte Dracone* nunc appellari ſcribit Leander. Ipſe Maſſicus mons hodie *Monte Marſo* dicitur, & inde vinum Maſſicum, *Maſſacano*, vulgò.

maſſilia, vrbs Narbonenſis prouinciæ, optimarum olim diſciplinarum ſtudiis florentiſſima, legibúſque ſanctiſſimis optimè conſtituta, Macedonibus Aſtyages, Hebræis verò Sedecia imperante condita, circa ſecundam & quadrageſimam olympiadem, annis antequam virgo pareret, DCXIII. poſt obitum Dauidis regis annis CCCCXXXIII. Diruta deinde à Phocenſibus, inſtaurata eſt, qui Cyri tyrannidem fugientes, deſtituta Græcia; in hanc Galliæ oram ſeſe contulerunt. Agrum habet vini præſtantiſſimi feracem. Olim Maſſiliæ ſtudia ingenuarum doctrinarum adeò floruerunt, vt Romani pro Attica peregrinatione Maſſilioticum peterent gymnaſium ad diſciplinas capeſſendas. Plautus in Caſina Maſſilienſes mores tanquam optimos, & probatiſſimos dixit.

Vbi tu es qui colere mores Maſſilienſes poſtulas?
Fuit etiam rerum geſtarum gloria, & opibus, & omni genere doctrinæ tam celebris & clara hæc vrbs, vt à Cicerone lib. 2. de officiis multis verbis laudetur: tum etiam in oratione pro Flacco. à Maſſilia fiunt Maſſilienſes, Maſſilianus, Maſſilioticus, Gal. *Marſeille*.

maſſilia Pomponio, Galliæ Narbon. vrbs Maſſalia legit Goltzius in antiq. numiſmatibus. Sic quoque Euſtathius, qui Maſſaliam etiam regionem vocat. Paradinus tradit in ſua Lugdunenſi hiſtoria ſe legiſſe Athenopolin dictam. vide Mauritania.

Firmaſſima, Gulſſæ filius, Maſiniſſæ regis Numediæ nepos, Romæ, ex inſidiis, à Bomilcare quodam interfectus eſt.

maſſycites, vide maſicytus.

maſſyla, mediterranea eſt pars Mauritaniæ, vt inquit Seruius, vnde non longè ſunt horti Heſperidum & mons Atlas. Virg. l. 4 Æneid.

Hinc mihi Maſſylæ gentis monſtrata ſacerdos, &c.

maſſyli. Stephano populi Africæ, Cæſarienſi Mauritaniæ proximi. Hi neque frænis, neque ephippiis vtuntur, ſola contenti virga, qua equos regunt. Hinc Maſſylus, adiectiuum.

maſſuli, iidem cum Maſſylis.

maſta, Æthiopiæ ſub Ægypto mons & ciuitas, Ptolem. *Grare* ab incolis dicitur hodie, vt in Barroſo videre eſt.

maſtaura vrbs Lydiæ ſic à Ma appellata, quæ Rheam ſequebatur, cui Iupiter Bacchum nutriendum dedit. Quum vero à Iunone Ma interrogaretur, cuius eſſet infans, ἄρεος, id eſt, Martis eſſe reſpondebat. Atque hinc apud Cares Bacchus Maſaris vocatus fuit. Ipſa etiam Ræa Ma vocabatur, cui Tauro apud Lydos faciebant. Inde nomen vrbi, per cuius medium fluit Chryſaoras, Gentile Maſtaureus & Maſtaurites, vel vt apud Plinium habetur Maſtaurenſis. Vide Stephanum.

maſthala, Arabiæ felicis vrbs. Ptolem.

maſtiani. populi iuxta Herculis columnas, ab vrbe Maſtia. Steph.

maſtinus Scaliger, Veronæ dominus, Parmam, Lucam & Patauium in ſuam poteſtatem redegit: coniuratione tamen Italiæ totius perterritus, Patauium quidem fœdere icto dimiſit, Parmam tamen & Lucam retinuit, Blond. Platina.

maſtitæ, Æthiopiæ ſub Ægypto gens, & in Ægypto. Ptolem.

maſtramelle, vrbs & palus Celticæ. Steph.

maſtuſius. De hoc Maſtuſio ſic Hyginus in Aſtronomico poëtico in Hydra ex Philarcho refert. In Cherſoneſo quæ confinis eſt Troiæ, vbi Proteſilai ſepulchrum ſtatutum complures dixerunt, vrbs Phlaguſa nomine dicitur, in qua Demiphon quidam quum regnaret, incidit eorum finibus repentina vaſtitas, & ciuium internecio miranda: quare Demiphonta permotum ferunt miſiſſe ad Apollinis oraculum, remedium quærens vaſtitatis. reſponſo autem dato, vt quotannis vna de nobilium genere virgo diis penatibus eorum immolaretur: Demiphon omnium filias, præter ſuas, ſorte ductas interficiebat, vſque dum cuidam ciuium loco nobiliſſimo eorum nato perdoluit inceptum Demiphontis, qui negare cœpit de ſua filia ſe paſſurum ſortiri, niſi eodem regis filiæ coniectæ eſſent, quo facto rex permotus, illius

f.liam ſine ſorte ductam interfecit quod *Maſtuſii* nomine, virginis pater, inſtanti tempore ſimulauit ſe patriæ cauſa non ferre ægrè factum, potuiſſe enim poſtea, ſorte ducta, nihilominus interficere, quod paulatim dies regi in obliuionem perduxit. Itaque quum ſe prope amiciſſimum regi pater virginis oſtendiſſet, ſolemne ſacrificium ſe habere dixit, eumq; filias eius ad id conficiendum inuitauit. Qui nihil aliter futurum ſuſpicatus, filias antè miſit, vt ipſe occupatus in re ciuili poſtea veniret. Quod quum exoptanti *Maſtuſio* accidiſſet, filias eius interfecit, ſanguinem earum cum vino in cratere mixtum aduenienti regi pro potione dari iuſſit. Qui quum filias deſideraret, & quid his factum eſſet reſciſſet, *Maſtuſium* cum cratere in mare proiici iuſſit, quod facto *mare* quo ille proiectus eſt, memoriæ cauſa, *Maſtuſium* vocatum: portus autem adhuc crater dicitur, quem antiqui Aſtrologi ſtellis deformauerunt, vt homines meminiſſent, maleficium neminem temerè lucrari poſſe, neque obliuionem inimicitiarum fieri ſolere.

maſurius Sabinus Eques Romanus I. C. auditor & ſucceſſor Atteij Capitonis. Meminit illius Perſius, ſimiliter Pomponius Pandect. de Origine Iuris. Citatur ſubinde ab Aulo Gellio. ſcripſit faſtorum & rerum memorabilium libros, commentarios de Indigenis, de iure ciuili, de furtis. Porro iam quinquagenarius, quum inopia magna laboraret, ab auditoribus ſuſtentatus eſt. Floruit ſub Tiberio, à quo vt ſibi de iure reſpondere liceret obtinuit. Athenæus lib. 14. Dipnoſoph. hæc de eo habet. *παρῴδησε ὁ πάντα ἄριστος καὶ σοφὸς, καὶ γὰρ νόμων ἐξηγητὴς οὐδενὸς δεύτερος.*

maſurius Sabinus alius à ſuperiore eſt, cui Paulus aliquot libros ſcripſit. 2. Inſtitut. 14.

mataurus, vrbs Siciliæ à Locris condita: Gentile, Mataurinus, Steph. Metaurus fluuius eſt, de quo infrà.

matelgæ, oppidum Garamantum. Plin.

mateni, gens in Sarmatia Aſiatica. Ptolem.

mater magna, Terra dicitur, & ſus prægnans ei mactabatur, quæ hoſtia eſt propria Terræ. Dicitur & mater alma, quod omnia alat. Item mater deûm, quòd omnia generet. Vocatur item mater Phrygia, à monte Phrygiæ, quem plurali numero Dindyma vocant.

maternus, conſul cum Bradua, anno ab vrbe condita 927.

D. Maternus, D. Petri diſcipulus, Coloniæ primus Chriſti fidem annuntiauit. Munſt. lib. 3. Coſm.

mathan, Deiparæ virginis auus. Hieron.

mathan, pater Saphatiæ. Ieremiæ 18. 2. Par. 33. Lat. donum, vel lumbus, ſiue mors eorum: aut Syriacè expectatio, vel ſpes.

mathana, ſolitudinis nomen. Num. 21.

mathanai, nomen viri. Eſd. 10.

mathania ſiue Mathanias, filius Ioſiæ, patruus Ioachin frater Ioacim, ſiue Eliacim, à Nabuchodonozor, Sedecias nominatus, 4. Reg. 24. Filius item Micha. 1. Paralipomenon 9. 2. Par. 29. Lat. donum Domini, vel lumborum Dominus aut ſpes Domini.

mathanias nomen viri, 2. Par. 25. Idem ſignificat quod Mathania.

mathat, pater Heli patris Ioſeph viri Mariæ, Lucæ 3. Lat. donum vel donans.

mathathæi, Arabiæ felicis populi. Plin.

mathat, nomen viri, 1. Eſdr. 10. Lat. donũ eius.

mathathia, ſiue Mathathias pater Iudæ Machabæi, primo Machab. ſecundo. Primogenitus Sellum Coritæ, 1. Par. 9. Sacerdos, 1. Par. 15. Lat. donans è Domino, vel donum Domini.

mathera, vrbs Italiæ, à Græcis deſtructa, anno ſalutis 979.

mathias Hieroſolymorum VIII. epiſcopus, anno Chriſti 109.

mathias, frater Ionæ, ſummus Iudæorum ſacerdos, anno Chriſti 45.

mathias, Huniadis filius, Vngariæ rex, circa annum Chriſti 1460. magnam Bohemiæ partem ſubegit, poſteaq; Bohemorum rex electus eſt.

mathildis, Angliæ regis filia, Henrici V. Cæſaris vxor, anno Chriſti 1129.

mathildis, quædam virili animo mulier, Parmam, Mantuam & Ferrariam cepit, anno ſalutis 1101.

mathitæ, Æthiopiæ ſub Ægypto populi, apud Plin. Matites fortè Ptolem. quos in Libya interiori deſcribit.

matho, Apher quidam qui ſupplicium formidans, quòd multa ſeditioſè feciſſet, primò Punico bello finito, ſic in Carthaginienſes inuectus eſt, & militum ſeditioſorum colluuiem comitauit eos qui aliter conſulturi ſurgere volebant non expectato orationis principio, coniectis lapidibus interficerent: quo pacto multi non ſolùm duces, verùm etiam priuati homines ſunt cæſi. Cæl. lib. 29. cap. 2.

mathuſael, filius Maniael. Gen. 4. Lat. mortem ſuam poſtulans, aut mors ſua infernus, vel ſepulchrum.

mathuſala, filius Henoch, filij Iared. Geneſis 5. Lucæ 3. Lat. mortem ſuam miſit, aut mortem ſuam ſpolians, vel mortis ſpolium.

matiana, pars Mediæ. Stephan. ex Strab. libro 11.

matiera, quod & Tiora Halicarnaſſeo 1. teſte, Vmbriæ oppidum eſt, in eo quater prata ſecantur, Vincentino auth.

Matilicates, Vmbriæ populi. Plin. hodie *Matelica*.

Matinus, mons Apuleiæ, buxis abundans: Matini dicuntur populi circa eum habitantes. Luc. lib 9. — *& arua*
Vulturis, & calidi lucent & buxeta Matini.

Matiſcona, Cæſari Æduorum ciuitas ad Ararim hodie *Maſcon*, Marliano & Philipp. Bugnonio in libellulo de hiſtoria huius vrbis, vbi monet in vetuſtis aliquot codicibus *Matiſſana* legi. Antoninus in ſuo itinerario *Matiſconenſe* caſtrum vocat.

Matiſſa. Corſicæ inſulæ oppidum. Ptol.

Matium, Cretæ inſulæ oppidum. Plin. lib. 4. cap. 12. Themiſcyræ regionis vrbs. Plin. *Candia* à Pineto.

Matralia, matris Matutæ feſta.

Matred, virga deſcendens, aut virga imperantis, ſiue lectuli deſcenſio, vel imperium: aut Syriacè, labor, pater Meetabel vxoris Adar regis in Edom ſeptimi. Gen. 36.

Matreas Alexandrinus quidam, qui Romanis Græciſque admirationi fuit, quòd diceret feram à ſe nutriri, quæ ipſa ſemet vocaret, vt vel anxiè ſcrutentur multi, τί μητρέα θηρίον τό ἐστι. id eſt, quænam ſit Matreæ fera. Plin. lib. 16. hiſt. naturalis. Euſtath. comment. ad Odyſſ. α.

Matteio, Pyrchaymero Rhætiæ oppidum eſt, in Germania, quod nouo nomine *Matram* appellat.

Matrica, Pannoniæ inferioris oppidum, Anton. *Tietan*, Simlero.

Matrinus, fluuius in Piceno non procul ab Adria vrbe. Strab. lib. 5. & Ptol.

Matra, Veneris cognomen apud Perſas.

Matrona, Iuno dicta eſt, quòd his præſit mulieribus, quæ aptæ ſunt, vt fiant matres.

Matrona, fluuius eſt Galliæ, in Lingonum montibus naſcens, vnàque cum Sequana Belgicam dirimens à Celtica. Gallicè *Marne*.

Matronæ vertex, vide Cottiæ.

Mattheus Apoſtolus & Euangeliſta, alio nomine Leui dictus, patrem habuit Alphæum Matth 10. Marc 2 & 3. Luc. 5. & 6. Act 1. Quum autem Publicanus ſeu exactor publicorum vectigalium eſſet, vocatus eſt à Chriſto ad miniſterium Apoſtolicum. Matth. 9. Euſebius lib. 3. cap. 24 & lib. 5. c. 10. hiſt. Eccleſ. vult Matthæum Euangelium ſuum conſcripſiſſe lingua Ebræa. B. Hieronymus quoque in Catal. ſcript. Eccleſ. Euangelium Matthæi Ebraicum in Bibliotheca Cæſarienſi extare ait & à ſe deſcriptum fuiſſe. Sunt qui velint Matthæum quum Ebræis primum Euangelium prædicaſſe: poſtea diſceſſiſſe & peragrata Aſia & Ponto in Æthiopiam veniſſe, atque ibi Chriſtum annuntiaſſe & tandem ab Hirtaco quodam ad aram obtruncatum fuiſſe anno Chriſti 76.

Mattiaci, Tacito Galliæ Belgicæ populi, in Batauorum obſequio, ſed vltra Rhenum, hodie Zelandi, *Ceux de Zelande*. Hos Lemnius *Stelanders* putat, qui aliquot inſulas Oceani inter Hollandiam, Flandriam & Brabantiã incolunt.

Mattiacum, Germaniæ vrbs. Ptol. *Mattium* Tacito eſt, quam Cathorum caput vocat. Situs huius, vt Ptolemæus eam deſcribit, congruit cum *Marpurg*. Haſſiæ vrbe primaria, neque nominis alluſio diſſona eſt.

Mattiacos fontes habet Plinius in Germania, & Mattiacas aquas Marcellinus, & Mattiacos populos Tacitus, vbique per r in tertio loco ſuadet legendum Heroldus, ob ſitum fortaſſe, quòd eos omnes in martiana ſylua deſignat, an bene viderint alij.

Mattiacum, oppidum in Germania calidis fontibus nobilitatum. Vnde Mattiacæ pilæ, quas Martialis pro ſapone poſuit.
Accipe Mattiacas quæ tibi calua pilas. &c.

Sunt & Mattiaci in Germania fontes trans Rhenum, quorum hauſtus triduo feruet, circa margines verò pumicem faciunt aquæ. Plin.

Matuſarum, Luſitaniæ vrbs inter Olyſiponem & Emeritam, Anton.

Matuta, ab antiquis dicta eſt Aurora, quam Græci λευκοθέαν appellant. Hanc poetæ volunt fuiſſe filiam Cadmi, nomine Ino, Athamantis vxorem, quæ mariti inſaniam fugiens, in mare ſeſe præcipitauit vnà cum Melicerta filio, quorum corpora cùm nuſquam inuenirentur, pro dijs marinis habiti ſunt: & ita quidem à Græcis λευκοθέα, à noſtris Matuta dicta eſt: Melicerta autem à Græcis Palæmon, à Latinis Portunus eſt appellatus.

Matycetæ, gens Scythica Steph.

Matylus, Pamphyliæ vrbs. Ptolem.

Mauia, Saracenorum regina circa annum ſalutis [illegible]. Tripar. lib. 9. c. 1.

Mauitania, Hiſpaniæ citerioris regio. Plin. quibuſdam *Murcia*.

Mauma, Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs. Plin.

Mauiael, filius Iared Gen. 4. Lat. annuncians Deum aut radens vel delens Deus: vel ex Syro & Hebræo, percuſſus à Deo.

Mauman, nomen eunuchi cuiuſdam. Eſth. 1. Lat. turbatus aut tumultuans, vel multitudo.

Mauors, vide Mars.

Mauortius Conſul anno ab vrbe 1189.

Maurenſij, Mauritaniæ Lingitanæ populi. Ptol.

Mauregathus, Alphonſi regis Hiſpaniæ nothus, poſt patris mortem, Maurorum factione, regnum adeptus.

Mauri, populi, qui Mauritaniam Africæ regionem Occidentalem verſus Gaditanum fretum incolunt. Hos fuiſſe Indos, & hercule du-

ce cum innumera aliarum gentium multitudine, in hæc loca perueniſſe multi crediderunt, vt Strab lib. vlt. ſcribit. Salluſtius certè in Iugurthino, Mauros & Numidas, reliquoſque qui maritimam in Africa cultiorem reddiderunt, Medos, Armenios, Perſas & Phœnices fuiſſe indicat. Hi Romanis bellis Punicis, maximè autē rebus cōtra Iugurtham geſtis, innotuerunt. Strab. li. vlt.

Mauricius, imperator Romanorum LVIII. à Phoca tribuno militum vnà cum liberis & vxore crudeliter coram populo Conſtantinopolitano interfectus.

Mauricius, Bracharenſis epiſcopus, circa ann. ſal. 1114.

Mauritania, Africæ regio extrema, verſus Gaditanum fretum & Occidentalem Oceanum, in quo Antæus gigas regnaſſe dicitur, ab Hercule victus. Eſt autem duplex *Cæſarienſis* à Cæſarea, & *Tingitana* à ciuitate Tingi. Dictáque eſt Mauritania ἀπὸ τοῦ μαυροῦ, quod inter cætera ſignificat obſcurum vel nigrum, quod nigros habeat colonos. Gignit ſimias, dracones, ſtruthiones & Elephantes. Eius incolæ Mauri dicuntur. Inualuit autem iam apud noſtros conſuetudo, vt omnes Africæ aut Aſiæ populi Mahometanæ ſuperſtitioni dediti, Mauri dicantur. Incolis *Numidia*, vulgò *Barbaria*, hodie, *Phut* etiam Hebræis dicitur, teſte Aria Montano in ſuo apparatu Biblico. diuiditur à Ptolemæo in *Tingitanam & Cæſarienſem*. Strabo eam *Maſſiliam & Maſſæſyliam* appellatam ſcribit: incolas *Maſſeſulos* vocat Plinius. *Maſſylos* duplici ſſ legit Stephan. *Maſſylam* gentem habet Virgilius. hodie regnum *Tremiſſenum* hoc loco videtur, vt Giraua, & Niger quoque atteſtantur. *Tingitanam* à Bogud rege, *Bogudianam* aliquando cognominatam tradit Plinius *Sitiphēſis & Hiſpania Transf* [illegible] *ana* à Sext. Rufo: & in libr. Notitiarum *Hiſpania Tingitana* nominatur. *Inferior Mauritania* à Xiphilino in vita Seueri nuncupatur: vbi dicit Atlantem non longè ab Oceano Atlantico exoriri, apud Macenitas, qui ſunt in Mauritania inferiore Regnum Marochi eius loco ſtatuit Auguſtinus Curio, *Feſſa* verò Niger. In antiquis numiſmatibus Mauretania per e legitur. Incolæ, vt Strabo teſtatum reliquit, à Græcis *Mauruſij*: à Romanis autem *Mauri* appellantur. idem Vitruu. li. 8. ca. 2. *Mauruſia* habet. *Alarabes* hodie nominant Hiſpani, Oliuario auctore, quaſi dicerent Arabes. Al enim articulus Arabicus. Strabo & Herodianus lib. 7. aiunt Mauritaniam Romanis ſubiectam, & ab ipſis incolis *Numidia* nomen obtinere.

Mauruſij, dicuntur Græcè Mauritani, hinc adiectiuum Mauruſius, ſia, ſium, & Mauruſiacus. Hodie *Pacati* appellantur. Procopius libr. 6. de Ædificia Iuſt. imp. Liber Notitiarum meminit etiam *Pataciana* in Tingitana.

Mauſoca, Hircaniæ vrbs. Ptol.

Mauſoli, Libyæ interioris gens. Ptol.

Mauſolus, Cariæ rex, de quo Theopompus ait nulla re abſtinuiſſe, pecuniæ cauſa. Suidas. Fuit autem prouinciæ Græciæ præfectus, quem Satrapam Perſæ vocant, Artemiſiæ maritus, quę illum tam ingenti amore proſecuta eſt, vt eius fato perfuncti cineres vino permiſtos tradatur ebibiſſe. Ad hæc ſepulchrum eidem ſumptuoſiſſimum extruxit, quod à nomine eius Mauſeolum eſt appellatum, ob operis magnificentiam inter ſeptem orbis miracula nominatum. Attollitur in altitudinem 25. cubitis: cingitur columnis 36. Ab hoc ſepulchro omnia precioſa ſepulchra, Mauſeola dicuntur. Vnde Suetonius ſepulchrum Cæſarum appellauit Mauſeolum, quod extruxit Auguſtus.

Mauſos, vicus agri Corinthij. Steph.

Maxala, Africæ interioris vrbs, à Corn. Balbo deuicta. Plin.

Maxentius, crudeliſſimus tyrannus, Romę Cęſaris nomē inuaſit. Seuerum à Maximiano Cęſare adoptatū prælio fudit: poſteà tamē à Conſtātino victus, in Tyberi ſubmerſus eſt. Chriſtiani nominis hoſtis teterrimus. Euſeb. l. 9. c. 9 Hiſt. Eccl.

Maxera, Hircaniæ fluuius. Ptolem. & Amm. & Mexeræ gens.

Maxies, Africæ populi, à Troianis, vt ipſi gloriantur, orti, qui dextram partem capitis comatam geſtant, ſiniſtram radunt, & corpus minio tingunt. Herod li. 4.

Maxilua, Bæticæ vrbs in Turdetanis. Ptol.

Maxima Sequanorum, Galliæ regio, apud Sex. Ruffum.

Maximianopolis, Ægypti vrbs, libr. Notitiar. Thraciæ item & Pamphiliæ, Ammian. Anton.

Maximianus Galerius Imperat. Roman. cum Conſtantio, patre Conſtantini Magni, Chriſtianis infeſtiſſimus.

Maximianus Herculius, imperator Romanus cum Diocletiano.

Maximilianus, Imper. prudentiſſimus Caroli V. Cæſaris auus paternus.

Maximilla, Montani hęretici ſcortum, & pſeudoprophetiſſa, vt ipſe Montanus ſua ipſius induſtria laqueo vitam finiuit. Euſeb. li. 5. c. 14.

D. Maximinus Iuliacenſis epiſcopus, ab Herulis & Oſtrogothis patibuli ſuſpendio, martyrium paſſus eſt, anno Chriſti 476. Munſt. lib. 3. Coſmograph.

D. Maximinus Apoſtolorum diſcipulus, vnà cum Lazaro, qui à Saluatore ex mortuis fuerat excitatus, venit in Gallias: qui in ciuitate huius nominis, in prouincia Narbonenſi ſepultus.

Maximus

maximus Curio, cuius authoritate curiæ omnes, Curionéſque regebantur.

maximus, Romanorum imperator cum Pupieno Balbino & Gordiano, Romæ in tumultu militari occiſus.

maximus, pſeudoimperator Gratianum imperatorem Pariſijs vicit, anno ab vrbe 1137.

maximus, Hieroſolymorum epiſcopus IV. anno Chriſti 148.

maximus, conſul cum Gordiano, anno ab vrbe 903.

maximus, conſul cum Orphito, anno ab vrbe 914.

maximus, conſul cum Apro, anno ab vrbe 959. Idem II. cum Æliano 976.

maximus, conſul cum Albino, anno ab vrbe 677.

maximus, conſul cum Lupo, anno ab vrbe 984. idem II. cum Paterno, anno 985. Idem III. cum Vrbano, anno 986.

maximus Dexter, conſul cum Numio Albino, anno ab vrbe 1015.

maximus, cognomine Memma, conſul cum Plinta, anno ab vrbe 1172.

maximus, conſul cum Theodoſio Auguſto, anno ab vrbe 1106. Idem II. cum Paterio, anno 1196.

mazaca, Stephano. Plin. lib. 2. cap. 108. ciuitas Cappadociæ ſub monte Argæo, quæ nunc Cæſarea. Hinc Mazacenus, & Mazaces, zacis, in genitiuo. Straboni quoque *Euſebia* ad Argæum vocatur, eodem autore. Stephano *Maza* eſt. *Tiſaria* Barbari appellant, vt Niger ſcribit. mazacam hanc malè ab Euſebio & Rufo. *Magaram* vocari monuit Philander in Vitruuium.

mazacæ, Sarmatiæ Aſiaticæ populi. Plin.

mazacyla, Marmaricæ vrbs. Ptol.

mazæna, vrbs Palæſtinæ. Steph. huius incolæ, Mazæneni.

mazæum, ciuitas in Bithynia. Steph.

mazæi, ſunt Pannoniæ populi: Strab. lib. 7. *Derriopes* dicuntur. regio hodie *Lica* vocatur à Mar Nigro.

mazara, Siciliæ fluuius, Diodor. Caſtellum item Selinuntinorum. Steph. & Armeniæ maioris vrbs. Ptol.

mazares, & Medorum Satrapis fuit, qui Prienſes in Cyri ditionem redegit, Herod. lib. I.

mazaris. Siciliæ vrbs Anton.

mazax, Africæ populus, in torquendis miſſilibus non inferior Medis. Lucan. lib. 4.

mazeras, fluuius in ora maris Hyrcani. Plin. lib. 6. cap. 16.

mazenes, Cyri regis miles. Herodot.

mazula, Africæ propriæ eſt vrbs Ptolemæo. *Mazula* legunt Latini Codices, eam Antoninus *Maxullam* Coloniam vocat, vt etiam Plinius.

mazyes, Nomades Libyæ: alij ſunt *Maxyes*: alij Machmes. Steph.

mazzabanes, Hieroſolymorum epiſcopus, 31. anno Chriſti 253.

M E

meandrius, Sami principatum obtinuit, pulſo Siloſonte. Olymp. 65.

mearus, fluuius Hiſpaniæ in ora Aſturum Pompo. lib. 3.

mecades, Athenienſium princeps, circa annum antè vrbem conditam 160.

meceſtus, Troadis fluuius, in Rhyndacum influens. Strab. lib. 2.

mecha, ciuitas hodie ſic dicta in Arabia fœlice, quam Saraceni incolunt, Mahumeticæ ſuperſtitionis caput.

mechlinia pulchra ac nitida ciuitas, quaſi cor ac centrum Brabantiæ obtinere dicitur. Bruxella, Louanio & Antuerpia IIII. milliaribus diſtat: ſitu & opere munita, incredibili aëris puritate gaudet: habet ædes ſacras complures, ſed duas quæ longè cæteris antecellunt: Deiparæ vnam, & alteram D. Rumoldi ornatiſſimam, cum turri, quæ & magnifica eſt, & altitudine ſpectabilis. Optimus eſt huius reip. ſtatus, nam in ea Princeps ſuum imperium, optimates authoritatem, populus ſuam vim poteſtatémque retinet. Eſt enim peculiaris princeps & duplex Senatus, in quorum altero optimatum authoritas ſumma eſt, in altero totius populi vis & poteſtas apparet. Habet præterea tribunal rationale grauiſſimorum Iudicum, quod Parlamentum vocant, à Carolo Burgundo eius duce inſtitutum anno 1472. Eſt hîc etiam armamentarium regium incredibili machinarum, tormentorum, armorum, & rerum ad bellum neceſſariarum copia inſtructum. Varia quoque opificum hîc inueniuntur examina, à quibus ænea conficiuntur tormenta, campanæ, naues, panni, artificioſæ picturæ & id genus alia, quæ in varias orbis partes, maximè in Hiſpaniam tranſportantur. Iuxta S. Catharinæ portam qua Antuerpiam itur, amplum monaſterium eſt muris, inſtar oppidi cinctum, in quo aliquoties ſupra mille quadraginta ſunt moniales. Anno 1546. ex puluere tormentario à fulgure incenſo, multum labefactata Meclinia fuit: nunc verò reſtaurata, ſolita pulchritudine & munditie claret.

mechmas, i. percuſſor, vel pauper ablatus, vel palpans vel tangens ſiue auferens, nomen oppidi in tribu Ephraim, 2. Eſd. 11. qui 1. Regum dicitur, Machmas, iiſdem conſonantibus & punctis.

mechnedebai, nomen viri, 2. Eſd. 10. Lat. percuſſor, vel pauper vouens, ſiue ſpontaneus, aut percuſſio vel paupertas vouentis, vel principis aut ſpontanei.

Digitized by Google

Mecilius Hilarianus, conſul cum Pacatiano, anno vrbis 1094.

Meciſtus fuit ex ſociis Aiacis Telamonij. Homer. lib. Iliad. 13.

Meciſtus, Triphyliæ oppidum eſt Steph. Eſt autem Triphylia Peloponneſi regio littoralis: quæ & Meſſenia dicitur.

Mecœnas, Eques Romanus Auguſto gratiſſimus, ab Hetruriæ regibus oriundus: cui velut vnico ſtudiorum patrono Virgilius Georgica ſua, & Horatius libros Carminum inſcripſit, Delicatum hunc fuiſſe, non ſolùm cultu ac moribus, ſed etiam ſtylo commemorant, quare eum Auguſtus Malacinum vocabat, & exagitabat frequenter, vt Cacozelum, Tranquil. Fuit vir hic in prouehendis cùm omnium diſciplinarum, tum præſertim poeticæ cultoribus adeò benignus, vt ab eo etiam hodie ſtudiorum patroni, qui in ſubleuanda doctorum hominum egeſtate ſe munificos præbent, Mecœnates appellentur. Iſte nobilis Romanus reperit notas, quibus celeriter ſcribi poſſet, & per Acilium Aquilámve libertum publicauit. Eius mollitiem Seneca philoſophus irridet & exagitat.

Mecon, Steph. vrbs eſt Peloponneſi, non procul à Corintho, quæ poſtea Sicyon eſt appellata. Strab. lib. 8.

Meculonius, pupillus quidam Romæ ditiſſimus. Cicero pro Flacco.

Mecyberna, Macedoniæ oppidum, & Mecyberneus ſinus, idem oppido adiacens. Plin. lib. 4. cap. 10. Stephan. vrbs Pellenes in Cherroneſo Thraciæ. Ciuis, Mecyberneus. Herodotus in Polymnia.

Mecyra, ſiue Helem, Marmaricæ locus in Africa. Antonino.

Meda, vrbs eſt Arabiæ fœlicis. Ptol.

Medaba, vrbs Nabatheorum: ciuis, Medabenus. Steph.

Medaba, vrbs Arabiæ in tribu Ruben. Num. 21. Ioſ. 13. 1. Par. 19. Iſa. 15. Lat. aquæ doloris, vel ex Hebræo & Syro Aquæ manantes.

Medad, nomen viri ſuper quem requieuit Spiritus Domini in caſtris. Num. 11. Lat. menſurans, ſiue aquæ dilectionis vel vberum, aut patrui.

Medama, Brutiorum in Italia oppidum. Strab. *Nicotera*. i. victrix Barrio. *Capo di Bottirani*, Leandro *Medama*. Plinio & *Medua* eſt, inquit Xylander.

Meddin, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15. Lat. iudicium, ſiue litigans, aut obiurgans.

Meddix, ſummi magiſtratus nomen erat apud Oſcos, Ennius.

Summus ibi capitur Meddix, occiditur alter.

Medea, filia Æſæ regis Colchorum ex Ipſea, vel vt alij, Ida coniuge, quæ Iaſonem Colchos cum reliquis Argonautis profectum hoſpitio ſuſcepit: cúmque eius amore flagraret, vereretúrque ne incolumis non rediret, vt pote quæ pericula noſceret, habita ſui coniugij ratione, docuit ipſum, qua ratione æripedes tauros domare, & iugo ſubmittere, draconémque peruigilem ſopire, & deinde occidere, eiúſque dentes, ſulcis immittere, & vellus aureum rapere poſſet. Quo peracto, cum eo fugam arripuit, trahens ſecum fugæ comitem Abſyrtum, paruulum fratrem. Quos cùm pater perſequeretur, neque quiſquam inſequentem remorari poſſet, Medea fratrem Abſyrtum occidit, & articulatim diſcerptum paſſim per agros diſiecit atque ſic dum pater filij membra colligeret, illa cum raptore aufugit. Tandem poſt longos errores in Theſſaliam cum Iaſone peruenit, vbi eius precibus Æſonem patrem annis decrepitum, in robuſtiorem ætatem retraxit. Medeam Diogenes non veneficam, ſed prudentem fœminam fuiſſe dixit, quæ exercitiis gymnaſticis molles & effœminatos homines ocióque corruptos ad integram ſanitatem traduxerit, & laboribus in locis calidis firmauerit. Eam ob cauſam fabulæ occaſio data, quaſi homines coquendo in iuuentutem reſtituerit. Hoc exemplo deceptas Peliæ filias in patris mortem armauit. Ouid. Metam lib. 7. fab. 4. Poſtremo ab ipſo Iaſone repudiata eſt, qui aliam vxorem Creuſam, videlicet Creontis Corinthiorum regis filiam duxerat. Quod Medea ægerrimè ferens, ignem in ſcriniolo muneris loco Creuſæ miſit, quo ipſa cum tota regia exuſta eſt. Quo tamen impio facinore Iaſon iratus, ſupplicium de ea ſumpturus irruit. Medea verò arreptis, filiis quos ex ipſo ſuſceperat, ipſos in patris conſpectu iugulauit. Veneficiis ſublata Athenas venit, vbi Ægæo iam ſeneſcenti nupſit, peperítque filium, quem de ſuo nomine Medum appellauit. Vide Iuſtinum lib. 42. Tandem neſcio quo pacto Iaſoni conciliata, cum eo Colchos redijt, patrémque ſenem & exulem Iaſonis viribus in regnum reduxit. Alij verò referunt, eam non Iaſoni reconciliatam, ſed poſt ſuſceptum ex Ægæo Medum filium nubes carminibus excitaſſe, iiſque cum Medo filio inuolutam in eam Aſiæ partem, quæ hodie Media dicitur prouolaſſe, Dio. Sicul. 5. Plutarchus in vita Alexandri ignem quo Creuſa exuſta eſt ad Naphtæ Babylonicæ vim refert. Medeæ fabulam explicat eruditè N. Comes mythologiæ ſuæ lib. 6. c. 7.

Medelicum, *Melch* hodie Lazio. Auſtriæ vrbs. Eius mentionem fieri in libro præfecturarum ſcribit idem Lazius.

Medemena, ciuitas tribus Iudæ, quæ aliàs Berſabee dicitur, Ioſ. 15. Iſa. 10. Sunt tamen qui Medemena ſentiant diuerſam à Berſabee eſſe ciuitatem

uitatem, ſed tamen vicinam. Lat.menſura muneris vel muneri aut indumenti munus, vel indumenti præparatio aut ſterquilinium.

Medena, ſic vocatum fuiſſe olim emporium Vectis inſulæ, quod hodie *Neuport* nominarunt ſcribit Neuyllius.

Medena prouincia, de qua 1.Eſd.6 Hebr.Madai. Lat.menſura, vel abundans, vel indumentum.

Medeni, Africæ propriæ populi. Ptolem.

Medeon vrbs Bœotiæ, & alia Phocidis à Medeone filio Pyladis & Electræ: Gentile, Medeonius. Eſt & Epiri ciuitas & vicus. Steph.

mederiacum Antonio, *Mi rle* vicus Simlero, infra Venlonam non procul à Moſa.

medeſicaſtes, filia Priami notha. Homer.

media, Aſiæ regio latiſſima, è Septentrione Hyrcano mari, ab Occaſu maiori Armenia & Aſſyria terminata: à Meridie Perſidem, ab Ortu Hyrcaniam habens & Parthiam, quæ Caſpiorum montibus ab ea excluditur. Dicta Media (vt Solino placet) à Medo Medeæ & Ægæi filio Strab. lib. 11. Mediam in duas diuidit partes, quarum alteram *Maiorem* vocat, cuius caput eſt *Ecbatana*: alteram *Minorem*, quæ *Atropatia* dicta eſt, ab Antropato duce, qui eam à Macedonum impetu tutam præſtitit. Eſt autem Media, bona ſui parte montoſa & frigida & ferè tota ſterilis, excepta regione, quæ ſub Caſpijs portis in humili & concauo iacet ſolo, quæ opulenta eſt, rerúmque omnium neceſſariarum ferax, præterquam olei. In ea Campus eſt latiſſimus, quem *Hippoboten* vocant: in quo equorum quinquaginta millia paſci dicuntur. Regium id armentum eſt. Ex Media primùm allata eſt malus citrea quæ inde Medica dicitur. Naſcitur in ea regione Sylphium, ex quo Medicus liquor non multùm inferior Cyrenaico, colligitur. Item Medica herba, qua optimè paſcuntur equi. Huic prouinciæ attribuit ſacra ſcriptura Arachoſiam, Parthiam, Aſſyriam, Perſidem. In Media fertur exiſtere palus, cuius aquis quoddam nigricans ſupernatat virus, quo ſi quis delibutus, ad ignem acceſſerit, ſtatim inflammatur, & exuritur Leonio. Tom. li.tertio, ca. ſexageſimo nono. Inde Medus, Medius, Medicus. fœmin. Medis, *Cordini* nomẽ vulgò habere tradit Haithonus: & *Seruan*, Caſtaldus.

media, vrbis nomen eſt apud Iſidorum, vnde Media regio. *Arian* olim vocatam refert Pauſanias, & *Arios* eius incolas appellat Herodotus. *Madaes* eos Ioſephus nominat. Cedrenus eam *Aſpracam*, & eius partem ſuperiorem *Baſtracam* nuncupat. *Medenam* ſuo tempore dictam ſcribit Sex Rufus.

mediana, Oſthoenę regionis vrbs, libr. Notit.

Mediccata, Africæ propriæ oppidum. Ptolemæus.

medidus Medorum rex tertius circa quintam Olympiadem.

medimni, oppidum in Æthiopia ſub Ægypto. Plin.

medina cœli, Vide Mediolum.

mediolanum. Ptolem. Aulerciorum Eburaicorum vrbs, Aulercorum. Anton. *Magdunum*, Almonio, & Gaguino, *Mun* vulgò. Oppidum item inter Coloniam Traianam & Agrippinam, *Midelſtun* pagus hodie, Ortelio. Eſt etiam Mœſiæ ſecundæ oppidum. Anton.

mediolanum. Ptolemæo Britanniæ vrbs: vulgò *Lancaſtre*. Item Mediolanum eidem, Germaniæ vrbs in Vveſtphalia hodie Monaſterium. Vulgò *Munſter*. Mediolanum aliud Santonum vrbs, authore eodem Stephano. Aquitaniæ incolæ. Mediolani, Gallicè *Xaintes*. Aquitanium Oceanum ſpectat. Regio eſt maxima ex parte arenoſa & agro tenui, milio aleus, reliquarum frugum minus ferax.

mediolanum, vrbs Ciſalpinæ Galliæ metropolis, populi multitudine refertiſſima: dicta à ſue dimidia lanata. Nam apud Ambroſium legitur in quadam epiſtola, cum Gallicanis populis initum conſilium foret pro conſtituenda vrbe, effoſſo ſolo, inueniſſe ſuem dimidiam lanatam. Itaque à portento Mediolanum eſſe nuncupatum. Ferunt hanc vrbem à Gallis Senonenſibus ante Chriſti aduentum annis 359. inſtauratam, ſeu conditam fuiſſe: hinc Statius Cæcilius comicus ortus fuit. Liuius libro 5. Decadis 1.

mediolanum, Mediolana etiam dicitur, vtrũque Prol. eſt *Olanum* à conditore antea dictam tradit Cato in originibus. Sunt qui prius *Inſubriam*, alij *Albam*, alij *Penthaciam* vocatam volunt, inquit Caſtilioneus. Inſubriæ, meminit nummus antiquus M. Valerij Meſſalæ. Zacharias Lilius in ſuo orbis Breuiario credit à Maximiano Herculio imperatore *Herculeam* quandoque appellatam. hodie *Milano* incolis: *Meylandt* Germanis. *vrbs Melana potens* pro Mediolano legit Viterbienſis.

mediolum, Ptol.lib.2.cap.6. Hiſpaniæ vrbs. Vulgò *Medina cæli*.

mediomatrices populi Germaniæ inferioris, ad ripas Moſellæ fluuij, Treuiris finitimi, hodie Metenſes. Cæſar. Plin. & Strab. Mediomatrices vocant. Gallicè *ceux de Metz*. Hos *VVeſtreicher* appellat Rhenanus. Metenſes Blondus *Matricorenſes* vocat lib. 1. Decadis 1.

medion, vrbs iuxta Ætoliam. Gentile Medionius. Steph.

medioxumi, dij minores antiquis dicti ſunt, Plaut. in ciſtellaria. *Ita me dij deæque ſuperi atque inferi & Medioxumi.*

meditrina, medicamentorum dea, Feſtor

Meditrinalia, ſacra deæ Meditrinæ, Mos erat, ait Feſtus, Latinis populis, quo die quis primum guſtaret muſtum, dicere ominis gratias, Vetus nouum vinum bibo, veteri nouo morbo medeor: à quibus verbis etiam Meditrinæ deæ nomen cœptum, eiuſque ſacra, Meditrinalia dicta ſunt. Varro de lingua Latina lib. 5.

Medium, oſtium Rheni, Ptolemæo: hodie *Rhin* nomen obtinet.

Medius, quidam ex Alexandri adulatoribus, ac velut hexarchus & Sophiſtes Coryphæus in optimum quenque. His alios hortabatur, vt calumnias in quenuis audacter conflarent: à Plutarcho, varijs locis, ad viuum depingitur.

Medma, Steph. oppidum in agri Brutij littore vnà cum portu. Plin. lib. 3. c. 5.

Medmaſus, vrbs Cariæ. Steph.

Medme, vrbs Italiæ, à Medme fonte: Ciuis, Medmæus. Eſt & alia Liguriæ. Steph.

Medoacus, duos hoc nomine fluuios notat Plin. alterum Maiorem vocat Leander, & hodie *Brenta* vocari, alterum, Minorem, & dici *Bachilione* ſcribit. In Venetorũ regione ſunt. Meſſala Coruinus alterum *Brenteſiam* appellat. *Brintam* nouit hoc loco etiam Fortunatus. Sed de his fluminibus ſic Merula in libello ſuo de Gallia Ciſalpina, Per Vicentium agrum Rharonus, & Bachilio amnes dilabuntur: vbi ad Vicentiæ mœnia confluxêre, nec ille Rharonus, nec hic Bachilio eſt, ſed vno nomine Medoacus dictus: in mare Hadriaticum defertur. Meduacus per u in ſecunda habet Liuius. Vide Medua.

Medobrega, Hiſpaniæ vrbs in Luſitania A. Hertio, *Armenna* Vaſæo.

Medoe, inſula Nili in Æthiopia ſub Ægypto.

Medon, nothus Oilei, ex matre Rhena, Hom. lib. 2. Iliad.

Medon filius Codri, regis Athenienſium primus eorum archon, ſine regio nomine, circa annum ante Romam conditam 315.

Medon, Peloponenſi fluuius. Strab.

Medon, vnus ex procis Penelopes. Ouid. 1 Epiſt.

Medoſlanium, Germaniæ vrbs. Ptol.

Medua, portus, Plin. li. 1. cap. 5. inde Meduacus ſiue Medoacus. Venetorum fluuius, Patauium alluens, qui nunc vulgò *Brenta* dicitur. Nam oſtio Padi, Plin. lib. 3. c. 16. deſcribens ait, Proximum portum facit Brundulum, ſicut Edronem Meduaci duo, & foſſa Clodia. Strab. lib. 5. ſcribit Meduacum vocari, & portum & fluuium. Ibidem ſuprà Venetos Carnorum & Meduatorum fuiſſe gentem tradit.

Meduali, populi Alpini, Vocontijs proximi ad eos montes è quibus prodeunt fluuij, Padus Druentia, *la Morienne*, Simlero.

Medubricenſes, Hiſpaniæ populi, qui & Plumbarij. Plinius lib. 5. c. 22.

Medulli, populi ſunt in Alpibus, Vitruuio li. 8. Habitatores Vallis Cileræ intelligit Philander eius cõmentator. Diſtat, vt ipſe inquit, ab Oeno octauum lapidem, meridiem verſus *Morienne* credit hodie vocari Simlerus. *Meduali* ſunt apud Lucan. lib. 1.

Medullia, Steph. Latij oppidum fuit, Albanorum opus. Plin. lib 3. cap. 5.

Medullina, virgo Romana, ab ebrio patre in tenebris violata, vt ſtupri authorem agnoſceret, digito eius annulum detraxit: vbi ex pignore patrem eſſe comperit, eum ad aram gladio confodit. Plut. in Paral.

Medullum, Vindeliciæ vrbs. Ptol. *Medlingen* Lazio & Auentino.

Medullus, Hiſpaniæ mons.

Medus, Mediæ fluuius in Araxen defluens. Strabo & Curtius.

Medus, filia Phorci ex Ceto marina belua, quæ vnà cum duabus ſororibus Euryale & Stehenione, Dorcadas inſulas in Oceano Æthiopico tenuiſſe fertur. Vnde & Georgonides appellantur. Hæc præter alias formæ inſignis dotes capillos habuiſſe fertur, proximè ad auri colorem accedentes: quorum ſplendore captus Neptunus, in Mineruæ templo cum ea concubuit: ex quo concubitu poſteà natus eſt Pegaſus equus. Quam iniuriam Minerua graui & iniquo animo ferens, Meduſæ crines quibus maximè amatori ſuo placuerat, in angues mutauit, deditque, vt omnes eam aſpicientes in lapides verterentur. Quamobrem cùm nemo tam immane monſtrũ intueri poſſet, Perſeus Iouis & Danaes filius Mercurij talaribus, & falcato enſe accepto, Palladis item ſcuto, vt ære repercuſſam effigiem eius videre impunè poſſet, ex improuiſo (cùm ipſa, angueſque ſopiti eſſent) eam adortus, vno validiſſimo ictu peremit, & in patriam rediens, cùm eius caput ſecum deferret, contigit, vt guttæ ſanguinis decidentes per ſolitudines Africæ mutarentur in ſerpentes. Lucan. lib. 9. Quidam non ex marina bellua genitam tradunt, ſed ex muliere Phorci vxore, cui nomen eſſet Ceto vel Cetho. Inde Meduſæus, a, um. Vide Pegaſus.

Meduſæ fabulam explicat N. Comes, mithologiæ lib. 7. cap. 11.

Medyllia, vrbs ab Albinis condita, Romanorum colonia: Gentile Medyllinus. Stepha.

Meetabel, vxor Adar regis in Edom ſeptimi. Geneſ. 36. Lat. quam bonus Deus, ſiue benefaciens Deus.

Mega, i. Magnum. vide Magnum.

Mega, promontorium Mauritaniæ Cæſarienſis. Ptol.

Megabari, Megabradi, vide Adiabatæ.

Megabiſus, nobilis Perſa, vnus ex ſeptem, qui

Magorum tyrannidem ſuſtulerunt, à Dario rege dux exercitus in Europa relictus, Perinthum cepit, Pæones vicit, Thraciam omnem ſubegit, Macedoniam fruſtra per legatos tentauit, quos rex Amyntas vino obrutos interfecit.

megabyzi, ſiue Megalobyzi, Epheſiæ Dianæ ſacerdotes, quos eunuchos eſſe oportebat, vnde & pro imbellibus ac mollibus poni conſuerunt, quales ſunt ſpadones. Quint. li. 5. c. xi.

megaclides, philoſophus Peripateticus tempore Protagoræ. Laertius.

megaclo, filia Macaris Leſbiorum regis, quum patrem moroſum & ſemper cum vxore contendentem videret, matris vicem dolens, Muſas ancillas emit, & Myſas lingua Æolica vocauit. Has docuit canere & veterum facta ad citharam modulari. Quum vero illæ cantus ſuauitate Macarem demulcerent, & iram eius ſedarent, vxoríq; placarent, Megaclo pro matre eis referens gratias, poſuit columnas æneas & per omnia templa honorari iuſſit. Clemens Alexandrinus in Protreptico ad Gentes.

megæra, vna Furiarum. Noctis & Acherontis filia, ita dicta ἀπὸ μεγαίρειν, quod odiſſe ſeu inuidere ſignificat.

megalartus, Ceres dicta & culta eſt. Cælius li. 9 c. 16.

megaleſia, dies qui dicatus erat Magnæ matris deorum ceremoniis. Ludi quoque qui celebrabantur ante templum in ipſo Magnæ matris deûm conſpectu, Megaleſia dicebantur, & ludi Megalenſes. Liuius M. Iunius Brutus ædem Magnæ matris deûm in palatio dedicauit, & ludos ob eam dedicationem factos Megaleſia appellauit: μέγα enim magnum dicitur.

megaliotæ, populi quidam, vt videtur apud Ariſtotelem in libro, De poetica, niſi legendum ſit μεγαλεῶται.

megalocometes, vide καλλικώμη.

megalopolis, vulgò *Leontari*, vrbs Arcadiæ. Vocabatur autem dimidia ſui parte Oreſtia, ab Oreſtis aduentu. Fuerunt autem non pauci clari Megalopolitæ, quorum aliquot à Stephano nominantur. Hinc poſſeſſiuum Megalopoliticus. Alia eſt Cariæ ciuitas, quæ nunc Aphrodiſias olim Lelegum vrbs, & Ninoe. Ciuis, Ninoetes. Tertia eſt Iberiæ. Steph. Dictam fuiſſe etiam eius partẽ *Thiſboam* à Nympha quadã ſcribit ex Pauſania Gerbelius. *Phileto* vocat eam Plethon.

meganira, Celei vxor fuit, ac Triptolemi mater, cuius ſacellum erat non longè à puteo Bœotiæ, qui alio nomine Anthion dicebatur. Cæl li. 24. c. 17.

megara Creontis Thebanorum regis filia, & vxor Herculis. Nam cùm Erginus Orchomeniorum tyrannus Thebanos graui premeret tributo, Herculi filiam ſuam ea lege pactus eſt ſi vrbem ex onere liberaſſet. Quo præmio inductus Hercules, Orchomeniis bellum intulit, vrbéque expugnata, tyrannum interfecit: victórq; Thebas reuerſus, Megaram vxorem duxit: verum cùm poſtea Euryſthei iuſſu ad inferos deſcendiſſet, diutiúſque ibi moraretur, Lycus exul Thebanus, rei bene gerendæ occaſionem ſibi oblatam ratus, regnum Thebanorum inuaſit, cúmque Megaræ animum ad nuptias ſuas inflectere non poſſet, vim ei inferre parabat. Inter hæc oportunè ab inferis rediens Hercules, Lycum interfecit, regnúmq; Thebanorum Creonti reſtituit. Lyci autem necem iniquo animo ferens Iuno, tantum Herculi furorem obiecit, vt ille Megaram vxorem cum liberis ex ea ſuſceptis interficeret. Hygin. Fab. Poet ca. 32. & Seneca in Hercule furente.

megara, ciuitatis nomen in Megaride Græciæ regione, iuxta Iſthmum Corinthiacum, media Peloponneſum, Atticam & Bœotiam, dicta à Megareo Apollinis filio, vel ab Ægeo Pandionis filio: in cuius agro præſtantiſſimi proueniebant Bulbi, qui inde Megarici dicti ſunt. Illic ſchola fuit Megarenſium philoſophorum, qui Euclidi Megarenſi Socratico ſucceſſerunt. Strab. li. 9 Theognis etiam Megarenſis fuit. Huius meminit Cicero libro quarto epiſtolarum. Effertur autem hoc nomen, Megara, garæ, ſingulari numero, vel plurali, Megara, garorum. Columella li. 10.

Iam Megaris veniant genitalia ſemina bulbi.

Eſt item Megara Siciliæ mons, apibus abundans, vrbem habens eiuſdem nominis, in radice ſitam: à qua propinquus ſinus Megarinus, ſiue Megaricus nominatur. Hybla antè dicta, ab Hyblone rege. Alia eſt in Theſſalia, alia in Ponto, alia Illyrica, alia Moloſſiæ. Gentile, Megareus, & fœm. Megaris, Megareis, poſſeſſiuum, Megaricus, inde Megarici κέραμοι. Steph. Hinc fit Megarenſis, & Megarus, ra, rum. Quam vrbem Siciliæ *Auguſtam* hodie dici tradit Leander & Fazellus, qui eandem Gereatin Pauſaniæ putat. Pauſanias in Eliacis duarum Hyblarum meminit, quarum vnam maiorem & alteram Gereatin appellat.

megareus, pater Hippomenis, nepos Neptuni ex Oncheſto Bœotiæ oppido oriundus, vel filius Oncheſti: quæ controuerſia ex varia lectione orta eſt. apud Ouidium lib. 10. meta.

Namque mihi genitor Megareus, Oncheſtius illi
Eſt Neptunus auus: pronepos ego regis aquarũ.

Alij ita legunt. *Námque mihi genitor Megareus: Oncheſtius at illi, &c.*

Fuit præterea eodem nomine vnus ex Apollinis filiis, qui Megaris à ſe conditis nomen fecit.

megari, Indiæ populi circa Indum fluuiũ. Plin.

megaricum, oppidulum Bithyniæ. Steph.

megaris, regio Græciæ, vide Megara.

megaris, Niſæa vocabatur, à Niſo Pandionis filio.

megaris, Plinio inſula eſt prope Neapolim Ouo hodie Hermolao dicitur: arcem habet quæ inde *Caſtel del Ouo* vocatur: hoc caſtellum Michael Ricius Lucillianam arcem appellat.

megarſus, Ciliciæ ciuitas. Item Scythiæ & Indiæ fluuius. Siciliæ item oppidum. Lycophr. Dionyſ. Steph.

megaſa, vrbs Libyæ, in qua σπυφάγοι & κεγχ-νῆται. Steph.

megatichos, oppidum in monte, inter Ægyptum & Æthiopiam, quod Arabes *Myrſon* vocauêre. Plin.

megbis, nomen viri, 1. Eſd. 2. Lat. eminens, ſiue altitudo.

meges, vnus ex Græcorum principibus, qui Dulichio & Echinadibus inſulis præfuit, & cum nauibus 40. ad Troiam eſt profectus, Homer. Homer. Catal. nauium.

megiſba, ſtagnum in Taprobana inſula. Plin.

megiſtanes, dicuntur proceres & primates. Corn. Tacit. Et Megiſtanes Armenios (qui primùm à nobis defecerant) pepulit ſedibus.

megiſtæ vrbs & inſula Lyciæ, à Megiſteo quodam. Steph.

megiſtias vates, patria Acarnas à Melampode originem trahens: inſpectis extis ſibi & Græcis qui erant ad Thermopylas mortem pariter impendere prædixit, tamen quum à Leonida ne ſecum periret, dimitteretur, abſcedere noluit, filium tantum vnicum vnà militantem miſſum fecit Herod. in Polymnia.

megiſtus, fluuius in Ægæum mare decurrens. Suidas.

megphias, nomen viri, 2. Eſd. 10. Lat. corpus compreſſum, vel congregatum, aut corporis vel veſtimenti tinea.

meherdates, rex Aſſyriorum ſub Cl. Cæſare.

mehuſim, pater Abitob, 1. Par. 8. Lat. recentes, aut feſtinantes, ſiue ſenſuales.

meionis, olim Cyprus dicebatur. Steph.

mela, Pomponius Geographus, cuius extat liber de ſitu orbis.

mela, fluuius prope Brixiam, Galliæ Ciſalpinę vrbem, Catullo auctore, ad Ianuam. Nomen antiquum hodie obtinet, inquit Frythræus & Leander: ſed pro Mela *Melon* legendum, auctore Capriolo, docet. Melæ fontis etiam meminit Virg. 4. Georg.

melachræna, Sibylla Cumana à quibuſdam dicta eſt Ariſt. in mirabilibus.

melæna, inſula maris Ionij ante Epirum: quæ alio nomine Corcyra dicitur. Plinius lib. 6. c. 26.

melæne, Plin. lib. 4. cap. 12. quondam Cephaletę dicta.

melænę, oppidum in Arcadia, à Melæneo Lycaonis filio, inter Heræam & Megalopolim. Steph. Gentile, Melæneus. Sunt & μελαιναι, vrbs Lyciæ: Gentile dici poteſt Melænites.

melęneis, vicus in tribu Antiochitide. Callimachus Melænas vocat. Tribulis, Melenæus. Steph.

melampea, vrbs Lydiæ: Gentile, Melampæus. Steph.

melamphylis, inſula Samothracia, & Samos ipſa dicta eſt Melamphylos. Steph.

melamphylus, exiguus mons Theſſaliæ. Alij Melamphyllon, inſulæ nomen in Aſia. Plin. lib. 5. cap. 31.

melampus, filius Amythaonis & Dorippes, Hom. Odyſſ. lib. 15. Nomen autem cepiſſe fertur, eò quòd mater infantem expoſuerit toto corpore tectum præterquàm pedibus, qui à Sole, atro colore attracto, nomini cauſam dederunt. Augurio claruit: omnium auium cæterorúmque animalium voces nouit & intellexit: fuit & omnium medicorum præſtantiſſimus, cui templum erectum feſtáque ſolennia, & ſacrificia fuêre ſtatuta. Pauſ. lib. 1. Biantem item iuuit in auferendis bobus Iphiclo, quos ille Neleo reſtituit, cuius beneficij memor Neleus filiam ſuam nomine Pero ei vxorem tradidit. Filias quoque Prœti furiis agitatis ſanitati mentis reſtituit, quarum vnam Iphianaſſam cognomine coniugem accepit.

melampus, vnus ex canibus Actæonis, à pedum nigritie ita dictus. Ouid. 3. Metam.

melampygos, cognomen eſt Herculis, quaſi nigro podice: quòd eam partem corporis, non Lydorum more vulſam neque candidam quemadmodum ſolent effœminati: ſed nigris pilis hirſutam ac ſyluoſam haberet. Vide Eraſmum in prouerbiis, Ne incidas in Melampigum.

melanchetes, vnus ex canibus Actæonis ἀπὸ τῆς μελαίνης χαίτης, hoc eſt, à pili nigredine dictus. Ouid 3. Metam.

melanchlæni, populi iuxta Boſphorum Cimmerium in Aſia μελαγχλαινοι, inquit Steph. populi Scythæ à veſtibus nigris dicti.

melandia, regio Sicyoniæ. Gentile Melandinus. Steph.

melane, inſula circa Ioniam. Plin.

melanea, oppidum in Arcadia. Plin. lib. 4. c. 5.

melaneis, Eubœæ inſulæ vrbs. Steph. quæ & Eretria. Arotriæ etiam dicitur, Strabone teſte.

melanes, vel nigri mõtes iuxta deſerta Arabię, Ptol. li. 5. c. 17. Hodie mons *Sinai*, mons *S. Catharinæ*: *Sur* deſertũ Hebræis, à Mauris *Tur* dicitur.

melaneus, Euryti pater, à quo Eretria Melaneis olim dicebatur.

melaneus, numeratur inter canes Actæonis, apud Ouid. 3. Metam. Eſt & Centauri nomen apud eundem 12. Met.

melange,

Melange, Aruarorum emporium. Ptolem. in India intra Gangem, quod Caſtaldus *Malipur* intelligit: vbi corpus D. Thomę requieſcere creditur.

Melangia, Arcadiæ oppidum, Pauſan.

Melangitæ, Arabiæ felicis gens. Ptol.

Melani montes, ad ſinum Arabicum deſcribuntur à Ptolemæo eo loco quo Moſes in ſacris literis *Sinai* quo *Oreb* dicitur, Hieronymo teſte, ponit. Idem Mons Dei apud Moſem vocatur. *Synaum* eum vocat Iuſtin. ex Throgo Pompeio. *Synaum* Ioſeph. & Suid. Europæis adhuc *Sinai* nominatur: ſed Turcis, vt Nicolaius refert, *Turla. Gebel Thor* Arabibus vocari ait Theuetus. *Tur* habet Zieglerus. D. Niger tamen ſcribit *Melanos* hodie *Poalga* dici. ſunt etiam Melani montes in Arabia fœlice apud eundem Ptolemæum, quos *Aſabo* cognominari ſcribit.

Melania, Ciliciæ oppidum, Straboni.

Melanis, Venus dicta eſt, quòd ipſa tenebras amet, hominéſque noctu ſæpius coëant. Palæph.

Melanion, vir quidam tantæ caſtitatis, vt odio mulierum in ſolitudinem abierit, & per auia montium & nemorum cane, quo vno conuictore vtebatur, feras inſectaretur, nec vnquam domum reuocari potuerit: vnde prouerb. Melanione caſtior.

Melanippion, Pamphiliæ fluuius. Steph.

Melano, Doridis inſula in Ceramico ſinu. Plinius.

Melanogætuli, Æthiopum gens in Lybia interiori. Ptol.

Melanos, promõtorium Beſbici inſulæ. Strab.

Melanthius, fuit poeta Elegiographus, Cimonis ducis Athenienſium familiaris.

Melanium Vide Melanyon.

Melanium. Vide Melaneus.

Melanthia, filia Deucalionis ex Pyrrha.

Melanthij ſcopuli maris Icarij, circa Samum, Strabo. *Fornelli*, Bordonio: *Furni*, Nigro.

Melanthius, nomen viri, qui cùm Gorgiæ inimicus eſſet, dixit, Hic nobis de concordia præcipit, qui tres in vna domo concordare non potuit. Eſt & nomen viri Troiani proprium quem Eurypylus in bello Troiano interemit, vt ſcribit Homerus. Alius eiuſdem nominis paſtor apud Theocritum. Alius item pictor, cura pingendi præcipuus.

Melanthius caprarius Vlyſſis, qui quod & rem domini abſentis vnà cum procis abſumpſiſſet, & tam heræ, quàm herili filio moleſtum ſeſe præbuiſſet, poſt reditum Vlyſſis à Telemacho trucidatus eſt. Hom. Odyſſ. lib. 22. Ouid. in Epiſtola Penelopes ad Vlyſſem.

Melanthius, Cappadociæ fluuius. Plin. & Syriæ mons, vbi Veſtæ fanum. Cedren.

Melantho, filia Protei ſenis, cui conſuetudo fuit, poſitis veſtibus dorſo delphinum inſidere, atque ſic per maria patris vagari. Qua re ſic cognita, Neptunus ſe in delphinum transformauit, illámque blandiendo illexit, vt dorſo ſuo inſideret: tranſuectæque in aduerſum littus ſtuprum obtulit. Ex quo concubitu Amycum, natum fuiſſe quidam prodiderunt, quem tamen Seruius Melites filium facit.

Melanthus XVI. Athenienſium rex, circa annũ ante vrbem conditam 367. Is erat Meſſenius, & cum ab Heraclidis in Peloponneſum reuerſis domo pulſus eſſet, Athenas venit, vbi interfecto ſingulari certamine Bœotorum hoſtium, cum quibus bellum tunc ab Athenienſibus gerebatur, duce Xanthia, rege Thymœte abdicato, ad regnum euectus eſt. Ab eo Melanthidarum familia orta. Idem Apaturia ſacra Athenis inſtituit.

Melantias, qui nunc vulgò *Meliſias* dicitur, Thraciæ pagus, 102. ſtadiis Byzantio diſtans, quem Athyras fluuius præterfluit. Ex Suida & Procopio.

Melanyon, dictus eſt Hippomenes, eò quod pomis certamen cõfecerit ἀπὸ τῶν μήλων hoc eſt à malis, ἀνύω, perficio. Alij per iota ſcribere malunt Melanium, putántque compoſitum eſſe à nomine μῆλον, & verbo ἀνίημι, vt Melanion dicatur, quaſi mala è manu emittens. Hippomenes enim (vt ſuprà retulimus) cum Atlanta curſu certaturus, à Venere mala aliquot aurea accepit, quæ inter currendum emiſit, vt Atalantam in colligendis occupatam interim præuerteret.

Melaria, vide Melos.

Melas, multorum fluuiorum nomen eſt: nam vnum eſſe in Mygdonia oſtendere videtur Ouid. libro 2. Metam. *Mygdoniúſque Melas*, Alium eſſe eiuſdem nominis in minori Aſia & Smyrnam circumeuntem Solinus ſcribit, alium nauigabilem eſſe in Cilicia, & ipſius terminum, id eſt, qui Ciliciam à Pamphylia diuidat, ſcripſit Plin. lib. 5. Alium item in Thracia, vt in eodem libro idem Plinius confirmat. Alium præterea eſſe dixit Plinius lib. 2. in Bœotia, qui à Parnaſſo profluens, Mineruæ ſacer dicitur à poëtis quia ripæ eius oliuis ſunt refertæ. Is vnum omnium fluuiorum Græciæ ab ipſo fonte nauigabilis, atque circa ſolſtitium æſtiuum, vt Nilus, ſtata accipiens incrementa, nec longiùs excurrit, ſed in lacus & cuniculos delapſus, modica ſui parte Cephyſo infunditur. Statius lib. 7. Herod. lib. 7. Huius fluminis aqua potata, oues efficit nigras, Plin. ibidem. Ille Thraciæ *Golfo de Caridia* Sophiano vocatur: qui verò in Aſia conſtituitur, hodie *Genſui*: vti ex tabulis colligere licet, dicitur Plinio & Straboni, item Zoſimo etiam Melas eſt, quem Pamphyliæ & Ciliciæ terminum dicunt. Hunc Marius Niger ſcribit nunc *Crionero* vocari. Eſt etiam alius Thraciæ fluuius ad

Digitized by Google

pud Ptolemæum; *Melanam* vocat eum Liuius, & nouo nomine *Lameta*, vt vult Mardus Ptolemæi interpres.

melas Pontus. i. nigrum mare, ſic dictus eſt à Melane Phryxi filio illapſo vel à Melano fluuio eius loci Lucianus aduerſus indoctum. Themiſtius Euphrada Orat. ſeptima.

melcha, vxor Nachor. filij Thare, filia Aram fratris mariti ſui Nachor, Geneſ. 11. Filia item Salphaad, filij Hepher, filij Galaad. Numer. 26. Lat. regina vel conciliatrix.

melcha, in Græco ſcribitur Melea pater Eliacim patris Iona. Luc. 3.

melchi pater Leui patris Matth Luc. 3.

melchiades, ſiue Melciades. Rom. epiſcopus, xxix circa annum ſalutis 309.

melchias, pater Phaſſur. Item. 21. filius Amelech. Ierem 38. filius Athenai filij Zara. 1 Par. 8 Lat. rex dominus, aut conſiliator Dominus.

melchiel, filius Bariæ, filij Aſer Gen. 46. 1 Par. 7. Lat. rex meus deus, aut regnum dei, ſiue conſiliator meus deus.

melchiram, filius Iechoniæ, filij Ioacim, 1. Paral. 3. Lat. rex excelſus, aut conciliator, vel conſilium excelſum.

melchiſedech, Sacerdos & rex Solymæ, ſiue Ieruſalem, Gen. 14. Heb. 7. Lat. rex iuſtitiæ.

melchiſua filius Saul, 1 Reg. 14 & 31. 2. Par. 8. Lat. rex Saluator, aut rex vel conſilium ſaluatoris, ſiue rex magnificus.

melchom, Idolum quod colebant filij Ammon 4. Reg. 23. 1. Par. 20. Ier. 49. Lat. rex eorum vel conſiliarius eorum.

melcomani, Dalmatiæ populi. Plin.

meldæ, Ptolemæo Galliæ Lugdunenſis populi, hodie *Meaux*, oppidum ad Matronam amnem. Meldi Plinio.

meldita, Africæ propriæ oppidum. Ptol.

meleaba, Ægypti vrbs, lib. Notit.

meleagenes, nobilis Architectus Athenienſis, qui fanum Mineruæ extruxit.

Meleager, Œnei Calidoniæ regis filius, ex Althæa coniuge: quo recenter nato viſa ſibi eſt mater tres Parcas igni aſſidentes videre, manúque ſtipitem tenentes, æqualem puero cum ſtipite vitam aſſignare. Recedentibus itaque Parcis, Althæa extinctum ſtipitem diligentiſſimè aſſeruauit. Adulto deinde Meleagro, contigit vt pater eius ex ſuſceptis frugibus, omnibus diis ſacrificaret, omiſſa Diana. Quapropter dea irata aprum immiſit, omnes Ætoliæ agros deuaſtantem. Ad hunc igitur conficiendum, Meleager, collecta robuſtiſſimorum iuuenũ manu, aprum interfecit, caputq; eius Atalantæ Iaſij Argiuorũ regis filiæ, quæ prima aprum vulnerauerat, velut partem ſpolij dedit. Quod ægrè ferentes Plexippus & Toxeus, Althææ fratres, Atalantæ caput auferre conati ſunt. Quamobrem Meleager iratus eos obtruncauit, duxitq; Atalantam in vxorem, quæ ei Parthenopeum peperit. Nunciata itaque fratrum morte, Althæa doloris impatientia in furorem verſa, fatalem illum ſtipitem in ignem coniecit: quo exuſto, Meleager etiam exuſtis intus inteſtinis omnibus conſumptus eſt. Ouid. Metam li. 8. Quæ de fatali ſtipite in ignem coniecto referuntur, intelligenda ſunt (ait Sabinus) de execrationibus magicis, quibus Althea Meleagro imprecata eſt mortem Nam Homerus teſtatur eam oraſſe Plutonem & Proſerpinam, vt filio mortem inferrent, ex quo manifeſtum eſt, eam magicis artibus vſam eſſe.

meleagrea, Calydon vrbs dicitur, quoniam Meleager in ea imperauit. Perottus.

meleagrides, Œnei & Althææ filiæ, ſorores autem Meleagri: quæ cùm fratrem immoderatè lugerent, in Meleagrides aues ſunt commutatæ, Hyginus Fab. poet. cap. 174. & Ouid. lib. 8. Metamorph.

meleagrus, rex Macedoniæ xxxi. circa annum à Roma condita 474.

melech, filius Micha, filij Meribbaal, 1. Paralip. 8.

melegene, inſula in mari Adriatico adiacens Dalmatiæ, Ptol. lib. 2. c. 17.

meles rex Lydorum 111. circa Olympiadẽ 13.

meles lis, & letis fluuius prope Smyrnam, Pli. li. 5. c. 20. Samnitum vrbs à Marcello capta. Liu.

meleſigenes, proprium nomen Homeri poetæ ſumptum à Mele fluuio Smyrnæ propinquo, iuxta quem natus eſſe dicitur, poſtea Homerus appellatus.

meletii ſinus, à Meleto flumine, etiam Smyrnæus dicitur à Smyrna oppido, illi adiacente, Stephano teſte. Sinus eſt maris Ægæi, iuxta Æolidem regionem.

meletius, præſul, in Ægypto Arianę ſectę ſectator: qui ſub Diocletiano in exilium pulſus eſt quòd preter opinionem fidem noſtram defendiſſet, cùm tamen Ariana vellet tutari. Hiſtoria Tripartita.

melia vrbs Carię. Gentile, Melieus. Steph.

meliboeus, Germanię mons eſt apud Ptolemęum: Miſulę ſaltum, qui *Harofsualdt* vocatur, ex eo facit Pirchaymerus. *Brocker berg* cum nouo nomine vocat Peucerus.

melibœa, littoralis vrbs Magneſię, vel ſecundùm aliquos, Theſſalię, Herod. li. 6. patria Philoctetę Pęantis filij: à quo Melibœus, a, um, nobilis ob purpuram quę illic inficiebatur. Stephanus ex Strabone lib. 9. Theſſalię vrbem eſſe ſcripſit. Eſt etiam hoc nomine vicus in mari Laconico, Item Melibœus nomen paſtoris, dictus, quòd boum curam habeat. Theocritus & Virgil.

melibœum, Olyzon vrbs, ſic tantùm Suidas

Olyzon verò & Melibœa Plinio diuerſa ſunt oppida Magneſiæ regionis. Item Stephano Theſſaliæ.

melibœus, Italiæ mons, vnde fluit Orrhontes fluuius. Iſac ad Lycophr.

melicerta, ſiue Melicertis, Inûs & Athamantis Thebarum regis filius: cum quo mater, cùm virum furore correptum Learchum filium ſuum videret occidiſſe, in mare ſe præcipitauit: ambóque deorum miſeratione in numina marina ſunt commutati: Ino quidem in Leucotheam, quam & Matutam matrem vocant: Melicerta verò in Palæmonem, quem Latini Portunum nominant.

meliei, vel Melienſes, Theſſaliæ populi. Stephanus.

meligene, Melituſa à Polybio dicitur, Nos Melitem vocamus, de qua poſtea. Vide ſuprà Melegene.

meligunis, vna ex Æolijs, Lipara aliàs dicta. Steph. Gentile, Meliguneus.

melina, vrbs in Argo: vnde Venus Melinea. Steph.

Melinophagi, populi Thraciæ. Steph.

meliodunum, Germaniæ vrbs. Ptol. Bohemiæ vrbem facit ex ea Lazius, quæ *Milenko* nunc vocatur.

melipia, Mœſiæ oppidum. Anton.

Meliſſa, Meliſſi Cretenſium regis filia: quæ vnà cum ſorore Amalthea, Iouem caprino aluit lacte. Hanc primam mellificium ferunt inueniſſe: vnde data eſt occaſio fabulæ, Meliſſam in apem fuiſſe conuerſam. Columel. lib. 9. c. 2. Nec ſanè ruſtico dignum eſt, ſciſcitari, fuerítve mulier pulcherrima ſpecie, quam Iupiter in apem conuertit.

meliſſa, Periandri Corinthiorum tyranni vxor: quam ille concubinarum delationibus temere credens, cùm grauida eſſet, pedibus conculcans interemit, Laer. in vita Periandri.

meliſſa, filia Epidamni, Steph. in Dyrrachio, Et Meliſſonius locus, vbi ex Neptuno Dyrrachium peperit.

meliſſa, vrbs Lybiæ: vnde regio Meliſſea. Eſt etiam in Cyriaco, Meliſſa vicus. Gentile, Meliſſenus. Stephan. & Phrygiæ ciuitas apud Athenæum.

meliſſus, Cretenſium rex fuit, pater Amalthęę & Meliſſæ: quæ Iouem melle & lacte caprino aluerunt, vt latiùs ſuprà docuimus in dictione Amalthæa.

meliſſus grammaticus: muneri datus Mecœnati, & manumiſſus ab eo. Tranquillus.

meliſſus Samius, Parmenidis auditor, Philoſophus ciuibus ſuis charus, quibus præcepta plura dedit: Rempublicam adminiſtrauit, claſsíque in bello præfuit. Apollodorus.

melita, Cappadociæ vrbs non procul ab Euphrate. Solin. *Malatia* Nigro.

melita, inſula Hadriatici maris prope Dalmatiam Plin. Ptolemæus eam *Melitine* vocat: à Polybio *Melituſam* nominari ſcribit Volat. Stephanus quidem ex Polybio citat μελιτουσαν Illyriæ vrbem. Sed hanc inſulam quæ vicina Illyriæ eſt, ſic ab eo appellari non inuenies. Hinc Catuli Melitæi. Callimacho auctore apud Plinium: hodie *Melida* dici ait Sophianus, *Melite* Hermolaus.

melita, tæ, ſeu Melite, es, inſula Siciliæ adiacens, qua parte in Africam vergit, diſtans à Lilybæo CXLIIII. M. paſſuum. Plin. lib. 3. c. 8. vt ſcribit Strabo ante Pachynum ſita, haud longè à Sicilia: periculoſo tamen diſiuncta mari. Ab hac Melita non verò ab Adriatica vt Plinius & Stephanus canes nobiles μελιτηια κυνιδια dicũtur, Straboni libro ſexto, in deliciis habiti à fœminis: à quibus adagium natum, Melitæus catulus, de re hominéve ad ſolam voluptatem comparato. In qua inſula fuit oppidum eiuſdem nominis Carthaginienſium colonia: à quo non longè in promontorio fanum fuit Iunonis celeberrimum, Cicero Melitenſem roſam commendat: Puluinus, inquit, erat Melitenſi roſa fartus. Diodorus refert in Melita inſula pretioſam tenuitate ac mollitie telam fieri: & Cicero in Verrem. Act. 4. veſtem & textrinum Melitenſe nominauit.

A Melite fit Melitæus, Melitæa, Melitæum, & Melitenſis Ea noſtra ætate nobilitata eſt ab equitibus Hieroſolymitanis, quos Rhodios vocãt, ſeu Rhodienſes: qui Rhodo à Solymano Imperatore pulſi, in ea ſedem fixerunt *Malte*. Hæc inſula illa eſt in qua Paulus Apoſtolus naufragium fecit quod ex eo ſatis liquet quod Lucas ex Melita Paulum deducit Syracuſas & inde Rheginum intra ſiculi freti anguſtias. Nam ſi in Melitam Adriatici cum ſex Melitinẽ appuliſſet, recta inde Brunduſium contendiſſet, vnde ſoluere ſolebant qui ex Italia in aduerſum Macedoniæ aut Epiri littus nauigabant, aut certe recta Rhegium Siciliæ littoribus relictis contendiſſent, quum tranquillo mari & ſecundo vento vterentur.

melitæenſes, Phthiotidis regionis Macedonicæ populi ſunt Straboni, quos aliàs nomen *Pyrrha* geſſiſſe ſcribit. Ptolemæo eorum vrbs Melitara. Plinio vocatur Melitea.

melite, vicus in tribu Œneide: Tribulis, Meliteus. Steph.

melite, vna ex Pelagiis apud Ptolemæum.

melite, Attice oppidum. Plin. vicum Plutarchus vocat, in Solone.

melitea. Vide Melitæa & Melitæenſes.

melitene, vrbs Cappadociæ, ciues, Melitení, Steph ex Strab. lib. 12.

melites, fluuius. vide Meleſigenes.

Melitene, Suſianæ ad Tigrim fluuium regiuncula, Ptolemæo, *Aragaletan* nominat eam Caſtaldus. *Suar* Theuetus.

Melitene, Armeniæ minoris ad Euphratem regio apud Ptolemæum. Hæc *Beſoth* Caſtaldo, & *Suar* Nigro eſt.

Melitis, vnus ex feliciſſimis illis fatuis, quos Homerus ſuo carmine nobilitauit. Is non poterat numerare ſupra quinque, ductáque vxore nouam nuptam non attigit, veritus, ne ſe illa accuſaret apud matrem, cuius ſtultitia abiit in prouerb. Melitide ſtultior.

Melito, epiſcopus. Euſebius lib. 4 c. 21.

Melitta, vrbs ab Hannone conſtructa ad Atlanticum mare. Arrian. in Periplo.

Melittæa, vrbs Theſſaliæ. Ciuis Melittæus, Theopompus & Philon μελιτίδας vocant, vnde Melitteus. Steph.

Melitus, nomen eius qui Socratem accuſauit.

Melituſa, vide Melegene & Meligene.

Melituſſa, vrbs Illyriæ: Gentile, Melituſæus, vel Melituſius. Steph.

Sp. Melius vir equeſtris ordinis & prædiues, largitione frumenti delenito populo, quum conſilia regni agitaret, vocatus à Dictatore L. Quintio Cincinnato, quod ad illum venire nollet, opem plebis inuocans, à C. Seruilio Ahala Magiſtro equitum interemptus eſt, anno vrbis, cōditæ 314. bona publica, domus diruta, & areâ Æquimelium appellata. Varro lib. 4. de lingua Latina. Liuius 4. Cicero pro domo ſua, Valerius 6. c. p 3. Plinius de viris illuſtribus.

Melixandrus Mileſius, Lapitharum & Centaurorum bellum ſcripſit. Ælianus de varia hiſtoria.

Melizigara, Indiæ intra Gangem emporium. Arrian in Periplo.

Melizigeris, Indiæ intra Gangem inſula.

Mella, fluuius Galliæ, iuxta quem Amello herba frequens naſcitur. Seruius in 4. Georgicorum.

Mellaria, vrbs Hiſpaniæ Bæticæ, in littore freti Gaditani, patria Pomponij Mela, vt ipſe teſtatur lib. 2. cap. 6. ſub finem hodie *Besar de la Miel* Alia eſt, Mellaria Plinij Cordubenſis conuentus.

Mellicola, qui & Gargaris regnauit in Hiſpania circa annum mundi 1382.

Melliſurgis, Macedoniæ oppidum, inter Theſſalonicam & Apolloniam, Anton.

Mello, ambitus montis Sion interior, quem reges incluſerant muro, vel, vt alij volunt vrbs non ita procul hinc, cuius ciues Abimelech regem ſibi conſtituerunt. Iud. 9. Ab hoc loco Dauid cœpit munire terram, 2. Reg. 5. Salomon hanc reparauit, 3. Reg. 9. & 4. Reg. 12. 2. Par. 32. Lat. plenitudo, vel repletio.

Mellona, vel Mellonia, dea mellis Romanis putabatur.

Mellothi, nomen viri, 1. Par. 25. Lat. plenitudo, vel circunciſio.

Melluch, nomen viri. 1. Eſd. 10. Lat. regnans, vel conſulens.

Mellus, vrbs Græciæ, condita eodem tempore quo Thaſus & Paphus, anno ſcilicet ante Romam conditam 675.

Melo, nomen fluuij, qui & Milus & Geon appellatus eſt, Auſonius in Ænigmate, Melonis albam paginam.

Melobosis, Nympha Oceani & Thetyos filia, Heſiodo in Theogonia, ſic dicta ab ombus paſcendis.

Melocabus, Germaniæ vrbs. Ptol. lib. 8. cap. 11. Vulgò *Coburg*. Villanouano.

Melodunum, oppidum inter Celtas, in inſula fluminis Sequanæ poſitum, vicinum Lutetiæ, ab ea ſolùm diſtans 20. milliaribus. Gallicè, *Melun*. Cæſar huius meminit.

Meloëſſa, inſula ex Syrenis vna, non tam à pomorum, quàm à pecorum abundantia dicta. Plin. lib. 3 cap. 10. Steph. μηλόεσσα inſula eſt iuxta Iberos. Gentile, Meluſſæus.

Melopa, Gothilę Gothorum regis filia, Philippi Macedonis vxor. Lycophron.

Melon, nomen Aſtrologi apud Plutarch. in Nicia, qui cùm eſſet militiæ adſcriptus, videretque peſſimè ſuæ parti futurum, inſaniam mentitus eſt, atque etiam domum incendio dedit, vt miſſionem & militiæ vacationem impetraret. Plutarch. in viris Alcib. & Niciæ. vide Meton. infra.

Melos gen. fœm. inſula Cretæ adiacens, & vrbs in ea Strabo, Melos inſula inter Cretam Peloponneſúmque interuallo æquali ſita, à Peloponneſo promontorium Scyllæum, à Creta dictynneum habens, Inter Cycladas numeratur à Pomponio lib. 2. cap. 1. Hanc priùs (inquit Stephanus) Phœnices habitauerunt: vnde & Byblus vocata eſt à Bybliis Phœnicibus: item Zephyria. Hinc Diagoras Melius & Socrates, & Ariſtophanes. In Theſſalia verò populi quidam Melienſes dicuntur. Eſt & vicus Acarnaniæ; à quo Melieus, vel Meliaus Doricè. A Melius etiam formatur Melieus, Meliacus & regio Melis, Stephano. Vide Maliea. Dicta eſt etiam *Milo* à Sophiano *Milesita* à Callimacho. Ab Heraclide *Syphnus*, *Byblos* dictam ſuodit. *Storiam* quoque vocatam legitur apud Honorium Auguſtodunenſem.

Melos & Melaria, duo oppida in finibus Hiſpaniæ à malis ſic dicta. Fertur enim Hercules aurea mala illuc ex Libya attuliſſe. Steph. in Belo. Vide Meloeſa.

Melphes, vel Molphes, Italiæ fluuius. Plin. circa Columnam regiam.

Melpia,

melpis, Arcadiæ vicus. Pauſan.

melpis, Straboni fluuius in Latio, iuxta Aquinum oppidum *Melfa* Leandro.

melpomene, vna ex Muſis, tragœdiarum inuentrix, à modulando nomen trahens. Virg. de Muſarum inuentis.

melpomenos, Bacchus dictus eſt ab Acharnenſibus, quaſi dicas cantu oblectabilem.

melpum, Inſubriæ oppidum, Plinio opulentia Præcipuum, ſed deletũ à vicinis. *Meles* Leandro.

melſus, Hiſpaniæ fluuius, in cuius vicinia æſtuarium eſt, vt ſcribit Strabo, quod Cantabros ab Aſturibus diuidit: ex hac deſcriptione videtur Nælus Ptolemæi.

melſus, vide Meſembria.

meltias, nomen viri, 2 Eſd.3. Lat. liberatio Domini.

melus, vide Melos.

melus, oppidum Theſſaliæ, quod Niceas Athenienſium dux obſedit, expugnauítque non tam machinis bellicis, quàm fame: vnde natum prouerb. Fames Melia.

melus, filius Mantûs, à quo Melois. Leſbi locus. Steph.

meluſſa, iuxta Iberos inſula. Steph.

melyenſes, Aſiæ minoris populi. Herodot.

membliarus, vnus ex Cadmi ſociis, Theram inſulam condidit. Steph.

membliarus, inſula prope Theram & Anaphem: à Membliaro Phœnice, Cadmi ſocio, qui Theram habitauit. Dicitur etiam Bliarus per aphæreſim. Gentile, Membliarius. Steph.

membrum, Africæ propriæ vrbs. Anton.

memmius, ciuis Romanus, ambitus poſtulatus à Q. Curtio, Cic. ad Qu. fratrem lib.3. Hic quum ageret Tarracinæ, deperibat quandam mulierem, non ſine Largio quodam riuali: cum quo quum aliquando rixa incidiſſet, eò iracundiæ prouectus eſt Memmius, vt ipſi Largio brachium mordicus arripuerit: vnde fluxit adagium in vulgus,

Lacerat lacertum Largij mordax Memmius.

memnium, vel Mennium, Aſſyriæ ciuitas, vbi Curtius ſcribit fontes eſſe bituminis, circa Babylonem.

memnon, Homero, filius Tithoni fratris Laomedontis ex Aurora ſuſceptus: qui cum maxima orientalium populorum copia in auxilium venit Priamo, & in pugna ab Achille occiſus, vel (vt alij tradunt) à Theſſalis inſidiis occiſus eſt, qui quum in rogo cremaretur, precibus Auroræ in auem mutatus eſt, ex eadémque pyra multæ aliæ aues euolarunt, quas Memnonias vocarunt, quæ quotannis ex Æthiopia in agrum Iliacum dicuntur aduolare, Memnoniſq; ſepulchrum ter luſtrare, deinde duas in partes diuiſæ roſtris vnguibúſque concurrere, & generis ſui authori ſanguine ſuo parentare. Ouid.13. Meta. Strabo lib.15.

memnon, Darij Perſarum regis dux exercitus, Chion, Methymnam Ereſam, ac Pyrrham & Mytilenem vel occupauit, vel vi cepit, quo tempore Alexander primùm in Aſiam traiecit.

memnones, populi Æthiopici. Stepha.

memoria, fons mirus, de quo ſic Plinius: In Bœotia ad Trophonium, iuxta fluuium Orchomenum, duo ſunt fontes, quorum alter memoriam, alter obliuionem adfert. inde nominibus inuentis.

mempheus, mons circa Theſſaliam.

memphi, populi Memphim habitantes.

memphis, vrbs Ægypti regia ab Ogdoo rege condita & à nomine filiæ eius ita appellata. Hæc inter omnes Ægypti vrbes ſecundum ab Alexandria locum obtinuit, pyramidibus, regum ſepulchris imprimis inſignis. Eius ambitus traditur fuiſſe centum & quinquaginta ſtadiorum. Sita eſt in loco totius Ægypti opportuniſſimo, vbi Nilus in duas ſciſſus partes, literæ A ſpeciem præbet: quo fit, vt portuoſiſſima ſit, omnibúſque penè nauigiis aditum præbeat. Vulgus hodie *Alcayrum* vocat. Hinc fit Gentile, Memphites. phitæ. Item Memphitis, tidis. Item Memphiticus, ca, cum. Gall. *le grand Caire.* Memph in Arcadiæ vrbem in qua Aſtragalam naſcitur memorat Dioſcorides lib 4. ſed hæc Arcadia non eſt nobilis illa Peloponneſi regio, ſed Arcadia Ægyptia, cuius mentionem faciunt Euſtathius. liber Notitiarum & Steph.

mempricus, rex Britanniæ, qui fratrem Malym exuit vita, vt eo mortuo regnaret. Volater.

mena, apud Romanos dea, quæ menſtruis floribus præeſſe putabatur. Quo etiam nomine dictus eſt piſcis quidam breuis, qui hyeme candidus, æſtate nigrior fit: ſed tunc Mæna cum diphthongo ſcribitur. Cic. lib. de finibus. Qui voluptatem contemnunt, eis licet dicere ſe accipenſerem Mænæ non anteponere.

mena, primus Ægyptiorum rex, circa annum mundi 1251. Dio. Sicu.

mena, inſulæ duæ in Hippadis pelago. Ptolem.

menæ, Siciliæ oppidum mediterraneum, Ptolemæus.

menæchmus, philoſophus Platonicus, Proconneſius Eudoxi auditor, vixit temporibus Platonis, & ſcripſit libros tres in lib. Platonis de Republica.

menæchmus, Sicyonius hiſtoricus, ſcripſit hiſtoriam Alexandri Magni. Suid.

menais, fons Leontinorum, per quem ciues eius loci timent iurare. Vibius.

menaia, Seruius enim ſine diphthongo ſcribit, vide Mænaia.

menalcas, paſtoris nomen apud Virg. In E-

eloga tertia.

menalippe, Antiopes Amazonum reginæ ſoror. Hæc ab Hercule capta fuit in bello, quod contra Amazones geſſit: quam cùm Antiopæ ſorori reſtitueret, accepit pretium, arma reginæ & baltheum. Nam hæc quoque ex eo bello reportare fuerat iuſſus ab Euriſteo.

menalippides, poeta Melius genere, ſcripſit Dithyrambicorum plures libros & poëmata lyrica, & epigrammata, & elegos. Huius ex filia nepos Menalippides Iunior, item poëta, ſcripſit Lyrica & Dithyrambica. Vixit, mortuúſque eſt apud Perdicam regem Macedoniæ. Suid.

menalippus, ciuis fuit Thebanus, qui cùm Tydeo ad Thebas vulnus lethale inflixiſſet, ille ſibi hoc mortis ſolatium à ſuis præſtari petiit, vt antequam moreretur, Menalippi caput ad ſe referrent, quod cùm non exiguo ſuorum, tum hoſtium ſanguine obtinuiſſet, feræ ritu dentibus dilaniauit, tandémque, veluti vindictæ ſatur, æquiore animo expiauit. Stat. Thebaidos 8.

menalippus, Tydei frater, quum Tydeus in venatu fertur peremiſſe, obq́ue id fratricidium exulaſſe.

menalippus Troianus, ob virtutem, à Priamo filij loco amatus.

menander, Athenienſis, comicus nouæ comœdiæ ſtrabus fuit, mente acutus, amore in mulieres inſanus: ſcripſit fabulas LXXX. & epiſtolam vnam ad Ptolemæum regem, aliáque nonnulla ſoluta oratione. Hæc Suid. Quintilianus autem de eo, ſic lib. 8. Menander, inquit, meo iudicio diligenter lectus, ad cuncta quæ præcipimus efficienda ſufficit. Ita omnium imaginem in vita expreſſit, tanta in eo inueniendi copia & eloquendi facultas, ita eſt omnibus rebus, perſonis, affectibus accommodatus, vt omnibus eiuſdem operis authoribus tenebras obduxerit. Porrò tanto fuit in pretio, vt etiam inuitatus ſit à regibus Ægypti, oblatis magnis honoribus & diuitiis.

menander, Laodiceus ſophiſta, ſcripſit commentarios in artem Hermogenis & in Præexercitamenta Mintiani. Suid.

menander alius. Simoni Mago ſucceſſit: non ſolùm eius referens impietatem, ſed longè ſuperans, maioribus portentis efferebat, ſeſe ſeruatorem dictitans, ex Olympo ad hominum ſalutem demiſſum, docénſque nullo pacto angelos ab hominibus vinci, aut cogi poſſe, quàm artis magicæ diſciplina & baptiſmo ab eo traditis, ex quibus immortalitas humano generi proueniat. Iuſtinus & Euſeb. li. 3.

menander, Pergamenus hiſtoricus.

menanini, Siciliæ populi. Plin.

menapia, Bactrianæ vrbs. Ptol.

menapij, populi, qui ad vtramque Rheni ripã habitant, iuxta Neruios, ſed ad mare proximi, qui hodie vocantur Geldrenſes, ſiue, vt alij volunt, Iuliacenſes, qui ſub duce Cleuenſi ſunt. Strab. lib. 4. Gallicè *Gueldres & Cleues & Iuilliers*, quibus Brabantos & Flandros adiicit Ortelius. de his Strab. Cæſ. & Tac.

menapiſcus pagus, cuius in Archiuis cœnobiorum, Gandenſium, & in legibus Caroli Magni ab Anſegigo monacho collectis, frequens eſt mentio, vt Dinæus teſtatur: hodie Flandriæ comitatus eſt, eodem authore & Meyero Flandria, vt hoc his addatur proauorum memoria. *Ruthenia* vocabatur, teſtibus Lhuydo & Cœnali.

menaria, melius per diphthongum æ ſcribitur, inſula Plin. lib. 5. cap. 5. contra Magonem, ſic dicta à piſcium multitudine, qui mænæ dicuntur.

menariacum, ponit Antoninus inter Caſtellum & Cameracum in Gallia Belgica *Mergen*, vel, vt Galli pronunciant, *Meruille* in eius locum conſtituitur: pagus eſt Flandriæ ad Lyſam fluuium.

menas, Samnis quiſpiam, qui in ſolitudine ac paupertate vixit curandis apibus intentus: neque tamen deerant adeuntium dona, quæ ad bonam frugem ſolebat conuertere, vide Menus.

mende, vrbs Siciliæ prope Palicos, inde Mendæus. Steph.

mendæi, Thraciæ gens Pauſan.

mendæ, vrbs Thraciæ, à Mende vel Mendi muliere. Inde vinum Mendæum. Steph.

mendela, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolem.

mendes, vrbs Ægypti, iuxta Lycopolin, vbi Pana & hircum colunt. Hircus Ægyptiorum lingua Mendes appellatur, Ciuis, Mendeſius aut Mendites.

mendeſium, vnum ex Nili oſtiis. Plin. libr. 5. cap. 10.

mendeſius, vrbs Ægypti, à qua Mendeſium vnguentum dicitur, vide Mendes.

mendiculea, Luſitaniæ vrbs. Ptol.

mendus circa Cariam vrbs. Porphyrogenneta.

mendoza, familia illuſtris in Italia, à Roderico quodam originem traxit.

meneceus, Creontis Thebanorum regis filius, Stat. 7. Thebaid.

——*video qua noſter ſigna Menœceus,*
Qua noſter gerat arma Creon.

meneceus, oraculo edito largitus eſt patriæ ſuum ſanguinem. Cic. in Tuſcul. quæſt. circa finem lib. 1. vide Menœceus.

menecina, vrbs Œnotriæ in mediterraneis, à qua Menecinei & Meneceni populi. Steph.

menecis, vrbs Phocenſium vltima, quæ ad occaſum vergit.

Menecrates, Syracuſanus medicus, nullam dicitur

dicitur accepiſſe mercedem medendi. Curabat in primis ſacrum morbum. tantùm hac mercede contentus, vt literati, ſe ipſius eſſe ſeruos faterentur: ſe verò Iouem appellabat. Ælianus variæ hiſt. lib.12 cap 51.

menecrates, comicus poëta. Suid.

menedemium, vrbs Lyciæ. Gentile, Menedemius vel Menedemicus. Steph.

menedemus, Philoſophus nobilis inter Socraticos, Phædri diſcipulus, pauperis architecti filius, ex Eretria ciuitate, à quo philoſophi Eretriaci dicti ſunt. Eretria verò in Eubœa eſt. Strab. li.9. Hic militiam primò exercuit, poſtea ad Platonem conceſſit: fuit honeſtate & grauitate inſignis: ſtatus corporis in eo ſene, vt in iuuene fuit firmus & validus. Et cùm primùm ab omnibus ludibrio haberetur: poſtea in tanta admiratione habitus eſt, vt ciuitatis gubernacula ei traderentur. Obiit vitæ ſuæ anno ſeptuageſimo tertio.

menedemus Lampſacenus, Cynicus, qui in eam prodigioſam venerat ſuperſtitionem, vt ſumpto habitu furiæ, prodiret, dictitans ſe exploratorem ex inferis veniſſe, delaturum dæmonibus mortalium peccata. Pullatus ambulabat cum tunica talari adſtricta balteo puniceo. Arcadium pileum geſtabat, cothurnos tragicos, virgam in manu Laertius.

menegere, Africæ propriæ vrbs. Anton. item Menegeſes, oppidum apud eundem.

menelaium, parua regio Spartæ. Gentile, *μενελαιεὺς*, Poſſeſſiuum, Menelaicus: ſed ab Ægyptia vrbe Menelaites dicitur. Steph.

menelaus filius Atrei & Aëropes, vt Homerus tradit: Pliſthenis verò, vt Heſiodus, & frater Agamemnonis rex Spartæ, qui Helenam Iouis & Ledæ filiam vxorem habuit: quam cùm Paris Priami filius, eo abſente rapuiſſet, legatos ad Paridem miſit, qui illam repeterent, qui cùm re infecta rediiſſet, omnes totius Græciæ principes ad bellum conuocauit: qui collecta mille nauium claſſe, ad vnum ſub Agamemnone rege in excidium Troianum coniurarunt. Qui cumque iam tota Phrygia atque Myſia deuaſtata, Ilium Priami regiam decennali bello oppugnaſſent, tandem fraude magis, quàm viribus expugnauerunt: atque ſic egregiam ſuam coniugem recepit, conſcenſaque naui poſt octauum erroris annum domum rediit. *Tanta mulieris erat infame reducere ſcortum.* Homer.

menelaus, vrbs Ægypti, Straboni libro 14. & regio, Menelaitus.

menelaus quidam, cùm ſacerdotium Iudæorum per fraudem adeptum duodecim annis occupaſſet, ab Antiocho Epiphane, Syriæ rege interfectus eſt, 2. Macch. 14.

meneleus, vnus ex Centauris.

meneleus, vnus ex Canibus Actæonis. Ouid. 3. Metamorph.

Harpalos & Meneleus, hirſutaq; corpore Lachne.

menenia, gens Romæ fuit, ex qua Agrippa Menenius C.F. Lanatus Cos. cum P. Poſthumio anno CCL. Caſſiodorus.

menephron viri proprium, qui cum matre concubuit. Ouid. 7. Metam.

menes Herodoto primus omnium hominum in Ægypto regnauit, ſub quo tota Ægyptus præter Thebas plaga paluſtris fuit.

menesthai portus, Ptolemæo & Straboni Hiſpaniæ Bœticæ vrbs, quam hodie *Puerto S. Maria* vocant, vt teſtantur P. de Medina & Florianus. *Beſippo* Plinij eſt, vt credit Villanoua.

meneſtheus Petei filius, Erechthei regis pronepos, vndecimus Athenienſium rex annos 24. regnauit. Hic ſeditione in abſentem Theſeum rege Athenis excitata, regnum occupauit ope Tyndaridarum, quorum ſororem Helenam ille rapuerat, deinde cum cæteris Græcis ad Ilium expugnandum profectus ibi mortuus eſt.

meneſthius Arithoi & Philomeduſæ filius, ex Arna ciuitate, quem Paris in bello Troiano occidit. Homer. initio lib. 7. Iliad.

meneſtho, nomen Nymphæ, à memorando dictæ, vnde Meneſtheus, proprium nomen aurigæ Diomedis. Vide Meneſthius.

meneſtratus, ſculptor præſtantiſſimus, qui Epheſi in templo Dianæ Hecaten tanta marmoris radiatione inſculpſit, vt in eius contemplatione æditui admonerent oculis parcere.

menia colũna, locus Romæ. Cic. pro Seſtio.

meninx, inſula Plin. lib 5. cap. 7 circa Africam clariſſima longitudine XXX. M. paſſuum, latitudine XXV. ab Eratoſthene *Lotophagitis* appellata. Stephanus inſulam & vrbem eſſe ſcribit iuxta Syrtes. Gentile, Meningius.

menippus, Phœnix, philoſophus Cynicus, nihil memoria dignũ edidit: porrò ipſe, libe. ſque eius riđdi Cũq; habendi cupidiſſimus eſſet, bonis amiſſis laqueo vitã finiuit. Diogenes Laert.

menippus, poëta comicus. Suid.

menippus, Stratonicenſis, in tota Aſia diſertiſſimus præceptor Ciceronis, vt ipſe in Bruto teſtatur. Alium præterea eius nominis Macrobius adducit Menippum, quem philoſophum & ſeruum fuiſſe tradit: ſcripſiſſéque libros, quos in Satyris Marcus Varro imitatur, quas Menippeas nominauit: alij verò Cynicas.

menismini, populi Æthiopiæ, qui viuunt lacte cynocephalorum, quorum armenta paſcunt, maribus interemptis niſi ſobolis gratia.

menius Lycaonis filius: qui cùm patre in lupum verſo & domo conflagrante, Iouem deteſtaretur, ab eo fulmine percuſſus eſt.

menius, Conſul Romanus anno ab vrbe 430. deuictis nauali prælio priſcis Latinis ac Antia-

tibus, eorum roſtra nauium ærata in foro poſuit, appellaríque forum Roſtra cœpit. Liuius lib.8. Plin.34.c.5.

menlaria Hiſpaniæ vrbs, vulgò *Marcia*. Ptol. lib.2.c.6.

menlaſcus, Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius, quem Pomponius *Magrada* vocat. *Oria*, hodie.

menna, pater Melcha, ſiue, vt Græcè habetur, Melea, Luc.3.

menna, epiſcopus Byzantius, anno Chriſti 536.

menneianæ, Pannoniæ vrbs. Antonin. *Manſpurg*. Lazio.

menni, nomen regionis, Ierem.51. Lat. præparatio, vel munus, aut numerus.

mennith, vrbs in terra Gad. Iudic.11. idem ſignif. quod Menni.

menobardi, Armeniæ maioris populi. Plin.

menocaleni, Alpium incolæ inter Tergeſtum & Polam. Plin. *Mingeſtal*. Lazio.

menodotus, medicus inſignis ætate Serapionis, cuius meminit Gaditan. in Therapeut.

menœceus, iuuenis Thebanus filius Creontis: qui pro patriæ ſalute ſanguinem ſuum, atque adeò vitam ipſam ſponte profudit. Nam cùm Thebani eo tempore, quo ab Argiuis obſidebantur, redditum eſſet oraculum, vrbem ſaluam fore, ſi vltimus ex Cadmi poſteris, ſpontanea ſe morte manibus eius deuoueret, intelligens Menœceus oraculum illud ad ſe pertinere, nihil cunctatus, ſuo ſibi gladio necem conſciuit. Statius 10. Thebaid. Cicer.1. Tuſcul.

menœcis. Vide Menecis.

menœtes, vnus ex ſociis Æneæ, qui gubernator fuit nauis, cui nomen erat Centauro. Vir.5. Æneid.

menœtius, Homero, filius Actoris ex Ægina, quam vitiatam Iupiter illi coniugem dederat. Hic poſtea relicta Ægina matre, in Opuntem Locrorum ſe contulit, ibíq; Patroclum ex Sthenele vxore ſuſcepit, qui ab eo Menætiades appellatur.

menoba, ciuitas in Hiſpania inter ſacrum promontorium & columnas Herculis. Strab.

menoida, Palæſtinæ vrbs lib. Notit.

menoles dictus eſt Dionyſius. Vide Mænoles.

menon, fuit arrogantiſſimus ſophiſta Socratis ætate Plut. in bello de multiplici amicitia.

menophilus, Eunuchus, cui Mithridates à Pompeio victus filiam ſeruandam dedit in arce quadam: quam cùm Manlius priſcus obſediſſet, defenſoréſque deditionem parantes Menophilus ſentiret, veritus ne parentis opprobrio puella nubilis captiua ſupereſſet, interfectâ illâ, mox gladium in viſcera ſua compegit, Ammianus Marc.16.

menophilus, alter apud Martialem. lib.7.

menophis, rex Ægypti circa annum ante Romam conditam 662.

menoſca, oppidum Vardulorum in Tarraconenſi Hiſpania. Plin. lib.4. cap.20. Ptolem. lib.2. cap.7.

menoſgada, Germaniæ oppidum, Ptolemæ. *Egra* in confinibus Bohemiæ eſt. Appiano.

menotharus, fluuius in Mæotim influens. Pli. lib.5. cap.7.

mentalia, Ptolemæo Conteſtanorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs. *Briar de Melena* Ariæ Montano. Latini codices Menlaria legunt. Vulgò *Marcia*.

menta, Plutonis concubina, quam Proſerpina zelotypia impensè laborans, in herbam eius nominis commutauit. Strab. li.8.

mentaurus, vide Molus.

menteſani, qui & Oretani, Hiſpaniæ populi, Plin. lib.3 c.3.

mentiſa, Hiſpaniæ vrbs, Ptolemæo, alio nomine Menteſa, vulgò *Iaen* aut *Mentexa*, oppida inuicem vicina. Vaſæus ex Reſendio, dicit *Menteio* eſſe in Bætica.

mentoas, fluuius olim dicebatur, quem nunc (Euſtachio in Dionyſium teſte) Iſtrum ſiue Danubium appellamus.

mentor, vaſis cælandis mirus artifex. Plinius libro duodecimo capite 11. Hinc Mentoreus, rea, reum.

mentor, Aſiæ maritimæ præfectus, ſub Artaxerxe Perſarum rege, omnes eius regionis ciuitates vi aut dolo regi ſubiecit.

mentores, populi fuerunt in Illyrico. Plin. lib. 3. cap.21.

mentyrna, vrbs Samnitum in Italia: Gentile, Mentyrneus.

menuthias, inſula Auſtralis, Ptolemæo libro quinto cap.9. ad Æthiopiam, hodie *Madagaſcar*, ſiue inſulam S. Laurentij nominant, licet accolæ ſint Mahometiſtæ: Gentile, Menuthieus.

menuthis, vicus Ægyptius iuxta Canobum, Gentile, Menuthites. Steph.

menus, vir fuit inter Samnites natus, qui mirè ſolitudinem amabat, in qua nequid per otium perperam faceret, apes curabat. vide ſupra Menas.

menus, Bocatio, Germaniæ fluuius eſt in quo ſilurum aiunt piſcem equos innantes deorſum trahere. Mœnus potius per œ, qui Francfordiam alluit, nec procul inde Rheno iungitur. Vide Mœnus, vulgò *Mein*.

mephaath, ciuitas Leuitarum in tribu Ruben, in terra Moab. Ioſias 13. & 21. Ieremias 48. huiuſnè aquarum apparitio, ſiue aquarum impetus.

mephitis, Dea odoris grauiſſimi, id eſt graueolentis. Alij Mephitim deum eſſe volunt Leucotheæ connexum: ſicut eſt Veneris Adonis,

nis Dianæ Virbius. Alij Iunonem intelligunt, quam aërem eſſe conſtat. Aedem mephitis in Amſanctis habet Plinius, quam qui intrauêre moriuntur. Mephitis ſiue Meſitis putor terræ eſt, qui de aquis naſcitur ſulfuratis: Nam vox illa Syriaca ſonat grauẽ exhalationem. Virg 7. Aeneid. *Nemorum quæ maxima ſacro Fonte ſonat, ſæuamque exhalat opaca Mephitim.* Vide Seruium.

Mephres, rex Aegypti circa annum mũdi 250.

Mera, ſacerdos Veneris. Stat. 8 Theb.

Mera, Prœti & Antiæ filia, quæ cùm venerationi dedita, Dianam per nemora ſequeretur, à Ioue conſpecta eſt, & adamata: qui cùm nulla ratione caſtiſſimæ puellæ animum ad ſui amorem poſſet pellicere, ad dolum confugit, Dianæque figura aſſumpta, vim intulit. Quamobrem cùm Dianæ conſortium illa deinde fugeret, nec vocanti deinceps Deæ parere vellet, ſuſpicans ne Iupiter aliquis ſub eius imagine lateret, telis eius eſt confoſſa, tandemque deæ eiuſdem miſeratione in canem mutata. Ouid. 7. Metamorph.

Mera, canicula Erigones, quæ cùm Icarium herum ſuum à paſtoribus interemptum videret, & in puteum coniectum, ad filiam herilem redijt, veſtéque eius mordicus arrepta, ad patris cadauer eam perduxit. Cúmque Erigone patris deſiderio, doloriſque impatientia laqueo ſibi necem conſciuiſſet, Mera quoque dominis ſuis ſpiritu ſuo parentauit. Iouiſque miſeratione in cœlum eſt tranſlata, & in ſtellam Caniculæ conuerſa. Vide Icarius & Erigone & Auſerius.

Meraioth, filius Achitob, 1. Par. 9. filius Zaraiæ filij Ozi. 1. Par. 6. Lat. amaritudines, vel rebelliones, aut permutationes.

Merala, limes Zabuloniæ tribus. Ioſ. 19. ſopor, vel inebriatio, aut amaritudo aſcenſionis vel holocauſti, aut myrrhæ holocauſtum ſiue filium aut docens holocauſtum, vel aſcenſum.

Merari, filius Leui filij Iacob, Gen. 46. 1. Paralip. 6. Lat. amarus, ſiue irritatus, aut prouocatus.

Mercemanni. Vide Marcomanni.

Mercuria, mulier, propter religionem Chriſti ſub Decio imperatore apud Alexandriam ſupplicio affecta, Eccleſ. hiſt.

Mercurius, Iouis & Maiæ filius: ita dictus à mercibus, eò quòd negotiatoribus præſidere exiſtimaretur. A Græcis Hermes dicitur, ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν, hoc eſt, ab interpretando. Varijs à Poëtis appellatur nominibus: nam modò Longius dicitur, modò Argiphontes, modò Nomius, modò Cyllenius. Præter hunc tres alij fuiſſe Mercurij dicuntur: vnus Cœli & Diei filius, alter Liberi & Proſerpinæ: tertius Iouis & Cyllenes, quem fama eſt ob Argi cædem profugum, literas Ægyptijs oſtendiſſe. Verùm cunnes ad Maiæ filium referuntur: cui idcirco alas in capite & pedibus attribuunt, eo commento ſignificare volentes, velocem fieri per aëra ſermonem. Ideò autem deorum nuntium dictum, quoniam per ſermonem omnia cogitata enuntiantur. Dictus eſt deus facundiæ, quòd hominibus eloquentiam præſtare putabatur. Habitus eſt etiam deus mercatorum, lucri, paleſtræ, furum. Lyram inuenit, Hermaphroditum ex ſorore Venere genuit, Martem è duris carceribus liberauit: Argum interemit: Prometheum in Caſo religauit. Eſt etiam Mercurius vnus ex ſeptem planetis, cuius corpus cunctorum ſiderum minimum, ferè ſemper ſubeſt radijs ſolaribus à quibus non recedit longiùs, quàm viginti octo gradus. Aſtronomis στίλβων dicitur, quod eſt radians. Vnde etiam peruſtus fingitur, quòd Soli vicinior ſit, quàm reliquæ ſtellæ. Cicero tertio de natura deorum.

Mercurius Triſmegiſtus Philoſophus Ægyptius antiquiſſimus, ſcripſit plurimos libros de philoſophia diuina: quorum quædam fragmenta hodie etiam extant.

Mercurius Grammaticam inueniſſe creditur, pluribus rebus nomine dato.

Mercurius, qui & Ioannes LIV. Rom. epiſcopus, ſub annum ſalutis 532.

Merecrates, medicus Syracuſanus, qui nullam ab eis mercedem accipiebat quibus medebatur. Curabat in primis morbum regium hac lege, vt liberati ſe eſſe ipſius ſeruos faterentur, cúmque Iouem appellarent: ferúntque in id tumoris fuiſſe inuectum, vt quandoque ad Ageſilaum Spartæ regem hoc modo ſcriberet: Merecrates Iupiter Ageſilao regi ſalutem. Subridens Ageſilaus reſpondit: Ageſilaus Merecrati ſanitatem. Plut. in Apoph. & Cæl. capit. 38. lib. 6. Dicitur & alio nomine Menecrates, de quo ſuprà.

Mered, filius Bethiæ filiæ Pharaonis, 1. Paralipomenon 4. Lat. rebellis, vel deſcendens, aut imperans.

Meremoth. i. amaritudo, ſiue myrrha mortis aut altitudines, vel deceptiones, nomen viri, 1. Eſdras 8.

Meres, Æthiops, rex Ægypti. Olympiad. 22.

Meribbaal, filius Ionathan filij Saul. 1. Paral. 8. 9. Lat. rebellio vel impugnatio idoli vel dominantis, ſiue ſubijcientis aut poſſidentis.

Merimuth, vel Meremoth, i. fraudulentia, aut amaritudo: vel myrrha mortis, ſiue altitudines, nomen viri. 2. Eſd. 3. & 10. & 12.

Meribanes, Iberiæ rex ſub annum ſalutis 362.

Meriones, auriga Idomenei, & cum eo dux nauium quæ è Creta venerant ad Troiam, fortitudine marti, vel martis ipſius iudicio, comp

parandus, Homerus in Catal.

Meritus, mons eſt in tertio Europæ ſinu.

Memerois, dux exercitus Perſarum, ſub Coſroo rege.

Memeroes, Centaurorum velociſſimus, qui ea in pugna, quam in Pirithoi nuptijs aduerſus Lapithas commiſerunt Centauri, grauiter vulneratus, vix fuga ſalutem quæſiuit. Ouidius 12. Metamorph.

Mermeſſos, vrbs Troica, patria Erythrææ Sibyllæ: Gentile, Mermeſſius & Mermeſſeus. Stephanus.

Mero, dictus eſt Tyberius Nero periocum, quòd impendio vinoſior eſſet. Tranquillus in Tiberio.

Merob primogenita regis Saul. 1. Reg. 14. Lat. pugnans, ſiue obiurgans, aut multiplicans: vel Syriacè Magiſterium.

Merobandes, conſul cum Gratiano Aug. anno ab vrbe 1130. Iterum Saturnino ſexennio pòſt.

Merodach, rex Babyloniorum. Iſa. 39. qui 4. Regum 29. dicitur Berodach. Lat. amara contritio vel myrrha puriſſima.

Merodacus, Sicambrorum rex XIV. Olympiad. 164.

Meroe, roes, inſula Nili omnium, quæ eo fluuio ambiuntur, longè maxima: quippe cuius longitudo ad tria millia ſtadiorum latitudo ad mille extendatur. Vrbem habet eiuſdem nominis inſulæ totius caput à Cambyſe conditam, & de nomine ſororis ibi defunctæ, Meroe appellatam. De hac ita ſcribit Herodotus: Meroe fuit olim regni caput: clypei figuram ea inſula imitatur, ad tria millia ſtadiorum cum Nilo protenſa. Accolunt paſtores eam qui paſſim venantur, & agricolæ qui aurifodinas habent. Effodiuntur in ea aurum, argentum, æs, ferrum, ebenum: præterea fert & lapidum multiplex genus: diſtátque à Syene quinque millibus ſtadiorum, vltra quam eſt ad torridam Zonam. Alia eſt Meroe Antiochenæ iuxta Daphnem orientem verſus: Gentile, Meroæus, aut Meruſius, Poſſeſſiuum, Meruſiacus. Eſt & Meroe, ciuitas Lyciæ, Stephan. Vide Meruſium. priùs *Saba*, Ioſepho & Cedrino teſtibus, hodie *Guguere* dicitur, vt ſcribit Caſtaldus. Multas huius inſulæ appellationes profert Theuetus, quas vide apud Ortelium in Theſ. geograph.

Merom, i. altitudines, aqua ſeu flumen in terra Chanaan, iuxta quod gentes conuenerant aduerſus Iſraelitas. Ioſ. 11. Hieron. in locis Hebraicis. Merum vicum fuiſſe dixit in XII. milliario vrbis Sebaſte, iuxta Dothaim.

Merome, i. altitudines, ſiue amaritudo aquarum, nomen loci. Iud. 5. Vbi alij interpretes pro in regione Merome, legunt, in excelſis campi.

Meron, lacus Iordanis eſt. vbi Ioſue Iabin regem Aſor cum alijs montium regibus fudit.

Merope, olim dicta inſula, quæ poſtea Siphnus. Steph.

Merope, inſula (vt quidam exiſtimant) à Merope terrigena, Triopæ filio. Pli. li. 5. ca. 3.

Merope enim dictus eſt vnus ex terrigenis gigantibus illis, qui affectaſſe regnum cœleſte finguntur, hoc eſt, qui turrim Babel extruxerunt, in qua ædificanda, cùm interuenerit linguarum confuſio, vocúmque diuiſio, qui eam moliebantur, dicti ſunt meropes, id eſt diuerſarũ vocũ.

Merope, vna filiarum Atlantis ex Pleione Nympha, cuius ſtella ex ſeptem Pleiadibus obſcuriſſima apparet, quòd cùm ſorores omnes dijs nupſiſſent, ſola Siſypho nupſerit homini mortali. Ouid. 4. Faſt.

Meropia, vna eſt inſula Cycladum: quæ alijs nominibus & Siphnos, & Acis appellatur. Plin. lib. 4. cap. 11.

Meropes, inſula eſt Cariæ adiacens quæ notiore nomine Cos appellatur. Plinius lib. 5. cap. 31.

Meropus, mons Græciæ, iuxta Theſſaliam, varijs præruptus anfractibus, vnde & nomen habet. Nam cum ex variis anfractibus vndique referente Echo, voces diuerſas reddat, ab effectu etymologiæ appellationem ſortitus eſt.

Meros, ſiue merus, mons in finibus Indiæ, in cuius radice Dionyſius in Indiam proficiſcens. Nyſam vrbem condidit. Curtius libro 6. Inde Græci mentiendi traxere licentiam. Iouis femore Liberum patrem fuiſſe celatum, Græcè enim *μηρὸς* femur ſignificat. Plin. lib. 8. c. 39. eum *Nyſam* nominat: à Suida *Nyſeium* vocari creditur, ab vrbe cognomine ei vicina. Polianus lib. 1. ſtratagematum aliter de hoc monte, eum enim *Tricoriphum* dictum ſcribit à tribus cacuminibus, quorum vnum vocatur *Coraſibis*, alterum *Condaſce*, & tertium *Merus*.

Meroueus, Francorum rex tertius à Pharamundo. Annal. Franciæ.

Meroz, vrbs Galilææ. Iud. 5. Lat. ſecretum vel macies.

Meres Æthiops, Ægypti, Olymp. 22. Vide meres.

Merthes, rex fuit Ægypti: qui cornicem habuit vſque adeò cicurem, vt quoquò iuſſiſſet ille, epiſtolas deferret, non ignorans quò tranſuolandum eſſet, & vbi conſidendum.

Merula, fluuius qui Albingæ ciuitates latus alluit, alio nomine Centena dictus, quia centenis amnibus augeatur.

Meruſium, parua regio, cuius incolæ Meruſij. Diana quoque *μερσίωτα* cognominatur. Locus abeſt Syracuſis per ſtadia ſeptuaginta. Aliqui à Meroe Æthiopiæ dictam volunt. Steph.

mes, filius Aram. Geneſ. 10. qui 1. Par. dicitur Moſoch. Ab hoc Meones traxerunt originem. Lat. auferens vel tangens.

meſa, rex Moab. 4. Reg 3. filius item Caleb fratris Ierameel, 1. Par. 2. Lat. ſalus, vel aqua ſalutis, aut aquas aſpiciens.

meſa, fluuius notus per Leodium fluens, & per Brabantiam ac Geldriam, vulgò tamen *Moſa* dicitur, & coniungit ſe cum Rheno.

meſach, qui & meſech, Meſiam [illegible] condidit, quæ Cappadocia appellatur.

meſanites, ſinus nominatur à Martiano in Perſici maris deſcriptione. Steph.

meſapia, Apulia à Meſapo rege dicta, Strabo lib. Bœotia etiam, Stephan. teſte *μεσσαπία* priùs vocabatur: item inſula quædam, de qua in Galabria, pro qua Meſſapia aliàs per duplex ſſ ſcribitur.

meſapia, Stephan. regio Apuæ, Tarenti vicina, Gentile Meſapius.

meſapus, Neptuni filius, inquit Seruius, per mare ad Italiam venit. Vnde Neptuni dictus eſt filius, quem inuulnerabilem ideò dicit, quia nuſquam periit nec in bello, Ignem autem ei nocere non poſſe propter Neptunum dicit, quia aquarum deus eſt. Ab hoc Ennius dicit ſe originem ducere. Seruius in ſeptimo Æneid.

meſe, ſes, ventus inter Boream & Cæciam medius, vnde & nomen habet: Plin. lib. 2. cap. 47. Vide Meſene, eodem etiam nomine vrbs continetur, quæ *Pomponiana* Plinio dicitur: eadem Themiſta Martiano.

meſech Vide Meſachus, ſeu Moſchi.

meſelemia, nomen viri, 1. Par. 26. Lat. pax Domini, aut profectio Domini, vel retributio Domini, aut parabola Domini, vel dominium Domini.

meſembria, vrbs Pontica: Ciuis, Meſembrianus. Strabo ſcribit antea *Menebriam* dictam *Meſambria* per a in ſecunda legit Herodotus. Sophianus *Meſimbria* hodie vocari tradit, pro Meſembria *Ermenum* habet Tzetza.

meſembria, vrbs Thraciæ Megarenſium colonia, quam antea Menebriam vocabant, quaſi Menapolim, id eſt Menæ ciuitatem. Eius enim ædificator Menas appellabatur. Bria verò, ſermone Thracio ciuitas vocatur, vt refert Strab. lib. 7. Hinc Meſembriacus.

meſene, vel meſenia, eadem regio quæ Adiabeda Vide infra Meſſene.

meſentius. Vide Mezentius.

meſeus. Vide Moſæus.

meſezebel pater Barachiæ, 2. Eſd. 3. Lat. auferens fluxum Deus, vel ex Hebr. & Syro liberatio vel ſalus Dei.

meſia, prouincia quæ Pannoniæ iungitur ad Pontum vſque cum Danubio decurrens.

meſia, Pompon. lib. 3. palus eſt. Sunt qui hoc nomen cum œ diphthongo ſcribunt, alij cum ypſilo. Vide infrà.

meſizabel, nomen viri 2. Eſd. 10. idem ſignificat quod Meſebel.

meſola, vrbs Laconiæ, vna ex quinque. Gentile Meſolates, vt à *μεσόα*, Meſoates. Stephan. Eſt etiam vrbs Arcadiæ quam quidam putant ab Homero *Hiram & Hieram* appellatam.

meſoli cuiuſdam filius fertur Dexamenus. Vide Dexamenus.

meſolam, filius Sapharie, 1. Par. 9. filius item Sadoc. ibidem.

meſomedes, poeta Adriano principi chariſſimus, ſcripſit in laudẽ Antinoi liberti ſui. Suidas.

meſon, aſtrologus ex his vnus, qui Athenienſibus adſcriptus fuit nauigaturis in expeditionem Siciliæ, onus detrectare cupiens tempeſtatẽ futuram prædixit. Cúmq; propterea minimè proficeret, ſimulauit inſaniam, atq; hoc modo miſſionem impetrauit. Ælianus de varia hiſtoria, li. 13. c. 12. Metonem appellat. Vide ſupra Melon.

meſopontius, Neptunus, in Ereſſo Leſbi ciuitate colitur. Steph.

meſopotamia, regio Aſiæ latiſſima. Tigrim habens ab Oriente, Euphratem ab Occidente, à meridie Babyloniam, à Septẽtrione Caucaſum. Meſopotamia dicta ab eo, quòd media ſit inter duos fluuios Tigrim & Euphratẽ. Hęc regio etiã dicta eſt Seleucia, vt refert Pli. li. 6. Gentile, Meſopotamites. Ab Hebræis dicitur *Aram Naharaim*, i. Syria fluuiorum, ſ. duorum: nam dictio ipſa dualis eſt numeri. Itẽ dicitur *Padan Aram*, i. redemptio ædis: vel Syriacè conjunctio ædis. Nunc dicitur *Halapia*, teſte Oliuar. in Melam, Meſopotamiam fertilẽ efficit Euphrates, in quã quotannis quaſi nouos agros inuehit. Cicer. 2. de Nat. deorum. Steph. *Adiabene* eſt: recentiores *Azamia* habent. *Diarbech* Bellonio dicitur.

meſpanenſe, vnũ ex oſtiis Rhodij fluuij, aliàs Rhodani, Hiſpanienſe Plinio vocatur li. 3. c. 4.

meſphar, nomen viri, 1. Eſd 2. Lat. numerus vel narratio, aut librarius vel ſcriba, ſiue tributi taurus.

meſpharath, nomen viri, 2. Eſd. 7. Lat. numerus, vel narrans, aut tributi fructificatio vel augmentatio.

meſphe, in monte Efrim prope Silo domicilium Samuel, vide Maſapha & Maſpha.

meſraim, filius Cham, Gen. 10. hoc Ægyptus Hebræa lingua Meſraim nuncupatur: quæ & ſępe in ſacris literis dicitur terra Cham, à Cham filio Noe, Pſal. 105. Hieronymus in quæſtionibus Hebraicis Lat. anguſtiæ ſiue tribulationes.

meſſa, regio Iudææ Hier. in locis Heb. in qua habitauerunt filij Iectan, Gen. 10. Lat. Deus, vel aſſumptio, & aliquando tranſitiuè. Prophetia.

meſſa, nomen viri, 3. Reg. 11. Lat. eradicatio

ſiue conculcatio.

Meſſaba, vrbs Carum. Gentile, Meſſabeus. Ste.

Meſſabatæ, Ptol. Perſidis ſunt populi. *Sabtha.* Hebræis dici. Arr. Mont. tradit: horum tractum Caſtald. *Sauas* vocat.

Meſſal, ciuitas in tribu Aſer, Ioſ. 19. quæ & Maſſal. 1. Par. 6. dicitur. Lat. poſtulans, vel poſtulatus, aut commodatus, ſiue ſepulchrum, vel internus, aut fouea, ſiue ablatio, aut tactus Dei.

Meſſala, dictus eſt Valerius Coruinus, quia Meſſanam in Sicilia vicit, & vrbis captæ in ſe tranſlato nomine Meſſana primò, paulatímque vulgò permutante literas, Meſſala dictus eſt. Vnde & Meſſalarum familia Romæ florentiſſima, ex qua Meſſala Coruinus orator nobilis ortum habuit. Hic cùm prouectior foret, biennium antequam moreretur, adeò memoriæ ſenſum amiſit, vt vix paucula verba coniungeret, & nominis quoque ſui immemor eſſet. Tandem verò, vlcere ori innato ſeipſum inedia confecit. Cælius & Crinitus lib. 1. c. 11. Is orator fuit (Fabio teſte lib. 10. c. 1.) nitidus & candidus, & quodammodo præ ſe ferens nobilitatem ſuam, viribus tamen minor.

Meſſalemeth, mater Amon regis Iuda, 4. Reg. 21. Lat. ſolutio, aut pacificatio, vel perfectio, aut retributio, vel parabola mortis, aut dominium mortis.

Meſſalina, filia Barbari Meſſalæ conſobrini Claudij imperatoris. Quæ cùm adoleſcentula eſſet, ipſi Claudio ſeni nupta fuit, ſummæ libidinis mulier, ita vt innumeris adulteris ſe ſubmiſerit, & mutata veſte lupanaria celebrauerit. Quinetiam cum ſcorto famoſo aliquando certauit, & ſuperatam à ſe meretricem gloriata eſt, & ſe inter diem & noctem vigintiquinque paſſam concubitus affirmauit: præterea ſeſe labore potiùs feſſam, quàm concubitu ſatiatam deſtitiſſe. Tandem ab ipſo Claudio ſupplicio affecta eſt, cùm C. Silio nupſiſſet. Tranquillus in Claudio. Prodigioſam huius libidinem lege apud Iuuenalem Satyra 6. Tacitum lib. 11. & Plin. lib. 10. cap. 62.

Meſſalinus, Conſul cum Lago, anno ab vrbe 809.

Meſſalini, hæretici ſub tempore Valentis & Valentiniani AA. omne opus manuum fugiebāt, nihilque bonorum operum, præter orationem probabant, innumeris ſuperſtitionibus dediti.

Meſſana, vrbs Siciliæ, propinqua Peloro promontorio, à Meſſeniis Achaiæ populis condita, & à nomine relictæ ab illis vrbis ita appellata. Huius incolæ primùm, Meſſanenſes dicti ſunt: poſtea verò quum Mamertini natio Campana, eò colonos miſiſſent, ipſi quoque Mamertini potiùs, quàm Meſſanenſes ſunt vocati. Apud hos vinum naſcebatur præcipuæ nobilitatis, quòd & & ipſum Mamertinum dicebatur. Clariſſima autem eſt ex bellis Punicis, & Atticis etiam: fuit enim cauſa primi belli.

Meſſanicus. Vide Paduſa.

Meſſana, Straboni & Ptolem. Stephanus ſingulari legit. Cicer. contra Verr. eam *Mamertinam* & incolas *Mamertino*, vocat idem pro L. Corn. Balb. quoſdam mamertinos *Ouios* cognominat. hodie *Meſſina* nominatur. Strabo ſcribit eam olim *Zancle* dictam, ſed Zancle hodie vicus eſt prope Meſſanam, & Chiera appellatur, vt vult Aretius.

Meſſapeæ, parua regio Laconica, vbi colitur Iupiter *μεσσαπεύς*. Steph.

Meſſapia, idem quod Calabria, inſula. Vide per ſimplex ſ. Hanc Leander *Miſano* appellari ſcribit.

Meſſapion, Eubœa inſulæ mons dictus à Meſſapo quodam, qui inde in Italiam coloniam deduxit. Steph.

Meſſapus, vnus ex fortiſſimis Italiæ ducibus, qui Turno aduerſus Æneam ſuppetias tulit. Virg. 11. Æneid.

At Meſſapus equum domitor, Neptunia proles, &c. Vide ſuprà Meſapus.

Meſſapius, Sicyoniorum rex nonus circa annum ante Romam conditam 1213.

Meſſeis, Theſſaliæ fons, non procul à Pharſalo oppido, cuius meminerunt Plinius lib. 4. cap. 8. & Strab. lib. 9.

Meſſene, ciuitas Græciæ in Peloponneſo, à qua Meſſenij. De qua Hieronymus contra Iouinianum, Spartiatæ & Meſſenij diu inter ſe habuere amicitias in tantum, vt ob quædam ſacra etiam virgines ad ſe mutuò mitterent. Tandem verò Spartani Meſſenios propter frequentem defectionem, in ſeruitutem redegerunt: eóſque duriùs etiam quàm reliquos ſeruos tractarunt, ne denuò res nouas molirentur. Hinc adagium natum Seruilior Meſſena. Hi ſe nota literæ M. cognobiles reddebant. Plinius lib. 4. cap. 5. Frequentiùs Meſene per ſimplex ſ ſcribitur, vide Meſſana & Miſſenia.

Meſſenia, Peloponneſi regiuncula quam Stephanus etiā *Meſo* & *Meſene* per ſimplex ſ legit.

Meſſeniacus ſinus apud Ptolemæum ſic nominatur ea pars maris mediterranei, quæ Meſſeniam Peloponneſi regionem alluit. *Golfo de Coron* à Corone ciuitate Sophiano hodie vocatur *Aſinæus* dicitur à Strabone, ab Aſine eius vrbe.

Meſſias, Hebraicè: Græcè, Chriſtus: Latinè, Vnctus dicitur.

Meſſoa, vrbs Laconiæ & tribus eiuſdem: Gentile, Meſſoates. Steph.

Meſſogis, mons Lydiæ: inde Meſſogites, optimi vini ferax. Steph.

Meſſulam, pater Aſalia patris Saphan ſcribæ, 4. Reg. 22. Lat. pacificus, ſiue perfectus aut retribuens,

tribuens, vel parabola eorum, ſiue poteſtas eorum.

Meſthles, Homero, vnus ex his ducibus qui in Troianorum auxilium venerunt. Homerus 2. Iliad.

Meſua, Pomponio Galliæ Narbonenſis peninſula. *Meſe* Iohanni Poldo.

Meſuium, Ptol. li. 2. c. 11. Germaniæ vrbs, vulgò *Mayd.burg*, in Saxonia.

Metabeel, nomen viri, 2. Eſd. 6. Lat. Quàm bonus Deus, aut benefaciens Deus.

Metaboli. Vide Iſæum.

Metabus, Priuernatium tyrannus, Camillæ pater, qui à ſuis per ſeditionem regno pulſus, filiam fugæ comitem aſſumpſit, quam & Dianæ conſecrauit. Virg. 11. Æneid.

Metabus, Siſyphi filius, nepos Æoli, qui Metapontum in Italiæ finibus condidit. Steph.

Metacompſo, Ptolemæo Ægypti vrbs, iuxta Syenen, quæ *Aſuan* Zieglero dicitur *Tacampſo* Pomponio videtur, *Tacampſon* Plinio: quam & *Tauticen* quidam appellauêre. Steph. & Æthiopiæ inſula eſt propè Libyam: per o in ſecunda ſcribit Herodotus, eámque apud Elephantinam locat.

Metacom interpretatur à Barrio *Calaiat* Arabiæ fœlicis oppidum: hoc Metacum in Latinis Ptolomæi Codicibus nonnullis habetur, ſed in caſtigatioribus & Græcis *Cumacatum* legitur.

Metachœum, caſtellum Bœotiæ, inter Orchomenum & Coroneam, aliàs Metachœtum Steph.

Metageitnia, ſacra quædam in honore Apollinis Metageitnij apud Græcos inſtituta, quæ fiebant ſecundo Græcorum menſe, de quib. Gyraldus li. 17. hiſt. deorum.

Metagonium, promontorium Africam à Numidia diuidens, dictum quòd angulare ſit. Steph. vrbs eſt Libyæ: inde Metagonites. *Cabo de tres forcas* nominatur Caſtaldo. *de tres Arcas* Oliuario. Vide Numidia.

Metapa, vrbs Arcananiæ: Gentile Metapœus, vel Metapatus. Steph.

Metapinum, vnum eſt ex oſtijs Rhodani. Pli. lib. 3. c. 4.

Metapontis, inſula. Vide Syme.

Metapontum, Italiæ oppidum in ſinu Tarentino: à Pylijs qui Neſtore duce à Troia nauigauerunt conditum: adeò terræ prouentu & agricolatione fœlix, vt ea gratia auream æſtatem Apollini Delphico aliquando donum obtulerit, Pomp. Ptolemæo Metapontium dicitur. Steph. à Metabo Heroe dictum ſcribit, qui Siſyphi filius fuerit, Metapontum autem barbaros Metabum vocare. Ciuis Metapontinus vel Metapontius. *Torre di mar* Leander dicitur. *Thebeſa*næ caſtellum hoc loco nunc eſſe ſcribit Niger. *Vibo* aliquando vocata fuit, vt Solinus auctor eſt, ſic eam quoque nominat Cæſar lib. 3. bellorum ciuilium: item *Siris* nomen habuit, teſte Stephano & Euſtachio. Tzetza Chiliade 12. numero 404. illam quoque *Alybus* appellat. Idem Steph.

Metaris Æſtus, Ptole. ad latus Orientale Albionis inſulæ, *The vvaſhe* hodie videtur.

Metarus, Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius. Pt. *Mearus* apud Melam eſt, vt Pint. ſcribit.

Metas. vide Metaum.

Metaſthenes, Perſa hiſtoricus, floruit Olympiade 124.

Metaum, vrbs Leſbi: quam Metas Tyrrhenus condidit. Steph.

Metaurus, duo ſunt huius nominis in Italia fluuij apud Strabonem, vnum eorum in Vmbria ſtatuit. alij in Piceno, regione vicina ponunt. Hunc Leander, Niger & Bonacciolus *Metro* vocari aiunt. Alter in Brutijs eſt: cuius oſtium ex aduerſo Æoliarum inſularum deſcribitur à Plinio. Eum Niger *Angitulo* appellat. Bonacciolus, & Leander in ſua Italiæ deſcriptione *Seminara* dicunt nominari. Sed idem Leander *Metremo* indigat in ſuo inſularum Italicarum libello. In Italiæ autem deſcriptione, videtur duos fluuios ex Seminara & Metremo facere: ambos tamen in Brutio. Niger addit alterum à Catone in Originibus *Pactolicum*: & idem Barr aſſerit, ſed Pacolinum ille habet *Mataurus* per a in prima in marmoribus legitur. Stephanus item Mataurus habet, ſed pro Siciliæ vrbe.

Metelis, Pomponio Ægypti vrbs ad Nili oſtiũ. Stephano *Sechu* dicitur. *Roſetto* vocatur Italis: *Raſchit* Turcis. *Raſir* appellat Beniamin.

Metellus, pontifex Romanus, quem adeò impeditæ ac balbutientis linguæ fuiſſe tradunt, vt multis menſibus fatigatus, totúſque fuerit, dum meditaretur in æde Op feræ dicere. Multis diebus in Pontificatu vixiſſe perhibetur.* Is Metellus prænomine Lucius, conflagrante æde Veſtæ, Palladium Troia aduectum ſubtraxit ab incendio, magna quidem pietate, ſed euentu miſero: nam dum in flammas auidus ſe conijceret, orbatus eſt viſu. Plin. libro ſeptimo c. 44. Hic Metellus etiam primo bello Punico, de Pœnis ſpecioſiſſimum egit triumphum XIII. ducibus hoſtium, & CXX. elephantis in eo ductis.

C. Metellus, à domita Macedonia Macedonicus vocatus, prætor Pſeudophilippum & Achæos, quos bis prælio fudit, triumphandos Mumio tradidit. Inuiſus plebi ob nimiam ſeueritatem, ideò conſul ægrè factus, Liu. li. 50. Memorantur alij plures Metelli, vt Balearicus, Vittatus, quem Plin. Diadematum vocat.

Metellus, præterea Numidicus dictus, quòd de Numidiæ rege Iugurtha triumphauit, Cic. & Aul. Gel. c.6. li. 1. & li. 9. c. 1.

Metellus Creticus à deuicta Creta dictus. Plutarch. in Pomp. Metellus Dalmaticus à deuictis Dalmatis. Pædianus act. 3 contra Verr.

Metelli, plebei fuêre, vt ait Liu. libr. 9. verum clari victorijs & magiſtratibus, Cæciliique omnes appellati.

Metellus, Pœnis & Siculis, ſocia aduerſus Romanos arma parantibus, imperator cùm eſſet creatus, omnibus dijs, excepta duntaxat Veſta, ſacrificium fecit. Quæ cùm aduerſos claſſi ventos immiſiſſet, Caius Iulius vates eos ceſſaturos dixit, ſi antea filiam immolaſſet. Ille vrgentibus rebus, filiam nomine Metellam, immolaturus, abduxit. Dea verò adoleſcentulam miſerata, buculam ſuppoſuit, puellámque ad Lanuſium pater deferens, ſacerdotem eius, qui in eo loco colebatur, draconis fecit. Plutarch. Par.

Metenſes, populi Germaniæ inferioris. Vide Mediomatrices.

Metercoſa, Hiſpaniæ vrbs. Ptolemæo.

Methea, nomen loci, in quo caſtrametati ſunt filij Iſrael profecti de Thare, Num. 33. Lat. Dulcedo, aut ſuauitas.

Methone, ciuitas littoralis Peloponneſi, in Magneſiæ regione: quam cùm obſideret Philippus rex Macedonum, Alexandri Magni pater, oculum amiſit, ictu ſagittæ quam iecerat Aſter oppidanus, cui inſcriptum erat, Aſter telum Philippo immiſit in oculum, Ptol. li. 3. ca. 6. Hodie Modona: via peregrinantium Hieroſolymam à Venetijs.

Methone, vrbs Meſſeniæ, cuius incolæ à vicinis *Apoſphendoneti*, id eſt fundatum telis pulſi vocabantur, Plutarchus in quæſtionibus Græcis.

Methone, Steph. vrbs Thraciæ, Ciuis Methonæus. Alia eſt Macedoniæ. Abundat vino quod Græci μέθυ vocant, vnde nomen. Alia eſt Laconicæ, cuius Gentile, Methoxeus. Quarta, Perſidis: Quinta, Eubœæ.

Methuriades, inſulæ inter Æginam & Atticam prope Trœzenem: Gentile, Methurieus. Stephan.

Methydrion, vrbs Arcadiæ: Ciuis, Methydryeus, alia Theſſaliæ ciuitas Steph.

Methymna, Æoliæ oppidum.

Methymna, vel Methymne vrbs Leſbi, à Methymna Macaris filia vxore Lepydni: hinc Methymnæus. Stephan. Ab hac vrbe ortum habuit Arion, citharœdus nobilis, quem Herodotus à prædonibus in mari obrutum, & à delphine incolumen deuectum in portum ad Tænarum fabulatur. Illic naſcitur optimum vinum. Ouid. 1. de arte.

Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos.

Metilius Bradua, conſul cum Vero, anno ab vrbe 912.

Metia, vna ex xxxv. tribubus populi Romani.

Metianus, Iuriſconſultus tempore Alexandri Auguſti.

Metilis ſeu Metelis vrbs Ægypti prope Alexandriam, quæ nunc *Bechir* vocatur. Hinc μετηλίτης νομός. Steph.

Metiochus, Miltiadis, Athenienſis ducis filius qui à Phœnicibus captus, & Dario Perſarum regi, contra quem pater bellum gerebat, obiatus, nullo modo læſus fuit, ſed cùm donauit Darius pulcherrimo palatio, multis poſſeſſionib. & diuitijs, atque vxore Perſide, ex qua liberos ſuſcepit. Herodotus lib. 6.

Metis, Heſiodo in Theogonia Nympha ſic dicta à conſulendo (μῆτις enim conſilium ſignificat) vna ex filiabus Oceani & Thetyos.

Metis, antiquiſſima Galliȩ Belgicȩ vrbs quam Mediomatricum vocant ciuitatem. Nam populi Mediomatrices eam regionem quondam incoluerunt: ſic dicti, quod eorum metropolis mediũ teneret locum inter tres ciuitates, Tullum, Virdunum, ac Treuerim, Gallicè *Toul, Verdun, & Treues.* Habet autem Metis Treuerim ad Septentrionem, Tullum ad meridiem, & Virdunum ad occaſum. Scribunt autem ſic appellatam à Metio Romano, qui hanc vrbem à Iulio Cæſare expugnatam ampliauit, muriſque cinxit: quam vrbem Henricus 2. Francorum rex ſuſcepto cõtra Carolum V. Imperatorem bello cepit, anno à Chriſto nato 1552. Munſt. lib. 2. Coſmo.

Metiſcus, Turni auriga. Virgilius lib. 12. Æneid.

Aurigam Turni media inter lora Metiſcum, Exuit, &c. Sunt qui ſcribendum putent Methyſcus, etymon eius deriuantes à Græco verbo μεθύσκομαι, quod eſt inebrior.

Metius Carus, delator inſignis. Plin. 1. epiſt. ad Voconium, & li. 6. ad Hiſpanum.

Metius Geminus, dux Tuſculanorum, ſuperatus à Romanis bello Latino.

Metius Curtius, Sabinorum dux, contra Romulum ob raptas Sabinas acriter pugnauit.

Metius Suffetius, Albanorum Dictator, tempore Tulli regis Romanorum, qui, quod ex præſcripto fœderis ad belli ſocietatem contra Fidenates vocatus, euntibus in hoſtem Romanis, ſuos prælio eduxerat, iuſſu Tulli, duabus admotis quadrigis, diſcerptus eſt.

Metopon, locus prope Peram vrbem, vicinam Conſtantinopoli, qui hodie *Aora Spanduina* dicitur ex P. Gyllio lib. 2. c. 6.

Metra, Eriſichthonis Theſſali filia, quæ à Neptuno.

ptuno vim paſſa, hoc muneris a Neptuno impetrauit, vt in quaecunque vellet ſpecies transmutaretur. Quare cùm pater fame coactus eam vendidiſſet, illa ſtatim in piſcatoris habitum conuerſa, ſeruitute ſe exemit. Qua occaſione vſus Erichthon, iterum atque iterum illam vendidit. At illa modò bouis, modò cerui, modò auis ſpecie aſſumpta, protinus ſeſe aſſerebat in libertatem. Ouidius ad finem libri octaui Metamorphoſeos. Reuera autem Metra nobilis fuit meretrix, quæ nondum inuento auro, aut gemmarum vſu, bobus, aut equis, aut alterius generis pecoribus noctes ſuas locabat: vnde factus eſt locus vulgi fabulæ, vt Metra diceretur transmutari in ea omnia, quæ ab amatoribus accipiebat: indéque manauit prouerbium, Mutabilior Metra.

metrauus, ſub Decio apud Alexandrum, martyrio coronatus eſt.

metri, nomen viri, 1. Reg. 10. Lat. pluuia, ſiue cuſtodia vel carcer.

metrocles, philoſophus Maronites frater Hiparchiæ. Cratetis leuir. Tortel.

metrodorus Lampſacenus Epicuri diſcipulus fidiſſimúſque amicus. Strab. Diogen.

metrodorus Athenienſis, Carneadis auditor pictor & philoſophus. Cicero li. 1. de Oratore.

metrodorus Sceptius, è Philoſophica vita in ciuilem mutatus eſt: magna ex parte in ſuis ſcripturis oratoriè loquitur: & nouo quodam dicendi genere vſus eſt, quo multos deterruit. Propter nominis famam, quanquam pauper erat, clarum tamen coniugium apud Carthaginienſes adſequutus eſt: atque vti Carthaginienſis viuebat. Quúmque amicitiam Mithridatis regis ſibi conciliauiſſet, ad illum cum vxore diſceſſit, & honore maximo affectus eſt. Strab. lib. 13. Huius ſumma memoria à Cicerone commendatur 1. Tuſcul.

metrodorus Chius, mundum æternum eſſe dicebat: quoniam ſi factum eſſet ex non ente factum eſſet, infinitum vero eſſe quoniam æternum, & quum non habeat principium vnde incipiat, nec exitum habitarunt quo terminetur. Immobile quoque aſſerit, quoniam moueri non poſſit quod non tranſeat: tranſire autem neceſſe eſt aut in plenum aut in vacuum, in quorum alterum tranſitus fieri non poteſt, ex æthere autem nubes fieri denſatione aquæ, quæ ſupra ſolem deſcendens extinguat ipſum, & rurſus rarefacta accendat. Solem, ſiccitate conſtipatum ex aqua ſplendida, ſtellas efficere. Dicit etiam diem ac noctem inde fieri, quòd ſol extinguatur atque accendatur: eclipſim quoque extinctione fieri. Euſeb. lib. 17. & 14. de præp. Euang.

metrodorus Melicus, artem memoriæ ita conſummauit, vt nihil non iiſdem verbis redderet auditum, Plin. libro ſeptimo cap. decimoquarto.

metropolis vrbs Phrygiæ, à matre Deum condita. Eſt & alia rurſus Phrygiæ. Item aliæ octo ſequentium regionum, Lydiæ, Theſſaliæ, Acarnaniæ, Doridis, Moſynæcorum Ponti, Scythiæ, Eubœæ, ſuperioris Theſſaliæ. Gentile, Metropolites. Steph. eſt etiam quædam Metropolis in Sarmatia Europæa vrbs Ptolemæo. Miletopolis Plinij eſt, vt æſtimat Villanouanus, ſed vide Auxumum & Olbia.

mettinus, rex Tyri, anno à mundo 3061.

metubarris, Pannoniæ inſula Plinio in Sao flumine, qui eam Amnicarum maximam vocat. Hodie *Zygeth* dicitur. Sed hoc etiam vocabulum commune eſt omnium inſularum lingua Hungarica.

metulum Straboni Iapydum vrbs Lazius ſcribit hodie *Troiam* eſſe in Ciliciæ comitatu. Appianus in Illyricis tradit eam regionis metropolim eſſe, ſitámq; in monte nemoroſo, duob. cõditam tumulis, quos vallis modica interſecat.

meuania, Vmbriæ oppidum, inclytum Propertio alumno, ad viam Flaminiam, armentorum & gregum ferax. Meuanates populi hinc dicti. Plin. li. 5. c. 41.

meuius poeta ineptiſſimus, Virgilij & Horatij temporibus, vtrique æquè inuiſus, quod poemata illorum inſectaretur, & ex alienæ laudis obtractione gloriam occuparet: vnde & Virgiliomaſtix vulgò appellatus eſt. Virgil. 3. Ecloga.

Qui Bauium non odit, amet tua carmina, Meui.
Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

Horatius lib. Epod. ode 10.

Mala ſoluta nauis exit alite
Ferens olentem Meuium.

mexico, ſiue Temixtita, in Hiſpania noua Mexicanæ prouinciæ opulenta & celeberrima ciuitas, vliginoſo & ſalſo in lacu mirabiliter conſtituta, ampla & viſu iucundiſſima, vici omnes ſuos habent exitus, vt ab vno ad alium aqua permeare poſſit. Maior (quam vocant) platea, porticibus vndique cincta eſt, vbi quotidie vltra 60. hominum millia, vendentium, ementiúmque cernuntur. Idola ex farina & humano ſanguine conficiunt, quibus multa hominum corda ex viuentium corporibus extracta quotidie offerunt. Dominus Ciuitatis Muteczuma appellatur. Huic maior pars noui orbis paret. Plura lege apud noui orbis neotericos deſcriptores. Theatr. vrb.

meza, filius Rahuel filij Eſau, Gen. 36 Lat. diſtillatio, vel aſperſio: vel Syriacè, incenſio vel conſumptio.

mezab, pater Matred Patris Meetabel vxoris Adar, regis in Edom ſeptimi. Gen.36. Lat. deauratus, vel aquę auri, ſiue quid aurum.

mezades, vi. Athenienſium archon circa annum mundi 3021.

mezentius, Tyrrhenorum rex, ſummus deorum contemptor: qui cùm tyrannidem domi crudelius exerceret, à ſuis per ſeditionem pulſus vnà cum Lauſo filio ad Turnum ſeſe contulit, id temporis bellum aduerſus Æneam gerentem. Quo in bello, cùm magnam tam Troianorum quàm Hetruſcorum ſtragem edidiſſet, vnà cùm filio ab Ænea eſt interemptus. Virgilius 10. Æneid.

M I

Miacorus, vrbs Chalcidica: Ciuis, Miacorius. Stephan.

miagrus, deus erat muſcarum. Aliter vocabatur Myopes & Achor. Plut.

miamin, nomen viri. 2. Eſd. 10. Lat. dexter, aut aquas præparans.

mibahar, nomen viri. 1. Par. 11. Lat. electus ſiue electio aut iuuentus.

micca, virgo Elienſis præclariſſima, Philodemi filia, moribus & forma excellentiſſima quam Lucius quidam tyranni ſatelles adamauit. Igitur miſſo nuncio, virginem ſtatuto tempore ad ſe venire iubet, itémque parentes neceſſitate compulſi, virginem vt id faceret, hortabantur: verùm ipſa, vt erat natura prudens, tum ingenuè educata, paternis genibus aduoluta, rogat ne ſe in turpiſſimum flagitium proficiſci pateretur: vtque mortuam potiùs, quàm amiſſa virginitate, turpiter viuentem aſpicere vellet. Longior itaq; mora cùm traheretur, libidine ſimul, atq; ebrietate furens Lucius, ipſe domum virginis proficiſcitur, eamq; paternis genibus appoſito capite hærentem oſtendens, ſe ſtatim vt ſequeretur, minitabundus imperabat. Quod illa cùm facere cunctaretur laceratis veſtibus, Lucius nudatam grauiſſimis plagis cæcidit, quæ tam forti animo dolorem perferebat, vt ne gemitum quidem ad plagas vllum omnino ederet. At parentes tam acerbo ſpectaculo grauiter commoti, flenteſq; poſtquam nihil orando ſe proficere animaduerterunt, hominum, deorumq; auxilium clamoribus implorantes, indignis ſe contumeliis affici querebantur. Tunc ira, vinoque percitus Barbarus, virginem, vt in paterno ſinu poſito capite conſtiterat, iugulauit. Plut. de clar. mulier.

micha, pater Abdon. 2. Par. 34. qui 4. Reg. 22. dicitur Michaia, filius Ioel. 3. Paral. 5. Filius Meribaal filij Ionathan. 1. Paral. 8. Filius Miphiboſeth. 2. Reg. 9. Lat. pauper aut humilis aut percutiens vel percuſſus, ſiue quis hic? aut aquæ hic.

michael, filius Izrahia; filij Ozi filij Thola filij Iſſachar. 1. Par. 7. Pater Galaad. 1. Par. 5. Pater item Sthur principis tribus Aſer. Numer. 13. Eſt nomen Angeli. Dan. 10. Lat. Quis ſicut Deus? aut humilitas ſiue paupertas Dei, vel percuſſio Dei, ſiue percutiens Deus.

michael, Conſtantinopolitanus imperator, anno Chriſti 812.

michael Balbus, Conſtantinopolitanus imperator ſub annum Chriſti 822.

michael Theophili, cum Theodora matre, 11. annis, Conſtantinopoli imperauit ſub annum Chriſti 86. Blond.

michael Athenacus, Conſtantinopolitanus imperator, ſub annum Chriſti 1024. Blond.

michael Paphlagon, occiſo Romano Conſtantinopolitano imperatore, imperium arripuit ſub annum ſalutis 1036.

michael Calaphates, Zoes Auguſtæ adoptione Conſtantinopolis imperator factus in inſulam eam relegauit, ſed ab ea poſtea & regno & oculis priuatus eſt. Blond.

michael Senior, vno anno Conſtantinopoli imperauit, ſub annum ſalutis 1058.

michael Pirapinaceus, Conſtantini ducis filius, Conſtantinopoli imperauit, ſub annum ſalutis 1076.

michael, Palæologus, Balduino pulſo, Conſtantinopolitanum imperium arripuit: quem mortuum Græci ſacerdotes, quia ſe Romanæ eccleſiæ, in concilio Lugdunenſi, ſubiecerat, ſepultura arcuêre. Blond.

michael Cathalaicus, Conſtantinopolitanus imperator, ſub annum ſalutis 1009.

michaia, pater Achobor, 4. Reg. 22. Filius Meribbaal filij Ionathan. 1. Par. 8. Mater item Abiam regis Iuda. 2. Parali. 12. quæ 3. Reg. 15. dicitur Maacha. Lat. Quis ſicut Dominus? aut paupertas vel humilitas Domini, ſiue percutiens Dominus, vel percuſſio Domini.

michale, Centaurea mulier, quæ docuit Theſſalas remedium amoris. Seneca: *Hac docta Michale Theſſalas monuit viros: Vnam inter omnes lunæ, quam ſequitur magnam Aſtris relictu.*

micha nomen viri de monte Ephraim. Iudi. 17. idem ſignif. quod Michaia.

michæa, ſiue Michæas, filius Gamariæ filij Saphan. ſcribæ. Ierem. 36. Filius item Iemla. 3. Reg. 22. 2. Eſdr. 12. idem ſignif. quod Michaia.

michæas, nomen Prophetæ. Ierem. 26. Micha. Heb. Micha, & eiuſdem ſignif.

michol, nomen filiæ minoris regis Saul. 1. Reg. 14. eadem vxor Dauid. Lat. quæ omnia? q. d. tu, aut quæ perfecta vel conſummata? q. d. nulla niſi tu? ſiue aqua tota, aut aquarum perfectio vel conſummatio, ſeu prohibitio.

mici-

Digitized by Google

Micipſa, Numidarum rex, Maſſiniſſæ regis filius, qui Iugurtham Manaſtabilis fratris filium vnà cum Adherbale & Hyempſale filiis regni participem reliquit. De quo Salluſtius. Fuit enim Iugurthæ patruus. Aliàs Micypſa.

Midæ, vel Midacum, vrbs Phrygiæ: hinc Midæus, Midacus. Steph. eſt & fons. vide Marſyas.

Midas, Gordij bubulci filius, Phrygiæ rex pecunioſiſſimus, qui cùm Bacchum hoſpitio ſuſcepiſſet, iuſſúſque eſſet petere quicquid vellet, mox voti compos futurus, nihil æque ſe optare reſpondit, quàm vt protinus, quicquid attigiſſet, in aurum verteretur. Quod cùm Bacchi benignitate obtinuiſſet, ſolidas arces & regias ſolo contractu in aurum conuertit. Verùm cùm vrgente fame cibum ſumere conaretur, atque illum quoque in aurum mutari videret, ſenſit tandem ſtolidus, ſe parum ſapienter optaſſe, petiitque à Libero patre, vt munus illud quantumuis ſpecioſum, ſibi adimeret. Miſertus itaque eius Bacchus, iuſſit vt in Pactolo fluuio ſe ablueret. Cui cùm morem geſſiſſet, ipſe quidem priſtino reſtitutus eſt ſtatui: cæterum Pactolus ex eo tempore aureas arenas voluere cœpit: vnde & Chryſorrhoas eſt appellatus. Poſt hæc cùm Pan Apollinem ad cantus certamen prouocaſſet, Tmolúſq; iudex electus ſecundùm Apollinem pronuntiaſſet: approbantibus iudicis æquitatem cæteris, qui aderant, omnibus, vnus inuentus eſt Midas, qui panem Apollini præferre non dubitaret Tmolíque ſententiam tanquam iniuſtam, reprehendere. Quamobrem indignatus Apollo, aſininas ei auriculas addidit: quas tam ſcitè occultauit, vt nemo ſciret, præter ſolum tonſorem: qui cùm rem inauditam tacere non poſſet, foſſam ingreſſus proclamauit. Aures aſininas habet rex Midas. Deinde foſſam terra adoperuit: eóque in loco temporis proceſſu creuerunt arundines quæ commotæ vocem quam tonſor infoderat, reddiderunt: vt latiùs fabulatur Ouid. 11. Metam. Alij tamen malunt Midam inter Apollinem & Marſiam decertantes iudicem conſtitutum, cùm pro Marſia ſententiam tuliſſet, auriculis aſininis à Phœbo fuiſſe donatum. Hine natum eſt prouerbium, Auriculas aſini Midas habet, quo vtimur in ſtolidos, & craſſis auribus, pinguique iudicio homines. Alij rurſus ſic narrant: Cùm præteriret aliquando Midas Liberi patris aſinos, atque eos afficeret iniuria, iratum Bacchum auriculas ei aſininas addidiſſe. Sunt qui dicant huic aures natura prælongas fuiſſe, & aſininarum inſtar prominentes, atque hinc fabulæ locum ortum eſſe. Quanquam pluribus placet, hac allegoria ſignificatum Midam, vtporè tyrannum, corycæos ac ſubauſcultatores demittere ſolitum, per quos, quæcunque per omnem regionem vel fierent, vel dicerentur, cognoſceret, nimirum illis vtens aurium vice. Proinde cùm vulgus admiraretur, ab illo reſciri etiam ea, quæ clam ac procul fierent, occaſionem fabulæ datam eſſe, vt Midas diceretur auriculas aſini habere: vel quò nullum aliud animal acriùs audit, quàm aſinus excepto mure: vel quòd aures habeat omnium longiſſimas.

Midea, vrbs olim in Argo, nunc vicus ſic dictus à Midea, Haloei filia, Perſepolis quondam dicebatur. Hinc Mideates & Midæus. Alia eſt Perſepolis in Perſide, de qua infrà. Eſt etiam Bœotiæ Midea. Homer. Eſt & alia Lyciæ. Steph.

Mieza, oppidum Macedoniæ, quod olim Strymonium vocabant, à Mieza Beretis filia cognominatum. Gentile, Miezeus & Miezæus. Stephanus.

Milanion, vir quidam, quem ferunt poetæ in leonem fuiſſe commutatum. Palæph. libro de Fabulis, cap. de Atalanta & Milanione. Vide infra Mimalion.

Mileſius, cognomen Apollinis: cuius & Strabo & Lactantius meminerunt. Hic conſultus aliquando vtrum Chriſtus homo eſſet, an Deus, reſpondit.

Θνητὸς ἔην σάρκα, σοφὸς τερατώδεσιν ἔργοις
Ἀλλ' ὑπὸ χαλδαίων κριτῶν ὅπλοις συλληφθείς,
Γόμφοις καὶ σκολόπεσσι πικρὴν ἀπέπλησε τελευτήν.

Id eſt, *Mortalis erat ſecundùm carnem, ſapiens portentoſis operibus: Sed ſub Chaldæis iudicibus, armis comprehenſus, Clauis & cruce amarum tolerauit finem.*

Miletia, vna fuit ex filiabus Scedaſi, qui fortuna pauper Leuctra habitabat, quæ vnà cum ſorore à iuuenibus Spartanis conſtuprata, ambæ mox interemptæ, in puteum quendam ſunt deiectæ. Meminerunt huius hiſtoriæ Plutarchus & Pauſanias.

Miletopolis, Myſiæ vrbs inter Cyzicum & Bithyniam ad Artyniam ſtagnum ex quo Phyniacus oritur. Alia eſt in Perſide. Ciuis, Miletopolites. Stephanus ex Strabonis lib. 12.

Miletum. Calabriæ vrbem à Mileſiis Aſiaticis conditam habet Barrius ex lib. 6. Herodoti, quam hodie *Mileto* nominari ſubdit. eandem à Cicerone Melita dici lib. 3. Epiſtolarum ad Atticum putat Gorradus.

Miletus filius Apollinis, & Argeæ Cleochi filiæ, vel vt Ouidius habet, Deiones, qui cum Minoa Cretenſium regem iam ſenem, regno priuare vellet, à Ioue territus, in Samum, deinde in Cariam Aſiæ regionem fugit, ibíque oppidum condidit, quod de ſuo nomine Mileton appellauit, eiúſque incolas Mileſios. Ouid. libr. 9. Metam. Alij tamen Miletum conditum malunt à Sarpedone Iouis filio, Minois ac Rhadamanti fratre, & ab eo Miletum appellatum fuiſſe.

ſe, ab altera eiuſdem nominis vrbe, quam in Creta reliquerat. Strab. libro 14. Vrbem hanc præſtantiſſimæ lanæ prouentus nobilitauit, ex qua fiebant Mileſia ſtragula, & veſtes Mileſiæ, ob inſignem mollitiem in matronarum deliciis habitæ.

Miletus vulgò *Melazo*, vrbs in finibus Ioniæ & Cariæ, Herodoto, Neleo ædificata, decem ſtadiis ab oſtio Meandri amnis ſecreta. Hæc autem Anactoria nominata fuit ſuper octaginta vrbium per cuncta maria genitrix, vbi oraculum fuit antiquis Branchidarum, appellatum poſtea Apollini, Didymei. Plin. lib. 5. cap. 29. Pomp. lib. primo: Miletus (inquit) vrbs quondam Ioniæ totius, belli, paciſque artibus princeps, patria Thaletis Aſtrologi, Timothei muſici, & Anaximandri phyſici: aliorúmque ciuium inclytis ingeniis meritò inclyta. Ab hac Mileſii populi dicti ſunt, qui quum priùs potentes eſſent & opulenti, deliciis deditì & opes & potentiam amiſerunt. Stephan. Priùs Lelegeis vocabatur, quòd Leleges eam inhabitarent, deinde Pityuſa, à Piceis arboribus, & quò Picea primùm illic nata dicatur. Poſtea Anactoria nominata eſt. Ab Anactore (ſic enim legendum videtur in Stephano) Terræ & Cæli filio. Alia fuit eiuſdem nominis vrbs in Creta, Hom. libro ſecundo Iliados.

Millea, Liuio Siciliæ fluuius, qui ab Aretio & Leandro *S. Iuliano* vocatur. Fazellus dicit quoque ſic ad oſtium vocari, intus verò *Thadida* inquit, Saracenicè. Hunc Milleam putat Leander eundem eſſe cum *Pantacho* Ptolemæi. vide Myla.

Milias Herodoto, locus in Aſia, cuius populi iam tunc appellabantur Solymi. His poſtquam imperauit Sarpedon, Termilæ ſunt appellati, tantiſperdum Lycus Pandionis filius à fratre Ægæo, Athenis pulſus ad Sarpedonem in Termilas abiiſſet, factúmque eſſet, vt temporis progreſſu ad Lyci nomen Lycii vocaretur. μιλύας. Stephano per υ in penultima. Dicuntur etiam Milyes, à Milye, vxore Solymi & ſorore, poſtea vxore Gragi. Gentile milyeus & milyites. Vide Termilæ & Solymi.

Milichius, Bacchus dictus eſt, quòd non ſolùm vini, ſed ficuum & fructuum propè omnium inuentor fuerit. Nam Milicha ficus olim ſignificabant.

Milichie, fons in agro Siracuſano. Plin. lib. 2. cap. 8.

Milicho, nomen viri. 2. Eſd. 12. Lat. regnum vel conſilium eius.

Milinus, in Creta prædo & pyrata crudeliſſimus ab Hercule Lybico interfectus. Beroſ.

Miliſſia ſeu Meliſſia vrbs Epidaurus poſtea dicta vt ſuprà ex Steph. diximus. Gr. μελισσία.

Milocrotonienſis, homo tantæ fortitudinis vt in Olympico certamine bouem retento anhelitu per ſtadium portauerit, quem ictu pugni interfecit, vnóque die integrum deuorauit. Malum tenenti digitis nemo poterat extorquere, dum conſtitiſſet, nemo veſtigio educere. Quum autem nimia neruorum fiducia arborem in parte media hiantem deducere vellet, brachiis hinc inde conſtrictis, & deficiente conatu retentus, lupis fuit præda. Cicero, Vale. Max.

T. Annius Milo, è Lanuuio municipio, familia Papia, adoptatus à Tito Annio, auo materno: qui cùm P. Clodium Tribunum plebis multa ſeditioſè in Rempub. molientem occidiſſet, fruſtrà à Cicerone defenſus elegantiſſima illa oratione, quæ etiam hodie omnium manibus teritur, Maſſiliam damnatus in exilium profectus eſt. Pædianus. Hic cùm ob eam cauſam exultaret Maſſiliæ, vidiſſétque Ciceronis orationem pro ſe ſcriptam, longè mulierum ea quæ habita fuerat, dixiſſe fertur. Si ſic oraſſet Cicero, non ego Maſſiliæ (alii legunt Vmbilico) lumbricos legerem. Non. in Romanorum hiſtoria.

Milo mons Indiæ, in quo homines naſcuntur auerſis plantis, octonos digitos in ſingulis pedibus habentes. Solinus.

Milonia, vrbs Samnitum clariſſima: Gentile Miloniates. Steph.

Milthas, vates, quo in explicandis prodigiis Dion. vſus eſt. Plut. in Cimone.

Miltiades, dux Athenienſis clarus, qui decem millibus ſuorum ciuium, & Plateenſibus auxiliariis mille profligauit Perſarum ſexcenta millia in Campis Marathoniis. Iuſtin. lib. 2. Poſtea tamen peculatus damnatus, in carcere & vinculis mori ab Athenienſibus coactus eſt. Valerius Maximus lib. 5. cap. 3. Alii duo fuere Miltiades principes ſeu Archontes annui Athenienſium qui longè antè vixerunt, nempe circiter 28. & 30. Olymp. 72.

Miltiades, Doloneorum tyrannus. Olymp. 57.

Miluius, nomen proprium paraſiti. apud Horatium, 2. Sem. 78. *Miluius & ſcurræ*, &c.

Milcorus, vrbs Chalcidia in Thracica, Steph.

Milyæ, Milyas. vide MILIAS.

Mimalces, populi Libyæ. Steph.

Mimalion, adoleſcens, qui Atalantam puellam venatricem in Arcadia amauit. Sunt qui eundem & Meleagrum fuiſſe putent, Proper. lib. 1. Eleg. 1. vide ſupra Milanion.

Mimallis. Plin. lib. 4. cap. 12. à Callimacho inſula dicitur, quæ ab aliis Melos, à nonnullis Zephyria.

Mimallones, Straboni mulieres Liberi patris orgia celebrantes, quæ & Thyades dicuntur, & Mænades, & Bacchæ. Mimallones autem dictæ putantur, à Mimante Ioniæ monte, Baccho ſacro,

cro, vel à verbo Græco μιμεῖσθαι, quod eſt imitari eò quòd Thyrſos & cornua ferentes, Indicam Bacchi expeditionem viderentur imitari. Eædem & Mimalionides dicuntur. Hinc Mimalloneus, a, um.

Mimas, Plinio Aſiæ propriæ promontorium eſt, Chios inſulæ oppoſitum. *Cabo Sillari* Nigro dicitur.

Mimas, mons minoris Aſiæ (vt docet Hom. in Hymnis) vel Thraciæ (vt Suid. ait) haud procul à Colophone, continuis obſeſſus imbribus, vnde futuræ tempeſtates ſentiuntur. Solinus. In hoc monte quotannis Baccho ſacra facere conſueuerunt, à quo mulieres ſacrificulæ Mimallones & Mimallonides dicuntur.

Mimermnus, Suidæ, Ligyrtiadæ filius, poeta Colophonius, aut (vt alij malunt) Smyrnæus, Elegiarum ſcriptor, Olymp. XLVII. natus: quanquam non deſunt qui eodem tempore vixiſſe velint, quo in Græcia ſeptem Sapientes floruerunt. Propert. lib. I. Eclog. 9.

Mimnedus, vrbs Lydorum. Gentile, Mimnedius.

Minagara, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæo. *Maciquepatan* Caſtaldus vocat.

Minas, gigantis nomen, quem Iupiter fulminauit. Horat. lib. 3. Carm. Ode 4. *Sed quia Tiphœus & validus Minas, &c.*

Minęi, Stepha. populi in regione Arabię, mari rubro adiacentes, qui primi commercium thuris facere, nec præter hos Arabes alij thuris arbores vident. Vnde ab ipſis thus ipſum Minæum dictum eſt Plin. 12. cap 14.

Mimalion, vide MILANION.

Mincius, Venetorum fluuius, qui ex Benaco lacu profluens, alium prope Mantuam lacum efficit & inde rurſus multis torrentibus auctus, influit in Padum. Virg. 4. Georg. *Hic viridis tenera prætexit arundine ripas Mincius, &c.*

Minedus, vide MINNEDVS.

Minerua, ſapientiæ & bonarum omnium artium dea ex Iouis cerebro ſine matre procreata. Ferunt enim Iouem, cùm Iunonem ſterilem videret, ne prorſus ſine prole eſſet, cerebrum ſuum percuſſiſſe, indéque Mineruam proſiliiſſe. Quo commento illud ſignificare voluerunt poetę bonarum artium diſciplinas, humani ingenij non eſſe inuentum, ſed ex Iouis cerebro, hoc eſt, inexhauſto diuinæ ſapientiæ fonte in humanum vſum eſſe depromptas. Dictam autem Mineruam quidam exiſtimant à minando quaſi vim minetur. Solet enim ſimulachrum eius fingi ægide & haſta formidabile. Vnde & Pallas à Græcis dicitur, ἀπὸ τοῦ πάλλειν, propterea quod haſtam tenens, eam veluti vibrare videatur. Eadem & Tritonia appellatur, eò quòd Ogygis regis temporibus, circa Tritonidem Africæ paludem virginali facie dicatur apparuiſſe. Ab Homero peculiari epitheto γλαυκῶπις dicitur, à glauco oculorum colore: vnde & Cæſiam noſtri cognominant. Hæc prima lanificij inuentrix creditur extitiſſe, déque artis eius præſtantia cum Arachne puella Lydia contendiſſe, cúmque iam penè ab ea vinceretur radio percuſſam in araneam eam commutaſſe. Olei quoque vſum prima putatur oſtendiſſe, diuinóſque ob id honores meruiſſe, dignámque ideò iudicatam eſſe, quæ Athenarum vrbi nomen imponeret, reiecto Neptuno, qui edito equo naſcenti vrbi potentiam bellicam promittebat. Vulcani nuptias conſtantiſſimè fertur repudiaſſe, virginitatémque perpetuò illibatam ſeruaſſe: vnde & innuptam peculiari epitheto appellant poetæ. Auguſtinus & Beroſus ſcribunt eam Ogygis temporibus ad lacum, qui Tritonis dicitur, virginali apparuiſſe ætate, de hac etiam in dictione PALLAS. Hanc filiam Iouis ac virginem putauerunt, quòd & incorruptibilem aiunt eſſe natura, & extremum locum vniuerſi obtinere contendunt. Tritoniam verò appellatam, quoniam ter in annuo ſpatio, vere, æſtate, hyeme commutatur, γλαυκῶπιν id eſt, glaucoculam, non quia glaucos habeat oculos (quod vocabulum ipſum denotat) ſed quoniam aër viſum animalibus præbeat. Quinque autem Mineruæ fuerunt. Prima Apollinis mater. Secunda orta Nilo quam Ægyptij Saitæ colunt. Tertia, quam à Ioue generatam ſuprà diximus. Quarta à Ioue nata & Corphe Oceani filia, quam Arcades Coriam nominant, & quadrigarum inuentricem ferunt. Quinta, Pallantis quæ patrem dicitur interemiſſe, virginitatem ſuam violare conantem, cui pinnarum talaria adfingunt. Cic. lib. 3. de Natura deorum.

Mineruæ Ara, ſinus Arabici inſula Ptolemæo. *Chiſala* eſt.

Mineruæ Caſtrum, ex Varrone deſcribit Barrius in Calabria circa Locros, idque nunc Cripteria nominatum tradit.

Mineruæ promontorium, Campaniæ, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. vulgò *Capo Mineruas & Cabo de Minerua*. Aliis Athenæum dicitur.

Mineus, vir quidam Thebanus, cuius filiæ in veſpertiliones ſunt commutatæ. Ouid. 4. Meta.

Mineias, ſeu Mineis, Minei filia. Ouid. loco ſuprà citato.

Minilus, mons Theſſalię, poſtea Orchomenus dictus.

Minio, fluuius Tuſciæ, non procul à Cærere oppido.

Miniatæ, populi Italiæ Florentinorum ditionis. Blond. lib. 10.

Minius, fluuius Hiſpaniæ, à colore pigmenti quo plurimùm exundat. Hunc Luſitaniæ maximum eſſe & Banin quoque vocari ſcribit Stra-

bo. Hermolaus putat inuersè Bænis pro Nebis eſſe ſcriptum. Minium tamen & Nebin diuerſa flumina ſunt, Ptolem. enim & Pompon. vtrumque nominat, *Menim* videtur *Nimis* ab Appiano vocari.

Minius Rafaranus, Hiſpanus, vnus ex quatuor iudicibus, quos Hiſpani, poſt defectionem ab Ordonio rege crearunt. Ritius.

Minnæi, vide MINÆI.

Minoa, vrbs in Amorgo inſula Cycladum. Steph in Amorgo. Eſt & altera in Sicilia. Item Megarenſium emporium fuit, duodeuiginti ſtadiis diſtans ab vrbe, quod & Niſea appellatur. Strabo libro 9. Gaza Palæſtinæ quoque Minoam olim dictam, author eſt. Et alia quoque eſt in Siphno vna Cycladum. Et alia Arabiæ, cuius ciues Minoitæ à Minoe. Item inſula quædam non procul à Megaris (fortè eadem à Megarenſium emporio, de quo iam diximus) Parus etiam vocabatur μινῶα, vnde ciues Minoæ. Steph.

Minois, inſula Cycladum, quæ notiore nomine Paros appellatur Plin. lib. 4. c. 12.

Minos, filius Iouis ex Europa, vt poetæ ferè omnes aſſerunt. Alij verò nonnulli affirmant non Iouis, ſed Xanthi regis Cretenſium ex Europa filium fuiſſe, cui in regno ſucceſſit. Hero. verò libro 1. dixit cum fratre Sarpedone de regno Cretæ diſſenſiſſe, ſed illo fugato regnum obtinuiſſe. Idem primus Cretenſibus leges dedit. Ariſtot. Polit. 1. Paſiphaen, Solis filiam matrimonio ſibi iunxit, & ex ea filios filiáſque progenuit. Maxima bella geſſit aduerſus Megarenſes, & Athenienſes, quòd filium ſuum Androgæum occidiſſent: atque Megaram quidem Scyllæ puellæ proditione cepit, quæ amore Minois capta Niſum patrem fatali capillo ſpoliauit: Athenienſes autem eò neceſſitatis compulit, vt ſeptem quotannis iuuenes in Cretam mittere cogerentur, Minotauro monſtro objiciendos, Dædalum quoque Athenienſem patria exulantem hoſpitio ſuſcepit, qui cùm ingenio artiſque fabrilis peritia plurimùm valeret, labyrinthum ei inſtruxit, innumeris viarum ambagibus inextricabilem, cui & Minotaurum incluſit, monſtrum ex tauro & Paſiphae vxore ſuſceptum. Verùm cùm poſtea didiciſſet, Dædalum vxori ſuæ in tam nefando concubitu adiutorem ſe præbuiſſe, vaccámque ligneam fabricaſſe, cui illa incluſa tauro fuerat commiſta, ipſum quoque vnà cum Icaro filio eodem labyrintho incluſit: cúmque illi alis cera conglutinatis inde euolaſſent, claſſe eos in Siciliam vſque eſt perſequutus: vbi apud Camerinum ſeu Camicum oppidum à filiabus Crocali ſeu Cocali regis occiſus eſt. Alij tamen à Cocalo rege per proditionem captum, & in thermis ſuffocatum tradunt.

Minotaurus, monſtrum biforme, partim habens formam hominis, partim tauri. natum ex Paſiphae vxore Minois, quæ opera Dædali cum tauro concubuerat, iuſſu Minois labyrintho incluſum, humanis carnibus veſcebatur. Huic quotannis Athenienſes ex præſcripto fœdere ſeptem ex ſuis liberis mittebant deuorandos. Sed tertio anno Ægei filius Theſeus ſorte miſſus Minotaurum occidit, & ab Ariadne accepto fili glomere, fuga euaſit. Seruius interpretatur Taurum ſcribam fuiſſe Minois, qui abſente rege, cum Paſiphae concubuit in domo Dædali: & quia Paſiphae eodem tempore gemellos peperit, quorum alter Minoi, alter Tauro eſſet ſimilis, factum eſſe locum fabulæ, vt Minotaurum biforme monſtrum peperiſſe dicatur. vide Plutarch. in Theſeo.

Minoum, oppidum eſt Cretæ inſulæ, à Minoe rege ita appellatum. Plin. lib. 4 c. 12.

Minthe, à poetis Cocyti filia fuiſſe fingitur: quam cùm Perſephone cum Plutone deprehendiſſet, in herbam ſui nominis commutauit. Nam μίνθη à priſcis Græcis dicebatur herba quæ poſtea ab odoris ſuauitate ἡδύοσμος appellata fuit. Latini vnius tantùm literæ immutatione Mentham vocant. Ouidius 10. Metamorph.

Minthe, mons, vt ſcribit Strab. lib. 8. dictus à Plutonis pellice, quam Proſerpina in herbam Mentham mutauit.

Minthe, mons in Peloponneſo, teſte Ptolemæo. Gemiſtus μινθήν legit, & eum quoque Scotton vocat. *Oleno* vocatur Nigro. *Euan* videtur apud Pauſaniam dici ab Euoe bacchantium voce, quod hoc loco Bacchus, & quæ eum ſequebantur mulieres, ſic exclamaſſe credantur.

Minturnæ, Ptol. oppidum in Campania inter Sinueſſam & Formias, ad Lirim fluuium habens propinquas paludes, in quibus Marius delituit, fugiens perſecutionem Syllæ. Plutarch. Georgius Fabricius ſcribit vulgò *Traietto* vocari. *Caſtro ad Mar*, Nardus. Eſt numiſma Tiberij Imp. Æneum in quo *Minturn* legitur. *Mentyrna* habet Steph.

Minutia, Veſtalis, quæ propter corporis elegantem cultum in ſuſpicionem venit libidinis, vnde & viua defoſſa eſt. Liu. lib. 8.

Minutia, porta quædam Romæ, dicta ab ara Minutij cui erat proxima.

Minutianus, ſophiſta Athenienſis, qui artem Rhetoricam & præexercitamenta ſcripſit.

Minutius Fundanus, Aſiæ Procoſ. ſub Hadriano Cæſare.

Minutius Augurinus, Trib. plebis, qui Sp. Melium regnum Romæ affectantem reum peregit. Huic quòd fratris pretium trinis nundinis ad eam vtilitatem redegiſſet, vt aſſe modius veniret

niret, tantum à plebe eſt habitum honoris, vt collata in capita ſtipe vnciaria, ęnea ei ſtatua extra portam Trigeminam fuerit collocata, Pli. li.37. cap.5. & lib.28. cap.3.

minya, vrbs Theſſaliæ, à Minyo dicta, quæ priùs Almonia dicebatur. Inde Minyates populi. Eſt & altera in Phrygia. Hinc Minyion, Minyeis, Minyeius: Gentile, Minyæ. Steph.

minyæ, populi Theſſaliæ, aut certè Magneſiæ qui eſt regiuncula Theſſaliæ ab ortu annexa, qui Iaſonem in Colchos, proficiſcentem ſequuti ſunt. Dicti Minyæ, à Minya Orchomeni rege, Chryſæ filio. Alij, populi Bœotiæ circa Iolcum montem habitantes.

minyas, Chryſæ filius, à quo Minyæ quibus imperauit, nomen acceperunt. Hic quum omnes mortales ſuæ ætatis opibus ſuperaret, primus omnium gazophylacium recondendarum pecuniarum gratia conſtruxit. Pauſan. & Cæl. Rhod. lib.20. c.25.

miphiboſeth, filius Ionathæ filij Saul, 2. Reg 4. 9. Fuit item alter, filius Saul ex Reſpha, 2. Reg. 19. & 21. Lat. de ore ignominia ſiue confuſio, vel oris ignominia, ſiue confuſio, aut verecundia, vel mora.

minyeus, ſiue Minyeius, Homero fluuius Theſſaliæ, poſtea Orchomenus dictus. Pli. li.4. c. 8. Hunc & Strabo lib.8. eundē facit cum Anigro. Homer. li.11. Iliad. iuxta Arenem in mare defluere tradit. Item *Orchomenus* eſt oppidum Bœotiæ, Thucydide auctore. Huius populi etiam Minyæ dicti fuêre, vt refert Pauſanias in Bœotis.

minyia, Ptolemæo Amorgi inſulæ ciuitas: vocatur à Caſtaldo *Mādria*, à Sophiano autē *Plati*.

miracles, fuit neſcio quis concinnatulus, qui vnguentatos auratóſque capillos fertur habuiſſe De hoc Val. Flac. lib.2. Argon. *Simul armiger ibat Semiuir, impubemque gerens ſterilémque iuuentam.*

mirandula, Italiæ ciuitas, Ioanne Pico comite nobilis.

miritus, exiguus mons Theſſaliæ.

mirobriga, vrbs Hiſpaniæ vlterioris in conuentu Cordubenſi, Ptolemæo, Plin. lib.5. cap.1. Mirobriam vocat.

miſaam, filius Elphaal filij Mehuſim, 1. Par. 8. Lat. Saluator eorum, ſiue reſpiciens eos, aut auferens, vel tangens populum, vel Syriacè, lenitas eorum.

miſach, vnus ex tribus pueris, de quibus Daniel, qui & Miſael dicitur, Dan.3. qui vnà cum aliis duobus Anania & Azaria in fornacem igneam coniectus hymnum Domini ibi cecinit. Eſt item filius Oziel filij Caath, Exod.6. Miſach, i. prolongans, ſiue attrahens, aut vallans aquas, vel ſepiens Miſael, i. quis commodatus aut poſtulatus, ſiue quis poſtulans aut commodans, ſiue abſtulit vel receſſit Deus.

miſcellus, Crotonis conditor. Vide SYRACVSÆ.

miſcellus, vir fuit, cui redditam ferunt ſortem ex adytis: Conditurum eum ciuitatem vbi in ſerenitate ipſum excepiſſet pluuia. Id nunquam futurum coniectatum ab eo, ob rei abſurditatem. Quum tamen in Italiam appuliſſet, ac maxima euentus fluctuaret incertitudine, aſſedit illi pellex vberius flens, mœſtáque. Quod conſpicatus Miſcellus, finem habere oraculum ſuſpicatus, ciuitatem condere adortus eſt. Cæl. lib.12. cap.4.

miſcera, vrbs Sicaniæ: Gentile, Miſcereus. Steph.

miſdates, Perſarum rex, ſub annum ſalutis 300.

miſenus, Æoli filius Hectoris tubicen: inciendis militum animis pręſtantiſſimus: vnde Virg. Æneid.9.

Quo non præſtantior alter Ære ciere viros.

Quo mortuo Æneam ſecutus eſt in Italiam. Hic cum deos marinos ad tubæ certamen prouocaret, à Tritone ſubmerſus eſt: ſed poſtea ab Ænea inuentus, ab eo in monte quodam Italiæ ſepultus eſt, qui deinde Miſenus vocari cœpit, Virg. lib.6.

miſenus, promontorium eſt Campaniæ, non procul à Cumis, nomen habens à Miſeno Ænеę tubicine illic ſepulto. Virg 6. Æneid.

miſetus, vrbs Macedoniæ: Gentile, Miſetius.

miſgetes, populi Iberūm. Steph.

miſgomenæ, vrbs Theſſaliæ, Gentile, Miſgomenius.

miſna, Carthaginienſium nauale dicitur. Cæl. lib.18. cap.38.

miſnia, ſuperioris Saxoniæ prouincia, inter Salam & Albim fluuios poſita eſt. Hanc olim Hermanduri & Sorabi Sclauorum natio habuerunt. Miſnia autem à Meſia lacu, ad quem olim fortaſſis habitarunt, aut à Miſna vrbe nomen habet. Vrbes Miſna, Chemnitium, à fluuio qui præterfluit dictum. Suiccania, Lipſia Academia celebris. Altenburgum, Sanctæ Annę mons. Huius regionis montana ſunt fœta mineris, Amnes, Molta, Albis, & Salas.

miſpila, vrbs Medorum: Gentile, Miſpilares, Stephan.

miſſenia, regio Peloponneſi, in qua eſt ciuitas Meſſanę, cuius incolę Meſſenij dicuntur. Ouid. lib.12.

miſſeſſus Armenius, Conſtantino Cęſare à ſe interfecto, Cęſar appellatus à militibus, ab iiſdem paulo poſt eſt interfectus, ſub annum ſalutis 691.

miſtillus, nomen coqui apud Martialem.

miſtrę, Pomponio Locrorum oppidum eſt

Barrius dicit ſe quoque à Plin. & Steph. vocari, hodie *Geloſia* : Myſtia apud Plinium & *Mukera* Siciliæ apud Stephanum reperitur. eam enim partem aliquando Siciliam dictam ex Thucydide paret, qui horum aliquot vrbes in Sicilia poſitas deſcribit.

mithra, à Perſis dicitur ſol. Strab. li. 15. Ponitur aliquando pro primario ſacerdote. Apuleius libro vltimo, Ipſúmque Mithram illum ſuum ſacerdotem præcipuum ſacrorum miniſtrum decernit.

mithriaca, ſacra ſoli ſiue Oſiridis, de quibus Lamprid. in Commodo ſacra Mithriaca homicidio verò polluit, cùm illi aliquid ad ſpeciem timoris vel dici, vel fingi ſoleat.

mithridates, rex Ponti, vi tanta & animi & corporis, vt ſex iuges equos regeret duarum & viginti gentium ore loqueretur. Hic diſſidentibus Romanis ſociali bello, Nicomeden Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit: Græciam, inſuláſque omnes, excepto Rhodo, occupauit: Ciues Romanos tota Aſia negotiantes, nocte vna occidendos curauit, Q. Oppium Proconſulem, & Apuleium legatum in vincula coniecit: ſed à Sylla apud Dardanum fuſus, cũ L. Lucullo apud Cyzicum congreſſus, tanta ſuorum clade ſuperatus eſt, vt rebus ſuis diffidens, ad Tigranem Armeniæ regem confugerit: cuius ope cùm bellum inſtauraſſet, à Pompeio omnibus prorſus viribus eſt exutus, tandémque à Pharnace in regia obſeſſus, veneno vitam abrumpere tentauit. Verùm cùm ea via parum proficeret, quòd corpus multis antea antidotis aduerſus venena firmauiſſet, immiſſum percuſſorem Gallum, authoritate vultus eius territum reuocauit, & in cædem ſuam manum trepidantis adiuuit. Hic Mithridates arguitur maximæ crudelitatis: nam Laodicem coniugem & ſororem, prætereà matrem fratrémque ac tres filios impuberes, totidémque filias interfecit.

mithridates, alias Bruti epiſtolas collegit, quæ impreſſæ ſunt ab Aldo.

mithridates, filius Gazabar. 1. Eſdr. 1.

mithridates, Ariaces, Parthorum rex, Olympiades 129.

mithridates, rex Pergami. Olymp. 183.

mithridates Hiberus, Parthorum rex. Olymp. 203.

mithridates, Armeniæ rex. Olymp. 206.

mitylene, nes, & Mitylenæ, arum, vrbs maxima in Leſbo iuxta Methymnam: à cuius nomine nunc omnis inſula Mitylene appellatur: in qua fuerunt olim duæ nobiliſſimæ ciuitates, hæc videlicet & Metymna. Hanc eandem inſulam pridem Leſbum dictam volunt, ab vrbis nomine, quæ in ea potentiſſima fuit. Dicta Mitylene. Diodor. lib. 4. à Mitylene Macaris filia. Hæc nunc *Mitylinum* dicitur, vrbs clara Pittaco ex ſeptem ſapientibus vno, & Alceo poeta, & Antimonide fratre eius & Diophane oratore, & Theophane rerum ſcriptore, qui Magno Pompeio admodum familiaris fuit. De hac ſcribit Vitruuius li. 1. quod magnificenter & elegantèr ædificata fuerit, ſed non prudenter poſita, in qua Auſter cùm flat, homines ægrotant: cùm Corus, tuſſiunt, cùm Septentrio, reſtituuntur in ſalubritatem, Mitylene, Steph. (quanquam prima υ, ſecunda, per ι: apud eum ſcribitur) à Mitylene Macaris, aut Pelopis filia, vel à Mytele conditore, vel à Mytone Neptuni & Mitylenes filio: vocatur etiam *Mitylin* Sophiano, ab hoc oppido tota etiam inſula ſic dicta fuit tempore Euſtathij.

mitys, vir quidam, cuius ſtatua eum à quo interfectus fuerat Mitys, collapſa oppreſſit. Ariſt. c. 10. de poetica.

mictis, inſula vltra Britanniam, ſex dierum nauigatione, teſte li. 4. c. 16. Plin. ſcribit, in ea candidum plumbum prouenire.

mizraim, vide Mezraim.

M N

Mnas, pyrata, qui temporibus Pompeij oram Italiæ proditoria claſſe infeſtabat. Plutarch. in Anton.

mnaſitheus, pictor fuit non ignobilis, patria Sicyonius cuius meminit. Plin. lib. 35. c. 11.

mnaſon, Elatenſium tyrãnus fuit, qui pro duodecim diis, dedit Aſclepiodoto pictori in ſingulos mnas trecenas, idémque Theomneſto, in ſingulas heroinas mnas centum. Plin. lib. 35. c. 16.

mnaſyrium, locus eſt in Rhodo inſula non procul à Lyndo oppido. Strab. li. 14.

mnemoſyne Nympha Pieria, quæ Ioui nouem Muſas peperit. Heſiodus in Theogonia Latinè memoriam interpretari poſſumus: quam ideò Muſarum matrem fingunt poetæ, quòd omnium ſcientiarum theſaurus memoriæ beneficio & acquiratur & conſeruetur.

mneſarchus, inter principes philoſophorum Ciceroni numeratur. Acad. 1. quæſt. lib. 4.

mneſimachus, poeta comicus, cuius tres fabulæ enumerantur à Suida.

mneſter, Agrippinæ, quæ Neronis iuſſu interfecta eſt, libertus. Is Agrippina à ſatellitibus Neronis interempta, ferro ſe transfixit: incertum charitate in patronam, aut metu exitij. Cornel. Tacit. lib. 4.

mneſtheus, nomen proprium viri Troiani. De quo Virgilius.

Mneſtheúmque vocat, &c.

Is ab Aſſaraco rege originem traxit, vt idem Virgilius author eſt 12. Æneid.

Et genus Aſſaraci Mneſtheus

Nonnoc-

Nonnunquam verò cauſa metri additur e poſt m Meneum, ut Virg. 10. Aeneid.

Nec Clytio genitore minor, nec fratre Meneſtheo.
Nec aliter poteſt ſtare verſus, vt annotauit Seruius.

mneſtheus, Petei filius 11. Athenienſium rex, ann. ante Romam conditam 450.

mneuis, bos Soli ſacer, quem Heliopolitæ pro deo colebant, in ſepto eum nutrientes. Strab. lib. 17. Suidas.

M O

moab, filius Loth ex filia ſua maiore. Geneſis 19. A quo vrbs Arabiæ (quæ aliàs, vt Euſebius refert, Areopolis dicitur) & regio nomen acceperunt. Iſa. 15. Eſt & regnum filiorum Loth ad Orientem Iudææ ſitum, proximum mari mortuo & Iordani. Eſt præterea nomen regis, 1. Reg. 12. & 20. 1. Par. 4. Lat. de patre: quoniam de patre eum filia concepit.

moadia, nomen viri, 1. Eſd. 12. Lat. ſolemnitas, vel feſtiuitas Domini, ſiue adornatio, vel teſtimonium aut fœdus Domini, vel tranſitus Domini.

moba, pars Arabiæ, pro Moaba: vnde Mobeni & Mobitæ. Steph. vide Moab.

mobannai, nomen viri, 2. Reg. 23. Lat. filius vel filiatio, ſiue ædificatio, aut intellectus vel intellectio.

mobucharaz ait vocari Stephanus eam vrbem Tertiæ Palæſtinæ, id eſt, Arabiæ Petrææ, quam Ptolemæus *Charatmoba* appellat. In Ptolemæi codicibus *Characoma* legitur.

mocarſus, parua regio Thraciæ. Steph.

mocata, vrbs Bithyniæ. Steph.

mochona, ciuitas, 2. Eſd. 11. Lat. baſis vel ſuſtentaculum, aut præparatio.

mochori, pater Ozi, 1. Paral. 9. Lat. venditio, vel cognitio.

mochura, Arabiæ fœlicis mediterranea vrbs Ptolemæo, *Mecha* putatur Nigro.

mocle, vicus Phrygiæ. Incolæ, Mocleni. Stephan.

modeſtinus, aliàs Herennius, iuriſconſultus, Alexandri Aug. temporibus.

modeſtus, conſul cum Arintheo, anno ab vrbe 112[illegible]

modin, ciuitatis nomen in monte ſitæ, vt videtur. Baſla, ſuper torrentem, qui apud Accronam effunditur, patria Machabæorum, vbi eſt omnium memorabilis ſepultura, ſeptem pyramides ex quadrata mole ſurgentes, 1. Machab. 2.

modœtia apud Paulum Diaconum eſt Inſubrum vrbs, vt Blondus & Leander referunt, quam *Monza* vocari aiunt. *Mogontiam* olim dictam, ex antiqua huius loci inſcriptione oſtendit Niger. Melius putant Merula *Moguntiacum*, qui ipſam inſcriptionem vti ibidem etiamnum reperitur, exhibet in lib. ſuo de Gallia Ciſalpina.

modono. Vide Methon.

modura, quæ *Deorum* dicitur Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs in Caſpiræis. Hanc Caſtaldus ſcribit hodie *Biſnagar* dici. eſt Ptolemæo ibidem alia Modura regia Pandionis.

moduti, Taprobanæ inſulæ vrbs, Ptolemæo, *Pinder* hodie eſt, vti videtur Villanouano.

mœcenas, vir quidam fuit Auguſti temporibus potens qui omnium primus in vrbe calentium aquarum natatoria ſtruxiſſe fertur. De hoc hiſtorici & Poetæ plura. Interea illud eſt adnotandum Mœcenatis nomen per œ ſcribi in Græcis exemplaribus, etſi æ malint alij quod marmora comprobant peruetuſta. Cæl. libro 12. cap. 16.

mœmagus, Ptolemæo Galliæ vrbs: hodie *Nemours*. Apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8. legitur, Nœomagus per N.

mœnus, Germaniæ fluuius in Rhenum fluens, Pomp. lib. 3. Huius fluuij meminit & Tacitus, Mœnis Pomponio dicitur: Menus Ammiano, Franconiæ regionis eſt, & *Meyn* hodie dicitur. Hunc Regione hiſtoricus & eius temporis ſcriptores *Mœnum* vocant fortè *Iulia*, flumen eſt apud Velleium Paterculum.

mœragetes, Iupiter dictus eſt, quòd quæ à Parcis mortalibus deſtinata ſunt, non ignoret, Panſanias author eſt in templo Apollinis ſimulachra duarum Parcarum fuiſſe, Iouémque pro tertia aſtitiſſe, cognomento μοιραγέτην, & eodem cognomine ibi Apollinem fuiſſe. Palæph.

mœris, veneficus deſcribitur Virgilio in Bucol. Item eſt inſula in mari Lycio, de qua Plinius lib. 5. cap. 31. Fuit & rex Ægyptiorum, cuius opus eſt, lacus inter Arſinoitem & Memphitem manufactus, circuitus, cccc1. paſſ. qui ab illo Mœridis lacus appellatur. Plin. li. 5. c. 9.

mœridis ſtagnum in Ægypto eſt. Ptolemæo auctore, Myrid. per y legit Ælianus de animalibus lib. 6. capite 7. *Bacbaira* vocatur hodie, vt tradit Caſtaldus.

mœſia Europæ prouincia quæ Pannoniæ iungitur, ad Pontum vſque cum Danubio decurrens. In Mœſia Aſiatica ſunt Dardani, Mœſi, & Triballi, Pontóque contermini Scythæ. Hæc tamen à multis per y ſcribitur Myſia. Vide infra & ſuprà Meſia.

moga primùm dicebatur: quæ poſtea Cappadocia, nunc autem Cæſarea à Cæſare, vt refert Ioſeph. & ſuprà dictum eſt in Cæſarea.

moguntia Metropoliticarum Germaniæ ciuitatum præcipua, Ptolem. nomen ſortitur à Mœno fluuio. Hanc Troianus quidam Moguntius condidiſſe fertur. Olim hic Romanorum munimenta fuerunt, contra Alemannos ad ipſam Rheni ripam. Moguntia vetus paulò re-

mutior à Rheno fuit, quemadmodum adhuc ruinæ teſtantur. In loco admodum amœno iacet, vbi Mœnus fluuius quem alij Moganum vocant, ex Franconia deſcendens Rheno commiſcetur. Agrum habet ab vtraque Rheni ripa fœcundum & præſtantiſſimo vino luxuriantem. Magna eſt, bene munita, populoſa parte, quam Rhenus alluit, immenſæ longitudinis. Ædes ampliſſimæ ſunt Romanorum more. Nulla eſt in Rheni tractu ciuitas quæ plura quàm Moguntia antiquitatis monumenta oſtendat. Archiepiſcopum ex vii. Viratus ordine dominum agnoſcit. Academiam habet. Huic vrbi artis Typographicæ inuentio debetur, circa annum 1450.

moguntia, oppidum Tranſalpinæ Galliæ. Vulgò *Maintz* ad Rhenum. *Maience ſur le Rhin.*

mogus, Samotis filius, apud Gallos regnauit, ſub annum à diluuio 330.

mohola, nomen viri. 1. Par. 7. Lat. chorus vel cithara, ſiue infirmitas: aut Syriacè, venia.

moholi, filius Merari filij Leui. Exod. 6. Lat. idem ſignif. quod Mohola.

molada, ciuitas, quæ in tribu tam Iudæ, quàm Simeonis reperitur. Ioſue 15. & 19. 2. Paral. 4. Lat. natiuitas, vel generatio.

molæ, Deæ quædam antiquitus dictæ ſunt filiæ Martis de nomine Molarum appellatæ, quòd Mars vt molis fruges, ſic bellis homines frangat & comminuat. De his meminit Gellius, quas in Romanis comprecationibus nominari ſolitas eſſe Molas Martis ſcribit.

mogrus, Colchidis fluuius, Arriano.

molæ Formianæ Ciceroni ſic dictæ, quod à Formiis non longè abeſſent, in Latio ſunt, & hodie pagus eſt *Mola* dictus, vt ſcribit Niger.

molathi, ſiue Molathites, 1. Regum 18. Regum 21. idem ſignif. quod Mohola.

molo orator Alabandenſis, qui Rhodi claruit Ciceronis ætate. Plut. in vita. Cic. & Stra. li. 14.

moloch, idolum Ammonitarum, cui filios proprios immolabant Iſraelitæ. 4. Reg. 24. Act. 7. quod & Melchom dicitur. Lat. regnans, aut conſiliarius eſt.

molochath flumen, teſte Ptolemæo, Mauritaniæ Tingitanæ fluuius. *Necore* vocatur Caſtaldo Oliuarius ſcribit Arabicè *Mululacha* dici. Niger tradit à Barbaris *Munzemar* vocari. *Mulucha* Pomponio & Plinio appellatur Vide Mulucha.

molchom, filius Saharaim ex Hodes vxore. Par. 8. Lat. rex vel conſiliarius eorum.

molid, filius Abiſur filij Semei filij Onam, 1. Paral. 2. Lat. generatio, vel natiuitas, aut circunciſio manus.

molio, Iupiter dictus eſt ab hoſpite quodam Molione.

molorcus, paſtor ſeniculus in agro Cleonæo, qui Herculem illac iter facientem comiter hoſpitio ſuſcepit. Cuius beneficij gratiam vt hoſpiti ſuo rependeret Hercules, leonem Nemæum interfecit, qui circumiectam regionem latiſſimè deuaſtabat. Huic ſeni ſacra ſolemnia inſtituta, quæ Molorchea dicebantur.

moloſſia, quæ Epiri, à Moloſſo Pyrrhi & Andromaches filio nominata, quam poſtea Helenus, de nomine Chaonis fratris ſui, quem in venatione imprudens occiderat, Chaoniam appellauit. Hinc Moloſſus, ſa, ſum. Hæc regio præſtantiſſimos educabat canes, qui & eodem quo gens ipſa, vocabulo Moloſſi dicebatur. Hos canes, poetæ fabulantur originem traxiſſe à cane æneo à Vulcano fabricato quem ille Ioui, Iupiter Europæ, Europa Procridi, Procris Cephalo dono dedit. Iulius Pollux lib. 5. cap. 5.

moloſſi inter Epiri populos numerantur à Plinio. Vicini Caſſiopeis videntur apud Plutarchum in Quæſtionibus Græcis: vbi Æaiades primum habitabant: Plin. 4. Moloſſidis regionis meminit. *Pandoſia* hæc hodie vocatur, niſi fallat Pinetus *Moloſiam* hanc nominat Steph. ſimplici ſ. Geminato verò Euripides in Andromache *Molotti* ſunt Heraclidi in Politiis. *Moloſſi* etiam in Theſſalia, Victorino Grammatico: item Athenæo 11. vbi *Molcon* vrbem *Moloſſia* vicinam facit.

moloſſus, pes dictus eſt ab eius patriæ ſaltatione. Vel quòd eo metri genere odas, in templo Iouis ad laudẽ canere conſueuerunt ad memoriam Moloſſi filij Pyrrhi, & Andromaches: à quo poſtea feſta Moloſſia ſunt dicta. Vel, vt alij, volunt, quod Moloſſi, id eſt, Theſſali ad bellum procedentes, huius modulata compoſitione vtebantur, conſtat autem tribus longis, vt Æneas.

molus, vxorem habuit Siden, Mentauri filiam, & nomen dedit inſulæ. Steph. in Side.

molucha, vide Mulucha.

molus, Hom. vir Cretenſis, Merionis aurigæ & Idomenei pater.

molybdana, vrbs Maſtienorum. Steph.

molybodes, inſulæ Sardiniæ adiacentes, quæ ſunt Plumbea & Hieracum, nunc *Iſole de Sancto Piero*. ſic Pinetus, ſi bene nominat cùm Molybodes Ptolemæo non ſit nomen commune duarũ inſularum, ſed vnius tantùm, *Molybodes* enim & *Plumbea* vnam eandémque inſulam denotat.

molycria, vrbs Ætoliæ. Strab. li. 10. Hinc Molycrius, Molycrieus, Molycræus, Molycrites, Molycrias, Steph. Vide Raiou.

molyndea. vrbs Lyciæ, à Molyndęo: Gentile, Molyndeus. Stepha.

molytis, Ariſtoteli locuſtę genus, quę frumenta depopulatur.

molys, vrbs Libyę: Vnde Molytes & Molyates, Stepha.

mombaza, inſulare oppidum, elegans ac nitidum in finibus Africę: quod Chriſtiani anno 1505. vi

1505. vi occupar unt. Cùm eni n Franciſcus Dalã ... ituruſs in Indiam, tributum ab Oppidanis regis Luſitaniæ nomine exigeret, Afri verò armata manu recuſarent, idcirco Chriſtiani oppidum deuaſtantes totum exulſerant: quod nunc ab Afris reſtauratum & priſtino nitori redditum aiunt. Theatr. vrb.

Momemphis, vrbs Ægypti: vnde Momemphitis præfectura. Steph.

Momus, deus quidam à poetis fingitur. Nocte matre, vt inquit Heſiodus, ac Somno patre progenitus: cuius naturæ proprium eſſe ferunt, ipſum quidem nihil operis edere, ſed aliorum deorum opera curioſis oculis contemplari, & ſi quid eſt omiſſum, aut perperam factum, id ſumma cum libertate carpere: vnde & nomen accepit. Nam μῶμος Græcè, reprehenſionem ſonat. Vide de eo fabulam apud Lucianum Dialogo de ſectis. Vide prouerbium, Momo ſatiſfacere.

Mona, inſula inter Angliam & Hiberniam ſita, vt Ptolemæus, Cæſar & Plin. eam deſcribunt, Monna, geminato n Xiphilino in Nerua. Hæc olim Druidum ſedes fuit, Tacito auctore. Hodie incolis Britannis, qui auitam linguam retinent, *Mon* vocatur: Angli verò Saxonica lingua imbuti, *Angle ſey* vocant, teſte H. Luydo & Lelando. Hæc inſula anguſto vado tantùm à Britanniæ continente diſiuncta conſpicitur: ex quo quis fortaſſe, hanc non eſſe Cæſaris Monam, quam medio curſu inter Britanniam & Hiberniam ſtatuit, poſſit ſuſpicari: ſed potius eam, quam Angloſaxones hodie *Man* nominant, de qua vide Monaœda.

Mona, Rheni inſula, citatur ex Tacito à Marliano in ſuo locorum indice, eámque Hollandiæ, Friſiæ ac Geldriæ proximam facit, atque ex ea Monaſterienſes nomen retinere putat, ineptè (Monaſterium enim oppidum ſic vocatur, quòd hic locus primum monaſterium habuerit, idque poſtea in vrbem excreuerit) eandem habet Liuius in ſuo orbis breuiario.

Monabæ, vrbs Iſauriæ: Gentile, Monabates. Steph.

Monacris, Arcadiæ mons, quaſi ſolus vertex, ſiue ſola ſummitas. Torrelius.

Monacum, Germanicè *Munchen*, Ptole. Abadiacum: vrbs præclariſſima Bauariæ, iuxta Iſaurium fluuium ſita: Habet amœnum ſitum, & arcem in plano ornatiſſimam, Ducum Bauariæ ſedem. Auentinus.

Monæſis, Parthorum rex quidam, de quo Horat. 3. Carm. Ode 6.

Monalus, Ptolem. Siciliæ fluuius qui Fazello *Molinæ* dicitur, *Toſa* autem Leandro.

Monaœda, Ptol. li. 2. c. 2. inſula iuxta Orientalem plagam Hiberniæ: alio nomine *Monarina* dicta. Beda *Meneuan* appellat & Gydas. *Eubeniam Menaum* vocant hodie Britanni indigenæ: Angli autem *Man*. hinc quidam recentiores *Mania* fecère, vt tradit Lhuydus. *Monapiam* à Plinio dici putant nonnulli. an *Mona* Cæſaris ſit, videant peritiores.

Monaſterium, Germaniæ ſuperioris apud Francones oppidum, de cuius origine & epiſcopatu hæc Munſterus in Coſmographia: Carolus magnus, tertiam Epiſcopalem Eccleſiam erexit in mediterraneis Saxoniæ, nunc Weſtphaliæ in Myningrode loco, qui poſtea ab inſigni ibi fundato monaſterio, Monaſterium denominatus eſt: ita vt paulatim abolito veteri vocabulo, incœperit Ciuitas & Eccleſia Monaſterienſis, quod nomen præualuit in hodiernum vſque diem. Hæc vrbs anno 1533. maximam cladem ab Anabaptiſtis accepit, qui eam ciuibus expulſis inuaſerunt, Regéque ex eorum colluuie creato, vrbem contra eius Epiſcopum Archiepiſcopum Colonienſem & ducem Cliuenſem, qui illam valido exercitu obſederunt, per annum, quaſi tenuerunt. Sed Epiſcopus tandem cum ſuis ſuperior factus, iuſtum ſupplicium de Anabaptiſtis & rege illorum ſumpſit.

Monda Ptolemæo, qui Muliadas Straboni hodie *Mondego* dicitur vti ex Cluſio habetur: ex tabulis Luſitaniæ fluuius oſtenditur inter Tagum & Durium.

Moneſio, ære à Vulcano fabricatus canis Cephali. Poll. 5.

Moneta, Iunonis cognomentum apud Romanos à monendo impoſitum. Cicero primo de Diuinatione. Nam cùm vrbs maximo terræ motu concuteretur, nec quiſquam noſſet qua victima id mali poſſet expiari, vox ex Iunonis tẽplo audita eſt, quæ ſacerdotes monuit, ſue grauida terræmotũ eſſe procurandum. Plutar. Lib.

Monetium, oppidum Iapydum prope Iſtriam, Stra. lib. 7.

Moluccæ Oceani Orientalis, iuxta Indiam inſulæ circulo æquinoctiali qui eas interſecat proximè adhærentes, ob maximam aromatum copiam, quam per totum terrarum orbem transferunt, celebres: ſunt quinque, nempe Tarenate, Tidore, Motir, Machian & Bachian: auicula Manucodiata (quam nos paradyſi auem vocamus) nobilis.

Monna, inſula Britanniæ proxima. Tacitus. Eſt & eius nominis inſula in Rheno fluuio Phryſiæ proxima.

Monobrica, habent eius loci inſcriptiones antiquæ, qui hodie *Monobriga* vocatur: in Hiſpania Bæticæ vrbs eſt, Cluſio teſte.

Monodactylus, Æthiopiæ mons, apud Ptolemæum, *Pentadactylus* Plinij eſt, Villanouano teſte.

Monodor, Pruſiæ filius, qui dentium loco oſ-

vnum continuum habuit. ὀδοὺς enim dens: vnde Monodos quaſi vnicus dens: quemadmodum Pyrrhum Epirotarũm regem habuiſſe Plinius & Plutar. referunt.

Monœcus, portus & ſtatio Liguriæ, paucarum nauium capax, ab Albinga oppido diſtans ſtadijs quadringentis & octoginta. Nomen ab Herculis æde accepiſſe putatur, quòd is in ea ſolus coleretur, quaſi μόνῳ ἡρακλεῖ οἶκος. Arcem habet munitiſſimam, non procul à Nicea, quam hodie Itali vocant *Monicho*. Dicitur portus Herculis, quia (teſte Seruio) pulſis alijs, illic Hercules ſolus habitauit, vel quòd in eius tẽplo alius deorum non colitur. A Monœci portu vſque in Tuſciam vniuerſum littus continuum omnino ſine portu eſt, exceptis quibuſdam paruis ſtationibus ad iactandas anchoras.

Monogiſſa, locus mutilus eſt in Steph. Hinc Diana Monogiſſena cui templum Dædalus extruxit. Megiſſa enim lingua Carum lapidem ſonat. Nunc verò cruſtaceos & molles lapides, Giſſa nominamus. Steph.

Monoglossum, Ptol. Indiæ intra Gangem emporium, *Mangalor* à Nigro indigitatur.

Monomeri, populi ſunt apud vltimas Orientis terras, ſingulis cruribus ſaltatim currentes vinaciſſimæ pernicitatis. Gellius lib. 9. c. 4.

Monophaga, erant ſacra apud Æginenſes quæ copioſè deſcribuntur à Plut. in quæſtionibus Græcis, & Athenæo.

Monoſceli, homines Indici ſingulis cruribus. σκέλος enim crus dicitur: qui & Scapiodes vocantur, quòd in maiore æſtu humi iacentes σκιᾷ ποδὸς, hoc eſt vmbra pedis ſe protegant. Plin. lib. 7. cap. 2.

Monothelitæ, hæretici quidam, qui duas in Chriſto voluntates negabant diuinam ſcilicet & humanam, quum tamen res aliter ſe habeat. Contra hos celebrata eſt ſexta ſynodus, anno ſalutis 1035. Princeps ſectæ fuit Sergius præſul Conſtantinopolitanus. Author Paul. Diac. de geſtis Longob.

Mons Ferratus, regio Italiæ, cuius fines ſunt, hinc Padus, inde Apenninus & Tanarus amnis ex ſuperiore parte montes proximi Moncallerio, vbi Pedemontium incipit.

Monſpeſſulanus, Galliç Narbonenſis oppidum vulgò, *Montpeſlier*, in agro admodum fertili poſitum, decem milliaribus à mari mediterraneo diſtat, Epiſcopatu & Academia celebratur: in qua olim Iuriſprudentiæ, nunc Medicinæ florẽt ſtudia. Ampliſſimo Medicorum collegio decoratur: quòd ab Vrbano pontifice Romano fundatum eſt, & copioſis ornatum redditibus.

Mons ſanctus, vide PREMTRIS.

mons Iouis in Hiſpania, nunc *Monini* dicitur. Eius partem occidenti aduerſam, eminentia cautium, quæ inter exigua ſpatia vt gradus ſubinde conſurgunt, Scelas Annibalis appellant. Pompon. Mela. lib. 2. c. 6.

Monthaburum, caſtellum munitiſſimum in Germania à Baſano Sicambrorum rege constructum, Olym. 131.

Montanus, poeta quidam, Ouid. 4. de Ponto, Elegia 16.

Montanus hæreticus quidam ſub annum Chriſti 173. Euſeb. lib. 5. c. 16. hiſt. eccleſ.

Montanus alius hæreticus, ſub annum ſalutis 254. à quo Montani, qui & Cathari. Euſeb. li. 6. cap. 34.

Montes Ætij, ſic vocantur apud Diod. Siculũ in fine lib. 4. montes quidam Siciliæ, qui hodie *Montifori* vocantur, Fazello auctore.

Montes, Hannoniæ Belgij prouinciæ vrbs potens & ampla, in colles aſſurgens & vallibus depreſſa, virorum & ædium frequentia ad maximum numerum locupletata, natura & propugnaculis munitiſſima: Sagariam exercens negotiationem, vulgò *Mons en Hainaut*.

Monycha, che, vel Monyca, nomen matris diui Auguſtini, cuius vitæ ſanctimoniam & ipſe diuus Auguſtinus & Mapheus Vegius Laudenſis vates litteris mandauere.

Monychia apud Steph. Munichia legendum videtur, vide MVNICHIA.

Monychus, Centaurorum fortiſſimus, corporis robore in tantum pollens, vt vel proceriſſimas arbores humo euelleret, & pro telis in hoſtes vteretur. Ductum eſt autem hoc nomen à Græco μόνυξ quod perinde eſt ac ſi Latinè ſolungulum dicas. Hoc autem proprium equorum eſt epitheton qui vnica, eaq; ſolida vngula pedes habent calceatos. Quo fit vt & Centauris tribuatur, quibus poetarum fabulæ equinos tribuerunt pedes.

Monyma, Mithridatis vxor, quæ in deſperatione rerum profligatarum detractum è capite diadema, illud collo circumligaſſe traditur, ſeſéque ſuſpendiſſe: & cùm corporis pondere laqueus ille direptus eſſet, dixiſſe, execrandum diadema, neq; in tam triſti miniſterio mihi profuiſti: móxq; cùm ſemper illud humi abiectum inſputaſſet eunucho regio iugulandum ſeſe obtuliſſe. Plutarch. in Lucullo.

Monymus, Corinthij cuiuſdam trapezitæ ſeruus, qui cùm philoſophiæ amore teneretur, cuperétq; maximè operam dare Diogeni, neque tamen hoc à domino poſſet impetrare, ſimulata inſania mutuatam cœpit ſpargere, eóque modo dimiſſus, ad philoſophiam ſe conuertit, Diogenémque ſecutus eſt. Laërt.

Moos, filius Ram primogeniti Ierameel. 1. Paralip. 2. Lat. lignũ, vel ligneus, ſiue cõſiliarius.

Mophim, filius Beniamin. Gen. 46. Lat. ex ore; vel

e: vel cooperimenta.

Mophis rex Indiæ, ab Alexandro magno deuictus.

Mopſi focus, locus Ciliciæ iuxta Pyramum fluuium à Mopſo vate. Ciui: mopſeates. Stephanus.

Mopſion, ciuitas Pelaſgitidis regionis Theſſaliæ, Strab. lib. 9. Gentile. Mopſius.

Mopſiſtiæ, vrbs Ciliciæ, à Mopſo condita.

Mopſocrenæ, vrbs in Cilicia, à Mopſo condita.

Mopſopia, Attica regio, à Mopſo rege ſic dicta. Strabo.

Mopſos, liberum Ciliciæ oppidum ad Pyramum fluuium ſitum, Plin. lib. 5. c. 27. Strabo lib. 14. μόψου ἑστίαν vocat.

Mopſueſtia, Ptolemæo eſt Mopſi vatis domicilium quondam, vt ſcribit Ammianus libr. 14. Antiqua inſcriptio, quæ in Aldi orthographia eſt, mopſueſtiam Lyciæ regioni tribuit.

Mopſus, vates Theſſalus Ampyci & Chloridis filius vnus ex Argonautis. Hyginus. Fab poet. c. 14. Fuit & alius, à quo Colophonem conditam volunt, Hic cùm in Calchantē vatem incidiſſet, de artis peritia cum eo certauit, victórque euaſit. Quam rem tam ægrè tulit Calchas, vt ex dolore ægritudine contracta vitam finierit. Vide Calchas.

Moraſti, vicus contra orientem Eleutheropoleos, patria Michææ Prophetæ. Ierem. 26.

Moraſthites, idem. Lat. hæres vel paupertas, aut de paupertate, vel de hæreditate.

Morauia, regio Germaniæ, nunc regno Bohemico adiuncta. hanc veteres Marcomanniam vocabant, quia fines Germaniæ, qua Danubio in Pannoniam pergitur, terminabat. Nam Germanis *Marck* limes dicitur, atque inde Marcomanni limitum finiúmque accolæ appellati. De quibus Arrianus in commemoratione Germaniæ: Earum Gentium, inquit postremi ſunt Quadi ac Marcomanni, &c. Hodie quoniam Morauia circumſcriptos Morana fluuio habet fines, ab eodem fluuio incolæ Morani, & ipſa regio Morauia appellatur. Eam nunc tribus è partibus limitant iuga montium, ſyluæ ſaltúſque, & fluuij, ab Oriente videlicet ab Hungaris, ab Occidente à Boemis, ab Aquilone à Sileſiis. Nam à meridie Auſtriam verſus plana eſt, à qua dirimitur Thayſa flumine intermedio. Fluuiis multis decoratur. In agris numiſmata M. Antonini, Commodíque & aliorum nonnullorum Cæſarum, tam aurea quàm argentea reperiuntur, quæ fidem bellorum cum Marcomannis olim in Morauia geſtorum manifeſta facere videntur. Thus & Myrrha ibi inueniuntur vno tantùm in loco, non ex arbore deſudante, vt alibi lecta: ſed è ſolo terræ eruta. Regionis poſitio quatenus interim patet, campeſtris eſt: campíque ſunt molli & pingui ſolo, ideóque ſegetibus valde idonei, ſicut colles vineis, propter terram vineis magis quàm in Boemia amicam. Culta vere tota, cultoribúſque adeo referta eſt, vt nullum gregibus armentorum, quæ niſi in ſolitudinibus commodè paſci queunt, locum reliquerit. Bohemica lingua Morauí vtuntur. Dubrauius & Æn. Siluius in hiſt. Bohem.

Mordiæum, ciuitas Piſidiæ. Apollinia poſtea dicta Steph. vbi optima mala. Athenæus.

Morgantium Straboni & Diodoro Siciliæ vrbs, quæ hodie, vt Fazellus ait, *Agnuni* dicitur. *Murgantia* Liuio vocatur, *Murgentin*. ſunt Plinio *Morgynam* Siciliæ, *Morgentiam* verò ſiue *Morgentium* Italiæ vrbem habet Stephan. de qua infra. Hanc Barrius in Calabria ponit & *Georgeto* nominat.

Morgentium, vrbs Italiæ: vocatur etiam Morgentina: Gentile, Morgentinus & Morgites. Stephanus.

Morges, in Italia regnauit ſub annum mundi 2349.

Morgina, vrbs Siculorum: Gentile, Morginæus. Stephan.

Morgus, Plinio Salaſcorum fluuius, qui hodie *Orco* dicitur, vt Leander tradit, vel *Orcho*, vt Merula. Plin. lib. 3. cap. 16.

Moria collis, 2. Par. 3. qui Terra viſionis, Gen. 22. dicitur, à latere montis Sion. Lat. amaritudo vel myrrha Domini, aut potius doctrina ſiue timor Domini, ſiue dominatio Domini.

Morieí, ſeu Morienſes populi Indiæ, ligneas domos habitantes. Stephan. μοριεῖς Gr.

Morini, populi inter Belgas ad Oceanum Britannicum, Caletibus & Neruiis vicini, quorum oppidum mediterraneum, Ptol. teſte, fuit Teruanna, etiam hodie nomen retinens. Hi à Virgilio 8. Æneid. extremi hominum appellantur, quod (vt iam diximus) Oceano ſint proximi, breuiſſimúſque ab eis, vel ipſo Cæſare teſte in Britanniam ſit traiectus.

Moriſeni, Thraciæ populi circa Ponti littora incolentes: Plin. lib 4. cap 11.

Morpheus Somni miniſter, qui (vt in fabulis eſt) iuſſu domini quoſcunque vultu hominum fingit, verba ipſa, mores item & geſtus imitans, Ouidius libro 11 Metamorph.

Morpho, apud Lacedæmonios Venus dicta eſt ἀπὸ τῆς μορφῆς, id eſt, à forma. Huius ſimulachro Tyndarus pedicas impoſuit, non quòd Venerem vinxerit, vt deq; in filias opprobria vlciſceretur, quod nonnulli putarunt: ſed vt per illas denotaret, mulieres domi manere debere maritorum dicto audientes. Paleph libro 2.

Morta, vna ex Parcis, quòd qui naſcuntur ante tempus, vel poſt tempus quaſi monſtra,

zed by Google

habeantur. Parcas autem, Latini Nonam Decimam & Mortam vocitarunt. Gellius lib. 3.c.16. Vide PARCAE.

Mortuum mare, ſic dicitur, quia nihil viuum gignit, lacus eſt Syriæ in prouincia Pentapoli, qui nihil præter bitumen gignit, nihil in eo graue ſubmergitur. Ideò Aſphaltus vocatur, quòd omnia in eo tuta ſint.

Morylij, vel Morillij Macedoniæ populi in occaſum vergentes, iuxta Allantenſes & Lynceſtas. Plin. lib. 4. c. 10.

Morychus, cognomen Bacchi apud Siculos: cuius faciem vindemiæ tempore, muſto & recentibus ficis oblinere conſueuerunt. Eraſm. in prouer. Morycho ſtultior.

Moſa, filius Caleb ex Epha concubina, 1. Par. 2. filius Zamri filij Ioada, 1. Par. 8. Lat. Azymum aut iuuentus, vel exitus, ſiue exprimens, vel emungens.

Moſa, 1. Paralipom. 9. filius Saharaim ex Hodes vxore. Lat. Onus ſiue aſſumptio, vel prophetia aliquando tranſlatiuè, vel aquarum eleuatio.

Moſa, vulgò *la Meuſe*, fluuius inſignis Galliæ Belgicæ, ex Vogeſo monte, non procul à Lingonum finibus profluens, & per Eburonum, Menapiorum, ac Sicambrorum agrum labens, tandémque in finibus Batauorum accepto Rheno in Oceanum ſe exonerans. Plin. lib. 4. cap. 14. & 15. Tacitus lib. 2. & 20. Cæſar, de bello Gall. *Marſe* Germanis dicitur.

Moſæus, regionis Suſianæ fluuius Ptolemæo. *Triſiciri* vocari ab Abylfedea ex eius tabula colligitur. *Maſeus* eſt apud Marcellinum.

Moſchi, populi Aſiæ, Albanis & Iberis finitimi: à quibus pars Tauri montis in Septentrionem declinans, Moſchij nomen accepit. Plin. lib. 5. c. 27. & lib. 6. c. 10. Hos *Meſech* in ſacris literis dici ſcribit Montan. in Apparatu Biblico. Qui hodie *Moſchouita* appellantur, verſus occidentem magis vergunt.

Moſchica, regio Aſiatica, prope Phaſim fluuium tripartita: vnam Colchi, alteram Iberes, & tertiam Armenij inhabitant.

Moſchus, grammaticus, & poeta Syracuſanus, Ariſtarch. familiaris, hic ſecundus à Theocrito ſcripſit carmen Bucolicon. Suid.

Moſchus, fluuius, nunc vulgò *Morana*.

Moſcouia, ſeu potius Ruſſia, hodie appellatur vniuerſum imperium magni Ducis Moſcouiæ, quod mari glaciali à Septentrione terminatur, ab Oriente Tartaros, à Meridie Turcas & Polonos, ab occidente verò Liuones & Sueciæ regem, vicinos habet. Huius omnes regiones ſingulatim deſcribit Sigiſmundus baro ab Herbeſtain, in Moſcouitica hiſtoria, apud quem multa de Religione, ritu viuendíque more totius gentis, quæ magis ſeruitute quàm libertate gaudet. Omnes ſe principis ſeruos fatentur. Raro illi eſt quies: nam aut bellum Lithuanis, aut Liuonienſibus, aut Tartaris infert, aut ſi nullum bellum gerit, præſidia collocat circa Tanaim & Occam fluuios ad reprimendas Tartarorum deprędationes. Tunicas oblongas, ſine plicis, manichis ſtrictioribus, Hungarorum ferè more geſtant Moſcouitæ. Ocreas ferè rubras eáſque breuiores, vt quæ genua non attingant, ſoleáſque ferreis clauiculis munitas habent. Ventrem nequaquam, ſed femora cingunt: atque adeò pubetenus, quò magis promineat venter, cingulum dimittunt. Iuſtitiam ſtrenuè exercent in prædones. Furta & homicidia raro capitali pœna puniuntur. Monetam argenteam habent non rotunda, ſed oblonga & ouali quodammodo forma. Pellibus nobilibus ac precioſiſſimis, quæ illinc per totam Europam exportantur, regio abundat: & vbique ferè ſyluoſa eſt.

Moſella, fluuius qui circa fines Lingonum in Celtis oriens, Metenſem ac Treuirenſem vrbes præterfluit, Tacit. lib. 11. Gallicè *Moſelle*.

Moſera, nomen montis vbi Aaron mortuus, eſt & ſepultus. Deut. 10. qui Hor. Num. 20. & Moſeroth, Num. 33. dicitur. Lat. eruditio, ſiue diſciplina, aut vinculum: vel Syriacè, datio, ſiue traditio.

Moſeroth, locus in quo caſtrametati ſunt filij Iſrael profecti de Heſmona, Num. 33. Eadem quæ Moſera dicitur.

Moſes i, attractus, vel aſſumptus, ſubaudi de aquis, vt Exod. 2. 10. legitur, filius Amram filij Gath filij Leui. 1. Paral. 6. & 23. Act. 13. 20. nomen inclyti Iudęorum ducis qui ſcriptor fuit primę & antiquiſſimæ hiſtoriæ mundi & Eccleſiæ à prima orbis creatione vſque ad annum 2493. Eſtque ſcriptorum omnium tam ſacrorum quàm prophanorum antiquiſſimus. Hoc igitur, quod Pli. li. 1. ſcripſit, ridiculum eſt, videlicet, Pherecydem Syrum proſam orationem cōdere primum inſtituiſſe tempore Cyri regis. Nam Pherecydes multò poſterior Moſe fuit, vt ait Euſeb. lib. 11. de præpar. Euang. Magnus Hebræorum imperator fuit Moyſes: qui cùm ex Ægypto Iſraelitas in patriā terram reduceret, ſtatim atque mare rubrum, diuinitus cedentibus aquis, tranſgreſſus eſt, diuino afflatus numine, carmen hexametrum inuenit, quod in laudem Dei, gratiarúmque actionē edidit. Ioſeph lib. 1. Antiq. Inſtrumenta bellica dicitur inueniſſe. Ioſeph. ibid. lib. 2. Literaſque, quas inuenerit, Iudæis tradidit. Euſeb. lib. 8. & 10. de præ. Euang. quas tamen Philo Iud. ad Abraham refert. Mortuus eſt Moyſes in monte Abarim: & non apparuit, nec inuentum eſt eius corpus, quod ſepeliuit Dominus angelorum miniſterio: quod ideò factum eſſe autumant Hebræi,

Hebræi, ne eum ipſi pro Deo colerent, quia proni ad idololatriam erant, Comeſt. in cap. 24. Deut.

Moſes, patruus Orcanis regis Turcarum Calepini filij, qui eundem Orcanem ſuæ fidei commiſſum & interfecit, & regno ſpoliauit.

Moſes, Æthiops quidam, qui vbi multa furta commiſiſſet, tandem in ſolitudinem ſe contulit, vbi 75. annos vixit, cellulam quandam annis ſeptem nuſquam egreſſus.

Moſobab, nomen principis, 1. Paralipomenon, 4. Lat. reuerſus, aut auerſus, vel conuerſus.

Moſoch, filius Iaphet, Gen. 10. Ab hoc Cappadoces originem traxerunt, Ezec. 27. Filius itẽ Aran, 1. Par. qui Geneſis 10. dicitur Mes Lat. attrahens, vel prolongans, aut vallans, vel ſepiens.

Moſon, Galatiæ vrbs Ptolemæo, *Aricanda* à Nigro vocatur.

Moſollam, pater Salo. 1. Paralipomen. 3. 5. 8. 9. præpoſitus inſtauratoribus templi. 2. Paralipo. 34. Lat. pacificus, ſiue perfectus aut retribuens, vel parabola, ſiue poteſtas eorum.

Moſollamith, filius Emmer. 1. Par. 9. Lat. pacifica, ſiue perfecta, aut retribuens, vel parabola mortis, aut dominium mortis.

Moſollamoth, pater Barachiæ principis. 2. Paralipom. 28. Lat. pacificatio, aut perfectio, ſiue retributio, aut parabola vel dominium mortis.

Moſylon, promontorium & emporium Æthiopiæ. Steph.

Moſyni, vel Moſynœci, populi Aſiæ verſus Septentrionem, qui (vt Pomponius lib. 1. refert) turres ligneas ſubeunt, notis corpus omne perſignant, in propatulo veſcuntur, promiſcuè concubunt & palam reges deligunt, vinculiſque arctiſſima cuſtodia tenent. Stephanus à domicilijs quæ habitant dictos ſcribit: poſſeſſiuum, Moſynœcicus.

Moſynœci. vide Heptacometæ.

Motene, Armeniæ maioris regio ad Cyrum fluuium, vt tradit Ptolemæus *Exſechia* dicitur, ex Abylfedeæ tabulis, Caſtaldo.

Motenum, Pannoniæ ſuperioris vrbs, Antonino *Bru kan der Leyta*, Simlero videtur.

Motho, vicus Arabiæ, in quo Antigonus Macedo à Rhabilo rege Arabum occiſus eſt. Significat autem Arabum lingua locum mortis: incolæ, Motheni. Strabo.

Motieni, parua regio Iberiæ, colonia à Romanis deducta, Phlegon Mutienos vocat: Gentile, Motienus, Steph.

Motya, vrbs Siciliæ à Motya muliere, quæ Herculi prodidit illos, qui boues eius abegerant. Philiſtus maritimum Siciliæ caſtellum eſſe ſcribit: Gentile, Motyſæus: Steph. *Mundello*, tumulus non longè à Panormo occaſum verſus. Aretio.

Motya, Siciliæ vrbs quoque Pauſaniæ eſt, ad Pachynum promontorium. Hodie, vt Fazellus tradit, tota proſtrata iacet, extat duntaxat ædicula S. *Ioannis* appellata. Duæ videntur ex horum deſcriptionibus, huius nominis vrbes in Sicilia, vna ad Pachynum, altera ad Lilybæum promontorium. Mutienſes habet Plinius *Motuca*, eadem Ptolemæo Siciliæ vrbs mediterranea inter Pachynum & Lilybæum promontorium. *Modica* dicitur Leandro, *val. Zolo* Nigro.

Motylæ, caſtellum Siciliæ iuxta Motyen. Gentile, Motylæus.

Moyſes. Vide Moses.

Mozel, nomen regionis. Ezech. 27. Lat. ambulans, vel vadens.

M V

Muciſſus, vrbs Cappadociæ. Steph.

Mugius, cognomen Romani cuiuſdam, à frequenti murmuratione, à quo Mugiola porta, cui ipſe aliquando præfuit, nominata eſt. Vide Mugonia.

Mugonia, porta Romæ, à mugitu, quòd per eam venale pecus intraret. Hæc Trigonia appellata eſt, hoc eſt, trium angulorum.

Mulciber, Mulciberis, & per ſyncopen, Mulcibris (eſt enim tertij ordinis, non ſecundi) idem qui Vulcanus, deus ignis præſes, à mulcendo dictus, quòd ignis omnia mulceat, id eſt, molliat, vincat ac domet. Apud Ciceronem lib. 2. Tuſcul. ex vetuſto aliquo poeta legitur genitiuus Mulcibri ſecundæ declinationis, & trium ſyllabarum, Iouiſque numen Mulcibri adſciuit manus. Donatus putat Vulcanum mulciberem dictum à mutilando, quòd claudus à poetis fingatur, & mutilatus. Fuit enim Mulciber Iouis ex Iunone filius, quem cùm parentes infeliciſſima forma eſſe vidiſſent, ex cœlo in Lemnum inſulam præcipitarunt: ex qua ruina intorto pede fertur claudicationem contraxiſſe. Homerus fingit eum à Ioue ideò præcipitatum, quòd Iunonem matrem ex eius irati manibus eripere conaretur.

Muliadas, fluuius Hiſpaniæ, poſt Tagum fluens. Strabo.

Mulona, Æthiopiæ oppidum, quod Græci Hypaton vocant. Plinius.

Mulacha, fluuius Numidiam à Mauritania dirimens. Strabo libro 19. Plinius libro quinto capit. 2.

Mumaſtis, vrbs Cariæ. Ciuis, Mumaſtites. Stephanus.

L. Mummius homo nouus, & ad Conſulatũ euectus, cõtra Achæos, Iã à Q. Metello ad Thermopylas victos, miſſus eſt. Cũ quibus duce Diæo, motus eius & belli auctores ad Iſthmon cõflixit, vicitque. Mox omni Achaia in deditionem ac-

cepta, Corinthum ex S. C. diruit, quoniam legatos P. R. violaſſent. Thebæ quoque & Chalcis quæ auxilio fuerant, dirutæ ſunt. Ipſe Mummius ſe abſtinentiſſimum virũ geſſit, nec quicquam ex iis opibus, ornamentiſque quæ prædiues Corinthus habuit, in domum eius peruenit. Sic ferè Liuius lib. 52. Item Plinius de viris illuſtribus. Acto triumpho, qui ſignis & pictis varijs ſpectatiſſimus fuit, Achaici nomen tulit. Geſſit poſteà Cenſuram cum P. Scipione Æmiliano: in quo honore quum lenior viſus eſſet, non dubitauit Scipio pro Roſtris dicere, ſe omnia ex maieſtate reipublicæ geſturum fuiſſe, ſi ſibi ciues vel collegam dediſſent, vel non dediſſent. Valerius lib. 6. cap. 4. Fragmentum Sexti Pompeij pag. 95. Paterculus tam rudem & indoctum fuiſſe tradit, vt capta Corintho, quum maximorum artificum perfectas manibus tabulas ac ſtatuas in Italiam portandas locaret, juberet prædici conducentibus, ſi eas perdidiſſent, nouas eos reddituros. Addit tamen idem auctor, magis pro republica fore, ſi maneret adhuc rudis Corinthiorum intellectus, & hanc imprudentiam decori publico fuiſſe conuenientiorem, ſui temporis prudentia. Scitum eſt, quod ſcriptu reliquit Strabo Geogr. libr. 8. Lucullum quum ædem Fortunæ conſtruxiſſet, atque item porticum quandam, ſtatuas, quas Mummius complures habebat, petiuiſſe in eum vſum, vt ædem ornaret ad oſtentationem, mox eaſdem redditurus. Nihil minus autem cogitantem ſtatuas conceſſiſſe Mummium, Lucullum verò eas omnes Deæ conſecraſſe, quod ſciret tum auferri non licere, & tamen miniſtris repetentibus, vt inde tollerent, juſſiſſe, adjecto, etiam ſibi iam nullum illarum vſum eſſe. Quam illius improbitatem & ſtropham quum Mummius æquo animo ferret, omni prorſus amiſſarum ſtatuarum abjecta cura, populum longè maiore laude & gloria Mummium, quam qui eas Deæ poſuerat, Lucullum celebraſſe. Deceſſit quum ære Corinthio & ſignis vrbem repleuiſſet, non relicta dote filiæ, quemodo teſtatur Plinius lib. 34. cap. 7.

P. Mummius dexteritate morum valde commendatus eſt, quem C. Publicius ob id dicere ſolebat, cuiuis tempori hominem eſſe. Refert id apud Ciceronem de oratore 2. Cæſar. Vbi quod adiicit ſumptum ex Catone, priorem illo vel certè ſynchronum fuiſſe arguit.

L. Munatius Planchus patrem auum & proauum eodem prænomine habuit, Orator ac diſcipulus Ciceronis. Militauit ſub Cæſare in Gallia, cui & in bello ciuili quum adhæſiſſet, poſt Præturam deſignatus ab illo Conſul cum D. Bruto Galliam comatam adminiſtrauit, Bello Mutinenſi ſumma de ſe Reipublicæ & Ciceroni pollicitus, ad extremum iis deſertis, cum Antonio & Lepido ſe coniunxit, quoque magis eiſdem & Cæſari gratificaretur, fratrem proſcribi paſſus eſt, Lepidi, qui & ipſe fratrem prodiderat, ſtudioſus imitator. Vnde mox illis triumphantibus, milites per locum hunc verſum iactarunt, *De Germanis non de Gallis duo triumphant Conſules.* Poſt bellum Peruſinum profectus ad Antonium, quum diu illi & reginæ Cleopatræ ſeruilibus obſequiis & aſſentationibus ſe comprobaſſet, inter apparatum Actiaci belli transfugit ad Cæſarem, à quo poſt aliquot annos ad Cenſuram euectus eſt, pluribus etiam honoribus decoratus, quemadmodum vetus indicat inſcriptio hæc. *L. Munatius L. F. L. N. L. pron. Plancus Coſ. Imp iter. VII. vir epulonum, triumphalis ex Rhœtis ædem Saturni fecit de manubiis, agros diuiſit in Italia Beneuenti in Galliam colonias deduxit Lugdunum & Rauracam.* Cæterum Planchus idem aliquando in Meuia Galla nupta malè audiuit. Vnde ſutor rogatus ab illo in iudicio, quo ſe artificio tueretur, vrbanè reſpondit, *Gallam ſe ſubigere*, adulterium per ambiguitatem exprobrans. Illud ſcitum eſt quod refert Plinius in præfatione, quum diceretur Aſinius Pollio orationes in eum parare, ſed poſt mortem primum edendas ne reſpondere poſſet, dixiſſe Plancum, *cum mortuis non niſi laruas luctari*, quo dicto ſic repercuſſit aduerſarios, vt apud eruditos nihil impudentius indicaretur.

Munda, oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, memorabili illo prælio inter Cæſarem & Pompeij liberos geſto nobilitatum, quo quidem in prælio tanta vtrinque edita eſt ſtrages vt Cæſar victor, hoſtes qui fuga ſeſe in vrbem receperant, obſidens, congeſtis corporibus vallum extruxerit.

Mundus, adoleſcens quidam, qui cùm Paulinam Saturni cujuſdam vxorem, quam deperibat, flectere non poſſet, eam in Iſidis templo, adiuuantibus ſacerdotibus pecunia corruptis, conſtuprauit. Ioſephus libro 18. capite 10.

Munim, nomen viri. 1. Eſd. 2. Lat. habitacula, ſiue afflicti, aut delinquentes, vel reſpondentes.

Munichia, chiæ, tumulus eſt in Cherroneſi formam, curuatus, ingreſſum habens anguſto ore, à quo murus XL. ſtadiorum longitudine protendebatur. Athenarum vrbem cum Piræo, duobúſque alijs portubus connectens. Hinc Munychius, poſſeſſiuum. Fuit item Munychia, Dianæ cognomen, quæ apud Pygellam non procul ab Epheſo colebatur. Strabo libro 14.

Munichia, Munichiorum, feſta Palladis. Inde Munychius portus extra Athenas dictus, Hellanico teſte, à quodam Munychio rege Pantaclei filio.

munichiates, Ptolemæo lib.5.cap.17. Petrææ Arabiæ vrbs, hodie *Medira alnabi*, vbi Mahumeti ſepulchrum.

munitium, Germaniæ apud Ptolemæum oppidum. Villanouanus *Gottingen*, interpretatur.

murcea, dea, quam ita appellarunt, quòd præter modum faceret hominem murcidum, id eſt, deſidioſum. Cui contraria erat dea Strenua quæ faciebat homines ſtrenuos.

murena, cognomen viri Roma. ab eo piſce deductum, qui Murena dicitur. Vnde Ciceronis extat pro Murena oratio.

murgantia, vrbs in Samnio à P.Decio IV. conſule capta. Liuius 10. & 24. In magna Græcia ponunt Volaterranus & Niger, qui ſcribunt hoc loco nunc oppidula *Monaſteracchi* & *Orizella* extare. *Morgentia* & *Morgentium* apud Stephanum. Niger ſcribit eandem eſſe cum *Mamertio*, Strabonis: hodie *Martirano* vocari ſcribit Barrius.

murgis, Plinio lib. 3. cap.1. Bæticæ ſinus, à quo Murgitana regio. Hodie Murcia eſt, vt Cluſius putat.

murita, vir quidam Chriſtianæ religionis defenſor acerrimus, qui ab Arianorum principe in exilium miſſus, ibidem fame & frigore extinctus extremum diem obiit.

murœla, Ptol. lib.2. cap.15. Pannoniæ ſuperioris vrbs: vulgò *Mureck*.

murotriges, & Sumotriges habet Lhuyd. Angliæ populos, quos ipſi Angli *Somerſetſhire* & Cambri (qui ſunt genuini Britanni) *Guladyrhai* appellant, fortè, Durotriges.

murranus, priſcus Latinorum rex, à quo poſtea Latini omnes reges Murrani ſunt dicti. Seruius.

murrhanus fuit quiſpiam, qui de generis nobilitate apud Virgilium 12. Æn. gloriabatur.

Murrhanum hic atauos & auorum antiqua ſonantem
Nomina, per regeſq́; actum genus omne Latinos.
Præcipitem ſcopulo, atque ingentis turbine ſaxi
Excutit.

murſa, vrbs Ioniæ, ab Adriano condita: Gentile, Murſæus. Dicitur etiam Murſum. Stephanus.

murtius, Auentinus mons quòd è lapidibus & veluti muro conſtaret. A quo Muria dea Venus.

murtia, tiæ, Veneris cognomentum: à murtho arbuſcula illa ſacra impoſitum, inde primùm Myrtæa dicta eſt, & deinde corrupto nomine. Murtia Plin.lib.15. cap.29. Ara fuit Romæ vetus Veneris Myrtææ, quam nunc Murtiam vocant. Feſtus hanc deam Murceam appellat, ſub Auentino eam ſacellum habuiſſe tradit. Murceam autem dictam vult, ſiue quòd homines murceos, hoc eſt, ignauos & inertes redderet, ſiue quòd Auentinus, ſub quo ſacellum habuit, olim Murcus fuerit appellatus.

murum vicus, Antonino trans Alpes oppidum, quod *Murin Bregenz* Scudo: *Caſtelmur in Bergel*, Simlero eſt.

muſa Antonius, Auguſti medicus fuit. Horat.lib.1.epiſt. ad Vallam. Plin lib.19.c.8.

muſæ, Iouis & Mnemoſynes filiæ, in Pieria natæ, ſedémque habentes in Helicone, qui mons Bœotiæ eſt Phocidi vicinus: à quo Heliconides, & per epentheſim Heliconiades appellantur. Diſtat autem Helicon non procul à Parnaſſo Phocidis monte, æmulus illi & altitudine & ambitu, rupem vt ille ſaxeam habens. Quin & Parnaſſum habitare dicuntur. Vnde & Parnaſſides dictæ, vel à Parnaſſo, Cleodoræ nymphæ & Neptuni ſiue Cleopompi filio. Et quoniam Phocidi confinis Aonia eſt, etiam Aonides appellantur. Alio etiam nomine dicuntur Cithærides, vel Cithæriades, à Cithærone, Atticæ regionis monte, quem ſimiliter Muſis ſacrum eſſe dicunt. Corycides quoque appellatæ ſunt, à colle vel antro potius Corycio in Parnaſſo Delphis proximo. Pierides item dictæ ſunt à Pieria, quæ regio eſt Macedoniæ, Emathia antè dicta. Hæc Muſarum patria, domúſque eſt, à nemore ita appellata, cui nomen eſt Pieris. Vel dictæ ſunt Pierides à Pierio monte, vt ait Feſtus, aut Pieria monte Thraciæ in quo verſatus eſt Orpheus, aut à Pieria monte Macedoniæ, quemadmodum tradunt Græci expoſitores Heſiodi. Pieriæ item dictæ ſunt à Pieri & Anippes filiabus quæ cum veris Muſis auſæ ſunt decertare, vnde victæ in picas mutatæ fuerunt, teſte Ouidio lib. 5. Metamorp. Pierum etiam vetuſtiſſimum poëtam legimus, à quo Græcorum nonnulli Muſas aiunt lepidis carminibus adeò celebratas, vt ab eo etiam Pieriæ nuncupatæ ſint. Alij verò quòd Pierius Macedo à quo mons cognominatus eſt, cùm Theſpia profectus eſſet, primus nouem Muſas ſtatuerit, id quod in Bœoticis ſcribit Pauſanias. Item dicuntur Theſpiades, à Theſpia oppido Heliconi propinquo. Item Pegaſides & Hippocrenides, ab Heliconis pulcherrimo fonte cuius aquas vocales fuiſſe plurimi ſcripſere Græcorum: à quibus, vt videtur, Sidonius loquaces denominat. Ab eodem etiam fonte Aganippides frequenter appellantur, quoniam & fons ipſe Aganippe cognominatus eſt. Hunc fontem autem noſtri Græcam dictionem. Hippocrenem imitantes, fontem Caballinum vocarunt, quòd Pegaſus eo loco ſaxum vngula feriens fontem dicatur aperuiſſe. Iliſſides quoque & Iliſſiades Muſę nuncupatę ſunt ab Atticę flumine Iliſſo, vt in At-

ticis Pauſanias docet: aut ab vrbe Ilyſſo, vt Stephanus exiſtimat. Rurſus Muſæ Libethrides vocatæ ſunt à fonte Libethra Muſis ſacro, in ea Theſſaliæ parte, quæ Magneſia dicitur. Item Pimpleides, ſeu Pimpleæ, à Pimpla Thraciæ monte, vel à fonte Pimpleo in radice eius montis ſito. Item Caſtalides à fonte Caſtalio, in radicibus Parnaſſi, Muſis ſacro, qui à Caſtalia Nympha nomen aſſumpſit, Mnemoſynides item vocatæ ſunt à matre earum Mnemoſyne, quæ eſt memoria Pimpleides quoque, vt ait Feſtus Pomponius, à fonte Macedoniæ propter liquoris eius vnicam ſubtilitatem. Dicuntur & Ligyæ, vt in Phædro ſcribit Plato, ſiue propter ſpeciem cantus, ſiue propter muſicum genus canorum quòd ligyum nuncupatur. Olympiadas & Varro nominat, ab Olympo monte imitatus Homerum, qui multis in locis inuocat muſas ὀλύμπια δώματα ἔχουσαι. Heſiodum item in Theogonia, à quo etiam, vt à cæteris poetis ſæpiſſimè κοῦραι διὸς, id eſt, filiæ Iouis appellantur. Sunt demum Ardalides Muſæ cognominatæ aut Ardalaotides ab Ardalo Vulcani filio, vt aſſerunt Plut. in Symp. & Steph. Item interdum Mæonides ab Ouidio vocantur, à Mæonia, vt putatur regione. Nouem autem Muſæ finguntur, quibus hæc nomina impoſita fuere. Primam enim à bonitate vocis dixêre Calliopen: vel vt Phurnutus ait ἀπὸ τοῦ κλέους propter gloriam quam erga doctos, & ipſi erga alios habent: vel propter gloriam quæ ex poetarum laudibus oritur, vt ait Diodor. Sicul. Secundam Clio, à gloria & celebritate rerum geſtarum quas canit. Tertiam Erato, vel à canendis amoribus, vel quòd cantus ab omnibus deſideretur. Eam autem eſſe ἀπὸ τοῦ ἔρωτος deductam innuit Ouid. lib. 2. de arte.

Nunc Erato, nam tu nomen amoris habes.

Diodorus verò id nominis ſortitam eſſe ait, quòd docti amantur. Quanquam Phurnutus dicat nomen obtinuiſſe ab interrogando & reſpondendo, id eſt, ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι. hæc enim duo maximè diſputantibus conueniunt. Quartam à voluptate ac laſciuia cantus Thaliam: θάλλειν enim virere, germinare, florere eſt. Et vt ait Phurnutus, διὰ τὸ θάλλειν τὸν βίον αὐτῶν, i. quod reuiuiſcere faciat ipſorum (poetarum) vitam. Vel, vt idem ſubiungit, quoniam & in conuiuiis ipſos virtutem habere, & honeſtè in eis conuerſari ſuadet: vel quoniam in longum tempus (vt alij ſcribunt) poetarum laus parta vireſcat. Nonnulli Thaliæ comœdias attribuunt, alij Geometriam: expoſitores Argonauticorum ipſam inueniſſe Agricolationem, & plantarum curam docuiſſe tradunt. Quintam Melpomenen à Græco μέλπεσθαι, quod eſt canere ſeu modulari: vnde & Tragœdiis præſidere putabatur, Vel quaſi μελέτην ποιουμένην, id eſt, meditationem facientem. Phurnutus tamen ἀπὸ τῆς μολπῆς, id eſt, à dulcedine vocis dictam exiſtimat. Sextam Terpſichoren, ἀπὸ τοῦ τέρπειν τοὺς χορούς, hoc eſt, à delectandis choreis: vnde à quibuſdam dicitur Cithariſtria. Septimam Euterpen, à ſuauitate concentus. Hæc ab aliquibus Tibicina dicta eſt, & peculiariter tibiarum cantui creditur præſidere. Alij dialecticæ. Apollonij expoſitores μαθήματα, i. diſciplinas inueniſſe affirmant. Octauam Polyhymniam à multitudine cantus: ſiue Polymneiam, à magnitudine memoriæ. Hiſtoriæ illi attribuunt, quòd multarum rerum ſit memoria. Quidam etiam lyræ præeſſe putant. Nonam Vraniam, quaſi cæleſtem, vel à cœleſtium rerum cantu, vel à cantus diuinitate. Vnde autem dictæ ſint Muſæ inter ſcriptores non ſatis conuenit. Plato in Cratylo, ἀπὸ τοῦ μῶσθαι dictas putat, hoc eſt, ab inquirendo: vnde ab antiquis interdum vocatæ ſunt Moſæ. Quidam Muſas per conciſionem quaſi Meluſas à μέλος declinari voluerunt. Alij Muſas dictas putant quaſi ὁμοούσας, quod inter omnes diſciplinas ſimilitudo ſit, & quaſi cognationis vinculum, quo inter ſe omnes coniunguntur & copulantur: vnde & Muſæ ita pingi ſolent, vt ſe mutuò tenentes, choros ducant. Sunt etiam qui Muſas dictas putant ἀπὸ τοῦ μυεῖν, quod ſignificat, bona, honeſtáque diſciplina inſtituere. Cicero libro tertio de Natura deorum de Muſis ſic ſcribit: Iam Muſæ primæ quatuor natæ Ioue altero, Telxiope, Aœde, Arche Melete. Secundæ Ioue tertio & Mnemoſyne procreatæ nouem. Tertiæ Ioue tertio Pierio natæ & Antiopa, quas Pieridas & Pierias ſolent poetæ appellare iiſdem nominibus, eodem numero quo proximæ ſuperiores. Aliqui tamen Cœli & Terræ filias dixerunt, vt Alcmæon & Phurnutus, quibus in quodam hymno aſtipulatur Pindarus, ſic Muſam alloquens, Ἄρχε δ' οὐρανοῦ θύγατερ, i. incipe Cæli filia. Nonnulla alia Muſarum nomina ordine deſcripta alphabetico reperies.

Muſæus, poeta inſignis, Orphei tempore cuius & diſcipulus & filius putatus eſt. Primus, teſte Diogene, Deorum genealogiam verſibus tradidiſſe fertur, ſphærámque inueniſſe. Scripſit amores Herûs & Leandri hexametris qui extant. Deceſſit Faleriis, vt indicat epigramma.

Eumolpi exanimem Muſæum terra Falerum
Continet hoc tumulo pignora chara patris.

Vnus fuit ex Argonautis, de quo extat verſus.

Ancus erat Romæ quo Martius optimus ævo.
Muſæus Graiis floruit in patribus.

Quod Epigramma ſi verum eſt; Muſæus non fuit vnus ex Argonautis, qui expeditionem fecerunt in Colchon, ante tempora Troiana. Muſæos tres Suidas commemorat, vnum Eleuſinium, Antiphemi filium, verſificatorem, diſcipulum

pulum Orphei, qui ſcripſit ὑποθήκας, id eſt, vitæ præcepta, ad Eumolpum filium verſuum ferè IV. millibus. Alterum Thebanum Thanyræ filium, ad Troianum bellum, qui poeta Melicus fuit, ſcripſitque lyricos verſus & cantica. Tertium Epheſium item verſificatorem, qui tempore fuit Eumenis & Attali Pergami regum, ſcripſitque res Pergamenſes, præterea Perſeidos libros decem. Suid.

Muſæum, locus circa Olympum in Macedonia. Steph.

Muſarni, populi Italiæ antiquiſſimi à Libyco Hercule conditi.

Muſca, poetria fuit lyrica, quæ & epigrammata & odas ſcripſit. Cæl. lib. 8. c. 1.

Muſcianus, Conſul cum Paulo, anno ab vrbe 226.

Muſi, filius Merari filij Leui. Exod. 6. 1. Par. 6. Lat. auferens, vel tangens, aut recedens, vel ablatus.

Muſicani terra. Hanc Strabo totius Indiæ auſtraliſſimam dicit. Erit ergo ea, quæ hodie *Malaca* vocatur. At idem eam paulò inferius ad Pantalenam inſulam (hæc ad Indi oſtia eſt) ponit. Cui ſententiæ etiam Arrianus lib. 5. de geſtis Alexandri: & Diodorus Siculus libro 17. ſubſcribunt. Meminit huius etiam Curtius: *Suſicanal* Ptolemæi eſſe vult Villanouan. Strabo alio in loco, vbi Taprobana deſcribit: *Conilacos* vocat. Indiæ populos maximè verſus Meridiem exiſtentes. Sed alios idem etiam *Coniacos* Hiſpaniæ populos ab Auguſto Imp. deuictos habet.

Muſio, primus eſt amnis poſt Cumerum promontorium, vt ſcribit Blondus qui eum ad oſtia *Aſpidum* vocari addit. vtrumque fortè recens eſt.

Muſiſtratum, Polybio, aut potius Mytiſtratum. Mutuſtratum Plinius ſcribit, Siciliæ vrbs eſt, quam Fazellus & Aretius *Miſtretſa* vocant. Hos eoſdem eſſe cum Ameſtratinis, quorum Cicero in Verrem meminit, ait Aretius, ſed negat Hermolaus. *Mytiſerata* habet Steph. Siciliæ vrbem.

Muſolani, Africæ populi à Coſſo duce exercitus Octauij Cæſaris victi. Oroſ. libro ſexto, cap. 21.

Muſonius, philoſophus fuit non incelebris: de quo vide Gellium, Noct. Attic. libro 16. capite primo.

Muſtela, viri nomen, qui Ciceronem plurimùm dilexit, vt ipſe ad Atticum 12.

Muſtela, alius gladiator. Cic. Philip. 2.

Mutieni, vide Motani.

Mutina, Straboni ciuitas Galliæ Ciſalpinæ in Flaminia, Romanorum colonia, in qua Antonius D. Brutum obſedit: quam tamen Hirtius & Panſa. Conſules, victo Antonio, liberarunt. Inde Mutinenſis color dictus eſt à Mutinenſibus lanis, ex quibus natiuo colore panni fiunt, & Mutinenſes veſtes. In Mutinenſi agro duo montes inter ſe concurrerunt crepitu maximo aſſultantes, recedentéſque inter eos flamma, fumóque in cœlum exeunte interdiu, ſpectante è via Æmilia magna equitum Roman. familiarúmque & viatorum multitudine. Eo concurſu villæ omnes eliſæ, animalia permulta, quæ intra fuerunt, exanimata ſunt, anno ante ſociale bellum: quod haud ſcio, an funeſtius ipſi terræ Italiæ fuerit, quàm ciuile. Plin. libro ſecundo, c. 83. *Motina* per o legit Antoninus. *Modena* eſt hodie.

Mutinus, Deus erat, cuius ſacellum Romæ fuit, cui velatæ togis prætextatis ſolebant ſacrificare.

Mutius, nobilis Romanus, qui accepta poteſtate à Senatu, in caſtra Porſenæ regis, tum temporis Romanos obſidentis, ſolus intrauit, eo animo, vt regem occideret. Sed cùm regem non cognoſceret, vnum ex purpuratis pro rege occidit. Propter quod comprehenſus, & ad regem perductus eſt: qui cum extrema illi ſupplicia comminaretur, Mutius iniecta in foculum dextera, ſponte ſibi eam exuſſit: partim vt eo ſpecimine doceret, ſe vel exquiſitiſſima ſupplicia facile poſſe contemnere: partim vt pœnam eam à dextera ſua exigeret, quæ in cæde aberrans, ſatellitem purpuratum pro rege occidiſſet. Hinc poſtea Scæuolæ cognomen traxit, quòd ſiniſtra manu pro dextera vteretur. σκαιὰν enim Græci ſiniſtram vocant. Admiratus itaque hominis fortitudinem Porſena, liberum eum miſit. Cuius beneficij nomine cùm regi gratiæ aliquid vellet rependere, indicauit illi trecentos iuuenes ſimili modo in eum coniuraſſe. Quare territus Porſena, acceptis obſidibus, bellum paci mutauit. Fuerunt præterea alij Mutij, quorum hiſtoriam multis proſequitur Raphael Volaterran. libro 17. ex Liuio, Plutarcho & aliis.

Mutius quidam refertur à Macrobio, homo cum primis maleuolus, in quem iocatus ſit Publius, quum illum ſolito triſtiorem vidiſſet, *Aut, inquiens,* Mutio neſcio quid incommodi acceſſit, aut neſcio cui aliquid boni. Saturnalium. 2. cap. 2.

Mutenus, aliàs Muto, Deus qui & Priapus dicitur.

Mutuſcæ, Sabinorum ciuitas quæ & *Tribula & Suffena* appellata eſt. Hanc quoque poſtea *Trebiam* dictam Seruius in libro 7. Æneid. teſtatur, vbi Annibal Romanos maxima clade affecit. Virg. lib. 1.

—oliuiferaque Mutuſca, &c.

Treui hodie dicit vocari Leander, Erythræus & Villanouan, credunt *Trebulam* Ptolemæi eſſe,

qui quidem non *Trebula* ſed *Tribula* habere videtur. *Tribulanos*. Plinius Balinienſes cognominat lib. 3. cap. 4. Item *Mutuſcaos* & *Suffenates*: cap. 12. *Suffenas* vocat Dionyſ.

Muza, Plinio Arabiæ felicis portus eſt, quò appellunt qui ex Ægypto in Indiam nauigant non longè ab Hali abeſſe putat Ramuſius.

Muziris, Indiæ emporium. Plin. libro ſexto cap. 23. Nunc *Aner* ſupra Calicut. Dalechampius.

M Y

Mya, Doridis inſula in ſinu Ceramico, Plinius.

Myagrus, nomen viri proprium, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 4. Quo etiam nomine dictus muſcarum deus, qui aliter vocatur Myodes & Achor, vt ſcribit Plut. Plin. libro 10. cap. 28. Inuocant & Ægyptij Ibes ſuas contra ſerpentium aduentum, & Elei Myagron deum, muſcarum multitudine peſtilentiam afferentium, quæ protinus intereunt, qua litatum eſt illi deo.

Myanda, Plinio Ciliciæ vrbs mediterranea.

Myaſes, Epiſcopatus in concilio Epheſino.

Mycale, nomen veneficæ mulieris, apud Ouid. libro duodecimo Metamorph. Eſt præterea Herodoto promontorium in continenti ſitum. Stephano vrbs eſt Cariæ. Hinc Mycaleſius Mycalæus, & fœm. Mycaleis. Didymus montem eſſe ſcribit. Nomen inde natum eſt: quòd reliquæ Gorgones μυκώμεναι, id eſt, mugientes eo in loco dum Perſeum inſequerentur, caput Meduſæ reuocarint. Aliqui Michalem nominant, quòd ſita ſit ἐν μυχῷ τῆς ... id eſt in receſſu Carici maris. Stephano.

Mycaleſſia, Ceres dicta eſt, à Mycaleſſo mari iuxta quod templum habebat: vel à Mycaleſſo ciuitate Bœotiæ ſecundum mare Illud verò memoratu dignum, quòd Mycaleſſæ Cereris templum ſingulis noctibus ab Hercule aperiri, rurſúſque claudi putabatur. Quin etiam fama erat omnes fructus autumno colligi ſolitos, ſi ante pedes Mycaleſſiæ Cereris depoſiti fuiſſent, toto anno integros manere.

Mycaleſſus, vrbs mediterranea Bœotiæ, Thucyd. libr. 7. ſic dicta, quòd vacca, quæ Cadmum cum exercitu Thebas duxit, mugitum illic ediderit. Eſt & alia Cariæ: Gentile. Mycaleſſius, & fœmin. Mycaleſſis. Eſt item mons è regione Sami. Steph.

Mycenæ, narum, & Mycenainæ penult. producta, vrbs Pelopõneſi quam Perſeus Danaës filius extruxit, regiuncula, in qua regnauit Agamemnon, à Mycena Nympha ſic appellata. Stephanus dictas ſcribit à Mycenæo Spartonis filio Phoronei fratre, vel à capulo gladij. Græci μύκητα vocant, quem Perſeus geſtabat, quo delapſu, Mercurij iuſſu vrbem condidit, vel quia ſorbos illic inuenerit. Hinc Mycenæus, Myceneus, & fœmin. Mycenis. *Inachias* appellat Papinius, quòd iuxta Inachum fluuium poſitæ videantur. *Polyphengon* vocat Plethon. Sophianus *Agios Adrianes* nouo nomine indigitat. Nigro *Charia* eſt, *Grebigni* Theueto.

Mycerinus, Cleopis Ægyptiorum regis filius, qui poſtquàm patri ſucceſſit in regnum ita paterna facta peroſus eſt, vt populo ad extremum calamitatis afflicto res ſuas agendi fecerit poteſtatem: quinetiam præ regibus omnibus iuſtitiam exercuiſſe dicitur. Herodot. lib. 2.

Mychale. Vide Mycale.

Mychthonia. Vide Mygdonia.

Myci, populi de quibus Hecateus, ἐκ μυκῶν ... Steph.

Myciberna, vrbs Helleſponti, à Philippo Macedone per proditionem capta. Did.

Mycithus, Anaxilai Rheginorum tyranni ſeruus, cui cùm dominus moriens & regnum & liberos ſuos commendaſſet, tutelam eorum tam ſanctè geſſit, imperiúmque tam clementer obtinuit, vt Rhegini à ſeruo regi non dedignarentur: adultis deinde pueris & bona & imperium tradidit, ipſe paruo viatico ſumpto profectus eſt: & Olympiæ, cum ſumma tranquillitate conſenuit. Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 11. Micythum alij vocant. Iuſtinus hiſt. lib. 4. Micalum vocat.

Mycon, medicus fuit, qui aduerſus ſerpentes nihil eſſe efficacius hippomarathro ſcripſit, Cælius cap. 38. lib. 6.

Mycon, nomen pictoris egregij. Fuerunt autem duo Mycones, vnus Athenienſis, Syracuſanus alter.

Mycone, nes, ſeu Myconos, ni, inſula maris Ægei, vna Cycladum, ſub qua poetæ fabulantur ſepultos eſſe Gigantes, poſtremò ab Hercule interfectos: vnde factus eſt locus prouerbio, Omnia ſub vnam Myconon congerere: quod in eos dici conſueuit, qui res natura diſiunctas, eodem libro vel titulo conantur complecti. Scribit Seruius, hanc inſulam terræ motu diu laboraſſe: quo ceſſante, è vicinis inſulis populos veniſſe, qui eam tenerent, & incolerent. Hinc Myconius, nomen poſſeſſiuum. Huius inſulæ incolæ, Myconij dicti ſunt, de quibus literis proditum eſt, caluos eſſe ſolere. Hinc factum eſt, vt Myconium, prouerbiali Metaphora pro caluo accipiamus. Plin. lib. 11. c. 37. *Micole* dicitur Sophiano & Nigro.

Mydia, inſula, quæ etiam Dolos dicitur: vna ex Cycladibus, vbi primùm ignis inuentus fuit.

Mydon, teſte Homer. libro 5. Iliad. Atymnis filius.

lius, Pylemenis ducis Paphlagonum auriga, ab Antiocho Neſtoris filio in bello Troiano interemptus.

Myenus, mons in Ætolia, qui antea *Alphius*. Plutarchus libello de fluminibus & montibus.

Myes, Myentis, vrbs Ionica. Gentile, Myeſius, Steph.

Mygdon, vide Mygdonus.

Mygdonia, regio Macedoniæ in Thraciam vergens ad Axium fluuium, teſte Plin. lib. 4. cap. 10. Huius incolæ Mygdones dicuntur, qui in Aſiam tranſgreſſi, in ea parte Myſiæ conſederunt, quæ Troadi ſuperiacet, Rhyndaco amni & Daſcylitico lacui propinqua, eámque regionem de nomine relictæ patriæ Mygdoniam appellarunt. In hac regione Nioben natam volunt poetæ. Eſt item magnæ Phrygiæ regio, vt Stephanus perhibet, qui hanc quoque *Mychthoniam* vocari ait, vide Antiochia, Bithynia & Perinthus.

Mygdonus, frater Otrei, ac (teſte Porphyrio in Iliad. 3.) ambo fratres Hecubæ regis Priami vxoris, & Ciſſei filij ambo reges in Thracia: & à Mygdone, eius filius Chorœbus, Mygdonides dictus eſt. Malim Mygdon, qui fratrem habuit Edonum, à quo Edoni Thraciæ populi. Steph. Et alibi, à Mygdone, inquit, Mygdonia dicta eſt, vt etiam Herodoto. Mygdon filium habuit Geræſtum. Steph. in Partheuopoli.

Mygiſi, vrbs Cariæ. Hinc Mygiſia Minerua, & Mygiſais. Steph.

Myle, vrbs Siciliæ. Ciuis, Mylaites. Sunt & Mylæ in Theſſalia, vnde Mylæus. Steph.

Mylaces, gens Epirotica. Lycophron.

Mylæ, inſulæ circa Cretam ſunt Plinio, *Cambruſia* Nigro vocantur. *Gnioſa & Liſto* appellat eas Pinetus.

Mylæ, Ptolemæo & Thucydidi Siciliæ vrbs. *Malazon* vel *Mylazzo* Fazello & Aretio, hodie appellatur. *Myle* apud Liuium fluuius eſt eiuſdem inſulæ.

Mylantia, promontorium in Camiro Rhodi, Hinc dij Mylantij. Fuit autem illic Mylas quidam qui molæ vſum primus reperit. Stephanus.

Mylaſa, vrbs eſt Cariæ, à Mylapſo Chryſaoris filio, hinc Mylaſæus. Steph.

Mylaſa, liberum Cariæ oppidum, dictum à Mylaſo Æoli abnepote. Plin. lib. 5. c. 29.

Mylæ, oppidum, de quo Senec. libr. 4. Natur. quæſt. Circa Meſſanam, & Mylas fimo quiddam ſimile mare profert, feruétque & æſtuat non ſine calore fœdo. Vnde illic ſtabulari Solis boues fabula eſt. Eadem penè ad verſum ſcribit Plin. lib. 2. c. 98.

Myliſin, gens Phrygiæ. Steph.

Mylitta, Venus dicta eſt apud Aſſyrios, ad cuius templum mulieres indigenæ ſemel in vita cum externis hominibus conſuetudinem habere lege cogebantur: hoſpitem verò illum qui pecuniam in ſinum mulieris injiciebat, dicere oportebat, Tanti ego tibi deam Mylitiam imploro.

Mylon, vrbs Ægypti. Ciuis, Melopolites Stephanus.

Mylon, fuit poeta comicus Heſychius.

Myluius, vide Pons.

Mymnernus, fuit poeta Colophonius Elegiographus, qui dicebat, Nihil eſſe iucundum ſine amore & iocis Horat.

Si, Mymnernus vti cenſet, ſine amore iociſque
—Nil eſt iucundum, viuas in amore iociſque.

Propertius,

Plus in amore valet Mymnerni verſus Homero.

idem fuit tibicen clariſſimus. Strab. lib. 14. Meminit eius Athenæus lib. 14 15. & 16. & Pauſanias in Bœoticis, vt Plutarch. lib. de morali virtute. Scribe, Mimnermus per i in prima.

Myndus, vrbs Cariæ. Eſt & alia antiqua Myndus in Caria: Gentile, Myndius: quæ, teſte Sophiano, Palæa cognominatur ad differentiam *Sancto Pietro* hodie dici ſcribit in ſuo Liuio Nardus.

Myndones, populi Libyæ. Steph.

Mynes, etis, Lyrneſſi princeps maritus Briſeidis quem Achilles capta vrbe occidit, vxorémque eius abduxit, quæ poſtea ab Agamemnone ei erepta, implacabilis inter eos odij cauſa extitit. Hom. 3. Iliad.

Mynetes, vide Menetes.

Mynias, fuit quiſpiam ſua ætate mortalium ditiſſimus, qui primus theſaurum recondendis pecuniis ſtruxiſſe fertur.

Myon, vrbs Locrorum in Epiro: Ciues *μυώνεις* vel *μυωνεῖς*. Steph.

Myonia, vrbs Phocidis. Steph.

Myoneſus, vrbs vel parua regio inter Teion & Lebedon. Inſularis Myoneſius. Steph. Ptol. inſula Theſſaliæ ante Lariſſam.

Mioſhormos, Plinio Æthiopiæ oppidum cum portu ad mare rubrum. *Coſir* eo loco ponit. Ramuſius.

Myra, vrbs Lyciæ. Strab. lib. 14.

Myriandrus, ciuitas Syriæ, iuxta Phœniciam, Steph. vnde ſinus Myriandricus.

Myrcinus, vrbs, prius *Hedonus* vocabatur, vt ſcribit Iohannes Tzetza Chiliade 3. num. 96. meminit huius etiam Herodotus in Terpſichore, Videtur Thraciæ aut regionis huic finitima vrbs, vide Ampſipolis.

Myrgetæ, populi Scythiæ. Steph.

Myrcinnus, locus & vrbs apud Strymonem fluuium condita. Steph Gentile, Myrcinius.

Myrica, Macedoniæ ciuitas eadem quæ Am-

phipolis. Steph. Eaalibi μυρίκη, inquit, inſula eſt in mari rubro.

Myrice, à qua genus ſuum duxit Imilce vxor Hannibalis, vt ſcribit Silius lib. 3.

Myricus, vrbs Troiæ è regione Teneli & Leſbi: Ciuis, Myricuſius Steph.

Myrida. Vide Mœridis.

Myrina. Ætoliæ vrbs, quæ Sebaſtopolim ſe vocat, vt inquit Plinius, vt infra dicetur: eſt item alia in Lemno inſula, quæ *Lemne* Bollonio dicitur.

Myrina, regina Amazonum, quæ 30. millia peditum, & 2. millia equitum in exercitu habuiſſe dicitur. Dion. lib. 4. Fuit præterea Homero vrbs in Ætolia, & alia in Lemno. Steph. Vide Myrinæus.

Myrinus, Apollinis cognomentum à Myrina Æolidis vrbe, in qua religioſiſſimè colebatur. Vnde & Myrini campi appellati.

Myrinus, nomen proprium. Martialis,

Nuper cum Myrino peterent Myſi laſſi.

Myrleá Plinius lib. 5. cap. 32. oppidum Bithyniæ, quod Apamea poſtea dictum eſt, à Myrlo Colophoniorum duce, vel à Myrlea Amazone. Nicomedes autem Epiphanes, Pruſiæ regis filius de matris nomine Apames, Apameam vocari voluit. Hinc ſinus Myrleanus, & regio Myrleatis Strabo. Steph.

Myrmecides, nomen viri proprium, de quo Cicero in Academicis Vt etiam inter deos Myrmecides minutorum opuſculorum fabricator fuiſſe videatur.

Myrmecium oppidulum Tauricæ: inde Myrmecius, vel Myrmecieus.

Myrmex, Epimethei vxor, filium habuit Ephyrum: à quo Corinthus olim Ephyra dicta. Stephanus.

Myrmidones, populi Theſſaliæ, qui Achillem ad bellum Troianum ſecuti ſunt. De horum origine variè fabulantur poëtæ: alij enim ſic dictos putant à Myrmidone rege, Iouis & Corymoſæ Nymphæ filio, quem etiam poſt Cecropem Athenienſium regem fuiſſe tradunt: Alij à Myrmice puella, in Attica regione: quæ cùm ob caſtimoniam & ſolertiam gratiſſima eſſet Mineruæ, contigit, vt aratrum in odium Cereris à Minerua conditum omnibus oſtéderet: quapropter dea irata eam in formicam transformauit, quæ cùm multitudinem procreaſſet, euenit, vt morientibus Theſſalis, regnante Æaco in homines mutarentur: Nam (vt inquit Seruius in 2. Æneidos) Æacus, cum in arbore fici formices, id eſt μύρμηκας vidiſſet, optauit tot ſibi ſocios euenire: & ſtatim formicæ in homines verſæ ſunt. Ouid. lib. 7. Metamorph. dicit ex formicis homines factos, precibus à Ioue poſtulante Æaco poſtquam peſtilentia ipſius totus populus periiſſet, & inde Myrmidones dictos. Æginetas autem Myrmidonas dictos conſtat, teſte Strabone, lib. 7. quòd agricolæ ſtrenui eſſent, perpetuóque in fodienda terra formicarum more verſarentur.

Myrmiſſus, vrbs iuxta Lampſacum inde Myrmiſſius.

Myron, ſtatuarius inſignis, Ageladis diſcipulus qui cùm multis aliis operibus, tum præcipuè bucula ex ære vetæ vaccæ ſimillima claruit multis poëtarum verſibus celebrata. Ouid. 3. de Ponto. Alter Athenienſis fuit, vt ſcribit Pauſan. Vnde Propert.

Atque aram circumſteterant armenta Myronis,

Quatuor artificis viuida ſigna, boues, &c.

Myron, vrbs Lyciæ, à Myrone vel Myro fluuio præterfluente, vel potius à Myra. Vſurpatur in fœm. & neut. gen.

Myronis, inſula in Arabico ſinu eſt: Gentile, Myrononeſites, vel Myrononeſeus. Steph.

Myrrha, filia Cynaræ Cypriorum regis, quæ patris ſui nefando amore flagrans, nutricis auxilio cum eo concubuit, peperítque Adonim filium. Pater verò cùm illud nefas cognouiſſet, filiam ſuam gladio interficere voluit: ſed illa fugiens per Arabiam, deorum commiſeratione in arbuſculam ſui nominis commutata eſt. Vide ſuprà, Cynaras, item Adonis, &c.

Myrthine, vrbs Aſiæ terræ motu euerſa, anno ſalutis 105.

Myrſilius Myrſi filius, vltimus ex Heraclydarum genere Lydiæ rex, alio nomine Candaules, appellatus: qui cùm vxorem haberet formoſiſſimam, non contentus ſecreta ſuarum voluptatum frequentia, Gygi cuidam ex ſuis ſatellitibus nudam eam oſtendit. Quod indignè illa ferens, Gygem ad viri necem impulit: ſeſeque illi & Lydorum regnum tradidit. Herodotus lib. 1.

Myrtea, Venus dicta eſt à Myrto Veneri dicata, quòd Myrtus odorifera ſit, & Venus odoribus vnguentíſque delectetur. Palæph.

Myrtinus (aliàs Myrſum) Hom. ciuitas in Peloponneſo. Steph. vrbs Elidis poſtea Myrtuntium dicta. Gentile, Myrtuſius.

Myrſus, Herod. pater Candaulis Sardium tyranni, à quo Myrſilus dictus eſt.

Myrtilis, oppidum eſt in ora Luſitaniæ ad Oceanum, cuius meminit Plinius libro 4. capite 28.

Myrtilus, Mercurij ex Phaetuſa, ſeu Myrto Amazone filius, auriga Oenomai: qui à Pelope curuli certamine cum Oenomao certaturo pollicitis corruptus, axi vectem non obiecit, vt ea ratione Oenomai currus diſſolueretur, & Pelops victor euaderet. Quæ res cùm Pelopi ex ſententia ſucceſſiſſet, Oenomaus, curru delapſus, ceruicem fregit, iamque animam agens

Pelopem

Pelopem obſecrauit, vt vicem ſuam vlciſceretur. Quare cùm pactum ſibi perfidiæ præmium Pelope repoſceret: ab eo in mare proiectus eſt, quòd inde Myrtoum eſt appellatum.

Myrtion, qui poſtea *Tisthion*, mons Peloponneſi: Pauſanias ex interpretatione Amazæi *Martion* habet.

Myrtuntium, vide Myrſinus.

Myrtoum pelagus, pars maris Ægæi, ſeu eius quod eſt inter Ægæum & Ionium, nomen habens à Myrtilo Mercurij filio: qui cùm Œnomai auriga eſſet, herúmque in certamine curuli prodidiſſet, à Pelope victore cùm perfidiæ præmium repoſceret, in hoc mare præcipitatus eſt. Plinius tamen lib.4. c.11. appellatum mauult à Myrto exigua inſula, non procul à Caryſto Eubœæ oppido ſita, quæ cernitur à Geraſto Macedoniam petentibus. Incipit à Megarico ſinu, Cretámque alluit, & Atticam, occiduámque Cariæ oram: habétque inſulas plurimas, Cythera, Calauriam, & quæ Æginam cingunt & Salaminem, & ex Cycladibus pleraſque.

myrtoum Pelagus, à Gaſtaldo *Mar di Mandria* interpretatur, Cariam alluens.

myrtus, Aſia eſt Lydia, vel quod idem eſt Meonia. Sic autem regio à Sardis, Tmolum, & Cayſtrum vocatur, vuida, vliginoſa & Myrtetis aptiſſima. Illic & Aſium pratum erat, & Aſia palus Turneb. aduerſ. 55. c.22.

Myrtuſſa, mons Libyæ, vnde Myrtuſeus, & Myrtiſius, vide Myrſinus.

myrus, fluuius, vide Myro.

Mys, Myos, proprium nomen viri, qui claruit argento cælando, P. item Decius hoc fuit cognomine.

Myſia, Ceres dicta eſt à Myſia regione, vel à Myſia quondam. Palæph.

Myſia, regio minoris Aſiæ ad Helleſpontum, Troadi contermina: cuius incolæ Myſi, dicti ſunt abiectiſſimæ conditionis homines, fortiſque adeò contemptæ, vt ceſſerint in prouerbiũ. Quoties enim hominem nullius pretij volebant denotare, Myſorum vltimum eſſe dicebant, vt eſt author Cicero in oratione pro Luc. Flacco. Strabo etiam Myſos conſtituit in Europa in confinio Pannoniæ, ad Danubium fluuium, putátque Myſos, Aſiæ populos ab his vt originem, ita & nomen duxiſſe. Sed hi à Plinio non Myſi ſed Mœſi appellantur. In Hypiis etiam montibus ſub Pontica Heraclea Myſos habitare aiunt. Stephan. Apud eundem *Μυσία* regionis & vrbis nomen eſt, vnde Myſi, Myſij & Myſadij Æolicè Myſos, alij Thraces, alij Lydos fuiſſe dixerunt. Et quoniam Lydi fagum quam Theophraſtus *ὀξύην* appellat & quæ multa naſcitur in Olympo, Myſiam vocauêre, ab eo Myſos dictos putarunt, quibus ſermo fuit ex Lydo Phrygióque permiſtus. Strabo lib.12. Phryges & Myſi, inquit Stephanus, vtriuſque Phrygiæ incolæ dicuntur. Vide Miſia & Mœſia. Sunt qui dicant tranſiſſe in Europa Meſa, & Brigas & Hunnos, à quibus appellantur in Aſia Myſi, Phryges & Bithyni. Ptolemæus in *Maiorem & Minorem* diſtinguit: *Burſia* à Caſtaldo interpretari videtur Myſia *Abreta*, item *Æolia & Æolu* dicta fuit, teſte Plinio, *Abretinam* vocat Stephanus. *Mes* Hebræis eſt, vt ſcribit Montanus in ſuo apparatu. *Myſos* à Poſidonio *Capnobatas*, id eſt, fumi ſcanſores, vocari tradit Strabo lib.7. *Olympienos* dici ab Olympo monte, teſtis eſt Herodotus. *Myſi, Mœſi & Maſſai* iidem ſunt Reineckio, eóſque in Miſniam Germaniæ regionem deducit, quam tempore Henrici Aucupis *Thaleminciam*, & à Slauis *Lumaciam*, item à Bohemis *Sirbiam* appellatam addit.

Myſomacedones, ſunt populi Aſiæ in tractu maioris Myſiæ à Macedonibus oriundi, vnde & nomen habent. Plin.li.5 c.26.

Myſtia, vrbs Samnitum, Ciues, Myſtiani, Stephanus.

Mytilene, Mytanides, Mytonides, Mytie, Myton, &c. Vide ſupra in Mitylene, cum prima per iota.

Mytiſerata, caſtellum Siciliæ: Gentile, Mytiſeratinus. Steph.

Mytiſtraton, oppidum iuxta Carthaginem. Gentile. Mytiſtratius, Steph.

Myus, untis, vrbs Ioniæ, Strabo lib.12. Ciuis, Myuſius.

N A

Naæra, vna ex pediſſequis Cleopatræ reginæ, quæ vna cum Charmione ſpontaneam Cleopatræ mortem eſt imitata. Vide Plutar. in vita M. Antonij, & Prouerb. apud Eraſm. Naæra & Charmione.

naalol. ciuitas Leuitarum, in tribu Zabulon. Ioſ.19.21. Iudic.1. Lat. laudatus, ſiue lucidus, aut ſtolidus.

naama, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ.15. Mater item Roboam. 3.Reg.14. Lat. pulchra ſiue decora aut monens valdè.

naaman, filius Beniamin. Gen.46. qui 1.Par. 8. dicitur Nahaa. Lat. pulcher ſiue decorus, aut motum præparans.

naaman, princeps militiæ regis Syriæ, qui cũ leproſus eſſet, à rege in Iudæam miſſus, ab Heliſæo Propheta curatus eſt. 3.Reg.5. Luc.3. Filius item Bela filij Beniamin. 1.Par.8.

naara, ſiue Naaratha, terminus tribus Ephraim Ioſ.16. Altera vxor Aſhur, 1.Par.4. Lat. puella ſiue iuuenis, aut excuſſio, vel vigilans.

naarai, nomẽ viri. 1.Par. Lat. pueri mei vel iuuenes mei, ſiue excutientes, aut vigilantes mei.

naarda, vrbs Syriæ iuxta Euphratem, vnde Naardanus. Steph.

naaria, filius Semeiæ filij Secheniæ. 1.Para.3. & Lat. puer Domini, aut excuſſio Domini, ſiue vigil Domini, vel vigilans Dominus.

naarmalch, vide Euphrates.

naas, ciuitas 1. Paral.4. Rex Ammonitarum 1. Reg.12 1.Par.10. Eſt & nomen cuiuſdam viri de quo, 1.Reg 11.2.Reg 17. Lat. coluber, vel ſerpens aut augurans, vel diuinans ſiue æneus.

nabaioth, filius Iſmaelis Gen.25. Ab hoc omnis regio ab Euphrate vſque ad mare rubrum, vſque hodie Nabathena dicitur, quæ pars Arabiæ eſt. Iſa.60 Lat. loquelæ, ſiue prophetiæ, aut fructus vel germinationes.

nabal, viri nomen, cuius vxor Abigail dicebatur. 1.Reg.25. Is omnium Iudæorum ditiſſimus, cùm Dauidi eſurienti eſcas denegaſſet, eum ita iratum reddidit, vt in animo haberet domum eius euertere: feciſſetque, niſi Abigail eius vxor obuiam progreſſa, eum placaſſet. Lat. ſtultus vel inſipiens.

nabalia, flumen trans Rhenum, Phryſium & Gueldrenſem agrum alluens. Tacitus.

nabat, per Ieroboam ſerui Salomonis. 3.Reg. 11. Lat. aſpiciens ſiue intuens.

nabathra, ciuitatis cuiuſdam nomen.

nabathæa, Steph. regio orientalis, ab Arabia incipiens eámque intra ſe continens: quæ vſque ad mare rubrum ex latere dextro, Perſicum ex ſiniſtro, Indicúmque ex ſuperiori parte protenditur. Nomen habet à Nabaioth Iſmaelis primogenito. Huic metropolis eſt Petra. Hinc Nabathæus, adiectiuum. Et quia Nabathæa regio orientem ſpectat, factum eſt, vt Nabathæus accipiatur pro Orientali. Ouid.1.Metam.

Eurus ad Auroram, Nabathæaq; regna receſſit, huius regionis gentes *Dacharenos* vocatos ſcribit Euſtatius & Steph. In Æthici Sophiſtæ libro ſic habetur, Sicharia regio, quæ poſtea Nabathæa nuncupatur. vide Arabia.

nabis, Lacedæmoniorum tyrannus, cum Romanis bellum aliquandiu geſſit, mox pacem impetrauit, ſub annum ab vrbe condita 560.

nabius, Tarraconenſis Hiſpaniæ fluuius. Ptol. li.5.c 6. Narium dicunt Mela. Villan. & Pincian.

nabo, ciuitas in terra Moab, in tribu Ruben. Iſaiæ 15. Ierem.48. quam ædificauerunt filij Ruben. Num.32. Eſt & nomen montis eiuſdem nominis. Dicitur & Nebo. Idoli prætereà nomen, Iſa.46. Lat. loquela ſiue prophetia, aut loquens vel prophetans, ſiue fructificans vel germinans.

naboth, vir Iudæus, per iniuriam & dolum ab Achab rege circumuentus & interfectus: quia ei vineam ſuam vendere noluerat. 3.Reg.21. idem ſignificat quod Nabo.

nabriſſa Ptol. lib.2. c.4. aliis Nebriſſa, hodie Venerea cognominata, Hiſpaniæ ciuitas.

nabu, nomen vnius ex principib. regis Babylonis Ierem 39. idem ſignif. quod Nabo.

nabuchodonoſor, i. Gemitus ſiue planctus iudicij, anguſtiæ vel preſſuræ, ſiue coarctans iudicium anguſtiæ vel preſſuræ, rex Chaldæorum, qui (inquit Origenes) gentibus innumeris propinauit mœroris potum, ſuperbè ac crudeliter, quod Domini fiebat virtute ſibi arrogantiùs adſcribens.

nabuſezbar, nomen viri, Iere.39. idem ſignificat quod Nabo.

nabuzaradan, princeps exercitus regis Babyloniorum 4 Reg.25. Is reliquias Iudæorum in Meſopotamiam abduxit. Lat. Germinatio, vel prophetia extranei, ſiue ventilati aut effuſi iudicij vel dominij, aut baſis.

nachon, nomen loci 2.Reg.9. Lat. paratus vel certus.

nachor, filius Sarug. Gen.11. Luc.3. filius item Thare Gen.11. Lat. raucus, vel aridus, aut iratus, vel incenſus, aut Syriacè ſuffocatus.

nachoragas, dux exercitus Perſarum ſub rege Coſroe.

nacolæ, aliàs νακώλεια, vel νακόλεια vrbs Phrygiæ à Nacole Nympha, vel à Nacolo Daſcyli filio: Gentile, Nacoleus, Strab.lib.12. Nacolia Steph. ſcribitur. Suidas dicit quoque *Nacoleum & Nacolea* plu. numer. dici.

nacone, vrbs Siciliæ: Gentile, Naconeus, Stephan.

naeria. vide Nucria, Tuſciæ vrbs.

nadab, filius Aaron, Exo.6. filius item Semei filij Onam filij Ierameel. 1.Par.2. filius Iahiel, 1. Paral.9 filius Ieroboam. 3.Reg.14. Lat. Spontaneus aut vouens, vel princeps.

nadabia, filius Iechoniæ filij Ioacim. 1.Par.3. Lat. votum Domini, ſiue ſpontaneus aut princeps Domini.

næniam deam veteres coluêre: cui ſacellum autore Feſto, extra portam viminalem fuerat dedicatum.

naiſſus, vrbs Thraciæ, patria Conſtantini regis, à quo etiam condita eſt: Gentile, Naiſſitanus, vel Naiſſites. Steph.

næuia, nomen mulieris à Næuo appellatæ.

næuia, ſylua quædam prope vrbem Romam. Feſtus Næuiam ſyluam vocitatam extra vrbem ad milliarium quartum quod Næuij cuiuſdam ibi domus fuerit, à quo nemora Næuia etiam appellata fuiſſe, Verius ait: quam opprobrij loco obijci ab antiquis ſolere, quod in ea morati adſueſſent perditi ac nequam homines, teſtis eſt Marcus Cato. Ab hac ſylua dicta quoque eſt porta Næuia.

naeuius, poeta comicus Rom ſtipē̄dia fecit primo bello Punico, idq; bellum verſib deſcripſit.

naeuius Turpio, Verris in omni calumnia præcuſſor & emiſſarius. Cic. 7 in Verrem.

nage, i. claritas vel ſplendor. Nomen viri. Luc. 3. 25.

nagidos, Steph. Ciliciæ vrbs eſt, pro quo legitur apud Pompon. *Natino*, ſed vitioſè, vt credit Pincian. qui etiã *Nagidos* apud Stra. legit. li. 1. 4.

nagis. vel Nagidos, vrbs inter Ciliciã & Pamphiliam à Nagide gubernatore condita: Gentile Nagideus. Eſt & inſula Nagiduſa. Steph.

nagnata, Hiberniæ vrbs inſignis. Ptol. lib. 2. c. 2. Magnata legimus in cod. manuſcrip. vt ſup.

naguia, Vilumbrorum vrbs in Italia. Ptolem. lib. 3. c. 1. Priùs Nequinum. Narnia hodie. Vide infrà. Sic vitioſè ſcribitur in exempl. Latinis, ſed in textu Græco ſequitur *ναρνία*.

nahabi filius Vapſi, Num. 13. Lat. occultus vel abſconditus, ſiue dilectus meus, aut quieſcens mecum ſiue ductor mecum.

nahaliel, locus vbi caſtra fixerunt Iſraelitæ. Num. 21. Lat. torrens Dei, ſiue hæreditatis aut vallis Dei

naham, frater Odaiæ mulieris: & filius Caleb filij Iephone. 1. Paral. 4. Lat. pulcher, ſiue iucundus aut mouens eos.

nahamani, i. conſolator, ſiue pœnitens, aut requiei munus vel numerus, ſiue requiei præparatio. Nomen viri. 2. Eſdr. 7.

naharai, i. Naris, ſiue naſus, aut hinniens, vel calefactio, ſiue ariditas, vel raucedo: aut Syriacè ſuffocatio. Armiger Ioabi. 2. Reg. 23. & 1. Paral. 11.

nahaſſon, idem filius Aminadab, frater Elizabeth vxoris Aaron. Exod 6. 23.

nahath, i. requies vel ductor, aut Syriacè deſcenſio, filius Rahuel filij Eſau. Geneſ. 36. & 1. Paral p. 31.

nahor, vide Nachor.

nahum, i. conſolator, ſiue pœnitens, aut doctor eorũ Nomen prophetæ, Nahum. 3. & 2. Eſdras 7.

naiades, ſiue Naides, Nymphæ fontium & fluuiorum ἀπὸ τοῦ νάειν quod eſt fluere: ab his fit Naicus, ca, cum. Propert. li. 2.

Suppoſita accipiens Naica dona manu.

naim, ciuitas Galilææ duobus millibus diſtans à monte Thabor. Hic Ieſus Chriſtus puerum viduæ vnigenitum ex mortuis, ad vitam excitauit.

naioth, nomen loci, 1. Reg. 19. Lat. pulchritudo, ſiue decor, aut habitaculum.

nais, fluuius qui ex Tauro monte naſcens, in Pontum mergitur.

nais, meretrix inſignis. Steph. in Eucarpia.

nais, Nympha aquatica fuit, à νάω quam Statius Cærulam vocat. Lubricam, alibi: & Virgil. Candidam.

nale 12, vrbs Britanniæ Ptolemæo, nunc vulgò dicitur *Oxford*.

namados, Indiæ intra Gangem fluuius. Ptol. Niger eum *Amandaune* vocat, Stukius credit *Lamnaeum* ab Arriano dici.

namnitæ, ſiue Namnetes, populi Galliæ Celticæ ad Ligeris fluminis oſtia, quorum ciuitas Condiuicum. Ptol. li. 2. c. 8. Vulgò *Nantes en Bretaigne*. Vide Nannetes.

namſi, pater Iehu regis Iſrael. 3. Reg. 19. Lat. ablatus ſiue auferens, aut tangens, vel dominatoris munus.

namuel, filius Simeonis filij Iacob, 1. Paral. 1. qui Geneſis capite quadrageſimo ſexto verſiculo 10. dicitur Iamuel. Lat. dormiens Deus, vel dormitio, ſiue ſomnus Dei.

namuelitæ, idem num 26.

nancium, oppidum in Lotharingia, iuxta quod Carolus Dux Burgundiæ à Duce Lotharingiæ prælio commiſſo ſuperatus eſt, Gallicè, *Nanci*.

nanea appellabatur Diana, lingua Perſica, 2. Machab. 1.

nauigeris, vt habet Mercator in ſua vniuerſali tabula, Ptolemæo eſt Indici maris inſula. Hanc *Zeilan* à Germanis & *Tenariſim* ab incolis dici idem Mercator ſubdit. Huius incolæ *Chingulæ* appellantur.

nanius Actius, vir Romanus, tanta augurandi peritia, vt à Tarquinio Priſco Romanorum rege accerſitus, & interrogatus, an id quod cogitaſſet fieri poſſet, capto augurio, poſſe, reſponderit: cũmque illi cotem ſe nouacula diuidere velle dixiſſet, id quoque fieri poſſe confirmarit, tanta erat artis [illegible]: ac denique cotem allatam nouacula diuiſerit.

nannacus, rex ante Deucalionem fuiſſe narratur, qui diluuiũ futurũ præuidit. Vnde ob eius antiquitatem natum eſt prouerb. A Nannaco.

nannes, rex Galliæ, ſub annum ante Romam conditam quingenteſimum. Maneth. in Supp. & Ann. in comm. Beroſ.

nannetes, vide Namnitæ. Sunt Galliæ populi apud Cæſarem, Marliano vrbs eſt in Oceani Aquitanici littore, quam hodie *Nantes* vocant.

nannium, meretricula fuit. Proſcenium, vt ſcribit Athenæus, cognominata: quòd veſtium & auri cultu plurimo ſpecioſa videbatur, quum exuta foret vel turpiſſima. Hæc item, ſi Suidæ credimus, facere dicta eſt capra, quòd Thalli cuiuſdam cauponam facientis bona deglutiſſet. Capræ etiam Thallis, hoc eſt germinibus delectantur, & iis veſcuntur.

nansberga, mons Comitatus Tirolenſis, tribus milliaribus à Tridento diſtans, extendit ſe in longitudinem 12. milliarium & 3. in latitudi-

nem, & c c l. parochiales Eccleſias, XXXII. Caſtra habet. Præter ſal & aromata, in eo proueniunt affatim omnia ad victum neceſſaria. Munſter.

Nantuates (qui à quibuſdam Antuates dicuntur) ſunt populi Germaniæ circa Rhenum fluuium, per quorum fines longo ſpatio quaſi ab ortu ſuo Rhenus ipſe citatus fertur: proximi Heluetiis ac Sequanis. Hi ſunt quos Conſtantienſes appellamus. Ciuitas eſt epiſcopalis Maguntinæ prouinciæ. Horum meminit Plin. li. 3. c. 20. & Strab. li. 4. Gallicè. *Le pays de Vaud*. Marlianus *Conſtentz* interpretatur. Scudus ſcribit eorum tractum hodie *de VVaat & Vebtlandt*. Germanicè dici. Idem putat eos eoſdem eſſe cum Antuatibus, & Nantuatium regionem & nomen ſcribit Paradinus hodie extare in oppidulo quod etiamnum *Nantua* nuncupatur, non longè ab vrbe hodie *Chamberi* dicta.

napææ, ſyluarum Deæ, quæ & Dryades dicuntur, Nam νάπη ſiue νάπος ſaltum ſignificat. Alijs ſyluarum, ſeu collium & florum deæ, ſicuti Dryades arborum, & Nymphæ ſunt fontium, vt ſcribit Seruius.

nape, vrbs Leſbi, vnde Apollo Napæus. Sunt etiam Napæi in Epiro.

napæi. Vide Nape.

naparis, Scythiæ fluuius Herodoto: quem *Dnieper* incolæ vocant, vt ſcribit Peucerus.

napatæi, populi in Æthiopia. Steph. Napatæ vrbs eſt Libyæ iuxta Æthiopiam. Gentile, Napatæus. Vide Napitæ.

napheg filius Iſaar, filij Caath, filij Leui. Exo. 6. Filius item Dauid. 1. Paral. 14. Lat. imbecillis, aut remiſſus, vel laxans.

naphis, filius Iſmaelis. Gen. [illegible] 1. Par. 5. Lat. anima, vel refrigeratus, aut requieſcens: vel Syriacè, multiplicans.

napitæ, populi in Scythia, quorum caput vicus Napis, qui & Napatæ nominantur. Steph. vicus eſt Scythiæ, Incolæ, Napates, aut Napites. Vide Napatæi.

napitia, vrbem Calabriæ habet Barrius ex Antiochi ſententia apud Strabonem lib. 6. vbi ſinum Napitinum deſcribit. Hanc idem Barrius *Amanthea* vocat, ſed malè *Nepetia* pro *Napitia* habet, in ſuo de Calabriæ antiquitatibus libello Romæ forte malè excuſo: eandem *Amantiam* Lycophronis putat.

nar, Stephano fluuius Vmbriæ, qui per Narniã effluens, Tyberi immiſcetur. Eſt & alius hoc nomine, quia à Danubio videtur deriuari. Virgil.

Sulphurea Nar albus aqua. Strabon. hunc Natronem vocat. Plin. lib. 30. c. 5.

nar, Sabinorum fluuius à Viſcello monte oriens aquis ſulphureis miſcetur. Alius item in Dalmatia, qui & Naro dicitur. Vide Narrane. *Negra* hodie nomen habere perhibet Leander. Vide *Naron*.

narane, fluuius Dalmatiæ, ab Epidauro diſtans centum millibus paſſuum. Vide Nar.

naracuſtoma, ſecundum Iſtri fluminis oſtium Plin. lib. 4. cap. 12.

narbaſis, vrbs in Hiſpania & æſtuarium.

narbis, vrbs Illyriæ. Steph.

narbo cognomento Martius, olim ampliſſimũ fuit Galliæ Braccatæ emporium, teſte Strab. li. 4. hodie tutiſſimum Galliarum aduerſus Hiſpanos propugnaculum, à quo tota ea pars Galliarum, quæ olim Romanorum fuit prouincia, nomen accepit. Martium autem Narbonem ex eo dictum putant, quòd eò Cæſar ex Martia legione colonos deduxerit. Martianus *Narbonenſiam* vocat. Gentile Narbonites. Eſt & Narbonitis palus, Hecatæus Narbæos nominat. Stephanus.

narbonenſis Gallia, à Narbone ciuitate dicta eſt. Hæc olim Braccata Gallia dicebatur. Amne Varo ab Italia & Alpibus diſcernitur: à reliqua verò Gallia, montibus Gebenna & Iura agrorum cultu, virorum morúmq; dignatione amplitudine opum nulli prouinciarum poſtferenda. Mela lib. 2. c. 5. & Strab. lib. 4. Hodie *Languedoc, Prouence, & Dauphiné* continet. Galliam Narbonenſem vocat D. Eulogius in Epiſtola ad Willienſindam *Gothiam* fortè: quòd à Gothis poſſeſſa erat. Narbonenſes *Bebryces* appellat Lycophron, vt Tzetza refert ex Cocciano.

narcæa, Minerua dicta eſt à Narce quodam Græcorum principe, qui vbi bellum cum finitimis geſſiſſet, magnámque potentiam fuiſſet adeptus. Mineruæ Marcææ templum de ſuo nomine condidit. Palæph.

narcaſus, vicus & vrbs Cariæ: inde Narcaſeus Stephano.

narciſſus, Hieroſolymorum epiſcopus vndecimus, ſub annum ſalutis 180. de hoc hunc in modum ſcripſit Euſeb. lib. 6. cap. 7. hiſt. eccl. Accidit aliquando, inquit, in die ſolenni vigiliarum Paſchæ, oleum deeſſe luminaribus: cumque id per miniſtros innotuiſſet, mœror plebi maximus fuit. Sed Narciſſus fide fidens, miniſtris imperat aquam haurire, ſibique deferri. Cumq; detuliſſent, orauit, & benedixit aquam & infundi luminaribus præcepit: tum repentè miro & ſeculis inaudito genere virtutis, [illegible] aquæ in olei pinguedinem verſa, ſplendorem luminum etiam reddidit clariorem. Is præterea cùm inter cætera virtutum ſuarum bona eſſet valde conſtantis animi, & iuſti rectíque indeclinabiliter tenax, quidam homunculi nequam, & malè ſibi conſcij, metuentes ne criminum ſuorum ſi arguerentur, non poſſent effugere vindictam; præueniunt, & factionibus circumuenire parant eum: cuius iudicium verebantur. Concinnant igitur aduerſum eum infame ſatis, & noxiũ crimen,

men, conueniunt auditores: & ex ſemetipſis producunt qui ſub ſacramento iuramenti, quæ objiciebantur, confirmarent, alius ne in ignem incideret, vera ſe dicere teſtabatur: alius ita ne regio morbo corrumperetur: tertius ita, ne luminibus orbaretur. Et quamuis ne iuramenti quidem illis quiſquam fidelium, ac Deum timentium crederet, eò quòd vita Narciſſi, & inſtitutio, ac pudicitia ab omnibus noſceretur, ipſe tamen eorum quæ nota ſunt, indignitatem ac moleſtiam non ferens, ſimul & ſecretam, ac philoſophicā vitam ſemper habere deſiderans, ſubterfugit Eccleſiæ multitudinem, & in deſertis locis, atque agellis ſecretioribus delitеſcit annis quamplurimis. At non ille magnus diuinæ prouidentiæ oculus quieſcit in longum, ſed impios vltione per ea, quæ ſibi in periurijs ſtatuerant maledicta molitur. Primus namque ille teſtis, parua ignis ſcintilla, noctis tempore, domo ſua ſuccenſa, cum omni genere ſuo, omníque familia, flammis vltricibus conflagrauit. Alter repentè ab imis pedibus, vſque ad ſummū capitis verticem, morbo regio, quo fuerat imprecatus repletur atque conſumitur. Tertius autem priorum exitum videns & oculum diuinum non le latuiſſe perſpiciens, prorumpit in mediū, & audientibus cunctis, ſera pœnitentia vniuerſum concinnati ſceleris ordinem pandit. Tantis autem lachrymis commiſſum facinus defler, & in tantùm die, noctúque perdurat in fletibus, vſquequò luminibus orbaretur. Hi igitur figmenti ſui huiuſcemodi pœnas dederunt, & Narciſſus epiſcopatui reſtitutus. Hæc ibi Euſeb.

Narciſſus, puer formoſiſſimus, Cephiſſi amnis & Liriopes Nymphæ filius, quo recens nato Cephiſſus Tireſiam vatem de pueri fato conſuluit reſponſúmque accepit, tandiu victurum quandiu à ſui conſpectu abſtineret. Quod reſponſi genus quamuis primùm ridiculum videretur: euentu tamen ipſo eſt approbatum. Nam cùm Narciſſus iam adultus, à Nymphis compluribus & præcipuè ab Echo adamaretur, mira omnes conſtantia eſt aſpernatus. Verum cùm aliquando æſtu defatigatus, ad limpidiſſimum fontem bibendi gratia ſe contuliſſet, imagine ſua in fonte conſpecta, ſui amore captus eſt: cúmque nulla potiundi amoris ſpes eſſet, nimio deſiderio contabuit, & in florem ſui nominis eſt commutatus. Ouid. 3. Metamorp. monumentum eius fuit in ora Bœotiæ, per quod tranſeuntes ſilebant, vnde Taciturnum vocabant. Sapienter ab Ouidio fingitur Nemeſis, inſolentiæ & arrogantiæ vindex, repetere pœnas à Narciſſo ſeipſum amante, vt ſuam ipſius vmbrā admiretur. Diuinitus enim puniuntur ſui amantes hac dementia, vt etiam inſcitiam ſuam eſſe ſapientiam arbitrentur. Mutatus in florem oſtendit quàm lenis & euanida ſit inanis gloria mundi, & ſerò floreſcens monet, ne nimis maturè & ante tempus ſapere incipiamus, néve nos aut noſtra nimis amemus, atque admiremur.

Narciſſus, nomen fluuij.

Narciſſus, Claudij imperatoris libertus, potentiſſimus & ditiſſimus apud principem.

Narciſſus, nomen viri, cuius meminit Paulus, Rom. 16.

Nargara, Africæ propriæ vrbs eſt Liuio, vbi Scipio & Hannibal colloquebantur. Margarum apud Polybium legitur.

Nariſci, Tacito Germaniæ populi. Hos Auentinus *Norsgovv* interpretatur Rhenanus *Beyrn*. Georg. Fabricius & Willichius *Voithlander* faciunt.

Naritia & narix, Brutiorum ciuitas in Italia, ab Aiacis Oilei ſocijs condita à quā Naritij dicuntur populi, & Naritius, tia, tium. Eſt & Naritia inſula in mari Ægæo, ſub Vlyſſis imperio. Vide Naricium & Locri.

Naryx. Vide Narycium.

Narmalis, vrbs Piſidiæ. Gentile, Narmaſeis.

Narna vel Narnia, Strab. lib. 5. Vmbriæ ciuitas per quam Nar labitur, à quo & nomen accepit. Liuius lib 10. à Nare flumine Narnia appellata. Vide Nagnia. Olim propriè *Nequinum* dicebatur, vt Plinius & Liuius tradunt Municipes huius loci olim *Nartes* appellatos ex antiquis marmoribus docet Hermolaus. Plinius nihilominus eos Narnienſes vocat. Nerni hodie dicitur. Leandro teſte.

Narnienſes, Narniæ populi. In Narnienſi agro quædam terræ imbribus ficciores fiunt, quod admirandis ſuis inſeruit M. Cicero. ſiccitate lutum fieri, prodens: imbre autem, puluerem. Plin. lib. 31. c. 4.

Narnienſes, vna ex XXXV. tribubus populi Romani.

Naro, fluuius Dalmatiæ, iuxta Epidaurum in mare Adriaticum influens. Vide Nar.

Narona, fluuius Dalmatiæ, Ptolem. lib. 2. c. 17. Melæ Nar dicitur, hodie Narenta. Vide Nar & Narane.

Narſes, Eunuchus Iuſtiniani principis cubicularius, bibliopola priùs, deinde ob animi virtutem patriciatus honore auctus, vir religione pietatéque præditus. Is in locum Beliſarij ducis in Italiam miſſus, decem annos varijs euentibus pugnauit. Volaterr.

Narſes, Perſarum rex, ſub annum ſalutis 294.

Nartes, populi Vmbriæ, qui & inter Amnates. Plin. lib 3. c. 4.

Narthecis, parua inſula prope Samum, ad dextram appellentibus ad vrbem.

Narthecuſa, eſt inſula in mari Carpathio. Pli. lib. 5. c. 31.

Narycium, quod & Naryx, & Narycee dicitur, oppidum Locrorum vetuſtiſſimum, vnde Aiax & Narycij populi. Steph. Virg.4.Æn.

His in Narycij poſuerunt mœnia Locri.

Narycia, inſula in mari Ægæo vel Ionio, quę fuit Vlyſſis. Abundat autem pice optima, vt teſtatur Virg.2.Georg. Hinc dicta eſt pix Narycia. Et iuuat vndantem buxo ſpectare Cytorum Naryciæque picis lucos.

Narycion, Locrorũ oppidũ eſt apud Plin. Hoc & Naryx & Narycium appellatur Suidæ & Step.

Naſabath, Ptolemæo, ſed Naſaua eſt in Græcis codicibus, Mauritoniæ Cæſarienſis amnis eſt, qui Caſtaldo Soſſaga dicitur Nabar Plinij eſt, Villanouano auctore.

Naſamones, ſunt populi Libyæ, nauium Syrtibus inuolutarum ſpoliatores, & viuentes rapto. Herod. li.4. Lucan. li.8.

Quas Naſamon gens dira legit, qui proxima Ponto
Nudus rura tenet, quē mundi barbara damnis
Syrtis alit: nam litoreis populator arenis
Imminet, & nulla portus tangente carina.
Nouit opes: ſic cum toto commercia mundo
Naufragijs Naſamones habens &c.

Et Plin. lib.5. Step. à Naſamone quodam dictos ſcribit. Inde Naſamonis, fœmininum. Apud hos moris erat: vt cùm quis primùm vxorem duxiſſet, ſponſa nocte prima cum ſingulis conuiuis coïret, ac mox perpetuò caſtitatem ſeruaret. Polyd. Virg li.1.c.4 de rerum inuent.

Naſia, nomen viri, 1. Eſd. 2. Lat. victor ſiue æternus, aut fortis.

Naſibis, vide Niſibis.

Naſica, Scipio dictus eſt, nobilis Romanus qui Gracchum ſeditioſum virum occidit Cic. 1. Tuſculanarum.

Naſium, Ptolem, lib.2.cap.9. Galliæ Belgicæ vrbs.

Naſtus, vrbs Thraciæ: aliàs νάσος. Steph.

Naſtes, frater Amphimachi vnus ex his qui in auxilium Troianorum venerunt. Hom. lib.2. Iliad.

Natalis, confeſſor egregius, qui propter Chriſtum innumera tormenta paſſus fuerat, tandem ab hæreticis deceptus, eorum conſtitutus fuit epiſcopus: ſed in ſomnis frequenter admonitus à Domino, quia miſericors Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus nolebat martyrem ſuum, qui ſibi in multis paſſionibus teſtis extiterat, de eccleſia perdere. Sed cùm negligentiùs ſuſciperet viſiones, turpis lucri deuictus, illecebrâ, ad vltimum à ſanctis Angelis per totam noctem verberatus, & pœnis grauibus excruciatus, manè conſurgens, cilicio ſe induit: & cinere conſpergit, ac multis lachrymis errorem ſuum deflens, ante pedes Zephyrini epiſcopi ſe ipſum proſternit, & veſtigijs omnium, non modò clericorum, ſed etiã laicorum, multa cum lamentatione, prouolutus in lacrymas & lamentationes omnē prouocauit Eccleſiam, vt indulgentiam ſibi à Chriſto, continuis & iugib. pro ipſo precibus implorarent, oſtendendo ſimul in conſpectu omniũ liuores corporis ſui & cicatrices, quas pro nominis ipſius confeſſione ſuſceperat, vix aliquã lo in communionem corporis eccleſię reuocatus eſt. Euſeb. li.5.c. vlt. hiſt. eccl.

Nathan, filius Dauid 2. Reg.5.1. Para.3. Nomen itē prophetæ. 3. Reg.7. Filius itē Ethæi, filij filiæ Seſan ex ſeruo. 1. Par.2. Lat. dans, vel donatus.

Nathanael, frater Semeiæ & Choneinæ. 2. Paral.35. filius Suar, princeps tribus ſuæ Iſſachar. num.1. Quartus filius Iſai. 1. Paral.2. Lat. donum Dei.

Nathanael, frater Philippi Apoſtoli.

Nathania, ſiue Nathanias pater Iſmaelis, 4. Reg.25. Lat. Donum Domini.

Nathanmélech, nomen Eunuchi, 4. Reg.23. Lat. donum regis, ſiue conſilij.

Natho, Ægypti inſula, Herodoto in Delta, in qua vrbs eſt Atarbechis nomine. Hanc eandem inſulam idem Proſopitin vocat. Huius etiam meminit Diodorus Siculus li. 2. & Thucyd. li.1. Proſopin, Ægypti vrbem habet. Steph.

Nathon, i. dare vel dando, nomen ciuitatis in tribu Zabulon. Ioſ.19.

Natio, dea à naſcentibus dicta, quòd Matronarum partus tueretur. Cicero. 3 de natura deorum. Scribitur & in quibuſdam exemplaribus, Naſcio.

Natiſo, Venetiæ fluuius, Ptol. li.3 c.1.

Naua, Tacito fluuius, qui apud Bingium Rhono miſcetur. Naha hodie Rhenano. Hic Auſonio quoque innotuit eo carmine.

Trãſieram celerem nebuloſo flumine Nauã.

Nauæthus, Italiæ fluuius, à nauium exuſtione, ſic nuncupatus quod ſcribit Apollodorus, quia Laomedontis filiæ, ac Priami ſorores, Achilla, Aſtioche, Mydeſicaſte, cum captiuis alijs illuc appulſæ naues incenderunt, ex quo & ipſæ Nauprestides nuncupatæ, R[illegible]dig. li.24.c.5.

Naualia, Ptol. li.2.ca.11. vrbs Germaniæ, vulgò *Snell.* Appiano.

Nauarra, pars Hiſpaniæ Septentrionalis, verſus Arcton Vaſconibus adiacet, [illegible] meridiem verò Tarraconiam habet regionem.

Naubolus, Laij regis Thebarum, auriga. Statius.

Naubolus Hiſpaſides tuus ò fitiſſime Lai,
Hoſtes adhuc currus, ſecuráque loca tenebat.

Naucrates, dicitur Ægyptios docuiſſe animalium, arborúmque figuris ſcribere: hunc Mercurium Triſmegiſtum quem Thyeth dicunt, fuiſſe Ægyptij crediderunt, vel Mercurium, aliurm

lium Ioue & Cyllene natum, fugientem in Ægyptum Argo interfecto.

Naucratica Grammaticus, qui docuit Athenis ſub Commodo principe.

Naucratis, Stephano, oppidum Ægypti à Mileſiis maris imperium tunc obtinentibus appellatione indita, cuius incolæ Naucratitæ & Naucratiotæ dicuntur. Strab. lib. 17.

Naulium, ciuitas in Liguria, portu ac turribus inclyta, & vadorum Sabatiorum portus, à quo decem millibus diſtat Sabaria.

Naulochum, dicta eſt olim Smyrna Ioniæ vrbs. Steph. in Smyrna.

Naunes, Plinij videntur Simlero, quo Germani *Nanſer* vel *Nanſerberg* vocant in Tridentino Epiſcopatu.

Naupactus, Achaiæ vrbs Ptolemæo ad ſinum Corinthiacum. *Lepanto* Sophiano vocatur.

Naupactus (hodie Lepanthum dicitur, per Turcas Venetis ereptum) vrbs Achaiæ apud Locros Ptol. lib. 1. cap. 15. Steph. dictam ſcribit à fabricatione nauium per Heraclidas. Inde Naupactius.

Nauplia, vrbs in Argo Strabo lib. 8. dicta, quòd eò naues adnauigent. *Napoli de Romania* dici Sophianus tradit.

Naupliades patronymicum, id eſt, Nauplij filius.

Nauplius, filius Neptuni, & Amymones filiæ Danai Argiuorum regis. Item rex Eubœæ, pater Palamedis, qui cùm filium, Vlyſſis opera, iniquo iudicio circumuentum, & ab exercitu lapidibus obrutum audiſſet, necis eius vleiſcendæ auibus, per totam Græciam vagari cœpit, vxoréſque principum, qui ad Troiam militabant, in iuuenum adulteria pellexit, futurum ſperans, vt grauiſſimis ea de cauſa inimicitiis inter ipſos exortis, mutua cæde Palamedis necem expiarent. Nec eo contentus, Græcis capta iam Troia in patriam redeuntibus, & tempeſtate laborantibus, ex Caphareo monte ignem oſtendit, bonámque claſſis partem ad ignem, tanquam ad vicinum portum, adnauigantem in aſperrimos ſcopulos pellexit, miſerandóque perdidit naufragio. Poſteà verò cùm intellexiſſet Vlyſſem & Diomedem, quibus eas inſidias potiſſimum ſtruxerat, incolumes euaſiſſe, doloris impatientia ſeipſum in mare præcipitem dedit.

Naupontius, amnis qui & Pamportus etiam à Strabone vocatur, ex Illyrio nauigabilis defertur in Sauum.

Nauportus, Velleio & Tacito. Naupontus Straboni, oppidum in Tauriſcis (hodie Carnis) Plinio Nauportus fluuius eſt, idem oppidum alluens. Hodie & oppidum & flumen: Germanicè *Laibach* dicitur; Italicè *Lab..to*, & Dalmaticè *Lubeana*. Latinis huius ætatis *Labacum* flumen cum oppido nomen habet.

Nauportus, Iſtriæ fluuius. Plin. lib. 3. c. 8.

Nauſicae, Alcinoi Phæacum regis filia, & Aretes, quæ cum fortè cum pediſſequis ſuis extra ciuitatem ſe contuliſſet, veſtes in flumine ablutura, incidit in Vlyſſem naufragum in littore ſedentem, nudum, arborum ramis circumtectum, cui ſupplici & veſtes dedit, & in regiam patris ſui eum perduxit.

Nauſimeres, vir Athenienſis, cuius vxor cùm liberos in inceſtu deprehendiſſet, indignitate facinoris perterrita, vocem amiſit.

Nauſithous Rex Phæacum, filius Neptuni & Peribeæ Eurymedontis filię. Heſiod. tamen Vlyſſis & Calypsûs filium facit. Hic pater fuit Alcinoi, qui ei in regno ſucceſſit.

Nauſtathmus, Plinio portus Siciliæ eſt. Phœnicus Ptolemæo dicitur. Hodie *Vendicari* nomen habere ait Fazellus. Aretius ſcribit *Fontana biancа* nuncupari.

Nautij, Romę dicti ſũt à Nautæ, Æneę comite.

Nauius Accius, inſignis augur fuit, qui ſub Tarquinio Priſco Romanorũ rege floruit Liu. li. 1. ab vrbe condita, hic nouacula cotem diſcidit.

Nautes, nomen eſt vatis Troiani apud Virgil. lib. 5. Æneid. qui dum incenſæ ab Iride in Sicilia comburebantur Æneæ naues, docuit hoc fieri Iunonis odio, vt Latio Troianos auerteret, monuítque Æneam ipſum, vt non ſuccumberet calamitatibus, ſed inuicto perſeueraret animo.

Naurulphus, puer natura cæcus, qui precibus ſancti Henoch viſum recepit, author Gregor. Turon.

Naxiportus, vide Heraclea.

Naxia, vrbs Cariæ. Gentile, Naxicus, vel Naxiates. Steph.

Naxium, cotes in inſula Cypro genitæ. Plin. lib. 36. cap. 7.

Naxos, inſula in mari Ægæo, vna ex Cycladibus cæteras ſuperans, antea Strongyle dicta. Hæc Dia pòſt appellata fuit: verùm cùm Cares ex Lamia profecti, duce Naxo eam occupaſſent, à duce Naxon appellarunt. Hanc Dionyſiam à vinearum fertilitate dici ſcribit Plin. lib. 4. cap. 12. vel quia (vt alij volunt) ſolæ Naxiæ mulieres octauo mẽſe pariant, quoto & Liber pater natus creditur: ſiue quia fons in ea vino fluat. Diſtat à Dolo ſeptem millibus. Hinc Naxius, xia, xium. Vnde Naxius ardor apud Columellam, quo ſignificatur Bacchi coronæ ſydus: nam, vt ferunt poetę, in inſula Naxo, relicta Ariadne à Theſeo, nuptias cum Baccho fecit, donatáque corona, inter ſydera relata fuit. Alij Siciliam minorem, alij Callipolim appellarunt. Virgilius Æneid. 3.

Bacchatámque iugis Naxum, viridémque Donyſam.

Vide Dia. Eſt oppidi nomen apud Plin. lib. 3. c. 8.

Steph. inſula νάξος, inſula præclara inter Cycladas, à Naxo Carum duce dicta, vel à Naxo Endymionis filio, vel παρὰ τὸ νάξαι, quod interpretantur ſacrificare. *Nicſia* item Sophiano appellatur, & teſte Diodoro *Syme* dicitur. Niger ſcribit hic marmoris genus exſcindi, quod vulgus Serpentinum, Plinius Ophites vocat, ſerpentum maculis ſimile, viride nempe, ſed maculis liuidioribus inſperſum.

Nazaræus, conſecratus dicitur, & à Nazareth, Nazarenus Chriſtus filius Mariæ, Seruator & Deus noſter. Nazarçi autem dicebantur, qui votum ad tempus habebant in Lege. Auguſtin. Vnde Samſoni iuſſum eſt, vt ferrum non aſcenderet in caput eius. Ioſeph. lib. 4. antiqu. & Origen. ſuper Numer.

Nazareth, viculus Galilææ, iuxtà montem Thabor, in quo fuit nutritus IESVS noſter, Matth. 2.

Nazerinorum tetrarchia in Cœleſyria. Plin. lib. 5. cap. 23.

N E

Nea inſula, Plin. lib. 2. cap. 87. de inſulis enatis inter Lemnum & Helleſpontum Nea.

Nea, Stephano inſula prope Lemnum, in qua Philoctetes, ſecundùm aliquos ab hydra morſus eſt: ſic dicta, quod Hercules ad eam adnatauerit, Gentile, Neæus. Eſt etiam Nea, vicus & caſtellum Myſiæ. Steph.

Neæra, nomen fœminæ ſeu Nymphæ formoſiſſimæ, quæ peperit Soli duas filias, Phaetuſam & Lampetiam, quæ armenta Solis tranſeunte Vlyſſe iuxta Siciliam oſtendebat. Home. Odyſſ. 12. Eſt etiam mulieris cuiuſdam nomen proprium, apud Virg. Ecloga 3.

—ipſe Nearam,
Dum fouet.

Neæra, ancilla Cleopatræ reginæ, quæ vnà cum Charmione ſpontaneam dominæ mortem imitata eſt, ac ſemiuiua reperta, dominæ iam mortuæ capite coronam delapſam reponens, Plut. in Antonino vide ſuprà Naæra.

Neæthus, fluuius Crotonis ſic dictus, quòd Græcorum naues olim in eo exutæ ſint. Vide Niętos. Huius Barrius apud Lycophronem memoriam exſtare ſcribit: ſed apud hunc *Nauathus* legitur. *Salentinum* ab Ouidio nominari idem Barrius addit. Siciliæ fluuius eſt apud Theocriti Scholiaſten. Idem eſt mediæ enim ętatis ſcriptores hanc Italiæ partem Siciliæ vocabulo indigitarũt quod hactenus receptum manet, cùm dicunt vtramq; Siciliam inſulam nempe, & eam continẽtis partem quæ ab altera parte freti Mamertini eſt.

Nealces, pictor, qui Venerem pinxit, Naumachiam Ægyptiorum & Perſarum. Item Aſellũ bibentem in littore, & Crocodylum ei inſidiãtem.

Neandria, vrbs Troadis in Helleſponto, aliàs Neandrium in neutr. genere. Ciuis, Neandreus, Strabo.

Neanthus, vir quidam qui propter Chelyn Apollinis temere affectatam deo vindice à canibus diſcerptus eſt. Politian. in Nutricia.

Improbus hanc ſtultè Chelym affectare Neanthus
Auſus, Apollinea pendentem ſuſtulit ade:
Quem tamen indocto ferientem pollice chordas
Vindice diſcerpſit rictu nocturna canum vis.

Neapolis, ciuitas Cariæ aut Thraciæ, Act. 16. Hanc vocari Sichẽ, teſtis eſt Hieron. in Heb. qu.

Neapolis, Campaniæ vrbs clariſſima, ſecundum maris littus in longitudinem extenſa, à Cumana iuuentute condita, primúmque Parthenope appellata, de nomine vnius Sirenum, eo in loco ſepultæ. Verùm cùm frequentiùs habitari cœpiſſet, veriti Cumani, ne patria ſua dẽſereretur, Parthenopen diruerunt. Non multò tamen pòſt, graſſante peſtilentia, cùm oraculum ea de re conſulerent, reſponſúmque accepiſſent, vt nouam vrbem inſtaurarent, ſplendidiùs eam reſtituerunt, & ex verbis oraculi accepto nomine, Neapolim, id eſt, nouam vrbem appellarunt. Gall. *Naples*. Neapoli hodie legunt vbique numiſmata. *Nouus campus Herculis* ab Oppiano in Venationibus Iſacius nuncupari ſcribit. Videtur ex Stephano quoque *Phalerum* vocatam.

Neapolis, Africæ oppidum, Pomp. lib. 2. Eſt item eius nominis Cariæ vrbs ad Iaſium ſinum, eodem authore.

Neapolis, quæ & Leptis magna, Ptol. lib. 4. c. 3. vrbs Syrtis paruæ. Vulgò *Tripoli* in Barbaria regia ciuitas. Pliſtius etiam hoc tractu Neapolim habet, quam Pinetus *Mahometa* vertit. *Napoli de Barbaria* eſt Chriſtianis, & *Nabel* Barbaris, vt Thevetus aſſerit.

Neapolis, colonia, Ptol. libr. 4. c. 3. vrbs Africæ. Vide Phantiſon. Samaria Iudæ etiam, inquit Stephan. poſtea dicta eſt Neapolis: item Tripolis Cariæ ciuitas.

Neapolis, Macedoniæ vrbs ad ſinum Strymonium eſt Ptolemæo. *Chriſtopoli* dicitur Nigro & Stephano.

Neapolitanum regnum hodie continetur inter Hadriaticum & Tyrrhenum mare, ab amne Truento, & Fundis, vſque ad fretum Meſſanæ, continétque nouem opulentiſſimas, amœniſſimaſq; Italiæ regiones. Eæ ſunt, Latij pars, Campania fœlix, Lucani, Calabria, Magna Gręcia, Salentini, Aprutium, Apulia, Peucetia & Apulia Daunia, quarum omnium recentia nomina vide in Italia.

Nearchus, iuuenis eximiæ pulchritudinis, Hor. lib. 3. Carm.

Nebahaz, Idolum Heuæorum, 4. Reg. 17. Lat. fructi-

fructificans, vel germinans viſionem, aut loquens, vel prophetans.

Nebai, nomen viri. 2. Eſd. 10. idem ſignif. quod Nebah 2.

Neballat, ciuitas, 2. Eſd. 11. Lat. prophetia, ſiue loquela inuoluta, vel abſcondita, aut germinans, vel fructificans, ſiue prophetans inuolutè vel abſconditè.

Nebis, Ptol. li. 2. c. 6. Tarraconenſis Hiſpaniæ fluuius, Benis Straboni dictus.

Nebo, vrbs & mons terræ Moabitarum ſupra Iordanem contra Ierichontem ciuitatem, in ſorte tribus Ruben. Num 33. Deut. 34. Par. 5. Nomen viri. 1. Eſd. 2. & 20. Vide Nabo. idem enim ſignificat.

Nebris, hinnuli pellis Baccho ſacra: qua ipſe amiciebatur. vnde νεβρώδης dictus & νεβριδόπεπλος. Seneca Oedipo.

Inter matres impia Mænas
Comes Ogygio venit Iaccho
Nebride ſacra præcincta latus.

Nebrida, vide Nebriaſſa.

Nebrodes, mons in Sicilia, cui Damarum copia nomen dedit. Neurodes habet Silius Italicus lib. 4. & etiam Strabo li. 6. Eum idem Silius pro altiſſimo huius inſulæ monte deſcribit, Fazellus, qui eum hodie *Madonia* vocari ait, ſcribit *Cratona* Ptolemæum dici. Sed *Cratas* non *Craton* apud Ptolemæum legitur. *Madunia* pro *Madonia*, vna mutata litera, habet recentiori vocabulo Aretius.

Nebrophonus, nomen canis venatici apud Ouid. lib. 3. Metam.

Nebrophonusq; valens, & Thrax cum Lælape Theron.

interpretari licet hinnulorum interfectorem ἀπὸ τοῦ νεβροῦ quod eſt hinnulus, & φονεύω occido.

Nebros, clariſſimus ex Aſclepiadis fuit in Co inſula, vel Pythiæ teſtimonio, vnde Nebridæ dicti, ex quibus & Hippocrates. Stephanus in Co.

Nebſan, nomen ciuitatis in tribu Iuda, Ioſ. 15. Lat. loquela, ſiue prophetia, aut germinatio dormitationis vel mutationis, ſiue germinatio vel loquela gentis vel eboris.

Necate, promontorium in Piceno prope Piſaurum quod quidam *Focariam* vocant, inquit Niger.

Neceb, ciuitas tribus Nephthali, quæ & Adami dicitur. Ioſ. 19. Lat. foramen, aut maledictio ſiue vocatio aut nominatio, vel explicatio.

Necepſo, nomen medici, de quo Firmicus li. 8.

Necepſus, rex fuit Ægyptiorum, in aſtrorum cognitione peritiſſimus, de quo Auſo. ſcribit.

Quique magos docuit myſteria vana Necepſi

Iulius Firmicus: Necepſus, inquit, imperator iuſtiſſimus Ægypti Aſtrologus valde bonus, per ipſos decanos omnia vitia valetudinéſque collegit.

Nechao, nomen Pharaonis regis Ægypti, illius videlicet cui Ioſias rex Iuda iuit in occurſum, 4 Reg. 23. Lat. claudus, vel percuſſus.

Nechac, qui & necepſos, Aegypti rex Olympiade 40.

Nechia Pharao, Aegypti rex, is qui Abrahamo vxorem ſuam abſtulit, Ioſeph. de bello Iudaic. li. 6. c. 18.

Necho, rex Aegypti, à Nabuchodonoſore victus ad Euphratem.

Necoda, nomen viri. 1. Eſd. 2. Lat. depictus ſiue varius, aut punctuatus, vel paſtor, aut incuruatus, vel incenſus.

Necos, filius Pſammitichi, Aegypti rex, cui filius Pſamis in regno ſucceſſit. Herodotus libro 2.

Necretice, Colchidis regio Ptolemæo. Hanc Arrianus *Niticen* vocat, vt ſcribit Pintianus, *Ecretice* hoc loco Plinius legit.

Necropolis, vrbs Aegypti, diſtans ab Alexandria XXX ſtadijs, vbi Cleopatra, anguibus admotis vberibus, ſe extinxit, ne in triumpho duceretur ab Auguſto.

Nectanebus, Aegypti rex, Platonis temporibus.

Necuia, vrbs Vmbrorum: Gentile, Necuites Steph.

Neda, fluuius in Meſſeniorum ora, qui populi ſunt Græciæ. Huius viſuntur fontes in Lycæo monte. Cæl. li. 18. c. 9.

Nede, vrbs Arcadiæ, à Nede Nympha. Steph.

Nedinum, Ptolemæo Illyrici oppidum eſt. Niger dicit *Suſied* ab incolis vocari.

Nedon, vrbs & locus Laconiæ: vnde Minerua Neduſia. Steph.

Negla, oppidulum Arabiæ: Gentile, neglius, vel neglites. Steph.

Nehel eſchol, i. torrens aut vallis botri, nomen torrentis, Num. 13. Vocatus eſt locus ille torrens Eſchol, qui torrens eſt in vicinia Hebronis. Eo irrigatur vallis dicta Botri. Vide Eſchol.

Nehemias, nomen viri. 1. Eſd. 2. Lat. conſolatio vel requies Domini, aut pœnitens Dominus, ſiue directio Domini.

Nehiel, ciuitas quæ terminus eſt Aſer. Ioſ. 19. Lat. commotio vel motus Dei.

Nehuſta, mater Ioachin filij Ioacim, 4. Reg. 24. Lat. ænea, vel ærea, augurans, vel ſerpens, aut ſerpentina.

Neis, vide Itylus.

Neium, vide Crocylion.

Neium, mons Ithacæ, à quo Naiades dictæ, vel vt alij volunt: quod verſentur ἐπὶ τὰ νάματα id eſt, aquas. Dicitur etiam *Hypeneium* Suidæ.

Digitized by Google

ſed *Hypernesium* habet Stephanus.

Nelcynda, cuius Arrianus in Periplo Maris Rubri meminit, fortè hodie *Dalinde* regio eſt, vt Ramuſius conijcit. Vide Soſippus.

Neleides, patronymicum à Neleio, & Neleius, poſſeſſiuum. Ouid. 12. Metam.

Neleus, Neptuni filius ex Tyro Nympha Salmonei filia, qui à Peleia fratre Theſſalia pulſus, in Laconiam venit, vbi Pylon vrbem condidit. Homer. Odyſſ. 2. Huic vxor fuit Chloris, Amphionis Orchomeni regis filia ex qua duodecim filios ſuſcepit, quos poſtea omnes præter vnicum Neſtorem, tum ſorte ablegatum, Hercules euerſo Pylo interfecit. Ouid. 12. Metam.

Nemauſus, Galliæ Narbonenſis ciuitas, Arecomicorum metropolis, & omnium in eo tractu clariſſima olim: quatuor enim & viginti vicos eiuſdem nationis ſubditos habuit virorum fortitudine excellentiſſimos, Strab. lib. 4. Steph. νέμαυσος, vrbs eſt Italiæ, à Nemauſo Heraclide: Gentile, Nemauſius, vel Nemauſinus, Gallicè, *Nimes*. Amphiteatrum antiqui operis adhuc ibi ſupereſt, Illic etiam oſtenditur ſubterraneus meatus, qui per tranſuerſum Rhodanum ſub ipſo alueo ductus, in procul diſſitam peruenit ciuitatem. Eſt & Baſilica Plotinæ quam Hadrianus Imperator exædificauit, authore Spartiano. Tribus milliaribus à Nemauſo, pons eſt Gardius (Gall. *Le Pont du Gar*) à fluuio Gardon nomen habens, mundi miraculum: triplici ſerie mira & impenſę innumeræ induſtria formatus, quarum prima hominibus atque iumentis tranſitum præbet, altera aquæ ductum ſuſtinet. I. Poldo.

Nembroth, filius Cham, filij Noæ poſt diluuium, cùm homines à Dei timore, quarum vim interminantis, auocare conaretur: ſpem ſuam in virtute propria ponendam ratus, turrim altiſſimam ædificandam ſuadebat, quam aquæ ſuperare non poſſent. His itaque opere iam incœpto ita inſanientibus, Deus diſcordiam immiſit linguarum: vt per multas abſonáſque voces intellectu inter ſe carerent. Hæc igitur tot linguarum, quibus etiam nunc homines vtuntur, diuerſitatis eſt origo. Ioſeph. lib. 1. antiqui. Nembrotus (inquit Beroſus li. 3.) aſſumpto filio Ioue Belo, cum colonis, furatus eſt rituales Iouis Sagi, & cum populo venit in campum Sennaar, vbi deſignauit vrbem, & fundauit maximam turrim, anno ſalutis ab aquis diluuij centeſimo primo: regnauitque annis quinquaginta ſex: ac deduxit turrim ad altitudinem & magnitudinem montium, in ſignum atque monumentum, quòd primus in orbe terrarum eſt populus Babylonicus, & regnum regnorum dici debet. Hæc Beroſus. Itemque Comeſt. in ca. 10. Gen, de ipſo ſic ait, Nembroth, gigas 10. cubitorum, qui cœpit primus potens eſſe in terra, & robuſtus venator coram Deo, id eſt, oppreſſor, & extinctor hominum, dominandi & regnandi cupiditate, & cogebat homines ignem adorare. Vnde prou. Fortis & malus vt Nembroth.

Nemea, meæ, ſeu Nemee, mees, ſylua Achaię, ſeu regio ſyluoſa, inter Cleonas & Phliuntem, in qua Hercules miræ magnitudinis leonē interfecit, qui à loco cognominatus Nemæus. Vnde ibi in honorem eius inſtituta ſunt ſolennia quędam certamina, quæ & ipſa à loco Nemeæ dicta ſunt. Quanquam non deſunt, qui ea potiùs in honorem Archemori inſtituta velint, Lycurgi Nemeæ regis filioli, quē cùm Hypſipyle nutrix, Argiuis Langiam fontem oſtenſura in gramine depoſuiſſet, ſerpens à proximis virgultis arrepens interfecit. Vide Agon Nemeucus.

Nemea, fluuius qui Sicyoniam & Corinthiacum agrum diuidit, Stabone teſte. Hunc Niger putat *Langia* à Statio vocari.

Nemertis, Nympha marina, dicta, quaſi incorruptibilis.

Nemeſis, amaſia Tibulli.

Nemeſis, dea ſcelerum vltrix, & bonorum remuneratrix, Iouis & Neceſſitatis filia, cuius ſedem theologi Ægypti ſupra Lunam conſtituere, vt inde, veluti è ſpecula, hæc inferiora deſpectaret Strrb. 13. Thebaid. Hæc & Adraſtea cognominatur ab Adraſto Argiuorum rege, qui primus ei templum erexit. Eadem & Rhamnuſia dicitur, quòd in Rhamnunte Atticæ oppido templum habuerit, Phidiaco ſimulachro nobilitatum.

Nemetes, Germaniæ populi, Galliæ tractum incolentes circa Rhenum fluuium: vbi hodie eſt Spira vrbs, inter Argentinam & Moguntiam ſita. Cæſar in Commen. bel Gal. & Plin. li. 4. c. 17.

Neminia, fons eſt in agro Reatino, vario ortu annonæ mutationem ſignificans. Plin. libro 2. cap. 123.

Nemerobriga, Ptol. li. 2. cap. 6. Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, vulgò *Val de Nebro*, Tarapha teſte.

Nemorenſe, vide ARTEMISIVM.

Nemetocerna, oppidum in Gallia Belgica, dictum fortè à Nemetibus, nunc Spi[illegible]

Nemptai, vrbs apud Arimph[illegible] populos cuius ambitus triginta millia paſſuum continetur, eáque omnium populoſiſſima. Pius 2. Max. Pont. in part. 1. Aſiæ. c. 15.

Nemra, ciuitas. Num 32. Lat. Leopardus, ſiue rebellio, aut amaritudo ſiue commutatio.

Nemrim, locus terræ Moab. Iſa. 15. idem pl. n.

Nemrod filius Chus. Gen. 10, Lat. rebellis, vel dormitatio deſcenſionis, aut dormiens dominans.

Neobum

neobule; Lycambis Thebani filia, quam cum pater Archilocho poëtæ deſpondiſſet, poſteaq; facti pœnitens tradere eam recuſaret, tam acri Iambo ab Archilocho fuit perſtrictus, vt doloris impatientia mortem ſibi laqueo credatur conſciuiſſe. Vide ARCHILOCHVS, & LYCAMBVS.

neocæſarea, vrbs Pontica. Gentile, Neocæſareus. Eadem Adrianopolis dicebatur. Eſt etiam Bithyniæ. Steph. alia item Syriæ aut Euphatenſis, li. Notit. Neocæſareæ item in Euphratis ripa.

neocles, philoſophus Athenienſis, frater Epicuri. ſcripſit de ſecta ſua. Diog Laer.

neodunum Ptolem. lib. 2. cap. 8. Galliæ Lugdunenſis ciuitas, vulgò *Leonaul*. Scribitur & Neodunum.

neomagus, Luxebiorum in Gallia vrbs. Ptol. *S. Saluator*. Villanouano.

neomagus, Regnorum ciuitas in Britannia. Ptol. hodie *Guldiferdia*, Lhuido. Hoc *Neomagum* Ptolemæi eſſe putat. Talbotus idem cum Nouiomago Antonini: & hodie *Croyden* dici.

neomagus, Ptolem. Tricaſtinorum in Gallia Narbonenſi vrbs. *Neon*. I. Poldo.

neomagus. Antonini, in Germania ea vrbs eſt quæ nunc *Vdenheim* dicitur: ad Rhenum ſita, ex Heroldi libello de Stationibus Romanorum legionum, quo loco docet Neomagum à Ptolemæo in Nemetibus deſcriptam aliam eſſe ab hac V. Nouiodunum.

neomagus, oppidum in Gallia Belgica, vicinum Trocis & Lutetiæ, vulgò *Nogeans ſur Seine*.

neon, vrbs Phocidis. Hero. lib. 18. Gentile, Neonius & Neonæus. Steph.

neoptolemus, cognomen Pyrrhi Achillis filii, inde impoſitum, quòd admodum adoleſcentulus primum tyrocinium in bello Troiano poſuit: νεοπτόλεμος enim Græcis tyronem ſonat, ſeu militem nouitium.

neoris, Iberiæ oppidum inſigne iuxta Harmaſtim fluuium. Plin. lib 6. cap. 10.

neotichitæ ſunt populi Æolidis: quorum vrbs νέον τεῖχος, hoc eſt noua mœnia, commemorantur à Stepha. item Phocidis, Thraciæ, Cariæ & Sarmatiæ Europææ.

neoterius, Conſul cum Valentiniano Aug. anno ab vrbe 1183.

nepet, Liuio & Plinio Nepeta, Ptolemæo Tuſciæ vrbs mediterranea. *Nepe* hodie Leand. Alb. *Neſpetes*, Stephani fortè ex Halicarnaſſeo.

nepeta, ciuitas Hetruriæ, à qua Nepeſini.

nephat dor, ciuitas in tribu Manaſſe, eadem quæ Dor dicitur. 3. Reg. 4. ex Hebræo vertendum erat. In omni termino Dor.

nephalia, erant quædam Græcorum ſacrificia, quæ ſine vino celebrabantur, vt teſtes ſunt Iulius Pollux & Suid.

nepheg filius Dauid. 2. Reg. 5. 1. Paralipomenon 3. Lat. imbecillis, aut remiſſus, vel luxatus.

nephele, vxor Athamantis, mater Phryxi & Helles à quo Ouid. 11. Metam. Hellem Nepheleida cognominat.

nephelis, Ciliciæ vrbs. Ptol.

nephelococcygia, confictum vrbis nomen apud Ariſtoph. Nomicum. Steph.

nepheonitæ, Sarmatiæ Aſiaticæ populi. Plin.

nepher Cheres, Ægypti rex, ſub annum ante Romam conditam 180.

nepherites, rex Ægypti. Olymp. 93.

nephthali, nomen loci, 3. Reg. 4. 4. Reg. 15. Sextus filius Iacob ex Bala ancilla Rachel vxoris ſuæ. Gen. 30. Lat. comparatio, aut retorſio, vel tortuoſitas, quem locum hodie Arabis *Sizir* vocari auctor eſt Poſtellus.

nephthalitæ populi in oriente. Ioſeph. Steph. Sic ſcribendum apud Agathiam pro Neptalitæ à Procopio Euthalitæ vocâtur. Sic Leuuenclauius monuit. Hunnica natio eſt, ſed Perſis vicina, quorum ciuitas Gorga. vide de Perſico bello librum primum Procopij, vbi eos eleganter deſcribit.

nephthoa, nomen fontis, Ioſ. 15. & 18. Lat. apertio ſiue ſculptura.

nephtuim, filius Meſraim, Gen. 10. Lat. aperturæ ſiue ſculpturæ.

nephuſim, nomen viri, 1. Eſd. 2. Lat. diminuti aut dilacerati.

nepiſta, Garmaniæ vrbs. Ptol.

nepos, nomine Cornelius, vir multæ facundiæ, ſcripſit vitas illuſtrium virorum.

nepotianus quidam, Romæ imperator ſalutatus 28. poſtridie interfectus eſt, ſub annum vrbis 1104.

neptunalia, Neptuni ſacra, quæ & Salatia à Salo dicuntur.

neptuni aræ, in Africa propria vrbs maritima. Ptol.

neptuni fanum, Straboni & Melæ circa Cenchreas, & Ptol. iuxta Patras. Item in Calauria inſula. Plutarch. in Demoſth. circa Mantineam & in Caria Polyb. Plin.

neptunium, promontorium in Campania, & in Arabia fœlici. Diodor. in Euſtath.

neptunius, mons & fons in Sicilia & Tarracina Solin. *Spreuerio* nunc Fazello.

neptunus, Saturni & Opis filius, cui in orbis totius diuiſione maris regnum obtigit: vnde & tridentem geſtat, peculiare eius regni ſceptrum. Vxorem habuit Amphitritem, multarum Nympharum matrem, quarum nomina exequitur Heſiodus in Theogonia. Hinc deducitur, Neptunine, patronymicum fœm. Catul. in Argon.

Tène Thetis genuit pulcherrima Neptunine.

Hinc Neptunius, nia, nium, poſſeſſiuum: Neptunus equos primus omnium domuiſſe, artémque equitandi tradidiſſe fertur Dio. Sicul. lib. 6.

Alij volunt ipſum hominibus equum antea ignorum primùm ediſſe, quod aſſerit Lucanus, dicens.

Primus ab aquorea percuſſit cuſpide ſaxis,
Theſſalicus ſonipes bellis feralibus omen
Exitiis. Et Virg. lib. 1. Georg. ſic ait,
—tuque, ô cui prima frementem
Fudit equum magno Tellus percuſſa tridenti
Neptune, &c.

Quid Neptuni nomine intellexerint veteres prolixè docet N. Comes, mythologiæ lib. 1 cap. octauo.

nequinum, oppidum, quod nunc Narnia dicitur, ob incolarum libinoſam inertiam. A quo Nequinates, qui nunc Narnienſes. Vide Nagnia & Narnia.

Ner pater Abner, 1. Reg. 19. Pater Cis patris Saul. 1. Par. 8. Filius Iahiel, 1. Par. 9. Lat. Lucerna, ſiue nouale.

nerabus, vrbs Syriæ, Gentile, Nerabius. Steph.

neratius, iuriſconſultus clariſſimus, cuius ſcriptorum fragmenta extant in Pandect.

neregel, vnus ex principibus regis Babylonis. Ier. 39. Lat. explorans, vel pedeſter, ſiue lucerna diſcooperta, vel concertuata, aut nouale diſcoopertum vel reuolutum.

nereides, maris Nymphæ, Nerei & Doridis filiæ humanam effigiem habentes: quarum nomina ſunt Neſea, Cymothoe, & infinita alia, quæ vide & apud Heſiod. in Theogonia & apud Hyginum Statium ab initio. Nominatiuus ſingularis eſt Nereis.

nereſſus, eſt oppidum in Cea inſula, cuius meminit Æſchines epiſt. 1. ad Polyc.

nereus, deus maris (Heſiodus in Theogonia) Oceani & Tethyos filius, qui ex Doride vxore, eadémque ſorore, maximam Nympharum turbam ſuſcepit, quæ à nomine patris Nereides appellantur. Hunc Orpheus in Argonaut. deorum antiquiſſimum appellat: vnde & Grandæuus à Virgilio dicitur 4 Georg. Figuratè accipitur pro mari. Perſius Sat. 1.

Et qui cæruleum dirimebat Nerea Delphin.

Vide N. Comitem Mythologum doctiſſ. li. 8. c. 6.

nereus, nomen viri. Rom. 16.

nergel, idolum Cuthæorum. 4. Reg. 17. idem ſignif. quod Neregel.

neri, pater Baruch, filius Maaſiæ. Iere. 32. Lat. lucerna vel nouale.

nerias, idem Ierem. 36. 4. & 51. 59.

nericus, vrbs Acarnaniæ, quam Homerus vocat ἀκτὴν ἠπείροιο, quæ Acarnaniæ eſt, Luperco Neritus vocatur, vt mons: Ciuis, Nericius, & poſſeſſiuum à monte Neritius. Steph.

nerigon, circa Britanniam inſula videtur apud Plin. lib. 4. c. 16. *Noruuegia* Becano. Hinc facilis nauigatio in Thulen.

nerio, rionis, vel Nerione, riones: & apud antiquiſſimos, Neria, riæ, Martis vxor: Plautus in Trucul. Gell. lib. 13. cap. 21. docet Sabinum eſſe vocabulum, quo ſignificatur virtus & fortitudo, vnde & pro vi, poteſtate, & maieſtate Martis accipitur.

neripi, Aſiæ Sarmaticæ gens. Plin.

neris, nomen vrbis Peloponneſi in agro Meſſeniaco. Steph.

neritum, Ptolem. Salentinorum vrbs, Niger *Neræ* vocat.

neritus, riti, mons in Ithaca inſula. Strab. li. 10. & Pli. li. 4. c. 12. à quo Vlyſſes Neritius paſſim cognominatur à poetis. Eſt item Neritus, ſiue, vt apud Plin. legitur, Neritis, peninſula Acarnaniæ adhærens, alio nomine Leucadia appellata, opere accolarum olim à continenti abſciſſa, denuóque reddita ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium. *Aſtericum* quoque dicitur: vide Suidam.

neritus item ſiue Neritum, neut. gene. peninſulæ huius oppidum eſt, quod recentiores Leucadem appellarunt. Plin. lib. 4. c. 1.

nerium. Ptol. lib. 2. c. 6. promontorium Tarraconenſis Hiſpaniæ, Artabrorum promontorium, alio nomine. Nunc vocatur *Finis terra* in Compoſtella.

nero, Gellio li. 13. c. 21. verbum Sabinum eſt, quo ſignificatur virtus & fortitudo. Itaque ex Claudiis, quos à Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia ac præſtanti fortitudine Nero appellatus eſt. Sabini autem id nomẽ à Græcis accepiſſe videntur, qui vincula & firmamentũ mẽbrorum νεῦρα dicunt, noſtri neruos. Hoc nomine fuit imperator Romanorum omnium quos terra ſuſtulit, crudeliſſimus. Hinc proprium nomen in appellatiuum commutatũ eſt, vt Nerones nunc crudeles dicamus. Fuit & Sextus Nero, cuius Apophthegmata Eraſmus ſcripſit inter cętera. Neronis imperatoris temporibus, amnes retrofluere viſi ſunt. Pli. li. 2. c. 103. Iſte in tantum ſceleris eſt progreſſus, vt ne à propriis quidem ac domeſticis temperarit, ſed & in matrem, in fratres, in vxorem, atque in omnes ſanguinis proximos parricida extiterit: & ipſe primus ex imperatoribus Romanis in Deum impietatis arma conuertit, &c. Euſeb. lib. 2. c. 24. *hiſt. Eccl.*

nero caluus, maledictis populi appellatus eſt Domitianus, quòd ſæuitia Neronem vel exæquaret, vel ſuperaret, ac Nero alter eſſet. Et quia caluus erat: vt à ſuperiore diſtingueretur. Nero Caluus eſt vocitatus. Iuuenalis.

—& caluo ſeruiret Roma Neroni.

neronianæ Thermæ, à Nerone imp. ædificatæ nunc Alexandrinæ appellantur, inquit Eutrop. lib. 7. Romæ ſunt.

nertobriga, Bæticæ vrbs Turdetanorum. Appiano.

piano, & Celtiberorum in Hiſpania Tarraconenſi oppidum. Ptolemæus hodie *Almunha*. locus vicinus vrbi, in qua Arias Montanus natus eſt, qui *Valera* vocatur, addítque ibidem hodie etiamnum antiquam inſcriptionem extare, in qua *Nertodrica* per d nominatur.

Nertobriga, Ptolemæo alia Celtiberorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs. *Nergobriges* habet Appianus. Hanc *Nitobricam* apud Antoninum appellari creditur. Varrerius tamen ibidem *Nertobriga* legit.

Nerua XIII. Roma. imperator. Flauio Domitiano cui ſucceſſit, diſſimillimus, animóque verè paterno erga populum affectus. Hic quum liberos ſibi nullos genuiſſet, Ælium Traianum ſibi adoptauit, qui illi etiam in imperio ſucceſſit.

Nerua, Prol. Cantabrum, in Hiſpania fluuius, hodie *Nanſa Neſua* Pomponio dicitur & Ptolemæo, teſte Pintiano,

Neruij populi inter Belgas, in finibus Ambianorum: quia ſemper reliquos Belgas increpitabant, quòd ſe populo Romano dediſſent, ſe autem neque legatos ad Cæſarem miſſuros, neque vllam pacis conditionem accepturos affirmabant. Tandem difficillimo & perículoſiſſimo bello à Cæſare victi. Lucan. lib. 1.

—Nimiúmque rebellis
Neruius & caſi pollutus ſanguine Cottæ.

nunc Tornacenſes dicuntur, *Ceux d'alentour de Tournay*. Beccanus *Oudenarde* interpretatur. Marlianus eam vrbem eſſe putat quam Flandri *Doornick* appellant.

Nerulani, populi in Latio iuxta Romam. Plin. libro 3.

Nerulum, oppidum in Lucanis, vi captum repentino aduentu Æmilij, Liuius lib. 9. Inde Nerulonenſes Sueton. in Augusto.

Neſactium, Iſtriæ oppidum Plinio. *Neſactum* apud Ptolemæum, & *Neſattium* apud Liuium legitur. *Caſtello nouo* ad Arſium flumen hodie eſſe ſcribit D. Niger.

Neſa, regio montana iuxta Aernam.

Neſæus, campus eſt à quo apud Medos equi Neſei. Steph. Vide Niſæum.

Neſea, Nympha, à natando ſic dicta, *νέω* enim, nato ſignificat. Heſiod. in Theod.

Neſi, populi in Sythia. Europæ, optimis quondam equis abundantes. Plin. libr. ſexto capit. 20.

Neſib, ciuitas in tribu Iuda Ioſ. 15. Lat. ſtans, ſiue ſtatio, vel erectio ſc. alicuius tumuli, aut Syriacè plantatio.

Neſibis, vide Niſibis.

Neſis, Plinio Campaniæ inſula aſparago optimo nobilis. Statius etiam meminit lib. 3. Siluarum. Nunc *Neſita* dici ſcribit Georgius Fabricius, in itinerario Romano inter Pauſilypum & Puteolos eam deſcribit Hermolaus.

Neſpetus, vrbs Italiæ. Gentile, Neſpeſinus Steph.

Neſroch Hebr. Niroch, i. fuga vel tentatio tenera aut delicata, vel vexillium delicatum: aut Syriacè, tabula tua, idolum quod adorabat Sennacherib. 4. Reg 19. Iſai. 37.

Neſſon, vrbs Theſſaliæ: Gentile, Neſſonites Stephan.

Neſtos, vrbs & fluuius Illyriæ. Hinc Neſtius. Steph. Vide, Naſtus, & Neſſus.

Neſſus, vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius, qui cum Herculi ad Euenum fluuium operã ſuam obtuliſſet, ad Deianiram in ripam vlteriorem trajiciendam iámque traiectæ vim inferre pararet, ab Hercule ſagittis eſt confoſſus: cuius quidẽ corpus ſuo ipſius fœtore totam fœdauit & infeſtauit regionem, quæ ob id Ozolis, quaſi putrida nomen habuit, incolæ vero Ozolæ dicti. Hic cùm iam mortem imminentem videret, Deianiræ veſtem tradidit, ſanguine ſuo infectam, vim amatoriam illi ineſſe ſimulans virúmque alterius fœminæ amore captum ad ipſius amorem poſſe reuocari. Cuius verbis illa temerè fidem adhibens, Herculi Œta monte ſacrificanti, per Licham puerum veſtem eam miſit, quam cum ille induiſſet, veneno ſtatim per viſcera ſerpente, doloris impatientia in ardentem ſeſe rogum coniecit. Hinc Neſſeus, Neſſea, Neſſeum.

Neſſus, Thraciæ fluuius. Prolem. *Teſto* hodie Sophiano. Bellonius ſcribit eum à Turcis *Chareſou*, à Græcis verò *Meſtro* dici.

Neſtocles ſtatuarius fuit, Phidiæ æmulus, cuius tempore floruit. Olympiade nimirum 83. vt ſcribit Plinius lib. 34. c. 8.

Neſtor, filius Nelei & Chloridis, Homer. lib. Odyſſ. 2. qui adhuc adoleſcens bellum geſſit, etiã tum viuo patre, aduerſum Epeos Pelopõneſi populos qui poſtea Elij dicti ſunt: & deinde cùm Pirithoi nuptiis intereſſet, aduerſus Centauros qui Hippodamiam iam rapere conabantur, ſtrenuè pugnauit. Poſtremo belli Troiani tempore, iam ſenior effectus, vt idem Homer. li. 2. Iliad. ſcribit, quinquaginta nauibus cum reliquis Græcis principibus ad Troiam venit, cùm iam tertiam hominis ætatem viueret, vt ipſe refert apud Ouid. li. 11. Metamorph. vbi ex conſilij dexteritate tantum Græcorum rebus profuit, vt Agamemnon profiteri non dubitaret, breui ſe Ilium fuiſſe expugnaturum, ſi decem ſibi contigiſſẽt Neſtores. Nam prẹter ſummam prudentiam ætatis diuturnitate collectam, tanta præterea eloquentia excelluit, vt eius ore, melle dulcior fluere diceretur oratio. Vxorẽ habuit Eurydicem, Clymeni filiã, ex qua ſeptem filios & vnicam filiam, ſuſcepit.

Neſtor, poeta è Lycia regione pater Lyſandri poetæ, tempore Seueri principis ſcripſit Iliada, Triphiodorus verò *Odyſſeam*

ad imitationem Homeri.

Neſtor Alexandrinus Grammaticus, qui Marcellum Auguſti ſororis filium erudiit.

Neſtor Epiſcopus Pergæ in Pamphilia & martyr ſub Decio.

Neſtor confeſſor, qui ſe Theſſaloniæ ad Monomachiam cum Gigante obtulit, tempore Maximiani Imperatoris.

Neſtorius Germanicienſis ad gubernationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Antiochia accerſitus eſt: homo natura eloquens, ſed [illegible] & arrogans, defendit Anaſtaſium preſbyterum, qui docuerat B. virginem Mariam non eſſe appellandam θεοτόκον. i. Dei genitricem. Item, Iudæos non crucifixiſſe Deum. Contra hunc conuocata eſt Synodus à Theodoſio iuniore in vrbem Epheſum anno Chriſti 435. In ea Synodo præſedit Cyrillus Alexandrinus, damnatúſque fuit Neſtorius, qui aliquot annis poſt in exilio tabe conſumptus eſt Trip.l 12.c.4.5.

Neſtus fluuius, Thraciæ à Strymone ſecus Abderam vrbem fluens, Diomedis fabulis infamis, ita Democriti patria, quam præterfluit, clarus. Diomedis, qui hoſpites apud Neſtum equis ſuis deuorandos dabat, meminit Heſiodus in Theogonia. Meminit & huius Plinius multis in locis. Alij vrbem Thraciæ eſſe credunt, eámque *Neſtus* Stephano & Suidæ dici *Neſos* Ptolemæo fortè in Myſia. Hodie *Nyſſa* Seruiæ metropolim eſſe ſcribit Lazius.

Neſus, vrbs Iberica, Stephan.

Neſus, Thraciæ fluuius. Vide NESTVS.

Netium, Peucetiæ oppidum in Italia Strabo.

Netophati, nomen loci. 1. Par. 2. Lat. Gutta ſiue diſtillatio aut gummi.

Netupha, nomen loci 1. Eſd. 2. idem.

Netuphati, nomen loci 2 Eſd. 12. idem.

Neua, Cœlæ Syriæ vrbs, inter Capitoliam & Damaſcum. Anton.

Neuceria, vrbs Vmbriæ. Vide NVCERIA.

Neuius, poëta comicus. Hic epigramma ſibi poſuit plenum ſuperbia Campaniæ:

Immortales mortales ſi foret fas flere,
Flerent diuæ Camœnæ Neuium poetam.
Itaque poſtquàm Orci traditus eſt theſauro.
Obliti ſunt Romæ Latina lingua loquier.

Gell. lib. 1. cap. 24. Varro autem in libro de poetis, dicit, eum ſtipendia feciſſe primo bello Punico, idque bellum carmine ſcripſiſſe. Vide Næuius.

Neuita, Conſul cum Mamertino, anno ab vrbe 115.

Neumenius, filius Antiochi. 1. Machabæorum 12.

Neuola, flumen in Sentinati agro.

Neuri, populi in Scythia Europæa. Vadianus in Melam. Herm. in Caſtig. & Plin. libro 4. cap. 12. Stephano. populi ſunt Sarmatiæ, qui & Neuritæ: Regio, Neuris.

Neuris, inſula quæ aliàs Alode, apud Stephanum, item eadem Proconneſo.

Neuſtria, vel Weſtria Galliæ Celticæ regio, ſic dicta, quòd totius Galliæ pars proximè ad occiduum ſolem vergat: nam Germano & antiquo Gallorum idiomate *VVeſtrich*, idem eſt, quod occidens: poſtea Normania cognominata à Normanis, quibus fœdere cum Francorum rege percuſſo, hęc prouincia ceſſit. Munſt. lib. 2. Col. Neuſtria eſt quicquid à Pariſiis & Aurelianis interiacet inter Ligerim & Sequanam inferius ad Oceanum.

Neut Ægypti Nomus, Ptolem.

N I

Nia, fluuius in Lybia interiori. Ptolem.

Niaccura, Antonin. vrbs in Comagena, Syriæ regione.

Niæthos, fluuius, Theocrito, quem enarratores ipſius dicunt eſſe in Sicilia. Vide NEÆTHVS.

Nibis, vrbs Ægypti: Gentile, Nibites. Stephanus.

Nicæa, Plinio & Ptolemæo Liguriæ oppidum maritimum eſt, *Nicia* in Antonini itinerario legitur. *Nizza* hodie.

Nicæa, vrbs Bithyniæ, Bottieorum colonia, quæ priùs *Ancore* dicebatur: deinde *Antigonia*, poſtea à Lyſimachi vxore *Nicæa*. Sunt & aliæ octo, nempe Locrorum Epicnemidiorum, Illyriæ, Imidiæ Cyrni ſeu Corſicæ inſulæ, Leuctrorum Bœotiæ, ſeptima Galliæ, Maſſilienſium colonia, octaua Thraciæ. Sunt & aliæ iuxta Thermopylas & Thraces. Stephan. qui etiam claros aliquos viros Nicæenſes enumerat. Vide NICIA.

Nicæarchus pictor ſua ætate eximius. Hic inter alia Venerem inter Gratias & Cupidinem pinxit & Herculem triſtem inſaniæ pœnitentia. Plin. lib. 35. cap. 11.

Nicama, Indiæ intra Gangem metropolis. Ptol.

Nicander, Colophonius grammaticus, poëta & medicus, tempore Attali iuuenis illius, qui Gallogræcos vicit, ſcripſit de Theriaca contra venenum. De agricultura. Curationum collationes, Prognoſtica Hipp. verſibus edidit, aliáque complura, Suid. Cic. de Orat.

Nicanor, natione Cyprius, vnus ex ſeptem Diaconis ab Apoſtolis in diuinum miniſterium ſelectus. Act. Apoſt. cap. 6. apud Cyprium martyrio coronatus.

Nicanor, Medicus apud Græcos, qui de medecina multa ſcripſit.

Nicanor Alexandrinus, Grammaticus ſub Hadriano principe. Suid.

Nicanor, dux exercitus, Demetrij regis Syriæ, à Iuda

à Iuda Machabæo prælio victus & interfectus 1. Macch.7.

Nicanor, Clodomiri filius, Sicambrorum rex circa Olymp.158.

Nicarchus, Philoſ. fuit Corinthius ſub Periandro. Plut. in Symp. ſeptem ſapientum.

Nicaſipolis. Vide THESSALONICA.

Nicarſia, parua inſula iuxta Naxum, inde Nicaſius quod & proprium nomen viri eſt. Steph.

Nicates, à Liuio appellatur mons ille Italiæ qui hodie *Maiella* & *Matheſis* dicitur, vt M. Niger autumat.

Nicatorium, Aſſyriæ mons circa Arbelam. Strab.

Nicator, cognominatus eſt Seleucus, qui, vt Appianus inquit, Syriacis in bellis ſemper inuictus extitit. Fuit autem is Syriæ rex.

Nicatoris, vrbs Syriæ iuxta Europam à Seleuco Nicatoris filio condita. Inde Nicatorites. Steph.

Nicea, Macedoniæ vrbs inter Heracleam & Lichnidum. Antonin.

Nicedotus Mantyneus Pyctes, qui ab adoleſcentia totum ſe palæſtræ dedidit, factus ſenior cœpit philoſophari, legibúſque ac inſtitutis incumbere.

Nicephorium, vrbs circa Edeſſam, quæ aliàs Conſtantina. Gentile Nicephorius. Steph. Vide ZEDOTIVM. *Naſiuancaſi* hodie nominari ſcribit Caſtaldus. *Nephrun* Pinetus vocat.

Nicephorus, Conſtantinopolitanus imperator ſub annum ſalutis 803.

Nicephorus alius, cognomine Phocas, imperator, anno ſalutis 961.

Nicephorus III. cognomine Botoniates, etiam imperator, anno ſalutis 1083.

Nicetes, Smyrnæus ſophiſta, Arriano principi gratioſus, ab eóque Muſeo Ægyptio adſcriptus. Quum cauſas tentaret, foro etiam aptiſſimus videbatur. Adeò ingenium ad vtranque dicendi rationem accommodauit, vt iudiciale ſophiſtica quadam facultate exornauerit: ſophiſticum verò & vmbratile forenſibus aculeis roborauit, genus dicendi antiquum & politum retinuit: laſciuus nihilominus, & dithyrambicus viſus. Philoſtr.

Nicepſos, rex Ægypti, circa Olymp.27.

Nicer, Germaniæ fluuius, Ammian. hodie *Neckar* Rhenano. In Ducatu Wirtembergenſi eſt.

Nicia, Plinio, Italiæ fluuius. *Lenza* nunc, in Lombardia, Nigro & Leandro. aliis *Nura*.

Nicia & Nicæa, nomen duarum vrbium, quarum vna eſt Galliæ, alia Aſiæ & Bithyniæ metropolis. Strabo lib. 4. Nicæam primus Antigonus Philippi filius condidit, & Antigonam nominauit: poſtea Lyſimachus à nomine vxoris Antipatri filiæ Nicæam appellauit. Vrbis ambitu ſtadiorum XVI. fuit figura quadrata, in compoſita: habuit quatuor portas ad rectos angulos: ex lapide, qui circa medium gymnaſium poſitus erat, omnes quatuor portæ cernebantur. Hic iubente Conſtantino famoſa illa Synodus celebrata eſt trecentorum decem & octo epiſcoporum, & perfidum Arij dogma reciſum. Vide NICÆA.

Niciæ, vicus in Ægypto eſt. Gentile, Niciotes. Steph.

Nicias, Pyrrhi medicus, qui olim ad Fabritium veniens, ei promiſit Pyrrhum veneno necaturum. At ille auerſatus facinus, Pyrro reſcripſit, vt à Nicia ſibi caueret. Plutarch.

Nicias, grammaticus Romæ, familiaris Pompeio & Ciceroni, qui eius in epiſtola quadam ad Atticum meminit: item in epiſtola ad Dolabellam. Tranquillus.

Nicias Athenienſis, gente clarus, Ariſtoteles ſcribit tres viros Athenis eodem tempore æquè potentes fuiſſe, Niciam Nicerati, Thucydidem Mileſium, & Theramenē Agnonis. Thucydides his natu aliquantulum maior multa cum Pericle clara pro Republica geſſit. Poſt mortem Periclis ad Niciam primæ partes delatæ ſunt. Miſſus igitur imperator vnà cum Demoſthene altero duce contra Syracuſanos, qui Gilippum Lacedæmoniorum ducem auxilio accerſiuerant, infœliciter pugnantes ambo à Syracuſanis in bello capti ſunt, in carcerémq; coniecti, ſibi manus attulere. Ex Plutarcho. Nicias Marco Craſſo ex noſtris comparatur à Plutarcho in Parallelis: quod & diuitiis abundauerit, & eundem ferè exitum hic apud Siculos, ille apud Parthos inuenerit.

Nicias, Athenienſis pictor, qui Plin. lib. 35. cap. 2. diligentiſſimè mulieres pinxit, lumen & vmbras cuſtodiuit, atque vt eminerent è tabulis picturæ, maximè curauit. Hic etiam in artem tanta contentione, animū incubuiſſe dicitur, vt cibum ſumere ſæpè oblitus ſit. Ælian. de varia hiſt.

Nicij, Ægypti inferioris metropolis. Ptolem. ad Nilum ſita. *Fuoa* hodie dici ex Ioanne Leone veriſimile eſt. *Nicia* vicum Strabonis eſſe vult Villanouanus. Hic tamen ad mediterraneum mare à Strabone ponitur. illa verò à Ptolem. in mediterraneis.

Nico, vnus ex XIII. principibus Tarentinorum, qui coniurarunt contra Annibalem: tandem comprehenſus cum Philomene, ad Annibalem deductus eſt. Liu. Decad.3.

Nicochares, poeta comicus Græcus, Athenienſis, Philonidis filius, coæuus Ariſtophanis, qui multas fabulas ſcripſit.

Nicocreon, ontis, Cypriorum tyrannus, qui Anaxarchum philoſophum malleis ferreis cædi iuſſit. Vide ANAXARCHVS.

Nicotris, vel Nitocris, Aſſyriorum regina, quæ multis annis poſt Semiramidem floruit. Hæc Euphratem fluuium, qui mediam Babylonem ſectus præterfluebat, fecit tortuoſum, ſupráque pontem erexit trium ſtadiorum difficillimum factu propter paludes, quæ vrbem ambiunt, fecit ingentes cauernas ad excipiendum fluminis impetum, egeſſitque quicquid erat limi ad facienda fundamenta Author Herodot. & Curtius.

Nicodemus, nomen viri Phariſæi, Iudæorum principis. Iohan.

Nicolaitæ. Vide Nicolavs.

Nicolaus, vnus ex ſeptem diaconis, qui electi ſunt à Christi diſcipulis, vt egenis miniſtrarent. Is authorfuit Nicolaitarum hæreſeos cuius ſumma dogmatis fuit, vxorum communio. Euſeb.lib.3.cap.29.hiſt.eccl.

Nicolaus, philoſophus Peripateticus, patria Damaſcenus, moribus ſuauiſſimis & iucundiſſimis, procero quidem ſed non indecoro corpore, bene doctus: nam hiſtoriam librorum centum triginta quatuor conſcripſit. Eo maximè delectabantur Octauius Cæſar, Plin. lib. 13. cap. 4.

Nicolaus I. pontifex Romanorum, anno ſal. 859.

Nicolaus II. pontifex Roman. anno ſalutis. 1059.

Nicolaus III. pontifex Roman. anno ſalutis 1277.

Nicolaus IIII. pontifex Rom. anno ſalutis 1288.

Nicolaus V. pontifex Rom. Franciſcanus, an. ſal. 1448.

Nicolaus Tollentinus, omnium ſui temporis abſtinentiſſimu : qui pane & aqua ſemel tantùm die veſcebatur, procul ab omni otio & verborum vanitate.

Nicomachus pater Ariſtotelis philoſophi. Nicomachos ſex tradit Suidas. Primum ex Alexandria Troadis poetam tragicum, qui ſcripſit tragœdias vndecim. Secundum Athenienſem item tragicum, qui vicit Euripidem & Theogenem. Nicomachum item medicum, Machaonis filium Æſculapij nepotem, qui ſcripſit de medicina libros ſex, & philoſophia vnum. Reliquos duos, patrem & filium Ariſtotelis ponit: ambos medicos, quorum filius ſcripſit commentarios in Phyſicam patris. Sextum addit Plin. pictorem, Ariſtidem filium & diſcipulum, qui pinxit raptum Proſerpinæ, quæ tabula fuit Romæ in delubro Mineruæ in Capitolio ſupra ædiculam Iuuentutis, Scyllámque, quæ erat in templo Pacis. lib. 5. cap. 2.

Nicomedes, nomen proprium regis Bithyniç, Rom. amici, qui olim raſo capite ſumpſit pileum & ſe Romanorum libertum vocauit.

Nicomedia, ciuitas Bithyniæ, à Nicomede rege clariſſimo, Zelæ filio, qui eam condidit appellata. Ptol. libro quinto capite 1. Turcis hodie dicitur *Nichor*. Olim etiam Olbia vocabatur. Ciuis, Nicomedeus, & poſſeſſiuum, Nicomedius. Stephan. in huius ciuitatis villa Magnus Conſtantinus obiit, qui cùm vellet in Iordane fluuio baptizari, atque idcircò Hieroſolymam peteret, morte præuentus, ab Euſebio Nicomedienſi Epiſcopo, Arianæ perfidiæ ſectatore baptizatus eſt: quæ res Chriſtiani principis fidem apud pleroſque in dubium vertit. Sed non eſt veriſimile eum principem, qui per omnem vitam ſuam Ariani dogmatis hoſtis fuerat, in extremo ſpiritu ei dementiæ conſenſiſſe, quam ſummo ſtudio de ſuo imperio priùs eliminauerat. *Aſtacus* olim dicta fuit, Pauſania, Ammiano, Cedreno, & Treb. Pollione auctoribus. *Centum* antea nuncupatam Mar. Niger. refert ex Capitolino. *Comidia* à Nautis Germanicis dicitur.

Nicomedium, emporium Bithyniæ. Gentile, Nicomedeus. Steph.

Nicon, pater Galeni fuit, qui Geometriæ & Architecturæ erat peritiſſimus.

Niconium, Meſiæ inferioris oppidum *Nomanoſter* Nigro.

Niconia, vrbs in Ponto, iuxta Iſtri oſtia. Strabo. lib. 7. Gentile Niconiates. Steph.

Nicopolitanus ſinus, vocatur à Plinio lib. 5. cap. 32. pars Propondītis, in quo portus Amyci. Hunc ſinum ſcribit Bellonius *Golfo de Montaneo* dici.

Nicophanes, nomen pictoris, quaſi vir illuſtris: & fuit ſanè is pictor elegans & concinnus, ita vt vetuſta opera pingeret propter æternitatem rerum: impetuoſi animi, & qui pauci comparentur. Cothurnus ei, & grauitas artis. Plin. lib. 36. cap 10.

Nicopolis, vulgò *Gallipoli*, ciuitas Epiri, à victoria Auguſti ſic appellata, quia Cleopatram & & M. Antonium apud Actium prælio ſuperauit. Alia eſt in Ægypto, Item Alexander Iſſum vrbem inter Ciliciam & Syriam Nicopolin appellauit, quòd ibi Darium viciſſet. Steph. Eſt & Bithyniæ Nicopolis, & alia minoris Armeniæ. Ciuis, Nicopolites. Steph.

Nicopolis, Thraciæ ciuitas, quæ Iſtro flumini imminet. Tit. 3 hodie *Nicopoli*.

Nicoſtratus, Macedo, orator inter decem ſecundus tempore Marci Antonij & Dionis Chryſoſtomi, Ariſtidis oratoris æqualis ſcripſit nonnulla, vt author eſt Suidas. Fuit item alter Nicoſtratus poëta comicus, Athenæus in Dipnoſoph. Nicoſtratus citharœdus & Laodocus, quum inter ſe certarent, dixit Nicoſtratus Laodocum eſſe in magna arte paruum, ſe autem in parua

parua magnam, ſatiúſque, non domum diuitiis, ſed artem ſtudio & diligentia augere. Ælianus de varia hiſtoria.

Nicoſtrata, mater Euandri Arcadis, futurorum vaticinatrix, quæ à carminibus, quibus Phœbi oracula ſignificare volebat, Carmenta ſeu Garmentis Latinè dicta fuit: vel vt alij nonnulli voluerunt à Carpento quo vtebatur.

nicotera Antonino oppidum eſt, quod Leander nunc *Nicodro* vocari ait. In Brutiis ſiue Calabria eſt.

nidum, Angliæ vrbs apud Ant. *Neath* Camdeno.

nigdeni, populi in Africa Propria. Ptol.

niger Peſcennius, Proconſul Syriæ. Didio Iuliano interfecto cum Septimo Seuero de imperio certauit, & victus eſt. Herodianus.

niger, cognomen prophetæ cuiuſdam. Act. 13.

P. Nigidius Figulus, vir Prætorius, non humanarum modò literarum, ſed & Philoſophiæ & Aſtrologiæ & rei medicæ conſultiſſimus extitit, Ciceroni ſumma gratia iunctus, & honorificentiſſimè ſemper ab illo habitus, quem & in libello de vniuerſitate ab ingenio & eruditione vehementer laudat, & exultantem ſub Cæſare diligenter conſolatus eſt, vt licet videre in familiarium 4. Laudat etiam impensè Lucanus lib. 1.

At Figulus, cui cura, Deos ſecretáque mundi
Noſſe fuit, quem nō ſtellarum Ægyptia Mēphis,
Æquaret viſu, numeriſq; mouentibus aſtra.

A. Gellius Romanæ ciuitatis doctiſſimum vocat. Idem ætatem illam Ciceronis & Cæſaris multiformium doctrinarum, variarúmque artium, quibus humanitas erudita eſt, culmina habuiſſe duo ſcribit, M. videlicet Varronem & hunc P. Nigidium, cuius tamen lucubrationes non ita vt Varronis in omnium manibus frequentes fuiſſe oſtendit, quod propter obſcuritatem ſublimitatémque in vulgus non exirent. Citantur eius commentaria Grammaticorum lib. 24. Præterea de annalibus, de extis, & ventis. Eius eſt illud apud eundem Gellium relatum: *Vir bonus præſtare debet, ne mentiatur, prudens ne mendacium dicat.* Neutiquam verò prætereundum. Figuli cognomen inde adeptum, quod interroganti, vt Aſtrologiæ peritiſſimum, cur gemini diſpari conditione naſcerentur? commentum illud de rota figulari propoſuerit, quæ breui temporis momento maxima ſpatia reuoluta percurrat, cuius reſponſi meminit D. Auguſtinus de Ciuit. Dei lib. 5. cap. 3. Illud ſingularem eius in diuinando felicitatem arguit quòd cùm ageretur in Curia de coniuratione Catilinæ, & Octauius pater ob vxoris puerperium ſeriùs acceſſiſſet, P. Nigidius comperta moræ cauſſa, vt horum quoque partus accepit, Dominum terrarum Octauio natum affirmauit, vt eſt apud Suetonium in Auguſto. Deceſſit in exilio, potiente rerum Cæſare. quomodo teſtatur Euſebius, & id ipſum indicat Marcus Cicero Philipp. 2.

nigilpia, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Ptol.

nigintimi, Africæ propriæ populi. Ptol. Hos Villanou. putat *Cinitios* Taciti, & *Ethinos* Plinij eſſe.

nigir, fluuius Lybiæ inferioris eiuſdem cum Nilo naturæ, Ptol lib. 4. cap. 5. Hodie *Gambra*, vt ait Iouius.

nigramma, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

nigris ſeu Nigres, fluuius eſt, à quo Nigrites, ſeu Nigretes. Steph. populi Libyæ cognominati ſunt. Dictus Nigris, propter ſolitudines nigri pulueris, eminentibus interdum velut exuſtis cautibus.

nigris, fons in Æthiopia, quem nonnulli caput Nili eſſe autumauerunt, quòd ſit eiuſdem cum Nilo naturæ: calamum enim & papyrum, eoſdémque gignit animantes, & iiſdem temporibus augeſcit. Plin. lib. 5. c. 8. & Ptol. lib. 4. cap. 5. Dionyſius.

nigritæ, Æthiopes ſunt Ptol. & Plin.

nigroe, populi ſunt qui regem habent monoculum. Herod. Plin.

nigrum promontorium. vide Acritas.

nilis, lacus eſt inferioris Mauritaniæ, non procul ab Oceano, quem Nili aquæ ſtagnantes efficere creduntur. Plin. lib. 6. c. 9.

nilopolis, Ægypti oppidum. Ptolem. & Stephan.

nilus, Ægypti fluuius, à Nilo rege ſic dictus, vel à nouo luto, quo totam feracem reddit Ægyptum. Vnde Seruilius Nilum dici exiſtimat, quaſi νέαν ἰλὺν, hoc eſt, nouum trahentem limum, quod oblimet, hoc eſt, limo obturet Ægyptum & oppleat. Naſcitur in monte inferioris Mauritaniæ, non longè ab Oceano, ſtagnante ibi lacu quem vocant Nilidem: deinde condit ſe itinere aliquot dierum, ruſúmque erumpit alio lacu maiore in Mauritania Cæſarienſi, iterumque arenis receptus, per deſerta viginti dierum ſpatio fertur ad proximos Æthiopas, & denuò proſilit fonte, qui Nigris dicitur: inde Africam in Æthiopia diſterminans, medios ſecans Æthiopas, ſic pleraſque inſulas facit, quarum clariſſima eſt Meroe, cuius metropolis etiam Meroe vocatur: poſtquàm ſe aquis omnibus auxit, Nilus appellatur. Tandem ſeptem oſtiis in mare ſe exonerat: vnde modò Septemgeminum, modò Septemfluum vocant poetæ. Oſtiorum nomina ſunt, Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticum, Pharmiticum, Mendoſicum, Tanicum & Peluſiacum. Plin. lib. 5. c. 9. Ægypti inferiorem partem dextra læuáque

diuiſus, amplexu ſuo determinat, Canopico oſtio ab Africa: ab Aſia, Peluſiaco: propter quod aliqui Ægyptum inter inſulas poſuere, ita ſe diuidente Nilo, vt triquetram terræ figuram faciat, ideircò multi Ægyptum à Δ Græcæ literæ ſimilitudine Delta vocauerunt. Multis nominibus apud veteres hic fluuius notatus eſt. Dicitur namque & Ægyptus (vnde regioni nomen) Oceanus, Ætus, id eſt Aquila, Nigir, Melas vel Melo, Siris, Triton, Chryſorroas, Dyrus, Noym ab Ægyptiis quoque vocari, auctor eſt Orus Apollo in Sacris Bibliis, Phiſon vt quidam volunt. Plinius vndecim oſtia Nili in mare ſeſe exonerantis numerat, ſed quatuor falſa, ſeptem verò celeberrima. Ptolemæus nouem. Et horum ſeptem nomina apud ſcriptores permutantur. Tota autem hæc de numero & qualitate horum oſtiorum apud veteres diſcrepantia naſcitur ex locorum, pro ſucceſſu temporis immutatione. Quiſque enim ea deſcripſit ſecundùm quem habebant hæc littora, ſuo tempore ſitum, quem ſæpiùs ex maris æſtu & inundatione, arenarúmque nunc aggeſtione nunc depulſione, aliam atque aliam formam per aliquot annorum interualla induere, veriſimile eſt & norunt ij qui propiores Oceano habitant, quibus mirum non eſt fluminum oſtia alueum ſedéſque mutare, interdúmque arena obturari, nouáque (vbi quondam nulla erant) vada quærere: & quæ olim minùs nauigabilia, breuibúſque plena, nunc profunda & nauigatio ni apta videre. Hunc fluuium cæteros omnes qui in orbe terrarum ſunt, dulcedine ſuperare ait Diodorus: quam ſententiam quondam confirmauit Peſcennius Niger Imper. qui militibus limitaneis vinum petentibus reſpondit, Nilum habetis & vinum quæritis. Augetur Nilus certis diebus mirum in modum, & per totam ſpatiatus Ægyptum, fœcundiſſimus innatat: pluuiæ loco atque roris eſt Ægypto: fluit ac refluit inſtar maris. A Nilus fiunt adiectiua Niloticus, Nilotica, Niloticum, vt Nilotici piſces: & Niliacus, Niliaca, Niliacum. Silius Italicus lib. 1. Nilum *Lagæum* vocat in Libyæ deſcriptione.

Terminus hinc roſeus amnis Lagæi adortus
Septeno impellens tumefactum gurgite pontum.

Benjamin eum *Piſſon* vocat. *Abhabuis* dicit Iunius, *Gihon* Aluareſius tradit. Barrius dicit ab Abyſſinis *Tacui*: Theuetus eum dicit, multa habere noua nomina, quæ vide apud Ortelium in geogr. theſ.

nilus, vrbs Ægypti, vel & Nili fluuij templum. Gentile, Nilopolites, vel Nilæus.

nimblis, inſula non longè à Gyaro, quam Callimachus Agathyrſam vocat, teſte Car. Stephano.

nimplis, Heracleotes, hiſtoriographus fuit, qui res geſtas ab Alexandro libris 24. ſcripſit. Item de Heraclea libris 13. vſque ad euerſionem Tyrannorum, & ad tertium Ptolemæum. lege Nymphis.

ninæa, vrbs Œnotrorum mediterranea: Gentile, Ninæus, vel Ninæeus. Steph.

ningium vel Mingum, vtroque modo legitur apud Auſonium, vt Simlerus inquit, qui *Mugium* interpretatur Iſtriæ vrbem.

niniue, vrbs Aſſyriorum, quæ & Ninus dicitur, quam ædificauit Aſſur, egrediens de terra Sennaar, à Nino rege ſic dicta, vt ſcribit Auguſtinus. Eſt & alia ciuitas Iudæorum in angulo Arabiæ: populi, Niniuitæ. Eſt autem ſita iuxta Tigridis amnis partem. Ptolem. Ionæ Prophetæ prædicationem audiuit. Nunc tota vaſtata eſt, Huitonus li. de Tartaris, c. 12. Hebræis *Rababoth* dici ſcribit Ar. Mont. Ptolemæus eam *Ninum & Niniue* appellat. Suidas dicit à Semiramide Niniuen mœnibus cinctam & mutato nomine Babylonem vocatam fuiſſe. Euſebius in ſuo Chronico dicit, Ninium ſuo tempore Niſibin dictam.

ninoe, vrbs Cariæ, aliàs Aphrodiſias, quam Leleges Pelaſgi condiderunt, à quibus etiam Lelegum vrbs vocabatur, deinde Megalopolis. poſtea à Nino, Ninoe, Gentile, Ninoetes. Suid. & Steph.

ninos, Steph. vrbs Aſſyriorum, quam condidit Ninus, Semiramidis maritus in Aturia. Ciues, Ninij. Strab. initio li. 16.

ninus, filius Beli, primus Aſſyriorum rex Nam Belus ſolam habuit Babylonem. Ninus verò totam Aſſyriam.

ninus, Iouis Beli filius, IV. rex Babyloniæ, regnauit an. 52. Hic omnibus ſuis viribus, ſumptis armis patris ſui, omnibus bellum intulit, nulli parcens. Omnium primus regnum Babylonicum propagauit: & primus templum Belo patri, & Iunoni & Rheæ auiæ, & ſtatuas in oppidi medio erexit Ber. lib. 4. Igitur idololatriam in orbem inuexit. Hic Ninus à Chaldæis quoque dicitur Hercules: Aſſyriis Iupiter: quibus oppidulum paternum tetrapolim & caput imperij ſtatuit: ab ipſo Aſſyrij dicti ſunt. Xenoph. de æquiuoc. Fundator Niniues ciuitatis & inuentor idololatriæ, bellíque author primus ab vxore Semiramide de medio ſublatus. Diod. Sicul. lib. 3. c. 1. Mortuus eſt anno Abrahæ 43. Conſeſt. in c. 25. Geneſ. & cap. 11.

niobe, filia Tantali, ſoror Pelopis, vxor autem Amphionis, regis Thebanorum, quæ cùm viro ſuo ſex filios, totidémque filias peperiſſet, animo elata, Latonæ ſeſe præferre non dubitauit. Quamobrem indignata dea Apollinis & Dianæ ſagittis liberos eius, ad vnum omnes interficiendos curauit, Niobémque ipſum ſibi conuitiantem turbine venti in Aſiam rapuit, & iuxta Sipylum vrbem (quæ illi patria erat) in ſaxum

ſaxum transformauit. Ouid 6. Metam. Alia fuit Phoronei filia, ex qua Iupiter Apim qui poſtea Oſiris & Serapis dictus eſt, genuit. Per ſaxum in quod Niobe mutata eſt, intelligitur immodicus dolor, qui tandem in ſtuporem & indolentiam conuertitur, fecitque vt Niobe diriguerit, & veluti lapis immota ſteterit: vel lapidea ſtatua, quam orba liberis ſibi erexit in monumentum, vt refert Palæphatus.

niobe, Laconicæ fons. Plin.

nioſſum, Sarmatiæ Europææ vrbs. Ptol.

niphæus, nomen viri proprium, ab equis interfecti, apud Virg. 10. Æneid.

——quin ecce Niphæi,
Quadriiuges in equos, aduerſáque pectora tendit,
Atque illi longè gradientem, & dira frementem,
Vt videre metu verſi, retróque ruentes,
Effundúntque ducem, rapiúntque ad littora currus.

niphanda, Paropaniſi vrbs. Ptol.

niphates, mons diuidens Armeniam maiorem ab Aſſyria, ex quo Tigris fluuius oritur. Quidam verò maioris Armeniæ fluuium eſſe putant, qui ex eodem monte defluens in Tygrim defertur. Strabo lib. 11. Dictus Niphates à niuibus. Stephanus. Alij Scythiæ fluuium faciunt.

niphauandra, Mediæ vrbs. Ptol.

niphe phes, vna ex comitibus Dianæ, à niueo candore appellata. Ouid. 3. Metam.

nipſa, vrbs Thraciæ. Ciuis, Nipſæus. Steph. ex Herodiano. Vide NYPSALI.

nitæus, rex Naxi, Charopi & Aglaiæ filius, quem omnium formoſiſſimum ad Troiam veniſſe Hom. tradidit.

niſa Hom. li. Iliad. 2. vrbs Hellad s. Eſt etiam nomen fœminæ, de qua Virg. in Damone, *Mopſo Niſa datur.*

niſan, vexillum, ſiue probatio, aut tentatio, vel fuga, aut Syracè, miraculum. Menſis Hebræorum, reſpondens noſtro Martio. 2. Eſdr. 2. 11.

niſæa naiale Megaridis: & ipſa Megaris, à Niſo Pandionis filio. Stephan. Eſt item Nyſæa Parthyenes regio, cuſus caput fuit Alexandropolis ab Alexandro conditore denominata. Plin. lib. 6. cap. 26. Hæc regio præſtantiſſimos alebat equos, qui ab ea Niſæi appellabantur. Strabo lib. 11.

niſæe, nomen Nymphæ. Virg. Georg. 4.

Niſæe, Spióque, Thaliáque Cymodoceque.

niſarus, vir fuit apud Rhodiginos, mollitie pluſquam muliebri infamis, de quo Cælius Rhodi.

niſæus, Syracuſanorum tyrannus, totus luxui deditus: hic enim vbi ab aruſpicibus didiciſſet ſe breui moriturum, quicquid ſuperfuit vitæ, comeſſationibus & ebrietati id totum impendit. Volater.

niſia, montana regio Siciliæ iuxta Ætnam.

niſibis, vrbs iuxta Tigrim fluuium, ſita in regione Peræa. Reperitur etiam Neſibis & Naſibis. Ptol. Strabo. Steph. Nezzabis etiam Beniamin habet: *Niſibena Conſtantina* vocatur, in lib. Notitiarum. Vide *Antiochia*, eadem enim eſſe creditur. Niſibis eſt etiam in Aria. Aſiatica regione. Ptolemæo.

niſope, inſula Leſbi, quæ Sigrim portum efficit. Gentile, Niſopæus. Steph.

niſſa, vrbs quæ ad mediterraneam jacuit ſupra Tralleis ad Orientem, & maxima ex parte monte accubuit, torrente quodam diuiſa, qui conuallem efficit. Ex hac fuerunt Apollonius philoſophus Stoicus, Panætij familiaris, & Menecrates, Ariſtarchi diſcipulus, & Ariſtodemus eius filius. Strabo item Soſtratus, Ariſtodemi frater, & alius Ariſtodemus, ejus conſobrinus, qui Magnum Pompeium erudiuit.

niſſæa, quæ & Megara quoque appellatur Ptolemæo. Achaiæ vrbs eſt ad Sinum Saronicum, quam Strabo per ſimplex S ſcribit & *Minoa* quoque appellari addit. *Salina* dicitur Sophiano.

niſſos, oppidum circa Pallenem Macedoniæ peninſulam. Plin.

niſua, Africæ propriæ ciuitas maritima. Ptolem.

niſus, Megarenſium rex, purpureo capillo inſignis, à quo cùm regni ſui fatum pendere noſſet, diligentiſſimè eum aſſeruabat. Verùm cùm poſtea Megarenſes vnà cum Athenienſibus, inuidia correpti, Androgeon Minois filium, palæſtritam inſignem interfeciſſent, Minóſque eam ob cauſam Megarenſibus bellum inferret, Scylla, Niſi filia, hoſtis amore correpta patrem purpureo capillo ſpoliauit, vnáque (vt erat in fatis) patriam hoſti tradidit. Quam rem tam iniquo animo tulit Niſus, vt doloris impatientia extabuerit, deorúmque miseratione mutatus ſit in Haliæetum auem, ex genere accipitrum. Scylla autem cùm ſeſe præter ſpem à Minoe (quem patriæ proditione ſatis ſe demeruiſſe putabat) deſertam videret, in Cirin auem criſtatam conuerſa eſt, cum qua Haliæetus etiam hodie internecinum odium exercet. Ouid. li. 8. Metamorph.

niſus, Hyrtaci filius, indiſſolubili amicitiæ vinculo conjunctus Euryalo: quorum hiſtoriam ſatis copiosè deſcribit Virg. libro 9. Æneid.

niſyrus, Hom. inſula eſt in mari Carpathio,

ed by Google

vna Sporadum, quam Poetę fabulantur olim Coo adhæſiſſe. Neptuníque ſceptro inde fuiſſe auulſam, in qua optima vina fiunt, intra Cycladas numerata, celſa, ſaxoſa, & molendinariis abundans lapidibus. In ea Neptuni aliquando templum, & ſubtus iacens Polybotes, gigas à Neptuno victus, vt veteres tradidère fabulæ. Nam thermas habet abundè ſcaturientes. Strab. libro decimo vrbs in ea eſt eiuſdem nominis. Hinc Niſyrius & Niſyriaticus, aliàs Porphyris, à purpuris, vel purpurarum piſcatoribus dicta eſt Stephano. Strabo lib. 10. inter Sporadas numerat *Niſare* hodie Sophian.

nitazum, Galatiæ vrbs apud Anton.

niteris, natio Africæ interioris, à Corn. Balbo deuicta. Plin. Horum vrbs primaria Nitibrum ab eodem appellatur.

nitiobriges, populi Narbonenſis Galliæ, vicini Ruthenis: vocant hodie Montem Peſſulanum. Vulgò *Montpellier*. Ex Marliano & Glareano Cæſar bel. Gal. lib. 7. Dicitur quoque Mons Puellarum, item Mons Piſculanus, à nonnullis dicitur, vt ſcribit Cœnalis. Mons Tremulus vocatur à Beniamino Tudulenſi. Hanc vrbem olim *Subſtantionem* vocatam, à Blondo primæ decadis lib. 10. dicitur.

nitocris, Babyloniorum regina, Nabuchodonoſoris vxor, quæ Babyloniæ multa præclara opera fecit. Herod. lib. 1.

nitria, Ægypti regio, & nomen duarum vrbium ſupra Memphim. Strab. lib. 17. Stephano locus eſt Ægypti. Gentile, *νιτριώτης*. Hinc & Notriotis præfectura.

nitriæ, Indiæ emporium extra Gangem. Ptolemæus.

nitrites, Nomos, Straboni præfectura eſt in ea parte Ægypti, quæ eſt ſupra Memphim, nomen habens a duabus Nitrariis, quod plurimum ferunt nitri. Plin. li. 5. c. 9. & Strab. lib. 6.

niuaria, inſula vna ex fortunatis à perpetua niue cognominata. Plin. li. 6. c. 32. *Gomera* hodie Baccio, Eſt item Hiſpaniæ vrbs inter Salmanticam & Compluticam. Anton.

niuomagum, vel vt alij legunt Nouiomagum apud Auſonium, ad Moſellam vrbs eſt, quam hodie *Numagen* appellari ibidem fertur.

nixij Dij, erant nixuum in puerperio adiutores. Feſtus.

nixus x1. ſidus cœleſte, quod Iulius Firmicus Ingeniculum vocat. Cic. in Ara. Hunc Hyginus Herculem eſſe ait, qui dextro genu nixus, ſiniſtro pede, capitis Draconis dexteram partem opprimere conatur.

N O

No, Ezechielis 30. Nahum. 3. *Alexandria* Ægypti eſt.

noa, filia Salphaad, filij Epher filij Galaad. Num. 16. Ciuitas item quæ terminus eſt tribus Zabulon. Ioſ. 19. Lat. mouens, vel commota.

Noa, vide Noe.

Noa Palæſtinæ locus. Ioſ. 19.

noadia, i. teſtificatio, vel cœtus, aut congregatio Domini, ſiue ornatus Domini, aut tranſiens Dominus: vel ex Syro & Hebræo, oblatio Domini.

noæ, vrbs Siciliæ: Gentile Noeus. Steph.

noas, Thraciæ fluuius eſt, ex Hæmo mōte naſcens & in Iſtrum influens. Herod lib. 2. Alij in Scythia eſſe volunt, vt Herodotus quem Peucerus hodie *Sithnigum* nominat. *Noes* eſt in Græco.

nobe, ciuitas ſacerdotum, 1. Reg. 22. Lat. loquela, ſiue prophetia, aut loquens vel prophetans, ſiue fructificans vel germinans. *Bechonopolis* Burchardo dicitur: alia Nobe eſt in tribu Manaſſis, quam idem Bethonopolim vocat.

nobe, ciuitas in tribu Dan vel Beniamin. Iſa. 10. 1. Reg. 21. & 24.

nobe, ciuitas quæ & Canath dicebatur in tribu Manaſſe. 1. Reg. 21. Lat. latrans vel latratus.

noctiluca, Lunæ cognomen, quòd noctu luceat. Horat. 4. Carm. Ode 6.

nodab, nomen viri, 1. Par. 5. Lat. vouens, ſiue ſpontaneus aut principalis.

nodinus deus, quem D. Auguſtinus in libro de Ciuitate Dei ex Varrone ſcribit cultum fuiſſe à veteribus Roman. putantibus Proſerpinam frumentis prępoſitam germinantibus & proſerpentibus: geniculis verò nodiſq; culmorum deum Nodinum: inuolucris autem illis folliculorum deam Volutinam: cùm folliculi pateſcunt, quo exeat ſpica, deam Patelenam: cùm ſegetes nouis ariſtis exequantur, Hoſtilinam deam, quia hoſtile ac hoſtimentum veteribus exæquationem ſignificabat. Floram quoque adiicit & Lactucinam ac Maturam, quæ florentibus, lactantibúſque ac matureſcentibus præſint frumentis.

noe, i. ceſſatio, vel requies, filius Lamech, vir Deo gratus, cui, cùm homines eius temporis perdere vellet, iuſſit vt nauem ſiue arcam fabricaret, cuius beneficio ab aquis cum familia tutus, cæteris ſubmerſis hominum genus reſtituit. De quo ſic Beroſus li. 1. ſcribit. Vnus, inquit, inter gigantes erat, qui deorum venerātior & prudentior cunctis, reliquis ex probis erat in Syria: huic nomen Noa, cum tribus filiis Sem, Iaphet, Cham & vxoribus, Tyrea magna, Vlodora Noela & Noagla. Is timens, quam ex aſtris futuram proſpectabat, cladem, anno 78. ante inundationem nauem inſtar arcæ coopertam fabricare cœpit. Anno igitur 78. ab inchoata naui, ex improuiſo exundauit Oceanus, & omnia maria mediterranea, flumináque, ac fontes ab imo ebullientes, inundauerunt ſuprà omnes montes, accedentibus item impetuoſiſſime, &

me, & ſupra naturam, è cœlo copioſiſſimis imbribus, multis diebus currentibus. Ita omne humanum genus aquis ſuffocatum, excepto Noa cum ſua familia, quæ naui recepta eſt: nam eleuata ab aquis, in Gordiei montis vertice, quieuit, cuius adhuc dicitur aliqua pars eſſe, & homines ex illa bitumen tollere, quo vtuntur maximè ad expiationes. Præterea idem Beroſ. de eodem lib. 2 ſic ait Noam Scythe omnium deorum maiorum & minorum patrem appellauerunt, & humanæ gentis authorem & Chaos & ſemen mundi: Tyream verò, eius vxorem, Aretiam, id eſt, terram nominarunt, in quam ſemen Chaos poſuit, & ex qua tanquam ex terra, cuncti prodierunt homines. Hæc Bero. Noe autem non iniuria nauigandi, & condendarum nauium vſum primus prodidit: ante quem (quod memoriæ proditum ſit) nemo mare tentauit. Ioſeph. lib. 1. Antiq.

Noega, oppidum eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis in tractu Aſturum in peninſula Piſici. Pli. lib. 4. c. 20. *Nauia* Cluſius vocat. Villanouanus apud Ptolemæum pro flumine intelligit, & addit *Sangam* Plinij eſſe, quo loco in caſtigatioribus codicibus *Sada* legitur, quod infra adnotatur in dictione *Salia*.

Noema filia Lamech, ex Sella vxore Geneſ. 4. Hæc texturæ variæ artem inuenit. Comeſt. in cap. 4 Gen. Lat. pulchra, ſiue decora, aut mouens valde.

Noemagus, Ptolem. lib. 2. cap. 10. Narbonenſis vrbs prope Gebennam.

Noeman, filius Bale filij Beniamin. Num. 26. Lat. pulcher ſiue decorus, aut motum præparans.

Noemi, vxor Elimelech Bethlemitæ. Ruth. 1. Lat. pulchra ſiue decora.

Nœodunum, ſiue Neodunum, eſt Ptolemæo Galliæ Lugdunenſis vrbs, quæ Villanouano in ſuo Ptolemæo dicitur *Leondoul*.

Noes, fluuius Thraciæ in Iſtrum fluens, Hero. libro 2.

Noga, filius Dauid. 1. Par. 3. & 24. Lat. claritas, ſiue ſplendor.

Noha, filius Beniamin. 1. Paralip. 8. qui Geneſ. 46. dicitur Naaman. Lat. requieſcens, aut ducens, vel ductor.

Nola, vrbs Campaniæ, Plin. lib. 3. cap. 5. Gentile, Nolij vel Nolani, nomen retinet hodie.

Nomades, populi in Scythia Europæ, quorum vita omnis in paſcendis gregibus habetur. Nunc Tartari dicuntur iuxta quos Sauromatas locat Plinius. Meminit eorum etiam Strab. libro 11.

Nomades, Aſiæ populi ad ſiniſtram in Caſpium intranti A noſtris hodie appellantur *Dae*, & cognomento *P* *rni* inquit Strabo.

Nomades, Africæ populi, inter Zeugitanam regionem & Mauritaniam ſiti, qui poſtea litteris aliquot mutatis Numidæ appellati ſunt. Hos ſcribit Salluſtius ex Perſis ortum traxiſſe, qui Herculem in Hiſpaniam ſunt comitati: eóque mortuo, in Africam traieciſſe, locáque occupaſſe Oceano proxima, alueóſque nauium inuerſos pro tuguriis habuiſſe: deinde paulatim per connubia ſibi Getulos miſcuiſſe: poſteáque Numidiæ nomo propter multitudinem à parentibus digreſſos, poſſediſſe ea loca, quæ proximè Carthaginem Numidia appellatur, Hæc ille. Dicti ſunt Nomades ἀπὸ τῆς νομῆς hoc eſt à paſcendo, quòd paſtionibus præcipuè vacarent, herbíſque in vno loco depaſtis, papiliones ſuos curribus aliò tranſueherent. Virg. 4. Æneid.

Nomæi, Thraciæ populi, qui poſtea Scythæ dicti ſunt. Stephan.

Nomantia. Vide Numantia.

Nomaſtæ, Scythię intra Imaum populi. Ptolemæus.

Nomba, vrbs Iudeæ: Gentile, Nombæus Steph. ex Ioſeph.

Nomentum, oppidum in Latio non procul ab vrbe Roma. Hinc Nomentana via Romæ, qua itur Nomentum, & Nomentani, qui Nomentum habitant. Dictum Nomentum à Nomento conditore. Habuit autem vrbs hæc colles vitiferos, vino non omnino peſſimo nobilitatos.

Nomij, montes Arcadiæ apud Pauſan.

Nomiſterium, Germaniæ vrbs. Ptolem.

Nomius dictus eſt Apollo, ἀπὸ τοῦ νομοῦ, id eſt, à paſcuis, hoc eſt paſtor, non ex officio paſtorali, ſed quia Sol paſcit omnia, quæ in terris gignuntur: Siue, vt alij volunt, quòd olim iuxta Amphriſum Theſſaliæ fluuium diuinitate ob interfectos Cyclopas, priuatus, Admeto regi armenta pauit.

Nona, vna ex Parcis. Latini Nonam, Decimam, & Mortam, Parcas dixere. Gell. libro 3. capite 16.

Nonacris, mons Arcadiæ, Stygem fontem ad radicem habens: cuius aquæ ob frigus immoderatum nullo neque aureo, neque argenteo vaſe, neque æneo, neque ferreo contineri poſſunt, neque alia vlla re, quàm vngula mulina. Stephano vrbs eſt Arcadiæ. Hinc Nonacrius, a, um, Item Nonacrieus & Nonacrites. Vnde Mercurius Nonacrites dictus eſt.

Nonius quidam, à pugna Pharſalica, quum fugiſſet Pompeius, hortabatur ad bene ſperandum, ſeptem adhuc aquilas ſupereſſe dictitans. Cui Cicero, Recte, inquit, ſiquidem nobis cum graculis bellum eſſet.

Nonius Aſprenas conſul cum Laterano, anno ab vrbe 846.

Nonius alter, conſul cum Valentiniano Cæ

ſare anno ab vrbe 1198.

Nonius Marcellus grammaticus, cuius libros habemus de Latinorum nominum origine.

Nonnus Panopolita, poeta egregius, qui carmine hexametro Ioannis Euangelium ſcripſit. Volaterran.

Nonymna, vrbs Siciliæ. Ciuis, Nonymneus. Stephan.

Noo, Thebæ Ægyptiæ ſunt, vt credit Matth. Beroaldus. vide No & Alexandria.

Nophe, nomen loci. Num. 21. Lat. inſufflatus aut tumidus vel illaqueans.

Nopheth, vrbs in tribu Manaſſe. Ioſ. 17. Lat. fauus, aut cribrum, ſiue diſtillatio.

Nora, Ptolem. Sardiniæ vrbs, Gentile, Noranus, Stephano *Nura* apud Antonin. legitu Leandro *Caluiri* dicitur.

Nora, Straboni Cappadociæ vrbs ad Taurum montem, quam ſuo tempore *Noreaſſum* vocatam ſcribit.

Noracus, vrbs Pæoniæ. Ciuis, Noratius.

Noraan, nomen loci, Par. 7. Lat. puer, vel iuuenis ſiue excutiens aut vigilans, vel mouens canticum.

Norba Cæſarea, Luſitaniæ vrbs. Ptol. lib. 2. cã. 5. vulgò *Alcantara*.

Nordinga, antiqua imperialis ciuitas, in medio ferè Rhetiæ inferioris ſita, putatur nomen ſortita à Claudio Tiberio Nerone, cùm incolæ eam *Nerling* appellent. A Ptolemæo Aræ Flauianæ vocatur. Munſter.

Noreia Plinio Tauriſcorum oppidum, vbi vt Strabo ſcribit, auri lauacra & ferri ſecturæ ſunt, & apud quod Cn. Garbo inani conatu cum Cimbris conflixit. *Goritia* Leandro ex Almaſæo *Goertz* Lazio dicitur. Cæſar Noreiæ etiam meminit, ſed videtur alia ab hac.

Norenſes, populi Sardiniæ Plinio, *Mara* hos vertit Pinetus.

Noricum, regio Germaniæ (quam nunc bona ex parte Bauariam appellant) habens ab Occaſu Ænum fluuium, qui medius eſt inter Vindelicos & Noricos, à Septentrione Danubium, ab Ortu ſolis montem Cecium, qui Pannoniam ſuperiorẽ diſterminat à Norico: à Meridie montem Curuaneum, qui eſt ſupra Iſtriam. Hinc Noricus, ca, cum, : hodie Galli *Le pays de Bauiere*. Huius meminit liber notitiarum, ex eo Auſtriæ tractum facit Lazius, qui eſt à Patauio Viennam vſque, & vulgò *Hanſzuth* dicitur.

Normani, Galliæ Celticæ populi, antea in Norduegia, ſeu Normania habitantes, qui tandem cum Danis, ſuis vicinis, diuturno bello vltro citroque habito, victi & ſubacti, ſedes nouas quærere maluerunt quàm ſubijci, & extraneo obedire principi: ac proinde circa annum Chriſti 709. excurſiones ac depopulationes horrendas fecerunt in Saxonia, Friſia, Scotia, Gallia, Aquitania, & cætera omnia loca igne & ferro deuaſtantes: infenſis vbique Chriſtianiis. Fuit autem inter alios crudeles duces Haddingus, regio ſanguine cretus, vir animo feroci, ad arma natus, qui fortem exercitum expoſuit in Gallia prædabundus, incendens omnia quocumque ſe verteret, Eccleſiarum incendia, matronarum ſtupra, puellarum raptus, virorum neces, ſine numero peregit. Diſplicuit illi præda quam non ſanguis commendabat. Sæuiſſima iſtorum hominum crudelitas tantum iniecit terroris agricolis, vt diu nemo inueniretur, qui exercitium opponeret graſſabundis. Durauit ad multos annos iſta hominum crudelium debacchatio. Sub Ludouico 2. Lotharij filio fuerunt ex ijs in Friſia proſtrati circiter millia decem. Deinde circa annum Domini 880. Normani ad Ligerim fluuium graſſantes, ad nouem millia cæſa fuere. Tandem poſt multa facinora ab iſtis commiſſa, Gothfridus eiuſdem gentis princeps, cum ſacro baptiſmate Friſiam omnem à rege Carolo, huius nominis tertio dono accepit. At nec ſic iſtorum hominum ceſſauit inſania, quia Ambianum Cameracum, Noemagum, Leodium, Traiectum, Tungros, Coloniam Agrippinam, Aquiſgranum, & cæt. exuſſerunt, & fœdarunt. Tandem poſt multa incendia, ac deuaſtationes cùm viderent Galli gentem inuictam, & quam ferro & armis nemo pellere præualeret, pactis cum ea conditionibus agere cœperunt, vt acceptis ſedibus in regno, Chriſtum incipiant venerari. Princeps itaque gentis iſtius nomine Rollo, ſacro lauacro tinctus, fidei Chriſtianæ rudimentis imbuitur, commutato Rollonis nomine in Robertum. Datur illi Neuſtria, quam exinde de ſuo nomine Normani dixerunt Normandiam. Deinde poſt aliquot ſecula hic Ducatus degenerauit in Comitatum: ac ſubinde regibus Franciæ permiſſa eſt maior pars eius. Poſteà verò magnum exarſit bellum aliquot ſeculis continuatum inter Francorum & Anglorum reges ob hanc terram: ac tandem Angli victi ex Normania, totáque Gallia abacti ſunt ex quo tempore Francorum regis ditioni ſubdita permanſit. *Hiſt.* Norman. cap. 53.

Noroſſi, Scythiæ intra Imaum gens, & Noroſſus ibidem mons. Ptolem.

Norigoia, Bauariæ Palatinatus, & pars vltra Danubium ad Bohemicam excurrens ſyluam: cuius Nuremberga metropolis eſt, vnde regioni ſecundum quoſdam, datum nomen. Habet hæc regio plurima oppida, monaſteria & villas, quæ pro maiori parte ſunt principum Palatinorum. In hac regione inter Bambergam

Digitized by Google

bergam & Nurembergam, ad Orientem, verſus oppidum Eger, ſitus eſt mons magnus dictus Fichtelberg, ex quo profluunt quatuor inſignes amnes, Mœnus, Nabus, Sala & Eger. Extrudit mons iſte varias metalli ſpecies, & gignit optimum cæruleum colorem quem vulgò *azur* vocant. In ſummitatem montis inuenitur ſtannum. Tota illa regio in ſumma turget mineris, potiſſimum ferri. Munſterus in Coſmograph.

Northumbria, regio Septentrionalis, Angliæ & Scotiæ finitima.

Nortmanni, qui & aliis Normani, de quibus ſuprà, vocantur à Sigeberto & eius ſæculi ſcriptoribus, omnes ferè ſeptentrionales gentes vti ſunt Noruegiani, Suediani, & cæteri, qui Scandiam peninſulam, atque Ruſſiam incolunt.

Normannia, Galliæ regio, quæ antea *Neuſtria* vocabatur Crantzius.

Noruegia, regio in Europa Septentrionalis, verſus Oceanum Germanicum ſita. Sub imperio eſt Danorum. Interpretatur Septentrionalis via. *Nort* enim Germanica lingua Septentrionem ſignificat, *Veeg* viam. Fuit regnum Noruegiæ aliquamdiu admodum florens, imperiúmque tenuit per Daniam Friſiam, inſulaſque adiacentes, donec domeſticum imperium per hæreditariam ſucceſſionem adminiſtratum fuit. Poſtea ſub interregno, conſenſu procerum inſtitutum eſt, vt reges per electionem ſuſciperentur. Eſtque hoc tempore ſub poteſtate Danorum. Tractus totius littoralis Noruegiæ eſt mitis, mare non conglaciatur, nec niues diu durant. Olaus Magnus.

Noſora, inſula rubri maris. Inſularis, Noſorenus Steph.

Noſcopion, Lyciæ vrbs eſt apud Plinium lib. 5. cap. 27.

Noſtana, Dragianæ oppidum. Ptolemæus.

Noſtia, vicus Arcadiæ: aliàs Eſtania: Gentile, Eſtanicus. Stephan. Neſtania Ephoro dicitur.

Notium, vrbs in Ætolia. Homer. 2. Iliad.

Notium, Hyberniæ promontorium. Ptol. lib. 2. cap. 2. Steph. vrbs Ioniæ *Cabo del mar*, Oliuario. *Cara*. Niger interpretatur. *Cabo de Cler* vocari hodie ferunt. vide Tyrrhenum.

Notus, ti, ventus meridionalis Auſter dictus. *νοτὶς* enim Latinè humor dicitur: & eſt hic ventus nebuloſus & humectans, vt docet Gellius.

Noua ciuitas, olim vocabatur Carthago, tum illa Africæ, tum altera Hiſpaniæ, in qua & vetus Carthago fuit.

Noueſium, Ptolemæo Germaniæ vrbs, item Tacito *Nouiſſ.* ad Rhenum infra Coloniam Agrippinam Rhenanus eſt interpretatus. Hanc Noueſium Antonini aliqui putant, & Niuiſium Gregorius Turonenſis.

Nouana, Piceni vrbs. Plin.

Nouantæ, Albionis inſulæ populi. Ptole. *Galloudians* Scotiæ, Lhuydo.

Nouantum, peninſula & promontorium Septentrionalis partis Albionis inſulæ, apud Ptolemæum. *Mula*, i. roſtrum, Gallouidiæ promontorium à Buchanano dicitur. *Canter* Boethio, *Ardermonthead* Mercatori, *Cockermouth* Villanouano nominatur.

Nouamoenia, Sarmatiæ vrbs in Europa. Ptol. libro tertio capite 5. Hodie Album Caſtrum *Vuiſſemburg* Græcè *νέον τεῖχος*.

Nouanus, fluuius in agro Picinate, trans Apenninum, qui æſtiuis ſolſtitiis ſupra modum augetur, & circa brumam ſiccatur. Vide Plin. lib. 2. cap. 103.

Nauaria, oppidum Italiæ Tranſpadanæ. Plin. 3. cap. 17. Vulgò *Nouara*.

Nouellus, Mediolanenſis quidam temporibus Tiberij Cæſaris, qui geſtis honoribus à prætura ad conſulatum vſque peruenit, & Tricongius cognominatus eſt, quod tres congios vini vno impetu epotauerit. author Plin. lib. 14 cap. 22.

Nouemontum, oppidum Myſiæ, quæ nunc Seruia dicitur.

Nouempagi, Plinio Tuſciæ oppidum mediterraneum, quod nunc *Bagnara* dicitur, Leandro teſte. *Decempagos* malè legi apud Volaterranum idem dicit, vterque addit à iunioribus Latinè *Balneoregium* vocari, addit & a Deſiderio rege, *Roda*.

Nouendium, ſeu Nouendiale, ſacrificium erat funebre, quod fiebat nono die poſt mortem alicuius. Horat.

Nouendiales diſſipare pulueres.

Nouem viæ, ciuitas Thraciæ, quæ & Amphipolis dicitur.

Nouenſiles Dij, à Sabinis Romam deducti exiſtimantur, atque iis à Tatio rege ex voto ædes dicatæ fuerunt. Varro de lingua Latina. Sunt qui Nouenſiles deos appellatos putēt, Herculem, Veſtam, ſalutem, fortunam, &c. quòd nouiſſimè in Deorum numerum recepti ſint, quaſi nuper aut nouiſſimè ſalientes, hoc eſt, in numerum deorum aſcendentes. Liu. libro 8. in Decij pro legionibus deuotione. Alij (quod veriſimilius videtur) numina peregrina ſic appellata fuiſſe exiſtimant. Solebant enim Romani deos omnes vrbium ſuperatarum, partim per familias ſpargere, partim publicè conſecrare: ac ne aliquis deorum multitudine aut ignorantia præteriretur, breuitatis & compendij cauſa vno pariter nomine cunctos Nouenſiles inuocabant. Sūt præterea nōnulli qui ex hominibus diuos factos hac appellatione deſignari affirmant: vt Hercu-

Digitized by Google

les, Romulus, Æneas, &c. Arnob. lib. 3. aduerſ. Gente.

Nouesium, oppidum Germaniæ, nunc dictum, Colonienſis diœceſis. Rheno fluuio & Cliuenſi Ducatui proximum, citeriores Rheni ripas attingens. Tacit. hodie *Nuiſſ*.

Nouidunum, Ammiano circa Danubium vrbs eſt. Ptolemæo autem Mœſiæ inferioris oppidum vbi Danubius in oſtia effunditur. Item Pannoniæ vrbs Antonino, quam *Neumarch* Lazius vocat.

Noniodunum, oppidum Galliæ Belgicæ, Sueſſionibus finitimum. Vulgò *Noyon*.

Nouiodunum, olim oppidum Biturigum. Cæſ. lib. 7. *Neuui ſom Baranſon* hodie.

Nouiodunum, oppidum Heduorum olim ad Ligeris ripas, nunc Niuernenſium caput, quod Vigenereus *Neuers* indigitat. Hoc Ptolemæo Neomagus eſt.

Nouiomagum, Antonino eſt inter Borbitomagum & Tabernas, *Speyr* Simlero. Aliud idem habet XXV. M. paſſ. ſupra Bringium, circa Rhenum: item aliud inter Bormitomagum & Argentoratum, quod *Neuuemburg* putat Ortelius.

Nouiomagum, vrbs Geldriæ ſuper Wahalim fluuium, qui Batauorum inſulam à parte Meridiana præterfluit, Eginhart. hodie *Nymmeghen*.

Nouiomagus, Biturigum Vibiſcorum vrbs in Gallia, Ptole. Item Antonino eſt vrbs in Gallia Belgica inter Sueſſiones & Ambianos. Et Nouiomagus in Gallia Lugdunenſi circa Iuliobonam. Angliæ item oppidum. X. M. P. à Londino. Antonin.

Nouioregum, Aquitaniæ vrbs. Antonin. Nouium, Prol. lib. 2. cap. 6. Tarraconenſis Hiſpaniæ vrbs.

Nouium, Ptolemæo Albionis inſulæ fluuius, *Conuuy* Humf. Lhuid. dicitur, vide Noela.

Nouius, fluuius Britanniæ, & Libyæ interioris. Ptol. lib. 2. c. 3.

Nouocomenſes dicti ſunt, quos Comum Cæſar inquilinos ad habitandum deduxit. Fuerunt enim quinque millia, è quibus quingenti illuſtriſſimi Græci fuerunt, qui oppido nomen relinquentes, & Nouum comum appellantes, Nouocomenſes oppidanos vocauêre. Hos ciuitate donatos in habitatorum numero deſcripſit.

N V

Nuagerta, inquit Nebriſſencis in ſuo dictionario, Ptolemæo Galliæ Belgicæ vrbs eſt. *Aquis granum* ait Iouius Hiſtoriarum lib. 29. *Vegerra* habet Sabellicus & Volaterranus. *Veterra* à Ptolemæo videtur bene *Vetera* nominari. Hanc vrbem, quam *Aquiſgranum*, vnica dictione recentiores appellant. Luithprandus *Grani Palatium* vocat. Rhegino. *Thermas Grani* & *Aquis Palatium*, ſæpius etiam *Aqua* ſimpliciter ab illius ſęculi ſcriptoribus nuncupatur. Vnde hodie Germani *Ach*, Flandri *Acken*, & Galli *Aix*, dicunt. Diuæus putat Antonini *Coriuallum* eſſe.

Nuba, rex Dianæ, ab Henrico primo Cæſare ad Chriſtianiſmum vi adactus.

Nubæ, populi Libyæ iuxta Nilum. Dicuntur & Nubæi, & Dabæi, & Numides. Steph.

Nubia regio, Turcarum imperio & Ægypto ad Septentrionem adiacens: Preſbyteri Ioannis Æthiopiæ imperatoris regno in multas prouincias diſtincto vndique cincta, olim Chriſtianam religionem profeſſa, nunc abſque religione manet, Regio eſt ditiſſ. auro atque ebore, ſaccari & frumenti feraciſſima. Præcipua vrbs eſt Dangala, cuius incolæ ſunt admodum dulces, & cum Ægypti mercatoribus negociantur. In ea Sandali & Zibetti maxima copia Domus, cretaceæ, ſtramineíſque tectis.

Nuceria, ciuitas Campaniæ in Italia IX. M. P. mari diſtans. Hodie *Nuceria de i Pagani*, Leandro. hanc Cicero ad Atticum non ſemel Luceriã nominat, quatuor huius nominis vrbes habet in Italia Ptolom. quarum vnam in Apulia Daunia collocat. Hanc etiam Nuceriam vocat cum Ptolemæo Suetonius: ſed *Luceriam* appellant Plin. & Liuius, item Strabo, apud quem Lucheria legitur: Stephano ex Polybio *Lucaria* eſt *Luceria da i Saraceni* Leandro nunc dicitur. Addit illi aliquando diuæ virginis (*Citta di S. Maria*) nomẽ inditum, ſed priſtinum nomen præualuiſſe.

Nuceria colonia, Vmbrorum vrbs. Ptol. lib. 3. c. 1. hodie Alphatemia. Vide Nevceria. hodie *Nocera* eſt, vt Leander ait. Plinio *Nucerini* ſunt, & *Panonienſes* cognominari tradit. Volaterranus, Blondus & Leander, imò & Niger ſcribunt, *Aphatemiam* etiam dictam, ex Liuio. ſed *Alphaterna* apud Liuium legendum docet Sigonius ex Diodoro ſed in Samnio ponit hanc Liuius: Alfaternorum etiam meminit. Plin. Hanc Nuceriam Onuphrius *Nuceriam Conſtantinam Coloniam* vocat.

Nuchul accolis, *Dara* Barbaris vocatur lacus quidam Æthiopiæ, vt ſcribit Oroſius.

Nucria inuenitur etiam Nacrina vrbs Tuſciæ. Gentile Nucrinus. Stephan.

Nudipedalia, ludi quidam, ſeu ſpectacula. Lacedæmone inſtituta circa annum à condita Roma 82. hæc & nudis pedibus celebrantur à ſacerdotibus

Nuithones, Tacito Germaniæ populi, quorum regionem Rhenanus *Nuithland* vocat, in Heluetia eſt.

Numa, Pompilius, ex Curibus Sabinorum vrbe or-

he ortus, ſecundus à Romulo Romanorum rex, iuſtitia & pietate inſignis: qui pacatis finitimorum odijs, qui truces efferatoſque longa militia animos ad pacis artes traduceret, ad Deorum cultum animum adiecit: primúmque ad infimum Argiletum Iani templum condidit, quod apertum, bellum: clauſum, pacem indicaret. Deinde Dialem, Martialem & Quirinalem Flamines creauit: Salinos item duodecim Marti aſſignauit: virgines Veſtales ſacrauit. Pontificem maximum primus declarauit, dies faſtos, nefaſtóſque condidit, annum in duodecim menſes diuiſit. Quæ omnia quò maiore apud imperitam plebem in veneratione eſſent, ſimulauit ſibi cum Ægeria Nympha nocturnos congreſſus eſſe, eiúſq; ſe monitu, quę accepṫiſſima diis eſſẽt, ſacra inſtituere. Poſtremò vbi maxima cum reuerentia & ſuorũ & finitimorũ 40. annis regnaſſet, diem obiit. Liu. 1. ab vrbe condita. Plutarch.

Numana, oppiduum Piceni in Italia, vt ſcribit Mela lib. 2.

Numanus Remulus, fuit quiſpiam Rutulus, qui cùm multum ſibi tribueret & immodicè placeret, Troianos in Italia arguebat mollitiei & ignauiæ: ſic enim apud Virg.

Is primam ante aciem digna atque indigna relatu.
Vociferans, tumidúſque nouo præcordia regno
Ibat, & ingenti ſeſe clamore ferebat.

Numantia, vrbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, aliàs Celtiberiæ circa viginti annos bellum cum populo Romano geſſit, & à Romanis obſeſſa per annos 14. cùm haberet tantùm quatuor hominum millia non ſolùm ſuſtinuit, ſed etiam vicit 40. millia Romanorum: tandem tamen à Scipione poſteriore poſt longam & arctiſſimam obſidionem deleta. Cùm enim fame laborarent, nec eis daretur iuſti certaminis copia, omnia ſua & ſeipſos igni immiſerunt. Florus libro 2. Vnde Scipio Numantinus cognominatus eſt. Numantini ciues. Steph.

Numantius Flaccus, Pompeiani nominis defenſor. Hic obſeſſus à Cæſare in Hiſpania, & incluſus Atteguenſium mœnibus omnes eius oppidi ciues, quos Cæſari fauere intellexerat, iugulatos ex muris dedit præcipites: fœminas verò virorum illi aduerſantiũ vnà cum liberis interfecit. Alios infantes in conſpectu parentũ humo infixit, alios ſuperiactos palis excipi iuſſit. Plut. Scribendum Munatius. Cæſar belli ciuilis li. 6. Frõtinus lib. 3. Dion. li. 41. Valer. Max. lib. 9. c. 2.

Numentana, via extra portam Viminalem etiam Figulnenſis dicta fuit. Auctoribus Liuio & Victore.

Numerianus, Rom. imperator, cum Caro & Carino.

Numerinus, à numero prænomen deductum.

Numicius, fluuius in Latio, in quo repertum fuit cadauer Æneæ, & in quo Anna ſoror Didûs ſe ſubmerſit. Hic poſtea decreuit, & in fontem redactus fuit, qui & ipſe poſteà exſiccatus eſt, ſacris etiam Veſtæ, (cui non niſi ex fluuio libaris fas erat) vnà interceptis.

Numidia, pars Africæ, inter Cæſarienſem Mauritaniam & Carthaginienſem regionem, cuius populi à Latinis Numidæ, à Græcis Nomades dicuntur, quaſi in paſcuis inter armenta degentes, ἀπὸ τοῦ νέμειν, quod eſt paſcere. Erat enim ea gens rei pecuariæ in primis ſtudioſa, & ob id ad lætiora pabula ſubinde magalia ſua transferebat. Habebant olim alueos nauium conuerſos pro tugurijs, vt eſt apud Salluſtium. Numidia habet ab ortu Syrtes quaſdam paruas vnde regio Carthaginienſis incipit: à Septentrione mare, quod verſus Sardiniam tendit: ab occaſu Mauritaniam, & à Meridie Æthiopiam: nec præter marmoris Numidici feraciſſimq; prouentum aliud inſigne habet. Sunt in ea claræ vrbes, Hippon & Rhegium. Ea regio, vt Pomponius ſcribit, ſpatio anguſtior eſt, quam Mauritania, ſed magis culta, & ditior, vbi Numidicum marmor effoditur. Hinc Numidicus, ca, cum: vt lapis Numidicus, qui inter generoſa marmora annumeratur: à Papinio Libycus ſilex appellatur. Et Pauimenta Punica à veteribus dicebantur, quæ ex marmore Numidico ſtrata erant. Et Numidæ populi. Hic à Virg. lib. 4. Æneid. Infræni appellantur, quòd equos non fræno, quemadmodum nos conſueuimus, ſed virgula duntaxat regerent. *Metagonitis* à Græcis appellari tradit Plinius. *Biledel Gerid* hodie vocari ex Ioanne Leone patet.

Numitius, amnis eſt non longè à Lauinio, vide Numicius.

Numitor, filius Procæ, Albanorum regis, quem Amulius frater minor natu regno pepulit, Lauſúmque filium eius interfecit, filiámque eius Rheam Syluiam virginem Veſtalem legit, vt ſub ſpecie honoris perpetua virginitate ſpem partus ei adimeret. Verùm cùm illa ex Marte (vt Romani credi voluerunt) grauida facta eſſet, ipſam quidem in Tyberis ripa viuam defodit, pueros autem in fluuio mergi iuſſit, quos cùm in ſicco deſtitutos Fauſtulus inueniſſet, Accæ Laurentiæ vxori ſuæ educandos tradidit: Hi poſteà adulti Amulium interfecerunt. Liu. Plutar. in Rom. regnúmque auo ſuo Numitori reſtituerunt.

Numius Albinus, conſul cum Max. Dextro, anno ab vrbe 1015.

Numius Tuſcus, conſul cum Amulino, anno ab vrbe 1048.

Num, pater Oſee. Num. 13. Pater item Ioſua Ioſ. 1. Filius Eliſama filij Ammiud. 1. Par. 7. Lat.

poſteritas, vel ſtirps aut filius, vel æternus: ſiue permanens: aut Syriacè piſcis.

Nuneoreus, Seſoſtridis filius, qui obeliſcum illum, qui poſtea Romæ ſitus fuit in Vaticano, curauit excidendum. Plin.lib.36.c.11.

Nundina, næ, Romanorum dea, à nono die naſcentium dicta, qui & luſtricus dicitur. Erat autem luſtricus dies, quo infantes luſtrabantur.

Nupſia, oppidum ad Nilum fluuium, in tractu Syenitarum, cuius meminit Plin.li.6.c.29.

Nupſis, oppidum eſt Arabiæ Nomadibus proximum. Plin. lib. 6. cap.100. idem fortaſſe cum Nupſia.

Nurēberga, vrbs tota Germania & Europa celebris, emporium Germaniæ ampliſſimum, magnificiſque operibus publicis & priuatis ornata. Arcem habet regiam in colle vrbi imminenti ſitam vetuſtiſſimam, ex qua in vrbem & extra patet proſpectus, à qua ciuitati nomen inditum putatur. Caſtrum Noricum appellant, quod vrbs, huc vſque pro cuſtodia habuit. Interluit vrbem amnis Pegnicus cum multis pontibus lapideis, duas vrbis partes coniungentibus. Opificibus ingenioſiſs. & negotiatoribus variarum mercium gaudet. Habet etiam Rempub. optima politia illuſtrem, & in Burggrauiorum, S. Imperij ordine, alterum dignitatis locum obtinet, Munſter. vulgò *Nuremberg*.

Nurſia, Sabinorum ciuitas in montibus ſita, Ptol.li.3.c.1. Hodie Notica.

Nurſia, Piceni ciuitas à Virgilio frigida dicta, Hinc Nurſinus, na, num, adiectiuum.

Nuaſia, vrbs antiqua in Vmbria.

Nurſia ciuitas Germaniæ, ad Rhenum, non longè à Colonia Agrippina.

Nutum, Africæ propriæ oppidum. Ptol.

Nus, Ciciliç fluuius ad Ceſcum oppidum. Plin.

Nuſarpa Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolem.

N Y

Nycea, vrbs in Corſica inſula, à Nycio Ethruriæ rege condita.

Nycius Feſulanus, Tuſculanorum rex, ſub annum 300. ante Romam conditam.

Nycpij, Africæ propriæ gens. Ptol.

Nygbenitæ, populi Æthiopiæ ſub Ægypto Ptole.

Nygdoſa, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

Nyctelius, vnum ex Bacchi cognominibus tractum ab eo, quòd nocturno tempore eius ſacra celebrantur, quæ Nyctelia dicta ſunt. Ouid. 4 Met. & Virg. 4. Æneid.

—— *vbi audito ſtimulant Trieterica Baccho*
Orgia, nocturnúſque vocat clamore Cythæron.

Nyctæus, Neptuni filius ex Celene Atlantis filia, quem ex Amalthea Cretenſi Nympha Antiopam & Nyctimenem ſuſcepiſſe ferunt. Ex his Nyctimene fœdo patris amore capta, opera nutricis cum eo fertur concubuiſſe: tādem agnita, cùm pater eam occidere vellet, Mineruæ miſeratione in noctuam eſſe conuerſam. Ouid. 2 Met. 1.

Nyctelia, ſacrificia quæ Baccho fiebant, à nocturno tempore dicta.

Nyctimene, vide Nycteus.

Nymphæ, aquarum deæ, quaſi Lympharum numina, quamuis etiam Latius Nymphæ nomen accipiatur pro montium deabus, quas Oreades vocant: & pro ijs, quæ arboribus & ſyluis putabantur præſidere, quas Dryades vocabant, Hamadryades, & Napæas.

Nymphæa, inſula iuxtą Adriam, vbi Calypſo habitauit: Gentile, Nymphæus. Steph. Plinio alia eſt circa Samum Ionicam. Vide Cos. & Calypſus.

Nymphæum, Macedoniæ oppidum. Vide Nymphæus & Lyſſus.

Nympharum cubile, vide Solis inſula.

Nymphæus, Italiæ fluuius iuxta Velitras: & Nymphæum, Proconneſi promontorium author vtriuſque Raphael Volater. Nymphæum montem ſemper ardere, eiúſque craterem bitumen egerere omnium dilutiſſimum. Strab. author eſt lib.

Nymphæum, vrbs Taurica inter Panticapęum metropolim & Theodoſia. *Strabo.* Hinc Nymphæeus, Nymphæus, Nymphaïtes. Steph.

Nymphas in Arcadia eſt, Pauſ.lib.8. inde fons Nymphaſius. Steph.

Nymphon, vir quidam Colophonius, Cic. ad Q. fratrem lib. 1.

Nyrax, vrbs Celticæ: Gentile, Nyracius. Stephanus.

Nyſa, fuit nutrix Bacchi, quam Pli. ait ſepultam fuiſſe prope Scytopolin.

Nyſa, vrbs Arabiæ, ſiue, vt alij putant, Ægypti, Arabiæ propinqua apud quam Bacchus, vt Diodoro placet, à Nymphis eſt educatus, vnde & Dionyſius dictus eſt, ex Ioue & Nyſa conflato vocabulo. Plin.lib.8.c.13. Nyſam Indiæ montem eſſe tradit, lacertas immenſæ magnitudinis alentem.

Nyſa, etiam non tam mons, quàm ciuitas in India, à Libero patre, vt refert Strab. lib. 15. condita, carminibus poetarum celeberrima, ſita ſub radicibus montis, quem Meron. alias Nerum, incolæ appellant. Alia eſt Nyſa in Bœotia. Hom. Plin. in Caria. Strabo vicus in Helicone, vbi ſimili modo colitur Bacchus. Ptol. in Ionia ac Lycia Steph. in Thracia, multi tamen Nyſæ, arum, declinant. Vide Theſtidium.

Nyſa, vnus ex verticibus Parnaſſi montis Baccho conſecratus. Stephan. Nyſæ decem enumerantur. prima in Helicone: ſecunda in Thracia;

cia : tertia in Caria : quarta in Arabia : quinta in Ægypto : ſexta in Naxo : ſeptima Indiæ: octaua in Caucaſo monte:nona Libyæ:decima Eubœæ, vbi eodem die vitem florere aiunt , & botrum matureſcere. Hinc Nyſeus, Nyſæus, Nyſæeus.& fœmininum Nyſais,poſſeſſiuum Nyſeius.Steph.

Nyſa , proprium hominis, Cicer. 3. de natura Deorum , Dionyſios multos habemus , primùm Ioue & Proſerpina natum : ſecundum Nilo, qui Nyſam dicitur interemiſſe.

Nyſæa, Herodoto & Curtio, vrbs clariſſima in India , à Libero patre condita, ſub radicibus montis, quem Nerum, aliàs Neron vocant. Eadem quæ Nyſa.

Nyſea, Megarenſium emporium, duodeuiginti ſtadiis ab vrbe:quod & Minoa vocatur.

Nyſes, Africæ fl.ex Æthiopiæ montib. oriens Ariſtot.

Nyſeus, Bacchi cognomentum , à Nyſa vrbe (ſiue ea Arabiæ eſt, ſiue Indiæ,) impoſitum.

Nyſiæ portæ, Africæ propriæ inſula,à flumine Tritone circundata. Herodotus videtur eam *Phila* vocare. Huius inſulæ omni genere voluptatum plenæ , elegantem deſcriptionem habes apud Diodorum lib. 3.c.5.

Nyſiros, Vide Niſiros,ſic enim legendum eſt.

Nyſſa, Cariæ oppidum, antea *Pythopolis* dictum. Stephano auctore,vide Athymbra, eadem cum hac Nyſſa videtur.

Nyſus, Megarenſium rex, qui obſeſſus à Minoe rege Cretæ , proditione Scyllæ filiæ (quæ Minois amore tenebatur) fatalem amiſit crinem atque ita ab hoſte interfectus eſt. De vtroque Ouidius.

Filia, né ve magis capiti ſit ſ[illegible]la parentis,
Quam tua vel Pterela vel tua Nyſe fuit.

Vide Niſus.

O A

OA, vicus Atticæ in Pandionide tribu,aliàs *ὄαις*.

oanus, vrbs Lydiæ , Stephano, & Siciliæ fluuius , Pind. hodie *Fraſcolari*.

oani , Taprobanæ inſulæ gens. Ptol.

oarus, Scythiæ Europææ fluuius. Herodot.

oaſis , *Magna & Parua* , loca Ægypti ſunt apud Ptolemæum , quibuſdam *Anaſis* , *Hyaſis* ſcribit Stephanus. Oaſim quoque *Ibin* dici tradit Euagrius lib.1.c.7. Barrius putat à Strabone *Anaſes* appellari, quorum ille tria nominat,eáque ad Ægypti confinia verſus occidentem ponit, hæc ſunt loca in mediis arenis Lydiæ, tanquam in pelago inſulæ, quæ aqua & vino abundant , eóque habitantibus apta. Hæc hodie ab incolis *Azagar* vocari idem Barrius tradit. *Oaſis* Magna , *Gademes* nuncupari videtur Zieglero, idque ex Leonis deſcriptione. Is enim Gademes ſic delineat , vt quis Oaſem facilè ex iis intelligat, vide Auaſis.

oaxes, fluuius Cretæ inſulæ , ab Oaxe Apollinis filio ſic vocatus : vnde & Oaxîa tellus. At Seruius putat eſſe fluuium Meſopotamiæ , quem non ſequuntur alij Virgilij enarratores.

oaxus , ciuitas Cretæ ab Oaxo Minois ex Acacallide filia nepote : vel è ſitu loci , quod crepidines Græci Axos vocent. Herodot. quoque lib.4. Oaxum vrbem Cretæ facit , in qua Etearchus pater Phronimæ matris Batti regnauit, qui Cyrenem Libyę vrbem ædificauit. Ciuis,Oaxius.

O B

Oboda, regio parua Nabateorum , vbi Obodes rex,quem inter deos numerant, ſepultus eſt. Steph.

obadia, filius Arnan filij Raphaiæ filij Ieſaiæ. 1.Par.3. Filius Izrahia filij ozi, 1.Para.7. Lat.ſeruus vel operarius Domini.

obal, filius Iectan.Gen.10.Lat. peruerſitas vetuſtatis aut peruerſitas fluxus.

obareni , pars Armeniæ , circa Cyrum fluuium inquit Quadratus : quem Obarenitæ & Oreni habitant, qui magna pars Armeniæ ſunt. Steph.

obdia, ſiue obdias, filius Aſel filij Elaſa. 1.Paralip.8.9.& 12. Lat.ſeruus ſiue operarius Domini.

obed , pater Gaab Iudic.9. Filius Booz. pater Iſai,Ruth.4.1 Paralip.2.Filius Ophlal filij Zabab 1.Paralip.2.& 11.Lat.ſeruus,vel operarius.

obed edom,nomen viri , 2 Reg.9. Lat. ſeruus hominis , vel terreni , aut ſanguinei , vel rufi.

obedia,nomen viri, 1.Eſd.8.idem ſignif. quod obdia.

obliuionis fluuius. vide Limæa.

obolcon , vrbs: Gentile , Obolconites. Stephanus.

oboth, nomen loci, Num.21.36.Iſraëlitarum manſio,cùm ex Ægypto proficiſcerentur in terram Chanaan.Num.32. Lat.Pythones,ſiue vtres, aut patres, vel deſideria.

obotritæ vel obotrij , vtrumque enim apud ſcriptores inuenitur : Germaniæ populos,hodie *Meckelburger* dictos interpretatur Grantzius. Hos Iobſtius putat *Herules* Sidonij eſſe.

obrima , vnum ex tribus fluminibus Apamiam vrbem , in Aſia celeberrimam , ambientibus. Plin.li.5.c.29.

obrimo , vnum eſt ex cognominibus Proſerpinæ. Sic autem dicta eſt , quòd quum vim ei videretur illaturus Mercurius , mugit altius,

Digitized by Google

vnde factum, vt is manum abſtineret, Cæl. libr. 26 c.20.

Obrincus, Ptolemæo Galliæ Belgicæ fluuius eſt. Rhenanus *Moſellam* Taciti, qui hodie Germanis *Moſel*, & Gallis *Moſellei*, interpretatur. Heroldus *Obrincum*, non fluuium deſignare docet apud Ptolemæum, ſed eum Germaniæ tractum, quem hodie *Ober Rhingauu* vocant. Aliqui credunt eo vocabulo ſignificari ſuperiorem partem Rheni fluminis, quaſi diceret *Oberrhyn*.

obris, nomen fluuij. Pomp. lib.2. ſecundum Bæterras Obris fluit. Ptolem. Obrium vocat. Gal. *Orb*.

obroatis, Perſidis vrbs apud Ptolemæum. *Orobatis* legit Ammianus.

obtricenſe, Moſæ oppidum habet Ammianus li.20 *Tricht* quod & *Maſtricht* appellari videtur. Hoc Galli *Trait* vocant.

obulco, Ptolemæo, quod *Pontificenſe* appellatur Plinio. Hiſpaniæ Bæticæ vrbs eſt, quæ Nigro *Sicura* dicitur. *Obulco*, putat Villanouanus *Vllam* Hirtij eſſe.

O C

Ocalea, leæ, ſiue Ocale, es, Bœotiæ oppidum. Hom. in Catalogo nauium. Eſt autem prope Haliam, ſic dicta à breuitate viæ à Theſpiis in Thebas, oppidum Ocaleæ proximum. Gentile, Ocaleus.

occam, Theologus inſignis, floruit ſub annum ſalutis 1330.

occaſio à poëtis dea fingitur, rerum gerendarum opportunitati præſidens. Huius ſimulachrum ita fingebatur, vt pennatis pedibus volubili rotæ inſiſteret, vertigine quadam velociſſima ſe in orbem circumagens, priore capitis parte capilloſa, poſteriore glabra. Quo commento, Occaſionis breuitatem & inconſtantiam voluerunt denotare, quæ niſi, cùm primùm ſeſe offerat, arripiatur, ſtatim elabitur è manibus: nihilque nobis remanet præter pœnitentiam, quæ perpetua Occaſionis fingitur eſſe comes. De Occaſionis effigie extat elegans Epigramma apud Auſonium.

occara Antonini, videtur Simlero Coara, Ptolemæi, Chalcidicæ regionis in Syria.

oceanus, Cœli & Veſtæ filius, maris deus, maritus Tethyos, fluuiorum fontiúmque omnium pater. Propriè tamen Oceani nomine intelligimus vaſtiſſimum illud mare, quo vniuerſus ambitur terrarum orbis. Dictus Oceanus ab ὠκὺς quod eſt velox, teſtibus Solino & Seruio. Quod & neutro genere Oceanum dicitur, præſertim ſi mare ſequitur. Falſam autem illam opinionem velocitatis mari Luſitania, id eſt, Portugalleſij, hac noſtra ætate deprehenderunt. Nam Columbus Nauarchus, vltra Gades Oceanum ingreſſus, vltra torridam Zonam penetrauit per Oceanum ad Indos, vſque ad Beatorum inſulas, non tamen iſtam velocitatem deprehendit. Et quamuis ſit nomen proprium Oceanus, aliquando tamen pro appellatiuo ponitur, quando partes eius ſignificat. Quo modo mare, cùm totum ſignificat, proprium eſt: cum partem, appellatiuum. Nam à littoribus plerunque accipit nomen, ad dextram ſiquidem vbi primum terram intrat, Atlanticus dicitur: ad ſiniſtram Gaditanus: illinc Arabicus, Perſicus, Indicus: hinc Britannicus, Germanicus, Scythicus. Poetæ tamen Oceanum pro quocunque mari vſurpant. Virg. Æn.2.

Et ruit Oceano nox.

Hinc deducitur patronymicum fœmininum, Oceanitis, idis, & Oceanius, nia, nium. Dionyſio Alexandrino *Heſperius*. *Veſperus* interpretatus eſt Bertrandus. Marlianus *Veſpertinum* vocat. Hodie eius pars, quæ inter Hiſpaniam & Canarias inſulas eſt, Hiſpani *Golfo de las yeguas*, id eſt, *Sinus equarum*, vocant: à demerſis ibidem toties equabus, aliiſque iumentis, quæ ſobolis procreandæ cauſa ad eas inſulas vehebantur. *Magnum* etiam appellatur, teſte Plinio lib.3.cap.5. Sed videtur huius Atlantici Maris appellatio multò latiùs interdum apud auctores accipi. Strabo enim ſcribit Indiam deſinere ad mare Orientale, & ad Auſtrinum, Atlantici partem idem ait alibi eius Auſtrale & Orientale latus in Atlanticum procurrere. Et alio in loco Atlanticum in ſe coire teſtatur. Omnia maria innauigabilia *Atlantica* vocari tradit Suidas. In ſomnio Scipionis legitur, omnem terram, quæ à nobis colitur, Atlantico mari (quod Oceanum appellamus) circumfundi. Plinius perhibet Æthiopiam etiam Atlantiam dictam, & totum illud nouum Hemiſphærium, quam *Americam* vocamus, Atlantim Platonis (vt plurimi æſtimant) fuiſſe, videtur totus terrarum & Oceani globus, Aſia tantum & Europa exceptis, in Atlantis vocabulum olim abiiſſe. Herodotus duo tantum vniuerſi maris nomina nouit. Scribit enim Atlanticum & Rubrum, & totum illud, quod Græci nauigant (mediterraneum poſt Herodoti tempora dictum) vnum eſſe; Caſpium alterum. His aſſentitur Zoſimus, qui ſcribit Rhenum fluuium ſe in Atlanticum mare exonerare, quod hodie Germanicum vocatur.

oceanus, Babylonicus rex inter 15. poſt Nimbrotum fuit, qui multo ex ſorore Thetide edidit liberos. Beroſ. li 4.

oceleſes, Hiſpaniæ populi, qui & *Lancienſes* Plinio. Lanciam vrbem habet Oroſius lib.6. cap.21. & Lancia oppidana in Luſitania Ptolemæo eſt.

ocelis, Ptolemæo Arabiæ fœlicis oppidum, in quo interpretando parum inter recentiores conu-

conuenit, Iouius namque *Aden* vocat, Pinetus *Acyla* Niger *Zidem* Ramuſius *Capo de Cel*, *Ocelim* Ptolemęi, *Acila* Strabonis eſſe vult Villanouanus, vide Orcelis.

Ocelli, promontorium orientale Albionis inſulæ, Ptolemæo. *Spurnheade* hodie dicitur.

ocellum, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs. Ptol. lib.2.cap.6.

ocellum (quod & oſcellum ſeu oſcella) eſt citerioris prouinciæ extremum, à quo per Alpes in vlteriorem Galliam, Centronéſque (nunc Tarentaſios) ac Garoceles, Caturiges, Vocontios, & Allobrogas tranſitus eſt, Auillanæ & Seclusæ vicis proximum nunc, vt coniectura eſt, Nouelesium nuncupatur. Secluſa autem, vt nonnullis placet, dicitur, quaſi citeriorem Galliam ab vlteriori ſecludens: Diœceſis eſt Taurinenſis. Cæſar in comment. vulgò, *la Nouakeiſe*. Villanouanus & Varrerius, *Oulx* appellari aiunt *Ours*, Italis & circumuicinis hodie adhuc vocatur, vbi abbatia *Iſilles* vocat Simlerus: *Exſilles* ſcribit Vigenereus: *Chielano* interpretatur Caſtilloneus, ſed malè vt præclarè Varrerius. Non eſſe idem cum oſcella Ptolemæi quod in Lepontiis ponit (de quo ſuprà) eruditè oſtendit Scudus idem Varrerius in ſua chorographia Luſitanicè ſcripta: habet quoque Ptolemæus ocelum in Tarraconenſi, & ocellum in Luſitaniæ Hiſpania. Hoc ocellum Antoninus ocelum Durij, quòd ad Durium fluuium ſitum ſit, nominat, & apud Appia. Ocelis eſt.

ocetis, inſula maris Stoici, Ptolemæo, contra orcada promontorium, *Sandes* fortè hodie.

ocha, mons in inſula Euboëæ, à quo inſula quoque ipſa quandoque dicta oche. Calep. Vide in Cariſto.

ochefius, Ætolorum dux, vir longè præſtantiſſimus, qui in bello Troiano interemptus eſt. Homerus.

ochozat, amicus Abimelech regis Geratæ, Geneſis 26. Hebr. Achuzath, i. poſſeſſio vel apprehenſio, ſiue collectio, aut fratris oliua.

ochoſias filius Achab regis Iſraël 3 Reg.22. filius Ioram regis Iudæ, 4.Reg.8. 1. Par.3. Lat. poſſeſſio aut viſio Domini.

ochran, pater Phegiel principis tribus Aſer, Num.1. Lat. turbidus vel conturbans.

ochus, rex Perſarum, auaritiæ nota, qui adeò laborauit, vt vrbem nunquam iniret, ne mulieribus congiarium impartiretur. Nam Cyrus lege ſanxerat, vt quò primùm rex Perſarum ingrederetur, mulieres quotquot adeſſent, ſingulos auri nummos ab ipſo rege acciperent.

ochus Artaxerxes, rex Perſarum, qui ocham ſororem eandem & ſocrum viuam capite defodit. Patruum cum centum liberis & nepotibus telis imperauit transfigi, quòd in his maximam apud Perſas probitatis laudem videbat conſiſtere.

Ochus, fluuius, qui in Indiæ mõtibus ortus, per Acarnaniam fluit. Plin. lib.6. cap.16. Idem lib.31. c.7. Præterea apud Bactros amnis othus & oxus, ex oppoſitis montibus deferunt ſilis ramenta.

Ocnus, filius Tyberis & Mantûs filiæ Tireſiæ vatis. Hunc Mantuam condidiſſe tradunt, & Æneæ in auxilium veniſſe aduerſus Turnum Maro teſtatur lib.10. Idem hunc Bianora vocat, Ecloga 9. teſte Seruio. Vide BIANOR.

Ocnus, nomen cuiuſdam apud inferos multis inſignium artificum picturis celebrari quem effinxerunt perpetuò torquentem finem aſtante aſella: quæ quantum ille torſiſſet, ſtatim prærodëret. Inde ortum eſt prouerbium, ocnus funiculum torquet: quòd cum in eos omnes competat, qui non profuturam in re aliqua operam collocant: tum in eos præcipuè, qui cùm nihil neque laboris neque induſtriæ ad augendam rem familiarem prætermittant, nihilo tamen redduntur ditiores: quod domi habeant aſellam, hoc eſt, vxorem prodigam, quæ quicquid miſellus multis ſudoribus corraſit, ſtrenuè profundit.

Ocila, portus Gebanitarum in Arabia felici, Plin.

Ocillis, vide ocelum.

Ocimnium, vide Scythia.

Ocinatus, Calabriæ fluuius Lycophr. hodie *Sabario* dici, & *Sabbacum* Antonini eſſe oſtendit Barrius.

Ocolum, parua regio Eretrienſium: Gentile, Ocolius.

Ocra, Alpium pars humillima, qua ad Carnos accedunt. Ptolem. Strab. Eſt etiam Venetorum vrbs apud Plinium.

Ocrazapes, qui & Aſcrazapes, rex Aſſyriorum XXXVIII.

Ocricola, vrbs Tuſcorum. Gentile, ocricolanus. Steph.

Ocriculum, oppidum Italiæ, in monte ſitum, quod Strabo inter Sabinos ponit, Plinius inter Vmbros, ſunt qui otriculum ſcribant, ſed corruptè vt docti putant.

Ocrinum, Britanniæ promontorium. Ptol. l. 2. cap 3. vulgò *Mons S. Michaelis*, hodie fortè *S. Iuſtin* aut potiùs *Thelandes end*.

Octapitarum, Albionis inſulę promontorium, Ptolem. *S. Dauidis head* Camdeno.

Octapolis, Lyciæ oppidum. Ptol.

Octauia, gens à Velitris originem accepit, quam aſſentationis gratia propter Auguſtum excellere dixerunt. Ipſe autem Auguſtus nihil amplius quàm equeſtri familia ortum ſe ſcribit, vetere ac locuplete, & in qua primus ſenator ſuus pater fuerit. M. Antonius libertinũ ei proauum exprobrat Reſtionem è pago Turino: &

Digitized by Google

auum argentarium, Tranquil. Cicero in epiſtola quadam eum nepotem argentarij, & filium ad ſtipulatoris vocat, vtcunque ſit, conſtat Auguſti patrem honeſtiſſimum virum fuiſſe, magnáque laude Macedoniam prouinciam adminiſtraſſe ex ipſius etiã teſtimonio Ciceronis, qui ad Qu. fratrem ſcribens eum hortatur, vt pro merendis ſociis vicinum ſuum Octauium imitaretur.

Octauia, octauij Cæſaris ſoror, Antonij Triumviri vxor ab eo poſtea repudiata. Plut.

Octauia, Claudij Cæſaris filia, Neronis vxor ab eo interfecta. Sueton.

Qu. octauius à Lucio Cinna ſuo collega interfectus. Pædianus.

Octauius Auitus & Petilius Fauſtinus, furta virg. adnotarunt, notantes vnde quæque carmina ſurriperentur, vt ait Seruius.

Octodurum. Ptol. lib. 2. c. 6. campus Gothhorum alio nomine, vulgò *Toro*: Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs.

Octodurus, vicus veragrorum: hodie dicitur S. Mauricij, extra Celtas, Belgas & Aquitanos in Sabaudia, inter Sedunos, Antuates & Allobroges, in vallo non magna adiecta planitie: altiſſimis montibus vndique continetur in duas partes Rhodano fluuio diuiſus. Diœceſis Sedunen- [illegible] S. *Maurice en Valais*. Beatus Rhenanus [illegible] *M[illegible]* vocant.

O[illegible] Hiſpaniæ vrbs ad Iberum flumen [illegible] hanc Etoniſſam Plinij eſſe hoc duplici [illegible] ſcribit Liuius. *Hetona* hodie Epiſcopo Gerundenſi.

Ocyalus, vnus ex Phæacibus, tempore Alcinoi regis, Hom. Odyſſ. 7.

Ocypete vna Harpyarum à celeri volatu nomen habens Sorores habuit Aello & Celæno, cum quibus Strophadas inſulas fertur incoluiſſe, vide HARPYIA.

Ocyron, fluuius in finibus Arcadiæ.

Ocyrhoe, Nympha, Chironis Centauri & Charicliſ Nymphæ filia ita dicta à celeriter fluendo, quòd in rapidi fluuij ripis nata eſſet. Augurij fuit peritiſſima: Æſculapium enim vniuerſo orbi profuturum prædixit, & patrem optaturum mortem ſeſeque equam futuram: quæ omnia euenere. Ouid. libro. 2. Metamorph. Heſiod. in Theogon.

O D

Odaia, ſiue Odeias, ſoror Naham. 1. Parali. 4. 2. Eſd. 9. Lati. laus ſiue confeſſio Domini.

Odaren, nomen viri, 1. Macch. 9.

Oded, nomen viri prophetæ, 2. Parali. 15. & 28. Lat. ſuſtentans, vel tenens, aut erigens.

Odenatus, princeps Palmyrenorum, multa aduerſus Saporem Perſarum regem præclara geſſit.

Odeſſos, vrbs in Mœſia inferiori, Pomp. lib. 2. Stephan. vrbs eſt in Ponto iuxta Salmydeſſum, Apollodorus magnum montem eſſe ſcribit. Ciuis, Odeſſites, & Odeſſeus.

Odeuia, nomen viri in toto cap. 1. Eſd. 20. ſcribe Odaia. Lat. laus ſiue confeſſio Domini.

Odia, nomen viri. 2. Eſd. 8. Idem ſignif. quod Odeia.

Odites, vnus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius, à Mopſo interfectus in nuptiis Pirithoi. Ouid. 12. Metam.

Odiua, quidam in Dalmatiis, ab Odoacro tyranno victus, ſub annum ſalutis 485.

Odiupolis, regio Heracleæ iuxta pontum: Gentile, Odiupolites. Steph.

Odius, Halizonum dux, quem Agamemnon in bello Troiano interfecit. Hom. Iliad. 5.

Odoacer, Herulorum & Turcilingorum rex, anno 476. Danubium tranſgreſſus in Italiam Veronam peruenit & perſequutus Oreſtem Gothum, qui Momyllum filium ſuum Auguſtum creauerat, Ticinum includit, & vrbem tandem capit & militibus diripiendam præbet & die 23. auguſti proclamatur rex Italiæ, & Placentiam inde profectus Oreſtem occidit, Inde Rauennam in poteſtatem accipit, Tandem Romam proficiſcitur & Momyllum Auguſtulum qui præ metu imperio ſe abdicauerat, in Lucullanum Campaniæ caſtrum in exilium eiicit, atque ita finis factus eſt imperio Occidentali, quod ſteterat poſt victum Pompeium incipiendo à Iulio Cæſare annos 522 Deinde à Theodorico Gotho Amali filio bello petitus & variâ fortunâ vſus Rauennæ includitur, & poſt longam obſidionem, & obſeſſis & obſidentibus defatigatis pace facta à Theodorico ad conuiuium vocatus trucidatur anno 493.

Odiodœcus, vide CALLIARUS.

Odoia, nomen viri 1. Par. 5. Lat. laus ſiue confeſſio Domini.

Odollam, ciuitas in Iudæa, à Roboam conſtructa 2. Paral. 11. Mich. 1. Videtur eſſe eadem quæ Adullam dicitur. Nomen item ſpeluncæ, 1. Regum 22. Lat. teſtimonium ſiue ornamentum illis, aut teſtimonium ſiue ornamentum ſuæ miſeriæ vel tranſitus, aut præda ſuæ miſeriæ.

Odomanti. vide HODOMANTI.

Odones, populi Thraciæ, Medis[illegible] in Baſſaricis Steph. ſunt populi Thraciæ, vt ſuprà diximus.

Odonia, ſiue Odnia, S. laus ſiue confeſſio Domini, filius Aſana. 1. Paral. 9. Filius Elioenai filij Naariæ. 1. Par. 5. & 1. Eſdr. 2.

Odryſæ, populi Thraciæ, vrbs Odryſa, Strabo li[b]ro decimoſeptimo, quorum olim ampliſſimum fuit regnum, ab Abderis Thraciæ vrbe vſque ad Pontum Euxinum & Iſtrum fluuium extentum. Thucyd. lib. 2. Inde Odryſius. Odryſites.

Digitized by Google

ſites, Odryſes, Odryſides: & fœminina, Odryſis, odryſias. Stephano.

Odyſſeia Vide OLYSIPPO. eſt autem Siciliæ promontorium Ptolemæo: quod *Cabo Marzo* Fazello nuncupatur, idem ſubiungit Ediſſæ portum eſſe, cuius meminit Cicero in Verrem. vide Vlyſſis portus.

odyſſus, Ptolemæo Mœſiæ inferioris vrbs: *Varna* dicitur Nigro. odeſſus Strabonis eſt & Vdiſſus Antonini.

O E

oea, Africæ ciuitas vna ex tribus quæ à numero Tripolim illam Africanam fecerunt Solinus. Achæi Tripolim lingua ſua ſignant, de trium vrbium numero, Oeæ, Taphræ, Leptis magnæ &c.

oeagrus, pater Orphei, & à quo Hebrus fluuius, oeagrius cognominatur, epitheto ſatis longè petito, ab Orpheo nimirum oeagri filio, quem cùm Ciconum matronæ diſcerpſiſſent, caput eius in Hebrum fluuium proiecerunt. Vel Oeagrus fluuius Thraciæ pater Orphei vatis, vt ſcribit Seruius: vnde & Hebrus, quòd ex eo fluat, oeagrius dicitur. Quem fluuium putat Niger Agrianes dici apud Herodotum.

oeaſo, Ptolemæo: *Eaſon* Melæ, Hiſpaniæ promontorium eſt, quod Plinio *Olarſo* eſt, vt Hermolaus autumat *Idanuſa* Straboni dicitur, vt Pincianus credit, *Orſona* Appianus videtur pro eodem habere. At Montan. vrbem eſſe dirutam, & hodie *Oterſo* vocari auctor eſt. *Baiona* Epiſcopo Gerundenſis vocatur. Florianus ſcribit *Fontarabia* & incolis. *Hondarabia* appellari. *Fontem Rapidum* Latinum vocant, ſed Oeſopolim vrbem habet hoc loco quoque Ptolemæus, quæ his recentioribus nominibus hodie fortè quadrabit, verius quam oeſo promontorio.

oeanthe, vrbs Locrorum, aliàs *oia ſtla*, Steph. vide Plin. lib. 3. cap. 3.

oebalia, regio Peloponneſi, Laconiæ pars: ita dicta ab Oebalo Arguli filio Lacedæmoniorum rege. Hinc oebalius, lia, lium. Agri quoque Tarentini tractum poetæ nonnunquam oebaliam appellant, reſpicientes nimirum ad vrbis eius originem, quæ à Lacedæmoniis condita putatur. Ab oebalia Laconiæ regiuncula, Caſtor & Pollux oebalidæ dicuntur. Vide Arene. Tarentum & Laconia.

oebates. Darij ſtabularius, cuius induſtria ipſe Darius Perſarum regnum adeptus eſt.

oebalus, Arguli filius, rex Laconiæ, ab ſe Laconiam prouinciam Oebaliam dixit.

oebalus, Telonis regis caprearum inſulæ prope Neapolim filius, & Nymphæ Seberidis. Seruius apud Virg. 7. Æneid. *Oebale, quem generaſſe Telon Sebetide Nympha.*

oebalis, nomen viri proprium, Tortel.

oechalia, vrbs Bœotię, Euryti regia, ab Oechaleo fluuio eã præterfluente ita dicta. Hãc Hercules funditus euertit, cùm Eurytus pactam ipſi certaminis lege filiam Iolem tradere recuſaſſet, Homeri interpres 5. Iliad. Virg. 8. Æneid. Fuit & alia eiuſdem nominis vrbs in tractu Meſſeniaco. Plin. lib. 4. cap. 9. Item alia in Eubœa inſula, poſtea Chalcis dicta. Plin. lib. 4. cap. 12. Alia in Trachine, & in Theſſalia & in Arcadia. Ciuis, oechalicus, oechaliotes, oechalius, & fœm. oechalis. Steph. Pauſania auctore vicus etiam Meſſeniæ regionis, Oechalia vocata, quæ pòſt Carnaſium appellata fuit. vide Carnaſius & Andania.

oechordas, Ptolemæo Sericæ regionis fluuius eſt, ſed variat apud eum ſcriptio, nam & oechardus legitur. M. Niger eum *Tartar* nomen habere ſcribit.

oecides. Vide Bura.

oecyrnes, vir Argiuus, qui donauit Agamemnonem thorace pulcherrimo. Homerus Iliados 11.

oecus, Cariæ vrbs: Gentile, oechuſius Steph.

oedantium, vrbs Illyriæ, inde & Oedantes, terra oedantia. Steph.

oedipodonius, ab Oedipus deducitur.

oedipus, Laij Thebanorum regis & Iocaſtæ filius, quem pater, cùm ex Apollinis oraculo futurum intellexiſſet, vt à filio occideretur, paſtori occidẽdum tradidit: qui miſericordia commotus, cùm inuitus regiæ ſtirpi manus inferret, neque tamen regis imperium auderet detractare, perforatis gladio plantis, viminéque traiecto, ex arbore ſuſpendit futurum putans, vt ita inedia moreretur. Cæterùm cùm Phorbas Polybij Corinthiorum regis paſtor, illac iter faceret audito vagitu eò accurrens, puerum ſeruauit, reginæque, quæ liberis carebat, magni muneris loco obtulit, à qua veluti puer cœlitùs miſſus, filij loco eſt educatus, & à pedibus ex vulnere tumentibus Oedipus appellatus, Grandior deinde natu factus, cùm audiſſet ſe non Polybij filium, patrem perquirere ſtatuit, & conſulto oraculo accepit ſe in Phocide patrem inuenturum. Quò cùm veniſſet, orta inter Phocenſes ſeditione, Laium conantem reprimere tumultum, incognitum interemit. Poſtremò tanquam oraculo luſus, Thebas petens in itinere in Sphingem incidit, quam problematibus ſolutis, cùm occidiſſet, Thebas intrauit: & quoniam Polybij filius credebatur, Iocaſtam matrem inſciens vxorem duxit, & ex ea quatuor filios genuit. Poſtea verò cùm ſe matrem ſibi coniugio copulaſſe, patrémque occidiſſe cognouiſſet, dolore percitus, ſibipſi in pœnam oculos eruit, quem poſtea [illegible]

Antigona filia duxit, & ſe occidere volentem cuſtodiuit. Alij dicunt, quòd repudiata matre Aſtymedusam vxorem duxit. Athenas autem in voluntarium conceſſit exilium. Declinatur autem Oedipus, oedipodis, vel oedipus, oedipi. Vide Sphinx.

Oena, vrbs Tuſciæ munitiſſima, in cuius medio altus collis eſt 30. ſtadiorum, aquas & varias arbores ſupra ſe habens. Ariſtoteles de mirabilibus: Gentile, oenates. Steph.

Oenanthia. vrbs Sarmatiæ in Aſia, Ptolemæo libro 5. Hodie *S. Sophia*, aliàs oenanthe, Plin. libro 3. cap. 3. Ætoliæ item vrbs maritima. Polyb.

Oenarea, vrbs Tuſcorum in cuius medio collis erat altiſſimus. Vide Oena.

Oeniade, in Acarnania vrbs ad os Acheloi. Pauſa. *Dragam eſſe*, hodie, Sophiano. olim Eryſiche: Regio, oenias vocatur. Eſt & oeniade vrbis in oetæa nomen. Steph.

Oeneus, Calidoniæ rex filius Parthaonis, qui ex Althæa Theſtij filia Meleagrum, Tydeum, & Deianiram genuit Herculis poſtea vxorem. Hic cùm Dianam in ſacrificiis ſuis per contemptum præteriiſſet, indignata dea miræ magnitudinis aprum ei immiſit, qui regionem vniuerſam latiſſimè deuaſtauit, donec Meleager collecto iuuentutis flore eum interfecit, Ouid. 8. Metamorph. Hinc oeneides, & oeneis patronymica, & oeneius, eia, eium, adiectiuum.

Oenipons, Comitatus Tirolenſis metropolis vulgò *Inſpruck*, ſedes principum. Camera & parlamentum regionum Auſtriacarum. Ibi tectum prætoriæ domus, magna impenſa deauratum videtur. *Ottingen* facit ex ea Simlerus, ſed hîc Æni legit.

Oeniſteria, Athenienſium ſacra fuerunt, quæ peragebantur ab ephebis pubeſcentibus, ante quam lanuginem, comámque tonderent. Herculi verò vini certam menſuram offerebant, ac libabant. Horum meminit Iulius Pollux & Heſychius.

Oenoanda, vrbs Lyciæ, Plin. lib. 5. c. 17. Gentile, oenoandeus. Steph. apud Strabonem. lib. 13.

Oeno, vna fuit ex filiabus Anij & Dorippe, quibus id impertiuerat Dionyſius, vt quicquid attigiſſent, in triticum ſtatim verteretur, & vinum & oleum: vnde dictæ Cænotropæ, quaſi in nouas formas omnia vertentes. Cœl. libro 7. capite 15.

Oenachaiicorum, oppidum circa Perſidem, videtur apud Procopium 2. Perſicorum.

Oenochema, mons in finibus Africæ.

Oenocheuus, Herod. lib. 7. fluuius in Theſſaliam deſfluens, ſicut Peneus.

Oenoë, vna ex duabus vrbibus Icariæ: Gentile, oenoæus. Vide Sicenus. Item vna ex terra poli Attica. Steph. Eſt etiam Elidis regionis in Peloponneſo ciuitas. Strabo. Et Arcadiæ, apud Suid.

Oenomaus, Hippodamiæ pater, Elidis rex, & Piſæ, ex Marte & Harpina Aſopi, ſeu vt alij tradunt. Eurithoe Danari filia progenitus: qui cùm ex oraculo ſe à genero interfectum iri didiciſſet, & filia tamen à multis procis ob formæ præſtantiam ambiretur: curule certamen procis propoſuit, ea lege, vt filia victori in matrimonium cederet, victus mortem ſubiret. Tredecim igitur victis & occiſis, Pelops Tantali filius, amore puellæ captus Myrtilum aurigam pretio corrupit, vt axes infirmos & fragiles currui ſubiungeret: Quo facto oenomaus vnà cum curru corruit, membríſque omnibus è ruina colliſis, iámque morti vicinus, Pelopen precatus eſt, vt vicem ſuam vlciſceretur. Quare cùm Myrtilus pactum ſibi perfidiæ præmium à Pelope contumelioſiùs exigeret, ab eo in mare eſt præcipitatus: eóque modo & puella & regno potitus Pelops, totam Cherſoneſum de nomine ſuo Peloponneſum appellauit.

Oenion, portus Locridis: Gentile, oenoneus. Steph.

Oenone, duo Attici pagi, ſic dicti authore Strabone lib. 8. alter ad Eleutheras, alter Marathoni vicinus. Vide Ægina ſeu oenopia.

Oenone, Nympha Idæa, mutuo amore Paridis capta, cùm ille adhuc incognitus circa Idam Phrygiæ pecus paſceret. Hæc mulier fatidica fuiſſe fertur, Paridíque in Græciam nauiganti prædixiſſe futurum, vt inde patriæ incendium ſecum referret. Extat epiſtola oenones ad Paridem inter Ouidianas, qua illum ad ſui amorem conatur reuocare. Author eſt Dictys Cretenſis, Paridis interempti, cadauer ad oenonem fuiſſe relatum, vt ab illa ſepulturæ mandaretur: illam verò priſtini amoris recordatione ad primum ſtatim cadaueris conſpectum mortuam concidiſſe, eodémque cum illo funere ſepultam fuiſſe. Stephano inſula eſt, Aeacidarum vna. Incolæ oenonæi.

Oenoparas, agri Antiochiæ Syriacæ fluuius, Strab.

Oenopedes, vir Mathematicus, ex Chio inſula, Anaxagora aliquanto minor.

Oenophyra, Bœotiæ vrbs. Thu.

Oenopia, inſula eſt quæ alio nomine Ægina dicitur. Ouid. 7. Metamorph.

Oenopiam veteres appellauere: ſed ipſe
Æacus Æginam genitricis nomine dixit.

Oenops, vir Peloponnenſis. Homerus.

Oenotri, Meſopotamiæ populi. Steph.

Oenotria, Italiæ pars maritima, à freto Siculo ad Tarentinum vſque & Poſidoniatem ſinum extenſa: à præſtantia vini (quod *oinos* Græci vocant.

ci vocant) nomen ſortita: vel ab Œnotro Arcade, vt ait Pauſanias li.8. vel, vt Varro putat, ab Œnotrio Sabinorum rege: quanquam temporis proceſſu id nominis vniuerſæ Italiæ ſit communicatum. Strab.lib.5. Incolæ, Oenotrij dicuntur.

oenotrius Ianus dictus eſt, vel quòd in Oenotria ante Saturnum regnauerit, vel quod primus in Latio vicinum ad religionis & ſacrificiorum vſum inuenerit, quod etiam Iani interpretatio denotat. Nam Iain Hebræorum lingua vinum ſignificat.

oenotrides, duæ inſulæ contra Veliam, Pontia ſcilicet & Iſcia. Plin.lib.3.c.7. Pandataria habet Strabo li.2. & 5. Pontias numero multitudinis legit Dionyſ.li.59.

oenuns, vide Babyce.

oenus, fluuius Ger. Tacito Rhætos Noricóſque interfluit, apud quem etiam *Ænus* per a legitur. Henus apud Arrianum eſt. *Ateſinus* Strabonis videtur Auentino. *Inn* hodie vocatur, Lazio teſte.

oenus, oppidulum Laconiæ: Gentile, Oenuntius. Steph. fluuius item.

oenuſſa, olim vocabatur Carthago Steph. Sed Oenuſæ inſula eſt proxima Chio: Gentile, Oenuſæus, & Oenuſius. Steph. inſula iuxta Samum & Leſbum. Plin. *Sapientiæ* Sophiano vocatur. Oenuſſæ ſunt Thucydidi li.8. etiam inſulæ Chio præiacentes. Vide Carthago.

oeon, vicus in Leontide tribu. Steph.

oeos, oppidulum Tegeæ: Ciues, Oeatæ. Stephanus.

oeſcus, Triballorum ciuitas in inferiori Mœſiæ, Ptolem. Egiros antè dicta Ouidio, vt Niger tradit, qui eam Blida vocat.

oeſporis, Africæ propriæ vrbs. Ptol.

oeſtros, Pamphyliȩ fluuius Pomponio, *Ceſtrus* Ptolemæo vocatur.

oeſyme, vrbs Macedoniæ. Thucyd. libro 4. quæ nunc Æmathia: Gentile, Oeſymæus. Hom. Æſymen vocauit.

oeta, mons in finibus Theſſaliæ, Doridi à tergo incumbens, morte & ſepulchro Herculis nobilitatus: vnde factum eſt nomen Tragœdiæ Senecæ, quæ Hercules Oetæus inſcribitur. Ibidem elleborum optimum naſcebatur. Plinius li.15.c.5. à Parnaſſo vſque Pindum pars in Thermopylas vergens propriè Oeta vocatur. Hinc Oetæus, tæa, tæum, Oetæetes, & fœmininum Oetæis Stephanus qui Oetam montem iuxta Trachinum eſſe ſcribit: & ciuitatem Melienſium eiuſdem nominis. *Bunina* appellat eum Sophianus. Vide Thermopylæ.

oeta, mons Doridos, Plinius lib.4.c.27.& lib.35.c.11.

oeta, vrbs Italiæ, olim à Zacharia pontifice de Luithprando Longobardorum rege recepta ex fœdere.

oetenſij, Myſiæ inferioris populi. Ptolem.

oetos, Melienſium vrbs, Diodor. & Thrachiniæ mons ac populus. Steph. Thucyd.

oeteus, frater Ephialtis, Aloei filius, pugnauit in Creta, vt Salluſtius refert. Vide Oetij campi dicti ſunt. Vide Oetus.

oethyni, populi iuxta Pontum. Perottus.

oetoſcyros, lingua Scythica Apollo dicebatur.

oetus, frater Ephialtis gigantis, filius. Aloei Virg.6. Æneid. vide Oeteus.

oetylus, vrbs Laconiæ, vel Oetylum, neut.ge. ab Oetylo heroe. Gentile, Oetylius. Steph.

oezenis, vrbs Ponti, quæ deinde Trapezus dicta eſt. Steph.

O G

Og, rex Baſan. Num.21. gigas immenſæ magnitudinis, à Ioſue deuictus & interfectus. Lat. ſubcinericius panis, aut ſubſannatio, vel Syriacè, detentus aut impeditus.

ogdolapis, fluuius nauigabilis, ex Alpibus fluens. Strab.lib.6.

ogdæmi, Marmaricæ nomi gens. Ptol.

ogdous, Ægypti rex, Vogæus cognominatus, qui Memphim condidit à nomine filiæ. Hic priùs Venereus cognominatus fuit. Dio.li.2.

ogenus, antiquus quidam deus, vnde ogenidæ & ogenij pro antiquis dicuntur. Steph.

oglamus, Marmaricæ mons. Ptol.

ogryllis, vide Olbia.

ogyges, Thebanorum rex, qui Thebas Bœotias condidit, circiter mille & quingentos annos ante vrbem conditam. Sub hoc rege fuit diluuium magnum, teſte Auguſtino de Ciuitate Dei, non illud quidem maximum, quod Noæ temporibus contigiſſe ſacræ literæ teſtantur: ſed tamen maius eo, quod Deucalionis ſeculo bonam terrȩ partem inundauit. Hinc ogygius, gia, gium. Thebæ Ogygiæ, & Ogygidæ, ipſi Thebani.

ogyges, à quibuſdam dicitur idem qui & Ianus & Noa, vel Noë.

ogyges fuere plures: primus, quem Babylonij Gallum cognominarunt, qui in inundatione prima etiam ſuperſtes alios eripuerit, & genuerit. Aliter verò Atticus in tertia. Xenoph. de Æquiuoc. *Sub primo aurea cœpiȩ ætas.* Fab. Pict. de orig. vrb. Rom.

ogygia, Inſula inter Phœnicium & Syriacum mare, ab Ogyge Thebanorum rege, qui in ea regnauit, appellata: Calypſûs Nymphæ ſedes, quæ Vlyſſem tempeſtate eò adactum hoſpitio & lecto excepit, eiúſque amore capta, ſeptem annos apud ſe detinuit, tandémque Ioue iubente eum dimiſit. Homerus libro 1. Odyſſ. Bœotia etiam & Thebæ. Stephano priùs ὠγυγία vocabatur, a

Oxyge filio Termeræ: item tota Attica,& Lycij Ogygij, *Briſhlaba* etiam vocatur, vt auctor eſt Nicetas, vide Attica, Ægyptus, Bœotia, Calypſus, Hibernia, Lycia, Thaſus & Thebæ.

ogygius, vide Ladon.

ogylus, inſula inter Peloponneſum & Cretam. Gentile, Ogylius, Steph.

ogyris, inſula ante fœlicem Arabiam Erythræi regis monumento nobilitata. Plin. lib. 6. c. 28. Steph. inſula rubri maris. Gẽtile, Ogyrites.

O H

Oham, rex Hebron, Ioſ. 10. Lat. væ eis, ſiue tumultuans, vel conturbans.

ohel, filius Zorobabel, filij Phadaia, 1. Paral. 3. Lat. tabernaculum, ſiue tentorium, aut ſplendor.

oholai, filius Seſan, filij Iehu filij Apphaim, 1. Para. 2. Lat. deprecans, vel expectans, aut incipiens, vel dolens, ſiue frater mihi.

O I

Oicles, filius Antiphatis Melampodis filij, pater Amphiarai vatis Argiui, Homer. 15. Odyſ.

oileus, Locrorum rex, pater Aiacis, quem ab illius nomine Virg. Oileum cognominat.

O L

Olabi, Æthiopiæ ſub Ægypto populi. Plin.

olachas, fluuius eſt in Bithynia, cuius gurgite periuri notantur pati velut flammam vrentem.

olane, alterum Padi oſtium. Plin *Volana*, Leandro. Item Armeniæ maioris vrbs. Strabo.

olanum, vide Mediolanum.

olanus, Noruegiæ rex à Carnuto rege Daciæ victus ſub annum ſalutis 1017.

olarſo, Hiſpaniæ vrbs. Plin. *Olis*, hodie in Nauarræ regno, vt Beutherus exiſtimat. Vide Obaſo.

olba, vide Olbia.

olbaſa, Ptol. nomen vrbis in Cilicia, Cappadocia & Pamphilia.

olbelus vrbs Macedoniæ, Gentile, Olbelius.

olbi, vrbs Ægypti, iuxta Libyam. Gentile, Olbites. Steph.

olbia, Ptolemæo lib. 5. c. 5. vrbs Galliæ Narbonenſis. Stephano, ciuitas eſt Troglodyticæ, Arſinoe poſtea dicta. Eſt & alia Ponti vrbs, de qua in Boryſthene & Nicomedia. Et alia Bithyniæ ab Olbia Nympha. Alia Pamphiliæ, vt Philoxenus ſcribit: at non Pamphiliæ eſt, ſed Solymorum terræ, neque Olbia, ſed Olba vocatur: ciues autem Olbæi vel Olbij. Alia eſt Iberiæ, alia Sardiniæ, alia Illyriæ, alia Helleſponti, alia Ciliciæ, alia denique Liguriæ, cuius vicinus etiam mons Olbanus eſt. Ciues, Olbiopolitæ, Olbiani. Dicitur etiam Olbenus & Olbiacus Stephano. Vide Seleucia, quæ in Sardinia eſt. Maritimum oppidum eſſe volunt Ptolemæus & Liuius, quod Pauſanias quoque *Ogyllen* vocatum ſcribit. Vlbia apud Antonium legitur, & Vlbienſis apud Oroſium. Olbia Bithyniæ oppidum ad Propontidem, Ptolemæo. Verlia dicitur Stephano.

olbia, Galliæ Narbonenſis vrbs eſt, quam Ioannes Poldus *Eres* vocat, ſed idem dubitat, num ſit *Yeres* oppidum Prouinciæ: eſt etiam Olbia ad Boryſthenis oſtium vrbs in Sarmatia Europæa. Hæc ipſa Boryſthenes appellatur, teſtibus Ptolemæo & Strabone, item Stephano. Niger tradit *Strarenor* à Barbaris vocari. Olbiopolis Plinij, & Olbida Melæ eſt. Pintianus in ſuis in Melam caſtigationibus, tradit hanc quoque Miletopolim dictam à Mileſiis conditoribus, ex Stephano fortè qui eam Mileſiorum coloniam vocat. vide Arſinoë, Nicæa, Nicomedia & Seleucia.

olbidum, vide Olbia.

olbiopolis, vide Olbia.

olbiopolitæ, vide Boryſthenitæ.

olbiſinij, populi quidam. Steph.

olbius, rex Galliæ, anno ante Romam conditam 540.

olbius, Arcadiæ amnis, quem Pauſanias dicit Arcadibus nonnullis Arcanium appellari.

olbiſij, populi circa columnas Herculeas. Steph.

olbus, vide Olbaſa.

olchachites, Ptol. lib. 4. c. 3. Zeugitanæ regionis ſinus, hodie *Alcon* ciuitas.

olcades, Hiſpaniæ populi intra Iberum fluuium. Stephanus, quorum vrbem Stephanus Althæam vocat. Eadem eſt apud Polybium & Liuium. In regno Toleti eſſe prope vrbem hodie *Ocanna* dictam habetur in Lexico Nebriſſenſis.

olcades, vide Holcades.

olchinium quod antea Golchinium, teſte Pl. Illyrici oppidum eſt ad ripam Drinonis. *Dultigno* nunc vocari Volaterranus auctor eſt. Hoc oppidum antea *Pola* appellatum ſcribit Canterus in annotationibus ad Lycophronem.

olcion, vrbs Tyrrhenorum, inde Olciatæ & Olcinis. Steph.

oldericus, Bohemorum rex, Henricum III. Imperatorem vicit.

oleaſtrum, Hiſpaniæ vrbs, Ptol. lib. 2. c. 4. alio nomine *Oleaſtro* dicta, promontorium itẽ Mauritaniæ Tingitanæ, & Turdetanorum *oppidum* in Bætica: Antonino etiam eſt *ciuitas inter* Tarraconem & Dertoſſam.

olearus, vide Oliaros.

oleaſtrum, Hiſpaniæ oppidum circa ſinum Gaditanum, quod *Oleaſtrum lucum* appellat Pomponius. Simlerus æſtimat hoc apud Antoninum *Barbari* promontorium appellari.

oleattum, Hiſpaniæ vrbs citra Saguntum Strabo.

olenacum, Britanniæ inſulæ vrbs, Lib. Notit.

Elenba-

Elenbore vv Camdeno.

olenia petra, vide Scollis.

olenus, oppidum Achaiæ propriæ, non procul à Patris & Araxo promontorio: vbi Iouem Amaltheæ capræ lacte, quæ inde Olenia dicta eſt, educatum ferunt. Nomen habet ab Oleno Iouis & Anaxitheæ filio: non amplius autem extat. Niger *Chaminſa*. Pinetus *Caniſgriſa* nominat. Vide Achaia

olenus, Bœotiæ vrbs, ſic dicta ab Oleno Vulcani filio. Fuit & alia vrbs in Ætolia, iuxta quam fuit aper Calydonius. Strabo. Steph.

olerus, vrbs Cretæ in alto loco ſita, vltra Hierapytnam. Hinc Minerua Oleria, & feſtum olerium, in eius honorem. Steph.

olganus, filius Beretis Macedonis. Steph. in *μίεζα*.

olgaſſus, vide Olyſſas.

olia, Meſopotamiæ vrbs, Ptol.

oliaros, inſula in mari Ægeo, vna Cycladum. Stephanus Sidoniorum coloniam eſſe ſcribit, & diſtare à Paro ſtadiis LVIII. Gentile, Oliarius. Virgilio olearus per e eſt. Hodie ab incolis *Quinsminio* vocatur.

oliba, Ptol. lib. 2. c. 6. Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, vulgò *Olit*.

olicana, vrbs Britanniæ, Ptol. lib. 2. c. 3. Vulgò *Otelei*, Gamdeno. Ptolemæo Brigantium vrbs eſt in inſula Albione. *Hale. f. x* H. Lhuydus vocat.

olina, Galliæ Lugdunenſis fluuius. Ptol. Item Callaicorum Lucenſium vrbs in Hiſpania Tarraconenſi. Orna fluuius apud Cœnalem nominatur.

olina vrbs iuxta Caſpium mare: Gentile, olinæus. Steph.

olino, cuius meminit liber Notitiarum. *Hole* nunc à Baſilienſibus nominari ſcribit. Rhenanus qui vicum eſſe vult cum aemuſculo non procul à Baſilea, vbi multa antiquitatis monumenta effodiuntur.

olios Hippon. vide Olyſippo.

oliſippo inter antiquiſſimas Hiſpaniæ vrbes à vetuſtiſſimis ſcriptoribus annumeratur. Hanc Varro *Oliſitonem*, Ptolemæus *Oliſiponem*, Plinius *Salatiam & Iuliam fœlicem* appellãt. Strabo verò *Vlyſſeam*, & ab Vlyſſe conditam ex verbis Mycliani videtur aſſerere. Hodie *Liſbona* vulgo appellatur. Florentiſſimum Portugalliæ emporium & totius regni caput Antiquæ vrbis *Oliſiponis* ſitus, collem excelſum ad Tagi ripam deductum vſque, antiquitas ſolummodo occupabat: nunc vero plures montes ac valles magnitudine complectitur. Ab hac parte qua meridiem reſpicit, vetus Regia ampliſſima, magnificóque opere pulcherrima conſpicitur. Verſus Aquilonare vrbis cornu nobiliſſimum Veſtalium D. Claræ cœnobium, ad Tagi crepidinem ferme attingit. Meridionale vrbis latus mari alluitur: reliquæ tres partes habent aditum à terra. Vniuerſus eius ambitus ſeptem millibus paſſuum deſignatur. Domorum amplius quàm viginti millia habet, ædificia labore eleganti & incredibili ſumptu conſtructa. Qua parte mari alluitur, portis XXII. diſtincta eſt. Pars verò quæ continentem reſpicit, XVI. habet. Turribus autem per murorum gyrum LXXVII munitur. Parochias XXV. numerat. Peculiari libello accuratiſſimè hanc vrbem deſcripſit Damianus Goes eques Luſitanus. Vide Olyſippo.

olit, vide Oliba.

olitingi Hiſpaniæ oppidum. Melæ, in Luſitania intra oſtia Bætis & Anæ fluminum.

olitto Eula riſa, vide Caltioriſſa.

oliueti mons, ſiue mons Oliuarum, ſiue Oliuetum, mons ad Orientem Ieroſolymæ, torrente Cedron interfluente, Sabbathi habens iter ab Ieruſalem, Act. I. Luc. 19.

olizon, vrbs Theſſaliæ, Homerus. Inditum eſt ei nomen à paruitate. Theſſali enim paruum, ὀλίζον, vocant: Gentile, Olizonis. Steph.

olla pater Haniel, 1. Paral 7. Lat. eleuatio, vel holocauſtum, aut infans, vel paruulus, aut folium.

olliculani, Italiæ populi. Plin.

ollina, vrbs iuxta Caſpium mare. Steph.

ollius, Lombardiæ Tranſpadanæ fluuius, *Oglio*, hodie Leandro.

olizones, gens in Thracia. Suidas.

olmi, & Olmium, vide ſuprà cum aſpiratione, eſt autem Stephano teſte vrbs Aſperæ Ciliciæ quæ ſuo tempore Seleucis vocabatur.

olmones, vide Holmones.

olobagra, vrbs Macedoniæ: Gentile, Olobagrus. Steph.

olochæra, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolem.

oloeſſa, inſula circa Rhodum. Plin.

olondæ, gens in Sarmatia Aſiatica. Ptol.

olooſſus, vrbs Magneſiæ Homer. Ciues, Olooſſonij. Steph. Perrhœbiæ, Straboni, Theſſaliæ Heſych. Hanc Iſacius in Lycophronem ſcribit, ſua ætate Elaſſon vocatam. Lycophron tamen ſimplici o ὀλοσσὸν habet.

oloronenſis, vide Eloronenſium.

olophyxus, vrbs in Thracia iuxta Athon.

olpæ, caſtellum Acarnanum, & prætorium Amphilochium qui inhabitat: Olpæus, Steph. *Sopoto*, dici putat Niger.

ololulis, eſt apud Ptolemæum Cretæ inſulæ vrbis nomen. Item Siciliæ. Cretenſis nominatur à Pineto *Olulo*, Siciliæ verò *Sorante*, à Nigro.

olumbri, vide Vmbrim.

olura & Oluris, vide Helos.

Olurus, oppidulum Achaiæ, non procul à Pallene. Steph.

olus. vrbs Cretæ: ciuis, oluncius. Steph.

olybrius, Conſul cum Protino, anno ab vrbe 1148.

olyca. vrbs Macedoniæ: Ciuis, olycæus. Steph.

olycræ, vrbs circa Naupactum Gentile, olycræus. Steph.

olympe, vrbs Illyriæ: Gentile, olympeus, vel Olympæus. Steph.

olympia, piæ, vrbs erat inter oſſam & olympum montem, non procul ab Elide & Piſa, ciuitatibus Græciæ, vbi erat templum Iouis olympij, aliàs olympici. Fuit etiam mercatu famigerata, & celebritate illa quinquennali ludorum inclyta. Strabo lib. 8. Eadem hæc dicitur etiam *Arpina*, vt Nicanor ſcribit, à matre Œnomai. Stephanus etiam hanc ipſam vrbem, *Piſam* prius vocatam tradit. Vide Arpina. Hodie *Langanico* dici ſcribit Caſtaldus. Sed *Stauri* Niger. vide *Conmecondylus & Libya*.

olympia, orum, ludi ab Hercule inſtituti in honorem Iouis, circa olympiam Eleæ regionis vrbem à quo & nomen habent. Hercules enim, Augea Elidis rege ſuperato, repurgatóque eius ſtabulo, in campis olympiæ vicinis iuxta Alpheũ fluuium, ſacrum certamen inſtituit, quòd quinto quoque anno (vel vt Lycophronis interpres aſſerit) quinquageſimo menſe celebraretur, idque ex conſilio, vt in illo certamine, Græciæ iuuentus ſeſe pentathlo, ſiue quinquertio exerceret, cæſtibus ſcilicet, curſu, ſaltu, diſco, & palæſtra: iiſque veluti meditationibus vero certamini præluderet. Huic certamini quinto die finis imponebatur, & victor, qui Olympionices vocabatur, oleaſtro, vel, vt Ariſtoteli placet, olea, quæ Philoſtephanos dicitur, coronabatur: tantúmque ei honoris habebatur, vt non per portas vrbis, ſed per ruinas murorum, ſublimis in curru in patriam reueheretur. Hinc Olympiacus, ca, cum, item Olympicus.

olympias, adis, quinque annorum ſpatium, quod à Romanis Luſtrum dicitur. Exinde Græci tempora per Olympiadas ſupputare cœperunt, ita numerantes, Olympiadis primæ aut ſecundæ, aut centeſimæ, anno primo, vel ſecundo, vel tertio, vel quarto. Atque vt conſules, ita & in Olympiis victores, iterum & tertium dicimus.

olympias, Magni Alexandri mater. Plutarc.

olympias, ventus in Eubœa flans. Plin. lib. 17. c. 24.

olympicus, ca, cum, quod eſt Olympi, vel quod ad Olympum pertinet: vt Iupiter Olympicus. Dictus eſt autem Iupiter Olympicus, ab Olympo, à quo eruditus, & ad virtutem inſtitutus fit. Alij verò à cœlo, quod Olympum Græci vocant, in quo regnare fertur.

olympieium, locus in Delo: quem cum Athenienſes Adriani ſumptu condidiſſent, Nouas Athenas Hadrianus vocauerunt. Gentile, Olympicus, vel Olympius. Steph.

olympiodorus, nomen viri proprium eius, qui docuit Epaminondam cantare tibiis.

olympionices, ſiue Olympionicus, qui in Olympiaco certamine victor euaſit: νίκη quippe victoria dicitur. Ælianus de varia hiſtoria li. 10. Duxit ad Olympicum certamen filium ſuum Pherenice fœmina, prohibentibus eam ſpectare, qui præſidebant. Licere id ſibi perſuaſit, quæ patrem & fratres tres haberet Olympionicas. Cic. pro L. Flacco refert, quòd apud Græcos eſſe Olympionicem, iudicabatur propè eſſe maius & glorioſius, quàm Romæ triumphaſſe.

olympius, pia, pium, id eſt, cœleſtis, poſſeſſiuum ab Olympo.

olympius Myſius, tibicen, & poeta melicus, & elegiarum, Marſiæ Satyri diſcipulus, qui citharæ legem dedit, modóſque pulſandi reperit & docuit. Floruit ante bellum Troianum, à quo & mons in Myſia nomen accepit. Fuit item alius iunior è Phrygia tibicen, tempore Mydæ regis. Suid.

olympius Nemeſianus qui (ait Vopiſcus) in vita Cæſarum, ſcripſit Halieutica, Cynegetica, Nautica.

olympius præſul, natione Hiſpanus, inter Chriſtianos ſcriptores commemoratur à Gennadio. Edidit librum aduerſus eos qui naturæ non arbitrio vitam referunt.

olympius, Exarchorum Italiæ vnus.

olympus, mons editiſſimus, in ea parte Theſſaliæ, quæ in Macedoniam vergit, cuius vertex vſque adeò attollitur, vt nubes penetrare, cœlúmque ipſum attingere credatur. Quo factum eſt, vt Olympum Poëtæ pro ipſo accipiant cœlo. Dictus Olympus, quaſi ὅλος λαμπρός, eò quòd claros habeat ſolares radios, nulliſque omninò nubibus offuſcetur. Sunt autem quatuor montes hoc nomine. Primus mons altiſſimus inter Theſſaliam & Macedoniam [illegible] men Theſſaliæ adſcribitur. Alter in Gallogræcia, vel in Cypro. Alius apud Myſos, ad cuius radices Pruſa ab Annibale condita. Quartus, ad mare rubrum Æthiopia, haud longè ab Heleopoli oppido, qui oriente Sole vſque ad quintam diei horam flammas emittit. Ab Olympo tum Myſiæ monte, tum vrbe Pamphyliæ (cuius meminit. Strab. lib. 14.) Gentile fit Olympenus. Steph. Macedonicus *Lacha* hodie dicitur niſi errauerit Caſtaldus. Sophiano enim nomen anti-

antiquum retinet. Vide Mœſius, Phœnicus & Lycæus.

Olympus Triphylius, mons excelſus Dijs dicatus in Panchæa inſula Oceani iuxta Arabiam Felicem. vt videtur: quem etiam *Cœli Sedem* appellant. Diod. Sicul. lib. 5.

olympus: plura ſignificat: nam omnis mons cuiuslibet regionis altior, Olympus à Græcis dicitu r. Vnde & plures Olympi dicti, quaſi toti lym pidi. Xenoph de æquinoc.

o lynthus, vrbs Thraciæ iuxta Atticam regionem, ſub Athenienſium imperio: quam cùm Phi lippus Macedonum rex obſideret, nec tame n vi capere poſſet, eius cuſtodes auro corrupit, atque hoc modo ſuæ ditioni adiecit. Poſtea verò ab Athenienſibus deleta fertur: quamuis non deſint, qui à Philippo euerſam tradant. Eam autem à Chalcide, quæ in Eubœa fuit, coloni condiderunt. Stephano vrbs Thraciæ iuxta Sithoniam Macedoniæ ab Olyntho Herculis filio condita. Ciuis, Olynthius. Eandem *Sithonia* appellari ſcribit Herodotus in Polymnia, ſed regionem potius ſic vocat, in qua Olynthus & aliæ vrbes ſitæ ſunt.

olyras, fluuius prope Thermopylas, quem fabulantur conatum eſſe Herculis rogum extinguere. Strab. lib. 9.

olyſſe. Cretæ vrbs ſub Pheſtijs. Strabo.

olyſippo, vel Olyſippum oppidum in Luſitania ad oceanum apud montem Tagum: vbi quędam è vento Fauonio tempore certo concipiunt equæ, quarum pulli non plus triennio viuunt. Hæc vrbs *Vlyſſa* Straboni & *Vlyſippo* Ptol. dicitur *felicitas Iulia*, Plinio, *Lisbona* hodie vel *Lisboa* ab incolis vocatur. Plin. lib. 4. cap. 22. Vide Oliſippo.

olyſipponenſe promontoriũ. Vide Artabrum.

olyſſas, Galatiæ mons Ptolemæo. Olgaſſus Strabonis eſt, eundem *Gigantem* vocari addit γίγας apud Ptolemæum legitur quo loco interpretes nonnulli Olyſſas habent.

O M

Omana, vrbs felicis Arabiæ: Gentile, Omanæus. Steph.

Omani, vide Luti.

omar, filius Eliphaz filij Eſau ex Ada vxore. Gen. 6. Lat. dicens vel loquens, ſiue amarus, vel exaltans.

omarium vrbs Theſſaliç, in qua Iupiter & Minerua coluntur: Gentile Omarius, Omareus. Steph.

ombri, Ægypti vrbs Ptolemæo, videtur *Chana*, hodie ex Ioannis Leonis deſcriptione *Ombi*, ſed malè fortè habet Latinus Ptolem. vide Vmbria.

ombrici, populi iuxta Illyricum, ex quorum agro Capris & Albis fluuij in Iſtrum cadunt. Herod. lib. 3. Steph. Italiæ populi, iuxta Adriaticum mare inter Padum & Picentiam. Eſt & Ombros, fluuius. Apud hos inquit Ariſtoteles libro de Mirabilibus, bis anno pariunt pecora: & terra fructus ac fruges omnes magno cum fœnore reddit, & fœminas habent perquàm fœcundas: quæ rarò ſingulos, pleræque geminos aut trigeminos fœtus edunt. Stephan. Vide VMBRIA.

ombrio, vna & prima ex Fortunatis inſulis habens in montibus ſtagnum, & arbores ferulæ ſimiles. Plin. lib. 6. cap. 32. *Iſola di ferro*, quibuſdam, *Porto ſanto* vocatur à Nigro, qui putat *Aproſitos* Ptolemæi eandem eſſe.

ombrones, populi in Sarmatia Europæa, Plin.

ombrus, Italiæ fluuius. Steph.

omenogara, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolem.

omiza, Gedroſiæ oppidum. Ptol.

omnæ, oppidum Omanorum in Arabia felici. Plin.

omnæus, Arabiæ felicis in ſinu Perſico inſula. Plin.

omole, Theſſaliæ mons, Steph. & Thraciæ vrbs. Apoll. Scholiaſtes. Idem Steph. eundem montem Homolum dici ait, Theocritus eius etiam meminit in Thalyſia.

omophagia, Græcorum erant feſta, Bacchanalibus haud abſimilia, de quibus Arnobius libro 5.

omphace, vrbs Siciliæ: Gentile, Omphaeçus Steph.

omphale, nomen reginæ Lydiæ, cui Hercules propter amorem ſeruiuit, multiſque ab ea muneribus eſt donatus, quòd ad Sangarim fluuium, ſerpentem multos homines interficientem interemiſſet. Hæc, vt tradit Donatus in Terentium, ipſum Herculem ſibi ſeruientem etiam ad lanificium compulit, cùm ipſa calathum & colum cultúſque fœmineos, ſagittis & claua leoniſque tegmine mutaſſet. Alij dicunt, quod ob Iphiti Euryti regis filij cædem à Mercurio, iuſſu Iouis, Omphalæ Lydorum reginæ fuerit in ſeruitutem venditus, & inde eſſe, quòd illi ſeruiſſe, & calathos ſubminiſtraſſe dicatur. Omphale iſta fuit, quam Lydi obſcœna affecerunt contumelia (ea enim turpiter abuſi fuerant:) ob id in eos tyrannidem grauem exercuit, præteritáſque viciſſi percupiens iniurias, matronas, & virginem illorum in dulcem angulum (ſic enim obſcœnitatis ſpurcitiæque ſuę locum quendam amœnum vocitabant) coniectas, & concluſas, omnimodæ ſanè libidini expoſuit, & ab eorundem etiam ſeruis illudi conſtupratiuè coëgit: eóque vltionis modo ab illis præteritarum contumeliarum ſumpſit pœnas Leonic. lib. 3. cap. 96. Vide Hydè.

by Google

Omphalium, locus Cretæ prope Thennas & Onoſlum. Aliud Theſſaliæ. Gentile, omphalites, Steph.

omrai, pater Amri, 1. Par. 9. Lat. dicens, vel loquens, aut exaltans, ſiue amarus, aut Syriacè, agnus.

O N

on, ciuitas Samariæ. Vide Heliopolis.

onaba. Vide Onobalistvria.

onam, filius Soba filij Seir. Horræi, Gen. 36. filius itē Ieremeel ex Atara vxore. 1. Paral. 2. Lat. dolor, aut fortitudo, ſiue iniquitas eorum.

onan, filius Iudæ ex Sue vxore ſua. Gen. 38. Lat. dolor, ſiue iniquitas aut fortitudo.

onæum, Illyridis oppidum. Ptolem. Liuius lib. 44. oæneum vocat, & ad Artatum fluuium ponit in Peneſtia regione proximè Labeatibus. Sophianus dicit *Cabo Cumano* appellari in Liuio Italico Iacobi Nardi. etiam *Sabicnello* & *Ciuiſo* vocatur.

oncæ, portæ Thebarum. Nam onca ſecundum Phœnices, Mineruaeſt. Steph.

oncæ, ciuitas Arcadiæ, Iſac. in Lycophr. oppidum Thebarum eidem: & pagus Bœotiæ, Phauorino.

oncæum, parua regio Arcadiæ ab Onco illic dominante. Incola, oncæus. Steph.

onchesmus, Epiri portus. Ptolem. *Santi quaranta*, Nicolao. onchimus vocatur Straboni. Echinus Plinij eſſe vult Villanouanus.

onchesti, palus. Vide Copais.

onchestus, filius Neptuni, qui Oncheſtem ciuitatem Micaleſſo promontorio propinquam condidit, de quo ſuo nomine appellauit. Vide Cope & Megareus.

onchestus, Bœotiæ vrbs, non procul à lacu Copaide, vbi Amphyctionum concilium cogi ſolet. Strab. lib. 9. Condita putatur ab Oncheſto heroë, Neptuni filio & ab eo nomen accepiſſe. Homer. in nauium Catalogo.

onchestus, locus in finibus Thebanor. Hom. Iliad. ὀγχηστὸν θ' ἱερὸν ποσιδήιον ἀγλαὸν ἄλσος, in Haliartorum regione templum eſt, ab Oncheſto Bœoto, conditum, teſte Heſiodo. Eſt & vrbs Bœotiæ Pauſan. lib. 9. Apollonius Rhodius magnam vrbem eſſe ſcribit inter Haliartos & Acræ phios, eſt etiam fluuius Theſſaliæ. Ciuis, oncheſtius.

onchobrice, inſula Arabiæ felicis. Plin.

onchoe, vrbs Phocidis: Gentile, Onchoæus vel oncheus.

oncium, Arcadiæ regiuncula. Pauſan.

ondicæonæ, Galliæ Lugdunenſis populi, Andegaui, Plin. Andes, Cæſari hodie. *Angeuin*, Gall. Andi cani habent quædam exemplaria Latina malè. Andecaui ſunt Tacito. Andegauenſes vulgari Latino vocantur: vulgò *Aniou*.

oneabates, vrbs Ægypti. Steph.

onenſes Hiſpaniæ citerioris populi. Plin.

onesicritus, philoſophus & hiſtoricus Æginenſis: vt autem Demetrio Magneſio placet, Aſtypalæus è Diogenis ſchola ſimilitudinem quandam cum Xenophonte habere videtur: vt enim hic cum Cyro, ita ille cum Alexandro militauit: Xenophō Cyripædiam, Oneſicritus Alexandri incunabula & originem ſcripſit. Similiter & vterque Principis ſui perſequitur laudes, ſtylus inſuper vtriuſque ſimillimus. Diogen. Laërt. Fuit item medicus.

onesimus Cyprius, ſeu Spartiata tempore Conſtantini Magni, ſcripſit de Rhetorica, De ſtatuum differentia, Præexercitationes, Declamationes, & alia, Suidas.

onesiphorus, vir quidam fidelis. 2. Tim. 1.

oneuatha, Phœniciæ vrbs, lib. Notit.

oniabathes, vrbs in Ægypto. Steph.

onias, ſummus Sacerdos apud Iudæos, 1. Machab. 12.

onna, emporium fœlicis Arabiæ: Gentile, onnæus. Steph.

ono, ciuitas quam ædificauit Samad filius Elphaal. 1. Paral. 8. In 1. Eſd. 1. & 2. Eſd. 6. fit mentio vallis Ono Lat. dolor, aut fortitudo, ſiue iniquitas eius.

onoba, ciuitas inter ſacrum promontorium & Herculeas columnas. Plin. lib. 3. cap. 1. & Pom. lib. 3.

onobala, vide Aceſine.

onobalisturia, Ptolemæo libro 2. capite 4. Hiſpaniæ vrbs, alio nomine Onobaluſturia. vide Oſſonaba.

onochonus, Theſſaliæ fluuius, vnus ex ijs quos Xerxianus exercitus traditur ebibiſſe. Herodot. Theſſaliæ fl. Plin.

onochonus, vocatur etiam Horcon. Mar. Nigro, qui addit eum fluuium Cithareſium à Græco poeta vocari.

Onogoris, Golchidis vrbs, ſic dicta, vt refert Agathias, ab Hunnis qui & Onogori vocabantur ibidem prælio victis, ſed quòd B. Stephani protomartyris in eadem templum ædificatum fuit, ex eius nomine *Diui Stephani* vocari inſtituerunt.

onogunduri. vide Bulgari.

onomacritus, ſortilegus fuit apud Athenienſes, & Muſæi ſocius, quem Hipparchus Athenis expulit. Author Herod. in Polihym.

onophrius, vir quidam, qui vſq; adeò ſolitudinis erat amator, vt annis LX. hominē nō videret: vnde & ex ea illa ſolitudine agreſtis adeò factus eſt, vt ſuperiore corporis parte totus & barba & capillis tegeretur, pudendis arborum cortice & folijs coopertis. Vixit annos LXX. herbis & baccis ſylueſtribus contentus, Eidem

cœli à

cœlitus quotidie dimidiatus panis afferebatur, vt Paulo. Hunc cùm reperiſſet Panutius, extimuit, Satyram eſſe ſuſpicatus.

Onthyrion, vrbs Theſſaliæ iuxta Armen. Gentile, Onthyrieus. Steph.

onugnathos, id eſt Aſini maxilla, Laconicæ promontorium eſt apud Ptolemæum. *Xili* Nigro vocatur. idem ſcribit hoc ab Halicarnaſſeo Cinæthium dici. v. Melea.

onuphis, vrbs celebris Ægypti: Ciuis, Onuphites. Steph.

onus. vide Heratis.

onychion, locus Cretæ, ab vngue anchoræ in eum infixo, cùm Amiclæi coloniam miſiſſent. Steph.

onytes, nomen viri proprium, quod Donatus, inquit Seruius, dicit aut gentile eſſe, aut Patronymicum: ſed hoc non procedit, quia neq; patronymicum in res, exit: neque Onytes à qua gente veniat vſquam lectum eſt. Proprium ergo eſt, &c. Hæc Seruius in 12. Æneidos.

O O

ooli, pater Zabad. 2. Par. 11. Heb. oholli. Lat. deprecans ſiue expectans aut incipiens, vel dolens, ſiue frater mihi.

ooliab, filius Achiſamech. Exod. 31. Lat. tabernaculum, vel tentorium patris, aut ſplendor patris.

oolibama, vxor Eſau. filia Anæ. Gen. 36. Ciuitas Idumæorum principum. Gene. 36. 1. Par. 1. Lat. tabernaculum vel tentorium meum excelſum, ſiue ſplendor excelſorum.

oonæ, inſulæ in Oceano Septentrionali, in quibus vt Plin. refert lib. 4. cap. 13. ouis auium, & auenis incolæ viuunt. *Alandt* Mercatori vocantur hodie, in fronte Finlandiæ ſitæ. Becanus autem *Eeginfort* (pro *Eyerfort*, vt ipſe putat dictum) pro his ſupponit. Cæſari etiam populi ſunt ad exitum Rheni in Oceanum, quos ouis auium viuere ſcribit. Hos *Eyerlandt* (quod ſonat ouorum terra) inhabitare hodie creditur.

Opanæ Ptolem. Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs ad ſinum Barbaricum. *Opin*, Gerardo Mercatori in ſua Europæ tabula. ſed *Opene* habent Græci codices.

ooxellum, Britanniæ inſulæ vrbs Ptole. lib. 2. cap. 3. Vxellum aliis dicta, hodie Ceſtria: vulgò *Chiſtre, Vochreſtre*.

oozam, filius Aſhur ex Naara vxore ipſius. 1. Paralip. 4. Lat. apprehenſio eorum, ſiue poſſeſſio aut viſio eorum.

O P

opalia, dies feſtus, Opi deæ dicatus. Et erant poſt Saturnalia, vel eodem die quo Saturnalia, quoniam Opem Saturni coniugem eſſe crediderunt.

opharus, fluuius Sarmatiæ Aſiaticæ qui in Lagoum defluit.

ophar. vide ophir.

ophel, nomen muri, 1. Paral. 27. & 33. aut potius turris Ieroſolymæ, non procul à templo. 2. Eſdr. 3. Lat. turris, aut obſcuritas, vel nebula.

opheltius, vide Apeſantus.

opheltes, filius fuit Lycurgi regis Thracum, alio nomine Archemorus à ſerpente necatus. Vide Hypſiphile.

ophera, ciuitas in tribu Beniamin, Ioſ. 18. Lat. puluis, aut plumbus, vel hinnulus.

ophi, nomen viri, Ierem. 40. Lat. laſſus aut valens, vel Syriacè Plicatus, aut folium.

ophim, filius Beniamin. Gen. 46. Lat. thalamus ſiue coopertus, aut littus maris.

ophioneus, Meſſeniorum vates, qui à natali die lumine captus, publicè & priuatim futura prædicere ſolitus eſt.

ophiogenes, genus hominum in Helleſponto, quos Crates Pergamenus ſcripſit, ſerpentum ictus tactu leuare ſolitos, & manu impoſita venena extrahere corporibus. Plin. libro 2. capit. 2.

ophion, ſocius Cadmi ex illis qui è dentibus ſerpentinis nati fuerunt: ideóque & nomen habet à ſerpente, qui Græcè ὄφις dicitur.

ophion, vir, qui cum Eurione vxore, quam genuit Oceanus, ante Saturnum rerum potitus eſt, quem Saturnus fugauit. Claud. 3. de raptu Proſerp. Vide infrà ophyon.

ophiophagi, Æthiopiæ populi, qui Candei vocantur. Plinius.

ophir, i. cinis vel incineratio, aut fructificatio, filius Iectan. Gen. 10. Inde ophira regio. 3. Reg. 9. quæ, vt refert Ioſeph. lib. 8. etiam aurea terra nūcupatur. vnde autem ophirizum, quod obrizum vocant. Quidam Auream, Cherſoneſum eſſe exiſtimant, i. omnem eam oram quæ Pegaſiis, Malaca & Sumatra continetur. Cephala eſt aliis. Goropius, Arias Montanus & alij Peruanam regionem nuper inuentam eſſe autumant. Regio illa aurifera ophir etiam ſcribitur in ſacris literis celebris, vnde Salomoni aliiſque Hebræorum regibus ternis annis (vt 2. Paral. cap. 9. habetur) magna vis auri aduehebatur. Sed vbi terrarū ſita ſit hæc regio, & an alio etiam nomine cognita eſſet, hactenus ignoratum fuit. Ioſephus eam in India ponit, & Terram Auream ſuo tempore vocatam addit. Eupolemus auctor apud Euſebium libr. 9. cap. 4. præparationis Euangelicæ, Vphem appellat, & dicit inſulam maris Rubri eſſe, & naues cogi tele e Melanis Arabiæ vrbe. Heſon Gabes vocat hanc ſacra ſcriptura. etſi Epiph.

Digitized by Google

Ailon dici in ſacris literis prodat. Hinc Marius Niger eam Auream Cherſoneſum Ptolemæi interpretatus eſt, non parum enim ad terram auream alludit, & Rubri maris huc vſque pertingere, ex claſſicis auctoribus poteſt doceri. ſed hanc Cherſoneſum auri diuitem olim fuiſſe nemo veterum auctor eſt. Cephalam Æthiopicam regionem pro Ophir malunt quidam accipere, vt colligunt ex eius Annalibus. Thomas enim Lopeſius in ſua Indica nauigatione tradit Cephalenſes habere libros patria lingua ſcriptos in quibus legitur Salomonem regem hinc tertiò quoque anno aurum tuliſſe. Abundátque hæc regio etiamnum hodie aurifodinis, adeò vt nihil præter aurum, vt Luſitanorum peregrinationes teſtantur, exteris mercatoribus communicet. Poſtello *Peru* videtur, cui ſuffragatur Goropius in ſua Hiſpania: idem affirmat Arias Montan. Edidit tamen Gaſpar Varrer. Luſitanus nuper opuſculum, de Ophyra regione, in quo conſtanter aſſeuerare, multiſque argumentis perſuadere conatur, Sacræ ſcripturæ Ophyram, eſſe Auream Cherſoneſum, aut potius omnem eam oram quæ Peguſiis, Malaca & Samotra continetur. Pro Ophir. Ophar legit Ioannes Tzetza, & inſulam ſiue peninſulam auream in India eſſe dicit.

Ophis, Arriano fluuius Cappadociæ in Pontum Euxinum defluens. Stukius eum Opharum putat, quem Plinius in Lagoum amnem ſe exonerare ſcribit. vide Salamis.

Ophitæ, è Serpente dicti ſunt quidam hæretici, qui Chriſtum arbitrabantur, ſed habebant etiam viuum ſerpentem, quem venerabantur & nutriebant.

Ophitea, nuncupatur ab Herodoto Phoceæ vrbs, quæ apud Pauſaniam Amphiclea nomen habet. Amphicæa ſine l legit etiam Stephanus.

Ophites. vide Orontes.

Ophiucus, ſidus cæleſte, ſtellarum ſexdecim, quod poetarum Latinorum nonnulli verbum verbo reddentes, Anguitenentem appellarunt. Qui Aſtronomicum poeticum conſcripſerunt, Herculem eſſe putant: qui adhuc in cunis vagiens, angues à Iunone immiſſos manibus præfocauit.

Ophiuſa, inſula in mari Balearico, Ptolemæo. ex duabus Pytiuſis minor, nam maior Ebuſus dicitur, propter ſerpentum copiam inculta: inde & Colubraria à Latinis appellatur. Rhodus quoque inſula, aliquando propter ſerpentum copiam Ophiuſa dicta fuit. Strabo libro 14. Hinc Ophiuſius, ſia, ſium: vt Ophiuſia arua vide Cythnus. Libya, Rhodus, Tenos & Tyras.

Ophiuſa, inſula non procul à Creta, Plin. libro 4. cap. 12.

Ophiuſa, oppidum Sarmatiæ Europææ ad Tyram amnem, Plin. loco iam citato.

Ophial, filius Zabab filij Nathan filij Ethei, 1. Paral. 2. Lat. iudicans, vel orans.

Ophni filius Heli ſacerdotis. 1. Reg. 1. Hebr. Hophni. Lat. pugillus, aut cooperiens.

Ophni, nomen ciuitatis Ioſ. 18. Lat. volens ſiue laſſitudo, aut Syriacè, plicatio.

Ophra, filius Maonathi filij Othoniel filij Cenæ. 1. Paral. 4. Lat. puluis aut plumbum, vel hinnulus.

Ophrateus, Aſſyriorum rex xxxv.

Ophthys, vrbs Libyæ, Ægypto adiacens: Gentile, ophthites. Steph.

Ophyon, nomen proprium viri: qui ante Saturnum rerum potitus eſt, quem Saturnus fugauit.

Opiæ populi iuxta Indum fluuium. Steph.

Opici, Italiæ populi, quorum ſermonem confuſum eſſe aiunt: aliqui à ſerpentibus dictos volunt. Steph.

Opigena, ab Ope dicta eſt Iuno, quam matronæ colebant, quod eam ferre opem in partu laborantibus credebatur.

Opilio, conſul cum Vincomalo, anno ab vrbe 1206.

Opilius Macrinus, cum Diadumeno filio imperator ab exercitu ſalutatus poſt mortem Caracalli, annum aut non multò diutiùs in imperio fuit: ab exercitu enim vterque interfectus eſt.

Opinum, Corſicæ inſulæ oppidum. Ptolem.

Opis, huius opis. Nympha, Dianæ comes. Virgilius libro 11. Eſt item nomen ciuitatis, iuxta quam Tigris influit in mare rubrum. Strab. lib. 2. & Herod. lib. 1.

Opiſina, Thraciæ vrbs mediterranea. Ptolem.

Opiter Virginius Tricoſtus, conſul, Cameriam cepit anno vrbis 253. ab eiectis verò regibus octauo.

Opitergium, Carnorum oppidum, Ptol. lib. 3. cap. 1. hodie *Oderſo*, Leandro, quod ſcribit Gaud. Merula, à Longobardorum rege Rhotario poſt longam obſidionem euerſum, eiúſque loco aliam vrbem conditam, & ab Heraclio Imp. Heracleam.

Opiter, Argiui propriũ, quem Hector in bello Troiano interfecit.

Opitulus, dictus eſt Iupiter, quaſi opis lator rebus dubiis & malis. Feſtus.

Opius, ponti Cappadocici vrbs.

Opizum,

Opizum, Thraciæ vrbs. Anton.

Opon, promontorium Cretæ in occidentem vergens.

Opone, vide Opane.

Opotura, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

Oppia, vna ex Veſtalibus, quæ conuicta ſtupri, viua defoſſa eſt; cuius ſcripſit epitaphium Stroza filius.

Veſtalis virgo, læſi damnata pudoris,
Contegor hoc viuens Oppia ſub tumulo.

Liuius li. 22. hanc Opimiam vocat.

Oppidium, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Ptol.

Oppidum nouum, vide Oppinum.

Oppinus, poëta patre Agelſiao, matre Zenodota, genere à Zerbo Ciliciæ ciuitate. Scripſit ἁλιευτικὰ & κυνηγετικὰ elegantiſſimis verſibus quæ Antonino imperatori Seueri filio obtulit: non ſine doctrinæ ſuæ maxima commendatione, obijt Zerbi, ſæuiente illic peſte.

Oppinum, Ptolemæo vrbs Mauritaniæ Tingitanæ. Rhabath Nigro dicitur Oppidum Nouum Antonini eſſe ſcribit Simlerus.

Ophraganeus, Aſſyriorum rex XXXVI.

Ops, Opis, filia Cœli ex Veſta, ſoror & coniux Saturni, quæ & ῥέα dicitur, Græco vocabulo, ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, quod eſt fluere: propterea quod terra rebus omnibus affluat. Eadem Cybele appellatur, vel à monte atque oppido Phrygio Cybelo, vbi ſacra eius primò inſtituta ſunt, vel ἀπὸ τῶν κυμβάλων, quibus in ſacris eius vtebantur ſacerdotes. Ops autem idcircò dicta putatur, quod terræ ope vita hominum ſuſtentetur. Vel ab antiquo adiectiuo Ops, quo veteres pro diuite vtebantur, quemadmodum contra inopem dicimus pauperem & egenum. Veteres enim quorum opes præcipuè in re pecuaria & agricultura conſiſtebant, terram huiuſmodi opum largitricem diuinis proſecuti ſunt honoribus, Opemque, hoc eſt, opulentam nuncupauêre.

Opſicella, Cantabriæ in Hiſpania vrbs Straboni, ab Antenoris ſocio ſic vocato extructa, hanc Nebriſſenſis quoque *Laſtiſima* appellari dicit.

Optatus, libertus Cæſaris præfectus claſſis ſub Tiberio Claudio principe, Scaros Carthio ad mare aductos inter oſtienſem & Campaniæ oram ſparſos diſſeminauit. Ab eo tempore frequentes in Italiæ littore inueniuntur, non ante ibi capti. Plin. li. 9. c. 17.

Optiletis, Minerua dicta eſt ab oculis, quos ὀπτίλους Dores appellant. Refert enim Plutarc. in vitis cùm Lycurgus diuitiorum luxum ſuſtuliſſet, diuitibúſque ob hoc factus eſſet inuiſus, quendam inſolentem hominem Alcandrum nomine alterum oculum Lycurgo eruiſſe, poſteáque Lycurgum in eius calamitatis memoriam Mineruæ templum ſtatuiſſe, quod Optiletim vocauit.

Opuntij, vide Locri.

Opurocarta, vide Taurus.

Opus, Opuntis, ciuitas Locrorum Epicnemidiorum non procul ab Aſopo, fluuio. Hinc Opuntius, tia, tium, vt ſinus Opuntius in Ægæo, Opuntij populi, Phocenſibus Bœotijs finitimi. Dicimus Opus, opuntis, & opois, vt annotat Vadianus. De Opuntis populis. Plin. lib. 4. Opuntem dictam ferunt ab opoente quodam oleo. Vide Ozolæ.

Opus, Achaiæ ciuitas: & alia Elidis. Ciues, Opuntij. Steph.

O R

Ora, Indiæ vrbs, ab Alexandro expugnata, Arrian.

Oraba, Oſrhoënæ regionis vrbs. Lib. Notit.

Oræa, Peloponneſi regiuncula, quæ poſteà *Alchepia* nuncupata fuit. Pauſanias in Corinthiacis.

Orani, gens in Sarmatia Aſiatica. Plin.

Orata, cognomen Sergij cuiuſdam, de quo Cicero in libris de Oratore.

Oratha, vrbs Meſenes, Tigride flumine incluſa, Gentile, Orathenus. Steph.

Oratianus, conſul cum Gadalaipho, anno vrbis 1119.

Oratorius, Alemanorum rex, ſub annum vrbis 1109.

Orbana, Dea quæ Romæ ad ædem Larium aram habuit. Plin. li. 2. c. 7.

Orbanaſſa, Pamphyliæ vrbs. Ptol.

Orbelia, regio ab Orbelo monte dicta.

Orbelus, mons in Macedonia, Plin. lib. 4. c. 10. Ab hoc Orbelia regio. Lazius cum *Karepnitza* vocat.

Orbeſiona, Armeniæ minoris regio. Ptol.

Orbilius Beneuentanus, grammaticus, tempore Ciceronis profitebatur, vir acer in diſcipulos, ac plagoſus propterea ab Horatio appellatus. Vixit prope centeſimum annum, amiſſa iampridem memoria, relicto ex ſeſe Orbilio, & ipſo grammatico. Tranquill.

Orbitæ, populi Indiæ. Steph.

Orcas, vel Orchas Vide Taruidum.

Orcelis, vrbs Hiſpaniæ. Ptol. lib. 2. c. 7. *Oriela* Cluſio. *Zamora* Nebriſſenſi dicitur, & Oceli vel Ocelis putat apud Ptol. legendum, vt ſcribit Vaſæus in Baſtitanis eſt.

Orchæ, Babyloniorum vrbs, iuxta paludes, & deſertam Arabiam. ptolem. libro 6. Vrchoa dicitur ab alijs. Ipſa eſt Vr a Chaldæorum Abrahæ

patria, aliàs Orchon.

Orchades, pen.cor inſulæ Oceani Septentrionalis vltra Britanniam & Hyberniam, numero triginta, ſecundum Pomponium, parum inter ſe diſtantes, non longè ab inſula Thule. Hodie parent regi Scotorum, Incolæ lingua Gottica vtuntur *Orkonas*, vulſiò & *Orcano* dicuntur.

orchalis, tumulus Bœotiæ in finibus Haliarti ad Heliconem vergentibus, qui poſtea Alopecus dictus fuit, auctor Plutarchus in vita Lyſandri.

orchanes, Turcarum imper. Pruſſiam Græcis Imperatoribus ademit, ſub an.ſalut.988.

orchanus Aſſyriorum rex, Achæmenidis filius, qui ex Eurynome coniuge Leucothoen filiam ſuſcepit, quam poſtea viuam defodit, quòd cum Sole concubuiſſet. Domitius in Commentarijs in Ibin Ouidij, & Ouid. ipſe 4. Metamorphoſ.

orcheni, ſecta quædam Chaldæorum Aſtronomorum.

orchimus, filiam habuit Cydippen. Stepha. in Lindo.

C. Orchius Tribunus plebis, tertio ante anno quam Cato Cenſor fieret, legem tulit de Senatus ſententia, quæ dicta eſt Orchia, qua præſcribebatur numerus conuiuarum. Macrob. libr. Saturnalium 3.

orchomenij, populi in Arcadia Pauſaniæ, quos ab Homero *Polimelos* dictos ſcribit.

orchomenus, Theſſaliæ fluu. antea Minyeus appellatus. Plin. li 4.c.8.

orchomenus, ſiue Orchomenum, Theſſaliæ oppidum, ad ſui nominis fluuium ſitum, olim potentiſſimum, vt pote cui & Thebani aliquando tributum pependerint. Strab. li. 9. *Diada* olim vocatam ſcribit Niger citans ex Euſebio hunc locum *Cecrops* in Bœotia Diadas condidit vrbem, quam Bœoti Orchomenum vocarunt. Minyeum quondam, nunc *Bœotium* vocant fluuium orchomenum, inquit Thucydides li. 4. & poſteà *Minterius*, vt tradit Strab. Sed eum cum Anigro Peloponneſi fluuio confundere videtur. Orchomenium locum non ſemel nominat Theophraſtus.

orcus, à veteribus inferorum deus eſt exiſtimatus, quem & Plutonem & Ditem patrem vocabant. Aliquando tamen figuratè pro ipſo inferorum loco ponitur.

orcia, vide Orgia.

orcus, Homero 2. Iliad. Theſſaliæ fluuius è Stygia palude profluens, aquis adeò pinguibus, vt Peneo fluuio, in quem illabitur, olei in modum ſupernatet. Hinc factus eſt locus fabulæ vt Orcus inferorum fluuius eſſe dicatur, cuius apud deos ſanctiſſimum ſemper habitum ſit iuramentum. Feſtus Orcum ab vrgendo dictum putat, quod ad mortem homines vrgeat. Alij ἀπὸ τοῦ ὅρκου, hoc eſt à iuramento, dictum malunt, quod nullum iuramentum apud ſuperos firmius eſſet, aut religioſius, quàm cùm per Stygiam paludem iurabant, aut per Orcum fluuium, qui ex Styge profluit.

orcus Moloſſorum rex, anno ferè ante Romam conditam 717.

orcynius, Theophraſto Leſbi mons, Ordinus dictus. Idem Theophraſtus Euonymum arborem ibi naſci perhibet. vide Hercynia ſylua.

ordæa, vrbs Macedoniæ: Gentile, Ordi & Ordæi. Steph.

ordiſſus, fluuius maximus Scythiæ, qui ab Oriente profluit: miſcetur cum Iſtro, Herod. lib. 3. Hungari eum *Craſſo* patria lingua vocant, vt ſcribit Peucerus *Ardeſcus* Heſiodi fortaſſe, eum enim Iſacius eius commentator Scythiæ fluuium facit.

ordinus, vide Orcynius.

ordolucæ, populi in Anglia, arduis montibus proximi apud quos, vt Tacitus ſcribit, Oſtorius dux Romanus Caractacum in Anglia imperatorem proſtrauit, alij Ordouices legunt.

ordonius, I. Hiſpaniæ rex, ann. ſal. 828.

ordonius, II. Hiſpaniæ rex, cùm quatuor nobiliſſimos totius Caſtellæ viros, per interpoſitam fidem circumuentos in carcere necaſſet, ſeditionem principum aduerſus ſe concitauit, qua & regno pulſus eſt, & magiſtratus conſtituti, qui totius regni negotia adminiſtrarent.

ordinius, III. Hiſpaniæ rex, ann. ſal. 926.

ordouices, ſunt populi in Anglia, arduis mõtibus proximi apud quos Oſtorius dux Romanus Caractacum in Anglia imperantem proſtrauit. Tacit. Lancaſtrienſes, Ceſtrenſes & Salopienſes ſunt. Humf. Lhuydo. Tacitus eorum quoque meminit, apud quem nonnulli Ordolucæ legunt, vt H. Boethius, qui eos *Beruuicum* habitare ait. Item Villanouanus qui eos pro montibus habet, qui medij inter Scotiam & Angliam ſunt. Hodie hi montes *Cheuiota* vocantur.

ordouicum, ciuitas, à qua Ordouices, quos Iulius Agricola debellauit. Tacitus in vita Agricolæ.

ordynum, vide Orcynium.

oreades, Nymphæ montium, ἀπὸ τοῦ ὄρους quod montem ſignificat. Strabo. lib. 10. Ouid. libro 8.

Talibus agreſtem compellat Oreada dictis.

Oreatæ, vide Braſiæ.

Orebatis, Ptol. lib. 6. c. 4, vrbs Perſidis in mediterraneis.

oreges, vnus ex colliculis Imai montis. Plin. li. 5. c. 13.

Oreni,

Oreni, populi Celtiberis proximi ab Auſtro.

oreos, vrbs Eubœæ: Gentile, Orites. Steph.

oreb, Mons Arabiæ qui & Sinai dicitur. Iuxta hunc montem Moyſes tractu virgæ è ſaxo ſummam aquarum copiam erumpere fecit in omnium Hebræorum ſalutem D. Hieronym.

oreb, vir Madianita à tribu Ephraim interfectus. Iudic. 7. & 8. Pſal. 84. Iſa. 10. Lat. coruus, vel ſuauis, aut fideiuſſor, vel commiſcens, ſeu veſpertinus.

oreb Petra, Iudic. 7.

orei. Vide Arabia.

oreine, inſula in ſinu Arabico, Arrian. in ſuo Periplo, *Marzua* forte hodie, teſte Ramuſio.

oreophanta, Indiæ intra Gangem vrbs Ptolemæo, *Rotas* Caſtaldo.

oreſitrophus, vnus ex canibus Actæonis, ita dictus ἀπὸ τῶν ὀρέων ἐτρέφετο. quaſi in montibus educatus. Ouid. 1. Metam.

oreſta. Vide Hadrianopolis.

oreſthaſium, Arcadiæ vrbs Stephano, quam Pauſanias poſtea Oreſtium appellatam ſcribit.

oreſtæ, populi in Moloſſia. Nam cùm Oreſtes inſania liberatus, præ pudore cum Hermione & Oreſte filio fugeret, in hanc terram peruenit: vbi ab eius filij imperio Oreſtæ nominati ſunt.

oreſte, vrbs, cuius Hecatæus in Europa meminit. Gentile, Oreſtæ.

oreſtes, Agamemnonis & Clytemneſtræ filius, ſic appellatus ob ferinam atque agreſtem, & quaſi montanam naturam: cui ſoror Electra necem parari ab Ægiſto, qui patrem Agamemnona interfecerat, matrémque conſtuprauerat, præuidens, ipſum per pædagogum in Phocidem clàm ablegat ad Strophium Phocenſium principem: qui Agamemnonis ſororem duxerat. Illic XII. annos moratus, cum pædagogo ſuo Argos rediit: vbi ſub ſpecie hoſpitum Phocenſium, quos Strophius miſerat, vt Oreſtis obitum nunciarent, intromiſſus ad Clytemneſtram, eam cum Ægiſtho adultero conſcia Electra in vltionem patris occidit. Sophocles in Electra, & Euripides in Oreſte. Deinde Pyrrhum quoque Macari ſacerdotis ope in templo Apollinis interficit, eò quod Hermionem Menelai filiam, ſibi priùs deſponſatam, rapuiſſet. Propter quæ ſcelera agitatus eſt furiis, quibus non antè purgari potuit, quàm ad aram Dianæ Tauricæ à Pylade perductus, perpetrata facinora expiaſſet. Vide Iphigenia. Amicum habuit Pyladem perpetuum omnium ſuarum profectionum comitem, periculorúmque omnium ſocium, cum quo tam ſanctè amicitiam coluit, vt alter pro altero mori non recuſarit. Cicero de Amicitia. Cùm ignorante rege Thonante, vter eorum eſſet Oreſtes, Pylades Oreſtem ſe eſſe diceret, vt pro illo necaretur. Oreſtes autem, ita vt erat, Oreſtem ſe eſſe perſeueraret: morſus à vipera, in Arcadiæ loco, quem Oreſtion vocant, moritur, Oreſtis corpus oraculi iuſſu refoſſum, ſeptem cubitorum fuiſſe monumentis traditur. Plin. libro 7. capite 9.

oreſtes, præfectus Sardibus, ſub Magorum imperio, Poſtea iuſſu Darij Hiſtaſpis interfectus. Is Polycratem Samiorum tyrannum in crucem egit. Vide Polycrates.

ores, XIII. rex Macedoniæ.

oreſtes, cos. cum Lampadio, an. ab vrbe, 1283.

oreſtes, cognomen familiæ cuiuſdam de gente Aufidia apud Romanos.

oreſthaſion, vrbs Arcadiæ, ab Oreſtheo Lycaonis filio. Pauſanias libro 8. Ciuis, Oreſthaſius. Stephan.

oreſtia, vrbs Oreſtis, in monte ſupra Macedoniam eminente, in qua natus eſt Ptolem. Lagi filius, primus Ægypti rex. Ciuis, Oreſtieus, Alia eſt Arcadiæ Oreſtia, quam nonnulli *ὀρέστειον* vocant. Steph Vide Megalopolis.

oreſtiades. vide Hecatontachiria.

oreſtis portus apud Plinium eſt libro 3. cap. 5. *Rauageſum* appellant accolæ, inquit Gab. Barrius.

oreſtis, idis, pars Macedoniæ.

oretani, Ptolem. & Straboni ſunt Hiſpaniæ Tarraconenſis populi. Plinius eos Germanos cognominat. Eorum vrbs Ptolemæo *Oretum Germanicum* vocatur. Hæc hodie *Calatraua* eſt Cluſio. *Oreto* Morali circa Almagro oppidum. Hoc oretum videtur apud Stephanum *Oriſia* nominari.

oretæ, gens Indica Strab. lib. 15. poſt Arbim amnem Arianorum: quos Plinius libro ſexto capite ſecundo ait non Indorum, ſed propria vti lingua.

orethus, Siciliæ fluuius apud Pannormum Leander ſcribit hodie *Fiume de la muraglia* vocari, vide Eleutherus.

oretum. Vide oretani.

oreum, Plinio Eubœæ inſulæ vrbs. *Horeus* Ptolemæo vocatur. Pauſanias tradit eam quoque *Iſtiæam* vocatam. Thucydides *Hiſtia*, elegit. Camerarius in ſuis Homericis commentariis dicit eam priùs *Talantiam* dictam. Stephanus *Hiſtiæam* ſcribit, & ſuo tempore *Oropum* nuncupatum addit. Item ab Homero *Polyſtaphylon*. *Loreo* hodie Sophiano. vide Orieum.

oreus, dictus eſt Liber pater, à montibus, in quibus ei fieri ſacrificia ſolebant.

orexartes. vide Iaxartes.

orgalema, vrbs iuxta Iſtrum. Gentile, Orgalemeus. Steph.

organa, Ptolemæo inſula Arabiæ felici adi

Google

iacens, iuxta eius ſinum. Hermolaus putat à Pomponio & Plinio Ogyris vocari, (in qua Erythræ regis monumentum eſt.) Hæc Tyrrhina à Strabone vocatur. Pintianus quoque æſtimat eam ab Ariano in Indica hiſtoria *Hoaratta* nominari, ſed viderit num bene, nam ipſam Organam & ſtatim poſt ὀρεγάντα ponit ipſe Arrianus. *Cuone* hodie & *Alchoſan* Arabibus nominari vult Theuetus, idem autem, fortè malè eam *Serapidis inſulam* putat.

orgas. vide Politiceorgas.

orgaſi, Scythiæ populi ſunt intra Imaum Ptolem. *Organz*. Nigro dicuntur.

orge, fons nobilis in Narbonenſi prouincia In eo herbæ naſcuntur in tantum expetitæ bobus, vt merſis capitibus totis eas quærant. Sed illas in qua naſcentes certũ eſt nõ niſi imbribus ali. Plin. lib. 8. c. 22. ad finem. *Sorgus*, indigitatur Ioanni Poldo cui idem Sulgas Strabonis eſt. Hinc Varrerius etiam *Sorgue*, vocat. *Orge* à L. Floro *Vindelicus* dici, à Vindelo oppido quod præterfluit, annotauit Ioſephus Scaliger lib. 3. c. 2. eius meminit Florus.

orgempæi, vide Agrippæi.

orgia, orum, apud Græcos, teſte Seruio, primùm dicta fuerunt quæuis ſacra. Erat enim Orgiorum appellatio generalis, quemadmodum apud Latinos, Cæremoniarum. Poſtea tamen abuſiuè factum eſt, vt peculiariter hoc nomine Liberi patris ſacra nominaretur, ἀπὸ τῆς ὀργῆς, hoc eſt à furore, vt quidam putant, quod hæc præcipuè ſacra à mulieribus furore correptis celebrarentur, vel ἀπὸ τῶν ὀρέων, hoc eſt à montibus, in quibus potiſſimùm fiebant: ídque tertio quoque anno: vnde Trieterica dicta ſunt, id eſt, triennalia.

orgia, Ptolemæo vrbs Ilergerum in Hiſpania Tarraconenſi. *Atrarex* indigitatur à Varrerio. *Orgia* malè habent Latini Ptolemæi.

orgomanes. vide Dorgamanes.

orgomenæ, vrbs Illyriæ: Gentile, Orgomenius. Steph.

orgon inſula prope Thuſciam: Gentile, Orgomenius. Steph.

orgoneſos. Vide Vrgo.

oria. vide Vrgia & Vrium.

oriadas, Arabum rex Olymp. 191.

oribaſius & Sardianus, Iuliani principis familiaris à quo & Quæſtor Conſtantinopolitanus factus eſt. Scripſit libros medicinæ LXXII. ad Iulianum, eorum epitomen in libris nouem ad Euſtathium filium, de regno & de affectibus. Hæc Suidas. Eunapius verò Græcus author in libro Sophiſt. eius vitam pluribus ſequitur. Oribaſius ait Pergamenus genere in eloquentia pariter & medicina profeſſit, Iulianóque propterea vt medicus fuit acceſſitus. Inuidia deinde ſuccedentium principum bonis priuatus, ac in exilium ad Barbaros miſſus, animum philoſophi ſemper in calamitate retinuit. Tanta apud eas nationes gratia & opinione ob doctrinæ & medicinæ experimenta perſeuerauit, vt pro deo penè coleretur.

oribaſius, nomen canis apud Ouid. 3. Metamor. vocatur ita quod montes velocitate aſcendat: ὄρος enim mons eſt, βαίνω aſcendo.

oricos, ſiue Oricum, ſiue Orichos ciuitas Epiri à Colchis condita in confinibus Macedoniæ. Plinius libro tertio capite 23. iuxta quam naſcitur terebinthus, nigrum lignum habens, & ſolidum in buxi ſpeciem. Vnde Oritia terebinthus, apud Virgilium libro decimo Æneidos.

oricia. vide Epirus.

oricos Stephano, vrbs eſt in Ionio ſinu. Hecatæus in Europa, Oricum portum Epiri nominat poſt Buthrotum Oricij, inquit Polybius libro 7. primi ad dexteram occurrerunt in Adriaticum nauigantes. Hinc Oricia regio: & mulier. Steph.

oricum, Epiri maritima vrbs apud Ptolemæum. *Oreum*, eum vocare videtur Strabo. *Orcho*, Nigro, *Velona* Gerbelio putatur.

origenes, autor eccleſiaſticus, cuius dogmata damnata ſunt, cum in varios errores inciderit, quos Auguſtinus libro de Hæreticis commemorat. A quo Origeniani dicti ſunt, qui eos imitantur. Fuit & alius Origenes Adamantius cognominatus, qui virilia ſibi amputauit, ne moleſtam ſibi venerem experiretur. Imitatus Hierophantas Athenienſium ſacerdotes, qui ſorbitione cicutæ ſe caſtrabant, quo caſtius in ſacerdotio viuerent.

origiacum, vide Rigiacum.

origo Arbuſcula, & Cythoris, nobiles meretrices eodem tempore fuerunt.

oringin ciuitatem in Meleſſum finibus deſcribit Liuius, in Gaditano tractu: hic fortaſſe Oritæ Polybij degunt.

orinus. vide Erineus.

orion, onis, Iouis, Neptuni & Mercurij filius ex vrina procreatus: de cuius ortu ſic fabulantur poëtæ. Tres hoſce deos cùm terras peragrarent, ſuperueniente nocte ad pauperem quendam. Hyreum nomine, adueniſſe qui cùm benignè eos hoſpitio excepiſſet, bouémque quem vnum habebat, iis mactaſſet, Iouem hominis pietatem admiratum, optionem ei feciſſe petendi quidquid vellet: cúmque ille reſpondiſſet, ſe nihil æque cupere, ac filium vxorem tamen ducere nolle, quòd defunctæ coniugi fidem dediſſet, cælibem ſe inpoſterum vitam acturum: deos hoſpitis ſui votis obſequen-

ſequentes in bouis paulò antè immolati tergus lotium reddidiſſe, iuſſiſſeque vt id terra obrueret, nec ante legitimum tempus retegeret. Itaque decimo tandem menſe puerum natum eſſe, quem à re ipſa Vrionem vocauit, qui deinde literæ vnius mutatione dictus eſt Orion. Hic poſtea adultus, ſtrenuus venator extitit, Dianæque adhæſit. Verùm cum corporis robori plus ſatis fidens, iactitaret nullam eſſe feram, quam conficere non poſſet Terra hominis inſolentiam non ferens, ſcorpionem peperit, cuius ictu Orion interiit, Diana autem comitis ſui necem ægrè ferens, in cœlum eum tranſtulit, & iuxta Tauri ſidus conſtituit. Contrà tamen Lucanus ſcorpionem hunc à Diana immiſſum tradit, aliorúmque deorum miſeratione in cælum fuiſſe tranſlatum. Horatius autem Dianæ eum vim inferre voluiſſe tradit; ideóque telis eius confoſſum occubuiſſe. Conſtat autem Orionis ſidus ſtellis omnino ſedecim, quarum tres in capite ſitæ ſunt, in vtroque humero ſingulæ, in cubito dextro vna, in manu vna, in zona tres, in gladio item tres, ſed obſcuriores, in vtroque genu, ſingulæ lucidæ; in pedibus quoque ſingulæ, ſed obſcuræ. Creditur autem hoc ſidus ex ortu ſuo maximas concitare tempeſtates. Vnde Nimboſum Orionem appellat Virg. 1. Æneid. Seruius autem hanc fabulam longè aliter tractat, dicens, Oenopionis Siciliæ habitum eſſe filium, qui cùm Candiopen (quam Chriſtophorus Landinus Meropen vocat) ſororem vitiaſſet, à patre excæcatus eſt. Conſulto igitur oraculo reſponſum accepit, Si per pelagus ad orientem pergeret, vt oculorum concauitates ſemper haberet ſoli expoſitas, lumina recuperaturum. Quod quum facere conaretur, audito ſtrepitu ad Cyclopas peruenit, ex quibus vnum humeris ſuis impoſuit, cuius ductu in ſolem incidens oculos recepit. Heſiod. Neptuni & Euryales filium facit, & à patre datum fuiſſe, vt per ſummos fluctus incederet. Alij rurſus hanc fabulam diuersè tradunt. Ferunt enim poſtquam oculis ab Oenopione priuatus eſſet, in Lemnum inſulam veniſſe, & ibi à Vulcano caballo accepto, ad ortum ſolis perrexiſſe, & ſic viſum recepiſſe, poſtea verò reuerſum Oenopionem vlciſci ſtatuiſſe, ſed quum hic à ciuibus ſuis ſub terra occultaretur, in Cretam profectum, vbi ob inſolentiam à ſcorpione immiſſo occiſus eſt. Sunt qui Græcè ab aquarum inundatione ſic dictum velint, quòd habet ortum hyeme, & mare ac terras tempeſtatibus turbet. ὀρίνω enim turbo & concito ſignificat. Plautus Iugulam vocat, quòd ſit armentorum gladius, ſtellarum fulgore terribilis. Hic ſi fulget, ſerenitatem, ſi obſcurat, tempeſtatem denotat. Orionis corpus in Creta, terra motu rupto monte inuentum eſt ſtans 46. cubitorum, quod alij Eetionis fuiſſe tradunt. Plin. libro 7. capite 19. fabulam Orionis ad naturalem philoſophiam doctè applicat, & explicat N. Comes, mythologiæ libro 8. capite 13.

Oriſia, vrbs Iberiæ: Gentile, Oritanus Artemidorus. Steph.

Oriſtides, inſulæ duæ ſunt in ſinu Arabico, Ptolemæo teſte, nonnulla Latina exemplaria Triſitides habent, quod in gratiam ſtudioſorum dicitur.

Oritæ, populi Indiæ liberi. Stephano ex Strabone lib. 15.

Orithos, Nympha, dicta, quaſi hortans ad curſum.

Orithea, vrbs inter Macedoniam & Epirum, vide Oricos.

Orithyia, Homero, filia Erichthei Athenarum regis, quam cùm Boreas adamaret, neque bona cum gratia nuptias eius poſſet impetrare, vi eam rapuit, raptámque tulit in Thraciam, & ex ea Zethen & Calaim ſuſcepit, qui cum Argonautis in Colchos nauigarunt, & Harpyias fugauerunt. Vide Calais. Hoc etiam nomine dicta eſt Amazonum regina, quæ Marpeſiæ matri ſucceſſit in regno. Iuſtin. lib. 2.

Oritæ, Arriano vltimi Indiæ populi ſunt. Eoſdem à Curtio Noritas vocari annotat Vulcanius. vide Oringin.

Oritani. vide Menteſani.

Oriundus vide Drilo.

Ormenius, Homero, Magneſiæ ciuitas. Plin. lib. quinto.

Ormiſdares, Perſarum rex, ſub annum ſalutis 273.

Ormus, Perſiæ inclyta ciuitas, ſitu elegantiore, ac vnionum copia, nulli vrbium ſecunda, ſita eſt in inſula, & omnibus maritimis ciuitatibus præferenda, abeſt à continenti, ſpatio duodecim mille paſſuum, aquarum potu ſuauium, annonæque mira caritas: inuehuntur fermè omnia quæ victum incolis ſuppeditant. Illinc itinere trium dierum leguntur conchæ, quæ pariunt margaritas venuſtiores, grandioréſque cæteris baccis. Expugnata eſt hæc vrbs anno 1560. à Luſitaniæ regis præfecto marino, qui eam Luſitanico regi ingens pondere tributum annuatim coegit.

Ornan, nomen viri 2. Par. 1. qui 2. Reg. 25. dicitur Areuna Lat. exultans, ſiue arca earum, aut lux filij, vel lux ſiue maledictio permanens.

Ornea, ſacra Priapi, quem Corinthij Orneum vocabant. Celebrabant hæc feſta Nymphę iuxta Colophonem.

Orneus, Ixionis & Nubis filius vnus ex Centauris. Ouid. 12. Metam.

Ornithiæ, Columellæ lib.11.c.2. venti Septentrionales.

Oroandes, mons, ait Plin. libro 5.cap.27. non longè ab Imao monte, imò vnus ex colliculis Imai.

Oroantis, aliàs Oroatis fluuius in ſinu Perſico Meridiem verſus. Ptol. lib 6.c.3. Plin. lib 6 c.2.

Oroates, Plinio Suſianæ fluuius oſtio difficili nisi peritis: amnem eius tractus eſſe maximum ſcribit Strabo. Ptolemęus *Ruates* habet. Ammiano *Vatrachites* eſt.

Oroba, Ptol. lib.6.cap.1. vrbs Aſſyriæ in mediterraneis.

Orobatis, vrbs Perſidis in mediterraneis. Pto. lib.6.c.2.

Orobis, Galliæ Narbonenſis fluuius Ptolemæo. *Obris* Pompon. vocat *Orb.* Cluſio hodie eſt.

Orodes, rex Parthorum, qui Craſſum Romanum cepit & occidit. Plut in Craſſo.

Orodes, apud Virgil à Mezentio interfectus

Orolaunum Antonino Galliæ Belgicæ oppidum. *Arle* Simlero eſt. *Arlum* pronunciant Galli. *Aran* Lunæ vocant recentiores Latini.

Oroſinades, fuit deus Perſarum. Plutarch.

Oromanſaci, iuncti pago (inquit Plinius) qui Geſſoriacus vocatur. Becano ſunt Flandriæ comitatus populi, quis *Odomari, Guines & Teruanam* oppida incolunt.

Oromedon, nomen eſt Gigantis apud Propert. lib.3. ſcribentem: *Te dicum vel Iouis arma canam cœlóque minantem Caeum & Phlegraeis Oromedonta iugis.*

Oronaim, duo vici, qua via eſt ad Aſſyrios, ſiue duæ vrbes Moabitarum: vna ſuperior, altera inferior, Iſa.15. Lat. iræ, vel furores, aut Syriacè libertates.

Orontes, fluuius Cœleſyriæ, qui non procul à Seleucia, Pieria & Libano monte naſcens, deinde terra abſorptus rurſus emergit in agro Apameno, & præter Antiochiam fluens, in mare Seleuciæ proximum defertur. Dictus Orontes de nomine eius qui primus ponte eum conſtrauit, cum antea *Typhon* diceretur. Strab. lib. 14. *Ophites* antea nomē habuiſſe, ſcribit Pomponius Lætus. *Minorem Iordanem* à nonnullis antiquis dictum ſcribit Mar. Niger, qui eum hodie *Soldino* vocari tradit. Oliuarius eum *Tarſato* appellat, Beniamin videtur eum *Pir* nuncupare. Theuetus dicit eum ab accolis *Oronz*, & à Perſis Beinelnaharaim nuncupatum. Vide Taurus.

Orontes, Lyciorum dux in bello Troiano, qui capto Ilio cum Ænea in Italiam nauigans, naufragio periit. Virgilius primo Æneid.

Orope, Eubœæ ciuitas, Apollinis templo clariſſima, Steph.

Oropitou Antonino, *Vrbiuentum* Procopio vt Leander habet, *Vrbeuetanum* legitur lib.2. de bello Gothico. *Herbanum* Plinij eſſe vult. Volaterranus, oppidum Tuſcię mediterraneum quod Leander *Oruieto* vocat. Latinis iunioribus *Vrbs vetus* dicitur.

Oropus (Gentile, Oropeus, vel Oropius) vrbs Macedoniæ, patria Seleuci Nicanoris: & alia Bœotiæ: dicta ab Oropo filio Macedonis, filij Lycaonis Et alia Eubœæ vrbs, quam alij *Graam* vocant: vel locus iuxta mare Eubœæ & Eretriæ. Alia in Syria iuxta Amphipolim à Nicanore cōdita, aut potius reſtaurata, & Oropus dicta ab vrbe Græcię eiuſdem nominis. Alia in Argo poſtea condita. Alia in Theſprotia, ſcilicet in Nicopoli. Thucyd. libro 2. Vide GRAEA. quæ in Syria conſtituitur. *Telmiſſum* etiam appellatur: quæ verò in Bœotia, *Zucamini* ab Alex Zardo dicta *Suſamino* habet Nardus *Coropo* fortè Nicandri apud Stephanum. Vide *Oreum* & *Tanegra.*

Orori ciuitas, 2 Reg 23 Lat. Montanus.

Oroſa, Mediæ vrbs quæ & *Alinza* Ptolemæo auctore. *Achiech* nunc vocatur, ſi bene Caſtaldus.

Oroſius natione Hiſpanus, hiſtorias Romanas ſcripſit ſub Arcadij & Honorij Cæſarum tempora.

Oreſbes, vide Scythæ.

Oroſpeda Strabonis, Ortoſpeda Ptolemæo, Hiſpaniæ Tarraconenſis mons. Carolo Cluſio *Sierra Morena* eſt, ſed Floriano *Sierra Molina*, at idem ſubiungit Oroſpedam pro ratione locorum diuerſa ſortiri nomina, neque vbique eodem nomine indigitari: cui accinit quoque Nauagierus in ſuo itinerario Italica lingua ſcripto, vbi illi hæc nomina attribui putat. *Puerto de la Tablada, di Ponfria, del Pito, di Soma Sierra, Palomera di Auila &c.*

Orpha, vxor Cheleon filij Elimelech Bethleemitæ. Ruth.1. Lat. ceruix, vel ceruicoſa ſiue ſuſcitatio oris, vel denudatio oris.

Orpheus, Muſicus & poëta inſignis, genere Trax, Calliopes & Apollinis filius: quanquam non deſunt qui Oeagri filium faciant, quem à Mercurio, ſiue, vt alij habent, à patre Apolline lyram accepiſſe ferunt, eaque tantum valuiſſe, vt illius cantu ſyluas & ſaxa moueret, fluuiorum curſum inhibuerit, feráſque notiores reddiderit. Eurydicem vxorem habuit, quæ Ariſtæum vim ſibi inferre volentem fugiens, à ſerpente occiſa eſt. Cuius mortem ægerrimè ferens Orpheus, accepta lyra ad inferos deſcendit. Plutonem que & Proſerpinam ſuo carmine tantopere demulſit, vt Eurydicem ſibi reſtituerent, ea tamen lege ne antè eam, quam ad ſuperos perueniſſet, intueretur. Quam legem

gem cùm ille amoris impotentia eſſet præuaricatus, Eurydice rurſus ad inferos retracta eſt. Quam iacturam ægrè ferens Orpheus, cœlibem deinde vitam agere ſtatuit: cúmque iam multas nuptias reiecisſet, alióſque inſuper à mulierum conſortio deterreret, atque in puerorum amores pelliceret, à Mænadibus inter Bacchi ſacrificia iuxta Hebrum fluuium occiſus & diſcerptus eſt, cuius membra paſſim per agros ſparſa, Muſæ collegerunt: dederuntque ea ſepulturæ: lyra verò & caput in Hebrum deiecta, ad Leſbum inſulam delata ſunt: vbi caput ab incolis ſepulturæ mandatum eſt, lyra autem in cœlum aſſumpta. Alij Orpheum, Ciconum regem, Oeagri (à quo Oeagrius appellatur) & Polymnias filium dicunt, atque cum Argonautis Colchos nauigaſſe, ideóque aſſumptum, quod iuxta vaticinium Chironis Sirenes præterire non poterant niſi præſente Orpheo. Orpheus & Linus, ambo diis geniti, muſici inſignes fuere, cùm alter eorum rudes atque agreſtes hominum animos demulceret, cantúſque ſuauitate non feras modò, ſed ſaxa etiam, ſyluáſque ducere dictus eſt. Vnde Horat. in Art. poët.

Syluestres homines, ſacer, interpréſque deorum
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus:
Ob hoc lenire tigres, rapidóſque leones.

Virgil. Ecloga 4.

Non me carminibus, nec vincet Thracius Orpheus,
Nec Linus, huic mater quamuis, atque huic pater adſit.
Orphei Calliopeia Lino formoſus Apollo.

Sunt qui duos Orpheos fuiſſe dicunt, quorum alterum Colchos nauigaſſe perhibens, De Orpheo plura, obſeruatu digna, vide apud N. Comitem mythologiæ lib. 7. c. 14.

Orpheus, vt Cecrops Ægyptius, vel Prometheus, quemadmodum ſuis locis notatum, literas Græcas reperiſſe dicitur.

Orphæus, phæa, phæum, idem quod Thracius Martialis.

Orphitus, conſul cum Priſco, anno ab vrbe 901.

Orphnæus, vnus ex equis Plutonis, à tenebris nomen habens.

Orrea, Ptolem. Libro ſexto capite nono, Britanniæ vrbs, vulgò *Neucaſtel, Moncaſtre*, vbi carbonum copia.

Orrhæa, Myſiæ ſuperioris vrbs, apud Ptolemæum, *Herreum Margi* eſt Antonino.

Orſata, Ptolemæo Armeniæ minoris vrbs Hanc arbitratur Simlerus apud Antoninum *Taniſa* vocari, ipſe autem legit *Horſa* ex Latinis codicibus fortè mendoſè.

Oriſia. vide Oriſia.

Orſilochus, filius Idomenei. Hic patrem ſecutus ad expeditionem Troianam. Quum per totum bellum ex voto omnia ſucceſſiſſent, in exitu rei ob inſolentiam, dum obſtaret totis viribus, ne ex præda capti Ilij ſors debita daretur Vlyſſi, ab eo occiſus eſt.

Orſilochus, Hom. lib. 5. Iliad. filius Alphei fluminis, qui lato gurgite terram interfluit Pyliorum. Eſt etiam Troiani cuiuſdam nomen: de quo Virg. lib. 11.

Orſon, vide Ocaſa.

Orthe, Plinio Magneſiæ ciuitas eſt, vel vt Straboni placet, Perrhæbiæ quæ quibuſdam, vt idem ſcribit, *Phalannæorum* Arx credita fuit. Vide *Hippia*.

Orthia Diana dicta eſt apud Lacedæmonios, in cuius ſacrificiis adoleſcentuli, qui *Bomonicæ* dicebantur, aris ſuperpoſiti contendere ſolebant, qui plura verbera ſuſtineret. Plutarchus.

Orthocorybantij, populi quidam Scythiæ in Aſia. Herod. lib. 3.

Orthopagos. vide Thurium.

Orthopolis, Sicyoniorum rex annis ante Romam conditam ferè 870.

Orthoſia, vrbs Syriæ. Ptol. lib. c. 15. hodie *Tortoſia*, priùs *Antaradum*.

Orthoſia, nomen loci. 1. Mach. 15.

Orthoſis, Dionyſio, *Orthoſias* Ptolemæo & Straboni *Orthoſia* Plinio: Phœniciæ vrbs: *Tortoſia* hodie vocatur, teſtibus Hermolao & Leandro.

Orthura, quæ & Sornagus, Ptolemæo libro 8. Geographiæ. Idem lib. 7. non videntur illi ſynonyma. ibi enim vocat Orthuram Sornagis regiam. Indiæ intra Gangem vrbs eſt, *Oriſſa* Caſtaldo dicitur.

Orton, Ptol. lib. 3. c. 1. Pelignorum vrbs, hodie Ortona.

Ortogardo maris, vide Dorgamanes.

Ortona. vide Hortanum.

Ortopla Dalmatiæ vrbs, Ptol. lib. 2. c. 17. Orpula hodie.

Ortoſpana, Paropaniſi in Aſia vrbs, quæ & *Carura* à Ptolemæo vocatur. *Candahar* hodie, vt Caſtald habet. vide Portoſpana.

Ortoſpada vide Oroſpeda.

Ortygia inſula in mari Ægæo, omnium Cycladum clariſſima, Apollinis alumna, templo & mercatu nobilis. Dicta Origia ab Aſterie Latonæ ſorore, primum in cothurnicem, quam Græci ὄρτυγα vocant, & deinde in hanc inſulam commutata. Nicander ab Ortygia oppido dictam putat. Hæc etiam dicta eſt Delos, quòd cùm antea ſub aquis merſa eſſet, Latonæ ſorori ſuæ tutum pariendi locum quærenti ſubitò ſe oſtenderit: nam δηλόω oſtendo ſignificat. Ab aliquib. præterea *pyrpyle* nominatur, ab igne ibi primùm reperto; ab aliis *Cyntia*, ab aliis *Aſte-*

via ab aliis *Cynatus*, teſte Plinio lib. 4. cap. 12. Vide Ouid. Metamorph. lib. 15. & N. Gomitem, mythologiæ lib. 9. cap. 6. vide Delus, Epheſus, Plemmyrium. Libya & Syracuſæ.

Ortygia, inſula in Sicilia, Syracuſanorum pars, reliquæ vrbi ponte coniuncta, quæ fontem habet Arethuſam. Hæc ex oppoſito Plemmyrij Siciliæ amnis ſita eſt. Virg. 3. Æneid.

Ortygia, Epheſus olim dicta. Steph.

Orus, Ægyti rex, ante Romam conditam annis plus minus 830.

Orus Apollo. vide Horus ſuprà.

Orxantes. vide Silus.

Orychion, locus Atticæ. inde Orychius.

Orygma, vide Barathrum.

Orix, locus Arcadiæ ad Ladonem fluuium. Pauſan.

O S

Oſaias, nomen viri. 2. Eſd. 12. Ier. 42. Lat. Saluator Domini, aut ſalus Domini.

Oſæa, Sardiniæ oppidum Ptolemæo. Simlerus dubitat num ſit *Otboca*. Antonini. *Salino* Nigro appellatur.

Oſca, dux Saxonum, à Britannis victus & interfectus, ſub annum ſalutis 492.

Oſca, Ptol. li. 2. c. 6. Hiſpaniç ciuitas Iſea dicta, vulgò *Cineſca*. *Hueſca* Cluſio. Oſco etiam eſt Bçticæ vrbs apud eundem Ptolemæum. vide Capua.

Oſcella, Lepontinorum in Alpibus Cotiis vrbs. Ptol. lib. 3. cap. 1. hodie *Secuſa*. *Thom* Germanis dicitur *Domo d'oſcella*. Scudo Caſtilioneo, Simlero & Vigenereo teſtibus.

Oſci, Italiæ populi antiqui in Campania, ab oris fœditate dicti. Vnde obſcœna verba, id eſt impudica, quia frequentiſſimus fuit Oſcis, libidinum ſpurcarum vſus.

Oſcophoria, Athenienſium ſacra erant, in quibus pueri ingenui pubeſcentes eligebantur, qui ferrent ὄσχας, id eſt, ramos ac palmites cum ſuis racemis in templum Mineruæ Sciriados. Heſichius Nicandri interpres.

Oſcus, Thuſcorum rex ſub annum ante Romam conditam 540 Eius inſigne fuit ſerpens.

Oſee, filius Ela. 4. Reg. 15. nomē item prophetæ filij Beeri, Oſea 1 filius Nun, Num 13 qui ibidē dicitur Ioſue à Moyſe. lat. Saluator, aut ſalus.

Oſi, Tacito Germaniæ populi. An hi ab Arauiſcis an Arauiſci ab Oſis in Pannoniam migrauere, idem incertum eſſe refert. Althamerus eos eſſe verſùs Sileſiam & Pannoniam refert. vbi hodie Oſel & Naiſſa oppida ſunt. Idem tamen poſtea ſcripſi eorum reliquias adhuc hærere in ripis Albis fluminis *Oſemburg* Vveſtphaliæ fortè Raynekio.

Oſiba, Ptolem. Albaniæ vrbs, eadem videtur à Strabone *Harmozica* appellari.

Oſicerda, Ptolemæo Heditanorum in Hiſpania Tarraconenſi oppidum, Plinius *Oſſigeraenſes* appellat. Sunt qui hodie *Oſſera* vocant, inquit Varrerius.

Oſiris Iouis filius ex Niobe, Phoronei filia licèt eum fuiſſe Ægyptium multis verbis referat. Diodorus Græcus hiſtoricus lib. 1. Hic, vt Græci & noſtri affirmant, quum Phoroneo auo in regno Argiuorum ſucceſſiſſet, & plures annos regnaſſet, Ægialem fratrem regno Achaïæ præfecit, ipſe verò maioris gloriæ cupidine in Ægyptum nauigauit & ea ditioni ſuæ ſubacta, Io (quam poſtea Iſidem vocarunt Inachi primi regis Argiuorum filiam duxit vxorem. Vbi, quum illa literas, Oſiris varias artes Ægyptios docuiſſet, ambo diuinos honores meruerunt. Tandem à Typhone fratre clàm occiſus, ab Iſide diu quæſitus, poſtremò apud Phialam iuxta Syenem laceratus repertus eſt, curauitque eum Iſis ſepeliendum in Abato, inſula eius paludis quæ Memphi proxima eſt: quam etiam Stygem, id eſt, mœrorem appellauit: nec niſi ſacerdotes, certis diebus, eóque mitratos eò accedere voluit: ſed cùm apparuiſſet Ægyptiis deinde bos quidam eximia ſpecie, Oſirim putarunt, adorauerúntque vt deum, & vocauerunt Apim, id eſt, bouem, eorum lingua. Idem & Serapis dicitur. Ferunt Oſirim apud Ægyptios muſtum, vinique vſum comperiſſe. Hunc Beroſus Iouem Hammonem fuiſſe dicit, patrem Libyci Herculis: cúmque toti orbi imperaſſe. Vide Apis. De Oſiri plura apud Plutarch. libro peculiari, qui extat.

Oſiſmi Cæſari, *Oſiſmij* Plinio & Melæ, quos *Timios* vocat Pytheus apud Strabonem qui eos quoque *Siſmios* appellat, Galliæ populi ſunt ad mare Britannicum. Cœnalis *Landreguet* nominat. Hos ſic deſcribit Marlianus Oſiſmi populi ſunt inter Geltas ex maritimis ciuitatibus Oceanum attingentibus, proximis Lexobiis, Vnellis, Nannetib Curioſolitis & Rhedonibus, horum littora Britannico ſunt mari aduerſa, vt refert Pomp. Mela. Gallicè, *Le pays de Landriguet en Bretagne*.

Oſochor, rex Ægypti, anno ante Romam, conditam circiter 170.

Oſorton, rex Ægypti, anno ferè 1[illegible] Romam conditam.

Oſquidares, populi ſunt Galliæ Aquitanicæ apud Plin. lib. 4. cap. 19.

Oſroeni populi, Herodian. ſub finem lib. 6. & principium 7. Liber Notitiarum etiam *Oſrhoena*, regionis Aſiaticæ, mentionem facit inter Syriam & Meſopotamiam, in qua inter alia oppida Cerculium nominat. Stephan. *Ze adotum* oppidum prope Nicephorium in ea collocat.

Oſſa, Italiæ fluuius in Tuſcia, Ptolemæo au-

ctore

ctore Marta eo loco hodie fuerê videmus. *archs.* Anton.

Oſſa, mons in finibus Theſſaliæ, Centaurorum ſtabulum, quem Seneca dicit Olympo olim fuiſſe coniunctum: Herculis autem opera abſciſſum, ab ea parte vbi per Tempe fluit Peneus fluuius. In hoc eſſe fertur tanta pinorum copia, vt in flexione, atque reflexione ramorum tonitrua referantur. Hinc Oſſæus, ſæa, ſæum, denominatiuum. *Olira* appellatur Pineto, *Coſſeno* autem Sophiano qui eundem quoque *Κιζζαῖον ὄρος* vocat. Polyænus li.4. Stratagematum, in hoc monte locum *Scalas Alexandri* dictum ſcribit.

oſſenburgum, ſiue Oſnabrugum, inſignis Saxoniæ ciuitas à Iul. Cæſare erecta. Duobus Canonicorum collegiis celebris: multum ſibi lucri ex cinericio & lineo panno comparat: ſub paucis annis munitior facta, ſitu amœnam obtinet vallem: amníque Haſa irrigatur. Carolus Magnus Saxonibus triginta trium annorum bello edomitis. Widekindi etiam arce, huic vrbi vicina expugnata, eáque impoſito præſidio firmata, decem in Saxonia epiſcopatus inſtituit, quorum præcipuum Oſnaburgenſem eſſe voluit. Summè etenim hanc vrbem, præ cæteris coluit, cui priuilegium nouæ ſcholæ conceſſit, in quo Græcæ & Latinæ literæ à viris doctis traderentur. Munſter.

oſſet quæ Iulia Conſtantia à Plinio cognominatur, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum eſt è regione Hiſpalis, *Triana* Pinetus interpretatur, *Seuilla la veia* Marinæus.

Oſſigitania, regio Hiſpaniæ Bæticæ vicina. Plin. lib.3.c.10.

oſſigi, quod cognominatur Laconicum Hiſpaniæ oppidum, conuentus Cordubenſis, Plin.

oſſonaba, Luſitaniæ ciuitas, Ptolem. lib.2. c.5. alio nomine *Siluera*, *Laſturia* à Plinio cognominatur. Pinetus *Gibraleon*, Cluſius *Exuba* in Algarbiæ regno, interpretatur. Varrerius autem ipſe Luſitanus *Eſtombar* vocat Algarbiæ vrbem. Hermolaus putat *Onobam* Pomponij eſſe: *Onoba* & *Senoba* diuiſum habet Strabo: ſed habet quoque *Onodaliſturia* vnica dictione.

oſteodes inſulæ, Siciliæ adiacentes ab ea parte, qua Africam ſpectat. Plin. lib.3.c.8.

oſtia, vrbs in oſtiis Tyberinis ſita ab Anco Martio condita (inquit Liuius) in ipſo mari fluminiſque confinio: vt totius mundi opes, illo veluti maritimo vrbis hoſpitio, reciperentur. Ab hac hoſtienſes dicti, & Oſtienſis ager, Ptol. lib.5.c.1.

oſtienſis porta Romæ, eo quòd Oſtiam verſus ducat. Ea nunc ſancti Pauli porta appellatur.

oſtidamiorum promontorium. Vide ſacrum promontorium.

oſtiones, populi ad Oceanum Occidentalem Stephano, quos etiam *Coſſinos* vocari ait Pytheas apud Strabonem eos *Oſtiæos* nominat.

oſtrogothi, dicuntur Gothi qui Orientem verſus habitant.

oſtracine, Ptolemæo Ægypti vrbs, quam Pinetus *Stragioni* vertit.

oſtraciſmus, ſpecies iudicij popularis apud Athenienſes. Heraclides ab Hippia tyranno, Piſiſtrati filio aduerſus eos qui tyrannidem appeterent, inſtitutum ſcribit. Ælianus verò à Cliſthene, quod veriſimilius videtur. Fuit enim ille tyrannorum inimicus acerrimus. Oſtraciſmus verò ad intolerandas ciuium liberæ ciuitati opes imminuendas, & ſuperbos eorum qui ſe excellentiùs in rep. gerere viderentur, frangendos ſpiritus, decem annorum exterminatio fuit. Eſt autem Ὀστρακισμὸς dictus ab ὀστρακὸν teſtula, quam nomen eius, quem pellere vrbe cupiebant, inſcriptam pro ſuffragiis ferebant. De hoc iudicio plura vide apud Plutarch. in Ariſtide, & Pollucem lib.18.

O T

Otanes Perſa, vir nobilis, vnus ex his cui cum Dario in Magum coniurarunt. Herod. lib.3. is oræ maritimæ à Dario præfectus, poſt Megabyſum, Byzantium, Chalcedonem, Antandrum, Lamponiam, Lembum & Imbrum cepit. Herodot. lib.5.

orene regio, vbi nullus pictor, nullus nummularius. Euſeb. 6. pr. Eu.

otha, dux Saxonum, à Britannis prælio victus, & interfectus, ſub annum ſal. 921.

othei, filius Ammiud, filij Amri, 1. Paralipom. 9. Lat. tempus vel hora mea, aut iniquitas mea.

othir, nomen viri 2. Par. 25. Lat. excellens ſiue reſiduus, aut remanens.

othni, nomen viri. 1. Par. 26. tempus, ſiue hora mea.

otho Syluius, ex Hetruſcorum regum genere eques Romanus, Galba Imperatore iugulato per ſcelus adeptum imperium, cùm aduerſus Vitellium tueri non poſſet, ſibi vim attulit, vir per totam vitam paulò mollior, in ſola morte fortis viſus. Plutarc. Tacit.

otho, Iunior, Rom. Imperator, ſub annum ſalutis 962. Ioannem Pontificem Roma pepulit, Leonem creandum curauit: quem poſtea à Romanis pulſum, obſeſſa & capta vrbe reſtituit pulſo Benedicto V. Saracenos expulit Italia.

Otho II. Rom. Imper. Bauaros rebelles ſubegit. Græcos Imperatores adortus, ab iis Saracenorum auxilio victus, cum ſcapha effugiſſet, ac

nimi dolore interiit.

Otho III. Rom. Imperator, aduerſus Creſcentium in Italia præclare ſe geſſit. Ferrando Flandriæ Comiti aduerſus Frances auxilio veniens, ingenti prælio victus, vix effugit, capto Ferrando, amiſſóque pænè omni exercitu.

otho V. ex Saxonum duce imperator factus, cum Pontificis Romani ditionem inuaſiſſet, à Pontifice deuotus & imperio pulſus, obiit tertio imperij anno.

otho, Germaniæ rex ſub annum ſalutis 918. Bauaros, Bohemos, Hungaros, frequentiſſimis cladibus affecit.

otho, Bauarorum dux Hungariæ rex factus, à Ladiſlao Tranſſyluaniæ præfecto captus, & in carcerem coniectus eſt.

othocarus, Bohemiæ rex circa annum ſalutis 1271.

otholia, filius Ieroam. 1 Paral. 9. Lat. tempus ſiue hora Domini.

othomanni, Turcarũ imperatores dicti ſunt, ab Othomanno quodam, qui primus eius gentis imperator fuit. Chron. Turc.

othoniel, filius Cenez, frater Caleb. Ioſ. 15. 1. Paral. 4. quartus dux Iſraëlitarum. Lat. tempus Dei ſiue hora Dei.

othronus, vrbs, vel inſula ad Meridiem Siciliæ, aut, ſecundùm alios, Melitenæ. Incola, Othronius. Steph.

othryades, Spartiata fuit, qui quum inter Argiuos & Spartiatas conueniſſet, vt trecenti vtrinque delecti de agro Tyreate inter ſe decernerẽt, & vtri ſuperiores extitiſſent, earum regio foret: vnus hic tantùm victor è Spartiatis ſuperfuit. Quum duo qui ex Argiuis reliqui erãt, fugiſſent, caſtris ſuorum relictis aiunt, Othryadem, ſpoliatis priùs hoſtium corporibus, & ad ſua caſtra relatis armis: deinde erecto trophæo, cruoréque ſuo inſignito & Ioui dicato & in ſcuto ſuo quum adſcripſiſſet Vici, quum puderet Spartam reuerti ob ſocios interfectos, ſibi mortem conſciuiſſe. Valer. lib. 3. c. 2. Plut. & Ouid. in Faſtis.

othrys, Theſſaliæ mons, non procul ab Œta Centaurorum olim ſedes & Lapitharum, Strabo libro 9. vide Homole.

othus. vide Otus.

otides ... pars Cypriorum. Steph.

otreus, Ciſſei filius, frater Mydonis & Hecubæ & patruelis Polymneſtoris Porphyrius in 3. Iliados.

ottatus, rex Bohemiæ, qui ignauiæ inſimulatus & timoris ab vxore, quòd cum Rodulpho Cæſare fœdus iniiſſet, bellum mouit, in quo profligatus eſt.

ottorocorra, Sericæ regionis vrbs apud Ptolemæum. *Salgora* videtur Mercatori. Mons eſt eiuſdem nominis in eadem regione apud eundem Ptolemæum. *Ottorocorra* populi etiam ſunt eiuſdem regionis. Ptol. quos Plinius *Attacoros* appellat, auctore Villanouano.

otus, Neptuni filius ex Iphimedia Aloei vxore frater Ephialtis, quos poetæ fabulantur nono ætatis anno in nouem iugerum altitudinem excreuiſſe, quo corporis robore freti, auſi fuerunt etiam diis bellum mouere, montéſque montibus imponentes, cælum ipſum oppugnare, donec Apollinis telis confixi temeritatis ſuæ pœnas dedere. Hom. 11. Odyſſ.

otys, Paphlagonum rex qui à Perſis ad Ageſilaum defecit. Xenoph. lib. 4.

O V

P. Ouidius Naſo Poeta, Sulmonenſis patria, vt ipſe de ſe teſtatur & Eques Rom. natus eſt Hirtio & Panſa Coſſ. Inſtitutus Latinis literis patris iuſſu ad Oratoriam facultatem ſe dedit, à quo tamen inſtituto, poſtea factus arbitrij ſui, reſiluit, totóque pectore Poëticam, cui natus videbatur, amplexus eſt. Scripſit complura poëmata vulgò nota, ex quibus dolendum eſt interiiſſe opus Halieuticon, Medeam, & ſex libros Faſtorum poſteriores, vxorem habuit poſt vnám & alteram repudiatam, Fabiam Pætillam, forma & integritate morum præſtantem. Suſtulit & filiam, ex qua bis auus factus eſt. Relegatus demum ab Auguſto Cæſare Tomos in Pontum, ibidem deceſſit anno principatus Tiberij quinto, exilij ſui nono, in quem annum ſcriptores & Liuij & Germanici Cæſaris obitum conferunt. Seneca declam. lib. 2. declam. 1. ſcribit ſe vidiſſe Ouidium declamantem apud Rhetorem Atellium. Fuſcũ, cuius auditor fuerat, vt Varronis admirator, habitúmque declamatorem bonum, verbis minimè licentèr vſum niſi in carmine in quo non ignorarit vitia ſua, ſed amarit. Rogatum enim aliquando ab amicis, vt tolleret tres verſus, illo contra tres excipiente, quum vtrique ſuos deſcripſiſſent, repertos eſſe eoſdem. Ex quo apparuit ſummi ingenij viro iudicium non defuiſſe ad compeſcendam licẽtiam carminum ſuorum, ſed animum, quum interim & hoc dictum vſurparet, decentiorem faciem eſſe, in qua næuus aliquis eſſet. Generum reliquit Cornelium Fidum. Monumentum Ouidij etiamnum extare legimus in recenti Laurentij Mulleri hiſtoria. Verſus Epitaphij ita ſe habent.

Hic ſitus eſt vates, quem diui Cæſaris ira,
Auguſti, Latia cedere iuſſit humo,
Sæpe miſer voluit patriis occumbere terris
Sed fruſtra hunc illi fata dedere locum.

Natalem Ouidij celebrat Martialis li. 9.

Ouinia lege ſancitum eſt: vt Cenſores ex omni ordine optimum quemque curiatim in ſenatum legerent: Quo factum eſt vt qui præteriti eſſent & loco moti, haberentur ignominioſi

nioſi. Nam antea præteriti ſenatores in opprobrio non erant, quum vt ante Reges ſibi legebant ſublegebántque quos in Conſilio publico haberent, ita poſt illos exactos, Conſules quoque & Tribuni militum conſulari poteſtate, coniunctiſſimos ſibi quoſque Patriciorum & deinde Plebeiorum legebant. Sext.Pomp.

Q. Ouinius quod lanificio textrinæq; reginæ Cleopatræ Senator P. R. præeſſe non erubuiſſet, ab Auguſto Cæſare punitus eſt. Oroſius lib.6. cap.49. Eutrop.lib.1.

Ouinius Vatinij libertus roganti Ciceroni de valetudine patroni, recte ne omnia? quum reſpondiſſet. Recte: tum Cicero, ergo mortuus, inquit. Quintilian.lib.3.cap.4.

Ouinius Camillus Senator antiquæ familiæ ſub Alexandro imperatore, cui rebellionem molienti non modò pepercit, ſed gratias inſuper egit, quod curam reipubl. quæ recuſantibus bonis imponeretur ſponte reciperet. Lampridius.

Ouinius Paternus conſul cum Flauio Claudio Auguſto anno vrbis 1021. Aureolum vicit variis prælijs trecenta viginti Gotthorum millia cecidit.

Ouinius Gallicanus, conſul cum Septimio Baſſo, anno vrbis 1069.

O X

Oxeæ, inſulæ, eædem quæ Echinades, Stephano in Dulichio.

Oxeas, Herculis ex Megara filius. Bocat.

oxiane, Sogdianæ regionis ſtagnum Ptolemæo, *Chorasinum* à Barbaris dici refert Niger.

oxiani, Sogdianorum populi Ptolem. hoc nomine vocantur etiam *Chazarij* & *Cherſones* ab Oxo amne, qui eorum regionem interluit, teſte Tzetza. *Vzalcos*, Hebraice vocari ſcribit Montanus in ſuo Biblico apparatu.

oxos, Aſiæ fluuius, per deſerta Scythiæ fluens. Pomp.li.3. & Strab.lib.11.

oxipetra, quam alij *Ariamazi* vocant, inquit Strabo, qui eam inter petras ab Alexandro magno proditione captas, enumerat, ſic dicta fortè ab Arimazo Sogdiano (de quo Quint. Curt.li.7.) qui eam obtinebat.

oxonium, Latinis dicitur et Angliæ vrbs & celebris Academia, quæ hodie incolis *Oxenford*, & Britannis auita lingua, *Rhydychen* dicitur, & à quibuſdam *Caeruortigern* fuit nominata. Antiquum eius nomen ignoratur, inquit Lhuydus.

oxus, amnis ortus in lacu Oxia, inquit Ptol. ſiue Oxo, vt Solinus, eſt item Oxus Margianæ fluuius, apud eundem Ptole. *Gihon* Ramuſio, *Deiſtan* Nigro, *Xa* Pineto dicitur, ab incolis *Nicaprach*, à Perſis *Cappanach*, & ab Arabibus *Menarach* nominatur.

oxus, Plinio li.31.c.7. apud Bactros, amnis.

oxybij, Straboni & Stephano, Ligurum gens eſt.

oxydracæ, populi Indiæ: à quibus cum Alexandrum liberaſſet Ptolemæus, Soter, id eſt ſeruator, cognominatus eſt. Alij fabuloſa eſſe tradunt, quæ de Oxydracis feruntur. Stephan. Plutarchus lib.de Alexandri fortuna, horum populorum meminit. Vide Pandanorum Regio.

oxynthes, Athenienſium rex, ſub annum ante conditam Romam 390.

oxyrynchus, Stephano ciuitas Ægypto, dicta ab Oxyryncho piſce, qui ibi templum habuit. Cæterùm Ægyptij omnes Oxyrynchum piſcem colunt. Nam quædam animalia ſunt quæ Ægyptij vniuerſi colunt, quemadmodum ex terreſtribus tria, bouem, canem, felem: ex volatilibus accipitrem atque Ibin: ex aquatilibus duo, lepidotum, i. ſquammatum piſcem & Oxyrynchum, Strabo lib.7. Alij Oxyringium ſcribunt, ſed perperam.

O Z

Oza, Horti nomen, 4.Reg.21. nomen viri, 1. Para.6.& 8. Lat. fortitudo aut capra.

oza, filius Abinadab, 2.Reg.16.

ozan, pater Phaltiel principis tribus Iſſachar. Num.34. fortitudo, aut capra, earum.

ozazin, nomen viri, 1.Par.15.& 27. Lat. fortitudo Domini.

ozen-ſara, vrbs condita à Sara filia Ephraim, 1.Paralipom.7. Lat. auricula carnis, vel conſanguinitas, aut auricula fermentata, vel remanens, ſiue ſtatera carnis vel conſanguinitatis aut reſidui.

ozene, regia Tiaſtani Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolem. *Pali* Caſtaldo.

ozi filius Bocci filij Abiſue, 1.Paral.6. Filius item Thola filij Iſſachar, 1.Par.7. & 9. Lat. fortis vel fortitudo mea, aut hircus meus.

ozi, nomen viri, 2.Eſd.3.

ozia, filius Amaſiæ, regis Iuda, 3.Reg.16. qui 4.Reg.10. dicitur Azarios. Filius item Caath filij Leui. 1.Paralipo.6. Lat. fortitudo ſiue hircus Domini.

ozian, nomen viri, 1.Paral.6. Lat. fortitudo Domini.

oziel, filius Bela, filij Beniamin filij Iacob, 1.Paralipom.7. Filius Caath, filij Leui. Exod.6. & 1.Par.4. 1.Par.29. Lat. fortitudo ſiue hircus Dei.

ozni, filius Gad, filij Iacob. Num.16 Lat. auris ſiue auſculatio mea, ſiue ſtatera.

ozogardana oppidum Marcellino: *Zaragardia*. Polimo dicitur vterque ſcribit in eo Traiani tribunal oſtendi: circa Meſopotamiam videtur ſitum.

Ozolæ, Locridis populi, pars vna è trede-

cim quorum regio Ozolis.

Ozriel, pater Ierimoth, 1.Paral.27. Lat. adiutorium ſiue atrium Dei.

P A

PACATIANVS, Conſul cum Cæcilio Hilariano, anno vrbis 1084.

Pacatus Minutius, Grammaticus, qui ſcripſit de tragicis & comicis dictionibus, item de proprietate Atticæ & Doricæ linguæ.

pacheres, Athenienſis quidam belli peritiſſimus, qui Mitylenem & Leſbum de Perſis recepit. Olymp.89.

pachiri, montes in minori Aſia.

pachynus, ſiue Pachynum, promontorium Siciliæ, Peloponneſum ſpectans ab aëris craſſitudine nomen habens. Nam παχὺ pingue & craſſum dicitur.

pachomius abbas, ſeu pater eremitarum, in Scythia florebat: à iuuentute ad ſenium vſque optimè conuerſatus: quem neque circa corporis ſanitatem, neque circa animæ paſſionem dæmon aliquando decepit. Sozom. lib.8. c.6. hiſt. tripart.

pachiſos, fluuius Siciliæ, ciuilis ſanguinis notatus infamia.

pacidianus, gladiator nobilis, ſocium habens æqualem ſibi Eſeruium nomine, à quibus natum eſt prouerbium Eſeruius cum Pacidiano. Cicero de perfecto Oratore: A me autem (quò maximis minima conferam) gladiatorum par nobiliſſimum inducitur: Æſchines tanquam Eſeruius num ſpurcus homo, ſed doctus & acer, cum Pacidiano hoc componitur, optimus longè poſt homines natos.

pacinus, vnus ex nepotibus Volſinij regis, cognomento Luculli, à quo Pancinates Italiæ populi.

Pacorus, Suid. Orodis regis Parthorum filius eius qui Craſſum dolo circumuentum interemit. Quam maculam poſtea Ventidius Baſſus Antonij legatus deleuit. Pacoro cum toto exercitu ad internecionem cæſo.

pactia, eadem quæ Paros, inſula Cycladum, candido marmore nobilis, diſtans à Delo 37. M. paſſuum. Plin.li.4.c.12. Steph.

pactyes, agri Epheſij mons eſt, Mycalæ incumbens, in quem & Meſſogis terminatur, Strabo lib.14.

pactiæ, oppidum Thraciæ ad Propontidem, non procul à Cherſoneſo, Plin.lib.4 c.11. Sunt item Pactiæ inſulæ, in mari Lycio apud eundem lib.5.c.31.

pactius flumen, Plin.3.cap.11. quod ex monte Pactio oritur, vt refert Strab.lib.14.

pactolus, fluuius Lydiæ ex monte Tmolo naſcens, & per Sardianum agrum & Hermum influens. Alio nomine Chryſorrhoas, ab eo quod aureas trahat arenulas: in quo cùm ſe Midas rex lauiſſet, aureis arenis fluere cepit. Vide Midas.

pactorum portus, in Europæ tabula ponitur à Ger. Mercat. in Taurica Cherſoneſo, inter Ctenim & Cherſoneſum.

pacuuius, Brunduſinus, poëta, Tragœdiarum ſcriptor: Ennij poëtæ ex ſorore nepos, Romæ picturam exercuit, ac fabulas venditauit: inde Tarentum tranſgreſſus, propè nonagenarius diem obiit. Eius epitaphium extat apud Gell. lib.1 cap.24. in hæc verba.

Adoleſcens tametſi properas hoc te ſaxũ rogat,
Vt ſe aſpicias, deinde quod ſcriptum eſt, legas
Hîc ſunt poëtæ Pacuuij ſita Marci
Oſſa: hoc volebam neſcius ne eſſet. *Vale.*

Hîc (vt Quintilian. ait) grauitate ſententiarum, pondere verborum, authoritate perſonarum clariſſimus fuit, citra tamen nitorem.

Sex. Pacuuius Taurus quũ manus ab Auguſto peteret, diceretque rumore ſparſam pecuniam haud paruam ipſi à Cæſare datam, *ſed tu*, inquit Cæſar, *noli credere*. Idem Tribunus pleb. tulit ad populum vt menſis Sextilis Auguſtus vocaretur, éſtq; eo nomine plebiſcitum factum, vt ſcribit Macrob.1. c.12. Factum eius in adulando Auguſto, dum illi diuinos honores tribuens ſacrificat, & ſimul illum cum filio dicit hæredem ex æquo ſe relinquere, non quod quicquam haberet, ſed quod accipere vellet, pete ex Dionis lib.53.

pacuuius legatus Cn. Sentij in Syria mortuo Germanico ſub Tiberio, de quo ſic Seneca, Pacuuius qui Syriam vſu ſuam fecit, cum vino & illis funereis epulis ſe ſepeliſſet, quaſi ſibi parentauerit, ſic in cubiculum ferebatur à cœna: vt inter plauſus exoletorum hoc ad ſymphoniam caneretur βεβίωκε βεβίωκε, nullo non ſe die extulit. Locus eſt ep.12.

padua, Venetorũ vrbs, à Padi vicinitate dicta, quę & Patauiũ dicitur, quaſi Padauiũ. Vel ἀπὸ τοῦ πέτασθαι, i. à volãdo: quod captato augurio dicatur conditum: Vel à petendo, quòd telo auem Antenor petiiſſe dicatur: eoq; in loco vrbem condidiſſe. Primò Antenorea dicta eſt, vnde Antenoridæ, poſtea Patauini & Paduani. Patauij natus eſt Titus Liuius hiſtoricus celeberrimus, qui res Romanas ſumma facundia perſcripſit. Similiter Stella & Valerius Flaccus poetæ & Paulus Iureconſultus. Fertur quoque Voluſius poëta Patauinus, qui poſt Ennium, rerum geſtarum populi Romani Annales carmine deſcripſit.

padus, fluuius è gremio Voluſi montis finibus Ligurum Gabiennorum, viſendo fonte profluens, condénſque ſeſe cuniculo, & in Foro Iulienſium agro iterum exoriens, nulli amnium clarita-

claritate inferior, à Græcia dictus Eridanus, pœna Phaëtontis illuſtratus. Augetur ad Canis ortum, liquatis niuibus, agris quàm nauigijs torrentior, Plin. lib. 3. cap 16.

Paduſa, ſæ, foſſa ex Pado Rauennam vſque ducta, quam Meſſanicium olim appellarunt. Plin. libro tertio capite quindecimo. *Padoa* à Polybio libro ſecundo dicitur. Iornandes eam *Aſconu* Foſſam vocat. Paduſam amnem etiam Virgilius nouit lib. 2. Aeneid. hodie *Canale di S. Alberto* nominant, teſte Nigro. Stagnans eſt, & tam arcta alicubi, vt remis non pateat locus, támque vadoſa, vt Cymbas (quas paruas tantùm refert) per lutũ manibus trahere oporteat. A pago ad ejus caput ſito nomen habet. Erythræus tamen in ſuo Indice ſcribit *Premerinum* vocari.

Padinates, populi in octaua regione Italiæ, Plin. lib. 3. cap. 15.

Pæan, anis. hymnus in laudem Apollinis ſicut Dithyrambus in laudem Bacchi, qui teſte Polluce poſt victoriam, nonnunquam etiam auertendorum malorum cauſa cani ſolebat. Virg. 6. Aeneid. Καταχρηστικῶς tamen pro omni Deorum laude ponitur. Vnde opus ſuum Pindarus de deorum omnium laudibus Pæana inſcripſit. Accipitur item quandoque Pæan pro ipſo Apolline, ἀπὸ τοῦ παύειν hoc eſt à medendo. Medicinæ enim inuentum antiquitas Apollini tribuit.

Pæantiades, & Pæantius Philoctetes, id eſt, Pæantis filius.

Pædractus, proprium nomen viri ἀπὸ τῆς παιδείας καὶ ἀρετῆς, hoc eſt à diſciplina & virtute.

Pæmani, Cæſaris ſunt Belgij populi, *Peelanders* (hi in Brabantia ſunt) eos vertit Diuæus, Leodio autem in Arduenna ſylua ſunt, vbi nunc *Pemont* vicus eſt.

Pæon nomen viri medicinæ artis peritiſſimi, quem Hom. lib 5. Iliad. ſcribit curaſſe Plutonem grauiter ab Hercule vulneratum, à quo Pæonia herba dicitur, quam inuenit. Et Pæonius, nia, nium, id eſt medicinalis. &c.

Pæonia regio in Europa, à Pæone Endymionis filio, Epei fratre, qui victus curſu ab Epeo (ſicut inter eos conuenerat) imperium victori dedit, & in Macedoniam ſeu Thraciam ad amnem Auxium diſceſſit. A quo Pæonia regio dicta, quæ ex regis nomine Aemathia, pars Macedoniæ, à qua Pæones populi, Iuſt. li. 7. Quandoque Pæonia ponitur pro Macedonia, ſicut Emathia, cuius littoris regio iuxta Sithoniam & Thermopontum Pallene vocatur. In hac regione fertur Telegonus.

Pæonia, Minerua dicta eſt, ab arte medendi bonáque valetudine, quam præſtare credebatur.

Pæſaræ, populi ſub Caucaſo. Steph.

Pæſtanus ſinus, Plinio in Brutijs: à pæſto vrbe nomen ſortitus: qui & Poſidoniates, *Golfo Agropolitano*, à Leandro vocatur.

Pæſtum, oppidum Lucaniæ, roſarum abundantiſſimum, vbi ob cœli clementiam bis in anno producebantur fructus. Maïo ſcilicet & Septembri. Huius mœnia prope mare magni ſpatij adhuc integra videntur, latitudine & altitudine miranda. A Tuſcis conditum, Poſidoniam dixerunt, & eius ſinum Poſidoniatem. Poſtea Romani, miſſis huc colonis, ampliauerunt, vt ait Strabo. Hic Pæſtanus, na, num.

Pæſus, vide Apæſus, eſt autem vrbs Troadis inter Lampſacum & Parium oppida. Hanc poeta quoque *Apæſum* vocauit, auctore Strabone lib. 13.

Pætalia, pars Thraciæ: Gentile, Pætalitores. Stephanus.

Pætidus, Conſul cum Caſſio Aproniano, anno vrbis 875.

Pætouium, vrbs Pannoniæ ſuperioris, id eſt Auſtriæ Ptolem. libro ſecundo capite 15. Pætouionem Tacitus ſcribit lib. 19. alij Pætoniam. Vulgò *Betta*, ſanè in Græcis codicibus legitur πατάβιον.

Pætus, vir quidam fuit qui in Aegyptum cauſa pecuniæ comparandæ nauigans, ſubmerſus eſt, de quo ſic Prope. lib. 3. pecuniam alloquens,

Tu Pætum ad Pharios tendentem lintea portus
Obruit inſano térque quatérque mari.

Pagæ in plaga Locrenſi, oppidum famoſiſſimum, vnde Peloponneſi proſilit ceruix. Pli. lib. 4. cap. 3. Hinc Pagæi populi, de quibus idem Pli. lib. 4. cap. 7.

Paganus, rex Bulgariæ, anno ſalutis 764.

Pagaſa, Plin. (παγασαὶ Ptolem. & Strab.) oppidum Theſſaliæ, non procul à Pelio monte, à quo propinquus ſinus Pagaſicus appellatus Pli. lib. 4. cap. 8. Iuxta hanc vrbem Argo nauis ædificata fuit quam inde poëtæ Pagaſeam cognominant. Ouid. 7. metam.

Pagida ſiue Belus, riuus in Phœnicia ad Carmelum promontorium, vitri fertiles arenas paruo litori miſcens. Ipſe palude Cendeuia à radicibus Carmeli profluit. Plin. lib. 5. cap. 19.

pagoargas, oppidum ad mare rubrum Troglodytici & Aetiopici ſinus. Plin. lib. 6. cap. 29.

Pagraſa Indiæ extra Gangem vrbs, ptolemęo, *Perpora* Caſtaldo.

Pagus antiquum nomen Corinthi. Steph.

pagyris, nomen fluuij & ciuitatis, à quo pagyritæ populi. Quidam tamen pacyrim dicunt. plin. lib. 4. c. 12. ſcribitur pacyris.

Palæmon filius Athamantis & Inûs, alio nomine Melicertes dictus. Huius mater cùm virũ tanto furore correptum videret, vt Learchum alterum ex filijs ſaxo allideret, iámque ſibi fi-

milem exitum videret imminere: alterum filium nomine Melicertem vlnis complexa, in mare præcipitauit, amboque dii marini facti ſunt, mutatiſque nominibus, mater Leucothea hoc eſt alba; dea dicta eſt, creditúrque eadem eſſe cum Aurora, quę & Matuta à Latinis nominatur: ille verò à Græcis Palæmon, à noſtris, quòd portubus præeſſe putetur, Portunus eſt appellatus. In Palæmonis honorem Iſthmia celebrantur, à Theſeo primùm inſtituta, quorum præmia erant coronæ ex pinu confectæ, quæ à Palemone dictæ ſunt Palæmoniæ. Erat autem hoc vnum ex quatuor ſacris certaminibus, quæ magno totius Græciæ concurſu celebrabantur: quorum duo dicata erant diis immortalibus, Ioui Olympia, Apollini Pythia: duo itidem mortalibus, Nemæa Archemoro, Palæmoni autem Iſthmia. Ouid.

Et iuuenem poſſim ſperare Palemona nando,
Miráque quem ſubitò reddidit herba Deum.

Vide N. Comitem, mythologiæ libro octauo, capite quarto.

Palæmon Grammaticus Vicentinus, qui Romæ vixit ſub Tiberio & Claudio principibus, tanta vir arrogantia, vt M. Varronem porcum appellaret: ſecum autem & natas & morituras literas iactaret. Luxuriæ ita indulſit vt ſæpius in die lauaretur, nec ſufficeret ſumptibus. Tranq.

Palæpaphus, Cypri vrbs, Veneri ſacra: inde Palæpaphia vocatur Venus à Virg. in Cyri.

Palæphatus, ſcriptor antiquus, patria Parius, aut (vt alij malunt) Priæneus, Artaxerxis tempore natus, teſte Suida, qui ἀπίστων, hoc eſt, rerum incredibilium volumina quinque conſcripſit. Hinc Palæphatius, tia, tium.

Palæpolis fuit, haud procul inde, vbi nunc Neapolis ſita eſt duabus vrbibus populus idem habitabat, inquit Liuius lib. 8. Cumanorum vrbs, quam Leander ſcribit hodie, *Torre de igioparalli*, vel *Foggio reale* eſſe. eſt locus prope Neapolim (vt tradit Leo in ſuis Nolanis Commentariis) ad tria millia paſſuum prope mare & montem Veſuuium, in ipſa via, quæ Neapoli Nolam fert. vide Gythium.

Palæſcamander, fluuius Troadis, qui effecto priù, lacu in Achæorum portum influit. Pli. li. 5. cap. 30.

Palæſcepſis, ciuitas in Æſani conualle, quam Rhodius fluuius præterfluit. Strabo. lib. 13.

Palæſtina prouincia Syriæ, Arabiæ contermina Ebræis Philiſtim. In ea, inquit Plin. lib. 5. ca. 13. & 20. (nam & Herodo. Syriam alteram Palęſtinam vocat,) quinque ciuitates continebantur, Gaza, Aſcalon, Geth, Acaron & Azotum. Palæſtina etiam (inquit Steph. in Iope) Phœnicia dicebatur. Eſt altera Palæſtina prope Phæaciam, de qua Lucanus lib. 5.

Palæſtina, olim Chanaan dicta, Iudæam, Samariam & Galilæam cōplectitur: tametſi Iudææ nomine tota Palæſtina ſæpius accipiatur. Ea ab Ortu habet Libanum montem, ab Occaſu mare Phœnicium, à Septentrione Phœnicen, à Meridie Arabiam Petræam. Olim terra promiſſionis, nunc Sancta appellatur. Eam poſt ſacra Biblia deſcripſerunt Ioſephus, Vadianus, Zieglerus, & alij. D. Hieron. locis Hebraicis ait eſſe notandum, apud Hiſtoricos, quòd *Iudæa* ad Palęſtinam, *Galilæa* verò & *Samaria*, ad Phœnicen pertineāt: hodie ab Europęis omnibus varijs vocabulis pro linguarum differentia vocitatur.

Paleſtina tertia. vide Arabia petræa.

Palætyrus, vocabatur antiqua Tyros Phœniciæ vrbs, in continenti ſita è regione nouæ Tyri, quæ in mari erat condita. Steph.

Palęotrium, oppidū in Macedonia. Pli. l. 4. c. 10.

Palamedes, Naupilij Eubœæ regis filius acerrimus Vlyſſis inimicus, à quo tandem iniquo iudicio circumuentus eſt, & ab exercitu lapidibus obrutus. Nam cùm omnes totius Græciæ principes ad bellum Troianum conuocarentur, Vlyſſes, quem vxoris iuuenculæ amor domi retinebat, inſaniam ſimulauit, & quò meliùs rei fidem faceret, iunctis diuerſæ naturæ animalibus, ſalem ſerebat. Palamedes autem vt viri aſtutiam deprehenderet, Telemachum filium aranti obiecit: quo viſo Vlyſſes aratrum ſubitò ſuſpendit, ne eum læderet. Quo argumento ſimulatione deprehenſa, inuitus eſt pertractus. Deinde cùm in Thraciam frumentatum miſſus eſſet Vlyſſes, & nihil inde attuliſſet, neque quicquam ſeſe inueniſſe diceret: Palamedes eodem miſſus, plurimum frumenti aduexit. Quamobrem Vlyſſes inuidiæ ſtimulis agitatus, adulterinam Priami nomine epiſtolam ſcripſit, in qua agebat Palamedi proditionis gratias, commemorabátque ſecretum auri pondus eſſe tranſmiſſum, quod ipſe Vlyſſes per corruptos ſeruos in tabernaculo eius infodi curarat. His igitur literis in Græcorum concilio recitatis, Palamedes proditionis accuſatur. Ibi Vlyſſes reo adeſſe ſimulans hoſtilib. literis nihil fidei habendū contendit, eáſq; re ipſa facilè poſſe coargui, ſi Palamedis tabernaculum ſcrutarentur: in quo ſi aurum inueniretur, nullum illum ſupplicij genus recuſare. Miſſi itaque, qui tabernaculum eius perſcrutarentur, cùm aurum inueniſſent, Palamedes veluti proditionis conuictus lapidibus obrutus eſt. Ouid. lib. 13. Hic fertur Troiano bello quatuor literas inueniſſe, ſcilicet θ, ξ, χ, φ. Quin & idem eodem bello Troiano fertur ſexdecim inueniſſe, α, β, γ, δ, ι, ε, ι, λ, κ, ν, ο, π, ρ, σ, τ, υ. Huic Seruius adſcribit literas ſuperiùs notatas, ξ, φ, χ, præterea calculorum ludū & menſurarum, & pon-

& ponderum rationem excogitaſſe: & ſuffragia, quibus in deliberando, iudicandóque nunc vtimur, primus omnium reperit, Polyb. Virg. Aſtrologiæ inſuper peritus fuiſſe dicitur, annúmque ad curſum Solis, & menſes ad curſum Lunæ accommodaſſe, primúſque in caſtris viſam atque ſeſtertium datam Solis ec ipſum naturalem, miniméque timendam eſſe docuiſſe. Præterea ordinem aciei, & teſſeras, hoc eſt ſymbolum bellicum & vigilias inueniſſe. Quæ omnia à gruibus fertur didiciſſe. Illæ enim non niſi acie inſtructa volant electo duce, quem ſequantur, depoſitiſque in extremo agmine, qui gregem voce contineant, & qui noctu cæteris dormientibus excubias obeant. Inter volandum etiam mutatis ſubinde ordinibus, literas quaſdam videntur effingere, quas etiam ab eis primus obſeruaſſe fertur Palamedes. Hinc à Poetis Palamedis aues, grues dicuntur.

palamedes Eleates grammaticus ſcripſit Onomaſticum de tragicis & comicis dictionibus ac de proprietate Atticæ & Doricæ linguæ, Suidas.

palanda, Indiæ extra Gangem vrbs in aurea Cherſoneſo. *Pari* dicitur Caſtaldo.

palanteum, vrbs in Palatino monte, à balatu ouium: dicta κατ' ἀντίστοιχον quaſi Balanteum, vt Varroni placet: aut certè à Pallante Euandri proauo, vt Virg. libro 8. Æneid. Stephano, vrbs eſt Arcadiæ, à Palante vno filiorum Lycaonis apud Heſiodum. Aliqui Palantiadem vocant. Gentile, Palanteus.

palantia, vrbs Hiſpaniæ Tarraconenſis, vt ait Ptol lib. 2. 6. Vacceorum colonia à qua Palantini dicti: vt à Numantia Numantini. Aliàs Pallencia: Ciuis, Palancius. Stephanus. Eſt & nomen fluminis in Valentino littore.

palatinus mons (vrbis Romæ) primo *Palantium* vocatum ſcribit Liuius lib. 1. ſed aliquanto poſt mutatum eſſe nomen, & detractis literis, & in *Palatium* dictum tradit Pauſanias lib. 8. *Palatium* à Næuio *Balantium* appellatum, teſte Varrone.

palatium, vnus ex ſeptem vrbis Romæ montibus, nomen habens ab eo, quòd ante vrbem conditam pecus in eo paſcens balare conſueuerit (ſic enim vox eius animalis exprimitur) quaſi Balatium, qua etiam voce vtitur Næuius. Aut certè à palando ſiue quòd ibi palare, id eſt, errare pecudes ſolebant: ſiue quòd palantes Arcades cum Euandro ibi conſederint. Alij à Palantia Latini matre qui ibi habitauerit, Palatium dictum volunt. Alij à Pallante Euandri auo. Alij à filia Euandri Palantia, ab Hercule vitiata, & poſtea illic ſepulta, vel certè à Pallante eius filio illic ſepulto. Plinius à Palantio Arcadiæ oppido, patria Euandri, dictum exiſtimat. Ferunt enim Euandrum ob patris cædem domo profugum, in Latium veniſſe, montémque, in quo conſedit, Palatium appellaſſe. Alij à Pale, paſtorali dea, nomen inditum autumant. Hinc Palatinus, na, num, vt Palatinus mons, & Euander Palatinus. In eo reges primò, deinde conſules poſt imperatores maiores ex parte ſedem habuerunt.

palatinus, Apollo dictus eſt à Palatio, vbi Auguſtus Apollini poſt Aruſpicum reſponſa, ædem conſtruxit, porticibus & Bibliotheca, Latina Græcáque valde celebrem: vnde eſt illud apud Horatium.

Ad ſcripta Palatinus quæcunque recepit Apollo.
In eo templo fuit columna quædam quinquaginta pedum: dubium pretióne, an pulchritudine nobilior, cortinæque aureæ ab Auguſto conflatis omnibus aliis imaginibus Apollini Palatino dicatæ.

palatium, vrbs Diocletiani quam nunc nautæ Spalatum vocant, Euſeb. in Chronicis, Diocletianus haud procul Salonis in villæ ſuæ Palatio moritur.

palatua dea, in cuius tutela Palatium eſſe putabatur.

palatual, ſacrificium erat, quod Romæ fiebat in Palatio.

palatualis flamen dictus eſt, qui ad ſacrificandum ei deæ conſtitutus erat.

palatuus, Celtiberorum rex, anno ferè ante Romam conditam 550.

palbus, mons eſt Africæ.

paleis, vrbs Cephaleniæ inſulæ apud Pauſaniam, quam Sophianus *Palichi* vocat. *Palenſes* priſco nomine *Dulichij* ſunt appellati, inquit Pauſanias.

palenſes, Homero, *Dulichij*, Androni, *Cephaleni*, populi ſunt in Aſia. Strab. lib. 10.

palephatus, Athenienſis poeta qui ſcripſit de ſitu orbis & contentione Mineruæ cum Neptuno ad mille verſus. Veneris quoque & Amoris ſermones quinque millibus verſuum. Item de crine Latonæ, & quædam alia.

pales, paſtorum vel pabuli dea, Hanc quidem, teſte Seruio, Veſtam quidam deorum matrem appellant. Hanc Virg. gen. fœm. vocat. Alij, inter quos Varro, maſcul. gen. vt hic Pales. Huic ſacra ſoluuntur, quæ Palilia vocantur, de quibus infrà Seruius.

paleſimundum, nomen oppidi, & propè labentis fluminis in Taprobane inſula. Plinius libro 6. cap. 22.

palfurius Sura, orator, & cauſidicus, Martialis & Lucani amicus ſed ob ſuſpicionem, quòd cum Vitellianis ſenſiſſet, Senatu à Domitiano fuit amotus.

paliana, Seriæ vrbs Ptolemæo. *Pantonia* apud Caſtaldum eſt.

palibothra, oppidum ad Gangem ſitum Plin. 6. cap. 17. & 19. *Palimbothram* vocat in Arrianus de Indicis: *Pothara* nomen habet apud Nigrum: *Iadalon* apud Theuetum. *Ana* fortè eſt, inquit Mercator.

palibroti, Reges Indorum à magnanimo Palibroto cognominati multo tempore fuerunt, ſicut olim apud Ægyptios Pharaones: apud Romanos Cæſares: ab Auguſto Octauio, Auguſti: à Veſpaſiano, Flauij. Flu. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 2.

palicenus ſeu palicinus. Steph. fons in Sicilia, dictus quòd iuxta Palicos fratres ſit. In eum mittitur tabella à iuratis: quæ ſi verum dixere, fluitat: ſi falſum, mergitur, & periurus inceditur.

Palici, qui & *Delli & Crateres* nominantur, lacus ſiue fontes in Sicilia ſunt, qui continua eructatione, ad tres circiter cubitus in altum efferuntur candentéſque in ſeipſos recipiuntur. Horum hiſtoriam & nominis originem vide apud Macrobium, Diod. Siculum in fine lib. 11. & apud Fazellum, qui ſcribit eos hodie *Naphtha* vocari. *Palicam* vrbem & *Palicinum* fontem habet Steph.

palici, quaſi Paliſci, gemini fratres, Iouis filij & Thaliæ Nymphæ, (vel vt alij volunt) Ætnæ. Tradunt enim hanc Nympham à Ioue in Sicilia iuxta Simethium fluuium non longè à Catina vrbe compreſſam, metu Iunonis optaſſe vt ſibi terra dehiſceret, & à Iunonis ira ſeſe occultaret Quibus precibus exauditis terra molliter dehiſcens, intra viſcera ſua eam recepit, vbi illa legitimo tempore gemellos peperit, quos terra denuò ſe aperiens in lucem edidit: vnde & Palici dicti ſunt ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι quòd in terram demerſi denuo ſint reuerſi. Oſtendunt accolæ duo lacus, ex quibus fratres hoſce putat emerſiſſe, eóſque Dellos appellant: qui tanta olim in veneratione habiti ſunt, vt circa eos iuramenta exigi ſolerent, ſi quis in furti ſuſpicionem incidiſſet prius tamen accepto fideiuſſore: qui ſi iuranti quid accidiſſet, præſtaret, quod exitus oſtenderet. Nam quum rei negatę fides quærebatur, & iuſiurandum à ſuſpecto petebatur, vterque ab omni contagione mundus ad Crateras accedebat, deinde loci numine inuocato iurabat, quòd ſi iure fiebat, diſcedebat illæſus, ſi verò malè iuratum eſſet, mox in lacu peribat periurus. Magna præterea veneratione erat Palicorum templum: quòd cùm Siciliam ſterilis annus areſeciſſet, diuino Palicorum reſponſo admoniti Siculi certum ſacrificium fecerunt, poſt quod ſtatim ... eſt vbertas. Quapropter Siculi, omne ... frugum congeſſerunt in aram Palicorum: ... vocitata eſt. Palice Stephano vrbs ... Theophilus Palicenum fontem eſſe ſcri... iuxta templum Palicorum dæmonum. quos Æſchylus filios facit Iouis & Thaliæ Vulcani filiæ: Silenus Vulcani & Oceani filiæ, & Palicos eſſe dictos, quòd mortui iterū in homines rediiſſent. Palicorum fons *decaclinos*, id eſt, magnitudine, quæ decem lectos caperet, eſſe fertur, cuius aqua ad ſex cubitorum altitudinem exilit, ita vt ſpectantes diluuium loci metuant, iterum verò intra ſe colligatur. Ciuis, Palicenus. De fonte eadem Ariſtoteles in mirabilibus.

palilia, vel Parilia, Palis deæ feſta. Hæc à paſtoribus in agris fiebant. 11. Calend. Maij, quo die Romulus vrbem fundauit, ad lupos arcendos, morbóſque à pecore pellendos ſeu pro partu pecoris. In hoc die feſto, palearum accenſi aceruí certo ordine in loco plano collocabantur, quos paſtores ſaltando tranſiliebant, vt Ouidius lib. 4. Faſtorum.

Moxq́; per ardentes ſtipulæ crepitantis aceruos
Traiicias celeri ſtrenua membra pede.

palimbotheri Indiæ cis Gangem populi. Step.

palimbothra, vrbs Indiæ. Ciuis, Palimbothrenus.

palindromos Ptolemæo Arabiæ Felicis promontorium eſt. *Acila* Plinij eſt, auctore Villanouano.

palinurus, Lucaniæ promontorium, haud longè à Velia, ita dictum à Palinuro, nauis Æneæ gubernatore, qui ſomno oppreſſus, vnà cum gubernaculo in mare decidit: totóque triduo fluctibus iactatus, quarto demum die ad littus Velinum adnauit: iámque terram tenebat cùm loci eius accolæ ſpe prædæ impetum in eum fecerunt, occiſúmque & ſpoliatum denuò in mare obiecerunt. Quod ob facinus cùm Velini poſtea graui peſtilentia laborarent, oſculo moniti, vt Palinuri Manes placarent, lucum ei conſecrarunt, cænotaphiúmque erexerunt in promontorio, quod ab eo Palinuri nomen obtinuit. Virgil. 6. Æneid. Dicitur autem Palinurus, quaſi iterum meiens, πάλιν enim iterum οὖρος vrina. Ad quam etymologiam alludit Martialis lib. 3.

Minxiſti Paulini ſemel currente carina:
Meiere vis iterum ſic Palinurus eris.

paliſcorum, ſtagnum in Sicilia, ſulphurei odoris. Apud Stephanum legitur κολώνη τις ἐν Παλικοῖς, quod magis probo, apud Ariſtotelem verò in mirabilibus ἐν Παλίσκοις. Vide Palicenus & palici.

palla, vrbs Ptolemæo, à latere meridionali Corſicæ. *S. Bonifacio* hodie Nigro.

pallades virgines erant quas Thebani apud Ægyptios Ioui ſacrabant, de quibus Strabo libro 17. in hunc modum. Ioui quem præcipuè colunt, virgo quædam genere clariſſima & ſpecie pulcherrima ſacratur, ἃς παλλακὰς οἱ Ἕλληνες παλλάδας quales Græci Palladas vocentè

cant.] Ea pellicis more cum quibus vult coit, vſqueadnaturalem corporis purgationem. Poſt purgationem viro datur. Sed priùs quàm nubat poſt pellicatus tempus, in mortuæ morem lugetur. Idem quoque ait Euſtathius de voce ... agens ad Iliad. κ & Odyſſ. ν.

Pallasium, Palladis ſimulachrum quod Romæ in æde Veſtæ fuit, cuius meminit Herodianus libro 1. id fuit è ligno compactum, mouens oculos, atque haſtam quam manu geſtabat vt ſcribit Seruius. Nam quum apud Troiam in honorem Palladis arx, & in eius ſummo templum illi ædificaretur, è cœlo cecidit, & locum ſibi in eo templo delegit, nondum cooperta æde: móxque ab Apolline redditum eſt oraculum eius ciuitatis futurum exitium, ſi id ſimulachrum extra mœnia portaretur. Ouidius. Faſt. Quod factum eſt, vt tempore belli Troiani Diomedes & Vlyſſes cuniculis, vel (vt alij dicunt) cloacis aſcenderent in arcem, & occiſis cuſtodibus ſimulachrum ſuſtulerint.

Palladius, nomen viri proprium, qui de Agricultura ſcripſit.

Pallanteum. Vide Palantheum per l ſimplex.

pallantias, vt Callimachus refert, lacus alio nomine Triton, ex quo Palladem genitam volunt.

pallas, nomen paludis in Africa.

Pallas, adis, filia Iouis, ex cerebro eius prognata, ſapientiæ, diſciplinarumque omnium dea, quam Latini Mineruam vocant: dicta quòd Pallantem gigantem interfecerit, cùm priùs Tritonia vocaretur à Tritone palude, vbi primùm viſa eſt. Vel à πάλλω vibro, quatio. Fiebat enim eius ſimulachrum galea & ſcuto terribile, & haſtam manu tenens, eamque veluti vibrare videbatur. Vide Minerua.

pallas, Claudij Cæſaris libertus, ditiſſimus, qui Craſſo fertur ditior vicies & quinquies centenis millibus. Plinius lib. 33. cap. 10.

palladius, dia, dium, quod eſt Palladis. Vnde palladium forum Romæ, quod erat propinquum templo Palladis. Et forum iudiciale etiam fuit Athenis quod Palladium nuncuparunt in quo totidem Argiui de cæde inconſulta & inſidijs iudicabant.

pallas, lantis filius Euandri qui à patre ijs copijs, quas Æneæ auxilio miſit, præfectus, magna iam hoſtium ſtrage edita, Turno eſt interfectus.

pallas, Pandionis filius. Ouid. 7. Metamorph. Hunc Steph. ſcribit habitaſſe in Diacria tribu Atticæ.

pallene, ciuitas ita appellata à Pallena Sithonis filia, vxore Cleti, quam alij Thraciæ, alij Macedoniæ adſcribunt, ob regionem vicinam vbi gigantum bella fuiſſe memorantur. Herod. lib. 7. Gentile Pallenius. Hæc Phlegia olim dicta fuit à gigantibus inhabitata, cum quibus dum Hercules pugnaret, tonitrua & fulmina cælitus emittebantur: vnde conficta eſt fabula pugnæ deorum contra gigantes. Hæc vrbs Cherſoneſus eſt, triangulam baſim meridiei obuerſam habens.

pallene, vicus in Antiochide tribu Atticæ: tribulis, Palleneus. Steph. Vide *Pellene*, eſt etiam *Pallene* Plinio Macedoniæ vrbs ad Thermaicum ſinum, quæ Sophiano *Caniſtro* dicitur: Nardo *Tarcha* vocatur, eſt & huius nominis Thraciæ peninſula apud Halicarnaſſeum Thraciam quoque Pallenem eſſe, notum eſt inquit Suidas.

pallenenſis Iſthmus, Macedoniæ regio, in qua eſt Caſſandria colonia. Plin. lib. 4. cap. 10.

palma, Ptolem libro 2. cap. 7. oppidum in Hiſpania.

palma, ciuitas in maiori Baleari. Vide Ianno.

palma, Cos. cum Soſio Senecione, anno vrbis 851.

palmaria inſula vltra Tyberina oſtia, in mari Tyrrheno. Ac de ea Plin. lib. cap. 6. *Palmarola* Nigro dicitur. Alij hanc *Pandatariam* putant, quæ apud eundem Plinium eſt.

palmyra, Syriæ vrbs inter Romanorum ditionem ſita, & Parthorum. Ptol. lib. 5. cap. 15. & Pli. lib. 5. cap. 25. Stephano caſtellum eſt Siciliæ. Gentile, Palmyreni qui & Adrianopolitæ nominantur, reſtaurata ciuitate ab imperatore Adriano. Syrorum quoque lingua *Thadamora* dicta fuit, vt tradit 6. Antiq. Ioſephus: in Biblijs *Thamor* dici putant aliqui.

palmyra, regio Syriæ, in qua metropolis eſt Palmyra. Illic regnauit Zenobia mulier eruditiſſima.

palmyrena, Ptolemæo Syriæ regio. *Dedan* Hebræis eſt, Montano teſte, *Arden* vocari hodie dicit Gaſtaldus.

palmyrenſes, populi in Oriente. Alex. ab Alex. li. 1. cap. 2. Sola mulier Zenobia Palmyrenſium regina, quum Orientis regnum tueretur, armata in virili veſte, exercitui præfuiſſe & Imperatoris nomen tuliſſe dicitur.

palmyrius, Ægyptiorum Deus, vt eſt apud Heſychium. lib. 1. Syntag.

palois, oppidum in Arabia. Plin. libro 6. capite 2.

paltos, Pomponio & Straboni oppidum eſt Syriæ, hodie *Gibel* vocatur. Oliuar. in Melam.

palſicium, oppidum in Iſtria. Plin. libro 3. capite 19.

paltus, fluuius in Mauritania. Plin. libro 5. cap. 19.

paltus, locus in Syria, circa quem Memnon

ſepultus eſt, ad flumen Padum. Strab. lib. 15.

Pambotades, vicus Atticus in Erechtheide tribu, & tribulis ſimiliter.

Pamenothus ab Ægyptiis menſis appellatus, ſicut & Chronius & Anteſterion Alex. ab Alex. Genial. dierum. lib. 3. cap. 24.

Pamiſus, Meſſeniæ in Peloponneſo fluuius, Strabone, Pinio, & Pauſania teſtibus. Straboni quoque *Amathus* vocatur. Idem videtur *Mamaus* & *Arcadiacus*, nominari apud eundem. Eſt fortaſſe *Solas* Ptolemæi. Apud Strabonem quoque *Paniſus* & *Pamiſſus* videtur idem eſſe cum Paniſo Ptolemæi Meſſeniæ quoque fluuio, qui *Stromio* ab incolis dicitur, Nigro teſte. *Pammeſus* hoc loco habet Plethon, Eidem Straboni alius *Pamiſus* eſt Meſſeniæ in confinio Laconicæ. tres enim huius nominis in Meſſenia enumerat. Herodotus & Plinius lib. 4. cap. 5. *Pamiſum* Theſſaliæ fluuium habent dictum quaſi totum odioſum ob damna quæ agris inferebat.

Pammonia, locus in Europa vbi vipera ſerpens reperitur. Nicand.

Pammilia, ſacra erant apud Græcos: de quibus copioſè Gyraldus.

Pampanis, Ptolemæo vicus mediterraneus Ægypti. *Papa* ab Anton. & *Ripampane* in lib. Notit. vocari aſſerit Simlerus.

Pamphagi, Æthiopiæ populi, omnibus rebus veſcentes.

Pamphili, tribus Dorienſium. Stephanus in Dyman.

Pamphile, mulier textrix peritiſſima, Pli. lib. 11. cap. 22.

Pamphilus, Neoclidis filius, Platonis auditor. Cic. de natura deorum, Plato circa Phædonis principium, dicit illum inter eos qui in acie ceciderunt, decem dies iacuiſſe, triduoque poſt quàm inde ſublatus fuerat impoſitum rogo reuixiſſe, ac mira quædam tempore mortis viſa narraſſe.

Pamphilus presbyter, Euſebij Cæſarienſis neceſſarius, tanto bibliothecæ diuinæ amore flagrauit, vt bonam partem voluminum Origenis ſua manu deſcripſerit. Extinctus idem martyr, apud Cæſaream Palęſtinæ ſub Maximo. Hieronym. Suidas autem tres Pamphylos commemorat. duos ſc. grammaticos, quorum alter Sicyonius genere de grammatica, picturáque ac pictoribus claris ſcripſit. Alter Alexandrinus Dictionarium edidit, quod Pratum appellauit, id eſt variarum rerum collectanea. Tertius Athenienſis fuit, reipublicæ expilator. Vnde prouerbium natum eſt, Pamphili furtum.

Pamphilus, pictor egregius, Apellis victor, qui neminem minoris talento in diſciplinam admittebat, nec minori tempore quàm annis decem.

Phamphilia, Ptolemæo lib. 5. regio eſt minoris Aſiæ inter Ciciliam & Syriam, ab occaſu Lyciam & Aſiæ minoris partem, à Septentrione Galatiam & Cappadociam, à Meridie Mediterraneum mare, quod illic Pamphyli maris nomen habet. Hæc tota mõtana ex Tauro in mare procumbit. In ea (vt Pomp. refert) eſt fluuius Melas, nauigabilis, & Eurymedon: apud quem Cimon Athenienſis Perſas nauali pugna ſuperauit. Moſaſopia etiam dicitur Plinio hodie *Sesilia* vocari ſcribunt Giraua & Alph. Adrianus *Zina* Arabibus vocari Theuetus ait. Bellonius autem tradit Pamphiliam vnà cum Cilicia hodie vno nomine *Caramania* dici. Niger ait Pamphiliam noſtro tempore in duas partes diuidi: & quà Septentrionem aſpicit, *Caraman*, quà autem ad mare vergit, *Scandelorum* nuncupari. Pamphilium mare Euſtàthius *Phaleſicum* vocat, à Phaſeli vrbe adiacente.

Pamphylia, Steph. regio Iſauriæ contigua, dicta à Pamphyle, Rhacij & Mantûs filia, Incolæ, Pamphylij: poſſeſſiuum, Pamphyliacus. Dicitur etiam Pamphylis, fœm. gen.

Pamphylia, vrbs Macedoniæ. Steph.

Pamprepus, Panopolita poëta, qui ſcripſit de Etymologijs, & Iſaurica, ſoluta oratione. Floruit ætate Zenonis principis.

Pan, Panos, à Poëtis paſtorum, atque adeò totius naturę deus eſſe fingitur: vnde etiam à Gręca dictione πᾶν, quæ idem ſignificat quod totum vel omne, nomen accipit: quòd putabãt vno naturę nomine omnia complecti: vnde etiã ita Pana pinxerũt, vt nihil ex toto vniuerſo in eo videatur prętermiſſum. Habet enim cornua in radiorũ Solis, & cornuum Lunę ſimilitudinẽ: rubet eius facies ad ętheris imitationẽ in pectore Nebridem habet ſtellatã, ad ſtellarum imaginẽ: pars eius inferior hiſpida eſt: propter arbores, virgulta, feras, caprinos pedes habet, vt oſtendat terræ ſoliditatem. Hic Demogorgonis filius creditur fuiſſe, & fiſtulã compoſuiſſe ſeptẽ imparibus calamis ſimul cõiunctis, propter harmoniam cœli. Vnde Virg. in Corydone, *Pan primus calamos cera coniungere plures Inſtituit*, &c.

Pan, Latinè incubus dicitur. Incubi verò ſunt nocturna phantaſmata mortalibus terrorem incutientia. Traditur & cum Cupidine aliquando pugnaſſe, à quo ſuperatus, incidiſſe in amorem Syringis ſeu Syringæ virginis, quam, cùm tranſire Ladonem Arcadiæ amnem non poſſet, Nympharum precibus in paluſtrem calamum mutatum vidiſſe: ex hoc ſtatim compoſuiſſe fiſtulam, quæ ex illius nomine apud Græcos Syrinx eſt vocata. Hunc præterea prodiderũt, cornua in fronte habuiſſe in ſimilitudinem radiorum Solis & cornuum Lunæ, prolixam barbam,

fa-

ciem inſtar aëris rubentem, partémque corporis inferiorem eſſe hiſpidam propter feras arbores & virgulta, virgam quoque in manu geſtare ſolitum, pedibus præterea caprinis, & aſſiduo riſu inſignem fuiſſe. Colebatur per totam Arcadiam, potiſſimùm tamen in Lycæo & Mænalo montibus. Feſta eius dicebantur Lupercalia, fiebántque in Auentino monte, menſe Februario, quorum author fuit Euander.

panachæi, vide Panellenes.

panacra, montes Cretæ, Callimachus. Gentile, panacræus, & panacris, fœm gen. eſt etiam panacron, vrbs Cypri: Gentile, panacreus, vel panacrius.

panacton, caſtellum Atticum. Steph.

panaſſa, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol. hanc Mercator in ſua vniuerſali tabula *Pandaſza* vocat.

panæi, gens Edonica non procul ab Amphipoli.

panætius, nomen proprium philoſophi Rhodij Stoicæ ſectæ. Is fuit Scipionis præceptor, quem imitatus eſt Cicero in Officiis.

panætius ſenior, item Rhodius, cuius inter philoſophos multa mentio, ſcriptáque feruntur. Suid.

panætius, primus in Sicilia tyrannus. Olymp. 42.

panetolium, quaſi totam continens Ætoliam, mons Ætoliæ altiſſimus. Plin. lib. 4. cap. 2.

panæura, vrbs iuxta Indum fluuium. Gentile, panæureus. Steph.

panæus pictor, Phidiæ frater, pinxit prælium Athenienſium apud Marathona factum. Plin. li. 35. cap. 8. Induxit & in æde Mineruæ tectorium lacte & croco ſubactum. Pli. li. 36. c. 23. ſed poſtremo hoc loco apud Plinium legitur, pannæus.

panagæa, Diana dicta eſt, quod vagaretur, & per nemora montéſque oberraret. Quin domicilium etiam ſubinde mutat nunc ad ſuperos, nunc ad inferos agens. Ne ſpecie quidem ſemper eadem, ſed nunc pleno orbe, nunc mutila, nunc nulla: vnde natum prouerb. panagæa Diana.

panathenæa feſta Athenis, à Theſeo inſtituta in honorem Mineruæ, quæ à Latinis Quinquatria appellantur. Hiſce ludis gymnicum certamen per præconem & tubicinem indicebatur: à cuius ſpectatione mulieres arcebantur. Pueri quoque & puellæ ſeſe manibus complexi, Pyrrhicam in theatro ſaltabant. Erant autem duplicia. Maiora quinto quoque anno celebrari ſolita: & Minora, quæ quotannis peragebantur.

pancale, inſula vna Cycladum, aliàs Amorges. Steph.

panchæi, populi ad ſinum Arabicum, qui vt Pomp. refert lib. 3. Ophiophagi vocantur, quoniam ſerpentibus veſcuntur, ſed in hodiernis exemplaribus, Candæi legitur.

panchaia, quaſi tota dehiſcens, regio Arabiæ tota arenoſa, in qua arbores ſponte natæ thus emittunt. Virg. Georg. 2.

Totáque thuriferis Panchaia pinguis arenis.

Seruius ſcribit panchaiam, Arabiam & Sabæorum gentem eandem eſſe, apud quam naſcitur thus.

panda Dea, ſeu Pantica, à Romanis ſumma in veneratione habita eſt, ſic dicta quòd pandat, id eſt, aperiat viam. Panda item dicta dea pacis, à pandendis & aperiendis Iani portis. Gellius.

panda, oppidum non procul ab Alexandria, quod eſt Sogdiedorum Plin. lib. 6. c. 16.

pandæ, Indiæ populi, qui cum Deriade contra Bacchum pugnauerunt, hi ſoli reguntur fœminis. Steph.

pandæus, ſculptor & pictor egregius. Strabo lib. 8.

pandane, porta Romæ à pando dicta, quòd ſemper pateret ad res quæ in vrbem ferebantur. Eadem dicebatur libera à libertate.

pandanorum, regio in India intra Gangem eſt Ptolemæo. Hanc Niger putat *Oxydracarum* eſſe. huius meminit Strabo.

pandataria, Tyrrheni maris inſula Plinio, quę *palmarola* dicitur Fazello, Strab. lib. 5. In hanc Tiberius Nero Agrippinam vxorem relegauit, Gentile pandatarenus, & pandatarianus. Steph.

pandataria, inſula in ſinu Caietano parua, à continenti ducentis quinquaginta ſtadiis diſtans habitaculis frequens. Strabo.

pandarus, Lycaonis filius, ſecundùm Homerum Iliad. δ. iuſſu Mineruæ certamen Menelai & Paridis iactu teli diremit. Virg. 5. Æneid.

Tertius Eurytion, tuus ô clariſſime frater,
Pandare qui quõdam iuſſus confundere fœdus,
In medios telum torſiſti primus Achiuos.

Pandarus Alcanoris Idæi filius vnà cum fratre Bitia à Turno interfectus. Virgil. Æneid. lib. 9.

pandatoria, inſula in puteolano ſinu, ſeu in mari Tyrrheno. Ptol. lib. 3. c. 1. eadem quæ ſupra pandataria dicitur.

pandemus, meretriculæ cuiuſdam fuit nomen, authore Cœlio.

pandion, Erichthei Athenarum regis filius, qui patri ſucceſſit in regno. Huius filiæ fuerunt progne & philomela: quarum prognen Tereo Thracum regi, cuius ope ponti regem profligauerat, vxorem dedit: qui poſtea & philomelam violauit, prætextu viſendæ ſororis, à patre abductam. vt docebimus inſ. à in dictionibus philomela & progne. Hinc Pandionius, nia, nium, idem quod Atticus.

pandora, ræ, Heſiodo fingitur prima mulier à Vulcano Iouis iuſſu fabricata, quam ſinguli

dij donis ſuis ornauerunt. Pallas enim ſapientiæ donum ei contulit, Venus formæ, Apollo muſices, Mercurius eloquentiæ. Inde dicta fuit Pandora, quaſi omnium donum, vel quaſi ab omnibus donata, vel omnium rerum genere donata. Hanc poſtea cum pyxide clauſa miſſam fuiſſe tradunt ad Epimetheum (quia humano generi malè cupiebat Iupiter, ob Promethei audaciam, qui ignem è cœlo furatus, ferulæ incluſum detulerat in terras) quia illa recepta, & pyxide aperta, cui omne malorum genus inerat, terram morbis calamitatibúſque repleuit. Eſt & nomen matris Deucalionis, à qua Theſſalia, Pandora dicta eſt.

pandora, filia Erichthei Athenienſium regis, quæ vnà cum Protogenia ſorore ingruente Bœotio bello ſe pro patriæ ſalute vltrò immolandam præbuit. Quod factum eſt in pago Hyacyntho, vnde & virgines Hyacinthides ſunt cognominatæ.

pandoræ Indorum populi, qui degunt in conuallibus. Viuunt annos ducentos: in iuuentute ſunt candido capillo, in ſenectute verò nigro.

pandoſia, Plin. lib. 3. c. 1. Lucanorum in Italia vrbs, in qua Alexander Epirotes (aliàs Ætolus) occubuit, Dodonæo deceptus oraculo, Acherontem atque Pandoſiam cauere iubente: cùm ſimilis appellationis loca in Theſprotio monſtrentur agro. Eſt etiam altera, vt idem teſtatur lib. 4. c. 1. eius nominis in Epiro. Œnotriorum quoque regum regiam fuiſſe Pandoſiam memoriæ proditum eſt. Stephan. Brutiorum caſtellum eſſe ſcribit. Gentile, Pandoſenus, vel Pandoſinus. *Mardonia* à Theopompo appellatur, teſte Nigro. *Caſtrofranco* hodie nominari tradit. Barrius. Huius incolas putat idem à Plinio *Acherontinos* appellari, ab Acheronte fluuio præterfluente.

pandroſos, filia fuit Cecropis Athenienſium regis ſoror Aglauri & Herſes, de quibus Ouid. lib. 2. Metam.

Pars ſecreta domus, ebore & teſtudine cultos
Tres habuit thalamos, quorum in Pandroſia dextrum.
Aglauros læuum, medium poſſederat Herſe.

paneada, fons in monte Libani: vnde Iordanis fluuius erumpit, Ioſeph. lib. 2. c. 18.

paneas, oppidum Phœniciæ. Ciuis, Paneates.

panebi, populi in Arabia, de quorum regibus ac moribus ſic ſcribit Alexander. Panebi, ſi quando rex moritur corpus quidem defodiunt, caput verò auratum in templo auguſtiſſimo conſecrant dicatque. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 2.

panellenes, Homero, vt Panachæi pro omnibus Græcis, per ſynecdochen partis pro toto, Hellenes enim propriè ſunt Homero, qui Phthiotin Græciam habitant, aliàs Myrmidones & Achæi dicti.

panelus, vrbs circa Pontum, ſic dicta ab Heracleota quodam (ex poſteris Penelei ducis in bello Troiano) qui illuc ex Bœotia venit. Steph.

panenus, pictor egregius, frater Phidiæ, qui pinxit Ægidem Mineruæ. Vide ſupra Panæus.

paneus, fons ſub Libano monte, in quo ſi quæ natantia proiiciantur, in lacu cui Phiala nomen eſt, cuncta reperiuntur. Vide Iordanem & Panium. Eſt etiam hoc nomine Colchorum fluuius, Bocatio, cui oppidum imminet ſui nominis, habens poſt ſe Homochorum multimodas gentes.

pangæus, quaſi totus terra ob nimiam fertilitatem, promontorium Thraciæ: Beſſis conterminum, & Macedoniæ coniunctum, in quo, vt ſcribit Herodotus lib. 7. aurea ſunt & argentea metalla: & ad eius radices Neſtis amnis defluit. In ſingulari eſt generis maſculini, in plurali neutri. Hinc Pangæus, gæa, gæum: vt arua Pangæa. Hinc Pangæus mons, apud quem Cæſar à Pompeianis ferè ad deditionem coactus eſt. Antea *Carmanium* dicebatur vt ſcribit auctor de fluminibus. Hodie *Malaca & Caſſingna* nominari apud Bellonium legitur.

panhellenia ſacra totius Græciæ: Panionia totius Ioniæ erant, de quibus Strabo & Suidas.

panhormus & Panhormum & Panhormium ciuitas Siciliæ & portus, Stephano ex Polybio dicta à nauium applicatione, quæ vndiq; illuc conueniunt: eſt enim ὅρμος portus pars. Inde nautæ dicuntur hormizare, id eſt, nauem anchoris & retinaculis inſtruere, quo ſecura ſit in portu repentinis procellis. Hinc Panhormita, Panhormitanus & Panhormius. Ptolemæus libro quinto capite quarto, vulgò, *Palermo*.

pania, vetus nomen Arcadiæ, Stephan. Alibi verò nauale eſſe ſcribit Ciliciæ, circa campum Alcium. Gentile, Panieus.

paniada, quæ & Cæſarea, Philippi vrbs Iudææ à Philippi filio Herodis condita.

panias, fons, è quo Iordanis amnis profluit, inque Aſphaltitem lacum prolabitur. Plin. lib. 5. cap. 15. Vide Paneada.

panias, oppidum Decapoleos in regione Syriæ, Plin. lib. 5. c. 74.

panionium, lucus ſacer in Mycale promontorio in Septentrionem vergens, communiter ab vniuerſis Ionibus Neptuno Heliconio dicatus. Hunc in locum quotannis conueniebant Iones ad peragenda ſacrificia, quæ & ipſa Panionia dicebantur. Herod. lib. 2. Stephan. templum eſt & vrbs in maritima regione Epheſiorum & Samiorum. Ciuis Panionius.

panionicus, ca, cum, denominatiuum.

panis, vel Panides rex Chalcidis, qui quia ſuis imprudenter Heſiodum Homero prætulit, eius ſtultum ac ineruditũ iudiciũ abiit in prouerbiũ.

pani-

pauidis ſuffragium. Philoſtrat. in Buphorbo.

paniſci, dij ſyluestres, quaſi per diminutionem dicti minuti illi panes, ſicut à Satyro Satyriſcus inclinatur.

paniſſa, flumen in Thracia, non procul ab Apollonia. Plin. lib. 4. cap. 11.

panium, ſpecus palæſtinæ, è quo Iordanes fluit. Inde panicus. Steph. Vide paneas.

panium, promontorium Europæ, parallelum Cyaneis inſulis, vt illud ex Dionyſio Byzantino deſcribit Gyllius: hodie *Phaneriō* vulgo vocatur.

panxias, Aſſyriorum rex xxxv.

pannonia, ptolemæo regio Europæ latiſſima, Danubio à Germania ad Septentrionem diremta, ab Oriente habens Mœſiam, quæ & Seruia & Bulgaria dicitur: ab Occidente Noricum, & à Meridie in Iſtrum vſque & Illyricum extenſa. Diuiditur autem in ſuperiorem & inferiorem. Pannonia ſuperior ab Occaſu Norico, à Septentrione Germania & Iſtro terminatur: ab Oriente habet pannoniam inferiorem, à Meridie Illyrium. Hodie hæc pannoniæ pars Styria, & Aſturia appellatur, caput habens Viennam vrbem celeberrimam, firmiſſimúmque orbis Chriſtiani propugnaculum. Inferior verò Pannonia à Septentrione Germaniam Danubiúmque: ab Occaſu Pannoniam ſuperiorem, à Meridie Liburniam, quam hodie Sclauoniam appellant, proſpicit: ab Ortu verò Iazyges Metanaſtas: quem tractum hodie Septem caſtra vocant. Hæc Pannoniæ pars hodie ferè vno nomine Hungaria dicitur. Vtriuſque regionis populi pannones, ſiue pannonij. Fuerunt autem hæ pannoniæ ſub Impp. Romanis, Arcadio, Honorio & ſequentibus (vti ex Rufo, Marcellino & lib. Notitiarum licet colligere (pluribus vocabulis diſtinctæ: vti ſunt. Pannonia prima, eadem fortè cum ſuperiore: ſecunda eadem cum inferiore. Sauia ſiue Ripenſis, Riparienſis habet lib. Notit. & *Valeria* Pannoniæ *Bubalia*, item *Sabaria* meminit Aur. Victor, in vita Decij & Didij Iuliani Impp. Hanc eandem cum Sauia à Sauo flumine: illam à Bubali ciuitate ſic nominari credunt. Pannoniam *Cibalienſem* à Cibali vrbe, quam Ptolem. in inferiori Pannonia ponit. Pannoniam *Sirmienſem* quondam Gotthorum ſedem nominat Caſſiodorus lib. 3. variarum ad Coloſſeum. *Amantina* Pannonia eſt etiam apud Lazium, ex Ptolemæo & Plinio. Pannones olim quoque *Pæones* dicti fuere à Græcis in primis. Superior Pannonia hodie ab *Auſtria, Carinthia* & *Caraloſa* occupatur. Sauia Pannonia à Lazio *Sclauonia* nominatur. Valeriam, Rhenanus *krabaten* vocat. Pæoniç pars verſus Thraciam, vbi Rhodope ſita eſt, nunc *Clocotinitza* nominatur, inquit Euſtathius. Vide libellum Iazij Germanica lingua ſcriptum de regno Hungariæ.

panolbus, fuit Epicus poeta.

panomphæus, Iouis epitheton, πᾶν & ὀμφὴ vox, ſiue quòd ab omni lingua colatur, ſiue quòd omnium voces audiat. Ouidius 7. Metamorph.

panope, pes, ſiue panopea, Nympha marina Nerei & Doridis filia, ita dicta à perſpicuitate viſus.

panorum, vicus. Vide panos.

panopes, Aceſtæ regis Siciliæ comes venator egregius, de quo Virg. 5 Æneid.

Tum duo Trinacrij iuuenes, Helymus, Panopéſque,
Aſſueti ſyluis comites ſenioris Aceſta.

panormus. Vide panhormus, eſt etiam Achaiæ portus Ptolemæo, *Raphai* Sophiano dicitur.

panormus, Samiæ terræ eſt apud Liuium libro trigeſimo ſeptimo, hodie *Macri* nomen habere legitur apud Nardum in ſuo Liuio Italico.

panormus, Ptolemæo, Cretæ inſulæ vrbs in latere Septentrionali. Bellonius *Voliſmeni* vocat.

panormus, Cephaleniæ portus Porphyrio, & Epiri Ptolemæo, quem Sophian. *Panormo* adhuc appellari ait.

panormus, Chalcidicæ regionis vrbs in Macedonia teſte Ptolemæo *Teriſſo* fortè hodie.

panormus, Siciliæ vrbs. Ptolem. eam noſtra ætate *Palermo* indigitant, Aretio, Fazello & pluribus teſtibus. Polybius hanc libro primo in duas partes diſtinguit, in veterem nempe & nouam, quas Neapolim & *Paleopolim* vocat.

panos, vicus iuxta rubrum mare eſt, qui & panon: Gentile, panocomites. Steph.

panos inſula, vrbs Æthiopum, quæ aliàs Adulis.

panos, ciuitas in Ægypto eſt, vbi & panis ſimulachrum magnum habetur, pudendo ad ſeptem digitos erecto, quod dextra flagellum intentat Lunæ. Ciuis, panopolites. Steph.

panotea. Vide PHANOTEVS.

panaces, nomen amnis, ab vſu medicinæ pecorum dicti. Eſt in Samo prope Chalchantis & Podalitij ſacella. Strabo l. 16. Sane apud Strabonem πανακες fluuij non eſt nomen ſed appellatiuum eſt, & fluuio cuius meminit Strabo nomẽ eſt Athæno ἀπὸ τοῦ ἀλθαίνειν, quod eſt Sanare. Licophron autem non gregibus tantum ſed & hominibus prodeſſe hunc fluuium indicat.

pantachus, ptolemæo Siciliæ fluuius in latere exortiuo, *pantagies* Plinio *Pantacius* Thucydidi dicitur, *Pantagia* Virgilio & cæteris ferè poetis, videtur Polybio *Liſſum* vocari, cùm ad ac-

cidentem Leontini adſcribit. Fazellus ipſum fluuium *Portarii* eius autem oſtium *Canale* & *Brucæ* appellari hodie ſcribit.

pantænus theologus eruditiſſimus, primus ſcholæ eccleſiaſticæ præfuit apud Antiochiam, anno ſalutis 181 Euſeb.lib 5.c.10.hiſt.eccleſ.

pantagias, fluuius Siciliæ rapidiſſimus, quem poëtæ fabulantur ante Proſerpinæ raptum, cùm pleno ferretur alueo vicina loca ſtrepitu impleuiſſe. Verùm cùm Cereri, filiam raptam quærenti, moleſtus eſſet, deam indignatam aquas eius imminuiſſe & in poſterum ſilentio fluere iuſſiſſe. Seruius Dictus autem videtur Pantagias, ἀπὸ τῷ παντ᾽ ἄγειν, quòd rapiditate ſua, obuia quæque proſternat, ac ſecum rapiat.

pantanus, lacus Apuliæ in Italia. Plin. lib. 3. cap. 11. creditur à Leandro *Lago de Leſina* vocari.

panthea, vxor Abradatæ, Suſij ductoris: ſub Cyro maiore caſtiſſima, quam Cyrus, expugnatis Aſſyriorum caſtris, ob pulchritudinem duxerat captiuam. Xenophon apud Cælium lib. 7. c. 53. Et pæ hæ. lib. 5.

Pantheon, templum Romæ) vt Dion. hiſtoricus refert) ſic dictum, quòd in Martis Venerisque imaginibus, ſub ipſo templo conſtitutis, omnium deorum imagines effictæ erant. Siue quòd templum ipſum rotundum ſit, cœlóque perſimile: & ſic quoque omnium deorum habitatio cenſeatur. Pantheon Ioui vltori ab Agrippa factum fuit Hodie appellatur Templum diuę Mariæ rotundæ, inter reliqua antiquorum opera integerrimum.

panthesilea. Vide penthesilea.

panthous & panthus, nomen proprium filij Otrei fratris Hecubæ, qui fuit vir Troianus ex prioribus vrbis. Hom. Iliad. 2 Virg 2 Æneid.

Quo res ſumma loco, Panthu? quam prendimus arcem?

panthoides patronymicum pro Euphorbus Panthoi filius, quem Pythagoras philoſophus dicebat ſe fuiſſe belli Troiani tempore, & à Menelao interfectum eſſe.

Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondã
Hæſit in aduerſo grauis haſta minoris Atridæ.

Ouid. 15. Metam. & Philoſtr. in Euphorbo Ouid. 15. Metam.

pantia, inſula parua, attamen habitabilis, non multum disiuncta à Pandataria, non procul à ſinu Caietano. Strabo lib. 5. lege, Pontia.

panticapæa, Tauricæ Cherſoneſi vrbs Ptolemæo. *Veſpero* hodie vocari ſcribit Niger quod ſi verum eſt, antiquum nomen obtinet. Nam Plinio teſte, olim quoque *Boſphorium* appellatum fuit.

panticapæum, maxima vrbium in Boſphoro, Metropolis cæterarum. Condita eſt ab Æetæ filio, cui Agaerus Scytharum rex hunc locum donauerat, & præterlabente amne, Panticape nominata. Ciuis, panticapæus, & panticapiates. Steph. Vide panticapum.

panticapes, fluuius Scythiæ, quintus ab Iſtro. Herod. lib. 4.

panticapum, oppidum ibidem prope Boſphorum, eodem authore. Vide panticapæum.

pantopoleon, impoſtor nominatiſſimus Euſtat. in Homerum, Odyſſ. α.

pantomatrium, oppidum Cretæ inſulæ maritimum. Plin. lib. 4. c. 12. Ciuis, pantomatrius, vel pantomatreus. Pineto *Milopotamo* eſt.

pantrepes, fluuius Scythiæ.

panyaſus, Ptolemæo Macedoniæ fluuius eſt: Hunc Theuetus *Spirnaſſe* nominat, ſed alio loco idem Apſum fluuium eodem nouo nomine interpretatur. Ex hoc *Panyaſi* facit *Genuſum* Liuij Ligorius in ſua Græciæ tabula.

panyſus, Ptolemæo in Mœſia inferiore fluuius. *Pamiſus* Plinio eſt, cui hoc in tractu quoque alius fluuius eſt. *Paniſſa* nomine Panyſum hodie *Laniza* vocari tradit Niger.

papæus, nomen, Herod. lib. 4. quo apud Scythas Iupiter vocatur.

papellius Iſter, Conſul, quo tempore bubo infauſta auis Capitolij cellam intrauit, propter quod Nonis Martiis vrbs luſtrata eſt eo anno. Plin. lib 10. cap 12.

paphages, nomen regis Ambraciæ. Is cùm obuiam factus eſſet leænæ catulis ſuis ſtipatæ, ab ea occiſus eſt.

paphlagonia, regio minoris Aſiæ ad Septentrionale littus verſa, ſupra Galatiam, cuius eam Ptolemæus partem facit: ita dicta, Steph. à Paphlagone Phinei filio. Incolæ paphlagones: ex quibus fuerunt & Heneti, qui per ſeditionem patria pulſi, & Rege Pylemene ad Troiam amiſſo, Antenorem in Italiam ſecuti ſunt, & pro Henetis, literæ vnius immutatione Veneti appellati. Liuio lib. 1. ab vrbe condita Paphlagonia (vt Solinus ſcribit) à Cytoro monte conſurgit, porrecta in ſpatium trium & ſexaginta millium. In ea Mithridates Eupatoriam condidit, quæ ſubacta à Pompeio pompeiopolis nominata fuit.

paphnutius, homo et, Epiſcopus, Ægyptius Confeſſor, ex illis, quos Maximianus dextris oculis effoſſis, & ſiniſtro poplite ſucciſo, ad metalla damnauerat. Sed in hoc tanta virtutum inerat gratia, vt ſigna per eum non minùs, quàm dudum per Apoſtolos fierent. Nam & dæmones verbo tantum fugabat, & ægros ſola oratione curabat: ſed & cæcis viſum dediſſe dicitur, & paralyticos ad ſtabilitatem corporis reuocaſſe. Quem Conſtantinus Imperator in tanta veneratione & affectu habuit, vt ſæpius eum intra palatium euocatum comple-

complecteretur, & illum oculum qui in confeſſione fidei fuerat euulſus, auidioribus oſculis demulceret. Ruff.lib.10. cap.4.hiſt.eccleſ. Is concilio adfuit Nicæno in quo quum cæteri Patres legem laturi eſſent, quâ Coniugium ſacerdotibus prohibebatur, ſolus Paphnutius, quanquam cælebs erat, contradixit, honorabiles confeſſus nuptias, & caſtitatem eſſe dicens concubitum cũ propria coniuge, &c.hiſt.tripart.lib.2.c.1.14.

paphos noua, Ptolemæo Cypri inſulæ vrbs: *Bapho* hodie dici teſtatur Niger, hæc olim quoque *Erythra* dicta fuit, vt Stephan. ſcribit. Paphum ab Auguſto Imp. *Auguſtam* appellatam tradit Dion.lib.54. ſed veterémne an nouam non diſcernit. duæ enim ſunt in Cypro, Ptolemæo auctore.

paphus, Cypri ciuitas, Veneri quondam ſacra in qua ante nuptias puellæ dotem quæſituræ in honorem Veneris in littore ſe proſtituebant. Iuſtinus lib. 18. Pomponius lib. 2. Strabo 14. Plin. lib.5.c.31. Hæc frequenti terræ motu lapſa nunc ruinarum tantùm veſtigiis, quid olim fuerit, oſtendit. Inde paphius, phia, phium. Stephanus Paphum Cypri vrbem, Erythram olim dictam ſcribit.

paphus, filius Pygmalionis, filij Cilicis, ex Eburnea matre. Cùm enim olim Pygmalion in Cyprum inſulam perueniſſet, comperiſſétque mulieres omnium libidini obſequentes, cœlibem vitam ducere ſtatuit. Porro cùm ingenio valeret, eſſétque ſculptor inſignis, dicitur ſibi ex candidiſſimo ebore muliebre ſculpſiſſe ſimulachrum, omnibus venuſtatis, formæque numeris, quoad fieri potuit, abſolutum. In quo cùm homo ingenioſus artem ſuam miraretur, in eius amorem incidit, orauítque Venerem, quæ ſumma cum veneratione id temporis in Cypro colebatur, vt vxorem ſibi concederet, ſtatuæ ſuæ eburneæ ſimillimam. Quibus precibus à Venere exauditis, Pygmalion domum rediens ſtatuam ſuam animatam inuenit, ſeruatíſque iiſdem lineamentis, eodemque candore, in formoſiſſimam virginem transformatam. Cuius poſtea concubitu vſus, ex ea Paphum filium ſuſcepit, qui & patri in regno ſucceſſit, condidítque vrbem in Cypro, quam de ſuo nomine Paphum appellauit, conſtructo etiam in ea templo, & ara in honorem Veneris, quæ à loco Paphia eſt cognominata, cui diu ſolo thure ſacrificatum eſt.

papia, ciuitas Inſubrium, Ticinum alio nomine appellata, olim Oſtrogothorum & Longobardorum Regum ſedes. Et fluuius eodem nomine. Vide Ticinum.

papias, grammaticus, qui ſcripſit Dictionarium Latinum ordine literarum.

papias, D. Ioannis auditor. D. Polycarpi condiſcipulus, & ſocius, Hierapoleos ciuitatis epiſcopus fuit: cuius quinque ſeruantur libri, qui inſcribuntur, Verborum Dominicorum explanatio. Euſeb.lib.3.cap.35.& 39.hiſt.eccleſ.

papinianus, Iuriſconſultus, Seuero principi gratiſſimus, Sceuolę diſcipulus, qui in aduocatione fiſci ſucceſſit. Is eſt, cui filios ſuos Seuerus moriens commendauit, deinde ab Antonino Caracalla ſecuri percuſſus eſt. Cauſa necis traditur, quod Caracalla interfecto fratre Geta, ei mandauerit, vt & in Senatu, & apud populum facinus dilueret: illum autem reſpondiſſe, non tam facilè parricidium excuſari poſſe, quàm fieri Spartianus.

papinius Statius, Neapolitanus, inter heroicos poëtas relatus, haud ignobili genere ortus eſt. Quidam ſcribunt maiores eius oriundos eſſe Epiro, diúque verſatos Sellis, non ſine admiratione ingenij & probitatis. Patrem Papinium habuit, qui ob inſignem eruditionem, egregiáſque virtutes, Neapoli ciuitate donatus, in qua Statius Papinius poëta natalem ſuum habuit. Compoſuit multa & varia poëmata, Thebaidem libris duodecim, quos conſecrauit Cæſari Domitiano. Deinde aggreſſus eſt ſcribere opus de Achille: præterea opus Syluarum. Crinitus.

papis, aliàs Baal, vel Beelphegor, idolum quondam fuit, quod Iſraelitæ in monte Phagor adorandum erexerant, ob quam rem horrendam, ac Deo ſummo abominabilem, Iudæi toties à Deo grauiter culpantur, & in ſacris literis reprehenduntur. Quod quidem idolum Romani ſub nomine Priapi colebant. Arrian.lib.6. & 7.

papitium, vrbs Paphlagoniæ: Ciuis, Papitius. Steph.

papippus ſculptor egregius, Praxitelis diſcipulus, qui Zetum & Amphionem, Dircen, & Taurum ſcripſit.

papiria, ſiue Papiſia, gens patritia Romæ fuit, ex qua tres nobiliſſimæ celebrantur familiæ diuerſis cognomentis inſignitæ. Alij enim Papirij dicebantur, Mugillani, alij Craſſij, alij Curſores. De omnibus frequens fit mentio apud hiſtoricos. vide paulo pòſt Papyrius.

paprimis, vide Ægypti. Ciuis, paprimites. Ste.

pappus, philoſophus Alexandrinus, ſcripſit de ſitu orbis, & de fluuiis Africæ commentarios in Ptolemæum.

papyrius, à velocitate Curſor dictus quũ Conſulẽ ſe aduerſis hominibus contra Samnites progreſſum eſſe ſenſiſſet, ad auſpicia repetẽda Romã regreſſus: edixit Fabio Rutiliano ſeu, vt alij legũt, Rulliano magiſtro equitum quem exercitui præponebat, ne manus cũ hoſte conſereret. Sed cũ ille opportunitate ductus pugnaſſet, ac viciſſet, reuerſus eum ferire ſecuri voluit: ille in vrbem confugit, nec ſupplicem Tribuni tuebantur.

ſibi Arſacis nomen,cognomento attribuit, tant i fuit Arſacis virtus,Alex.ab Alexand. lib.1.c.2.

parapiani, populi ſunt in India regione Capiſſene, non procul ab Indo fluuio, Plin. libro 9. cap.23.

parapotamia,regio Tigri proxima, Plin.libro 9. cap.27. Steph. vrbs Phocidis,Ciues, parapotamij.

pararencho, nomen viri, Sext. Pomp lib.12. Non omnibus dormio, prouerbium videtur à Capio quodam, qui pararencho dictus eſt, quòd ſimularet dormientem, quò impunitiùs vxor eius mœcharetur. Alciatus lib.4. parerg. cap.26. pararechus, inquit ἀπὸ ῥέγχω dictus eſt, quod roſtro ſeu naſo ſterteret, & ſomnum in menſa ſimularet, vt riuali vxori ſuæ morem gereret, vt eſt apud Feſtum, quod & à quodam Galba factum fuiſſe Plutarchus eſt author, dum C. Mæcenati in vxoris ſuæ amorem effuſo, obſequeretur: vnde ortum prouerbium, Non omnibus dormio.

paraſius, filius Philonomiæ cuiuſdam, quæ cùm paſtoris cuiuſdam concubitu prægnans facta gemellos enixa eſſet, paraſium videlicet & Lycaſtum, metu patris abiecit in Erymanthum vbi in concauam quercum delati, lupam repererunt, quæ abiectis propriis, eoſdem lactauit. Author. Plutarch.

paraſtiaba, Bulgarorum regio à Ioanne Ziniſce Imp. expugnata,à quo *Ioannipoli* appellata eſt Guropalate auctore.

paranæi, populi Theſprotiæ, ſic dicti, quòd iuxta Auum fluuium habitent. Rhianus lib.4. Theſſalonicorum.

parcæ,deæ fatales, humanæ vitæ ſtamina diſpenſantes. Dictæ autem putantur parcæ à partu, teſte Varrone, eò quòd naſcentibus hominibus bona maláque conferre cenſeantur. Alij à parcendo κατ' ἀντίφρασιν dictas putant, propterea quòd nemini parcant.Hæ autem tres eſſe finguntur, Clotho, Lacheſis, & Atropos, Erebi & Noctis filiæ: quarum primam colum volunt geſtare, ſecundam nendo humanæ vitæ terminum præfinire: tertiam filum incidere,hoc eſt,vitam tempore ſtatuto abrumpere. Hinc ſorores lanificæ à poëtis appellantur. Apuleius ternarium parcarum numerum à triplici tempore ductum exiſtimat. Nam quod in fuſo perfectum eſt,præteriti temporis habet ſpeciem. & quod torquetur in digitis, momenti præſentis indicat ſpatia: & quod nondum ex colo tractum eſt, futuri & conſequentis ſeculi poſteriora videtur oſtendere. Lacheſim dictam eſſe putant, ab eo, quòd λαγχάνει, Græcè, ſortior, deſignat. Atropon, quia verti, hoc eſt, mutari, aut flecti non poſſit ab α priuatiua particula, & verbo τρέπω, quod eſt, verto: Clotho, quoniam contorta, & conuoluta omnia teneat:à verbo Græco κλώθω,quod ſignificat neo vel circumuoluo. Latini veteres earum tria nomina fecerunt, Nonam, Decimam, & Mortam.

paremphis,vrbs Ægypti: Ciuis,paremphites. Steph.

parentalia,erant ſacra funeſta,quæ fiebant ab antiquis in honorem mortuorum: cuiuſmodi ſunt Anniuerſalia noſtra.

parentium. Iſtriæ vrbs. Ptol.lib.3.cap.1. Vulgò *Parenzo*. Gentile, parentinus.

paretaceni, populi montani, & latrones Perſis contermini. Strabo lib.11.

paretaceni, gens in Media. Herod.lib.1. Meliùs parætaca, per æ, vt ſuprà.

patia, inſula phænicij maris ante Ioppenſiam dicta *Arcades*,inquit Pli. *Anteradenſem* inſulam vocat Curchinus. Alia ab hac videtur Ptolemæi *Arados*.

pariades, pariedrus & pariadres, mons Aſiæ, hodie *Leprus* dictus, Iouio teſte.

pariani, populi in Helleſponto, qui Amorem inter deos venerantur.

paricane, vrbs Perſica, Gentile, paricanij, & paricani. Steph.

pariedrus, confractus maris à læua Taurimontis.

parienna. Ptol.lib.2. cap.11. Germaniæ vrbs, Vulgò *Frideck* in Sileſia Villanouano.

parilia, deæ palis feſta.

parilitium, ſydus vulgò ita appellatum: quia eo oriente parilia celebrantur. Peritiores hoc ſydus Hyades vocant. Dicitur etiam palilitium.

paris, ridis, Priami Troianorum regis & Hecubæ filius, alio nomine Alexander appellatus, cuius matri, cùm illa ſe facem ardentem parere ſomniaſſet, coniectores reſponderunt, fore vt filius, quem in vtero geſtabat, cauſa eſſet Troiani excidij. Qua re cognita, Priamus puerum, vbi primùm fuit natus, Archelao ſeruo exponendum tradidit. Contra Hecuba cùm materno affectu, tum infantuli forma commota, curauit vt furtim nutriretur à paſtoribus in Ida monte. Vbi cùm adoleuiſſet, Œnonem Nympham amauit, & compreſſit, ſuſcepítque ex ea duos filios. Porrò quum in dirimendis controuerſiis eſſet æquiſſimus, maximam iuſtitiæ famam ſibi comparauit, adeò vt orta inter deas, Iunonem, Palladem & Venerem diſceptatione de formæ præſtantia, propter aureum malum à Diſcordia ad Pelei nuptias illatum, in quo ſcriptum erat, Detur pulcherrimæ, iudex ſit conſtitutus. Quas cùm vidiſſet nudas, ſententiam tulit, ſecundum Venerem, quæ pulcherrimam fœminarum ſibi promiſerat, neglecto regno, quod pollicebatur Iuno, & contempta, quam Pallas offerebat, ſa-

pientia. præterea cùm eſſet fortiſſimus, in agonali certamine, quod ad Troiam agebatur, cùm alios omnes ſuperauit, tum ipſum etiam Hectorem, qui cùm ægrè ferret à paſtore ſe eſſe ſuperatum, gladiúmque in eum ſtringeret. Paris illi aperuit ſe eius fratrem eſſe germanum, quod & allatis crepundiis probauit. Sic igitur cognitus, à patre receptus eſt. Deinde, conſtructis viginti nauibus ſub ſpecie legationis ad repetendam Heſionem: in Græciam miſſus eſt, vbi à Menelao hoſpitio eſt receptus. Verùm cùm ille neceſſaria de cauſa in Cretam nauigare cogeretur, Paris ſibi occaſionem rei bene gerendæ oblatam ratus, Helenam, quam mutuo amore deperibat, rapuit. & in Aſiam abduxit. Herodotus tamen author eſt in Græciam veniſſe, abſente Menelao, Helenæque pulchritudine captum, Spartam expugnaſſe, illámque etiam renitentem & omnes regios theſauros rapuiſſe, & ob id poſtea Helenam à viro recipi meruiſſe. Ex quo raptu deinde ſecutum eſt bellum Troianum, in quo ſingulari certamine cum Menelao congreſſus cùm penè vinceretur, à Venere pugnæ ſubtractus eſt. Poſtremò Hectore & Troilo fratribus occiſis cùm ipſe ſumpto arcu & ſagittis, quibus plurimùm valebat, Achillem ſub prætextu deſponſandæ Polyxenę ſororis, in templo Tymbræi Apollinis interfeciſſet, ipſe quoque à Pyrrho, ſiue (vt aliorum eſt opinio) à Philoctete occiſus eſt, poſt cuius mortem Helena Deiphobo nupſit. Hunc Homerus vbique parum ſtrenuum inducit amoribúſque & citharæ, quàm tractandis armis aptiorem. Vnde eſt illud apud Ouidium in epiſtola Helenes,

Bella gerant alij, tu Paris ſemper ama.

Paris, rex Galliæ, anno ferè ante Romam conditam 660. Hic vrbem Pariſienſem, omnium florentiſſimam condidit, ac de ſuo nomine nominauit. Maneth & Ann. in Commentar. eiuſd.

paris, hiſtrio, libertus Domitiæ, Neronis amitæ, qui ſolebat Neronis luxus intendere cœnæ tempore, eiuſque animum demulcere. Cornelius Tacitus. Tranquillus ſcribit à Nerone eum fuiſſe interfectum, quaſi grauem aduerſarium. Idem ſcribit Domitianum vxorem repudiaſſe Paridis hiſtrionis amore perditam.

pariſades, rex ponti ſub Darij vltimi & Alexandri Macedonis tempore.

pariſij, orum, populi inter Celtas qui Senonenſi prouinciæ attribuuntur, Senonibus, Bellouacis, Agendico ac Meloduno finitimi, Lutetiam epiſcopalem vrbem inhabitant, poſitam in inſula fluminis Sequanæ. Cæſ. lib. 6. Comment. Ptol. lib. 2. c. 8.

parium, ciuitas Aſiæ in regione Myſiæ, ex qua fuit Neoptolemus, cognomento Gloſſographus, vir memoratu indignus. Strab. lib. 10. & 11. Pomponio Bithyniæ, Ptolem. Plin. Straboni propontidis in Helleſponto oppidum à Mileſiis, Erithræis, Pariiſque conditum. Stephanus à Pario Iaſonis filio nominatum ait. Gentile, Parius, Ciuis, parianus, vel parianeus. Iuxta hoc, teſte Plinio lib. 7. cap 2. gentes ſunt, quæ Ophiogenes vocantur, ſerpentum ictus ſeruare ſolitæ, & impoſita venena extrahere corpori. Varro etiam nunc eſſe paucos ibi dicit quorum ſaliuæ contra ictus ſerpentum medeantur. In eodem oppido Plin lib. 36. cap. 5. Cupido nudus, fuit par Veneri Gnidiæ nobilitate & induſtria. *papyrio* vocat eam Sophianus. *paradiſo* autem Niger, ab Homero *Adraſtiam* appellatam tradit Plinius. Eandem & *peſtos* apud Homerum dici ſcribit Camerarius.

parius, Tarſenſis quidam, quem ſupra Dianæ ædem decumbentem febris adeò vehemens corripuit, vt tandem oppreſſerit. De illo Hippocrates lib. 3. de morbis vulgaribus, eiúſque interpres Galen. Comment. lib. 3.

parma, nomen fluuij, à quo vrbs inter Placentiam & Cremonam ſita, Parma appellata eſt, Plinius lib. 2. cap 1. Hæc patria fuit Caſſi poëtæ, & Macrobij, viri ingenio & doctrina præſtantis. Gentile, parmæus, parmanus, vel parmenſis.

parmenas, nomen Diaconi. Act. 6.

parmenides, Eleata philoſophus Xenophanis auditor atque amicus, cuius meminit Plato, qui eius nomine dialogum ſcripſit, vocauitque parmenidem, ſiue de ideis. Hic carmine phyſiologiam expreſſit, ſicut Empedocles & Heſiodus: duplicem eam eſſe dixit, vnam quæ veritate conſtaret, alteram quæ opinione. Primus deprehendiſſe dicitur eundem eſſe Luciferum & Heſperum: alij Pythagoram dicunt. Suid. Diog.

parmenio, inter Alexandri comites maximè dilectus. Curtius & Plutarch.

parmeniſcus Aſtrologus, quàm ſapienter de Autumno ac vindemiis ſcripſerit, refert Plin. li. 18. c. 31.

parmeno, apud Comicos, nomen viri, quaſi deſes à παρὰ & μένω maneo.

parnaſſus, mons Phocidis, Apollini & *Muſis* ſacer, duos vertices habens, quorum vnum Tithorea vocari, alterum Hyampeum, author eſt Herodotus in Vrania. Cithæron autem & Helicon, quos Seruius malè putauit eſſe Parnaſſi iuga, montes ab hoc diuerſi & diſiuncti ſunt: ille circiter quindecim paſſuum millia: Cithæron verò triginta, ab eo diſtans. Ouidius 1. Metamorph. In hoc monte rupes vel maieſtate numinis, vel ſitu ipſo horrorem viſentibus facit, vndique ferè præceps, in formam theatri: hic eſt Apollinis Delphici templum: hic fons

Caſta-

Caſtalius, Muſis ſacer. Hic habitauêre pieres, natio Thracia, vnde pierius mons & pierides Muſæ. Sub parnaſſo habitauerunt Hyantes populi. Vnde aquæ parnaſſi fontis Hyantides dicuntur. Hic fontes Atticam verſus, Hippocrene & Aganippe. Hinc parnaſſius, ſia, ſium: *Nec tantùm Phœbo gaudet Parnaſſia rupes*. parnaſſus Stephano mons Delphorum: Incola, parnaſſius: fœmininum, parnaſſia, parnaſſias, parnaſſis: poſſeſſiuum, parnaſſiacus. Vocabatur autem priùs Larnaſſus, quòd Larnax, id eſt, arca Deucalionis illuc appuliſſet. Alij à parnaſſo vate dictum volunt qui primus in pythiis vaticinatus ſit. Steph. nunc Caſtaldus *Parnaſſo* vel Liacura, vt Sophianus tradit, vocatur. Lactan. Grammaticus. Iuuenalis & cæteri poëtæ parnaſſi duo iuga deſcribunt, *Cirrham* nempe & *Niſam*.

parnes, mons Atticæ: vnde parnetius: Stephanus.

parni, ſunt Nomades, illi ſcilicet populi, qui Arſace viro Scytha duce Parthiam inuaſerunt atque obtinuerunt, quum antea Ochum accolerent. Strab. lib. 11. Deæ quoque vocantur, Xanthij & parij.

parnopius, Apollo dictus eſt apud Bœotios, ſiue à mare qui apud Æoles *παρνόπιος* dicitur, ſiue à culicibus, qui ſic apud Bœotios nominantur. Pauſanias parnopium vocat, quòd infeſtas agro Athenienſi locuſtas, hoc eſt, *πάρνοπας* de regione propulſauerit.

parnetes, eſt cognomen Calliſtrati Athenienſium principis, qui quia inſtituit, vt in iudiciis & concionibus nummuli diſtribuerentur, datus eſt prouerbio locus, Obolum reperit panetes.

parnus, quidam qui ob amiſſam nauiculam, cum obuiis quibuſque litigabat. Hinc adagium. Diſceptare ob parni ſcaphulam, id eſt, ob res minutulas, multum mouere litium & querelarum. Diogenianus apud Eraſmum.

parœtea, regio prope mare rubrum: Incolæ, parœtæ. Steph.

paropamiſadæ, Ptol lib. 6. cap. 18. populi Aſiæ qui ab occaſu Aria, & ab Oriente parte Indiæ, à meridie Arachoſia terminantur: ſic dicti à monte paropamiſo, eis à Septentrione imminente Torcaſtenſis Tartarorum regni pars, præter oleum omnia proferens. Stephan. ciuitas & mons Indiæ: Incolæ, paropamiſſadæi, & paropamiſſadæ.

paropamiſus, qui *Calchiſtan* Caſtaldo nominatur, pars Tauri montis, vbi ſe ipſum, vt Plinius inquit, exuperat, & in excellentiſſimam conſurgit ſublimitatem. *Caucaſus* dictus eſt ab Alex. Magni militibus, Arriano & Diodoro teſtibus, ſed impropriè: nam Caucaſus (vt ſuo loco dictum eſt) inter Euxinum & Hyrcanum mare iacet. Extrema huius paropamiſi à barbaris *Eodea* & *Himaonum* appellari ſcribit Strabo pro paromiſo *parnaſſus* apud Dionyſ. legitur. Ex hoc paropamiſo Indus fluuius fontes ducit, vt Plinius cum Arriano perhibet, quo tractu hodie à Pineto & Gerardo Mercatore *Pamer* vocatur. Atque hæc eſt altiſſima pars orbis terræ. In paropamiſo monte arca Noë conſtitit, opinione Becani, lege eius Indoſcythica. Eſt item paropamiſus amnis apud Solinum.

paropaniſus, Aſiæ regio eſt, Ptolem. *Sableſtan* Caſtaldo teſte, hodie dicitur. *Daba* quibuſdam vocari ſcribit Niger.

paroræa, vrbs Arcadiæ, Ciues, paroreatæ. Eſt etiam Macedonum vrbs: Gentile, paroræi, vel paroritæ. Steph.

paros, inſula maris Ægæi, vna Cycladum, XXXVIII. M. paſſuum diſtans à Delo: ita dicta à paro Iaſonis filio, vel ab Arcade quondam paro paraſij filio. Plin. 4. c. 12. In hac inſula marmor candidum proueniebat, ad Deorum ſimulachra maximè expetitum: idque à loco Parium dicebatur. In ea eſt oppidum etiam Parum vocitatum. Diuerſa eius diuerſis temporibus nomina fuerunt, pactya, Demetrias, Zacynthus, Hyria, Hyleeſſa, Minoa, & Cabarnis à Cabarno, qui filiæ raptum Cereri prodidit. Ciuis parius: non, vt Apollonius habet parianus. Hinc natum eſt prouerbium *ἀναπαριάζειν*, de illis qui pacta & conuenta violant. Steph. vel potius Eraſm. in Chiliadibus.

paros, inſula Liburnorum. Steph.

paroſta, Ptolemæo Tauricæ Cherſoneſi vrbs. Niger ſcribit *Paraſinum* quibuſdam eſſe. Huius Plinius meminit, dicitque eius terram omnia vulnera ſanare.

parparon, regio Æolidis in Aſia, vbi Thucydidem obiiſſe ferunt. Alij perinem vocant. Ciuis, parparonius, vel parparoniotes. Steph.

parrhaſia, Arcadiæ oppidum, Plinius libro quarto, capite ſexto, non procul à Stymphalo, Lycaonis patria, à quo vniuerſa Arcadia à poëtis quandoque parrhaſia appellatur.

parrhaſia, Stephano vrbs Arcadiæ, ſic dicta à Parrhaſo vno filiorum Lycaonis. Nicanor parmaſiam olim vocatam ſcribit, propter Lycaoniam paranomiam, id eſt, impietatem erga Iouem. Ciuis, parrhaſius, parrhaſicus. Stephanus item parrhaſis. Gentile, fœmininum, vnde parrhaſidem Vrſam, pro Septentrionibus poëtæ vſurpant, reſpicientes nimirum ad Caliſto Lycaonis parrhaſiæ regis filiam, in hoc ſidus conuerſam.

parrhaſides, ob immodicam procacitatem dictus eſt Demochares, ſicut ob morum fero-

citatem Demoſthenem Argen ſerpentis nomine vocitarunt. Alexand. ab Alexand. libro ſecundo capite vndecimo.

Parrhaſius, pictor inſignis, qui primus ſymmetriam picturæ dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli venuſtatem oris expreſſit, & artificum confeſſione in lineis extremi palmam adeptus eſt. Vide alia eius opera apud Plinium quàm plurima, ſuperatus tamen eſt à Timante in Aiace. Idem venit in certamen cum Zeuxide. Et cùm ille detuliſſet vuas pictas tanto ſucceſſu, vt in ſcenam aues aduolarent: ipſe detuliſſe linteum pictum traditur ita veritate repræſentata, vt Zeuxis alitum iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo oſtendi picturam, atque intellecto errore concederet palmam ingenuo pudore, quoniam ipſe aues fefelliſſet, Parrhaſius autem ſe artificem. Plin. lib. 35. c. 10.

parſueti, Aſiæ montes. *Nochdariaſari* Caſtald. Vide Taurus.

parthaon, pater Œnei Regis Ætoliæ, auus Deianiræ.

parthanum, Antonino vrbs in Vindelicis: *Partenkirch* oppidulum ad Loyſam fluuium nominat Simlerus.

parthenaſpates, Parthorum rex à Traiano deſignatus paulò poſt à Parthis pulſus eſt.

partheni, Plin. Parthini Pomponio & Dio Illyrici populi, quos hodie Raguſienſes licebit appellare.

parthenia, vicus prope Pontum. Steph. Samos etiam olim ſic dicta eſt. Idem.

parthenium, vrbs Eubœæ, & alia Thraciæ: Gentile, Parthenienſis, & Partheneus. Stephanus.

parthenium, promontorium in Taurica Cherſoneſo eſt. Plinio teſte. *Roſaphar* Barbaris dici ſcribit Niger.

parthenius, mons Arcadiæ. Plin. lib. 4. c. 6. Ita dictus à Virginibus, quæ in ea Veneri frequenter ſacra facere ſolebant.

parthenius, fluuius Paphlagonum, in Pontum Euxinum influens.

parthenius, fluuius Aſiæ minoris Ptolemæo, Arrianus huius meminit, & dicit eam eſſe terminum inter Bithyniam & Paphlagoniam. *Dolap* hodie eum nominari ex tabulis coniicitur.

parthenius fluuius. Stephan. per mediam Amaſtrianorum vrbem influit: ſic dictus, vel quod Diana virgo frequenter in eo venaretur, vel quòd placido, tanquam virgineo gradu profluat, vel quòd Virgo Palætinis regis filia in eo ſubmerſa ſit. Eſt etiam promontorium prope Heracleam.

parthenius, poëta Nicæus, Suidæ elegiacus, diuerſorúmque metrorum, à Cinna in bello Mithridatico captus, deinde ob ingenium manumiſſus. Vixit vſque ad Tiberium Cæſarem, qui eius ſcriptis admodum delectabatur: Huius Partheníj locos Virgilius quandoque mutuabatur: cuiuſmodi eſt illud Glauco, & Panopeæ, & Iuno Melicertæ. Author Gellius. Fuit item alter Chius genere, filius Theſtoris, qui vocatur Choas Homero poëta prognatus: ſcripſit verſus in laudem patris Theſtoris. Suid.

Parthenopæus, filius Meleagri & Atalantæ. Nonnulli perhibent illum Martis & Menalippes fuiſſe filium, ſiue Melanionis, qui fuit Rex Arcadiæ, & Thebana bella puer admodum petiit, & in bello Troiano periit, cúmque apud inferos vidit Æneas.

Parthenopæus, adoleſcens quidam formoſiſſimus, Statij amaſius.

Parthenope, vna Sirenum, quæ præ dolore, quòd prætereuntem Vlyſſem cum ſociis in ſcopulos cantu pellicere non potuiſſent, in mare ſe præcipitauerunt. Harum alia in loca. Parthenope autem eò delata eſt, vbi poſtea condita fuit Neapolis, præclara vrbs Campaniæ, quæ ab eius nomine etiam Parthenope eſt appellata: Neapolim autem poſtea dictam fuiſſe hanc vrbem nonnulli putauerunt, quòd ab Auguſto fuerit inſtaurata: ſed hoc verum eſſe non poteſt. Nam etiam apud Lycophronem, qui Ptolemæi Philadelphi temporibus multis ante Auguſtum annis claruit, Neapolis hæc vrbs appellatur, & ciues eius Neapolitani: quos ſcribit quotannis ad templum Parthenopes faces ferre conſueuiſſe. Veriſimilior eſt itaque aliorum opinio, qui hanc vrbem à Cumanis conditam tradunt: qui, quum in eo loco Parthenopes corpus in veteri monumento conditum repeririſſent, nomen eius vrbi indidere: ſed poſtquam loci vbertate atque amœnitate maiorem in modum frequentari ciuitas cœpit, veriti ne Cumæ deſererentur, diruendi Parthenopem conſilium iniuere. Quo facto, mox immani peſtilentia vexati, oraculo moniti ſunt, vt nouam vrbem reſtituerent. Cui oraculo obtemperantes, vrbem paulò ante dirutam, ſplendidiùs inſtaurarunt, & ex reſponſi verbis arrepto nomine, Neapolim, hoc eſt nouam vrbem appellauerunt. Hinc Parthenopæus parthenopæa, Parthenopæum. Vide Neapolis & Sirenuſſæ.

parthenopolis, vrbs Macedoniæ ſic dicta à filiabus Geræſti filij Mygdonis, quæ cùm agreſtes & inhumanæ eſſent, pater, vt eas ad ciuiliorem vitam inuitaret, ciuitatem earum gratia condidit. Steph.

par-

Partenæ hieron id eſt, Virginis templum, & parthenuacra, nomen loci & promontorij ante Cherſoneſum B ſphorij vrbem, Strabo, vbi templum & ſim lachrum dæmonis cuiuſdam eſt, locus patet ſtadijs centum. Incola, Parthenius.

Parthia, Aſiæ regio, ab occaſu Media, ab Aquilone Hircania, ab ortu Ariana, à Meridie Carmaniæ deſertis terminata. Huius incolæ Parthi dicuntur, pertinaciſſimi olim nominis Romani hoſtes, qui Craſſum inſidijs circumuentum, cum vniuerſo exercitu ad internecionem ceciderũt. Hi arcu plurimùm valuerunt, quo vel fugientes hoſti plurimùm detrimenti afferebant. *Arath* Mercatori eſt, *Choraſan* Nigro, *Iex* Hadriano. *Parthi* à quibuſdam Parthyæi vocantur authore Euſtathio. Strabo eos non ſemel ſic appellat lib. 2.

Parthini, populi Macedoniæ. Plin. lib. 4. c. 23. in deſcriptione Macedoniæ.

Parthus, vrbs Illyrica: Gentile, Parthenus, *παρθῖνος*, Stephan. Regio Macedoniæ.

Parthiene, Parthiæ regionis pars Ptolemæo. *Naiſtan* Pineto dicitur, *Dels* Caſtaldo vocatur: incolis *Trapaſtan* appellatur, teſte Nigro.

Partiſcum, Ptolemæo Iazigum Metanaſtarum oppidum, *Cechometh*, Nigro.

Partula, Septimio Florenti Dea erat, quæ puerperiis præeſſe credebatur, quæ quidem non alia eſt quàm illa, ſiue Gellijſiue Varronis parca, quam quaſi partam mutato t in c, vocatam dicunt Tertullia. de anima. Hæc æſtimando etiam ſuperſtitio Romana deam finxit Alemonam, alendi in vtero fœtus, & Nonam & Decimam à ſolicitioribus menſibus & partulam, quæ partum gubernet, & Lucinam, quæ producat in lucem: nos officia diuina, angelos credimus.

Parunda, Dea parientium, quas Terentius Lucinam vocat. Lyl. in *Miſcellan. Syntagma.

Paryſatis, Plutarch. Cyri filia, Artaxerxis mater, quæ famulam habuit, Gygem nomine, qua vtebatur ad veneficia.

Paſargada, Perſidis vrbs apud Ptol. *Cholqueta* hodie, vt tradit Theuetus.

Paſchalis I. Romanorum pontifex XCVI. anno ſalutis 817.

Paſchalis II. ſub annum Chriſti 1100. multa bella geſſit.

Paſchaſius, martyr, ſub Genſerico Gotthorum rege ſupplicio affectus.

Paſchillus, Romæ vates ridiculus, aut potius ſtatua lapidea, cui prædictiones & ſatyras affigunt, item dicteria, quæ in ſuo nomine non audet quis euulgare. Lyl. 4. Syntagmat. Hiſtoriar. Deorum.

Paſiphaë, filia Solis, vxor Minois, Regis Cretæ, quam fabulæ ferunt. Tauri amore captam fuiſſe, Dædalique opera, quæ ligneæ eam vaccæ incluſit, voti compotem factam Minotaurum peperiſſe, media parte hominem, reliquâ taurum referentem: quod monſtrum poſteà in Cretenſi labyrintho Theſeus dicitur interfeciſſe, Ariadnes ope adiutus. Seruius Minois ſcribam tradit nomine Taurum, cum Paſiphaë mutuo eius amore capta, in Dædali ædibus concubuiſſe: expletiſque legitimis menſibus gemellos peperiſſe: quorum alter Minoi: alter Tauro ſcribæ ſimilis extiterit: indéque factum eſſe locum fabulæ, vt Paſiphaë monſtrum biforme traderetur peperiſſe.

Paſithea, theæ, ſiue Paſithee, es, quæ & Aglai à quibuſdam appellatur, vna Gratiarum, filia Iouis & Eurynomes, ſoror Thaliæ, & Euphroſynes.

Paſithoe, Nympha marina, Nerei & Doridis filia. Heſiod. in Theogon.

Paſithoe, Atlantis filia ex Æthra.

Paſiteles, ſculptor egregius in Græcia natus, & ciuitate Romana donatus, Plaſticen matrem ſtatuariæ, ſculpturæque & cælaturæ eſſe dixit, & cùm eſſet in omnibus his ſummus, nihil vnquam fecit antequàm finxit. Plinius libro 35. cap. 12.

Paſitigris, Plinius libro 6. capite 20. nomen quo Tigris fluuius, vbi remeauere aquæ, appellatur.

Paſſa, vrbs Thraciæ: Gentile, Paſſæus. Stephanus.

Paſſala, nauale Mylaſſienſium: Gentile, Baſſalæus.

Paſſalon, Ptolem. Ægypti vrbs, *Peſla* Antonini eſt, vt æſtimat Villan. *Peſcla* in li. notit. credit dici Simlerus.

Paſſalus, filius Sennonidis, mulieris fatidicæ, frater Achemonis. Vide Achemon.

Paſſanda, parua regio iuxta Adramyteum vrbem & Ciſthenen, Gentile, Paſſandæus. Stephan.

Paſſargadæ, ciuitas, quam Cyrus condidit eo in loco, vbi vicit Aſtyagem. Si interpreteris, Perſarum caſtra ſignificat. Steph.

Paſſer, nomen loci, cuius meminit Martialis,

Non mellis Sinueſſa feruidiq;
Fluctus Paſſeris, aut ſuperbus Anxur,

Paſſienus Criſpus, primus maritus Domitiæ, cuius pecuniariam litem aduerſus fratrem Ænobarbum defendit, vt eſt apud Quintilianum libro 6. c. p. 2. deinde Agrippinæ matrimonio & Nerone priuigno clarior, inter

primarios ciuis emicuit, bis Conſul, & Orator inſignis, Eius eſt ſcitum illud in G. Cæſarem *neque meliorem vnquam ſeruum, neq; deteriorem Dominum fuiſſe.* Vide Tacitum & Senecam. Plinius ſcribit, arborem mori eximiam ſic adamaſſe, vt non modo oſculari, complectíque, verùm etiam cubare ſub illa, vinúmque illi affundere ſolitus ſit, lib. 16. c. 24.

Paſſienus, Paulus eques Rom. princeps Propertij, quem & inter maiores ſuos numerabat, elegiarum ſcriptor fuit. Recitanti aliquando præſente Iaboleno Priſco IC. hoc initio: Priſce iubes? Ego verò, inquit ille, non iubeo, magno omnium riſu ſubſequuto, vt habet plin. Epiſt. 6. Laudatur effusè ab eodem plin. lib. 9. ad Seuerũ.

paſſinum, aut potius paſinum, vrbs fuit in ſinu perſico, olim dicta Chorax, pòſt ab Alexandro Alexandria, ab Antiocho Antiochia, nouiſſimè ab paſino, aut vt alij volunt, Spaſimo, Spaſimum authores Dion in vita Traiani, Steph. & plin. lib. 6. c. 17.

paſtoris, vrbs Ægypti. Ciuis, paſtherites, Steph.

paſtona, ciuitas ad Euphratem. plin. lib. 5. c. 24.

paſtophori, ſacerdotes ſacroſancti Ægyptiorum honoratiores cæteris. Dicti paſtophori, quòd ferant pallium Veneris, cui nomen eſt paſtos. paſtophoros eſt etiam Venus appellata. Hinc paſtophorium, thalamus in quo habitat præpoſitus templi.

paſtor, presbyter caſtiſſimus, qui ſtudio caſtitatis ſeruandæ matrem ad ſe venientem cella clauſa repulit.

paſtor, Cos. cum Æliano anno vrbis 915.

paſtos, oppidum ad ægæum mare, non procul à Neapoli regione Thraciæ. plin. lib. 4. c. 11.

paſumena terra, ſcribunt Volater. & Leander à Strabone vocari eum tractum Tuſciæ, quem vulgò *Il Caſentino* vocant. Viterbienſis ſcribit hunc tractum *Caſentino* hodie dictum, ab Antonino in ſuo itinerario, *Cluſentinum* tranſitum appellari.

pataga, Syenitarum ciuitas in Arabia. plin. lib. 6, cap. 27.

patage, inſula aliis nominibus platage, nunc Amorgos inter Sporadas. plinius libro quarto, cap. 12.

patala, vrbs Indiæ: vnde patalæus, & patalemicus. Steph.

patalu, Inſula vicina Cariæ: Gentile, patalius, & fœm. pataleis. Steph.

patales, portus Indiæ celeberrimus, vbi Sol dexter oritur, &, vmbræ in meridiem cadunt. plin. lib. 2. c. 73.

patacion, vir quidam vſque adeò calumniator, vt leui de cauſa bonis viris calumnias strueret, eóque turpi quæſtu rem domeſticam augeret. Hinc natum prouerbium, patacione calumnioſior. vide infra pattæcion.

patara, vrbs Lyciæ, patari opu', Strab. lib. 14. in qua Apollo hybernis ſex menſibus oracula edebat. Seru. in illud Virg. 4. Æneid. *Nunc Lyciæ ſortes*, &c. Dicta à Pataro Apollinis filio & Lyciæ Xanthi filiæ, vel ab alio pataro Lapeonis filio. Hinc patareus, rea, reum. Alexander ſcribit Salaciam puellam ex Ophionide, ſacra Apollini in patera (ſic ciſtam illi vocant) attuliſſe: videlicet bellaria, lyras, arcus & ſagittas, quibus ille puer adhuc ludẽdo ſe oblectaſſet. Et cùm quieſcendi gratia vas depoſuiſſet, illud vento in mare abreptum ad Lyciorum Cherſoneſum delatum eſſe, ac illic à quodam illorum qui ex Salacia fugerãt, inuentum, qui bellaria omnia cremauerunt. Itaque Cherſoneſum Apollini conſecratam, & à patera, i. ciſta illic inuenta, denominatam.

patauia, vocatur vulgo Latino ea vrbs Germaniæ ad Danubium ſita, quam incolæ *Paſſaw* vocant, Bruſchio teſte.

patauium, ciuitas Venetiæ, recentiore nomine padua appellata. Hanc Antenor fertur condidiſſe cùm capta iam Troia, vnà cum Henetis & Paphlagonibus in intimum maris Adriatici ſinum ſeſe contuliſſet. Vide padua.

Patauium, vrbs Italiæ ditionis Venetorum, in plano ſita eſt vndique amnibus irrigua. Vrbs admodum munita, lata & profunda foſſa aquis repleta, validiſſimis muris cincta, & populo frequẽs. Pomœrium habet amplum prętorium ſpecioſiſſimũ, & plumbeis laminis opertum. Gymnaſium celeberrimũ à Carolo Magno inceptũ, & à Friderico II. anno 1222. ſtabilitum, & poſt 40. ann. à Pontifice Vrbano IV. confirmatum. Eſt itẽ in hac vrbe hortus, (quem Medicorum cognominant) ſphæricus & amplus, omni exoticarum herbarum medicinalium genere conſitus.

Patauinus, ager, (Marchię Treuiſanę portio) olim latius, nunc his terminis continetur. A Meridie Athesis fluuius procurrit, à Septentrione Muſo paruus amnis dilabitur: ab Oriente æſtuaria Venetiarum: ab Occidente autem colles Euganei & ager Vicentinus. Patet omnis hic circuitus CCCLXXX M. paſſuum: in quo ſpatio ſunt tercentum & quadraginta ſeptem villæ ſeu pagi. Ei ſubiacent hodie municipali iure ſeptem inſignia oppida, & ſex vici. Huius agri Patauini tanta eſt fertilitas, vt ex abundantia frugum copia, vicinis quoque ciuitatibus, abſque vlla ſuorum ciuium inopia, quæ ad vſum vitæ neceſſaria ſunt, largè multa ſuppeditet. Generoſitas vini magna eſt. Venationes, aucupia & piſcationes frequentes, adeò fluminibus rigatur, vt nullus agreſtis vicus vltra quinq; paſſuum millia diſtet à flumine. Quamuis Bononienſis ager ferax ſit, à patauino tamen

ferti-

fertilitate ſuperari, Itali omnes vulgato prouerbio aſſerunt.

pataium. Ptolem. lib. 5. cap. 1. vrbs in ponto, ſiue Bithynia, quæ hodie *pelmen* dicitur.

patellarij, dij ita dicti, quod patellis, quæ vaſa erant in ſacrificiis vſurpari ſolita, placarentur. Plautus.

Dij me omnes magni Minuti & patellarij.

Et Ouidius.

Fert miſſos Veſtæ pura patella cibos.

paterculus Romanus quidam, cuius filia Sulpitia ſemel matronarum ſententia pudiciſſima fœmina iudicata eſt & electa ex centum præcipuis quæ ſimulachrum Veneris ex Sibyllinis libris dedicaret. Plin. lib. 7. cap. 35.

pateria, inſula, Plin. lib. 4. cap. 12. non procul à Lemno in ſinu Scythico ad Helleſpontum.

Fl. Paternus, Cos. cum fl. Amicio Maximo, anno vrbis 1196.

* paterniana, ptol. lib. 2. cap. 6. Hiſpaniæ vrbs, quæ vulgò *paſtrana* dicitur.

Ov. Paternus, Conſul cum Maximo, anno vrbis 975.

patmos, inſula vna ex Cycladibus, vt docet Strabo in mari Ægeo, quæ ſicut Plinius ſcribit lib. 4. cap. 12. patet circuitu triginta millibus paſſuum, ad quam relegatum ferunt Ioannem Apoſtolum à Domitiano Imperatore Romano, Apocalypſimque ſcripſiſſe in ea, Apocalypſ. 1. Euſebius libro 3. capite 18. Eccleſiaſtic hiſtor.

pathiſſus, Daciæ fluuius, Plinio quem Lazius & Vvernherus Hungariæ fluuium interpretantur, qui nunc *Triſſa* vocatur. *parthiſcum* legitur apud Ammianum *Tibiſcus* Ptolemæo eſt *Tibeſis* hoc tractu apud Herodotum eſt. *Tiſſa* fluuius, qui vulgò *Ciſa* appellatur, dicit Matth. Michouienſis in ſua Sarmatia.

patiorus, Siciliæ mediterranea vrbs, quæ hodie Aretio teſte *palazzolo* vocatur.

patizites, vir Perſa, magus: Smerdim fratrem ſuum ſimilem Smerdi fratri Cambyſis, Perſarum regem declarauit. Fuit enim præfectus Cambyſis apud Perſas.

patmos, Plinio & Straboni Icarij maris inſula: nomen antiquum retinet, ſi Nigro creditur. *palmoſa* nouo nomine vocat Sophianus.

patracorij, Ptol. lib. 2. c. 7. Galliæ populi, vulgò *perigori*. Legitur hodie, petrocorij.

patræ, arum, ciuitas in Achaia, quã Pauſanias *Aroen* dici priùs ſolitam affirmat, mox à Patreo mœnibus ampliatis nomen accepiſſe, quod nunc habet Pli. lib. 4. c. 4. Ciuis, patreus. Ibi D. Andreas eſt martyrium paſſus.

patraſis, vrbs Pontica. Gentile, patraſites, patraſius, patraſitus. Steph.

patriamphes, vir perſa, Xerxis auriga, Herod. libro 7.

patricius, vicus Romæ dictus, quod ibi patricij habitauerunt iubente Seruio Tullo, vt ſi quid aduerſus ipſum molirentur, ex locis ſuperioribus opprimi poſſent.

patricij, dij octo erant, Ianus, Saturnus, Genius, Pluto, Bacchus, Sol, Luna, Tellus, qui & ipſi magnos in mundi adminiſtratione gerere putabantur magiſtratus.

patritius, Conſul cum Hypathio, anno ab vrbe 1254.

D. patritius, D. Martini ſorori filius, anno Chriſti 431. à Celeſtino papa in Hiberniam miſſus, Hibernos ad Chriſti fidem aſſiduis ſacri Euangelij prædicationibus, vitæ probitate, honeſtiſque moribus, & exempli, apprimè Chriſtianis ſtatim conuertit. Vad. Ann. in lib. 3. Mel. Pomp.

patriagadæ, locus perſicus: qui inhabitant, ſimiliter, Steph.

patrobas, nomen viri Rom. 16.

patrobius, Neronis principis libertus, qui arenam Nili ad debellanda corpora palæſtræ ſtudiis ſibi ex Ægypto aduehi faciebat, Plin. lib. 35. cap. 13.

patroclides, aſſentator Philippi Macedonum regis.

patroclus, Mœnetij filius, & Stheneles qui occiſo per ludum aſtragalorum Cleonymo ſeu, vt aliis placet, Æane Amphidamantis filio ſolum vertens, in Pthiam venit, vbi à Peleo propter generis propinquitatem ſuſceptus eſt, & vnà cum Achille apud Chironem educatus, cum eodem arctiſſima amicitia iunctus vixit: poſtea etiam cum eo ad expeditionem Troianam profectus eſt, vbi armis Achillis indutus cum Hectore pugnans: ab eodem confoſſus occubuit. Quod cùm reſciuiſſet Achilles, tametſi propter ereptam ſibi ab Agamemnone Briſeida, bello abſtinere omnino conſtituiſſet, nihilominus mutato propoſito, acceptis etiam à Thetide matre aliis armis à Vulcano fabricatis, ad bellum rediit, nec priùs quieuit ex animo, quàm ſocij mortem crudeliſſimè vindicaſſet. Homer. poſtremis libris Iliad.

patroclus, diues quidam fuit, ſed maximè ſordidus ac parcus. Hic enim poſteaquàm ad ſummas opes euectus eſt, aut vt alij dicunt, ex quo natus eſt, nunquam eſt vſus balneo, parſimoniæ cauſa. Taxatur ab Ariſtophane in Pluto. Ab hoc natum eſt prouerbium, Patroclo ſordidior. Eraſm.

patroclus temporibus Neronis ad Conſulatum vſque ex infimo genere prouectus iuxta Capitolium inambulationem ſtruxit cum latrinis quas Martialis epigr. libr. 12. epi. 78. appellat ſellas patroclianas à conditore. Sunt tamen qui velint latrinas ſellas patroclianas appellare à

Digitized by Google

patrocle Ariſtophanico qui *χέζων* cognomento, quaſi cacator audiebat. Sic autem dicuntur ſellæ patroclianæ, vt Varro dixit, ſellas familiaricas pro priuatis latrinis ad familiæ aluum leuandum. Turneb. aduerſ. lib. 3 c. 26.

patrocli inſula iuxta Atticam eſt. Inde patroclonesius. Steph.

patronus Voluſianus, Conſul cum Gallieno Auguſto, anno vrbis 1011.

pattæcion, quiſpiam infamis calumniator: cui cùm mos eſſet bonis viris calumnias ſtruere, atque hoc tam fœdo quæſtu parare rem tandem comprehenſus, conuictúſque pœnas capite luit. Huic fuit præcipuum ſtudium, probati nominis iuuenibus negotium faceſſere. Idem popularibus comitiis lapidatus eſt, quod fur eſſet, & ædium perfoſſor. Vide prouerbium. pattæcione calumnioſior. Vide ſupra patacion.

pattagia, fluuius Siciliæ. ἀπὸ τοῦ παταγεῖν, i. à ſonitu, nam per ſaxa fluens clamare videtur.

pattaici, ſeu pattæci, apud Phœnices, Dei minutuli, quos in proris triremium circumuehere ſolebant. Herodotus pigmæis ſimiles patraicos Deos dicit. Lil. Syntag. 1.

patulcius, dictus eſt Ianus, quòd tempore belli portæ templi eius pateant.

patumus, vrbs Arabiæ: Gentile, patumius, vel patumenus. Steph.

patycus, vrbs Oenotrorum mediterranea: Gentile, patycites. Steph *paula* Barrio.

pauentia Dea, ab antiquis conſtituta, vt auerteret pauores ab infantibus: atque inde etiam appellata, authore D. Auguſtino.

paula Romana quædam mulier, quæ mortuo marito, ſuas facultates indigentibus erogauit.

paulina Sentij Saturnini Syriæ præſidis ſub Auguſto coniux, nobilis & prudens matrona, dolo Sacerdotum Romæ in æde Iſidis ſtuprum paſſa eſt, idque circa initia principatus Tiberij. Ioſeph. antiq. lib. 18. cap. 4. Hegeſip. lib. 2. c. 4.

paulinus, Nolanus Epiſcopus, adeò miſericors, vt cùm in captiuis redimendis omnes fortunas ſuas effudiſſet, filium viduæ mulieris corpore ſuo in eius vicem ſeruituti addicto, redemerit. Diacon.

paulinus, Cos. cum Ioannes, anno vrbis 1251

paulus cognomen familiæ Æmyliæ.

paulus Iudæus ex tribu Beniamin. Philip. 3. 2. Cor. 11. Natus in Tarſo vrbe Giliciæ, & educatus Hieroſolymis ſub præceptore Gamaliele. Act. 22. profeſſione Phariſæus, & magno zelo perſequens Eccleſiam Chriſti Philip. 3. Conſenſit cędi Stephani protomartyris Act. 7. 8. Quumque ſpirans minas & cædem aduerſus Chriſtianos proficiſceretur Damaſcum, quum appropinquaret Damaſco, conſternatus ſubita luce & voce Chriſti obiurgatus, ad pœnitentiam vocatus eſt, cui vocationi obediens, quum antea fuiſſet hoſtis & perſequutor Chriſti, miſericordiā conſequutus eſt, & vocatus Apoſtolus ad prædicandū Euangeliū Ieſu Chriſti, Act. 9. 26. 22. 1. Tim. 1. Gal. 1. Martyrio affectus creditur ſub Nerone ann. Chriſti 64.

paulus, pontifex Rom. xc. ann. ſal. 757.

paulus II. pontifex ann. ſalutis 1494.

paulus Affarta, præfectus vrbi Rom. ſub ann. Chriſti 769.

paulus Guiniſius, Lucæ dominus, dolo ſuorum ciuium captus, ad Mediolani ducem perductus, diuturno carcere afflictus eſt, ſub ann. Chriſti 1429.

paulus Fab. priſcus, Conſul cum L. Vitellio. an. vrbis 786.

paulus Samoſatenus, Antiochenus pontifex idemque hæreticus, Chriſtum è cœlo deſcendiſſe negauit.

paulus primus Anachoreta, cui in latebris ſolitariam ferarum vitam agenti, coruus quotidie dimidiatum panem afferebat. Cùm autem eò veniſſet Antonius, vt Paulum ipſum videret, coruus integrum attulit panem, & propter nouum hoſpitem panem duplicauit. Non pauciores quingentis Monachos habens, trecentas orationes de vnoquoque die reddebat: & ne numero fortè delinqueret, trecentos lapides ponebat. & ſingulis orationibus lapidem mittebat in ſinum. Expenſis verò lapidibus, orationes ſciebat eſſe completas, Sozom lib. 8. hiſt. trip.

pauor & pallor, Dij à Iulio Hoſtilio figurati & culti. Auguſtin. Hoſtilius certè Rex Deo & ipſe nouos pauorem atque pallorem propitiandos non introduceret, ſi Fœlicitatem Deam noſſet & coleret. Liuius lib. 1. & Lactant.

paupertas, Dea, quam Ariſtophanes in Pluto *πενίαν* & dicit & deſcribit, à Gadaræis ſumma in veneratione habita eſt, quòd crederetur artes inueniſſe, induſtriam & hominum ingenia acuere. Arrianus. Hanc ore pallidò furiæ ſimilem, niſi quòd facem non præfert, pingunt.

pauſanias, Macedo adoleſcens, qui Philippum Macedonem interfecit. Hic primis pubertatis annis ſtuprum per vim paſſus ab Attalo fuerat, & quod deterius eſt, conuiuis vti ſcortum vltrò oblatus. De qua iniuria apud Philippum ſæpe queſtus, cum eum ridentem facinus videret, iram in eum conuertit & vltionem, quam ab inimico non poterat, ab iniquo iudice exegit. Trogus.

pauſanias Cæſarienſis, Grammaticus æqualis Ariſtidi, ſcripſit de conſtructione librum vnum, problematum item vnum. Suid. Philoſtr.

pauſanias, Cleombroti filius Lacedæmoniorum dux, res multas bello fœliciter pro Lacedæmoniis geſſit. Contra Athenienſes, qui bellum excitauerāt, miſſus, eos pacatos reddidit, cie-

eiectis ex vrbe decem tyrannis.

Pauſanias, rex Macedonum, Olymp. 95.

Pauſias, pictor Sicyonius, Bryetis filius, Pamphili Macedonis diſcipulus, qui Glyceram corollarum textricem adamauit, eámque depinxit humi ſedentem, & coronas ex floribus plectentem: quod opus ex argumento Stephano plocon appellauit. Hinc Pauſiacus, ca, cum. Hic pictor primus lacunaria & cameras pingere inſtituit. Eius tabulam Lucullus duobus talentis emit.

Pauſilypum, villa Campaniæ, ſic dicta ab amœnitate, non procul à Neapoli, ἀπὸ τῆς παύσεως τῆς λύπης, h. e. à curæ mœroriſq; ceſſatione.

pax Iulia Ptolemæo Luſitaniæ vrbs eſt. Nunc *Badaio.* dici Villanouanus & Tarapha ſcribunt, *Beia* vel *Bexa* Cluſius interpretatur, & Vaſæus qui ait eam adhuc tempore Maurorum *Pacam* appellatam: ſed de his ſcitè Varro in ſua chorographia diſputat, vbi docet *Badaios*, Strab. *Pezaugustam* eſſe, & à Plinio *Pax* dici vbi lib. 5 cap. 32. meminit Pacenſis Coloniæ & Pacenſis conuentus, tandem olim à Mauris *Baxagus* dictam, ab antiquo nomine *Pax Augusta*, Pax Iulia verò Ptolemæi & Antonini hodie *Beia* & à Mauris *Paca* nominari idem dicit, alia ergo eſt *Pax* Plinij. & *Pezaugusta* Strabonis à *Pace Iulia* Ptolemæi. Hæc in *Beia.* illa in *Badajos* hodie nomen mutauit.

paxæ, Plinio Inſulæ duæ inter Leucadiam & Corcyram. Nigro hodie *Paxu.* Vide Ericuza.

pazaites, Turcarum Imperator, Conſtantinopolim decem annis fruſtra obſedit.

pazaites, Turcarum Imperator, aduerſus Ægyptios infœliciter pugnauit fœliciùs aduerſus Chriſtianos, quibus Methonem, Naupactum & Dyrrachium ademit: tandem à filio Seſmo, imperio pulſus eſt.

P E

peda, vrbs Auſoniæ, Gentile, Pedanus. Steph.

pedæus, Antenoris filius nothus. Homer. Iliad. 7.

pedalij, Indorum populi, qui in ſacrificijs nihil aliud à Deo petebant quam iuſtitiam, arbitrari ſe omnium rerum compotes futuros, ſi eam conſequerentur.

pedalium, in Ptolemæi exemplaribus Latinis eſt Cypri promontorium, *Pedaſium* etiam nonnulli habent. Mercator *Cabo de Griego* vocat.

pedana. regio Italiæ non procul à Roma, dicta à Pedo antiquo oppido.

pedaſa, vide Pegaſa.

pedaſium, promontorium eſt non procul à Cypro Strab. li. 4.

pedaſus, Homer. lib. 6. Iliad Bucolionis maximi filiorum Laomedontis filius, frater Æſepi ex Abarbarea, Nympha. Eſt & eius nominis ciuitas, Pylo vicina, vini fèraciſſima, vt idem Homerus eſt author libro 9. Iliados, vide Corone & Pegaſus.

pedaſus, vnus ex equis Achillis, vt idem tradit Iliad. 16. quem præ cæteris egregium tanquam equorum immortalium comitem habebat. Siquidem hunc Podarge inter equas rapidiſſima, cùm in verno prato paſceret, ad Oceanum ex Zephiro genuit, eóq; ventos, vnde originem traxerat, curſu & quaſi volatu æquabat.

pedemontana regio, olim regio Taurinorum nunc Pedemontium vocatur, tanquam pedem montium: quoniam ad radices Alpium eſt, quæ Galliam, Sabaudiámq; ab Italia diuidunt. Fines eius ponunt geographi ab oriente Padum, à Meridie Ligurum Alpes, à Septentrione Duriam Ripariam. Agros habet amœnis fructiferiſq; collibus plenos, qui frumentum aliáſque fruges & optima vina, cum nobiliſſimis fructibus producunt. Vrbibus, oppidis, pagiſq; perhoneſtis nitet. Ducatus Taurinus, ſub Longobardis appellabatur. à quibus in prouinciæ formam cui dux præerat, redactus eſt. Longobardorum verò imperio deleto, primùm in Italiæ regum poteſtatem venit: poſt in Regulorum diuerſorum, diúque ſeculis vltimis ditioni Principum, Comitum, Ducúmque Sabaudiæ fuit habita, donec 1536. partem eius Franciſcus 1. Galliæ rex cepit, nunc verò Sabaudiæ duci reſtituta eſt, Metropolis eſt ciuitas Taurinum, ad oſtium in Pado Duriæ. Ad Padi fontem verſus Ripellum & Paiſana ſunt marmorum nobilium lapidicinæ. Ad capitis Padi dextram, incipit planities quædam amœna, vallis Padi vel Luſernæ dicta ab oppido nimirum, quod habet, Luſerna, cuius incolis inſtituta horrenda & nefanda attribuit Leander, cuius audacem impudentiam ſatis confutat Luſernatum vita inculpata. De regione Pedemontana plura extant apud Dominicum Nigrum.

Pedias, tribus Atticæ. Steph.

Pedani, vide Trachea.

Pedianus Aſconius, vir doctus, vt teſtantur ſcripta Floruit paulò poſt Ciceronem in quem & notulas ſcripſit Plin. lib. 7 cap. quadrageſimo-octauo.

Pediculi, populi in Italiâ, Apulis & Salentinis conterimini. Plin. li. 3. c. 7. Pediculorum agrum & oppida. vide apud eundem. li. 5. c. 61.

Pedius, quidam pictor mutus. Qui Pedij conſularis triumphaliſque filius fuit. Plin. li. 35. capite 4.

Pedo Albinouanus, doctus poëta fuit, qui Epigrammata & ioco cõſcripſit. Floruit tẽporibus Auguſti & Neronis præcipuè amicus fuit Ouidio, qui Pedonium eum vocat, lib. 4. de Ponto

& poſteà Sydereum.

Pedyi, populi cauum alpium incolentes vnà cum Quaris (vel Cauaris, vt Plin. ait) Vocōtiis Pacorijs, Sconijs, & Allobrogum portione, integrum Delphinatum ſtatuentes. Strab. lib. 4.

Pedicis, vrbs Curiæ: Gentile ſimiliter, vel peditæ.

Pedniliſſus, vrbs Piſidiæ: Gentile, Pedniliſſeus. Steph.

Pedum, oppidum in Latio, olim à Camillo Conſule captum. Liu. lib. 2.

Pegæ, vicus Megarenſium, Incolæ Pegæi. Eſt & vrbs in Cyrenia Cypri. Steph.

Pegaſa, vrbs Cariæ: aliqui non rectè Pedaſa per d ſcribunt. Ciues, pegaſei.

Pegaſæ, Theſſaliæ oppidum, quod poſtea Demenas dictum eſt, propter quod nauis longa Argonautarum pegaſea nuncupatur, quòd Iaſon qui eam ædificauit fuit filius Æſonis fratris Peliæ regis Theſſaliæ. Hinc pegaſicus ſinus, in Theſſalia appellatus.

Pegaſides, Muſæ dictæ à fonte, qui πηγὴ dicitur, quem pegaſus ictu vngulæ fingitur aperuiſſe.

Pegaſides, Nymphæ, quæ & Naiades.

Pegaſus, (ſed videtur pedaſus legendum per d, vt etiam Gentilia) vrbs ſupra Idam, quam Achilles diripuit, Ciuis, pedaſeus, & patronymicum, pedaſidas. Steph. Fuit item pedaſus, vnus ex equis Achillis, quem euerſis Thebis bis Eetioneis equis ſuis immortalibus comitem addidit. vt placet eidem Hom. lib. 16.

Pegaſus, equus alatus, ex Meduſæ ſanguine procreatus, ita dictus ἀπὸ τῆς πηγῆς, id eſt, à fonte, quod iuxta πηγὰς, id eſt, fontes Oceani natus ſit, vbi Gorgones habitabant. Hic cùm in Helicona euolaſſet, ſaxum vngula feriens aperuit, qui ex eo Hippocrene, id eſt, fons equinus eſt appellatus. Poſtea verò cùm ex Pirene Corinthio fonte biberet, à Bellerophonte, qui id temporis expeditionem in Chimæram parabat, captus eſt. Cùmque is rerum terreſtrium tædio ductus, in cœlum euolare conaretur, indéque terram deſpiciens, timoréque perculſus è ſublimi decidiſſet, pegaſus nihilominus curſum ſeruans, in cœlum dicitur euolaſſe, ibíque inter ſydera conſtitutus. Arcticum circulum ſpectare, pedibúſque æſtiuo orbi adnixus, extremo ore caput Delphini tangere, & Aquarij manum dextram ceruici ſuæ adiungere. Fuit & hoc nomine Iuriſperitus: vnde & pegaſianum Senatuſconſultum. Pomp. de Origine iuris.

Pegaſus, Triarchi filius, cuius nauis pegaſę monumentum accepit. Eſt & viri nomen apud Maronem lib. 11.

Pegæ, Achaiæ vrbs. Prol. pagæ Plin. dicitur.

Peguntium: Ptolemæus habet pro Illyrica vrbe. Plinius vocat *piguntia*. *Almiſſa*. Niger habet.

Peiſo, Plinio Norici lacus eſt. Hunc interpretatur Lazius, quem Germani *Neuſidler ſee*. Eſt in confinibus Hungariæ & Auſtriæ: *peiſodis* lacum appellat Iornandes.

Pelagia, mulier Antiochena, voluptatibus & illecebris primùm deditiſſima, vt quæ nulli rei attentiùs vacaret, quàm corpori, comedendo. Tandem tamen meliore ducta ſpiritu, aſpernari cœpit quod ante amabat maximè.

Pelagiæ, ſeptem inſulæ, in Sachalite ſinu Indiæ. Steph. Ptolemæus quinque enumerat tantùm inter Siciliam & Africam. A Strabone *Tarichiæ* vel *phœnicorum* vocari videntur *Comigliari* appellat eas Niger.

Pelagius, hæreſiarcha, ſub annum ſalutis 415.

Pelagius, pont. Max. quinquaſimus octauus, anno Chriſti 555.

Pelagius II. anno ſalutis 583.

Pelagius, Hiſpaniæ rex aduerſus Saracenos electus, anno ſalutis 720.

Pelagonía, regio Sicilię: Gẽtile, pelagonęus, Incolę, pelagones. Steph. Alij in Macedonia cõſtituunt, & *Tripolim* cognominãt, auctore Strabone libro 7. quòd tribus nempe cõſtabat vrbibus.

Pelaſgia, regio Græciæ, circa extremam partem Macedoniæ, verſus Achaiam, olim Theſſalia dicta, inter duo maria propter anguloſos receſſus. Plin. lib. 4. cap. 4. A qua pelaſgi populi, quaſi pelargi, id eſt, Ciconiæ, quoniam errabundi ritu Ciconiarum per multas nationes iuerunt: vel à pelaſgo Iouis filio. Plin. libro 4. cap. 36. Vide parrhaſia. Stephano regio eſt, τῆς ἄργους à pelaſgo quodam condita, Gentile, maſculinum, pelaſgus, non autem pelagius, licet in fœminino vſurpetur pelaſgia & pelaſgiotis, maſculinum quoque pelaſgiotes. Hinc Argos pelaſgicum & pelaſgiacum, Stephanus. Poëtæ tamen pelaſgos indifferenter vſurpant pro quibuſuis Græcis. Stephanus Delum Inſulam olim pelaſgiam dictam meminit. Item Iſſam Leſbi vrbem, & aliam in Creta penſilem, quæ aliàs Lariſſa.

Pelaſgicus ſinus, ſic à Ptolemæo vocatur, à Plinio: pagaſicus, à pagaſa vrbe adiacente. *Pagaſæus*, à Mela, & *Iolciacus* ab Ouidio. *Ariſtophanis* interpres *pagaſiticum* nominat. Liuio *Demetriacus* eſt lib. 18. *Golfo de Armiro* à Caſtaldo nominatus.

Pelaſgis, regio eſt Achaiæ, vndique à mari remota, quæ prius Drymodis dicebatur. Inde pelaſgus, ga, gum. Dicta quoque eſt pelaſgis Arcadia, vt annotat Hermolaus in Plinij caſtigationibus, à Pelaſgo rege, magno & ſapienti viro ſcilicet, quia vitæ cultioris eius author fuiſſet, & victum ex ſtirpibus herbarum, arborum,

támque frondibus tranſtuliſſet ad glandem, maximeque fagineam. Steph.

pelaſgis, Ceres dicta eſt à pelaſgo Driopæ filio palæph.

pelaſgus, Rex Sicyoniorum, xxv. anno ferè ante Romam conditam 430.

*pele, nomen duarum ciuitatum Theſſaliæ: quarum vna Euripylo, altera Achilli parebat. A pele, fit pe leia, & Gentile, peleus.

pele, pa rua inſula quædam: Gentile, Pelæus. Steph.

peleces, vrbs in Libya. Gentile, Pelecites. Stephanus.

peleg, ſiue Phaleg, filius Heber, pater Rehu. Gen. 11. v. 17. 18.

pelegonius heros, vide Pelagonia.

pelenaria, ciuitas in Troglodytico ſinu ex Africæ latere non procul à Pindis. Plin. li. 6. c. 29.

pelendones, Hiſpaniæ populi, Plinio, *Medina Celi*. Pineto eſt.

pelethronij, cognominati ſunt Lapithæ, à Pelethronio oppido, Pelio monti ſubiecto. Hi primi omnium frænorum vſum inueniſſe dicuntur, & domandorum equorum artem, Seruius in illud Virg 3. Georg.

Fræna Pelethronij Lapithæ gyróſque dedêre.

Eſt item oppidum & mons Theſſaliæ. Stephan. Incola, Pelethronius.

pelethronius, nomen eius, qui primus (vt ſcribit Plinius) frænos & ſtrata equorum inuenit.

pelethronium, oppidum Theſſaliæ, vbi primum domandorum equorum repertus eſt vſus.

peleus, Æaci & Æginæ filius qui ex Thetide genuit Achillem, qui Pelides dicitur.

pelia, Tuſciæ amnis Catoni in originibus. *Paglia* hodie Leandro ex Viterbienſi.

pelias, liadis, eſt Achillis haſta, quam nemo præter Achillem ob magnitudinem vibrare poterat. Hanc à Pallade decorticatam & politam, à Vulcano cuſpidatam fuiſſe ferunt.

pelias, liæ, filius Neptuni & Tyrûs, Salmonei regis filiæ, frater Æſonis, Theſſaliæ rex: qui Iaſonem fratris ſui filium, cui indolem formidabat, cum eum perditum vellet, ad Colchicam expeditionem incitauit. Quod tamen conſilium tantum abeſt, vt illi ex ſententia ſucceſſerit, vt aureo vellere potitus Iaſon, magna cum gloria in patriam redierit: Pelias autem tandem filiarum ſuarum manibus ſit interfectus, idque inſtinctu Medeæ, quæ integræ ætati ſe illum reſtituturum ſimulabat. Ouid. 7. Metamorph.

pelігni, populi in quarta regione Italiæ, Marſis finitimi, quorum caput fuit Sulmo, Ouidij poetæ patria. Ibi peſſima naſcuntur vina, Inde Pelignus, gna, gnum.

pelignianus, Conſul cum Pomponio, anno vrbis 985.

pelinna, vrbs Theſſaliæ in phthiode, à pelino Œchalei filio dicta.

pelinus, vide Pelinna.

pelion, Theſſaliæ mons, in ſinum pelaſgicum incumbens, verticem habens Pineto, reliquam partem querneo nemore tectam.

pelion, Stephano vrbs Theſſaliæ. Inde peleus, pelieus, pelites, peliotes. Et fœminina, peliotis, pelia. A monte verò eiuſdem nominis, Gentile, fœmininum fit pelias: vſurpatur etiam pelioticus, poſſeſſiuum.

peliô, ciuitas Illyriæ. Gentile, pelenus. Steph.

pelius, quidam, quem Arcaſtus, peliæ Iaſonis patrui filius falsò apud ſe de ſtupri appellatione ab vxore accuſatum, in pelio monte omnibus armis ſpoliatum feris deuorandum reliquit. vide Acaſtus.

pella, vrbs Macedoniæ, in littore Ægæi maris illuſtrata, maximè natalibus philippi Macedonum Regis & Alexandri. Vnde vterque pellæus à poetis cognominatur. *Bunomos* antea dicta, vt Steph. tradit. Huius Liuius meminit lib. 44. *Ieniza* Sophiano, *Zuchria* Nigro hodie dici videtur.

pella, vrbs Theſſaliæ, Achaiæ, Cœleſyriæ, quæ & Buris vocabatur. Macedonica verò *Bunomus* antea dicebatur, deinde pella à conditore. Ciuis, pellæus. Gentile, pellenus.

pella, mons Æthiopiæ.

pella, ciuitas Syriæ, quæ aliàs Apamea, à pella Macedoniæ ſic dicta. Steph. Hæc & *Berenice* poſtea dicta eſt. Eò omnes Chriſtiani, cùm à Romanis obſideretur Hieruſalem, ſeſe receperunt.

pellaconta, fluuius in Media ad oram Arabiæ, quòd Buram oppidum præterfluit. plin. lib. 6. c. 26.

pellaon, Adriatici ſeu Veneti ſinus oppidum. plin. lib. 3. c. 10.

pellæa, gula apud Martialem pro deliciis Macedonicis, lib. 13.

Princeps Niliaci raperis Coranice macelli:
Pellæ prior eſt gloria, nulla gulæ.

pellenæus, mons in Chio, & poſſeſſiuum, pellenæus ſimiliter. Steph. in Chios.

pellæus, pagus eſt intimi ſinus perſici, cui hoc nomen à ſua patria dediſſe Alexandrum Magnum, plin. lib. 6. c. 27. commemorat.

pellene, oppidum Achaiæ, Strab lib 8. quòd à mari LX. ſtadiis diſtat, à quo pellenæi populi. Et pellenæa veſtis: verſa in prouerb. de priſco cultu. Item lanæ pellenicæ. Vide Eraſm.

pellina, etiam legitur apud Steph. ſimplici l. vt ſcribit Gemiſtus: cui quoque *Corcoba* dicitur, *Zaracha* hodie vocatur teſte Nigro, idem vide-

tur eam ab incolis *Diacopton* appellari ſubiungere. Alia eſt Pelinna Stephano in Theſſalia Phthiotidis regionis.

pellene, vicus, Strab. à quo Pellenicæ, vbi Chlænæ veſtes ad agonas victoribus præmia proponebantur.

pellina, vide Pellene.

pelodes, Epiri portus. Item ſinus Suſianæ in ſinu Perſico.

pelonia, Dea à pellendis hoſtibus ſic dicta.

pelope, vicus Lydiæ iuxta Phrygiam. Gentile, Pelopeus. Steph.

pelopæa, Thyeſtæ filia, quæ à patre grauida facta inſigni forma infantulum peperit, quem recenter natum, ne turpitudo ſua palam fieret, feris deuorandum in ſyluis reliquit. Euenit tamen Diis ita volentibus, vt paſtor quidam illac iter faciens, in puerum incideret, qui miſericordia motus, domum ſuam illum detulit, lactéque caprino educauit. Vnde & Ægiſthus appellatus eſt.

pelopia, vrbs in Epheſo, quæ Lyco flumine alluitur. Plin. lib. 5. c. 29.

pelopidas, Lacedæmoniis vir clariſſimus, cuius vitam lege apud Plutarchum.

peloponneſia, mulier quædã quæ quinquies quaternos enixa eſt, à Paulo Iureconſulto commemoratur in l. 3. ff. Si pars hæredit. pet.

peloponneſus, nobiliſſima totius Europæ peninſula, Iſthmo anguſtiſſimo Græciæ annexa, inter duo maria, Ægeum & Ionium, platani folio ſimilis, anguloſis receſſibus duos efficiens ſinus ab ortu Saronicum, Criſſæum, ſiue Corinthiacum, ab occaſu ſex millium anguſtiis, diremptos: olim Apia & Pelaſgia appellata. Poſtremò Peloponneſus dicta à Pelope Tantali filio, qui cùm Oenomaum Eleorum Regem curuli certamine ſuperaſſet, Hippodamiam filiam eius in vxorem duxit, regnúmque dotale accepit, totámque illam peninſulam Peloponneſum appellauit, vt latiùs docebimus in dictione ſequenti.

pelops, opis, Tantali Phrygiæ Regis & Taygetes filius, cuius pater cum deos in terris peregrinantes hoſpitio excepiſſet, vt certo aliquo argumento diuinitatem eorum experiretur: filium ſuum, illis epulandum appoſuit: à cuius eſu cùm Dij cæteri abſtinuiſſent, ſola Ceres humerum eius dextrum aſſumpſit. Quem cùm Iupiter deinde ad vitam reuocaſſet, eburneum humerum ei reſtituit. Ad quem quidem humerum poſt eiuſdem Pelopis mortem varia morborum ſanabantur genera & multiplicia edebantur miracula. Plin. libro decimonono capite tertio. Hic cùm poſtea adoleuiſſet, in Elidum ſe contulit, cui id temporis Oenomaus imperabat. Is cùm filiam vnicam haberet, nomine Hippodamiam, eámque formoſiſſimam, & regni totius hæredem, iiſque nominibus multis procis ambitam, nullis tamen eam voluit collocare, quod à genero ſuo ſe interfectum iri intelligeret. Hanc itaque rationem excogitauit, vt procis curule certamen proponeret, (habebat enim equos velociſſimos ex ventorum flatu procreatos) eámque certaminis legem, vt victor filiæ nuptiis poriretur, victus mortem ſubiret. Cúmque iam multos certamine victos neci tradidiſſet, tandem Pelops amore Hippodamiæ incenſus, cùm equis ſuis parum fideret, Mirtylum Œnomai aurigam pecunia corrupit, vt axes fragiles currui ſubiungeret. Quo facto Œnomaus aurigæ perfidia fracto curru collapſus, membríſque omnibus ex ruina colliſis, cum ſe morti vicinum eſſe animaduerteret, Pelopem orauit vt vicem ſuam vlciſceretur. Cui ille morem gerens, Mirtylum perfidiæ præmium importuniùs exigentem in mare præcipitauit, quod deinde de nomine eius Myrtoum eſt appellatum. Pelops autem vxore & regno potitus, vniuerſam Cherſoneſum à nomine ſuo Peloponneſum appellauit. Strabo libro 8.

pelopis mentio fit lib. 6. Metamorph. & arbitrantur nonnulli hunc inſigni atque atroci aliqua iniuria afflictum & laceratum fuiſſe à patre Tantalo, eámque eſſe cauſam, cur Ouidius fingat illum patris manibus diſſectum & appoſitum fuiſſe diis epulandum. Multis vero ingentibus beneficiis Deum leuaſſe iniuriam innocenti factam, videlicet magnitudine opum, celebritate nominis ac potentia. Ebur enim diuitias & humerus vires ſeu potentiam ſignificat. Hinc apud Homerum omnia magni pretij finguntur vel eburnea vel aurea. Et fuiſſe Pelopem opibus affluentem indicat prouerbium, *Pelopa talenta*, quod de immenſis opibus dici ſolet ad hæc, eundem magni nominis & præpotentem fuiſſe teſtatur Peloponneſus ab eo ſubacta & cognominata, vbi ipſe auri fodinas tenebat, quibus ita ditatus. De Pelope plura apud N. Comitem, Mythologiæ libro 7. capite decimoſeptimo.

peloponneſus, Ptolem. Steph. & Procopio, ſic duplici nn ſcribitur, Græciæ peninſula eſt, quæ hodie *Morea* appellatur. Olim Apollodoro & Plinio teſtibus, *Apia & Pelaſgia* vocata fuit, *Argos*, & poſtea *Argos Achaicum* nuncupatum tradit Strabo, *Pelopia* etiam Euſtathio & *Inachia* Stephano.

peloria. vide Azorus.

peloris, idem quod pelorus.

pelorus, vnum ex tribus Siciliæ promontoriis quod in Italiam vergens, Scyllæ aduerſum eſt, ita dictum à Peloro Annibalis gubernatore, quem is, in Syriam fugam parans (vt Pomponio placet), ibi interemit, ſe ab eo proditum

ratus.

ratus, eò quòd procul intuenti continua viderentur eſſe littora, pelagúſque minimè peruium. Valerius lib. 9. c. de Temeritate. Pelorum hunc ab Annibale interfectum arbitratur eo tempore, quo is à Petilia ſoluens, in Africam reditum parabat à ſuis reuocatus, vt patriæ periclitanti opem ferret aduerſus Scipionem. Quæ ſententia videtur multò veriſimilior. Non enim video quid ex Africa Syriam petenti in Siculo freto fuerit negotij: niſi quis hoc prætexat, vt tempeſtatis eo fuiſſe appulſum: quanquam legimus etiam ante Pelorum dictum.

pelorus, Siciliæ promontorium, hodie *Cabo de la terre del faro* vocatur, Caſtaldo teſte.

peltæ, vrbs Phrygiæ maioris. Gentile, Pelteneus. Steph.

peltini, Lycaoniæ populi. Plin.

peltinus Campus, in Aſia minori, quem Strab. in calce lib. 13. ſcribit ſuo tempore Phrygiæ Campum vocatum.

pelua, Pannoniæ oppidum, Anton.

pelus, inſula iuxta Chium: Gentile, Peluſius, Stephanus. Mons item Tuſciæ, apud Catonem.

peluſiotæ, populi Peluſium habitantes.

peluſium, ſij, oppidum in extrema Ægypti ora, quæ Caſiotidi contermina eſt, à quo & extremum Nili oſtium, quo Ægyptus ab Aſia terminatur, Peluſium, ſeu Peluſiacum appellatum eſt. Hanc vrbem condidit Peleus Achillis pater monitu deorum, poſt fraternæ cædis luſtrationem. Clauem Ægypti cognominat Suidas hodie *Damiata*, Caſtaldo & Zieglero. Aliis *Teneſſo* dicitur. Hinc fit Peluſius, ſia, ſium, & Peluſiacus, ca, cum. eius ambitus fuit xx. ſtad. Virgil. 1. Georg.

Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis.

Martial.

Accipe Niliacam Peluſia munera lentem.

Hanc olim quoque *Æliopolim* ab Ælio principe, qui eam triplici muro dixerat, dictam ſcribit Sabellicus. Platina in vita Honorij III. tradit ſic appellatam ab Ælio Pertinace, ſed illum Heluij non Ælij nomen habuiſſe, numiſmata antiqua docent, eóque *Heluiopolis* & non *Æliopolis* diceretur. *Libna* & *Sin* in ſacris literis eſt, Aria Montano teſte, olim *Caphtor* vocatam ſcribit Beniamin. Huius mentio fit cap. 9. Amos Prophetæ. Suidas eius incolas *Peluſiotas* vocat etiam *Caſios* nominari ait à Taſio monte, nimirum illi vicino. *Balbau* hodie nuncupatur teſte Tyrio. *Damiata* Caſtaldo. Gyll. dicit Damiata non eſſe Peluſium antiquorum, ſed *Tamiatin* Stephan. Guilandinus putat *Tanis* apud Strabon. dici, quæ ad oſtium Taniticum ab eo deſcribitur, vbi quoque hodie Damiata conſpicitur.

pemma, oppidum in Arabia. Plin. lib. 6. c. 29.

pempte, vrbs Ægypti: inde præfectura pemptitis. Steph.

penates, Seruio omnes dij qui domi coluntur. Virg. ſic dicti ſunt, inquit Cic. de Natu. deor. 2. quod penes nos nati ſint, vel quod longè abſunt ab hac vita, ſiue quòd penitus inſident.

penates, quid ſint perſpicuè exponit N. Comes mythologiæ lib. 4. cap. 2.

peneleus, vnus è quinque Bœotorum ducibus, Hom. Iliad. 2. Vide Peneleus.

penelope, Icarij filia, Vlyſſis vxor, inexpugnabilis caſtitatis mulier, ac pudicitiæ exemplar, quæ abſente totos viginti annos marito, nullis aut parentum precibus, aut procorum pollicitationibus adduci potuit, vt fidem quam viro diſcedenti dederat, ſecundis nuptiis violaret. Cùm autem proci acriùs inſtarent, atque adeò vim illaturi viderentur, tantum moræ ab illis ſibi pepigit, quantum telæ, quam tum in manibus habebat, abſoluendæ ſufficeret. Quod cùm impetraſſet, mulier aſtuta, quicquid interdiu texuerat, noctu retexebat: eóque commento eorum cupiditatem in reditum mariti diſtulit: qui ab illa ſub mendici habitu hoſpitio ſuſceptus, procos ad vnum omnes interemit. Homer. in Odyſ. Dictam autem volunt Penelopen ab auibus, quæ Penelopes dicuntur, ſiue Meleagrides, cùm ante Arnea diceretur, quaſi abiecta & repudiata. Ferunt enim cùm ab Icario, Peribœáque parentibus eſſet expoſita, ab hoc anium genere fuiſſe educatam. Huius fabulam diuerſimodè ab Homero, aliíſque traditam latè explicat N. Comes, mythologiæ lib. 8. capit. 24.

peneſtæ, populi Theſſaliæ. Steph.

peneſtia, regio eſt Illyrici. Liu. l. 3. 5. Decadis, Tertio, inquit, die, Vcana Peneſtianæ terræ maxima vrbs eſt.

peneus, fluuius Theſſaliæ, inter Oſſam & Olympum decurrens, collibus dextra læuáque mollitur curuis, In eo curſu ſunt Tempe, ad quinque millium paſſuum longitudinem, & fermè ſeſqui iugeris latitudinem extenſa Ouid. 1. Metamorph. Strab. libro 7. 8. & 9. Plin. libro quarto, capite octauo. Hinc Peneus, nea, neum: & Peneius, a, um, per quatuor ſyllabas, vnde Dapne, ab Ouidio Peneia dicitur, quòd in Penei fluminis ripa in laurum fuerit commutata. *Araxis* nomen etiam habuiſſe ſcribit Strabo l. 1. Tzetza Chiliade 9. numero 280. tradit Peneum, *Onochonum*, *Spercherum* & *Salambriam*, à Barbaris idiotis pro vno flumine haberi. Idem ferè Herodot. lib. 7. vbi ſcribit Apidanum, Onochonum, Enipeium & Pamiſum omnes in Peneum defluere, eundémque ſuo nomine retento in mare euadere, & omnes cæteros innominatos relinquere. Peneum Sophianus etiam hodie *Salampria* vocari ait: ſed eundem quoque *Lycoſtomo* appellat. *Pezen* eum dici

hodie tradit Theuetus.

peneius, Elidis, Peloponneſi regionis fluuius. Ptol. *Igliaco* M. Nigro dicitur. Eſt item Siciliæ fluuius vt tradit Theocriti Scholiaſtes.

peneia, paupertatis Dea, de qua Plato refert fabulam in ſympoſio, qua nouam rationem affert, cur Veneri ſemper hæreat Cupido.

penna. Vide pinna.

penne, locus eſt Antonino inter Auguſtam prætoriam & Auguſtam Rauracorum. Simlerus *Neuvenſtade* vocat ad Lemanum lacum, vulgò hodie, *La Villeneufve*.

pannocrucium, Angliæ oppidum, Anton. hodie *Pencrichs* Camdeno.

pentagramma, Indiæ intra Gangem vrbs: Ptolem.

pentapolis, Syriæ regio ad Orientem Iudææ, à quinque ciuitatibus Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim, Segor (quibus olim fuerat inclyta) appellata, igne & ſulphure euerſa. Gen. 13. & 29. Hanc regionem, vt Solinus ſcribit, de cælo tactam teſtatur humus nigra, & cinere ſoluta. Naſcuntur ibi poma quæ comedi non poſſunt, licet matura videantur, quòd leniter manibus preſſa fumum exhalent, & in puluerem fatiſcant. Eſt & pentapolis circa Doridem in Aſia minori quæ Antea *Hexapolis* vocabatur, auctore Herodoto in Clio. vide Armenia & Cyrene.

pentapolis, regio in Libya, à quinque ciuitatibus dicta, quæ & Cyrenaica vocatur. Plin. l. 5. c. 5. Cyrenaica, inquit, eadem pentapolitana regio illuſtratur Ammonis oraculo, vrbibus maximè quinque, Berenice, Arſinoe, Ptolemaide, Apollonia, ipſa Cyrene.

pentateuchus, ſic vocantur à Græcis quinque libri Moyſis, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri & Deuteronomium.

pentadactylos, mons in Troglodytico ſitu Plin. lib 6. cap. 29.

pentheſilea, Amazonum regina, quæ, teſte Iuſtino lib. 2. Otteræ, ſiue (vt alij) Orithyæ ſucceſſit in regno: eiúſque Troiano bello, inter fortiſſimos viros cùm auxilium Priamo aduerſus Græcos ferret, magna virtutis documenta extitêre. Hæc, vt ait Seruius, dicta eſt furens, quia ſororem ſuam in venatione confixit, ſimulans ſe ceruum ferire. Cùm Troianis opem ferret, ab Achille occiſa eſt. prima inquit Plinius, ſecurim inuenit.

pentele, vicus in Antiochide tribu: poſſeſſiuum, pentelicus.

pentheus Ouid. in Metam. filius Echionis, ex Agaue coniuge, filia Cadmi: qui cùm Liberi patris ſacra aſpernaretur, ita numinis matre & ſorore in furorem verſis, laceratus eſt. Inde pentheus, thea, theum N. Comes lib. 5. mythologię cap. 13. hanc fabulam explicat, & pentheum lau-datum regem fuiſſe veriſimile eſt, qui quòd ebrietatem tollere conaretur, à furioſis ſubditis malè exceptus, & conuiciis tum publicis tum priuatis diſcerptus ſit. Non pauci etiam inter Ethnicos fuêre, qui quum ſuperſtitiones Deorum redarguerent, opprobriis variis ſunt affecti.

penthile, vrbs Leſbi, à penthilo quodam. Ste.

penthylus, filius Demonoi, qui è Papho naues duodecim in auxilium Xerxis eduxit, quas oborta tempeſtate amiſit. Ipſe verò captus, multa de exercitu Xerxis Græcos edocuit. Herod lib. 7.

pentri, Italiæ populi in Samnitibus. Liu 9.

peparethos, inſula vna Cycladum, cum vrbe eiuſdem nominis, Ciuis, peparethius fœm. peparethis. Steph. quondam fuit *Euonus* dicta, vt Plin tradit, nunc *Lemene* vocatur, vt Niger ſcribit. *Saraquino* vt Caſtaldus, vel *Opula* vt Beniamin.

pepetina, Indiæ intra Gangem inſula, Ptol. *Quapenea*. Caſtaldo vocatur.

pephnon, vrbs Laconiæ. Apollodorus inſulam eſſe ſcribit. Vſurpatur etiam in fœminino & neutro genere. Hinc pephnius, pephnites, pephnæus, Steph.

pepinus, Francorum rex Caroli magni pater, Longobardos Romanorum agros aſſiduis bellis vexantes prælio aggreſſus vicit, & oppreſſit, quippe qui ob ampliſſima beneficia in Romanos pontifices, & in eccleſiam collata, Auguſtum Chriſtianiſſimi regis titulum ſibi, & ſucceſſoribus ſuis meruit in hodiernum vſque diem. Munſter. lib. 2. Coſm.

pepuza, Phrygiæ vrbs apud Calliſtum, vnde pepuziani hæretici.

pepromene, Fatum ſiue Parca ſic dicta, quòd omnia terminet, & nihil eorum quæ ſunt, intactum relinquat. Lil. Syntag. 6.

pepylychnus, Ptolemæo fluuius eſt quo Macedoniam ab Auſtrali parte terminari ſcribit.

pera. vrbs Piſidiæ. Gentile, Peræus. Steph.

peræa. Plin. lib. 5. cap. 14. Iudææ pars vlterior, Arabiæ Ægypto proxima, aſperis diſperſa montibus, & à cæteris Iudæis Iordane amne diſcreta. Vide Niſibus. Eſt & Syriæ oppidulum Gentile. Peræus. Steph. item regio continentis aduerſus Rhodum inſulam. Polyb. Myteleneorum etiam colonia. Liu. 37.

perantia, vrbs Ætoliæ. Steph.

peræbus. Vide perræbe.

peraſia. Vide Caſtabala.

perce, antiquum nomen Thraciæ. Steph.

perces, Hiſpaniæ fluuius, ab incolis ſic dictus, alias Bætis. Steph.

percope, ciuitas iuxta Pontum, quæ Troianis auxilium miſit. Hom.

percote, tes, quæ & percope olim dicta fuit, vrbs Troadis. Steph.

percoſina

perceſius, Troianorum amicus, omnium longè doctiſſimus ſcientia diuinandi futura. Cuius filij Adraſtus & Amphius, quos neque admiranda patris doctrina: neque paterna ſolicitudo à morte ſubtrahere potuit, cùm eos retinere conaretur, ne ad Troianum bellum, vbi morituri erant, proficiſcerentur. Illi enim (nam ſic miſera fati neceſſitas trahebat) nec parere imperio, nec credere conſilio ſenis toties monentis voluerunt.

perdiccas, Macedo, inter comites Alexandri magni, qui etiam in regni partem ſucceſſit, tanta vir audacia ſimul & fortudine vt leæna pręſente, catulos è cubili per vim auferret. Ælian. de varia hiſtoria.

perdiccas IV. Macedonum Rex. Olymp. II.

perdicia, regio & portus Lyciæ. Steph.

perdix, venator fuit infando matris Polycaſtes amore correptusquam & contaminauit: vnde Perdicis libido abiit in prouerbium, pro efferata, turpi ac infami. Author Cæl.

perdix, dicis, Dædali nepos, quem, cùm ſerræ vſum primus reperiſſet à patruo inuidia percito, ab excelſa quadam turri ferunt præcipitatum, deorúmque miſericordia in auem ſui nominis transformatum: quæ etiam nunc ruinæ illius memor, vitat ſublimia, humi nidum conſtruens. Ouid. 8. Metam. Hæc poſſent eſſe hiſtorica: metamorphoſis verò conficta eſt ex ſimilitudine nominis, & ad perdicis naturam accommodata.

pereia, Theſſaliæ regio. Steph.

peregrinus, Conſul cum Æmyliano, ann. vrb. 996.

perennius, præfectus prætorio, ſub Commodo Imperatore, eiúſque ſatelles crudeliſſimus. Lamp.

perfector Iupiter, & perfectrix Iuno, dicti ſunt, quod hi primi duces perfectoréſque rerum omnium crederentur.

perga, oppidum in Pamphylia, à quo Diana pergea dicta eſt, propter templum illi dicatum. Pomp lib. 1. apud Steph. Diana Pergaſia nominatur.

pergama, morum, arces Troianæ, quæ quoniam altiſſimæ erant, omnia alta ædificia Pergama ſunt appellata, Seruio. Ponitur item pro ipſa Troianorum vrbe, quæ propriè Ilium fuit appellata. In eadem etiam ſignificatione legitur Pergamos, ſiue Pergamus. Hinc Pergameus, mea, meum, hoc eſt, Troianus olim *Teuthrania* dicta fuit, vt refert Pauſanias. *Pergamo* etiamnum hodie vocatur Sophiano. Galeni medicorum principis patria eſt. Hic chartæ vſus primùm inuentus, quæ inde nomen habet.

pergæa Diana, à Perga oppido Pamphyliæ, vbi templum habebat operoſiſſimum, & in ea fiebant celeberrima quotannis feſta.

pergamenus, Æſculapius cognominatus eſt, & Pergameus à Pergamo celebri vrbe Aſiæ, vbi ſummo cultu eum venerabantur. Inde Martialis.

Pergameo poſuit dona ſacrata Deo.

pergamum, ſiue Pergamus, ciuitas Aſiæ inſignis, diu ſub Attalicis Regibus fortunata, & poſtea Romanorum prouincia facta. Apud quam chartæ vſus inuentus eſt, quæ nunc quoque vulgò *Pergamena* dicitur, ab Attalo, vt Ælianus, vel ab Eumene, vt Plinius ait condita. Ex Pergamo Galenus medicus celebris, & Apollodorus fuit: hodie *Pergamo*.

pergamum, Idæ promontorium, vt Pergamus, ciuitas minoris Aſiæ, theſauros ſeruabat Lyſimachi Agathoclis filij, qui vnus fuit ex ſucceſſoribus Alexandri. Strabo lib. 8.

perga, Ptolemæo Pamphyliæ Mediterranea vrbs *Pirgi* hodie vocari teſtatur Sophianus.

pergantium, vrbs Ligurum: Gentile, Pergantius. Steph.

pergaſe, vicus in Erechtheide tribu: Incola, Pergaſeus. Stephanus. De Pergaſia Diana, vide Perga.

perge, vide Perga.

pergus, Siciliæ lacus, in finibus Ennæ ciuitatis vbi à Plutone Proſerpinam raptam fuiſſe fabulantur. Hic circumſeptus nemoribus à Claudiano deſcribitur. Perguſa Ouidio lib. 5. Metam. Hunc locum quia ad Ennenſium nemus in medio inſulæ eſt, Vmbilicum Siciliæ nominari. Cicer. in Verrem teſtatur. hodie, *Lago de Goridan*. *Porcus* per c habet Firmicus.

perialla, antiſtes fuit mulierum apud Delphos vaticinantium ætate Cleomenis.

periada, vrbs in Eubœa inſula. Strabo l. 10.

periander, Corinthiorum Rex vnus è ſeptem ſapientibus, Cypſelo patri in regno ſucceſſit, regnauit annos 40. Rogatus cur in tyrannide perſeueraret, quum eſſet ſapiens, reſpondit, Et ſponte & inuitum cedere periculoſum. Crudeliter igitur & magna ſuſpicione agebat ſtipatus ſemper militibus, otioſos in foro oſcitantes vſque formidans: quapropter continuò erat in bellis naualibus præſertim. Dicitur & Iſthmum voluiſſe perfodere: & vxorem adeò dilexiſſe, vt etiam cum mortua cõcubuerit. Scripſit ὑποθήκας, id eſt, humanæ vitæ præcepta. Huius illud eſt, Iram compeſce. Diogenes. Suid.

peribœa, Eurymedontis Gigantis filia, ex qua Neptunus Nauſithoum ſuſcepit, Alcinoi patrem. Hom. 7. Odyſſ.

peribolus, Rhodiorum vicus iuxta Byzantium, *Rodocinion* hodie dictus. Gyllius in ſuo Boſphoro.

pericionius, Bacchus cognominatus, cuius

cùm alij meminère, tum ei imprimis Orpheus hymnum concinuit, adolens aromata. Lil. Syntagm. 8.

pericles, vir clariſſimus Athenienſis, qui Rempublicam 40. ann. gubernauit. Pollebat enim authoritate & eloquentia. Olympium poëtæ comici vocant, quòd tonare in concionibus ac fulmen ciere videretur. Habuit in adminiſtratione Reipublicæ aduerſarium Thucydidem Mileſium, virum nobilem ac potentem. Suggeſtum accenſurus, diis vota faciebat, ne verbum ſe imprudente aut inuito efflueret, quod ad Rempublicam minus pertineret. Quum Sophoclem haberet in magiſtratu collegam, ac ſimul aliquando nauigaſſet, collaudaſſétque Sophocles formam pueri prætereuntis inter graues ſermones. Non ſolùm, inquit, ô Sophocles, magiſtratum decet manus ſed etiam oculos habere continentes. Thucydide quondam vociferante, quòd nimis multa ex publico pro ædificiis erogaſſet: ipſe ad populum dixit: Si ita eis videtur, de ſuo erogaturum, modo eius nomen inſcribi in operibus paterentur. Reſponderunt, Sumptus omnino fieri debere. Quidam dicunt ab eo inſtitutum, vt declamationes fierent exercitationis cauſa, vtque extemporalis oratio haberetur, Plutarch.

periclymenus, Nelei filius, frater Neſtoris & Chronij, Homero 11. Odyſſ. Cui à Neptuno auo conceſſum erat, vt in quas viſum eſſet formas ſe poſſet transformare. Quum igitur Hercules bellum contra Neleum gereret, ipſe in muſcam verſus ab Hercule conſilio Palladis, quæ illum prodebat, claua interfectus eſt, quum ille aculeum Herculi, ceu ſolent muſcæ grauiores, immiſiſſet. Ouid libro 12. Metamorphoſ. fabulatur Periclymenum in Aquilam verſum, ab Hercule, quem plurimum vnguibus vncis infeſtabat, ſagitta in ſublimi confoſſum.

perierbidi, Sarmatiæ Aſiaticæ gens. Ptolemæo.

perillus, Athenienſis faber ingenioſiſſimus, qui Phalaridi Agrigentinorum tyranno taurum ex ære fabricauit, cui ianuam in latere poſuit, vt quum incluſus reus ſubiectis ignibus torqueretur, mugitum, non hominis vocem videtur emittere: pro quo inuento cùm munus à crudeliſſimo tyranno Phalaride qui nouis hominum tormentis delectabatur, poſtulaſſet, in eo ipſe, vt eam pœnam primus experiretur, includi à tyranno iuſſus, ac ſuppoſitis ignibus exuſtus eſt. Plin. lib. 4. cap. 8.

perimula, Indiæ promontorium, vbi eſt celeberrimum emporium. Plin. lib. 6. cap. 10.

perimula, Aureæ, Cherſoneſi vrbs. Ptolem. *Patane* Caſtaldo, & iuxta hunc Perimulus ſinus.

perimule, Nympha in inſulam verſa. Ouid. Metamorph. lib. 8. cuius figmenti explicationem vide in voce Echinades.

perincari, Candionorum vrbs Ptolemæo, Indiæ intra Gangem. *Pelagonga* dicitur Caſtaldo.

perine. Vide Parparon.

perinthus, clara vrbs in Propontide, olim Thraciæ metropolis, quæ hodie dicitur Heraclea ab Heraclio Conſtantinopolitano cognominata: in qua Veſpaſiani, Domitiani, Antoniníque palatia fuerunt ingentia, & amphitheatrum ex vno marmore magnum & mirandum: quod inter ſeptem orbis miracula numeratur. hodie *Heraclia.*

perinthij, Perinthi ciuitatis incolæ circa Helleſpontum, authore Herod. circa initium lib. 5. Inde perinthius, thia, thium.

perinthus, quæ & Héraclea, vrbs Thraciæ. Ptolemæus, Marcellinus & Zoſimus. Hæc antea etiam *Mygdonia* dicta fuit ab Hercule, vt Tzetza tradit Chiliade 3. numero 100. *Perintheras* Antonino eſt. *Paralia* quoque vocata fuit, vt ſcribit Procopius de ædificiis Iuſtiniani, interprete Arnaldo Veſalienſe. *Pera* hodie dicitur Volaterrano. *Rodoſto* Bellonio, *Pantiro* Caſtaldo, *Heraclia* Procopio, Sophiano & Nigro.

perion, fluuius iuxta Indicum ſinum, vbi Chadramotitæ habitant. Steph.

peripaterici, philoſophi Athenis, quorum originem ita aſſignat Cicero Academicarum quæſtionum libro primo. Platonis autem authoritate, qui varius & multiplex & copioſus fuit, vna & conſentiens duobus vocabulis philoſophiæ forma inſtituta eſt, Academicorum & Peripateticorum, qui rebus congruentes nominibus differebant. Nam quum Speuſippum ſororis filium Plato philoſophiæ quaſi hæredem reliquiſſet, duos autem præſtantiſſimos ſtudio atque doctrina, Xenocratem Chalcedonium & Ariſtotelem Stagiritem: qui erant cum Ariſtotele peripatetici dicti ſunt qui diſputabant inambulantes in Lycæo: illi autem qui Platonis inſtituto in Academia, quod eſt alterum gymnaſium, cœtus erant, & ſermones habere ſoliti, è loci vocabulo nomen habuerunt. Sed vtrique Platonis vbertate completi, certam quandam diſciplinæ formulam compoſuerunt, & eam quidem plenam ac refertam.

periphanes, nomen Comici Græci.

periphas, phantis, Theſſalus quidam, pater Lapithæ: à quo Lapithæ nomen acceperunt. Steph.

periphas, Virg. nomen cuiuſdam ex comitatu Pyrrhi, quem vnà cum illo Priami regiam oppugnantem inducit libro ſecundo Æneidos.

periphο-

periphoretus, Artemonis cuiuſdam cognomen fuit, deliciis adeò effœminati, vt nunquam niſi lectica penſili circumlatus, domus ſuæ limen tranſiret, dictus ἀπὸ τοῦ φερείου quaſi circumlatilis.

periphoſius, Libyæ inferioris portus, Ptol.

peripolium, oppidum Locrorum Epizephyriorum in Italia. Thucyd. lib.3. hodie *Amygdalia* vocari ſcribit Barrius.

perirheuſa, ignobile oppidum circa Epheſum. Plin.lib.5.c.31.

peristhenes, vrbs in Ponto condita. Olymp. 34.

peripoltas, vates fuit ex Theſſalia, qui Opheltem regem ſuóſque in Bœotiam populos ducens, familiam multis deinde temporibus nobiliſſimam ex ſe reliquit.

periſadyes, Illyrici populi, circa Damaſtium. Strab.lib.7.

periſtere, vrbs Phœnicum, Gentile, Periſtirites. Stephanus.

periſterides, inſula ante Smyrnam. Plin.

perithœdæ, vicus in tribu Œneide: Incola, Perithœdes. Steph.

perithous, viri proprium. Vide Pirithous.

permeſſus fluuius Bœotiæ ex Helicone proueniens, per Bœotiam in Copaidem lacum fluens, Phœbo & Muſis ſacer, Strab.9. Declinatur etiam, hic Permeſſis, ſidis vel ſidos.

perne, vrbs Thraciæ, è regione Thaſi. Gentile, Perneus: Steph.

pero, rûs, Nelei filia ex Cloride filia Amphionis, ſoror Neſtoris & Periclymeni, eximia pulchritudine, quam cùm multi certatim proci vxorem ſibi depoſcerent, Neleus, qui id temporis irreconciliabili odio ab Hercule diſſidebat, negauit ſe cuipiam illam deſponſurum, niſi priùs boues Herculis abactos ad ſe adduxiſſet. Quod cùm Bias Amythaonis & Aglaiæ filius à fratre Melampode adiutus præſtitiſſet, vxorem eam accepiſſet. Homer.12. Odyſſ.

peroe, fons in Bœotia. Pauſan.

peronticum, Thraciæ vrbs, Ptol. *Verdiſo*, Mercatori.

perorſi, Plinio lib.5.cap.8. populi Æthiopum in fine Mauritaniæ qui, vt idem teſtatur libro ſexto, capite triceſimo, quadrupedum ferarum modo vagi ſunt, earum viſceribus veſcuntur.

perozes, perſarum rex, anno Chriſti 457.

perpenna, vir Romanus, bello Sertoriano à Pompeio in Hiſpania victus. Hic cùm partes Marianas ſectaretur, Quintum Sertorium quorum priùs magna amicitia dimicauerat, inter epulas nihil ſibi timentem interfecit, vt ſolus imperio potiretur in Hiſpania. Plutarchus in Sertorio.

perpereſia, vicus in Aſia non procul ab eo loco in quo Deas à Paride iudicatas eſſe dicunt. Strab.l.13.

perpetuus, Conſul cum Corneliano anno vrbis 989.

perrhæbe, vrbs Theſſaliæ, Steph.

perrhæbi, populi Theſſaliæ qui Lapitharum potentia fracti, fugerunt in Ætoliæ montana Pindo monti proxima: quæ regio ab ipſis Perrhæbia dicta eſt. Ouid.12. Metamorp. In hac regione eſt Pindus mons, qui inde cognominatus eſt Perrhœbus.

perrhæſij, vrbs Tuſciæ, vna duodecim, quæ principales vocantur, Gentile, Perrhæſenus. Steph. fortè Peruſia.

perrhidæ, vicus in Antiochia tribu. Steph.

perſa, vrbs iuxta Euphratem & Samoſata: Gentile, Perſenus & Perſeus.

perſa, Oceani & Tethyos filia, ex qua Sol Æetam fertur ſuſcepiſſe. Hyginus in Fabulis poeticis.

perſacra, Indiæ intra Gangem vrbs, Ptolem.

perſagadum vrbem à Cyro conditam habet Curtius lib.5.

perſæ populi. Vide Perſia.

perſarmenia, regio inter Perſiam & Armeniam ab vtraque nomen accipiens.

perſea, fons circa Mycenas in Peloponneſo, Pauſan.

perſebolis, Perſidis regia, Ptolemæus tamen hanc vrbem Perſepolim, non Perſebolim vocat, & ſic legendum opinor. Ptolem.lib.6. Vide Perſepolis.

perſeis, idis, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia. Heſiod. in Theogonia.

perſephone, Iouis & Cereris filia, Latinis Proſerpina appellata, quam ab Orco in Sicilia raptam fuiſſe poëtæ fabulantur. Ouid.4 Faſt.

At neque Perſephone digna eſt prædone marito.

perſes, rex Macedonum, qui ab Æmilio victus, & in acie captus: ductus eſt in triumpho Romam cum filiis: periítque in carcere animi mœrore confectus vel (vt alij tradunt) vigiliis maceratus. Fuit & alter Perſes ſolis & Perſæ Nymphæ filius pater Hecatus, rex Tauricæ regionis crudeliſſimus.

perſes, Herod.7. filius Perſei Danaes filij ex Andromeda Cephei filia, à quo Perſas originem duxiſſe ſcribit: Hic Plin. lib.7.c.5. primus ſagittas reperit.

perſes Aſcræus poeta, frater fuit Heſiodi.

perſepolis, vrbs Perſidis, Perſeo condita, vt apud Strabonem libro decimoquinto, quam poſtea Alexander ebrius demoliri iuſſit. Alia eſt in Argo olim Perſei vrbs dicta.

perſeus, Iouis filius, ex Danae Acriſij Argiuorum regis filia, quam Iupiter commutatus in

by Google

ſpeciem aurei imbris vitiauit. Acriſius enim cùm ex oraculo didiciſſet, futurum aliquando, vt à nepote occideretur, filiam munitiſſimæ turri incluſit. Iupiter itaque Danaes amore captus, cùm aliis non pateret aditus, aſſumpta ſpecie aurei imbris, per tegulas turrim ingreſſus eſt, puellæque fruſtra iam arcta cuſtodia ſeruatæ ſtuprum intulit. Quo ex concubitu cùm illa grauida effecta eſſet, indignatus Acriſius filiam vnà cum nepotulo arcæ includi iuſſit, atque in mare projici, futurum ratus, vt ventis vndiſque obruerentur. Quæ res illi omninò cecidit præter opinionem, nam arca ad Dauniæ littus delata & à piſcatore reperta eſt: in qua cùm Danaën cum filio inueniſſet, vtrumque Pilumno regi obtulit: qui cùm genus & patriam eius didiciſſet, Danaen quidem vxorem duxit: Perſeum verò Polydectæ, Seriphi inſulæ regi educandum tradidit, qui poſtea adultus, talaria & falcatum enſem, nomine Harpen, à Mercurio, à Minerua autem Ægidem accepit: quibus fretus, expeditionem aduerſus Gorgonas ſuſcepit. Erant autem eæ ſorores tres, Meduſa, Sthenyo, & Euryale, Æthiopiæ extrema incolentes, angues pro capillis habentes, oculúmque vnicum quo viciſſim vtentes, quotquot eas aſpiciebant, in ſaxa vertebant, id veritus Perſeus, à Pallade Ægidem accepit, ex ære fulgentiſſimo, in quo veluti ſpeculo, effigiem earum impunè intueri poſſet. Adortus itaque Meduſam, cùm & ipſa & angues ſopiti eſſent, vnico ictu illam peremit: capútque eius abſciſſum in Ægide collocauit: quo Atlantem Mauritaniæ regem hoſpitio ipſum excludentem in montem mutauit. Hoc etiam capite Seriphienſibus populis oſtenſo, eos omnes Perſeus mutauit in lapides. Poſt hæc, Andromedam marino monſtro expoſitam periculo liberauit liberatámque vxorem duxit, Phineo, eiúſque fautoribus, qui ſponſam ibi præcipere conabatur partim occiſis, partim in ſaxa mutatis. Poſtremò cum vxore in Seriphum inſulam reuerſus, Acriſium ibi offendit, quem iactu diſci imprudens interfecit. Hyginus tamen Fabularum Poet. cap. 63. author eſt. Danaen vnà cum filio non in Italiam, ſed in Seriphum inſulam delatam fuiſſe, ibíque Polydectæ regi nupſiſſe vbi cùm Acriſium auum ſuum iactu diſci (vt iam diximus) imprudens interemiſſet, doloríſque impatientia extabeſceret, Iouis patris ſui miſeratione in cœlum eſt tranſlatus.

perſeus habitus eſt Iouis filius, propter raram fœlicitatem. Suſcepit expeditionem aduerſus Gorgonum gentem, cuius regina erat Meduſa. Intulit inde bellum Mauritaniæ, decertauit armis cum Æthiopibus, apud quos nuptias celebrauit cum Andromada Cephei regis filia. Poſtea reuerſus in Græciam, occupauit regnum Argiuorum deuicto Prœto ſuo patruo & Polydectæ, inſulæ Seriphi regulo, à quibus multis iniuriis erat affectus. Ad extremum conſtituit in Helicone ludum literarium: quo beneficio tantam conſecutus eſt celebritatem, vt à poëtis & Mathematicis laudibus encomiiſque in cœlum vſque (vt aiunt) euectus, & inter ſidera collocatus ſit. Tantas autem res confecit incredibili celeritate & verſutia ingenij: ideóque fingitur, talaribus & gladio Mercurij, galeæ Orci, & clypeo Palladis fuiſſe inſtructus. Nam talaria celeritatem, gladius Mercurij calliditatem, galea Orci conſilium tectum, & clypeus Palladis ratam felicitatem ſignificat. Per caput verò Meduſæ, cuius aſpectu omnes conuertebantur in ſaxa, ſignificantur immenſæ Gorgonum opes, quibus ille potitus omnes, quos bello adortus eſt, ſubegit: nam in Inſulis Occidentalibus, vbi Gorgonum gens habitabat, olim fuerunt maximæ opes totius orbis terrarum, teſte Platone. Nonnulli referunt fabulam: Saxifici capitis eſſe admirandam Meduſæ pulchritudinem cuius aſpectu omnes ſint in ſtuporem verſi. Reliquas huius figmenti poetici partes expoſitas vide apud N. Comitem mythologiæ libr. 7. cap. 11 18.

perſeus, vrbs Attica & portus eiuſdem nominis ab Athenienſibus conditus.

perſia, ſiæ, ſeu Perſis, idis, & Perſida, dæ, Orientalis regio, à Perſe ſeu à Perſeo rege ſic dicta. Curtius de geſtis Alexandri. Steph. à Perſe Medeæ filio dictam ſcribit, cuius populi Perſæ dicti ſunt, luxu & deliciis corruptiſſimi. Hæc regio Ptolemæo lib. 5 à Septentrione Medis terminatur, ab Occaſu Suſiana, ab Ortu ſolis duabus Carmaniis, à Meridie parte ſinus Perſici. Hinc Perſicus, ſica, ſicum.

perſarum imperium vti olim celebre, ſic etiamnum hodie maximè clarum eſt, ampliſſimáſque regiones comprehendit: nam omnem eum Aſiæ tractum, qui eſt inter Tigrim fluuium, ſinum Perſicum, Mare Indicum (quod olim rubrum) Indum & Iaxartem (hodie *Cheſel*, fluuium & Caſpium mare noſtra ætate Sophi Perſiæ reges poſſident.

perſia, Ptolemæo Perſis) Aſiæ regio: Imperio potentiſſimo olim famigerata: neque hodie ab eo admodum degeneraſſe ſub Sophiis regibus videtur. Perſæ quondam à Scythis *Corſori* dicebantur, Plinio & Solino auctoribus. *Cephenes* à Græcis à ſe verò ipſis atque ab incolis *Artæi*, vt Herodotus lib. 7. docet. *Achæmenij* etiam ab Achæmenia Perſidis regione, Stephano teſte. Hebræis *Elamitæ* ſunt, aut, vt Ioſephus habet, *Elymæi* regio hodie *Farſi* vocatur. Iouio vocantur *Azamij*, qui huius imperio ſubſunt, *Azamij* habet Niger, *Azamies* eos appellat Chalcondilas. *Azemia* ab iis regio dicitur. A

Sui-

Suida & Cedreno *Maguſai* nuncupantur: hic etiam eos ab indigenis *Magog* dici addit. *Pharſi*. regionem vocat Theuetus, & addit eam à Barbaris *Chus*, ab Arabibus *Chub & Xaiſmael*. ab aliis verò *Seichaider* nuncupari.

perſida, mulier Paulo chariſſima, Rom. 16.

perſicus ſinus, Ptolemæo & aliis, qui à Plutarcho in vita Luculli *Babylonium* mare appellatur, ſinus eſt maris Rubri Perſiam & Arabiam Fœlicem interluens. Plin. li. 6. c. 26. Perſæ, inquit, rubrum mare ſemper accoluere, propter quod is ſinus Perſicus vocatur. *Elcatif & Meſendin* nunc nominari ex tabulis videtur, quod etiam teſtatur N. Nicolaus *Tumachcama* à Meſopotamiis nuncupari ſcribit Theuetus: & aliis *Beinelnaharim*.

perſius doctiſſimus Romanorum. Cicero de Oratore: C. Lucilius homo doctus & perurbanus dicere ſolebat, ea quæ ſcriberet, neque ſe ab indoctiſſimis, neque à doctiſſimis legi velle, quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortaſſe quàm ipſe de ſe: qui etiam ſcripſit Perſium non curo legere: hic enim fuit, vt notamus, omnium ferè noſtrorum hominum doctiſſimus, Lælium Decimum volo, quem cognouimus virum bonum, & non illiteratum, ſed nihil ad Perſium. Hactenus Cicero.

perſius Flaccus, Volaterris Hetruriæ oppido natus, claruit iiſdem ferè temporibus, quibus Domitius Nero imperium vrbis Romæ ſuſcepit. In grammatica præceptorem habuit Rhemmium Palæmonem Vincentinum, qui grauiſſimas inimicitias dicitur exercuiſſe cum Marco Varrone. In Rhetorica Flauium Virginium: Annæum verò Cornutum, qui philoſophiæ ſtudio excelluit, magna diligentia ſingularique obſeruatione coluit, cúmque eo familiariſſimè diu vixit. Satyras ſcripſit quæ extant.

perſuſenes, Ægypti rex, anno ante Romam conditam 160.

perta, oppidum in Galatia. Ptol.

peruſia, Hetruriæ ciuitas, ab Achæis condita, in qua L. Antonius ab Auguſto obſeſſus, cùm extrema fame laboraret, coactus eſt deditionem facere. Hinc Peruſinus, ruſina, ruſinum, vulgò *Perouſe Perroſion*, eadem videtur apud Stephan. cùm dicat eam eſſe vnam ex 12. Tuſciæ principibus vrbibus. App. Alex. per i in ſecunda ſeribit, Perſi . hodie Perugia vocatur & Academiam habet celeberrimam.

peſcennius, vir Ciceroni perbeneuolus, vt ipſe ait ſcribens Terentiæ vxori lib. 14. Famil. 4. Peſcennius eſt perbeneuolus nobis, quem ſemper ſpero tui fore obſeruantem.

peſendaræ, Æthiopiæ ſub Ægypto gens. Ptol.

peſici, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, Plin. pæſici Ptolemæo.

peſſinus, nuntis, Phrygiæ oppidum ab Attalicis regibus ſplendidè exſtructum. Matris deum templo & porticibus ex candido marmore egregiè nobilitatum. Hinc Cybeles ſimulachrum Romani in vrbem adduxerunt, vnde & Peſſinuntia dicta eſt. Plin. lib. 5. c. 32. ibi Gordius nodus eſt ab Alexandro reſciſſus. Steph. eſt ciuitas Cauconidis, Arabyza priùs dicta. Alij dicunt eſſe vrbem Paphlagoniæ, Ptolemæus. Hinc Alexan. Zardus in ſuo de moribus gentium libello *Tribanta* vocat. Theuetus *Peſſene*.

peſſinuntia, dea Cybele, Deûm mater ex Græcis Romam tranſlata. Eius hiſtoriam vide apud Herodianum lib 1. hiſtor. Arnobium lib. 2 aduerſus gentes. Philena hæc etiam Dea dicta eſt. Alex li. 6. c. 4.

peſſium, Iazygum Metanaſtarum vrbs. Ptolemæus.

peſuri, Luſitaniæ populi, accolæ Vaccæ. Plin. lib. 5. c. 21.

petalia, Eubœæ vrbs. Strabo.

petaliæ, inſulæ quatuor in Euripo Euboico. Plin lib. 4. c. 12.

petalus, vnus ex his qui in aula Cephei regis Perſeo vim inferre conati ceciderunt. Ouid. 5. Metam.

Petalus irridens, Stygiis cane cætera dixit.

petauonium, Superatiorum vrbs in Hiſpania Tarraconenſi, Ptolem. & Anton. *Vanenza* hodie.

peteus, rex Athenienſium, anno ante Romam conditam 450.

petelia, Lucanorum metropolis, occurrit apud Samnites, quâ Romam in Græciam pedeſtri itinere itur. Strab. li. 6. hodie *Policaſtro*.

petenіſus, Galatiæ oppidum. Ptol.

peteon, vrbs Bœotiæ. Gentile, Peteonius.

peteſucus, Rex Ægypti, qui primus in Heracleopolite domo ædificauit Labyrinthum. Plin. li. 36 c 13.

petilia, Plinio, Ptolemæo, & Stephano, magnæ Græciæ vrbs, non procul à Licinio promontorio: à Philoctete condita ἀπὸ τοῦ πετᾶσθαι, i. à volando, quòd ex volatu auium ſumpto augurio, ibi futuræ vrbi locus ſit delectus. Virg. 3. Æneid.

Parua Philoctetæ ſubnixa Petilia muro.

Inde πετηλῖνος. Steph.

petingala, Indiæ vrbs intra Gangem. Ptolemæus.

petorſi, magna & populoſa gens Libyæ. Stephan.

petoſiris, Ægyptius mathematicus inſignis. Plin. li. 7. c. 49. & li. 2. c. 23.

petouio, Tacito colonia & oppidum in Carnis eſt, ad Drauum fluuium. *Pettauv*, Lazio & Rhenano. Villanouanus dicit Petouio quoque

Paranium Ptolemæi eſſe, quod in Pannonia ſuperiori conſtituit. *Petovio* per b habet Ammianus.

petra, Siciliæ oppidum prope Hybram, Petræ Sirenum, vrbs Lucaniæ Plin. li. 3. c. 4. Surrentum cum promontorio Mineruæ Sirenum quondam ſedes. *Petrina* habet Antoninus, & Petrinorum meminit Cicero & Plinius: hodie *Petra patria* dici tradit Mar. Niger. Leander duas facit, quæ in monte ſublimior eſt, *Petralia in monte*, quæ valli inſidet *Petralia ſottana* nominat.

petra, Macedoniæ vrbs, hodie *Lachi*: item Agri Piceni oppidum, & locus Africæ Propriæ, itẽ vrbs Mediæ, Sogdianæ Galilææ ſuperioris, & nomen variorum locorum, portuum, vt annotant veteres Geographi.

petra, Straboni lib. 6. Arabiæ oppidum, Nabatæorum metropolis. Vnde ea pars Petræa nuncupatur. Steph. vrbs eſt tertiæ Palæſtinæ: Ciuis, Petræus.

petra deſerti, arx & ciuitas principalis in regno Moab, in finibus Arabiæ ſita, Iſa. 11. Hebræi Selam dicunt. Ab hac, Arabia Petrea dicta eſt. Hegeſippus li. 1. c. 14.

petræa, Nympha Oceani, & Tethyos filia. Heſiodus in Theogonia.

petreius, vir rei militaris peritiſſimus: Legatus ſub C. Antonino Conſule, Catilinam vicit & occidit: Legatus Cæſaris in Gallia multa præclara geſſit: pòſt à Cæſare, cùm Pompeii partes ſequutus eſſet, primùm in Hiſpania, iterum deinde in Africa victus cum rege Iuba, ſe cum eodem mutuis vulneribus confecit. Cæſar. Salluſt. Appianus.

petreius Atinas, Cimbrico bello primipilus ſub Qu. Catulo excluſam ab hoc legionem ſuam adhortatus, Tribunum ſuum, dubitãtem per hoſtium caſtra erumpere, interfecit legionemque eduxit: donatus propterea corona graminea obſeruatum exercitum. Plin. lib 22. c. 6.

petræon, vrbs Lazica, quæ etiam Iuſtinianea appellatur, à Iuſtiniano Imp. quod ex eiuſdem nouellis annotauit Stukius.

petrinus, rex Cypri, ſub annum ſalutis 1321.

petrogorij, ſunt populi in Aquitania, proximi Pictauis ac Santonibus. Eorum ciuitas eſt epiſcopalis, nomen retinens, in prouincia Burdegalenſi & Francorum regno ſita. Gallicè, *Perigordiu*. Horum meminit Ptol. lib. 2. c. 7.

petronia, nomen vxoris Vitellij. Sueton.

petronia, nomen fluuij in Tyberim defluentis, dicti, quòd per petras fluat, quem magiſtratus auſpicatò tranſeunt, cùm in campo quid agere volunt: quod genus auſpicij perenne vocant.

M. Petronius Paſſer memoratur Varroni de re ruſtica lib. 3. fors hic eſt M. ille Petronius, qui Catonem à Cæſare conſule in carcerem duci iuſſum, ſequutus eſt. Quúmque Cæſar increparet, quod ante ſenatus dimiſſionem digrederetur, *Malo*, inquit, *eſſe cum Catone cὸ τῷ εἰκάσματι quam hic tecum*. Dion.

petronius, Ægypti præfectus, ab Auguſto miſſus Cornelio Gallo ſucceſſit, aduerſus Æthiopes bellum geſſit, quibus regina Candace imperabat, virili quidem animo mulier, ſed altero capta oculo. Strab. 17.

petronius Granius, centurio octauæ legionis ſub Cæſare bello Gallico militans, cùm nauis eius, qua Quæſtor deſignatus in Aphricam vehebatur, in Scipionis poteſtatem veniſſet & cæteris interfectis, Quæſtor Scipio incolumitatem polliceretur: reſpondit Cæſarianos aliis incolumitatem dare, non accipere conſueuiſſe: quo dicto ſe gladio tranſuerberauit. Plutarch. in Cæſare.

petronius, Ælij beneficio ex humili loco ad equeſtrem ordinem peruenerat. Mox quum Ælius Placentiæ, ne in manus hoſtium veniret gladio incubuiſſet. Petronius quoque qui morientem iuuerat, ſuper eum cecidit. Valerius de amicitia.

petronius Conſularis, moriturus inuidia Neronis, vt menſam eius exhæredaret, trullam murrhinam CCC. ſeſtertiis emptam fregit. Plin. lib. 31. c. 2.

petronius, pater Veſpaſiani Cæſaris.

petronius Perpenna, Conſtantinianas thermas in priſtinum ſplendorem reſtituit.

petronius Diodorus medicus ſcripſit Antilegomena. citatur à Plinio li. 20. c. 8.

petronius poeta, cuius aliqua de medicina verſibus conſcripta, ad noſtram ætatem peruenerunt. Volaterranus.

petroſaca, parua regio Arcadiæ: Gentile, Petroſacæus. Steph.

petroſſa, inſula Ciliciæ: Gentile, Petroſſæus, Steph.

petrus, nomen vnius Apoſtoli ex duodecim, à Chriſto ſic cognominati. Ioan. 1. qui priùs Simon dicebatur. Matth. 4. Marc. 3.

D. Petrus in Aſia eccleſiis ritè conſtitutis, & in Antiochena ciuitate, ad maiora inde rerum initia Romam (vt quidam exiſtimant) anno Claudij Cæſari ſecundo proficiſcitur, prædicánſque Euangelium primordia ibi nouæ fundat Eccleſiæ, cuius plures mox annos cuſtos fuit: tandem iuſſu Neronis, eodem die, quo D. Paulus capite obtruncatus fuit, pedibus in ſublime elatis cruci eſt affixus. Sic ambo iactis iam validis eccleſiæ fundamentis, ſunt martyrij coronam adepti. Euſeb. lib. 2. c. 15. Poly d. Vergil. li. 4. c. 2.

petrus Belliperticus, natione Burgundus, Bononiæ

noniæ, ius ciuile profeſſus eſt, circiter annum 2030.

Petrus Anchoranus, Bononienſis Iureconſultus, ius ciuile profeſſus eſt, circiter annum 480.

Petrus, epiſcopus Alexandrinus, anno ſalutis 302.

Petrus, Lombardus, Pariſiorum Epiſcopus, ſummus Theologus, cuius extat opus Sententiarum Theologicarum, floruit ſub Ludouico Craſſo Francorum Rege.

Petrus Altiſſiodorenſis, Græcorum Imperator, ab Epirotarum duce ex inſidijs captus eſt ſub annum ſalutis 1215.

Petrus, Hiſpaniæ Rex crudeliſſimus, cunctam Hiſpanorum nobilitatem: ac proximos quoſque de medio ſuſtulit, ſub annum ſalutis 1348.

Petrus, Hungariæ Rex, regno pulſus, ab imperatore Henrico reſtitutus eſt, ſub annum ſalutis 1043.

Petrus, Arragonum Rex, Siciliа potitus, anno ſalutis 1283.

Petrus, Angliæ Rex, dimiſſo ſuis regno Romam venit; vbi in paupertate priuatus vixit.

Petrus Gambacurta, Piſarum dominus, ab Appiano quodam, publico ſcriba, cum filijs interfectus, anno ſalutis 1392.

Petrus Vrceolus, Venetorum dux: cum Gregorio Conſtantinopolitani Imperatoris duce, Saracenos bello victos, Italia expulit.

Petubaſtis, Rex Ægypti, anno ante Romam conditam 70.

Petuſcum, palatij dicta eſt ea regio vrbis quā Romulus obuerſam poſuit ea parte, in qua plurimùm erat agri Romani ad mare verſus, & qua molliſſimè adibatur vrbs, quum Hetruſcorum agrum à Romano Tiberis diſcluderet. & cæteræ vicinæ ciuitates colles aliquos haberent oppoſitos. Feſtus.

Peuce parua inſula in vno oſtiorum Iſtri, quod ab illa Peuces appellatur. Plinius lib. 4. cap. 12.

Peuces, Plinio vnum oſtiorum Danubij fluminis: Ptolemæo, Ammiano & Straboni hoc *Hieron*, id eſt Sacrum vocatur.

Peuceſtes, Alexandri Magni ſeruator, ſtanea dignus gloria, vt ait Plinius libro 34. capite octauo.

Peuceria, inſula. Vide Galabria.

Peucerij, populi ſunt circa mare Ionium, vt ait Steph. qui etiam *Pediculi*, & Græco ſermone *Audanij* dicuntur à Strabone. hodie *Terra di Barri* vocari tradit Niger, Steph. habet *Peucetiantes*. Oenotrijs vicinos.

P H

Phabia, vrbs Celtogalatarum, à Fabio Imperatore Romanorum condita: Gentile, Phabiates. Steph.

Phabentia. Vide Fauentia.

Phabitanum, Ptol. lib. 2. c. 11. Germaniæ vrbs, vulgò *Bremen*, Appiano & Peucero.

Phacee, filius Romeliæ Rex Iſrael, 4. Reg. 15. & 16. Hic vno die deleuit ex copijs Achab Iudæorum Regis poſt Ioathan CXX. M. bellatorum & ducenta vtriuſq; ſexus millia captiua duxit. Lat. aperiens.

Phaceia, filius Manahem, 4. Reg. 15. Lat. aperiens Dominus.

Phacion, oppidum Theſſaliæ, Thucydidi li. 4. Gentile, Phacius. Steph.

Phacuſſa, vicus inter Ægyptum & mare rubrum, Strabo lib. 17. Hecatæus in plurali phacuſſas dicit. Sunt & Phacuſſæ, Inſulæ & Phacæi: Gentile, phacuſſius, Steph.

Phadaia, pater Zebda, matris Ioacim. 4. Reg. 23. filius Iechoniæ filij Ioachim. 1. Par. 2. Lat. redemptio Domini.

Phadaſſur, pater Gamaliel principis tribus Manaſſe. Num. 1. Lat. redemptor fortis vel redimens petra aut redemptio plaſmationis.

Phadon, nomen viri, 1. Eſd. 2. Lat. redemptio eius, aut Syriacè, iugum, vel iuga, ſ. boum.

Phæa, proprium nomen ſuis Cremyoniæ, Vide Cremyon.

Phæces, populi Phæaciæ, hoc eſt Corcyræ inſulæ otio olim luxuique dediti: vnde Phæacem pro homine bene curato ventrique ac gulæ addicto vſurpat Horat. epiſt. li. 1. epiſt. 15. ad Vallam. Hinc phæacius, cia, cium, & nonnunquam Phæatius, vnâ minùs ſyllaba. Propert. libro 2.

Nec mea Phæacas æquant pomaria ſyluas.

Phæax filius Neptuni & Corcyræ filiæ Aſopi à qua inſula etiam Corcyra vocata eſt, cùm priùs Drepane & Scheria diceretur. Eſt etiam phæax gentile & fœmininum phæacis. Steph.

Phædmus, curſor nobilis, de quo Stat. lib. 6.

Et bis Iſthmiaca victor clamatus arena
Phædmus, Alipedumq; fugâ prægreſſus equos
Ante Dimas.

Phædymus, Byzantius fuit Elegiographus poëta.

Phædon (Athenienſis, in conuiuio à triginta Athenienſium tyrannis necatus. Huius filiæ virgines erant, quæ, vt virginitatem ſeruarent morte, inuicem ſe complexæ in puteum ſe præcipitauêre. Fuit & alius hoc nomine philoſophus Elidenſis. Gellius libro 2. cap. 18. Noct. Attic. & Laërtius de vita philoſophorum. Socratis auditor, ingenio liberali: qui (vt quidam ſcripſerunt) ſeruiuit lenoni, perinde quaſi meritorius puer, quęſtuariſſimque mancipium. Eum Cebes Socraticus emiſſe dicitur, habuiſſéque in philoſophorum diſciplinis, atque is

poſtea philoſophus illuſtris fuit, cuius nomini Plato librum de immortalitate animæ dedicauit.

Phædra, Minois Gretenſium Regis filia, vxor Theſei, quæ amore Hippolyti priuigni capta, cùm ipſum adducere non potuiſſet, vt parentum Thalamum conſpurcaret, apud patrem eũ detulit, tanquam ſtuprum ſibi inferre voluiſſet, Cui delationi temerè fidem adhibens Theſeus, Neptunum inuocauit, vt de filio ſupplicium ſumeret. Cuius precibus exauditis. Neptunus Hippolyto in maris littore currum agitanti Phocas immiſit, quarum conſpectu territi equi relicta via, currum per ſaxa & auia traxerunt. Hippolytúmque fruſtra retinentem foriſque implicitum, varias in partes diſtraxerunt, & iſta ſponte laqueo vitam finiuit. Plutarc. paral. Extat inter Ouidianas epiſtolas Phædræ ad Hippolytum.

Phædyma, Otanis nobilis Perſæ filia. Herod. lib. 4.

Phædrus, vnus ex diſcipulis Platonis, cuius nomine Plato librum edidit, qui inſcribitur Phædrus.

Phæmonoe, virgo quam vatem prima Delphi Apollinis ſeu pythiam fuiſſe ferunt, carménque heroïcum inueniſſe: Plinius libro decimo Phœmonoen Apollinis filiam dictam fuiſſe prodit. Lucan. lib. 5.

Phœmonoen errore vagam, currúque vagantem
Corripuit, cogitque fores irrumpere templi.

Phæniana, Ptol. lib. 2. cap. 12. Rhetiæ vrbs, alio nomine Phæbiana caſtra. Vulgò hodie *Bebenhuſium.*

Phæſtum, vrbs in Creta, à qua Phæſtius quidam dictus eſt, quem adiurorem condendis legibus Soloni fuiſſe tradit Plutarchus, inclytum vaticinio, & rerum diuinarum peritia. Condidit hanc vrbem Phæſtus, filius Ropali, filij Herculis. Ciuis Phæſtius, & Phæſtias fœm. Eſt item Phæſtus vrbs Achaiæ. Gentile, ſimiliter Phæſtius, & & à Phæſtino, Phæſtinius. Alia denique eſt Peloponneſi, quæ priùs Phtyxa dicebatur.

Phæſtus, Homero 5. Iliados, Bori Mæonij filius, ſiue Lydij: qui veniens in auxilium Troianorum, ab Idomeneo interficitur. Eſt etiam mons Cretæ, ſiue promontorium circa Gortynã vrbem. Idem Homerus 2. Iliados, & in Odyſſea, & Strabo libro decimo. Vide Phæſtum.

Phæſtus, ſiue Phæſtum oppidum Locrorum, cognomento Ozolorum, ad ſinum Griſſeum, ſiue Corinthiacum: vbi Apollo inſigne habuit templum, à quo & Phæſtius eſt cognominatus. Plin. lib 4. cap 5

Phaethon, Solis filius ex Clymene, cui quum Epaphus Iouis & Iſis filius, aliquando obieciſſet, falsò ipſum Sole patre gloriari: id enim matre ipſius excogitatum fuiſſe, vt adulterij culpam authore honeſtiore velaret, ægre id ferens Phaethon, matris ſuaſu ad regiam Solis contendit, qui cum filio muneris eligendi poteſtatem feciſſet, nihilque ſe ei negaturum per Stygiam paludem iuraſſet; Phaethon petijt vt currus ſui regendi poteſtatem vno die ſibi permitteret. Quod quamuis Phœbus filio ſuo exitiale fore videret, quoniam tamen diſſuadere ei non poterat, neque item pernegare, quod per Stygiam paludem iuraſſet, monitis quibus potius optimis inſtructum, currui eum impoſuit. Verùm cùm ille aurigandi imperitus, cœlum & terram combureret, à Ioue fulmine è curru excuſſus, in Padum fluuium decidit. Ouidius ſecundo Metamorphoſeos.

Phaeton, Luciano teſte fingitur Solis filius decidiſſe è curru paterno, eò quod inueſtigauit curſum ſolis, præuentuſque morte artem reliquit imperfectam. Eius verò tempore de cœlo delapſæ ſunt flammæ, quibus (vt Ariſtoteles meminit lib. de mundo) multæ regiones ad Occidentem exuſtæ ſunt. Hanc ob cauſam fingitur orbis terrarum eo currum agente inflammatus. Fabula ad mores relata exprimit imaginem temerarij & ambitioſi principis, qui gloria & regnandi cupiditate incenſus, cogitat ſublimia, & concipit æthera mente. In hac fabula pingenda, Ouidius poëſeos omnia ornamenta ſingulari quodam artificio adhibet. Reliqua vide apud N. Comitem, Mythologiæ lib. 6. cap. 1.

Phaethon, Sol dicitur (vt inquit Seruius lib. 5. Æneid. idem lib. 6.) à luce ardoris ſui, Cic. 3. de Nat. deorum.

Phaethon, Ligurum Rex vetuſtiſſimus, cuius multæ in Hetruſco littore coloniæ fuerunt, vt Cato eſt author. Beroſ. lib 5.

Phaetontiades, Clymenes & Solis filiæ ſorores Phaethontis, quæ dum extinctum fratrem inſolabiliter deflent, conuerſæ ſunt in alnos arbores, vt fabulatur Virg. 6. Ecloga: vt verò 10. Æneid. in populos.

Phaethuſa, vna ex filiabus Solis ex Neæra Nympha, ſoror Lampetiæ quæ in Sicilia patris ſui, id eſt, Solis armenta cuſtodiebant: *ex quibus* cùm ſocij Vlyſſis contra Circes monita boues aliquot mactaſſent, ad vnum omnes naufragio perierunt, vt lib. 12. Odyſſeæ fabulatur. Homerus. Ouidius 2. Metamorph. Phaethuſam & Lampetiam Solis & Clymenes, filias fuiſſe tradidit, ſorores Phaethontis, quę cùm fratrem fulmine percuſſum, extra modum lugerent, ad Eridani ripam in arbores conuerſæ ſunt, lachrymarum loco electrum exudantes. Allegoriam huius fabulæ explicat N. Comes Mytholog. li. 6. cap. 1.

Pha-

phago, vir adeò guloſus & vorax vt adhibitus menſæ Aureliani, aprum integrum, centum panes, veruecem & porcellum vno die comederit: biberitque orcam vini. Flauius Vopiſcus.

phagres, vrbs Thraciæ: Gentile, Phagreſius & Phagræſeus. Steph. Thucyd. lib. 2.

phagrorion, quæ & Phagroriopolis: ciuis Phagroriopolites. Alexander Polyhiſtor, in Ægyptiacis. Steph.

phagroriopolis, à phagris, opinor piſcibus nomen habet: ſicut & Phagroriopolitana præfectura, & regio, ſita in ſinu Arabico ad mare rubrum. Strab. lib. 17.

phahat-moab nomen viri, 1. Eſd. 2 Lat. dux Moab, vel dux ex patre, ſiue fouea ex patre.

phar, nomen vrbis Adar regis ſeptimi in Edom 1. Par 1. quæ Gen. 36 dicitur Phau. Lat. vlulans, aut gemens vel apparens.

phalus fuit athleta fortiſſimus, in cuius honorem Alexander Macedo multas exuuias dono Crotoniatis dedit.

phalacræ, cacumen Idæ, in quo propter niuem nihil prouenit, ſed caluum eſt. Omnes autem montes caluos vocabant Phalacras.

phalacreus vicus Libyæ.

phalacron promontorium Corcyræ. Steph.

phalacreus, Æoli filius, Homer. 10. Odyſ. Græcis caluum ſignificat.

phalæſia, vrbs Arcadiæ Pauſa. lib. 2. Gentile, Phaleſieus.

phalaia, nomen viri, 2. Eſd 8. Lat. miraculum ſiue occultum Domini.

phalanna, vrbs Perrhæbiæ, à Phalanne filia Tyri. Hecatæus *Hippion* vocat. Ephorus *Phalannon* Alia eſt Cretæ: Ciuis Phalanæus. Stephanus.

phalannæa, nomen vrbis Cretæ. Ciuis, Phalannæus. Steph.

phalanthus vrbs & mons Arcadiæ. Pauſ. lib. 8. Gentile, Phalantius. Steph.

phalanthus, Lacedæmonius quidam, Tarenti in Italia conditor. Nam cùm in eo bello, quod Lacedæmonij cum Athenienſibus geſſerunt, vtrinque vires attritæ eſſent, Spartiani iuuentute exhauſtis edixerunt, vt virgines quibuſlibet nullo diſcrimine ſui copiam facerent. Sedatis autem bellis iuuenes incertis parentibus nati, cùm & patriæ & ſibi eſſent opprobrio (nam Partheniatæ dicebantur) accepto duce Phalantho, octauo, ab Hercule, patriam reliquerunt, delatiſque ad breue oppidum Calabriæ quod Taras Neptuni filius condiderat, id auxerunt, & priſco nomine Tarentum appellauerunt.

phalanx, Arachnes frater, Atticæ regionis incola, vbi adoleuiſſet, artem militarem à Pallade doctus fuiſſe dicitur, cùm Arachne ſoror omnia illa diligenter didiciſſet, quæ ſpectant ad telæ conficiendæ & ad ſuendi artificium. At enim quum Phalanx rem habuiſſe cum ſorore, fama eſt ita ficti turpitudine commotam eſſe deam, támque grauiter facinus tuliſſe, vt ambos in ſerpentes viperas verterit. Arachne grauida ex fratre, iuſſa eſt à Pallade non ſine maximo vitæ diſcrimine parere: quare à filiis corroſa fuit: quod etiam cæteris eiuſdem generis dicitur poſtmodum accidiſſe, N. Comes, mythologiæ lib. 6. cap. 22. ex Zenodoro.

phalara, ciuitas à Phalaro amne Ithomiæ Mineruæ proximo. Plin. lib. 4 cap. 7.

phalara, vrbs Theſſaliæ prope Lamiam. Gentile, Phalareus. Steph.

phalarica, genus erat teli, quod ex phalis, i. turrib. ligneis intorquebatur. Erat autem præfixa ferro valido in modum haſtæ intra tubum, cuius haſta ſulphure, reſina, bitumine & ſtuppis conuoluebatur infuſo oleo, quod incendiarium vocabant, & è baliſta emittebatur.

phalaris, crudeliſſimus Agrigentinorum tyrannus, qui præter cætera nouorum ſuppliciorum inſtrumenta, taurum habuit æneum, Perilli arte fabricatum in quem immiſſi damnati, ignéque ſubiecto bouis mugitum edebant: cuius muneris nomine cùm artifex non leue munus ſperaret, iuſſu tyranni in taurum coniectus, primus artis ſpecimen præbuit: ipſe quoque Phalaris, cùm nimia eius atrocitas vlteriùs ferri non poſſet, facto in eum vniuerſorum ciuium impetu, correptus ei ipſi tauro, quo alios exuſſerat, incluſus, viuus crematus eſt.

phalaris, Tuſciæ vrbs, *Catoni Phalerium*. Straboni & Halicarnaſſeo hodie *Falare* vocari ſcribit Leander, & addit *Phalerum* à Ptolemæo nuncupari, quamuis in eo facilè non reperiatur.

phalaron. Vide Phaleron.

phalaſarna, vrbs Cretæ, à Phalaſarne. Ciuis, Phalaſarnius. Steph.

phaleg, filius Heber filij Sale, Gen. 10. Luc. 9. Lat. diuiſio.

phaleha, nomen viri, 2. Eſd. 3. Lat. fragmen, vel fruſtum aut ſciſſura, vel Syriacæ, obſequium.

phalel, nomen viri. 2. Eſd. 3. Lat. cogitans ſiue orans aut iudicans.

phaleron, vicus & nauale Atticæ. Vocatur autem Phalereus quoque tam vicus, quàm incola, qui & Phaleræus, & fœmina Phaleris. Neapolis etiam vrbs in Opicis, in quam Parthenope Siren eiecta, eſt, ſic vocabatur. Alia eſt Theſſaliæ iuxta Oetam, quam Rhianus Phalaron & Phaleron vocat. Steph.

phalereus Demetrius philoſophus, dictus à Phalero portu: ſiue à Phalaria prouincia, Phanoſtrati filius, Theophraſti auditor, Athenis præfectus, à Caſſādro Macedonum principe, cùm

eſſet ciuis: qui (vt author eſt Strabo) non modo popularem non deſtruxit potentiam, ſed etiam melius reformauit. Verùm tantum, inuidia valuit, vt poſt Caſſandri obitum Ægyptum fugere coactus ſit, & eius inimici ſtatuas plures trecentis diſiectas confluere. Hic tandem morſu aſpidis periit, cùm multa apud Ptolemæum in calamitoſo otio ſcripſiſſet.

phalereus, quidam deploratus à medicis vomicæ morbo, cùm mortem in acie quæreret vulnerato pectore medicinam inuenit ex hoſte, Plin. lib. 7. cap. 50.

phalerium, vrbs Tyrrheniæ, inde Phalerius, ria, rium, Steph. Vide Phaliſci & Faliſci.

phalerus, Plin. lib. 4. cap. 7. portus Athenis celeber, à quo Demetrius Phalereus cognominatus eſt. Vide Phaleron.

phalet, filius Iahaddai 1. Par. 2. Filius Azmoth. 1. Par. 2. Lat. liberatio, ſiue expulſio.

phaleth, filius Ionathan filij Iuda filij Onam, 1. Par. 2. Lat. ruina vel iudicatio.

phalga, vicus medicus inter Seleuciam Pieriæ, & Meſopotamiæ: Gentile, Phalgenus, Phalgæus. Steph.

phaliges, populi in Africa, Ptoemphanis qui canem pro rege habent, proximi. Plin. libro 6. cap. 30.

phaliſci. Vide Falici.

phallica, apud Athenienſes Bacchi ſacra dicebantur à Pegaſo Eleutherienſi inſtituta. Quum Pegaſus Bacchi imagines ex Eleutheris, ciuitate Bœotiæ in Atticam regionem portaret, irriſus eſt ab Athenienſibus, quod Bacchus ægrè ferens pudenda hominum morbo grauiſſimo infeſtauit. Sciſcitantibus iis autem quo pacto liberari poſſent, reſponſum datum eſt, vnicum remedium eſſe, Si cum honore & pompa Bacchum exciperent: quod factum fuit. Ex ea re tum priuatim, tum publicè lignea virilia thyrſis alligantes per eam ſolemnitatem geſtabant: fuit enim Phallus vocatum membrum virile. Phurnutus. Vide N. Comitem mythologiæ lib. 5 cap. 13.

phallu filius Ruben filij Iacob. Gen. 46. 1. Par. 5. Lat. mirabilia aut occultus.

phalora, vrbs Theſſaliæ: inde Phalorenſis & Phalorites. Rhianus Phaloriam vocat.

phalorias, vrbs Locridis: Ciuis, Phalorieus, ea, eum. Steph.

phalti, filius Radhu. Num. 13. filius Lais, 1. Reg. 25. Eſt & nomen vrbis. 2. Reg. 23. Lat. liberatio, ſiue expulſio.

phaltias, filius Ananię filij Zorobabel filij Phadaiæ. 1 Par. 3. & 4 Lat. liberatio Domini, aut expulſio Domini.

phaltiæl, filius Ozan. Num. 34. princeps tribus Iſſachar Lais. 2. Reg. 3. 13. Lat. liberatio Dei, aut expulſio Dei.

phamizon, vicus Amaſeæ, auſtralior, Amiſo, Incolæ Phamizonitæ: regio Phamizontis, quæ & Neapolis. Steph.

phamizonium, oppidum in Cappadocia fuit ad Irim flumen. Plin. lib. 6. cap. 3.

phana, vrbs Italiæ. Vide Fanum.

phanæ promontorium Chij, ſic dictum, quòd Latona illic apparuerit. Incolæ, Phanęi. Stephan.

phanæi, Ptolemæo Chij inſulæ promontorium. *Cabo Maſtiho* Bellonio & Sophiano dicitur. *Panale* Fauolio in ſuo Hodœporico Byzantino.

phanæus, mons eſt in promontorio Chii, vitibus conſitus, ſic dictus à Phanæo rege. Seruius. vide Phaneus.

phanagoria & Hermonaſſa, inſula adiacens Tauricæ, Steph. Phanagoreia, inquit, ciuitas, à Phanagora. Eſt & inſula eiuſdem nominis. Phanagoreia, vel Phanagore. Item Φαναγορίδα, τὰ, emporium: Gentile, Phanagorites. Alij Sarmatiæ vrbem faciunt ad Boſphorum Cimmerium. *Matriga* hodie ſi creditur Theueto.

phaneas, nobilis Carthaginenſis, qui bello Punico tertio ad Romanos defecit. Liu.

phanes, vir Halicarnaſſeus, qui cùm diu in amicitia & ſocietate Amaſis regis Ægypti fuiſſet, tandem accuſatus ex Ægypto ad Perſas transfugit, & Cambyſę traijcere volenti in Ægyptum adhæſit, eiúſque conſilio Cambyſes vſus eſt, & quum viam non ſatis commodam ad traijciendum comperiret, hic eum docuit per Arabiam iter facere, Herodo. lib 3.

phaneſij, populi in inſulis Oceani Septentrionalibus, qui (vt Solinus ait) habent aures adeo effuſas, vt reliqua viſcera contegant illis.

phanata, Græci apparentem dicunt Deum, quoniam cùm adhuc nihil eſſet, primus ex infinito apparuit. Etiam Sol dicitur, qui quotidie apparet nouus.

phaneus, mons in Chio inſula, ferax optimi vini. Vide Phaneus.

phania, vir quidam fuit, qui quia falſam de ſe præbuit opinionem, quaſi multam diuitiarum vim domi conſtructam ac reconditam haberet, eius diſſimulatio abiit in Prouerb. Phaniæ ianua.

phanias, libert. Appij Pulchri. Cic. Epiſt. fam. 3.

phanoteus, vrbs Phocidis. Steph.

phantia, vrbs Troadis, à Cumanis condita. Gentile, Phanteis. Steph.

phanus, fuit quiſpiam, qui quum vxorem haberet adulterij ſuſpectam, atrij fores ſic occluſit, vt nonniſi cum ſtridore ſonitúque poſſent aperiri: verùm cùm illa per tegulas adulterum admitteret, vicini per iocum dicebant. Phani oſtium. Quo prouerbio innuebant aliquid ſeruatum fruſtra.

phanuel,

Panuel, locus extra torrentem Iaboc, in finibus Am[illegible]rrhæorum, in Rubenia ſorte: vbi Iacob, qui deinde Iſraël, tota nocte luctatus eſt cum Angelo. Geneſ. 32. ita appellatus, quòd vidiſſet illic dominum. Hæc ciuitas Gedeonis exercitui panes negauit: cuius turrim deſtruxit Gedeon, & habitatores occidit. Iudic. 8. Hanc Stra. lib. 16. faciem Dei appellat. Eſt autem contigua Tripoli, apud eamque mons Libanus deſinit. Ieroboam ipſam ædificijs reparauit, 3. Reg. 12. Fuit hoc nomine filius Seſac, 1. Par. 8. pater item Annæ propheriſſæ. Luc. 12. Lat. videns Deum, ſiue faciem Dei.

Phaon, iuuenis Leſbius, qui à Venere alabaſtrum vnguenti dicitur accepiſſe, eóq; oblitus omnium formoſiſſimus euaſiſſe, eximiáq; pulchritudine cùm aliàs mulieres Mytyleneas, tum præcipuè Sappho poëtriam ad ſui amorem allexiſſe. Extat epiſtola Sapphûs ad phaonem inter Ouidiana.

Phara, famulus Gedeonis. Iud. 7. Nomen item vrbis, 1. Macch. 9. Lat. frugifer, vel fructificans aut creſcens, ſiue vacca.

Pharæ, vrbs in Creta à Miſenis condita. Plin. lib. 4. c. 2. Steph. vrbs Meſſe[illegible]es, ex qua erant Apharetidæ. Gentile, pharaites. Alia Achaiæ: Gentile phareis, vel pharæis. Alia Bœotia. Gentile, phares, etiā. Alia Cretæ, colonia illius quæ in Meſſene eſt. Poſſeſſiuum pharaicus. Aliq; ſunt pheræ, vnde Pheræus. Steph.

Pharai, nomen viri, 2. Reg. 23. Lat. hiatus, vel apertio.

Pharam, rex Ierimoth, Ioſ. 10. Lat. onager eorum, vel fer[illegible]tas eorum, aut fructificatio matris, vel taurus maris.

Pharamundus, anno Chriſti 42[illegible]. vigeſimus quartus Francorum rex, à Francia Orientali in Franciam Occidentalē ſuā tranſtulit ſedē, legé que tulit, quā Salicam vocant. Munſt. li. 2. Coſm.

Pharan, nomen oppidi. Gen. 34. Item nomen deſerti Saracenorum trans Arabiam contra Auſtralem plagā, per quod Iſrael perrexit tranſiens ex Ægypto in terram Chanaan duce Moſe in quo ſunt multa loca terminata. XVIII. ſcilicet manſiones, quarum vna eſt Haſeroth Num. 10. 12. 13. Accipitur Pharan pro prima parte deſerti Arabiæ prope montem Sinai. at Deuter. 1. pro vltima parte verſùs terram promiſſionis. Et Haſeroth eſt in medio, Geneſ. decimo quarto 21. Numer. 33. dicitur deſertum Sin. Lat. pulchritudo, ſiue laus, aut gloriatio, vel propagines.

Pharan, mons Sinai contiguus, Abac. 4. Deuter. 33.

Pharan, vrbs inter Ægyptum & Arabiā. poſſeſſiuū, pharaneticus. Gentile, pharanites. Steph.

Pharao, i. diſſipans, vel diſcooperiens, vel Syriacè vindicans, aut nudans: Rex Ægypti, cui nomen Nechao, 4. Reg. 21.

Pharaones, appellabātur Ægypti Reges, quod cognomen fuit dignitatis, vt ſcribit Euſeb. Et Ioſeph. Antiq. Pharaonis nomen ſecundum Ægyptios ſignificat Regem. Et Reges cùm primū conueniebant ad imperium, hoc nomen accipiebant. Maneth. in princip. Supple.

Pharates Rex fuit apud Parthos, Strabo libro 15.

Pharathon, ciuitas in Ephraim in mōte Amalec Iudic. 12. Lat. diſſipatio, vel ruptura, aut denudatio eius, vel Syriacè, vindicta eius.

Pharathus, vrbs Galilææ. Gentile, pharathonites. Steph.

Pharbætus, vrbs Ægypti. Ciuis, pharbæthites. Stephan.

Pharbelus, vrbs Eretrienſium. Gentile, pharbelius. Steph.

Pharcedon, Theopompo pharcadon, vrbs Theſſaliæ: Ciuis, pharcedonius: fœmininum, pharcedonis & pharcenis. Steph.

Pharenſes, populi in Aſia ad fluuium Melam, in regione Ionia. Strab. lib. 8.

Phares, filius Iudæ ex Thamar nuru ſua. Gen. 38. 1. Par. 4. Lat. diuiſio.

Phares, 1. Para. 7. filius Marchir ex Maacha vxore. Lat. eques, aut diuidens, ſiue exponens, vel declarans.

Pharia Ptolemæo, Pliniòque: Straboni verò pharus, inſula contra Dalmatiam & Iaderam, quæ nunc vulgò *Liſna*, Illyrico ſermone dicitur. Eſt & vrbs in ea, à qua Pharienſes populi. Ptol. li. 2. cap. 17.

Phairo, vnus ex illis fluminibus, qui Tygrim in Armenia influit: Plinius libro ſexto capite 27.

Pharis, vrbs Laconiæ: Ciues, pharitæ, Pauſaniæ, vel pharietæ, Homero.

Phariſæi, ſecta quædam apud Iudæos, orta temporibus belli Punici tertij: cuius ſectæ homines, non modò victu, vitæque inſtituto à reliquo vulgò ſecreti erant, ſed etiam veſte & corporis cultu: quapropter Phariſæi dicti ſunt, quæ dictio idem Hebræis ſonat, quod Latinis ſeparati. Eius generis hominum tanta fuit fatuitas, vt multò plus laborarent probi videri, quàm eſſe tanta ſuperbia, vt neminem alterius ſectæ virum bonum exiſtimarent, quapropter Chriſtus vbique exagitat eorum vanitatem. Erant autem apud Iudæos tres ſectæ, Phariſæorum, Sadducæorum & Eſſæorum. A Phariſæus fit Phariſaicus, ca, cum. Horum frequens mentio apud Euangeliſtas.

Pharmaciæ ſinus, Europæ ad Boſphorum Thracium *Therapia* hodie dicitur Gyllio ex tripartita hiſtoria.

Pharmacotrophi, populi ſunt Aſiæ Margianis

& Suſianis finitimi, qui ſe veneno alere conſueuerunt: vnde & nomen illis inditum eſt. Pli. lib. 6. c. 16. Pompo. Mela. 1.

Pharmacuſæ, duæ inſulæ exiles, iuxta Atticam regionem in mari Salaminiaco, in quarum altera Straboni lib. 9. ſepulchrum Circes viſitur. Alia eſt ſupra Miletum, in qua Attalus occiſus eſt: Gentile, pharmacuſæus, vel Pharmacuſius. Steph. Harum alteram Bellonius *Parmoſa* appellat. duplici ſſ ſcribit Steph.

Pharnacea, oppidum Themiſcyrenæ regionis Cappadociæ. Plin. caſtellum appellat, libro 6. cap. 4.

Pharnaces, Mithridatis Ponti in Aſia Regis filius, qui quum, vt ait Florus, magis diſcordię ciuilis inter Pompeium & Cæſarem fiducia, quàm virtutis ſuæ, infeſto in Cappadociam agmine rueret, hunc Cæſar aggreſſus, vno & non toto prœlio obtriuit more fulminis, quod vno eodémque momento venit, percuſſit, abſceſſit, vnde eſt illud Suetonij in Cæſare, cap. 37. Pontifico triũpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulũ, Veni, Vidi, Vici, non acta belli ſignificantẽ, ſicut cæteri, ſed celeriter cõfecti notam.

Pharnaces, gens quędam in Ægypto, quæ pręterquam quòd geminas pupillas habet, aſpectu etiã nocet. Pli. li. 7. c. 2. Haud diſſimile his genus Pharnacum in Æthiopia prodit Damon, quorũ ſudor tabem contactis corporibus afferat.

Pharnach, pater Eliſaphan principis tribus Zabulom. Num. 34. Lat. taurus percutiens, vel percuſſus, aut confuſus, ſiue fructificatio aromatum.

Pharnacia, regio & vrbs Pontica, Trapezunti contigua: Gentile, pharnaceus.

Pharnacium, vrbs in Phrygia. Steph.

Pharodeni. Ptolemæo ſunt Germaniæ populi, quos Gemma Friſius *Meckelburg* putat. pharodenos Ptolemæi, *Suardones* Taciti eſſe vult Peucerus.

Pharos olim inſula Ægypti oblonga, paruáque canopico Nili oſtio obiecta, dieique vnius nauigatione (ſi Homero credimus) à continente dirempta, hodie verò Alexandriæ ponte coniuncta, cuius mutationis cauſam quidam Nilo aſſignant, cuius oſtia magnam perpetuò limi vim ad proxima aggerunt vada. Ouid. Metam. lib. 15.

Fluctibus ambita fuerant Antiſſa, Pharóſque,
Et Phœniſſa Tyros: quarum nunc inſula nulla
eſt.

vide Pli. lib. 7. cap. 85. Habuit hæc inſula turrim ingentem ex candido marmore, in petra ſitam, octingentis talentis à Ptolemæo philadelpho Soſtrati Gnidij architecti opera extructam, quæ & ipſa Pharos dicta eſt: in qua noctu accenſæ faces nauigantium curſum regebant. A cuius ſimilitudine cæteræ quoque ſpeculæ ſimilem in vſum conſtructæ, Phari appellatæ ſunt. Hinc pharius, ria, rium, id eſt, Ægyptius, vt pharij tyranni, pro ægyptiorum regibus: & phariacus, riaca, cum, vt ſiſtra phariaca. Scribit Hegeſippus lib. 4. à Græcis Latiníſque pharon appellari ipſius rei vſu, eò quòd longè videatur à nauigantibus, tanquam phanos, quod ſignificat lucidum, immutata litera pharos dicatur. In hac Alexander nouam vrbem condere ſtatuit, ſed cùm magnæ ſedis capax non eſſet, ex illius aduerſo condidit Alexandriam. Eadem inſula palmis abundat. Ouid. lib. Amorum 2. Eleg. 13. Ipſa etiam Alexandria pharos dicebatur. Eſt etiam inſula in Adriatico mari phariorum ſtructura cum fluuio eiuſdem nominis. Item ciuitas Illyriæ, & alia Perrhæbiæ: Gentile omnibus commune pharius. Stephanus. *Heptastadium* ſpecula à Dionyſio Alexandrino vocatur. *Farion* hodie dicitur. Beniamin ab incolis ſcribit *Magrah*, & ab Arabibus *Magar Alecſandria* (hoc eſt Alexandriæ Farum) nomen habere: *Pharitas* incolas vocat A. Hirtius.

Pharos quæ antè *Paros*, vt plinius tradit, Inſula Illyrica Hadriatici maris: *Pharia* Ptolemęo dicitur & Strab. *Leſina* vocat Sophianus, *Lexina* habet Niger. *Liſna* Illyrico ſermone appellari ſcribit Hermolaus, & addit in eodem mari Liſſam Plinij & Antonini eſſe.

Pharos, nomen viri, 1. Eſd. 2. & 8. Lat. pulex, vel culex, ſiue fructus tineæ.

Pharphar, nomen fluuij Damaſci 4. Reg. 5. Lat. comminutus aut fructificatio fructus, ſiue cantus tauri.

Pharpariades, plin. li. 5. cap. 17. pars vna Tauri montis.

Pharralios. Vide pharſalos.

Pharſalia, à pharſalo oppido dicitur tota Theſſalia. Lucanus lib. 1.

—dives Pharſalia campos *Impleat.*

Pharſalici campi plutarcho, in Theſſalia poſtea philippici dicti ſunt, teſte Floro.

Pharſalos, Theſſaliæ oppidum, in ripa Enipei fluminis ſitum. Hinc vicini campi pharſalici dicti, in quibus duorum ingentium bellorum ciuilium procellæ detonuerunt: primùm inter Cæſarem & Pompeium, alterum inter Auguſtum & percuſſores Cæſaris, Brutum & Caſſium. Hi poſtea philippici dicti ſunt, ſiue à philippo rege, ſiue à philippis vicina vrbe, quam alio nomine Thebas Theſſalicas nominant, à pharſalo Acriſij filio: Gentile, pharſalius: & pharſalis fœm. Alia eſt pamphiliæ vrbs: dicitur etiam pharrhalios per duplex r. Steph.

Pharſandatha, filius Aman, filij Amadatha. Eſth. 9. Lat. reuelatio menſtrui, vel commotionis ſuæ, aut equitis commotio, ſiue ſtercus menſtruo-

ſtruorum, vel commotiones eius.

pharua, nomen viri, 3. Reg. 4. Lat. floridus, aut Syriacè, volens.

pharuda, nomen viri, 1. Eſd. 2. Lat. ſeparatio, vel diſperſio.

pharuſij, vel phaurufij. Plin. lib. 5. c. 8. & Pomponio lib. 1. populi Africæ vltra Mauritaniam, quondam Perſæ: comites fuiſſe dicuntur Herculis ad Heſperidas tendentis. Pomponio in finibus 3. nunc inculti, & niſi quod pecore aluntur, admodum inopes. Qui fabuloſa narrant, Thebano hæc Herculi tribuunt: at qui hiſtoricam veritatem proſequuntur, Ægyptio Herculi, qui Libycus cognominatus eſt, potius adſcribenda cenſent. Meminit & horum Strabo lib. 17. vbi de Mauris mentionem fecit. At Pharuſij, qui vltra hos habitant Heſperiis Æthiopibus vicini, ſagittant quemadmodum Æthiopes, falcatis quoque curribus vtuntur: miſcentur nonnunquã Mauris pharuſij, per deſerta aquarum vtres equis portantes, nonnunquam per loca quædam paluſtria, & lacus Cyrtam veniunt. Quidam ex eis Troglodytarum more ſub terram habitare, & æſtiuis imbribus abundare: Hyeme verò ſiccitate laborare dicuntur. Nonnullos ex iis barbaris ſerpentum ad piſcium coriis pro indumentis ac ſtramentis, vti Geographi ſcribunt.

pharycadon, vrbs in Eſtiæorum plaga, quam alluit Peneus fluuius. Strab. lib. 9.

pharyge, vrbs Locridis, quam Homerus Tarphem vocat, vel à Tarphe in Pharigis, vel à denſitate arborum. Hinc Iuno pharygæa. Stephan. Vide Tarphe, ſiue Scarphæa.

phaſelis, vrbs Iudææ, ab Herode primo Iudææ Rege nomine fratris eius condita. Gentile, phaſelites. Steph. ex Ioſepho.

phaſania, oppidum eſt Africæ ſupra minorem Syrtim Plin. lib. 5. c. 5. Vnde & phaſanij populi, apud Plin. ſcribitur phaſania.

phaſea, nomen viri, 2. Eſd. 2. Lat. tranſitus.

phaſeida, nomen loci, 1. Mach. 15.

phaſelis, Pamphyliæ vrbs in monte ſita, piratarum olim perfugium. Cicer. act. 6. in Verr. Hi quia ſolerent piſciculos falſos diis ſacrificare, citra ſanguinem, eorum tenuis ac ſordidus ſacrificandi mos abiit in prouerb. Phaſelitarum ſacrificium.

phaſelis illa, quam cepit P. Seruilius, non fuerat vrbs ante Cilicum atque prædonum. Lycij illam Græci homines incolebant: ſed quòd erat huiuſmodi loco, atque ita proiecta in altum: vt & exeuntes in Cilicia prædones ſæpe ad eam neceſſariò deuenirent, & quum ex hiſce locis ſe reciperent, eodem deferrentur: aſciuerunt illud ſibi oppidum piratæ, primò commercio, deinde etiam ſocietate. Hactenus Cicero, Stephano vrbs Pamphyliæ, pityuſſa prius dicta, & poſtea phaſalos: Ciuis, phaſelites. Solus Herodianus inſulam eſſe ſcribit.

phaſelus, Hieroſolymæ præfectus ab Antipatro Herodis filio, anno vrbis 710. Ioſeph.

phaſelus, Antipatri ex Cypride filius, Herodis Iudææ Regis nepos.

phaſeluſſæ, duæ inſulæ Libyæ propè Sirin fluuium. Inſulares phaſeluſſei, Steph.

phaſga, nomen montis Moabitarum, Nume. 21. Ioſuæ 13. Lat. collis, ſiue altitudo, aut munitio.

phaſiana, Dea à Phidia fabrefacta, cum cymbalo in manu & leonibus ſub eius throno. Lilius, Syntag. 4.

phaſis, maximus Colchorum fluuius, ex Armeniæ montibus naſcens, & in Pontum Euxinum illabens Plin. lib. 6. c. 4. Nauigatur phaſis quamlibet magnis nauigiis XVIII. M. P. Inde minoribus longo ſpatio, pontibus centum viginti peruius. Ex hoc fluuio ab Argonautis ad nos phaſiani, aues notæ, afferuntur. Hinc Medea ipſa phaſias à poëtis cognominatur. Eſt & oppidum Plinio, libro ſeptimo; capite quarto. Prius dictum *Arcturus*, auctore Plutarcho de fluminibus. *Boas* circa fontem dici videtur ex Procopio lib. 2. de bello Perſico, Hodie *Faſſo* appellari ex tabulis apparet. Theuetus ſcribit *Debbaſſethea* Scythis dici. Oritur, Plinio teſte, in Moſcis: apud Ptolemæum ex Caucaſis montibus manare videtur. Aliqui exiſtimant montes *Hyrcanum*, *Armenium*, *Coraxicum*, *Caſpium*, *Moſchicum*, *Amazonicum*, *Heniochum*, & *Scythicum*, apud Plinium, & alios ſub Caucaſiis Ptolemæi montibus (qui inter Euxinum pontum & mare Caſpium ſunt, & à Plinio totum hoc mare cingi deſcribuntur) contineri.

phaſis, Steph. vrbs Ææ iuxta phaſin fluuium in Colchis, à Mileſiis condita. Hinc phaſiates, phaſiaticus, phaſianus.

phaſis, fluuius in Taprobana. Steph.

phiſpha: filius Iether, Par. 7. Lat. diminutio oris, vel os diminutum.

phaſſur, ſacerdos filius Emmer. Iere. 20. Heb. paſſur, filius itẽ Melchiæ. Iere. 21. 1. Par. 9. pater Gedeliæ Ierem. 38. Lat. extendens vel multiplicans libertatem vel principatum, aut expandens foramen, vel albedinem.

phaſtæa, vrbs in Sacis: Gentile, phaſtæus. Steph.

phaterunesos, inſulæ deſertæ nomen. Plinio, circa Thraciæ Cherſoneſum videtur.

phatnites, nomus Ægypti, Plin.

phatuel, pater Ioëlis prophetæ. Ioël 1. Lat. buccella Dei, ſiue perſuaſio Dei, aut dilatio Dei.

phathures, nomen loci in Ægypto. Ierem. 44. Idem videtur eſſe quod phetros, cum Hebræis iiſdem punctis & conſonantibus ſcribatur

Digitized by Google

Lat. buccella ſoris, aut perſuaſio ſiue dilatatio ruinæ, vel diſtillationis.

phatuſæ vicus, Zoſimo lib. 3. *Anatha* Marcellini eſt, & Euphrati flumine circumiri ſcribit.

phau, nomen vrbis Adar regis VII. in Edom. Gen. 36. quæ 1. Paral. 1. dicitur phai. Lat. vlulans aut gemens, aut apparens.

phauda, vrbs in Sidena planitie, poſt Themiſcyram, iuxta Pontum. Strab. lib. 12.

phazemon, vicus à quo phazemonetica regio, & phazemonenſes populi, apud quos Neapolim Pompeius ædificaſſe creditur. Strab li. 14.

phazemonitis ponti regio, quam Pompeius Megalopolim vocauit. Idem Pompeius ex eius pago *phazemone* oppidum condidit, quod *Neapolim* nuncupauit Strabo *phamizon* habet Stephan. per metatheſin, eámque deſcribit ad Amyſum fluuium, ſed verſus auſtrum.

phauorinus philoſophus, licet Eunuchus foret, & Androgynus, adulteraſſe tamen viri conſularis vxorem creditus eſt. Cæl. Rhod.

phauorinus, philoſophus, genere Arelatenſis, cuius toties meminit Aulus Gellius in Noct. Attic.

phauruſa regio Africæ. Vide Phariſij.

phea, vrbs Elidis Homero. Gentile, pheus, vide phia.

phebol, inſula iuxta Arabicum ſinum. Ariſt. de Mundo.

phedael, filius Ammiud, princeps tribus Nephthali. Num 34. Lat. redemptio Dei.

phedalia. Vide phedalis.

phedius, Delphico oraculo ſapientiſſimus iudicatus, atque feliciſſimus, vt qui pro patria occubuiſſet, Plin. lib. 7. c. 46.

phegæa vicus in tribu Ægeide, & phegeæ, alius in tribu pandionide: Gentile vtriuſque, phegeæus. Steph.

phegea, vrbs Arcadiæ, à phege rege phoronei fratre condita Prius vocabatur *Erymanthus*, poſtea pſophis Ciues, phegeis. Steph.

phegeus, pater AlpheſibϾ, qui Alcmæonem quum iuſſu patris matrem occidiſſet, & ob eam rem Furiis agitaretur purgauit, eique Alpheſibœam filiam matrimonio locauit. Ouid. 9. Metam. & ſuprà Alcmæon.

phegiel, filius Ochran princeps tribus ſuæ Aſer. Nu. 1. Lat. obuiatio Dei, ſiue deprecatio Dei.

phegor, lingua Hebræa Priapus appellatur, inquit Hieronymus contra Iouinianum.

phegus, vicus in tribu Erechtheide: tribulis, pheguſius. Steph.

pheldas, filius Nachor ex Melcha, Geneſ. 22. Lat ruina aut iudicium trituræ.

pheleia, filius Elionai filij Naariæ, 1. Paral. 3. Lat. miraculum Domini.

phelelia, nomen viri, Nehem. 11. Lat. cogitans Dominum, aut orans Dominum ſiue iudicium Domini.

phelesſæi, populi vicini Vmbris iuxta Iapygiam. Steph.

phelestheus, Corinthiorum rex 11. anno ante Romam conditam 1377.

pheleth, pater Hon. Num. 16. Lat. ruina ſiue iudicatio.

phelethi, nomen populi ſiue legionum quarundam Dauid. 2. Reg. 8. & 20, 1. Paral. 18. idem.

phelleus, mons Atticæ, & cuiuſuis loci habentis ſaxa, & ſuper iis terram pinguem, ac oliuetis idoneam. Steph.

phellus & Antiphellus, regiones Lyciæ Stephan. & alibi apud eundem φελλὸς, vrbs Pamphyliæ, aut Lyciæ authore Alexandro Polyhiſtore: Ciuis, phellites.

phelti, nomen viri. 2. Eſd. 12. Lat. liberatio, vel expulſio.

pheltia, ſiue phelrias, nomen viri. 2. Eſd. 10. Filius Banaiæ, Ezech. 11. Lat. liberatio aut expulſio Domini.

phemiæ, vrbs Arnææ, à phemio Ampycis filio. Gentilia, phemæus, phemiates. Steph.

phemonoe, prima Apollinis Delphici ſacerdos, teſte Pauſania, quæ carmen heroicum dicitur inueniſſe. Eſt & Phœbados nomen apud Lucanum libro 5. Sunt qui Phœbi filiam dicant fuiſſe. Meminit eius Heſiodus in Theogon. ſcribe Phæmonoe.

phenebeti, vrbs Ægypti, Steph. Vide Phœnebetis.

pheneum, oppidum in Arcadia: vbi naſcitur illa herba contra omnia veneficia præſens remedium, quam Homerus à diis Moly vocari putat. Plin. lib. 4. c. 6. & lib. 27. c. 4.

pheneatæ populi, pheneum incolentes, qui adorant Mercurium quintum, Cic 3 de Natura Deorum de Mercuriis. Quintus quem colunt pheneatæ, qui & Argum dicitur interemiſſe, &c.

phenenna, i. gemma, ſiue facies noſtra altera vxor Elcanæ, patris Samuelis, 1. Reg. 1. Eſt item vrbs Azaniæ, Clitoriæ vicina Boream verſus.

pheneus, lacus Arcadiæ, in Alpheum defluens, cuius aqua nocturno tempore pernicioſa, diurno tempore ſalutaris eſt: de quo Ouid. 15. *Metam.*

Eſt lacus Arcadiæ, Pheneum dixêre priores
Ambiguus ſuſpectus aquis, quas nocte timeto,
Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.

pheræ, rarum, oppidum Theſſaliæ, ad Bœbeidem lacum, vbi Magneſia à pelaſgicis campis dirimitur. Homerus in Catalogo, à pherete filio Crethei, qui pater Admeti fuit, vel à Pheris Æoli filia. Sunt & aliæ pheræ veteres, quæ diſtant à nouis per octo ſtadia: aliæ item Apuliæ & Ætoliæ & Parthorum. Eſt enim eiuſdem nomen oppidum in Achaia propriè dicti, non

Digitized by Google

non procul à Patris. A Pheris deducitur adiectiuum, Pheræus, Pheræa, Pheræum id eſt Theſſalus: & oppidum Atticæ inter Megaram & Thebas.

phera, Peloponneſi ciuitas ad ſinum Meſſeniacum Ptolemæo Sophian. *Cheranidi* vocat.

pheræ, Ptolemæo & Liuio Pelaſgiæ regionis in Macedonia vrbs: apud Nardum in ſuo Liuio legitur eam hodie *Sidro* aut *Ienſas* vocari, idem alio loco *Ienſar* legit.

pheræ, Ptolemæo Achaiæ propriæ vrbs mediterranea. *S. Georgio* hodie dici ſcribit Niger. *Phara* apud Strabonem legitur.

pheraulas, vir quidam fuit qui ex paupere diues à Cyro factus, deſiderio tandem priſtinæ tranquillitatis affectus, ac moleſtiarum, quas ſibi diuitias importaſſe querebatur, multitudine offenſus, omnium bonorum ſuorum poſſeſſionem in Sacam tranſtulit, hoc ſibi tantùm excipiens, vt ab eo tanquam hoſpes, atque etiam parciùs aleretur. Vide Xenoph. libro de Cyri pædia 8.

phereclus, fuit nauium architectus, qui naues Paridis ad raptum Helenæ ituri fabricauit: vnde & nauis proprio epitheto Phereclæa dicta eſt.

pherecrates, Athenienſis poeta comicus, militauit ſub Alexandro Magno, docuítque fabulas XVII. Suid. alter item fuit Pherecrates à Deucalione ortus. Cicer. 1. Tuſcul.

pherecydes, Philoſophus & poeta tragicus, ex Scyro inſula, teſte Strabone lib. 10. qui Seruio Tullo Romæ regnante dicitur floruiſſe. Hic primus ſoluta oratione traditur ſcripſiſſe (vt eſt author Apuleius in Floridis) repudiato verſuum nexu. Periit pediculis toto corpore enaſcentibus: quod genus morbi medici Phtiriaſin appellant. Hunc Pythagoras magiſtrum coluit. Hic etiamſi nullum magiſtrum habuit, tamen per ſe multùm eruditionis eſt conſecutus. Suidas. Quanquam Diogenes Laertius eum Pittaci auditorem dicat extitiſſe. Vide in Cadmo, de literarum inuentione.

pherecydes, alter à Diogene ponitur, antiquior etiam ſuperiore, Athenienſis & philoſophus qui ab Orpheo multa didicit, ſcripſitque Theogoniam libris 10. item libellum de rerum principio. Pherecydem alium Cerium genere, hiſtoricum ſcripſit. Suid.

pheredus, Athenienſium rex octauus, anno ante Romam conditam 110.

pherenice, mulier, de qua Ælianus lib. 10. de varia hiſtor. Duxit ad Olympicum certamen filium ſuum Pherenice fœmina, prohibentibus eam ſpectare qui præſidebant. Licere id ſibi perſuaſit, quæ patrem & fratres treis haberet Olympionicas. Spectauit, & victorem filium reduxit, Vide Berenice.

pherentinus, Vide Ferentinum.

pherezei, populi qui Samariam, & Gabeon vrbis regionem tenent. Gen. 11. Lat. Rurales.

phermeſta, filius Aman filij Amadatha. Eſth. 9. Lat. ruptura fundamenti, vel rupturam ponens, aut ex Hebr. & Syro, taurus anniculus.

pheron, Seſoſtris filius, rex Ægypti, cùm in Nili inundatione telum in medios vertices fluminis torſiſſet, cæcus factus eſt: vndecimóque pòſt anno oraculo monitus, vt oculos ablueret lotio mulieris, quæ vnicum virum cognouiſſet paruit & viſum recepit. Hero.

pherora, Herodis Iudæorum regis frater veneno periit.

pheſdomim, nomen loci. 1. Par. 11. Lat. portio vel diminutio ſanguinum, aut diminutio tacentium, vel aſſimilantium.

pheſhur, nomen viri, 1. Eſd. 2. Lat. extendens, vel multiplicans libertatem vel principatum.

pheſſe, filius Eſthon, 1. Paral. 4. Lat. tranſitus, ſiue claudicatio.

pheſtus, Sicyoniorum rex, XXII. anno ante Romam conditam 490.

phetheia, nomen viri, 1. Par. 24. Lat. porta Domini, ſiue aperuit Dominus.

phethros, nomen regionis, quæ Arabia Petræa dicitur. Iſa. 11. Idem videtur eſſe quod Phathures, cùm Hebræis iiſdem punctis & conſonantibus ſcribatur. Lat. buccella roris, aut perſuaſio vel dilatatio ruinæ vel diſtillationis.

phethruſim, filius Meſraim, Geneſ. 10. idem p.n.

pheugarum Germaniæ vrbem habet Ptolem. *Halberſtadt*. Saxoniæ vrbem eius loco ponunt Appianus & Irenicus.

phia, vrbs, de qua Meſſenij & Lacones pugnauerunt iuxta Iordanem fluuium, vt ſcribit Homerus. Hinc Phieus, Phiates, Phiæus. Steph. Vide Phea.

phialia, vrbs Arcadiæ in Peloponneſo Ptol. Plethon per i in penultima habet. *Phigaleam* eam etiam vocari tradit Steph. & Pauſan. *Dania* dicitur Nigro.

phiceon, mons Bœotiæ. Stephanus.

phicores, Mæotici populi in Aſia. Mela.

phidalia, vxor Byzantis. Vide Stephanum in Gynæcopolis.

phidaliæ ſinus, Europæ ad Boſphorum Thracium. Suidas huius meminit. *Sarantaſcpa* nunc dici ait Petrus Gyllius.

phidene. Vide Fidena.

phidemus Epicureus, fuit poëta admodum laſciuus.

phidias, diæ, nobilis ſtatuarius, qui in ebore ſcalpendo citra æmulum claruit: diis tamen (vt inquit Quintilianus) quàm hominibus efficiendis melior, inter huius opera maximè commen-

data eſt Mineruæ ſtatua, quam Athenis ex ebore fecit, XXXVI. cubitorum altitudine, in cuius clypeo Amazonum pugnam & Gigantomachiam inſculpſit. in ſoleis verò Centaurorum & Lapitharum certamen. Proximam commendationem meruit Iupiter Olympius, & ipſe totus ex ebore, & Romæ in porticibus Octauiæ, Venus, Plin. libro 35. cap. 8. Hic etiam ſtatuam Nemeſis deæ denûm cubitorum apud Rhamnuntem Atticæ oppidum fecit, quæ in manu mali ramum tenebat, ex quo parua ſurgebat complicatio: vbi, teſte Antigono, inſcriptum erat, Agoracritus Parius fecit. Hunc enim diſcipulum ſuum Phildias adeò dilexit, vt nomen eius inſcripſerit operi, ex quo prouerbium, Rhamnuſia Nemeſis. Hic Phildias initio, pictor fuit, pinxitque clypeum Mineruæ Athenis.

phicol, princeps exercitus Abimelech regis Geraræ. Gen. 21 Lat. omnis lingua, aut oris perfectio, ſiue conſummatio.

phidippus, proprium viri Theſſali, Homer. Eſt & proprium perſonæ Comicæ apud Terentium.

phigalea, vrbs Arcadiæ. Rhianus 5. Meſſeniacorum. Dicitur etiam Phialeia, ſine g à phialo quodam. Eſt item φιάλεια, Bithyniæ, Gentile prioris. phigaleus & phigaleites. Huius populi vino adeò gaudent, vt non alibi, quàm cauponis habitent, hoſpitibus domos elocantes cum vxoribus. Hoſtilis tubæ ne in ſomno quidem ſonum perferunt.

phihahiroth, nomen loci, in quo caſtrametati ſunt Hebræi, reuertentes de Ægypto. Exod. 14 ſiue quarta manſio Hebræorum Numeri 33 Lat. os vel labium libertatis, aut os ſculptum.

phila, vrbs Macedoniæ, quam Demetrius Antigoni filius, Gonatas cognominatus, iuxta peneum, matris nomine condidit: Gentile, philæus. Eſt etiam inſula Ægypti, Herod. lib. 4. iuxta magnum fluuium Tritonem, qui in maximum lacum Tritonidem exit. Gentile, philates Stephan. Vide Tacompeus. Nardus in ſuo Liuio Italico. *Fello* nominari dicit.

phila, inſula in mari Gallico, plinius 3. cap. 5.

philace, fuit amaſia Stratoclis authore plut.

philadelphia, ciuitas in Myſia regione Aſiæ proxima Lydiæ, quam Strabo libro 13. circa finem ait terræ motibus vexari. Cuius incolæ in agris magna ex parte degebant. In hac fuit vna ex ſeptem eccleſiis. Supra philadelphiam Orientem verſus exuſta regio patet, ſtadiis longa quingentis, quadringentis lata: vbi nullæ arbores præter vitem inueniuntur, quæ exuſtum vinum fert, ita elegans, vt nulli cedat. Summa camporum facies cinerulenta eſt montana, petroſa, & nigra: quidam ex crebro fulminum ictu id contigiſſe arbitrantur, nec dubitant, quæ de Typhone dicuntur huc referre, ſed credibilius eſt ſubterraneum ignem, qui poſtea defecerit, regionem exuſſiſſe. Alij dicunt eſſe ciuitatem Lydiæ ad radices Tmoli montis. Vide Rabath Stephano vrbs Lydiæ, ab Attalo philadelpho conditore. Item regionis combuſtæ, quam Myſi & Lydi tenent. Strab. lib. duodecimo. Alia eſt Ægypti, tertia Syriæ inſignis ciuitas, quæ priùs Ammana, deinde Aſtarte, demum philadelphia à ptolemæo philadelpho dicta eſt Ciuis, philadelpheus & philadelphenus. Ioſephus libro decimo Iudaicæ antiquitatis, Step. *Rabba* vel *Rabbath* Hebræis Zieglerus tradit D. Hieronymus vocat. *Amman* Arabiæ quandam vrbem nomine, *Philadelphia* quam ptolemæus ponit in ea parte Syriæ quæ Arabibus vicina eſt.

philadelphus, nomen regis Ægypti, qui bibliothecam fecit Alexandriæ ferè 50000. librorum continentem. Idem libros Moyſis curauit per 70. interpretes ex Hebræo in Græcum ſermonem verti.

philæ, vrbs iuxta Nilum paulò ſupra minores cataractas: centum fortaſſe ſtadiis diſtans à Syene & Elephantine, Heliodorus 8. hiſtor. Æthiopicæ.

philæ, philarum, inſula aſpera, & vndique prærupta, adiacens Ægypto, duobus in vnum coituris amnibus cingitur, qui Nilo mutantur, & eius nomen ferunt. philæ autem Straboni *lib.* 17. infra Meroen ſunt, ad quas ipſe Strabo ſe ex plauſtro per plana aliquando vectum ſcribit.

philæmon, poeta quidam, quem vis riſus immoderati abſtulit. paratas ei ficus, atque in conſpectu poſitas aſello conſumente, puerum vt illum abigeret, inclamauit: qui quum iam comeſtis omnibus ſuperueniſſet, quoniam, inquit, tam tardus fuiſti, da nunc merum aſello. Ac protinus vrbanitatem dicti crebro anhelitu cachinnorum proſequutus, ſenile guttur ſalebris ſpiritus prægrauauit. Valer. Max. lib. 9. cap. 2. Suidas & Lucianus in Macrobiis. Scribe potius philemon.

philæni, fratres Carthaginenſes, qui pro finium ſuorum propagatione ſe viuos ſepeliri ſuſtinuerunt. Nam cùm inter Carthaginenſes & Cyrenenſes de finibus controuerſia incidiſſet placuit vt certo tempore duo viri ex vtraque ciuitate egrederentur, & vbicunque ſibi obuij fierent, ibi vtriuſque ditionis termini eſſent. Itaque Carthagine egreſſi philæni cùm aliquot paſſuum millia in fines Cyrenenſium proceſſiſſent, indignati aduerſarij ſe eſſe præuentos, opinionem philænis propoſuerunt, mallentne ad fines ſuos retrocedere, an eo in loco viui defodi: illiſque reſpondentibus, ſe patriæ ſalutem vitæ anteferre, à Cyrenenſibus, qui viribus ſuperiores erant, viui ibidem ſunt defoſſi.

Quo

Quo in loco Carthaginenſes ne eximia illorum in patriam pietas, vlla temporum iniuria obliteraretur, duas illic aras conſtituerunt, quas à fratrum horum nomine, Philænorum aras vocauerunt. Salluſt. in bello Iugurth.

philæni vicus Ptolem. in Africa propria eſt. vbi eorum etiam *Ara*, quorum Salluſtius & Valerius meminêre. *Licudia* Caſtaldo, *Hernich* Zardo *porte de Sabia* Villanouano nominatur.

phylæum, Germaniæ vrbem apud Ptolemæum legunt Villanouanus & Appianus, quam *Groeningen* Friſiæ interpretantur, ſed *Fhleum* ſine i aut diphthongo eſt in Græcis codicibus.

philagrius medicus fuit inſignis Galeni contemporaneus, natione Epirota, Naumachij diſcipulus, cuius ſcripta recenſet Suidas.

philagrus, Sophiſta Cilix, auditor Lolliani, iracundus maximè. Nam & dormitanti quandoque auditori pugnum in malam fertur impegiſſe. Cæl. lib. 11. cap. 41.

philaidæ, vicus in Ægeide, à Philæo filio Aiacis & Lyſides filiæ Coroni Lapithę. Tribulis, Philaides. Steph.

philammon, filius Apollinis ex Chione Nympha, clariſſimus carmine & cythara. Vide Chione.

philarchi, populi ſunt in Arabia felicis Meſopotamis contermini, ad Euphratem deſcendentes. Strabo lib. 2.

phylaretus, nomen viri proprium.

phileas, regio Byzantij: Gentile, phileates. Aliqui phineam, alij phileam vocant. Steph.

philelphus, nomine Franciſcus, omnium ſuæ ætatis poëtarum excellentiſſimus, Romam accitus, artis oratoriæ præcepta ad Ciceronis imitationem quoſdam ingenuos adoleſcentes docuit, inter quos & Alexandrinus Alexander ſe plurimum profeciſſe aperto ore pronuntiat: tanta eſt accepti eius muneris habenda recordatio & gratia. Alex. lib. 1. c. 23.

philenorium, vrbs in Arnæa regione Bœotiæ, à Philenore Ætolo. Gentile, philenorius. Stephanus.

philemon, poeta comicus: quamuis (inquit Quintilianus) prauis ſui temporis iudiciis, Menandro ſæpe prælatus, conſenſu tamen omnium meruit ſecundus credi.

philemon, ruſticus quidam qui cùm Iouem & Mercurium hoſpitio excepiſſet ſub paupere tecto, vnà cum Baucide vxore in arbores conuerſus eſt & domus eius in templum, vt refert Ouidius Metamorph. lib. 8. Fabula hæc docet hoſpitalitatem & frugalitatem eſſe Deo gratam, & apud poetam (cuius nonnulli exiſtimant philemonem hunc fuiſſe villicum) extant elegantiſſimæ rerum ruſticarum hypotypoſes.

phylenis, meretrix fuit, quam Philocrates poeta Græcus carminibus ſuis lacerauit. De hac etiam Mart. lib. 7.

phileros, tabellarius quidam, de quo Cic. ad Pætum. lib. 9 Epiſt. Macedoniæ vrbs. Plin.

philesius, cognomen Apollinis, Bocat. lib. 3. philesia quoque templa vocauit Bocatius Apollini conſecrata, quæ ab oſculo Branchidis, ſiue à certamine puerorum philesia vocari dicit. Græci φιλήσιον, amabilem dicunt, quia lumen Solis exoriens, amabili veneratione oculorum conſalutamus.

phileta, circa Cariam vrbs, Porphyrog.

philetas, poeta elegiographus ex inſula Co, Philippi & Alexandri Macedonum ætate floruit: præceptor Ptolemæi Philadelphi. Suis carminibus celebrauit Battidem puellam, quam adamauit. Fuiſſe fertur corpore adeò tenui, vt neceſſe fuerit ei plumbum adhibere, ne ventorum flatu raperetur.

philetus, vir quidam, qui à fide Chriſti excidit, 2. Tim. 2.

philetus, Antiochenſis epiſcopus, anno ſalutis 224.

phileum, Ptol. lib. 12. cap. 1. ciuitas Germaniæ, in regione, quæ hodie Friſia vocatur. Vulgò, *Grunengen*.

philia inſula, Vide Tacompſus.

phylia, promontorium Thraciæ ad pontum Euxinum. Ptol.

philicus, inſula ante Taprobanam. Ptol.

philides, quidam equorum nutritor, à quo quum Themiſtocles equum dono poſtulaſſet, paſſúſque eſſet repulſam, minatus eſt ſe domum eius continuò ligneum equum facturum. Quo ænigmate ſignificabat ſe propinquorum accuſationes & crimina in eum conjecturum. Plutarch. in Themiſt.

philippi, ciuitas Thraciæ vel Theſſaliæ, quæ Datos antea dicebatur, quam philippus Macedonum Rex ædificauit, & à nomine ſuo philippos nominauit. Iuxta hanc ſunt campi philippici, in quibus Cæſar & pompeius primò, deinde Auguſtus & Caſſius pugnauerunt.

philippi, vrbs Macedoniæ, Crenides pòſt dicta: deinde philippi à philippo, cùm Crenitis aduerſus Thraces auxilio fuiſſet. Thebæ Theſſaliæ philippi quoque dictæ ſunt & Gomphi Theſprotiæ. Gentile, philippeus, & apud polybium philippenus. Steph.

philippicus Bardanus Romanorum Imperator, ſecundo imperij anno ab Anthemio excæcatus, & in carcerem coniectus, ſub annum ſalutis 713.

philippides, comicus poeta, haud ignobilis, ætate iam prouecta, quum in certamine poetarum præter ſpem viciſſet, gaudio repentè mortuus eſt: quod & Diagoræ Rhodio accidit. Suid.

philippides, Athenienſis curſor, ea nempe tempeſtate, qua in Græciam Perſarum venit exercitus vnicæ noctis ſpatio, mille & quingenta ſtadia, pedibus confeciſſe perhibetur (quæ 93. Francicas conficiunt leucas) vt Lacedæmoniis Perſarum aduentum palàm faceret, eóſque vt præſtò eſſent, admoneret. Leonic. Thom. lib. 3. cap. 9

philippopolis, vrbs Macedoniæ, quam Philippus Amynthæ filius condidit: Ciuis philippopolytes. Stephanus. Hanc Ptolemæus *Trimontiũ* & *Adrianopolim* vocat. Plinius ſcribit eam antea *Poneropolin* appellatam. Rufus ait, *Eumolpiada* dictam. *Calyben* à Strabone vocari tradit Hermolaus. eadem videtur Suidæ *Doulonpolis* nominari: *Pulpudena* etiam dicta fuit, teſte Iornande, qui alibi *Pulpudenam* nuncupat. Adrianopolis & Philippopolis duæ ſunt vrbes. Sex Ruf.

philippus VI. Macedonum Rex, Olymp. 34.

philippus, Amynthæ filius: Alexandri Magni pater, Macedonum Rex rei militaris peritiſſimus, rebúſque geſtis clariſſimus, qui Macedoniæ Regnum, quod anguſtis antea finibus continebatur, adeò ampliauit, vt centum quinquaginta populi in Macedonum ditione numerarentur. Hic à Pauſania quodam adoleſcente fuit interfectus, qui quum de ſtupro per vim ab Attalo illato, apud Regem quæſtus eſſet & pro rei indignitate vltionem fruſtrà poſtulaſſet ſéque etiam irrideri animaduerteret iram in Regem conuertit, & vltionem quam ab inimico non poterat, ab iniquo Iudice ſumpſit. Natus fuit Pellæ, quæ Macedoniæ ciuitas eſt, Regum ſepulchris nobilitata: vnde paſſim pellæus à poëtis cognominatur. Puer, quondam bis obſes datus ab Alexandro fratre, primùm Illyriis, deinde Thebanis, conciliandæ pacis gratia. Quo tempore per triennium in domo Epaminondæ ſummi ducis pueritiæ rudimenta exercuit. Diod. & Trogus lib. 7. 8. & 9.

philippus. Alexandri Magni frater, Macedonum Rex, Olympiadis iuſſu interfectus, alio nomine Aridæus.

philippus Demetrij filius, Rex Macedoniæ, à T. Quinto Flaminio victus. Is cùm videret Annibalem feliciter in Italia res gerentem, legatum ad eum de ſocietate miſit, qui in reditu, à Marco Valerio Flacco præfecto claſſis interceptus cum litteris, miſſúſque ad Senatum, ſtatim Leuinus Conſul contra eum mittitur qui Regem agentem Apolloniæ, incautum, ſemiſque ſopitum nocte intempeſta adoritur: ille in Macedoniam cum exercitu terreſtri itinere fugit, incenſis prius, ne hoſtis potiretur, ſuis nauibus. Liuius primo belli Macedonici.

philippus, Medicus Alexandri Magni. Curt. li. 2. Plutarch. in vita Alexandri. Hic gratus vſque adeò erat Alexandro, vt cùm Parmenio literas ad Alexandrum dediſſet quibus eum monebat, vt ab inſidiis Philippi velut ab hoſte Dario corrupti, ſibi in ægritudine caueret. Alexander exploratam habens Medici fidem, poculum ab ipſo Philippo præparatum hauſit, & litteras Parmenionis eidem legendas, tradidit. philippos etiam Romanos, viros claros legimus inter quos L. Philippus orator, Craſſi aduerſarius. Cic. 3. de Orat.

philippus, primus ex Rom. Imperatoribus Chriſtianus fuiſſe perhibetur.

philippus, frater Herodis, procurator Ituræe & Trachonitidis, conſtitutus à Romanis. Lucæ 3.

D. Philippus, qui fuit vnus ex Apoſtolis Domini, Hierapoli obdormiuit. Sed duæ eius filiæ inibi virgines conſenuêre, & alia eius filia Spiritu ſancto repleta permanſit apud Epheſum. Euſeb. lib. 3. cap. 31. hiſt. Eccleſ. Ex Bethſaida fuit oriundus: primus Euangelium Samariæ prædicauit, & ad fidem ciues diuino ſermone conuertit. Act. cap. 8.

philippus, genere Cæſarienſis, vnus ex ſeptem diaconis, qui & Euangeliſta cognominabatur cuiúſque filiæ erant propheteſſæ, vt D. Lucas ait, Act. c. 21. & 24.

philippus, IX. Hieroſolymitanus epiſcopus, anno ſalutis 112.

philippus Imperator, Gordiano ſucceſſit, qui tam ſeueri & triſtis animi fuiſſe dicitur, vt iam tum à quinquenni ætate nullo cuiuſquam commento ad riſum ſolui potuerit, aut ab inflexæ naturæ toruitate dimoueri: author Sex. Aurelianus.

philippus, Imperator Occidentis, victo Othone competitore ſub ann. ſalutis 1200.

philippus Henrici filius, Francorum Rex, anno ſal. 1060.

philippus frater Alphonſi X. Hiſpaniæ Regis fuit, qui Chriſtianam Daciæ Regis filiam, & fratris ſui vxorem ſibi per vim copulauit, ſpreta religione ac ſacerdotio, cùm eſſet abbas & præſul Hiſpalenſis.

philippus, Francorum Rex bellicoſiſſimus, ob idque Auguſtus cognominatus, in Aſiam nauigauit, Aconem & Ptolemaidem expugnauit, ſed paulò pòſt morbo coactus, rediit, Northmanniam & Aquitaniam bello de Anglorum Rege cepit. Othonem III. Imperatorem Ferrando Flandrenſi auxilium ferentem ingenti prælio fudit: in quo & Ferrandus captus, & innumera hoſtium millia cæſa ſunt. Iudæos Francia expulit. Floruit autem ſub annum ſalut. 1212. Annal. Franciæ.

philippus, D. Ludouici filius, Francorum rex anno ſal. 1271. Ann. Fr.

philip-

philippus pulcher, Francorum rex, annis XXVIII. Flandrenſes variis præliis domuit: à Bonifacio pontifice ſacris interdictus, & à Benedicto XI. abſolutus eſt. Annal. Franciæ.

philippus Longus, Franciæ & Nauarræ rex, ann. ſal. 1316. Annal. Fran.

philippus Valeſius, Frãcorum rex ſuffectus in locum Philipp. Pulchri, cui ſine liberis mortuo genere proximus erat, Flandros ingenti clade afflixit, qua ceciderunt ferè 20. M. hominum: poſtea non eadem fortuna ſæpiùs cum Anglis congreſſus terra maríque victus. Galiſium Anglis inuitus permiſit. Annal. Fr.

philippus, Syriæ rex XXI. ſub quo Syriæ regnum defeciſſe dicitur, Olymp. 171.

philippus, Gaulanitidis tetrarcha, ſub Octauio Cæſare.

philippus, cognomine Auguſtus, princeps optimus, ciuitatem Andegauenſem dirutam reſtituit. Annal. Franciæ.

philippus, Auſtriæ dux, filius Maximiliani Cæſaris, rex Hiſpaniæ, pater Caroli V. Cæſaris.

philippus Audax, filius Ioannis Franciæ regis, frater Caroli V. Burgundiæ dux, & Flandriæ comes. Chron. Burgund.

philippus, cognomine Bonus, Burgundiæ dux, eius Ioannis filius, qui ad Monterellum occiſus eſt: & multos in Francia motus excitauit, ſub regibus Carolo VI. & VII. vixitq; vſque ad imperium Ludouici XI. Chron. Burg.

philippus dux Mediolani, ſub annum Chriſti 1420. Iunius hiſt. ducum Med.

philippus Maria, Papiæ dominus Galeatij Mediolani ducis filius. Hiſt. Mediolan.

philiſcus, Athenienſium tyrannus. Olymp. 23.

philiſcus, cœlator egregius, qui Venerem in Octauiæ porticu, item Latonam, Dianam, Muſas nouem, & nudum Apollinem inſculpſit.

philiſcum, oppidum Parthorum ad Euphratem non procul à Damaſceno campo. Plin. li. 9. c. 26.

philiſtai, ſiue Philiſtim, populi Iudæis finitimi, quorum regio poſteris dicta eſt Palæſtina.

philiſtinæ foſſæ, quod alij Tartarum vocant, inquit Plin. Vnum ex Padi oſtiis. *Foſſona* hodie Leandro & C. Fabricio. Tartari fluminis etiam Tacitus meminit.

philiſton Nicæus, poeta comicus, qui Socratis ætate floruit, nimio riſu mortuus eſt.

philiſtion, medicus Locrenſis, cuius meminit Gel. li. 17. c. 12.

philiſtus, Mileſius, muſicæ primùm operam dedit, euaſitque clariſſimus tibicen. Ad oratoriam demum conuerſus, auditor fuit Iſocratis.

philiſtius Syracuſanus, hiſtoriographus, propinquus Dionyſij tyranni, ſcripſit res Siculas libris XII.

philix, nutrix Domitiani principis. Sueton.

phillis, Thraciæ regio circumjecta Pangæo monti. Herodot. Stephanus Phyllis ſcribit.

philyra, mater Chironis Centauri, à qua Chiron Phillyrides dictus Seruio apud Virgilium 3. Georgic.

philo, is fuit, qui ea Proſerpina filia, quam in balneis conſpexerat, ſuſtuliſſe creditur Mercurium: quem cùm vellet exponere, conſuluit mathematicum quendam, à quo hoc accepit reſponſum, puerum futurum maximum rerum diuinarum interpretem. Quo nomine eum ſeruauit, & diligenter educauit. Hic autem Mercurius, non erat is Mercurius quem ajunt poetæ Iouis & Majæ fuiſſe filium, ſed Hermes ille, qui Triſmegiſtus appellatur. Palæph. lib. 11.

philo Academicus, Clitomachi diſcipulus, Romæ profitebatur, quò profugerat Mithridatico bello, atque à Cicerone cultus eſt.

philobœotus, mons Bœotiæ in Elaticis campis, Plutarch. in Sylla.

philo Herennius Byblius genere, grammaticus tempore Adriani, de cuius imperio ſcripſit: præterea de ciuitatibus & viris claris libros 30. Suidas.

philo Iudæus, Alexandriæ natus, diſciplinísque omnibus eruditus, in noſtra & Græcorum Philoſophia bene verſatus. Eloquentiæ Platonis adeò æmulator, vt prouerbium fuerit, aut Plato Philonizat, aut Philo Platonizat. In diuinis autem legibus & patriis inſtitutis quantus fuerit, ex his quæ nobis librorum ſuorum tradidit monimentis, palàm eſt. Igitur temporibus Caij quanta acciderint Iudæis mala deſcripſit, quibus & ſuam legationem pro Iudæis apud ipſum imperatorem retulit.

philo, ſtatuarius, Hephæſtionem expreſſit, Tatianus.

philocalia, caſtellum in Themiſcyrena, non procul à Tripodi fluuio & caſtello. Plin. libr. 6. cap. 4.

philocandros, inſula Cycladum. Ptol.

philochorus Athenienſis, vir doctiſſimus, & vates tempore Eratoſthenis, extinctus inſidiis Antigoni Macedoniæ regis, ob amicitiæ ſuſpicionem cum Ptolemæo rege. Scripſit Atthidis libros 17. qui continent res geſtas Athenienſium, & reges & magiſtratus, vſque ad Antiochum cognominatum deum, aliáque complura. Suid.

philocles, Athenienſis poeta Tragicus fuit, non ia multò poſt Euripidem. Æſchyli ex ſorore nepos, ab iracundiæ vitio Bilis appellatus. Facie fuit imprimis fœda, capiteque in criſtæ formam acuminato. Scripſit fabulas centum, reliquit filium nomine Morſimum, & ipſum poetam Tragicum. Suid.

Philocrates, vir Athenienſis, proditionis nota infamis, apud Demoſthenem.

philocrene, Bithyniæ oppidum apud Gregoram. Maritimum eſt Laonico. Circa Nicæam videtur.

philoctetes, ctetis vel ctetæ, Pæantis filius, comes Herculis, cui idem moriens in Œta monte mandauit, ne corporis ſui reliquias cuiquam indicaret: idque iurare eum adegit, dedítque pro munere pharetram & ſagittas Hydræ felle tinctas. Quare cùm poſtea Delphico oraculo moniti eſſent Græci, ad euertendam Troiam ſagittis Herculis opus eſſe, inuentus Philoctetes, & de Hercule interrogatus, negauit primùm ſe ſcire quid illi accidiſſet: cùm verò illi vehementius vrgerent, tandem mortuum eſſe confeſſus eſt: cúmque illi iuſſa ent, vt ſepulchrum eius ſibi indicaret, ne iuſiurandum violaret, ictu pedis locum oſtendit. Poſt hæc, cùm ad bellum Troianum deduceretur, quòd ipſe ſolus Lerneis ſagittis vti poſſet vnius ſagittæ caſu, in pede, quo Herculis tumulum monſtrauerat, vulnere penè immedicabili affectus eſt cuius fœtor, cùm à Græcis ferri non poſſet, in Lemno relictus eſt. Verùm occiſo Achille, Vlyſſes in Lemnum regreſſus, ad Troiam illum reduxit, vt inquit Ouid. lib.13. Metam. vbi & Paridem, ſingulari certamine ab eo prouocatus, ſagittis interfecit. Euerſa autem Troia, pudore, ne in patriam æger rediret, impeditus, in Calabriam venit, illique Petiliam condidit. Tandem opera Machaonis medici ſanatus eſt.

philogonus, Antiochenſis epiſcopus, anno ſalutis 322.

philolaus, Pythagoricus quidam philoſophus, cuius tres libros Plato, cùm tenui admodum eſſet pecunia, decem millibus denariorum mercatus eſt quod pretium à Dione Syracuſano acceperat.

philolaus Corinthius, leges Thebanis dedit, ex familia Bacchiadum, amicus Dioclis qui Olympia vicit: ſed vbi ille ciuitatem deſeruit, commotus ob amorem matris Alcinoe, Thebas migrauit, atque ibi ambo defuncti ſunt. Habitauit igitur ob huiuſmodi cauſam apud Thebanos legéſque illis deſcripſit, & de aliis quibuſdam & de ſobole procreanda, quas illi proletarias appellant. Et hoc præcipuè ab illo prouiſum, vt numerus hæreditatum conſeruetur. Ariſtoteles. 2. Politicorum.

philologus, nomen viri, Rom.16.

philombrothus, Athenienſium princeps ſeu Archon annuus, Olympiad.46. cuius anno ſecũdo, Pediæi, Diacrij & Patalij ſeditionem nouam propter æris alieni, quo demerſi erant, magnitudinem Athenis excitarunt, cui malo cùm finis nullus appareret, Soloni, ciui Athenienſi, eidémque è nouem ſapientibus vni ſeditio componenda, & reſpublica nouis legibus conſtringenda, commiſſa eſt. Plutarchus.

philomela: Pandionis Athenienſium regis filia, quam Tereus Thraciæ rex, qui Prognem ſororem eius vxorem duxerat, viſendæ ſororis prætextu à patre abductam in itinere violauit: & ne flagitium cuiquam indicare poſſet, linguam ei præcidit, arctiſſimæque cuſtodiæ eam incluſit. Verùm illa (vti erat lanificiæ peritiſſima) rem omnem quo geſta erat ordine, in tela depinxit, eamque per famulam ad Prognem miſit: quæ quamuis ſororis iniuria grauiſſimè commota, vltionem tamen in Orgiorum tempus diſtulit, quo tempore magna mulierum caterua comitata, thyrſíſque & pellibus inſtructa, ſororem carceri eripit, & in regiam perducit, vbi communicato cum illa conſilio Itym filium ſuum iugulat, patríque comedendum apponit: illóque epulis tam nefandis iam ſatiato, ſub finem cœnæ pueri caput in conuiuium affert. Quo agnito, Tereus furore percitus, cùm ſtricto gladio vxorem inſequitur, in vpupam commutatur, etiam nunc criſtam militarem in capite gerentem. Progne autem in hirundinem. Itis verò in phaſianum, Philomela denique in luſciniam, etiam hodie de Terei iniuria ſuauiſſimo cantu conquerentem. Quidam hanc fabulam ad cantus harmoniam & ſonorum, qui ex auibus audiuntur, varietatem referunt: alij ad mores, & dicunt hanc fabulam docere, cohibendos eſſe effrænatos animi affectus, quibus homines ad furorem compelluntur: Impetus autem venereus & vindictæ cupiditas reddunt homines inſigniter immanes. At tyrannus libidinum ſordibus inquinatus, rectè fingitur in vpupam commutatus. vide Tereus.

philomelium, vrbs magnæ Phrygiæ. Strab. li. 12. Gentile, Philomelius.

philomelus Phocenſium dux, templum Delphicum occupauit, Locrenſes vicit ad Petras Phedriades. Olymp. 106.

philæmenes, Paphlagonum rex, à quo inſequentes principes cognomentum ſumpſerunt ſibi, ſicut ab Hellene Theſſalorum reges dicti ſunt. Alex. lib. 1. c. 2.

philomelphus Aſiæ minoris oppidum. Nicetas.

philonides, Melitenſis quiſpiam, qui quia erat prægrandi corpore, cæterùm inſulſus & indoctus abiit in prouerb. Indoctior Philonide.

philon, medicus fuit nobilis, qui quum medicamenta quædam ad medendi vſum exquiſitiſſimè concinnaret, & egregias quaſdam Alexipharmacas facultates, eas Deorum manus appellabat, velut diuinas & ſalutares. Cæl. libr. 16. cap. 10.

philo-

Digitized by Google

philomelus, nomen citharœdi cuiuſdam, cuius meminit. Mart.lib.3.

Plus habuit Didymus plus Philomelus habet.

philonius, portus apud Ptol. in Corſica inſula vocatur hodie *Porto vecchio*, vt Leander & Niger ait.

philonis. pagus in Ægypto, inter Nilum & ſinum Arabicum. Strabo. Pentapoleos regionis, vicus in Africa Ptol. Item Libyæ nomi.

philonomia, Nyctimi & Arcadiæ filia, dum in venationibus cum Diana verſaretur, in Martem incidit, qui ſumpta paſtoris forma grauidam puellam effecit. Ea verò gemellos enixa, patris metu in Erymanthum eiecit infantes qui deorum prouidentia illęſi, delati ad cauam quandam quercum dicuntur, vbi cùm lupa quædam luſtrum haberet, propriis abiectis in fluentem catulis, infantibus vbera præbuit, quod quidem Tyliphus paſtor conſpicatus, ſuſceptos pueros educauit vt ſuos. Et alterum quidem Lycaſtum, alterum verò Parrhaſium appellauit. Hi deinde Arcadiæ regnum ſucceſſione conſecuti ſunt. Plut. Paral.

philopœmenes Megalopolitanus, dux Achæorum præſtantiſſimus Lacedæmonios & Meſſenios multis cladibus afflixit, vt eſt author Plutarchus. Liu. in bello Macedonico li.5.

philos, inſula contra Perſidem, non procul à Caſandra Plin li.6.c.25.

philoſtratus, Lemnius, temporibus Seueri principis, eiúſque vxoris Iuliæ, epiſtolarum magiſter, vt ipſe planè monſtrat in vita Apollonij Tyanei, ſcripſit vitas ſophiſtarum ad Seuerum de vita Apollonij lib.8. præterea Heroica quæ hodie extant.

philoſtratus, huius pater Athenis docuit Neronis tempore: ſcripſit Panegyricos plures, & declamationes oratoribus valde probatas, complurá que alia quæ à Suida commemorantur.

philoſtratus tertius, ſuperioris filius, docuit Athenis, ſcripſit Panathenaicum, Troiam, Paraphraſim Homerici clypei, Iconas huic multi referunt. Suid.

philotas, vnus ex comitibus Alexandri Magni, cui poſt eius mortem, Ciliciæ regnum ſorte obtigit.

philotera, vrbs iuxta Troglodyticam à Satyro condita. Apollodorus, Philoteridem vocat. Eſt etiam Philotera Cœleſyriæ, aliàs Philoteria: Gentile, Philoterius: ab Ægyptia verò Philoterites dicitur. Steph.

philoteris, ciuitas in littore ſinus Arabici, aliàs Arſinoe dicta, vt ſuprà indicatum eſt. Alia videtur dicta Philotera.

philotimus, Ciceronis libertus, vt ipſe ſcribit Appio li.3.9.

philotis, quæ & Tutela vel Titula ancilla apud Romanos, quæ, quum poſt vrbem captam ſedato Gallico motu res publica vix ſtatum ſuum tueretur & Fidenates opportunitatem inuadendi Romani nominis aucupati præfeciſſent ſibi poſthumium Liuium dictatorem, mandaſſéque ad Senatum miſſis poſtulaſſent, vt ſi vellent reliquias ſuæ ciuitatis manere matresfamilias ſibi & virgines dederentur, patribus in ancipiti deliberatione ſuſpenſis pollicita eſt ſe cum cæteris ancillis ſub nomine Dominarum ad hoſtes ituram. Habitu itaque matrumfamilias & virginum ſumto, hoſtibus cū proſequentium lachrymis ad finem doloris traditæ ſunt: quæ quum à Liuio in caſtris diſtributæ eſſent, viros plurimo vino prouocarunt diem feſtum apud ſe eſſe ſimulantes, quibus ſopitis, ex arbore caprifico quæ caſtris erat proxima, ſignum Romanis dederunt, qui quum repentina incurſione Fidenates profligaſſent Senatus beneficij memor philotin cum cæteris ancillis manumitti iuſſit, dotem ex publico iis fecit & matronalem habitum geſtare conceſſit; diémque ipſum nouas Caprotinas nuncupauit, ab illa Caprifico ex qua ſignum victoriæ ceperant & Caprotina culta Iuno, & ſacrificium annua ſolemnitate celebratum, in quo lac quod ex caprifico manat propter memoriam facti adhibitum fuit. Plutarch. Varro. Ouidius de arte.

porrige & ancillæ, qua pœnas luce pependit
Lusa maritali Gallica veſte manus.

philoxenus philoſophus, qui gruis collum ſibi exoptabat, quò diutius ciborum & poculorum ſapore oblectaretur.

philoxenus grammaticus Alexandrinus Romæ ſcripſit de monoſyllabis verbis, de helleniſmo, de genere linguarum, & alia. Suid.

philoxenus Eretrienſis pictor, Nicomachi diſcipulus, cuius tabula nullis poſtponenda Caſſandro regi picta, continuit Alexandri prælium cum Dario. Idem pinxit & Laſciuiam, in qua tres Sileni comeſſabantur. Hic præceptoris celeritatem ſequutus, breuiores etiamnum quaſdam picturæ vias & compendiarias inuenit. Pli. li.35.c.10.

philoxenes, poeta lyricus, ſcripſit lyrico carmine Æacidarum genealogiam. Hic, quum aliquando apud Dionyſium tyrannum ageret, tragœdiáſque eius in quibus ille ambitioſiſſimus erat, minimè laudaret, coniectus eſt in Latomias, indéque Tarentum aufugit. Dionyſio verò eum per literas reuocare conanti, reſpondit hoc tantùm monoſyllabum, *Non*, ſæpiùs iteratum. Suid.

philoxenus, cos. cum Probo, anno vrbis 1278.

philyra, filia Oceani, ex qua Saturnus in equum conuerſus, Chironem Centaurum dicitur ſuſcepiſſe, qui à matre philyrides & philyr-

reius dicitur. Hanc fabulam ad medicinæ & Chirurgiæ artem refert N. Comes, mythologiæ li. 4. c. 12. Vide Chiron. Scribitur autem hoc nomen, & eius deriuatiua, ſimplici l, poetæ tamen ſuo iure, vt primam ſyllabam extendant, geminant hanc conſonantem.

philyres, populi iuxta Pontum, à Philyra matre Saturni. Hinc Philyretes, fœmininum Phyliris & Philyretis. Steph.

philyſthenes, filius Thyeſtæ quem Atreus vnà cum Tantalo fratre interfectum Thyeſtæ patri epulandum appoſuit. Vide Senecam in Thyeſte, verſu 724.

phina, oppidum in Macedonia ad oram Heracleam, Plin. li. 4 c. 10.

phinees, filius Eleazari, filij Aaron, Exo. 6. filius item Heli ſacerdotis, 1. Reg. 1. Lat. aſpectus aut facies confidentiæ vel protectionis.

phineum, locus Ponti à Phineo conditus: Gentile, Phineius. Steph.

phineus, Agenoris filius, Hellanico: Heſiodo Phœnicis & Caſſiopeæ, Agenoris nepos, frater Cilicis, Dorycli & Atamini. Hic igitur rex Arcadiæ, vel, vt alij, Thraciæ, vel, vt ruſus alij, Paphlagoniæ, vxorem duxit Cleopatram (quam quidã Sthenobœam vocant) ex qua genuit Orythum & Crambum, vt Sophocles: vt alij; Mariandinum & Thynum: vel, vt ruſus alij, Palæmonem & Phinea: quibus, mortua priore coniuge, Harpalycen, Calais & Zethæ ſororem, nouercam ſuperinduxit: quamuis Flaccus non Harpalycen, ſed Cleopatram Boreadum ſororem appellet: cui etiam Apollonij Commentarius ſubſcribit, qui lib. 1. dicit, Phineum Cleopatram Boreæ & Orythiæ filiam vxorem duxiſſe, ſecundam verò Idæã Dardani filiam nouercam ſuperinduxiſſe: cuius ſuaſu filios ſuos ex Cleopatra ſuſceptos excæcauit. Quapropter & ipſe excæcatus eſt à diis, & Harpyiæ contra eum miſſæ, quæ cibos & menſam eius turpiſſimè fœdarent. Poſtea verò, deuenientibus ad ea loca Argonautis, à Calai & Zethe fratribus alatis ruſus ad Strophades inſulas fugatæ ſunt, vt ſuprà docuimus in dictione Calais. Poſtremò occiſus eſt ab Hercule, cùm is in ſolitudine liberos Phinei offendiſſet, excæcatos, comperiſsétq; eos calumniis nouercæ eiectos fuiſſe. Hinc Phineus, a, um, & Phineius, a, um.

phinei fabulam refert ad auaritiæ effecta N. Comes mythologiæ lib. 7. cap. 6. libro autem 6. 12. 8. de Iaſone & Argonautis agens, poſt Apollonium in Argonaut. Phinei vaticinia explicat.

phinni, vide Fenni.

phinon, ciuitas Idumæorum. Gene. 36. Lat. gemma ſiue aſpiciens, aut os æternitatis, vel os filij: aut ex Heb. & Syro, os piſcis, ab ore non ab oſſe.

phinopolis, vrbs Ponti, à Phinea dicta: Gentile, Phinopolites. Steph.

phinthia, Siciliæ fons, in quem, vt Apion refert, nihil immergi poteſt, ſed omnia fluitant. Plin li. 35. cap. 2.

phinthia, amicus fuit Damonis cuiuſdam, vt ex Plutarcho inuenimus. Itaque apud Ciceronem in Officiis, & Valerium Maximum, Phinthia reponi debet loco Pythiæ.

phintonis, inſula inter Sardiniam & Corſicam Plin. & Ptolem. *Iſola roſa* Ortelio. *Iſle de Figo* Pineto.

phiræſi, Scandiæ inſulæ populi. Ptol. franci, Turnebo, cuius opinionem reiecit F. Hotoman. in Francogallia, & meritò quidem, vt à vero alienam.

phiſon, i. oris mutatio, ſiue multitudo, aut extenſio, magnum Indiæ flumen, è paradiſo fluens, Gene. 2. quòd ab Euſebio & Hierony. in quæſt. Hebr. Ganges dicitur, ſiue Getha, Ioſeph. lib. 1. cap. 2. Iud. antiq. Salomon commentator Nilum vocat. Gen. 2.

phithom, i. buccella eorum, aut oris conſummatio, ſiue perſuaſio vel dilatatio eorum, vrbs quam ædificauerunt filij Iſraël Pharaoni regi Ægyptiorum, Exod. 1.

phiton, filius Micha, filij Meribaal, 1. Paral. 8. & 9.

phla, Herod. lib. 4. inſula in Tritonide palude grandi. Aiunt Iaſonem poſteaquam ſub Pelio Argos ædificauit, impoſitis in ea cum aliis ſolennibus hoſtiis, tum verò tripode æneo circuiſſe Peloponneſum animo Delphos eundi: eúmq; cùm teneret curſum circa Maleam abreptum à vento Aquilone, & abductum in Africam, & priuſquam tellurem cerneret, in breuibus paludis Tritonidis aſtitiſſe, eiq; hæſitanti de egreſſu apparuiſſe Tritonem, ac iuſſiſſe ſibi dari tripodem, quòd diceret oſtenſurum ſe illis exitum, atque incolumes remiſſurum. Cætera vide apud Herodotum.

phlanon, vrbs & portus iuxta Abſyrtum inſulam poſt Alouum, Artemidorus vnde totus ille ſinus Phlanonicus vocatur: Gentile Phlanonites. Steph. vide Phlanotes.

phlanotes populi Plin. lib. 2. cap. 21. à quibus nomen ſinui eſt inditum, quem modò nautæ Quernarium appellant, alij Gernarium propter naufragia, procelloſo fermè ſemper tranſitu. In receſſu eius Senia vrbs, cuius à tergo ſpecus ſunt, vnde vehementer nulla ferè non hora venti perflant, eáque res infamem eum ſinum reddidit. Per hæc fortè loca id genus tempeſtatis eſt, de qua Plinius lib. 2. cap. 45. In Dalmatia, inquit, ora ſpecus vaſto in præceps hiatu, in quem deiecto leui pondere, quamuis tranquillo die, turbini ſimilis emicat procella. Dicti Phlanotes ab oppido Phlano, inter Polam coloniam

Joniam & Iaderam. Vide phlanon, & Flanates.

Phlegeton, fluuius infernalis flammis æſtuantibus rapidus, à φλέω, ardeo.

Phlegon, vnus ex equis Solis ἀπὸ τοῦ φλέγειν, quod eſt ardere, dictus.

Phlegon Trallianus, libertus Auguſti (nonnulli Adriani dicunt) hiſtoriam ſcripſit Olympiadum libris ſexdecim vſque ad Olymp. xxix. De Faſtis Romanorum l. 2. Item de nominibus locorum vrbis Romæ, & Epitomen Olympionicorum libris duobus. Suid.

Phlegon, viri nomen, Rom. 16.

Phlegra græ, vel phlegre, gres, vrbs Macedoniæ, pallenę proxima. Plin. lib. 4. c. 10. aut (vt Eudoxus mauult) eadem cum pallene, & vallis circa hanc vrbem, in qua Gigantes olim cum cœleſtibus cõflixere. Vide pallene. Steph. vrbs Thraciæ, quam Eudoxus poſtea Pallenem dictã ſcribit. Hinc phlegręus, a, um, & phlegrus, gra, grum.

Phlegræi, campi duo fuêre, alter in Græcia, à phlegra Theſſaliæ valle, vbi Gigantes cum cœleſtibus pugnauêre. Vel ἀπὸ τοῦ φλέγειν, quod eſt vrere atque inflammare. Alter in Campania prope Cumas, in quo Gigantes Herculem ſuperaſſe dicuntur. Plin. lib. 3. cap. 5. & Strabo lib. 5. Theagenes verò & Eudoxus, qui ad hiſtoricam fidem pugnam hanc conantur reducere: pallenem inquiunt, quæ veteri nomine phlegra vocabatur, homines tenuerunt, quibus immanitas, & ſuperbia morum, Gigantum cognomen peperit. In hos ineunte prælium Herculi fulmina de cœlo miſſa ſunt, donec ij fugere coacti ſunt, ipſique ingenti victoria ſuperati. Ex hac re rumor in vulgus ortus, vt Gigantes mouerint bellum dijs. Id autem ideò fictum eſt, quoniam ea regio tota ſulphure plurimo ſcatet. Hinc fit, vt ventorum impulſu excitetur paſſim ignis, qui cùm exitum è cauernis natura expetat, dum luctatur aſſiduè terram tandem quatit & commouet: exuritque frequenter: vnde & nomen ſortitur: φλέγω enim Græcè exurere, ardereque ſignificat.

phlegræus, vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius.

Phlegya, Stephan. vrbs Bœotiæ à phlegya Martis & Chryſes filio: Ciuis, phlegyas, & phlegyeus, gyea, gyeum: Regio quoque phlegyantis nominatur.

Phlegyas, Martis filius, Rex Lapitharum in Theſſalia, pater Ixionis & Coronidis Nymphæ: quam cùm ab Apolline vitiatam ſe ſciſſet, confeſtim ira percitus, templum eius Delphis incendit. quapropter Apollo iratus, ipſum ſagittis interfectum ad inferos detruſit: vbi hac pœna afficitur, vt ſub ingenti ſaxo ruinam minitante ſedens, ſemper illud caſurum ſuſpicetur & timeat.

Phlegyę, populi inſulani Theſſalię, à phlegya Ixionis patre cognominati. Hi cùm ſacrilegi eſſent, deóſque & homines ſpernerent, ab irato Neptuno immiſſo diluuio, ſubmerſi ſunt, quorum apud inferos meminit Virg. lib. 9. Vide Gythone.

Phlias, vnus ex illis qui in naui Argo fuerunt, filius Batti, vt Valer. habet 1. Argon.

Phlius, untis, vrbs in medio Sicyonij Argiuſque Agri, Strab. l. 8. vbi religioſiſſimè colebatur Hebe. Caſtellum Phlium nominat Plin. l. 7. c. 5. Hæc olim *Arathyrea* dicta eſt, Stephan. & *Arantia* Phlius dicta à Phliunte Bacchi & Cthonophyles filio, vel à Phliante. Gentilia, Phliuncius, Phliuſius, Phliaſius. Vel nomen habet a φλέω, quod eſt fructibus abundare. Nam & Lacedemonij Phliaſium menſem vocant, in quo fructus terræ vigent. Dicitur Phliuntis fœmininum. *Phlius* Gemiſtus habet, videtur eadem *Phliaſia* apud Strabonem vocari.

Phlius, vrbs maritima Argiæ regionis in Peloponneſo, teſte Ptolemæo. Phlethon eam etiam *Thermia* appellat. *Foica* Pinero dicitur.

phlotyia, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Ptolem.

phlyeis, vicus in Cecropide tribu: tribulis, Phlyeus Steph.

phlygadia, mons Illyrico & Adriæ obuerſus. Strabo *Eliez* Lazio.

phlygonium, vrbs Phocidis. Ciuis, Phlygonius & Phlygonicus, Steph. Pauſ.

phobetor, filius Somni: apud Ouid. 11. Meta. Dictus eſt Phobetor à verbo Græco φοβέω, quod eſt perterreſcere. Icelos autem, quia omnium animantium formam inducere poſſit. eſt enim ἴκελος, similis.

phocæ, arum, inſulæ Cretæ adiacentes. Plin. l. 4. c. 13.

Phocæa, Ioniæ ciuitas, Athenienſium colonia, ita dicta à Phocarum multitudine, quę vrbẽ condentibus circa hoc littus apparuerunt. Strabo libro 14. Incolæ Phocæi & Phocenſes qui aſſiduis Perſarum bellis exagitati, communi conſenſu patriam deliquerunt, diriſque execrationibus ſe deuouerunt, ſi quando eò redire conarentur. Varia deinde fortuna vſi, tandem in Galliam delati ſunt, vbi Maſſiliam condiderunt. eſt etiam Phocæa, Ptolemæo oppidum maritimum, quod Liuius *Lampterą* quoque vocat. Sophiano *Feglia vechia* nominatur.

Phocaria, inſula maris Ægæi, ex aduerſo Atticæ. Plin.

Phocarum inſula in ſinu Arabico. Strabo.

Phocas, Romanorum imperator, ſub annum ſalutis 606.

Phoce, es, oppidum eſt Bœotiæ.

Phoceas, agri Leontini in Sicilia oppidum. Thucyd.

Phocenſes, Græciæ populi apud Strabonem. Hos ſcribit Niger *Dryopes* à Viuto vocari.

Phocheret, nomen viri, 1. Eſd.2. Lat. oris exterminatio, vel oris conciſio.

Phoces, populi Ionum, qui primi longis nauibus vſi ſunt.

Phoci, gens Ichthyophagis vicina: Agatarchides.

Phocias, Theſſaliæ fluuius, Vibio. *phœnix* legit Simlerus.

Phocion, Athenienſis, vir clarus, cognomento Bonus, ſemper pauper, cùm ditiſſimus eſſe potuiſſet, propter frequentes ei delatos honores. Hic neque ridere, neque lacrymare ab vllo vnquam eſt viſus. Et in concione cùm quis dixiſſet. Cogitabundus videris, ô Phocion: Rectè, inquit, coniectas. Cogito enim, ſi qua valeo in his breuitate vti, quæ apud Athenienſes dicturus ſum. Huic cùm legati Philippi Macedonum Regis ingentia munera offerrent, hortarentur vt ea acciperet: (quãuis enim ipſe facilè his careret, liberis tamen eius eſſent neceſſaria, quibus difficile foret in ſũma paupertate ad paternam gloriam peruenire) Si mei, inquit, ſimiles erunt, idem hic agellus alet illos, qui me ad hanc dignitatẽ perduxit: ſi diſſimiles, nolo meis impenſis illorũ ali, augeríque luxuriam. Plut. in Phocione.

Phocion, peripateticus Hiſpanus ſcripſit librum Cornucopiæ, multæ variæque doctrinæ refertiſſimum. Gellius.

Phocis, idis, exigua Grçciç regio, ſinui Criſſço adiacens, Delphico oraculo, & Helicone, Parnaſſoque montibus inclyta. Huius incolç dicuntur Phocenſes, à quibus nõnulli putãt profectos eſſe Maſſiliç conditores, non (vt alij exiſtimãt) à Phocenſibus Ioniç populis. Cui etiã ſentẽtiç nõ obſcurè ſubſcribit Plin. li.7.c.4. vbi Maſſiliã Grçcorũ Phocẽſium coloniã appellat ad diſcrimen, vt videtur, Aſiaticorũ. Hinc Phocaicus, ca, cum.

Phoclis, Arachoſiæ vrbs. Ptol.

Phocra, mons Mauritaniæ Tingitanæ, Ptol. Vulgò *Gebelelhadich*, i. mons ferreus.

Phocus, Phocionis filius, qui quum paternas opes prodigo luxu dilapidaſſet, Athenienſibus vſque adeò inuiſus factus eſt, vt occurrentes omnes diffamatorem ſui generis nuncuparent.

Phocus, filius Æaci. Ouid.7. Meta.

Phocuſa. Plin.li.4.c.12. inſula vna ex Sporadib.

Phocuſæ, inſulæ duç. Pto. in Ægyptio Pelago.

Phocylides Mileſius poeta Græcus, qui floruit poſt bellum Troianum ſcripſit 58. elegias, & quaſdam ſententias ad vitç inſtitutionem.

Phoda, oppidum in Arabia felici. Plin.

Phœbas, adis, Phœbi ſacerdos, quæ diuino correpta furore, conſulentibus ex tripode oracula edebat. Sidonius.

Phœbe, eadem quæ Diana, ſiue Luna, à Phœbo fratre dicta, Ouid. 2. Metam.

Phœbe & Elaira, Leucippi filiæ. Stephanus in Aphidnis.

Phœbæa palus, æſtuarium Argiæ regionis. Pauſ.

Phœbatis, Macedoniæ vrbs. Polyb.

Phœbe, inſula in propontide. Plin.

Phœbi, Mauritaniæ promontorium. Ptol.

Phœbia, oppidum Sicyoniorum: Gentile, Phœbias, aut Phœbianus. Steph.

Phœbigena, cognomen Æſculapij, à patre Phœbo. Virg.7. Æneid.

Fulmine, Phœbigenam Stygias detruſit ad vndas,

Phœbus idem qui Apollo, ſiue Sol, Iouis & Latonç filius, eodem partu cum Diana editus, diuinationis & muſicæ deus à poetis habitus, & medicinæ repertor. Dictus Phœbus, quaſi φῶς τοῦ βίου, hoc eſt lux vitæ.

Phœmon, lacus Arcadiç Ouid. lib.15. Metam. alij legunt Pheneum, vide ſupra Pheneus.

Phœmonoe, filia Phœbi, & vates, quæ prima carmen heroïcum cecinit, vt eſt author Heſiodus in Theogonia.

Phœnebitis, Panopolitanæ præfecturæ vicus. Suid.

Phœnice, Syriæ regio, quam Stephanus priùs *Rhabboten* & *Colpiten* dictam dicit, item *Chna*.

Phœnices, populi Syriæ, Iudæis contermini, quorum prçcipuç vrbes fuerunt Tyrus & Sidon, & quæ cum his Tripolim efficit Aradus. Horum regio Phœnice dicitur, à Phœnice quodam Neptuni & Libyes filio. Steph. Hos Strab. libro 16. arithmetica & aſtronomia, nauibus ac bellicis artibus inſignes ſcribit. Rufus ex Dionyſio.

Phœnices, ijdem ab Iudæis proximis, ſiue à Phœnice Agenoris filio, literas accepêre. Tyrij maximè, vnde & Phœnycia, γράμματα φοινίκηïa que dicuntur à Timone Pyrrhonio.

Phœnicæum, mons Corinthi: Gentile, Phœnicæus. Steph.

Phœnicia, vel Phœnice, Aſiæ regio ſic dicta à conditore Phœnice, Agenoris, Neptuni & Libyes filio. Steph. Ioſephus etiam author eſt, Phœnices inueniſſe Græcas literas.

Phœnicus, vrbs Cretç, & inſula iuxta Lyciam. Eſt & Phœnicus, ſtagnum. Thucyd. lib.8 Gentile, Phœnicuntius, & Phœnicuſius. Steph. Imo etiam mons eiuſdem Lyciæ, etiam Olympus dictus fuit. Strab.

Phœnicuſſæ, duæ inſulæ in Libyco ſinu iuxta Carthaginem. Inſulares, Phœnicuſſæ. Eſt etiam ciuitas Phœnicum in Syria. Steph.

Phœnix, Cretæ inſulæ vrbs. Ptole. S. *Nicetta*, Nigro. Vrbs item & mons non procul à Rhodo

Licyæ portus, Ægypti vicus, Siciliæ oppidum, Theſſaliæ & Achaiæ fluuius. Plin. Strabo. Ptolem.

phœnix, Agenoris filius, Cadmi frater, qui Phœnicibus imperauit. A quo Phœnicia.

phœnix Amyntoris filius, præceptor Achillis qui cùm matris ſuæ hortatu cum patris concubina rem habuiſſet, diris impetitus à patre relicta Hellade in Theſſaliam ſeſe contulit: ad Peleum regem, qui illi Dolopum procurationem commiſit, filiúmque Achillem in diſciplinam tradidit, quem etiam ad bellum Troianum comitatus eſt, vt ipſe narrat apud Hom. lib. 9. Iliad. Hic oculis tandem captus eſt, vnde Ouid. in Ibin.

Id quod Amyntorides videas trepidusq; miniſter:
Prætentes baculo luminis orbus iter.

Iſtum meminerant literas Græcas reperiſſe, vt Cecropem Ægyptium vel Prometheum, aut Orpheum, ſiue Danaum, vt ſuis locis citauimus.

phœtiæ, vrbs Acarnaniæ, à Phœtio filio Alcmeonis filij Amphiarai. Polybius lib. 4. Dicitur quoque Phœtium. Gentile, Phœnus, & Phœtij. Steph.

phogor, mons in terra Moab in ſupercilio Libyadis, reſpiciens ſolitudinem, in quem Balac rex Moab Balaam ariolum duxerat ad maledicendum Iſraeli Num. 23. In hoc Baal à Gentibus fuit cultus, Numer. 13. Iuxta hunc in valle ſepultus eſt Moſes. Deuteron. 24. Eſt etiam idolum Moabitarum. Num. 25. Deut. 3. & 4. Ioſ. 22. hiatus vel apertio: dicitur etiam Phegor, & eſt idoli nomen.

phólegandrus, inſula vna Sporadum è Pholegandro filio Minois. Hanc Aratus ferream vocat propter aſperitatem. Ciuis, Pholegandrius. Stephanus.

phollathi nomen viri 1. Par. 26. Lat. opus meum.

pholoe, mons Arcadiæ ſyluoſus, oppidum habens eiuſdem nominis. Plin. lib. 4. cap. 6 in quo Centauri morati ſunt. Alij in Peloponneſo collocant: & *Xiria* à Nigro dicitur. Gemiſtus eum *Pholus* vocat, & ſuo tempore *Aſtras* dici addit. Eſt etiam famulæ cuiuſdam textricis nomen apud Virg. 5. Æneidos.

Olli ſerua datur operum haud ignara Mineruæ
Craſſa genus Pholoë geminiq; ſub vbere nati.

pholoe, nomen eſt Nymphæ apud Stat. libro 2. Syluarum.

pholon, vrbs Arcadiæ, à Pholo Centauro, Gentile, Pholoeus. Steph.

pholus, vnus ex Centauris Ixionis ex Nube filius, qui Herculem ad Pirithoi nuptias euntem hoſpitio excepit: eoque in tumultu, qui inter Lapithas & Centauros eiuſdem in nuptiis exortus eſt, occubuit. Ouid.

phora, Armeniæ maioris vrbs. Ptolem.

phoraphul, rex Babylonis, Ioſepho: aliis Phul dicitur.

phoratha, filius Aman filij Amadatha Eſther 9. Lat. fructificatio, ſiue multiplicatio, aut fortilegus.

phorbæ, vrbs Achæorum in Theſſalia: Gentile, Phorbantius.

phorbantia, inſula prope Siciliam Ptol. *Leuanſo* Fazellus eam vocat. Niger *Maretamo*.

phorbantium, mons Trœzenis. Steph.

phorbas, bantis, filius Priami & Epitheſiæ, Staſippi Mygdoniæ regis filiæ, inter fratres natu maximus, adeò vt Priami frater potiùs, quàm filius videretur. Quam ob cauſam cùm pater eum, veluti emeritum à prælio iuberet abſtinere, illo tamen inuito non ſemel in pugnam deſcendit, & poſt multa egregia facinora, fauente Mercurio edita, tandem à Menelao eſt obtruncatus. Huius imagine aſſumpta, Somnus deus Palinurum decepit. Virgil. 5. Æneid. Seruio dicitur fuiſſe Triopæ filius, pater Ilionei Troiani, qui fuit comes Æneæ, cum quo in Italiam quoque capto filio nauigauit. Alius item paſtor Polybij Corinthiorum regis. Vide Dexamene.

phorbas, v. Athenienſium princeps, anno ante Romam conditam ferè 200.

phorbas, vi. Argiuorum rex, anno ante Romam conditam ferè 810.

phorcus, ci, vel Græco more Phorcys, aut etiam Phorcyn, cynos, filius Neptuni & Theſeæ Nymphæ; rex Corſicæ & Sardiniæ inſularum, quem ab Atlante nauali prælio victum vndaque obrutum, poſtea ſocij ſuperſtites, in marinum deum conuerſum dixere, eíque diuinos honores exhibuere. Hic pater fuit Meduſæ, quæ ob id nomine patronymico Phorcynis dicitur. Nonnunquam etiam Phorcys Phorcydos.

phorcynus, portus, vbi antrum Nympharum quæ Naiades vocantur, in Ithacenſi agro. Homer.

phorcys, is fuit, quem fabulantur poetæ tres habuiſſe filias, quæ viciſſim vno oculo, quem duntaxat inter omnes habebant, cùm videre illis opus erat, vtebantur, atque ita fiebat, vt quoties ex illis vno oculo vti vellet, capiti ſuo illum insereret, ſicque videret: quo quidem cùm illa ſatis vſa fuiſſet, aliis eum viciſſim tradere conſueuerat, ita vt omnes hoc pacto viderent. Cùm autem ad illas Perſeus fortè acceſſiſſet, atque eam, quæ tunc oculum habebat, cunctanti gradu à tergo adortus eſſet, denudato enſe, vt ſibi Gorgona oſtenderent, petiit, mortémque iis, niſi eam vtique manifeſtarent, multatus eſt. Illæ verò mortem formidantes eam protinus indicarunt. Palæph. lib. de fabulis.

Digitized by Google

phorentanum, vrbs Italiæ: Gentile, Phorentanus. Stephanus ex Strabonis lib. 5. Ferentinum Phorentini: etiam Italiæ populi dicuntur. Steph.

phoriami, locus Elidis inter Parthenium inſidiis aptus, vtpote in anguſto ſitus. Steph.

phorica, vicus Arcadiæ: Gentile, Phoricæus. Steph.

phoriſtæ, Aſiæ populi. Mela.

phormani, vrbs Italiæ. Gentile, idem Steph. Vide Formiæ.

phormio, Crotoniata dux bello nauali Lacedæmonios vicit, Theopomp. in Philippic.

phormio, dux Athenienſium in bello Peloponneſiaco. Thucyd. lib. 2.

phormio, philoſophus, Cic. 2. de Oratore, Peripateticus. Cùm Annibal Carthagine expulſus, Epheſum ad Antiochum veniſſet exul, & ad Phormionem audiendum, propterea quod eius nomen erat in magna apud omnes gloria, inuitatus eſſet ab hoſpitibus ſuis, locutus eſſe dicitur homo copioſus aliquot horas de imperatoris officio: & de omni re militari: tum cùm cæteri qui illum audierant, vehementer eſſent delectati, quærebant ab Annibale, quidnam ille ipſe de illo philoſopho iudicaret. Hic Pœnus non optimè Græcè ſed tamen liberè reſpondiſſe fertur, Multos ſe deliros ſenes ſæpe vidiſſe, ſed qui magis quàm Phormio deliraret, vidiſſe neminem. Vide Annibalis vitam.

phormus, Syracuſanus comicus, Geloni tyranno familiaris, & filiorum ipſius alter, docuit fabulas ſeptem quas commemorat Athenæus.

phornacis, Bæticæ vrbs in Turdetanis. Ptole.

phorobrentarium, vrbs Libyæ: Gentile, Phorobrentatienus. Stephan.

phoroneus, filius Inachi fluuij, Argiuorum rex, qui initio diſperſos populos in vrbem coëgit, quam appellauit Argos Phoronicon. Hinc Phoronis, nidis, patronymicum fœmininum quod poetæ vſurpant pro Iſide Inachi filia, Phoronei ſorore. Item Phoroneus, nea, neum.

phoroneus, Athenienſium rex, anno ferè poſt inundationem aquarum 500.

phorontis, Aſiæ minoris oppidum in Cariæ finibus, circa Ioniam. Plin.

phorum, portus in Attica, Pſyttaliæ inſulæ oppoſitus. Strabo.

phorunna, vrbs Thraciæ, Polyb. lib. 9. Gentile, Phorunneus. Steph.

phoſech filius Iephlat filij Heber filij Bariæ 1. Paral. 7. Lat. fragmentum tuum. ſiue diminutio tua.

phoſphorion portus quidam Byzantij: cauſam nominis indicat. Steph. in Boſphoro.

phoſphorus, Latinè Lucifer ſtella. Cicer. 2. de Natura deorum. Mart. lib. 8. 22. *Phoſphore redde diem, &c.*

phoſtonia vna ex Halcyoniis, Suidas.

photinæon, vrbs Theſſaliæ. Steph.

photinus, Lugdunenſis epiſcopus, annum agens ætatis 80. religionis ergò ſupplicio affectus, anno ſalutis 169. Polycarpi diſcipulus fuit. Euſeb. lib. 5. cap 2. hiſt. eccleſ.

photinus, hæreticus, ſub annum ſalutis 355. diuinam Chriſti naturam negauit, Tripar. hiſt. libro 5 cap 5.

photinus & Achilla, Pompeij Magni ex acie Pharſalica fugientis, imperio tamen Ptolemæi pueri regis Ægyptiorum, interfectores fuerunt. Alex. lib. 1. cap. 2. Pothinus dicebatur non Photinus, Græcis eſt Ποθεινός, & ſic vbique reponendum eſt. Plutarch. in Pompeio. Lucanus & alij.

phouibagina, Trocmorum in Galatia oppidum. Ptolem.

phraaſpa, vrbs Mediæ. Gentile, Phraaſpenus Steph.

phraates Parthorum rex, anno ſalutis 342. De quo vide Strabonem lib. 6.

phrada, vrbs in Drangis, quam Alexander Prophthaſian nominauit. Steph.

phragandæ, populi Thraciæ videntur apud Liuium lib. 26.

phragmon, ſtatuarius & pictor egregius, ſicut & Polycletus.

phrangi, populi Italiæ prope Alpes, Parthenio Phocaenſi lib. 1. Stephan.

phranicates, Parthorum imperator ille, qui cum Ventidio apud Trapezunta decertauit, Strabo lib. 16.

phraortes rex Indorum, ad quem Apollonius Tyaneus peruenit: quem cùm de victu interrogaret, reſpondit, Tantum vini bibo, quantum Soli ſacrifico: quæ autem venando acquiro, paſcuntur alij: mihi ſat fuerit ipſa exercitatio. Cibus mihi olera & palmarum fructus, multa mihi quoque ex arboribus naſcentia, quæ manus hæ plantauerunt. Philoſtratus in vita Apollonij.

phrazi, Bactrianæ vrbs. Ptolem.

phrearrhi, vicus Athenis in tribu Leontide, à Phrearrho inſigni heroe Athenis. Tribulis, Phrearrhius. Stephanus.

phreata, Garſauriæ, in Cappadocia oppidum. Ptol.

phregella. Vide Fregellæ.

phregena, ciuitas in Hetruria, altera in Latio: vnde Phregenates populi.

phretes, populi Libyci. Steph.

phretomanorum Italiæ vrbem habet Diodorus lib. 19 quam refert à Q. Fabio expugnatam Samnitum videtur.

phricion, mons Locridis ſupra Thermopylas, cuius incolæ Æoles & Phricanes dicuntur, cùm Phricies

phricies potius dicendum eſſet, fœmininum, phricias. Dictus à Phricio Centauro, quem occidit Hercules: olim Crios dicebatur. Eſt & Lariſſa, phriconis cognominata, vel phriconitis, Incolæ phricones.

Phryconitis Cuma ciuitas quædam. Steph.

Phrinicus Bithynicus ſophiſta, qui libros aliquot de dictionibus Atticis ſcripſit.

Phrinicus, fuit Lacedæmoniorum proditor, quem vetus comœdia carbone notauit, de quo extat prouerb. phrynici lucta.

Phrixa, vrbs Peloponeſi phæſtus pòſt appellata. Diſtat ab Olympia ſtadijs 30. pherecydes in Arcadia ponit: Gentile Phryxeus, Steph. Vide Maciſtus.

Phrixus, Maciſti frater, à quo phrixa vrbs. vide Maciſto.

Phryxus, ciuitas Lyciæ: & phryxi portus iuxta fauces ponti in Chalcedonia vlteriore: Gentile, phryxius, vel phryxicus.

Phroilla, Hiſpaniæ rex, anno Chriſti 751.

Phronyma, nomen puellæ cuiuſdam, filiæ Etearchi Regis Cretæ, quæ ſuaſu nouercæ in aquas ab Etearcho patre iuſſa eſt præcipitari, Themiſone quodam ſceleris miniſtro. Herod.

Phrudis Ptolem. Galliæ Belgicę fluuius. *Soma* à Becano, *Sambri* à Cœnali interpretatur.

Phrugundiones, in Sarmatia Europæa gens. Ptolem.

Phrurentani, populi Italiæ. Steph.

Phruri, Scythica gens, Dionyſio. Iuxta Caſpium mare habitant.

Capo blanco Mercatori, Indiæ eſt etiam iuxta Gangem vrbs. Ptolem.

Phryges, fluuius Aſiæ minoris. Plin. in Hermum deſinens, phrygiamque à Caria diſterminans, Regioni nomen dedit.

Phrygi, Illyridis populi, circa Ceraunios. Strabo.

Phrygia, locus Oetæ, ſic dictus quòd Hercules in eo toſtus & exuſtus ſit. Steph.

Phrygia, minoris Aſiæ regio. Cariæ, Lydiæ, Myſiæ & Bithyniæ finitimi: quarum omnium fines ita coëunt, vt difficulter poſſint diſtingui. Strabo lib. 13. Dicta eſt autem phrygia à phrygibus populis è Thracia oriundis, qui antea phryges dicebantur: vel à phrygio amne qui eam à Caria diuidit, vel à phrygia Cecropis filia. Duæ tamen feruntur phrygiæ, Maior ſcilicet & Minor quæ Epictetus dicta fuit phrygia ab Aquilonis parte eſt Galatię collimitanea, à Meridie Lycaoniæ, Piſidiæ, Mygdoniæq; conterminata. In ea eſt Ida mons, & Tmolus, & Pactolus fluuius *Helleſpontiacam* minorem vocat. Strab. Liuius quoque alteram ad Helleſpontum, alteram Maiorem appellat. Hæc eadem Minor *Troas* à Ptolemęo dicitur. Xenophon etiã Maiorem & Helleſpontiacam: Diodor. lib. 18. Maiorem vocat, quæ ad Helleſpontum eſt, ſed malè. Strabo *Paroream* phrygiæ Minoris partem quoque nominat, atque hanc eandem eſſe cum regiuncula ea, quam Ptolemæus ſub nomine Pamphyliæ comprehendit, nonnulli putant. Suidas ſcribit phrygiam, *Aebrylim* nuncupari: Caſtald. tradit hodie *Sarcum* dici, ſed veram, non addit. *Phrygiæ Salutaris* meminit P. Diacon. & lib. Notit. qui etiam *Phrygiam pacatianam* habet. Huius fit etiam mentio in nouellis. Ioſephus ait phryges *Thygrammones* Hebræis vocari. Silio Italico *Creni* ſunt, eo verſu lib. 8. *Cùm fugeret Phrygias trans æquora Martia Crenos*, Antiquitas eos *Bruges* appellauit, vt docet Cicero in ſuo Oratore, & Herodotus in Polymnia, qui addit *Bruges* dictos priuſquam in Aſiam tranſmigraſſent, anteà enim *phryges* dicebantur. *Brigantes* eoſdem ab Herodiano nominari tradit Stephan. ſed & Strabo *Briges* & *Bregi* habet item Euſtathius: ſed per y in prima ſyllaba. *phrygia*. vt idem in Dionyſium tradit, locus Europæus eſt iuxta Oetam Trachiniæ montem, ſic dictus eo quòd ibi exuſtus fuerit Hercules. Hunc locum Liuius lib. 36 *pyram* vocat.

Phrygia, locus inter Bœotiam & Atticam: vnde phrygicus Steph.

Phrygius, fluuius. Vide phrygia. Eſt & adiectiuum, ſignificans quod ex phrygia eſt.

Phryna, nomen meretricis apud Athenas, de qua Quintilian. lib. 2. c 15. Et phrynen non Hyperidis actione: quanquam admirabili, ſed conſpectu corporis, quod illa ſpecioſiſſimum alioqui deducta nudauerat tunica, putant periculo liberatam.

Phrynicus, Athenienſis tragicus, Theſpiadis diſcipulus qui primus vultum fœmineum protulit in ſcenam, & tetrametrum reperit: filium habuit polyphragmonem poetam & ipſum tragicum: docuit tragœdias nouem. Alter item Athenienſis comicus, inter ſecundos antiquæ comœdiæ, qui docuit fabulam vnam, Tertius eiuſdem nominis Bithynicus ſophiſta, qui ſcripſit de Atticis dictionibus. Suid.

Phrynis, Citharœdus nobilis fuit, patria Mytilenus diſcipulus Ariſtoclidis, qui genus ſuum ad Terpandrum referebat. Hic primus Athenis viſus eſt Citharœdus, Gallia ſummum magiſtratum gerente. Vide Suidam.

Phrynondas hoſpes Athenienſis, homo verſutus maleficus impoſtor ſummus rerum malarum artifex, cuius improbitas effecit, vt hominis vocabulum in rei tranſierit appellationem. Etenim quoties inſigniter malum accipi volebant, phrynondam appellabant. Vide prouerbium, phrynondas alter, apud Eraſ.

Phryx, ygis Gentile à phrygia deductum: cu-

ius, fœmininum eſt Phrygia Virg. 9. Æneid.

phryxus, filius fuit Athamantis & Mepheles, qui vnà cum ſorore Helle, cùm defunctâ matre Inûs nouercæ inſidias timerent, conſcenſo aurei velleris ariete, quem anteà à matre, vt quidam volunt, vt alij à patre acceperat, pontum ea parte, qua anguſtior eſt, transfretare cœpit. Sed Helle vndarum ſtrepitu in pontum decidit, & ſubmerſa eſt, à qua deinde pars iſta maris Helleſpontus dictus eſt: Phryxus verò incolumis in Cholcos ad Æetam regem peruenit. Iuſtinus libro 42. vbi arietem Ioui, vel, vt alijs placet, Marti immolauit, vellúſque illud aureum in templo ſuſpendit, quod poſteà Iaſon Medeæ arte adiutus abſtulit. Aries verò inter ſydera locatus, priſtinam effigiem tenuit, qui à Phryxo, Phryxeus appellatus.

phthas, Vulcanus dictus eſt, quatenus ſine mendacio peragit omnia, & artificiosè ſimul cum veritate. Palæph. Gyrald Syntagm. 13.

phtheleon, Græciæ vrbs ad Pagaſeum ſinum. Pomp.

phthembutis, Ægypti nomus. Ptolem.

phthenotes in Ægypto nomus. Ptolem.

phthia, vrbs Theſſaliæ, patria Achillis: à qua Phthius & Phthiota.

phthia, Marmaricæ portus, Ptolem. vrbs item in Aſia circa pontum Euxinum Dionyſ.

phthinthia, Siciliæ ciuitas Ptolem.

phthiotis, idis, vna ex quatuor Theſſaliæ partibus. Strab. li. 9. in hæc verba: Cæterùm Phthiotis tractum continet Auſtralem ad Oetam à ſinu Maliaco & Pylaico vſque ad Dolopiam, orámq; Pindi protenſum, in latitudinem verò porrectum vſque ad Pharſaliam, planáque Theſſalica.

phthira, Cariæ mons. Stephan.

phthirophagi, populi de quibus Strab. lib. 11. Ex gentibus quæ Dioſcuriadem conueniunt, eſt Phthirophagorum natio, cui nomen à ſordibus ac fame datum eſt: his proximi ſunt Soanes nihilo fama meliores, robore autem meliores: nam vi ac potentia penè præſtant. Hi gentibus circumuicinis dominantur, Caucaſi extrema obtinentes.

phthonthis, Ægypti vicus Ptolem.

phthuris, Æthiopiæ oppidum, vnum ex his quæ C. Petronius quum ab Auguſto Ægypto præfectus eſſet, expugnauit. Plin. lib. 10. capite 39.

phthuth, Mauritaniæ Tingitanæ flumen, hodie *Tenſift* Caſtaldo, ſed *Fez* Varrerio.

phua, filius Iſſachar. Gen. 46. Lat. Hic, aut os, oris

phua, nomen obſtetricis cuiuſdam Hebræorum. Exod. 1. Lat. gemens vel vlulans, aut apparens.

phua, pater Thola, ducis in Iſrael Iud. 10. filius Iſſachar filij Iacob. 1. Paral. 7. Lat. Angulus aut coma.

phul, rex Aſſyriorum 4. Reg. 15. 1. Par. 5. ad Ionæ prophetæ prædicationem conuerſus, & vnà cum ciuibus ſuis pœnitentiam egit. Lat. ruina aut faba.

phulaſſar, Babyloniorum rex, qui Ioſepho Tadaphaſſar, Olymp. 1.

phulbelochus, rex Babyloniorum, anno ante Romam conditam ferè 70.

phunda. Vide Funda.

phunon, nomen loci in quo caſtrametati ſunt filij Iſrael profecti de Salmona. Num. 23. Lat. gemma ſiue aſpiciens.

phuphena, Armeniæ minoris vrbs apud Ptolemæum. In itinerario Antonini, vt Simlerus monet *Euſſoena* vocatur.

phurnita, vrbs Libyæ, Ciues, Phurnitani, Stephan.

phuth, filius Cham. Gen. 10. à quo Libyes. Lat. Africa, aut Syriacè, craſſa vel pinguis.

phuth, inde Phuthæi, Ioſepho, Mauritaniæ populi. Fuit autem Phuth Chami filius, cuius pater Noëus (ita enim à Græcis vocari dicitur, quem Hebræi Noë dicunt) vel potius Chamoch.

phuthi, filius Sobal, filij Hur primogeniti Caleb, ex Ephrata concubina 1. Par. 2. Lat. ſeducens, aut buccella, ſiue latitudo.

phutiel, nomen viri Exod. 6. Lat. pinguedo Dei.

phutiphar, Eunuchus Pharaonis, Ioſephi herus. Gen. 27. Lat. ſaginatus taurus, vel pinguedinis fructificatio.

phutiphar, ſacerdos vrbis Heliopoleos, ſocer Ioſephi filij Iacob Gen. 41. & 46. Lat. pinguedinem diſſipans, vel pinguedinis denudatio: aut Syriacè pinguedinis vindicta.

phycole, cuius, vt Leander refert, memoria eſt in priuilegijs (vt vocant) Rauennatis Eccleſiæ, vrbs Romandiolæ quæ hodie nouo nomine *Ceruia* vocatur. Sic etiam Rubæus in ſua Rauennatium hiſtoria, vbi nominis quoque rationem adducit.

phycus, untis, Cyrenarum promontorium, Plin. lib. 4. c. 12 Stephan. vrbs Libyæ, & promontorium. Strabo. lib. 17. contra Tænarum Laconiæ ſeu Peloponneſi. Hinc ſtagnum Phycuſium. Eſt etiam Caſtrum, quod Mar. Niger ſcribit ab Italis nautis *Cabo de Garena*, & à Barbaris *Baxaſen* dici.

phycuſſæ, inſulæ Libyæ: dictæ, quòd plenæ ſint fucis, id eſt algis. Inſulares Phycuſſæi, aut Phycuſſij. Steph.

phygela, oppidum in Pannonia à fugitiuis conditum. Plin. lib. 5. c. 29.

phygellus, vir quidam, de quo Paulus 2. Timothei

mothei prim.

phyla, Atticæ regionis caſtellum, Tanagriæ finitimum. Trogus.

phylacæ, oppidum phthioticæ regionis Theſſaliæ. In hoc Proteſilaus regnauit, vnde ipſe phylacides cognominatus eſt, & Laodamia eius vxor phylaccia, dictæ autem fuerunt phylacæ à phylaco Deionis filio: Gentile, phylaceſius. Steph. Eſt etiam vrbs Moloſſidis, Liuio, & pieriæ oppidum in Macedonia. Ptol. Alij *Phylaca in Hermopolitana* in Ægypto conſtituunt, & hodie *Benisuaif*, vt Zieglerus, vocari aiunt: cui etiam *Phylaca Thebaica* eſt, in eadem regione quam *Munia* dici idem ait. Simlerus putat *Phylaca* Ptolemæi eſſe, *Chuſa* Antonini, & *Cuſſa*, lib. Notit.

phylacenſij. Bithyniæ populi. Ptol.

phyle, vicus in Œniede tribu: tribulis, phylaſius.

ph yleus, vnus è ducibus Græcorum, qui ad Troiam nauigarunt. Hom.

phyl tæ gens Indiæ intra Gangem. Ptol.

phylleius, mons, vrbs & regio pireſiæ in Macedonia. Apollon. 1. Argon.

phylleon, mons Macedoniæ. vide pireſia

phyllira, Oceani filia, ex qua Saturnus Chironem ſuſcepiſſe dicitur, qui à matre phyllirides & phyllireius dicitur. Vide philyra.

phylliridæ, Europæ in Venetia p puli. Vibio.

phyllis, Lycurgi Thracum regis filia, quæ Demophoonta Theſei filium, ex Troiano bello redeuntem, hoſpitio lectóque excepit, accepta priùs ab eo fide, vt domi compoſitis rebus ſeſe vxorem duceret. Profectus itaque Demophoon cùm vltra ſtatutum tempus variis diſtrictus negotiis in patria detineretur. phyllis & amoris impatientia & doloris impulſu, quòd ſe ſpretam eſſe crederet, laqueo vitam finiuit & cōuerſa eſt in arborem amygdalum ſine foliis. Poſtea reuerſus Demophoon cognita re eius, amplexus eſt truncum, qui velut (ſponſi ſentiens aduentum) folia emiſit Vnde etiam phylla dicta ſunt à phyllide, quæ ante petula dicebantur. Extat epiſtola phyllidis ad Demophoontem inter Ouidianas.

phyllis, amnis Bithyniæ, à quo phylli phyllienſéſque dicuntur Straboni & Stephano. Ouid. in Epiſtolis.

phyllis, apud Herod lib 7. regio Thraciæ, apud Pangæum montem. Steph.

phyllis, nutrix Domitiani Imperatoris. Sueton. in Domit. cap 17 Cadauer eius populari ſandapila per veſpillones exportatum, phyllis nutrix in ſuburbano ſuo Latina via funerauit.

phyllus, oppidum Theſſaliæ. Inde phyllæis, Stephanus. Strabo.

phyſæ, Mygdonidis in Macedonia vrbs. Pol.

phyſce Mœſiæ inferioris oppidum. Ptolem. *Cheſabes* Nigro.

phyſcella, Macedoniæ vrbs ad Mecybernæum ſinum. Pomp. Plin.

phyſcia, vrbs Lyciæ in alto monte: Gentile, phyſcius Steph.

phyſcus, vrbs Locridis, à phyſco filio Ætoli filij Amphictyonis filij Deucalionis. Alia phyſcus eſt Cariæ, & portus Rhodi. Hinc phyſcicus, phyſceus. A phiſco Loleges, Locri nūc dicti, deſcenderunt, quos Rhianus phyſceas vocat. Alia eſt Macedoniæ, cuius incolæ Phyſci Item fluuius. Steph. phyſcus etiam apud Theocritum Idyllio quarto montis nomen.

phyſcoa mater Narcæi cuiuſdam, de quo vide ſuprà Narcæa.

phytæum, vrbs Ætoliæ, Polyb. 11. Gentile, phytæus. Steph.

phyteum Elidis vrbs. Gentile phyteates. Step.

phytalmius, Neptunus dictus eſt à Trœzeniis, à quibus extra muros templum Neptuno erectum fuerat, quod eorum precibus motus, non ampliùs aquam ſalſam frugibus inſpergeret. Heſychius idem cognomen Ioui tribuit, & certè Iupiter à poetis ſubinde appellatur hominum ſator atque deorum. Nam φύω idem quod ſerere ſeu plantare.

phyteon, vrbs Elidis cauæ. à phytæo quodam. Gentile, phyteates. Steph.

phytonia, Tyrrheni maris inſula, Mela.

phyxium, Elidis in Peloponneſo vrbs. Polyb.

phyzania, Africæ regio. Ptol.

P I

piacus, vrbs Siciliæ. Ciues, piaceni. Steph.

piadæ, populi in Scythia, qui cum Parthis ex æquo viuunt ac degunt. Plin lib. 6 c 17.

piala, Cappadociæ in Ponto Galatico vrbs, Ptol.

pialia, vrbs Theſſaliæ ſupra Cercecium montem Steph.

piarentij, Myſiæ inferioris gens. Ptol.

piaſtæ, populi iuxta pontum. Steph.

piacularis, porta Romæ appellata, ob quædam piacula quæ ibi fieri ſolebant.

piada, Sericæ vrbs apud Ptolemæum: *Peim* apud Mercatorem eſt.

piaſus, Pelaſgorum dux, de quo vide Strab. lib 13.

picardia, Galliæ Belgicæ prouincia, nitidiſſimis, cultiſs. & populoſis admodum vrbibus nobilis, quarum caput eſt Ambianum Annal. Gall.

picendaca Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

picentes, qui & piceni dicuntur, populi in quinta regione Italiæ ad mare Adriat[illegible] Prætutianis finitimi, à quibus [illegible]

diſtimuntur, Plinio lib.3.cap.13 Horum regio Picenū appellatur, olim vberrimæ multitudinis quippe ex qua CCCLX. hominum millia aliquando in fidem populi Romani venêre. Dicti Picentes Straboni lib.5. à Pici Martij nomine, qui in vexillis eorum è Sabinis, (à quibus originem traxerunt) Aſculum commigrantium dicitur inſediſſe. Horum metropolis, Picentia, hodie *Vincentia* Leandro.

picentia, Straboni Picentinorum caput. Leander tradit hodie *Vicentiam* vocari. In Campania Felice eſt *Picentum* quoque apud Stephanum legitur. Eſt quoq; Latij vrbs apud Halicarnaſſeum lib.3. *Piculia* autem vertit pro eo, Gelenius.

picentini, populi ad mare Tyrrhenum, Lucanis proximi inter Surrentinum promontorium, & Silarum amnem incolentes, à picentibus maris Adriatici accolis originem trahentes. Horum oppida Picentia & Surrentum. Strab. lib.5. & Plin.lib.3.cap.5.

picenum, regio Italiæ, in qua eſt Aſculum, à Pico Martio ſic dicta, cuius ductu & auſpicio Sabini cum Aſculum proficiſcerentur, in vexillis eorum picus conſederat. Nam ſicut Strab. li. 5. ſcribit, conditores Picentium è Sabinorum terra profecti ſunt.

picentum, regio Italiæ trans Apenninum, ab ipſis montibus vſque ad mare Adriaticum extenſa, inter Æſim & Leuſtrum fluuios, Strab. li. 5. Hodie ab Ancona celeberrimo emporio *Marchia Anconitana* appellatur. Vrbes habet præcipuas Piſaurum, Fanum fortunæ, Senam Gallicam, Vrbinum, Camerinum, Aſculum, ipſámque Anconam, à Syracuſanis Dionyſij tyrannidem fugientibus, conditam. Huius populi Picentes & Piceni appellantur, diuerſi à Picentinis, maris Tyrrheni accolis. Hinc picenus, cena, cenum: vt ager picenus, & Oliua Picena. Plin. lib.15.c.3. In hac Picena regione lapidibus pluit, qui ſtrages illas indicabant futuras: quas Italiæ intulit Annibal. Tit. Liu. lib.1. Firmiana olim dicta, teſte Blondo.

piciantes, populi Italiæ, Stephano, nimirum Picentes.

picis, montem vocat Iornandes eum, vnde Natizo fluuius originem ſumit. Hodie hunc montem *Veſcouo* appellari ex Blondo & Leandro intelligitur.

picneſi, Myſiæ ſuperioris populi ſunt apud Prol. *Eſſeh* Caſtaldo.

pictauium, ſiue Pictauia, Ptolemæo. Auguſtoritum, vernaculo idiomate *Poitiers*, Pictauorum ſeu Pictonum metropolis. Sunt qui Agathirſi atque Geloni filiorum Herculis ſucceſſoribus (qui Picti à poëtis vocantur) eius fundationem attribuunt. Hi enim ob concitatas ſeditiones domeſticas patria pulſi, in Angliam deuenerunt: inde numero & potentia aucti, nouis quærendis ſedibus, in Galliam traiecêre, vbi à ſuo nomine Pictones populi, hanc quoque ciuitatem condidiſſe feruntur. Aliter alij ſcribunt, cùm ex Pomponio & Mela & Plinio conſtet, antè etiam multò, quàm hi ex Anglia venerint, Pictonum extitiſſe memoriam. Vrbem circundat Clanius fluuius, qui in Viennam delabitur. Theatr. Vrbium.

picti, populi Septentrionales qui olim Britanniam inſulam ſubegerunt. Polyb. Hi hodie Scotica lingua *Phichtiaid* vocantur. Pictonum primus meminit Mamertinus in ſuo Panegyrico. Ex Lhuydi libello de Britannia Am. Marcellinus eos in duas gentes diuiſos ſcribit, in Vecturiones, & Deucalidonas, aut Dicalidonas. Vide Auguſtoritum.

pictones, Galliæ Aquitaniæ populi ſunt apud Plin.& Ptol.

pictoreus, rex, trecentos annos vixit. Plin.li. 7.c.48.

picuentum, Hiſtriæ vrbs mediterranea. Ptol. *Pinguento* hodie Leandro.

picumnus, deus, qui in ſacris Romanis adhibebatur Æmilius Macer in Theogonia.

picus rex Latinorum, Saturni filius, Fauni pater, Latini regis auus, augurio rum peritiſſimus, qui à Circe adamatus, cùm ſpreto eius coniugio, Carmentem Nympham duxiſſet vxorem, ab irata dea, virga percuſſus fertur & mutatus in auem ſui nominis. Quod idcirco fingi creditur, quoniam primus hac aue vſus eſt auſpiciis. Ouid.14. Metam.

picus, equorum domitor apud Virg. libro 7. Æneid.

Laurẽq; Ar. ylæ gerebat Picum equûm domitor.

pida, Ponti Galatici vrbs in Cappadocia. Ptolem.

piden, oppidum in Æthiopia ad ſinum maris rubri in Arabibus habitatum. Plin. lib.6. capite 29.

pidibotas, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum. Plin.

pidna, vide Caſſandrea.

pidorus, vrbs circa Athon montem. Herod.

pidoſus, inſulæ nouem, haud procul ab Halicarnaſſo. Plin.

pidytes, vir Percoſius ab Vlyſſe, vt ait Homer. Iliad.7. in bello Troiano interemptus.

piengitæ, Sarmatiæ Europæ gens. Prolem.

piephigi, Daciæ populi. Ptol.

piera, Peloponneſi fons, inter Elidem & Olympiam. Pauſan.

pieres, Macedoniæ populi circa Dardanos. Plin.

piera, mons & ciuitas Bœotiæ, quam pridie eius Lini pater ædificauit. Muſis ſacer, quam poſtea L. Tzetza *Lyn. es* appellatam tradit. vide Macedo-

Digitized by Google

Macedonia, Seleucia, Magneſia.

pieria, regio in finibus Macedoniæ, inter Axium & Aliacmonem fluuios, quam Macedones pulſis indigenis occuparunt. Plin. lib. 4. c. 10. Æmathia dicta à nemore ita appellata, cui nomen eſt Pieris, Hinc Muſæ Pierides dictæ creduntur, quòd in Pieria ex Ioue & Mnemoſyne natæ ſint. à Nigro *Veria* dicitur.

pieria, mons Thraciæ, in quo verſatus eſt Orpheus, Apollon. Schol. Syriæ mons in Caſſiotide regione, Ptol. Bœotiæ vrbs. Tzetza. Locus item in Lacedæmonia. Steph.

pieria Stephano vrbs in regione eiuſdem nominis. Ciuis. Pierietes, Pierites & Pierius. Alij ex Græcis Pieriam Thraciæ montem eſſe ſcribunt, in quo verſatus ſit Orpheus.

pierides, Muſæ dicuntur propter amœnitatem ac ſolitudinem Pierij montis, quod eæ ſecretis locis, propter ſtudia liberalia delectantur, vt inquit Sextus Pompeius. Dicuntur etiam à Pieria regione Macedoniæ. Cicer. 2 de natura Deorum, Pierias & Pierides à poetis appellari, quòd Pierio patre ex Antiopa natæ ſint, author eſt.

pierus, fluuius Achaiæ Propriæ, qui Pharas alluit. Pauſan. maris accolæ eum *Peirum* vocant. Pauſan. lib. 7. & Herodotus lib. 1. *Theuteas* vocatur quoque à Strabone lib. 8. Theſſaliæ item oppidum Plinius.

pierus, mons Theſſaliæ poſt Pheras in Macedoniam vſque protenſus, Plin. lib. 4. c. 8. In hoc monte quidam Muſas natas volunt, atque inde Pieridas appellatas, quanquam alij à Pieriæ regione, & alij rurſum à Pieri filiabus, quas cantu vicerunt dictas malunt.

pierus, Macedo quidam prædiues, qui ex Euippe vxore nouem ſuſcepit filias, quæ Muſas ad certamen cantus prouocare auſæ, & ab illis ſuperatæ, in totidem picas ſunt mutatæ: vnde poſtea Muſæ earum nomen velut trophæum vſurpantes. Pierides ſunt cognominatæ: quamvis alij à Pieria, quæ eſt Macedoniæ regio, alij à Piero Theſſaliæ monte ſic dictas velint, Oui. 5. Metam.

pietas Iulia. Vide Pola.

pigelaſus, vrbs Cariæ. Gentile, Pigelaſſes. Stephanus.

piginda, vicus Cariæ. Incolæ Pigindes, Steph.

pigmalion, Beli regis Tyri filius fuit frater Didonis: qui dum ardentiſſima auri cupiditate flagraret, animum ad Sichæi patruelis ſui theſauros appulit, illúmque ſpe potiundi auri ante aras, clàm & dolo interemit: cuius cædis cùm certior in ſomnis à marito Dido facta fuiſſet, ſumptis theſauris fugit, & Carthaginem condidit, ſcribe, Pygmalion.

pila, nomen loci, Soph. 1. Lat. contuſio, vel mortariolum.

pilatus, nomen procuratoris Iudææ à Romanis conſtituti, Luc. 3. qui Chriſtum morti adiudicauit. Matth 27. Luc. 3.

pigres, Halicarnaſſeus, frater Artemiſiæ vxoris, Mauſoli. Suid.

pigrum mare. vide Balticum.

piguntiæ, vide Peguntium.

pihachiroth, locus Ægypti circa mare rubrum. vide Traianus fluuius.

pilopaca legit Cluſius in antiquis inſcriptionibus, dicitque ſignificare fluuium Caſtellæ veteris in Hiſpania, vulgò *Piſuerga* dictum.

pilumnus, Iouis filius, eius Apuliæ partis, quæ poſtea Daunia dicta eſt, rex, qui Danaen Acriſij filiam, ad Apulum littus vnà cum Perſeo filio delatam, vxorem duxit, & Daunum ex ea ſuſcepit Turni patrem. Seruius Picumnum & Pilumnum fratres fuiſſe ait, quorum ille ſtercorandorum agrorum vſum inuenerit, vnde & Sterculinus eſt: Pilumnus verò, pilandi frumenti rationem: vnde & pilum ab ipſo nomen volunt accepiſſe.

pimoliſa, caſtellum Ponticæ regionis intra Halyn, à quo regio Pimoliſena: & ciuis, Pimoliſenus. Steph.

pimpla, mons, ciuitas, & fons Macedoniæ, olim à Thracibus poſſeſſus, in cuius radicibus fons fuit Pimplæus, & antrum Pimplæum, Muſis conſecratum.

pimpleides & Pimpleæ dicuntur Muſæ à fonte Macedoniæ Pimpleo, propter liquoris eius vnicam ſubtilitatem. Sunt tamen qui à Pimpla loco quodam iuxta Parnaſſum montem (de quo modò diximus) ſic appellatas tradant.

pinamus, vrbs Ægypti. Gentile. Pynamites. Steph.

pimprama, vrbs circa Indi fluminis partes ſuperiores. Arrian.

pinara, vrbs maxima ſupra Caunum Ciliciæ montem: Gentile, Pinareus, Steph. vide Artimneus, apud Stephan.

pinara, Lyciæ vrbs. Strabo. & Pieriæ in Syria: Cyrrheſticæ regionis, Ptol. Strabo & Plinius Apud Stephanum hæc etiam *Artymneſos* vocatur, idem addit omnia rotunda lingua Lyciorum *Pinara* diti.

pinaria, inſula maris Ægæi. Plin.

pinarius & Potitius Arcades duo ſenes quibus qualiter coli vellet, oſtendit Hercules, ſcilicet vt manè & veſperi ei ſacrificaretur. Perfecto itaque matutino ſacrificio, cùm circa ſolis occaſum eſſent ſacra repetenda, Potitius prior aduenit. Pinarius poſtea extis iam comeſis. Vnde iratus Hercules ſtatuit vt Pinariorum familia tantùm miniſtra eſſet: epulantibus Potitiis & complentibus ſacra, vnde & Pinarij dicti ſunt, ἀπὸ τῆς πείνης, id eſt à fame. Nam ſenem illum Pinarium conſtat alio nomine nuncupatum. Seruius.

M. pinarius Paſca prætor anno vrbis conditæ 571. Sardiniam tenuit, Corſos in Corſica domuit duobus millibus illorum in acie cæſis, qua clade compulſi illi obſides dederunt & ceræ centum millia pondo. In Sardinia ſimiliter contra Iluenſes ſecunda prælia fecit. Idem quum legem annalem ferret, diſſuaſor M. Seruilius, *Dic mihi* inquit, *M. Pinari num ſi contra te dixero, mihi maledicturus, vt feciſti cæteris? Vt ſementem feceris*, inquit, *ita metes*. Liuius 40. & Cic. 2 de Orat. vbi tamen pro Poſca perperam Ruſca legitur.

pinarius Natta in Iulium Montanum ortus & occaſus ſubinde inſerentem, quum quidam illum audiendum negaſſet: *At ego* inquit *paratus ſum illum audire ab ortu vſque ad occaſum*. Seneca. epiſt. 123.

pinarius, fluuius iuxta Iſſum vrbem, inter Ciliciam & Syriam. Stephanus Vide Tremile.

pintia, Ptol. lib. 2. cap. 3. hodie Valliſoletum, & vulgò *Valladolid*, nobiliſſ. totius Hiſpaniæ oppidum: Regis, Procerum, & nobilium ſedes eſt: ac proinde magnificis ædificiis, tam nobilium vſui, quàm rebus ſacris nitidiſſ. constructis, præ cæteris Hiſpaniæ ciuitatibus & ſuperbiſſimè exornatur. Ex opificum & mercatorum frequentia, ex vbertate ſoli & præterfluente amne Piſuerga, haud contemnendas vtilitates percipit.

pincianæ, vide Segeſtanæ.

pinciana porta. vide Pallatina.

pindarus. Vide Pyramus.

pindarus, poeta Thebanus, Lyricorum apud Græcos princeps, Æſchyli Tragœdi æqualis. Scripſit lingua Dorica Olympia, Pythia, Nemea, & Iſthmia, quæ etiam hodie extant. Fertur imprimis ſublimis verborúmque & ſententiarum copia, torrentis inſtar affluens: vnde & inimitabilem eſſe affirmat. Horatius libro quarto Carminum Ode ſecunda. Duas ſuſcepit filias à patre tibiam primum, mox ab Hermione lyram edoctus eſt, Lacedæmonij in reliquam Bœotiam ſæuientes Thebis pepercerunt. Huic etiam tantùm tribuit Alexander, vt cùm Thebas euerteret, & in omnes ſine diſcrimine ſæuiret, vnius Pindari penatibus, familiæque parci iuſſerit. De morte eius tradit Valerius, quod in gremio pueri adamati expirarit.

pindarus, Epheſiorum tyrannus, qui Epheſo in captiuitatis diſcrimine verſanti à Crœſo auunculo ſuo iuſſus diſcederet, ſeceſſit in Peloponneſum cum parte ſubſtantiæ, Paſidi tum filij tutela tum bonorum cura delegata. Ælianus de varia historia lib. 3. cap 26.

pindaſus, mons Troadis, in quo Cetius fluuius naſcitur, qui Pergamum præterfluit. Plin. lib. 5. cap. 30.

pindeniſſum oppidum quod M. Cicero imperator quum eſſet, oppugnauit, noménque ex eo oppido ſibi dari, ſicuti à Numantia deuicta, dictus eſt Numantinus Scipio, exoptauit. Cic. ad M. Cælium, Oppugnaui quinque & viginti diebus aggeribus vineis, turribus, oppidum Pindeniſſum munitiſſimum, tantis operibus, vt mihi ad ſummam gloriam nihil deſit, niſi nomen oppidi.

piadicitora, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum. Plin.

pindus, mons Perrhæborum, inter Arcadiam & Theſſaliam, Lapitharum olim ſedes: quem nonnulli etiam inter montes enumerant Muſis conſecratos.

pindus, Lapitharum ſedes, mons Theſſaliæ, Apollini Muſiſque ſacer, Acarnaniam, ab Ætolia diuidit, vt inquit Solinus, in eo inuenitur lapis Galactites. Sunt tamen qui hoc nomen cum ypſilo ſcribunt. Eſt & nomen vrbis Theſſaliæ, à Pindo monte appellatæ, iuxta quam eſt fluuius eiuſdem nominis. Strab. l. 9. Scholiaſtæ aliqui poetarum apud Græcos Pindum Arcadiæ montem eſſe ſcribunt, aut fluuium: alij montem eſſe Perrhæbiæ iuxta mare alij Theſſaliæ fluuium. *Mizzeuo* nunc dici tradit Sophian. *Lyncos* Liuio eſt l. 32. Eius verticem *Lacmonia* appellari tradit Iſacius in Lycophronem. vide Thermopylæ.

pinerum, locus non procul ab vrbe Rauenna, P. Diacono & Iornandi. *La pineda* adhuc hodie vocatur, ſpatioſiſſimus tractus ab vrbe Rauenna. Ferrariam verſus, pinis arboribus occupatus.

pinetus, Callaicorum Bracariorum vrbs. Ptol. in Hiſpania.

pingus, Dardanorum fluuius in Mœſia Europæa. Plin.

pinianæ, vrbs in Rhætia Lib. Notit.

pinna, Veſtinorum, qui Præguriis finitimâ magis ſunt Orientales, in Italia vrbs, inde Pinnenſes. Plin. lib. 3. c. 11. Leander tradit eam hoc æuo *Pinna* dici.

pinnarus vide Pyramus.

pinon, Daciæ oppidum, Ptolem. *Phiſtona*, Nigro.

pinſium, palatium Romæ eſt, ad Collatinam portam, quæ & ob id Pinſiana porta dicta eſt. Alexander, lib. 4. cap. 6.

pintia, vrbs Callaicorum in Hiſpania Tarraconenſi, & in Vacceis. Ptol. Vide Pincia, Hanc Carol. Cluſius *Valladolid*, illam Villanouanus *Choregy* vocat.

pintia, Siciliæ vrbs, Ptolem. in qua olim Ptol. lucis templum. *Terra di pulice*, Leandro. *Hic* multa antiquitatis monumenta oſtendi *idem* ſubiungit. Niger Pintiam hanc *Saccam* vocat. *Phintia* in numis Goltzij legitur. *Phintienſes*

liabre

habet Plinius. *Phitinianum* videtur apud Antoninum nomen habere.

pinton, inſula eſt inter Sardiniam & Corſicam.

pinythus, Cretenſium epiſcoporum clariſſimus, floruit ſub anno ſalutis 176.

pinythus, nobilis grammaticus Romæ vnà cum Epaphrodito liberto Neronis. Pauſ.

pinzon, Thraciæ oppidum. Procop.

pion, mons circa Epheſum. Plin. & Pauſan.

piones, populi in Myſia Aſiæ, quæ ſupra Caicum amnem ſita eſt ab vrbe dicti, quam Pionis conditor Pionias vocauit.

pior, Monachus inſignis, cùm de domo patris ad philoſophiam conuerſionis exiret, promiſit denuò nullum ſe propinquorum fore viſurum. Poſt quinquaginta verò annos cùm ſoror eius ipſum videre vellet, non ceſſabat, donec eum inſpiceret: quam dum epiſcopus loci iam grandæuam propterea videret affligi, ſcripſit præſulibus eremi, vt Piorem mitterent: ille autem obediens, & quendam aſſumens, venit ad patriam. Cúmque ad ianuam domus ſuæ acceſſiſſet, & ſuum nuntiaſſet aduentum, veniente germana, clauſis oculis dixit: Ecce ego ſum Pior, quantumvis (ô ſoror) aſpectu ſatiare. Tum illa, gratiis actis, Deum laudauit. At ille, oratione facta rediit in eremum. Is verò ambulans comedebat: cur autem id faceret, à quodam interrogatus, ita reſpondit: Non (inquit) volo veluti neceſſario vti cibo, ſed tanquam extraneum aliquid agere. Pro qua re ab alio rogatus, ait, Ne, dum comedo, anima voluptatem ſentiat corporalem, Socrat. lib. 8. c. 1. hiſt. tripart.

pipinus, Caroli magni pater Franciæ regnum virtute adeptus, cùm ex regio genere natus non eſſet ob ignauiam ſcilicet eius qui tum regnabat. Annales Franciæ.

piquentum, Ptol. lib. 3. c. 1. vrbs Iſtriæ.

piræa, ciuitas inſignis, Amiſus olim dicta, vt teſtatur Strabo lib. 12. Mileſij eam condiderunt priùs: deinde Cappadocus princeps, vt refert Theopompus: poſtea ab Athenocle & Athenienſibus habitata fuit & Piræa nominata.

piræus, dictio triſyllaba, eu diphthongum habens in vltima, portus Athenarum, 400. capax nauium, muro duorum millium paſſuum vrbi coniunctus. Dicitur & Piræus Stephan. Eſt enim πειραιεὺς, vicus in Hippothoontide tribu, cuius tribulis ſimiliter Piræus, poſſeſſiuum Piraicus, hodie *Portelione*, vt Marius Niger habet, à Leone quodam Marmoreo ibidem in littore adhuc iacente. Theuetus addit eum Turcis & Arabibus *Calen*, & incolis Græcis *Draquo* nominari. Vide Athenæ & Amiſus.

piræeus, portus Corinthię regionis: inueniuntur & alia deriuatiua. Piræates, Piretes, Piretis, & locus in Delo, item Hippothoontidis tribus. Steph.

piraſia. Vide Pireſia.

pirene, nes, Straboni & Suidæ, fons ad radicem Acrocorinthi, Muſis ſacer, non copioſas ille quidem, attamen perſpicuas, potiúſque ſuauiſſimas habens aquas, *Caballinus* fons dicitur Perſio.

pireſia, Theſſaliæ ciuitas, olim Aſterion dicta. Stephan. & alibi, vrbs Magneſiæ: inde Piraſicus, fœmin. Piraſis: dicitur etiam Pireſius. Inuenio & alibi apud Græcorum ſcholiaſtes πειρεσίαν, regionem aut ciuitatem eſſe prope Phileum Macedoniæ montem.

pirheicus, egregius ſculptor in paruis imagunculis. Plin.

pirides, inſulæ in mari Ægeo. Antonin.

pirina, Siciliæ oppidum, Antonin.

pirithous, Ixionis filius, non ex Nube, quemadmodum Centauri, ſed ex legitima vxore, firmiſſimo amicitiæ fœdere Theſeo coniunctus, cuius etiam ope Centauros, qui ſibi Hippodamen ſponſam præripere conabantur, ſuperauit. Mortua autem Hippodame, ita illi cum Theſeo conuenit, vt vxorem, niſi ex Ioue natam, nullam ducerent: & cùm iam Theſeus Helenam Iouis & Ledæ filiam rapuiſſet, nec alia eo temporis noſceretur, quæ Iouis eſſet, propter Proſerpinam Plutonis coniugem, ad rapiendam illam ſimul profecti ſunt ad inferos. Verùm Pirithous primo impetu à Cerbero interfectus eſt: cui cùm Theſeus opem ferre conaretur, viuus in Ditis poteſtatem peruenit, & ab eo in catenis eſt ſeruatus, donec Hercules ab Euryſtheo ad inferos miſſus eum liberauit.

D. Pirminius ex Augia maiore, Germaniæ inſula, omnes venenatas effugauit beſtias, adeò vt in hodiernum vſque diem in ea non inueniantur, & illatæ non maneant, aut moriantur. Munſter. l. 3. Coſm.

piroboridaua, Myſiæ inferioris oppidum, Pto. *Brailano* nominatur à Nigro.

pirous, nomen fuit herois cuiuſdam. Homerus Iliad. 2.

pirum, Daciæ vrbs, Ptol.

pirus, Lambraſi filius, Thracum princeps, profectus ad bellum Troianorum, à Thoante Ætolorum rege interficitur. Homer. 4. Iliad.

piruſtæ, Cæſari, Ptolemæo & Liuio, Illyridis populi ſunt verſus Macedoniam. Pannonum vocat Strabo, *Albaneſi* Vigenereo fortè.

piſa, Piſæ, ciuitas in Elide, Peloponneſi regione, iuxta Alpheum fluuium, circa quam quinto quoque anno celebrabantur certamina Ioui ſacra quæ Olympia dicebantur. Ex hac vrbe ortum traxerunt, qui Piſas in Tuſcia condiderunt. Hinc Piſæus, ſæa, ſæum.

piſa. Steph. fons Olympiæ & regio, in qua

conſtructum eſt Iouis templum, vbi Olympiacum certamen celebratur. Aliqui Piſam dictam ſcribunt à Piſo Apharei filio, vel à Piſa filia Endymionis: poſtea Olympiadem appellatam, & piſæi Iouis templum habuiſſe. Gentile, piſates, & piſæus.

piſæ, piſarum, Tuſciæ oppidum inter Arnum & Auſerem amnes, à Piſæis conditum, Elidis populis. Strabo lib. 5. qui Neſtorem ad Ilium ſecuti, in reditu tempeſtate diſiecti, alij quidem Metapontum, alij litus Tyrrhenum tenuerunt. vbi à nomine relictæ patriæ, Piſas condiderunt. Hodie *Piſa* dicitur. *Piſſa* duplici ſſ habet Ptolemæus. *Alpheas Piſas* vocat Virg. lib. 10. Æneid.

piſander, filius fuit Bellerophontis, quem in Solimo bello cecidiſſe Homerus ait Iliad. 9.

piſander Camireus (Camirus autem ciuitas eſt Rhodij) Eumoldi tempore, poeta, vt nonnullis placet, antiquior Heſiodo.

piſander Lycaonius, ſub Alexandro Mammea verſificator, ſcripſit variam hiſtoriam.

piſander Neſtoris filius. Suid.

piſandris, Venetorum claſſis ductor, anno ſalutis 1379.

piſaon, in Pelagonia eſt: Gentile, piſæus: Stephanus.

piſaurus, fluuius Piceni, à quo Piſaurum ciuitas Vmbriæ ei ſuperpoſita, nominata eſt: hodie *Peſaro* dicitur. Seruius verò ſcribit Piſaurum dictum quòd illis aurum penſatum ſit. Nam quum Camillus Gallos interemiſſet, aurúmque quod Galli à Roma acceperant pro Capitolio non euerſo, recepiſſet, & ſigna ciuitati appendiſſet, ciuitati non dedit Plin. lib. 3 cap. 4.

piſca, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

piſcena, Galliæ Narbonenſis oppidum, Plinio. *Peſenas*, I Poldo.

piſcuri, Aſiæ populi inter Dahas. Strabo.

piſenor Centaurus, Ixionis & Nubis filius.

piſeus, Rex Tuſciæ, anno ante Romam conditam, 260. æneam tubam inueniſſe dicitur. Plin. lib. 7. c. 56.

piſidæ, antea Solymi vocari à Solymo Iouis & Chaldenæ filio: populus eſt barbarus iuxta Aſpendum & Ciliciam habitans: vt ait Steph.

piſidia, diæ, Aſiæ regio, Lycaoniæ, Iſauriæ & Pamphyliæ finitima, cuius oppida enumerantur Selga, Sagalaſſum, Pernelifſum, Adadata, Brias, Grenna, & alia nonnulla. Populi, Piſidæ, antea Solymi dicti, Plin. lib. 20. c. 27.

piſidon, portus in Africa propria, Ptolem. *Moarat*. Marmolio.

piſilis, Cariæ oppidum, inter Calbin fluuium & Caunum vrbem. Strab.

piſinates, Vmbriæ populi. Plin.

piſinda, Africæ propriæ & Pamphyliæ vrbs. Ptolem.

piſingara, Armeniæ minoris oppidum. Ptol.

piſinoe, vna Sirenum.

piſis, vrbs & mons Armeniæ vel Suſianæ: Ciuis, Piſideus. A Piſidia fit etiam Piſideus. Stephan.

piſiſtrati inſulas tres habet Plinius circa Epheſum, quas nominat, Anthinæ, Myonneſos, & Diareuſa.

piſiſtratus, Hippocratis filius, Athenienſis tyrannus, clarus genere, eloquentia verò tanta, vt ea deliniti Athenienſes libertate, qua nihil charius habebant, ſe ſponte exuerent, illiúſque facundiæ ſanctitatem Solonis, qui numen fuerat ciuitatis, poſthaberent. Artes liberales maximè fouit. Bibliothecam primus Athenis publicauit, quam Xerxes vrbe potitus, ad Perſas tranſtulit. Eam deinde multis pòſt annis Seleucus Nicanor reſtituendam curauit. Trog. lib. 2.

piſiſtratus, Lariſſæus hiſtoricus. Suid.

piſiſtratus, Neſtoris & Eurydices filius, quem pater Telemacho comitem addidit in Laconiam profecturo, vt Menelaum de patre percontaretur. Hom. 3. Odyſſ.

piſiſtratus, Orchomeniorum rex, cùm nobilitatem odio inſectaretur plebis ſtudioſus erat, quare in ſenatu eum necare decreuerunt. Diſcerptum igitur, intra ſinus condunt, ac ſolum emundant. Plebeia dehinc multitudo, concepta ſuſpicione, in curiam aduolat. Regis autem filius ætate minor, nomine Teleſimachus, conſpirationis conſcius, ex curia turbam extraxit. Patrem enim ſupra mortalem ſpeciem ad Piſæum montem, magna velocitate, deferri commentus eſt, eáque fraude plebem obduxit. Plut. Paral.

piſones, appellati ſunt quidam Romani nobiles, quod optimè piſa ſererent, ſicut à lente Lentuli. Et hi quidem è Calphurniorum proſapia fuere, quæ à Numa rege deſcendit. Calphurnius enim Numæ filius fuit, vt ait Feſtus.

piſonis villa, prope Baias quam ferunt Neronem ſæpius animi gratia adiiſſe. Tacit. annal. 1. hodie, *Trugito*.

piſonos, Armeniæ minoris vrbs. Anton.

piſſantini, populi in Macedonia. Polyb.

piſſirus, vel Piſtyrus, Thraciæ vrbs. Herod.

piſtirum, Thraciæ emporium. Steph.

piſtor, Iupiter dictus eſt, quòd Romanos, quo tempore à Gallis obſeſſi propter famem de deditione cogitabant, in ſomnis admonuiſſet, vt ex omni frumento quod habebant, panes facerent, eóſque in hoſtium caſtra iacerent. Ita enim futurum, vt deſperata victoria Galli animis conciderent, atque ipſi ſuperatis hoſtibus obſidione liberarentur. Ouid. 6. Faſtorum.

Eſſe Ceres viſa eſt, iaciunt Cere alia dona
Iacta ſuper galeas longáque ſcuta ſonant.

Piſſa

Poſſe vinci ſpes excidit hoſte repulſo:
Candida Piſtori ponitur ara Ioui.

Piſtoria ciuitas, quam Ptole. ponit inter mediterraneas Tuſciæ ciuitates: eſt enim inter Florentiam & Lucam. A qua Piſtorienſes. Plin. lib. 3. cap. 4. hodie *Piſtoia* dicitur, & Piſtorium & ad Piſtores Anton.

piſtris, nomen nauis apud Virgilium libro 5. Æneidos. Alij legunt, Priſcis.

piſye. vrbs Cariæ: dicitur etiam Pitye: Gentile, Piſyetes & Pityares. Capito Pityuſſam vocat & Steph.

pitane, ſiue Pitana, vrbs Æolidis in Aſia, non procul à Caici fluminis oſtio, duobus inſignis portubus: cuius incolæ Pitanæi & Pitanitæ nominantur. Ouidius 7. Metamorph. Fama eſt apud Pitanam lateres inuentos eſſe, qui ſuper aquas innatarent, quod & de aliis locis traditum eſt, Ouid. 7. Metam.

Æolicam Pitanen à læua parte reliquit.

Hinc Pitanitis regio, & Nympha Pitanitis. Step.

pitane, Laconiæ oppidum: cuius incolæ Pitanatæ dicuntur. Hermolaus apud Pli. Eſt item vrbs Troadis, apud Strab. quam Zardus *S. Georgio* vocat.

pitane, vrbs ſita in ripis Eurotæ, à Pitana heroina Eurotæ filia. Pindarus in Olympiis.

pitanus, Corſicæ fluuius apud Ptolem. *Talabes* hodie.

pitaon, Cariæ vrbs, à Pitao Phryge Midæ amico dicta: Gentile, Pitaeis. Steph.

pitara, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum. Plin.

pitea, vide *Lampſacus*.

pithecon colpos, id eſt eſt Simiarum ſinus, portus in Lybia iuxta Carthaginem: Gentile, Pithecolpites. Steph.

pithecuſa, ſæ, vel Pithecuſæ, ſarum, Stephano, inſula Campano littori adiacens, non procul à Neapoli, à Virgilio Inarime dicta, à quibuſdam etiam Ænaria, à ſtatione nauium Æneæ. Dicta Pithecuſa (vt Ouid. lib. 14. fabulatur) à Cercopibus teterrimo hominum genere, quorum fraudem periuriumque exoſus Iupiter in ſimias eos commutauit, & in hac inſula collocauit. Græci etiam ſimias πιθήκους appellant. Verùm hanc nominis rationem tanquam fabuloſam rejicit. Plin. libro 3. cap. 6. docétque Pithecuſas non à ſimiis appellatas, ſed à figlinis doliariorum. Dolia enim Græci πίθους vocant. Habet autem hæc inſula in vertice oppidum eiuſdem nominis.

pitheus, vir quidam fuit Xerxis temporibus omnium ſuæ ætatis ditiſſimus, qui auro ſemper inhians, auri fodinas iugiter exercebat. Is quum aliquando ex peregrinatione domum eſſet reuerſus, & cœnam parari poſtulaſſet, eius vxor auream menſam illi apponi iuſſit, in qua omnia ex auro fabrefacta obſonia: ac primo quidem aſpectu gauiſus eſt Pitheus: quo tandem ſatiatus, quum eſurire ſe vociferaretur, neque ſe aurum id temporis expoſcere diceret, inquit vxor, Tu nullius rei, præter hanc vnam, habendæ facultatem præbes. Hiſtoriam narrat pluribus Plutarchus. Plinius vocat Pithicum lib. 33 c. 10.

pithniſſa, vrbs Lycaoniæ: Gentile, Pithniſſæus Stephan. Apud Stephanum, ſcribitur. Pitniſſa.

pitho, dea flexanima, illa dicendi preſes, quam Ennius Suadam, Quintilianus perſuadendi ideam. Horatius Suadelam & poetica mella Cicero Leporem appellat. Plin. Colebatur & Diana cognomine Pitho Corinthi: vna ex Atlantidibus.

pithodemus, luctator egregius: cuius ſtatuam fecit Dinomenes. Plin. lib. 34 c. 8.

pitholai, promontorium circa Arabici ſinus fretum in Æthiopia. Strabo.

pitholeon Rodius, poeta triuialis & abiectus, qui quum in confinio, vtriuſque linguæ natus eſſet, confuſo ſermone Epigrammata, quædam futilia conſcripſit, in quibus perquàm ridiculè Græca Latinis miſcuit, cuius meminit Horatius, primo Sermo Satyr. decima.

pithonabaſtæ, Indiæ extra Gangem vrbs. Ptolem.

pithonoſcome, locus in Aſia, in campis patentibus, vbi primo aduentus ſui tempore ciconiæ congregantur, & eam, quæ vltima aduenerit, laniant vniuerſæ, atque ita abeunt.

pithos, vicus in tribu Cecropide, Incola, Pitheus. Nomen eſt ἀπὸ τῶν πίθων, id eſt, à vaſis, ſeu doliis, quæ illic fiunt. Steph.

pithumus, vide *Pilumnus*.

pitnum, Vmbrorum Mediterraneum oppidum. Ptol.

pitniſſa, oppidum in Lycaonia. Steph.

pitornius, qui per medium lacum Fucinum Marſorum ita decurrit, vt eius aquæ ſtagno non miſceantur, inquit Vib. Sequeſter. Hunc fluuium à Plinio Iuuencum dici ſcribit Blondus, & eum ſecutus Leander, ſed in emendatis Plinij exemplaribus pro Iuuencus *Inuectus* legitur: ſic enim lib. 2. cap. 103. Vt in Fucino lacu Inuectus amnis, in Lario, &c.

pittacus, Philoſophus Mitylenæus, vnus ex ſeptem Græciæ ſapientibus, qui ex Leſbo tyrannum Melanchrum depulit, exortóque deinde inter Athenienſes Mitylenæoſque bello, Phrynomem hoſtium ducem ad ſingulare certamen prouocauit, retíque quòd occultè ſecum attulerat implicitum facilè ſuperauit. Qua ex pugna Retiatiorum & Mirmillonum factiones originem ſumpſiſſe putantur: fuit autem tempore Crœſi regis. Huius illud prouidere

oportet, ne caſus veniant, ſi fortè venerint æquo animo tolerare. Fuit alter Pittacus legiſlator (Fauorinus & Demetrius in Homonymis) qui minor eſt appellatus. Ælianus de varia hiſtoria pittacum quendam commemorat, qui de mola piſtrina encomium conſcripſit, vt in paruo argumento vim dicendi oſtentaret. Idem de ſapiente dicit, eum in templo Fortunæ ſcalam conſtituiſſe, vt eius exprimeret effectum, cùm multi in vita mortales aſcendant, deſcendántque.

pittheus, thei, Theſei auus maternus, qui Trœzene regnauit: de quo vide Plutarc. in vita Theſei. Hinc Pittheis, patronymicum fœmininum, quo poetæ vtuntur pro Æthra Pitthei filia, matre Theſei. Ouid. in epiſt. Ariadnes ad Theſeum.

pitulani, Plinio ſunt Vmbriæ populi, quos cognominat piſuertes & Mergentinos.

pitulum, Latii oppidum, Plin.

pityæ, vide *Pitya.*

pityaſſus, Piſidiæ vrbs. Strabo.

pityea, vrbs inter Parium & Priapum. Steph. Liburnidis item inſula in Hadriatico mari. Apoll. Vide Lampſacus.

pitynda, Metropolis Indiæ intra Gangem. Ptol.

pityoneſus, inſula Peloponneſi, contra Epidaurum. Plin.

pityus, oppidum opulentiſſimum in regione Colchica, è regione Sarmatarum, qui Caucaſi montis iuga incolunt, Plin. lib. 6. cap. 5. Item eiuſdem regionis fluuius.

pityuſa inſula, quæ Miletus dicitur, & vrbs Lampſacus poſtea vocata, vt ſuprà diximus.

pityuſſa, vide Miletus & Piſiæ Phaſelis etiam vrbs Pamphyliæ, pityuſa prius dicta eſt. Steph. vide Piſyæ.

pityuſſæ, inſulæ à Græcis dictæ à frutice pineo monumentis ſcriptorum inclytæ. Stephan. inſulæ diuerſæ ſunt. Alcman *πιτυώδεις* vocat: vide Ebuſus.

pius Romanorum epiſcopus nonus, anno ſalutis 144.

pius II. Romanorum epiſcopus, vir doctrina ingenio clarus, Æneas Syluius antea dictus, anno 1459.

pius III. pontifex Romanorum, anno ſalutis 1503.

pius Metellus nominatur, quòd à Furio tribuno patris reditum exorauit. Antonius quoque Imperator pius dictus eſt, quòd animam à belli ferocitate alienam haberet, mallétque viuum, vt ajebat, ciuem ſeruare, quàm mille hoſtes trucidare. Dion Alex. lib. 1. c. 9.

pixodotus, vnus ex filiis Hecatomni Cariæ Regis frater Artemiſiæ eius quæ Mauſolum conſtruxit. Strab. lib. 14.

pixus, oppidum Lucaniæ à Latinis Buxentum appellatum. 1 li. li. 3. c. 5. Scribendum, pyxus.

P L

place, vrbs Helleſponti, Ciuis, placius: Gentile, placianus. Steph.

placentia, Hiſpaniæ vrbs in Caſtellæ regno, Vaſæus.

placentia, Stephano ciuitas Liguriæ ad Trebium amnem, ne procul à Pado. Plin. lib. 3. c. 15. vnde placentinus, poſſeſſiuum. Cicero de clar. Orat. *Piacenza*, hodie Gall. *Plaiſance.*

placia, Myſiæ oppidum, iuxta Cyzicum, Mileſiorum oppidum. Plin. lib. 5. cap. vlt. *Palatum* Strabonis eſt, vt putat Stukius.

placiadæ, Atticæ municipium. Suidas.

placidia, virgo, Valentiniani Imperatoris & Eudociæ filia, quæ repudiatis opibus, nulli rei præterquàm ſaluti ſtudebat.

placiadæ, ſunt incolæ viri cuiuſdam regionis Atticæ apud quos moris erat, adulteros punire grauiter, impactis in pudendam corporis partem raphanis, qui apud illos miræ magnitudinis eſſe dicuntur. Quòd ſi raphani fortaſſe non fuiſſent ad manum, ſtelæo vtebantur, id eſt, ligonis ligno. Vide prouerbium placiadæ, apud Eraſm.

placideianus, ſeu pacidianus, fuit gladiator, & quidem præſtantiſſimus, vt ex Lucilij verſibus apparet, quos profert Nonius Marcellus de var. ſignif. ſerm. in verbo Componere.

placidianus, Conſul cum Ann. Tacito, anno vrbis 125.

placidus, Cos. cum Romulo, anno vrbis 195.

placilla, Theodoſij Magni Imp. vxor non regni faſtigiis elata eſt, ſed potius amore ſuccenſa diuino. Repentè ergo vt venit ad purpuram, claudorum atque debilium maximam habebat curam, non ſeruis, non aliis miniſtris vtens, ſed per ſeipſam agens, & ad eorum habitacula veniens, & vnicuique, quod opus haberet, præbens. Sic etiam per eccleſiarum xenodochia diſcurrens, ſuis manibus miniſtrabat infirmis ollas eorum tergens, ius guſtans, efferens cochlearia, panem frangens, cibóſque miniſtrans, calices abluens, & alia cuncta faciens quæ ſeruis & ancillis mos eſt ſolemniter operari. Illis autem, qui ei talia nitebantur prohibere, dicebat: Aurum diſtribuere, imperij eſt opus: Ego autem pro ipſo imperio hoc opus offero bona mihi omnia conferenti. Nam viro ſuo ſæpe dicere erat ſolita. Oportet te ſemper marite, cogitare quid pridem fueris, quid modò ſis: hæc ſi ſemper cogitaueris, ingratus benefactori non eris, ſed imperium, quod ſuſcepiſti, legitimè gubernabis, & harum rerum placabis auctorem. Theod. libro 5. cap. 31. hiſtor. trip.

placus, vel placuſius, Ciliciæ mons. Heſych.

pladaræi, populi Septentrionales: Gentile, pladaræus, vel pladarites Steph.

plagereum ſiue Cymba, locus eſt Siciliæ, apud Antoninum inter Agrigentum & Syracuſas.

plagia, Liguriæ portus, xv. M. P. à Vintimilio, Anton.

plagiaria, Antonino Hiſpaniæ vrbs, inter Olyſipponem & Emeritam.

plamus, vrbs Cariæ: Gentile, plameus. Steph.

planaria, inſula vltra Corſicam à ſpecie ſic dicta, quòd æqualis freto exiſtat, ideóque nauigij fallax. Plin. lib. 3. c. 6.

planaſia, Straboni inſula eſt poſt Stœchades. Fazellus, eam *Sarduni* vocari ait. Sed L. Poldo vrbs eſt Occitana, quam vulgo *Le pont S. Eſprit*, appellant. Vide Stœchades.

planaſia, inſula in mari Tyrrheno, non longè ab Ilua. Ptol. lib. 3. c. 1.

planeſia, Hiſpanica inſula exigua, circa Ferrariæ promontorium, aut Dianium, vt Stra. vocat lib. 3.

plancius, Romanus quidam, cuius extant epiſtolæ luculenter ſcriptæ. Qui (teſte Euſebio) cùm Galliam Comatam regeret, Lugdunum condidit.

planctæ, Apollonio Argonautico ſunt Inſulæ circa Scyllam & Charybdim Cyclopum ſcopuli, apud Plin.

plangenſes, Vmbriæ gens, apud Plin.

plataei, populi Epiri. Steph.

plaraſia, vrbs Cariæ: Gentile, plaraſſeus, Steph.

platææ, arum, Stephano, ciuitas Bœotiæ, ſub Cithærone monte non longè à Thebis. Dicta à latitudine nemorum. Strab. lib. 9. Platæenſes autem remigatione victum quæritabant. Non procul ab hac vrbe Pauſanias & Ariſtides Mardonium Xerxis ducem & conſobrinum ſuperauêre. Stat. 6. Thebaid. Eodem nomine eſt inſula in mari Libyco, quaſi oppoſita ad Cyrenem, Herodot. lib. 4. cuius ciues, inquit Stephanus πλαταιεῖς: regio Plataica dicitur. Cæterùm à Platæis Bœotiæ, quas Homer. in ſingulari πλάταιαν nominauit, ſimiliter platæis vel platæatis.

platage, inſula inter Eubœam & Andrum: quondam patage, nunc Amorgos appellatur. Plin. lib. 4. c. 11.

platamodes, Peloponneſi locus à Coryphaſio diſtans cxx. ſtadiis. Strabo.

platanæus, Bithyniæ fluuius. Plin.

plataniſtus, promontorium eſt peloponneſi, cuius meminit. Plin. lib. 4. c. 5. Eſt item Arcadiæ fluuius. Steph. & Æolidis promontorium. Plin. Item pamphiliæ aut Ciliciæ maritimus locus. Straboni.

platanius, Bœotiæ flumen. Pauſ.

plate, inſula ante Troadem. Plin.

platea, inſula in mari Ægæo, quæ & paros & Minois dicitur. Eſt item inſula Libyæ: Gentile, plateates & plateites Steph.

platanos, vrbs phœniciæ: Gentile, plataneus, Steph.

plateis, inſula iuxta Lyciam: Gentile, platæus.

platiæ, inſulæ Creticæ, ante Sammonium promontorium. Plin.

platina, homo doctus & antiquitatum ſtudioſus, ſcripſit de vita & moribus pontificum Romanorum. Alex. lib. 3. c. 9.

platius Syluanus, Conſul cum Iulio Seuero, anno vrbis 593.

plato, philoſophus inſignis, ſectæ Academicæ princeps, Ariſtonis & Parectoniæ filius, ex humerorum latitudine ſic dictus, cùm antea ex aui nomine Ariſtocles vocaretur. Hic adhuc adoleſcens palæſtra ſe exercuit: picturæ operam dedit: Tragœdiáſque & poemata quædam conſcripſit. Poſt hæc ad Socratem ſeſe contulit, ſub quo breui tantùm in philoſophia profecit, vt non immeritò diuinus Plato, & philoſophorum Homerus fuerit appellatus. Is quod ad Dialecticam pertinet, primus res ipſas diſtinxit, ſuperauítque in diſputatione: quo modo plurimas, quas habuere antiqui, dubitationes ſuſtulit. Fuit varius, multiplex, & tantæ eloquentiæ, vt Iouem (ſi Græcè voluiſſet) platonicè loquuturum philoſophi dicerent. Athenis primùm Socrati dedit operam. Deinde dum licuit per ætatem, in Italiam profectus eſt, vt pythagoreos audiret vt philolai Crotoniatæ librum de ſecta pythagorea centum minis etiam in rei familiaris difficultate mercatus eſt, ex quibus multa in ſuum Timæum tranſtulit. In Ægyptum deinde properans, vt audiret Gymnoſophiſtas, oleum (ait Plutarch.) ſecum mercaturæ gratia vexit, vt viatico ſuppeditaret, vt libros Moſis legiſſe creditur. Ter in Siciliam nauigauit, primùm Ætnæ flagrantis viſendæ gratia, vt Apuleius ait. Reuerſus, apud Æginam captus eſt à piratis, ac minis triginta venundatus: deinde à Nicete Cyrenæo redemptus. Iterum rediit ſub nomine Dionyſio, ſpe liberandi Siciliam. Sed paulò poſt expulſo Dione, & ipſe ſuſpectus remigrauit. Tertiò, quum maximè nollet, rogatus ab Archita, vt Dionem tyranno reconciliaret, iter ingreſſus, ab eodem Dionyſio obuiam procedente, quadrigis exceptus eſt. Demum in ſuſpicionem veniens, vix rogante, & ſpondente pro eo Archita, dimiſſus. Dialogum primus illuſtrauit, licèt prius, vt aiunt, inuentum à Zenone Eleate, vt Ariſtoteles tradit: vt Fauorinus ab Alexamene Teio. Deceſſit annos natus 81 morbo, vt fertur, pediculari, Vita fuit cœlebs, ac caſtus, vt Auguſtinus ſcribit: de quo plura vide apud Plutarch.

plato alter, Athenienſis, poeta priſcæ comœ-

diæ, tempore Ariſtophanis & Eupolis,cuius fabulas Suidas & Athenæus commemorant in Dipnoſophiſtis. Tres item alios Diogenes Laërtius commemorat: vnum Rhodium philoſophum, diſcipulum Panætij: alium peripateticum de Ariſtotelis ludo: tertium Praxiphanis diſcipulum.

plato, Martyr quidam fuit, qui pro fide Chriſtiana imperante Maximiano paſſus eſt, patern ámque hæreditatem,dum viueret, pauperibus eſt largitus.

plautianus, conſul cum Gæta Cæſare, anno ab vrbe 955.

plautius. poeta comicus Gell. lib. 3. c. 3.

plautius, Romanus quidam quum ob vxoris obitum dolore incredibili torqueretur,mortémque appeteret,in rogum ſe coniecit, quem togatum calceatúmque corpori vxoris iunxerunt amici. Author Valer. Max de amore coniugali.

plautus, poeta comicus Farſinas (cùm vulgò Sarcinas corruptè ſcribatur) Plotus ab initio,teſte Feſto appellatus à pedum planitie, quos plotos Vmbri vocant. Si quando à mola aſinaria vocabat,cui addictus ob paupertatem erat, fabulas componebat,quas venditaret. Hic cæteris comicis præfertur, ſententia multorum, præſertim Varronis, qui ait, Si Muſæ Latinè loquerentur, Plautino ſermone loquerentur.

plaxura, Nympha, Oceani & Tethyos filia. Heſiodus in Theogon.

plecuſa, ancilla Dianæ fuit, cuius meminit Martial. li. 2.

Et cecidit ſectis iſta Plecuſa comis.

plegerium, Indiæ oppidum ad Choaſpen fluuium. Strabo.

plegra, templi Delphici incenſor, anno ferè antè Romam conditam 700.

plegra, Paphlagoniorum in Sicilia vrbs. Ptol.

pleiades, ſeptem ſtellæ inter os Tauri, & caudam Arietis ſitæ. Higyn. in Aſtron. poetico quæ ortu ſuo primæ nauigationis tempus oſtendunt, vnde Græcè Pleiades dicuntur, ἀπὸ τῦ πλεῖν, quod eſt nauigare. Latinè Vergiliæ dicuntur à verni temporis ſignificatione, quo oriuntur. Nam circa æquinoctium vernum, earum ortus matutinus eſt. Has poetæ Atlantis filias faciunt ex Pleione Nympha: vnde & Pleiadum nomen tractum eſſe quidam exiſtimant. Sunt qui putent Pleiadas dictas, quaſi πλείονας, hoc eſt plures, quò d nunquam ſingulæ appareant, ſed omnes ſimul,præter Meropen,quæ vix conſpici poteſt. Pherecides has tradit ſeptem ſorores fuiſſe. Lycurgi filias,ex Naxo inſula, Liberi patris nutrices,ab Ioue inter ſydera relatas. Harum nomina putantur, Electra, Alcyone, Celæno, Maia, Aſterope, Taygete, Merope: quarum ſeptima vix cerni poteſt, cuius rei cauſam afferunt,quòd cùm reliquæ ſorores diis nupſiſſent, ſola Merope mortali viro Siſypho nupſerit: quam ob cauſam, veluti pudibunda,latitat. Alij putant hanc eſſe Electram, & idcirco obſcuriorem videri, quod excidium Troianum ſpectare non potuerit,ſed oculis manum oppoſuerit. Alij ferunt eas in cœlum aſſumptas,& in ſtellas eſſe mutatas ob pietatem, quod Atlantis calamitatem perpetuo fletu proſecutæ ſint, vel quòd, cùm perpetuam virginitatem ſeruare decreuiſſent, & ob id Dianæ ſtudia ſequerentur. Orionem verò, qui illarum amore captus eas perſequebatur, effugere non poſſent, implorato Iouis auxilio, in ſtellas mutatæ ſunt. Pleiadum fabulam explicat N. Comes myth. li. 4. c. 7.

Pleione Nympha Oceani & Tethyos filia, vxor Atlantis ex qua Pleiades ſuſcepit.

plemmyrium, fluuius Siciliæ agrum Syracuſanum,per quem labitur, crebris rigans inundationibus. vnde & nomen videtur accepiſſe ἀπὸ τῦ πλημμύρειν, quod eſt exundare. Steph. caſtellum Siciliæ eſſe ſcribit per ſimplex m, perperam. vt videtur. Incola Plemmyriates,vel Plemyrates: hodie *S. Martiani* Fazello: & Plemmyriam inſulam habet. Fortè eſt Ortygia, quam Virgilius contra Plemmyrium promontorium ponit, & quam Pauſanias lib. 3. & in calce li. 8. Syracuſarum inſulam cognominat.

Plenneus, Sicyoniorum rex xi. anno ab inundatione aquarum. 634.

Pleræi, circa Dalmatiam gens. Strabo.

Pleumoſij, populi ſunt inter Belgas, ſub imperio Neruiorum, proximi Gordonnis, Leuacis Grudiis ac Centronibus in Diœceſi Tornacenſi ſiti. *Flandri* ſunt Marliano. *Contracenſes* H. Leodio. Becano ſunt propriè populi qui *Vuernam Honſcotam*, *Dixmudam & Yperam* incolunt: in Flandriæ oppidum eſſe ad Legiam fluuium *Cortryck* ferunt alij.

pleuratus, Thraciæ rex Olymp. 142.

pleuron, Stephano Ætoliæ vrbs Plin. libr. 4. cap. 2. Meleagri patria. Stat. 4. Theb. in ea vrbe Combe, nē à filiis occideretur, deorum miſericordia in auem mutata eſt. Ouid. lib. 7. Metam. fab. 15.

pleuronia Regio, in Ætolia à Pleuronibus, id eſt, Curetibus, ſic dicta, Curetes erant armati populi, ſed quia ab Ætolis bello exagitati, ſemper interiori coma decapillabantur, cœperant ab occipite tantùm nutrire comam: vnde ἀπὸ τῆς κουρᾶς, id eſt tonſura, κουρῆτας appellatos fuiſſe, memoriæ proditum eſt. id eſt Detonſos. Stra. li. 10.

pleutauri, populi ſunt in Luſitania extrema Hiſpaniæ regione apud Strabonem lib. 3.

plexaure res. Nympha, Oceani & Tethyos filia. Heſiod. in Theogonia.

plinius ſecundus Veronenſis, temporibus Veſpa-

Veſpaſiani vixit, cuius negotia adminiſtrabat: noctious verò & ſucceſſiuis (vt ipſe inquit) temporibus opus de aerum natura conſcripſit, vnus omnium parciſſimus temporis. Perijt in monte Veſuuij incendio, dum eius cauſam indagare cupit. Eius vitam diligentiùs narrat nepos eius ex ſorore Caecilius Plinius, cuius extat liber Epiſtolarum, & panegyricus, Traiano Cæſari dicatus, quo gratias agit Conſul ab eo factus. Quintiliani filiam dote iuuiſſe, & Martialem poetam ſecedentem viatico pro ecuiſſe fuiſſe, teſtatur ipſe in epiſtolis. Volater lib. 18. In Pliniorum memoriam hæc elogia in fronte ædis D. Mariæ virginis à gratis ciuibus pietatis ergò marmoribus inciſa ſunt. A dextra valuarum, ORDO populúſque Cremenſis, C. Plinium Secundum mactum ingenio virum, dignatione clarum, doctrina admirabilem, vt qui olim Impp. Cæſ. Veſpaſianorum amicitiam meruerit, officia maxima geſſerit, ac ſcriptores vniuerſos copia & varietate ſuperauerit: municipem ſuum incomparabilem ſtatua & elogio ornauere. Diſtichon additur.

Tantus honos, dulcéſque iuuat me fama ſecundū:
At mage conciues hæc poſuiſſe meos.

A ſiniſtra valuarum: C PLINIO Cæcilio ſecundo, qui Conſulatu, auguratu militiæ geſtis, ac orandis cauſis, poematibus & hiſtorijs conficiendis, Cæſare Traiano Auguſto luculentiſſimè laudando, adficiendáque immenſa liberalitate patria ſua, eidem immortale contulit ornamentum, ordo Comenſis concioni ſuo conſiderabili, honore accepto monumento poſuit M. CCCC. LXXXVIII. Kal. Mai. Adduntur verſus,

Functus eram, ſed tum veteri præclarus honore
Viuebam, perij, nunc quoque vita mihi eſt.

Plinthine, vrbs Ægypti, à Samaria. Ciuis, plinthinites. Steph. Turris Arabum, hodie vocatur Italis.

plione, vide pleione.

pliſtarchia, vrbs Cariæ, quæ antea & poſtea iterum Heraclea vocata eſt: Gentile, pliſtarchites. Steph.

pliſthenes, Pelopis filius ex Hippodamia, qui cùm iuuenis moreretur, Agamemnona & Menelaum filios ſuos paruulos Atreo fratri commendauit, qui eos ſuſcepit, filiorúmque loco educauit, & ob id Atrei habiti, Atridæ ſunt appellati.

pliſtonax, Pauſaniæ filius & Lacedæmoniorum Rex, cuius res geſtas vide apud Thucydidem.

pliſtonicus author, de quo Athenæus. Fuit & Appion quidam cognominatus pliſtonices, non multo tempore Athenæo ſuperior vt idem vltimo volumine teſtatur. Quin & pliſtonices quandoque ſcribuntur, ſicut Olympionices.

Plitaniæ, inſulę ante Troadem. Plin.

Plotæ, inſulæ duæ ad Occidentale latus Peloponneſi ſitæ, non procul à Zacyntho: Meridiem verſus, poſtea Strophades dictæ, à converſione Zetæ & Calais, qui Harpyas in eas vſque inſulas ſunt proſecuti. Plin. libro quarto, cap. 12. Stromphides eas appellat Suidas, & deſcribit inter Elidem & Zacynthum. Strabo etiam duas numerat Strophades & Cypariſſiorum inſulas vocat. *Striuali* hodie nomine notæ ſunt, teſte Sophiano.

plothia, vicus in tribu Ægeide, Tribulis plothieus & plotheus. Steph.

plotina, Traiani Cæſaris coniux, ſanctitate, probitate, & omnibus quæ in muliebrem ſexũ cadunt, virtutibus celebrata. Hæc tonſo capillo virum mentita, coniugem comitata eſt in exilium euntem imperterrita.

plotinopolis, Thraciæ vrbs. Ptolem. & Anto. *Plaudin* Nigro.

plotinus, philoſophus platonicus, Ægyptius natione, è ciuitate Lyco, diſcipulus Ammonij, præceptor Porphyrij Galeni, Taciti & Probi temporibus. Fuit corpore gracili, tenui valetudine, morbóque ſacro obnoxius. Suidas.

plotius Gallus, patria Lugdunenſis dicendi præceptor, Romæ profitebatur, à quo ſe Cic. li. de Oratore vnà cum Qu. fratre Latinas literas edoctum fuiſſe teſtatur, à Tranquillo autem inter rhetores ponitur.

plotius Criſpinus, quem Aretalogum fuiſſe cognominatum, quòd garrula ſcripſerit carmina, Porphyrius eſt author.

plotus, poſtea plautus dictus, poeta comicus. Vide plautus.

plubium, Sardiniæ inſulæ oppidum. Ptolem. *Seſſ...* Nigro hodie.

pluuialia, Ptol. vel pluuialia, Plinio vna ex Fortunatis inſulis, quam Bacchius *iſola del ferro* vocari ſcribit. *Lanzerotta* Nigro, *pluuialia*, Plin. dicitur.

plumbaria, Hiſpaniæ inſula circa Hemeroſcopium. Strabo.

plutarchus Cheronenſis, philoſophus, floruit ſub Traiano & Hadriano temporibus. Nam Traiano libros Apophtegmatum dedicauit: vir eruditiſſimus, à Traiano in Illyricum miſſus cõſulari poteſtate, iuſſúmque omnibus Illyricis magiſtratibus, vt abſque eo nihil agerent. Eius opera doctiſſima Græca extant, in Latinum & Gallicum ſermonem à doctis viris conuerſa.

plutarchus, Neſtorij filius Athenienſis ſophiſta, præceptor Syriani, qui ſcholæ præſidebat Athenienſi ſub Iuliano principe. Suidas.

plutarchus, diſcipulorum Origenis primus, qui per ipſum ad fidem de perfidia conuerſus,

non ſolùm perfectæ vitæ inſtituta ſeruauit (verùm etiam quæ eſt ſumma beatitudinis) martyrij conſecutus eſt palmam. Euſeb. lib. 6. cap. 3. hiſt. Eccleſ.

Plutia, Siciliæ vrbs, Cicero in Verrem. *Plaza*, Aretio.

Plutium, vrbs Tyrrhenorum: Gentile, Plutinus. Steph.

Pluto, Saturni filius ex Ope coniuge, frater Iouis atque Neptuni, qui cum ad regni diuiſionem veniſſent, Plutoni, qui natu minimus erat, & Ageſilaus vocabatur, pars Occidentis obtigit, ſecus inferum mare: Ioui plaga Orientalis: Neptuno inſulæ. Hinc datus eſt locus fabulæ, Ioui imperium cœli. Neptuno maris. Plutoni inferorum obtigiſſe. Dictus Pluton ἀπὸ τοῦ πλούτου, hoc eſt à diuitijs, eo quòd opes omnes ab inferis, hoc eſt, ex intimis terræ viſceribus eruantur. Eandem etiam ob cauſam Latini Ditem appellarũt. Cic. 2. de Nat. deor. Vragus ab vrgendo. Vedius Iupiter idem Quietalis eſt appellatus, quaſi mors quies ſit ærumnarum. Huius vxorem fuiſſe Proſerpinam Cereris filiã ex Claudiano poeta ſatis conſtat. Idem & Summanus dicitur, quaſi ſummus deorum Manium. Idem Orcus quaſi Vrgus ab vrgendo, quòd omnes in interitum vrgeat. Hinc Plutonius, a, um. Gyrald. Syntagm. 6.

Plutus, à Græcis, fingitur diuitiarũ deus: quem in aduentu claudum eſſe volunt, receſſu alatum: hoc nimirũ innuentes, quòd ſeriùs quidem opes contrahantur: partę autẽ, niſi frugaliter diſpenſes, velociſſimè dilabantur. Eundem & cæcum faciunt, & iudicij expertem, propterea quòd indigniſſimum quemq; opibus affluere videamus: probos autem & condignos in re tenuiſſima verſari. Huius domicilium conſtituit Poſidonius in ſubterraneis Hiſpaniæ locis, eò quòd regio ea metallorum fœcunditate reliquis antecellat.

Pluuialia, vna ex inſulis fortunatis. Plin. lib. 6. c. 32. Ab ea tantundem ad occaſum verſus pluuialiam, Caprariámque: in pluuialia non eſſe aquam niſi ex imbribus. Vide pluuialia.

Pluuius, dictus eſt Iupiter, quòd Athenis eſſet ſimulachrum Iouis apud pluuiam precabantur: vt eſt apud Tibullum:

Te propter nullos Tellus tua poſtulat imbres,
Arida nec Pluuio ſupplicat herba Ioui.

Plyneæ, inſula Nili: Gentile, Plynæus & plyneates. Steph.

Plyntheria, feſta erant Cereris apud Græcos qui dies inter nefaſtos ſunt repoſiti: Pollux lib. 8. In his à Solone permiſſum fuit tria iurare numina, Iceſion, Catharion & Hecaſterion, quæ ſunt Iouis cognomina. Xenoph. lib. 2. Hellenicon.

Plyſenum, Thraciæ oppidum. Procop.

P N

Pnebebi, vrbs Ægypti. Gentile, Pnebebites. Steph.

Pneuentia, Piceni oppidum. Strabo.

Pnigeus, vicus in Ægypto, prope Phœnicum portum è regione Pedoniæ inſulæ iuxta paratonium, Strab. lib. 16.

Pnups, Æthiopiæ vicus circa Nilum. Ptolemæus.

Pnyx, forum ſiue locus iudicij Athenis: ſic dictus ἀπὸ τοῦ πυκνοῦ, id eſt, à denſitate ædium per vicos olim coniunctarum. Qui inhabitat, pycnites: & fœmininum pycnæa. Steph.

P O

Podargus à pernicitate dictus eſt: Æthon, & podargus duo aurigæ Hectoris apud Homer.

Podalirius, Æſculapij filius, ob inſignem medicinæ peritiam è Creta inſula vnà cum fratre Machaone ad bellum Troianum euocatus. Dictus à pedum magnitudine. Eſt etiam Itali cuiuſdam nomen apud Virg. 12. Æneid.

Podalia, vrbs Lydiæ prope Limyra. Steph.

Podarge, vna Harpyiarum, à pedum velocitate nomen habens, ex qua Zephyrus ventus Xanthum & Balium Achillis equos progenuit, Homer. 16. Iliad.

Podargi, populi Thraciæ. Steph.

Podoce, Indiæ intra Gangem vrbs, & emporium Ptolemæ. *Podephetan* nunc appellari tradit Niger.

Podolia, Poloniæ regio ad Orientem & Meridiem Lithuaniæ & Ruſſiæ contermina. Agro tam fertilis eſt, vt eius gramen perticam tribus diebus ſupercreſcendo contegat, & aratrum in locis graminoſis derelictum paulò pluribus ſepiat & cooperiat. Mellis quoque ibi maxima copia. Præcipua huius vrbs eſt Gamyentes. Cromerus.

Pœan, antis, pater Philoctetis: qui ab eo pœan & pœantiades à poetis apppellatur.

Pœanthe, inſula eſt ponti Euxini iuxta Phaſidis amnis oſtium, vt eam deſcribit Orpheus. Hanc Sigiſmundus Herbeſteinius *Satabella* vocat, in ſuis Commentarijs Moſcouiticis.

Pœcilaſium, vrbs Cretæ. Ptol lib. 3. c. 17. vulgò *Pentalo.*

Pœcila, petra, Ciliciæ oppidum Straboni, nominatur à Mercatore *Paxoli.*

Pœcile, Plin. lib. 35. c. 9. porticus clara Athenis quam Polygnotus Thaſius gratuitò pinxit, tùm partem eius Mycon mercede pingeret, in qua Stoici philoſophabantur, Latinè dici poteſt varia, ſiue variegata, à multiplici pictura. Græci enim ποικίλον varium dicunt. Vnde & lapis Similites (fortè Sinites vel Sinadicus. vide *infrà*) vocatus eſt Pyrrho Pœcilos, à varietate rubentium macularum. In hac autem porticu Zenon philoſo-

philoſophus diſcipulos docebat. Vnde & Stoica ſecta nomen accepit, & Philoſophi Stoici nuncupati, qui antea Zenonij ab ipſo doctore appellabantur: στοὰ enim Græcè porticus vocatus. Fuit & in Helide porticus Pœcile, quæ à Plinio Heptaphonos appellatur, quoniam ſepties eadem vox in ea reddebatur.

pœeſſa, vrbs in Ceo: Ciuis, Pœeeſſius. Steph.

pœmandria. vide Tanagra.

pœmanium, vrbs ſiue caſtellum. Eſt etiam parua regio Cyzici. Steph.

pœmen, mons Ponticæ regionis, à quo Parthenius profluit per mediam Amaſtrim. Incolæ, Pœmenij. Eſt etiam mons Macedoniæ Pœmænium cuius incolæ ſimiliter Pœmænij. Steph.

pœmenis, canis fœmina, ex eorum canum numero, qui Acteonem lacerarunt: ita dicta quod in ſeruandis gregibus, paſtoris quodammodo officio fungeretur. Ouid 3. Metam.

pœna & Beneficium pro diis habitos apud quoſdam Æthiopiæ populos legimus. Sunt qui non ab Æthiopibus: ſed ab Aſſyriis & Perſis Pœnam & Beneficium cultos fuiſſe aſſerant: illam, quòd malorum: hunc quòd bonorum largitorem eſſe opinentur. Alex. ab Alex. lib. 18. cap. 11.

pœni, idem qui Carthaginenſes: ita dicti quaſi Phœni, Seruio, propterea quòd à Phœnicibus originem traxerint, qui ob Pygmalionis ſæuitiam relicta Tyro duce Eliſa in Africam appulerunt, & primùm Byrſam, deinde Carthaginem condiderunt. Hinc Punicus, ca, cum, quaſi Phœnicus œ in u conuerſo.

pœninæ Alpes, Tacito, Straboni & Plinio Pœnæ ſunt Ptolemæo. Liuius Penninum appellat. Vocantur à Leandro & Schudo *Monte magiore di S. Bernardo*, aut *Croff. S. Bernhartſb. rg.* Germ. Gallicè, *le grand S. Bernard* Leander etiam *Monte di Ioue* habet Gal. *Mont de Iou*, Lupanus. *Mon Senis*, Gal. *Mont Senis*, interpretatur. Vide Alpes.

pogla, Pamphyliæ vrbs. Ptol.

pogoargas, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum. Plin.

pogon Trœzeniorum portus in Peloponneſo. Strabo.

polas, Iſtriæ ciuitas, vbi Polaticus ſinus eſt, quondam à Colchis condita, ſed poſtea facta colonia Romanorum. Pietas Iulia. Plin. lib. 3. cap. 19. in deſcriptione Iſtriæ. Stephanus πολαὶ ſed legendum potiùs per ſimplex λ. Gentile, Polates.

pole ades. Vide Cyndippe.

polemarchus, apud Athenienſes dictus eſt qui belli præfectus erat & aderat regibus, vt Pauſanias indicat, cùm ſcribit Erechtheum regem Ione Xuthi filio in bello Eleuſinio polemarcho vſum eſſe. Munus eius tempore pacis fuit ius inter ciues & peregrinos dicere Iull. Poll.

polemius, conſul cum Vrſo, anno vrbis 1090.

polemon, rex Lyciæ, anno ſalutis 55.

polemon philoſophus Athenienſis Philoſtrati filius: qui cùm in iuuentute petulans eſſet, & aliquando ebrius, & coronatus Xenocratis ſcholam ingreſſus fuiſſet: eius oratione, quæ tunc de pudicitia erat, adeò mores immutauit, tantúmque in philoſophia profecit, vt Xenocrati in ſchola ſuccederet. Gellius. Diogenes eum multa ſcripſiſſe teſtatur. Suidas nihil ſcriptum reliquiſſe aſſerit.

polemon, cognomento Helladicus, genereIlienſis hiſtoricus nobiliſſimus, æqualis Ariſtophanis Grammatici, Panætij diſcipulus: Scripſit de origine ciuitatum, Phocidis, Ponti, Laconiæ Geographiam, & de curſu Solis libros tres. Suidas.

polemon, alius è Laodicea Cariæ, qui Smyrnæ vixit ac præcepit, æqualis Herodis Attici, ſub Adriano, principe, ad quem legatus quandoque Smyrnæorum miſſus, ab eóque honorificè exceptus, & Muſæo Ægyptio adſcriptus eſt.

polemonium, Ptol. lib. 5. cap. 7. Cappadociæ vrbs, Vulgò *Leena*. Steph. portus & ciuitas in Ponto. Gentile, Polemonius & Polemonicus. Eſt & Pontus Polemoniacus prouincia. *Vatiza* à Nigro dicitur.

polentia, vrbs Liguriæ, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. vulgò *Palanza*. Eſt caſtellum in maiori Paleari. Vide Iamno. Claudianus & Silius duplici ll ſcribunt.

poleſij, ciuitas quædam, & Ciues ſimiliter. Steph.

poletes, internuncius Epidauriorum ad Illyricos de quo Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 10. Proditum eſt de Epidauriis mirum, quòd quum Illyricos mores odos haberent, nec illorum commercia vitare poſſent, vt ſe à contagione accolarum ſeruarent immunes, ita cauiſſe vt vnum ſeligerent ætate grauem, qui ſolus ad illos penetraret cum quo commercium haberent, quem Poletem dixerunt.

poleto, flumen in Mauritania Cæſarienſi.

poleur Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

polianus, Macedoniæ mons, circa Epirum. Steph. Alij legunt. Polyænus.

polias, Minerua dicta eſt, quaſi vrbana, quòd ea delectaretur vrbibus ad differentiam eius quę extra muros ædes ſacras habebat. Meminit Lucianus in Lapythis huius cognominis, πολιάδα, inquit, καὶ τὴν πολιάδα μὴ εἰληφέναι, id eſt, iuraui per poliadem me non cepiſſe.

polibij, inſula in ſinu Arabico. Ptol.

polichna, vrbs Troadis, Ciuis, polichnæi. Eſt

& vrbs Cretæ: Ciuis, polichnites. Steph.

polichnion, Dionyſio Byzantino Fanum Europæ Byzantinorum Straboni & polybio. Hodie *Ieron Remelias* appellant ex eo quia ſitum eſt, oppidum in ditione Europæa, quam vocant Romeliam. Eſt prope Byzantium. Hæc Gyllius in ſuo Boſphoro.

polieũ, vrbs Italiæ, quæ priùs Siris dicebatur: Gentile, polieus. Steph. Vide Siris & Heraclea.

polygnotus, Thaſius pictor qui primus mulieres lucida veſte pinxit inſtituit os adaperire, dẽtes oſtendere, vultum ab antiquo rigore variare. pinxit Delphis ædem & Athenis porticum plin. 35. c. 9.

polimatrium, ciuitas in Italia, in diui petri, quod vocant, patrimonio. Blond.

polis, nomen vrbis Ægyptiæ, qui inhabitat, polites & polieus, hoc. n. nomine Iupiter illic colitur Fœmininum, polias Steph.

poliſma, ciuitas in Troade ad Simoentis ripas Strab. l. 13. Aſtypalienſes itaque qui Rhetium tenuerunt, primi oppidum iuxta Simoentem habitauêre, quod tunc poliſma nominabatur, in loco non valdè idoneo.

polites, priami filius ex Hecuba: quem pyrrhus capta vrbe, in conſpectu patris interfecit. Virg. 2. Æneid.

politiceorgas, Aſiæ propriæ regio, apud plin. quæ poſtea *Aphrodiſias*. pintianus hoc loco legit. *Politice* & *Orgas*, duáſque & diuerſas, regiones facit.

politia, vrbs Achaiæ, Steph.

politorion, vrbs Latinorum: quam Martius rex Roma[illegible] tranſtulit: Gentile, politorites. Stephanus.

polion locus in Leſbo.

polla Argentaria, Lucani fuit vxor, mulier doctiſſima, quæ iuuit maritum in emendandis tribus primis libris pharſaliæ. Stat. l. 1. Syl.

Hæc caſta titulum, decú(que Polla

Iucunda dabit allocutione.

pollentia, dea potentiæ, quæ à Rom. colebatur.

pollentia, plinio oppidum in maiore Balearium inſula. Fuit & altera pollentia iuxta Alpes, inclyta lanarum nobilitate. Fuerunt & pollentini in piceno, in quinta regione Italiæ, non multum diſtantes à Tolentinatibus. plin. lib. 3.

pollia, tribus Romana ex loco pollio nominata.

pollio. Vide Aſinius.

pollupice. Antonino Liguriæ ciuitas inter vada Sabatia & Albingaunum. *Finale* eſt Simlero, qui quoque *Lollupice* legit.

polluſtini, populi ſunt in Latio, non procul ab Albano monte plin. lib. 3. c. 5.

pollux, Iouis filius & Ledæ, frater Caſtoris qui cùm immortalis eſſet (vt pote eodem ouo cum Helena prognatus) à Ioue fertur petiiſſe vt ſibi cum fratre iam vita functo immortalitatem ſuam partiri liceret: qua re impetrata, alternis mori dicuntur & reuiuiſcere. Cui fabulæ occaſionem dedit Geminorum ſigni natura, quorum altero oriente, alter occidit. Vide Caſtor.

pollux Iulius Nâucratita, Grammaticus ſub Commodo principe præcipiebat Athenis. Deceſſit annos natus LVIII. Scripſit ad Commodum Onomaſticon libros decem: ſcripſit & alia quædam quæ non extant. Suid.

polmen. vide Libyſſa.

polonia, quæ à planitie terræ (quam ipſi vernaculè etiamnum *Pole* vocant) nomen habet, vaſta regio eſt, quæ Schleſiæ ad Occidentem proximat. Hungaris, Lithuanis & prutenis contermina. Diuiditur in maiorem & minorem. Maior dicitur quæ Septentrionem aſpicit, habétque Gneſnam, poſnauiámque inſigniora loca. Minorem vocant, quæ ad meridiem vergit, habétque nobilem vrbem Cracouiam ad caput Viſtulæ, quæ regionem diuidit, ſitam: reliquæ ciuitates parum nitidæ. Ex maceria domos fermè omnes componunt, pleráſque luto linunt. plaga regionis paluſtris eſt & nemoroſa. potus genti cereuiſia. Vini rariſſimus vſus, nec vineæ cultura cognita. Equitatu in bello maximè præſtat. Ager frumenti ferax: multa genti armenta: multa ferarum venatio. Melle abundat, habet & ſalis maximam copiam, quod ex terra eruitur. Habet & æris fodinas in iugis montium, nec non ſulphuris. Sub regno poloniæ continetur Lithuania, Samogitia, Maſonia, Volhinia, podolia, & Ruſſia, quæ Meridionalis cognominatur, & Ruthenia quoque à nonnullis dicitur, Cromerus, Bonfinius, Munſter.

poltymbria, Steph. Ciuitas Thraciæ.

polus, hiſtrio illuſtris in Græcia, qui geſtis & vocis claritudine, & venuſtate cæteris anteibat. Egit Tragœdias poëtarum: Athenis etiam Electram Sophoclis poëtæ vrnam cum Oreſtis oſſibus geſtantem. Quem actum ſcitè adeo ac doctè abſoluit, vt imagines rerum verbis exprimens, ſpectatores ad fletum & lachrymas compulerit.

polyænus Sardianus, temporibus Cæſaris dictatoris & Antonij Triumviri, ſcripſit orationes iudiciales, triumphi parthici M. Antonij libros tres. Fuit & alter eiuſdem nominis Macedo genere: qui de Thebis ſcripſit, & de re militari. Suid.

polyægos, inſula maris Ægæi à caprarum multitudine. plinius & ptolem. *Policandro* Sophian. *Falconera* Niger vocat.

polyani, à polyano quodam dicti ſunt pinoi acco-

Digitized by Google

accolæ. Strab.lib.7.

polyara: vrbs Cariæ:Ciuis,polyarcus,Stephanus

polybius, Rex Corinthiorum: qui cùm liberis careret, Oedipum, Laij patris iuſſu in ſylua expoſitum, & à paſtore inuentum, pro ſuo educauit, vt latiùs docuimus in dictione Oedipus

polybius, è Megalopoli ciuitate Arcadiæ, præceptor Scipionis Africani Ptolemæo Euergetæ apud Ægyptum regnante. Scripſit Romanam hiſtoriam libris quadraginta. Incipit à fuga Cleomenis partiatæ & Perſei Philippi Macedonum Regis, poſthac Romam attingit. Suidas.

polybius, vates Corinthius, qui filio Troiam proficiſcenti, & multis alijs mortem prædixit: author Cicero.

polybotes, vide Niſiros.

polybus, Sicyoniorum Rex, anno ante Romam conditam 550.

polycarpus, Smyrnenſis epiſcopus, anno ſalutis 91. Hic pro Chriſtiana fide palam & ſpectante populo in amphitheatro combuſtus eſt: Volaterran. Euſeb. libro quarto, capite quinto, hiſt. Eccleſ.

polycaſte, Neſtoris filia.

polycletus, ſtatuarius eximius, diligentia & decore ſupra cæteros facilè vincens; vt inquit Quintilianus. Nam ex ære ſigna fecit, nobilitata ſcriptorum præconio. Cum primis fecit aſtragalizonter, hoc eſt, talis ludentes, quo opere nullum abſolutius iudicant. Fuit Sidonius, & diſcipulus Ageladis. Duas eodem argumento ſtatuas fecit: alteram arte ſua, alteram verò de vulgi opinione, quam de ſententia cuiuſuis prætereuntis cælauerat. Quibus perfectis turbam admittit, ac primùm ſua oſtenſa magnopere laudatur: altera deinde non æquè. At qui ſcitote, inquit, quòd hanc quam tantoperè laudatis, ego feci: quam verò vituperatis, vos feciſtis. Ælianus de varia hiſtoria.

polycrita, quædam nobilis mulier è Naxo inſula, quæ inſperato gaudio penè exanimata vltimum ſpiritum emiſit. Plutarch. de claris mulieribus, & Ariſt. apud Gell.

Polycrates, tyrannus qui regnauit in Samo inſula. Hic & opibus & fœlicitate, apud hiſtoricos inclytus, qui, quoad vixit non tam fortunæ alumnus dici potuit, quàm partus. Nam aliquando, vt aliquid diuerſitatis habuiſſe videretur, annulum proiecit in mare, quem tamen coquus eius redinuenit in piſce. Sed mors infamis & ærumnoſa docuit neminem ante obitum meritò dici poſſe fœlicem. Ad poſtremum enim à Perſarum Satrapa Oronte dolò captus eſt & crucifixus. Strabo libro 14. Herodot. lib. 3.

Polycrates, Epheſiorum præſul temporibus Seueri principis, Hieronym.

Polycrates, epiſcopus Epheſius, anno ſalutis 191.

Polydamas, antis, nobilis Troianus, Antenoris & Theanus ſororis Hecubæ filius, qui quamuis Lycaſtem Priami filiam, ex concubina ſuſceptam vxorem duxiſſet, cum Antenore tamen patre ſuo & Ænea, vrbem Troianam Græcis dicitur prodidiſſe.

Polydamas Troianus, Panthoi filius, ſocius, magiſter & æqualis Hectoris. Ælianus. Homerus ſcribit Iliad. 10. hunc eloquentia, Hectorem armis valuiſſe.

Polydamas, pancratiaſtes, æmulatus Herculem, leonem inermis amplexus ſuperauit: taurum ingentem apprehenſis extremis pedibus retro tenebat: currum agitatum ſeſe opponendo, altera manu apprehenſum ex curru retrahebat: in equóſque inſiliebat deiecto auriga. Acerſitus à Dario Artaxerxis magni filio, ter apud eum ex prouocatione victor fuit. Poſtremò poſt cœnam in cauerna cùm ſaxum in vertice ruinam minaretur, diffugientibus conuiuis, confiſus ipſe viribus, ac manibus poſſe illud ſuſtinere putaret, oppreſſus eſt. Pauſan.

Polydectes Magnetis filius, Rex Seriphi inſulæ. Hic Perſeum Iouis & Danaes filiũ educauit, cuius tandem ingenium veritus, audaciámque & fœlicitatem, ſub prætextu æternæ gloriæ illum ad ſuperandam Gorgonem Meduſam impulit: qua deuictâ redeunti Perſeo, cùm ſemper detraheret, conuerſus eſt ab illo in ſilicem, monſtrato capite Meduſæ. Ouid. 5. Metamorph.

Polydeucea, Laconicæ fons ad Therapnem, vrbem. Hunc à priſcis *Meſſeidem*, vocatum, ſunt qui affirmant, vt inquit Pauſanias in Laconicis, interprete Amaſæo. Vide & Strabonem lib. 9.

Polydice, mulier quædam, quæ Pterelam patrem Thebarum Regem Creonti prodidit, & occidi ſuaſit. Seruius interpres Virgil.

Polydora Nympha Oceani & Tethyos filia, Heſiod. in Theogonia. Eſt & Plin lib. 9. c. 32. inſula Propontidis. Steph. Inſula iuxta Cyzicum: Gentile, polydoreus.

polydorus, Priami filius ex Hecuba, quem pater initio belli Troiani incertum communis Martis exitum metuens: cum magno auri pondere educandum tradidit Polymneſtori Thraciæ Regi antiquo hoſpiti, amicô & genero ſuo. Sed ille deleta Troia, cæteríſque Priami ferè omnibus liberis interfectis, auri cupiditate adductus, polydorum in littore ſpatiantem telis aggreditur, & fruſtra fidem deorum, hominúmq;

que implorantem occidit, cæſóque tumulum iniecit, cui poſtea myrteum increuit, ſanguineis guttis diſtillans, Virg. lib. 1. Æneid. Quod cùm mater Hecuba intellexiſſet ſimulauit ſe ingens adhuc auri pondus velle illi ſecretò indicare, quod pro filio acciperet. Quod auarus rex verum exiſtimans, mox ad Hecubam profectus illius vnguibus obcæcatus eſt. Extat tamen & alia de Polydoro opinio, nempe Græcos per Thraciam venientes hunc cepiſſe. Priamum autem redimentem filium, Græcis pro eo dediſſe vrbem, quæ poſteà ab euentu Antandros dicta eſt: qua accepta, illos tamen nihilominus Polydorum lapidibus obruiſſe. Seruius in 3. Æneid. Alius fuit polydorus Priami filius ex Laothoe Altai Lelegum regis filia: quem Achilles cum fratre Lycaone in bello Troiano interfecit.

Polyenus, inſignis quidam fuit mathematicus, qui Epicurum poſteà ſecutus eſt, totámque Geometriam falſam credidit. Cic. libro 4. Quæſt. Acad.

Polygius, Mercurius dictus eſt, cui Herculem clauam conſecraſſe, eámque paulò pòſt iterum pullulaſſe, quòd eſſet ex oleaſtro, refert Pauſan.

Polygnotus, patria Thaſius, nonageſima Olympiade floruit, pictor antiquiſſimus. Quintil. 12 de inſtitutione oratoria: & Plin. libro 7. capite 35. Is in picturę tenuitate valebat, plicas veſtium mollitiaſque ſignorum imitabatur. Ælianus. Is pinxit Ocnum torquentem ſpartum, & aſinam propè rodentem. Quod ſanè ænigma eſt eius, qui fruſtra laborat, ſi vxorem habet prodigam. Hic primus mulieres lucida veſte pinxit. Delphis ædem pinxit, Athenis porticum, quæ Pœcile vocatur idque gratuitò.

Polyhiſtor, Latinè multiſcius dicitur. Hoc nomine appellatus fuit Appion. Gellius libro 5. c. 14.

Polyhymnia, vide Polymnia.

Polyidus, medicus qui Glaucum Minois filium mortuum ad vitam reuocauit porrecta herba, cuius vſum didicerat à Dracone, quem viderat draconi cuidam mortuo herbam illam porrexiſſe, eúmque illius herbæ opera ad vitam reuocaſſe. Palæph. li. de fabulis.

Polymedia. Plin. lib. 5. cap. 3. Troadis oppidù Helleſponto adjacens.

Polymeſtor, Mileſius puer, quum à matre locatus eſſet ad caprarios paſtus, ludicro leporem conſecutus eſt, & ob id ſtatim productus à gregis domino Olympiade ſexta & quadrageſima victor in ſtadio meruit coronam.

Polus Agrigentinus ſophiſta, Gorgiæ auditor, primus in oratione inueniſſe dicitur paria & antitheta & ſimiliter deſinentia: quod minimè verum, ſed jam iuuentis ſæpè vſum fuiſſe conſtat. Hæc Philoſtratus. Suidas ſcribit eum genealogiam eorum qui ad Trojam profecti ſunt ſcripſiſſe ſimul & nauium catalogum.

Polycharmus, cælator eximius, qui Venerem lauantem ſeſe & Dædalum aſtantem inſculpſit marmore. Plin.

Polydorus Rhodius, cælator nobilis: qui ex vno lapide fecit Laocoontem & liberos, nexúſque mirabiles. Plin.

Polymnaſtus, poeta quidam primææ ætatis, vndequaque doctiſſimus, & cuius maxima eruditio in prouerbium abijt. Quidam exiſtimant Homeri eſſe epitheton, ac ſi dicas multiſcium ac multi memorem. Sunt qui Homerum hunc faciant. Strab. li. 14.

Polymneſtor, Thracum tyrannus, qui Polydorum Priami filium, quem pater euentum belli metuens, ejus fide cum magno auri pondere crediderat, auri cupiditate occidit: Quod vbi cognouit Hecuba, accito tyranno, tanquam aliud ei auri pondus vellet indicare, à mulieribus Trojanis adjuta, vnguibus ei oculos eruit. Eurip. in Hecuba.

Polymnia, ſiue Polymneia, vna Muſarum à magnitudine memoriæ dicta. Nam Græci μνείαν memoriam vocant. Sunt qui à πολὺ & ὕμνος deducunt, quod eſt laudatio, quia laudationibus præſit: & ſcribunt Polyhymnia. Ouid. Faſtor. 5.

Polynices, filius Oedipi, Thebanorum regis, ex nefando Iocaſtæ matris concubitu, frater Eteoclis, quibus pater ſponte in exilium proficiſcens, regnum ea lege reliquerat, vt alternis annis regnarēt. Verùm cùm Eteocles, cui vtpote natu maiori Polynices priores regnandi vices conceſſit, fratri ſuo regno cedere recuſaret, ille Argos ſeſe contulit ad Adraſtum regem, qui filiam ſuam nomine Argiam vxorem illi deſpondit, contractiſque quàm maximas potuit, viribus, vnà cum Tydeo altero genero Thebanis bellum intulit, cuius is fuit exitus, vt duo fratres ſingulari certamine congreſſi, mutuis vulneribus caderent. Quinetiam cadaueribus rogo impoſitis, flamma ſe dicitur diuiſiſſe, tanquam implacabile illud odium quod inter viuos exciterat, ne morte quidem potuerit finiri. Stat. in Theb. & ſuprà in dictionibus Adraſtus & Eteocles.

Polypœtes, filius Pirithoi & Hippodamiæ. Homer. Iliad. 12.

Polyphemus, Cyclops, Neptuni filius ex Thoosa, Phorci filia ingenti corpore qui vnum tantùm oculum, eúmque in fronte habuit. Hic Galateam Nympham fertur adamaſſe, Acinque puerum, quem ſibi illa præferebat, ſaxo intereniſſe. Vlyſſem quoque vi tempeſtatis in Si-

in Siciliam delatum antro ſuo incluſit, quatuórque ex comitibus eius deuorauit, reliquos eodem mortis genere perempturus, niſi præuertens Vlyſſes vino nigro eum inebriaſſet, altóque ſopore obruto, aduſto ſtipite oculum eruiſſet. Homerus 10. Odyſſ. Virgil. 3. Æneidos. De quo Seruius ſic ſcribit: Multi Polyphemum dicunt vnum habuiſſe oculum, alij duos, alij tres: ſed totum fabuloſum eſt. Nam hic vir prudentiſſimus fuit, & ob hoc oculum in capite habuiſſe dicitur, id eſt, iuxta cerebrum, quia prudentia plus videbat. Verùm Vlyſſes eum prudentia ſuperauit, & ob hoc eum cæcaſſe fingitur.

polyphontes, rex quidam qui fratrem interfecit quòd intellexiſſet ab eo ſibi parari inſidias. Author Gell. li 4. c. 2.

polypoduſa, inſula Cnidia: Gentile, Polypoduſæus Steph.

polyren, vrbs Cretæ, quòd habeat multas oues, quas ῥῆνας vocant. Steph.

polyſtephanus, Græcus fuit hiſtoricus non paruæ authoritatis inter ſcriptores veteres. Vide Gel. li. 9. c. 4.

polyſtephanos, olim dicebatur Tibur Italiæ vrbs. Steph.

polytelia, oppidum Meſopotamiæ.

polytes, Priami filius, vide Polites.

polytimetus, Scythiæ intra Imanum fluuius, apud Ptolemæum, ſed Sogdianæ apud Qu. Curtium *Amo* Nigro vocatur.

polyxena, Priami filia formoſiſſima, ex Hecuba coniuge, quam Pyrrhus Achillis filius, Troia capta, ad patris ſui tumulum iugulauit. Ferunt enim Achillem, cùm ad Troiam bellum gereret, Polyxenam fortè in mœnibus conſpectam adamaſſe, éamque ſibi vxorem poſtulaſſe. Quòd cùm Priamus annuiſſet, placuit vt in Thymbræi Apollinis templum conuenirent, pacis nuptiarúmque fœdera inituri. Quod cùm reſciuiſſet Paris, poſt Apollinis ſimulachrum ſeſe occultauit, Achillémque nihil tale opinantem ſagitta interfecit. Capta deinde Troia, cùm & Polyxena viua in hoſtium manus perueniſſet, Achillis vmbra Græcorum proceribus in ſomnis apparuit, præcipiens vt Polyxena, cuius nuptiarum prætextu erat interfectus, inferias ſibi mitteretur: cuius crudelitatis Pyrrhus ſe miniſtrum præbuit. Ouid. 13. Metamorphoſ. Hinc Polyxenius, xenia, xenium.

polyxenus, inter Græcorum duces, numeratur, Homer. Iliad. 2.

polyxo, xûs, mulier ex Lemno inſula Apollinis vates, quæ Lemniaci ſceleris dux & hortatrix fuit. Nam cùm Lemni mulieres ob ſpretam Venerem hircum olerent, maritique earum ex Thracia auctores ſibi eam ob cauſam aſciſcerent, Polixûs inſtinctu omnem virilem ſexum interemerunt, ſola Hypſipile excepta, quæ Thoanti patri ſuo pepercit. Statius 5. Thebaid.

polyxelus, poeta comicus Græcus, cuius fabulas enumerat. Suid.

polyxenus Athenienſis, cùm quendam iuuenem humana ſpecie auguſtiorem conſpexiſſet impudicè, amiſſo viſu cæcus factus eſt. Plutarc. Paral.

pomarius, Hercules dictus eſt, quòd apud Bœotos Herculi malis ſacra fieri mos eſſet. Vide Prouer. Pomarius Hercules.

pomerania, Wandalica regio ad mare Balthicum ſita, à primis cultoribus, patria lingua, hoc eſt Wandalica, *Pamorzi* appellata eſt, ab indigenis inhabitata & propriis dominis gubernata, alienis autem nunquam ſubiecta fuit. Hæc eſt vbique fertilis, aquis triginta, ſtagnis abundans, nauibus perula, diues agris paſcuis, pomis, lignis, riuis, montibus, venatione, pecore, piſcibus, frumento, butyro, melle, cera, & aliis ſimilibus rebus. Eſt quoque optimè culta ciuitatibus, oppidis, arcibus & vicis: nec vllus eſt locus in ea vacuus, aut incultus, niſi quem aut lacus aut montes occupant. Vſa eſt ante ſuſceptum Chriſtianiſmum lingua, Wandalica, moribúſque propriis vixit, donec Rom. Imperio ſubacta eſt. Tunc enim vnà cum religione, Saxonicam linguam amplexa eſt, quàm in hunc vſque diem retinet. Munſterus.

pometia, vrbs olim in Italia, Latinorum colonia.

pometina, vt ex triginta quinque tribubus populi Romani.

pomona, Nympha Latialis hortorum dea: quam cùm Vertumnus miſerè deperiret, in alias atque alias identidem ſeſe formas tranſmutauit, vt ſaltem amatæ conſpectu frui poſſet. Tandem in anum conuerſus multis ei argumentis perſuadere conatur, vt Vertumno nubat. Verùm cùm nihil aliud, quàm operam ſe ludere animaduerteret, priſtina reſumpta figura, non admodum inuitæ vim intulit, nuptiiſq; eius eſt potitus. Ouid. 14. Metam. Eam Picus Latinorum rex adamauit, propter quod Circe coniunx illum in auem ſui nominis tranſmutauit, vt ſuperius oſtendimus.

pomonalis, flamen Pomonæ pomorum deæ erat. Alex. ab Alex. lib. 6. c. 12. Poſt aliquot verò tempeſtates, aucta ciuitate, quum augeri ſacerdotia oporteret, quindecim flamines conſtituti fuêre, qui omnes à diis, quibus ſacra faciebant cognomenta ſortiti ſunt, quorum primus Dialis, vltimus Pomonalis.

pompeia, ciuitas in Neapolitana Græciæ finitima regione, quam præterlabitur Sarnus fluuius. Strabo lib. 5.

pompeia Plautina, Imperatrix optima, quæ Iulianum Imperatorem maritum ſuum diuertit ab extorquenda populo pecunia, & colligendo fiſco. Author Sex. Aurel.

pompeia Q. Pompeij filia, & neptis Syllæ, vxor Iulij Cæſaris, quæ à Iulio Cæſare repudiata fuit, quòd veniſſet in ſuſpicionem adulterij commiſſi cum Clodio inter ſacra Bonæ deæ.

pompeianum, Ciceronis villa ſic dicta duodecimo plus minus milliario à Neapoli diſtãs prope Nolam. Salluſtius huius meminit in oratione in Ciceronem. Hodie vicus eſt, nomine *S. Maria Annunciata*, teſte Blondo. Sed Amb. Leo dicit hodie *Pomilianum* appellari. Niger verò *Pompeium* vrbem, cuius Salluſt. Tacit. & Seneca meminere, hoc loco ponit. Straboni, Melæ & Xiphilino in hoc tractu *Pompeios* vrbs eſt. Plinius habet Pompeianum municipium. li. 2. c. 51.

pompeianus, Lupercus, conſul cum Attico Attiliano, anno vrbis 881.

pompeianus alter, conſul cum Lolliano Auito, anno vrbis 961.

pompeiani, populi, quos Sarnus amnis alluit, incolentes oppidum eiuſdem nominis. Inde Pompeianum, id eſt prædium circa Pompeios.

pompeij, oppidum Campaniæ, non procul à Puteolis & Neapoli. Mela li. 2.

pompeiopolis, quæ & *Soli* inquit Ptolemæus, cui Ciliciæ oppidum eſt, in Piſidiæ regione. *Soles* habet Mela. *Solu* ciuitas eſt apud Dionem & Appianum. Soli, Solorum numero multitudinis eſt etiam Ciliciæ ciuitas apud Liuium li. 37. præter hanc Pompeiopolim, quam Stephanus etiam Σόλοι vocat. vnde Gentile, *Solenſis*: aliam habent Ciliciæ vrbem, quam *Solus* vocat, vnde Gentile, Soluntij.

Qu. Pompeius contra Numantinos miſſus, ab eiſque ſuperatus, turpem & ignominioſam pacem fecit, Author Florus libr. 2. Huius filius ſiue nepos Cn. Pompeius Strabo, Magni Pompeij pater, Nouocomum coloniam deduxit: in bello ſociali imperator creatus, de Picentibus triumphauit, vir admodum duræ diſciplinæ.

Cn. Pompeius, huius filius, qui ex rerum geſtarum magnitudine Magni cognomen inuenit. L. Syllæ partes ſequutus, ab eóque ad vlciſcendos inimicos in Africam miſſus, Domitium primùm expugnauit, deinde & Iarbam regem cepit, de quo triumphauit ante legitimam ætatem. Quare ab exercitu Syllæ Magnus eſt ſalutatus. Inde contra Sertorium in Hiſpaniam profectus, Metelli copiis ſeſe coniungens eum cum tota factione ſuſtulit. Mox delectus imperator ad bellum piraticum, tribus menſibus id confecit. Dein ſucceſſor L. Lucullo miſſus, de Mithridate triumphauit, Tigranem Armeniæ regem ei ad genua procumbentem in regnum reſtituit. Inde Iberos, Albanos, Iudæos debellauit, capto eorum rege Ariſtobulo. Extincta vxore Iulia Cæſaris filia, Corneliam Scipionis filiam, à P. Craſſo M. filio, viduam relictam vxorem duxit. Neapoli demum acutiſſima febre correptus, parum abfuit à morte: quæ ſi contigiſſet, melius cum eo actum fuiſſet, ob inſequentis belli ciuilis calamitatem. Nam Pharſalica pugna à Cæſare copiis longè inferiore ſuperatus, in Ægyptum fugiens, regis perfidia ab Achilla præfecto interfectus eſt. Filios reliquit Cn. & Sextum Pompeios: quorum ille apud Mundam Hiſpaniæ vrbem terreſtri, hic apud Siciliam nauali prælio ſuperatus fuit.

Sext. Pompeius alius, vir prætorius, ſub quo Valerius Maximus militaſſe ſe dicit, & quem Ouidius de Ponto, pluribus locis laudat. Huius pater Sextus Pompeius, Hiſpaniæ citerioris princeps, quum horreis ſuis ventilandis præſideret, correptus dolore podagræ, merſit in triticum ſeſe ſuper genua, leuatúſque ſanatis pedibus mirabili modo, hoc poſtea remedio vſus eſt. Plin.

Qu. Pompeius Rufus Syllæ è filia nepos, Tribunuſpleb. cum T. Numantio Planco aduerſiſſimus Miloni: in cuius cauſa dixerat paucis poſt diebus, quàm Clodius eſſet occiſus, Milo dedit, quem in Curia cremaretis: ego dabo quem in Capitolio ſepeliatis. Idem Milonem ad ſe venientem in hortos aſpiciens, miſit nuntium ne veniret.

Qu. Pompeius, Bithynicus, ſummo ſtudio dicens multáque doctrina, incredibilíque labore atque induſtria. Huius actio non ſatis commendabat orationem: in hac enim ſatis erat copiæ, in illa leporis parum. Cicero. Feſtus quoque de eodem ſic ait: Pompeius Bithynicus è ſupellectili regia ſignum Ephebi mitram tenentis, arenámque tuentis, exercitationis gratia, more Græcorum, Romam portauit, & in Capitolio poſuit.

pompeius Lenæus, Pompeij Magni libertus, qui de herbis & plantis ſcripſit.

pompeius Macula de quo ſic Macrob. *Saturn.* lib. 2. Fauſtus Sullæ filius quum ſoror eius eodem tempore duos mœchos haberet. Fuluium Fullonis filium & Pompeium Maculam, *miror*, inquit, *ſororem meam habere maculam, quum fullonem habeat.*

pompeiopolis, Ciliciæ vrbs. Melæ li. 1. in deſcriptione Ciliciæ: deinde vrbs eſt à Rhodiis Argiuíſque, poſt piratis, Pompeio aſſignante, poſſeſſa, nunc Pompeiopolis, tunc *Soloe*. Quæ etiam Solino teſte, poſtea *Trajanopolis* eſt appellata, mutato nomine, poſtquam in ea fato cedere

cedere Traianus coactus eſt. Stephan. vrbs Paphlagoniæ. Inde Pompeiopolites.

pompelon. Ptol. l. 2. cap. 6. *Martua* dicta: Hiſpanicè *Pamplona*, Pompeiopolis, caput regni Nauarræ.

pompelonenſes, populi Hiſpaniæ, Segienſibus contermini, qui adhuc Pompelonem (quam Pampelonam dicimus) inhabitant. Plin. lib. 3. cap. 3.

pompilius Theophraſti Peripatetici ſeruus fuit, qui pòſt inter illuſtres philoſophos eſt habitus. De hoc Gell. l. 2. c. 15.

pompilius Secundus Romanorum rex.

pomponia, nomen matris Scipionis: alij Pompeiam nominant.

pomponiana, alio nomine *Meſen*, inſula vna è Stœchadibus ante Maſſiliam ſita. Plin. lib. 3. cap. 5.

pomponius Atticus: nobilis eques Romanus excellenti ingenio, amicus Ciceroni in primis fuit, vnde Atticus Ciceroni eſt appellatus. Qui poſtquam vidit Cinnæ tumultu Rempublicam eſſe turbatam, ſeceſſit Athenas, vbi longo tempore moratus, & ciuitatem & omnium gratiam moribus elegantiſſimis promeruit, linguam ita probè didicit, vt Attici nomen adſequeretur Humanitate diuitiíſque ſimul præditus fuit, quibus amicos libenter impertiebat. Nam & Ciceronem ab vrbe pulſum opibus iuuit, & Brutum ab vrbe fugientem, minis centum eſt proſequutus. Erat alioqui grauiſſimus, vt quæ religiosè polliceretur, præſtare niteretur. Mendacium nec ipſe dicebat, nec pati poterat. Plutarch. Cornelius Nepos.

L. pomponius Bononienſis Atellanarum ſcriptor, quem Solinus ait, vt mirum, nunquam ructaſſe.

Cn. pomponius orator, patronus acer, acerbúſque dicendo, & lateribus pugnans. Cic. in Oratore. Iulius item Pomponius Secundus tempore Quintiliani inter Tragicos longè princeps, quem ſenes Pindarum Tragicum putabant, compoſitione atque nitore præſtare confitebatur, Quintilianus, Plin. libro 14 capit. 4. cum cœnam C. Principi Germanici filio dediſſe ait, in qua vinum centum ſexaginta annorum fuit.

pomponius Iuriſconſultus, ex Pandectarum libris notiſſimus.

pomponius Mela, inſigni opere De ſitu orbis clariſſimus.

pomponius Baſſus, conſul cum Aurelio Fuſco, anno vrbis 1010.

pomponius Victorinus, conſul cum Aurelio Probo Aug. anno vrbis 1034.

pomponius Ianuarius, conſul cum Maximiano Aug. anno vrbis 1040.

poneropolis, vrbs Thraciæ: ſub Rhodope monte ſita, deinde *Philippopolis* ab inſtauratore: & poſtremò *Trimontium* à ſitu dicta. Plinius l. 4. c. 11. Ciuis, Poneropolites. Stephan. vide Philippopolis.

pons Miluius in Tiberi prope Romam, vbi Conſtantinus Maximus imperator Maxentium tyrannum deuicit. Hodie *Fonte molle* vocant. Miluium nominant, hunc pontem Liuius Tacitus, Plinius de viris illuſtribus. Cicero tertia in Catilinam, & ad Atticum. Eutropius, Oroſius, Aurelius Victor in vita Maximiani Imp Victor tamen Giſelinus ait in manuſcriptis ſuis legi Muluius, Molbius & Moluius.

pons Sarnix, Germaniæ vrbs *Sarbrug* Diuæo. Antonini itinerarium eam collocat inter Treuiros & Argentoratum.

pontes, Antonino Galliæ Belgicæ oppidum, ex quo Diuæus *Pontieu* facit.

pontes, Angliæ vrbs apud Antoninum Lhuy. *Reading* eius loco poni videtur.

pontia, Romana mulier caſtiſſima, quæ nullis verborum lenociniis aut pollicitationibus ad adulterium cum Octauio Trib. plebis impelli vnquam potuit, quin ab eo interfici maluit. Corn. Tacitus.

pontia inſula Tyrrheni maris. Ptol lib. 3. c. 1. vulgò *Forca*, non longè è Palmaria, in ſinu Caietano, in qua turtures ac coturnices cùm ad Italiam veniunt, prima volatura requieſcendi cauſa paucos dies morantur. Varro.

pontiæ, inſulæ in mari Tuſc. Plin. l. 3. c. 6.

pontianus Roman. epiſcopus XVII. an. ſal. 231.

pontianus, conſul, anno ſalutis 960.

ponticus, annorum ferè quindecim puer, martyr fuit admirandus. vide in verbo, *Blandina*.

ponticus, poeta quidam, qui de bello Thebano ſcripſit, vt inquit Propert. l. 1. eleg. 7. Ouid. quoque lib. 9. Triſt. eleg. 9. huius meminit.

pontina, Volſcorum palus iuxta forum Appij, haud longè à Tarracina, diſtat ab vrbe viginti paſſuum millibus, quam Plin. l. 3. c. 5. non longè fuiſſe à Circeis dicit, quem locum XXIIII. vrbium fuiſſe Mutianus ter conſul prodidit. Exſiccata eſt à Cornelio Cethego conſule, cui ea prouincia obuenerat: agerque ex ea factus. Liu. l. 47. inſequentibus deinde ſeculis, iterum exſiccata à Theodorico Gotthorum rege, vt ex eius inſcriptione in eo loco cernitur. Latrunculorum autem fuiſſe ſedem Iuuenalis Satyra tertia oſtendit. Alij in Latio conſtituunt, quorum ſententia à Virgilio *Satura* palus dicitur, vt putat ex Hermolao Erythræus: hodie *Aufente palude* vocari ſcribit Leander Albertus.

pontinus, vir fortiſſimus laborum, periculorum, conſiliorum, Ciceronis ſocius, vt ipſe teſtatur de Prouinc. conſu. Modò ille meorum laborum, periculorum & conſiliorum ſocius C.

Pontinus fortiſſimus vir, ortum repentè bellum Allobrogum, atque hoc ſcelerata coniuratione excitatum, prælis fregit, eóſque domuit qui laceſſierunt: vt ea victoria contentus, Repub. metu liberata, quieuit.

pontius Aquila quum eſſet Tribunus plebi triumphanti Cæſari, præteruehentíque non aſſurrexit. Vnde Cæſar indignatus. *Repete ergo*, inquit, *à me Aquila remp. tribunus*. Et per aliquot dies nihil cuiquam pollicitus eſt niſi ſub exceptione, *Si tamen per Pontium Aquilam licuerit*. Coniurauit Pontius cum Bruto & Caſſio in Cæſaris necem, fuitque vnus ex percuſſorum numero. Periit in conflictu Mutinenſi, Sueton. in Cæſare Cicero ep. Fam. l. 10. & Dion. l. 46.

pontius, D. Cypriani diaconus & comes indiuiduus vſque ad vltimum ſupplicij diem exilium cum ipſo ſuſtinuit, egregio de ipſius vita & exitu volumine relicto. Hieronymus in ſcriptorib. Eccleſiaſt.

pontus, Nerei filius & Neptuni, Euſeb. l. 1. Præparat. Vnde Pontus mare dici videtur.

pontius Aufidianus, Romanus ciuis, qui vbi reſciuit filiam ſuam à Fannio Saturnino pædagogo corruptam, vtrumque morte puniuit. Valer. Maximus.

pontus totum illud mare, quod à palude Mæotide vſque in Tenedum protenditur. Sed vbi primùm ſe arctat, à Tenedo incipiens, à caſu Helles vocatur Helleſpontus: vbi ſe expandit, Propontis, vbi iterum arctatur, Thracius Boſphorus: vbi autem latiſſimè diffunditur, Pontus Euxinus, qui curuatus in figuram Scythici arcus, committitur oſtio Mæotidis paludis: idque oſtium Cimmerius Boſphorus vocatur. Figuratè autem pro quouis mari ponitur.

pontus regio Aſiæ minoris à Ponto rege ſic cognominata, ab Occidente Haly flumine, ab Oriente Colchide clauſa: à Meridie, minori Armenia: à Septentrione, mari Euxino terminatur, Strabo Ptolemæus verò l. 5. paulò aliter: Pontus, inquit, ab Occaſu, ore Ponti, & Thracio Boſphoro: à Meridie, regione quæ propriè Aſia dicitur: à Septentrione, parte Euxini maris terminatur. Eſt autem hæc regio venenorum in primis ferax, vnde & fabula de Medeæ veneficiis locum videtur accepiſſe. Virg. Eclog 8. Hinc Ponticus, ca, cum: vt Ponticum abſynthium. Hæc à Iuſtiniano imp. in nouellis in Helenopontum & Pontum Polemoniacum diuiditur: quas tamen ipſe iuſſit in vnam contrahi atque ab omnibus *Helenopontum* nuncupari, iudicans pulchrius regionibus inde e nomina Chriſtianorum regum, quàm Polemi, quod bellum ac tumultum deſignat. Conſtantinus enim imp. alteram à ſuæ matris nomine antea ſic vocauerat.

pontus Cappadocius, Ptolemæo eſt pars Cappadociæ verſus Colchidem. Arrianus in periplo Euxini, vocat eam Thiannicam, cùm ſcribit, Ophim fluuium Thiannicam regionem à Colchide diuidere.

pontus Euxinus, quondam *Axenus*, id eſt inhoſpitalis, Plinio: *Mare Cimmerium* vocat Herodotus & Oroſius. *Caucaſeum* Appollonius l. 4. Mare *Ponticum* nominat. Plutarchus in vita Pompeij, & Eumenidis. Ptolemæus etiam & Iordandes hoc nomine illud nouêre. Herodotus Mare *Boreale*: & l. 4. illud, ἀξιοθεητότατον id eſt maximè ſpectatu dignum, cognominat. Itali hodie *Mar Maiore* dicitur, Græci *Maurothalaſſa* id eſt mare nigrum, appellant, ait Bellonius, *Mauurum* à Græcis nautis nominari tradit Niger.

popanium, vrbs Tyrrhenorum, Ariſtoteles in mirabilibus.

popilij, à Pompiliis diuerſi leguntur, quorum princeps M. Popilius: qui cùm conſul eſſet, eodémque tempore ſacrificium publicum cum læna faceret, quòd erat flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione & ſeditione nuntiata, vt erat læna amictus, ita venit in concionem ſeditionémque cùm authoritate, tum oratione ſedauit. Cic. in Bruto. Hic etiam ſecundò conſul cum M Fabio Ambuſto factus, Tiburtes bello vicit agris eorum vaſtatis. Liu.

M. Popilius, à Numantinis, cum quibus pacem factam irritam cenſuerat, cum exercitu fuſus fugatúſque eſt. Liu. l. 55 Hic deinde ob rem ſua culpa male geſtam in exilium eſt actus.

popilius, legatus ad Antiochum: qui Ptolemæum regem, amicum populo Romano obſederat, miſſus nuntiatum, vt à ſociis populi Romani abſtineret: cunctantem reſponſúmque differentem virga circunſcripſit, ne vltra ſpatium illud differendo exiret: ex quo territus Antiochus, bellum omiſit. Liu. l. 45. & Valer.

C. popilius Lænas Ciceronem occidit, patronum ſuum in cauſa capitis. Valer. Max. l. 5. cap. 3.

popularia ſacra erant, quæ ab omnibus ciuibus fiebant, nec erant priuatarum familiarum, ſed omnium communia, vt à diis impetrarentur quæ ſpectabant ad communem populi ſalutem.

populi fugia, feſta erant quæ Romæ menſe Iunio celebrabantur, vt docet Macrob. & Varr. Sunt autem ideò dicta, quòd eo die repentino tumultu fugeret populus Rom. in bello Gallorum cum Romanis.

populi fugia, funeſta populi Romani feſta, quibus ſuas fugas Romanus populus, hoſtium repentinis incurſionibus exagitatus, teſtabatur, Varro & Macrobius.

poppea, fuit Neronis vxor, quæ iumentis ſuis ſoleas ex auro induebat. Alias eiuſdem intemperies deſcribunt Suetonius & alij hiſtorici.

populonia

populonia à Iuno dicta eſt, quòd ex maris & fœminæ coniunctione cui præeſſe credebatur, noui ſubinde populi creentur: Palæph. libro ſecundo.

populonia, vrbs Hetruriæ, iuxta Piſas, Melæ l. 2. (hodie Plumbinum appellata) à populorum multitudine, quæ in eius agro eſt: vel à populando, quod frequentibus piratarum populationibus pateret.

populonium Plinio, Poplonius Ptolemæo & Stephano.

populonium, Tuſcorum promontorium. Ptol. l. 3. c. 1. cuius Strabo & Ptolemæus meminêre, *Porto Baratto* & eius portum *Porto Ferratto* dici tradit Leander Albertus.

porata vocatur à Scythis fluuius quidam, qui à Græcis πυρετὸς dicitur, magnus fluuius eſt ad Auroram fluens, cum Iſtri aqua communicat. Hæc Herodotus in Melpomene. *Prut* etiam hodie dici putat Peucerus.

porcius, cognomen Catonis familiæ, tractum à Porco.

porcius, præſes Palæſtinæ, & Iudææ, cognomento Feſtus. Act. 24.

porcia, Catonis Vticenſis filia, M. Bruti vxor, nuntiata viri ſui morte, cùm illi ferrum ad ſe conficiendam negaretur: furibunda ad ignem acceſſit, auidéque, hauſtis accenſis carbonibus, ſibi necem intulit. Plutarch. Vide *Portia*.

porcifera, Plinio Liguriæ fluuius, *Porzeuera* hodie dictus, vt Leander tradit.

pordoſelene, inſula iuxta Leſbum cum vrbe eiuſdem nominis. Ciuis, Pordoſelenitis. Steph.

pornopioni Apollini ſacra facere dicuntur Bœotij, ne culicibus Prouincia obnoxia reddatur. Alexander ab Alex. l. 1. c. 13.

poroſelene, inſula, cum eiuſdem nominis oppido, in Ceramico ſinu. Plin. l. 5. c. 31.

porphyreon, vrbs Phœniciæ: Gentile, Porphyreonis & Porphyreonites. Steph. Eandem videtur etiam Blondus *Caipham* vocare vrbem maritimam ad radices Carmeli montis ſitam. Hanc *Caipham* putat Poſtellus nouam eſſe vrbem, aut ſaltem antiquis ignotam, niſi ſit Aca quæ & Ptolemais.

porphyrion, onis, Gigas vaſtiſſimus, vnus ex iis qui ſuperis bellum intulerunt, Claudianus in Gigantomachia. Fuit item hoc nomine auriga Praſine factionis, Neronis tempore. Hoc etiam nomine dicitur, qui in Horatium commentatus eſt.

porphyrione, inſula in Propontide ante Cyzicum. Plin. l. 5. c. vlt.

porphyris, Plin. libro 4. inſula in ſinu Laconico, à Maleæ promontorio quinque millibus paſſuum diſtans, ancipiti mari propter anguſtias. Eadem poſtea Cythera appellata eſt, ob memorabile templum Veneris, quod in eo conſtructum fuit.

porphyrite, oppidum eſt in ea parte Arabiæ, quæ Ægypto conterminа eſt, Steph.

porphyrius, philoſophus Tyrius genere clara ortus proſapia, à pueru vſus præceptore Longino, viro doctiſſimo: priùs Malchus vocabatur, deinde ob veſtem regiam purpuream, qua ob nobilitatem vtebatur, Porphyrius appellari cœptus eſt. Romam poſtea profectus, Plotinum audiuit, vnà cum Origene & Amelio condiſcipulis. Inde in Siciliam nauigans, apud Lilybæum morbo correptus, à Plotino magiſtro, qui eò ſe contulerat, & præſenti & philoſophica oratione recreatus eſt, adeò vt ſtatim conualuerit: móxque Romam ſimul repetens, ibidem obiit, relictis operibus, in quibus contraria & pugnantia inter ſe videtur aſſerere. Cauſa putanda eſt, quòd quæ priùs probauerat, ea poſtea retractauerit. Eius opera ſunt, De diuinis nominibus, liber vnus. De principiis, duo. De materia, ſex. De anima, quinque. De animalium abſtinentia, quatuor. De cognoſcendo ſeipſum, quatuor. Quòd vna fuerit Platonis Ariſtoteliſque ſecta, libri ſeptem. In hiſtoriam Iuliani Chaldæi Philoſophi, libri quatuor. Contra Chriſtianos, libri quindecim In dialecticam Iſagoge, aliaque complura. Floruit Aureliani Cæſaris temporibus, vſque ad Tacitum & Probum principes. Suidas. Aduerſus autem libros, quos contra nos edidit, Methodius, Euſebius & Apollinaris 30. voluminibus apologiam edidere. Hieronymus.

porphyruſſa, inſula. Vide *Porphyris* & *Cythera*.

porrima, ſoror ſiue comes Carmentæ matris Euandri. Ouidius 1. Faſtorum, *Porrima placatur*, &c.

porſena, rex Hetruſcorum, qui pro reſtitutione Tarquiniorum Romanis bellũ intulit: cúmq; iam ex Ianiculo in vrbem irrueret, Horatij Coclitis virtute eſt retardatus, donec pons à tergo ſolueretur. Poſt hæc cum vrbẽ obſidione cinxiſſet, nihil ſe proficere intelligeret, acceptis obſidibus ad ſua ſe recepit, incredibili Romanorum virtute perterritus, cuius ſpecimen viderat in Q. Mutio, qui ſolus caſtra hoſtium ingreſſus vnũ ex purpuratis per errorem pro rege occidit ſtatímq; captus cùm Porſena exquiſitiſſima illi ſupplicia comminaretur, dextram in foculum iniecit, nullaque vultus mutatione exuſſit partim vt regi fidem faceret, nullis ſeſe tormentis poſſe perterreri: partim vt dextra ſua, quæ in cæde aberrans, purpuratum ſatellitem pro rege occiderat, pœnam ſumeret. Plura in Liuio & Plutarcho Virgil. 8. Æneid. mediam dictionis huius ſyllabam conſonante licenter geminata extendit.

porta Auguſta, Hiſpaniæ oppidum.

Portæ Caucaſiæ, locus in Albania, quo ſe Caucaſus mons findens, ad amnis Dyriodori tranſitum portarum ſpeciem refert. Caſpias quidam eas portas nuncupant, ſed errore inducti. Plin. l. 6. c. 11.

porthmia, vicus ad oſtium Mæotidis paludis: Gentile, Porthmieus.

porthmos, idipſum eſt, quod nos fretum dicimus. Eſt & oppidi in Eubœa nomen. Plin. l. 3. c. 5. & l. 4. c. 12.

portia, filia fuit Catonis, quæ audita morte Bruti mariti apud Philippos interfecti, ferro ſibi mortem intulit: cuius mortem deſcribit Martial. lib. 1. Epigram.

Coniugis audiſſet fatum quum Portia Bruti,
Et ſubtracta ſibi quæreret arma dolor:
Nondum ſcitis (ait) mortem non poſſe negari,
Credideram fatu hoc vos docuiſſe patrem.
Dixit, & ardentes auido bibit ore fauillas,
I nunc, & ferrum turba moleſta nega.

Plutarch & Valer. Maxim.

portius Licinius fuit ſcriptor Epigrammatum: ex cuius verſibus ſequentes maximè probantur.

Cuſtodes ouium teneræque propaginis agnum
Quæritis ignem? ite huc quæritis? ignis homo eſt.
Si digito attigero incendam ſyluam ſimul omnē
Omne pecus flamma eſt, omnia quæ video.

portoſpana, Carmaniæ vrbs Ptolemæo, *Ortoſpana* Ammiano eſt.

portuenſis via, quæ ab Vrbe ad Oſtiam ducebat, *S. Felicis* martyris nūcupari ſcribit Æthicus.

portuenſis porta vna è Romanis portis, de qua ac ſimilibus Alex. lib 4 c. 16.

portugallia impropriè Luſitania appellatur, cùm alioqui nec tota Portugallia, Luſitaniæ finibus circumſcripta ſit, nec totam Luſitaniam complectatur: illud tamen negari non poteſt, potiorem Luſitaniæ partem Portugalliæ regi parere. Diuiditur verò Portugallia, in Transtaganam, Caſtiganam, & Interamnem. Transtagana Bęticæ partem capit, eam ſcilicet, quæ ab Ana fluuio ad regni limites porrigitur. Interamnem appellant Portugalliam, quæ eſt inter Durium & Minium fluuios: regio non minus amœna quam fertilis. Hæc Interamnis tota extra Luſitaniam eſt, niſi repudiata deſcriptione poſita, Straboni magis accedamus, qui ait, maximam Luſitanorum patrum partem Callaicos eſſe appellatos. [illegible] inter alia amœniſſimum, quippe quod in 24. milliarium longitudine & latitudine vltra 15. millia fontium perennium contineat. Vaſæus. Munſterus, I. Barrus c. 1. Decad. Aſiaticarum.

portunalia, inter quatuor Græciæ celeberrima certamina numerantur, in honorem Palæmonis, quem Latini Portunum vocant, inſtituta. Eadem & Iſthmia dicebantur, ab Iſthmo Peloponneſiaco, vbi ſolebant celebrari.

portunata, inſula eſt Illyrici maris apud Plinium, Hermolaus ſcribit hanc à Merula *Viglia* ſeu *Vegia* interpretari. vide eum in caſtigationibus Plinianis.

portunus, Deus maris à Græcis dictus, à portubus quibus præſidere putabatur, nomen habens. Hunc poëtæ fabulantur, fuiſſe Melicertam, Inûs filium quem mater Atamantis furorem fugiens vlnis complexa, vnà cum illo ſe in mare pręcipitem dedit. Itaque ipſa quidem in deam marinam mutata à Græcis λευκοθέα, à noſtris Matuta appellatur: ille autem in Deum marinum ſimiliter conuerſus. Græcis Palæmon, nobis Portunus nominatur. Hinc & ludi ipſi in honorem Palæmonis, ſiue Portuni inſtituti. Portunalia à Romanis vocabantur, quæ Græci à loco Iſthmia appellabant. Vide Athamas, Ino, & Melicertes.

portus Annibalis, Pomponia Luſitaniæ vrbs. *Albor* Taraphæ.

portus Herculis, Ptolemæo Liguriæ vrbs, *Villa Franca* Leandro dicitur.

portus magnus, oppidum ciuium Rom. Plin. lib. 5. c. 2. Alij in Mauritania Cæſarienſi conſtituunt, vt Ptol. *Marzachibir* vocat eum Merc.

portus Magnus, Albionis inſulæ Ptolemæo. Humfredus interpretatur. *Portſmouth*, Angliæ maritimum oppidum.

portus Mauritius, Liguriæ oppidum in littore maris, quod *Porto Moriſo* vocant. teſte Leandro.

portus Monœci, Straboni & Ptolemæo Liguriæ oppidum eſt. Stephano etiam μόνοικος eſt. *Monaco* Blondo & Leandro dicitur. Præter Ptolemæum nemo veterum duas vrbes facit, ex portu Herculis & Monœci in Liguria. Tacitus enim & Plinius hoc loco portus Herculis Monœci meminêre.

portus Romatinus, apud Plinium fori Iulij oppidum eſt. Leandro *Porto Gruaro* nominatur.

portus Veneris, eſt in ſinu ſalſo inter Pyrenei promontoria. Mela. lib. 2. cap. 5. v. Aphrodiſium.

potus, Indiæ rex miræ proceritatis, ab Alexandro Macedone ſuperatus deinde & [illegible] dolo interemptus. Plutarch.

poſidium Strabonis, ad intimum receſſum ſinus Arabici, ponit Zieglerus: hodie ibi vrbem eſſe *Znes* ſiue [illegible] nomine addit. Emporium quò ſolebant merces Aſiaticas exponere: vt inde per Cayrum & Alexandriam Venetias perferri poſſent.

poſideon, menſis qui dicitur à Latinis December.

poſideum, Ioniæ promontorium, Pomp. Il. in deſcriptione Ioniæ. Stephano, vrbs inter Ciliciam

liciam & Syriam: Gentile, poſideus. Vide *Poſidiam*. *Selaſſis* Theueto eſt.

poſidianæ, in Baiano ſinu ſunt aquæ calidiſſimæ, de quibus, quoniam incredibiles naturæ vires alioqui manifeſtant effectibus variis, vide Plin.li.31.c.2.

poſidippus Caſſandreus, comicus, docuit anno tertio poſt Menandri mortem, cuius fabulas triginta commemorat. Suid.

poſidium, Syriæ oppidum. Ptol.lib.5.c.2. Vide *Poſidyum*.

poſidonia, à Neptuno dicta (qui Græcè ποσειδῶν dicitur) aliter Ionia dicitur, ab Ioue Xuthi filio. Stephano, vrbs Italiæ: Gentile, Poſidoniates, vel Poſidonius. Vide Sirenuſſæ apud Stephanum.

poſidonias, olim vocabatur Trœzen, Peloponneſi vrbs. Steph.

poſidonium, Strabo, Poſidonia habet Stephanus, prope Rhegium eſt, ex aduerſo Peloro Siciliæ promontorio. Strabo videtur hoc Poſidonium etiam columnam Regiam vocare: de qua ſuo loco. Vide Seſtus.

poſidonius, philoſophus Apamienſis diſcipulus & ſucceſſor Panætij, ex Syria (vt Strab. li.14. author eſt) ſed Rhodius exiſtimatus, quia Rhodi vixit ac philoſophatus eſt, ſicut & Apollonius Molo dictus eſt Rhodius, cùm eſſet Alabandenſis: vtrumque audiuit Cic. Hic cùm aliquando morbo articulari laboraſſet grauiſſimè, fertur ſæpè dixiſſe (erat enim Stoicus) Nihil agis dolor, quamuis ſis moleſtus: nunquam te eſſe confitebor malum. Venit enim Romam M. Marcelli tempore, ſcripſítque multa. Plut.

poſidonius, Olbiopolita, hiſtoricus, ſcripſit poſt Polyb. hiſtoriam libris LII. vſque ad bellum Cyrenaicum & Ptolemæi. Præterea declamationes rhetoricas, argumenta in orationes Demoſthenis. Suidas. Hunc Strabo teſtatur ſuo tempore fuiſſe.

poſidonius Africæ præſul, Auguſtini contubernalis, cuius etiam vitam ſcripſit, præterea Homiliarum libros ſeptem, Epiſtolarum totidẽ, aliarumq́; rerũ complures. Author Ptol. Lucenſis.

poſidonius, nomen viri. 2. Mach. 14.

poſthumia, virgo Veſtalis, de inceſto cauſam dixit, crimini obnoxia ob ſuſpicionem cultus elegantioris, ingeniúmque liberius, quàm virginem deceret, parum abhorrens à fama. Tandem ſententia pontificis maximi abſoluta, qui eam abſtinere iocis, colíque ſanctè potius, quàm ſcitè iuſſit. Volat. ex Plutarcho.

poſthumia, Seruij Sulpitij vxor, cuius ſæpè meminit Cic. Epiſt. li. 4.

poſthumius Albinus, miſſus ad Iugurtham, ab eóque corruptus auro, patriam magno damno affecit. Idem de Vaccæis & Luſitanis triumphauit. Liu. lib. 6. cap. 4.

A. Poſthumius, Dictator in bello Latinorum, quod Tarquinij fuga excitauit, confugientis ad generum ſuum Manlium ducem Tuſculanorum. Itaque collatis ſignis ad lacum Regillum, cùm victoria vtrinq; nutaret, magiſter equitum Romanis equis frenos detrahi iuſſit, vt irreuocabili impetu ferrentur in hoſtes, vbi tandem aciem Latinorũ Romani fudêre. In eo prælio viſi ſunt duo iuuenes acriter pugnare, quos poſt pugnam ad præmia quæſitos, Dictator reperire non potuit. Ratus itaque eos Caſtorem & Pollucem eis communi titulo templum dedicauit. Author Cœlius ex Liuio.

poſthumus Tubero, magiſter equitum Æmilij Mamerci Dictatoris, in prima dictatura contra Volſcos: mox in eodem bello à Q. Cincinnato conſule eius genero, Dictator dictus de eis triumphauit: quam victoriam funeſtauit mors filij, viri magna virtute: quem quod iniuſſu eius occaſione rei bene gerendæ pugnam iniiſſet, ſecuri percuſſit. Liu. li. 4.

L. Poſthumius, poſt Cannenſem pugnam Cõſul in Galliam profectus, à Boiis cum exercitu profligatus, ne caperetur, magno ſtudio cadere in prælio contendit. Cuius inuenti caput præcidentes Barbari, ouantes in templo obtulerunt, ídque ſacrum vas erat, in quo in ſolemnibus libarent. Liu. li. 22. vide Litana.

Sp. Poſthumius, & T. Veturius coſ. apud Furcas Caudinas, deducto in locum iniquum exercitu, cùm nulla euadendi ſpes eſſet, fœdere cum Samnitibus facto, & ſexcentis equitibus Romanis obſidibus datis, ita exercitum abduxerunt, vt omnes ſub iugum mitterentur: iidémque authore ipſo Poſthumo, qui in ſenatu ſuaſerat, vt eorum deditione, quorum culpa tam turpe fœdus ictum erat, publica fides liberaretur, cum duobus tribunis plebis, & omnibus qui fœdus ſpoponderant dediti Samnitibus non ſunt recepti. Liuius.

poſthumius Ebutius Helua, coſ. cum M. Fabio Vibulano, anno vrbis 313.

poſthumius Cominius Aurunnus, conſul cum T. Largio Flauio, ann. vrbis 253. Iterum cum Sp. Caſſio Vicelino, anno 261.

poſthumus, qui & Syluius, filius fuit, Æneę ex Lauinia, quæ Ænea mortuo. Aſcanij timens inſidias, grauida confugit ad ſyluas, & illic enixa eſt Syluium, qui Poſthumus, quòd patre mortuo natus eſſet, dictus eſt. Sed quum Aſcanius flagraret inuidia, euocauit nouercam, & ei conceſſit Laurolauinium: ſibi verò Albam conſtituit, qui quoniam ſine liberis periit, Syluio, qui & ipſe Aſcanius dictus eſt, ſuum reliquit imperium.

poſtia, Italiæ ciuitas à Samnitibus obſeſſa, Lenate & Rutilio coſ.

Digitized by Google

poſtropęa, locus Calabrię, cuius meminit Stephanus Byzantius, vt habet Barrius, qui vrbem *Tropea* hodie dictam interpretatur.

poſtuerta, Dea apud Romanos, vna ex Carmentibus, quæ partui fœminarum præſidebat, & Proſa altera à recti peruerſique partus & poteſtate & nomine. Vide Gellium lib. 16. c. 16. ſub finem.

poſtuerta, dea Romanorum, quæ futura proſpiciebat.

potamiena, Origenis diſcipula, formoſiſſima fœminarum & martyrum. Etenim, inquit Euſe. li. 6. c. 5 hiſt. eccl. in noſtram vſque memoriam ab incolis loci perennis virtutum Potamienæ fama celebratur, quòd immenſos & innumeros agónes, primò pro virginitate, & pudicitia deſudauerit: deinde etiam pro martyrio exquiſita, atque inaudita tormenta pertulerit: atque ad vltimum, vnà cum venerabili matre Marcella ignis ſuppliciis conſummata eſt. Et carnificem Baſilidem in tormentis exiſtens ad Chriſti confeſſionem & fidem conuertit: inde ipſe quoque coronatus eſt martyrio.

potamoſucum Stephano Sacon, nomen fluuij & inſulæ Æolidis.

potamus, oppidum Atticæ. Plin. li. 4. c. 7.

potentia, Ptolo. li. 5. c. 1. Picenorum vrbs. Vulgò *S. Maria de Loreto*, eſt etiam oppidum Lucanorum mediterraneum Ptolemæo, *Potenza* Leandro.

potidæa, Macedoniæ vrbs, ante Caſſandria dicta. Plin. l. 2. c 58. & li. 4. c 10. Steph. vrbs Thraciæ. Ciues, Potideatæ, vel Potidæis.

potidania, vrbs Ætoliæ. Gentile, potidaniates. Steph.

potiuà, dea, quam veteres à potando dixerunt.

potioli, vide Puteoli.

potitius & Pinarius ſacerdotes Herculis. Nam cùm Euander aram maximam Herculi, vbi nunc Roma eſt poſt interfectum Cacum, ædificaſſet, & Hercules de ſuo armento boues ad ſacrificia dediſſet, inuenti ſunt ſenes duo, quibus ſe qualiter coli vellet, oſtendit, ſtatuitq; vt manè & veſperi ſacrificarent. Perfecto itaque matutino ſacrificio, tum circa Solis occaſum eſſent ſacra repetenda, Potitius prior aduenit, Panatius poſtea, extis iam editis. Quare iratus Hercules ſtatuit, vt Pinariorum familia tantùm miniſtra eſſet epulantibus potitiis, & complentibus ſacra, Seruius, Feneſtella & Liuius lib. 1. Vide pinarius.

potnia Stepha. ciuitas Bœotiæ, ex qua Glaucus fuit & à qua potnieus dictus. Straboni fons prope Thebas Bœotias. Plinius tamen li. 4. cap. 19. oppidum in Magneſia ſtatuit, circa quod, vt idem teſtatur lib. 25. c. 8. aſini paſti, rabie inflammantur.

potniæ, Magneſiæ oppidum, Plin. lib. 5. c. 9. in quo Glaucus Siſyphi & Meropes filius, equa humana carne pauiſſe dicitur, quo cupidiùs ferrentur in hoſtem. Verùm cùm pabuli eiuſmodi copia deeſſet, verſæ in rabiem equæ dominum ipſum deuorarunt. Hinc potniades quadrigæ. Vir. 3. Geor. Inde potnius, potnieus & fœmininum potnias, poſſeſſiuum. potniacus. Hanc aliqui etiam Hypotheeas vocant. Steph.

P R

praaſpa, vrbs Atropatenæ: Gentile, praaſpenus. Steph.

praces, vel praciæ populi à prace, qui relicta Epiro Laconiam inhabitauit: Gentile, praces & praceni. Steph.

pracnus, vrbs Illyriæ. Gentile pracniæ. Steph.

practius ciuitas ponti, quæ Troianis auxilia miſit. Hom.

practius, fluuius Troadis. Strab. lib. 13. inter Lampſacum & Abydum, in Helleſpontum influens. Hom. in Catal.

practores, Athenis dicti ſunt, qui mulctam ciuitati & fiſco adiudicatam inſcribebant. Demoſt. orat. 1. adu. Ariſtogit.

præcia, Romana mulier, venuſtate formæ, nulli ſecunda, quæ ſua pulchritudine Gethegum ſibi deuinxit, adeò vt nihil probaretur Cethego, quod præcia non iuſſiſſet. Plutarch. in Lucullo.

præcipites, milites à Mario conſtituti, qui illius cuſtodiam ſtudioſè faciebant. Mos enim regum hic fuit, & eſt, vt ad ſui corporis cuſtodiam fideliores quoſdam homines deputarent. de quo vide Alexandr. ab Alexandr. libro 6. cap. 22.

præconius L. Ælius Stilo ob id cognominatus, quòd præco purpura latiore tunicæ vſus fuerit, Plin. li. 33. c. 1.

prælator Iupiter dictus eſt quòd ei de præda deberetur aliquid. Virg. 3 Æn.

Ipſúmque vocamus in prædam, partémque Iouémque.

præfecti murorum Athenis erant inſtituti, vt murorum veterum inſtaurationem curarent. præfecti aquarum, qui aquas in vrbem perducendas ſatagebant. Præfecti operum publicorum, vt viarum fontium, & eiuſmodi, erant etiam apud Athenienſes. præfecti etiam iuuenum numero decem Σωφρονισταὶ dicti ſunt. De his Socrates in Axiocho: vbi verò in Ephebos, inquit, inſcriptus ſit, omne adoleſcentuli tempus Sophroniſtis & Areopagi cenſuræ tribuitur. Sigonius l b. de Repub. Athenienſ.

prægutij, Italiæ populi, Marſis magis Orientales Ptol. lib. 3. ca 1. Hodie Præcutini: *Abbruzzo* vulgò.

præmonſtratum, locus eſt iuxta oppidum nomine Laudunum, in Gallia Belgica, vbi anno

Chriſti-

Chriſti 1120. ordo monachorum Præmonſtratenſium inchoatus fuit: vulgò *Premonſtré*. Auctor verò huius ordinis fertur fuiſſe quidam preſbyter, nomine Northbertus natione Lotharingus, quem probauit Celeſtinus 2. Papa, anno Dom. 1170. Amiciuntur autem Præmonſtratenſes alba tunica, cum linea toga, ſub candido pallio quo potiſſimum à canonicis differunt, Munſter. lib. 3. Coſm.

præneſte, vel Præneſtis, oppidum Latij edito in loco, naturáque munito ſitum: ita dictum (ſi Step. credimus) à Præneſto conditore, Latini filio, Vlyſſis, & Circes nepote. Alij ἀπὸ τῶν πρίνων id eſt, ab ilicibus, quæ illic abundant, nomen accepiſſe exiſtimant. Feſtus nominis huius originem ad loci ſitum refert, eo quòd montibus præſtet, vnde & altum Præneſte à Virgilio dicitur 7. Æneid. Fuerunt qui à Cæculo Vulcani filio conditum putarint, quorum ſententiæ ibidem quoque ſubſcripſit Virg. Stra. lib. 5. Græcam vrbem eſſe tradit, cuius rei argumentum hoc affert, quòd olim Polyſtephanus dicta fuerit. Habuit hoc oppidum nobile Fortunæ templum cuius pauimentum lithoſtrotis ſtrauit L. Sylla. Plin. li. 36 c. 25. Hinc Præneſtinus, na, num, poſſeſſiuum: vt dea Præneſtina apud Ouidium 6. Faſtorum. Fortuna Præneſtina apud Lucanum lib. 1. Et Sortes Præneſtinæ. Straboni *Πραινεστὸς* dicitur. *Stephanon* vocatam etiam tradit Plin. Πραίνεστος habet Ptole. Leander Albertus dicit hodie *Pilaſtrina* nominari. Præneſtinos *Nuculas* eſſe dictos tradit P. Feſtus.

præpeſiuthus, inſula vna ex Cycladibus, apud Plinium, quæ hodie *A Zentara* dicitur, teſte Nigro.

præſens, coſ. cum Rufino, anno vrbis 905.

præſens, coſ. cum Albino, anno vrbis 998.

præſidius, coſ. cum Aſterio, anno vrbis 1247.

præſius, vrbs Myſiæ maioris in mediterraneis.

præſus, vrbs Cretæ: Gentile, Præſius & Præſus. Steph.

præſtes, Minerua, quòd præiret, & ſe velut ducem homini exhiberet. Dicebatur etiam Aſtes, quia aſtat viro bono, lateríque eius hæret fidus comes. Macrob. Martian. & Feſtus.

prætetia, parua regio ab Adria non procul. Incola, Prætetianus.

prætextatus, coſ. cum Attico, ann. vrbis 994.

prætides, filiæ fuerunt Prœti Argiuorum regis, quæ cùm Iunoni auderent ſe præferre, ab eadem feruntur in vaccas transformatæ. Alij fabulantur hoc factum, quòd Venerem ſpreuiſſent.

prætores Athenienſium, non ſolùm vrbanam iuridictionem adepti erant, verùm etiam quæſtiones multas & quidem omnes ad rem bellicam pertinentes domi exercuerũt, vt refert Demoſth. in oratione de Antidoſi, & ad Lacritum.

prætores plures habuerunt Romani. Prætor vrbanus, ſeu iudicialis, qui & maior dicebatur, præerat ſortitioni iudicum, & ærario, muneri etiam eius cura tutelarum ædium atq; ludorum incumbebat. Munera etiam ſolebat dare legatis ex ærario ſumpta, ſeruis libertatem publicè dabat, populos etiam in libertatem iuſſu ſenatus, vel imperatorum reſtituebat. Abſentibus conſulibus conuocandi ſenatum facultatem habebat. Prætores peregrini quatuor generum fuêre. Primum, qui peregrinorum in vrbe, populorúmque externorum cauſas tractabat, & ſemper in vrbe manebat. Secundum, qui iuriſdictionem iudicandi inter peregrinos ciuéſque habebat coniunctam. Tertium, qui extra vrbem conſtitutus in prouincia ius dicebat. Quartum, qui & propriè præfectus prætorio dicebatur, conſtituto primum imperio creatus: qui pluribus ſimul prouinciis, hoc eſt, integro limiti, vel pluribus limitibus, nomine Romanorum Auguſtorum præſidebat: à quo prouocari non poterat, & qui præter ciuiles criminaléſque cauſas, belli quoque armorúmque adminiſtrationem tractabat. Erant extra vrbem alij prætores quidam, videlicet exercitus Romani, claſſis, & comitatus Auguſtalis. A prætore exercitus, Prætorium in caſtris & porta Prætoria cognominata fuêre. Fuiſſe legitur & in claſſe prætor, à quo prætoria inſignior in claſſe nauis denominata eſt prætor Comitatus Auguſtalis, qui & Palatinus dicebatur, & præfectus prætorij Auguſtalis, in aula ius dicebat. Et ab huiuſmodi prætore prætoriani milites ſiue cohortes prætorianæ nominatæ videntur, quibus Imperatoris comitatus inclinante potiſſimùm imperio ſepiebatur. Quæ florente imperio, Romæ ſemper pro cuſtodia Imperatoris, vbi is aderat, vel pro vrbis tutela, vnà cum cohortibus vrbanis excubabant: habebántque Romæ caſtra muro circundata, in quibus extincto Imperatore, alium de ipſorum arbitrio Senatúſque confirmatione ſubrogandi facultatem habebant. De his omnibus plura apud Lazium libro ſecundo, Comment. de Republ. Rom. Vbi eorum ſedes, ornamenta, inſignia miniſteria, familiæ, Satellites luſiſſimè ex Romanis hiſtoricis, deſcribuntur.

prætorium, pannoniæ ſuperioris vrbs, vt legitur apud ptole. Simlerus putat ab Antonino *Prætorium Latum Vicorum* dici, & hodie *Pridenich* nominari, auctore Molerio.

prætorium, circa Armeniam minorem oppidum. Anton.

prætorium, Antonino Angliæ oppidum.

prætutium, Ptolemæo oppidum eſt in pice-

no, Sil. libro decimoquinto.

Praga, regio Bohemiæ vrbs primaria, Ptolemæo *Caſurgu* dicitur. Eam aggere atque muro Primiſlaus, tertius Bohemiorum dux, cinxit & ab eius vxore Libuſſa, à limine, quòd Bohemicè Praga, inditum vrbi nomen. Quæ nunc Regi Pontificiq; honeſta ſedes, neque minor, neque ignobilior Etruſca Florentia, tres in partes diuiſa: quibus nomina indidêre, paruam Pragam, veterem ac nouam. Parua ſiniſtrum latus Mulauiæ fluminis occupat, colléque conjungitur, in quo ſita eſt regia. Vetus Praga in Plano jacet, vniuerſa magnificis operibus adornata. Iungitur minori Pragæ lapideo ponte, xv. & xx. arcuum. Æn. Syluius.

pras, vrbs Perrhæbiæ: Gentile, Prantes, Steph.

praſiæ, vicus Athenis in Pandionide tribu. Eſt etiam oppidulum Laconiæ: Incola vtriuſque, praſius. Steph.

praſias, palus, in qua Pæones habitant prope Obelum montem.

praſij, Indiæ populi, Plin. lib. 6. ca. 18. Sed omnium in India prope non modò in hoc tractu, potentiam claritatemq; antecedunt Praſij, ampliſſima vrbe ditiſſimáque Palibotra. Steph. Indiæ populus, qui contra Bacchum militauit.

praſinus, equus Commodi, cui mortuo ſepulchrum in Vaticano ſumptuoſiſſimum fecit princeps, ſicut olim Bucephalo ſuo fecerat Alexander, aut Octauius Auguſt. Alex. ab Alex. libro 6. cap. 14.

praſon, promontorium iuxta mare rubrum: Incolæ, Praſij. Steph.

praſpenus, vide Praaſpa.

praſſæbi, gens Theſprotica. Steph.

praſſum, ſimplici ſ ſcribunt Ptolemæus & Stephanus, apud quos eſt Æthiopiæ interioris promontorium.

praſtillus, vrbs Macedoniæ, aliàs Craſtillus. Steph.

praſuragus, Ignetorum rex, qui Neronem cum filiabus ſuis fecit hæredem.

praſum, Cretæ oppidum, verſus plagam Meridionalem.

praritæ qui & Paredoni appellati, populi circa Hircanum mare ad Portas Caſpias. Plin.

praxaſpes, nobilis Perſa, qui Smerdim Cambyſæ fratrem iuſſu regis occidit. Herod. li. 3.

praxeas, hæreticus Aſiaticus, qui plures negabat perſonas in Trinitate: ſed eundem patrem & creaſſe omnia & in cruce pependiſſe: quòd vt dicebat) communicata pluribus monarchia authoritatem principatus minuat. Huius argumentis reſpondit Tertul.

praxidice, Nympha, ex Tremilete filium habuit Cragum, qui Lyciæ monti nomen dedit. Steph.

praxilla fuit quædam Sicyone poetria, quæ in ſuis cantionibus Adonidem inducit ab inferis interrogatum quid apud ſuperos reliquerit, reſpondere ſolem cucumeres, mala. Quod cùm vehementer inſulſum videretur, cucumeres & mala cum ſole componere, abiit in prouerb. Stupidior praxillæ Adonide.

praxilus, vrbs Macedoniæ, Gentile, Praxilius. Steph.

praxiteles, marmoris ſculpendi inſignis artifex, duplici præcipuè Venere nobilitatus, Gnidia & Coa, quæ ob artis præſtantiam, magnam mortalium vim eas in inſulas ad ſui ſpectaculum allexerunt. Sed Gnidiarum væſano amore iuuenis cuiuſdam inſignis, qui delituit in templo, ſimulachróque cohæſit: tum Nicomedis æſtimatione regis, grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam conantis. Natus eſt in extrema Italiæ ora, quam Magnam Græciam olim appellabant, deinde ob artis excellentiam ciuitate Romana donatur, quamplurimis etiam egregiis ſignis ornauit. Scripſit: (teſte Varrone) quinque volumina nobilium operum in toto orbe. Eius Romæ opera, Triptolemus, Flora, Ceres in hortis Seruillianis, Boni euentus, & Bonæ fortunæ ſimulachra in Capitolio: item & Mænades, & quas Thyades vocant & Caryatidas & Sileni in Aſinij Pollionis monumentis, & Apollo & Neptunus. Plin. lib. 36. c. 5. Claruit autem potiſſimum candido marmore, quod ab inſulæ nomine, in qua effodiebatur, Parium dicebatur. Propert. libro tertio. Praxiteles Satyrum ex Pario marmore & Cupidinem ex Pentelico lapide, ſumma induſtria cùm elaboraſſet Phrynen meretricem, inſignéque ſcortum, amore, deperiiſſe fertur: à qua interrogatus, quodnam opus haberet pretioſiſſimum? Tacuit ipſe, ſpondens, autem ei quod eligeret, ſe daturum. Techna autem quadam Phrynes ſeruus accurrit, i. officinam Praxitelis ardere nuntians. Intentus itaque Praxiteles, impendio reſiſtere ſperans, foras repentè ſeſe proripuit, inquiens, Nihil miſero mihi ex laboribus ſupereſt, ſi Satyrus & Cupido conflagrarint. At Phryne, Ne feſtines, inquit, caliditate tantùm mea circumuentus es. Tali itaque aſtutia Cupidinis ſimulachrum Phryne à Praxytele dono accepit. Id autem, ea mortua, à Theſpienſibus octingentis auri minis comparatam, & Ceriſſi ſeruatum, Gaius Cæſar Romam aduexit quod poſtea à Claudio Imp. remiſſum, Nero denuò abſtraxit Plut. in Hyper. Athenæus lib. 13. c. 22.

preciani, populi in Aquitania, proximi Bigerrionibus & Hiſpaniæ citeriori, in regno Francorum ſiti. *Bear* hodie aut *Baionne*, aliis placet *Precius* vt Vigenereus habet in ſuis Annotationibus in Cæſarem.

precius

Precius, lacus eſt Ciceroni pro Milone, qui cùm ab equite Romano ſplendidiſſimo & forti viro T. Pacanio non impetraſſet vt inſulam in lacu Precio venderet repentè lintribus in eam inſulam materiam, calcem, cæmenta atque arma conuexit.

Præmiſſum alio nomine Athæneum, id eſt Mineruium non procul à Veſuuio monte. Strab. lib. 5.

Pretanides, Martiano & Ptol. inſulæ Britannicæ vocatæ. Steph.

Priæſus, vrbs Cretæ: Ciuis, Priæſius, & Priæſeus. Steph.

Priamus, filius Laomedontis, qui Ilio ab Hercule euerſo, vnà cum Heſione ſorore in Græciam abductus eſt captiuus. Poſtea tamen auro redemptus, Ilion inſtaurauit, ſimul & exornauit: regníque limites vſque adeò protulit, vt non ſolùm Troiæ, ſed totius ferè Aſiæ rex videretur. Hecubam filiam Giſſei regis Thraciæ vxorem duxit: habuítque, teſte Cicer. Tuſcu. 1. filios quinquaginta, quorum decem & ſeptem ex iuſta vxore: ex quibus fuit & Paris, qui repetiturus Heſionem ſororem, in Græciam profectus, Menelao Helenam vxorem eripuit: qua de cauſa motum eſt bellum decennale à Græcis in Troianos, in quo vidit filios ſuos ferè omnes ab hoſtibus interfectos. Tandem capto Ilio, & ipſe à Pyrrho Achillis filio occiſus eſt prope aram Iouis Hercæi, in ſanguine Politæ filij. Virgilius lib. 2. Æneid. A Priamo & Priamides patronymicum, & Priameius, ia, ium.

Priamus, Politæ filius, ſuperioris nepos quem Æneas ex Troiæ excidio ſecum in Italiam duxit. Virg. 5. Æneid.

Priapeia, carmen obſcœnum, quod nonnulli Tibullo, alij Ouidio adſcribunt.

Priaponneſos, inſula in ſinu Ceramico. Plin. lib. 5. c. 12.

Priapus, Liberi patris & Veneris filius, quem ſuperſtitioſa antiquitas hortorum præſidem credidit. Idem & Lampſacenus dicebatur, à Lampſaco non ignobili Troadis vrbe ad Helleſpontum ſita, in qua & natus creditur. Ferunt enim Venerem Liberi patris amore captum, ei ex India redeunti obuiam prodijſſe, coronamque illi ex rubenti roſa, tum primùm ex ſanguine ſuo enata obtuliſſe, eáque illum coronatum, tanquam ſponſum ſuum ſequi ſe iuſſiſſe. Verùm cùm ex illius concubitu grauidam ſeſe, & partui vicinam animaduerteret, Lampſacum ſeſe contulit, vt ibi partus tempus expectaret, Iuno interim zelotypia exagitata, cùm ſe parturienti opem ferre ſimularet peracta priùs incantatione, deinde & vtere eius contracto, fœtum eius cùm cæteris omnibus partibus deformem: tum prægrandi pene dehoneſtatum reddidit. Quem cùm mater recens natum vidiſſet pudore affecta, pro neglecto habuit, Lampſacíque reliquit. Verum cùm poſteà adultus Lampſacenis mulieribus nimiùm gratus eſſet, à ciuibus eiectum ferunt. Ob quam rem, quum neſcio quo malo poſtea premerentur, templa ei & ſacra conſtituerunt, factúſq; etiam hortorum Deus eſt. Immolabant ei aſinum, quòd, cùm olim in feſto Magnæ matris ad quod omnes dij conuenerant, epulíſque ſatiati noctem luſibus ducebant, Lotidi Nymphæ, ſiue, vt alij placet, Veſtæ humi dormienti vim inferre conaretur, intempeſtiuo aſini, quo Silenus vehebatur, clamore excitata virgo, manu eum reiecerit, magno omnium, qui aderant, riſu Ouidius primo Faſtorum. Hyginus verò tradit, ob id Lampſacenus aſinum ei immolare conſueuiſſe, quòd ab eo, cum de magnitudine pudendi certarent, ſuperatus videretur. Diod. lib. 5.

Priapus, Helleſponti vrbs Plinio lib. 5 cap. 31. à Priapo ſuperiore, Liberi & Veneris filio condita, ſeu, vt alij volunt, à Mileſij nomine Priapi cœptus eſt enim ibi coli ob vineta vbertima, quæ iuxta in Pariana & Lampſacena regione ſunt. Strab. Ciuis, Priapenus, regio, Priapis.

Priapus, Straboni eſt Aſiæ minoris oppidum. *Lapſi* hodie vocari ſcribit Niger.

Priapus, fluuius circa Priapum Helleſponti, in Strabonis Epitoma lib. 13. Plinius inſulam ſic vocat, circa Ioniam.

Priene, Ioniæ vrbs olim maritima, poſtea limo Meandri fluminis decurſu inuecto mediterranea effecta: Biante alumno nobilis. Inde fit Prieneus & Prienenſis. hodie vocatar *Palatbiſa* auctore Mario Nigro. Quibuſdam *Cadme* dicitur, inquit Strabo.

Prilles Plinius Tuſciæ fluuium habet: Antoninus *Aprilim* Tuſciæ lacum deſcribit ad mare mediterraneum: Leander *Frangola palude* vocat *Lago d'Orbitello* Fl. Blondo & Nigro dicitur: ſed fortaſſe malè: cùm Orbitello oppidum, à quo denominari videtur, non ad hunc lacum ſitum ſit, ſed ad altum prope montem Argentarium, qui lacus Marinus λιμνοθάλαττα à Strabone nominatur. Hunc Aprilem *Lago di Caſtiglione* hodie appellari ex tabula Tuſcana Hieronymi Bellarmini luce clarius eſt.

Prima Iuſtiniana, dicta fuit vrbs quædam Illyrica, à Iuſtiniano Imp. quæ priùs *Achryaas* vocabatur. Nicephorus Caſtilus lib 17. c. 28.

Prima, Thebaidis in Ægypto vrbs.

Primigeni, populi in Anglia, Antone & Sabrinæ flumini propinqui. Hos ſocios aliquando Romanorum memorat Tacitus.

Primiſlaus, bubulcus primùm, deinde verò factus eſt rex Bohemorum.

Donatus eſt haſti' puris quatuor, coronis vallaribus duabus, ciuica vna vexillis paris quatuor, aureis armillis duabus, torque aureo vno, patera vna libra um ſ ad rem diuinam.

probus, Berytius grammaticus, Romæ docuit, non tamen vt magiſtri perſonam ſuſtineret, vnum & alterum, vel complurimum, tres aut quatuor pomeridianis horis admittere ſolebat, cubánſque inter longos & vulgares ſermones legere quædam, iſque perrarò. Nimis parua & exigua, de quibuſdam minutis quæſtiunculis edidit. Reliquit autem non mediocrem ſyllabam obſeruationum ſermonis antiqui: ab initio enim ad ſtudia ſe contulit, poſtquàm in militia diu centuriatum fruſtrà petiſſet. Tranquil.

procas, rex Albanorum, pater Amulij & Numitoris aut Romuli & Remi, Liuius 1. ab vrbe condita. Virg. 6. Æneid.

Proximus ille Procas Troianæ gloria gentis.

proceraſtis, oppidum Bithyniæ ad Boſphorum Thracium è regione Byzantij quod notiore nomine Chalcedon appellatur. Plin. l. 5. cap. vlt.

prochone, inſula quæ aliàs Alone apud Steph.

prochorus, nomen Diaconi. Act. 6.

prochyta, inſula in mari Tyrrheno, non procul à Puteolis Campaniæ vrbe, vna ex Æoliis. Dicta autem Prochyta, quaſi profuſa ἀπὸ τοῦ προχεῖν, quod eſt profundere. Ferunt enim Inarimes vicinæ inſulæ montem terræ motu concuſſum inſulam hanc fudiſſe. At Dionyſ. l. 1. ſcribit, Prochytam dictam eſſe à nutrice Æneæ eiuſdem nominis.

procilius, grammaticus, vir ſuis temporibus doctiſſimus. Cùm de peregrinis regionibus loquitur, commemorat apud Memphim, in aurea columna Ægyptiis literis ſcriptum, tunc demum Ægyptum liberam fore, cùm in eam veniſſent Romani fasces. Lamprid.

proclais, Ptolemæo Indiæ intra Gangem ciuitas.

procle, vrbs Lydiæ: Gentile, Procleus. Steph.

procles, frater Euryſthenis, qui per totum vitę tempus inter ſe diſſenſerunt & mutuum inter ſe odium fouerunt.

proclidæ, Laconum familia, quæ poſtea *Eurytionidæ*, vt Plutarchus in Lycurgi vita, vel *Eurypontidæ*, vt Pauſanias refert, dicti fuere.

proclus, Lycius, diſcipulus Syriani, philoſophus Platonicus, præfuit ſcholæ Athenienſi: cuius diſcipulus & ſucceſſor fuit Martinus Neapolitanus. Scripſit plura in grammaticam & philoſophiam, commentarios in totum Homerum, in Heſiodi ἔργα καὶ ἡμέρας, in Rempublicam Platonis, præterea contra Chriſtianos Epicheremata XVIII. Hic eſt Proclus qui poſt Porphyrium ſecundus contra nos latrauit, aduerſus quem Ioannes, cognomento Grammaticus, ſcripſit Apologiam, dictitans eum, quanquam in rebus Græcanicis magnum, ſtultum tamen eſſe, & in hac parte indoctum. Suidas. Is etiam eſt, cuius hodie commentarios in Platonem habemus. præceptor item L. Antonini, qui eum ad conſulatum vſque prouexit, vt ſcribit Spartianus.

proclus, Malleotes patria, ſcripſit in Sophiſmata Diogenis, & contra Epicurum.

proclus, cognomento Proculeius, è Laodicea Syriæ, qui ſcripſit Theologicum in Pandoræ fabulam Heſiodi, in Aurea carmina, Iſagogem in Arithmeticam Nicomachi, & alia quædam geometrica. Proclum Naucraticam his Philoſtratus addit, qui dicit vnum fuiſſe ex ſuis præceptoribus ac docuiſſe Athenis, filiúmque habuiſſe luxui deditum: in quem non modò non ſeuerus fuit, ſed vſque adeò indulgens, vt in alendis canibus, auibúſque ei adeſſet, dictitans has nugas eum citius cum ſenibus dimiſſurum, quàm cum æqualibus. In docendo hunc omnino ſeruaſſe morem, vt initio ab diſcipulis centum drachmas pro totius temporis mercede acciperet, bibliotheca domi publicata, vt illi ſolùm lectioni intenti dum cogerentur, minimè per otium (vt moris eſt in ludo) inter ſe ſibilarent aut iurgarentur, pueris cum pædagogis, ac adoleſcentibus in medio conſtitutis. Philoſtratus apud Volaterranum.

procolitia, Britanniæ inſulæ vrbs. liber Notit.

proconneſia, ancilla eſt apud Plin. quæ eiuſdem diei coitu alterum domino ſimilem, alterum eius procuratori peperit infantem.

proconneſus, inſula in Propontide, quam ſolam inter alias habitari plerique dixerunt. Plinius libro 5. capit. vltim. inſulæ in Propontide ante Cyzicum Elaphonneſus: vnde Cyzicenum marmor. Eadem Neuris & Proconneſus dicta Stephano. Proconeſus per n ſimplex, vna Sporadum eſt in Propontide: Ciuis, Proconneſius.

procopias loci nomen. Goltius ex Hadriani nummo.

procopius, è Cæſare Palæſtinæ orator & ſophiſta, ſcripſit res Iuſtiniani, quas in Oriente aut Occidente, aut Africa per Beliſarium patricium geſſerat, cuius ſcriba & comes in cunctis expeditionibus fuit. Compoſuit item alterum librum, quem inſcripſit ἀνέκδοτα, id eſt, non edenda: ſiue non edita: vbi Comœdiâ quâdam Iuſtiniani, & eius vxoris Theodoræ vituperationem deſcribit. Suid.

procopius, tyrannus Conſtantinopolitanus, inſurgens contra Valentem principem apud Natoliam Phrygiæ ciuitatem in eius poteſta-

tiem cum exercitu venit proditus à duobus militibus, alligatúſque deinde duabus per vim reflexis arboribus, diſcerptus eſt. De Proditoribus etiam ſumptum ſupplicium. Ex hiſtoria tripartita.

procopius, Bithyniæ præſes, ſub Valente. Auguſto imperium inuaſit: paulò tamen pòſt militibus ab eo deficientibus, ad Valentem ductus, capitali pœna affectus eſt. Ammian. libro 26.

procris Erichthei Athenienſium regis filia, ſoror Orithiæ, Cephali vxor, quam Cephalus certo iaculo emiſſo interemit, ratus feram eſſe. Vide prouerbium, Procridis telum. Vide Cephalus.

procruſtes, Plutarcho in Theſeo, latro inſignis in Attica regione ad Cephiſſum flumen habitans, qui cogebat hoſpites ſuper lectum aliquem aſcendere, quo ſi longiores fuiſſent, pars ſupereminens amputabatur: qui verò breuiores, diſtendebantur: à qua re etiam nomen illi inditum putant. Hunc poſtea Theſeus interfecit.

proculeius, Acroni Horatij interpreti, eques Romanus, Auguſti amiciſſimus, qui prius ſic erga fratres ſuos Scipionem & Murænam fuit, vt ſpoliatis bello ciuili patrimonium ſuum ex integro diuideret, quod cum eis iam antè diuiſerat. Plutarchus in vita Antonij ait Antonium, paulò antè quàm expiraret, admonuiſſe reginam Cleopatram, vt maximè omnium, qui cum Auguſto erant, Proculeio ſe dederet. Mortuo Antonio Auguſtum Proculeium miſiſſe, vt curaret Cleopatram viuam in ſuam poteſtatem habere. demum quum illa arrepto enſe voluiſſet ſibi mortem inferre, Proculeium enſem è manibus ademiſſe.

proculus, vir nobilis & clarus hoc apud plebem de Romuli morte figmento eſt vſus. Senatus enim finitimis bellis implicitus, conſuetam annonæ largitionem plebi ſubtraxit: Romulus indignatus, plebi reſtituit, & complures ex primoribus ſupplicio affecit. Hi poſtmodum in ſenatu minutim obtruncatum intra ſinum condunt. Plebs igitur cum facibus ad curiam decurſans, ab Aëtio Proculo reuocata eſt, cùm eius orationi finem adhibuiſſet. Is enim primarius in ciuitate vir ſe Romulum in monte aſpexiſſe dixit, qui humana anguſtior forma diuinitatem aſſecutus erat. Plutarch. in Romulo.

proculus, imperator vſque adeò libidinoſus fuit, vt centum Sarmatas virgines bello captas diebus 15. (vt ipſe gloriabatur) grauidas reddiderit, magno libidinis argumento. Flauius Vopiſcus, Sabellicus in exemplis.

proculus, cognomen eius, qui natus ſit patre peregrinante à patria procul.

proculus, Iuriſconſultus celeberrimus temporibus Alexandri Cæſaris.

proculus Virginius Rutilius, Conſul cum Sp. Caſſio Vicelino, anno vrbis 268.

proculus Geganius Macerinus, Conſul, cum L. Menenio Lanato, anno vrbis 315.

proculus, quidam ſub Aurelio Probo Cæſare in Gallia imperium arripuit. ſed ab eo victus eſt.

procuri, vrbs in inſula Taprobana. Ptol.

procyon, ſidus æſtiuum, Canis ortum præuertens: vnde etiam à Latinis verbum ex verbo exprimentibus, Antecanis appellatur, Cicer. 2. de natura deor. Antecanis tamen nomē videtur minus vſitatum fuiſſe, & à Cicerone primùm confictum: vnde etiam Plinius libro 18. cap. 20. ſidus hoc nomen Latinum habere negat, niſi quis (inquit) Caniculam velit appellare. Columella tamen libro vndecimo, capite ſecundo, Caniculam manifeſtè diſtinguit à Procyone, huius ortum Idibus Iuliis, illius VII. Calendas Auguſti aſſignans: Caniculam nimirum appellans, quem nos Canem dicimus.

prodicus Gous, ſophiſta, cuius quanta fuerit authoritas, ex Xenophonte deprehendere licet: qui in Bœotia captus, vadem pro reditu dedit. In concilio Athenienſium magnam eſt laudem adeptus, quanquam voce grauiore atque abſona. Conatúſque eſt in ea ciuitate primarios ex quaque nobili familia adoleſcentes ſibi deuincire, quorum hoſpitium vſui ſibi & voluptati foret. Hæc ex Philoſtrato. Suidas autem dicit eum Chium fuiſſe, Democriti ac Gorgiæ temporibus, librúmque edidiſſe, qui inſcribitur ὧραι, in quo finxit Herculem, virtuti pariter ac voluptati congreſſum, vtraque hinc ad ſe trahente: tandem à virtute perſuaſum, alteram ſpreuiſſe.

prodicus, orationem ipſam, quæ ſoluta erat, primus pedibus conſtruxit, & communes locos tractauit, vt Protagoras.

prodicus, medicus fuit, authore Plin. Æſculapij diſcipulus Selybriæ natus, qui medicinam inſtituit, quam Iatralepticen vocant.

prodromi, venti dicuntur qui in ortu Caniculæ ſtatis anni temporibus ſpirare ſolent, Lucret.

Puluerulenta Ceres & Eteſia flabra Aquilonum.

proerna, Phthiotidis vrbs. Strabo.

prœtides, Prœti Argiuorum regis & Antiæ filiæ, quæ cùm forma eſſent præſtantiſſima, ſe Iunoni auſæ ſunt præferre. Quare irata dea talem eis immiſit furorem vt vaccas ſe eſſe arbitrarentur, & in ſyluas confugerent, poſtea autem helleboro ſanatæ à Melampode dicuntur: vnde quoddam hellebori genus, Melampodij

Digitized by Google

dij nomen accepit. Plin. libr. 25. cap. 15. Virg. in Sileno.

Prœtus, Abantis regis Argiuorum filius, ei ſucceſſit in regno. Hic, teſte Homero 11. Odyſſ. Antiam habuit vxorem: ex qua filias quatuor habuit: quæ quum forma ſe Iunonis prætuliſſent, offenſa dea eis furorem talem immiſit, vt vaccas ſe eſſe arbitrarentur, & aratra timentes, ſyluas peterent.

Progaſia, Lydiæ oppidum. Steph.

Progne, inſula circa Rhodum. Plin.

Progne, Pandionis regis Athenienſium filia, vxor Terei Thracum regis qui cùm Philomelæ, alteri Pandionis filiæ, ſub prætextu viſendæ ſororis à patre abductæ, vim intuliſſet, vitiatæque linguam abſcidiſſet: tam impotenter id tulit Progne, vt Itym communem filium dilacerarit, patrique epulandum appoſuerit. Qua re tandem cognita, ex pueri capite ſub finem cœnæ in conuiuium illato, Tereus furore correptus, gladium ſtrinxit, vxorémque iam occiſurus, in hirundinem eam vidit conuerſam: Philomelam autem in auem ſui nominis: Itym verò in phaſianum. Quinetiam ipſe, dum nouas haſce ſuorum transformationes admiratur, in vpupam mutatus eſt, quæ auis etiam nunc militarem quandam criſtam in capite retinet. Ouid. 6. Metamorph. Vide Philomela.

Promachus Macedo & Nouelius Tricongius ratæ gloriæ inter bibaciſſimos fuerunt: ille enim quòd quatuor ingurgitaſſet cantharos vno hauſtu, ab Alexandro corona donatus eſt. hic tres vini congios prandiolo vno ebibiſſe commemoratur: Promachum Macedonem triduo pòſt vini furor enecauit. Alexand. lib. 5. cap. 12.

Promaleum, promontorium Laconicæ. Heſych.

Promerus, regius quidam miniſter fuit, is Euripidem, tragicum poetam ſupra modum exoſum habebat, delatus ab eodem aliquando neſcio quo nomine apud regem. quare poſteà canes quoſdam feros in poetam ſoluit, à quibus deuoratus interijt. Vide prouerbium, Promeri canes.

Prometheus, filius Iapeti ex Aſia coniuge, pater Deucalionis, primus hominum ex luto dicitur finxiſſe: cuius ingenium admirata Minerua, ſe illi daturam promiſit, quicquid apud ſuperos eſſet, quod ad operis perfectionem pertineret: cúmque reſpondiſſet Promotheus, conjicere ſe non poſſe, quæ apud ſuperos eſſent operi ſuo vtilia, niſi præſens ſingula eſſet intuitus, Mineruæ opera in cœlum ſublatus eſt: vbi cùm corpora omnia cœleſti igni videret animata, operi ſuo id vtiliſſimum fore natus, ferulam, quam ſecum attulerat, rotæ Solis admouit, eáque accenſa, ignem detulit in terras, luteúmque ſuum hominem eo animauit. Quod Promethei furtum ægrè ferens Iupiter, Pandoræ, Epimethei vxori, pyxidem tradit ad virum perferendam, quam cùm ille aperuiſſet, mille morborum aliarúmque calamitatum generibus genus humanum impleuit: Prometheum autem ipſum per Mercurium in Caucaſo monte relegandum curat, aquilámque adhibet iecur eius aſſiduè depaſcentem. Verùm poſteà cùm Iupiter Thetidis amore captus vxorem eam ducere vellet, Prometheus futurorum præſcius, à nuptijs eiuſmodi magnoperè eum deterruit, quòd in fatis eſſe diceret, quicunque ex Thetide naſceretur patre ſuo maiorem fore. Memor itaque Iupiter eius exempli, quod ipſe in Saturnum patrem ſuum ediderat, veritúſque ne ſimiliter à filio de cœli poſſeſſione depelleretur, à Thetidis nuptijs abſtinuit: memórque beneficij, quod in ſe Prometheus contulerat, Herculem ad Caucaſum mittit, qui interfecta aquila, Prometheum vinculis liberauit. Narrant alij, Iouem ideò Prometheo iratum fuiſſe, quòd conuiuio quodam eum fefelliſſet in diuiſione carnium, oſſa pinguedine obducta ei apponens, melioremque interim partem ſibi reſeruans. Hæc autem omnia non ſine ratione finguntur. Nam Prometheus dictus eſt, ἀπὸ τῆς προμηθείας, id eſt, à prouidentia. Hic primus Aſtrologiam Aſſyrijs indicauit: quam reſidens in monte altiſſimo Caucaſo, nimia cura & ſolitudine deprehenderat. Hic autem mons poſitus eſt circa Aſſyrios, vicinus penè ſyderibus. Vnde etiam maiora aſtra demonſtrat, & diligenter eorum ortus occaſúſque ſignificat. Dicitur autem aquila cor eius exedere, quòd ἄχος, eſt ſolicitudo, qua ille adfectus, ſiderum omnes deprehenderat motus. Et hoc quia per prudentiam fecit duce Mercurio qui prudentiæ & rationis deus eſt, ad ſaxum dicitur eſſe religatus. Deprehendit præterea rationem fulminum, & hominibus indicauit: vnde cœleſtem ignem dicitur eſſe furatus. Nam quadam arte ab eo monſtrata, supernus ignis eliciebatur, qui mortalibus profuit, donec eo benè vſi ſunt. Nam poſteà malo hominũ vſu in perniciem eorũ verſus eſt. A Prometheus fit patronymicum Prometheides. Vide Ouid. metamorp. li. 1. & N. Comitem mythologiæ li. 4. c. 6.

Prometheus, vt Cecrops Ægyptius, literas Græcas reperiſſe dicitur.

Promona, Liburnorum vrbs. Appian.

Promontorium Mineruæ eſt iuxta Surentum, in quo olim Sirenes habitaſſe feruntur. In illius autem extremo eſt Athenæum, hoc eſt, Mineruæ ſacellum, quod Vlyſſes ædificaſſe narratur.

Pronaſtæ, antiqui populi Bœotiæ. Steph.

Prouectus, vrbs Bithyniæ, quam Phœnices condiderat. Steph.

Pronomus, fuit quiſpiam tibicen, cuius prolixa barba geſtamine tamen non admodum appoſito profeſſioni, abijt in prouerb. Pronomi barba.

Pronus, Cephaleniæ inſulæ caſtellum, Polyb. lib. 5.

Propalæ, vrbs Siciliæ: Gentile, Propalæus. Steph.

Propontis, vulgò *Le Canal de Conſtantinople*, Æquor patens & diffuſum. Dicitur Propontis quaſi ante Pontum.

Propontis, vno nomine dicitur totum illud mare, quod ab Helleſponti anguſtijs ad Thracium vſque Boſphorum protenditur. Nam Geographi primas anguſtias maris Ægæi ſe coarctantis Helleſpontum vocant. Inde exſpatiatur æquor, quod laxitas Propontis appellatur. Vbi iterum in arctum coit & ſtringitur, Boſphorus Thracius nuncupatur. Deinde vbi rurſus diffunditur, Pontus Euxinus dicitur, qui curuatus in figuram Scythici arcus, committitur oſtio Mœotidis paludis, idque oſtium Cimmerius Boſphorus vocatur. Ouid. de Ponto. Propontis etiam (inquit Stephan.) Byzantinorum terra vocatur. Incola, Propontides & Propontius.

Propertius, elegiarum poeta, ex Meuania oppido oriundus, quod in Vmbria eſt. Sunt qui ſcribant eius patrem equeſtri dignitate ornatum, ac triumuirali poteſtate fuiſſe: tum inter eos connumeratum, qui L. Antonium ſecuti Peruſia capta ex Octauij Cæſaris authoritate, ad aram Iulij perducti, ibi occiſi fuerunt. Illud omninò conſtat, hunc Propertium magna ex parte amiſſis bonis Romam ſe recepiſſe, quum patrem adhuc in tenera ætate amiſiſſet.

Propthaſia. Vide Phrada.

Propœtides, filiæ Amathunteæ aſpernatæ Venerem, triuijs vulgauêre corpora, ob eiuſdem deæ iram: quia verò ad pudorem indurverant nouiſſimè in lapidem ſunt transfiguratæ, vt inquit Lactantius. Ouid quoque lib. 10. Metam. Fabulam pulchrè deſcribit.

Sunt tamen obſcœna Venerem Propœtides auſa, &c.

Fabula hæc impudentiam pulchrè adumbrat.

Propontis, ſinus maris eſt inter Ægæum Pelagus. & Pontum Euxinum: pérque duas anguſtias (ſiue freta) Helleſponti, nempe & Boſphori, inter Thraciam & Bithyniam immiſſum. Bebrycium mare vocat Ioannes Tzetza in varia hiſtoria, fortè quòd Bebryciam (quæ Bithynia eſt) alluit. Ital. hodie *Mar di Marmora* vocant ab eius inſula ſic dicta. Eſt & regionis nomen, Strabo lib. 17.

Proſa dea, qui ara deprecandi gratia periculi ab ægro partu conſtituta eſt. Gell. lib. 15. cap. 16. Huic altera aduerſaria era Poſtuerſa, nominata à peruerſo partu.

Proſactium, flumen ex Idæis montibus profluens, & inter Helleſpontum & Euxinum in mare ſe effundens.

Proſchion, regio Ætoliæ. Steph.

Proſelene, Phrygiæ minoris vrbs. Ptolem.

Proſeleni, Arcades dicebantur. Inde Proſelenia, fœmininum. Steph.

Proſerpina, Iouis & Cereris filia, quæ cùm in campis Ennæis flores legeret, à Plutone rapta eſt. Quam cùm Ceres diu fruſtra toto terrarum orbe inueſtigaſſet, tandem à Cyane Nympha rem omnem edocta, petijt à Ioue, vt communem filiam ab inferis ſibi reducere liceret: quod ea duntaxat lege impetrauit, ſi nihil illa cibi apud inferos guſtaſſet. Quare cùm Aſcalaphi indicio palàm factum eſſet, aliquot mali punici grana illam guſtaſſe, omnis reditus ſpes illi fuit intercluſa. Quod ægrè ferens Proſerpina, Aſcalaphum commutauit in bubonem noctis auem, & triſtium ſemper rerum nuntiam. Poſteà tamen Ceres à Ioue dicitur impetraſſe, vt Proſerpinæ ſenis quotannis menſibus ſecum apud ſuperos, & totidem apud inferos cum marito eſſe liceret.

Proſerpina, fœcunditatem ſeminum ſignificat. Hæc cùm aliquando defuiſſet, ac terra ſterilitate quaſi mœreret, Poetæ fabulati ſunt filiam Cereris, i. fœcunditatem, quæ à proſerpendo Proſerpina eſſet dicta, raptam apud inferos detineri. Traditur enim poſtquàm rapta eſt, ſex menſes apud Plutonem & totidem apud ſuperos manere: eo quòd ſemen terræ cultæ hiemis tempore ſub terra eſt, æſtate autem proſerpit & excreſcit. Nonnulli Mythologici ad Lunæ naturam referunt (quam Proſerpinæ nomine intelligunt) quæ æquali temporis ſpatio ſuperius & inferius hemiſphærium illuſtrat. Seruius. Cic. in Verrem li. 6.

Proſoditæ, Marmaricæ nomi gens. Ptol.

Proſenſes, Arcadiæ populi. Pauſ.

Proſopis, inſula in Delta Nili, in qua eſt ciuitas Atarbethis, vt ait Herodotus, Stephano vrbs eſt Ægypti. Gentile, Proſopites quod etiam fit à Proſopon, quæ inſula eſt non procul à Carthagine: quanquam & Proſopius ab ea dicatur. Steph.

Proſpalea, vicus in Acamantide tribu: Incola, Proſpaltius. Steph.

Proſper, Rheginus præſul, qui ſcripſit de vita ſolitaria, de temporibus ab Adam vſque ad ſua tempora.

Proſtaterius, Apollo dictus eſt, quòd ante Ianuas ſtatueretur.

proſtropæa, vrbs Siciliæ: Gentile, proſtropæus. Steph.

proſummus, iudex inferorum, de quo vide Arnobium li. 5. aduerſus gentes.

proſymna, pars Argolicæ regionis: Incola, Proſymneus. Steph.

prota, inſula Boſphori Thracij. Steph.

protagoras, Abderites, Democriti auditor, natus Menandro patre. Thracum locupletiſſimo, qui & Xerxem aduerſus Græcos proficiſcentem domo, muneribúſque excepit: ob quam liberalitatem, Magi qui cum eo erant facta à rege poteſtate, eius filium Protagoram, tunc adoleſcentem, ſua diſciplina erudierunt. Nam iniuſſu regis eam communicare non licet, quòd de diis haud bene ſentiant, dubitaréque ſe dicunt deos eſſe: iliis quoque clàm ſacrificabant, ne clara religionis profeſſione illis ſeruire, aut per illos nonnihil poſſe videantur. Ex hac igitur conſuetudine & ritu, Protagoras ab Athenienſibus condemnatus eſt: vt autem placet nonnullis, tantùm accuſatus, ſponte exulauit. Cúmque ſparſas toto orbe triremes Athenienſium videret, paruo ſe nauigio credens, inſulas luſtrauit, vbi tunc mercede dicitur primus omnium profiteri cœpiſſe. Igitur Plato cùm videret eum arte rhetorica intumeſcentem, verbaq; ex poetica plus iuſto oſtentantem, eius ideam longo ſermone expreſſit. Philoſt. De eo ſecus ſcribit Gellius ca 3. li 5.

protagoras, vnus eſt ex his qui ſolutã orationem pedib. prius conſtrinxerunt. & communes locos tractarunt. Is primus mercede docuit, vt ſuperiùs notatum, minas centum exigens, vel quantum diſcipulus æſtimaſſet artem. Sophiſtam ſe dixit, quòd eloquens ſibi eſſe videretur.

protagoras, aſtrologus, in quem Euphorion Epicedium ſcripſit. Alius item Stoicus. Laert.

protagoras, Salaminis rex, Perſis ſe dedidit, Olympiad. 107.

prote, inſula vna ex Stœchadibus tribus, in Ionio mari contra Ætoliam ſita. Plin. li. 3. cap. 5. Stephano, inſula, à Sphacteria & Pylo non procul. Gentile, Protæus: hanc *Prnoda* à nautis dici refert Mar. Niger. cui etiam *Sphagia* Strabonis videtur. Ptolemæo tamen *Sphagia & Prote* duæ ſunt inſulæ.

proteas, natione Macedo, homo bibaciſſimus fuit: cum Alexander, cognomento Magnus, in ſympoſio quodam, cùm paulò liberius hauſto mero comiter incaluiſſet, ſcyphum bicongium acceptum vinóque repletum propinauit, qui quidem Proteas ſcyphum hilariter accipiens, multa priùs in regis laudem clara effatus voce, illum omnium conuiuarum profuſiſſimo cum applauſu, impigrè totum hauſit: paulóque poſt, eundem ſcyphum ſpumãti plenum mero, idem Proteas expoſtulauit, ac primoribus deguſtatum labiis Alexandro propinauit. Quem accipiens rex, generosè quidem illum ebibiſſe dicitur: indéque in morbum incidit, quo paulò poſt extinctus eſt. Quamobrem nonnullis inde datam fuiſſe loquendi anſam contenderunt: qui Alexandrum Dionyſij, id eſt Bacchi, indignatione, immatura ætate extinctum fuiſſe prodiderunt. Quoniam in patrias Bacchi ſedes Thebarum ſcilicet vrbem funditus euertiſſet, & ob illius æmulationem gloriæ, Indis bellum intuliſſet. Leon libro tertio, capite octuageſimonono.

protemplaris, Mineruа dicta eſt, de qua ſic Herodotus, Saxa quæ à Parnaſſo deciderunt, adhuc ad noſtram vſque memoriam integra extant in fano Mineruæ Protemplaris locata. Palæph. lib. 2.

proteruia, fuit ſacrificij genus, in quo quicquid ex epulis ſupererat, incendio dabatur. Auſon.

Capripedas agitat quum læta Proteruia Panas.

Albidius adoleſcens quum vniuerſum patrimonium decoxiſſet, & ædes vnas (quæ ſupererant) rerum deſperatione dediſſet incendio, ferunt Catonem hoc in eum cauillo vſum fuiſſe: Hic proteruiam facit. Facere autem proteruiam, adagium eſt in prodigos, qui omnia abſumunt vſque ad aſſem. Macrob. Saturn. 2. li. 2.

proteſilaus, filius Iphicli, vnus ex Græciæ principibus: cui, quamuis oraculo prædictum eſſet primum omnium in bello Troiano periturum, ſi eò proficiſceretur: contemptis nihilominus vaticiniis, vnà cum cæteris ducibus eò profectus eſt: cúmque omnium primus è naui in terram exiſſet, & in Hectorem incidiſſet, primus Græcorum omnium ab illo eſt interfectus. Vocatur & Phylacydes, è Phylace Theſſaliæ oppido. Vxorem habuit Laodamiam, Acaſti filiam quæ cùm eius interitum reſciſſet, hoc vnum doloris ſui ſolatium, petiit, vt mortui vmbram poſſet intueri, quod cùm à diis impetraſſet in illius amplexibus expirauit. Extat epiſtola Laodamiæ ad Proteſilaum: inter Ouid. Sunt ex aduerſo Helienſium vrbis iuxta Helleſpontum in Proteſilai ſepulchro arbores, quæ cùm in tantum accreuêre, vt Ilium aſpiciant, inareſcunt, ruſúſque adoleſcunt. Pli. li. 16. c. 44. Vide Philoſtrati heroas.

proteſileum, vrbs in Cherſoneſo, ex aduerſo Sigeo. Strab.

proteus, deus marinus, Oceani & Tethyos filius, Neptuni phocas in mari paſcens, idémque vaticiniorum periti ſſimus, & in quamlibet formam ſeſe tranſmutans, proteum aliquando in Carpathio inſula regnaſſe, Pallene vrbe Theſſaliæ relicta, ad quam tamen reuerſus eſt poſtea. Seruius author eſt. Virgilius libro

quarto Georgicorum. *Eſt in Carpathio Neptuni gurgite vates Caeruleus Proteus.* Alij ferunt hunc captum amore Pomonæ, in omnigenam ſpeciem ſe variaſſe. Hinc Latinis Vertumnus dicitur, vel à verſo mutatóque curſu fluminis Tiberini Propert. lib. 4. *Quid miraris meas tot in vno corpore formas? Accipe Vertumni ſigna paterna Dei.* Huic, vt idem author eſt, olim frugum primitiæ dicabantur. Vide prouerbium, Proteo mutabilior.

proteus, Ægypti rex patria Memphites, qui Pheroni in regnum ſucceſſit, regnauíque belli Troiani temporibus. Tradit enim Herodotus li. 2. Paridem, cùm rapta Helena patriam repeteret, vi tempeſtatis ad Canopicum Nili oſtium fuiſſe appulſum, captúmque à Thonmi regionis eius præfecto ad Proteum regem miſſum fuiſſe: qui cùm ex ſeruis Alexandri cognouiſſet mulierem quam ille ſecum vehebat, hoſpitis illius vxorem eſſe abſentíque viro raptam fuiſſe, perfidiam hominis deteſtatus, illum quidem triduo finibus ſuis excedere iuſſit. Helenam vero cùm omnibus opibus, quas ille direpta Sparta ſecum vehebat, Menelao integram ſeruauit. Expugnato itaque Ilio, cùm Menelaus reuera cognouiſſet, vxorem eò nunquam aduectam fuiſſe, ſed à Proteo retentam. Canopi gubernatoris ductu in Ægyptum nauigauit: qui cùm ibi diem ſuum obiiſſet, Canopico oſtio nomen fecit. Menelaus autem adito Proteo, vxorem ſuam liberaliſſimè ab eo habitam, cum opibus vniuerſis accepit. Ad quam opinionem videtur reſpicere & Virgil. lib. 11. cùm ait.

Atrides Protei Menelaus ad vſque columnas Exulat.

Quæ verò de Protei mutabilitate poëtæ ſunt commenti, ab Ægyptiorum regum conſuetudine videntur emanaſſe. Illis enim, teſte Diodoro, mos erat, leonis aut tauri, aut Draconis priorem partem in capite ferre, inſignia principatus, quandoque verò arborem, aliquando ignem, quandoque redolentia ſupra caput vnguenta. Hæc cùm ad decorem ſpectabant atque ornatum: tum ſtuporem ac ſuperſtitionem quandam aſpicientibus iniiciebant. Vnde factus eſt locus fabulæ, Proteum in ea omnia, quæcunque capite geſtabat, ſolere transformari. Alij, inter quos Virgilius ad intelligentiam referunt, quæ ſe in omnes quaſi ſpecies transformat. Plato in Euthydemo exponit de fallaciis quibus ſophiſtæ in diſputando vtuntur. Alij, ad naturam rerum referunt: Horatius ad inconſtantiam vulgi: quidam ad veritatem ipſam accommodant vt vide e eſt apud Calcagninum, & A. Bochium in Symbolicis quæſtionibus. Vide etiam N. Comitem mythologiæ lib. 8. c. 8.

prothenor, Hom. Iliad. 2. vnus ex quinque Bœotiorum principibus, qui ad Troiam cum Græcis profecti ſunt.

protheus, vnus è Græcorum ducibus, qui ex Magneſia ad Troiam venit. Hom. 6. Iliad.

prothingi populi, natio quædam Scythica trans Iſtrum prodiit omnibus ibi incolis ignota. Zoſim 4.

protogenia, filia Erichthei Athenienſium regis, vide ſuprà Pandora.

protogenes ſignificat aliquem primi generis, & à quo genus incipit. Et à poëtis ſumitur pro eo, qui ſe talem confingit. Iuuenal.

Non eſt Romano cuiquam locus hic, vbi regnat Protogenes aliquis.

Protogenes pictor nobiliſſimus, cui patria fuit Caunus, gens Rhodiis ſubiecta. Palmam habet tabularum eius Ialyſus, qui eſt Romæ dicatus in templo Pacis, quem cùm pingeret, traditur madidis lupinis vixiſſe, quoniam ſimul famem ſuſtinerent & ſitim, ne ſenſus nimia dulcedine obſtrueret. Huic picturæ quater colorem induxit ſubſidio iniuriæ & vetuſtatis, vt decedente ſuperiore, inferior ſuccederet. Eſt in ea canis mirè factus: vt quem pariter caſus & ars pinxerit. Non iudicabat ſe exprimere in eo ſpumam anhelantis poſſe, cùm in reliqua omni parte (quod difficillimum erat) ſibi ipſe ſatisfeciſſet. Diſplicebat autem ars ipſa nec minui poterat & videbatur nimia, ac longiùs à veritate diſcedere, ſpumáque illa pingi, non ex ore naſci, anxio animi cruciatu, cùm in pictura verum eſſe, non veriſimile vellet, abſterſerat ſæpius, mutaueratque penicilium, nullo modo ſibi approbans. Poſtremò iratus arti, quòd intelligeretur, ſpongiam eam impegit inuiſo loco tabulæ, & illa repoſuit ablatos colores, qualiter cura optaueras, fecítque in pictura fortuna naturam. Plin. lib. 35. c. 10.

protogenes, martyr admirandus, inſtructus notariorum ſcientia inuento idoneo loco, vbi ludum aperire & inſtruere poſſet pueros, magiſter iuuentuti effectus eſt, imbuitque illam diuinis literis: dictata proponens Dauidica carmina, ediſcendóſque tradens conuenientes Apoſtolicæ doctrinæ locos. Vno autem fortè puero morbo correpto ad eum venit Protogenes ægrotantem & dextera ipſius apprehenſa, oratione depulit morbum: quod cùm aliorum quoque puerorum parentibus innotuiſſet, eum deduxêre. Et ipſi eum orabant, vt infirmis ſuccurreret. At ille negabat priùs ſe ſupplicaturum Deo, vt morbum fugaret, quàm infirmus donum ſacri baptiſmatis ſuſcepiſſet. Cupidè igitur parebant patres, vrgente deſiderio ſanitatis ſuorum: atque ita coniunctam corporis & animi ſanitatem percipiebant, Theodorit. lib. 4. c. 18. hiſt. trip. & eccleſ.

protoge-

protogenia, Deucalionis & Pyrrhæ filia. Ariſtarchus 19. Odyſſ.

protomacra, Bithyniæ oppidum. Ptolem.

protropij, populi alio nomine Abellinates in Apulia non procul à Beneuento. Plin. libro 3. cap. 11.

protus illuſtris cuiuſdam Phocenſis nomen, qui à Gallis benignè exceptus, Maſſiliam, non procul à Rhodanis oſtio condidit. Plutarchus in Solone.

prouincia Gallia Romanorum, finitima erat Rhodano fluuio, qui eam à Celtis diuidebat ac mari Liguſtico & Alpibus, quas maritimas dicimus, & Allobrogibus quibus limitibus etiam Delphinatus pars ac prouinciæ ſeu metropoles Ebrodunenſis, Toloſana & Narbonenſis pro parte includebantur, licet Viennam vrbem Strabo Allobrogibus aſcribat.

proxenupolis, vrbs iuxta Naucratiam. Ciuis, Proxenupolites. Stephan.

Aurelius Prudentius Clemens vir Conſularis, Hiſpanus genere ex Cæſarauguſta, Chriſtianæ religioni deditiſſimus vixit iam ætate prouectior. Nam adoleſcentiam & iuuentutem incontinenter actam ſibi fatetur ipſe & dolet. Septimum & quinquageſimum annum agens res Eccleſiaſticas vario carminum genere cœpit componere, doctè & eleganter, niſi quod interdum in vocibus peregrinis, & maximè Græcis, ſyllabarum quantitatem neglexit, quum tamen Græcas illum literas probè tenuiſſe teſtentur librorum ipſius inſcriptiones Græcæ. Floruit Theodoſij Magni & filiorum ipſius temporibus. Hieronymo & Ambroſio Synchronus. Vide Gennadium.

prunia, monaſterium, in quo Lotharius Imperator, quum rerum curam filiis reliquiſſet, reliquum vitæ tempus exegit.

prusa, vrbs apud Myſios ad radices Olympi, Strabo lib. 12. quam Pruſias condidit, qui cum Crœſo bellum geſſit. Hinc ortus eſt Dion Sophiſta & Philoſophus, qui de regno ſcripſit, & Trajani tempore claruit, eodem propter familiaritatem curru dignatus eſt. Eſt & altera Pruſa ſub Hippio monte, ſeu fluuio, vt apud Ptolemæum. Hoc autem diſcrimine à Pruſa, quæ ſub Olympo eſt, dirimitur. Hæc enim à Plinio Pruſia dicitur, quæ Chios quondam fuerit: à qua Pruſienſes vocantur. Bellonius ſcribit hanc, quæ in Hippio conſtituitur, *Bourſa* vocari. *Zelliam* olim appellatam tradit Mar. Niger: quámque Stephanus ait à Pruſa Zielate Bithynorum rege conditam. Pruſa etiam dicitur, atque *Cius*, teſtibus Strabone & Stephano. *Kios* habet Dionyſius & eius commentator Euſtathius Hanc Græcis *Cheraſia* & Turcis *Cheria* dici à ceraſorum copia, ſcribit Theuetus.

prusias, rex Bithyniæ, apud quem Annibal exulauit, poſtquam victus à Romanis (tanquam rupti fœderis author) depoſcebatur ad pœnas Liu.

prusias, ciuitas Bithyniæ, à Pruſia Zielate Bithynorum rege condita, Chios olim dicta: Ciuis, Pruſieus. Stéph.

prussia, latinè Boruſſia, olim vocata Hulmigeria, ſicut adhuc quædam portio regionis iuxta Viſtulam appellatur Culmigena, Eſt regio frumenti ferax, aquis irrigua, & hodie colonis plena, habens multa ambitioſa oppida, ſed multi maris ſinuoſi flexus reddunt eam amœnam. Eſt in ea pecorum ingens vis, multa venatio, atque diues piſcatio. Habet autem Pruſſia ab oriente Lithuaniam, à Meridie Poloniam, ab Aquilone Liuoniam, & ab Occidua parte Pomeraniam, Maritima eius hodiè in vrbibus & arcibus Teutonica ſunt: at in rure interiori, pauci priſcæ linguæ homines manent. Habet autem maritimas vrbes, Montem regium, vbi principis nunc ſedes eſt: Elbingem & omnium nunc locupletiſſimam Gedanum, (Dantiſcum vulgò vocant) vrbem ingentem, magnúmque mercatorum emporium. Munſterus, Cromerus 3. lib. hiſtoriæ Polon. Eraſm. Stella de Boruſſiæ antiquitatibus.

pyrminas IV. Corinthiorum rex an. ante Romam conditam ferè 240.

prymnesia, vrbs Mæoniæ, in finibus Lydiæ, ſiue Phrygiæ ac Myſiæ. Ptolem. lib. 5. cap. 2 Steph. vrbs Cariæ, à Mnaſtho condita: Gentile, Prymneſieus.

prymno, us, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia. Heſiod in Theogon.

prymnos, Nympha Oceani filia.

prytaneum, locus Athenis in arce digniſſimus, in quo de ferro, aliíſque rebus inanimatis, vnde mors eſſet conſequuta, quæſtio habebatur, Demoſt. adu Ariſto. orat in Prytaneo alebantur publicè qui bene meriti erant de Republica, qui honor maximus habebatur. Cic. 1. de Orat. Sic dictum quaſi *πυρῶν ταμεῖον*, tritici promptuarium, velut horreum publicum. Dionyſius Prytanea vocat Curias, in quibus ſacra fiebant ab iis qui maximam in vrbe habent poteſtatem.

prytanes dicti erant qui his iudiciis & concioni cum Proedris & Epiſtatis præerant. Erant autem Prytanes quinquaginta. Proedri nouem, Epiſtatæ duo, vnus ſenatus, alter populi, in ſortem omnes coniecti, qui ſenatum & concionem indixerunt, conuocarunt, dimiſerunt, priuatos legatóſque audierunt, & in ſenatum concionémque produxerunt, ad eos conſilia retulerunt, & ſiquid aliud fuit, quod cum ſenatu populóque agendum eſſet, id ipſi pro ſua authoritate omnia moderati ſunt.

zed by Google

P S

pſacum, Cretæ inſulæ promontorium Ptolemæo *Spata* Nigro dicitur.

pſamathe, fons apud Thebas. Vale. 1. Argon. *Qui tenet Vndiſonam Pſamathen.* Ponitur etiam pro vrbe & monte.

pſamathe, Nympha fuit, Nerei filia & Phori mater, de qua Ouid. 11. Metam.

pſamathe, Crotopi Argiuorum regis filia, quæ ab Apolline compreſſa Linum peperit, quem inter ſentes occultatum canes dilacerarunt. Stat. 1. Thebaid.

pſammathus, vrbs Laconica, poſt Tænarum: Gentile, Pſammathuntius & Pſammathuſius. Steph.

pſammenitus, Herod. lib. 3. Amiſis filius, Ægyptiorum rex, qui à Cambyſe victus, epoto ſanguine Taurino expirauit.

pſammetichus, nomen regis Ægypti. cuius ſæuitia (vt inquit Herodotus) vna cum Diodoro ducenta hominum millia ex Ægypto in Æthiopiam profugêre. Strabo libro 16. Teneſſis regio vocatur, quam qui pſammetichum fugerunt, obtinent & Sebritæ nominantur, hoc eſt aduenæ. Huius filias rapuerunt Crocodili, inquit Ælianus, propter quod ipſum animal ſanctum credidit.

pſammetichus, Ægyptiorum rex, cùm regnum adeptus eſſet, inceſſit ei dignoſcendi cupido, qui re vera primi hominum extitiſſent, ex eo tempore didicerunt Ægyptij phrygas primos fuiſſe, ſe verò ſecundos. Pſammetichus enim cùm haud aliter id deprehendere poſſet, duos pueros recens natos inter pecora educandos paſtori tradidit, iubens neminem coram eis vocem edere, ne alicuius ſermonem perdiſcerent: vt qualis eſſet prima vox, quæ erumperet, intelligeretur. Pueri itaque poſt bimatum tempus, pulſa ianua (intus enim à capris nutriebantur) ambo porrectis paſtori manibus, *Becchus*, clamitarunt. Quo quidem verbo phryges conſtat panem appellare. Tali igitur negotio, Phrygas primos omnium natos compertum eſt. Herodot. libro ſecundo.

pſammis, Ægyptiorum rex, Olymp. 44.

pſammites, Ægyptiorum rex, Olymp. 98.

pſammus, rex Ægypti, anno ante Romam conditam 38.

pſaphis, Oropiorum ciuitas in confinio Atticæ & Bœotiæ. Hic ſitum erat Amphiarai oraculum, vbi Amphiaraum fugientem, vt Sophocles ait, ſciſſa Thebana tellus hauſit ipſis cum armis currúque quadriiugo. Strabo lib. 9.

pſapho, vir quidam in Lybia qui diuinitatis opinionem affectans, quamplurimas aues cepit vocales, & humani ſermonis dociles, quas docuit ſonare hæc verba, μέγας θεὸς Ψάφων, id eſt magnus deus pſaphon: atque ita doctas emiſit in montes. At illæ quæ didicerant, canebant: ac reliquas item aues ſonare docebant. Porrò Lybes cùm ignorarent commentum, credentes id diuinitus accidere, pſaphoni rem diuinam facere inſtituerunt, ipſúmque in deorum numerum retulerunt. Vnde prouerbium, Pſaphonis aues.

pſebo, regio interior, quàm Æthiopia, quinque itineribus ab ea diſtans. Artemidorus ſtagnum eſſe ſcribit: Gentile, Pſebœtes. Stephanus.

pſellus, nomen Authoris, qui ſcripſit de ratione victus.

pſenaco, vicus in Athribite præfectura Incolæ, Pſenacœtæ. Steph.

pſenerus, vicus Ægypti: Gentile, pſenerites.

pſentris, Ægyptius vicus, Gentile, pſentrites. Stephan.

pſeſſi, populi Taurinicæ. Steph.

pſeudartace, collis in Scythia, poſt montem qui Sanctus appellatur: Inde Pſeudartacæus, ſeu pſeudartacenus. Steph.

pſeudocoraſium, littus magnum inter Corycum & Seleuciam Iſauricam, tria ſtadia longum, lunatum, Stationibus aptum. Steph.

pſeuſenſes, Ægypti rex, anno ferè ante Romam conditam 225.

pſylas, Bacchus dictus eſt, quaſi pennatus apud Amiclas, quòd homines non minùs attollantur vino, quàm aues plumis. Pauſ. & palæph. lib. 3.

pſile, inſula circa Epheſum Plin. lib. 5. cap. 3.

pſilion, fluuius inter Thyniam & Bithyniam. Eſt & alius Pſilis, fluuius Bithyniæ, in Euxinum Pontum effluens: Inde Pſilites: ſed conſuetudo obtinuit, vt ab vtroque fluuio pſiliani dicantur.

pſillis, Ptolemæo & Plinio Bithyniæ fluuius eſt, qui *Feneſia* Pineto vocatur. Pſilis ſimplici l. habet Steph.

pſiltucis, Indiæ inſula, quæ & *Scilluſtis* vocatur. Plutarchus in vita Alex. Magni *Cilluntam* appellat Arrianus: Q. Curt. eam non nominat, Quadringentis verò ſtadiis ab Indi fluminis oſtiis in mare remotam ſcribit.

pſilum, Danubij oſtium apud Arrianum in Periplo maris Euxini: hoc, vt annotauit Stukius, erit *Spireeſtoma*, vel *Stenoſtoma* Plinij & Amiani, quòd hæc cæteris minora ſunt, ideóque fortè alterutrum ψιλὸν id eſt, exile, ab Arriano vocatur.

pſimada, regiuncula Iſauriæ. Steph.

pſinaphos, Ægypti oppidum. Gentile, pſinaphites. Steph.

pſinectabis, vicus Ægypti. Gentile, Pſinectabites. Steph.

Pſitta-

Goog

pſittace, vrbs iuxta Tigrim, vbi Pſittacia fructus naſcuntur. Hinc Pſittacius & Pſittacenus. Stephanus.

pſittachemmis, vicus Ægypti: Gentile, pſittachemmites. Chemmis etiam, vt ſuprà diximus Ægypti vicus eſt.

pſochemmis, oppidulum Ægypti: Gentile, Pſochemmites Stephan.

pſophis, idis, Arcadiæ ciuitas, non procul à Mantinea, à Pſophide Lycaonis filio, aut (vt alij malunt) à Pſophide, Erycis Siculi filia nomen habens. Pſophis, Acarnaniæ vrbs vetus dicta, tertia Achaiæ. Ciuis, pſophius, cùm Pſophites potiùs dicendum fuiſſet. Alia etiam Lybiæ: vnde Pſophites. Pſophis quoque Corinthiorum arx dicebatur. Pauſan. lib. 9. Steph. In Inſula Venetorum, Zacyntho arx ipſa vocabatur Pſophis, & aliæ multis locis. Hermolaus in Plinium.

pſychia, inſula vna Cycladum, aliàs Amorgus. Steph.

pſygmum, portus ingens eſt ad radices Elephantis montis, apud Cynocephalos. Strabo lib. 16.

pſylli, Lybiæ interioris populi, Garamantibus proximis, à Pſyllo Rege ſic dicti. Plin. libro 7. capite 2. Horum corpori virus ingenitum fuit ſerpentibus omnibus exitiale: vnde & recens natos infantulos ſæuiſſimis objiciebant ſerpentibus, eóque argumento coniugum ſuarum pudicitiam explorabant, partum adulterio conceptum iudicantes, cuius ſolo odore ſerpentes non fugarentur. Author eſt Plutarchus in vita Catonis, per deſerta Lybiæ iter facientem Catonem, Pſyllos ſecum duxiſſe, qui morſibus ſerpentum mederentur: partim ore exſugentes venenum, partim ſerpentes cantibus ſopientes. Lucan. libro nono. Horum finibus cùm aliquando Auſter perquàm validus & diuturnus flauiſſet, eóque flatu vniuerſa eorum aqua exaruiſſet, dolore moti iniuriam illam vlciſci decreuerunt. Itaque communi edicto omnes ſumptis armis in Auſtrum perinde, quaſi hoſtem, iure belli profecti ſunt. Atque ita profectis ventus magno ſpirituum agmine venit obuiam, eóſque omnes cum omnibus copiis & armis cumulis arenatum & montibus operuit. Author Herodotus. Marmaridæ à Lucano appellantur.

pſyllicus, ſinus in Lybia magnus & profundus, nauigationis trium dierum.

pſyllis, fluuius in Boſphoro ponti Euxini. Plin. lib. 6. cap. 1.

pſyllium, Ptolem. lib. 5. cap. 1. vrbs Bithyniæ, vulgò *Picello*.

pſyra. Strab. lib. 14. inſula in Chio, iuxta Melænam promontorium, & in ea vrbs eiuſdem nominis, in qua vinum non prouenit: vnde natum prouerb. Pſyra Bacchum.

pſyttalea, parua inſula inter Salaminem & Epirum ſita. Herodianus Pſyttalem vocat: hinc pſyttaleus, nomen à Pſyttalo quodam inditum. Steph.

P T

ptelea, Epheſus olim dicta, vide ſuprà ex Steph. Eſt & vicus in tribu Oenide, vnde Pteleaſius, Steph. ab Epheſo Ptelæus.

pteleum. Vide Helos.

pteleum, vrbs Ioniæ & Troadis, & maritimorum Achiuorum ab vlmorum copia ſic dicta, pteleatæ, pteleuſij. Steph.

ptera. Vide Pterium.

pteria, Herod. lib. 1. vrbs Cappadociæ omnium munitiſſima, quam Cyrus expugnauit. Vide Pterium.

pteria, vrbs Sinopes: à qua Pterius, pterienus. Steph.

pterium, vrbs Medorum. Aliqui verò Ptera, arcem Babylonis vocant. Dicitur etiam pteria in fœminino genere.

pterophorus, regio apud Riphæos montes. Ibi creduntur eſſe cardines mundi, extremique ſyderum ambitus. Hæc ita dicta eſt ab aſſiduo niuis caſu ſimilitudine Pinnarum. Plin. lib. 4. cap. 12.

pteros, Arabiæ felicis inſula in Indico mari. Plin.

pterum promontorium Myſiæ inferioris poſt oſtium ſacrum Danubij. Ptol.

ptimyris. Vide Delta.

ptiſciana. Mauritaniæ Tingitanæ vrbs mediterranea. Ptol.

procoſtotæ, Oenotri. Vide Stephanum in Drys.

ptoembari, Africæ populi, qui nullum Regem præter canem habent, quem illi ſtudioſè ac mirificè obſeruant, ex illius motu & nutu imperia, & quæ ſint placita, augurantes. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 2.

ptoemphanæ, populi Africæ, qui canem pro Rege habent, motu eius imperio augurantes, ſicut & Ptoembari.

ptolederma, Arcadiæ oppidum. Pauſ.

ptolemaïs, oppidum in margine Rubri maris ad primos elephantorum venatus, à Ptolemæo Philadelpho conditum in regione. Troglodytarum. Plinius libro 7. capite 73. Ptolemæus enim Troglodyticem primus excuſſit ad venatus elephantorum, quæ ideo *Epitheras* à Græcis cognominata eſt: eidem Plinio libro ſexto, capite 29. Ptolemaïs, Phœniciæ vrbs colonia Claudij Cæſaris, quæ quondam *Ace* dicta eſt, Plin. libr. 5. cap. 19. De iſtis quinque vrbibus hæc dicit Hieronymus ad Euſtathium, per arenas Syriæ peruenit ad Coum,

quæ nunc Ptolemais dicitur:altera eſt in Æthiopia, tertia in Phœnicia, quarta Nili fluminis: quinta in Cyrenaica prouincia Aphricæ. De Ptolemaide ciuitate Pentapoleos Lybiæ, vide in Barcæ. Ciuis, Ptolemaites, & Ptolemæus. Steph.

ptolemais, Æthiopiæ vrbs ad ſinum Arabicum, Pompon. *Epitheras* à Plinio cognominatur. *Theron* cognominat Ptolemæus & Arrian.in ſuo Periplo. Simlerus putat ab Antonino *Pomo* dici. *Suachem* fortè hodie.

ptolemais, Pentapoleos,Lybiæ regionis vrbs, quæ etiam *Barce* antea vocabatur. Strabo. *Ptolemeta* nouo nomine appellat Oliuarius.

ptolemais,quę olim *Ace* Strabone teſte,Phœniciæ vrbs, Plinio quoque *Colonia Claudij* dicitur. Poſtellus dubitat an *Caypha* vocetur. Mercator *Acon* appellat nonnulli *Acre* habent. *Akadin* videtur eam Beniamin nominare.

ptolemais, foſſa quædam Ægypti manu facta, ducta ab oſtio Peluſiaco ad vrbem Arſinoem in ſinum Arabicum ſic dicta à Ptolemæo Rege,qui eam abſoluit: primò enim à Nechao Pſammetichi F. aggreſſa, deinde à Dario Perſarum Rege continuata,ſed imperfecta relicta fuerat. Plinius & Diodorus 1. *Ptolemæorum* fluuium vocat Æl. animal.12.cap 29.

ptolemais, Ciliciæ vrbs,Strabo. Vrbs item Arſenoitis Nomi in Ægypto. Ptolem.

ptolemais, anus quædam, quæ quoad vixit,lites agitabat, nec vnquam à cauſis dicendis feriabatur: vnde prouerb. Lis ptolemaica.

ptolemæum, Athenis Gymnaſium erat. Cicero in ipſo ſtatim initio l.5.de Finibus:Quam audiſſem Antiochum, Brute, vt ſolebam, cum M. Piſone in eo gymnaſio, quod ptolemæum vocatur,&c.

ptolemæus, Lagi gregarij militis filius,maximæ authoritatis apud Alexandrum Macedonem, poſt cuius mortem Ægypto & Aphrica, & magna Arabiæ parte potitus, regnauit annis quadraginta: à quo deinceps Ægypti Reges, Ptolemæi appellati ſunt. Hic duos filios habuit, Ptolemæum philadelphum, & Ptolemæum Ceraunum. Deceſſit in rerum geſtarum gloria, cùm paulò antè regni abdicata adminiſtratione Regem filium conſtituiſſet Philadelphum. Trogus lib. 15. Philadelphus itaque in regno patris ſucceſſit,vir doctiſſimus,Stratonis diſcipulus.qui bibliothecam illam celeberrimam inſtituit,quæ vſque ad primum Alexandrinorum & Romanorum bellum durauit. Regnauit annis XXXVIII. obiitque relicto ſucceſſore Ptolemæo, cognomento Euergete,quod Latinè beneficium vertere poſſumus. Hic XXVI. annis regno potitus, moriens ſucceſſorem habuit Ptolemæum Philopatorem, qui XVII. annis regnauit. Poſt eum Ptolemæus Epiphanes Regni gubernacula ſuſcepit, eáque tenuit annos XXIII. Poſt hunc Ptolemæus philometor, quum XXXV. annis Ægypti regnum tenuiſſet, fratrem ſuum Euergetem alterum, moriens Regem conſtituit Euergetes, qui & Phyſco dictus eſt, regnauit annis XXIX. cui Ptolemæus, cognomento Lathyrus ſucceſſit: Lathyro Auletes, Cleopatræ pater. Poſt hunc Ptolemæus cognomento Dionyſius, Cleopatræ frater, qui Pompeium poſt Pharſalicam cladem in Ægyptum fugientem,interimendum curauit.Strabo lib.17. Eſt autem hoc nomine ἀπὸ τοῦ πολεμεῖν, hoc eſt, à bellando deductum. Hinc denominatum Ptolemæeus, mæea, mæeum.

ptolemæus Alorites, Alexandro XXIX. Macedonum Rege per dolum interfecto, Regnum eius occupauit,idem tamen aliquot annis pòſt à Perdicca paſſus eſt circa Olymp 103.

ptolemæus Ceraunus,XXX. Macedonum Rex, à Gallis victus periit, cùm anno duntaxat regnaſſet,Olymp.125.

ptolemæus, miles, ſub Decio apud Alexandriam Chriſtianæ religionis ergo ſupplicio affectus.

ptolemæus,filius Corymini,1 Mach. 5.

ptolemæus, aſtrologus, natione Ægyptius, Alexandriæ profeſſus eſt, liberalium artium ac Græcarum literarum ſtudiis clarus, temporibus Antonini. In aſtrologiæ ſcientia priorum nulli ceſſit. Primus enim apud Græcos cœli rationem diligentiùs explicuit: inuentáque ab Hipparcho inſtrumenta clariùs demonſtrauit. De Muſica & rebus aliis, tum de Geographia abſolutiſſimè ſcripſit. Fuerunt & alij hoc nomine, vt Pyrrhi Regis filius, & Cypriorum Rex, qui ſuis diuitiis Romanorum locupletauit ærarium. Ptolemæos quoque ſex alios commemorat Suidas, quinque Grammaticos & vnum verſificatorem: quorum opera ad nos minimè peruenerunt Ioſephus item alium ponit: Abobi filium, Simonis ducis Iudæorum generum, quem ſocer Iericho tempore belli Machabæorum præfecerat. At ille incenſus regni cupiditate, inuitatum ad cœnam, incautum interfecit.

ptolemæus, ſuadente Ariſtarcho, primus populo Romano fertur ſcripſiſſe.

ptolemæus,ſinuus in Troglodytico ſinu. Plin. lib.6.cap.29.

ptous, Apollo dictus eſt, à ptoo monte, vbi certiſſima reddebat oracula: vel à ptoo Athamantis & Themiſtûs filio,Paleph.lib.1.

ptous, mons in Bœotia, in quo Acræphnium oppidum Pauſaniæ & Straboni,qui eum *Tenericum* quoque vocat.

ptua, vrbs in Armenia minori. Ptol.

PTY

Ptychia, inſula iuxta Corcyram: Gentile, Ptychicus. Steph.

P V

Puani, Arabiæ felicis vrbs. Ptol.

pubaſtus, ciuitas Ægypti, Ezech. 30. Appellatur & Vicus Iudæorum.

publia D. Ioannis Chryſoſtomi mater, pulſata iuſſu Iuliani Apoſtatæ à ſatellite quodam, quòd contra illius edictum virginum choros pſallentem haberet. Theod. lib. 6. c. 36. hiſt. trip.

publicola, cognomen Publij Valerij qui primus cum Bruto poſt expulſos Reges Conſul declaratus eſt, quòd coleretur à populo, ſeu quòd ipſe populum coleret.

publius & Liberius, poetæ minorum, Iulij Cæſaris familiares ambo, ſed Publius acceptior. Nam Laberij maledicentia, ſimul & arrogantia, Cæſar magnoperè offendebatur. Is Publius genere Syrus fuit, conditione ſeruus: puer enim & forma & ingenio à Domitio manumitti & erudiri meruit. Romam venit ad ludos Cæſaris, vbi mimos ſuos legit, magno ipſius populi applauſu. Authores Gellius & Macrobius Publius prænomen eius qui populo gratus fuit.

p. Ælius Ligo, cos. cum C. Popilio Lenate, anno vrbis 582.

p. Ælius Pætus, cos. cum C. Sulpitio Longo, anno vrbis 419.

p. Ælius Pætus, cos. cum C. Cornelio Lentulo, ann. vrbis 553.

p. Alphenus Varus, cos. cum P. Vinitio, anno vrbis 754.

p. Cæpio, cos. cum Qu. Voluſio Saturnino, anno vrbis 808.

p. Claudius Pulcher, cos. cum L. Portio Licinio, anno vrbis 570.

p. Claudius Pulcher, cos. cum M. Perpenna, anno vrbis 662.

p. Cornelius Aruina, cos. xxx. millia Samnitum prælio interfecit, an. vrbis 448.

p. Cornelius Aſina, cos. cum M. Minutio Rufo, an. vrbis 333.

p. Cornelius Coſſus, Trib. mil. conſulari poteſtate, an. vrbis 341. iterum an. 350.

p. Cornelius Dolabella Maximus, cos. Gallos, Samnites, Lucanos, Brutios, Hetruſcos, inita ſocietate Romam petentes, deleuit, an. vrb. 470.

p. Cornelius Falco, cos. cum T. Sempronio Graccho, ann. vrbis 515.

p. Cornelius Lentulus, cos. cum Cn. Aufidio Oreſte, an. vrbis 683.

p. Cornelius Lentulus, cos. cuius opera præcipuè factum eſt, vt Cicero ab exilio rediret.

p. Cornelius Lentulus Caudinus, cos. cum Linio Varo, an. vrbis 517.

p. Cornelius Maluginenſis. Trib. mil. Conſulari poteſtate, an. vrbis 352.

p. Cornelius Naſica, cos. Dalmatas domuit, an. vrbis 599.

p. Cornelius Ruſinus, cos. cum M. Curio Dentato, an. vrbis 463.

p. Cornelius Scapula, cos. cum M. Plautio Proculo, an. vrbis 427.

p. Cornelius Scipio. vide Scipio.

publius Cornelius Rufus, dormiens oculorum viſum amiſit, cùm id ſibi accidere ſomniaret. Plin. lib. 7. c. 50.

p. Catienus Philotimus, patronum adeò dilexit, vt hæres omnibus bonis inſtitutus in eius rogum ſeipſum iaceret. Plin. lib. 7. c. 36.

p. Curiatius Philo, cos. cum M. Genutio Augurino, an. vrbis 310.

p. Decius Mus, cos. bello Latino cum Tito Manlio Torquato, cùm oraculo reſponſum eſſet eam partem ſuperiorem futuram: cuius dux ſe vltrò diis manibus deuouiſſet, ita cum collega pactus eſt, vt cuius ex duobus cornu priùs pedem retuliſſet, is ſe deuoueret, cúmque prior ea pars, in qua conſtiterat, hoſti cederet, ipſe ſolenni ſe certamine deuouit pro ſalute exercitus, atque ita equo concitato, in confertos hoſtes ſe immiſit, ſuáque morte, ſuis victoriam peperit. Plut. Paral.

p. Decius Mus, ſuperioris filius, patris exemplum imitatus, quarto conſulatu ſe pro exercitu deuouit, ann. vrbis 468.

p. Decius Pyrrhicus, cos. de Pyrrho victo nomen reportauit.

p. Fabius Maximus. cos. cum Qu. Tuberone, anno vrbis 743.

p. Furius Philo, cos. cum G. Quintio Flaminio anno vrbis 531.

p. Furius Philo, cos. cum Sex. Attilio Serrano, ann. vrbis 618.

p. Furius Medullinus, cos. an. vrbis 282.

p. Gallus Camerinus, cos. cum Q. Louiano ann. vrbis 787.

publ. Genutius Scipio Naſica, cos. de Boiis triumphauit, ann. vrbis 563.

p. Horatius Decemuir legibus ſcribundis, ann. vrbis 303.

p. Horatius Trigeminus, cos. cum Sexto Quintilio Varo an. vrbis 301.

p. Iulius Apulus, cos. cum L. Cornelio Lentulo, an. vrbis 555.

p. Licinius Caluus, primus ex plebe Trib. mil. conſulari poteſtate an. vrbis 356.

p. Licinius Craſſus, cos. cum M. Scipione, ann. vrbis 548.

p. Licinius Craſſus, cos. cum C. Caſſio Longino, anno vrbis 583.

p. Licinius Craſſus, cos. cum Cn. Lentulo Clodiano, anno vrbis 657.

p. Lucretius Tricipitinus, Tribunus militum

Digitized by Google

Conſulari poteſtate, ann. vrbis 339.

p. Manlius Capitolinus. Trib. mil. Conſulati poteſtate, anno vrbis 356.

p. Manlius, coſ. cum C. Papyrio Balbo, ann. vrbis 634.

p. Manlius Capitolinus, Trib. mil. Conſulari poteſtate, an. vrbis 389.

p. Melius, Trib. militum Conſulari poteſtate anno vrbis 356.

p. Menenius, Trib. militum Conſulari poteſtate, anno vrbis 356

p. Minutius Augurinus, coſ. cum T. Geganio Macerino, ann. vrbis 262.

p. Mutius Scæuola, coſ. cum Sp. Poſthumio Paulo, an. vrbis 580.

p. Pinarius Ruffus, coſ. cum C. Iulio Tullo, an. vrbis 255.

p. Plautius Proculus, coſ. cum P. Cornelio Scapula an. vrbis 427.

p. Popilius Lenas, coſ. cum C. Sulpitio Galba, ann. vrbis 622.

poſthumius Albinus. Vide Poſtumius.

p. Poſthumius Tubertus, coſ. cum M. Valerio Voleſo collega de Sabinis triumphauit, anno vrbis 249. Iterum coſ. cum Agrippa Menenio, Lanato, de Aruncis triumphauit biennio pòſt.

p. Rutilius Lupus, coſ. bello ſociali interfectus, anno vrbis 964.

p. Rutilius Rufus, coſ. cum M. Manlio Maximo, anno vrbis 949.

p. Rutilius, morbo leui impeditus, nuntiata fratris repulſa in Conſulatus petitione, expirauit illico. Plin. lib. 7. c. 36.

p. Scipio Naſica, coſ. cum C. M. Figulo, anno vrbis 592.

p Scipio Naſica Serapion coſ. anno vrbis 616.

p. Scipio Naſica, coſ. cum L. Calphurnio Beſtia, anno vrbis 643

p. Sempronius Sophus, coſ. cum P. Sulpitio Auerrione, anno vrbis 450.

p. Sempronius Sophus, coſ. cum Appio Claudio Rufo, anno vrbis 485.

p. Sempronius Tuditanus, coſ. in Brutiis Annibalem fudit, anno vrbis 550.

p. Seruilius, Cilicia à prædonibus liberata, Iſauri vrbe capta, Iſaurici cognomen reportauit.

p. Seruilius Geminus, coſ. cum C. Aurelio Cotta, an. vrbis 501. Iterum cum eodem, an. 505.

p. Seruilius Priſcus, coſ. Volſcos Sabinóſque ſuperauit, anno vrbis 239.

p. Seſtius Vaticanus, coſ. cum L. Menenio Lanato, anno vrbis 219.

p. Seſtius Decemuir legibus ſcribendis, ann. vrbis 303.

p. Silius Nerua, coſ. cum Appio Iunio Syllano, an. vrbis 780.

p. Sulpitius Auerrio, coſ. cum P. Sempronio Sopho, an. vrbis 450.

p. Sulpitius Decemuir legibus ſcribundis, an. vrbis 303.

p. Sulpitius Galba, coſ. cum Cn. Fuluio Centimalo, an. vrbis 543.

p. Sulpitius Longus, Trib. mil. conſulari poteſtate, quo an Roma capta eſt à Gallis, ann. vrbis ſcilicet 366.

p. Sulpitius Quirinus, coſ. cum M. Meſſala, an. vrbis 742.

p. Syllius Nerua, coſ. cum M. Apuleſo, anno vrbis 734.

p. Titinius Trib. mil. Conſulari poteſtate, an. vrbis 356.

p. Valerius Aſiaticus, coſ. cum L. Cornelio Syllano, ann. vrbis 798.

p. Valerius Flaccus, coſ. cum M. Attilio Regulo, anno vrbis 527.

p. Valerius Leuinus, coſ. à Pyrrho rege auxilio elephantorum victus. Plutarc. in Pyrrho.

p. Valerius Potitus. Trib. mil. Conſulari poteſtate, anno vrbis 370. Iterum biennio pòſt. Tertiùm, an. 376. Quartùm, an. 380. Quintùm, ann. 388. Sextùm, an. 389.

p. Valerius Publicola. Vide Publicola.

p. Valerius Publicola, coſ. de Sabinis, Veientibus & Etruſcis triumphauit, ann. vrbis 279. *Iterum* coſ. cum C. Claudio Sabino à ſeruis *concitatis* qui Herdonio duce, Capitolium occupauerant, interfectus eſt, xxv. annis poſt priorem Conſulatum.

p. Vaticanus, coſ. cum Q. Fuſio Galeno, anno vrbis 707.

p. Veturius Geminus, coſ. cum T. Eburio Helua, an. vrbis 255.

p. Venitius, coſ. cum P. Alpheno Varo, an. vrbis 754.

p. Virginius Trib. mil. Conſulari poteſtate, anno vrbis 354.

p. Volumnius Auentinus, coſ. an. vrbis 393.

p. Ieroſolymorum epiſcopus tertius, anno ſalutis 145.

pucialia, paſtinarum vrbs in Hiſpania. Ptol.

pucinum, oppidum eſt Hiſtriæ in Mediterraneis. Ptol lib. 3. c. 1. hodie *Proſecho* in foro Iulio ſitum eſt. Hinc vina à Plinio tantopere *laudata*, *Pucina* vocata, quæ nunc à German*is Reinfall* appellantur. Plin. lib. 14. cap. 6. ſtatim ab initio.

pudicitia, dea à Romanis culta. Feſtus.

pulcheria, beata & pia Imperatrix, obdormiuit in Chriſto, anno Domini 459. omnia ſua pauperibus reliquit bona: multa autem conſtruxit oratoria, domóſque pauperibus, necnon ſepulchra peregrinis ædificauit, intra quem ſancti Laurentij martyris templum conſtruxit, Niceph. hiſt. Eccleſ.

pulchrum, promontorium in Africa, Liuiô.

Celen

Digitized by Google

Calon Anteterium Polybius vocat: Carthagini adiacet verſus Aquilonem.

pullariæ, ſunt inſulæ iuxta Iſtrorum agrum, Plin.lib.3.c.vlt Blondus *Caprariam* dictam ſcribit, in eáque *Iuſtinopolim* conditam a Iuſtino Imp tradit.

pumentum, Straboni lib.6. Lucanorum mediterraneum oppidum eſt. Barrius hoc in Calabria deſcribit, & dicit hodie *Gerentie* dici. Xylander in ſuo Strabone, hoc Pumentum tanquam ſpurium reiicit, pro eóque Grumentum reponit.

pudens, nomen viri, 2. Timoth.4.

punicus. Vide Pœnus.

puppius, poëta tragœdiographus (inquit Acron apud Horatium) affectus ſpectantium admouit, vt eos flere compelleret. Inde huius poëmata lachrymoſa vocauit Horat.Epiſt.li.1.

pupilia, tribus Romana. Alex.ab Alex.l.b.1. cap 17.

pupinia, tribus ab agro Pupinio prope Tibur.

pupulum, vrbs à latere meridionalis Sardiniæ.

purpurariæ, inſulæ in Æthiopico mari, non procul à Fortunatis inſulis. Plin.lib.6.c.30.

puſicius, Martyr inſignis, qui ſuper omnes Perſarum Regis artifices erat, vbi conſiſtens & videns Ananiam trementem, cùm præpararetur ad necem, ait: Paululum, ô ſenex, claude oculos, & ſecurus eſto, mox enim Chriſti videbis aſpectum. Cúmque dixiſſet hoc, repentè comprehenſus, ad Regem ductus, & Chriſtianus eſſe manifeſtatur, eo quòd pro dogmate fuiſſet locutus libera intentione de martyribus. Tunc Rex extraneo quodam, & crudeli modo eum mori præcepit, ita vt perforata ceruice, exinde linguam eius eiicerent. Hoc itaque facto, quibuſdam accuſantibus, etiam eius filia, virgo ſacra, tunc comprehenſa eſt, & perempta. Sozom. lib.3 c.1.

puſio & Secundilla, prodigioſi corporis homines. Plin.lib.7.c.16.

puteoli Steph. vrbs Tyrrhenorum, Pli.3.c.4. ciuitas Campaniæ, ab aquæ calidæ putore dicta, vt inquit Feſtus: licet alij putent à multitudine puteorum, earum aquarum gratia factorum. Hæc etiam vocata eſt Dicæarchia, à iuſtitia administrationis & gubernationis, à Samijs condita, vt voluit Euſeb. eo tempore quo Tarquinij à Bruto ſunt expulſi. Hinc Puteolanus, adiectiuum, hodie *Puzzolo*. *Delos minor* etiam dicta fuit vt tradit Feſtus.

puticuli appellati à puteis, quòd ibi cadauera in puteis obruerentur: vel quod in his corpora putreſcerent. Romæ extra Exquilias fuit locus publicus, dictus Puticuli, quoniam illic erat commune ſepulchrum miſeræ plebi. Varro de lingua Latina lib.4.

P Y

Pyaneſia, ſacra erant apud Athenienſes, à Pyanis fabis nuncupata, dicata Apollini. Hæc verò Panopſia à cæteris Græcis dicebantur, & Octobri menſe celebrabantur. Suid.

pycnus, Cretæ fluuius. Ptol.

pydes, vrbs & fluuius piſidiæ: Gentile, Pydeſius. Steph.

pydna, Macedoniæ oppidum, Ptolem. *Chitro* Sophiano.

pydna. Vide Cydna.

pyenis, vrbs Colchorum: Gentile, pyenites. Steph.

pygela, vrbs Ioniæ: Ciuis pygeleus. Steph.

pygmæi, populi in extremis Indiæ montibus habitantes. Plin.lib.7.c.2 ſalubri cælo, ſemperq; vernante fruentes ternos dodrantes non excedentes: vnde & Pygmæi dicti ſunt quaſi πυγμαῖοι hoc eſt, cubitales, πυγμὴ enim cubitum ſignificat. Horum mulieres quinto anno pariunt & ſeneſcunt octauo. Fama eſt, inſidentes arietum caprarúmque dorſis, armatos ſagittis, Veris tempore vniuerſo agmine ad mare deſcendere, & oua pulloſque gruum conſumere, ternis eam expeditionem menſibus confici: aliter futuris gregibus non reſiſti: caſas eorum luto penníſque & ouorum putaminibus conſtrui. Plin. præterea lib.4.c.11. in Thracia pygmæos fuiſſe ſcribit, vrbémque Geraneam tenuiſſe, donec à gruibus fugati, nouas ſibi ſedes quærere ſunt coacti, Stephano teſte, qui Pygmæos dictos ſcribit à Pygmæo filio Dori, nepote Epaphi: Pygmæos adhuc hodie inueniri in Septentrionalibus partibus aſſerit Olaus Magnus. Sed fides eſto penes authorem.

pygmalion, onis, Suidæ, belli Tyriorum Regis filius, frater Didûs, qui cùm ardentiſſima auri cupiditate flagraret, ad Sichæi patruelis ſui, & ſororis ſuæ viri opes animum adiecit: illúmque ſpe potiundi auri, ante aras dolo interemit. Cuius cædis cùm in ſomnis à mariti vmbra certior facta eſſet Dido, clàm ſublatis theſauris, fugæque comitibus adſumptis, naues conſcendit: & in Africam appulſa, primùm Byrſam, deinde Carthaginem condidit. Virgil 1. Æneid.

pygmalion, Cilicis filius, qui ex eburnea ſtatua Veneris beneficio, in puellam transformata Paphum ſuſcepit, Paphi Cypriæ vrbis conditorem. Ouid.3.Metam.

pylacæum, Phrygiæ vrbs. Ptolem.

pylades, Iadæ, vel Iadis, Strophij Phocenſis filius, indiſſolubili amicitiæ vinculo cum Oreſte coniunctus. Nam cùm Clytemneſtra ab Ægyſtho adultero adiuta, Agamemnonem occidiſſet, Strophius Oreſtem adhuc puerum

rum certiſſimæ neci ſubduxit, & in Regno ſuo vnà cum Pylade educauit. Poſteàque cum Oreſtes, gratia vindicandæ paternæ mortis matrem peremiſſet, eámque ob rem in furorem conuerſus eſſet, Pyladem perpetuum omnium ſuarum profectionum comitem habuit, & ſocium periculorum: tantáque ſeſe mutui amoris vehementia ſunt proſequuti, vt alter pro altero mori non recuſaret. Vide Oreſtes.

Pylæ, locus Arcadiæ: Gentile, Pylæites, Pylætes. Eſt vrbs Cappadociæ. Euagrio. Item montes Æthiopiæ ſub Ægypto. Ptolem. hodie *Amara* dicti, vbi recentiores ſcribunt Preto-Ioannis filios à præſidibus cuſtodiri. Vide Thermopylæ.

Pylæmenes, dux Paphlagonum, ex his qui venerunt in auxilium Troianorum, atque in bello à Menelao interfectus. Scribitur & Pylemeneus. Homer.

Pylæus, mons in Leſbo. Straboni.

Pylagora, Ceres dicta eſt, quod Pylagoræ, id eſt, legati, quos ciuitates Græciæ bis in anno ad concilium Amphyctionum mittebant de maximis rebus conſulturos, priùs ἐν πύλαις, id eſt, ante portas huic deæ rem diuinam religioſiſſimè facere conſueuiſſent. Palæph. lib. 2.

Pylartes, vir Troianus; ab Aiace in bello interfectus. Hom. Iliad. 11.

Pylene, Ætoliæ oppidum, Hom. 2. Iliad.

Pylleon, Theſſaliæ vrbs, Liu.

Pylora, Perſidis inſula. Arrian.

Pyloros, Cretæ mediterranea vrbs. Plin.

Pylus, agri Meſſeniaci oppidum, in tractu Occidentali Peloponneſi, Neſtore alumno (qui inde Pylius cognominatus eſt) nobilitatum. Sunt præterea aliæ tres eiuſdem nominis vrbes in Peloponneſo. Strabo lib. 8. qui duas ad mare, quarum vnam in Elide regione ad Scollin montem, alteram in Meſſenia apud Coryphaſium: tertiam in Arcadia ſitam tradit: ſinguli harum incolæ *Emathoentem* dictam, patriamque Neſtoris eſſe demonſtrare conantur. Ipſe autem Strabo docet Neſtoris eſſe in Arcadia, atque hanc *Lepreaticum*, *Triphiliacum* & *Arcadicum* cognominat, & *Emathoentem* ab Homero nominari oſtendit. Stephanus hanc Pylum quoque *Coryphaſium* appellat. Coryphaſium tamen & Pylus duo ſunt loca inuicem vicina, auctoribus Strabone, Ptolemæo & Pauſania. Niger eam *Zonchia* nominat.

Pyndis, Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs. Plin.

Pyracmon, nomen vnius ex Vulcani miniſtris, quorum opera in fabricando vtitur. Dictus Pyracmon, quòd ab incude, ferróque ignito non recedit. Nam πῦρ Græci ignem, & ἄκμονα incudem appellant. Virg. lib. 8.

Pyræ, Latij oppidum circa Minturnas. Plin.

Pyræa, pars Theſſaliæ à Pyra nominata: qui eam habitat, Pyræus dicitur. Steph.

Pyræchmes, Rex quondam fuit Eubœæ, quem Hercules, florenti adhuc ætate, bellum Bœotiis inferentem vicit, victúmque pullis equinis ita alligauit, vt in duas diſcerperetur partes, inſepultúſque iaceret. Locus adhuc Pyrachmæ pulli vocatur. Eſt autem hic locus penes Heraclium fluuium, vbi potantibus aquis hinnitus emittitur. Plut. Paral.

Pyræi, Dalmatiæ populi. Plin.

Pyramides, in Ægypto nihil aliud fuerunt quàm regnum pecuniæ otioſa & ſtulta oſtentatio. Plinius libro vigeſimo ſexto capite duodecimo quippe cùm faciendi eas cauſa à pleriſque traditur, ne pecuniam ſucceſſoribus aut æmulis inſidiantibus præberent. Plures in Ægypto paſſim extiterunt, nullæ tamen clariores tribus illis, de quibus Pomponius Mela ſcribit, quæ orbem impleuere fama, conſpicuæ vndique adnauigantibus, ſitæ in parte Africæ, monte ſaxeo ſteriliſque inter Memphim oppidum & Delta. Turres autem ſunt (inquit Solinus) faſtigiatæ vltra excelſitatem omnem, quæ manu fieri poſſit. Sub pyramidibus fuerunt Ægyptij Reges ſepulti. In pyramidum ſtructuram, inquit Stephanus, decem millia & quingenta talenta inſumpta ſunt pro cæpis duntaxat & alliis & caſeo. Nominatæ autem ſunt ἀπὸ τῶν πυρῶν, hoc eſt, à tritico, quo illic per Regem collecto, magna annonæ caritas per Ægyptum ſequuta eſt.

Pyramus, adoleſcens Babylonius, qui Thyſben mutuo amore proſequutus eſt: verùm, cùm adeò à parentibus vterque obſeruaretur, vt nullo modo ſe complecti poſſent, egredi vrbem ad conſtitutum locum decreuerunt. Quò quidem cùm prior perueniſſet Thyſbe, à leæna illic tranſeunte perterrefacta, in antrum vicinum confugit. Pyramus deinde adueniens, cùm velum, quod fugienti Thyſbe è capite ceciderat cruentatum reperiſſet, eam putans à feris fuiſſe dilaniatam, gladio, quem ſecum habebat, ſub moro arbore incubuit: Thyſbe autem ex antro egreſſa, cùm Pyramum vulnere confectum vidiſſet, eodem ſe gladio confodit. Vtrumque autem ſub moro arbore occiſum volunt, eiuſque fructus, cùm antea candidi eſſent, ex eorum ſanguine atrum colorem traxiſſe. Ouidius quarto Metamorphoſ.

Pyramus, fluuius, qui per anguſtias Tauri montis per Ciliciam defertur, de quo & Cydno digna ſunt lectu in Arriano & Curtio. Stephano fluuius Ciliciæ: Leucoſyrus, antea dictus *Malmiſtra* hodie vocari ſcribit Niger. Pyramus à Polybio lib. 11. *Pyrus*, & à Plutarcho in vita Alexandri, *Pindarus* dicitur, Theophraſto

ſto *Pinnarus* eſt.

Pyrander, quæſtor Athenienſis, à populo ſaxis obrutus, quòd tempore belli triticum parcè ſuppeditaret. Plutarc.

Pyranthus, vrbs parua, aut vicus Cretæ iuxta Gortynem. Incolæ, Pyranthij. Steph.

Pyraſus, ciuitas fuit munitiſſima, quæ & portum habuit munitionis ejuſdem. Strabo libro nono.

Pyraſus, vir Troianus, ab Aiace bello interfectus. Homerus ſecundo Iliadis. Stephano vrbs phthię dicta, quòd regio ſit πυροφόρος, id eſt, tritici ferax: Gentile, pyraſeus. Stephanus.

Pyrechmes, Rex Eubœæ, qui cùm bellum inferret Bœotijs, ab Hercule victus, equis diſcerpendus traditus eſt apud Heracleum fluuium. Author Plut. in Parallel. Vide ſupra Pyræchnes.

Pyrechmes, luctator fuit Ætolus, qui Degmentum Epeum ſingulari certamine vicit. Herod. lib. 6.

Pyreicus, pictor nobilis, qui humilia ſecutus, humilitatis tamen ſummam gloriam adeptus. Pinxit tonſtrinas, ſutrinas, aſellos & obſonia. Plinius.

Pyrenæa, vrbs Locridis, Stephan. Vide Pyronæa.

Pyrenæus, Ptolem. & cæteris mons, qui Hiſpaniam à Gallis diuidit, Hiſpani vulgò, *Los Pirenaos* vocant. Eſt item mons Germaniæ pars Alpium, in Tirolenſi Comitatu. Appianus.

Pyrene, Bebricis Regis filia, ijs in montibus qui Galliam ab Hiſpania dirimunt, ab Hercule compreſſa quæ poſteà à feris laniata, ibidémque ſepulta, fecit, vt totus ille tractus montanus ab eius nomine Pyrene diceretur. Alij tamen montis huius nomen ἀπὸ τοῦ πυρὸς, deducere malunt, hoc eſt ab igne: ſiue quòd crebris fulminum ignibus feriatur, ſiue quòd Pyrenæi montis ſyluæ (vt author eſt Diodorus lib. 6.) injecto à paſtoribus igne, olim vniuerſæ conflagrauerint. Strabo lib. 3. Pyrenes inquit: latus in Hiſpaniam vergens, conſitum eſt varijs arboribus materiæ multitudine, & quæ ſemper virens germinet: alterum autem Galliam ſpectans, nudum omninò. Diodorus lib. 6. vbi de Pyrene, Ferunt, inquit, priſcis temporibus igne a paſtoribus injecto, montanas omnes regiones fuiſſe combuſtas, quare ex re montes aiunt cognominatos Pyrenæos.

Pyrene, Acrocorinthi fons haud affluentes aquas habens, cæterùm perſpicuas ad imum potúque ſuauiſſimas. Strab.

Pyrenæus, Ptolem. & cæteris mons eſt, qui Hiſpaniam à Gallijs diuidit. Silius Italicus lib. 3. *Pyrene* legit: ab Æmilio Probo nuncupabatur *Saltus Pyrenæus*, etſi hodie varia pro ratione locorum ſortiatur nomina, Hiſpani vulgò *Los Pyrenaos* vocant. Oliuarius autem dicit in vniuerſum ſic vocari, ac partes montium particularia habere nomina.

Pyrenæus, Phocydis Rex, qui cùm Muſas ex Helicone in Parnaſſum proficiſcentes hoſpitio excepiſſet, vim ijs inferre eſt conatus: cùmque illæ aſſumptis alis effugarent, Pyreneus conatus inſequi, è feneſtra delapſus fregit ceruicem. Ouid. 5. Metam.

Pyrethi, quidam Magi in Cappadocia, qui non cultro, ſed ſtipite mactant, Strab. lib. 15.

Pyrgi, Straboni & Plinio. Virgilius eos Veteres cognominat. Tuſciæ vrbs eſt, *S. Marinello* hodie appellari Albertus colligit, ex eo quod hujus loci templum adhuc vulgò *S. Maria de Furgano* vocant.

Pyrganum, Tuſciæ locus maritimus. Anton.

Pyrgenſes, Achaiæ populi. Plin.

Pyrgeſſa, Vide Pyrgum.

Pyrgi, vrbs Meſenes: cuius Gentile, pyrgites. Steph. Vide pyrgum.

Pyrgi, gorum, oppidum in ora Tuſciæ inter Antium & Grauiſcas. Plin.

Pyrgo, nutrix filiorum Priami, Virgil. quinto Æneidos.

Pyrgus, Marmaricæ vrbem habet Mercator in ſua Europæ tabula, quam nouo nomine *Barda* vocat.

Pyrgum, Tuſciæ oppidum C. Stephano oppidulum Italiæ) quod & pyrgi numero plurali dicitur. Plinius libro 3. cap. 5. vnde Gentile, pyrgeſtæus.

Pyrgoteles, gemmarum ſculptor artificioſiſſimus à quo tantùm Alexander Magnus ſe in gemmis ſculpi paſſus eſt, edictóque alios vetuit. Plin. lib. 7. cap. 37.

Pyriciades, vel pyritiades, Rex Aſſyriorum, ante Romam conditam 215.

Pyrimon, apud Ammianum, Ioannes Heroldus interpretatur *Speyr* Germaniæ vrbem ad Rhenum, Epiſcopatu & Camera Imperiali (vt vulgò loquuntur) decoratam. Eandem *Ad pyrum* vocat.

Pyrindus, vrbs Cariæ. Steph.

Pyritidias. Vide Pyriciades.

Pyrnus, vrbs Cariæ: Ciues Pyrnij. Steph.

Pyro, Nympha Oceani & Tethyos filia. Heſiod. in Theogonia.

Pyrodes, Cilicis filius, qui primus è ſilice excuſsiſſe ignem dicitur quemadmodum aſſeruaſſe in ferula Prometheus. Plin. lib. 7. c. 56.

Pyrois, pyroentis, vnus ex equis Solis: ſunt enim quatuor Pyrois, Eous, Æthon, & Phlegon. Ouid. 2. Metam. vide infra Pyrous.

Pyrois, pyroentis, Martis ſidus, ab igneo colore dictum.

Pyrolabes, quòd ea quæ ignita ſunt, capiat.

Pyronæa, vrbs Locridis, à Pyrone quodam di-
cta: inde Pyronæus. Steph. Eadem videtur, quam
paulò antè πυρωναίαν vocauit.

Pyrous, vnus ex equis Solis, quaſi ardens, nam
quatuor eſſe perhibentur: Pyrous. ſcil. Æthon,
Phlegon, Eous, Columella lib. 10. Ouid. vide ſu-
pra Pyrois.

Pyrpile, inſula ſic dicta, quòd ignis ibi primò
epertus fuerit: hanc Delon dicunt eſſe.

Pyrrha, Cariæ ciuitas iuxta Myrtoum pelagus,
& inſula circa Mæotim, quam pontus abſtulit.
Pli. cap. 92. lib. 2. Steph. vrbs eſt in Leſbo. Ciuis,
Pyrrhæus. Eſt & Liguriæ vicus item Phocydis,
Magneſiæ, Lyciæ & Cariæ oppida apud Plin. &
Ptol.

Pyrrhæi, Æthiopum gens in Libya interiori,
Ptolem.

Pyrrha, Deucalionis vxor, quæ poſt diluuium
vnà cum marito, iactis poſt terga lapidibus, hu-
manum genus fertur reparaſſe. Vide Deuca-
lion.

Pyrrander, fuit quiſpiam ſycophanta inſigni-
ter verſutus, notæque malitiæ Ariſtoph. in equi-
tibus, ἦ νὴ Δί' ἦ γ' ἦν τι πυῤῥάνδρου τὸ μηχάνημα, id
eſt, ac per Iouem fuit quidem Pyrrhandrica iſta
techna.

Pyrrhias, quidam Ithacenſis negotiator, qui
ſenem quendam ex piratarum manibus dato
pretio redemit: non ob id quòd eo ſibi foret
opus, ſed partim quòd miſertus eſſet ſenilis
fortunæ, partim hominis oratione perſuaſus.
Emit autem vnà cum ſene cados fictiles plenos
pice quos ſenex ille ſecum aduehebat, idque
authore ſene. Deinde profectis piratis quo
Pyrrhiæ gratiam referret ſenex, quòd non ob
lucri cupiditatem, ſed ob beneuolentiam ſeſe
liberum feciſſet, indicauit in cadis multam
pecuniæ vim pici admixtam abditam eſſe. Qua
reperta; cùm Pyrrhias derepentè diues eſſet
redditus, cùm magnificè collaudauit ſenis er-
ga ſe gratitudinem, tùm eidem bouem immo-
lauit officij præmium. Vide prouerbium, Ne-
mo benemerito bouem immolauit, præter Pyr-
rhiam.

Pyrrhicus, Laconum vrbs libera. Pauſan.

Pyrrhidæ, Moloſſorum Reges, à Pyrrho dicti.
Alex. ab Alex. lib. 1. c. 2.

Pyrrho, philoſophus, à quo philoſophi pyr-
rhonij dicti quos Græci cognomento σκεπτικοὺς.
i. conſideratores appellant: nihil enim decer-
nunt, ſed in quærendo ſemper conſiderandóq;
ſunt, ac ne videre quidem plenè quicquam ne-
que audire ſe putant: aiúntque veritatem in-
comprehenſibilem videri. Iidem ἀπορητικοὶ i.
ambigentes dicuntur, quoniam nihil affirmant,
& de omnibus ambigunt. Hic patria Elidenſis
fuit, primò pictor, deinde Anaxarchi diſcipulus

vixit annis fermè xc.

Pyrrhodes, Elidenſis philoſophus, Philiſtar-
chi filius. Hunc Apollodorus priùs fuiſſe picto-
rem dixit, qui in ſapiente ἀπάθειαν non admit-
tebat, Cicer. Acad. quæſt. 4.

Pyrrhus, Achillis filius, ex Deidamia Lyco-
medis filia: ita dictus à fuluo colore capillorum,
teſte Seruio. Hic & Neoptolemus appellatus eſt
propterea quòd admodum adoleſcētulus ad bel-
li Troiani reliquias fuerit perductus. Erat enim
in fatis ſine Æacidarum aliquo Troiam capi non
poſſe. In Ilij autem expugnatione, primùm Po-
litem, Priami filium, deinde patrem ipſum in-
terfecit. Polyxenam Achillis patris ſui Mani-
bus inferias miſit. Andromachem verò, quæ in
prædam ſibi ceſſerat, aliquandiu juſtæ vxoris lo-
co habuit: quam deinde, Hermionem Mene-
lai & Helenes filiam ducturus, Heleno Priami
filio vxorem tradidit. Erat autem Hermione
multò antè à Tyndaro auo Oreſti deſponſata,
cujus etiam mutuo amore tenebatur. Ægrè ita-
que ferens Oreſtes vxorem ſibi eripi, ex inſidijs
Pyrrhum obtruncauit, vt apud Virg. refert An-
dromache 3. Æneid.

Pyrrhus, Rex Epirotarum, materno genere
ab Achille, paterno ab Hercule oriundus: qui
quum à ſuis ob odium paternæ crudelitatis, ad
necem quæreretur, clàm à matre ſubductus, ad
Illyricos defertur, traditúſque Heroæ Glauci
Regis vxori, nutriendus fuit. Qúmque natus
annos vndecim eſſet reuocatus à ſuis tanta vir-
tute creuit, vt quum (ſicut Cæcilius ſcribit) im-
perium orbis agitaret, & Romanos potentes vi-
deret, Apollinem de bello conſuluerit: ille am-
biguè reſpondit, *Aio te Æacida Romanos vince-
re poſſe.* Hoc ad ſe dictum putans, auxilio Taren-
tinis contra Romanos venit, aduerſus quos va-
rio euentu pugnauit. Perijt ictu tegulæ percuſ-
ſus, cùm Argos cepiſſet. Vide vitam ejus latiùs
apud Plutarch.

Pyrrhus, XXVIII. Macedonũ rex Olymp. 259.

Pyrrhus, Dædali filius, in Græcia omnium pri-
mus picturam inuenit, vt Ariſtoteli placet.

Pyrrhum, Pannoniæ vrbs. Antonin.

Pyriphlegeton, Italiæ fluuius, Lycophroni.
circa Epirum quoque flumen, vt tradit Ariſtot.
in mirabilib.

Pyſtira, inſula ante Smyrnam. Plin.

Pythagoras, Samius, Mneſarchi gemmarum
ſculptoris filius, Italicæ philoſophiæ princeps,
auditor Pherecidis Syri; poſt cuius mortem
Hermodamanti jam ſeni, Creophili nepoti ſe
in diſciplinam dedit. Sub quo cùm ſatis pro-
feciſſe videretur, in Ægyptum nauigauit, vt
illorum Theologiam, ritus, moreſque cogno-
ſceret. Deinde Aſtrologiæ Chaldaicæque diſ-
ciplinæ cupidus, Babylonem ſeſe contulit: vbi
ſyde-

ſyderum curſus, eorúmque in geniturís hominum effectus, eſt edoctus. Auditores fertur habuiſſe non pauciores ſexcentis, qui noctu ad eum confluebant: ex quibus clariſſimi fuerant Architas Tarentinus, Alcmæon Crotoniata, Hippaſus Metapontinus, & Philolaus Crotoniata. Primus τῆς μετεμψυχώσεως, hoc eſt, transfuſionis animorum in alia corpora, aſtructor fuit: idque, vt faciliùs perſuaderet: primùm ſe Æthalidem Mercurij filium fuiſſe affirmabat. Cúmque à patre optio ſibi facta eſſet petendi quicquid vellet, excepta immortalitate, ſe ab illo petiiſſe, vt & viuens, & vita functus omnium quæ contigerant, memoriam haberet. Eámque ob cauſam ſe omnium, quæ in vita geſſiſſet, meminiſſe: eandémque memoriam poſt obitum reſeruaſſe. Poſt Æthalidæ mortem Euphorbum ſe fuiſſe aiebat, & deinde Hermotimum, poſteà Delium quendam piſcatorum, nomine Pyrrhum: mortuóque Pyrrho, ſe factum eſſe Pythagoram. hanc opinionem de migratione animarum accepit ab Ægyptiis, teſte Herodoto, quos feſtiuè irridet Lucianus in dialogo Galli & Mycilli. Crotoniatis & Metapontinis leges conſcripſit, populóſque e luxuria diffluentes authoritate & doctrina ad frugalem cultum reuocauit, adeò vt & mulieres integritate eius, vitæque ſeueritate adductæ, auratas veſtes, ornamentáque laſciuiora, in templo Iunonis conſecrarent. Poſtremò cùm multos annos Crotone egiſſet, Metapontum commigrauit, vbi & ſupremum diem obiit: quanquam, aliis alia tradentibus, de mortis genere non ſatis conſtat. Quanti autem illum viuum fecerint Metapontini, poſt obitum eius declararunt, ædes eius pro templo ei conſecrantes, diuiniſque honoribus mortuum proſequentes. Ab animalium omnium carnibus & à fabis religioſiſſimè abſtinebat. Iuuenalis Satyra 15.

pythagoras, primus omnium Philoſophiam ſéque philoſophum appellauit, non autem ſophum, id eſt, ſapientem ſe dici voluit: quòd Deus ſolus ſit ſapiens. Philoſophus enim idem eſt, quod ſapientiæ ſtudioſus, ſeu cupidus: omnes verò homines ſapientiam appetere debent, Laërt. in Procem. lib. 1. Lact. lib. 3. Pythagoras harmoniam in cæleſtibus terreniſque rebus eſſe docuit: nam quo pacto vniuerſum conſiſteret, niſi certa ratione, numeriſque præfinitis ageretur? Polyd. Vergil. lib. 1. cap 9 de rerum inuent. Mundum ingenitum, & incorruptibilem, genuſque hominum abſque vllo ortus principio ab æterno fuiſſe opinatus eſt. Cenſorin. Deum definiuit, animum eſſe per naturam rerum omnium intentum, & commeantem, & quo omnia quæ naſcuntur, animalia vitam caperent. Polyd. Virg. lib. 1. cap. 1. de rerum inuent.

pythangeli, locus in Ægypto, quem illi Elephantorum venationem appellant. Strab. lib. 6.

pythermus, Phocenſis, cùm Ionum, Æolúmque legati Spartam attuliſſent, ex omnibus delegatus, qui poſtulata proponeret: purpureáque veſte indutus, in Spartiatarum conuentum proceſſit: hortatúſque eſt Lacedæmonios multis verbis ad auxilium Ionibus ferendum. Herod. lib. 2.

pythas, Vide Pythopolis.

pythia, thiorum, ludi Apollinares, in Apollinis honorem inſtituti in Pythio Macedoniæ loco, ob cædem Pythonis ſerpentis nocentiſſimi: aut, vt Strabo lib. 9. ſcripſit, hominis ſceleratiſſimi, cognomento Draconis, Ouid. 1. Metamorphoſ. Victores huius certaminis, teſte Luciano, lauro coronabantur, additis pomis ex Apollinis templo deſumptis.

pythia nomen eſt Sacerdotis Apollinis, eaque virgo, quæ in machina templi Apollinis Delphici conſiſtens, Dei ſpiritu afflabatur, reſponſáque conſulentibus reddebat. Hæc autem tandiu ex virginibus exigi conſueuit, donec vna fuit ab Echerate violata. Palæph. lib. 1.

pythis, pictor fuit egregius, qui de picturæ præſtantia certauit in Timagoram Chalcidenſem.

pythium, intimus olim locus Cortinæ in Creta: vel iuxta Aſtacenum ſinum: vnde pocula pythiana. Steph. Vide puteum.

pythius, Apollinis cognomen, à pythone ſerpente, quem ſagittis ſuis adhuc puer dicitur interemiſſe. Aut certè ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι hoc eſt, à conſulendi vſu: vnde & pythiarum phœbi ſacerdotum, nomen tractum eſſe exiſtimat Strab. lib. 9. Alij tamen pythium dictum putant ἀπὸ τοῦ πύθειν, hoc eſt, à putreſcendo, eò quòd ſine vi caloris nunquam fiat putrefactio.

pytho, phocidis vrbs Homero Iliados. 6 Euſtathius ab Homero *Petreſſam* appellatam ſcribit, vt annotauit Gerbelius.

pythodorus, ſculptor eximius. plin. l. 36 c. 5.

python, ſerpentis miræ magnitudinis proprium nomen, ex putredine terræ poſt diluuium Deucalionis nati. Hic à Iunone Latonæ ex Ioue grauidæ dicitur fuiſſe immiſſus, nullámque ei pariendi quietem conceſſiſſe, donec illa ad Aſterien ſororem ſuam perueniſſet, non multò ante in inſulam commutatam: à qua ſuſcepta, Dianam & Apollinem peperit: quarum illa vix dum nata, protinus matri obſtetricis officium præſtitit, fratrémque naſcentem excepit: qui poſtea memor iniuriæ qua python matrem ſuam affecerat, ſagittis ſuis eum confixit. Cuius rei memoria, ne vllo temporum lapſu obliteraretur, ſacra certamina inſtituit, quæ à nomine ſerpentis pythia appellauit. Ouid. 1. Metam.

Python draco poſt diluuium è terra natus ſignificat immenſam exhalationis vim, quæ extitit poſt inundationem, donec à Sole conſumeretur. Iouian Pontan. in Vrania. Dicitur autem Pytho à putredine ſeu putrefactione. Et quia Sol conſumit omnem putredinem terræ, eiúſque circulo emicant radii in modum ſagittarum, ideò Apollo fingitur ſagittis Pythonem interficere.

python, Solino locus eſt in Aſia, in campis patentibus, quò primo aduentus ſui tempore aduolant ciconiæ, atque eam, quæ vltima venit laniant vniuerſæ. Plin. lib. 10. cap. 23 Vide Pithonoſcome per iota quanquam per y ſcribendum ſit.

python, orator Byzantius eloquentiſſimus, apud Philippum Macedoniæ regem: cuius meminerunt Æſchines & Demoſt. in orationibus.

pythonoſcome, locus eſt in Aſia, quò primo aduentus ſui tempore conueniunt ciconiæ, & eam quæ vltima aduenit, laniant vniuerſæ. Plin. lib. 19 cap. 23.

pythopolis, ciuitas Aſiæ, partis eius, quæ Myſia vocatur, Steph in Antiochia vndecima. Idem alibi, præter Pythopolim Myſiæ alia eſt in Caria, ſic dicta à ditiſſimo viro Pythe, qui Xerxe ſuſcepto, ſingulis militibus ſex Daricos aureos diſtribuit. Hac poſtea Nyſſa dicta eſt.

pyxirates, Euphrates fluuius verſus ſcaturigines ſuas dictus eſt Plin. lib. 5. c. 34.

pyxis, vrbs in mediterranea parte Oenotrorum: à qua fit Gentile, Pyxius. Steph.

pyxites, fluuius in Themiſcyrena ad Trapezontem. Plin. lib. 6. c 4.

pyxus, vrbs Siciliæ à Miantho condita: cuius Gentile, Pyxuntius Steph.

Q V

QVADI, Bohemorum olim gens ſicut & Marcomanni. Hieronymus: Sarmatæ, Quadi, Vandali, & innumerabiles aliæ gentes, equorum & vulpium carnibus delectantur. Hos ipſos *Auſtriaces* vulgò *Oeſterreich* putat quidam, *Sleſier* indigitat eos Dubrauius. Auentinus *Marckfelders* (Auſtriæ tractus populos) vocat. Quadi quondam *Heluetij* dicti ſunt, inquit Eutropius.

Quadraginta viri, iudices erant, apud Athenienſes, qui de verberibus & vi quæſtiones exercebant Demoſt. ad Pantænetum: Multa inquit, mihi grauia obiecit: ſiquidem & contumeliam & verberationem & vim, & puellarum hæredum iniuriam. Harum verò rerum cuiuſque ſeparatim actiones ſunt, neque apud eundem Magiſtrum, neque eadem pœna: ſed verbera & vis apud quadraginta viros intenduntur, &c.

Quadrata Roma locus in palatio, ante templum Apollinis dicitur, vbi repoſita ſunt, quæ ſolent adhiberi, boni ominis gratia, in vrbe condenda, quia ſaxo munitus eſt initio in ſpeciem quadratam. Eius loci Ennius meminit quum ait, & quis extiterat Romæ regnare quadratæ. Feſtus.

Quadrata, Ant. Germaniæ oppidum. Et Italiæ mediterranea vrbs. lib. Notit.

Quadratus, Apoſtolorum diſcipulus, præſul Athenienſis, vnà cum Philippi filia Prophetico ſpiritu clarus. Hieron. Euſeb. libro 3. c. 37. hiſt. eccleſ.

Quæſtores deæ & deorum *οἱ ταμίαι τῆς καὶ τῶν θεῶν* Athenis nominabantur decem viri ſorte lecti ex iis, quos Quinquemodiales vocabant. Hi pecunias, quæ mulctæ nomine pendebantur, accipiebant præſente ſenatu, iúſque habebant mulctæ delendæ, ſi iniuſtè eſſet à magiſtratibus irrogata, Demoſthen contra Timocrat.

Quæſtores militares erant, qui recipiebant æra *ςρατιωτικὰ*, ſeu militaria, non ſolùm quæ in vſus militiæ ex publica adminiſtratione conuerſa erant: ſed etiam quæ ex tributis belli nomine collatis redacta erant. Demoſt. contra Neeram & Polyclem.

Quæſtores Theoricarum dicti ſunt inter Athenienſes, qui pecunias in ludos & ſpectacula conſumptas adminiſtrabant. Has pecunias theatrales Vlpianus in Olynth. ſcribit à Pericle primùm, cùm diuites loca in theatro ſibi pretio compararent, pauperes autem, ne id facerent æris inopia impedirentur, eſſe inductas, lege lata, vt pecuniæ ex publicis reditibus confectæ theoricæ fierent. Hos idem confirmat Plutarch. in Pericle.

Quæſtor populi, gloriæ atque auctoritatis magnitudine Athenis florebat. Hic à populo in quinquennium creabatur atque iterum, & tertiùm cum infinita propè congerendæ & diſtribuendæ pecuniæ publicæ poteſtate refici ſolitus eſt. Curam præcipuè habebat pecuniæ quæ concioni & iudicibus mercedis loco numerabatur. Pollux Demoſthen. ad *Timocrat.*

Quadrurbs, ciuitas quæ ex quatuor vrbib. in vnam coaluit, velut Athenæ.

Quadurcum, nobile emporium Quadurcorum in Aquitania Galliæ parte tertia. Hodie *Cahors* patria poëtæ Gallici Clementis Maroti. Sunt qui Cadurcum ſcribunt.

Quari, Galliæ Narbonenſis populi inter Salias & Vocontios. Strab. lib. 4.

Quariates, populi Galliæ Narbonenſis, alio nomine Cauatæ, à cauo, opinor, Alpium dicti, quo-

quorum metropolis eſt Auenio: hinc Valentia nunc inſert D. phinates appellantur. Vide Pli. lib. 3 cap.4

Quirtus, nomen viri, Rom. 13.

Querquetulana, vna ex portis vrbis Romæ.

Querquetulanæ, Nymphæ querceto præſidentes, Græcis Dryades dictæ.

Quietalis Pluto dictus eſt, quòd quies ad mortuos maximè pertineat: aut potiùs, quòd mors quies ſit ærumnarum omnium.

Quiloa pulchra eſt in Africa ciuitas, in inſula poſita, continenti vicina. Mahumeticæ ſectę Regulum ſemper habuit, ſummum Chriſtianorum inimicum. Ad hanc vrbem cum Fran. Dalmaida anno 1505. cum Luſitanica claſſe perueniſſet; Regem ad ſe accerſiri iuſſit, qui morbum ſimulans ad defenſionē ſeſe parauit. Itaque 710. Luſitani ad Ciuitatis oppugnationem armantur, qua deuicta, regéque in fugā conuerſo, aliáque gubernationis adminiſtratione inſtituta, ciuitatem hanc Portugalliæ regi tributariam fecerunt.

Quinquatria, orum, feſta Romæ, Palladi ſacra, non diſſimilia ijs, quæ ab Athenienſibus *παναθήναια* vocabantur, dicta à numer. quinque dierum, quibus celebrabantur: quorū primo fiebant ſacrificia: ſecundo tertio, & quarto, gladiatorum ſpectacula edebantur: quinto vrbis fiebat luſtratio. Videtur autem primus ex hiſce diebus fuiſſe quintus poſt Idus Martias, hoc eſt XIII. Calend. Aprilis, Varro quinto de lingua Lat. auctor eſt, antiquitus, vnum tantummodò feſti huius diem fuiſſe, poſt quintum ſcilicet Idus Martias: eúmque Quinquatrum vocatum fuiſſe, tracto vocabuli exemplo à conſuetudine vicinorum populorum, quem diem poſt ſextum & ſeptimum Iduum Sexatrum & Septimatrum appellauêre, paulatim tamen nominis errore conſuetudinem irrepſiſſe, vt quinque dies crederentur. Varronis ſententiæ Feſtus quoque ſubſcribit, vndè apparet non niſi mera eſſe ſomnia, quæ à recentioribus Grammaticis de vocis huius etymo ſunt excogitata, qui Quinquatria inde dicta tradiderunt, quod celebrarentur quinque diebus continuis poſt diem atrum, qui erat poſtridie Iduum: cùm probatiſſimorum quos iam adduximus authorum teſtimonijs ſatis conſtet, Atrus ſiue Atria, particulas in hiſce vocibus nihil ſignificare, ſed ſolas eſſe nominum productiones. Fuerunt & minora Quinquatria (ſiue, vt Feſtus appellat) Quinquatrus minuſculæ, quæ Idibus Iunijs à tibicinibus perſonatis celebrantur.

Quinque eccleſię, Hungariæ vrbs, quæ à Turcis *Petſchen*, à Germanis *Funfkirchen*, appellatur.

Quintanæ ſunt in itenerario Antonini, oppidum quondam ad Danubium fuiſſe ait Auentinus: quod in pagum euanuit. & *Kynitzen* vocatur.

Quintianus adoleſcens nobilis, in Commodū ſtricto pugione irruens, *hunc*, inquit *tibi Senatus* mittit. Verum à militibus comprehenſus amentiæ pœnas dedit. Herodianus.

Quintilia, amaſia Licinij poëtæ.

Quintilianus rhetor, Hiſpanus ex ciuitate Calaguritana, quamobrem ipſe quoque Hiſpanos prouinciales ſuos vocat. Romam cum Galba venit, breuique tempore Domitiani principis nepotes erudijt. Ludum Romæ aperuit, primúſque è fiſco ſalarium tulit. Scripſit Inſtitutiones rhetoricas ac declamationes.

Quintilis, menſis ideò dictus, quòd ordine quintus eſſet à Martio, qui apud antiquos primus anni menſis erat, ſed poſteà in honorem Iulij Cæſaris Dictatoris, Marc. Anton. Cos. legem ferente, Iulius appellatus eſt.

Quintius, cognomē: vnde Quintia prata trans Tiberim à Quinto Cincinnato dicta. Quintiorum autem familia Romæ multiplex fuit in qua Cincinnati, Flaminij, Criſpini, Martij, diuerſis temporibus claruêre. Volater.

L. Quintius prætor de prouincia reuerſus obſeruatā, quod mirum Domitiani temporibus, præturæ maxima caſtitate, quum æger aſſidenti amico diceret frigidas ſe habere manus, & renidens ille dixiſſet, *Atquin eas de prouincia calidas paulò ante reuocaſti*, riſit, delectatúſque eſt quippe alieniſſimus à ſuſpicione furtorum, contra ſi hoc diceretur male ſibi conſcio & ſua furta recolenti, exacerbaſſet auditum. Macrob. Saturn. lib.7. cap.3.

Quintus, Italiæ locus circa Salernum fluuium, vbi Vitiges Theodatum occidit Marcellin. Com.

Q. Luctatius Catulus, vide Catuli.

Quintilius Cos. cum Commodo Cæſare anno vrbis 930.

Quintilius, Cos. cum Priſco, anno vrbis 911.

Q. Ælius Pætus, Cos. cū M. Iunio Pœno, annō vrbis 587.

Q. Ælius Tubero Cos. cum P. Fabio Maximo, anno vrbis 743.

Q. Æmilius Barbula, Cos. cum C. Iunio Bruto Bubulco, anno vrbis 437.

Q. Æmilius Pappus Cos. cum C. Fabricio, anno 475.

Q. Antonius Merenda, Trib. mil. Conſulari poteſtate, anno vrbis 334.

Q. Apuleius Panſa, Cos. cum M. Valerio Coruino, anno vrbis 453.

Q. Aquilinus, Cos. cum Aſiatico, anno vrbis 877.

Q. Cæcilius Metellus, Cos. cum L. Veturio

Philone, anno vrbis 548.

Q. Cæcilius Metellus, Achæos ad Thermophylas primùm, hinc in Phoceis deuicit, Pſeudophilippum in ſuam poteſtatem redegit, Macedoniam recepit, vnde & Macedonicus cognominatus eſt. Secundo Conſulatu primùm à Gallis victus, poſteà eos vicit, cecidítque ex ijs quinque millia.

Q. Cæcilius Metellus, Cos. Baleares vicit, vnde Balearicus eſt cognominatus, ann. vrbis 631.

Q. Cæcilius Metellus Celer, Cos. cum Afranio, anno vrbis 694.

Q. Cæcilius Metellus Nepos, Cos. cum P. Lentulo, quibus referentibus Senatuſconſultum de Ciceronis reditu factum eſt, anno vrbis 697.

Q. Cæcilius Metellus, Numidicus dictus à Iugurtha Numidiæ rege deuicto, tantæ conſtantię fuiſſe perhibetur, vt in exilium abire maluerit, quàm in leges per vim à Mario rogatas iurare, vnde poſteà eſt à populo commoto ob filij eius Q. Metelli lachrymas (qui ob eam rem Pij cognomen tulit) reuocatus.

Q. Cæditius Longus, Cos. cum L. Manlio Regulo, anno vrbis 497.

Q. Cæditius Longus, Cos. cum M. Valerio Coruino, anno vrbis 464.

Q. Calphurnius Piſo, Cos. cum Ful. Flacco, anno vrbis 619.

Q. Caſſius Longinus, Cos. cum A. Manlio Torquato, anno vrbis 590.

Q. Cæcilius Siculus, Cos. cum T. Largio Flauio, anno vrbis 256.

Q. Fabius Æmilianus, filius Æmilij Pauli Macedonici frater Africani inferioris, in Fabiorum familiam adoptatus.

Q. Fabius Labeo, Cos. cum M. Claudio Marcello, anno vrbis 571.

Q. Fabius Maximus magiſter equitum, quòd contra præceptum L. Papirij Dictatoris pugnaſſet, ab eo penè ſecuri percuſſus, víxque tandem populi precibus dimiſſus eſt. Vide Papyrius.

Q. Fabius Maximus, Cos. Allobroges & Bituitum eorum regem perdomuit, vnde Allobrox dictus eſt, anno vrbis 6 3.

Q. Fabius Maximus Seruilianus, Cos. Luſitanos deuicit, ſed fidem eis datam violauit, anno vrbis 612.

Q. Fabius Maximus Verrucoſus vel Ouicula, vir tantæ prudentiæ, vt primus ex Romanis ducibus Annibalem armis inuictum vicerit, non alia magis re, quàm abſtinendo à pugna, adeò vt inde Cunctatoris cognomen tulerit, Dictatura & quinque Conſularibus clarus. Plutar. in eius vita. Vide Fabij.

Q. Fabius Rutilianus, vir egregiæ virtutis Dictaturam & quinque Conſulatus geſſit: de Etruſcis, Samnitibus, Vmbris & Gallis ſæpius triumphauit, quos varijs prælijs ferè ad internecionem ceciderat. Geſſit autem quintum Conſulatum cum P. Decio filio, qui eo ſe anno deuouit, vrbis ſcilicet 458.

Q. Fabius Vibulanus, Cos. cum Sex. Cornelio Maluginen. anno vrbis 269. Iterum cum C. Iulio Tullo, anno vrbis 271.

Q. Fabius Vibulanus alter Cos. cum T. Æmilio Mamerco, anno vrbis 287. Iterum biennio pòſt cum T. Quinto Capitolino Equos deuicit. Tertiùm Cos cum L. Cornelio Maluginenſis de Equis & Volſcis triumphauit.

Q. Fabius Vibulanus Trib. mil. Conſulari poteſtate, anno vrbis 341. Iterum anno 349.

Q. Fuluius Flaccus, Cos. cum Appio Caudice, anno vrbis 489.

Q. Fuluius Flaccus, Cos. anno vrbis 575. Ligures vicit, & de ijs triumphauit.

Q. Fuluius Flaccus, Cos. cū L. Cornelio Lentulo, anno vrbis 516. Iterū cum T. Torquato, anno 530. Bojos in deditionē accepit. Tertiò cum Appio Pulchro, Pœnos ad Beneuentū cecidit, quartò cū Fabio Maximo Tarētum recepit, anno 545.

Q. Fuluius Nobilior, Cos. cum T. Annio *Fuſio*, anno vrbis 601.

Q. Fuſius Calenus, Cos. cum P. Vaticano, anno vrbis 707.

Q. Halterius Antoninus, Cos. cum D. Iunio Syllano, anno vrbis 805.

Q. Hortenſius Nepos. Vide Hortenſius.

Q. Lecanius Boſſus, Cos. cum M. Licinio Craſſo Frugi, anno vrbis 816.

Q. Lepidus Conſul cum M. Lollio, anno vrbis, 733.

Q. Luctatius Catulus Cercus, Cos. cum A. Manlio Attico, anno vrbis 512.

Q. Luctatius Catulus, vide Catulus.

Q. Mamilius Vitulus, Conſul cum Valerio Maximo, anno vrbis 4 8. Iterum cum L. Poſthumio, anno 491.

Q. Martius Philippus, Cos. cum L. Æmilio, anno vrbis 472.

Q. Martius Philippus, Cos. à Liguris victus, anno vrbis 568.

Quintus Martius Rex, Conſul Saruios, gentem Alpinam ſuperauit, anno vrbis *ſexcenteſimo* trigeſimo ſexto.

Q. Martius Tremulus, Cos. cum L. Cæſare, anno vrbis 690.

Q. Martius Tremulus, Cos. de Hernicis triumphauit, anno vrbis 448.

Q. Martius varia, Cos. cum L. Metello Cretico, anno vrbis 686.

Q. Maximus Eburnus, Cos. cum C. Licinio Geta, anno vrbis 658.

Q. Minutius Rufus, Cos. cum Cn. Cornelio Cethego, anno vrbis 557.

Q. Mi-

Q. Minutius Thermus, cos. cum L. Cornelio Merula, an. vrbis 571. Ligures vicit fuditque.

Q. Minutius Scæuola. Vide Mutius.

Q. Nautius Augurinus, cos. cum C. Horatio Puluillo, anno vrbis 297.

Q. Niger, cos. cum T. Aproniano, anno vrbis 769.

Q. Nouianus, cos. cum P. Gallo Camerino, anno vrbis 787.

Q. Opimius, cos. Tranſalpinos Ligures ſubegit, anno vrbis 600.

Q. Pedius, cos. cum puero Octauio in locum Hircij & Panſæ, qui in Mutinenſi prælio occubuerant, ſuffectus.

Q. Pedo, cos. cum Valerio Meſſala, anno vrbis 867.

Q. Petilius Spurinus, cos. cum Cn. Scipione Hiſpalo anno vrbis 587.

Q. Pompeius Nepos, cos. anno vrbis 613. à Numantinis ſuperatus, ignobilem pacem fecit.

Q. Pompeius Rufus, cos. cum L. Sylla, anno vrbis 666.

Q. Publius Philo cos. cum Æmilio Mamerco, anno vrbis 317. Iterum cum L. Cornelio Lentulo anno 428. Tertiò anno 434. Quartò, anno 448.

Q. Quintilius Varus, in Germania bellum gerens ſub Octauio Cæſare, cum tribus legionibus ad internecionem cæſus eſt. Suet.

Q. Seruilius Cæpio, cos. cum Q. Martio Philippo, anno vrbis 585.

Q. Seruilius Cæpio, cos. cum C. Lælio, anno vrbis 614.

Q. Seruilius Fidenas, mil. anno vrbis 354. Iterum, anno 358. Tertiò, anno 361. Quartò, anno 366.

Q. Seruilius Priſcus Dictator Equos & Labicanos vicit, anno vrbis 318.

Q. Seruilius Hala, cos. cum L. Genutio Auentinenſi, anno vrbis 391. Iterum cum eodem triēnio pòſt. Idem Dictator anno 396. Tertiùm cos. cum C. Martio Rutilio, anno vrbis 414.

Q. Sulpitius Camerinus, Trib. mil. anno vrbis 354. Iterum anno 358.

Q. Sulpitius Camerinus, cos. cum C. Popæo Sabino, anno vrbis 661.

Q. Sulpitius Coſſus, cos. cum M. Manlio Capitolino, anno vrbis 322.

Q. Verannius, cos. cum C. Pompeio Gallo, anno vrbis 801.

Q. Voluſius Saturninus, cos. cum P. Cæpione, anno vrbis 808.

Quirinalia, vocabant diem quo ſacra Quirino fiebant. Fiebant autem 12. Calend. Maij. De his Ouid. & Varro.

Quirinalis, collis Romæ dictus, quòd in eo Quirini templum eſſet ſiue quòd in eum commigrauerant Sabini, à Curibus venientes: & Quirinalis porta, quòd in collem Quirinalem itur, vel quòd proximè eam eſſet Quirini templum. Hodie Italorum vulgus à duobus equis marmoreis, Phidiæ & Praxitelis operibus, in hoc colle ſitis, *Monte cauallo* appellat.

Quirinus, ni, Romuli cognomen, ab haſta, qua aſſiduè vehebatur: quam Sabini (inquit Feſtus) Curim, ſiue Quirim vocabant: vel à Curibus, hoc eſt, Sabinis, quos in vrbis partem recepit. Varro quarto de lingua Latina. Quirinum à Quiritibus appellatum exiſtimat. Alij Quirinum dici exiſtimant, ob generis nobilitatem à patre ſuo Quirino hoc eſt Marte. Romani enim Martem, dum ſæuiret, Gradiuum: dum tranquillus eſſet, Quirinum nominabant. Vide Ouid. 2. Faſtor.

Quirites, Romani dicti, à Curibus Sabinorum vrbe. Romulus enim, inito fœdere cum T. Tatio Sabinorum rege, eóque in partem regni, Sabiníſque in vrbis portionem receptis, vt nouorum incolarum beneuolentiam aliqua ſibi ratione conciliaret, miſtam Romanorum Sabinorúmque gentem vno nomine Quirites appellauit. Liu. ab vrbe.

Quiritia Iuno menſalis dicta eſt apud Romanos, Alexander ab Alexan. lib. Genial. dierum 1. cap. 17.

Quiza Xenitana Plinio, Buiza Ptol. Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs maritima, hodie *Orano Oliuario*.

Quiza, Carmaniæ portus, Arrian. & Ptol.

R A

RAab, Pſal 86. Ægyptum eſſe quidam memorant. Lat. ſuperba, aut fortis vel tumultuans.

Raab, meretrix Chananæa, in Iericho ciuitatis deuaſtatione ſola ſeruata cum tota ſua familia, & omnibus quæ poſſidebat: quòd abſconderit nuntios quos eò miſerat Ioſue Iſraelitarum dux ſapientiſſimus, ad ciuitatis explorationem. Ioſ. cap 6.

Raia, filius Subal filij Iuda, 1. Paral. 4. 1. Eſd. 2. Lat. viſio Domini.

Raamias, nomen viri, 2. Eſd. 7. Lat. tonitruum Domini, ſiue malum à Domino, aut ſocius à Domino, vel paſtor à Domino.

Raba, vrbs ad ſinum Ionium. Gentile, Rabæus, Steph.

rabathmoma, vrbs tertia Palæſtinæ, quæ nunc Areopolis.

Rabba, licèt diuersè à Rabbath ſcribatur, videtur tamen eadem eſſe ciuitas Ier. 49. Lat. multa, ſiue magna aut iurgium, ſiue impugnatio.

Digitized by Google

Rabbath, idem metropolis filiorum Ammon à rege Ægypti Ptolemæo cognomento Philadelpho, qui Arabiam tenuit cum Iudæa, Philadelphia nominata.

rabbatammana, Steph. vrbs montanæ Arabiæ: profertur etiam in neutro genere. Huius autem Gentile eſt Rabatammenus.

rabboth, ciuitas in tribu Iſſachar Ioſ. 19. Lat. fœnus, vel vſura, aut multitudo, vel iurgium, ſiue impugnatio.

Rabbothe. Vide Phœnice.

rabienus, antea Labienus mutato ſuo nomine, quòd omnes paſſim laceraret. Cæl. li. 11. c. 13.

rabirius, eques Romanus, perduellionis, id eſt, læſæ maieſtatis accuſatus à T. Labieno tribuno plebis, quòd Saturninum virum ſceleratum, & hoſtem patriæ in tumultu occidiſſet, de quo extat oratio Ciceronis.

C. Rabirius poëta Epicus cuius meminerunt Ouidius in Triſtibus & Quintilianus lib. 10. Laudat in hoc Seneca de beneficiis 6. exclamationem illam Antonij quam vſurpabat, fortunam ſuam ad alios tranſeuntem videns, nulla re alia præter mortis arbitrium ſibi relicta, *hoc habeo quodcunque dedi*. Citatur à Fulgentio Placiade Rabirij nomine ex Satyrâ.

Abſtemium temulenta fugit Mecennia nomen.

Rabilus. vide Moythe.

Rab-mag, princeps quidam. Ier. 36. Lat. magiſter vel princeps excindens, vel demergens aut liquefaciens.

raſaces, i. magiſter vel præpoſitus bibentium aut magiſtri oſculum, vel ſacculus, ſiue multum bibens aut oſculans, vel magnus ſaccus. princeps in exercitu Sennacheribi. 4 Reg. 11. 78.

rabſares ſiue Rabſaris, magiſter vel præpoſitus Eunuchorum, nomen principis Babylonici Ierem. 39. 3.

rachal, ciuitas, quam Dauid, ſuorum ſpoliorum participem fecit. 1 Reg. 10. Lat. Suſurro aut aromatarius, ſiue negotiator.

rachel, i. Ouis, filia Laban, altera vxor Iacob. Gene. 16. Sepulta eſt in via, quæ Bethleem ducit: quæ ſola inter cognatos ſuos honorem ſepulturæ cum Abraham habere non meruit. Exerexitque Iacob titulum ſuper ſepulchrum eius, qui in hodiernum vſque diem viſitur. In quo loco (vt aiunt Hebræi) templum ædificatum fuit. At D. Hieronymus ait, locum eſſe iuxta Bethleem, vbi Angelorum grex in natiuitate Domini cecidit, & in quo Iacob ſuos poſuit greges. Comeſt. in cap. 35. Gen.

rachiſius, Longobardorum rex, ſub annum Christi 791. cùm propè 7. annis regnaſſet, monachus effectus, regnum Aſtulpho fratri reliquit.

C. Racilia prima nocte cum marito in coniugali complexu ruina thalami extincta. Vide Inſcr. antiq. pag. 268.

racilius, Tribunus plebis, qui de Clodianis facinoribus eſt queſtus in Senatu. Cic. in Epiſtola ad Q. fratrem.

Racole. Vide Cazizi.

radagiſus, Gotthorum rex, Arcadij & Honorij Cæſarum temporibus dicitur habuiſſe in exercitu ſub ſignis ſupra ducenta bellatorum millia. Paul. Diacon.

radamanthus, vide rhadamanthus.

radamirus, Galleciæ rex Chriſtianus, Hiſpaniæ regem Saracenum bello vicit, anno Chriſti 944.

raddai, quintus filius Iſai. 1. Par. 2. Lat. deſcendens, vel dominans.

ratiaria, Myſiæ ſuperioris oppidum Ptolemæo *Nicopolis* à Nigro vocatur.

ragau, filius Phaleg 1. Par. 1. qui Reu. gen. 11. ſcribitur. Luc. 3. Heb. Reu Lat. ſocius aut paſtor eius. ſiue malum vel confractio eius.

rageia, Straboni Mediæ oppidum à Nicanore conditum, quod ipſe *Europum* nominauit.

rages, ciuitas apud Medos. Tob. 1.

raguel, ſacerdos in vrbe Madian ſocer Moyſi Exod. 2. qui Exod 3. dicitur Iethro Lat. paſtor aut amicus vel confractio Dei.

rahab, mulier quæ hoſpitio ſuſcepit exploratores miſſos à Ioſue in Iericho. Ioſ. 2. Lat. lata, ſiue dilatata, aut platea.

raguel, pater Saræ, vxoris Tobiæ iunioris. Tob. cap 8.

rahabia, nomen viri, 1. Par. 26. Lat. latitudo ſiue Platea Domini.

raham, filius Samma filij Hebron, 1. Par. 2. Lat. vulua ſiue miſericordia.

rahalaia, nomen viri. 1 Eſd. 2. Lat. ſopor Domini aut ſocius, vel paſtor Domini.

rahuel, filius Eſau, ex Baſemath vxore, Gen. 36. Filius Iebaniæ, 1. Paralip. 9 idem ſignif. quod Raguel.

raia, filius Subal filij Iuda. 1. Paralipomen. 4. 1. Eſd 2.

ram filius Eſrom filij Thares. 1. Paral. 2. Filius item Ierameel primogeniti Eſron. 1. Par. 2. Lat. excelſus, vel ſublimis aut proiiciens.

rama. Vide Raphia.

rama, ciuitas in tribu Beniamin, haud procul à Gabaon, Ioſ. 18 Iud. 4. 19 quam reædificauit Baaſa reg. Iſraël in Iuda. 3. Reg. 15. Lat. excelſus. vel ſublimis, aut proiecta.

ramatha, vrbs Syriæ in monte Ephraim. 1. Reg 1. 15. Hieronymus in Thamnitica regione iuxta Dioſpolim ſitam ſcribit. Vocatur etiam Ramathæ, idem ſignificat quod Rama.

ramathæ, ciuitas. 1. Mach. 11. Eadem quæ Ramatha & Ramathaim.

Rama-

Ramathaim, ciuitas eadem quæ Ramatha dicitur & Arimathæa, 1. Reg. idem quod Rama ſignif. ſed numero duali.

Ramath-lechi, nomen loci. iud. 15. Lat. eleuatio maxillæ.

Rameſſes, i. tonitrum vel exprobratio tineæ aut malum delens ſiue diſſoluens, aut confractus à tinea, ciuitas, in extremis finibus Ægypti ab Iſraelitis condita olim (vt Hieronymus ait in Hebraicis quæſtionibus) pagus Arſenoitis dicta. Gen. 45. Num. 31.

Rameth, ciuitas in tribu Iſſachar. Ioſ. 19. idem ſignif. quod Rama.

Rameus, Propheta ſub Ieroboam rege Iſrael. Ioſephus.

Ramiſes, rex Ægypti (cuius ætate captum eſt Ilium) Obeliſcum fecit 40. cubitorum, & alium longitudine vndenis pedibus, per latera cubitis quatuor, quem feciſſe dicuntur viginti hominum millia. Cuius operis admiratione factum eſt, vt cùm Syenem oppidum expugnaret Cambyſes, ventúmque eſſet incendio ad crepidines Obeliſci, extingui ignem iuberet, molis reuerentia.

Ramitha. Vide Laodicea.

Ramnetes, tertia pars fuêre populi Romani temporibus Romuli.

Ramyrus, filius Veremundi, rex Hiſpaniæ, qui fratrem Garſiam adhuc impuberem regni conſortem aſſumpſit, eo fuit erga fratrem amore. Euſeb.

Ramoth, ciuitas ſacerdotum atque fugitiuorum in tribu Gad, non procul à monte Galaad, Ioſ. 13. 3. Reg. 30. Idem ſignif. p. n. quod Ramaſ.

Ranſes, regnauit in Ægypto annis LXVI. vixit autem anno ferè ante Rômam conditam 560.

Rapha, filius Beniamin 1. Paral. 6. qui Geneſ. 46. dicitur Echi Filius item Biana. 1. Paral. 8 10. Lat. medicina vel medicus aut relaxatio, vel gigas.

Rapha, nomen viri. 1. Paral. 7. Lat. relaxatio laquei.

Raphael, nomen viri. 1. Par. 26. Lat. medicina Dei.

Raphaeles Iuriſconſulti duo celebrantur, alter Fulgoſius: Commenſis alter quorum vterque Patauij ius ciuile profeſſus eſt, circiter annum 1420.

Raphaia, filius Ieſaiæ filij Phaltiæ, 1. Par. 3. 4. Filius Thola 1. Par. 7. Filius Baana, 1. Par. 9. Lat. medicina ſiue relaxatio Domini.

Raphaim, populi, quos Moabitæ Emim, Ammonitæ Zomzomim vocant, Deu. 2. Vide Emim. Item nomẽ vallis iuxta Ieruſalem, Ioſ. 10. Iſa. 17. Eadem quæ Sephela dicitur, forſan latiùs patens ad Auſtrum. Lat. Gigãtes, vel medici aut relaxati.

Raphaneæ. Vide Raphaneæ.

Raphia, Ptolemæo. lib. 5. c. p 16. vrbs Idumeæ Palæſtinæ prope Iordanem fluuius, à Iudæis Roma appellatur. Steph. vrbs Syriæ: Gentile, Raphiotes.

Raphidim, locus in ſolitudine, non procul ab Horeb monte, vbi vndecima Iſraëlitarum manſio fuit. Exod. 1. Num. 33. Lat. Reclinatoria, ſiue ſtramenta, aut remiſſæ manus, vel medicina manuum.

Raphon locus trans torrentem, opinor Iaboc 1. Machab. 5.

Rapſa, oppidum in Pentapoli ſeu Cyrenaica regione. Plin. lib. 5. cap. 5.

Raptum, promontorium Ptolemæo Æthiopię ſub Ægypto. Stephanus *Rapta* & metropolim Barbariæ vocat, *Magale* interpretatur Mercator in ſua vniuerſali tabula.

Raraſſa, Indiæ intra Gangem vrbs, apud Ptolemæum. Hanc Caſtaldus ait *Racang* appellari.

Rarentus, vrbs Italiæ: Gentile, Rarentinus. Stephanus.

Raſcia. Vide Dacia.

Raſias, nomen viri. 2. Mach 14.

Raſio, Rex Syrię, 4 Reg. 16. 1. Eſd. 2. Lat. voluntas, vel voluntarius, aut curſor, vel veredarius.

Raſis, genere Arabs, inſtitutione & educatione Africanus, philoſophorum, & medicorum ſui temporis facilè Princeps. Geſner.

Ratas Antonino, Raga Ptolemæo eſt. Coritanorum vrbs in Britannia: ciuitas aliqua vetuſta fuit, circa *Rutland* aut circa *Ratiſford*, vt refert Talbotus.

Ratiaſtum, Ptol. lib. 2. c. 7. Lemouicum vrbs, vulgò *Limoges*.

Rauda, Vaccæorum vrbs, in Hiſpania Tarraconnenſi. Ptol.

Rauda, Ptol. vici nomen circa Perſiam, Polyæno 7. in Seile.

Raudi campi, apud Velleium Paterculum lib. 2. ſunt *Caudium* campum vocat Florus, eumque in Venetia ponit, ibidémque c. x. millia Teutonum à C. Mario ſcribit trucidata. *Caudia* hodie non longè à Pado in Lacmelini oppidi tractu, vt Caſtilionius refert.

Ratiſbona, vulgò *Reinſpurg*, inſignis & vetuſta Bauariæ vrbs, ad ripas Danubij ſita & tribus aliis fluminibus, qui in Danubium fluunt, decorata: ab Auentino Auguſta Tiberia nominatur! Quondam metropolis Romanorum militum excubantium in imperij limitibus, vnde & Colonia Quartanorum dicebatur, quòd quarta legio Italica hic ſtationem firmam haberet. Hanc Theodo. dux Norrgolæ vnà cum Chriſtianis expugnata Ratiſbona, anno ſalutis 508. diſſipauit & perdidit. Deinde verò Arnulphus imperator vrbem reſtauratam ad

auxit. Firmiſſimo ponte lapideo plurimorum arcuum ciuitas hæc cum ſuburbio iungitur. Munſter.

Ratous, fluuius in Ionia Aſiæ regione in Auſtrum fluitans, donec in ſinum Ionium influat Strab.lib.7.Ptol. hoc Xylander legit Arachthus. Scribitur & Rhatous.

Ratumenus, auriga qui cùm in ludis Circenſibus excuſſus fuiſſet, equi eius cum corona & palma in Capitolium peruenerunt, ſedémque ter luſtrarunt. Ex quo factum eſt, vt porta, per quam intrauerunt, Ratumennia diceretur.

Randuſcula porta Romæ appellata, à Raudo, id eſt ære, quòd ærata ſit.

Rauenna, vrbs in octaua regione Italiæ in littore maris Adriatici c i i.m paſſ. ab Ancone paluſtri in loco ſita, aëre tamen innoxio, propterea quòd crebris cùm fluuiorum, tum maris inundationibus ſordes abluantur: vnde gladiatoribus educãdis exercendíſque locum hunc veteres præcipuè delegerunt Strab.libro 5 qui eam à Theſſalis conditam tradit: qui cùm perpetuis Tuſcorum incurſionibus pares non eſſent, vmbros in partem ciuitatis receperunt. Plinius tamen libro 3. capite 15. Rauennam Sabinorum coloniam facit. Olim tota ligneis compacta ædificijs. aquis diffuſa, pontibúſque ac lembis peragrata Hanc vrbem vetuſtam eſſe, res ab Oſtrogothis geſtæ commemorant, qui eam ſibi regiam poſuêre. Liuius author eſt, ab Auguſto muris cinctam fuiſſe, quam Valentinianus imperator ampliauit, eiúſque archiepiſcopo duodecim ciuitatum epiſcopos ſubiecit, Arimini, Ceſenæ, Fori Liuij, Fori Cornelij, Fauentiæ, Brincij, Bononiæ, Mutinæ Regij. Parmæ, & Placentiæ: quæ ciuitates deinceps ſub exarchatu fuêre. Et Alaricus ſubinde eam magnificauit, ſic Theodoricus, qui octo & triginta annis regni ſedem ibi habuit. *Rabenna* Ptolemę. Stephanus dicit eam ab Hermippo quoque *Rauennam* appellari Zoſimus eam *Rhena* vocatam ſcribit, quòd aquę eam ab omni parte circumfluant. Aliquibus *Nauennam* dici à nauibus ſcribit Rubeus in ſua Rauennatium hiſtoria.

Rauraci olim multorum ſententia inter Rhenum, Byrſam, & Arolam fluuios, iiſque montibus, qui à monte Iurallo huc pertingunt, comprehenſi fuêre. Hodie magna ex parte ſunt ditionis Baſilienſium. Adhuc pagus extat ad Rhenum milliari Germanico ab vrbe Baſilea diſtans, nomine *Augſt*, metropolis quondam huius populi, & *Augusta Rauracorum* dicta. Nunc autem in pagum ignobilem deſijt, Multa tamen ruinarum veſtigia antiquitatem eius etiamnum teſtantia in eo ſuperſunt. Regio eſt rupibus aſpera: & crebris ſyluis occupata, habitatoribus tamen frequentiſſima, & culta: adeò vt in montibus, præter læta pecorum paſcua, quibus abundat, optimi vini & frumenti feraciſſima ſit. Cęſar in Comm. Plin. libro 4. cap. 17. Gallicè *Le Pays à l'en our de Baſle.*

Rauricj, Ptolemęo & Plinio populi circa Rhenum ſunt. *Rauraci* per a in media apud Cæſarem legitur. *Baſler* ſunt Scudo, id eſt, Baſilienſis territorij incolæ.

Rax, Lyciæ inſula. Steph.

Raymirus, Hiſpaniæ rex, ſub annum ſalutis 822.

Raymirus, II. Hiſpaniæ rex anno ſalutis 896. Is Alphonſum fratrem, qui Chriſtianam fidem abnegarat perſecutus cepit, eúmque effoſis oculis in vincula coniecit.

Raymirus, III. Hiſpaniæ rex, ſub an. ſal. 932.

Raymirus, primus Aragonum rex, anno ſalutis 1016.

Razenua, Deus erat Etruſcorum, qui conjugijs præerat.

Razon, filius Eliad, 3. Reg. 11. Lat. tenuis ſiue macilentus, vel ſecretum, aut Secretarius, ſiue princeps.

R E

Reate, oppidum Sabinorum, Italię vmbilicus, vnde Reatini populi. Plin. lib. 3. cap 12. & Reatina præfectura. Val. Max. *Rieto* hodie Leand.

Reatium, Italiæ ciuitas Stephano à Barrio *Meſſurga* indigitatur, & in Calabria deſcribitur.

Rebe, rex Madianitarum. Num. 31. Ioſ. 13. Lat. quartus, vel quadratus, ſiue accubans: vel accubatio.

Rebecca filia Bathuel filij Nachor, vxor Iſaac Geneſ. 22 Lat. Saginata, ſiue impinguata, aut cõtentio obtuſa vel contentio impedita.

Reba, ſicut Reblata, ciuitas Syriæ, Numer. 34. 4. Reg. 25. quæ poſteà (vt Hieronymus tradit) Antiochia dicta eſt: ſunt tamen qui id negant. Poſtremò Iuſtiniani principis tempore (Volaterra. libro 11. authore) Theopolis dici cœpit. Lat. rixa, vel magnitudo illi. aut iurgium inueteratum vel conturbatum, ſiue iurgium defluens.

Reblata, terra in Emath. Ierem. 39. & 4. Regum 25.

Recanetum, ciuitas in Italia, quæ à priſcis Recinata.

Reccath, ciuitas in tribu Nephtali. Ioſ. 19. Lat. vacuitas, ſiue ſputum aut ſaliua vel tempus quod pars capitis eſt.

Recem. ciuitas in tribu Benjamin. Ioſ. 18. nomen ducis. Ioſ. 13. filius Hebron. 1. Paral. 1 Rex item Madianitarum. Num. 31. quem Ioſeph. l. 4. ſcribit ſui nominis in Arabia condidiſſe vrbem: à Gręcis poſteà Petram dictam. Lat. vacuus aut vanus, vel pictura varia, aut ſaliua eorum.

Recha, nomen viri, Par.4.Lat.tenera vel delicata.

Rechab, pater Ionadab.4.Reg.10.filius Remmon Berothitæ 2. Reg. 4.1.Para.2.Lat.quadriga aut equitatus vel equitans.

Redari, populi Germaniæ ab Henrico Imperatore victi, anno ſalutis 631.

Rediculus, Deus extra portam Capenam à Romanis tum excogitatus quando Hannibal dimiſſa vrbis obſidione, ex illo loco caſtra mouit, quibuſdam præſtigiis perterritus, Alex.ab Alex. lib.2.c.4.

Redintuinum, Germaniæ vrbs.Ptolem. quam Lazius *Tein*, Bohemiæ dicit.

Reema, regio ſic dicta à Regina filio Chus, Ezechiel 27.Lat.tonitrum, ſiue exprobratio: aut malum quoddam, ſiue quædam ſocietas aut confractio.

Reg-Azar Babyloniorum rex 11. Olymp. 55.

Regericus, Gotthorum rex, ann.417.

Regetam, oppidum trigeſimo quinto ab Vrbe lapide diſtantem habet Blond.lib.1.Decad.quod nunc *Ruglata* vocari ait.

Regiacum, oppidum vicinum Ambianis, vulgò *Arras*.

Regifugium vi.Kal. Aprilis, ſacrum verò vi. Kal. Iulij celebrabatur in commemorationem regum exactorum.Ouid.

Regillianus, Imperator Romanus fuit, miro fortunæ ludibrio ad tantæ dignitatis faſtigium euectus. Nam quum fortè milites aliquot apud ipſum cœnarent, exortáque eſſet quæſtio, vnde Regilliani nomen deductum foret, Grammatiſta qui fortè aderat deflectère hoc nomen à rege exorſus eſt: qua voce, veluti omine quodam excepta ſucclamatum eſt protinus à militibus: Meritò itaque rex eris. Quum itaque poſtridie in publicum prodiiſſet, ab vniuerſis Imperator eſt ſalutatus.

Regillus, vrbs Sabinorum. Steph.& Halicarnaſſeo lib. 5. eſt etiam, lacus Plinio in Latio in agro Tuſculano, vt ſcribit Liuius lib. 2. hodie *Lago de S. Praſede* dici tradit Leander. *S. Seuera* Nardus.

Reginfridus, Danorum rex, anno ſalutis 813.

Regiſuindus, Gotthorum rex, anno ſalutis 650.

Regium, Siciliæ ciuitas maritima, viginti millia paſſuum à promontorio Peloro ſecreta. Actor.28.

Regium, oppidum Galliæ Ciſalpinæ, à Lepido ædificatum, vnde & Regium Lepideum vocatur. Regium autem propter pulchritudinem & amœnitatem. Ab eo fit adiectiuum Regienſis, Regienſe. Sed Calepinus à Reghyo, inquit, quo per aſpirationem & ypſilon ſcribitur, de quo infra, Rhegienſis deducitur. A Regio autem reginus. Vide Plin.cap.15.lib.3.

Regius campus, locus propè Rhenum inter Ryſam Arulámque, Helueticorum flumina. Æmil.lib.8.

Regma, filius Chus Gen.10.idem ſignif. quod Reema.

Regni, Angliæ populi, quorum meminit Ptolemæus. Hi olim habitabant vbi nunc *Sudorhey* vt Lelandus teſtatur.

Regom, filius Iahaddai, 1. Paral. Lat. lapidans aut lapidatus, vel purpureus.

Regulus. Vide Marcus, item Attilius.

D. Regulus, Dionyſij Areopagitæ diſcipulus primus Syluanecti, Gallicè, *Senlis*, epiſcopus, ad cuius aduentum omnia corruerunt idola: quo quidem miraculo magna hominum caterua ad Chriſti fidem ſtatim eſt conuerſa. Annal. Franciæ.

Regulus Attilius, nobilis Romanus, cuius hiſtoriam vide apud Gellium lib. 6. cap.4.Plinium de viris illuſtribus, & Valerium Max.libro 4. c.5.

Rehum, nomen viri. 1.Eſd.2. Lat.pius miſericors aut Syriacè, amicus.

Rei, nomen viri.1. Reg. 1. Lat. ſocius aut paſtor, ſiue confractiones.

Reia, filius Ioel.1.Par.5.Lat.viſio Domini.

Remeia, nomen viri.1.Eſd.10.excelſus Dominus, aut proiectio Domini.

Remiſmundus, Sueuorum rex, anno vrbis 469.

Remoboth, monachorum genus apud Ægyptios deterrimum quibus mos eſt, vt bini terníve habitent ſimul, ſuóque viuant arbitrio conquiſita in medium conferentes. Verùm apud eos omnia affecta, laxæ manicæ, follicantes caligæ, veſtis craſſior, crebra ſuſpiria, inquit Hieronymus.

Remonium, locus extra vrbem, quem ad inaugurationa templa Remus cepit. Alex. libro 6. Genial.dier cap. 31. nunc *Reginarium* dicitur, teſte Plutarcho in Romuli vita. *Romaria* apud Halicarnaſſeum eſt. *Remurium* habet Cicero Philipp 6.etſi quidam *Semurium* ibi legant.

Remmon, ciuitas in tribu tam Iudæ quàm Simeonis, Ioſ 15. 19. Item Petra in tribu Beniamin Iudic. 20. Vallis item apud Zachariam 14. ſiue ciuitas ſecundum Lyrianum, non procul à Mageddo, quæ à quibuſdam, nunc maximianopolis dicitur. Sic vocabatur & pater Baana & Rechab, ſeruorum Iſbozeth. 2. Reg. 4. nomen idoli, 4.Reg.5.Lat. malum grauatum, ſiue altitudo.

Remmon Phaces, decima ſexta Iſraelitarum manſio, Num. 33. Lat. mali granati diuiſio, vel malum granatum diuiſionis, aut altitudinis diuiſio.

Remmono, ciuitas ſacerdotum in tribu Zabu-

Digitized by Google

len.1.Paral 1. Lat.malum granatum eius,ſiue altitudo eius.

Remoria, locus in ſummo Auentino,vbi Remus de vrbe condita fuerat auſpicatus. Steph. vrbs eſt prope Romam: Gentile, Remuriates & Remurianus.

Rompha,Idolum. Act. 7. pro hoc in Hebr. legitur Chijun, quod interpretantur placenta, i. torta adipe conſperſa, ſiue præparatus aut compoſitus.

Remulinus ager, dictus à Remo poſſeſſiuum.

Remuria,vide Remoria.

Remus, frater Romuli, primi Romanorum regis,qui quòd noua vrbis mœnia per ludibrium tranſiliſſet, à fratre eſt interfectus. Liu. ab vrbe condita,aut certè,vt Ouid. mauult libro 5.Faſtorum,à Celere quodam Tribuno Poſt cuius mortem oborta peſtilentia,conſulto oraculo reſponſum eſt, placandos eſſe manes Remi: ob quam rem ſella curulis cum ſceptro & diademate, & cæteris regni inſignibus, ſemper iuxta Romulum quidvis ſancientem ponebatur, vt mortuus etiam Remus pariter imperare videretur.

Remus Syluius, Latinorum rex, qui præſidium Albanorum inter montes poſuit, vbi nunc Roma eſt: ob impietatem fulmine ictus creditur.

Renunciata,inſula in Æthiopico mari,quæ vt Plin.lib. 6. ſcribit, ita diues eſt, vt equos talentis auri incolæ permutent.

Reſeph,nomen viri.1.Par. 7. Lat. volucris aut ſagitta ignita.

Reſeph 4.Regum.19 Iſa.37 vrbs Syriæ vt ait Hieronymus. Alij dicunt fuiſſe Petram, Arabiæ ciuitatem. Vide Recem. Lat. pauimentum vel extenſio,aut carbo ignitus.

Reſen, ciuitas ab Aſſur ædificata inter Chale & Niniuem Gen. 10 Lat.frænum.

Reſia,filius Olla 1 Par.7. Lat. voluntas aut voluntarius,ſiue curſor vel veredarius.

Repha, concubina Saul,filia Athia. 2. Reg. 3. Lat. extenſio, ſiue pauimentum, aut calculus ignitus.

Reſſa,nomen loci in quo caſtrametati ſunt filij Iſrael profecti de Lebna.Num.33.Lat.irroratio vel ſtillicidium.

Retana, ancilla Romana,quæ conſilio & ſtrategemate effecit, vt Romani ſuarum ancillarum coitu Gallos vicerint, vide in verbo Atepomarus.

Rethma, locus, ad quem venerunt filij Iſrael de Aſeroth Num.33. Lat.Iuniperus, ſiue ſonitus, aut ſtrepitus.

Reudigni & Auiones Germaniæ populi,apud Tacitum. Hos ex Rhenano ſcribit Althamerus *Holſatios* vel *Pomeranos* eſſe. Reudignos Taciti eoſdem facit cum *Ruticijs* Ptolemæi, eóſque *Caſſubienſes* putat.

Reuocatus, vir quidam, qui pro fide Chriſtiana Leopardis deuorandus traditus eſt, imperantibus apud Romanos Valerio & Galeno ſub Taruntino præſide.

Reu,filius Phaleg.Gen.11 qui Râgau.1.Paral. dicitur: iiſdem tamen conſonantibus & punctis apud Hebræos. Lat.ſocius vel amicus,aut paſtor, ſiue malum,aut confractio.

R H

Rha,Ptolemæo l.5.cap. 9. Sarmatiæ fluuius in Europa: alio nomine *Volgha*, à Tartaris *Edel* nuncupatur. Hinc nomen *Rha* Ponticæ radici. *Elatach* ab Iſmaele Abylfedea nominatur. Armeni eum *Thamar* appellant,vt ſcribit, Gurchinus.

Rhaba, oppidum eſt ad ſinum Ionium, à quo Rhabæus.

Rhabilus, Arabum rex.Vide Motho.

Rhacelus,vrbs Macedoniæ.Steph.

Rhacolæ. Vide Catizi.

Rhacotes, Alexandria priùs vocabatur. Inde Rhacotites.Steph.

Rhadagiſus. Gotthorum rex, Stiliconis opera Italiam ingreſſus cùm eam vaſtaſſet; tandem in Feſulanis montibus concluſus, captus & occiſus cum multis ſuorum millibus.

Rhadamanthus, Iouis ex Europa filius, rex Lyciæ, qui quòd ſeuerus fuerit iuſtitiæ executor fingitur à poëtis apud inferos nocentum explorare culpas.

Rhadamiſtus. Pharaſmanis Hiberorum regis filius, quum Mithridatem Armeniæ regem dolo cum vxore & liberis interfeciſſet, ab Artabano Parthorum rege fuſus fugatúſque eſt,ſub annum ſalutis 52.

Rhadanuſia,vrbs Maſſiliæ:Gentile,Rhadanuſiens Steph Fortè à Rhodani vicinitate dicta,Vide Rhodanuſia,Lugdunum.

Rhadata, oppidum Sienitarũ in Æthiopia in quo felis antea pro deo colebatur.Plin.li.6.c.29.

Rhadina,virgo quædam quæ Corinthio dedita tyranno,dicitur è Samo flante Zephyro nauigaſſe,Strabo lib.8.

Rhadina,vrbs non procul à Corintho,in quam Steſichorus poëma ſcripſiſſe videtur.

Rhaga. Mediæ vrbs à Nicanore condita.Strabo lib.11.

Rhæa, vrbs inter Scythiam & Hyrcaniam: Gentile,Rhææus.Stephan.

Rhæti, populi Ciſalpini & Tranſalpini apud Strabonem & Plinium.

Rhætia, Stephano Europæ regio, quæ vt libro 2. Ptolemæus refert, ab occaſu limites habet montem Adulam: & fontes Danubij & Rheni: ab ortu Lycum fluuium, qui in Danubium exit: & Rhætiam à Vindelicia diuidit: à Septentrione

Digitized by Google

ne Danubium: Meridie Alpibus terminatur ſupra Galliam Ciſalpinam., poſt Rhætiam verſus Orientem ſequitur Vindelicia, qui Noricum adhæret, Æno tantùm fluuio diſiuncta. Diuiditur hodie Rhætia in duas partes, ſuperiorem & inferiorem. Superior Rhætia appellatur totus ille tractus, qui ab Heluetiorum finibus initium ſumens, bonam Galliæ Ciſalpinæ partem ad Latium vſq; lacum occupat, cuius incolæ vulgò Griſones appellantur. Inferior à Lyco amne, qui hunc à ſuperiore diuidit, ſumit principium & vſque ad Ænum fluuium porrigitur, qui Rhætiæ & Norici terminus eſt: quam hodie incolunt Bojoarij. Vtriuſque regionis incolæ Rhæti dicuntur à Thuſcis, vt creditur, oriundi, qui à Gallis ſedibus ſuis pulſi loca vtrinq; Alpibus vicina occuparunt. Apud hos præſtantiſſima naſcebantur vina, & præcipuè in ea Rhætiæ parte, quæ & ab Alpium radicibus Veronam Comúmq; pertingūt: quæ à regionis nomine Rhætica dicuntur.

rhætica iuga, Tacito & Plinio ſunt Leandro *monte Baulio* & Scudo *Vuurmſerloch*: montes ſunt Lombardiæ Tranſpadanæ. Rhætica vina, quibus maximè delectatum Auguſtum Cæſarem ſcribit Suet. ſunt ea quæ hodie à Germanis *Veltlyner, Paſſauner*, Traminium & Vernaciolum vocantur, vt ſcribit Althamerus in ſuis in Taciti Germaniam commentariis.

rhagæ, arum, ciuitas Medorum, ab auulſione terræ motus, vnde Rhagenus. Condita fertur à Seleuco Nicanore, Olim Europus vocabatur, deinde Arſace, ab Arſace rege Perſarum.

rhamitha. Vide Laodicea.

rhamnes, etis, regis & auguris nomen, qui Turni partes ſequutus, noctu dormiens à Niſo eſt interemptus. Virg. 9. Æneid.

rhamnus, untis, Atticæ regionis vicus in tribu Æantide: Amphiarai templo, & Nemeſis Phidiacæ ſimulachro inſignis, quæ ab hoc vico Rhamnuſia dicta eſt. Hæc indignationis dea putabatur, ab iis pœnas repetens, qui præſentibus bonis ſe indignos præbuiſſent. Ouid. 5. Triſt.

rhamnuſia, indignationis dea, quam Græci *νέμεσιν* vocant. nam quum Narciſſus formæ præſtantia abuteretur, rectè fingitur hæc dea irata aduerſus eum, qui præſentibus bonis ſit indignus. Ouid. 5. Triſt. eleg. 9.

rhampſinitus, rex Ægypti, poſt Protea, qui tantam pecuniarum copiam habuit, quantam nemo regum poſterorum adæquauit. Her. lib. 2.

raphael Volaterranus, vir inſignis doctrinæ & virtutis, proximo æuo excelluit: de quo vide Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 7.

rhaphanex, oppidulum Syriæ. Ciuis, Rhaphaneotes. Steph.

raphia, habet Strabo Phœniciæ vrbem eandem.

Rhapſij. Vide Raptæ.

rhaptæ metropolis Æthiopum, cuius incolæ Rhapſij.

rhaptra, portus quidam: item metropolis Barbariæ, Stephano.

rhaptus, fluuius quidam. Steph.

rharium, campus in Eleuſine: vnde Rharia regio, & Ceres Rharias. Steph.

rhaucus, vrbs in mediterraneis Cretæ: Gentile, Rhaucius. Steph.

rhauraris Straboni, *Arauricum* Ptolemæo, Galliæ Narbonenſis fluuius, qui Pomponio *Arauraris* dicitur: hodie à Poldo *Aude*, & à Cluſio *Erhaud* vocatur.

rhax, inſula Lyciæ: vnde Rhagius. Steph. in Rhaga. Vide Afracia.

rhazunda, Ptolemæo Mediæ oppidum, *Rhemen* à Nigro nominatur.

rhe, locus circa Armeniam, Cedreno.

rhea, Cœli & Terræ filia, aliis nominibus, Cybele, Ops, Veſta, Magna mater, Dindymene, & Berecynthia appellata. Rhea autem dicta putatur à verbo Græco *ῥέω* fluo, eò quòd nullo non bonorum genere affluat. Vide Ops & Cybele

rhea, Numitoris Albanorum regis filia, alio nomine Ilia appellata: quam cùm Amulius patruus eius Veſtæ virginem legiſſet, à Marte cōpreſſa, Romulum & Remum peperit: vt latiùs docuimus ſuprà in dictione Ilia.

rhebanus, fluuius in faucibus Boſphori Thracij, vt ſcribit Orpheus in Argon.

rhebas, vel Rhebanus, apud Orpheum in Argonauticis, fluuius ad fauces Boſphori. Plinius cap. 1. lib. 6. Stephanus ſcribit, fluuium eſſe iuxta Pontum, item regionem: Gentile, Rhebæi etiam *Rheſus* dictus eſt, Plinio teſte. *Rhebanus* vocatur apud Orpheum.

rhecas, vnus ex iis ducibus qui Laconas Heniochiam deduxerunt. Strabo. lib. 11.

recharedus, Hiſpaniæ rex, anno ſalutis 615.

rhedones, Galliæ populi in ducatu Britanniæ, Cæſar in Commentariis. *Rennes en Bretagne.* Munſt. lib. 2. Coſm.

rhegianum, Ptolemæo Mæſiæ inferioris oppidum, quod Niger *Roſi* appellat.

rhegium Iulium, Ptolemæo Brutiorum vrbs, quam Strabo lib. 10. à Dionyſio rege ſolo æquatam, & à Dionyſio iuniore eius partem reſtauratam ſcribit, & *Phœbiam* dictam. *Aſchenaz* olim dictam docet ex Ioſepho Barrius, idem addit eam ab Antiocho apud Halicarnaſſeum *Neptuniam* ſiue *Poſidoniam* appellatam. Probus Grammaticus in vita Virgilij dicit ex Catonis Originibus incolas *Taurocinos* appellatos à flumine præterfluente. Hodie *Reggio* à Leandro dicitur, & in Lombardia Ciſpadana conſtituitur.

Rhegium, ſiue Rhegion. Steph. extremum agri Brutij oppidum nomen habens, quòd ibi Sicilia ab Italia credatur eſſe auulſa: ῥήγνυμαι enim Græcis rumpere eſt. Ciues, Rhegini Steph. cùm à Regio Galliæ Ciſalpinæ oppido dicantur Regienſes.

rhegma, ciuitas quædam Ciliciæ. Item ſinus iuxta Perſicum ſinum: Gentile, Rhegmatites. Stephanus.

rhemi, Galliæ Belgicæ populi, Mediomatricibus & Leucis finitimi, magna à Cæſare ſtrage apud Gerbogiam victi. Hi iaculandi, ſagittandique peritia cæteris Galliæ populis creduntur præſtitiſſe *Ceux de Reims en Champagne*. Manc. in Sup. Beroſ.

rhemus, rex Galliæ, à quo Rhemi populi dicti, fratres, conſanguinei, proximique Sueſſionibus finitimi Veromanduis. Ciuitas eſt metropolis, nomen hoc retinens: in qua rex Francorum vngitur, & conſecratur, in regno Francorum ſita.

rhemnius Palæmon, Grammaticus, qui gloriabatur ſecum natas eſſe literas, ac ſecum demum morituras. Idem M. Varronem porcum appellare non eſt veritus.

rhene, inſula vna ex Cycladibus in Ægæo deſerta olim in quam defunctos ſuos Delij inferebant: cùm in Delo, vt Thucydides lib. 4. ſcribit, nec parere, nec ſepelire fas eſſet, ſicut nec canem alere. Hermolaus vnde Rhenius, Rhenæus. A Strabone *Rheneia* dicitur. Plinius eam *Artemitem* & *Celaduſſam* appellat. Hodie *Phermene* nominari teſtis eſt Sophianus: Winſemius ſcribit Rheneiam & Delum eandem eſſe, iunctas enim fuiſſe à Polycrate Samiorum rege ait.

rhenus fluuius inſignis, Germaniam à Gallia dirimens, qui de iugo Rheticarum Alpium defluens, circa Batauorum fines in tria cornua diuiditur, totidémque oſtiis partim in Moſam fluuium, partim in Oceanúſe exonerat. Tria Rheni cornua, teſte Glareano in Cæſarem, Germanis hodie nominatur, Lecca, Wallis, & Iſſela: quorum poſtremum olim non erat: ſed à Cruſio aduerſus Germanos bellum gerente, ducta foſſa à Rheno ad mare effectum eſt, vt munimentum eſſet aduerſus incurſus Barbarorum. Quare mirum non eſt, ſi tertium hoc oſtium Virgilio fuerit ignotum, qui Rhenum vocat bicornem, quaſi duo oſtia habentem. Horat. de Arte poët. Rhenum protulit neutro genere.

rhenus Italiæ fluuius apud Bononiam, Plin. li. 30. cap. 3.

rheſala, Vrbs Vmbrorum: Gentile, Rheſalenus. Stephanus.

rheſina, vrbs circa Aborum fluuium: vnde Rheſinates, vel Rheſinæus. Steph.

rheſus, filius Strymonis & Euterpes Muſæ, rex Thraciæ, qui albis equis in auxilium Troianorum venit, ſed prodente Dolone ſpeculatore Troiano, à Diomede & Vlyſſe, qui & ipſi ſpeculatum venerant, prima nocte occiſus, antequam eius equi Xanthum bibiſſent, cùm veſpere tum primùm aduenilſet, & clauſis iam portis in littore tetendiſſet: fuerat enim reſponſum illi ab oraculo, ſi ipſe & equi ipſius Xanthum bibiſſent, Troianáque pabula guſtaſſent, inuictam fore Troiam: ſed illi rege occiſo, ſtatim abduxerunt equos, à quibus pendebant fata Troiana.

rhetico, conis, mons in Rhetiis. Pomp. lib. 3. vulgò *Prettiger vuerberg*.

rhetinum, Vide Rithymna.

rhetus, gigas, quem Dionyſius in leonem conuerſus occidit: vel centaurus quidam, Ixionis filius.

rhexenor, Nauſithoi filius, frater Alcinoi, pater autem Aretes, quam Alcinous fratre Apollinis ſagittis interfecto, vxorem duxit Hom. circa initium, 1. Odyſſ. Hic ab Apolline percuſſus obiit.

rhydodunum Brigantum vrbs, Ptolemæo in Albione inſula, *Rippon* Lhuydo.

rimotalces, Thracum Rex qui ab Antonio ad Auguſtum Octauium tranſierat. Hic quum Cæſari Octauio petulantiùs crebriúſque inter pocula ſocietatem & conuictum exprobraret, illud ab indignato Auguſto reportauit, Amo proditionem, proditores verò odi. Plutarchus. Vide Cœlium Rodig. lib. 8. c. 3.

rhinocorura, vrbs Ægypti, ſic ab antiquis incolis dicta, quorum naſi erant mutilati. Gentile Rhinocuruæus, & Rhinocurorites. Steph. Rhinocolura per l in penultima habent Strabo & Plinius. Hæc Nigro *Pharamica* vocatur.

rhion, Ætoliæ promontorium, Plin. lib. 4. c. 2. promontorium (inquit) Antirrhium, vbi oſtium Corinthiaci ſinus minus mille paſſuum latitudine influentis, Ætolóſque dirimentis à Peloponneſo. Promontorium quod contra procedit, appellatur Rhion.

rhiphe, vrbs Arcadiæ. Gentile, Rhiphæus. Stephanus.

rhiphæi, montes Septentrionales Scythiæ, Plin. lib. 4. c. 12. Græci hoc nomen in ſecunda ſyllaba non aſpirant, quòd ἀπὸ τῆς ῥιπῆς hoc eſt à flatuum vi deductum putent, quòd ibi vehementiſſimi eſſe dicantur Boreæ flatus, Latini tamen tenuem mutant in aſpiratam, ad differentiam Ripæorum montium teſte Seruio, qui in Arcadia collocantur. Hinc fit riphæus, a, um, id eſt Scythicus & Aquilonaris, vt riphæus populus, & riphæa Nix. olim *Obij*, nunc verò *Alpes* Athenæus lib. 6. c. 4.

rhiphæorma oppidũ in Arabia. Pli. lib. 6. c. 28.

Rhipheus, vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius. Ouid 12. Metam.

rhipheus Troianus iuſtitiæ nomine Troianis omnibus prælatus. Virg.2. Æneid.

rhitrium, Ptolemæo Pannoniæ inferioris oppidum *Salenctemen* eſt Nigro & Simlero ab Antonino, & *Ritis*, in lib. notitiarum dici.

rhithymna, Ptol.lib.3 c.17. vrbs Cretæ: hodie Rhetinum, vulgò Aretina. Steph. ῥίθυμνα: inde Rhithymniates, & Rhitymnius.

rhium, & Antirrhium Ptole. duo Græciæ promontoria, quibus clauditur ſinus Corinthiacus. *El Stretto delli caſtelli de Lepanto* interpretatur Caſtaldus. Videtur tamen fretum intermedium ſic potius dici debere, quàm ipſa promontoria *Rhium* in Locrenſi regione eſt. & *Rhium Molycrium* nominari ſcribunt Strabo & Stephanus. *Drepanum* quoque vocatur, Ptolemæo auctore. Hoc hodie *Trapani* appellari & *Antirrhium Galata* ſcribit Niger.

rhiuſiana, Germaniæ vrbs Ptolemæo, iuxta Danubium *Gengen* putatur à Villanou.

rhizenia, vrbs Cretæ. Ciuis, rhizeniates. Stephanus.

rhizis, promontorium magnum, quod Troglodytæ habitant, Rhizij inde, & Rhizitæ: & Rhiziani dicti. Steph.

rhizon, vrbs & fluuius in Illyrica. Steph. Ciuis, Rhizenites. Steph.

rhizophagi, Æthiopiæ populi, Aſtaboram & Aſtapam fluuios accolũt. Diodo. Sicul. *Elij* quoq; vocantur Straboni lib.16. Hi *Rhizophagi* apud Indos ad Eſtabaram fluuium, (vt vertit Gyllius) ſtatuuntur ab Æliano li.17. animalium.

rhoda, apud Liuium Hiſpaniæ vrbs eſt, *Roſes* Taraphæ ſunt, qui exiſtiment Indigetorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbem eſſe. *Rhoda etiam* Galliæ Narbonenſis oppidum, vnde Rhodano fluuio nomen. Plin.

rhizus, vrbs Theſſaliæ. Gentile Rhizuntius. Steph.

Rhodæ. Vide Rudiæ.

rhodanus, fluuius Galliæ, rapidiſſimus, à Rhoda, colonia Rhodiorum nomen habens. Pli.li.3. c.4. Naſcitur in Alpibus Rhæticis, non ita longè à Rheni fontibus: fertúrque per Lemanum lacum: deinde verſus Occidẽtem per Galliã fluens Ararim apud Lugdunũ ſuſcipit. Inde ad Meridiẽ cõuerſus, Iſaram Druentiamq; admittit: tandémque apud Heracleam vno oſtio & paulò vlterius duobus aliis in mare Maſſilioticum euoluitur, *Rhoſne* hodie vulgò nominatur. *Eridanum* eum vocat Oppianus in Alieuticis li.4. Æſchylus apud Plinium ſcribit in Iberis *Eridanum* fluuium eſſe, eundemque vocari *Rhodanum*.

rhodanuſia, meliùs quam Rhadanuſia, vt ſupra, licet vtrumque apud Stephanum diuerſis locis reperiatur, vrbs Maſſiliæ. Ciuis, Rhodanuſius.

rhode, vrbs Iberiæ: Gentile, Rhodæus. Steph.

rhodericus, rex Gotthorum, in bello quod geſſit contra Saracenos, perdidit DCC. millia hominum.

rhoda, nomen puellæ, Act.12.

rhodia, Nympha Oceani & Tethyos filia Heſiodo in Theogonia. Steph. vrbs eſt Lycię, Gentile, Rhodiæus, Rhodieus, & fœmininum Rhodias.

rhodigina Iacoba mulier quædam malo genio correpta, à Cælio compatriota deprehenſa eſt mendax, in futurorum admonitionibus. Dæmoni nomen erat Cincinnatulus. Cæl. lib. 8. c.18.

rhodiorum Colonia, Lyciæ regionis oppidum quod nunc *Macbri*, ſic Niger eã vult, quam Ptolemæus *Rhodiam*. Plinius *Rhodiopolim* & App. 4. Ciuilium, *Rhodiorum Caſtellum* appellat.

rhodoe, vrbs Indiæ: Gentile, Rhodoetes, Steph.

rhodogane, filia Darij, quæ poſt mortem viri nutricem, quæ illi ſecundas nuptias ſuadebat occidit.

rhodope, mons Thraciæ, à Rhodope Thracum regina, in hunc montem (vt Ouidius fabulatur) conuerſa, vel (vt aliis placet) ibi ſepulta: vel à Rhodope, Strymonis amnis filia, ex qua Neptunus Athon gigantem genuit, qui & ipſe monti nomen dedit. Vnde Rhodopeius Orpheus cognominatur.

rhodope, ſiue Rhodopis, Suid. meretrix nobiliſſima ex Thracia, Æſopi fabulatoris aliquandiu conſerua, & poſtea à Charraxo Sapphûs poëtriæ fratre, qui eius amore tenebatur, ingenti pecunia redempta eſt, teſte Pli. li. 30. c. 12. tantas opes meretricio quæſtu corraſit, vt pyramidem inſignem ſuis ſumtibus extructam reliquerit.

rhodope, Steph. (Gentile, Rhodopeus) Ioniæ ciuitas.

rhodophone, Syria dicta, ea parte, quæ tranſit Taurum montem.

rhoduntia, regio prope Œtam, Gentile, Rhoduntius. Steph.

rhodus, inſula nobiliſſima in mari Carpathio, Cariæ adiacens, ambitu CXXX. M. paſſuum. Hæc inſula inter Aſiaticas inſulas tertia numeratur; Nam Leſbus & Cyprus maiores habentur. Solinus author eſt nullum toto anno diem tam nubilum eſſe, quo in hac inſula ſol non cernatur. Plin. lib. 2. c. 62. In ea autem tres fuerunt vrbes Rhodus, Linnus & Camirus.

rhodus, vel Rhodos, vrbs in Carpathio mari in inſulam eiuſdem nominis, olim admodum celebris: dicta à Rhodia puella, ab Apolline adamata, vt fabulatur Diodorus librò quinto ſiue: ab eo quod capulo roſæ illic inuento ſit & diſſi-

cata Gymnaſium habuit Aſiatica eloquentia, & mathematicis ſtudiis clariſſimũ. Ideo Ariſtippus philoſophus Socraticus clariſſimus cum naufragio eiectus in Rhodienſium littus animaduertiſſet Geometrica ſchemata deſcripta, exclamaſſe ad comites ita dicitur: Bene ſperemus, hominum veſtigia video. Vitru. libro ſeptimo in ea fuit admirandæ magnitudinis coloſſus 70. cubitis altus, Soli dicatus: à quo poſtea Rhodij appellati ſunt Coloſſenſes, vt quidam opinantur. In ea etiam vrbs opulentiſſima Lindus, ex qua Cares ſtatuarius, qui coloſſum extruxit: apud hos olim ſacrificium quoddam fiebat, vbi res iurgis & verbis malè ominatis peragebatur. Quum Dianæ Lindiæ ſacrificabant, dies aliquot apud aram deæ conuiuia peragebant, atque inibi perpetuo manebant. Percelebrem hanc vrbem cum vniuerſa inſula anno 1522. Solymanus Turca inuaſit & occupauit.

rhoduſſa, vrbs Argiuæ terræ. Vnde Rhoduſſius & Rhoduſſæus. Steph.

rhœbus, equus Mezentij. Virgilius 10. Æneid.

rhœdius, fluuius Macedoniæ, qui in Axium influit. Plin. lib. 4. c. 10.

rhœtaces, fluuius in Armenia. Strabo libro primo.

rhœteum, ſiue Rhœtus, promontorium Troiæ in quo ſepultus fuit Aiax Telamonius. inde Rhœticus & Rhœteius, a, um. fœm. Rhœteas & Rhœtis.

rhœti, populi, quos Strabo lib 4. & Vindelicos in iis Alpium partibus collocat, quæ ad Orientem & Auſtrum ſpectant, vt ſint Heluetiis Boiis finitimi. Vide Rhæti.

rhœtia, vrbs Bactrorum. Gentile, Rhœtianus vel Rhœtienus. Steph.

rhœtus Marrubiorum rex in Italia, qui Anchemolo filio Caſperiam ſuperduxit nouercam: hanc priuignus ſtuprauit. Quo cognito, cùm eum pater perſequeretur, & ad pœnam vocaret, fugiens ille ſe ad Turnum contulit. Seruius.

rhœtus, gigas, qui cùm Iouem de cœli poſſeſſione deiicere conaretur, à Dionyſio in leonem transmutato interemptus eſt. Horat. 2. Carm. Vide Rhetus.

rhœtus, nauale Ciliciæ, iuxta oſtia Sari fluuij. Gentile, Rhœxius, aut Rhœxites. Steph.

rhombites, Sarmatiæ Aſiaticæ fluuius. Ptolemæo, Georg. Interianus ſcribit eum *Copa* vocari.

rhon, vrbs Scythiæ Gandaricæ: Gentile, Rhonius, vel Rhonites. Steph.

rhogane, vrbs Indiæ. Steph.

rhoge, inſula iuxta Lyciam: Gentile, Rhogenus Steph.

rhogmi, nauale Ciciliæ: Gentile, Rogmites. Steph.

rhonda, gens Thraciæ. Vide Gondræ.

rhondæi, Steph. populi Thraciæ.

rhopenſes, populi quidam. Steph.

rhos. Vide Laodicea.

rhoſphoduſa, Plinio inſula eſt in Carcinito ſinu. *Salina* eam hodie vocari ait Pinetus. Stephanus eam *Rhoduſſam* nominat, Pintiano auctore.

rhoſus, nominatur à Step. nec explicatur: cuius Gentile eſt Rhoſius vel Rhoſeus: poſſeſſiuũ, Rhoſicus, vt ſcopulus Rhoſicus. Stra. li. 14. Rhoſum ſcribit ciuitatem eſſe in Iſſico ſinu.

roſſicus ſcopulus, Syriæ Iſſico ſinui imminens, Ptolemæo. Coryphæus à Polybio lib. 5. videtur dici, vbi Seleuciam huic ſcopulo adiacentem deſcribit: quam ſolus Ciliciæ attribuit, Roſſicus, *Cabo Gangir* hodie dici apud Nigrum legitur.

rhotala, vicus Iordani finitimus, vbi longitudo Galileæ ſuperioris habet initium. Egeſip. 3.

rhotana, Steph. Indica vrbs.

rhotanum, Corſicæ inſulæ fluuius apud Ptolemæum, *Tauignani*, Leandro auctore, vocatur.

rhotinus Britonum rex, an. ſalutis 469. Steph. vrbs eſt Meſſenes, vel Achaiæ, & alia Ætoliæ quę Molierium etiam vocabatur.

rhotomagus, Ptolemæo Galliæ Lugdunenſis vrbs in Veneliocaſiis.

rhoxalani, populi in Scythia, Plin. libro 4. cap. 12.

rhoxane, amaſia Alexandri, Satrapis Barbari filia quam Alexander totius penè Orientis victor, & Imperator, ob ſolam eius pulchritudinem matrimonio ſibi iunxit. Vide Curtium lib. 5. Vide infra Roxana.

rhoxia, regio Septentrionalis, quam Poloni & Sarmatæ ſuam eſſe dicunt.

rhoxolani, populi Scythici vltra Danubium, quos quidam Rhutenos eſſe putant.

rhoxonocæa, ciuitas quædam. Steph.

rhucantij, Straboni Rhætica gens, in Heluetiis vbi hodie Aſpermont vt ait Scudus.

rhus, in Attica vicus, ſic dictus quòd ex imminentibus loco montibus aqua in eum defluebat. Pauſ.

rhuſpina, Africæ propriæ vrbs, apud Ptolemæum in littore maris. Caluetus ſubdubitat num Africa ſit, à Carolo V. expugnata.

rhuſuncoræ, Ptolemæo eſt Mauritaniæ Cæſarienſis ciuitas, quæ *Ruſcurium* fortaſſe Plinij.

rhutani Ptolemæo, *Rutheni* Cæſaris Galliæ populi ſunt qui hodie *Rouergue* regionem inhabitant, vt ait Belloforeſtius. *Rodes* eius vrbem interpretatur Marlian.

rhuteni, populi Galliæ Aquitanicæ (vt inquit Plin.) contermini Narbonenſi prouinciæ vul-

Google

vulgò *ceux de Rhodes*.

Rhybdus, caſtellum Siciliæ: Gentile, Rhybdius, Steph.

Rhymnus, fluuius, à quo populi & montes Rhymnici dicti ſunt. Hermolaus in Plin.

Rhynche, parua regio Eubœę: Gentile, Rhynchæus. Steph.

Rhyndacus, fluuius, qui in Pontum euoluitur: hinc Rhyndacius, a, um. Iuxta hunc oppidulum eſt, quod Atæi murus vocatur.

Rhyndacus, fluuius, Strabo lib. 12. ex Azanitide ortum habens, aſſumptis ex Abrettena Myſia cùm alijs, tùm etiam Maceſto, ab Ancyra Abaſitidis fluens in Propontidem juxta Beſbicum inſulam exit. Metrodorus verò vt ait Plin. lib. 8. c. 14. ſcribit circa Rhyndacum amnem in Ponto ſerpentes in tantam magnitudinem adoleſcere, vt ſuperuolantes quamuis alte perniciterque alites haustu captas abſorbeant. *Lycus* antea dictus fuit, Plinio teſte, *Larthaco* Nigro dicitur. *Lupiai*. Caſtaldo.

Rhyndacus, Steph. vrbs inter Phrygiam & Helleſpontum. Vnde Rhyndacenus, Rhyndacites: & fœmininum Rhyndacis.

Rhymetaclus, vir Thracius cuius exemplo (ait Plutarchus in vita Romuli) Cæſar ſæpè dicere conſueuerat amare quidem ſe proditionem, ſed proditores magnopere abhorrere.

Rhynthon, Tarentinus nugator viliſſimus, in agendis præcipuè fabulis: à quo Rhyntonicæ fabulæ dictæ ſunt, Varroni & Columellæ, modò Mython, modò Rynthon dicitur.

Rhypæ, vrbs Achaica. Vnde Rhyps, Rhypæus: & poſſeſſiuum, Rhypicus. Steph.

Rhyſa. Vide Hyſia.

Rhytium, Cretæ ciuitas, Homer. 2. Iliad. *ῥύτιον* Stephan. Ciuis, Rhyticus à Rhytialſo, Rhytiaſſeus.

R I

Ribai, pater Ithai 2. Reg. 23. Lat. pugnans vel objurgans, ſiue multiplicans.

Ricardus, Angliæ rex cum Philippo Auguſto Francorum rege ſępius bellum pacemque fecit, aliquando verò ex fœdere in Syriam cum eo profectus, cùm non ſatis ſe ei fidum præſtaret merito ſuſpectus, regem optimum nutare diſcedere coegit. Ipſe autem poſt rediens, tempeſtate in Auſtriam delatus ibi à Leopoldo duce captus eſt, diùque in vinculis habitus, vixque tandem pecunia numerata dimiſſus. Vir ingenio maxime verſatili fide leuiſſima, fortuna virtutibus eius digniſſima.

Ricardus, Angliæ rex, an ſalutis 13 7.

Ricardus III Anglorum regnum, quod dolo adeptus erat, fratris filijs trucidatis, eadem penè fortuna amiſit, victus interfectúſque ab Henrico Richemondiæ Comite, anno ſalutis 1485.

Ricardus, Walliæ princeps, & Aquitaniæ dux, Anglorum regis Eduardi filius, vir bello clariſſimus, multis egregijs victorijs celebratus inter quas ea nobiliſſima fuit, qua Ioannem Franciæ regem cepit, perijt Burdigalæ, aqua intercuti diu vexatus.

Ricardus, Viſigothorum rex, in conuentu Toletano Arianorum dogma damnatum, Hiſpania expulit, circa annum ſalutis 593.

Richardis, Caroli Craſſi imperatoris vxor, ab eo propter adulterij ſuſpicionem repudiata, in monaſterio conſenuit.

Richomerus, Cos. cum Clearcho, anno vrbis 1537.

Riciarius, Sueuorum rex, cùm Hiſpanias inuaſiſſet, victus in fuga occiſus eſt: anno ſalutis 457.

Ricina vna ex inſulis, quæ Hiberniæ adjacent, Ptol. lib. 2. Plin. Ricnea dicitur.

Ricinenſes, Plinio ſunt populi in Piceno, quos hodie *Recanati* habitare ſcribunt Blond. & Volaterranus. *Heluiam Ricinam* hanc vrbem olim quoque vocatam indicat inſcriptio vetuſta quæ Macerati eſt.

Ricnea. Lege Ricina.

Rigiacum, auth. Ptol. lib. 5. c. 9. Atrebatum ciuitas. vide Alexia. vulgò *Arras*.

Rigodulum, locus inter Belgas ſupra Moſellam fluuium, non longè à finibus Treuirum editus: vbi Petilius Cerialis Romanus copias Treuirorum & Germanorum magis caſu quàm prouidentia fudit, proximus Metenſium finibus, montibus & Moſella fluuio ſeptus, Tacitus, diſtat à Confluentia 15. milliaribus Germanicis Pagum *Rigol* hodie dictum perſuaſit loci ſitus & nominis alluſio. hic pagus à Dagoberto rege datus fuit Eccleſiæ Maximini apud Treuiros, cui adhuc hodie ſubjicitur.

Rinna. filius Simeonis. 1. Par. 4.

Ripa alta, Britanniæ locus, Ptol. lib. 3. cap. 2. vulgò *Rozemburg*. Alij in Pannonia inferiori conſtituunt, & *Thelna* poſt Simlerum vocant, nunc *Corradenza* habet liber notitiarum in Valeria Ripenſi: eſt etiam eidem libro Meſopotamiæ vrbs.

Ripepora, ciuitas ex Cordubenſi conuentu populo Romano fœdere conjuncta. Plin. libro 3. cap. 1.

Riphea. Vide Rhiphæi.

Ripheatina, Arabiæ felicis vrbs apud Plin. *Reama* vocatur Pineto.

Riphæi. Vide Rhiphæi.

Riphat, filius Gomer. Geneſ. 10. Ab hoc Riphęi dicuntur, qui Paphlagones cognomentum ſortiti ſunt. Lat. medicina, ſiue relaxatio, vel bouile.

Ripuarij, vocantur Germaniæ inferioris populi, qui tribus fluuiorum ripis clauduntur,

Rheni, ſcilicet, Moſellæ & Moſæ. *Ribuarij* per b quidam ſcribunt. Cænalis etiam *Riparioſ* habet & Iornandes. Hi alio nomine aliquando *Neuſtri & Auſtraſij appellantur: Auſtraſij* autem potiùs ſunt quam Neuſtrij

Rita, fluuius in Thracia. Plinius libro quarto ca. 11.

Riſardis portus in Mauritania è regione Gaditani freti. Plin. lib. 5. cap. 1.

Riuolta ſicca, locus, vbi contra Venetos Galli pugnarunt non procul ab Abdua, Italię flumine. Cælius lib. 5. cap. 1.

Riſinum, Liburniæ vrbs. Ptol. 2. cap 17. hodie Rhizinium.

Riuſiana. Ptol. lib. c. 11. Germaniæ vrbs: vulgò *Gengen*. Aliàs Rhiuſiana.

Rizon, vrbs & fluuius Illyriæ.

Rizonicus, ſinus Liburniæ. Pto. hodie Catharum.

R O

Roaga filius Somer filij Heber, 1. Paral. 7. Lat. Saturatus, vel inebriatus meditatione vel eloquio, aut abſtractione ſiue ſeparatione.

Robertus Bauarus, imperator. Rom. anno ſalutis 1410.

Robertus Conſtantin. imperator, anno ſalutis 1220.

Robertus, Franciæ rex, regis Hugonis filius, vir pietati admodum deditus, omnibúſque diſciplinis præſertim ſacris, Burgundiam regno ſuo adjecit, ex Henrici regis teſtamento.

Robertus, rex Neapolitanus, anno ſalutis 1308.

Robertus Bruſeus, Scotorum rex, vir bellicoſiſſimus Anglos perpetuos hoſtes innumeris cladibus affecit: vixit autem ſub annum ſalutis 1314.

Robertus Saxoniæ dux imperator electus: ſępius cum Henrico Cæſare varia fortuna congreſſus ad poſtremum victus & interfectus eſt.

Robertus Guiſcardus. Northmannus, Apulię rex bello clariſſimus, in omnibus bellis victoria potitus. Calabriam, magnámque Siciliæ partem cepit, Græcos, Venetos, & Alexium Conſtantinopolitanum imperatorem pluribus prælijs fudit. vixit autem ſub annum ſalutis 1080.

Robertus Stuartus Scotiæ rex, anno ſalutis 1466.

Robertus, Aquitaniæ dux apud Sueſſiones, à Carolo Simplici rege Francorum victus, anno ſalutis 922.

Robigo, ginis, ſiue Rubigo, dea Romanorum quæ ideò colebatur, vt vitium ſegetum, quod Robiginem ſiue Rubiginem appellamus, auerteret. Varro 1. de re ruſtica 1. Robigum deum facit, eúmque Floræ coniungit, cui etiam Robigalia feſta publicè inſtituta aſſerit, quemadmodum Floræ Floralia. Author eſt Plinius libro 18. cap. 29. Robigalia, ſiue Rubigalia à Numa Pompilio fuiſſe inſtituta anno regni ſui vndecimo, eáque ad ſeptimum Cal. Maij celebrari ſolita: quo tempore ſegetes rubigini maximè ſunt obnoxiæ. Tales ſunt noſtro tempore ſupplicationes Amburbiæ & Ambaruales, quæ fiunt vt fructus terræ agricolarum voto reſpondeant.

Roboam, filius Salomonis, cuius cùm auaritiam & crudelitatem Iudæi quibus imperabat, ferre nullo modo poſſent, ab eo defecerunt ad Ieroboam, præter duas tribus, Iudæ ſcilicet & Benjamin, quæ regni diuiſio in poſteris etiam regib. durauit, vt alteri reges Iuda, alteri reges Iſrael dicerentur, 3. Reg. 11. 2. Paralipom. 3. 10. Lat. dilatans populum, aut latitudo vel platea populi, ſiue odor, vel odorans cum populo.

Rodericus Hiſpaniæ rex anno ſal. 708.

Rodericus, Cidus nobilis Hiſpanus, Valentiam vrbem, pulſis Saracenis, recuperauit anno ſalutis 1090.

Rodoldus, Longobardorum rex ann. ſalutis 657. is in adulterio deprehenſus à marito adulteræ interfectus eſt.

Rodolphus, Roman. Imperator, anno ſalutis 273.

Rodulphus, Burgundus, regnauit in *Gallia* annis duobus, anno ſalutis 1306.

Rodulphus, Bohemiæ rex, anno ſalutis 927.

Rodulphus quidam Gondaga cognominatus, quum vxorem adulterij compertam haberet, eam vnà cum adultero in concubitu deprehenſam occidit.

Roecus, Plaſtes Samius, quem in Samo primum omnium Plaſticen inueniſſe refert Plin. lib. 35. cap. 12. Apud Plin. ſcribitur Rhœcus.

Roetius, mons Corſicæ inſulæ Ptolemæo. *Cabo di muro* vocatur à Leandro: *Monte di Mezzo* à Pineto, ex tabulis *Monte Roſſo* videtur.

Roffredus, Iuriſconſultus Beneuentanus: jus ciuile profeſſus eſt Bononię, deinde Aretij circiter annum 1200.

Rogatianus, ſenator Romanus, qui ſemel tantùm in die cibo dabat operam. Volat.

Rogel, fons prope Ieruſalem in tribu Iuda ad Septentrionem. Ioſ. 15. 18. 3 Reg. Lat. pes, ſiue pedeſtris aut explorans, vel delator, ſiue accuſator, aut Syriacè, conſuetudo.

Rogelim, oppidum Galaad, videtur eſſe in vicinia à Mahanaim, Reg. 17. idem p. n. quod Rogel.

Rogerius, Roberti Guiſcardi filius, Apuliæ rex.

Rogerius, Siciliæ Comes, per quadraginta ſex amplius annos varia fortuna regnauit, Apuliam & Cala-

Google

& Calabriam ſubegit: qua re elatus, Italiæ regem ſe appellari voluit: vnde à Lothario Cæſare pulſus iterum eam recepit, in Africam claſſe delatus Saracenos multis cladibus eò compulit, vt tributum ſibi quotannis penderent. In Græcos quoque incitatus, Corcyram, Corinthum, Thebas, Eubœámque cepit, Conſtantinopolim obſedit: vnde cùm ſoluiſſet in Siciliam rediturus à Venetorum claſſe ſpoliatus eſt.

Rogem melech, princeps Darij regis Zach. 7. Lat. lapidans regem aut conſiliarium vel porpura regis aut conſiliarij.

Rohob, ciuitas Leuitarum in tribu Aſer, Ioſ. 13. 19. 1. Par. 6. rex Soba 2. Par. 8. Lat. latitudo, ſiue dilatatio, aut platea.

Rohobia, filius Elieſer filij Moyſi, 1. Paralip. 23. Lat. latitudo ſiue dilatatio aut platea Domini.

Rohoboth, ciuitas Idumææ prope flumen, patria Saulis, Idumæorum regis. Gen. 36. Lat. latitudines, ſiue dilatationes aut plateæ.

Rollo Danus, nouas ſedes quærens, cum magna iuuentutis manu in eam Galliæ regionem cùm veniſſet, quæ Rothomago vicina eſt: eamque occupatam Northmanniam à ſui populi nomine dixiſſet, fœdus cum Carolo Simplici, Francorum rege, fecit: eiúſque filiam vxorem duxit, aſſumpta Chriſtianorum religione: ab eo deinde Northmannorum principes profecti ſunt. Annal. Normandiæ.

Roma, Regina vrbium & totius propemodum orbis olim caput à iuuentute Albana condita ducibus Romulo & Remo, Numitoris nepotibus. Alij multis ante Romulum ſeculis conditam volunt, primúmque Valentiam appellatam, Romã autem dici cœpiſſe poſt Euandri & Æneæ aduẽtum, qui Latina voce in Græcam eiuſdem ſignificationis tranſlata *ῥώμην* appellarunt. Sunt qui exiſtiment Æneæ neptem & Aſcanij filiam, nomine *ῥώμην*, huic nomen indidiſſe. Nec deſunt, qui Troia capta Argiuos quoſdam ea in loca veniſſe aſſerant: cúmque in Palatino monte oppidum cõdidiſſent, à nobilis captiuæ nomine *ῥώμην* appellaſſe. Plura apud Feſtum Pompeium libro decimo ſexto. Id certè conſtat à tenuiſſimis ortam eſſe principiis, primúmque in Palatino monte conditam fuiſſe, ſæpiúſque deinde pomœria eius fuiſſe prolata. Scribit enim Plinius lib. 3. c. 5. Veſpaſiani temporibus ambitum fuiſſe XIII. M. CC. paſſ. Vopiſcus autem tradit, Aurelium imperatorem ambitum eius ad XXX. M. paſſuum ampliaſſe. Septicollis dicta eſt, quòd ſeptem colles habeat, Palatinum, Quirinalem, Auentinum, Cælium, Viminalem, Exquilinum, Tarpeium, ſiue Capitolinum. Annius refert ex Pictore & Varrone hanc vrbem eſſe Tetrapolim, *Roma* videlicet ſiue *Romula*, vt prius dicebatur, teſte Feſto, *Velia, Germalo*, & *Foro*, auctore item Gorgi his *Cephalon* appellatam ſcribit Feſtus, quod nihil aliud quàm caput ſignificat. *Gothiam* eam appellari voluit Ataulphus Gothorum rex, vt Oroſius prodidit. *Sacra & æterna* in antiquis inſcriptionibus nominatur. Ad extremum D. Hieronymus ait Romam ſignificari vocabulo Babylonis à Diuo Petro Epiſt. 1. cap. 5. Vide librum de Limitibus *Rhinam* primùm vocatam, quòd vndique aquis alluatur ſcribit Goropius ex Zoſimo, *Vrum* hodie à Turcis vocari ait Reineccius *Valentiam* primò dictam refert Feſtus. *Auguſti vrbem* nominat eam Antoninus in ſuo itinerario maritimo.

Romanum Imperium primo ſub regibus ſeptem, Romulo Numa Pompilio, Tullio Hoſtilio, Anco, Marcio, Tarquinio Priſco, Seruio Tullio, Tarquinio Superbo per annos 293. non amplius quam vſque Portum atque Hoſtiam intra octodecim millaria Romana proceſſit. Sub Conſulibus verò, inter quos interdum Dictatores, & Decemviri, ac Tribuni militares fuerunt per annos 447. Vſque trans Padum Italia capta eſt: Africa, Hiſpaniæque ſubactæ, Gallia & Britannia tributariæ ſunt factæ: Illyrici, Hiſtri, Liburni, Dalmatæ ſunt domiti. Ad Achaiam tranſitum eſt. Macedones expugnati: cum Dardanis, Mœſis & Thracibus eſt bellatum. Ad Danubium eſt peruentum ac in Aſia (pulſo Antiocho) primò pedem poſuerunt Romani. Mithridate victo, regnum Ponti eſt captum: cum Armenia minori quam idem tenuerat, in Meſopotamiam progreſſum eſt, & cum Parthis fœdus initum: contra Carduenos, Saracenos ac Arabas pugnatum: Iudæa victa: Cilicia & Syria in poteſtatem redacta, ac tandem in Ægyptum peruentum. Sub Imperatoribus ab Auguſto ad Theodoſij ſuperioris & Honorij atque Arcadij eius filiorum tempora per annos 440. Cantabri, Aſtures, totáque Hiſpania ſub iugum miſſa eſt Alpes maritimæ, Cocciæque & Rhetiæ, Noricum, Pannoniæ & Mœſiæ, imperio acceſſerunt. Omnis ora Danubij in prouincias eſt redacta. Pontus omnis & Armenia maior, Meſopotamia, Aſſyria, Arabia, & Ægyptus, in Imperij Romani iura conceſſêre. Atque hoc modo his Principibus viris, & populi Romani virtute ac immortali eorum gloria, hoc Auguſtiſſ. Imperium ad ſummum faſtigium perductum eſt. Cuius limites fuêre ad Occidentem Oceanus, à Septentrione Rhenus & Danubius, ab Oriente Tigris, à Meridie Atlas mons.

Roma, concubina Nachor fratris Abraham. Gen. 22. Lat. excelſa, ſiue ſublimis, aut Rhinoceros, vel intuens nimis.

Rom, Itali filia quæ Romam primùm in Palatino monte, vt quidam volunt, conſtituit, anno

à diluuio 681. Beroſ.lib.5. Dionyſ.Halicarnaſſ.in princ.hiſt.

Romandij, Ptolemæo libro 2. cap. 9. populi ſub Rhotomago, quos Northmannos eſſe Volaterranus ſcribit.hodie Veromandiu *Vermandou.* Aliàs Romandui, vt Volaterranus habet.

Romaneſſus, Romæ filius primus Montanorum Aboriginum rex,anno à diluuio 727.

Romaniacus Campus in Gallia Greg. Turonenſis in quo locuſtarum prœlium.

Romaniam, M. Antonius Sabellicus Thraciam vocat.

Romani dicuntur Quirites,teſtib. Liuio, Plutarcho, & aliis. *Romani* & *Romanenſes* incolæ vrbis Romæ,hi, qui ibidem negotiantur: illi,qui nati.

Romanopolis, Armeniæ oppidum,Curopalati.

Romanula porta, erat in vrbe habens gradus in Noua via ad ædem Volupiæ.

Romanus papa,anno ſalutis 898.

Romanus Diogenes, Conſtantinopolitanus imperator,an.ſalutis 1071.

Romanus, Italiæ Exarchus, an. ſalutis quingenteſimo nonageſimo ſexto.

Romanus,claſſis præfectus,ſub Conſtantinopolitanis imperatoribus, vir aſtutiſſimus & rerum gerendarum ſcientiſſimus.cùm animaduertiſſet Conſtantinum VII. Cæſarem,literis picturæ & philoſophiæ deditum, matre eius in vxorem accepta, primò imperium (quaſi vicarius) gerere cœpit: deinde cùm res magnas geſſiſſet, non ſolùm ſe imperatorem, ſed & filios ſuos, Stephanum & Conſtantinum appellare auſus eſt: imperauit etiam annos triginta nouem continenter Conſtantino vero imperatore, donec à filiis poteſtate omni exutus,monaſterio incluſus eſt.

Romanus Ager, locus Perſiæ circa Rhabdium ſic dictus, quòd in medio regionum Perſicarum ad Romanos pertineat. Procop.

Romanus Iunior, nepos Romani Lecapeni ſenioris ex filio,vir fuit omniũ ignauiſſimus, vino tantùm, otio ac voluptatibus omnibus deditus. Vnde cuidam Ioſepho Bringæ præfecto imperij cura,ob Cæſaris ignauiam tradita eſt. Eius incredibilis ingratitudo hunc ad mortem adegit. Volat.lib.21.

Romatinum,Plinio Carnorum fluuius eſt: hodie Venetæ ditionis eſſe, & *Lemino* dici ſcribit Leander.

Romelia, pater Phacee regis Iſrael, 4. Regum 15. 16. Lat. excelſus Domini, ſiue celſitudo Domini,aut proiectus à Domino.

Romemthiezer, nomen viri, 1. Par.25. Lat. Exaltans adiutorem, vel auxilium, ſiue exaltaui atrium.

Romoaldus, Grimoaldi filius, Dux Beneuentanus.

Romulenſis, Colonia Romanorum in Celtica Hiſpalenſium. Plin.lib.3.c.2. Et à læua Hiſpalis colonia cognomine Romulenſis.

Romulea, vrbs in Italia à P. Decio Proconſ.de Samnitibus capta,anno vrbis 457. Stephanus *Remyliam* vocat. An eadem ſit cum *Romoria* Halicarnaſſei,quam ad Tiberim conditam ait trigeſimo ab vrbe ſtadio,videant peritiores.

Romulius Pollio quum centeſimum ætatis annum exceſſiſſet, rogatus ab Auguſto Cæſare, quoniam ratione maxime vigorem illum animi corporiſque cuſtodiſſet, *Intus*,inquit,*mulſo,foris oleo*. Plin.

Romulus Martis ex Ilia filius,nepos Numitoris, frater Remi, eodem cum illo partu editus, Erat enim Numitori frater nomine Amulius, præferoci ingenio:qui non contentus fratri natu maiori imperium præripuiſſe, vt poſteritati quoque ſuæ tyrannidem conſtabiliret, Lauſum prolem illius maſculum interemit. Iliam quoque, vt ſpem omnem nepotum fratri eriperet, ſub ſpecie honoris virginem Veſtalem legit: eóque modo perpetua virginitate damnauit. Et tamen poſtea ex Marte (vt Romani credi voluerunt) grauida deprehenſa, gemellos peperit, quos Amulius in Tyberim abiici iuſſit, matrem autem viuam in ripa fluminis defodi. Verùm cùm id temporis Tyberis extra ripas reſtagnaſſet, nec adiri vſquam ad iuſti amnis curſum poſſet, qui mergendorum puerorum negotium ſuſceperat, proxima eos alluuie, vbi poſtea Ruminalis ficus fuit, expoſitos reliquit. Quo in loco à Fauſtulo regij pecoris magiſtro inuenti ſunt & & Laurentiæ vxori educandi traditi: quæ quòd vulgato corpore quæſtum faceret,ideóque Lupa inter paſtores vocaretur. factus eſt locus fabulæ, Romulum & Remum à Lupa educatos fuiſſe. Hi poſteà cùm adoleuiſſent, de genere ſuo à Fauſtulo edocti, Amulium trucidant: auúmque Numitorem in regnum reſtituunt. Nec ita multò pòſt collecta magna paſtorum manu vrbem nouam in Palatino monte, vbi educati fuerant, ædificant. Et quoniam fratres Gemini erant, nec ætatis verecundia differentiam facere poterat, orta inter eos contentione, vter nouæ vrbi nomen daret, & conditam imperio regeret, placuit rem auium iudicio permitti. Cúmque Remo in Auentino vultures ſex prius, Romulo autem in palatino duodecim, ſed poſteriores apparuiſſent: illo tempore, hoc numero ſe priorem eſſe aſſerente, exorta inter paſtores primùm altercatio eſt, quæ deinde ad manus peruenit. Ibi Remus ictus cecidit. Vulgatior *fama* eſt, ludibrio fratris Remum nouos muros tranſiliſſe: inde à Romulo, ſiue à Celere quodam militum tribuno,

tribuno, Romuli iuſſu fuiſſe interfectum. Solus itaque regno potitus Romulus vt vrbem incolis frequentiorem redderet, Aſylum aperuit: Senatores centum, quos ab honore Patres appellauit, conſcripſit. Vicinis connubia negantibus, virgines, quæ ad Conſualium ſpectaculum conuenerant, rapuit. Cecinenſes bellum inferentes prœlio vicit, regeque obtruncato, Ioui Feretrio opima ſpolia obtulit. Antemnates deinde, & Sabinos prælio ſuperatos in ciuitatem recepit. Fidenates acie fudit, & ad oppidum fugientes inſequutus, vrbem eodem impetu cepit, Vejentibus quoque poſt aduerſam pugnam pacem petentibus, centum annorum inducias conceſſit. Hiſce rebus geſtis, cùm ad Capreę paludem concionem haberet, ingenti coorta tempeſtate repentè nuſquã cõparuit, patrum, vt creditur, manibus diſcerptus. Ab huius nomine Romani dicti ſunt Romulidæ. Vide Liuium & Plutarch.

Romulus Momyllus natus patre Oreſte Gottho, poſtremus Occidentis Imperator, vulgò Auguſtulus dictus. Vide Carolum Sigonium de Imperio Occidentis & Onuphrium Panuinium Apud Glycam pag. 308. hæc de Romulo iſto legimus: Hic mihi notabis illud ipſum imperium quod ſub Romulo initum habuerat poſt M. CCC. III. annos itidem ſub Romulo principe defeciſſe.

Romulus, Cos. cum Placido, anno vrbis 1095.

Romus, Vlyſſis & Circes filius. Steph.

Romus, rex Galliæ, anno ferè ante Romam conditam 700.

Romus, Celtiberorum rex, annis ante Romam conditam ferè 700. Maneth in Supplem. Beroſ.

Romylia, vrbs Samnitum in Italia. Gentile, Romyliates. Steph.

Ropicum, Corſicę oppidum apud Ptolemęum: quod Pinetus *Rogela* vocat.

Ros, filius Benjamin Gen 46. Lat. Caput, vertex, ſummitas, ſiue principium.

Roſcea Feſto campus in agro Reatino, quia in eo arua rore ſemper humida feruntur. Anas Roſea ſine c.

Roſcius, hiſtrio inſignis, in arte ſua vſque adeò abſolutus vt ſi quem ſignificare volumus cæteris ſui generis hominibus præcellere, Roſcium κατ' ἐξοχὴν appellemus. Hic cùm obliquos haberet oculos, turpiſque eſſet aſpectu primus perſona in ſcena vſus eſt: populus tamen eum ſine perſona intueri malebat ob pronunciandi dulcedinem. Cicero de Orat. Scripſit & librum in quo hiſtrionicam eloquentiæ comparauit.

Roſcius Amerinus in cauſa patricidij defenſus à Cicerone.

Roſcius Otho, in tribunatu ſuo legem tulit qua equeſtrem ordinem à plebe diſtinxit, Equitibus XIIII. gradus ſeorſum aſſignans, in quos nemo reciperetur, niſi qui 400. ſeſtertiorum cenſum expleret. Hæc lex à latore Roſcia appellata eſt.

Roſimunda, filia Cunimundi Gepidarum regis, quæ maritum habuit Albonium, regem Longobardorum: cui cùm aliquando inter pocula, patris caluaria per iocum propinaſſet, irata Roſimunda non priùs minitari deſtitit, quàm eum curauerit necandum. Vno mortuo alium maritum Hermingem nomine, ſibi copulauit, quem poſteà veneno necauit. Oroſ. P. Diaconus.

Roſtocium, vrbs maritima Saxoniam attingens. λακιβούργιον dicta à Ptolemæo, duci Mechelburgenſi ſubdita, populis, ac diuitijs opulentiſſima, primùm arx fuit ruſticorum caſtellis ſepta, tunc circa annum 1170. communiri cœpit & vallo cingi, atque in oppidi formam conſurgere frequentibus ſeditionum motibus, incendio, aliiſque calamitatibus ſæpe deuaſtatum eſt. Academiam habet Principum Megalopolitanorum, Senatus & vicini populi liberalitate inſtitutam.

Roſtra, templum Romæ in foro ante curiam Hoſtiliam, in quo erat ſuggeſtus è roſtris nauium Antiatum, ex quo concionabantur. Luca. lib. 1.

Roſtrum, Nemauiæ apud Antoninum, inter Auguſtam Vindelicorum & Campodunum eſt. Simlerus *Memmingen* indigitat, *Roshoptom* Lazius.

Roſulum, Antonino Tuſciæ mediterraneum oppidum eſt, quod *Monte Roſ.* à Leandro interpretatur.

Roſus, ciuitas in Iſſæo ſinu. Strab. lib. 14.

Rotenburgum ad Tubarum amnem elegans Franconiæ oppidum: Hieroſolymitanæ vrbi ſitu reſpondere dicitur, à turrium & tegularum rubore nomen habens, olim proprijs ducibus parebat, nunc imperio, poſt Friderici primi ſecula, acceſſit vulgò *Rotenburg*.

Roth, ciuitas tribui Gad data in poſſeſſionem. Num. 32. Heb. Atroth. Lat. Coronæ ſiue calamus inebriationis vel ſaturitatis.

Rothoris, Longobardorum rex, Arianæ hæreſi addictus, præcepit vt ſingulæ ciuitates epiſcopos duos haberent, alterum Arianum, alterum Catholicum. Blond.

Rothomagus, Ptol li. 2. c. 8. Gal *Rouan*. Northmaniæ ſeu Normandię ducatus & & Gallię regionis metropolis, atque Parlamenti ſedes, ad flumen Sequanam. Ab ea parte quæ Orientem reſpicit iucundiſſimis irrigatur riuulis duobus Meridiem verſus Sequanam flumen propinquitate decorat. Iuxta Septentrionem alios habet

montes, qui igni fomenta ſuppeditare ſolent. Nomen habet à fundatore Mago, 11. Galliæ rege & Rhotidolo, cujus ſimulachrum Mello primus hujus ciuitatis epiſcopus euertit. Agro etiam lætatur optimo, fœcundo & herbido: ita vt Iulius Cæſar opportunitate loci adductus, validis hanc vrbem muris cinxerit & Romanorum præſidium ad totius prouinciæ defenſionem in in ea reliquerit.

Rotunda, proprium nomen templi ejus quod Numa Pompilius Veſtæ ſacrarat. Feſtus.

Roueſium, Velaunorum oppidum in Gallia Aquitanica. Ptolemæo S. *Fleur* Villanouano.

Roxana, Darij filia, Alexandri concubina, quæ cùm prægnans eſſet à ſorore Satura in puteum demerſa eſt, quòd eam præcipuis honorib. Macedones cumularent. Plutarchus in Alexandro. Iuſtinus libro 1. à Caſſandro Macedoniæ regnum affectante ſimul cum filio interfectam vult.

Roxani, populi, cuius ſatrapam Gauram trecentos annos vixiſſe ſcribit Plutar. de fluminibus circa Tigrim fluuium.

Roxicum, Corſicæ inſulæ ciuitas. Pto. li. 6 c. 2. vulgò *Rogebo*.

Roxolani, Sarmatiæ Europææ populi apud Ptole. *Baſternas* Tacito eſſe ſcribit Willichius. Roxolanos hodie *Ruthiniam Ruſſiam* Albam & Meridionalem incolere teſtis eſt Mathias Niuius, Ruſſus. Regni Polonici ſũt, & *Ruſſen* vulgò appellantur.

R V

Rubeæ, promontorium cuius Plinius meminit, Mercatori Liuoniæ promontorium eſt, ad mare Balticum *Dagerort* nomine. Becano autem Scandiæ promontorium ſeptentrionale eſt, verſus Boream vltimum quod hodie *VVardhuys* vocant. idem dicit à Plinio *Duarma* dici.

Ruben, filius Iacob ex Lia Gen. 28. natu maximus. Lat. videns filium aut filij viſio, vel filius viſionis.

Rubenſis, lacus in Narbonenſi prouincia, quem præterlabitur Atax. Plin. libro 3. capite 4. Lege Rubrenſis.

Rubi, orum, oppidum Campaniæ, à Ruborum frequentia ſiue à Rubore dictum. Inde Rubeus, a, um. vt vimen Rubeum, virgæ Rubeæ, quæ Rubis afferebantur: fiſcellis texendis vtiles.

Rubicon, Rubiconis fluuius in octaua Italiæ regione, in Apennino monte naſcens, & inter Ariminum & Rauennam in mare Adriaticum influens, antiquus Italiæ & Galliarum terminus. Georg. Fabricius ſcribit hodie *Runcone* appellari, Albertus *Piſatello*. Blondus de eo ſic ſcribit, *Piſatellum* nunc qui ſub Flaminia via, Ruconem qui ſupra accolunt, vocant. Sed paulò aliter tamen de eo Gaudentius in ſua Gallia Ciſalpina. is enim dicit hac ætate à circumuicinis populis materno idiomate *Rugum*, paulò inferius *Rugoſum* nouiſſimè, non procul à ſinu Adriatico in quem influit. Piſcatellum ingreditur per duo millia iuxta Ciſenam.

Rubigo. Vide Robigo.

Rubo Sarmatiæ Europææ fluuius teſte Ptolemæo: hodie *Duna* nominatur, vt Peucerus autumat.

Rubrenſis lacus Plinio, Rubreſſus, Pomponio, Strabo & Stephan. *Narbonenſem* aut *Narbonitidem* lacũ vocant. Stagnum hodie videtur, ad Atacis fluminis oſtia in Gallia Narbonenſi. Varrerius dicit lacum *Perpinian* aut *Vendres* hodie nominari.

Rubricatus, Africę propriè fluuius apud Ptolemæum, videtur à Plin. *Armua* appellari *Iadog* hodie nominatur Caſtaldo, *Ardelia* & *Ardealis* vocatur apud Oroſium Diaconum & Ferecul-phum.

Rubricatus, Ptolemęus libro ſecundo capite ſexto Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius: vulgò *Lob regat*.

Rubrum mare dicitur, quia aquas rubere credebãt. Quidam à Solis repercuſſu exiſtimabãt talẽ reddi colorẽ. Alij ab arena terraq; Quod Latini Rubrum mare nuncupãt, Græci Erythræum vocãt: erythros enim rubrũ Latinè dicitur. Curtius ab Erythro rege inditũ eſſe nomẽ exiſtimat.

Ruconium, Ptolemæo Daciæ vrbs eſt, quæ nunc *Roma* nuncupatur.

Rudię, arum: Ptol. (*ῥοδίαι* Steph.) ſiue Rhodiatę, Plinio, oppidũ Pediculorum ſiue Salentinorum non procul à Brunduſio, à Gręcis cõditum, patria Ennij poëtę, quẽ idcirco Rhudium hominẽ vocat Cicero pro Archia poëta. Rhodæi apud Strabonem legitur: *Rhoda* apud Steph. *Ruſia* habet Hieronym.

Ruellius, inclyti nominis Phyſicus, ac medicus, qui ſcripſit de natura Stirpium.

Rufacum & Rubęacum, videtur Latinè à Rhenano & Műſtero appellari eam Germanię vrbem Alſatię regionis, quã vernaculè *Ruffach* vocant.

Rufæ oppidũ Campaniæ, quod Turno auxilia miſit aduerſus Æneam. Virg. 7. Æneid.

Rufiana, Ptolemæo Nemetorum vrbs in *Gallia* Belgica, *Oppenheim* ad Rhenum eſt, auctore Heroldo.

Rufinus, Conſularis à Fabricio Cenſore damnatus, quòd decem pondo argenti apud eum inuenta eſſent.

Rufinus alter vnà cum Stilicone & Gildone relictus à Theodoſio ſeniore imperij adminiſtrator pro tutela Arcadij & Honorij filiorum: Gildo in Africa, Stilico in Occidente, *Rufinus* verò in Oriente: omnes ſanè cupiditate regni incenſi, in ſuos principes arma conuerterunt ex quo.

ex quo diuerſis modis oppreſſi periêre. Volat.

Rufinus, cos. cum Euſebio, ann. vrbis 1100.

Rufinus, cos. cum Laterano, ann. vrbis 949.

Rufius Voluſianus, cos. ann. vrbis 1066.

Rufius Albinus, cos. cum Conſtantino Cæſare, anno vrbis 1087.

Rufius Poſthumianus, cos. cum Zenone, ann. vrbis 1201.

Rufus, cos. ann. vrbis 934.

Rufus, cos. cum Conſtantio, anno vrbis 1210.

Rufus Purpureo, legatus Roman. in concilio Ætolorum. Liuius li. 32. Rufus Centurio ſub Scipione Africano cuius res geſtas ſcripſit Appian. Virginius Rufus orator egregius interfectus à Nerone.

Rufus, poeta Bononienſis, cuius meminit Martialis.

Rufus medicus, ſub Traiano principe multa conſcripſit, quorum nihil apud nos peruenit, ſæpè tamen ab aliis teſtis citatur.

Rufus Corinthius, ſophiſta, quanquam diuitiis & generis nobilitate pollebat: plus tamen ad ejus laudem dicendi gloria, linguæque gratia contul.t. Philoſtrat.

Rufus Cyreneus, Simonis Cyrenei, qui crucem Saluatoris noſtri portauit filius, quique poſtea verbi diuini fœliciſſimus & illuſtriſſimus diſſeminator extitit. Marc. ca 15.

Rufus, D. Pauli diſcipulus, primus Auenionis epiſcopus. Anto. Par. 1. tit. 6. c. 28.

Rugij, Tacito ſunt Germaniæ populi. *Rugenlandt* ad mare Balticum, Althamero eſt.

Rugium, vrbem Germaniæ, quam Ptolem. in eius climate ſeptentrionali ponit, interpretatur Villanouanus *Holmurg*. Althamerus verò *Caminum*, Pomeraniæ Epiſcopalem vrbem.

Rugusci, Alpini populi inter eos, quos max. ille Cæſar Iulius ſub iugum Romanorum miſit. Plin. lib. 3. cap. 20. Hos Ptolemæus *Rheguſtas* vocat, hodie ſunt *Rheintalet* & *Rheingœvner*, Scudo & Simlero teſtibus.

Rullus, Plin. lib. 8. cap. 5. ſolidum aprum Romanorum primus in epulis appoſuit, qui Ciceronis conſulatu legem Agrariam promulgauit, neque tamen pertulit, reſiſtente Cicerone.

Ruma, ciuitas in tribu Iuda. Iudic. 9. 4. Reg. 23. quæ aliàs Remphris. item & Arimathæa Euſebio vocatur. Legitur Ioſ. 15. Rum. iuxta LXX. vbi ex Hebræo legendum Duma, excelſa, ſiue ſublimis aut proiecta.

Rumia, dea, quæ rumis, i. mammis, hoc eſt, pueris lactantibus præſidebat. Aug. 4. Ciuitat. Varro 2. de re Ruſt. cap. 11. Non negarim, inquam, ideo apud Diuæ Rumiæ ſacellum à paſtoribus ſatam ficum. Ibi enim ſolent ſacrificare lacte pro vino, & pro lactantibus, alio nomine dicitur Rumilia.

Ruminalis ficus, ſub qua lupa Romulo & Remo dicitur mammam præbuiſſe quæ & Romula vocitata eſt: ſiue quòd ſub ea pecudes æſtatis tempore frigora capientes, herbas ruminare conſueuerant.

Ruminus, Iupiter dictus eſt, quòd rumam, id eſt, mammam animalibus cunctis præberet.

Rumon præceps, in Tyberi locus. Alex. ab Alex. lib. 5. c. 26.

Runcaliæ, locus eſt campeſtris ad Padū, haud longè à Placentia. Hodie Romandiolam vocant.

Runcina Dea, frumentò præeſſe ab antiquis credita eſt. Lilius Syntagm. 1. Hiſtoriæ Deorum.

Rumoridis, cos. cum Theodoſio Auguſto, anno vrbis 1156.

Ruſazus, vide Ruzatus.

Ruſcino, oppidum in extremis Galliæ finibus, non procul à Pyrenæis montibus. Plin. 3. cap. 4. Vulgò *Rouſſillon*.

Ruſcino, Straboni fluuius eſt eodem tractu, quem Ptolemæus *Ruſcion* vocat, & Athenæus *Roſcynus*. Hunc eundem eſſe cum *Thelu* Pomponij, & hodie *Tet* dici docet Vatrerius. *Ruſcinus*, Auieno, Colonia Romana eſt Onuphrio, ex Tacito, vt addit, Galliæ Narbonenſis vrbs *Perpignan* Pineto.

Ruſellæ, Ptolemæo & Liuio Thuſciæ Mediterraneum oppidum, quod Leander ſcribit hodie *Roſella* nominari.

Ruſellana colonia, Thuſciæ vrbs apud Plinium, *Roſetum* à Catone dictam ſcribit Leander. *Groſſeto* nunc vocari tradit Niger.

Ruſibis, portus in Mauritania Tingitana Ptolemæo. A Plinio *Rutubis* vocari tradit Mercator. *Eſtoze* nominat Caſtaldus.

Ruſicada, ſolùm à Ioanne Hontero in Africa recenſetur. Ptolemæus ait Africæ propriæ eſſe vrbem. *Stora* Caſtaldo vel *Aſtora* Oliuario, *Eſtora* Marmalio.

Ruſpæ, apud Ptolemæum, maritima vrbs eſt, in Africa propria. Stella ſcribit eam *Alfaques* nunc vocari.

Ruſſia, Poloniæ regio ad Meridiem, montes & terminos regni Hungarici pertingens, abundat equis, bobus, gregibus ouium, pretioſiſſimiſque pellibus. Potu vtuntur incolæ ex melle facto. Adducitur & vinum ex Pannonia, Moldauia & Walachia. Huius Metropolis & caput eſt *Leunpurg*, quam Latini *Leopolim* vocant. Cromerus in Chron. Poloniæ, Vide Moſcouia.

Ruſticus, cos. cum Olibrio, an. vrbis 1217.

Ruſticus Bolanus, cos. cum Calphurnio Piſone, an. vrbis 863.

Ruſticus, cos. cum Vitali, ann. vrbis 1273.

Ruſtonium, Ptolemæo Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs *Breſca* Caſtaldo *Ruſconia* Colonia. Plin. *Ruſcinona* Afris, vt Liuius auctor eſt, &

Digitized by Google

Rungonia colonia Antonino eſt & Simlero.

Ruth, vxor Mahalon filij Elimelech Bethlehemitæ. Ruth. 1. Lat. ſaturata vel inebriata.

Rutheni, populi Galliæ Narbonenſis non lõgè ab Auernis & Santonibus. Alij ſunt Rutheni in Sarmatia Europęa, vltra Liuoniam hodie Ruſſi dicuntur: & eorum regio Ruſſia. *Le pays à l'entour de Rhodes*. Vide Rhutani & Rhutheni.

Ruthenia olim vocabatur Flandria. Cœnalis & Lhuydus teſtes.

Rutilia, Romana mulier, quæ conſtans vſque adeò fuit, vt poſt amiſſum filium Cottam, quem in exilium fuerat ſequuta, lachrymas nullas emiſerit.

Rutilius Geminus, libros pontificales fecit. Cicero in Bruto, Rutilius in quodam triſti & ſeuero dicendi genere verſatus eſt, magnum munus de iure reſpondendi ſuſtinebat. Sunt eius orationes ieiunæ, multa præclara de iure, doctus vir, & Græcis literis eruditus, Panætij auditor, propè perfectus in Stoicis. Rutilius primus legem pugnandi militibus tradidit. Is enim nullius ante ſe imperatoris exemplum ſecutus, ex ludo C. Aurelij Scauri doctoribus gladiatorum acceſſitis, vitandi atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem legibus ingenerauit. Hic actus in exilium à partibus Syllanis, & à Sylla deinde redeundi poteſtate facta, reſpondit illud quod à Seneca in 6. De beneficiis ponitur, Malo vt patria mei exilij erubeſcat, quàm reditu mœreat. Vale.

M. Rutilius Cenſorinus, teſte Valerio de moderatione, iterum Cenſor creatus, in concione populum corripuit, quod eam poteſtatem bis ſibi detuliſſent, cuius maiores, quia nimis magna videtur, tempus coarctandum iudicaſſent.

Rutilius Lupus, rhetor, cuius meminit Quintilianus.

Rucuba, fluuius Liguriæ ex Apennino fluens. Plinius libro tertio, capite quinto, qui & *Rotta* Leandro, & *Rodoria* Stunicæ & Blondo dicitur: idem fluuius videtur à Pomponio *Paulon* nominari.

Rutuli, antiquiſſimi Italiæ populi, qui eam partem Latij tenuerunt, in qua fuit Ardea, à Danaë Acriſij filia condita. Hi Turno duce bellum aduerſus Æneam geſſerunt. Virg. lib. 6. Æneid.

Rutupiæ, Ptol. Cantiorum oppidum, in tractu Orientali Britanniæ: à quo vicinum promontorium Rutupinum littoráque adiacentia Rutupina appellantur. Lhuydo *Repcheſtr.* prope Sandu cum oppidum eſt: Lelandus ſcribit olim ſic dictum: nunc autem *Richeborouu* appellari, idem Talbotus: ſed eius nihil extare addit. Huius meminit etiam ille, qui cecinit.

—Rutipinbus edita fundo

Oſtrea callebas primo deprendere morſu.

Ruzatus, Auguſti colonia in Tingitana. Plin. li 5. cap. 2. Apud Plinium legitur Rufazus, & in aliis exemplaribus Ruſarus.

Ryſſadirum, Mauritaniæ Tingitanæ vrbs ad mare Ibericum. Ptol. *Ruſardir* habet Plinius ab Africanis *Deyrat Milita* vocari addit Marmolius.

Ryſſadium, Ptolemæo auctore, Libyæ promontorium, *Cabo de Verde* Nigro eſt.

Ryſa, fluuius Heluetiorum, in Rhenum influens.

S A

SAaph, filius Iahaddai. 1. Paralip. 2. Lat. cogitans aut præuolans.

Saal, nomen viri. 1. Eſd. 1. Lat. poſtulans, ſiue poſtulatus, aut commodatus, ſiue ſepulchrum, *vel* infernus aut fouea.

Saananim, ciuitas, limes tribus Nephthali. Ioſ. 12. Lat. motiones, vel motus dormientis.

Saaraim, ciuitas in tribu Iuda, in qua poſteri Simeonis habitauerunt. Ioſ. 15. 1. Par. 2. Lat. portæ, ſiue æſtimationes, aut appreciationes, vel capilli ſiue hordeum, aut tempeſtates, ſiue dæmones, aut piloſi, vel hirci.

Saba, filius Regma. Gen. 10. à quo ciuitas regalis Æthiopiæ nomen accepit. 3. Reg. 10. Iſaiæ 60. Hanc Ioſephus lib. 2. à Cambyſe rege Meroen ex ſorori vocabulo cognominatam ſcribit. Hanc Nilus circumdans inexpugnabilem reddebat. Filius item Iectan. Gen. 10. Poſtremò, ſic nominabatur filius Iecſan. Gen. 25. Lat. conuerſio, ſiue captiuitas, aut canities, vel ſeſſio.

Saba, Gen. 10. 1. Par. Pſal. 72. Iſa. 43. filius Chus. Inde Sabai populi, qui fœlicem Arabiam incolunt, dicti. Lat. circuitio, vel ebrius, vel Syriacè, Senex.

Saba, Arabum metropolis in monte ſita, hoc vocabulo appellata, quod eſt reuereri, ſeu venerari: quia thus mittit, quo in ſacrificiis vtimur, vt notat Seruius: & ideo thuriferam vocat. Ptolem. Vel ἀπὸ τ̃ σέβε., quod eſt ſacrificare. vide Sabæa & Sabæi. *Mariaba* videtur eam Strabo appellare. *Sana* in Arriani periplo.

Saba, Æthiopiæ portus, ad ſinum Arabicum Straboni. Item Eſaiæ 43.

Saba, eremita inſignis, qui & Iulianus vocabatur, quo pacto mortem Iuliani Apoſtatæ procul abſens, diuina reuelatione reſciuerit, Chriſtianíſque nunciauerit, vide in verbo, Iulianus Saba.

Sabachus, Æthiopum rex, qui Anaſim Ægypti regem fugauit, & illius regnum quinquaginta annis,

annis obtinuit.Hero l.lib.

ſabacus, Æthiops quidam Vulcani ſacerdos.

ſabadibæ, Anthropophagorum inſulæ tres ſunt in mari Indico,ſiue Boo,Ptolemæo.

ſabæa, regio Arabiæ fœlicis, in qua ſola thus naſcitur.

ſabæi,populi fœlicis Arabiæ,ditiſſimi thure,& ſyluarum fertilitate odorifera: corpora mortuorum non pluris faciunt quàm ſtercora. Quinetiam reges ipſos inter ſterquilinia rejiciunt. Horum metropolis eſt Saba, quam Strabo libro 16. Mariabam vocat.vide Strabonem lib.6.

ſabalingij, Germaniæ populi, Ptolemæo auctore, *Guta & Vita* ſunt, quos hodie *Indilandes* vocant Germani,vt placet Peucero.

ſabama, ciuitas, quam ædificauerunt filij Ruben.Num.32.Ioſ.13. Locus hic vitifer in vicinia Iaſer. Iſa. Lat. conuerſio, ſiue captiuitas nimia, aut canities,vel ſeſſio multa.

ſabana, Ptolemæus Aureæ Cherſoneſi vrbs, quam Mercator *Saendebar* vocat,& in inſula Iapan locat.

ſabania,nomen viri.2. Eſd.2. Lat. conuertens vel captiuans Dominus,aut intelligens vel ædificans Dominus,vel intellectus aut filiatio Domini.

ſabanus,Bulgarorum rex,Conſtantino Iconomacho quòd conſentiret, regno à ſuis exutus, Conſtantinopolim ſe recepit.

ſabarcæ, populi Indiæ, qui populi non regum imperio regebantur. Author Curtius.

ſabaria, huius meminerunt Plinius, Ammianus,& Antoninus.Plinius eam Norico annumerat, & Coloniam D. Claudij cognominat Lazio Auſtriæ oppidum eſt ad Angrum fluuium nomine *Stain* Bruſchius dicit Sabariæ anno 1508 ſepulchrum Ouidij Naſonis inuentum,teſtudine magnificum, & hoc Epitaphio ornatum.

Fatum neceſſitatis lex.
Hic ſitus eſt Vates,quem Diui Cæſaris ira
Auguſti,patria cedere iuſſit humo.
Sæpe miſer voluit patriis occumbere terris,
Sed fruſtra hunc illi fata dedêre locum.

Sauaria Ptole, eſt in Pannonia ſuperiori regione vicina.Sabarim,aut *Sabariam* fluuium habet Lazius Sabariæ vrbi proximum, quem hodie *Gunum* appellari ſcribit à Germanis,*Benges* verò Hungaricè.

ſabata,Ptol lib. 3. c. 1.& *Sabbatia* Pomponio Liguriæ vrbs,*Vuade* Nigro,Blondus hanc à Liuio etiam *Sauonam* appellatam, & Plinio lib. 3.cap. 4. *Sabbatium Vadum* eſſe tradit. Iacet inter Apenninum & Alpes, impeditiſſimus locus ad iter faciendum,vt eſt lib.11.epiſt. Ciceronis,vbi *Vada* ſimpliciter, non addito Sabata.Niger nunc locum paludoſum eſſe ſcribit & *Va* nominari. *Vai* habet Paradinus. Ex his omnibus duas diuerſas Liguriæ vrbes facit Leander quarum vnam *Sauona*, alteram *Vadi* nunc nuncupari ait.

ſabarim, locus trans Iordanem in terra Amorrhæorum, qui à frangendo hoc nomen inuenit,ſi quidem ibi Iſraëlitarum acies fracta eſt, Ioſ.7.Lat. confractiones,ſiue expectationes,aut frumenta.

ſabarim, Ezech. quadrageſimo ſeptimo, nomen loci, qui eſt inter terminum Damaſci, & confinium Emath. Lat. circuitus altitudinis, aut Syriacè opiniones vel cogitationes,vel ſpes.

ſebaſtianus, vir ſanctiſſimus, ciuis Mediolanenſis, qui pro fide Chriſtiana, ſagittis confoſſus eſt ſub Diocletiano imperatore. Volaterran.

ſabat, menſis quandoque Februario noſtro reſpondens. Sach. 1. Lat. ſceptrum vel virga aut tribus.

ſabatia,Pomp.lib. 2. maritima ciuitas Liguriæ, vulgò *Sauona*.

ſabathe,lacus.vnde fit ſabitinus,na,num.

ſabbatha, filius Chus,Geneſ.10. Lat.circuitus, vel cauſans, aut ſyriacè,ſenectus.

ſabathaca,filius Chus, Gen.10. Lat. circuiens percuſſionem, vel cauſa percuſſionis, aut ſenectutis percuſſio.

ſabatheni, qui Græcis dicuntur *Aſtabarri*. Ioſeph.lib.antiquit.1.cap 7.

ſabathra, Ptolemæo lib. 4. cap 3. vrbs paruæ ſyrtis, Plinius. ſabathra dicta vulgò *Rahtanabes*.

ſabath, Phœniciæ fluuius qui cùm reliquis diebus lentè fluat, ſabbatho celerrimè,& maximo cum impetu decurrit,quod maximè mirum, Ioſeph lib.7.cap 24. Antiquit.

ſabathia,regio olim dicta fuit tractus Tuſciæ, Annio auctore, qui hodie *Paeſa d' Anguillara* & *Braxena* vocari addit Leander.

ſabatus, lacus Etruriæ, proximè Romam ac mare Straboni, *Sabatia* ſtagna ſilio, *Lago de Braxiano* eum appellat Leander, qui dicit eum à Plinio *Lacus Tarquinienſis* vocari. Blondus *Lago d' Anguillara* nominat.

ſabazia,feſta Dionyſio inſtituta. Cicero de nat. Deorum, lib.3. Dionyſios multos habemus primum è Ioue & Proſerpina natum, ſecundum Nilo, qui Nyſam dicitur interemiſſe: tertium Caprio patre eumq; regem Aſiæ præfuiſſe dicunt cui ſabazia ſunt inſtituta, quartum Ioue & Luna cui ſacra Orphica putantur confici: quintum Niſo natum,& Thione à quo Trieterides conſtitutæ putantur. Veteres editiones male Abazea,cuius vocis nihili originem à taciturnitate quidam deduxerunt quaſi ἄβαζος Græcis Taciturnum ſignificaret ſabazia à ſabazio id eſt Dionyſio, &c

à Thracibus appellato qui & ſacerdotes σάβους appellabant, quaſi ſabazio initiatos. Hinc εὐοῖ σαβοῖ Bacchantium voces & σαβάζειν i. εὐάζειν. vel etiam indecoro motu & geſta Baccharum more lumbos ſaltando extollere & vibrare vel potius ab Ebræo ſaba quod οἰνοφλυγεῖν, ſignifi cat. Vide Demoſth. π. στεφ. & Brod. in l. 3. epigram. & Adrian. Turneb. in 2. Cic. de Legib.

ſabbathai, nomen viri, 1. Eſd. 11. Lat. requies aut ceſſatio mea.

ſabbatia, vicus Celticus: Gentile, ſabbatianus, vel ſabbatius. Stephan.

ſabbatina, tribus populi Romani, vna ex triginta quinque.

ſabbaſius, Bacchus dictus eſt à ſabaſmis, id eſt tripudiis & furioſis ſaltationibus, cuiuſmodi fiebant in huius Dei ſacris. L. Gyrald.

ſabbatos populos, hodie *Sabaudienſes* eſſe ſcribit Volaterranus.

ſabbatus, Italiæ fluuius Antonino eſt in Samnitibus, quem Leander nunc *Fiume de Beneuento* ait vocari, & *Samnium* à Floro dictum addit, ſed vide Ocinarus.

ſabe, Syrorum lingua, Menſis Februarius dicitur.

ſabee, ciuitas in tribu Simeon. Ioſ. 16. Lat. ſeptem vel ſeptimus, aut ſaturitas ſiue iuramentum.

ſabelli, populi Italiæ, à Sabinis oriundi, inter Sabinos & Marſos incolentes: alio olim nomine Samnites dicti. Stephan. lib. 3. cap. 12. Hinc Sabellus, a, um.

ſabellicus hiſtoricus, qui hiſtoriam vniuerſalem ab exordio mundi vſque ad ſua tempora ſcripſit, eámque per Enneades digeſſit.

ſabellicus, hæreticus, Chriſtum filium Dei eſſe negabat. Vixit autem ſub annum ſalutis 257. Socrat. lib. 6. cap. 20. hiſt. trip.

ſabelites, vide Venuſia.

ſaber, filius Caleb ex Maacha concubina, 1. Paral. 2. Lat. confractio, aut ſpes vel iuramẽtum.

ſabi, populi Phrygiæ, Phrygij etiam Bacchos appellant Sabos. Steph.

ſabidius, vir Romanus gulæ deditus, plus vorabat, quam poſſet concoquere: quocirca ita fœtebat eius halitus, vt nemo poſſet cum eo loqui, quem Martialis epigrammate inſectatur.

ſabin, Arabes Deum appellant, & illi decimas menſura non pondere perſoluunt. Vide Turnebum in Ciceron. de Legib.

ſabina Imperatrix Adriani Imperatoris Romani vxor quæ ſeruilibus iniuriis ab eo affecta adiit mortem voluntariam, quod tam immane ingenium, humaniq́ue generis perniciem (multos enim Adrianus cruenta morte extinxit) matrimonio ſibi coniunxiſſet. Author eſt Sextus Aurelius.

ſabini, populi in quarta Italiæ regione, non procul à Roma, à religione & cultu Deorum cognominati: quaſi Sabini ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι. Silius verò, à Sabo authore gentis, Sabinos dici putat, libro octauo. Hos Plinius Apennini iugis vallatos vtrinque ſcribit. Strabo Sabinos ait anguſtum incolere agrum, in longitudinem protenſum, à Tyberi vſque ad Veſtinos. *Sauini* etiam dicti ſunt, Plinio auctore.

ſabinianus, cos. cum Manlio Theodoro, anno vrbis 1058. Vide Samnites. •

ſabinianus, Papa, anno ſalutis 108.

ſabinillus, cos. cum Gallieno Auguſto, anno vrbis 1018.

ſabinus Aſidius declamator tempore Senecæ, lepido vir ingenio, quum ſententiam Leonidæ ad trecentos retuliſſet, *Ego*, inquit, *illi ad prandium promiſiſſem, ad cœnam renuntiaſſem* Seneca ſuaſoria ſecunda.

ſabinus, Veſpaſiani frater, interfectus à Vitellio. qui Veſpaſiano res contra Iudæos gerente, poſt Othonis mortem, Capitolium cum æde Iouis occupauerat.

ſabinus, ſophiſta, ſub Adriano principe, ſcripſit Iſagogen ad materias & hypotheſes, declamationum libros quatuor, præterea in Thucydidem enarrationem. Suid.

ſabinus Maſurius Iuriſconſultus, *ſcripſit Faſtorum* & memorabilium rerum libros.

ſabinus Syrius memorandæ fortitudinis, qui tempore Titi, primus Hieroſolymæ muros aſcendit, Ioſeph. lib. 6. cap. 1.

ſabinus Tyro, ſcripſit περὶ κηπουρικῶν, id eſt, de hortenſibus Plin. lib. 19. cap. 10.

ſabinus cos. cum Meſſala, ann. vrbis 966. iterum cum Anulino biennio pòſt.

ſabis, fluuius eſt inter Belgas, qui Neruios irrigat & in Moſam fluuium penes Condruſios ſeu Mamutcium oppidum Leodienſium influit. Hodie Sambram vulgus nominat. *Sambre* hodie etiam Leſſabæo.

ſabiuſa, porta dicebatur, quæ rectà in Sabinos ducebat.

ſablones Antonino, *Sambeck* vicus Simlero circa Moſam prope Traiectum ſuperius.

ſabota, vrbs Arabiæ in monte excelſo, à quo octo manſionibus differt regio eorum thurifera.

ſabonam vocat Bruſchius *Brixen* Germaniæ vrbem in Alpibus ſitam, & epiſcopali ſede decoratam. Hanc Niger tradit *Bretina* Ptolemæo eſſe. *Sabiona* legit Simlerus in vita Ingenuini, & *Sebatum* Antonini eſſe dicit, atque *Brixinam* Minorem deſignari, vbi olim epiſcopi ſedes, & non *Brixinam*, vbi nunc eius ſedes eſt, eam enim *Sublauio* Antonini eſſe tradit.

ſabriana, æſtuarium Britannici maris. Ptol. lib. 2. cap. 3. cui etiam eſt Angliæ fluuius, qui Anglia

glis *Sauarne* dicitur, & *Hafren* Britannis, Humfredo teſte.

ſabrina, fluuius. Cornel. Tacit. lib. 12. vulgò *Seuerne*.

ſabura, Iubæ Numidarum regis præfectus, & ſecundum ab illo locum obtinens præmiſſus fuit cum paruis copiis, vt Curionem illideret ad pugnam, ſimularetque ſibi commiſſum eſſe bellum, & regem receſſiſſe, qui tamen cum omnibus copiis inſequebatur. Lucan. lib. 4.

Mittitur exigua qui prælia prima laceſſat
Eliciatq; manu, Numidis à rege ſecundus
Vt ſibi commiſſi ſimulator Sabura belli. Vide & Cæſarem de bello ciuili lib. 2. A. P. Sitio interfectus eſt, vt videre eſt apud Hirtium comment. de bello Africano.

ſabus, primus Aboriginum rex, à quo Sabini dicti, vide Turneb. in 2. Cic. de Legib.

ſabus, vir illuſtris, ferè ſtatim à diluuio Sabęam Arabiam fœlicem tenuit. Beroſ. lib. 4.

ſabilius, Gelæ vrbis Siciliæ tyrannus, poſt à ſeipſo interfectum Cleandrum. Herodot. lib. 6.

ſacæ, apud Steph. & Sacis fœmininum, Scythiæ populi quos Herod. tradit vocari à Perſis omnes Scythias: item Plin. lib. 6. c. 17. Vltra, inquit, ſunt Scytharum populi, Perſæ illos Sacas vniuerſos appellauêre à proxima gente, antiqui Aramæos: Scythæ ipſi Perſas, Chorſatos. Strab. li. 11. Vide Sacarum. *Belor* deſertum in eorum loco ponit Mercator. *Sas* à Nigro horum tractus vocatur. Hanc *Seba* in ſacris literis vocari ait Ar. Montanus.

ſacamaza, Ptol. lib. 4. c. 3. Vicus ſyrtis magnæ vulgò *Zedicho*. lege ſacazania.

ſacarbantia, Pannoniæ ſuperioris vrbs, Ptol. Latino, Lazius hanc *Gutmendi* vocat, eámque ad Narbonem fluuium ſtatuit. ſimlerus *Scarpring* necnon *Ordenburg* interpretatur.

ſacarum, Aſiæ regio, Ptol. lib. 6. cap. 13. vltra mare Caſpium, ſogdianis contermina, in qua nec vrbes, nec vicos eſſe teſtatur: cuius incolæ nemora & ſpecus habitant, ſagittandi arte periſſimi, qui olim Bactriana prouinciam occupauere, & optimam Armeniæ regionem. (ſtrab. li. 2.) atque vſque ad Cappadocas proceſſerunt. ſed quum ex ſpoliis feſta celebrarent, Perſarum imperatores noctu eos adorti, funditus deleuêre. Vide ſacæ. Hos quidam ſacaſſanos vocant.

ſacaſſani. Vide ſacarum.

ſaccheni, populi Arabiæ. ſtephan.

ſacer mons, locus ad tertium milliarium ſupra Anienem, quem plebs Romana poſt reges exactos, dum à potentioribus premeretur, occupauit. Cic. in Bruto, & ibi creati ſunt tribuni plebis.

ſacerani, appellati fuerunt Reate orti, qui ex ſeptimontio Ligures ſiculoſque eiecerunt, dicti, quod vere ſacro nati eſſent. Vide ſacrani.

ſabacha, ciuitas in tribu Iuda, Ioſ 15. Lat. vmbraculum, ſiue operimentum, vel protectio, aut vnctio: vel ſyriacè ſpeculatio.

ſachalitæ, populi Indiæ, vnde ſachalites ſinus in quo Pelagiæ ſeptem inſulæ iacent. ſtephanus.

ſacha nomen viri. 1. Par. 11. qui 2. Reg. 23. dicitur ſarar. 1. Par. 26. Lat. merces, ſiue pretium, aut ſicera, vel ebrietas.

ſacon. Vide Potamoſacon.

ſacros, vicus Pieriæ in Lacedęmone: ſic dictus, quod incolæ ſcutum, *σάκος* Græcis dictum, primi inuenerint, Gentile, ſacius. ſteph.

ſacra Inſula, circa Hiſpaniam, eſt apud Auienum in ora ſua maritima.

ſacra via vocatur, quæ Eleuſinam Athenis ducit, Athenæus 13.

ſacra ſolis, Arabiæ felicis promontorium: Ptolem.

ſacrani, populi Italiæ Romæ vicini, qui à Corybante quodam, magnæ Matris ſacerdote, ea loca tenente, initium duxerunt: à ſacrificando dicti. Coribantium enim erat Matri deûm ſacra facere. ſeruius tamen Ardeates intelligi putat, propter ver ſacrum, quod apud eos immolationis genus erat, quo grauibus periculis adducti, vouebant, ſe diis ſacrificaturos quæcunque proximo vere apud ſe animalia nata eſſent. ſeruius in 7 Æneid.

ſacra via, in vrbe Romana, vocitata eſt, quòd in ea ictum ſit fœdus inter Romulum & Tacitum. Hac triumphantes in Capitolium ibant: tendebat autem à regia vſque ad arcem: Hanc Horatius ſacrum cliuum nuncupauit.

ſacrifici, *ἱεροποιοὶ* apud Athenienſes vocabantur (vt notat Vlpianus in oratio. Demoſth. ad Mediam) qui ſacrificantes obſeruarent, ne quam in ſacrificiis fraudem committerent: prouidérentque ne victima debilis eſſet, & parum idonea, tribus autem Eumenidibus tres ſacrificos ab Areopago fuiſſe delectos, quia eorum ſacra Areopago eſſent commendata.

ſacrum promontorium, Luſitaniæ locus. Ptol. lib. 3. cap. 2. Caput ſancti Vincentij hodie dicitur, vbi Cuneus ager.

ſacrum nemus, in quo Tacitus 4. Annal. Ciuilem Batauos vocaſſe ſcribit. Althamerus ait ex Marliano extare in Hollandia, in finibus Ageducis vici.

ſacrum promontorium, Corſicæ inſulæ eſt Ptol. quod *Cabo Corſo* Leander vocat. *Sego* Pinetus nominat.

ſacrum promontorium, habet Ptol. in Lycia regione. Hoc ſophianus *Chelidoni Capo* appellat.

ſacrum Cæſaris, vel ſacrum Cereris, Galliæ Celticæ ciuitas, vulgò *Sancerre*.

ſadalis, vrbs Ægypti: Gentile, Sadalites. Stephan.

ſadrageſilius, Dagoberti Regis Franciæ præceptor qui tam fauit fortuna, vt ex ludimagiſtro Dux Aquitaniæ factus fuerit. Volat.

ſaducæi, dicti inter Iudæos qui Saducæum quendam magiſtrum legis ſequentes, neque reſurrectionem credebant, neque angelos, neque ſpiritus Hiſt. Euangel.

ſadoc filius Achitob. 2. Reg. 8. Par. 6. Eſt & nomen ſacerdotis, 2. Reg. 16. Filius item Merazoth. 1. Par. 9. Lat. iuſtus aut iuſtificatus.

ſadyates, Ardyos filij Gygis filius, qui Herodoto libro hiſtoriarum 1. poſt patrem regnauit in Lydia.

ſædene, mons Cumæ: Gentile, Sædenus, & regio Sædene. Steph.

ſæna Tuſciæ mediterraneum oppidum. Ptol. *Siena* hodie dici & *Coloniam Senenſem* Tacito vocari docet Orlandius.

ſænos, Synarum fluuius. apud Ptolem.

ſæpinum, vrbs Samnitum. Hodie *Sepinum*. Ptol. lib. 3. cap. 1.

ſætabis, fluuius. Ptol. lib. 2. cap. 6. Auguſta Valeria alio nomine dicta. Sectanis olim, nunc *Xatiua*.

ſetæ, Indiæ populi, quos argento abundare docet Plin. lib. 6. Fertiliſſimi, inquit, ſunt auri Dardæ, Seræ argenti. Sed omnium in India propè non modò in hoc tractu potentiam claritatémque vincunt Praſſi, ampliſſima vrbe, ditiſſimáque Palibotra.

ſagæ idem qui Sacæ antea dicti. Mela. lib. 3. Sagala, Indiæ intra Gangem vrbs, quæ *Euthymedia*. Ptol.

ſagalaſſus, vrbs Piſidiæ. Vocatur etiam Selgeſſus. Gentile, Sagalaſſeus & Sagalaſſenus. Stephan.

ſagana, nomen veneficæ mulieris quæ Varum puerum prætextatum ſuis veneficus faſcinauit. De qua ſic Horat. *At expedita Sagana per totam domum ſpargens auernales aquas horret capillis.* Eiuſdem ceu necromantidis, meminit ſatyra 8. libri primi.

ſagaræi, populi Æliano, qui camelorum certamen in honorem Mineruæ inſtituunt.

ſagaraucæ, gens Scythiæ, Ptolem. intra Imaum.

ſagaris, Ptolemæo & Straboni fluuius Aſiæ, qui ex Dyndimo Galatiæ monte naſcens, & per Phrygiam Bithyniámque flexuoſo curſu delatus, tandem influit in pontum Euxinum. Ouid. 4 de Ponto. Eleg. 10.

ſagartia, Cherſoneſus iuxta mare Caſpium: Gentile, Sagartij.

ſage, nomen viri, 1. Par. 11. Lat. ignorans ſiue comprehendens, aut attingens: vel Syriacè, multus ſiue multiplicans.

ſagitta, ſignum cœleſte, Plin. lib. 18. capite 16.

ſagittarius, ſignum cœleſte, quem alij Centaurum Chironem arbitrantur, alij Crocum filium Euphemis nutricis Muſarum & habitaſſe in Parnaſſo cum Muſis, & venationi incubuiſſe, vnde & vſum ſagittis & equo inſediſſe poſt mortem, precibus Muſarum, à Ioue inter aſtra relatum & varia forma conſcriptum. Idibus Februarij veſpere occidit, ac vehementer hyemat. Colum.

ſagras, fluuius in ora Magnæ Græciæ in Italia. Plin. cap. 10. de Locris, & Italiæ fronte, libro tertio, & Cicero libro ſecundo de natur. deorum.

ſaguntia, Ptolemæo libro ſecundo, cap. 4. & Plinio libro 5. capite 3. Hiſpaniæ vrbs. Vide Saguntus.

ſaguntus, vel Saguntum Steph. Hiſpaniæ ciuitas vltra Iberum fluuium à *Zacynthiis condita*, quam Annibal contra populi Romani fœdera diruens, belli Punici ſecundi ſuſcitauit incendium. Fuit item populi Romani fideliſſima ſocia, quam cùm Annibal contra eius fœderis obſidione premeret, maluerunt Saguntini ſe ſuáque omnia igni conſumere, quàm aut fœderati populi amicitiam deſerere, aut viui in hoſtis poteſtatem peruenire. Liuius belli Punici lib. 1. Hanc Stephanus *Zacantham* appellare videtur. hodie *Moruedro* dicitur: *Carthaginem Spartanam* (poſtquam ab Annibale direptâ eſſet) vocatam putat Appianus Alexandrinus.

ſahar filius Aſhur ex Halaa vxore, 1. Par. 4. Lat. lucidus aut candidus.

ſahar, filius Simeon filij Iacob. Gen. 46.

ſaharaim, nomen viri, 1. Paralipom. 8. Lat. nigri, vel turbidi, aut matutinantes, vel manè euntes.

ſai, Thraciæ populi, oppoſiti inſulæ Samothraciæ. Euſtath.

ſai, Arabiæ oppidum in Æthiop. ſub Ægypto apud Plin.

ſais, vrbs Ægypti iuxta vnum ex Nili fluminis oſtiis quod ab ipſa Saiticum dicitur: & Saitæ, populi in Ægypto: huius loci incolæ Mineruam colunt: Cic. 3. de Natura deorum. Ciues, Saites & præfectura Saitis: dicitur etiam Saitinus: & poſſeſſiuum, Saius, vel Saiticus. Stephan.

ſaitini, populi Aſiæ: de quibus ſic ſcribit Alexander ab Alexandro lib. 3. cap. 2. Genial. dier. ſicut Saitanis reges qui imperitarunt, intra ſepta templi ſepelire aſſuetum erat, hoc ſepulturæ genus optimum, pietatis vltimum officium æſtimantes.

ſaixæ, populi iuxta Iſtrum. Stephan. quid ſi Saxæ?

Sala, fluuius Hiſpaniæ, cuius aqua temperatur ferrum, atque acrius redditur. huius nominis fluuios duos habet Ptol. in Mauritania Tingitana, vterque ſe in Oceanum Atlanticum exonerat: vnum cis Atlantem minorem, alterum vltra eum deſcribit. Quis cis Atlantem eſt, à quibuſdam putatur eſſe idem cum *Buragrag*, quem Io. Leo. l. 3. habet. Curio ſcribit hunc à Ptol. *Sanen* appellari.

sala, vrbs teſtibus Solino & Ptolem. ad oſtium Salæ fluuij. Ortel. putat hanc *Sella* hodie eſſe. Eſt quoque *Sala* Turdulorum in Bætica vrbs: item Hircaniæ apud eundem Ptole. apud Herodot. 7. vrbs littoralis Thraciæ circa Hebrum fluuium.

sala, nomen ſex vrbium, & fluuij in Germania. Strab. lib. 7. Inter quem & Rhenum cùm Druſus Germanicus belligeraret, domitis hoſtibus rector oppetiit.

sala Germaniæ vicus non procul ab oppido *Kunighofen*, à quo Franci dicti ſunt Salici, qui circa hunc vicum & fluuium eiuſdem nominis habitarunt. Vtrùm leges Salicæ non ab iſto vico, ſeu fluuio, ſed à Sala dictione Franca, quæ Latinè palatium, ſeu aulam ſignificat, hoc nomen habent. Munſt. lib. 3. Coſm.

sala, oppidum & fluuius Mauritaniæ. Pli. li. 5. c. 1. Duplex eius nominis oppidum amnis interſecat, vetus & nouũ, quod non ita procul ab Herculeo freto remotum, vrbem ſeptam nomine reſpicit. Vetus, anno 1514. multarum ædium ſtructura, & mercaturæ commodis admodum auctũ, arcem habet amplam, & eminentiori in loco turrim, *Summataſſem* dictam, quam eo potiſſimum nomine ædificarunt Saraceni, vt inde in Granatæ oram pateret aſpectus. Caſtrum huic ciuitati vicinum conſpicitur, in quo eſt magnifica Regum Feſſæ ſepultura. Hiſt. Afric.

sala, oppidum magnæ Phrygiæ, Pannoniæ ſuperioris atque Armeniæ maioris. Ptol. lib. 4. cap. 1.

salabaſtræ gentes ſunt circa Indum, Plin. li. 6. c. 20.

salaboni, nomen loci. 2. Reg. 23. Lat. vulpis intellectus, vel filius, aut vulpis ædificium, vel pugilli aut pugni ædificium vel intellectus: ſiue ſemita ædificij, vel intellectus aut filij.

salabria, quæ & Sarabræa, ciuitas eſt Cappadociæ. Ptol. lib. 5. c. 6.

salacia Neptuni vxor. Auguſtin. 7. de ciuitate Dei. *Iam vtique*, inquit, *habeat Salaciam vxori Neptunus, quam inferiorem aquam maris eſſe dixerunt.* Feſtus verò, *Salaciam dicebant Deam aquæ quam putabant ſalum ciere, hoc eſt, mare mouere, quo vocabulo poëtæ pro aqua vſi ſunt. Pacuuius: hinc ſanitiam Salaciæ fugimus.* Gloſſarium, *Salacia, ἀμφιτρίτη νηρηΐς.* Salacia rectè exprimit Homeri *ἁλοσύδνην*. Illa enim *ὅτι τὴν ἅλα σεύει*, hæc ſimiliter à ſalo ciendo, quanquã Seruius ab aqua ſalſa Salaciam dictam velit. Vſurpatur & Salacia pro receſſu maris. Romani reciproca maris incrementa aut decrementa Veniliam & Saliciam appellabant: Veniliam acceſſum ſeu exaſtuationem maris, quod ad littus veniret, Salaciam receſſum quod ad Salum rediret: Vide Varronem de lingua Latina & in illum Scaligeri notas: vt & Gyraldum ſyntagmate quinto.

salacia, Turdetanorum in Luſitania vrbs, apud Ptol. & Pli. qui eam *Vrbem Imperatoriam* cognominat, *Setubal* Cluſio, ſed *Alcaſal de ſal* Varrerio.

salacon, vir, qui cùm pauper eſſet, ſe diuitem ſimulabat. Suid. Huius meminit Cicer. 7. Epiſt. Ab hoc natum prouerb. Salacones.

saladinus, Turcarum rex bellicoſiſſimus, circa ann. ſalu. 1180. cum Chriſtianis per xxx. amplius annos varia fortuna bellum geſſit, ſæpius tamen victus, quàm victor, donec Balduino Hieroſolymorũ rege mortuo multis partibus ſuperior, Hieroſolymam cepit, eiuſq; regno finẽ impoſuit. Ægyptum Syriamq; imperio ſuo adiecit.

salæ, gens Colchidis, antiquis *Phthirophagi* dicti, inquit Plin. li. 6. uide Taprobana.

salai, mater Azuba, 3. Reg. 22. Lat. Miſſio vel mittens ſiue ramus, aut propagines, vel telum aut arma: vel Syriacè, ſpolians vel ſpoliatus.

salamantica, oppidum eſt in Orientali tractu Luſitaniæ, in Hiſpania Vettonum, vulgò *Salamanca*.

salamiel, filius Suriſaddai, princeps ſuæ tribus Simeon. Num. 1. Lat. pax ſiue perfectio aut retributio Dei.

salamij populi Arabiæ, ſic dicti, quòd fœdus cum Nabathæis pepigerint. Salama enim pacem ſignificat. Steph.

salaminus, vnus ex iis diis qui Idæi appellantur. Lil. li. 6. Hiſt. Deorum. S nt.

salamin, ſiue Salamis, Stephano & Salamina hodie Coluri, inſula in Euboico mari contra Athenas ſita, in qua vrbs eſt eiuſdem nominis vbi Telamon Aiacis & Teucri pater regnauit. Tacit. lib. 3. Horat.

salamis, Ptolemæo Cypri vrbs, quæ Plinio *Salamine* Stephanus eam *Conſtantiam* dici ſcribit, idem D. Hieronymus tradit, & addit eam Traiani Imp. tempore à Iudæis deletam, interfectis omnibus eius accolis. Curchinus dicit eam ſub Heraclio Imp. à Saracenis captam, funditùſque exciſum, neque poſteà vnquam habitatam: Euſebio auctore de præparatione Euangelica. *Cerenia* antiquiſſimis temporibus vocata fuit hodie *Famagoſta* dicitur, vt Niger autumat.

salamis, Ptolemæo inſula prope Pelopo-

neſum in ſinu ſaronico, Nigro & ſophiano teſtibus, nunc *Coluri* appellatur. Hæc inſula quondam, vt Strabo tradit, *Cychria Sciras* & *Pityuſſa* dicta fuit: item *Opius* vt Euſtathius refert. *Draconis inſulam* à Lycophrone appellari ſcribit eius Commentator Euſtathius, quòd eam primò Draco fera occupârit. *Salaminam* eam Hyginus vocat, & dicit ab Apollonio *Atthida* nominari. In hac Salami Bocarus fluuius eſt, qui & Bocalias dictus, vt Strabo refert, hunc *Byrina* Italicè vocari ſcribit Euſtathius.

ſalamis regio, non procul à Cyro ſita, ab hæreſi Marcioniſtarum oppreſſa apud Calliſtum 13. cap. 27.

ſalampſij, Mauritaniæ Cæſarienſis populi, Ptolem.

ſalanga, mons altiſſimus mari imminens, inter Britanniam & Hiberniam, à Salanga Bartolani primi habitatoris Hiberniæ filio dictus. Mons domini alio nomine vocatur hodie.

ſalaphitanum, vrbs Africæ propriæ. Plin. lib. 5. cap. 4.

ſalangus, gens Italiæ. Eſt etiam alia Indiæ, Stephano.

ſalaniana, Luſitaniæ oppidum, inter Eboram & pacem Iuliam. Anton.

ſalapæi, Thraciæ populi. Appian.

ſalapeni, Arabiæ felicis gens. Ptol.

ſalapia, vrbs Apuliæ, Plin. lib. 3. cap. 11. hodie *Salpi*. Salapinam Paludum habet hoc tractu Lucanus lib. 5.

ſalapia, vrbs in Brunduſio agro. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. vlt.

ſalapuſius à ſale & puſius compoſitum nomē. Puſius enim, ſiue puſus & puſio, apud Latinos dicitur puer. Quo nomine dictus eſt Caluus, Catulli familiaris tanquam puer, ob ſtaturam puerilem, plenus ſalis & oratoriæ mordacitatis.

ſalaria via, Romæ dicta, quòd per eam Sabini ſal à mari deferebant. Sipontinus.

ſalaria, Baſtetanorum vrbs, & Oretanorum, Ptolem. in Hiſpania Tarraconenſi. *Sirueli* Cluſius vocat.

ſalars, inſula Libyæ: Gentile Salarſius. Steph.

ſalas, Straboni Germaniæ flumen, inter quod & Rhenum Druſus occubuit. *Saal* hodie vocatur.

ſalaſſi. Ptol. lib. 3. cap. 1. populi Inſubriæ hodie Marchia Saluſſianorum, Strab. lib. 4. vulgò *Saluſſes* aliis. *La Val d'Oſte*. Eorum regio Germanis *Augſtall* vocari ſcribit Scudus. *Salaſſos* à Polybio *Laos* appellari tradit Merula.

ſalathi, nomen principis militum, 1. Para. 11. Lat. vmbra, ſiue tinnitus, aut aſſans vel torrefaciens: aut Syriacè orans.

ſalathiel, pater Zorobabel ducis Iuda. Agg. 1. 2. Eſd. Filius Iechoniæ filij Ioachim. 1. Paralipomenon 3. Lat. poſtulatus ſiue commodatus Dei.

ſaldæ colonia, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, Ptolemæo, lib. 4. ca. 2. hodie *Alger* Caſtaldo, *Tadelis* Mercatori. Cuius ſententia videtur probabilior.

ſalduba, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum, item & Tarraconenſis. Ptol. Pli. Melæ eſt item flumen, quod hodie *Guadalquiuirreio* vocari Cluſius auctor eſt.

ſale. Ptolemæo, *Sale* Ammiano, vrbs Hircaniæ.

ſale, filius Arphaxad. Gen. 10. Luc. 3. Dicitur filius Cainan filij Arpaxad. Lat. miſſio vel mittens, &c. idem quod Salai.

ſalebim, nomen loci, Iudic. 1. 3. Reg. 4. Lat. reſpiciens corda, ſiue pugillus aut vulpes vel ſemita in mari.

ſalecha, ciuitas in Baſan, Ioſue 12. Dicitur & Salecha. Lat. caniſtrum tuum, aut eleuatio vel conculcatio tua.

ſaled filius Nadab, filij Semei filij Onam, 1. Par. 2. Lat. afflictio, vel Syriacè calefactio, aut aduſtio.

ſaleius Baſſus, Lyricus poeta, cui propter ingenium ſingularémque eruditionem, aut quinquaginta ſeſtertia Veſpaſianus Imperator eſt largitus. Corn. Tacit. in *dialogo de claris Oratoribus*.

ſalem, i. Conſummata, perfecta, completa. LXX. interpretantur pacem, nomen vrbis in Sichimis, quæ eſt in terra ſamariæ, ciuitas Iacob, ſita in finibus Ephraim. Videtur quoque dicta ſichem. Hæc non eſt Ieruſalem, Geneſ. 33. Alia fuit ſalem. Vide Ieruſalem.

ſalemoth, nomen viri, 1. Par. 24. Lat. pacificatio ſiue perfectio, aut retributio.

ſalenæ Gatyeuchlanorum oppidum in Albione inſula. Ptol. *Salndy* Camdeno.

ſaleni, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi apud Cantabros, Pomp.

ſalentini, populi in finibus Italiæ, proximam Apuliæ peninſulam incolentes, quæ eſt inter Tarentinum ſinum & fauces Adriatici protenſa, circa Brundugum & Rudias in Iſthmum contracta latum ſtadia circiter trecenta. Dicta à ſalentino promontorio, in extremis eius peninſulæ finibus ſito, quod ἄκραν ἰαπυγίαν appellant. Feſtus tamen à ſalo dictos mauult fortaſſis ob id, quod penè circumquaque mari ambiantur, tenui tantùm Iſthmo continenti annexi. Ortos autem putat à Cretenſibus & Illyricis, qui ſocietate cum Locrenſibus inita, ibi in locis conſederunt. Hinc ſalentinus, na, num. Virgil. tertio Æneidos, vulgo *Terra d'Otranto*. *Salentini*, per a in ſecunda legunt vetuſta numiſmata, vt patet apud Goltzium: per duplex ll ſcribi Tabulis Capitolinis docet ſigonius.

Digitized by Google

Steph. *Sallentiam* vrbem habet in Meſſapiis.

ſalentinus locus Salentinorum, iuxta Anduriam oppidum. Hic ad margines vſque plenus, neque exhauſtis minuitur, neque ſuperfluis augetur aquis.

ſaleph filius Iectan, Gen. 10. Lat. euaginans, vel euellens, aut diſcalceans.

ſalera, oppidum in Africa propria, à Scipione occupatum. Liu.

ſalernum, Picentinorum oppidum in Italia.

ſaleſij. pars Pæonum, Steph. Fortè qui hodie Sileſij, vel Sleſij vulgò.

ſaletes, vna ex Iouis filiabus quam Nilo ortam Mineruam Ægyptij fabulantur. Alex. ab Alex. Genial. dier lib. 6. cap. 4.

ſaletio, vrbs Germaniæ, ſex milliaribus infra Argentoratum. Huius meminit Antonin. in libro Notitiarum. Hanc *Saleſiam* in Francorum Annalib. dici, & hodie *Selza* vocari tradit Rhenanus.

ſalganeus, Perſarum dux à Metabate non procul ab Euripo interfectus. Strab. lib. 9.

ſalganeus, vrbs Bœotiæ Euripo contigua, poſt Chalcidem ſita. Inde Salganius vel Salganeites, & Salganeus Apollo. Steph.

ſalgas, fluuius & vrbs Salga, in Mauritania: Gentile, Salgæus, aut Salganus. Steph.

ſali, Sarmatiæ Europææ populi, apud Ptol.

ſalia, fluuius Hiſpaniæ ad oram Britannici maris à quo Salieni accolæ dicti, quos Selinos Ptolemæum lib. 2. cap. 6. nominaſſe exiſtimat Hermolaus. Pintiano in Melam *Sanga* eſt, qui eum recenti eri vocabulo *Saia* vocat.

ſalica lex. Vide Salij.

ſalica, inſula nunc vocatur, quæ olim Taprobane Steph.

ſalica, Oretanorum in Hiſpania vrbs. Ptol.

ſaltci, populi in Cordubenſi conuentu. Plin. lib 3. cap. 1.

ſalij ſacerdos Martis, numero duodecim, à Numa Pompilio primùm inſtituti, tunicíſque pictis, æneóque pectoris tegmine exornati. Salij dicti, quod ſalientes ancilia per vrbem circumferrent. Vocantur etiam Saliſubſuli à Catullo Epigram 17. ad Coloniam. Virgilius verò etiam Euandri temporibus eos fuiſſe dicit lib 8. niſi hæc poëtica licentia dixerit, ad ſua tempora reſpiciens.

ſalij Germaniæ populi, qui & Franci dicuntur, eius regionis incolæ, quæ vulgò Franconia vocatur. Sidonius. *Salius pede, falce Gelonus.* Ammianus Marcellinus lib 17. de Conſtantio ſcribens: Quibus, inquit, paratis petit primos omnium Francos eos videlicet quos conſuetudo Salios appellauit Andreas Althamerus in Tacitum, ſuſpicatur ita fuiſſe nuncupatos à Sala fluuio, Franciæ enim illa Orientalis irrigatur fluminibus Mœno, Radantia, Æſto, Sala, Sinna, & Tabero. Hi Gallis expulſis, eorum ſedes occuparunt, Franciámque de ſuo nomine appellarunt. Ab his Saliis quoque Alciatus, legem Salicam nomen duxiſſe, quaſi dicas Francicam.

ſalim, nomen loci 1. Reg 9. Ioan. 3 filius Roboam. 1. Par. 11. Lat. vulpes, pugni aut pugilli, ſiue pugni, vel ſemitæ.

ſalinæ, arum, vrbs Siciliæ iuxta Lilybæum, palmis abundans, quòd iuxta eam ſalinæ fuerint, id eſt, foſſæ in quibus fit ſal. Item Suetriorum in Alpibus maritimis oppidum. Hodie *Saluces* quibuſdam. Eſt item Daciæ vrbs. Ptol.

ſalinum, Pannoniæ inferioris vrbs. Ptolem. Niger eam *Theth* appellat Simlerus *Adam* nominat, & eandem putat cum ea, quæ apud Antoninum *Vetus Salinas* inſcribitur.

ſaliocanus, portus Galliæ, vrbs Ptol. lib 2. c. 8. vulgò *S. Paul* &c. Apud Ptolem. legitur, ſtaliocanus.

ſaliſa, regio eſt Reg. 9. Lat. trina ſiue principalis, aut ternaria, vel principiſſa aut ducilla.

ſaliſi, populi Alpini, Boiis, Heluetiíſque finitimi, quos Cato Tauricæ gentis eſſe arbitratur, Salaſſos rectiùs appellaueris, hodie *die Ongſtaler.* Meminit eorum Strabo lib. 1.

ſaliuncanus portus maritimum Galliæ Celticæ oppidum, in ea parte, qua Britanniam inſulam ſpectat. Ptolem. li. 2. cap. 8. lege, ſtaliocanus.

ſalinus, nomen Arcadis, qui ab Ænea in Italiam tranſuectus, iuuenes Italos ſaltationem docuit. Polemon.

ſaliſſo, oppidum inter Treuiros & Argentoratum. Anton.

ſaliunca, Autrigonum vrbs in Hiſpania, Ptolemæus.

ſallem, filius Nephthali. Gen. 46. qui ſallum 1. Para. 7. dicitur, Lat. pax, ſiue perfectio, aut retributio.

ſalluſtius, inſignis orator & hiſtoricus Romanus, qui mutuas geſſit inimicitias cum Cicerone: quorum odium vide in duabus inuectiuis vtriuſque. Eius opera extant.

ſalluntum, Dalmatiæ vrbs. Anton.

ſallyes, Galliæ Narbonenſis populi, circa aquas Sextias. Strabo, *Ceux d'autour d'Aix en Prouence. Saly* Plinio ſunt, & *Salices* Ptol. *Saluios* vocat Liuius, & *Salluuios* Ammianus Marcellinus.

ſalma Arabiæ deſertæ & fœlicis tria oppida, apud Ptol.

ſalmacis, vrbs Cariæ. Steph. & Arrian.

ſalma, filius Naaſſon filij Aminadab, 1. Par. 2. qui ſalmon & ſalma in fine 4. c. Ruth. dicitur filius item Hur primogeniti. Caleb. ex Ephrata cócubina, 1. Par. 2. idé ſignifi. quod ſalla

Salmacis fons Cariæ limpidiſſimus, iuxta Halicarnaſſum, eo nomine olim malè audiens, quòd lauantium in eo, aut ex eo bibentium corpora effœminaret. Cuius rei rationem poëtæ ad huiuſmodi referunt fabulam. Salmacidem Nympham fuiſſe fonti huic præſidentem, quæ Hermaphroditi Mercurij & Veneris filij, pueri formoſiſſimi, amore capta, cùm nullis eum blanditiis ad concubitum poſſet adducere, ſimulato diſceſſu ſeſe poſt vepres occultauit: cúmque vidiſſet illum, qui ſolum ſe eſſe exiſtimabat, poſitis veſtibus fontem ingreſſum eſſe, ſubitò accurrens, abiectis indumentis, arctiſſimè eum complexa eſt. Verùm cùm ne ſic quidem obſtinatum iuuenis animum poſſet inflectere, à ſuperis dicitur petiiſſe, vt ex duobus corporibus in vnum redigerentur. Quibus precibus vix finitis, ambo vnum in corpus coaluerunt, ita tamen vt ſexus vterque integer remaneret. Quam corporis ſui mutationem cernens Hermaphroditus parentes ſuos dicitur inuocaſſe, & ab iis ſummi muneris loco petiiſſe, vt ea fonti natura maneret, vt qui vir eum ingrederetur, ἀνδρόγυνος, hoc eſt, vtrumque ſexum habens, inde exiret, Ouid. 4. Metam. Vide Hermaphroditus.

Salman, nomen regis cuiuſdam, de quo Oſeæ 10. Latinè pacificus, ſiue perfectus aut retribuens.

Salmana, rex Madian Iud. 8 Pſal. 82. Lat. vmbra prohibita, aut vmbra vel imago commotionis, vel tinnitus commotionis, vel ſubmerſio prohibitionis aut commotionis.

Salmanaſar, rex Aſſyriorum, 4 Reg 17. Lat. pax ligata, ſiue perfectio aut retributio ligata: vel pax aut perfectio ſiue retributio nunc ablata, vel nunc recedens.

Salmantica. Ptol. lib. 2. cap. 5. alio nomine Salamanca Luſitaniæ vrbs. Vide an ſit *Elmantica* Stephani & Salmyca.

Salmeni gens ſolitaria. Steph.

Salmias, nomen viri, 1. Eſd. 10. Lat. Pax Domini ſiue perfectio aut retributio Domini.

Salmon, filius Nahaſſon filij Aminadab Ruth. 4. qui & ibidem, & 1. Par. 2. dicitur Salma, Lat. pacificus, ſiue perfectus aut retribuens.

Salmō, ciuitas maritima Cretæ inſulæ, Act. 27.

Salmon, Hellanicus vocauit ciuitatem Bœotiæ, quæ propriè ἄλμων vocatur. Steph. in Almō. Et alibi σάλμων (inquit) vrbs eſt Bœotiæ, cuius ciues Salmonij.

Salmona, Auſonio fluuius eſt, quem Moſella excepit. *Salm* hodie, Scaligero teſte.

Salmaſtus, vrbs Perſidiæ, dierum circiter octo itinere ab Niniue poſita, verſus Orientem. Maſius in libello Moſis de Paradiſo.

Salmona, locus in quo caſtrametati ſunt filij Iſraël profecti de monte Hor, Num. 33. Lat. vmbræ munus vel numerus, ſiue tinnitus numeri vel muneris, aut imago noſtra.

Salmone, vrbs Piſatidis, & fons eiuſdem nominis à Salmoneo rege. Ciuis Salmoneus, vel Salmonites. Steph.

Salmoneus, Æoli filius, non regis ventorum, inquit Seruius, ſed cuiuſdam apud Elidem, vbi regnauit, qui cùm regia maieſtate contentus non eſſet, conatus eſt ſe Deum ſuis oſtendere, & fabricato æneo ponte ſublimi, adeò vt Elidis partem deſuper tegeret, ſuper eo agitabat currus ad imitanda tonitrua: & in quem iaculatus eſſet facem, eum iubebat occidi. Ob quam ſuperbiam Iupiter iratus, eum vero fulmine ad inferos deturbauit. Virgil. Æneid. lib. 6.

Superborum principum typus.

Salmox. Vide Salmon.

Salmoxis (aut potiùs Zalmoxis) Herodot. li. 4. dæmon quidam Thracum. Vide in Z.

Salmyca, vrbs iuxta Herculis columnas: Gentile: Salmycenus. Steph. Vide Salmantica.

Salmydeſſus, ſinus Ponti: Gentile, Salmydeſſius, & Salmydeſſenus. Stephan.

Salos, Strab. lib. 7. littus Dalmatiæ, & emporium. Vide Sala & Salonæ.

Salo, onis fluuius apud Celtiberos, non procul à Bilbili oppido, ferri temperatura nobilis, Iuſtin. ex Pompeio lib. 44. hunc fluuium, *Bilbilin* vocat. Antoninus quoq; hoc tractu *Aquas Bilbitanorum* habet, quas vide ſuo loco *Xalon* etiam vulgò, teſte Arria Montano Fauolio *Aruilata*, *Salona* Sophiano eſt. *Spalato* Hermolaus nominat Diocletianum Imp. hic quondam palatium habuiſſe ſcribunt auctores. Niger dicit Salonas interiiſſe, & loci nomen tamen manere, eſſe verò ibidem arcem hodie *Cliſſa* nomine. *Colonia, Marcia Iulia Salona* vocatur in antiquo Epigrammate, quod habetur apud Mazonium.

Salo, filius Moſullam. 1. Par. 9. Lat. caniſtrum, vel exaltatio, ſiue conculcatio aut æquiparatus.

Salobriaſæ, populi ſunt circa Indiam, Plin. li. 6. cap. 20.

Salodurum Antonino, & ex veteri eius loci inſcriptione, oppidum Heluetiorum. *Solothurn* incolis dictum, Scudus & Rhenanus. vide Solothurum.

Salome, filia Antipatri, Herodis filij.

Salome mulieris nomen. Marc. 4.

Salom, pater Ahihud principis filiorum Aſer. Num. 34. Lat. pacificus, ſiue perfectus aut retribuens.

Salomith, filia Zorobabel filij Phadaiæ, 1. Par. 3. & 53. Filius Roboam. 2. Par. 11. Lat. idem ſignificat quod Salomi.

Salmon, vel Solomon, i. pacificus, filius Dauidis, rex Iudææ, omnes ſuæ ætatis homines doctrina antecellens: is Hieroſolymis templum orna-

ornatiſſimum extruxit, quod de eius nomine vocatum eſt, tandem ad idololatriam ab vxoribus & concubinis faſcinatus defecit: qua de cauſa ejus regnum paulò pòſt eſt laceratum, vt ex hiſtoria ſacra liquidò conſtat.

Salomon, Vngariæ Rex Hunnos ingenti multitudine Pannoniam ingreſſos fudit: cum Græcis Bulgariſque congreſſus, eos ingenti clade ſuperauit: tandem à Geiſa quodam bello ciuili ſuperatus, & regno exutus eſt, ſub anno ſalutis 1075.

D. Salomon, *Britanniæ Armoricæ* princeps martyrio coronatus. Sigebert. in Chron.

Saon, Strab. lib. 12. regio Bithyniæ, paſcendis bobus idonea. Vnde & Salonenſis caſeus. Stephano, vrbs Bithyniæ, qui inhabitat, Salonites vel Saloneus vocatur. Steph.

Salona, oppidum eſt in Prouincia medio itinere inter Auenionem Cauarum & Phocenſium Maſſiliam, nobilitatum Crucea lapidea. Craucea, eſt planities. quæ cùm quinquaginta milliaria per circuitū habeat, non poſſis tamen digito terram tangere, quin te ſaxum impediat: tantus eſt lapidum (quos ex Herculis pugna relictos fabulatur) in ea planitie numerus. Sunt & apud Salonam Marij monumēta & Cęſaris: nempe callata via, murus Marius, Auguſti lapides, & miſſilia multa paſſim inueniūtur. gallicè *Salon de Craw.*

Salonæ, arum, Steph. vrbs Dalmatiæ, olim capta ab Aſinio Pollione: à qua & filium ſuum Saloninum appellauit.

Salonia. Vide Salon.

Saloniana, Dalmatiæ vrbs mediterranea. Ptolem.

Saloninus, Aſinij Pollionis Germanici exercitus ductoris filius, qui cùm pòſt captas Salonas Dalmatiæ ciuitatem primò lauream, pòſt etiam Conſulatum adeptus fuiſſet, eodem anno ſuſcepit filium, quem à capta ciuitate Saloninum vocauit, quem conſtat natum ſtatim riſiſſe: quod parentibus omen infelicitatis fuit. vixit enim perparum. Seruius.

Salphaad, filius Hepher filij Galaad filij Machir filij Manaſſe, Num. 26. 1. Paral. 7. Hebr. Salphahad. Lat. vmbra, ſiue tinnitus formidinis, vel allactionis aut ſubmerſionis formido.

Salpiæ. Ptolem. lib. 3. cap. 1. Apulorum vrbs in Ionio pelago. Salapia Plinio. Ac ſanè in Græcis codicibus legitur, σαλαπία.

Salpina, palus in Apulia iuxta Salpiam ciuitatem, meretricio amore Annibalis inclytam. Liu.

Salſos, amnis in Caſſandro Indiæ Plini. lib. 6 cap. 25. Item Hiſpaniæ flumen. Hirtio.

Salſubium, Latinis dictum eſſe illud Flaminiæ (nunc Romandiolæ oppidum) quod hodie *Caſtrocaro* vocant, ſcribunt Blondus & Leander.

Salſulæ, fons Narbonenſis Galliæ iuxta Ruſcinonem, ſalſioribus, quàm marinæ ſint, aquis defluens. Pompon. libro 2. vbi eſt arx munitiſſima regum Hiſpaniæ ditionis. Gallicè, *Salſes.*

Salſum, Hirtio flumen Hiſpaniæ eſt in Bętica, quod *Guadajo* hodie dici aſſerit Cluſius, addens etiam in eum influere riuulum, quod hodie *Rio ſalado* (quod Salſum ſonat) vocatur.

Saltiæ, populi iuxta pontum Euxinum, à veteribus ſic dicti aliter φθειροφάγοι vocantur.

Saltuares, inſulæ in Nymphæo ſitæ ſunt, ita dictæ quod ad ictus ſaltantium moueantur. Pli. lib. 2 cap 95.

Saltus Caſtulonenſi. Ciceroni & Cæſari in Bætica tractus, qui Floriano *puerto Muladar* dicitur, cui ſuffragatur Nauagierus.

Saltus Galliani, quos Aquinates cognominat Plinius, tractus Flaminiæ eſt, *Galeata* nunc nuncupari, & tres pagos comprehendere dicit Leander.

Saltus, prouinciæ Narbonenſis, vel *Saltuoſa* Prouincia olim Latinis dicta, quæ hodie Comitatus de *Sauls* vocatur, vt ſcribit Pinetus. Circa Auenionem eſt in Delphinatu.

Saltzburgum, Latinis Iuuania dicitur à iuuando. Nam Germanos Iulius Cæſar aggreſſurus, in faucibus montium arcem munitiſſimam extrui curauit, vt milites in ea refugium, & ſatellites iuuamen haberēt. Inde caſtrum Iuuanenſe, Germanicè *Helffenberch* appellatum eſt, Fluuius quoque, cui adiacet, Iuuarius dictus, arci nomen dediſſe à quibuſdam putatur, à quo & ciuitas Iuuania dicta eſt. Ptolemæo, ex ſententia L. Auentini, *Poedicum* appellatur. Eam Attila Hunnorum rex deſtruxit, & à Roberto Epiſcopo reſtaurata eſt anno 580. Munſter. Irenicus.

Salu, pater Zamri illius qui cum Madianitide occiſus eſt, Num 25. Lat. Caniſtrum, ſiue exultatio, aut conculcatio, vel æquiparatus.

Salur, Emporium in India intra Gangem. Ptol.

Salutaria, Syriæ aut Euphratenſis vrbs. lib. Notit.

Salua, Pannoniæ inferioris vrbs, Ptole. *Scalmar*, Lazio, duobus à Buda milliaribus, Auſtriam verſus.

Salue, oppidum in Libya interiori. Ptol.

Saluia, mater Apuleij.

Saluia, oppidum Tridentinum in 5. ab Italię regione. Ptol. *Aiza*, Leandro.

Saluius Fuſius inter eximij roboris viros recenſetur à Plinio lib. 7. cap. 20.

Saluius Iulianus, iuriſperitus nobiliſſimus, temporibus Commodi Cæſaris.

Salus, dea credita, vnde Salutaris porta, Romæ.

appellata, ab huius deæ æde, quæ proxima fuit.

ſaluſa filius ſuph filij Hem, 1. Paral. 7. Lat. trinus, vel principalis aut dux.

ſilutaris, vocatur pars Macedoniæ, Phrygiæ Palæſtinæ Syriæ & Galatiæ, teſte lib. Notit.

ſalyes, populi Occidentales, qui contra Romanos bellum geſſerunt. Steph.

ſalyes, ſunt populi, qui Salonam atque vicinos agros inhabitant.

ſama, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15. Nomen item viri. 1. Par. 8 Lat. audiens vel obediens.

ſama, filius Iechoniæ filij Ioachim 1. Par. 3. Lat. exauditus, ſiue ipſe exaudiens, vel obediens.

ſamaa, frater Dauid, 2. Reg. 22. Par. 6. Filius Merari. 1. Paralip. 6. 12. Lat. audiens, vel obediens.

ſamaa, filius Macelloth filij Abigabaō. 1. Par. 8. qui 9. dicitur Samaam. Lat. nominatus vel appoſitus, aut perditio, vel deſolatio.

ſamachias nomen viri, 1. Par. 26. Lat. adhærens Domino.

ſamad, filius Elphaal, filij Mehuſim, 1. Par. 8. Lat. nomen matris vel gentis, aut timoris, vel ponens timorem, aut oppoſitus matri vel genti aut ibi timor, vel mater, aut gens.

ſamaia. ſiue Samaias, pater Semri patris Idaiç 2. Par. 4. filius Ioel. 1. Paral. 5. Vir Gabaonites, 1. Par. 12. Lat. audiens Dominum, vel obediens Domino.

ſamamacij, juxta magnam Syrtim populi, Ptolemæus. Item alios cognomines habet multa interius in Libya.

ſamanei. Vide Brachmanes.

ſamaoth, nomen viri, 1. Par. 27. Lat. deſolatio vel perditio, aut ſtupor, ſiue ibi iniquitas, aut nomen iniquitatis, vel deſolans aut perdens iniquitatem.

ſamara, promontorium in Oceano Orientali, vbi deſinit Caucaſus.

ſamarabriæ gentes circa Indum, authore Plin. lib. 6. cap. 20.

ſamarath, filius Semei. 1. Par. 8. Lat. cuſtodia vel adamas, aut vepres, vel ſpinas, ſeu fæx.

ſamareus. filius Chanaam. Geneſ. 10. Hic Edeſſam incoluit. Lat. lana, vel medulla ſ. arborum.

ſamaria, mons 3. Reg. 16. idem ſignificat quod Samarath.

ſamaria, vrbs Syriæ inter Iudæam & Galilæam media. Ioſephus lib. 3. cap. 2. ab Amri Iſraëlitici populi rege condita, qui Simeron vel Sameron montem à quodam Semer emit: ciuitatémque, quam in montis vertice extruxerat, à vendentis nomine Simeron, ſiue (vt tranſtulit noſter interpres, 3. Reg. 16.) Samariam appellauit. Qua deinde reges Iſraëlitarum pro regia vſi ſunt. Aliis vt Euſeb. teſtatur, Eſthenias eſt dicta. Mox poſt Hircani Iudæorum Pontificis expugnationem, ab Herode rege iterum ædificata: atque in honorem Auguſti Græco vocabulo Σεβαστὴ nominata eſt. Stephano quoque Neapolis, Ioſ. 11. 4. Reg. 6. Iſaiæ 7. 10. Marcon eam Ioſephus vocat.

ſamaria ſiue Samarias, 1. Par. 12. 1. Eſd. 10. nomen viri, Lat. cuſtodia aut adamas Domini, ſeu vepres, aut ſpina Domini.

ſamaria, Palæſtinæ regio, Iudææ contermina, inter mare mediterraneum, & lacum Tiberiadis ſita: habet vrbes Sichem aut Sichima, quę poſteà Neapolis, Capernaum in littore lacus Genezaroth, Bethſaida ad Iordanem, Chorazim & Magdalum.

ſamarobruni, populi in Gallia inter Belgas: quorum præcipua vrbs eſt Samarobrinum vulgò *S. Quentin* dicta, quam Samara fluuius præterfluit: in qua etiam Cæſar Gallorum concilium indixit. Ptol. lib. 2. cap. 9. tab. 3. Eur. vocat eam ciuitatem Samarobrinam: vulgò *Cambray*.

ſambicus, latro inſignis, qui templum Dianæ ęxpilauit in Elide. Quo flagitium cùm fateri nollet, annum integrum grauiſſimis cruciatibus vexatus eſt. Hinc prouerbium, Sambico grauiora pati.

ſambos, vrbs Arabum: Ciues, Sambi, vel Sambitæ. Steph.

ſambracatæ, inſulæ & oppidi nomen in Chaldæorum Arabia. Plin. lib. 6. c. 28.

ſambrateni, populi circa Iudæam, teſte Plin. lib. 6. c. 20.

ſambri, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum. Plinius.

ſambalos, mons in Perſide, Herculi ſacer. Alex. ab Alex. lib. 1. c. 14.

ſambatæ. Aſſyriæ gens, apud Ptolemęum. Hoc tractu videtur à Diodoro 17. Sambana locus deſcribi.

ſambroca, Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius, Ptol. hodie *Sãbucha* auctore Floriãdo *del Cãpo*.

ſambus, Indiæ fluuius in Gangem influens, Arrian. Et Arabiæ oppidum Steph.

ſame, es, inſula in mari Ionio, ante Acarnaniam, alio nomine Cephalonia dicta, *vrbem habens* eiuſdem nominis, vulgò *La Cephalonia*. Vide Samos & Cephalina.

ſameni, populi Nomadum. Steph.

ſamgar, filius Anath, Iudex in Iſrael. 3. Iud. Lat. nominatus aduena, ſiue ibi peregrinus, vel certans, aut nominis ruminatio, vel deſolatio ſiue ſtupor aduenæ vel ruminantis aut certantis.

ſamicum, vrbs Tryphiliæ, Gentile, Samiceus. Stephano.

ſamir, ciuitas in tribu Iuda in montanis Ephraim, Ioſuæ 15. Iudi. 10. Nomen viri. 1. Paral. 24. Idem

24. idem ſignif. quod ſamarath.

ſamma, filius Iſai. patris Dauid. 1. Reg. 16. qui 1. Par. 2. dicitur Samma, filius Rahuel, filij Eſau. Gen. 36. 1. Par. filius Supha filij Helem. 1. Par. 7. Lat. perditio, ſiue deſolatio, vel ſtupor, aut ibi, ſiue nomen aut nominatus, vel appoſitus.

ſamma, 1. Par. 2. 8. filius Hebron. Filius item Azaz, 1. Par 5. Lat. audiens vel obediens.

ſammai, filius Recem filij Samma, 2. Par. 2. filius Ezra, 1. Par. 4. Lat. nomen meum: aut deſolatio vel perditio mea, ſiue ſtupor, aut cæli.

ſammua filius Zeehur. Num. 25 filius Dauid. 1. Par. 3. Lat. audiens, vel obediens.

ſamnites, populi in Samnio, quod nunc Aprutium vocamus: quæ regio eſt Italiæ inter Picenum, Campaniam & Apuliam. Iidem & Sabelli dicuntur, nomine per diminutionem à Sabinis deducto. Strabo lib. 5. Ferunt enim, Sabinos, cùm aduerſus Vmbros bellum gererent, Marti votum feciſſe, ſi victoria potirentur, ſe illi conſecraturos quicquid eo anno apud ipſos naſceretur: quare cùm re bene geſta in patriam rediiſſent, cùm reliquum anni totius prouentum, tum etiam filios eo anno natos Marti conſecraſſe: quos deinde, cùm adoleuiſſent, duce Tauro in Campaniam ad ſedes nouas quærendas emiſerunt: vbi nullo propemodum negotio eiectis Opicis, ſedes ſuas collocarunt, originíſque ſuæ memores, Sabellos ſeſe, quaſi Sabinorum ſobolem appellarunt. Hi grauiſſima olim bella cum Romanis vario euentu geſſerunt, Sp. Poſthumum Conſulem, cum collega totóque exercitu ad furcas Caudinas locorum anguſtia circumuentos, ex fœdere ſub iugum miſerunt: quam tamen ignominiam Romani non ita multo poſt magna illorum clade deleuerunt. Samnitibus viciſſim ſub iugum miſſis, poſtea cùm ſæpiùs rebellaſſent, tandem à L. Sylla Dictatore multis prælis fracti, cùm ne ſic quidem iugum ferre poſſent funditùs ſunt deleti: Hos *Sabellos* & *Saunitas* Græci dixêre. ſcribit Plin. σαυνῖται etiam Stephano, Polybio *Squinci* dicuntur.

ſamnites, rex Ægypti. Vide Samneticus.

ſamnium, vrbs Britanniæ. Gentile, ſamnius, ſamnites: & poſſeſſiuum, ſamniticus. ſtephanus.

ſamogitia, Polonici regni regio ad mare Balthicum, ſeptentrionem verſus ſita eſt. Polonica lingua terra inferior eſt, habétque gentes proceræ & pulchræ ſtaturæ, agreſtes tamen & incultis moribus, parco victu viuentes. Nullus illic ædificiorum nobilium ſed tantummodò tugurij vſus, quorum ex ligno & culmo eſt ſtructura. Largiùs ab imo ſenſim operis incremento ædificium in arctius cogitur, in catinæ ſeu galeæ maximæ ſimilitudinem elaborata. In cacumine feneſtra vna, supernè lumen reddens, ſubter quam focus cibos parabiles coquens. In ea domo, ſe, vxores, liberos, ſeruos, ancillas, pecus, armentum, frumentum, & omnem ſupellectilem condunt. Cromerus. Munſterus.

ſamorna, Epheſus olim dicta ab vna Amazonum. Vide ſupra in Epheſo ex ſteph. Gentile, ſamornæus & ſamornius.

ſamos, nomen duarum inſularum: quarum altera Ioniæ adiacet è regione Epheſi ambitu LXXXVII. M paſſ. Ideò Iunoni conſecrata, quòd in ea nata fuerit & educata, & Ioui nupta. ſcribit Varro, ſamon priùs Partheniam nominatam, ibíque antiquiſſimum fuiſſe Iunonis templum, & ſimulachrum in habitum nubentis figuratum: vbi & ſacra eius anniuerſaria nuptiarum ritu celebrabantur. Altera quæ & *Same* dicta è regione Epiri non procul à ſinu Ambracio, *Cephalenia* etiam dicitur breuiſſimo maris ſpatio ab Actio dirempta. Tertia ſamos, Thracia eſt mari Ægeo & Thraciæ oppoſita, ſamothracia dicitur Ptolemæo. hodie, *Samandrachi*.

ſamos, ſiue ſame, oppidi nomen in eadem inſula à Romanis diruti. ſtrabo lib. 10. Cephalenia autem quum habeat quatuor vrbes illam nequidem ſuo affecit nomine, quod nunc habet, neque vllam vrbium vnâ tantùm excepta, ſiue ſame ſiue ſamo: quod oppidum hodie deletum prorſus eſt. Plinius libro 4. capite 12. Cephalenia quondam Melæna dicta, XI. M. paſſ. abeſt circuitu patet XLIIII. ſame diruta à Romanis, adhuc tamen oppida tria habet. Ex his ſatis conſtat, vanam eſſe eorum differentiam, qui inſulam ſamon, vrbem vero ſamen dicendam contendunt.

ſamos vicus Meſſeniæ, Elidis vrbs & Lyciæ ciuitas. ſtrabo.

ſamoſata, vrbs Aſiæ ad Euphratem, autore ſtrabone lib. 14.

ſamotes, primus Gallorum rex & legumlator anno à diluuio 252. neque quiſquam illa ætate iſto ſapientior fuit: ac propterea, ſamotes dictus eſt, Díſque vocatus: eò miſſus à Iano, hoc eſt, Noa patre ſuo. Beroſ. lib. 5. & 4.

ſamoth, nomen viri. 1. Par. 11. Lat. nomina vel deſolationes, aut perditiones ſiue ſtupefactiones.

ſamothrace ſiue ſamothracia, ſtephano, Inſula maris Ægei, Thraciæ adiacens ea in parte, qua Hebrus in mare influit. Olim Dardania dicta à Dardano Troiano, qui Palladium ſecum ferens, eò traditur confugiſſe: Ariſtoteles de Republica ſamothraciæ ſcribens, ait eam olim Leocoſiam dictam, deinde ſamum (m litera interpoſita) à ſao Mercurij & Rhenes filio: poſtremo ſamothraciam alicubi ſamũ vocat. Gẽtile, ſamothrax, vel ſamothracius

ſamonium promontorium Cretæ. Ptolem. *Salmone* aut *Cabo Salamo* hodie eſt, Sophian. & Mercatore teſtibus. *Samonium* Straboni 10. etiam locus Troiæ eſt, in Neandridæ & Alexandrorum ſolo. Melan. lib. 2.

ſamos, nomen trium inſularum, quarum ſynonyma, quia valde à recentioribus confunduntur, ex ipſis claſſicis auctorib. ſic diſtinguũtur. Prima *Samos* eſt Ionica, in Icario mari è regione Ioniæ poſita, hæc Samos vocatur Ptolemæo, Pomponio & Straboni. idem Strabo hanc olim *Parthe-niam* ab eius fluuio parthenio, deinde *Anthemum*, poſtea *Melamphylum*, nuncupatam ſcribit. Eadem *Dryuſa* Ariſtoteli. Apud Plinium quoque. *Cypariſſia Parthenoaruſa* & *Stephane* dicitur. Stephanus & Sophianus eam *Imbraſum* etiam nominant, & Hyginus eius meminit. *Heroſam* quoque dictam, auctor eſt Strabo. Hæc Samos Ionica, Iunoni olim ſacra fuit. Hinc Pythagoras ortũdus. Hinc vaſa illa fictilia, Samia dicta, à veteribus tantopere laudata. Hæc hodie etiamnum *Samo* indigitatur. *Samos* altera, *Thracica* eſt, Maris Ægei, & Thraciæ oppoſita. Hæc Samos dicitur Straboni & Diod. Siculo. *Samothracia* & *Samothrace*, Ptolemæo, Pomponio & Plinio. Olim *Dardania* vocabatur, Plinio & Euſtathio teſtibus, *Serthiten* à Sophiano dici videtur: *Melita* antea Straboni vocabatur. *Leucoſia* etiam Ariſtoteli, vt Erythræus habet in ſuo indice Virgiliano, vel *Leucania*, eo quòd albeat, vt Heraclides in Politiis dicit, qui eam quoque *Thraciam* ab incolis Thraciis, ſeptingentis verò pòſt annis à Samiis, qui eam occuparunt, *Samothraciam* dictam ait, *Saum* quondam hanc appellatam fuiſſe annotauit Græcus Scholiaſtes in Nicandrum. Samos tertia Maris Ionij inſula eſt, prope Zacynthum, quæ & Same vocata fuit & Cephalenia. Strabo & Pauſanias *Teleboantem* nuncupatam aſſerunt. Plinius eam olim *Melænam* dictam tradit.

ſamoſata, vrbs Aſiæ ad Euphratem, Straboni lib. 14. Luciano alumno nobilis. Stephan. vrbs Comagenæ ad Euphratem. Ciuis, Samoſetanus.

ſamphe, vrbs Phœniciæ. Gentile, Samphæus Steph.

ſamphirine, vide Sapphirine.

ſampſa, vicus Arabiæ: Gentile, Sampſenus. Significat autem Sampſa Arabicè Solem. Stephan.

ſampſiceramus, vnus è Philarchis Arabum, cui filius fuit Iamblichus Romani nominis ſtudioſus, vt Cicero teſtatur in epiſt. ad Coſſ. his verbis. Eodem die ab Iamblicho Philarcho Arabum quem homines opinantur bene ſentire, amicúmque eſſe reipublicæ noſtræ, literæ de eiſdem rebus mihi redditæ ſunt. Porrò Iamblicho huic fuit filius alius Iamblichus & ipſe Romanorum amicitiam ſequutus, cui ab Auguſto patrium regnum eſt reſtitutum. Vide Strabonem lib. 10. Genti Emeſſenæ imperabant, & regni ſedem Arethuſæ habebant.

ſampſita, vrbs Ægypti: Gentile, Sampſireotes & Sampſirites. Steph.

ſamri, nomen viri, 1. Paral. 29. Pater Iedihel: 1. Par. 11. Lat. cuſtodiens, vel ſpina, aut fæx, vel adamans.

ſamſai, nomen viri. 1. Eſd. 4. Lat. ſol meus, aut nomen muneris, ſiue ibi munus: aut Syriacè, miniſter.

ſamſame, nomen loci, 1. Macch. 15.

ſamſari, filius Ieroboam. Par. 8. Lat. nomen cantantis vel dominantis, aut ibi cantator, vel ibi dominans.

ſamſon, vir Hebræus, miro corporis robore à Deo donatus: ſed ea lege, vt tandiu robur firmitatémque corporis retineret, quandiu cæſariem. Itaque cùm Philiſtini innumeris ab eo cladibus afflicti, per mulierculam quandam, cuius amore tenebatur, perfeciſſent, vt ei capillus abraderetur, facilè ab eis comprehenſus & excæcatus eſt: eam tamen ille iniuriam poſtea ſua & hoſtium clade vindicauit. Nam cùm capillo renaſcente vires redeuntes diſſimulans à principibus eorum in ampliſſimo quodam triclinio conuiuium agitantibus ludibrij cauſa introductus, columnam quandam totas ædes fulcientem complexus, eámque ſummis viribus concutiens, ſimul cum ædificio euertit: qua ruina & ipſe & inimici eius omnes obruti ſunt. Iudicum 4. Lat. Sol eius, aut nominis iteratio vel ſecundatio, ſiue mutatio, vel nomen dormientis, vel Syriacè, ſeruitium aut miniſterium eius.

ſamuel, Propheta: Iudæis quadraginta annos præfuit, eiſque tandem petentibus Saulem regem dedit. 1. Reg. 1. 1. Par. 6. Lat. poſitus à Deo, aut nomen eius à Deo.

ſamua, filius Dauid. 2. Reg. 5. 1. Par. 14. qui Sammua, 1. Par. 3. dicitur, iiſdem conſonantibus & punctis apud Hebræos. Lat. audiens ſiue obediens.

ſamula, nobilitata mulier ob diuturnam vitam) vixit enim centum decem annis) ab Aſconio Pediano primum, deinde à Plin. li 7. c. 48.

ſamunis, Ptolemæo Albaniæ vrbs, quæ *Samache* vocatur, teſte Nigro.

ſamydace, vrbs Garmaniæ. Gentile, Samydacenus. Steph.

ſamylia vrbs Cariæ condita à Moylo quo Helenam & Paridem hoſpitio ſuſcepit. Gentile, Samylianus. Steph.

ſanaballat, Samariæ præfectus, Alexandro Macedoni cum VIII. millibus ſuorum ſe dedidit, & ab eo impetrauit, vt ſibi in monte Garizim templum ædificare liceret, quod & perfecit.

fecit. E[illegible] tem nomen viri, 1. Eſd.2. Lat.rubus in abſcon[illegible]to, el in inuolutione, aut ex Syro & Hebræo inimicus in abſcondito vel inuolutione.

Sanan, ciuitas in tribu Iuda, Ioſ.15. Lat.frigidita. [illegible] tum vel arma.

Sanates, dicti qui infra ſupráque Romam habitauerunt: quod nomen ijs fuit, quia cùm defeciſſent à Roma, breui pòſt rediere in amicitiam, quaſi pòſt ſanata mente. Itaque XII. Tabulis cautum eſt, vt idem iuris eſſet Sanatibus, quod fortibus, id eſt, bonis, & qui nunquam defecerant à populo Romano.

ſanos, Phrygiæ, oppidum Apolloniæ metropolis teſte Strabone lib. 12. Ptolemæus *Vanda* appellat.

ſanagenſes, Galliæ Narbonenſis populi. Pli.

ſanari, Sarmatiæ Aſiaticæ gens Ptol

ſanctius Craſſus, Hiſpaniæ rex, portentoſa obeſitate, pace facta cum Abderamo Saracenorum rege medicinæ perito, vt ab ea curaretur, Corbulam profectus eſt: ac poſteà rediens, regnū ſuum ab Ordonio cognomin Malo occupatum Saracenorum auxilio recuperauit. Vixit autem ſub annum ſalutis 921.

ſanctius Deſideratus, Hiſpaniæ rex, anno ſalutis 1157.

ſanctius, III. Hiſpaniæ rex, anno ſalutis 1284.

ſanctius Abarca, tertius Nauarræ rex.

ſanctius Maior, v. Nauarræ rex filijs ſuis tribus tria regna diuiſit Caſtellæ, Nauarræ & Aragonum.

ſanctorinum Vide Theraſia.

ſancto Sebaſtianum, vulgò *Donoſtiæ* precipuum oræ maritimæ regni Guipozcoæ oppidum, ad oſtium Menlaſci fluminis, non procul oppoſita maris crepidine ſitum. Guipuzcoa autem Hiſpaniæ regio diuerſa eſt ab ea quæ Biſcaia dicitur quamuis vtriuſque incolæ & ijſdem ſint moribus, & eadem ferè pronuntiatione vtātur in eo idiomate, quod à reliquis Hiſpaniæ populis diuerſum habent. Oppidum hoc porrò ampliſſimo portu nobilitatur, in quo naues ſecuram & ſagacis naturæ induſtria pulcherrimam ſtationem habent. Agrum habet frumenti, vini, & lanæ feracem. Ad milliaria Hiſpanica quatuor occurrunt iuga montium Pyrenæorum.

ſancus, vnus ex ijs Dijs, quos in 16. cœlorum ordinibus Marianus enumerat. Lil. Giral. lib. 1. Hiſtor. Deorum.

ſandabala Indiæ fluuius. Ptolem.

ſand[illegible] p[illegible] regio Piſidiæ: Incola, Sandalieus. Steph.

ſandaliotis. Sardinia inſula denominata ab effigie ſan ialij, hoc eſt ſoleæ, quam nonnulli Ichnuſam vocant, à ſimilitudine veſtigij, quod Græcè [illegible] dicitur.

Sandanis, vid quidam Lydus, qui Crœſo ſuadere conatus eſt ne Perſis bellum inferret. Herod. lib. 1.

Sandanus, Thraciæ fluuius circa Pallenem regionem. Plutarch.

Sandaraca, Bithyniæ portus, ad Euxinum pontum. Strabo.

ſandaua, Daciæ vrbs. Ptolem.

ſando, vrbs Italiæ. Gentile, Sandonius, Stephanus.

ſandrizetes, populos Pannoniç habet Plinius, per quos Drauum amnē defluere ſcribit. *S. Andres* oppidum in hoc tractatu non malè nomen imitatur.

ſanea, vrbs Indiæ: Gentile, Saneus. Steph.

ſane, vrbs Thraciæ inter Athon & Pallenem: Gentile, Sanij & Sanæi Steph.

ſanga, Plin. libr. 4. c. 20. fluuius Cantabrorum in Hiſpania citeriori. Eſt etiam ſerui nomen apud Terentium in Eunucho.

ſangarius, Ptolemæo & Straboni, fluuius Aſiç, alio nomine Coralius dictus, in Dindymo mōte naſcens, & per Phrygiam Bithyniámque in Pontum illabens. Ouid 4. de Ponto, Sagarim appellat. *Sanga*, ab Apollonij Scholiaſte dici annotauit Stuckius, & eundem ab Heſiodo in Theogonia *Sarcerius* nominatum ſcribit. idem *Sangaris* dicitur, teſte Solino *Acada* in tabulis ejus decurſum imitari videtur. *Sangari* autem Bellonio & *Zagari* Nigro dicitur, *Xerabates* quondam dictus eſt teſte Plutarcho de fluminibus. Sangarius etiam *Coralius* nominatur apud Plinium. Aliud eſt in Græcia Coralius Straboni. Vide Coralius & Agarus.

ſangia, vicus Phrygiæ, vnde Sangarius fluuius originem ſumit, Euſtath. Nicephorus hūc vicum *Pazum* vocari ait qui *Pachius*, fortè Appiani.

ſanguinarius, Pons circa Spoletum, aut inter Otriculum, Narniámque & Spoletum, atque vrbem Romam regione media poſitus. Victor.

ſanina, vrbs ad mare rubrum: Gentile, Saninæus vel Sanonites. Steph.

Sanir, mons qui & Hermon & Sarion dicitur. Deut. 7. Ezech. 27. 1. Pa. 5. Vocatur & Sion. Deut. 4. Vide Hermon. Lat. dormiens, lucerna, vel nouale, ſiue iteratio vel mutatio, aut ſecundario, lucernæ vel noualis, aut mutatio, vel iteratio, aut ſecundatio docentis vel oſtendentis.

ſannaus lacus, de quo Pli. lib. 2. 102 Lacus, inquit, Sannaus in Aſia circumnaſcente abſinthio inficitur. A Ptolemæo Samnis appellatur. Apud Græcos per ſimplex n inſcribitur. In Exemplaribus hodiernis legitur ſinnaus, imò quidam legunt Innaus ſine s.

ſanni, populi, antè Macrones dicti. ſtrab. lib. 10. vide Macris, Drillæ, & Macrones.

ſedalis, vrbs Ægypti: Gentile, Sadalites. Stephan.

ſadrageſilius, Dagoberti Regis Franciæ præceptor qui tam fauit fortuna, vt ex ludimagiſtro Dux Aquitaniæ factus fuerit. Volat.

ſaducæi; dicti inter Iudæos qui Saducæum quendam magiſtrum legis ſequentes, neque reſurrectionem credebant, neque angelos, neque ſpiritus Hiſt. Euangel.

ſadoc filius Achit. b. 2. Reg. 8. Par. 6. Eſt & nomen ſacerdotis, 2. Reg. 16. Filius item Merazoth. 2. Par. 9 Lat. iuſtus aut iuſtificatus.

ſadyates, Ardyos filij Gygis filius, qui Herodoto libro hiſtoriarum 1. poſt patrem regnauit in Lydia.

ſædene, mons Cumæ: Gentile, Sædenus, & regio Sædene. Steph.

ſænia Tuſciæ mediterraneum oppidum. Ptol. *Siena* hodie dici & *Coloniam Senenſem* Tacito vocari docet Orlandius.

ſænos, Synarum fluuius. apud Ptolem.

ſæpinum, vrbs Samnitum. Hodie *Sepinum*. Ptol. lib. 3. cap. 1.

ſætabis, fluuius. Ptol. lib. 2. cap. 6. Auguſta Valeria alio nomine dicta. Sectanis olim, nunc *Xatina*.

ſeræ, Indiæ populi, quos argento abundare docet Plin. lib. 6. Fertiliſſimi, inquit, ſunt auri Dardæ, Seræ argenti. Sed omnium in India propè non modò in hoc tractu potentiam claritatémque vincunt Praſſi, ampliſſima vrbe, ditiſſimáque Palibotra.

ſagæ idem qui Sacæ antea dicti. Mela. lib. 3. Sagala, Indiæ intra Gangem vrbs, quæ *Euthymedia*. Ptol.

ſagalaſſus, vrbs Piſidiæ. Vocatur etiam Selgeſſus. Gentile, Sagalaſſeus & Sagalaſſenus. Stephan.

ſagana, nomen veneficæ mulieris quæ Varum puerum prætextatum ſuis veneficiis faſcinauit. De qua ſic Horat. *At expedita Sagana per totam domum ſpargens auernales aquas horret capillis*. Eiuſdem ceu necromantidis, meminit ſatyra 8. libri primi.

ſagaræi, populi Æliano, qui camelorum certamen in honorem Mineruæ inſtituunt.

ſagarauca, gens Scythiæ, Prolem. intra Imaum.

ſagaris, Ptolemæo & Straboni fluuius Aſiæ, qui ex Dyndimo Galatiæ monte naſcens, & per Phrygiam Bithyniámque flexuoſo curſu delatus, tandem influit in pontum Euxinum. Ouid. 4 de Ponto. Eleg. 10.

ſagartia, Cherſoneſus iuxta mare Caſpium: Gentile, Sagartij.

ſage, nomen viri, 1. Par. 11. Lat. ignorans ſiue comprehendens, aut attingens: vel Syriacè, multus ſiue multiplicans.

ſagitta, ſignum cæleſte, Plin. lib. 18. capite 16.

ſagittarius, ſignum cæleſte, quem alij Centaurum Chironem arbitrantur, alij Crocum filium Euphemis nutricis Muſarum & habitaſſe in Parnaſſo cum Muſis, & venationi incubuiſſe, vnde & vſum ſagittis & equo inſediſſe poſt mortem, precibus Muſarum, à Ioue inter aſtra relatum & varia forma conſcriptum. Idibus Februarij veſpere occidit, ac vehementer hyemat. Colum.

ſagra, fluuius in ora Magnæ Græciæ in Italia. Plin. cap 10. de Locris, & Italiæ fronte, libro tertio, & Cicero libro ſecundo de natur. deorum.

ſaguntia, Ptolemæo libro ſecundo, cap. 4. & Plinio libro 5. capite 3. Hiſpaniæ vrbs. Vide Saguntus.

ſaguntus, vel Saguntum Steph. Hiſpaniæ ciuitas vltra Iberum fluuium à *Zacynthiis* condita, quam Annibal contra populi Romani fœdera diruens, belli Punici ſecundi ſuſcitauit incendium. Fuit item populi Romani fideliſſima ſocia, quam cùm Annibal contra eius fœderis obſidione premeret, maluerunt Saguntini ſe ſuáque omnia igni conſumere, quàm aut fœderati populi amicitiam deſerere, aut viui in hoſtis poteſtatem peruenire. Liuius belli Punici lib. 1. Hanc Stephanus *Zacantham* appellare videtur. hodie *Moruedre* dicitur: *Carthaginem Spartariam* (poſtquam ab Annibale direpta eſſet) vocatam putat Appianus Alexandrinus.

ſahar filius Aſhur ex Halaa vxore, 1. Par. 4. Lat. lucidus aut candidus.

ſahar, filius Simeon filij Iacob. Gen. 46.

ſaharaim, nomen viri, 1. Paralipom. 8. Lat. nigri, vel turbidi, aut matutinantes, vel manè euntes.

ſai, Thraciæ populi, oppoſiti inſulæ Samothraciæ. Euſtath.

ſai, Arabiæ oppidum in Æthiop. ſub Ægypto apud Plin.

ſais, vrbs Ægypti iuxta vnum ex Nili fluminis oſtiis quod ab ipſa Saiticum dicitur; & Saitæ, populi in Ægypto: huius loci incolæ Mineruam colunt: Cic. 3. de Natura deorum. Ciuis, Saites & præfectura Saitis: dicitur etiam Saitinus: & poſſeſſiuum, Saius, vel Saiticus. Stephan.

ſaitini, populi Aſiæ: de quibus ſic ſcribit Alexander ab Alexandro lib. 3. cap. 2. Genial. dier. ſicut Saitanis reges qui imperitarunt, intra ſepta templi ſepelire aſſuetum erat, hoc ſepulturæ genus optimum, pietatis vltimum officium æſtimantes.

ſaixæ, populi iuxta Iſtrum. Stephan: quid ſi Saxæ?

Sala

Sala, fluuius Hiſpaniæ, cuius aqua temperatur ferrum, atque acrius redditur. huius nominis fluuios duos habet Ptol. in Mauritania Tingitana, vterque ſe in Oceanum Atlanticum exonerat: vnum cis Atlantem minorem, alterum vltra eum deſcribit. Quis cis Atlantem eſt, à quibuſdam putatur eſſe idem cum *Buragrag*, quem Io. Leo. l. 3. habet. Curio ſcribit hunc à Ptol. *Sanan* appellari.

ſala. vrbs teſtibus Solino & Ptolem. ad oſtium Salæ fluuij. Ortel. putat hanc *Sella* hodie eſſe. Eſt quoque *Sala* Turdulorum in Bætica vrbs: item Hircaniæ apud eundem Ptole. apud Herodot. 7. vrbs littoralis Thraciæ circa Hebrum fluuium.

ſala, nomen ſex vrbium, & fluuij in Germania. Strab. lib. 7. Inter quem & Rhenum cùm Druſus Germanicus belligeraret, domitis hoſtibus rector oppetiit.

ſala Germaniæ vicus non procul ab oppido *Kunighofen*, à quo Franci dicti ſunt Salici, qui circa hunc vicum & fluuium eiuſdem nominis habitarunt. Vtrùm leges Salicæ non ab iſto vico, ſeu fluuio, ſed à Sala dictione Franca, quæ Latinè palatium, ſeu aulam ſignificat, hoc nomen habent. Munſt. lib. 3. Coſm.

ſala, oppidum & fluuius Mauritaniæ. Pli. li. 5. c. 1. Duplex eius nominis oppidum amnis interſecat, vetus & nouũ, quod non ita procul ab Herculeo freto remotum, vrbem ſeptam nomine reſpicit. Vetus, anno 1514. multarum ædium ſtructura, & mercaturæ commodis admodum auctũ, arcem habet amplam, & eminentiori in loco turrim, *Summataſſem* dictam, quam eo potiſſimum nomine ædificarunt Saraceni, vt inde in Granatæ oram pateret aſpectus. Caſtrum huic ciuitati vicinum conſpicitur, in quo eſt magnifica Regum Feſſæ ſepultura. Hiſt. Afric.

ſala, oppidum magnæ Phrygiæ, Pannoniæ ſuperioris atque Armeniæ maioris. Ptol. lib. 4. cap. 1.

ſalabaſtræ gentes ſunt circa Indum, Plin. li. 6. c. 20.

ſalaboni, nomen loci. 2. Reg. 23. Lat. vulpis intellectus, vel filius, aut vulpis ædificium, vel pugilli aut pugni ædificium vel intellectus: ſiue ſemita ædificij, vel intellectus aut filij.

ſalabria, quæ & Sarabræa, ciuitas eſt Cappadociæ. Ptol. lib. 5. c. 6.

ſalacia Neptuni vxor. Auguſtin. 7. de ciuitate Dei. *Iam vtique*, inquit, *habeat Salaciam vxori Neptunus, quam inferiorem aquam maris eſſe dixerunt.* Feſtus verò, *Salaciam dicebant Deam aquæ quam putabant ſalum ciere, hoc eſt, mare mouere, quo vocabulo poëta pro aqua vſi ſunt. Pacuuius: hinc ſanitiam Salacia fugimus.* Gloſſarium, *Salacia, ἀμφιτρίτη νηρηΐς.* Salacia rectè exprimit Homeri ἁλοσύδνην. Illa enim οὐδὲ τι πλεῖ ἄλλ' σιωδ, hæc ſimiliter à ſalo ciendo, quanquã Seruius ab aqua ſalſa Salaciam dictam velit. Vſurpatur & Salacia pro receſſu maris. Romani reciproca maris incrementa aut decrementa Veniliam & Saliciam appellabant: Veniliam acceſſum ſeu exæſtuationem maris, quod ad littus veniret, Salaciam receſſum quod ad Salum rediret: Vide Varronem de lingua Latina & in illum Scaligeri notas: vt & Gyraldum ſyntagmate quinto.

ſalacia, Turdetanorum in Luſitania vrbs, apud Ptol. & Pli. qui eam *Vrbem Imperatoriam* cognominat, *Setubal* Cluſio, ſed *Alcaſal de ſal* Varrerio.

ſalacon, vir, qui cùm pauper eſſet, ſe diuitem ſimulabat. Suid. Huius meminit Cicer. 7. Epiſt. Ab hoc natum prouerb. Salacones.

ſaladinus, Turcarum rex bellicoſiſſimus, circa ann. ſalu. 1180. cum Chriſtianis per xxx. amplius annos varia fortuna bellum geſſit, ſæpius tamen victus, quàm victor, donec Balduino Hieroſolymorũ rege mortuo multis partibus ſuperior, Hieroſolymam cepit, eiuſq; regno finẽ impoſuit. Ægyptum Syriamq; imperio ſuo adiecit.

ſalæ, gens Colchidis, antiquis *Phthirophagi* dicti, inquit Plin. li. 6. uide Taprobana.

ſalai, mater Azuba, 3. Reg. 22. Lat. Miſſio vel mittens, ſiue ramus, aut propagines, vel telum aut arma: vel Syriacè, ſpolians vel ſpoliatus.

ſalamantica, oppidum eſt in Orientali tractu Luſitaniæ, in Hiſpania Vettonum, vulgò *Salamanca*.

ſalamiel, filius Suriſaddai, princeps ſuæ tribus Simeon. Num. 1. Lat. pax ſiue perfectio aut retributio Dei.

ſalamij populi Arabiæ, ſic dicti, quòd fœdus cum Nabathæis pepigerint. Salama enim pacem ſignificat. Steph.

ſalaminus, vnus ex iis diis qui Idæi appellantur. Lil. li. 6. Hiſt. Deorum. S nt.

ſalamin, ſiue Salamis, Stephano & Salamina hodie Coluri, inſula in Euboico mari contra Athenas ſita, in qua vrbs eſt eiuſdem nominis vbi Telamon Aiacis & Teucri pater regnauit. Tacit. lib. 3. Horat.

ſalamis. Ptolemæo Cypri vrbs, quæ Plinio *Salamina* Stephanus eam *Conſtantiam* dici ſcribit, idem D. Hieronymus tradit, & addit eam Traiani Imp. tempore à Iudæis deletam, interfectis omnibus eius accolis. Curchinus dicit eam ſub Heraclio Imp. à Saracenis captam, funditúſque exciſam, neque poſteà vnquam habitatam: Euſebio auctore de præparatione Euangelica. *Coronia* antiquiſſimis temporibus vocata fuit hodie *Famageſta* dicitur, vt Niger autumat.

ſalamis, Ptolemæo inſula prope Pelopon-

neſum in ſinu ſaronico, Nigro & ſophiano teſtibus, nunc *Coluri* appellatur. Hæc inſula quondam, vt Strabo tradit, *Cychria Scirus* & *Pityuſſa* dicta fuit: item *Ophiu* vt Euſtathius refert. *Draconis inſulam* à Lycophrone appellari ſcribit eius Commentator Euſtathius, quòd eam primò Draco fera occupârit. *Salaminam* eam Hyginus vocat, & dicit ab Apollonio *Atthida* nominari. In hac Salami Bocarus fluuius eſt, qui & Bocalias dictus, vt Strabo refert, hunc *Byrina* Italicè vocari ſcribit Euſtathius.

ſalamis regio, non procul à Cyro ſita, ab hæreſi Marcioniſtarum oppreſſa apud Calliſtum 13. cap. 27.

ſalampſij, Mauritaniæ Cæſarienſis populi, Ptolem.

ſalanga, mons altiſſimus mari imminens, inter Britanniam & Hiberniam, à Salanga Bertulani primi habitatoris Hiberniæ filio dictus. Mons domini alio nomine vocatur hodie.

ſalaphitanum, vrbs Africæ propriæ. Plin. lib. 5. cap. 4.

ſalangus, gens Italiæ. Eſt etiam alia Indiæ, Stephano.

ſalaniana, Luſitaniæ oppidum, inter Eboram & pacem Iuliam. Anton.

ſalapæi, Thraciæ populi. Appian.

ſalapeni, Arabiæ felicis gens. Ptol.

ſalapia, vrbs Apuliæ, Plin. lib. 1. cap. 11. hodie *Salpi*. Salapinam Paludum habet hoc tractu Lucanus lib. 5.

ſalapia, vrbs in Brunduſio agro. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. vlt.

ſalapuſius à ſale & puſius compoſitum nomē. Puſius enim, ſiue puſus & puſio, apud Latinos dicitur puer. Quo nomine dictus eſt Caluus, Catulli familiaris tanquam puer, ob ſtaturam puerilem, plenus ſalis & oratoriæ mordacitatis.

ſalaria via, Romæ dicta, quòd per eam Sabini ſal à mari deferebant. Spontinus.

ſalaria, Baſtetanorum vrbs, & Oretanorum, Ptolem. in Hiſpania Tarraconenſi. *Sirmela* Cluſius vocat.

ſalars, inſula Libyæ. Gentile Salarſius. Steph.

ſalas, Straboni Germaniæ flumen, inter quod & Rhenum Druſus occubuit. *Saal* hodie vocatur.

ſalaſſi, Ptol. lib. 3. cap. 1. populi Inſubriæ hodie Marchia Saluſſianorum, Strab. lib. 4. vulgò *Saluſſes* aliis. *La Val d'O.* Eorum regio Germanis *Augſtall* vocari ſcribit Scudus. *Salaſſos* à Polybio *Laos* appellari tradit Merula.

ſalathi, nomen principis militum, 1. Para. 11. Lat. vmbra, ſiue tinnitus, aut aſſans vel torrefaciens: aut Syriacè orans.

ſalathiel pater Zorobabel ducis Iuda. Agg. 1. 1. Eſd. Filius Iechoniæ filij Ioachim. 1. Paralipomenon 3. Lat. poſtulatus ſiue commodatus Dei.

ſaldæ colonia, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, Ptolemæo, lib. 4. ca. 2. hodie *Alger* Caſtaldo, *Tadlu* Mercatori. Cuius ſententia videtur probabilior.

ſalduba, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum, item & Tarraconenſis. Ptol. Pli. Melæ eſt item flumen, quod hodie *Guadalquiuireio* vocari Cluſius auctor eſt.

ſale, Ptolemæo, *Sale* Ammiano, vrbs Hircanię.

ſale, filius Arphaxad. Gen. 10. Luc. 3. Dicitur filius Cainan filij Arpaxad. Lat. miſſio vel mittens, &c. idem quod Salai.

ſalebim, nomen loci, Iudic. 1. 3. Reg. 4. Lat. reſpiciens corda, ſiue pugillus aut vulpes vel ſemita in mari.

ſalecha, ciuitas in Baſan, Ioſue 12. Dicitur & Salecha. Lat. caniſtrum tuum, aut eleuatio vel conculcatio tua.

ſaled filius Nadab, filij Semei filij Onam, 1. Par. 2. Lat. afflictio, vel Syriacè calefactio, aut aduſtio.

ſaleius Baſſus, Lyricus poeta, cui propter ingenium ſingularémque eruditionem, aut quinquaginta ſeſtertia Veſpaſianus Imperator eſt largitus. Corn. Tacit. in dialogo de claris Oratoribus.

ſalem, i. Conſummata, perfecta, completa. LXX. interpretantur pacem, nomen vrbis in Sichimis, quæ eſt in terra ſamariæ, ciuitas Iacob, ſita in finibus Ephraim. Videtur quoque dicta ſichem. Hæc non eſt Ieruſalem, Geneſ. 33. Alia fuit ſalem. Vide Ieruſalem.

ſalemoth, nomen viri, 1. Par. 24. Lat. pacificatio ſiue perfectio, aut retributio.

ſalenæ Gatyeuchlanorum oppidum in Albione inſula. Ptol. *Salndy* Camdeno.

ſaleni, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi apud Cantabros, Pomp.

ſalentini, populi in finibus Italiæ, proximam Apuliæ peninſulam incolentes, quæ eſt inter Tarentinum ſinum & fauces Adriatici protenſa, circa Brundugum & Rudias in Iſthmum contracta latum ſtadia circiter trecenta. Dicta à ſalentino promontorio, in extremis eius peninſulæ finibus ſito, quod ἄκραν ἰαπυγίαν appellant. Feſtus tamen à ſalo dictos mauult fortaſſis ob id, quod penè circumquaque mari ambiantur, tenui tantùm Iſthmo continenti annexi. Ortos autem putat à Cretenſibus & Illyricis, qui ſocietate cum Locrenſibus inita, iis in locis conſederunt. Hinc ſalentinus, na, num. Virgil. tertio Æneidos, vulgo *Terra d'Otranto*, *Salentini*, per e in ſecunda legunt vetuſta numiſmata, vt patet apud Goltzium: per duplex ll ſcribi Tabulis Capitolinis docet ſigonius.

ſteph.

Steph. *Sallentiam* vrbem habet in Meſſapiis.

salentinus locus Salentinorum, iuxta Anduriam oppidum. Hic ad margines vſque plenus, neque exhauſtis minuitur, neque ſuperfuſis augetur aquis.

saleph filius Iectan, Gen. 10. Lat. euaginans, vel euellens, aut diſcalceans.

salera, oppidum in Africa propria, à Scipione occupatum. Liu.

salernum, Picentinorum oppidum in Italia.

salesij, pars Pæonum, Steph. Fortè qui hodie Sileſij, vel Sleſij vulgò.

saleces, vna ex Iouis filiabus quam Nilo ortam Mineruam Ægyptij fabulantur. Alex. ab Alex. Genial. dier lib. 6. cap. 4.

saletio, vrbs Germaniæ, ſex milliaribus infra Argentoratum. Huius meminit Antonin. in libro Notitiarum. Hanc *Saleſiam* in Francorum Annalib. dici, & hodie *Selza* vocari tradit Rhenanus.

salganeus, Perſarum dux à Metabate non procul ab Euripo interfectus. Strab. lib. 9.

salganeus, vrbs Bœotiæ Euripo contigua, poſt Chalcidem ſita. Inde Salganius vel Salganeites, & Salganeus Apollo. Steph.

salgas, fluuius & vrbs Salga, in Mauritania: Gentile, Salgæus, aut Salganus. Steph.

sali, Sarmatiæ Europææ populi, apud Ptol.

salia, fluuius Hiſpaniæ ad oram Britannici maris à quo Salieni accolæ dicti, quos Selinos Ptolemæum lib. 2. cap. 6. nominaſſe exiſtimat Hermolaus. Pintiano in Melam *Sanga* eſt, qui eum recentiori vocabulo *Saia* vocat.

salica lex. Vide Salij.

salica, inſula nunc vocatur, quæ olim Taprobane Steph.

salica, Oretanorum in Hiſpania vrbs. Ptol.

salici, populi in Cordubenſi conuentu. Plin. lib 3. cap. 1.

salij ſacerdos Martis, numero duodecim, à Numa Pompilio primùm inſtituti, tunicíſque pictis, æneóque pectoris tegmine exornati. Salij dicti, quod ſalientes ancilia per vrbem circumferrent. Vocantur etiam Saliſubſuli à Catullo Epigram 17. ad Coloniam. Virgilius verò etiam Euandri temporibus eos fuiſſe dicit lib 8. niſi hæc poëtica licentia dixerit, ad ſua tempora reſpiciens.

salij Germaniæ populi, qui & Franci dicuntur, eius regionis incolæ, quæ vulgò Franconia vocatur. Sidonius: *Salius pede, falce Gelonus.* Ammianus Marcellinus lib 17. de Conſtantio ſcribens: Quibus, inquit, paratis petit primos omnium Francos eos videlicet quos conſuetudo Salios appellauit Andreas Althamerus in Tacitum, ſuſpicatur ita fuiſſe nuncupatos à Sala fluuio, Franciæ enim illa Orientalis irrigatur fluminibus Mœno, Radiantia, Æſto, Sala, Sinna, & Tabero. Hi Gallis expulſis, eorum ſedes occuparunt, Franciámque de ſuo nomine appellarunt. Ab his Saliis quoque Alciates, legem Salicam nomen duxiſſe, quaſi dicas Francicam.

salim, nomen loci 1. Reg 9. Ioan. 3 filius Roboam. 1. Par. 11. Lat. vulpes, pugni, aut pugilli, ſiue pugni, vel ſemitæ.

salinæ, arum, vrbs Siciliæ iuxta Lilybæum, palmis abundans, quòd iuxta eam ſalinæ fuerint, id eſt, foſſæ in quibus fit ſal. Item Suetriorum in Alpibus maritimis oppidum. Hodie *Saluces* quibuſdam. Eſt item Daciæ vrbs, Ptol.

salinum, Pannoniæ inferioris vrbs. Ptolem. Niger eam *Theth* appellat Simlerus *Adem* nominat, & eandem putat cum ea, quæ apud Antoninum *Vetus Salinas* inſcribitur.

saliocanus, portus Galliæ, vrbs Ptol. lib 2. c. 8. vulgò *S. Paulus*. Apud Ptolem. legitur, ſtaliocanus.

salisa, regio eſt Reg. 9. Lat. trina ſiue principalis, aut ternaria, vel principiſſa aut duciſſa.

salisi, populi Alpini, Boiis, Heluetiíſque finitimi, quos Cato Tauricæ gentis eſſe arbitratur, Salaſſos rectiùs appellaueris, hodie *die Ongſteler*. Meminit eorum Strabo lib. 1.

saliuncanus portus maritimum Galliæ Celticæ oppidum, in ea parte, qua Britanniam inſulam ſpectat. Ptolem. li. 2. cap. 8. lege, ſtaliocanus.

salinus, nomen Arcadis, qui ab Ænea in Italiam tranſuectus, iuuenes Italos ſaltationem docuit. Polemon.

salisso, oppidum inter Treuiros & Argentoratum. Anton.

salunca, Autrigonum vrbs in Hiſpania, Ptolemæus.

sallem, filius Nephthali. Gen. 46. qui sallum 1. Para. 7. dicitur, Lat. pax, ſiue perfectio, aut retributio.

sallustius, inſignis orator & hiſtoricus Romanus, qui mutuas geſſit inimicitias cum Cicerone: quorum odium vide in duabus inuectiuis vtriuſque. Eius opera extant.

salluntum, Dalmatiæ vrbs. Anton.

sallyes, Galliæ Narbonenſis populi, circa aquas Sextias. Strabo, *Ceux d'autour d'Aix en Prouence. Saly* Plinio ſunt, & *Salices* Ptol. *Salуios* vocat Liuius, & *Salluuios* Ammianus Marcellinus.

salma Arabiæ deſertæ & fœlicis tria oppida, apud Ptol.

salmacis, vrbs Cariæ. Steph. & Arrian.

salma, filius Naaſſon filij Aminadab, 1. Par. 2. qui salmon & salma in fine 4. c. Ruth. dicitur filius item Hur primogeniti. Caleb. ex Ephrata côcubina, 1. Par. 2. idē ſignifi. quod ſalle

Salmacis fons Cariæ limpidiſſimus, iuxta Halicarnaſſum, eo nomine olim malè audiens, quòd lauantium in eo, aut ex eo bibentium corpora effœminaret. Cuius rei rationem poëtæ ad huiuſmodi referunt fabulam. Salmacidem Nympham fuiſſe fonti huic præſidentem, quæ Hermaphroditi Mercurij & Veneris filij, pueri formoſiſſimi, amore capta, cùm nullis eum blanditiis ad concubitum poſſet adducere, ſimulato diſceſſu ſeſe poſt vepres occultauit: cúmque vidiſſet illum, qui ſolum ſe eſſe exiſtimabat, poſitis veſtibus fontem ingreſſum eſſe, ſubitò accurrens, abiectis indumentis, arctiſſimè eum complexa eſt. Verùm cùm ne ſic quidem obſtinatum iuuenis animum poſſet inflectere, à ſuperis dicitur petiiſſe, vt ex duobus corporibus in vnum redigerentur. Quibus precibus vix finitis, ambo vnum in corpus coaluerunt, ita tamen vt ſexus vterque integer remaneret. Quam corporis ſui mutationem cernens Hermaphroditus parentes ſuos dicitur inuocaſſe, & ab iis ſummi muneris loco petiiſſe, vt ea fonti natura maneret, vt qui vir eum ingrederetur, ἀνδρόγυνος, hoc eſt, vtrumque ſexum habens, inde exiret, Ouid. 4. Metam. Vide Hermaphroditus.

Salman, nomen regis cuiuſdam, de quo Oſeæ 10. Latinè pacificus, ſiue perfectus aut retribuens.

Salmana, rex Madian Iud. 8 Pſal. 82. Lat. vmbra prohibita, aut vmbra vel imago commotionis, vel tinnitus commotionis, vel ſubmerſio prohibitionis aut commotionis.

Salmanaſar, rex Aſſyriorum, 4 Reg 17. Lat. pax ligata, ſiue perfectio aut retributio ligata: vel pax aut perfectio ſiue retributio nunc ablata, vel nunc recedens.

Salmantica. Ptol. lib. 2. cap. 5. alio nomine Salamanca Luſitaniæ vrbs. Vide an ſit *Elmantica* Stephani & Salmyca.

Salmeni gens ſolitaria. Steph.

Salmias, nomen viri, 1 Eſd. 10. Lat. Pax Domini ſiue perfectio aut retributio Domini.

Salmon, filius Nahaſſon filij Aminadab Ruth. 4. qui & ibidem, & 1. Par. 2. dicitur Salma, Lat. pacificus. ſiue perfectus aut retribuens.

Salmō, ciuitas maritima Cretæ inſulæ, Act. 27.

Salmon, Hellanicus vocauit ciuitatem Bœotiæ, quæ propriè ἄλμων vocatur. Steph. in Alcmō. Et alibi σάλμων (inquit) vrbs eſt Bœotiæ, cuius ciues Salmonij.

Salmona, Auſonio fluuius eſt, quem Moſella excepit. *Salm* hodie, Scaligero teſte.

Salmaſtus, vrbs Perſidiæ, dierum circiter octo itinere ab Niniue poſita, verſus Orientem. Maſius in libello Moſis de Paradiſo.

Salmona, locus in quo caſtrametati ſunt filij Iſraël profecti de monte Hor, Num. 33. Lat. vmbræ munus vel numerus, ſiue tinnitus numeri vel muneris, aut imago noſtra.

Salmone, vrbs Piſatidis, & fons eiuſdem nominis à Salmoneo rege. Ciuis Salmoneus, vel Salmonites. Steph.

Salmoneus, Æoli filius, non regis ventorum, inquit Seruius, ſed cuiuſdam apud Elidem, vbi regnauit, qui cùm regia maieſtate contentus non eſſet, conatus eſt ſe Deum ſuis oſtendere, & fabricato æneo ponte ſublimi, adeò vt Elidis partem deſuper tegeret, ſuper eo agitabat currus ad imitanda tonitrua: & in quem iaculatus eſſet facem, eum iubebat occidi. Ob quam ſuperbiam Iupiter iratus, eum vero fulmine ad inferos deturbauit. Virgil. Æneid. lib. 6.

Superborum principum typus.

Salmox. Vide Salmon.

Salmoxis (aut potiùs Zalmoxis) Herodot. li. 4. dæmon quidam Thracum. Vide in Z.

Salmyca, vrbs iuxta Herculis columnas: Gentile: Salmycenus. Steph. Vide Salmantica.

Salmydeſſus, ſinus Ponti: Gentile, Salmydeſſius, & Salmydeſſenus. Stephan.

Salos, Strab. lib. 7. littus Dalmatiæ, & emporium. Vide Sala & Salonæ.

Salo, onis fluuius apud Celtiberos, non procul à Bilbili oppido, ferri temperatura nobilis, Iuſtin. ex Pompeio lib. 44. hunc fluuium, *Bilbilin* vocat. Antoninus quoq; hoc tractu *Aquas Bilbitanorum* habet, quas vide ſuo loco *Xalon* etiam vulgò, teſte Arria Montano Fauolio *Aruilata*, *Salona* Sophiano eſt. *Spalato* Hermolaus nominat Diocletianum Imp. hic quondam palatium habuiſſe ſcribunt auctores. Niger dicit Salonas interiiſſe, & loci nomen tamen manere, eſſe verò ibidem arcem hodie *Cliſſa* nomine. *Colonia, Marcia Iulia Salona* vocatur in antiquo Epigrammate, quod habetur apud Mazonium.

Salo, filius Moſullam. 1. Par. 9. Lat. caniſtrum, vel exaltatio, ſiue conculcatio aut æquiparatus.

Salobriaſæ, populi ſunt circa Indiam, Plin. li. 6. cap. 20.

Salodurum Antonino, & ex veteri eius loci inſcriptione, oppidum Heluetiorum. *Solothurn* incolis dictum, Scudus & Rhenanus. vide Solothurum.

Salome, filia Antipatri, Herodis filij.

Salome mulieris nomen. Marc. 4

Salom, pater Ahihud principis filiorum Aſer, Num. 34 Lat. pacificus, ſiue perfectus aut retribuens.

Salomith, filia Zorobabel filij Phadaiæ, 1. Par. 3. & 53. Filius Roboam. 2. Par. 11. Lat. idem ſignificat quod Salomit.

Salmon, vel Solomon, i. pacificus, filius Dauidis, rex Iudææ, omnes ſuæ ætatis homines doctrina antecellens: is Hieroſolymis templum orna-

ornatiſſimum extruxit, quod de eius nomine vocatum eſt, tandem ad idololatriam ab vxoribus & concubinis faſcinatus defecit: qua de cauſa ejus regnum paulò pòſt eſt laceratum, vt ex hiſto ia ſacra liquidò conſtat.

Salomon, Vngariæ Rex Hunnos ingenti multitudine Pannoniam ingreſſos fudit: cum Græcis Bulgariſque congreſſus, eos ingenti clade ſuperauit: tandem a Geiſa quodam bello ciuili ſuperatus, & regno exutus eſt, ſub anno ſalutis 1075.

D. Salomon, Britanniæ Armoricæ princeps martyrio coronatus. Sigebert. in Chron.

Salon, Strab. lib. 12. regio Bithyniæ, paſcendis bobus idonea. Vnde & Salonenſis caſeus. Stephano, vrbs Bithyniæ, qui inhabitat, Salonites vel Saloneus vocatur. Steph.

Salona, oppidum eſt in Prouincia medio itinere inter Auenionem Cauarum & Phocenſium maſſiliam, nobilitatum Crucea lapidea. graucea, eſt planities. quæ cùm quinquaginta milliaria per circuitū habeat, non poſſis tamen digito terram tangere, quin te ſaxum impediat: tantus eſt lapidum (quos ex Herculis pugna relictos fabulātur) in ea planitie numerus. Sunt & apud Salonam Marij monumēta & Cęſaris: nempe callata via, murus marius, Auguſti lapides, & miſſilia multa paſſim inueniūtur. Gallicè *Salon de Crau.*

Salonæ, arum, Steph. vrbs Dalmatiæ, olim capta ab Aſinio Pollione: à qua & filium ſuum Saloninum appellauit.

Salonia. Vide Salon.

Saloniana, Dalmatiæ vrbs mediterranea. Ptolem.

Saloninus, Aſinij Pollionis Germanici exercitus auctoris filius, qui cùm pòſt captas Salonas Dalmatiæ ciuitatem primò lauream, pòſt etiam Conſulatum adeptus fuiſſet, eodem anno ſuſcepit filium, quem à capta ciuitate Salonium vocauit, quem conſtat natum ſtatim riſiſſe: quod parentibus omen infelicitatis fuit. vixit enim perparum. Seruius.

Salphaad, filius Hepher filij Galaad filij Machir filij Manaſſe, Num. 26. 1. Paral. 7. Hebr. Salphahad. Lat. vmbra, ſiue tinnitus formidinis, vel allaxionis aut ſubmerſionis formido.

Salpiæ. Ptolem. lib. 3. cap. 1. Apulorum vrbs in Ionio pelago. Salapia Plinio, Ac ſanè in Græcis codicibus legitur, σαλαπεια.

Salpina, palus in Apulia iuxta Salpiam ciuitatem, meretricio amore Annibalis inclytam. Liu.

Salſos, amnis in Caſſandro Indiæ Plini. lib. 6 cap. 25. Item Hiſpaniæ flumen. Hirtio.

Salſubium, Latinis dictum eſſe illud Flaminiæ (ſiue Romandiolæ oppidum) quod hodie *Caſtrocaro* vocant, ſcribunt Blondus & Leander.

Salſulæ, fons Narbonenſis Galliæ iuxta Ruſcinonem, ſalſioribus, quàm marinæ ſint, aquis defluens. Pompon. libro 2. vbi eſt a ex munitiſſima regum Hiſpaniæ ditionis. Gallicè, *Salſes.*

Salſum, Hirtio flumen Hiſpaniæ eſt in Bętica, quod *Guad. jo* hodie dici aſſerit Cluſius, addens etiam in eum influere riuulum, quod hodie *Rio ſalado* (quod Salſum ſonat) vocatur.

Saltiæ, populi iuxta pontum Euxinum, à veteribus ſic dicti aliter φθηιροφαγοι vocantur.

Saltuares, inſulæ in Nymphæo ſitæ ſunt, ita dictæ quod ad ictus ſaltantium moueantur, Pli. lib 2 cap 95.

Saltus Caſtulonenſi. Ciceroni & Cæſari in Bætica tractus, qui Floriano *puerto Muladar* dicitur, cui ſuffragatur Nauagierus.

Saltus Galliani, quos Aquinates cognominat Plinius, tractus Flaminiæ eſt, *Galeata* nunc nuncupari, & tres pagos comprehendere dicit Leander.

Saltus, prouinciæ Narbonenſis, vel *Saltuoſa* Prouincia olim Latinis dicta, quæ hodie Comitatus de *Sault* vocatur, vt ſcribit Pinetus. Circa Auenionem eſt in Delphinatu.

Saltzburgum, Latinis Iuuania dicitur à iuuando. Nam Germanos Iulius Cæſar aggreſſurus, in faucibus montium arcem munitiſſimam extrui curauit, vt milites in ea refugium, & ſatellites iuuamen haberēt. Inde caſtrum Iuuanenſe, Germanicè *Helffenberch* appellatum eſt, Fluuius quoque, cui adiacet, Iuuarius dictus, arci nomen dediſſe à quibuſdam putatur, à quo & ciuitas Iuuania dicta eſt. Ptolemæo, ex ſententia L. Auentini, *Poedicum* appellatur. Eam Attila Hunnorum rex deſtruxit, & à Roberto Epiſcopo reſtaurata eſt anno 580. Munſter. Irenicus.

Salu, pater Zamri illius qui cum Madianitide occiſus eſt, Num 25. Lat. Canistrum, ſiue exultatio, aut conculcatio, vel æquiparatus.

Salur, Emporium in India intra Gangem. Ptol.

Salutaria, Syriæ aut Euphratenſis vrbs. lib. Notit.

Salua, Pannoniæ inferioris vrbs, Ptole. *Scalmar*, Lazio, duobus à Buda milliaribus, Auſtriam verſus.

Saluc, oppidum in Libya interiori. Ptol.

Saluia, mater Apuleij.

Saluia, oppidum Tridentinum m 5 ab Italię regione. Ptol. *Ala*, Leandro.

Saluius Fuſius inter eximij roboris viros recenſetur a Plinio lib 7. cap. 20.

Saluius Iulianus, iuriſperitus nobiliſſimus, temporibus Commodi Cæſaris.

Salus, dea credita, vnde Salutaris porta, Romę,

appellata, ab huius deæ æde, quæ proxima fuit.

ſaluſa filius ſupha filij Hem, 1. Paral. 7. Lat. trinus, vel principalis aut dux.

ſalutaris, vocatur pars Macedoniæ, Phrygiæ Palæſtinæ Syriæ & Galatiæ, teſte lib. Notit.

ſalyes, populi Occidentales, qui contra Romanos bellum geſſerunt. Steph.

ſalyes, ſunt populi, qui Salonam atque vicinos agros inhabitant.

ſama, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15. Nomen item viri, 1. Par. 8 Lat. au liens vel obediens.

ſama, filius Iechoniæ filij Ioachim 1. Par. 3. Lat. exauditus, ſiue ipſe exaudiens, vel obediens.

ſamaa, frater Dauid, 2. Reg. 22. Par. 6. Filius Merari. 1. Paralip. 6. 12. Lat. audiens, vel obediens.

ſamaa, filius Macelloth filij Abigabaō. 1. Par. 8. qui 9. dicitur Samaam. Lat. nominatus vel appoſitus, aut perditio, vel deſolatio.

ſamachias nomen viri, 1. Par. 26. Lat. adhærens Domino.

ſamad, filius Elphaal, filij Mehuſim, 1. Par. 8. Lat. nomen matris vel gentis, aut timoris, vel ponens timorem, aut oppoſitus matri vel genti aut ibi timor, vel mater, aut gens.

ſamaia. ſiue Samaias, pater Semri patris Idaię 1. Par. 4. filius Ioel. 1. Paral. 5. Vir Gabaonites, 1. Par. 12. Lat. audiens Dominum, vel obediens Domino.

ſamamoncij, juxta magnam Syrtim populi. Ptolemæus. Item alios cognomines habet multa interius in Libya.

ſamanei. Vide Brachmanes.

ſamaoth, nomen viri, 1. Par. 27. Lat. deſolatio vel perditio, aut ſtupor, ſiue ibi iniquitas, aut nomen iniquitatis, vel deſolans aut perdens iniquitatem.

ſamara, promontorium in Oceano Orientali, vbi deſinit Caucaſus.

ſamarabriæ gentes circa Indum, authore Plin. lib. 6 cap. 20.

ſamarath, filius Semei. 1. Par. 8. Lat. cuſtodia vel adamas, aut vepres, vel ſpinas, ſeu fæx.

ſamareus filius Chanaam. Geneſ. 10. Hic Edeſſam incoluit. Lat. lana, vel medulla ſ. arborum.

ſamaria, mons 3. Reg. 16. idem ſignificat quod Samarath.

ſamaria, vrbs Syriæ inter Iudæam & Galilæam media. Ioſephus lib. 3. cap 2. ab Amri Iſraëlitici populi rege condita, qui Simeron vel Sameron montem à quodam Semer emit: ciuitatémque, quam in montis vertice extruxérat, à vendentis nomine Simeron, ſiue (vt tranſtulit noſter interpres, 3. Reg. 16.) Samariam appellauit. Qua deinde reges Iſraëlitarum pro regia vſi ſunt. Aliàs vt Euſeb. teſtatur, Eſthenias eſt dicta. Mox poſt Hircani Iudęorum Pontificis expugnationem, ab Herode rege iterum ædificata: atque in honorem Auguſti Græco vocabulo Σεβαστὴ nominata eſt. Stephano quoque Neapolis, Ioſ. 11. 4. Reg. 6. Iſaiæ 7. 10. Marcon eam Ioſephus vocat.

ſamaria ſiue Samarias, 1. Par. 12. 1. Eſd. 10. nomen viri, Lat. cuſtodia aut adamas Domini, ſeu vepres, aut ſpina Domini.

ſamaria, Palæſtinæ regio, Iudææ contermina, inter mare mediterraneum, & lacum Tiberiadis ſita: habet vrbes Sichem aut Sichima, quę poſteà Neapolis, Capernaum in littore lacus Genezaroth, Bethſaida ad Iordanem, Ghorazim & Magdalum.

ſamarobruni, populi in Gallia inter Belgas: quorum præcipua vrbs eſt Samarobrinum vulgò *S. Quentin* dicta, quam Samara fluuius præterfluit: in qua etiam Cæſar Gallorum concilium indixit. Ptol. lib. 2. cap. 9. tab. 3. Eur. vocat eam ciuitatem Samarobrinam: vulgò *Cambray*.

ſambicus, latro inſignis, qui templum Dianæ expilauit in Elide. Quo flagitium cùm fateri nollet, annum integrum grauiſſimis cruciatibus vexatus eſt. Hinc prouerbium, Sambico grauiora pati.

ſambos, vrbs Arabum: Ciues, Sambi, vel Sambitæ. Steph.

ſambracatæ, inſulæ & oppidi nomen in Chaldæorum Arabia. Plin. lib. 6. c. 28.

ſambrateni, populi circa Iudæam, teſte Plin. lib. 6. c. 20.

ſambri, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum. Plinius.

ſambalos, mons in Perſide, Herculi ſacer. Alex. ab Alex. lib. 1. c. 14.

ſambatæ, Aſſyriæ gens, apud Ptolemęum. Hoc tractu videtur à Diodoro 17. Sambana locus deſcribi.

ſambroca, Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius, Ptol. hodie *Sãbucha* auctore Floriãdo *del Cãpo*.

ſambus, Indiæ fluuius in Gangem influens, Arrian. Et Arabiæ oppidum Steph.

ſame, es, inſula in mari Ionio, ante Acarnaniam, alio nomine Cephalonia dicta, vrbem habens eiuſdem nominis, vulgò *La Cephalonia*. Vide Samos & Cephalina.

ſameni, populi Nomadum. Steph.

ſamgar, filius Anath, Iudex in Iſrael. 3. Iud. Lat. nominatus aduena, ſiue ibi peregrinus, vel certans, aut nominis ruminatio, vel deſolatio ſiue ſtupor aduenæ vel ruminantis aut certantis.

ſamicum, vrbs Tryphiliæ, Gentile Samiceus. Stephano.

ſamir, ciuitas in tribu Iuda in montanis Ephraim. Ioſuæ 15. Iudi. 20. Nomen viri. 1. Paral. 24. Idem

Digitized by Google

14. idem ſignif. quod ſamarath.

ſamma, filius Iſai patris David. 1. Reg. 16. qui 1. Par. 2. dicitur Samma, filius Rahuel, filij Eſau. Gen. 36. 1. Par. filius Supha filij Helem. 1. Par. 7. Lat. perditio, ſiue deſolatio, vel ſtupor, aut ibi, ſiue nomen aut nominatus, vel appoſitus.

ſamma, 1. Par. 2. 8. filius Hebron. Filius item Azaz, 1. Par 5. Lat. audiens vel obediens.

ſammai, filius Recem filij Samma, 2. Par. 2. filius Ezra, 1. Par 4. Lat. nomen meum: aut deſolatio vel perditio mea, ſiue ſtupor, aut cæli.

ſammua filius Zeehur. Num. 25 filius David. 1. Par. 3. Lat. audiens, vel obediens.

ſamnites, populi in Samnio, quod nunc Aprutium vocamus: quæ regio eſt Italiæ inter Picenum, Campaniam & Apuliam. Iidem & Sabelli dicuntur, nomine per diminutionem à Sabinis deducto. Strabo lib. 5. Ferunt enim, Sabinos, cùm adverſus Vmbros bellum gererent, Marti votum feciſſe, ſi victoria potirentur, ſe illi conſecraturos quicquid eo anno apud ipſos naſceretur: quare cùm re bene geſta in patriam rediiſſent, cùm reliquum anni totius proventum, tum etiam filios eo anno natos Marti conſecraſſe: quos deinde, cùm adoleuiſſent, duce Tauro in Campaniam ad ſedes novas quærendas emiſerunt: vbi nullo propemodum negotio eiectis Opicis, ſedes ſuas collocarunt, originiſque ſuæ memores, Sabellos ſeſe, quaſi Sabinorum ſobolem appellarunt. Hi graviſſima olim bella cum Romanis vario eventu geſſerunt, Sp. Poſthumum Conſulem, cum collega totóque exercitu ad furcas Caudinas locorum anguſtia circumventos, ex fœdere ſub iugum miſerunt: quam tamen ignominiam Romani non ita multo poſt magna illorum clade deleverunt, Samnitibus viciſſim ſub iugum miſſis, poſtea cùm ſæpiùs rebellaſſent, tandem à L. Sylla Dictatore multis prælijs fracti, cùm ne ſic quidem iugum ferre poſſent funditùs ſunt deleti. Hos *Sabellos* & *Saunitas* Græci dixêre. ſcribit Plin. *[illegible]* etiam Stephano, Polybio *Squinci* dicuntur.

ſamnites, rex Ægypti. Vide Samneticus.

ſamnium, vrbs Britanniæ. Gentile, ſamnius, ſamnites: & poſſeſſivum, ſamniticus. ſtephanus.

ſamogitia, Polonici regni regio ad mare Balthicum, ſeptentrionem verſus ſita eſt. Polonica lingua, terra inferior eſt, habétque gentes proceræ & pulchræ ſtaturæ, agreſtes tamen & incultis moribus, parco victu viventes. Nullus illic ædificiorum nobilium ſed tantummodò tugurij vſus, quorum ex ligno & culmo eſt ſtructura. Largiùs ab imo ſenſim operis incremento ædificium in arctius cogitur, in carinæ ſeu galeæ maximæ ſimilitudinem elaborata. In cacumine feneſtra vna, supernè lumen reddens, ſubter quam focus cibos parabiles coquens. In ea domo, ſe, vxores, liberos, ſeruos, ancillas, pecus, armentum, frumentum, & omnem ſupellectilem condunt. Cromerus. Munſterus.

ſamorna, Epheſus olim dicta ab vna Amazonum. Vide ſupra in Epheſo ex ſteph. Gentile, ſamornæus & ſamornius.

ſamos, nomen duarum inſularum: quarum altera Ioniæ adiacet è regione Epheſi ambitu LXXXVII. M paſſ. Ideò Iunoni conſecrata, quòd in ea nata fuerit & educata, & Ioui nupta. ſcribit Varro, ſamon priùs Partheniam nominatam, ibique antiquiſſimum fuiſſe Iunonis templum, & ſimulachrum in habitum nubentis figuratum: vbi & ſacra eius anniverſaria nuptiarum ritu celebrabantur. Altera quæ & *Same* dicta è regione Epiri non procul à ſinu Ambracio, *Cephalenia* etiam dicitur breviſſimo maris ſpatio ab Actio dirempta. Tertia ſamos, Thracia eſt mari Ægeo & Thraciæ oppoſita, ſamothracia dicitur Ptolemæo. hodie, *Samandrachi.*

ſamos, ſiue ſame, oppidi nomen in eadem inſula à Romanis diruti. ſtrabo lib. 10. Cephalenia autem quum habeat quatuor vrbes illam nequidem ſuo affecit nomine, quod nunc habet, neque vllam vrbium vnà tantùm excepta, ſiue ſame ſiue ſamo: quod oppidum hodie deletum prorſus eſt. Plinius libro 4. capite 12. Cephalenia quondam Melæna dicta, XI. M. paſſ. abeſt circuitu patet XLIIII. ſame diruta à Romanis, adhuc tamen oppida tria habet. Ex his ſatis conſtat, vanam eſſe eorum differentiam, qui inſulam ſamon, vrbem vero ſamen dicendam contendunt.

ſamos vicus Meſſeniæ, Elidis vrbs & Lyciæ civitas. ſtrabo.

ſamoſata, vrbs Aſiæ ad Euphratem, autore ſtrabone lib. 14.

ſamotes, primus Gallorum rex, & legumlator anno à diluuio 252. neque quiſquam illa ætate iſto ſapientior fuit: ac propterea, ſamotes dictus eſt, Diſque vocatus: eò miſſus à Iano, hoc eſt, Noa patre ſuo. Beroſ. lib. 5. & 4.

ſamoth, nomen viri. 1. Par. 11. Lat. nomina vel deſolationes, aut perditiones ſiue ſtupefactiones.

ſamothrace ſiue ſamothracia, ſtephano, inſula maris Ægei, Thraciæ adiacens ea in parte, qua Hebrus in mare influit. Olim Dardania dicta à Dardano Troiano, qui Palladium ſecum ferens, eò traditur confugiſſe: Ariſtoteles de Republica ſamothraciæ ſcribens, ait eam olim Leucoſiam dictam, deinde ſamum (m litera interpoſita) à sao Mercurij & Rhenes filio: poſtremo ſamothraciam alicubi ſamũ vocat. Gẽtile, ſamothrax, vel ſamothracius

ſamonium promontorium Cretæ. Ptolem. *Salmone* aut *Cabo Salamo* hodie eſt, Sophian. & Mercatore teſtibus. *Samonium* Straboni 10. etiam locus Troiæ eſt, in Neandridæ & Alexandrorum ſolo. Melan. lib. 2.

ſamos, nomen trium inſularum, quarum ſynonyma, quia valde à recentioribus confunduntur, ex ipſis claſſicis auctorib. ſic diſtinguũtur. Prima *Samos* eſt Ionica, in Icario mari è regione Ioniæ poſita, hæc Samos vocatur Ptolemæo, Pomponio & Straboni. idem Strabo hanc olim *Parthemiam* ab eius fluuio parthenio, deinde *Anthemum*, poſtea *Melamphylum*, nuncupatam ſcribit. Eadem *Dryuſa* Ariſtoteli. Apud Plinium quoque. *Cypariſſia Parthenoaruſa* & *Stephane* dicitur. Stephanus & Sophianus eam *Imbraſum* etiam nominant, & Hyginus eius meminit. *Heroſam* quoque dictam, auctor eſt Strabo. Hæc Samos Ionica, Iunoni olim ſacra fuit. Hinc Pythagoras oriũdus. Hinc vaſa illa fictilia, Samia dicta, à veteribus tantopere laudata. Hæc hodie etiamnum *Samo* indigitatur. *Samos* altera, *Thracica* eſt, Maris Ægei, & Thraciæ oppoſita. Hæc Samos dicitur Straboni & Diod. Siculo. *Samothracia* & *Samothrace*, Ptolemæo, Pomponio & Plinio. Olim *Dardania* vocabatur, Plinio & Euſtathio teſtibus, *Serrheten* à Sophiano dici videtur: *Melita* antea Straboni vocabatur. *Leucaſia* etiam Ariſtoteli, vt Erythræus habet in ſuo indice Virgiliano, vel *Leucania*, eo quòd albeat, vt Heraclides in Politiis dicit, qui eam quoque *Thraciam* ab incolis Thraciis, ſeptingentis verò pòſt annis à Samiis, qui eam occuparunt, *Samothraciam* dictam ait, *Saum* quondam hanc appellatam fuiſſe annotauit Græcus Scholiaſtes in Nicandrum. Samos tertia Maris Ionij inſula eſt, prope Zacynthum, quæ & Same vocata fuit & Cephalenia. Strabo & Pauſanias *Telaboantem* nuncupatam aſſerunt. Plinius eam olim *Melanam* dictam tradit.

ſamoſata, vrbs Aſiæ ad Euphratem, Straboni lib. 14. Luciano alumno nobilis. Stephan. vrbs Comagenæ ad Euphratem. Ciuis, Samoſetanus.

ſamphe, vrbs Phœniciæ. Gentile, Samphæus Steph.

ſamphirine, vide Sapphirine.

ſampſa, vicus Arabiæ: Gentile, Sampſenus. Significat autem Sampſa Arabicè Solem. Stephan.

ſampſiceramus, vnus è Philarchis Arabum, cui filius fuit Iamblichus Romani nominis ſtudioſus, vt Cicero teſtatur in epiſt. ad Coſſ. his verbis. Eodem die ab Iamblicho Philarcho Arabum quem homines opinantur bene ſentire, amicũmque eſſe reipublicæ noſtræ, literæ de eiſdem rebus mihi redditæ ſunt. Porrò Iamblicho huic fuit filius alius Iamblichus & ipſe Romanorum amicitiam ſequutus, cui ab Auguſto patrium regnum eſt reſtitutum. Vide Strabonem lib. 10. Genti Emeſſenæ imperabant, & regni ſedem Arethuſæ habebant.

ſampſita, vrbs Ægypti: Gentile, Sampſireotes & Sampſirites. Steph.

ſamri, nomen viri, 1. Paral. 29. Pater Iedihel: 1. Par. 11. Lat. cuſtodiens, vel ſpina, aut fæx, vel adamans.

ſamſai, nomen viri. 1. Eſd. 4. Lat. ſol meus, aut nomen muneris, ſiue ibi munus: aut Syriacè, miniſter.

ſamſame, nomen loci, 1. Macch. 15.

ſamſari, filius Ieroboam. Par. 8. Lat. nomen cantantis vel dominantis, aut ibi cantator, vel ibi dominans.

ſamſon, vir Hebræus, miro corporis robore à Deo donatus: ſed ea lege, vt tandiu robur firmitatémque corporis retineret, quandiu cæſariem. Itaque cùm Philiſtini innumeris ab eo cladibus afflicti, per mulierculam quandam, cuius amore tenebatur, perfeciſſent, vt ei capillus abraderetur. facilè ab eis comprehenſus & excæcatus eſt: eam tamen ille iniuriam poſtea ſua & hoſtium clade vindicauit. Nam cùm capillo renaſcente vires redeuntes diſſimulans à principibus eorum in ampliſſimo quodam triclinio conuiuium agitantibus ludibrij cauſa introductus, columnam quandam totas ædes fulcientem complexus, eámque ſummis viribus concùtiens, ſimul cum ædificio euertit: qua ruina & ipſe & inimici eius omnes obruti ſunt. Iudicum 4. Lat. Sol eius, aut nominis iteratio vel ſecundatio, ſiue mutatio, vel nomen dormientis, vel Syriacè, ſeruitium aut miniſterium eius.

ſamuel, Propheta: Iudæis quadraginta annos præfuit, eiſque tandem petentibus Saulem regem dedit. 1. Reg. 1. 1. Par. 6. Lat. poſitus à Deo, aut nomen eius à Deo.

ſamua, filius Dauid. 2. Reg. 5. 1. Par. 14. qui Sammua, 1. Par. 3. dicitur, iiſdem conſonantibus & punctis apud Hebræos. Lat. audiens ſiue obediens.

ſamula, nobilitata mulier ob diuturnam vitam) vixit enim centum decem annis) ab Aſconio Pediano primum, deinde à Plin. *li 7. c. 48.*

ſamunis, Ptolemæo Albaniæ vrbs, quæ *Samacha* vocatur, teſte Nigro.

ſamydace, vrbs Garmaniæ. Gentile, Samydacenus. Steph.

ſamylia vrbs Cariæ condita à Moylo, quo Helenam & Paridem hoſpitio ſuſcepit. Gentile, Samylianus. Steph.

ſanaballat, Samariæ præfectus, Alexandro Macedoni cum VIII. millibus ſuorum ſe dedidit, & ab eo impetrauit, vt ſibi in monte Garizim templum ædificare liceret, quod & perfecit.

fecit. Eſt item nomen viri, 2. Eſd.2. Lat.rubus in abſcondito, vel in inuolutione, aut ex Syro & Hebræo inimicus in abſcondito vel inuolutione.

Sanan, ciuitas in tribu Iuda, Ioſ.15. Lat.frigidita. ſiue ſcutum vel arma.

Sanates, dicti qui infra ſupráque Romam habitauerunt: quod nomen ijs fuit, qui cùm defeciſſent à Roma, breui pòſt redierе in amicitiam, quaſi pòſt ſanata mente. Itaque XII. Tabulis cautum eſt, vt idem iuris eſſet Sanatibus, quod fortibus, id eſt, bonis, & qui nunquam defecerant à populo Romano.

ſanos, Phrygiæ, oppidum Apolloniæ metropolis teſte Strabone lib. 12. Ptolemæus *Vanda* appellat.

ſanagenſes, Galliæ Narbonenſis populi. Pli.

ſanari, Sarmatiæ Aſiaticæ gens Ptol

ſanctius Craſſus, Hiſpaniæ rex, portentoſa obeſitate, pace facta cum Abderamo Saracenorum rege medicinæ perito, vt ab ea curaretur, Corbulam profectus eſt: ac poſteà rediens, regnũ ſuum ab Ordonio cognomin Malo occupatum Saracenorum auxilio recuperauit. Vixit autem ſub annum ſalutis 921.

ſanctius Deſideratus, Hiſpaniæ rex, anno ſalutis 1157.

ſanctius, III. Hiſpaniæ rex, anno ſalutis 1284.

ſanctius Abarca, tertius Nauarræ rex.

ſanctius Maior, v. Nauarræ rex filijs ſuis tribus tria regna diuiſit Caſtellæ, Nauarræ & Aragonum.

ſanctorinum Vide Theraſia.

ſancto Sebaſtianum, vulgò *Donoſtiea* precipuum oræ maritimæ regni Guipozcoæ oppidum, ad oſtium Menlaſci fluminis, non procul oppoſita maris crepidine ſitum. Guipuzcoa autem Hiſpaniæ regio diuerſa eſt ab ea quæ Biſcaia dicitur quamuis vtriuſque incolæ & iiſdem ſint moribus, & eadem ferè pronuntiatione vtãtur in eo idiomate, quod à reliquis Hiſpaniæ populis diuerſum habent. Oppidum hoc porrò ampliſſimo portu nobilitatur, in quo naues ſecuram & ſagacis naturæ induſtria pulcherrimam ſtationem habent. Agrum habet frumenti, vini, & lanæ feracem. Ad milliaria Hiſpanica quatuor occurrunt iuga montium Pyrenæorum.

ſancus, vnus ex ijs Dijs, quos in 16. cœlorum ordinibus Marianus enumerat. Lil. Giral. lib. 1. Hiſtor. Deorum.

ſandabala Indiæ fluuius. Ptolem.

ſandalion parua regio Piſidiæ: Incola, Sandalieús. Steph.

ſandaliotis. Sardinia inſula denominata ab effigie ſandalij, hoc eſt ſoleæ, quam nonnulli Ichnuſam vocaut, à ſimilitudine veſtigij, quod Græcè ἴχνος dicitur.

Sandanis, vid quidam Lydus, qui Crœſō ſuadere conatus eſt ne Perſis bellum inferret. Herod. lib. 1.

Sandanus, Thraciæ fluuius circa Pallenem regionem. Plutarch.

Sandaraca, Bithyniæ portus, ad Euxinum pontum. Strabo.

ſandaua, Daciæ vrbs. Ptolem.

ſando, vrbs Italiæ. Gentile, Sandonius, Stephanus.

ſandrizetes, populos Pannoniç habet Plinius, per quos Drauum amnẽ defluere ſcribit. *S. Andres* oppidum in hoc tractatu non malè nomen imitatur.

ſanea, vrbs Indiæ: Gentile, Saneus. Steph.

ſane, vrbs Thraciæ inter Athon & Pallenem: Gentile, Sanij & Sanæi Steph.

ſanga, Plin. libr. 4. c. 20. fluuius Cantabrorum in Hiſpania citeriori. Eſt etiam ſerui nomen apud Terentium in Eunucho.

ſangarius, Ptolemæo & Straboni, fluuius Aſię, alio nomine Coralius dictus, in Dindymo mõte naſcens, & per Phrygiam Bithyniámque in Pontum illabens. Ouid 4. de Ponto, Sagarim appellat. *Sanga*, ab Apollonij Scholiaſte dici annotauit Stuckius, & eundem ab Heſiodo in Theogonia *Sarcerius* nominatum ſcribit. idem *Sangaris* dicitur, teſte Solino *Acada* in tabulis ejus decurſum imitari videtur. *Sangari* autem Bellonio & *Zagari* Nigro dicitur, *Xeralates* quondam dictus eſt teſte Plutarcho de fluminibus. Sangarius etiam *Coralius* nominatur apud Plinium. Aliud eſt in Græcia Coralius Straboni. Vide Coralius & Agarus.

ſangia, vicus Phrygiæ, vnde Sangarius fluuius originem ſumit, Euſtath. Nicephorus hũc vicum *Pazum* vocari ait qui *Pachius*, fortè Appiani.

ſanguinarius, Pons circa Spoletum, aut inter Otriculum, Narniámque & Spoletum, atque vrbem Romam regione media poſitus. Victor.

ſanina, vrbs ad mare rubrum: Gentile, Saninæus vel Sanonites. Steph.

Sanir, mons qui & Hermon & Sarion dicitur. Deut. 7. Ezech. 27. 1. Pa. 5. Vocatur & Sion. Deut. 4. Vide Hermon. Lat. dormiens, lucerna, vel nouale, ſiue iteratio vel mutatio, aut ſecundatio, lucernæ vel nouális, aut mutatio, vel iteratio, aut ſecundatio docentis vel oſtendentis.

ſannaus lacus, de quo Pli. lib. 2. 102 Lacus, inquit, Sannaus in Aſia circumnaſcente abſinthio inficitur. A Ptolemæo Samnis appellatur. Apud Græcos per ſimplex n inſcribitur. In Exemplaribus hodiernis legitur sinnaus, imò quidam legunt Innaus ſine s.

ſanni, populi, antè Macrones dicti. Strab. lib. 10. vide Macris, Drillæ, & Macrones.

Sanaigæ, populi ſcythiæ Abaſigis vicini. ſte.

ſanina, Mediæ vrbs, ad Hyrcanũ mare. Ptol.

ſanticum, circa Noricum vrbs. Antonin.

ſannitas. Vide ſamnites.

ſantis, vrbs Celtica: Gentile Sanites. Steph.

ſantones, ſiue Santoni, populi Galliæ Aquitanicæ, non longè à Toloſatium finibus. Hinc adiectiuum Santonicus, vulgò *Saintonge*.

ſantonicum, Gallicè *Saintes* Galliç Aquitanicę ciuitas. Ptol. li. 2. c. 7. tab. 3. Eutrop. & Strab. lib. 5.

ſantonum, portus. Ptol. lib. 2. c. 7. Galliæ vrbs. Gallicè, *La Rochelle*. Iuniores Latini Rupellas vocant.

ſantonum, promontorium, Ptol. *Blaye*, Villanouano, *Malnaſen*, Mercatori.

ſanua, Albaniæ vrbs. Ptol.

ſaorus, vrbs dicta à Saora Nympha. Vide Eleutheræ.

ſaos, inſula Saiorum, Steph. Dicuntur autem Saij qui Sain Ægypti vrbem habitant, vide Samos.

ſapæ, populi Thraciæ, aliàs Sapæi dicti & Sipij (Sinties fortè legendum, vide infrà) poſſeſſiuum, Sapaicus. Steph.

ſapaudia, regio, non ſemel inter Galliæ Narbonenſis prouincias nominatur in li. Not. Quibuſdam Sabaudia eſt vulgò *Sauoye*.

ſapies vide Sinties & Sapæ.

ſaperdion, altera Phryne. Cœlius Rhodiginus lib. 14. cap. 15. ſcribit Apollodorus Phrynes fuiſſe duas: quarum alteram Clauſigelota cognominarunt, Saperdion alteram.

ſaph, nomen gigantis, 2. Reg. 21. Lat. peluis, crater, phiala, limen, poſtis qui vtrinq; in porta erigitur: finis, vel cõſumatio: iuncus vel pelagus.

ſaphai, nomen proprium gigantis, 1. Par 20. qui 2. Reg. 21. dicitur ſaph. Lat. limen, vel ſuperliminare, aut hydria, vel phiala, ſeu finis, vel conſummatio.

ſapham, filius Gad. 1. Paralip 5. Lat. barba, ſiue labium, aut ripa, vel confractio ſiue ſolitudo eorum.

ſaphan, ſcriba quidam filius Aſalia, 4. Reg 22. Lat. Hericius aut cuniculus, vel chœrogryllus, ſiue abſconditus: aut labium, vel ripa, ſiue confractio eorum.

ſaphar, vrbs regia Arabum, Pli. lib. 6. c. 23.

ſaphateni equi apud Vegetium.

ſaphat, filius Hurr. Nu. 13. Pater Eliſei 3 Reg. 18 Filius Semeiæ filij ſecheniæ. 1. Par. 3. Filius Gad 1. Par. 5. Lat. iudex, vel iudicans.

ſaphatia, ſiue ſaphatias, filius Dauid ex Abital. 2. Reg. 3. 1. Par. 3. filius Rahuel, 1. Par. 9. Vir Aruphites 1. Paralip. 12. Vide Ierem. cap. 38. 2. Eſd. 7. Lat. iudicans Dominus, ſiue iudicium Domini.

ſaphon, nomen loci. Ioſ. 13.

ſapires, appellantur (teſte Orpheo in Argonautica) populi iuxta Pontum. ſteph. populi in mediterraneis Ponticæ regionis, nunc ſabires dicti, ſabiri ſunt quoque apud Agathiam.

ſapis, Flaminiæ fluuius, ſubter ſenogalliam vrbem Iſauro ſe coniungens.

ſapores, Perſarum rex, notiſſimus cladibus ab Imperatoribus Romanis acceptis & illatis, maximè tamẽ inſignis victoria de Valeriano Imperatore parta: quem bello captũ miſerè habuit, vt quoties currum conſcenderet, ejus humeris pedibus inniteretur.

ſaphira, vxor Ananiæ illius qui Deo mentitus ad verbum Petri mortuus eſt. Act. 5.

ſapphirine, inſula in Arabico ſinu, è qua ſapphirus gemma, ſteph. licet corruptè legatur ſamphirine.

ſappho, ſamariæ vicus. Ioſeph.

ſappho, inſignis Poetria, carminis inuentrix, quod ab ea ſapphicũ appellatur. Ferunt nõnulli fuiſſe duas hoc nomine, quarũ vna Ereſia fuit, eodemq; tẽpore floruit quo Tarquinius Priſcus Romę regnauit: qua tempeſtate Alcęus etiã Terpſichorus claruerũt. Ea plectrũ prima inuenit. Maritũ habuit Cerſylã ditiſſimũ virũ ex Andro: ex quo filiã ſuſcepit Clio nomine. ſcripſit Lyricorũ libros nouem, pręterea Epigrãmata, Elegia, Iambos & Moniadas: carmini ſapphico, cuius inuentrix fuit, dedit nomẽ ſunt qui aliam dicũt fuiſſe Leſbiam, ſiue vt alij tradũt, Mitylenęam, poëtriã quoq; longè iuniorẽ, cuius pulcherrimũ opus ad amicũ Phaonem extat. ſcripſit & alia multa apud Gręcos, vt nõ immeritò inter Lyricos poetas annumeretur. De huius morte memorię proditũ eſt, quòd cùm à Phaone, quẽ miſerè deperibat, cõtineretur, doloris impatientia ex Leucade ſeſe in mare pręcipitauit. Vtracunq; fuerit, vnã tantùm commendãt Latini poetæ. Extat epiſtola ſapphûs ad Phaonem inter Ouidianas.

ſapuri, montes ſcythiæ inter Imæum. Ptol.

ſapyſelatum, mons Corinthiacus. *Arachnæum* ſuo tempore appellatum ſcribit Pauſanias.

ſara, Aureæ Cherſoneſi emporium. Ptol. *Selungas* hodie Caſtaldo teſte. Vrbs item Cappadociæ apud Antoninũ, quam Ptolemæus *Sauronia* vocari ait, ſed *Saunaria* hoc loco apud Ptolemæum legitur.

ſara, vxor Abraham, Gen. 17. Lat. Domina, vel princeps, Anteo ſarai dicebatur, i. Domina mea, vel princeps mea.

ſarabacus, ſinus Indiæ extra Gangem Ptolemæo, *Golfo Sanolas* eum vocat Caſtaldus.

ſarabris, Ptolemæo Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, *Camora* Cluſio *Toro* ad Durium fluuium, malè apud Antoninum *Sabaria* pro *Sarabria* legitur.

ſaraceni, qui olim Agareni & Iſmaëlitæ dicebantur teſte Sozomeno. Item *Arabes* & *Scenitæ*, auctore Ammiano. Hebræis *Chaſtubim*, vt ſcribit Ar. Montanus.

ſami, Gen.46. Num.46. 1.Paral.7. Filia Aſer filij Iacob. Lat. odorans, vel canticum odoris, aut domina odoris.

ſara, ſiue Saraa, Ioſuæ 19. Iudic.13.16. Eſdr. 11. Ciuitas in tribu Dan. Eadem & Sarea, Ioſ.15. dicitur. Lat. Lepra aut ſcabies.

ſara, 1.Par.7. Filia Ephraim. Lat. caro vel conſanguinitas, aut fermentum, ſiue reſiduum vel remanens.

ſarabias, ſiue Sarabia, nomen viri. 1.Eſd.8. Lat. ſiccitas Domini, vel præuolens cum Domino, aut pſallens in Domino vel cum Domino.

ſaraca Ptol. lib.6 cap.2. oppidum in mediterraneis Mediæ. Eſt & eidem lib.1. cap.10. Sarace ciuitas in Colchide Stephan. regio eſt Arabiæ poſt Nabathæos: incolæ, Saraceni. Vide Saraceni.

ſarabus, Indiæ intra Gangem fluuius. Ptolemæus.

ſaracena, Arabiæ Petreę regio, apud Ptol. Saraceni ſunt in Arabia felici. Ptol. & Plinio, qui eorum vrbem Arram vocat.

ſaraga, Sinarum vrbs, apud Ptol.

ſaragina, Marmaricæ vicus. Ptol.

ſaraguri, gens Aſiatica. Suidas.

ſarai, id eſt leproſus, vel ſcabioſus, nomen viri, 1.Par.2.24.

ſaraia, ſiue Saraias, filius Cenez. 1.Par.46.2. Reg.8. Filius Ezriel Ieremiæ 36.4 Reg.25.1.Par. 6.1.Eſd. Lat. Princeps Domini, vel Canticum Domini.

ſaralus, Ptol. Galatiæ oppidum.

ſaramanne, Hyrcaniæ vrbs apud Ptol.

ſaramena, regio Aſię minoris circa Amiſum, Strabo.

ſarangæ, populi ſunt Caucaſi iuga incolentes, apud Plin lib.6.c 16.

ſarapani, populi ſunt Colchidis, de quibus ſcribit Strabo lib.10.

ſaraparæ populi circa Caucaſum, non procul ab Hyrcano. Plin. lib.6.c.16.

ſarapoda, homo latos pedes habens, qualem Alcæus Pittacum fuiſſe refert: à Naturæ quippe deformitate, multi cognomina ſua traxerunt, Alexand. ab Alex. lib. Genial. dier.2. capite 11.

ſarapidis, inſula aut *Zenobij* inſulæ ea eſt, quæ hodie *Mazira* dicitur, inquit Ramuſius. Sunt Arabiæ Felicis in Azanio mari apud Ptolemæum & Arrianum.

ſarapis, inſula in ſinu Indico: Gentile, Sarapites. Steph.

ſarapta. Vide Sarepta.

ſarar, pater Ahiam. 2. Re 23. qui 1. Par. 11. dicitur Sachar. Lat. Vmbilicus, aut cogitatio vel inſidiatio, ſiue cantans, vel Dominus.

ſaraſar, filius Sennacherib. 4.Reg.19. Iſa.37. Principis cuiuſdam nomē Zach.2. Lat. præpoſitus theſauri vel cellarij, aut pſallentis theſaurus vel cellarium, ſeu qui videt anguſtiam: aut ex Hebræo & Syro, Caſtrametatio anguſtiantis.

ſaraſtes populi. Vide Sarnul: ſed melius Saraſtes.

ſarath aſar, ciuitas in tribu Ruben in monte Bethphegor. Ioſ.13. Lat pſalmatio matutina, aut anguſtia, vel colligatio matutina, ſiue anguſtia vel figura nigredinis.

ſarathi, nomen viri. 1.Par.4. Leproſus, vel ſcaber.

ſarauus, fluuius prope Auguſtam Treuirorum in Moſellam erumpens, vbi ab Auſonio deſcribitur in ſua Moſella: *Sar* hodie vocatur. eundem antiquitatis *Sarra* dictum ſcribit Scaliger ex antiqua deſcriptione quæ Treuiris extat.

ſarbaniſſa, Cappadociæ vrbs in Ponto Polemoniaco, Ptolem.

ſarbatha, Arabiæ vrbs, Ptolem.8. Geographiæ.

ſarbedicus mons, apud Curopalatem videtur pars Tauri, inter Syriam & Armeniam.

ſarbena, Ptolemæo Aſſyriæ vrbs.

ſardabala, fluuius Tingitaniæ prouinciæ, Pli. lib.5 cap 2.

ſardana, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

ſardanapalus, vltimus Aſſyriorum rex, trigeſimus à Nino, omni libidinis mollitiæque genere effœminatiſſimus: adeò vt non erubuerit inter ſcortorum greges nere, & muliebri habitu fœminas omnes laſciuia anteire. Quamobrem indignum rati Aſſyrij Itali fœminæ parere, duce Arbaſce deſciſcentes, bellum Sardanapalo intulerunt. Qui victus in regiam ſe recepit & extructa pyra, rebúſque omnibus clariſſimis eò congeſtis ſeipſum vnà cum regia combuſſit. Herodot. Iuſtin.

ſardanis. Vide Sandanis.

ſardemiſos, Tauri montis promontorium, quod inter Lyciam & Pamphyliam in noſtrum pelagus imminet. Plin.c 1·.li.5.

ſardene, mons ad Hermum fluuium & nouum murum. Herodot.

ſardeſſus, vrbs Lyciæ prope Lyrneſſum, vbi Sardeſſius Iupiter colitur. Steph.

ſardeuna, Armeniæ minoris oppidum. Ptol.

ſardiæi, Dalmatiæ populi. Polyb.

ſardiani, quo pacto à Smyrnæis, ancillarum coitu, victi fuerint, vide in dictione Smyrnæi.

ſardica, Thraciæ vrbs mediterranea apud Ptol. *Triadizza* Sophiano. Daciæ item oppidum. Eutrop.

Digitized by Google

Sardinia, inſula in Mari Liguſtico, à Corſicæ extremis nouem tantùm millium paſſuum freto dirempta, ab Auſtro Libyco mari abluta, ita dicta à Sardo Herculis filio (ſicut Strabo & Solinus ſcribunt) qui è Libya veniens, cum multitudine colonorum, inſulam occupauit, mutatóque nomine Sardiniam appellauit, ab effigie ſoleæ, quam Græci σανδάλιον vocant & Ichnuſa, à ſimilitudine veſtigij quod Græcè dicitur ἴχνος. Huius latitudo eſt millium paſſuum nonaginta octo longitudo ducentorum viginti, quanquam alij ſtadia multa adiiciant. hodie Italis *Sardegna*, Gallis *Sardaigne* dicitur. Habet hæc inſula à Septentrione montes editiſſimos, qui prohibent, quominus à Borea poſſit perflari: quò fit vt aëris peſtilentiæ maximè ſit obnoxia. Quo nomine olim iã malè audiuit, vt M. Cicero Quintum fratrem moneat, etiam tum cùm optimè valeret, meminiſſe eum debere, in Sardinia ſe eſſe: & albi, Tigellium quendam Sardum hominem eſſe ait patria ſua peſtilentiorem. Martialis quoque Sardiniam Tyburi, tanquam ſaluberrimo loco peſtilentiſſimum opponit.

Nullo (ait) *fata loco poſſis excludere, cùm mors*
Venerit, in medio Tybure Sardinia eſt.

Mirum in eo inſula neque lupum gigni, neque ſerpentem reperiri. Habet ciuitates multas, ſed omnium præclariſſima Calaris eſt, Auſtrum ſpectans, qua in parte Sardinia ad Libycum mare pertingit, vbi coraliorum piſcatio eſt. In qua diui Auguſtin. oſſa tam diu conquieuere quoad Heliprando rege Papiam tranſlata ſunt. Hæc ciuitas *Iole* à priſcis appellabatur, ab Iole illa, quam Hercules perditiſſimè amauit. Inſulam Pœni occupauere, ſed à Romanis expulſi, tandem primo bello Punico amiſere. A Sardinia Sardus Sardous, & Sardienſis adiectiua fiunt. Multa in ea inſula inſignia ſunt: at nihil magis quàm quæ adagio locum præbuit herba Sardoa, cuius ex varia opinione ſcriptorum meminit Eraſmus in Chiliad. Mela anguſtius ſpectare eam in ortum, quàm occaſum ait, littoribus videlicet medio contractis: in vniuerſum autem vbique ſpetioſiorem eſſe, quàm Corſica ſit, etiam tractu quo latiſſima eſt. Fertiliſſima eſt frumenti. Huius inſulæ incolæ ob inſignem vtilitatem nequitiámque in prouerbium abierunt. Sardoa lex in otioſos conſtituta eſt, quæ pœnas ignauiæ & ſocordiæ infligebat, & vnumquenque laborum, victus, totiúſque vitæ rationem reddere cogebat. Author Ælianus de varia hiſtoria. Varia præterea ſortitur nomina: vocatur enim à Timæo *Sandaliotis*, *Ichnuſa* à Myrſilo. Σαρδὼ Græcè dicitur Ptolemæo, Lycophroni, Stephano & cæteris. Incolæ *Iolas* ſiue *Iolahenſes* à Iolao appellantur Straboni & Diodoro. Strabo eos poſtea *Diagobres* dictos ſcribit. *Sardigna* hodie nominat.

ſardes, Sardium, vrbs Lydiæ inſignis, ad Tmoli montis latus ſita. Crœſi olim regia. In ea eccleſia fuit vna ex ſeptem Aſiæ, quarum Ioannes meminit. Ciuis, Sardinianus: poſſeſſiuum, Sardianicus.

ſardis, Aſiæ propriæ ciuitas in Lydia regione, quæ à Mæoniis *Hyde* vocitata eſt. Plin. olim *Gygepolis* dicebatur, teſte epigrammate antiquo.

ſardonici, montes Liburniæ, Ptolemæus libro ſecundo, cap. 17. vulgò *Maranus*. vide Scardona.

ſardoniæ, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolem.

ſardeopatris fanum, Ptolemæo in Sardinia.

ſardus, Herculis filius, à quo Sardiniam volunt nominatam. Hic adhuc puer ab Iolao eorum furori ſubtractus eſt, quos Hercules viuens laceſſierat, cum fratribus aliquot in Sardiniam inſulam peruenit, & eam quæ antea Sandaliotis ſeu Ichnuſa vocabatur, à nomine ſuo Sardiniam creditur appellaſſe.

ſardus, vrbs Illyriæ. Ciuis, Sardenus. Steph.

ſarea, olim vocabatur Cappadocia. Steph. in Cabaſſo

ſareas, filius Thanehumeth Ier. 40. Lat. princeps aut canticum Domini.

ſarebias, nomen viri. 2. Eſd. 9. idem ſignificat quo Sarabias.

ſared, filius Zabulon, Geneſ. 47. Lat. oblatio dominij, aut deſcenſionis: aut Syriacè, Cortina.

ſareda, patria regis Ieroboam, 3 Regum. 11. Lat. anguſtia, vel colligatio dominij vel deſcenſionis, aut pſalmatio dominij vel deſcenſionis.

ſaredatha, nomen loci, 2. Par 4 idem.

ſarepta, Plinio Palæſtinæ vrbs, inter Tyrum & Sidonem, Ioſepho 8. Antiq. c. 7.

ſarephtha, Plinio lib. 5. cap. 29. vrbs. Sidoniorum, vbi diuinus vates Helias eſurientem viduam miraculo pauiſſe creditur. Hinc Sarepthanus, a, um, Heb. Sarphata. Lat. Anguſtia buccellæ, vel panis ſiue conflatio vel conflatorium, aut anguſtiæ dilatatio vel perſuaſio.

Pares. frater Phares filij Machir, 1. Par. 7. Lat. radix vel catenula.

ſargacæ populi, Pomp. li. 2. cap. 1. iuxta Mœotidem, quorum oppida Myrmecion, Panticapæũ, Theodoſia, Hermiſium, lege, Satarchæ.

ſargantha, vrbs Iberiæ, Gentile, ſarganthenus, ſteph.

ſarganthis, vrbs & arx in Ægypto. Ciuis, ſarganthites. ſteph.

ſargapiſes, Tomyris filius, à Cyro rege Perſarum captus, cùm manicas & brachiorum vincula eximi ſibi impetraſſet, ſeipſum interficit. Herodotus, lege, ſpargapiſes.

ſar-

ſargaſis Antonini, Corſabia Ptolemæi eſt, ſimlero, Armeniæ minoris oppidum. sed *Corſabia* legitur apud Ptol.

ſargauraſanæ, regio Cappadociæ apud Plin. lib.6.c.3.

ſargetia, Daciæ fluuius Dioni, in quo Decebalus Rex theſauros ſuos occultauerat. Hunc Tzetzes *Argentia* vocat, *Strei* Hungaricè, *Iſtrig* Germanicè hodie nominari ſcribit Sambucus.

ſargon, nomen regis, aliàs Sennacherib dicti, Iſaiæ 20. Lat. auferens protectionem vel corpus aut calorem, ſiue auferens hortum: aut Syriacè, rete vel retinaculum.

ſaria, filius Aſel. 1. Paral.8.9. Heb. Saaria. Lat. porta Domini, ſiue æſtimatio aut capillus Domini, vel hircus ſiue hordeum aut tempeſtas Domini, vel Dæmonis Dominus.

ſaria, vide Sarea.

ſarita, idem quod Sareas.

ſaricha, vrbs Cappadociæ, Gentile, Sarichenus, aut Saricheus.

ſarid, terminus Zabuloniæ tribus. Ioſ.19 Lat. relictus, vel remanens, aut principis manus, ſiue canticum manus.

ſarinenſis portus deſcribitur à Claudiano: idem fortè Saronicus infrà dicitur.

ſarion, mons à Sidoniis ſic vocatus, quem Amorrhæi Sanir vocant. Deut. 4 Lat. Lorica vel planities, aut canticum columbæ.

ſariphi, mons in Aſia, è quibus Oxus fluuius exit. Ptol.

ſariſabis, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolemæus.

ſaritæ, Arabiæ felicis gens. Ptol.

ſarmagana, Ptol. Argiæ regionis in Aſia vrbs: quæ Nigro *Samarchant* eſt.

ſarmatia, Toliſtobogiorum in Galatia vrbs. Antonin.

ſarmatia, regio latiſſima ab ipſis Germaniæ finibus & Viſtula amne in Hircaniam vſque extenſa, cuius incolæ Sarmatæ: ſiue Græco nomine Sauromatæ dicuntur. Sunt autem duæ Sarmatiæ, Tanaide fluuio diuiſæ: quarum quæ Occaſum ſpectat, Europæ: quæ Ortum, Aſiatica cognominatur. Habet autem Sarmatia Europæa à Septentrione Oceani partem, quem Sarmaticum ab ea appellamus: ab Occaſu Germaniæ partem & Viſtulam amnem, à Meridie Iazigas Metanaſtas: ab Ortu verò (vt iam diximus) Sarmatiam Aſiaticam & Tanaim fluuium. Quem tractum hodie tenent, quos Polonos, Ruthenos, & Tartaros appellamus. Sarmatia Aſiatica ab Ortu Hyrcania terminatur, à Septentrione terra incognita: ab Occaſu, Sarmatia Europæa, & Tanaide fluuio: à Meridie verò Ponti Euxini parte. Habet autem vtraque populos efferatiſſimos, partim montes & ſaltus incolentes, partim plauſtris pro domibus vtentes, qui inde Hamaxobij dicuntur: partim rapto viuentes, ſanguinéque equino cum lacte commiſto inediam tolerantes. Paſcuntur lacte equino, vnde quidam eos ἱππημολγοὺς, hoc eſt, equarum mulſores, alij γαλακτοφάγους, hoc eſt, lacte veſcentes appellant. Sunt etiam quidam interius habitantes, quos vocat Gelonos Virgil. tertio Georgicorum. Item Sarmatæ alij ſunt, qui cruda farina equino ſanguine miſta è cruris venis aluntur. Alij etiam qui pro victimis homines immolant. Alij bellorum & cædis amatores, quibus bellantibus mos eſt cruorem eius quem primùm interemerint, ex ipſius vulneribus bibere: & vt quiſque plures interemerit, ita apud eos eximius habetur. Sunt & in Scythiæ extremis Sarmatæ, qui carne equina veſcuntur: alij qui humanæ carnis alimento vitam ducunt, propter quod vocantur antropophagi, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν ἀνθρώπους, hoc eſt, ab hominibus edendis. Hi, vt author eſt Mela. libro ſecundo, auri & argenti ignari, vice rerum commercia exercent: atque ob ſæuitiam hyemis admodum aſſiduæ demerſis in humum ſedibus, ſpecus aut ſuffoſſa habitant. Totum bracchati corpus, & niſi quâ vident, etiam ora veſtiti. Plinius libro quarto, capit. decimoſecundo, & Strabo libro vndecimo. Dixi Sauromatæ ab oculis lacertarum: σαυρὸς enim lacerta eſt, ὄμμα, oculus, Idola hactenus colunt. A Sarmatia fit Sarmatis, tidis, & Sarmatices. Diuerſis prætereà nominibus appellantur: aliqui enim Europæam *Ruſſiam* vocant. Niger ait Aſiaticam patria lingua *Sargatia* dici. Garcias ab Horto Tartaros Aſiaticos *Mogores* in India vocari ait, in libello ſuo de Aromatibus. Ephorus *Iazabatas* etiam vocat *Iaxamata* quoque legitur apud Melam: Sauromatas Scythas vocat Tzetza *Perantades*. Sarmatas ab Hebræis *Haſſermaneth* vocari Ar. Montanus ſcribit in ſuo apparatu. Sarmatarum populi, qui Taniam fluuium accolunt, apud Plinium ſunt *Cicimeni, Choatra, Coſtobocci, Dandari, Euaze, Gynecocratumeni, Meſſeniani, Thuſſageta, Turca & Ziga*, vide Scythia.

ſarmatica inſula, iuxta Danubij oſtium. Caloſtoma dictum. Plin.

ſarmentus, vir, qui ſcurrilitate claruit, cuius meminit Horatius primo Sermonum, Satyra quinta.

ſarmiſiam vallem habet Sambucus in ſua Tranſſiluaniæ Tabula, quam *Hacſag* vel *Hacſaag* Hungaricè vocat.

ſarmydeſſus locus in Thracia. Suid.

ſarnaca, Troadis vel Myſiæ vrbs. Plin.

ſarnada, Pannoniæ oppidum. Anton.

ſarnia, Britānica inſula, Ant. *Garnſey* Caddeno.

ſarnius, Aſiæ fluuius, in limitibus Hyrcaniæ, Strabo.

ſarnus, fluuius Campaniæ, in ſarno monte naſcens, inter Pompeianum agrum & ſalernum, iuxta oppidum in ſarni montis radicibus poſitum, primò magno cum murmure defluit, mox in paludes amplas deſinit, quæ graues incolis nebulas toto anno emittunt: deinde coactis ripibus, Veſunum montem radit, & inde paruo contentus curſu, in Tyrrhenum mare influit. *Scafati* nonnullis hodie dicitur. eſt *Scafato* Erythreo.

ſarnus, vrbs Illyriæ: Gentile, Sarnuſius. Steph. Nuceriæ mons apud Vibium.

ſaro, nauta quidam, qui moribus ſuis inelegantibus & inurbanis prouerbio locum fecit, Sarone magis nauticus.

ſarohen, ciuitas in tribu Simeon. Ioſ 19. Lat. princeps gratiæ, ſiue principis gratia, vel gratiæ cantum.

ſaron, ſiue Sarona, regio, teſte Hieronymo, inter Tabirinum montem & lacum Tyberiadis & à Cæſarea vſque ad Ioppem ſe extendens. Hæc pinguis & fertiliſſima eſt, 1. Par. 27. Iſaiæ 33. Act. 9. Eſt & vrbis nomen, in qua filij Gad habitauerunt, 1. Par. 5. Lat. planities aut canticum eius.

ſaron, locus Trœzenis: vnde Saronius & Saronicus. Steph.

ſaronius, olim vocabatur Trœzen, Peloponneſi vrbs.

ſaronicus portus in Achaia ad Iſthmum Corinthiarum. Ptolemæus ſinum facit Saronicum. Plin. quoque lib. 4, cap 5. Sinus, inquit, Saronicus olim querno nemore redimitus, vnde nomen, ita Græcia antiqua appellante quercum. Multi à Sarone Deo marino. Nam Saronem fuiſſe regem, qui illic Atlepiæ marinæ regioni imperauit, in Corinthiacis ſcribit Pauſanias. Vide Sarienſis, & Saron. Strabo dicit aliis *Salaminiacum* appellari. Item *Pontum & Porum*, id eſt, traiectum. *Eleuſinius* apud eundem vocatur, cui etiam eſt ſinus peculiaris inter Saronicum & Argolicum ad Hermionem vrbem. libro autem primo idem Hermionicum ſinum circa Methonem ponit: Saronicus ſinus hodie *Golfo* de *Ergia* Caſtaldo eſt.

ſaronites, nomen viri. 1. Par. 27. Planities, vel planus ſiue cantans.

ſarophages, gentes Indiæ ſunt, accolæ Iudi fluminis, authore Plin. lib. 6. c. 20.

ſarpedon, Iouis filius ex Laodamia Bellerophontis filia, vt eſt author Homerus 15. Iliados aut, vt Herodotus tradit in Polymneia, eiuſdem Iouis filius ex Europa frater Minois. Hic cùm Lyciæ rex eſſet, & in armis ſtrenuus, Priamo ſuppetias tulit aduerſus Græcos: vbi cùm multa edidiſſet virtutis ſuæ documenta, tandem à Patroclo eſt interfectus Corpus autem eius Iouis iuſſu ab Apolline è medio pugnantium ſublatum eſt, & flumine ablutum, ambroſioque reſperſum liquore, ac regia indutum veſte, ad ſepulturam ſuis reſtitutum.

ſarpedon, Ciliciæ promontorium, finis aliquando regni Sarpedonis, quod Ciliciam à Pamphilia diſtinguit. Pomponius lib. 1. in deſcriptione Ciliciæ. Steph. vrbs eſt Thraciæ, Gentile, Sarpedonius. item inſulæ nomen Suidæ.

ſarpedonia petra. Vide Melas, Pontus & Gorgones.

ſarra, vrbs in Phœnicia, deinde Tyrus, dicta à piſce quodam qui illic abundat, quem *Sara* appellant, ex cuius ſanguine ſericum in purpuram tingebatur. Inde Sarranæ veſtes, Tyriæ dictæ ſunt, quæ & oſtrinæ & purpureæ.

ſarraca, nomen duarum vrbium, quarum vna in Media, altera in fœlici Arabia. Vide *Saraca per* ſimplex r.

ſarraceni, populi poſt Nabathæos, à Sarata (vt Steph. inquit) quæ eſt pars Arabiæ. Horum mores ſic deſcribit Ælianus. Omnes, inquit, pari ſorte ſunt bellatores, ſeminudi, coloratis ſagulis pube tenus amicti, equorum adiumento perniciem, graciliumque camelorum per diuerſa raptantes in tranquillis vel turbidis rebus. Nec eorum quiſquam ſtiuam apprehendit, vel arborem colit, aut arua ſubigendo victum quærit: ſed errant ſemper ſiue lare, ſiue ſedibus fixis, aut legibus. Vita eſt illis ſemper in fuga, vxoréſque mercenariæ, conductæ ad tempus ex pacto. Atque, vt ſit ſpecies matrimonij dotis nomine futura coniunx haſtam, & tabernaculum offert marito.

ſarranates, Italiæ populi, vi. regionis, circa Vmbriam. Plin.

ſarraſtes, populi circa Sarnum fluuium.

ſarron, adhuc Iano, hoc eſt. Nao ſuperſtite apud Celtas regnauit, qui, vt cõtineret ferociam hominum tum recentum. publica literarum ſtudia inſtituit. Beroſ. lib. 4. & 5. Vide infra Satron.

ſars, Hiſpaniæ Tarraconẽſis fluuius. Pompon.

ſarſachim, vnus ex principibus regis Babylonis. Iere. 39. Lat. propoſitus cooperimentorum vel vnctionum.

ſarſaga, Armeniæ minoris vrbs. Anton.

ſartenna, pater & filius, nobiliſſimi ſcriptores, quos Plin. commemorat damnaſſe arbuſtorum rationem ad vites ſubleuandas, lib. 17. c. 23.

ſarſina, vetus ciuitas in Æmilia, vberrimis paſcuis nobilitata. Hanc nonnulli Plauti Poëtæ patriam faciunt, indeque Sarcinatem dictum volunt. Quanquam non deſunt ex eruditioribus qui Farſinatem dicere malint.

ſarſura, Africæ propriæ oppidum. Hirtio ſeu è Sarſura.

Sare.

ſarte, dicitur vrbs iuxta Athon. Gentile, ſartæus.

ſarta, amnis Cenomanorum vrbem præterfluens, & apud Nortmannos ſcaturiginem habens, ipſos à Cenomanis ſuo ipſius curſu ſeparat.

ſarthan, vel ſarthana, locus non procul à Iezrahele.3.Reg.47. Lat.tribulatio, ſiue anguſtia, aut colligatio ſiue plaſmatio, vel figuratio, ſiue anguſtiam dans.

ſarug.filius Reu.Gen.11.Luc.3.Lat.palmes vel ſarmentum ſiue ramus,aut conuolutio.

ſaruia, mater Abiſai filia Iſai patris Dauid.1. Regum.26.Par.2.Lat.anguſtia vel tribulatio Domini aut colligatio ſiue plaſmatio vel figuratio Domini.

ſarunetes, Plinio Heluetiorum populi ſunt qui apud ſcudum *Sarnganſerlandt* inhabitant hodie.

ſarus,fluuius.Vide Rhœxas.ſuprà.

ſarus, Pelignorum fluuius. Ptolem. in magna Græcia.

ſaruom, Ptolemæo oppidum in Arabia felici.

ſargus, ſtraboni Ciliciæ, Carmaniæ & Minoris Armeniæ amnis.Plin.Ptol & Procopio. Hodie *Sangro* vel *Sagnino* vocari perhibet Niger.

ſaſabaſar, princeps in tribu Iudæ, 1.Eſd.1.&c. Lat. Gaudium in tribulatione vel anguſtia, aut gaudij perhibitio vel munitio ſiue gaudium vindemiæ, vel ſexta anguſtia, aut linum vel byſſus anguſtiæ.

ſaſagari,Eunuchus regis Aſſueri.Eſth.2 Hebr. ſaaſagaz. Lat.qui facit tranſitum vel tonſionem, aut reſpiciens tranſeuntem vel tondentem, ſiue comprimens vellus.

ſaſon, inſula inter Epirum & Brunduſium, quinque ab vtroque millia paſſuum diſtans, ſtrab.lib.9.Eſt & fluuius in mare Adriaticum influens.Hæc *Saſena* ſophiano eſt.

ſaſſina.Vide ſarcina.

ſaſſummini,populi in Aquitanica Gallia,apud Plin.lib.4.cap.19.Aliis,ſaſſumeni.

ſaſones ſcythiæ populi ſunt iuxta Imaum Ptolem Hos fortè pridem ex ſcythia in Germaniam veniſſe atque ibi *Saxones* dictos, ex aliorum ſententia memorat Grantzius.

ſaſuri,gentes ſunt in India, authore Plin. lib. 6 cap.19.

ſattagitæ, populi in Aſia ſcythica, vt libro 4. teſtatur Herodotus: aliàs cum y in penultima. ſattagydæ.

ſatala, vrbs Armeniæ: Gentile, ſataleus,ſtephanus.

ſatarchæ, populi in ſcythia Europæa, iuxta Mæotidem: qui (vt ſolinus refert) damnato auri & argenti vſu. ſe à publica auaritia abdicarunt. Hi bellicoſiſſimi ſunt: de quibus Valerius Flaccus lib.6. *Iaxumata,Torinique & flaui crine Satarcha.* Vide ſupra ſargace.

ſaternei, gentes ſunt circa Mæotim. Plin.lib. 6.cap.7.

ſataros,notiore nomine Patara, vrbs in Lycia apud Plin.lib.5.cap.27.

ſataſpes, Perſa Theaſpis filius à Xerxe rege cruci adfixus eſt, quòd Zophyri filij Megabyzi filiam virginem vitiaſſet, quódque etiam totam Africam non peragraſſet, quod ſe feciſſe ad diluendum ſtuprum dixerat.Herodotus libro.4.

ſaticola.Italiæ vrbs.Stephan.ſaticula ſamnitum vrbs.Liu.

ſaticuli, populi Campaniæ,morib. aſperi, de quibus Virgil.lib.7.

Pariterque Saticulus Aſper.

ſatio, Macedoniæ oppidum,circa Lychnidem paludem.Polyb.5.

ſatmali, apud Melam ſunt populi, quibus magnæ aures & ad ambiendum totum corpus patulæ.*Faneſios* hos vocat Plinius, *Phaneſij*, legit ſolinus.In tractu ſunt ſeptentrionali.Huius formæ homines ſtrabo *Enotocœtes* appellat, & Tzetza *Otolicnos*, chiliade 7.n.144. *Faneſios* eos appellat Turnebus quaſi totos auritos dicas. Fabuloſam antiquitatem hos ſic nominaſſe exiſtimant quidam,à tegmine forte capitis amplo & humeros tegente, quo ſe contra niues aliáſque cœli iniurias protegebant.

ſatnius mons, apud Lycophronem. ſtephanus.

ſatorchæi, inquit ſtephanus inhabitaſſe dicuntur Taphras regionem, iuxta Mæotim paludem.

ſatra, vrbs Cretæ. Eleutherina deinde dicta. Ciuis, ſatræus. ſtephanus. Vide Leutherena.

ſatrachus, Lycophroni vrbs & fluuius eſt in Cypro, quidam per E ſcribunt, vt tradit Iſacius.

ſatræ, populi Græcorum in littoribus Thraciæ.Herod.lib.7.

ſatraides, Aſiæ populi ad Occidentem oſtiorum Indi fluminis.Dionyſ.

ſatraparum, regia oppidum Meſopotamiæ apud Plin.

ſatrapeni, Mediæ populi militantes ſub Tigrane,quos Lucullus fugauit.Plutarch.

ſatria vrbs Italiæ Gentile,ſatrianus.

ſatrocentæ,populi Thraciæ.ſteph.

ſatricula, oppidum ſamnitum à Romanis captum anno vrbis 439.

ſatricum oppidum in Italia à Camillo coſ.captum anno vrbis 370.

ſatron, rex Galliæ, anno à diluuio 350. Is primus publica literarum ſtudia inſtituit.Vide ſupra ſarron.

Digitized by Google

ſattagylæ, Aſiæ populi. Herodot.

ſattala, Phrygiæ vrbs. Ptolem.

ſatula, vrbs in Arabia felici. Ptolem.

ſaturæ palus, quæ & Pontina, iuxta Circæies, XXIII. olim vrbium locus, vt ex Muciani ſententia tradit Plinius libro 3. capite quinto. Hæc ad viam vſque Appiam pertingebat, vbi & nauibus trajiciebatur, inter Appij forum & Tarracinam.

ſaturium, ſiue Satureium. Stephano, vrbs Calabriæ non procul à Tarento. Hinc Satureianus, a, um. Quidam etiam Satyrum ſcribunt. Vnde & nonnulli agrum, in quo Tarentum conditum eſt, Satyrum vocari affirmant.

ſaturnalia, feſta ſeptem, ſeu quinque dierum menſe Decembri Saturno dicata, quibus Romani ſynthesim veſtem ſumebāt, ſeruiſque diſcumbentibus inſeruiebant: muneráque vltrò citróque mitti, remittíque ſolebant. Hinc Saturnalius, a, um.

ſaturnia, oppidum Latij, à Saturno conditum. Ferunt enim Saturnum Iouem filium fugientem nati in Italiam fuiſſe aduectum, Ianúmque qui id temporis in Latio regnabat, agriculturam docuiſſe: eiúſque beneficij memorem Ianum in partem regni cum ſuſcepiſſe: duóque ab iis oppida condita fuiſſe, quorum alterum à Iano Ianiculum, alterum à Saturno Saturnium appellarunt. Editiora etiam loca, (vt Diodorus ſcribit) Saturnia dici conſueuerant: *σατόρνια* inquit Stephanus, Italia primùm dicebatur. Gentile, Saturninus, quod & proprium viri eſt apud hiſtoricos Romanos. Plinius dicit hodie Romam eſſe, imò ipſam Saturniam portam, quam hodie *Pandanam* ſcribunt Varro & Solinus. Vide Italia & Capitolinus.

ſaturniana colonia, Tuſcorum vrbs. Ptol. lib. 3. cap. 5. Hodie Saturnia.

ſaturniani, hæretici à Saturnino quodam nominati, qui mundum ſolos Angelos ſeptem præter conſcientiam Dei patris fecisse dicebant. Eccl. hiſt.

ſaturni columnæ. Vide Albe.

ſaturnini, Italiæ populi in Etruria, qui antea *Aurinini* vocabantur. Plin. lib. 3. c. 5.

ſaturninus mons quondam dicebatur, qui poſtea Tarpeius. Eſt & Gentile à Saturnia, Stephanus.

ſaturninus, Syriæ præfectus anno vrbis 749

L. Saturninus, homo ſeditioſus, cum Trib. pleb. legem Agrariam per vim ferre vellet: itaque cùm ſuæ factionis hominibus ſibi adiunctis Capitolium occupaſſet, iuſſu ſenatus eſt interfectus. Liu.

ſaturninus Antiochenus circa annum Chriſti 140. ſimonis Magi hæreſes ſparſit, & ſuas addidit, videlicet Mundum & homines ab Angelis factos eſſe, alios quidem naturâ bonos, alios verò malos, & Deum Iudæorum vnum fuiſſe ex malis Angelis, ad quem deſtruendum Chriſtus venerit. Coniugium docuit à malis Angelis ortum eſſe. Irenæus lib. 1. c. 22. Euſeb. hiſt. Eccleſ. lib. 4. cap. 7.

ſaturnus, Cœli & Veſtæ filius, qui Opem ſororem ſuam matrimonio ſibi coniunxit, & patri Cælo virilia exſecuit: ex quibus in mare abiectis ſpumáque agitatis nata eſt Venus, quæ inde dicta eſt Aphrodite. Fratrem habuit Titanem maiorem natu, qui cum parenti, vti par erat, ſuccedere deberet, animaduertens tamen matrem ſororéſque in ſaturnum proniores eſſe, iure ſuo ceſſit, ea tamen lege, ne ſaturnus prolem maſculam tolleret, ſed regnum ad ſuam ſtirpem rediret. ſaturnus igitur ex pacto cum fratre inito, liberos ſuos maſculos vbi primùm nati eſſent, deuorabat. Verùm cùm Ops vno partu Iouem ac Iunonem edidiſſet, Iunonem quidem ſaturno oſtendit, Iouem verò clàm nutriendum ablegauit, adhibitis interim Corybantibus, qui cymbalorum tympanorúmque pulſu obſtrepebant, ne pueri vagitus audiretur. ſaturno autem, cùm ille puerum depoſceret, vt ipſum deuoraret, Ops lapidem oſtendit pannis inuolutum, eúmque partu illo à ſe editum ſimulabat: quem ille acceptum ſine mora deuorauit. Poſt hæc cum & Neptunum illa peperiſſet, eum quoque clàm ſaturno educandum curauit. Tertio deinde geminos enixa Plutonem & Glaucam, Glaucam rurſus ſaturno oſtendit. Plutonem autem abſcondit. Verùm detecta tandem fraude cùm Titan reſciuiſſet, fratri prolem maſculam eſſe, ſuóſque ea ratione regni ſucceſſione pulſos eſſe, vnà cum filiis, qui Titanes à patre cognominabantur, bellum aduerſus ſaturnum ſuſcepit: cuius exitus is fuit, vt victoria potitus Titan, ſaturnum, Opémque vtriuſque ſororem, in poteſtatem ſuam redactos, muro incluſerit, donec Iupiter adultus, deiectis Titanibus eos liberauit. Poſt hæc ſaturnus cum ex oraculo didiciſſet, fore vt à filiis regno pelleretur: cùm ob hoc Ioui inſidias ſtrueret, ab eo regno pulſus, in Italiam profugit, vbi aliquandiu apud Ianum regem latitauit: vnde ea pars Italiæ Latium dicta eſt. Hoc regnante ætatem auream fuiſſe fabulantur, terrámque ſua ſponte expertem vomeris & aratri peperiſſe fruges, communéque id temporis, & nullis diſtinctas limitibus agrorum poſſeſſiones fuiſſe. Quid ſaturni nomine veteres intellexerint, latè explicat N. Comes, mythologiæ lib. 2. cap. 2. & lib. 10. Phyſici hanc fabulam ad temporis & cœli motum referunt. Ethici ad tyrannorum mores & tragicos exitus. Nonnulli ſaturnum à ſatione deducunt, quoniam agriculturam primus in

Europa.

Europa edocuiſſe fertur. Aſtronomiæ periti ad Planetarum curſum fabulam accommodant, vide Lucian. in bello de Aſtrologia. Ouidium itē, Metamorph. li. 1. Quidam Saturnum Græcè Cronon, dictum exiſtimant, à ſatietate intellectus eò quòd Græcis ſatietas κόρος, intellectus verò ſeu mens, νοῦς dicitur. Hinc Saturnius, nia, nium, vt Iuno Saturnia quæ fuit alia Saturni. Verſus quoque, quos olim Fauni Vateſque canebant, Saturnios antiqui nominabant, vt ait Varro.

Saturnus, idem fuit, quod Nembrotus. De quo Beroſus lib. 5. ita ſcripſit: Anno inquit, 131. à ſalute ab aquis diluuij, prima omnium gentium, & ciuitatum, fundata à Saturno Babylonica vrbs, & gens noſtra Babylonica, multiplicatáque eſt nimis numero poſteritatis, magíſque ſtuduit Saturnus paci & religioni Deorum, quàm opulentiis: & turrim quidem ædificauit, ſed non compleuit, nec deſignatam vrbem fundauit: quia poſt quinquaginta ſex annos ſubitò non comparauit, tranſlatus à diis, & cæt. Saturnum omnium, Deorum parentem vocauerunt Ethnici, qui ex Ope Iouem, Iunonem, Neptunum, Plutonem & Glaucam filios ſuſcepit: qui cùm de mortalibus plurimùm eſſent bene meriti, dij habiti ſunt. Lactant lib. 1. diui. Inſtitut. & Enn. hiſt. ſacr. Saturnij dicuntur familiarum nobilium, & regum qui vrbes condiderunt, ſeniſſimi: & eorum primogeniti, Ioues & Iunones, Saturnorum patres, cœli: vxores, Rheæ, & cœlorum Veſtæ. Quot ergo Saturni, tot cœli, Veſtæ, Rheæ, Iunones, & Hercules, Xenoph. de æquiuoc. Saturni temporibus, non eſt, aureo ſeculo, nullus hominum carnes comedit: ſed vniuerſi vixerunt frugibus, & pomis. D. Hieron. contra Iouian. Saturnus nummos æreos Latinis primus inſtituiſſe fertur. Eutr. lib. 1.

Saturum, vrbs Calabriæ fuit, non longè à Tarento.

Satyri, Africæ interioris gens vaga & ſemifera. Solin.

Satyri, ſyluarum numina habita ſunt. Syluanis & Faunis ſimillima humano capite, ſed cornuto, pedibus caprinis, toto corpore villoſo, ſyluarum latebris gaudentia, laſciua in primis & in Venerem procliuia: vnde & Satyri dicti, putantur à membro viri, quod σάθην priſci Græci appellabant.

Satyrorum inſulæ, ſunt tres contra Indiam extra Gangem ſitæ, Ptol. lib. 7. c. 2. quas qui habitant, caudas habere dicuntur, quales Satyri pinguntur. Apud eundem Satyrorum promontorium eſt in Æthiopia ad Arabicum ſinum, & in Sinarum regno.

Satyrus, fluuij nomen in Aquitania. Lucan. li. 1. Atyrus, Turnebo.

Satyrus apud Græcos hiſtrio, qui Demoſthenis lingua præditi, ac propterea ingrati populo, ſic formauit vocem, vt non prior Demoſthenes, ſed alter videretur. Author Plutarchus.

Satyrus, vir quidam ſanctiſſimus, qui quum nullis tormentis nulliſque cruciatibus ab orthodoxæ fidei cultu auocari poſſet, leonibus deuorandus traditus eſt, Valeriani & Galeni temporibus ſub præſide Tauurtio. Volat.

Saua, vicus Arabiæ fœlicis, incolæ, Saueni. Steph.

Saua, Arabiæ deſertæ vicus. Ptol.

Sauara, Aſſyriæ oppidum. Ptol.

Sauarabatis, Indiæ intra Gangem regio. Ptolem.

Sauari, Sarmatiæ Europææ gens. Ptol.

Sauaria, Hungariæ fluuius, Sauus Ptolemæo. *Die Savv* Lazio, in paginis Hungaricæ ſuæ tabulæ adiunctis: in tabula verò ipſa dicit *Mutr* fluuium olim *Sauariam* vocatum. & ſic etiam Ioannes Heroldus in Dialogo de rebus geſtis Turcarum in Interamnenſi Pannonia.

Sauaria, vrbs Auſtriæ, Lizius ſcribit hodie *Leybnitz* vocari.

Sauaria, Pannoniæ ſuperioris ciuitas, Ptolem. *Gratz* Villanouano.

Sauatra, Iſauriæ in Galatia ciuitas, Ptole. *Sauraceri* Nigro.

Saubaana, Armeniæ maioris vrbs. Ptol.

Saubatha, Arabiæ felicis metropolis. Ptolem. *Sabbatha* Arriano, *Sabota* fortè Plinij.

Saucius, Pannoniæ vrbs. Anton.

Saue, ciuitas ſiue vallis, Gen. 14. quæ & vallis regis ibidem dicitur.

Sauera, vicus eſt Lycaoniæ, qui poſtea in vrbem magnam euadens, metropolim regionis obtinuit. Strab. lib. 12.

Saufeius, pronomine Appius Romanus quidam, qui cùm à balneo reuerſus mulſum bibiſſet, ouúmque ſorberet, morte repentina abſorptus, à Plinio libro 7. capite 53. commemoratur.

Sauia, Pelendonum vrbs in Hiſpania. Ptole.

Sauia Pannonia, quæ & Riparienſis, hodie *VVindiſchland* Lazio. Vide Pannonia.

Saul, ſextus rex in Edom, qui fuit ex Rohoboth. Gen. 36. Filius item Simeonis filij Iacob. Gen. 46. 1. Par 46. Filius poſtremò Cis, rex primus Iſraëlitarum. 1. Reg. 9.

Saulium, Liguriæ oppidum ſic dictum iunioribus Latinis, vt Blondus refert. *Sori* vel *Soli* incolis vocari auctor eſt Leander.

Saulus, dicebatur Paulus Apoſtolus ante conuerſionem. Act.

Saunis, vrbs Arabiæ. Steph.

Saunites. Vide Samnites.

Saunius, fons circa Bulidem vrbem, in Phocide. Pauſan.

Sauo fluuius in finibus Campaniæ. Plin. lib. 3. cap 5.

ſauona, Ptol. li. 3 c. 1. *Sabbatium* Plin. *Sabbatia* Pomponio, vrbs Liguriæ notiſſima: hodie Genuenſium ditionis, vulgò *Sauone*. vide Sabata.

ſaura, vrbs Samnitum, Gentile, Saurani, Step. Suſianæ item ciuitas. Ptol.

ſauræ, Thraciæ gens. Phauorin.

ſaurium, Hiſpaniæ Tarraconenſis flumen. Pomp.

ſauromatæ, populi Septentrionales, qui & Sarmatæ dicuntur: quorum alij Aſiatici ſunt, alij Europæi, Tanai fluuio diſcreti, vide Sarmatia. *Ausa Sauromatum* apud Auſonium, quidam interpretatur *Hund ſruk* (quaſi dicas Hunnorum refugium) circa Moſellam tractus.

ſaurus, nobilis ſtatuarius, cuius opera commemorat Plin. lib. 36. cap 5.

ſaus, ſiue Sauus, Pannoniæ fluuius in Danubium ſe exonerans, hodie vulgò *Saw*. *Salus* in Arriano Latino legitur, etſi in Græco σάος ſit. videtur apud Strabonem quoque *Naorus* appellari cùm ſcribat, hunc præter Segeſticam fluere: eſt enim vrbs ad Sauum pertinens. Plinius lib. 3. cap 25. Ex eodem quoque Strabone *Noarus* alius eſt fluuius, cùm inquit lib. 7. Corcoram fluuium in Sauum influere, Sauum in Drauum, & hunc in Noarum. Strabonem autem errare in eo, quòd ſcribat Sauum in Drauum influere Bonfinius oculatus teſtis, & tabulæ chorographicæ coarguunt. vide Samos.

ſauus, Mauritaniæ Cæſarienſis fluuius. Ptol. *Saſſaye*, Marmolio.

ſaxetanum, Bæticæ vrbs inter Murcum & Menopam Anton.

ſaxi, iuxta Pontum gens. Steph

ſaxinæ. Troglodit arũ gens in Æthiopia. Pli.

ſaxo Grammaticus, rerum Danicarum ſcriptor notiſſimus.

ſaxoforatum, Volat. Vide Saxum Ferratum.

ſaxones, illuſtres Alemaniæ populi, qui Angelæ reginæ auſpicio Angliam deuicerunt. Hos Ptolemæus non longè à Cimbris in Oceani Septentrionalis litt oribus & paludibus inuiis conſtituit lib 3. c 31. Steph. collocat eos in Cimbrica Cherſoneſo.

ſaxonicum littus, videtur in lib. Notitiarum Cantij partem Orientalem deſignare, cùm Dubrim, Rutupim, & alia Cantij oppida in eo deſcribat. Itidem littora Germaniæ inferioris & Galliæ huic Cantio obiecta ſub Saxonici littoris vocabulo comprehendit. Nam Armoricanos, Oſiſmios, Abrincates, Venetos & Neruicanos populos, nec non Rhotomagon, Flauiam, Conſtan tiam, aliáſque vrbes in Saxonico littore ſitas nominat.

ſaxonum inſulæ Ptolemæo in Oceano Germanico, Albi fluminis oſtiis obiectæ ſunt, *Heylierblandt* à Crantzio dictas apparet.

ſaxonum natio antiquum nomen retinens, terminatur ab occaſu Viſurgi fluuio, ad Aquilonem Danos ſiue Cimbros habet, & mare Balthicum, ad Ortum Odera, qui Veteribus Viadrus, Prutenis & Sileſiis excipitur: à Meridie Mœnum & Bohemiã reſpicit. Complectitur Saxoniam, Thuringiam, Miſniam, Luſatiam, Marchiam nouam & veterem. Amnes præcipuos habet Albim, Oderam, Salam, Moltam, Miſſam & Sueuum nunc *Spree* appellatũ. Deſcripſerunt Saxoniã Æneas Syluius, Munſterus & Crantzius.

ſaxum ferratum, oppidum in Piceni atque Vmbriæ finibus ſitum, ita appellatum à ferro propter fodinas ferrarias, quas eo loco multas fuiſſe, earum reliquiæ oſtendunt. Sentinum à veteribus dicebatur à Sentino amne iuxta mœnia labente: quem nunc quoque incolæ Sentinum vocant. Hoc oppidum nobile factum eſt duorum virorum ortu, Bartholi ſcilicet & Alexandri: quorum prior Cæſarearũ legum interpretatione clariſſimus, alter in ſacris litteris eminentiſſimus, qui cùm in omni doctrinæ genere, vitæque ſanctimonia ſummus haberetur, Auguſtinianæ religioni magno omnium conſenſu præfectus eſt, nec multò poſt rebus præclaris geſtis, cardineis inſignibus à Pio pontifice maximo decoratus, alio nomine Saxoforatum. Vide Sentina.

ſaxantium, Indiæ intra Gangem oppidum, Ptolem.

ſazarana, Thraciæ vrbs. Antonin.

ſazi. Vide Saxi.

S B

ſbetzanum, oppidum in Mœſia, circa Iſtrum, Laonico.

ſbidi, Epiſcopatus ſub ſede Seleucienſi Ciliciæ. Tyrius.

S C

ſcabala, regio Eretrienſium: Gentile, Scabalæus. Steph.

ſcabalis, alio nomine præſidium Iulium: municipium ciuium Romanorum, & colonia in Oceano Luſitaniæ, qua ſcabalitanus conuentus legitur apud Plin. li. 4. c. 22.

ſcabinus & ſcabini, conſules ciuitatum ſeu rectores, Gallicè, *Eſchevins*. Hi etiam poſſunt vocari iurati, ſecundum Inſulanum, quòd verbum extat etiam in pontificio iure ca. 1. §. 1. De alienat. iudic. mutan. cauſ. fact.

ſcadira, Ægæi maris inſula. Plin.

ſcadorna, inſula in mari Adriatico, adiacens Illyrico (vt Ptol. lib. 2. refert) in ea ſunt duæ vrbes Collentum & Arba. lege ſcardona.

ſcæa, vrbis Troianæ porta, fatali Laomedõtis ſepulchro nobilitata, ita dicta (vt Grammaticis placet

Digitized by Google

placet) quòd ad ſiniſtrum, hoc eſt, Occidentale vrbis latus ſita eſſet. In augurum enim diſciplina, quæ Ortum ſpectant dextra, quæ Occaſum, ſiniſtra dicûntur. Strabo tamen libr. 12. videtur ſentire, Scææ portæ nomen à Scæis Thraciæ populis ſumptum fuiſſe, cum quibus Troianos multa nomina communia habuiſſe oſtendit. Virg. 3. Æneid.

—Et arentem Xanthi cognomine riuum
Agnoſco, Scæaque amplector limina portæ.

ſcæi, ſunt Thraces populi, ſcæus amnis, & ſcæus murus. ſteph. populi inter Troadem & Thraciam.

ſcenitæ, Arabiæ Petreę gens Plin.

ſcænopagia, erant Tabernaculorum feſta in quibus Iudæi extruebant Tabernacula ad ſimilitudinem eorum, in quibus habitabant, quum peruagarentur Ægyptum.

ſcæua, Miles Cæſaris fortiſſimus, qui apud Dyrrachium magna Pompeianorum manu oppugnatus, multiſque vulneribus acceptis, adduci tamen non potuit, vt caſtelli ſibi commiſſi cuſtodiam deſereret. Lucan lib 5.

ſcæuola, Q. Mutij cognomen inde tractum, quòd ex quo in Porſenæ caſtris dextram exuſiſſet, eius loco ſiniſtra fuerit vſus: σκαιὰν enim Græci ſiniſtram vocant. Vnde Scææ, & per diminutionem ſcæuolæ dicti ſunt, qui ſiniſtra dexteræ loco vterentur. Vide Mutius.

ſcaſia, Bœotiæ oppidum. Procop.

ſcaidaua, Myſiæ inferioris oppidum.

ſcalæ Annibalis, apud Pomponium maritimus locus eſt. Tarraconenſis Hiſpaniæ inter Tarraconem & Barchinonem oppida. *Coſta de Caraf* nonnullis.

ſcarabiſcus, Ptol. lib. 2. c. 5. Luſitaniæ ciuitas, antea Iulium præſidium ſiue turris Iulia: hodie Troſium: vulgò *Trugillio*.

ſcaldis, fluuius Galliæ Belgicæ ex Cæſaris commentariis notiſſimus, de quo Plin. li. 4. c. 17. *Sceldi* Germanis. Gallis *l'Eſcault* dicitur Oritur in Veromanduis, & poſt varios curſus Oceanum Zelandicum per duo oſtia ingreditur. A Gandauo ſinuoſis flexibus multiſque mæandris ad Teneramundam decurrit, ibíque Teneræ (a quo hoc oppidum in eius oſtio quo Scaldim influit, ſitum, nomen obtinet) deinde & Rupelæ fluminum aquis concepto Brabantiam à Flandris diſcriminans, Antuerpiæ emporij mœnia lambit, vrbique portum inſignem & tutam nauium ſtationem efficit, ad tria milliaria prolabens, in duo vaſta cornua finditur, quorum vnum Flandriam à Zelandis dirimens, inter Bierfletum Flandriæ & Fliſſingam Zelandiæ vrbeculas, amiſſo nomine, vel potius mutato in Honte. Oceanum intrat. Alterum Bergam è longinquo à dextra proſpiciens, & verſus Romeroſualam à ſiniſtrà deflectens, inter Zelandicas inſulas diffûditur, & eius omnes vrbeculas alluens inter Walachriam Scaldiam (*Schenuwen* vulgò vocant) retento Scaldis nomine, in Oceanum Germanicum ſe exonerans meminit Scaldis fluminis etiam Panegyricus Maximiano Imp. dictus, hac verborum formula: *Nunquam illa regio diuinis expeditionibus tuis Cæſar, vindicata atque purgata, quam obliquis meatibus Scaldis interfluit*, &c. vt legit B. Rhenanus. in excuſis enim à Frobenio Codicibus pro *Scaldis*, *Calidis* legitur.

ſcaldia Zelandiæ inſula, à præterlabente Scaldi flumine denominata.

ſcaldis pons Antonino: *Valenciennes* eſt Meyero, cui etiam Annoniæ vrbs eſt.

ſcamander, vel Scamandius, fluuius Troiæ ex Ida monte defluens, quem Heſiodus θεῖον σκάμανδρον, id eſt, diuinum Scamandrum appellat. Antea Xanthus dicebatur, quod & Homerus innuit, cùm eum ab hominibus quidem Scamandrum, à diis verò Xanthum vocari ait, ſuo more vetuſtiorem appellationem diis, recentiorem hominibus aſſignans. In hoc fluuio ſponſæ iam nupturæ ſeſe abluebant. Scamandrum nominatam his verbis inuocantes, λάβε μου σκάμανδρε τὴν παρθενίαν. Qua occaſione vſus Cimon quidam Athenienſis: cùm generoſæ puellæ amore teneretur, quæ iam viro deſponſata erat, in Scamandri virgultis ſeſe occultauit, capútque arundine coronauit: cúmque illa ex more lauaretur, carménque ſolenne caneret, Scamandrum, vt virginitatem ſuam acciperet, inuocans, Cimon è virgultis proſiliens: Ego verò, inquit, accipio lubens, virginémque in ripam ſuſtulit, vbi & vitium ei obtulit. Videre poteris hac de re plura in Epiſtolis Æſchinis.

ſcamander, filius Hectoris & Andromaches, quem tamen Troiani Aſtyanacta hoc eſt ciuitatis principem vocare maluerunt. Hectori id honoris tribuentes: cuius virtute Ilium nouem perpetuos annos fortiſſimè fuerat defenſum. Hom. Iliad. 5.

ſcamandria, Plin. lib. 4 c. 30. vrbs Troadis parua, à portu Ilij parum remota.

ſcamandrus, Myſiæ fluuius, iuxta Helleſpontum hodie *Simores* dicitur, Caſtaldo auctore. *paleſſamandria* Nigro. vide Scamander Xanthus & Inachus.

ſcambena, Mediæ oppidum. Ptolem.

ſcambonidæ, vicus Atticæ in Leontide tribu.

ſcamnos, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum, Plin.

ſcampis, Eordæatarum vrbs in Macedonia, Ptolem.

ſcandaria, Coæ inſulæ promontorium. Strab. lib. 14.

Digitized by Google

ſcandia, quæ & Scandinauia, Beltia, & Baſilia veteribus dicta, qui eam alterum orbem terrarum, propter eius magnitudinem, officinam, vaginámque gentium cognominarunt: eſt Peninſula, & tractus magnus Septentrionis ad ortum Ruſſiam, ad Occaſum Occidentalem Oceanum & Americæ partem, Oceanum Germanicum ad Meridiem, & mare hyperboreum ad Septentrionem reſpiciens. Comprehendit hac ætate tria regna, Noruegiam, Sueciam, Gothiam, & partem regni Danici, aliáſque multas prouincias, vti ſunt, Bothuia, Finmarchia, Finlandia, Lapponia, &c. Olaus magnus.

ſcandia, nauale in Cytheris, Steph. ex Pauli lib. 3. Inſula item Britannica. Plin.

ſcandauia, inſula Oceani Septentrionalis: ſed Pli. li. 4. c. 13. inſulam Ponti, incompertæ magnitudinis eſſe ſcribit. Eam gens habitans alterum orbem terrarum appellat.

ſcaptate, oppidum Zimarenorum, apud Nabatæos. Pli li. 6. c. 28.

ſcaphuſia, vulgò *Schafuſen*, ab ariete, aut Schafa, vt quidam volunt, denominata. Ciuitas eſt ad dextrum Rheni latus elegantiſſima: tertio Rheni ponte Heluetiorum terræ coniungitur. Rebus omnibus neceſſariis, & limpidiſſimis abundat fontibus, Ad fœderis Heluetici perpetui ſocietatem recepta eſt anno M. D I.

ſcapos, inſula eſt maris mediterranei, non procul à Gherroneſo. Plin. lib. 4. c. 12.

ſcapris, Tuſciæ portus, Antonin. *Scarino*, hodie.

ſcaptenſula, locus in Macedonia, Feſto dictus à σκάπτω, id eſt, effodio Nam argentum illic fodi ſolebat. Steph.

ſcapteſyle, Stephano, vrbs parua Thraciæ è regione Th. ſi. Gentile, Scapteſylitæ.

ſcaptia Plin. li. 3. c. 5. oppidum in Latio, à quo Scaptia tribus vocitata eſt.

ſcarabantia Iulia, oppidum Boiorum in Norico. Plin. lib. 3. c. 24.

ſardamilites. Vide Sardamila.

ſcardona, Ptolemæo Illyrici maris inſula. Hodie *Melonſiglia* vocari, & Iaderæ ciuitati imminere ex Blondo colligit Villanouanus.

ſcardona, Ptol. l b. 2. c. 17. Liburniæ vrbs, hodie *Scardon*. Vide Sardonici.

ſcardus, mons inter Dalmatiam & Mœſiam inferiorem. Ptolem. Strabo. *Scodrus*, Liuio hodie *Marinai*.

ſcari, vrbs Lyciæ Gentile ſimiliter. Eſt etiam fons quidam ſacer, &c. Steph.

ſcarphe, vrbs Eubœæ, Ercomus priùs dicta. Steph.

ſcarphea, vrbs Locridis prope Termopylas à Scarphea nominata. Gentilia, Scarpheus, Scarphieus, Scarphæus, Scarphius. Strabo *Scarphe* vocat, & ſuo tempore *Pharyga* appellatam ſubiungit. *Tarphe* à Stephano vocatur.

ſcarphia, Procopio Bœotiæ vrbs, antea Ereonos appellata, teſte Strabone, qui eam circa Aſopum & Iſmenum flumina deſcribit. Eſt item inſula Ægei maris ex aduerſo Atticæ. Plin.

ſcarponna, Galliæ Belgicæ vrbs, XII. M. P. à Diuoduro, Anton. hodie *Scarpaigne* Ortelio.

ſcarthon, fluuius Aſiæ ex Pholoe in Eleenſem agrum viginti locis fertur. Strab. lib. 15.

ſcatebra, in Caſinate fluuius. Plin.

ſcatinia lex, à Scatinio latore nomen accepit, qua præpoſteræ Veneris vſus coercebatur. Iuuenal. Satyra 2.

ſcaurus, cognomen familiæ Romanæ, ex qua Æmilius Scaurus nobilis & pauper, ſed eloquentia ſua gloriam peperit. Conſul Ligures & Cantiſcos domuit atque triumphauit. Cenſor viam Æmiliam ſtrauit, pontem Æmilium fecit, ac carbonariam ob paupertatem exercuit. Scaurum filium ſuum, quòd in ſaltu Tridentino hoſti loco ceſſerat, in conſpectum ſuum venire vetuit, adoleſcens verecundiæ ignominia preſſus, mortem ſibi conſciuit. Plin. rurſus de eo Scaurus (inquit) à Varrio Tribuno plebis repetundarum accuſatus & abſolutus. Salluſtius in Iugurthino, Scaurus homo nobilis, impiger, factioſus, audax, ſed vitia ſua callidè occultans, cùm eſſet vir conſularis, & in Senatu princeps, ab eo mittitur ad Iugurtham orator, vt eum ab oppugnatione Cirtæ, & obſidione Adherbalis amoueret.

ſcaurus, alter ſuperioris filius, de cuius ædilitate Plin. lib. 34. c. 4.

ſcaurus Aurelius legatus, à Cimbris fuſo exercitu captus eſt, & cùm ad conſilium ab his euocatus eos deterreret, ne Alpes tranſirent Italiam petituri, eo quòd diceret Romanos vinci minimè poſſe, à Bolo rege, feroci iuuene occiſus eſt. Liuius libro ſexageſimo ſeptimo.

ſceaceriges, fluuius Cercetarum in Colchide ex Caucaſi iugis defluens. Plinius libro 6. cap. 5.

ſcebatianenſis, locus Epiſcopalis in Africa, cuius meminit Victor Vricenſis.

ſcedaſus, vir inter Bœotios ditiſſimus, cuius filias Hipponem & Miletiam quum impudici adoleſcentes per vim conſtupraſſent, ac demum occultandi ſceleris cauſa in puteum demerſiſſent. Scedaſus pater impatiens mœroris ad earum tumulos ſeipſum confecit, Plutarc. in Pelopida.

ſcelatici populi ſunt in Africa regionis Mauritaniæ. plin. lib. 5. c. 1.

ſcempſa, vrbs Thraciæ: Gentile, Scempſæus. Steph.

Sceam

Digitized by Google

Scenæ, Mandrorum & Veteranorum, vrbes Ægypti. Anton lib. Notit.

ſcenæ, vrbs Perſica inſignis: Ciues, Scenitę, Ex Strab. lib. 5. Vide Scenitæ.

ſcenici, ludi dicti à ſcena, in qua celebrabantur, à Theatricis actoribus inſtituti ſunt ob peſtilentiam, accitis ex Hetruria hiſtrionibus ad tibicinis modos ſaltantibus. Ludi ſcenici fiebant in Theatris, venationes & gladiatorij in Amphitheatris.

ſcenitæ, populi Arabiæ felicis, Plin. lib. 6. c. 28. vagi, & à tabernaculis cognominati quæ Cilicijs metantur, vbi libuit. De his & Solinus his verbis, Scenitæ cauſam nominis inde ducunt, quòd tentorijs ſuccedunt, nec alias domos habent: Præterea carnibus ſuillis abſtinent. Sanè hoc animalis genus, ſi inuectum illò fuerit moritur illicò. Vide Scenæ.

ſcepſij, Dannotichitæ nominantur apud Stephanum, in voce Scemſa.

Scepſis ciuitas Phrygiæ, quam quidam Æneæ regiam tradunt. Hinc Scepſius, a, um Ex hac fuerunt Metrodorus, qui artem memoriæ conſummauit: & Demetrius Grammaticus, qui Troianam extructionem expoſuit. Stephano vrbs Troica, Xenophonti rerum Græcarum libro tertio ſic dicta, quòd illic Rhea finxerit, ſe lapidem pro filio peperiſſe. Gentile, Scepſius, Stephanus. Eſt & Plinio libro 5. cap. 30. vrbs Æolidis.

Scerpilettis, Illyrij rex, anno ſalutis 334.

ſceua, vir Iudæus, Act. 21.

ſchedia, Ægypti vicus, nauale habens, inter Nilum flumen & Alexandriam vrbem. Strab.

ſchedius, Phocenſium princeps fuit, cui & honorificum ſepulchrum ædificatum in Daphno antiqua ſua vrbe, ac diruta. Huic ſepulchro nomen eſt, Schedicum Strabo lib. 9.

ſchenitæ, populi ſunt, qui Parthiæ montana incolunt. Strab lib. 11.

ſchenus, Doridis ſinus, ad quem Hyla vrbs Pomponio.

ſchera, Siciliæ vrbs mediterranea. Ptol. *Gala meta*, hodie.

ſcheria, vocata eſt olim Phæcia, eò quòd Ceres metuens, ne fluuij ex continente influentes continenti eam adiungerent, Neptunum rogarit, vt amnes euerteret, quo facto non amplius Drepane, ſed Scheria vocata eſt. Gentile, Schericus: Incolæ, Scherij vel Phææce Stephan.

ſchinis, aliàs Scinis, latro inſignis, à Theſeo dilaniatus. De quo Pauſanias in Corinthiacis: In Iſthmi initio locus eſt, vbi Schinis latro apprehenſas piceas in terram flectebat, & quos pugna viciſſet, hos illigatos ſinebat in aërem efferri: quocirca cùm vtraque arbor alligatum ad ſe traheret, vinculíque nodus in neutram laxaretur partem, ſed vtrinque pariter conuelleret, eueniebat, vt qui alligatus eſſet, laceraretur. Eodem pacto ipſum quoque Schinin Theſeus dilaniauit, viámque ex Trœcene Athenas ducit, latronibus infeſtam, tutam reddidit. Hactenus Pauſanias.

ſchinuſſa, Plin lib. 4. c. 12. inſula vna ex Sporadibus. Phœniciæ item inſula Steph.

Schinuſſa, inſula Phocidis. Gentile. Schinuſſinus & Schinuſſæus. Steph.

ſcythæ, populi, Palæſtinam vſque penetrarunt, Aſiam occuparunt, Ægyptum moleſtarunt, Aſianis annos XXXII. imperarunt Herodot. libro 1.

ſchœneus, rex Arcadiæ, pater Atalantæ, vxoris Hippomenis, quæ inde patronymico nomine Schœneis à poëtis appellatur.

ſchœnos. vrbs Bœotiæ, à Schœneo Atalantæ patre ſic appellata.

ſchœnus, uncis, flumen Athenis proximum: (inquit Strabo) à iuncis dictum. Proindéque iuncarios in Hiſpania campos Schœnuntas vocat. Sed & in Arcadia Schœnuntis fit mentio ab amne, quem Schœnium appellant. Schœnus, Steph. parua regio eſt Arcadiæ, à iuncis dicta, locus enim eſt paluſtris: vel à Schœneo Atalantę patre. Ciuis, Schœnicus, quod & conditoris nomen eſt, & fluuij à Schœneo Atamantis filio Eſt & Plin. lib. 4. cap. 7. portus & oppidum Atticæ regionis.

ſcia, oppidum Eubœæ. Steph.

ſciapodes, Stephano, populi Æthiopiæ quaſi vmbripedes, aliàs Sciopodes. Plinius lib. 7. c. 2. ex Cteſia hominum genus eſſe ſcribit, qui Monoſceli vocantur, ſingulis cruribus miræ peruicitatis ad ſaltum: eoſdémque Sciapodas vocari, quòd in maiori æſtu humi iacentes reſupini, vmbra pedum ſe protegant: nec eos à Troglodytis abeſſe: ruſúſque ab his Occidentem verſus quoſdam ſine ceruice, oculos in humeris habere. Auguſt. de ciuit. Dei

ſcias, regio Arcadiæ: Gentile, Scietas, Item Eubœæ vrbs. Stephan.

ſciathis, Arcadiæ mons. Pauſan.

ſcices, caſtrum circa Iſauriam in littore maris hiſt. miſcell. 22.

ſciathos, steph. Eubœæ inſula: Gentile, ſciathius. Vide ſcyathos.

ſciathus, maris Ægæi inſula. Ptol. & Mela. *Sciato*, appellatur à stephano non procul diſtat ab Artemiſio, teſte Herodoto in Polymnia & Vrania. Valer. 2. Argonaut. Plinio eſt in ſinu Pagaſico. vide, ſcyathus.

ſcidrus, vrbs Italiæ: Gentile, ſidranus. stephanus.

ſcillus, vrbs Triphyliæ. Hinc ſcilluſius, ſcilluntius & ſcilluntes. steph.

ſcingomagus, vicus eſt trans Alpes, à quo Ita-

Digitized by Google

lia incipit. Strabo lib. 4. *Suſe* nonnullis.

Scinis latro crudeliſſimus Corinthius, qui arbores complicabat, hiſque alligabat hominum brachia, vt in ſublime redeuntes lacerata membra diſcerperent. Propert. lib. 3.

Arboreáſq; cruces Scinis & non hoſpita Graiis
Saxa, & Curuatas in ſua fata trabes.

Scinthi, Germaniæ populi apud Claudianum de bello Getico.

Quaque domant Scinthos, immanſuetóſque Cheruſcos.

Scineſſa, locus propter oppidum Patras, nouem collium opacitate vmbroſus, & radijs ſolis fermè inuiſus, teſte Solino, Plinio mons eſt ſic dictus, ibidem.

Scione, Plin lib 4. c. 10. oppidum Macedoniæ in ſinu Thermaico: Stephano, vrbs Thraciæ, vbi ferunt, Troianas captiuas, ne abducerentur à Græcis pro ancillis incendiſſe naues: quibus illos deſtitutos neceſſariò manſiſſe, & vrbem Scionem habitaſſe. Ciuis Scionæus, Scioneus.

Scione, Pellene Cherroneſi vrbs in Macedonia: Plin. Strabo. item vrbs inſularis maris Ægei, apud Arrian.

Sciopodes Vide Sciapodes.

Scios, pars agri Eretriæ, in Eubœa. Pauſ.

Scipiadæ, patronymicum, pro Scipionibus Virg. 1. Georg.

Scipio Cornelius, à quo Scipionum gens patritia initium habuit, teſte Macrobio, patrem luminibus carentem pro baculo regebat, quem Scipionem grammatici appellant. P Cornelius Scipio, cum quo primùm imperatore Annibal ſigna in Italiam contulit. Is cùm multas eſſet in Hiſpania victorias conſecutus, réſque geſſiſſet memoratu dignas, demum in quodam prælio aduerſus hoſtes inito, dum ſe offert, vbi plurimum periculi erat, ſubitò occiditur. Liuius.

Scipio Africanus huius filius, cuius vitam ac res geſtas C Oppius & L. Reginius literis mandarunt, puer certis diei horis ſecretum templi petere ſolebat, putabatúrque apud vulgus cum Ioue loqui. Annum agens decimum ſeptimum, à patre in caſtra ductus eſt, principio belli Punici ſecundi. Conſtátque iam tunc in congreſſu Annibalis primò circumuentum ab hoſtibus ac ſaucium patrem liberaſſe, vt ſunt authores Liuius & Plutarchus. Deinde in Hiſpania cùm Carthaginenſes viciſſet, nouámque Carthaginem cepiſſet, in Africam traiecit, vbi victo Annibale Carthaginem vectigalē reddidit. Liu.

Scipio Æmilianus, qui & Africanus minor ab Africani maioris filio adoptatus (filius enim erat L. Æmilij Pauli) Carthaginem & Numantiam, duas vrbes populo Romano inimiciſſimas euertit: tandem immutata ætate domi ſuæ dormiens interfectus eſt, non ſine ſuſpicione id dolo Gracchorum factum. Liu.

Scipio Naſica, Scipionis, qui vnà cum fratre in Hiſpania cecidit, filius, à Senatu vir optimus iudicatus. Matrem deûm tunc primùm aduectam, ipſúdque virum optimum ex oraculo diuertentem hoſpitio excepit. Cùm aduerſus auſpicia conſulem ſe à Graccho nominatum comperiſſet, magiſtratu ſe abdicauit. Cenſor ſtatuas, quas ſibi conſul quiſque in foro per ambitionem ponebat, ſuſtulit. Conſul Delminium Dalmatiæ vrbem ſuperauit. Imperatoris nomen à militibus, & à Senatu oblatum triumphum recuſauit. Eloquentia primus, iuris conſultiſſimus, ingenio ſapientiſſimus fuit: vnde vulgò *Corculum* dictus. Ex Cæcilio. Liuius verò alia plura florum honorem tantum, Scipioni qui Serapio cognominabatur, propter ſimilitudinem Suarij cuiuſdam negotiatoris populus Romanus habuit. Ob id erat in tribunatu plebei admodum gratus, dignúſque Africanorum familia: nec erat in bonis funeris impenſa. Aſſes ergò contulit populus, ac funus elocauit: quaque præferebatur, flores è proſpectu omni ſparſit. Hactenus Plin. lib. 21. capite tertio. Scipio, Africani filius ponitur inter eos apud Valerium, qui à parentibus claris degenerauerunt. Inter eruditos tamen à Cicerone in Bruto his verbis deſcribitur: Scipio Africanus filium habuit illum, qui minorem Scipionem à Paulo adoptauit: qui ſi corpore valuiſſet, in primis eſſet habitus diſertus. Indicant tum oratiunculæ, tum hiſtoria quædam Græca ſcripta de Galſina. Hæc ille. Plutarchus in Africano, nihil ſanè de eo ſe compertum habere dicit, niſi eum Præturam geſſiſſe & in ea conſequenda, à Circeio patris ſcriba adiutum fuiſſe. Hic Scipio Romæ primus aquâ horas diuiſit æquè noctium atque dierum: idque horologium ſub tecto dicauit, anno vrbis quingenteſimo nonageſimo quinto. Cteſibius Alexandrinus horologium ex aqua primus reperit. Vitruui. lib. 9. de Arch.

Scipio, Pompeij Magni ſocer, poſt bellum Pharſalicum inter Pompeianos bellum reſouentes, in Africam ſe recepit cum exercitu & Catone, Iuba etiam rege aſcito. Qui primò feliciter aduerſus Cæſarianos pugnans, victus tandem cum exercitu occubuit. Scipionem cognomento Salutionem è Corneliorum familia alioquin virum deſpectiſſimum, inter prælianduum in Africa, perinde ac exercitus ducem Cæſar præpoſuit: quòd cognoſceret aduerſarios vetuſto quodam confidere vaticinio, vt ſemper in Africa vincere fatali Scipionum generi foret. Plutar. in Cæſare.

Scira, locus in Attica eſt, apud Euſtath.

ſcira, erant feſta Athenienſibus peculiaria, in quibus vmbracula & ſcenæ fiebant, de quibus Gyraldus copioſè in lib. de annis & menſibus.

ſciradium, promontorium Atticæ videtur, ad Saronicum ſinum. Plutarchus in Solone.

ſcirphion, locus vbi conueniebant, qui teſſeris ludebant, vt videtur Steph. in voce ſciros.

ſciras, Ægina quondam dicta eſt, vnde & Minerua Sciras appellatur, & locus alter Atticæ Scira & menſis Scirophorion. Strabo libro nono.

ſciratæ, populi Indiæ, apud Ælianum 16. animal. hos dicit ſimis naribus eſſe, inuſitatæque magnitudinis ſerpentes apud hos eſſe addit.

ſcireſſa, mons in Achaia notiſſimus: de quo Plin. lib. 4. cap. 5.

ſciri, populi Galatiæ: Gentile, Scirieus, vel Sciteus, Steph.

ſciritis, dodecapolis Cariæ qui in ea habitant, Sciritæ. Steph. A Sciro & Arcadiæ vico Sciritæ dicuntur, regio in Peloponneſo, Diodor. Xenoph.

ſcironia ſaxa, ſcopuli ſunt non longè ab Athenis de quibus Strabo lib. 9.

ſcironides, petræ apud Sunium. Strabo ab initio ferè libri noni. Poſt Cromionem igitur Scironides Atticis finibus imminent petræ iuxta mare tranſitum non relinquentes. Et paulò pòſt: Hoc in loco Scironis res in monte geſtæ, latronúmque & flectentes ad terram arbores pinus, fabulis memorantur, quas Theſeus obtruncauit. Ab hiſce locis extremis flantem, procelláſque cientem ſæuum Caurum produnt: Athenienſes: Scironem appellant. Vide Sciron.

ſciron, latro inſignis, qui proximis Megaræ ſcopulis inſidens, in viatores prætereuntes nullo non crudelitatis genere ſæuiebat. Hunc tandem Theſeus dicitur occidiſſe, & oſſa eius in mare ſparſiſſe, quæ poëtæ fabulantur in ſaxa quædam coaluiſſe, quæ à nomine eius Scironio dicuntur. Sunt autem Scironia ſaxa in Attica regione, ſimul oppido eiuſdem nominis, non longè à Megaris, iuxta mare ita ſita, vt tranſitum non niſi anguſtiſſimum relinquant. Hinc Athenienſes ventum procelloſum, ab his locis flantem Scironem appellant, quoniam ſpirat à ſaxis, quæ Sciron latro incoluit. Hic paulò ab Argeſte deflexus eſſe dicitur, & à quibuſdam Olympius vocatur, ab aliis Helleſpontius.

ſciros, locus habitatus in Arcadia, prope Menelcos & Parrhaſios. Incolæ Sciritæ (quod etiam à Sciritis Cariæ vrbe fit) fœmininum Sciritis. Eſt & aliud Sciron, locus Atticus (vbi σκιράδες petræ ſunt, à Scirone dictæ, aut ille potiùs à loco, locus autem à Sciro heroë.) Eo in loco meretrices agebant. Fortè & Scirophium locus aleatorum, & σκιραφεύς, quod ludibrioſum & aleatorem ſignificat, nomina acceperunt ab illis qui habitant in Scyro. Vocatur autem Scira (fortè Sciro) vel quòd Sciro (ἐπὶ σκίρῳ) Athenæ, immolatur: vel à ſacris Cereris & Proſerpinæ, quæ Epiſciria vocant: profertur etiam ἡ σκίρος, Step.

ſcirphæ, vrbs Phocica: Gentile, Scirphius & Scirpheus. Steph.

ſcirthani, Dalmatiæ populi. Plin.

ſcirtiana, Macedoniæ vrbs inter Lychnidum & Heracleam. Anton.

ſcirtonium, vrbs Arcadiæ: Gentile, Scirtonius Steph. ex Pauſan. lib. 8.

ſcirus, vates fuit Eleuſinis, à cuius nomine Minerua Sciras dicta eſt.

ſcirus, Arcadiæ vicus, Atticæ campus & fluuius, mons inter Megaram & Corynthum, Step. Pauſan. Strab.

ſcythæ, vrbs Thraciæ prope Potidæam: Gentile, ſcythæus ſteph. ex Theopompo.

ſcirtus, fluuius qui per Edeſſam decurrit, Cedrenus. zonar. Calliſt. & Euagr.

ſciri, populi Pæoniæ. ſteph.

ſclauini, populi ab Hercule apud Iſtrum ſuperati ſunt ac cæſi, anno ſalutis 548. A vectari, Vincentiæ Comite, fugati, anno ſalutis 770. Ab Vuilao ſubiugati, ab vrbe condita 540.

ſclauonia, vrbs ab imperatore Othone Italiam petente, conſcripto exercitu capta, anno ſalutis 980. quam Huldenricus Corinthiorum princeps Othocaro vendidit. Æneas ſyluius cap. 27.

ſclauonia, regio mari Adriatico ad Occidentem contermina, olim Illyricum, in multas ſciſſa eſt partes, nempe in Carinthiam, Iſtriam, Croatiam, Carniam & Mattiam ſclauoniam, quam vulgò *VVindiſchmack* vocant. ſunt qui illis etiam Boſnam annumerent. Poſuerunt etiam veteres inter Illyricos, Dalmatas & Liburniam, ſed hodie confuſi ſunt regionum & prouinciarum harum fines. ſubjicitur hæc regio hodie partim regno Hungarico, partim Venetis & principibus Auſtriæ: inhabitant incolæ plerunque lignea ædificia culmo contecta præter paucas littorales vrbes, in quibus humaniùs degunt & tellurem optimam colunt. Duobus præcipuis fluminibus tota regio irrigatur, ſauo & Drauo qui in Danubium corruunt. Munſter & ſclauonica lingua quæ nonnullis *VVindiſch*, & apud Latinos Illyrica appellari putatur: hodie omnium latiſſimè patet: vt quæ à mari Adriatico ad Oceanum ſeptentrionalem extendi videatur. Nam ea vtuntur Iſtrij, Dalmatæ, Boſcenſes, Morani, Bohemi, Luſatij, ſileſij, ſoloni, Lithuani, Pruteni, ſcandinauiæ incolæ, Ruſſi longè latéque imperantes,

Digitized by Google

Bulgari, multæque circumuicinæ regiones Conſtantinopolim ferè vſque, adeò vt eius etiam inter Turcas frequentiſſimus ſit vſus.

ſcodra, Ptol. lib. 2. c. 17. vrbs Liburniæ, hodie *Scutari* vocant, ſub Venetorum dominio, *Scutulari* apud Nigrum legitur, *Scarderia*. (quod idem ſonat quod Alexandria,) à Turcis vocatur, vt ſcribit Barletius.

ſcolis, mons & vrbs Achaiæ. Ciues σκωλιεῖς, Steph.

ſcolus, Bœotiæ mons & ciuitas, apud quam præſtantes fieri panes conſuetos, ſcribit Cælius lib. 9. c. 16.

ſcolus, Straboni lib. 9. pagus in ora Aſopia, ſub Cytherone ſedes iniucunda atque aſpera: indéque natum eſt prouerbium, ad Scolon neque ipſe vades, neque alteri comes ibis. Ex eo quoque loco deductum Pentheum, diſcerptum fuiſſe memoriæ proditur. Eſt & vicus in Heracliæ, quem præterfluit Aſopus amnis. Stephan. in fœminino genere vrbem Bœotiæ eſſe tradit, in maſculino autem vicum quendam. Ciuis Scolis & Scolieus.

ſcombraria, Hiſpaniæ Tarraconenſis promontorium Ptolemæo, quod *Saturni* à Plinio vocatur, vt Pintus ſuſpicatur. hodie *Cabo di Palos* nominari dicit Cluſius.

ſcombraria, Herculis inſula eſt ad Carthaginem ſpectans, quam à Scombrorum multitudine, qui inibi capiuntur, eo nomine appellatam Strabo lib. 3. notit. Alij *Scombrearia* habent hodie *Eſcombrera* vocari tradit Florianus.

ſcopa, nomen villæ in Lybia.

ſcopadæ, Theſſaliæ populi Schol. Theocriti.

ſcopas, inſignis marmoris ſcalpendi artifex, vnus ex iis qui Mauſoleum cælauerunt. Plin.

ſcopas Ætolorum Prætor, Acarnaniis arma intulit, anno mundi 3754.

ſcope, inſula Rhodienſis pelagi, Plin. vicus in Lybiæ nomo. Ptol.

ſcopelianus Glazomen. Herodis Attici præceptor.

ſcopelus, maris Ionij inſula, iuxta Cephaleniam, Ptolem. *S. Maura* Bordonio. inſula item ante Troiada, & in Propontide. Plin. vrbs item ad Varadanum fluuium in Sarmatia Aſiatica. Ptol.

ſcopelus, inſula quædam in Mediterraneo mari Ptol. *Scopulo* Sophiano.

ſcopi, Thraciæ vrbs. Steph.

ſcopia extrema, Ptolemæo Doridis in Aſia promontorium eſt, quod Straboni *Termerium* eſt, vt Villanou. ſcribit.

ſcopium, Theſſaliæ oppidum, Polyb.

ſcopius, mons in Macedonia apud Plin. l. 4. cap. 10. item Thraciæ mons & Bithyniæ fluuius.

ſcopus, locus circa Hieroſolymam. Ioſeph. 2. bel. Iud. cap. 22. item 6. cap. 4.

ſcordana, inſula Dalmatiæ adiacens. Pto. li. 8. c. 17. vulgò *Maſconſeglio*, lege Scardona.

ſcordiſci, populi Pæoniæ. ſteph. Pannoniæ inferioris populi. Ptolem. *Boſſen* Germanis hodie, Latinis Boſſina, vel Boſna. ſtrabo etiam *Scordiſcas* vocat, & *Scordiſcos* sex. Rufus, qui eos in vicina regione Thraciæ ponit. *Raſciam* eis attribuit hodie Caſtaldus. Ipſi ſe vocant nunc *Bexnachi*, inquit Niger. *Cordiſta* ſunt apud Athenæum lib. 9 qui Galatas ex iis facit, qui cum Brenno Delphicum templum ſpoliauerant. *Scordiſci* cis Iſtrum fortaſſe ij ſunt, quorum regio Nicetas Choniata *Franco horium* vocat.

ſcordiſcus, Cappadociæ mons. Ptolem. quem *Armonium* vocat Marcellinus.

ſcoringa, Germaniæ regio. Diac.

ſcorpiani, populi. ſtephanus ex Herodoti libro 7.

ſcorpiofera, Aſiæ regionis pars. Ptol.

ſcorpius, ſiue ſcorpio, vnum ex XII. Zodiaci ſignis, quod à ſole ſubitur pridie Idus Octobris, Oritur autem eodem tempore, quo Orion occidit. Qui Aſtronomicum poëticum conſcripſerunt, hunc eum volunt fuiſſe ſcorpium, qui Oriontem interemit, cùm ille iuuenili robore ferox nullam eſſe feram iactaſſet, quam ipſe conficere non poſſet. Quam hominis iactantiam ægerrimè ferens Tellus, in perniciem eius ſcorpium protulit, qui infixo aculeo eum interemit. Hunc autem ſcorpium à Ioue ideò inter aſtra relatum volunt, vt mortalibus documento eſſet, ne ſuis plus æquo viribus fiderent, Hygin. lib. 2. de ſignis cæleſtibus.

ſcotana, vicus Arcadiæ eſt. Pauſ.

ſcoti, Britanniæ populi quondam Anthropophagi, vt eſt author Hieronymus contra Iouinianum lib. 2. Quid (inquit) loquitur de cæteris nationibus, cùm ipſe adoleſcentibus in Gallia viderim. ſcotos gentem Britannicam humanis veſci carnibus, & cùm per ſyluas porcorum greges & armentorum pecudúmque reperiant, paſtorum nates & fœminarum papillas ſolere abſcondere, & has ſolas ciborum delicias arbitrari? Hæc ille. Cui diuus Chryſoſtomus in ſermone Pentecoſtes, ſtudio pietatis ſubſcribit, *Ante hoc* (inquit) quoties in Britannia humanis veſcebantur carnibus: Nunc ieiuniis reficiunt animam. Lingua omnibus ſibila. Ideo ſtrab. lib. 4. Britannos balbutientes vocat quos ipſe Romæ viderit. Olim nulla coniunx apud eos propria erat. Ammianus primus inter ſcriptores Latinos meminit ſcotorum Britanniæ inſulæ ſeptentrionalium populorum, eóſque ex Hiſpaniæ Cantabria oriundos, atque inde in Hiberniam migrantes, tandem in ſcotia ſedem fixiſſe dicit. Britannica lingua *Guydyl* appellantur.

ſcotia eſt eius inſulæ, in qua eſt Anglia ſuprema portio in Aquilonem verſa,fluminibus haud magnis & monte quodam ab Anglia diſcreta. Ibi dies brum li tempore eſt duntaxat horarum trium. Aiunt ibidem arborem eſſe,cuius fructus in aquam demerſos mox animatos enare, & in aërem plumis pennísque euolare. attamen experientia compertum eſt, hanc famoſam arborem, non in Scotia,ſed apud Orcades inſulas inueniri.Pius 2.Pon.Max.Euro.cap.46.

ſcotia, Septentrionalior Britannicæ inſulæ pars,quæ antiquo vocabulo Albania, & ab incolis auitam linguam retinentibus (quos vocant eſt agreſtes,& interiorem regionem habitant) *Abbayn* etiamnum appellatur: olim à Romanis Britanniam minorem & ſecundam fuiſſe dictam recentiores ſcriptores aſſerunt. Hæc regio Grampio monte aſpero & informi (cuius Tacitus meminit) bifariam diuiditur. Is enim à Germanici maris littore ad oſtia Deæ fluminis latera Aberdoniæ abluentis per mediam Scotiam, in Hibernicũ mare tendens ad Lacum Lomundũ ſiſtitur. Hic mons olim Pictorum,Scotorumque regni ferè limes erat. Scotia multò quàm Anglia montuoſior eſt & ſterilior. Sed parùm habet portus & aditus marinis aquis peruios. Sic enim maris Oceani brachia hanc ſcindunt, vt nulla domus in ea ſit teſte L. Maiore, quæ ab aqua maris ſalſa vltra viginti leucas diſtet. In vallibus ſunt lacus, paludes, fluuij, fontéſque pleniſſimi piſcibus. In ipſis montibus habet æquatam agri planitiem, pecoris pabulum vbertim ſuppeditantem, ſyluaſque feris plurimùm abundantes. Plurima habet miranda hæc inſula, quæ apud H. Boethium videre licet. Incolæ, qui cis Grampium montem meridionalem partem habitant, ſunt benè morati & humaniores: lingua vtuntur Anglica. Qui alteram partem Septentrionem verſus accolunt, genus hominum aſperum ac longè duriſſimum eſt. Silueſtres dicuntur: hi ſago & interiore tunica Hybernico more,tincto croco amiciuntur, nudíſque genus tibijs incedunt. Arma ſunt, arcus & ſagittæ cum enſe admodum lato. Pugionem ex vno latere tantùm acutum ſub zona ſemper ferunt. Hi lingua Hybernica ſemper vtuntur: Sic duplex eſt in Scotia lingua, & ambres gemini. Hos altæ terræ viros reliquos (ſylueſtres nempe imæ terræ viros vocamus,inquit L. Maior, Scotus. Vrbes præcipuæ ſunt, Edimburgum, S. Andreas,in quo vniuerſitas,& Abredonia altera vniuerſitas. Eſt inſuper Glaſquenſis vrbs Archiepiſcopalis ſedes: & Perth oppidum quod S. Ioannis villa vulgò dicitur, Sólum inter Scotiæ villas muro cinctum. Vide H. Boëthium & L. Maiorem in hiſtorijs Scoticis.

ſcotina,locus in Lacedæmone plenus quercubus: verum inde nomen non habet, ſed à Ioue qui nomine Scotinos illic honoratur. Steph. ex Pauſaniæ lib 10.

ſcotinus, Heraclitus Epheſius vir nobilis & memoratu dignus,de quo vide Strabonem li. 14.

ſcotuſa,Thraciæ vrbs circa Topirim.

ſcotuſſa,Strab li.7. vrbs eſt & regio Theſſaliæ Pelaſgicæ: Gentile, Scotuſſæus. Steph.

ſcotuſſę,loca in Macedonia & Theſſalia,quorum alterum inſigne eſt victoria Romanorum contra Philippum regem, Flaminio duce. Plut. Stra.Liu.Ptol.

ſcribonius Aphrodiſeus, Orbilij ſeruus atque diſcipulus, mox à Scribona Libonis filia, quæ priùs Augusti vxor fuerat, redemptus & manumiſſus. Tranquillus.

ſcriptouini, populi qui perpetuis ferè nubibus rigent, ferarúmque canibus veſcuntur, quarum pellibus ſibi indumenta conficiunt. Author Paul. Diaconus.

ſcrobilus, promontorium Africæ ad ſinum Arabicum,Pomp.

ſcropha Tremellius,Varroni de re ruſtica,lib. 2.c.4 primùm appellatus eſt Scropha:quòd quæſtor cùm eſſet, Licinio Neruæ prætori in Macedonia prouincia relictus, qui præeſſet exercitui, dum prætor rediret. hoſtes arbitrati occaſionem ſe habere victoriæ, impreſſionem facere cœperunt in caſtra. Tremelius verò quum hortaretur milites vt caperent arma, ac exirent contra: dixit celeriter ſe illos, vt ſcropha porcos, dejecturum: idque fecit.Nam eo prælio hoſtes ita fudit ac fugauit, vt eo Nerua, prætor imperator ſit appellatus, & ipſe cognomen inuenerit, vt diceretur ſcropha. Verum Macrobius Saturn. lib. 1. cognominis huius rationem aliam affert, Tremellius ſcropha inquit, cognominatus eſt euentu tali. Is Tremellius, cum familia atque liberis in villa erat. Serui ejus,quum de vicino ſcropha erraret,ſurreptam conficiunt. Vicinus aduocatis cuſtodibus omnia circumuenit, ne quà efferri poſſit; iſque ad Dominum appellat reſtitui ſibi pecudem. Tremellius qui ex villico rem comperiſſet ſcrophæ cadauer ſub Centonibus collocat, ſuper quos vxor cubabat. Quæſtionem vicino permittit, quum ventum eſt ad cubiculum, verba iurationis concipit,nullam eſſe in villa ſua ſcropham,niſi iſtam, inquit,quæ in Centonibus iacet: lectulum monſtrans. Ea facetiſſima iuratio Tremellio ſcrophæ cognomentum dedit.

ſcultenna, Liu.& Pli. fluuius Flaminiæ. *Panaro* Leandro.

ſcupi, Myſiæ ſuperioris vrbs. Ptol. *Scopia* Sophiano.

ſcurellur, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptolem.

ſcurgum, germaniæ vrbs. Ptolem.libro 2. ca-

pite. *Schmehen*, Villanouano.

Scutara, Vide Scodra.

ſcyathos, inſula cum oppido in Ægæo mari prope Thraciam Mela. li.2. Melius cum iota, vt ſuprà.

ſcybeleus, locus Pamphyliæ, vnde vinum Scybeliticum. Heſych.

ſcybis, Cretenſis ſculptor, qui Scyone in excalpendo marmore floruit. Plin.

ſcybros, parua regio Macedoniæ: Gentile, Scybrius. Steph.

ſcydiſſa, mons aſperrimus & Moſchicis montibus coniunctus, qui ſupra Colchidem ſunt, cuius extrema ab Heptacometis obtinentur, hunc ſequitur Paryadres qui vſque in Armeniam minorem protenditur, à locis Sidenæ & Themiſcyræ proximis & orientale ponti latus efficit Strab. li.12. vide Scordiſcus.

ſcydra, vrbs Macedonica, in Emathia regione: Gentile, Scydræus. steph.

Scylace, vrbs circa Cyzicum, inquit Hecatæus, Pomponius lib.3. Pracia & Scylace paruæ Pelaſgorum coloniæ. Ciuis, Scylacenus & Scylacius. Steph.

ſcylacenum. Vide Scyllaceum, & Scylletium.

ſcylæum, Brutiorum promontorium, Ptole. quod *Garifolo* Leander appellat. Oppidum eſt. Plin. *Veli* Nigro dicitur. Barrius, *Subarum* ab accolis vocari dicit.

ſcylatium, Brutiorum ciuitas. Ptol lib.3.c.1.

ſcyletium, hodie vulgò *Scylazo*. Vide Scyllæum & Scyllerium.

ſcylax Cariandeus (Cariando autem Cariæ ciuitas eſt) Mathematicus & muſicus, ſcripſit circuitum menſurámque maris extra columnas Herculis, telluris item præterea Antigraphem ad hiſtoriam. Polyb.

ſcylax, Aſię minoris fluuius, in Iridem influens.

ſcylla, ſaxum in freto Mamertino inter Siciliam & Italiam, periculoſum mare faciens nautis, hodie *Scylle* Fazello teſte. Brutiorum item oppidum apud Melam, *Siglio*, Leandro. Et inſula deſerta circa Thraciæ Cherſoneſum. Plin.

ſcylla, filia Niſi regis Megarenſium, quæ Minois paterni hoſtis amore capta, vt illum ſibi beneficio aliquo demereret, patrem purpureo capillo, in quo ſitum erat regni totius fatum, ſpoliauit, eúmque hoſti obtulit, tanquam futuræ coniugis dotem. Verùm cùm ſe ab illo ſperni videret, doloris impatientia in Cirim auem commutata eſt: Niſus autem in aliam auem ſui nominis: quæ veluti tantæ adhuc impietatis pœnas à filia repetens, etiam nunc eam vbique inſectatur Ouid.8 Metamorph. Hæc fabula proditorum ſcelus & ſupplicia deſcribit. Minos optimi principis eſt imago. Crinis fatalis ſignificat ſecretum Niſi conſilium, quo hoſtibus enunciato, Megarenſium vrbs prodita & capta eſt.

ſcylla, Phorci filia, quæ cum mutuo Glauci amore teneretur, indignata Circe, quæ Glaucum miſerè deperibat, Scyllam ſibi ab illo præferri, fontem, in quo illa lauari ſolebat, noxijs herbis veneficiſque infecit. Cuius rei illa ignara, cum lauandi gratia fontem ingreſſa eſſet, videt inferiorem corporis partem in caninos rictus eſſe commutatam: quam deformitatem tantopere exhorruit, vt ſe ſtatim in vicinum præcipitauerit fretum: vbi & in ſaxum mutata fingitur, Charybdi ex aduerſo obiectum præter nauigantibus vehementer periculoſum. Ouid.4. Metamorph.& lib.14. Porro fretum Siculum quia ſcopuloſum & anguſtum eſt, tanto feruet æſtu, vt fluctus inter ſe concurrentes, ſcopuliſque illiſi quendam quaſi latratum referant. Hinc fingitur Scylla à pube canibus & lupis ſuccincta, quam in freto ſcopulum eſſe conſtat.

ſcyllacæum, oppidum in finibus Calabriæ. stra.libr.6. Virg. Æneid. 3. abiecto altero l primam ſyllabam corripuit, cùm ait.

Caulaniſque arces & naufragum Scylaceum.

ſcyllæum (vel Scylleum ſine diphthôgo,) promontorium in Peloponeſo, vt Plin. straboque libro 6. teſtantur, ſed ſinu Argolico juxta Hermionem, quo scylla Niſi filia fluctibus eiecta creditur: Gentile, scyllæus, stephan. Eſt & oppidum Brutiorum in Italia. Mela lib.2. Vide scylatium. Hoc apud Ptolemæum *Scyllium*, *Scylaum* vnica l legit Plethon. Hodie *Cabo Sygillo* dici ſcribit Fauolius. *Cabo Scylli* autem sophianus, Villanou. *Damala* appellat.

ſcylletium. strab.lib.6. Athenienſium colonia eorum qui Mneſtei comites fuere, hoc tempore scyllatium vocatur. Vide scyllaceum. steph. vt siciliæ: Gentile, scyllenus: poſſeſſiuũ scylleticus: item mons Cretæ, cujus accolæ scyllæi. Illic enim scyllius Iupiter colitur, & Curetes cũ spartiatis Iouem illic depoſuiſſe feruntur. steph. *Squ llacci* hodie nominatur vt refert Albertus. *Scyllatium* habet Barrius voce magis congrua.

ſcylas, Herodot. l. 8. vir quidam scionæus, omnium ea tempeſtate hominum optimus vrinator, qui etiam in naufragio ad *Pelium facto*, multam pecuniam Perſis ſeruauit *multa & ſibi* lucratus eſt, ad Græcos tranſire in animo habens cuum ex Aphetis mare ſubiſſet non priùs emerſiſſe dicitur, quàm ad Artemiſium peruenit, octoginta fermè maris ſtadia emenſus, hunc Pauſanias scyllin vocat, de quo inquit: scyllis scyoneus cum Cyane filia, claſſis Perſicæ, quã Xerxes Græciæ bellum intulerat, anchoras, natando, vrinandóque præcidit ad Pelium montem & sepiada Magneſiæ: quibus ſignum in Apollinis templo poſitum & ab Amphictyonibus

bus, quod erat commune Græciæ concilium, & à Nerone principe Romam tranſlatum.

ſcyllis, & Dipœnus Cretenſes, marmora ſculpendo laudatiſſimi. Olym. 50. fuerunt. Plin. lib. 36. cap. 4.

ſcythæ, à Perſis *Saga* vt Mela habet vel *Saca*, vt Plin. Solin. & Euſtathius ſcribunt, vocantur. Idem Plin. tradit eos antiquitus *Aramaos* dictos & primum *Nomaos*, vt addit Stephan. Ioſephus tradit *Magoga* dictos à Magog. Tzetza chil. 11. prodit *Abaſgos, Alanos, Sacas, Dacas, Roos, Sauromatas*, & omnes Borealium cardinum gentes, communi vocabulo Scythas dici. Idem chiliade 8. n. 224. Scytharum gentes in tres diuidit, in *Maotas, Caucaſios* & *Oxianos*. Scytharum hiſtoriam lege apud Nicephorum Gregoram, qui eos ab Homero *Cimmerios*, à Plutar. *Cimbros*, & *Teuthones*, & ab aliis aliter, veluti *Melanchlanos, Maſſagetas, Sarmatas*, &c. ſecundum temporis viciſſitudinem & migrationes ab iis factas, nominari ait. *Patzinacos* nuncupant eos Curopalates, Zonaras & Michael Glycas, qui inter eos quoque *Vſicam* nobiliſſimam nationem numerat, *Pizenacos* habet Luitp. Suidas auctor eſt eos ſuo tempore. *Patzinacitarum* nomen habuiſſe, & quidam eorum *Ghrutingos* & *Daces* (qui ſunt Scythæ Europæi) appellatos, *Sachateos* illos indigitat Chalcondilas. *Abari* ſunt ex gente Scytharum, qui Hamaxobij vocantur, inquit Euagrius Scholaſticus. Horum etiam meminit Calliſtus qui eos *Albares* vocat. Herodotus prodit omnibus nomẽ eſſe *Scolitu*. hodie autem, vti Herbeſteiniu teſtatur, *Tartari* ab exteris dicuntur, ſe ipſos verò *Beſermanos* nominant. *Diſi* ſe ipſos ſua lingua vocare Niger perhibet. Theueto auctore, ab Arabibus *Ator Albacara* nuncupãtur. Scytharum nationes plurimæ enumerantur à Plinio, quarum nomina vide apud Ortel. in theſ. geogr. apud Trebel. Pollionem in vita Claudij Imp. & Stephanus in Lexico de vrbibus Strabo ſcribit li. 1. omnes cognitas nationes verſus Septentrionem vno prius nomine vel Scythas, vel, vt ab Homero, Nomades appellatas. Item lib. 1. refert veteres Græcorum ſcriptores vniuerſas gentes Septentrionales Scytharum & Celtoſcytharum nomine affeciſſe, quorum ſententiæ aſſentitur Ptolemæus 2. Quadrip. Regio, quàm nunc Scythæ incolunt, ea fertur olim fuiſſe Cimmeriorum, inquit Herodotus in Thalia.

ſcyllius. Vide Scylletium.

ſcyllus, untis, oppidum Achaiæ, (vt Strabo ſcribit) quo Xenophon donatus eſt à Lacedæmoniis.

ſcylurus, vir, qui (vt Plutar. author eſt) cùm relictis maribus filiis 80. diem eſſet obiturus. haſtilium faſcem cuique obtendens, vt illum confringeret iubebat. Id autem ſingulis ſe poſſe negantibus, ipſe ſingulatim educta haſtilia omnia facilè confregit: ita docens illos, vbi vnà eſſe perſeuerarent, firmos ac potentes fore: imbecilles autem, ſi ſepararentur, ac diſſiderent. Græci tamen per iota ſcribunt.

ſcylurus Cherroneſi rex, à quo multa caſtella condita fuiſſe commemorantur à Strabone li. 7.

ſcymniadæ, populi cum Getis habitantes. Stephanus.

ſcymnitæ, populi in Sarmatia Aſiatica. Ptol. fortè idem quod Scymniadæ.

ſcyphia, oppidum Clazomeniorum. Steph.

ſcyphius, equus Neptuni. Lilius Hiſtoriæ deorum Syntag. 5. ex Probo, Campi ſunt in Theſſalia Petræi, in quibus locus Petræ nomine percuſſus tridente, Neptuni equum, qui Scyphius vocatus eſt, edidit.

ſcyras, Laconicæ fluuius ſe in mare euoluens. Pauſan.

ſcyrmus, vrbs in Dolionide prope Cyzicum. Ciues, Scyrmij Steph.

Scyri, populi ſunt in Arabia Indorum lingua loquentes apud Plin. lib. 6 c. 23.

ſcyritæ, gentes inter Nomadas Indos, quæ narium loco foramina tantùm habent, Plin. li. 7.

ſcyron, latro inſignis prope Athenas, qui hoſpites è ſaxo præcipites dabat in mare, Hunc interfecit Theſeus, & in mare deiecit, vbi eiuſdem oſſa mutata ſunt in ſaxa, quæ propterea vocantur Scyronia.

ſcyros, inſula contra Magneſiam in mari Ægæo vna ex Cycladibus, Lycomedis regis patria, in qua Achilles puellari habitu educatus, Deidamiam regis filiam vitiauit, & ex ea Pyrrhum ſuſcepit, quæ ab hac inſula & ipſa Scyrias eſt appellata. Hinc Scyrius, a, um.

ſcytha, cum Araxa matre ſua, & aliquot colonis, qui Armeniam incolerent rex primus relictus eſt, conſtituto ſummo pontifice Sabatio Sago ab Armenia, vſque in Bactrianos, quæ longitudo à nobis ad hanc ætatem vocatur Scythia Saga. Beroſ. lib. 5.

ſcythæ, Vide Scythia.

ſcythæ, & Ægyptij, diu de generis antiquitate contenderunt: in quo certamine ſuperatis Ægyptiis, Scythæ antiquiores viſi sũt. Iuſtin. l. 2.

ſcythas, filius Herculis, à quo & Scythæ dicti ſunt: licet nonnulli dictos putent. ἀπὸ τοῦ σκύζεσθαι, quod iraſci ſignificat: ſunt enim Scythæ iracundiores. Cœl. Rhodig. libro 38. lect. antiq. cap. 24.

ſcytheni, populi prope Macrones, Steph. citans Xenophontis Anabaſeos lib. 4.

ſcythes, Herod. lib. 4. Herculis filius, à quo Scythiam dictam putant. Plin. lib. 7. c. 56. Iouis filius, qui primus arcus, ſagittarúmque vſum reperiſſe dicitur.

ſcytis, rex ſcytharum, qui Opœam nouercam duxit in vxorem. Author Herodot. in Melpomene.

ſcythes, thæ. qui ex Scythia eſt:vt Anacharſis Scythes, apud Ciceronem in Tuſc.

ſcythia, regio Septentrionalis latiſſima, in duas diuiſa partes Europæam & Aſiaticam:quarum Europæa à Tanaidis ripis per Mæotidis & & Ponti Euxini littora, vſque ad Iſtri oſtia expanditur Aſiatica à limitibus oppoſitorum littorum in Orientem procurrit, Oceano à Septentrione à meridie Tauro terminata. Vtriuſque variæ ac propè innumeræ ſunt gentes, ad bella magis quàm ad vllum humanitatis ſtudium appoſitæ. De harum origine ac nominibus multa apud Plinium, Ptolemæum, Herodotum & alios, Strabo lib. 1. ſcribit omnes cognitas regiones verſus Septentrionem vno prius nomine vel Scythas, vel Nomades appellatas. Item, lib. 11. refert veteres Græcos ſcriptores vniuerſas gentes Septentrionales Scytharum & Celtoſcytharum nomine affeciſſe. Sic autem antiquiores ita diuiſerunt eos, vt, qui ſupra Euxinum, Iſtrum & Adriam incolerent, eos omnes Hyperboreos, Sauromatas & Arimaſpos appellarent: qui trans mare Hyrcanum Sacas & Maſſagetas. Regio, quam nunc Scythæ incolunt ea fertur olim fuiſſe Cimmeriorum, inquit Herodotus in Thalia. Vicinis inter ſe fines nulli neque enim agrum exercent, nec domus illis vlla aut tectum aut ſedes eſt armenta & pecora ſemper paſcentibus,& per incultas ſolitudines errare ſolitis. Vxores, liberóſque ſecum in plauſtris vehunt, quibus imbrium, hyemíſque cauſa corio tectis, pro domibus vtuntur. Iuſtitia gentis ingeniis culta non legibus. Nullum ſcelus apud eos furto grauius, Quibus ſine tecto & munimento pecora & armenta habentibus, quid ſaluum eſſet, ſi furari liceret? Aurum & argentum perinde aſpernantur, ac reliqui mortales appetunt. Lacte & melle veſcuntur. Lanæ iis vſus ac veſtium ignotus. Dicta eſt autem Scythia (vt eſt author Herodot. libro quarto) à Scythe quodam Herculis ex muliere ſemiupera filio, frater Geloni & Agathyrſi, qui primus arcus ſagittarúmque vſum creditur inueniſſe: quibus Scythæ ſemper plurimum valuerunt.

ſcythia, à fulminum caſu eſt immunis, quoniam omnis regionis illius exhalatio rigens ac gelida, quicquid accipit ignei vaporis, extinguit, Plin. lib. 2. c. 50.

ſcythia apud Ptolemæum duplex eſt, quæ Imæo monte diſtinguitur. Inde intra & extra Imaum cognominatur. Regnum *Carb-y* has Scythias hodie obtinere ſcribit Villanouanus. in ſuo Ptolemæo. Quæ intra Imaum eſt, videtur mihi magnam partem. Tartariç occupare, inquit Ogelius. Quæ extra Imaum ſita eſt à Barbaris *Mongal*, & à iunioribus Tartaria antiqua dici tradit M. Niger. Scythiam intra Imaum Ar. Montanus *Dila* Hebræis eſſe putat, in ſuo appa. Biblico: Iornandes ſcribit Gothos Scythiam regionem (Europæam innuens) *Ouim* eorum lingua appellare pro Ouim legit ex hoc authore *Oimnin* Conradus à Lictenauu.

ſcythia parua, Straboni dicitur ea regio quæ intra Boryſthenem & Tauricam Cherſoneſum eſt.

ſcythiaca regio Ægypti tractus apud Ptolemæum: *Campo Carmeli* fortè hodie. ſcribitur, Scithiaca.

ſcythicum littus, Pomponius vocat totam eam oram littoralem vſque ad oſtium Caſpij maris, quo ſe in Scythicum mare exonerat.

ſcythicum promontorium, Hiſpaniæ in Cantabris, Mela auctore. A quibuſdam in Aſia collocatur. *Cabo del Figo* Oliuario dicitur.

ſcythicus, ſinus maris Caſpij, quem Scythæ accolunt. Plin.

ſcythius mons. vide Phaſis & Taurus.

ſcythias, olim dicta eſt Delus inſula. *Steph.* vide Delos.

ſcython. vide Thracia.

ſcythotauri, populi Scythiæ, *Tauricæ regionis* iuga incolentes, qui (*vt Solinus refert*) pro hoſtiis aduenas cædere conſueuerunt. Meminit horum & Pli. libro quarto, capite decimo ſecundo.

ſcythropolis, vrbs Lybiæ: Gentile, Scythopolites Stephan. Alia eſt Scythopolis vrbs in Decapolitana Syria, vt ſcribit Plin. lib. 5 cap. 18. Strab. lib. 16. Galilææ proximam eſſe ſcribit. Stephan. vrbs Palæſtinæ, vel Nyſſæ (ſi rectè legitur) in Cæleſyria Scytharum ciuitas, illorum qui Bæſi priùs à Barbaris dicebantur, Bethſan Hebræis dicitur, vt ſcribit D. Hieronymus: Bethſmes habet Ioſephus, eámque in tribu Manaſſis ponit: Baſan antea vocatam ſcribit Cedrenus Vide Annotationes Xylandri in hunc auctorem.

S E

ſeba, ſiue Sebe, nomen viri, 1. Par. 5. Filius Bochri, 2. Reg. 20. Lat. ſeptem vel ſeptimus ſiue ſaturitas, vel iuramentum.

ſeba. vide Sabæi & Sacæ.

ſebadius, Bacchus dictus eſt, quòd idem putaretur cum ſole, quaſi tu dicas pium & *religioſum*, nihil enim veteres putauerunt ſole venerabilius. Palæph. lib. 3.

ſebaſta, Aſiæ vrbs non longè ab Euphrate deſcribitur à Sabellico, ſed cuius regionis ſit clarè non apparet: eam tamen hodie *Suas* vocari ait (vide Samaria & Diopolis) hanc enim eandem eſſe ſuſpicatur. vide item Alexandria & Cæſarea Ciliciæ.

ſebaſta, Altera Legio, Dumniorum Albionis

inſulæ vrbs apud Ptolemæum. *Leskerd* vocatur Villanouano.

ſebaſte, vrbs Iudææ, ante samaria dicta, quam Herodes Baſtam appellauit, strab. lib. 16. Plin. lib. 5. c. 13. Eſt etiam σεβαςὴ, inſula Ciliciæ. Vide Eleuſſa. Item vrbs Armeniæ quæ nunc sebaſtia vocatur: & oppidulum in samaritide & Cherroneſus iuxta Corycem. Gentile: sebaſtenus. steph.

ſebaſtianus Zianus, Venetorum dux, anno ſalutis 1167.

ſebaſtopolis, Ponti Cappadocij vrbs. Ptol. lib. 5. c. 6. vulgò *S. Gregorius*. Vide Dioſcurias. Hanc Plinius Campſeonyſin vocat, dicitq; l. 6. c. 4. flumen eſſe, Flumina Campſeonyſis, Nogrus, Bathys, quo loco Pintianus libenter Acampſis & Achinaſis legit, &c. idque auctoritate Arriani qui hoc tractu Acinaſin habet.

ſebeda, portus Lyciæ: Gentile, sebedeus, steph an.

ſebendunum, Caſtellanorum in Hiſpania vrbs. Ptol.

ſebenia, ſacerdos quidam, 1. Paralip. 15. nomen viri, 6. Eſd. 9. 10. idem ſignific. quod sabanias.

ſebenicum, in littore maris Adriatici vrbs maritima ad Orientem ſub Venetorum imperio. Ab antiquis sicum appellatam quidam exiſtimant. D. Niger.

ſebennitum, ſtephano, vrbs in Ægypto, vbi & palus & amnis ſunt cognomines. Vnde præfectura quoque sebennitica, & sebenniticum Nili oſtium vocari conſtat, quod teſte Herodoto lib. 2. in duo alia diuiditur, ſcilicet in sciticum & Mendeſium. De Nili oſtiis pulchrè. Plin. lib. 5. c. 10. & strab. lib. vlt. Hinc ciuis sebennytes, & sebennytis præfectura. steph. Alij sybenniticum habent, & *Sturioni* hodie vocari tradit Niger.

ſebeon, pater Anæ patris Oolibama alterius vxoris Eſau, de filiabus Chanaan. Gen. 36. Lat. ſtans iniquitas, ſiue inflatio vel tumor peccati: aut syriacè tinctus, vel intingens.

ſebetos, fons apud Neapolim, cuius aqua vicatim decurrens, amnis ferè vſum Neapolitanis præſtat.

ſebetus, fluuius ſæpe à Iouiniano Pontano celebratus, prope Neapolis mœnia labitur vulgò *Fiume de la Maddalena* vocatur. populariter autem à Neapolitanis *Fornello* nominatur. Huius amnis meminit statius lib. 1. syluar. item Columella in ſuo horto hoc verſu.

Doctáque Parthenope Sebethide roſida lympha.

Cum aſpiratione ſcribendum docet ex lapidibus Manutius, ſed videtur etiam in prima per a *Sabetus* legi.

ſebia, mater Ioas, filij Ochoziæ filiæ Ioram filij Achab. 4. Reg. 12. filius item saharaim ex Hodes vxore. 1. Paral. 8. Lat. Damula, vel capreas aut pulchra, aut præcipua, ſiue ſtans, Dominus aut syriacè, voluntaria.

ſebichus, Ægyptiorum rex, anno mundi 3239.

ſebinus, lacus Iſtriæ inclytus, quem facit fluuius Ollius apud sarnicum, vallis Calepinæ oppidum. Hodie vulgus lacum Iſei appellat. Plin. lib. 3. c. 19.

ſebnia, nomen viri. 2. Eſd. 9. idem ſignif. quod sabanias.

ſeboim, nomen vrbis Gen. 10. Lat. Damulæ vel capreæ, ſiue pulchri, vel præcipui aut inflatis vel syriacè, voluntarij.

ſebritæ, populi qui aliquando sembritæ, ab inſula Meroë vicina.

ſebthai, nomen viri, 1. Eſd. 8. Lat. sabbathum, ſiue requies vel ceſſatio.

ſebuſiani, populi inter Celtas extra Galliam prouinciam Romanorum trans Rhenum fluuium primi, Allobrogibus sequaniſque ac Heduis, quorum erant clientes finitimi, inter Lauſannenſem & Lugdunenſem diœceſin ſiti. Ciuitas eſt epiſcopalis in prouincia Veſontina, Duci sabaudiæ ſubdita. Alio nomine segusiani appellantur. Cæſ. in Com. Gallicè, *Le pays de Breſſe*, Vigenereo. Marlianus eos *Bellicenſes* interpretatur. Pinetus & Vigenereus *Breſſants*. secundo autem videtur potius ea sabaudiæ pars, quæ hodie *Burgo preſſo* dicitur.

ſebuſiani, citantur à B. Rhenano ex Marcellini lib. 16 dicitque eo vocabulo *VViſſemburg* oppidulum denotari, quod eſt inter Argentinam & spiram, idem ſuadet primo commentariorum libro apud Cæſarem, pro sedusios sebusios legendum.

ſecande, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum. Pli.

ſecerræ, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs. Ant. *S. Celloni*, Varrerio, qui dubitat num eadem ſit cum Iaccetanorum *Aſcerris* Ptolemæi. Hanc Marianus *Ceruaira* indigitat.

ſecela, vrbs Palæſtinæ: Gentile, seceli. steph. ex Ioſepho.

ſechem, filius Galaad filij Machir filij Manaſſe. Num. 26. Paralip. 7. Ab hoc metropolis samariæ in tribu Manaſſe, quæ sichem dicitur. Vide sichem. Latinè, pars ſiue portio, vel humerus, aut matutinatio, vel itio matutina.

ſechenias, filius Obdiæ filij Auan filij Raphaiæ, 1. Par. 3. 24. 2. Par. 31. Lat. vicinus Dominus aut habitatio Domini.

ſechia, filius saharaim ex Hodes vxore ſua. 1. Paralip. 8. Lat. proiectio vel ramus Domini, ſiue ſepiens aut vallans Dominus, vel ceſſatio Domini.

ſechrona, ciuitas in tribu Dan. Ioſ. 13. Lat. ebrietas, aut precium, vel merces eius.

ſecoanus fluuius Maſſilienſium: vnde Gentile, *σηκόανοι* Steph. de Sequana fluuio potius, & Sequanis populis accipiendum videtur. Vide Sequana.

ſecontia, Celtiberiæ vrbs eſt apud Antoninum inter Bilbilim & Cæſaraugustam. Varrerius *Mucla* vocat. *Medgia* legit Hen. Coquus. *Segontia* per g legit Hieron.

ſecor, Galliæ Aquitanicæ portus. Ptol. *Luſſon*. Villanouano & Cœnali.

ſecundani, Galliæ populi, in quibus Arauſio vrbs, Plin.

ſecundinus, Conſul, anno ab vrbe condita. 2165.

ſeculares ludi, in honorem Apollinis & Dianæ inſtituti, fiebant centeſimo quoque anno præcone per compita clamante: Venite ad ludos, quos nemo mortalium vidit, neque viſurus eſt. Hos inſtituit Valerius Publicola ob exactos reges. Celebrauit Philippus Imp. anno poſt vrbem conditam 1000. In quibus fuerunt elephanti xxx. alces x. tygres x. leones manſueti xl. leopardi manſueti xxx. hyenæ x. Gladiatorum fiſcalium duo millia, hippopotami quoque, rhinocerotes, arcoleontes, camelopardi, onagri & equi feri.

ſecundus nomen viri, de quo Act. 20.

ſecundus, ſophiſta Athenienſis, quem aliqui Epithyrum vocant, quod architecti filius fuerit, multæ quidem doctrinæ mediocris eloquentiæ æqualis æmulúſque Herodis Attici: ex quo Herodes illud Heſiodi eleganti mutatione in eum cauillatus eſt. Figulus æqualem exigat *τῷ τέκτονι τέκτων*. Qui nihilominus ſenem poſtea morientem, & epicedio & lacrymis honorauit. Ex Philoſtrato.

ſecundus alter, Tridentinus, vir ſanctus, Agriulphi regis Longobardorum tempore, ſcripſit breuiter Longobardorum hiſtoriam. Author Paulus Foroiulienſis.

ſecaſſes, populi ſunt in Alpibus, vt notat Plin. lib. 3. c. 20.

ſecuſiani, Cæſari & Plin. Galliæ populi *Le pays de Foreſt* vulgò. Vide Seguſiani. Veteres Plinij codices, pro Secuſiani liberi, legebant, Seguſij Albi Liberi, vnde quidam Albos, gentem Gallicam fecerunt, apud Plin. l. 4. c. 18.

ſecuſtero, oppidum Galliæ Narbonenſis Antonino. *Seſteron* Simlero.

ſedada, i. latus eius, ſiue cibarium aut venatio eius. Terminus eſt tribus Iudæ. Numer. 348.

ſedecias, filius Ioſiæ regis, ſic nominatus à Nabuch donoſor, cum priùs Mathanias diceretur 4 Reg. 24. 1. Paralipomenon 3. Filius item Hananiæ. Ierem. 36. Hoc nomine vocabatur propheta ille blaſphemus, 3. Regum. 22. Filius Chanaana. Fuit & filius Ioachim filij Ioſiæ 1. Paralipom. 3. Lat. iuſtus Domini. vel iuſtitia Domini.

ſedecula, locus cuius Cicero meminit in Epiſt. ad Attic. vt tradit Barrius, incolæ *Segiolan* vocant.

ſedeur, pater Eliſur principis tribus Ruben, Num. 1. Lat. ager luminis vel ignis, ſiue vbera luminis, aut omnipotentis lumen, vel deuaſtatoris ignis.

ſedigitus Volcatius, illuſtris poeta, Sedigitus à ſex digitis dictus eſt. Plinius, libro vndecimo cap. 43.

ſeduni, populi in Alpibus, quos commemorat. Plin. lib. 3. cap. 20. *Valleſia* ſuperior, & *Veragri* Cæſaris, *Valleſia* inferior. Item *Sedunum* horum metropolis, *Sion* Sabaudica lingua, & *Sitten* Germanica dicitur ex Scudi commentariis.

ſeduſij, vel Seduni, populi Germaniæ, ſi pro Sedunum vrbem incolentibus capiantur, Heluetiis & Celtis finitimi, quos fluuius Rhodanus irrigat: finitimi etiam Veragris inter montes, quibus nunc Briga & ſancti Bernardi nomen eſt, non longè ab Antuatibus & Allobrogibus, Germanica lingua magna ex parte vtentes. hodie Valeſij vocantur. Gall. *Les Valeiſans*. Eorum præcipua ciuitas & Epiſcopalis Sedunum, Germanis *Sitten*, Gallis *Syon* dicitur, vrbs in media planitie, inter altiſſim. montes conſtructa, In Sedunorum autem finibus Rhodanus oritur, nec longè ab eis verſus Gatienſem & Tridentinam diœceſim Rhenus exoritur. Cæſar in Comm.

ſegalauni, populi Valentiniani, Gallicè, *Le pays à l'entour de Valence en Dauphiné*.

ſegeda, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs. Plinius. *Segidam* habet Strabo, & Stephanus. Niger ſcribit eum *S. Steuan* vocari, & circa *Caceres* eam fuiſſe tradit. Beutherus, vrbem amplam & potentem Celtiberorum, qui *Belli* cognominantur, deſcribit Appian. Alexand.

ſegedunum, Britanniæ inſulæ oppidum Lib. Notit. *Seton* Camdeno. Eſt in Northumbria. Lazius vrbem habet in Hungaria ad Tibiſcum fluuium, quam *Seged* vocat. *Singidonenſis* meminit Aurel. Victor in vita Iouiniani Imp.

ſegelogum, Antonino Angliæ oppidum eſt, aliàs apud eundem *Agelocum* dicitur, vt annotauit Siml. & ante eum Talbotus.

ſegeſta, oppidum Siciliæ, ab Ænea conditum Cicer. ſexto in Verrem: alio nomine Aceſta. Vide ſupra. Vide etiam Egeſta & Epidamnus.

ſegeſta Tiguliorum. Liguriæ vrbs. Plin. *Speria* Blondo. vrbs item Carnorum. Plin. *Seſtri di Le-*

uante

ſtante vocantur à Leandro.

ſegeſtanorum Emporium. Vide Ægeſteorum.

ſegeſtanæ aquæ ſiue Pincianæ ſunt Antonino in Sicilia inter Drepanum & Panormum.

ſegeſtica inſula, quam Plinius deſcribit iuxta confluentiam Colapis in Sauum. *Zigea* Hungaricè dicitur, vt Lazius tradit, Pinetus *Lendſpurg* vertit. *Segeſtica* Pannoniæ vrbs deſcribitur à Strab. lib. 5. & 7. iuxta Sauum ad multorum amnium confluentes: non procul à Syſcia oppido. Bonfinius tradit huius Segeſticæ vix veſtigia extare, locúmque hodie *Segeſd* aut *Segeſtum* vocari.

ſegetia dea, quam priſci colebant, vt lætas faceret ſegetes.

ſegida, Celtiberiæ vrbs à Pompeio capta. Oroſ. 5. c. 23. Gentile, Segidæus. Stephan. Vide infra Segobriga.

ſegimonenſes, Hiſpaniæ populi. Plin. quorum locum Pinetus *Seguram* vocat, & addit *Segiſamonculum*. Ptolemæi eſſe idem Plin. Segimonenſibus immediatè iungit *Segiſameiulienſes*, quos putant à Ptolemæo *Segiſamam Iuliam* appellari. *Segeſamam* Vaccæorum habet Strabo, & *Segiſamam* vrbem Cantabriæ habet Oroſius lib. 6. cap. 21. quam à Cæſare captam ſcribit.

ſegiſa, Baſtitanorum oppidum in Hiſpania, Ptol.

ſegni, inter Belgas populi ex genere & numero Germanorum, Condruſis finitimi, qui ambo ſunt populi inter Eburones & Treuiros Comitatui Mamurcenſi, Arduennæ ſyluæ & Ducatui Lucemburgenſi, Moſæque fluuio proximi. Nomē eos retinere ſcribit Marlianus: vocantur enim *Siney*, vt Leodius, aut *Segney* vt Diuæus tradit, *Lambourg* Vigenereus interpretatur.

ſegobriga, oppidum Celtiberiæ, vbi Sertorius & Metellus prælium commiſere. Strabo lib. 3. Strabo libro iam citato, Segidam non Celtiberorum, vt Segobrigam, ſed Aruactorum oppidum facit. *Segorbia* hodie dicitur, teſtibus Vaſæo, Cluſio & Tarapha.

ſegodiunum, Germaniæ ciuitas. Ptol. hodie *Nuremberg* vmbilicus Germaniæ eſt, & celebre emporium. Item Galliæ vrbs in Rhutenis. vulgò *Rhodes Rutheni* Cæſaris ſunt.

ſegoncia, Hiſpaniæ vrbs inter Complutum & Cæſaraugustam Anton. *Siguença*, vulgò, teſte Varrerio. Huius Plin. Liu. & Strabo meminere. Altera fuit *Segoncia* in Bætica verſus Fretum à Plinio nominata: eius ruinæ viſuntur non longè à Lethei fluminis ripa, hodiéque *Giſgonça* loco nomen eſt apud Plin. *Saguntia* & Strabonem *Serguncia* legi videtur.

ſegontiaci Cæſari populi in Anglia mari proximi, alio nomine Eboracenſes dicti.

ſegor, oppidum Sodomorum, Geneſ. 19. Iſa. 15. quod Geneſ. 14. dicitur Bala. Lat. parua. Vide Bala.

ſegoregij, populi Galliæ Narbonenſis, de quibus ſic Alexander ab Alex. lib. 1. cap. 24. Segoregorum velut erat mos, vt paratis inſtructiſque menſis, inter epulas virgo introduceretur: & cui ex conuiuis aquam dederat, eum ſibi virum delegiſſe videbatur. Vide Iuſtinum lib. 43. vbi Segobrigiorum legitur, quidam vett. legunt, Segobricorum.

ſegortialacta, Areuacorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs Ptolemæo, *Sepulueda* Villanouano.

ſegouellauni, Plinio, qui fortè *Segalauni*, Ptolemæo populi Galliæ Narbonenſis. *Valentinois*. Pineto.

ſegouia, Areuacorum vrbs in Hiſpania Tarraconenſi, & in Bætica. Plin. *Segobia* hodie. Eſt item Germaniæ oppidum. Plin.

ſegub, filius Hiel reædificatoris Iericho 3. Regum 16. Filius Eſron filij Phares, ex filia Machir patris Galaad 1. Par. 2. fortificatus aut exhalatus.

ſeguntium, Antonino Angliæ vrbs, quæ *Cilceſter* Anglis & *Caerſegent* Britannis dicitur: Lhuydo auctore.

ſeguſium. Ptol. lib. 3. cap. 1. Seguſianorum vrbs in Græcis Alpibus: vulgò *Sion*.

ſeguſiani, Galliæ Lugdunenſis populi. Strabo & Ptolemæus qui eorum vrbem Lugdunum vocat. vulgò, *Le Lionnois & Foreſts*. Vide Secuſſiani.

ſeheſima, ciuitas in tribu Iſſachar. Ioſ. 19. Lat. humiliatio ieiunij, aut fouea, ſiue meditatio ieiunij: vel ſuperbia maris.

ſehon, rex Amorrhæorum Num. 21. Ioſ. 3. Lat. eradicatio, ſiue concluſio.

ſeiadea, dicta à ſerendo, alio nomine Segeſta, à ſegetibus. Simulachrum eius Romæ extabat ætate Plinij.

ſeianus vir, de quo multa Suetonius in Tiberio c. 48. Iuuenal. Satyra 10.

—*Seianus ducitur vncè Spectandus.*

ſeir, mons Idumææ inter Aſphaltitem & Ægyptum, qui ab Eſau huius montis accolæ, eò quòd eſſet hirſutus, nomen accepit. 1. Par. 4. Iſaiæ 21. Eſt & nomen viri cuiuſdam Horræi. Gen. 36. Lat. hiſpidus ſiue piloſus, aut hœdus, vel dæmon ſeu hordeaceus, vel tempeſtas.

ſeira, ciuitas Idumææ. 4. Reg. 8. Lat. parua, ſiue tribulata.

ſeirath, nomen loci, Iudic. 3. Idem quod Seir ſignificat.

Cn. Seius Dominus equi illius, vnde eſt prouerbium in infelices & calamitoſos, à Marco

Digitized by Google

Antonio, qui poſtea Triumvir fuit tempore belli ciuilis, quum præeſſet Italiæ capitis damnatus, miſerando ſupplicio affectus eſt. Gellius lib. tertio capit. nono. De hoc fortè Cicero ad Atticum l. 11. epiſt. 4. Male de Seio, ſed omnia humana tolerabilia ducenda. Ipſi enim quid ſumus? aut quamdiu hæc curaturi ſumus? Vide Eraſmi Chiliades ad prouerb. Equus Seianus.

ſela, filius Iudæ ex ſua vxore Geneſis 38. 1. Paral p. 4. Lat. diſſoluens ſiue diſcalceans: vel Syriacè illudens.

ſela, ciuitas in tribu Beniamin. Ioſ. 18. Lat. coſta ſiue latus, aut claudicatio.

ſelahi, mater matris Ioſaphat. regis Iudæ 2. Par. 20. Lat. ramus vel propagines, ſiue miſſio vel amittens, aut telum, vel arma ſ. miſſilia: vel Syriacè, ſpolians, vel ſpoliatus.

ſelaitæ, nomen familiæ. Num. 26 Lat. diſcalceans, ſiue diſſoluens, vel Syriacè, illudens, ſiue decipiens.

ſelambina, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs. Ptolem. *Salobrenno* Floriano.

ſelampura, Indiæ extra Gangem vrbs, teſte Ptolemæo, vt habet Mercator, quam *Lampuraa* vocat, ſed in Græcis Ptolemæi codicib. Lampura tantùm legitur, non Selampura.

ſelaſia, vrbs à Lacedæmoniis occupata, anno mundi 3580.

ſelcha, ciuitas regis Og in Baſan. Deut. 3. 1. Paral. 5. Salecha eadem appellatur. Lat. caniſtrum tuum, vel eleuatio aut conculcatio tua.

ſelchim, Sicyoniorum rex III. regnauit annis xx. an. mundi 1969.

ſelebin, ciuitas in tribu Dan. Ioſ. 18. Lat. vulpis intellectus, vel filius aut pugnus vel pugillus intellectus, ſiue ſemita intellectus vel filij, aut reſpicientis intellectus.

ſelec, nomen viri. 2. Reg. 23. 1. Par. 11. Lat. vmbra vel tinnitus lambentis vel percutientis: aut aſſans, vel torrefaciens lambentem vel percutientem.

ſelecti Dij, apud Romanos vocabantur præcipui & Summates qui habebant ampliorem poteſtatem, quique celebriores & in maiori haberentur cultu ac veneratione. A D. Auguſtino ex Varrone viginti numerantur, duodecim videlicet mares, Ianus, Iupiter, Saturnus, Genius, Mercurius, Apollo, Mars, Vulcanus, Neptunus, Sol, Orcus, Liber pater: fœminæ octo. Tellus, Ceres Iuno, Luna Diana, Minerua, Venus, Veſta. Selecti alij erant à Conſentibus. Auguſt. libro quarto de ciuitate Dei Lil. Geraldus Syntag. primo libro Hiſtoriar. Deorum.

ſelemian, nomen viri. 1 Eſd. 10. Lat. pax ſiue perfectio aut retributio Domini.

ſelemias, idem pater Iuchal, Ierem. 38. Pater etiam Ieriæ, Ierem. 37. filius Hamaniæ, ibidem. Filius Abdeel, Ierem. 36. idem ſignifi. quod Selemian.

ſelemith, nomen viri. 1. Par. 26. Lat. pacifica ſiue perfecta aut retribuens.

ſelene vrbs Tyrrheniæ: Gentile, Selenopolites. Et alia magna, vna ex centum inſulis. Incola Selenites vel Selenæus. Steph.

ſelenitides mulieres, quas ait Herod. oua parere, indéque naſcentes homines quinquennes decies eſſe nobis ampliores.

ſelenus, fluuius Ciliciæ in finibus Celendrarum, in cuius oſtio portus eſt. Vide Selinus.

ſeleph, nomen viri. 1. Eſd. 3. Lat. vmbra vel tinnitus concuſſionis aut ex Hebr. & Syro, vmbra coniuncta.

ſelethai, filius Semei. 1. Par 8. Lat. vmbra ſiue aſſatio vel torrefactio, aut tinnitus meus, vel Syriacè Oratio mea.

ſeleucia, ciuitas in promontorio Syriæ Antiochenæ ſita, à Seleuco Nicanore condita, Ioſepho 18. Anti. Iudaic. cap. 16. & Hegeſippo libro 4. cap. 1. quam Paulus peragrauit. Act. 13. 1. Macch. 11.

ſeleucia, Syriæ cauæ in littore maris mediterranei. Ptolem. Stephanus *Seleucobelum* in Syria deſcribit, quam *Seleucum* non *Seleuciam* ad Belum, à Pauſania appellari addit. Eſt item *Seleucia* in eodem tractu apud Ptolemæum, qui eam *Pieriam* cognominat. *Soldi* vocatur ab Oliuario. *Soldino* à Nigro.

ſeleucia, Piſidiæ vel potius Pamphyliæ regionis ciuitas. Ptolem. *Charaſazar*, Nigro.

ſeleucia, Elimaidis, Perſiæ regionis ciuitas. Plin. Item, Comagenæ. ad Euphratem fluuium. Strabo. Plinius eam Parthorum cognominat, & Babyloniam quoque vocari tradit. *Bacha*, Nigro *Moſul*, Maſio dicitur, *Baudra* autem Pineto Nouem Seleucias extruxiſſe Seleucum Antiochi filium auctor eſt Appian. in Syriacis.

ſeleucia, vrbs Ciliciæ Tracheæ, quam ſeleucus Nicanor ita nominauit, priùs autem Olbia dicebatur & Hyria. Ciuis, Hyrieus Olbianus, ſeleuceps, ſeleucenus, & regio ſeleuci. Eſt etiam ſeleucis genus poculi à ſeleuco.

ſeleucobelus, vrbs prope ſyriam. Ciuis, ſeleucobelites, vel ſeleucis iuxta Belum. ſteph.

ſeleucus, qui & Philopater, VII. ſyriæ rex, regnauit annis XII anno mundi 3777.

ſeleucus, vrbs iuxta Apameam in ſyria (ſic enim legendum videtur apud ſtephanum) Ciuis σελευκεύς.

ſeleucus, cos. ab vrbe condita 973.

ſeleucus vnus ex principibus Alexandri, qui poſt Alexandri mortem primus in ſyria regnauit annos xx. de quo Appia. clariſſimus hiſtoricus Græcus in ſyrico.

ſeleucus

Seleucus, Gryphi filius, cum patruo Cyziceno de Syriaco imperio dimicauit, atque acie victum interfecit. Ipſe à patruele regno pulſus, & à ciuibus in Palatio concrematus eſt, Olymp 53.

ſeleucus Ceraunus x. Syriæ rex, regauit annis III. anno mundi 3738.

ſeleucus Gallinicus, III. rex Syriæ, regnauit annis xx. anno mundi 3718.

ſeleucus Nicanor, Syriam occupauit, & regnauit in ea annis xxxI. Olymp. 22. Is tranſtulit Iudæos in eas vrbes, quas extruxerat: ius eis & municipalem ordinem cum Græcis æqualem tribuit Olymp. 25.

ſelga Ptolemæo Pamphylię ciuitas. Hodie *Philadelphia* dici ait Niger.

ſelge, vrbs Piſidiæ, Lacedæmoniorum colonia: Ciues, σελγεῖς. Poſſeſſiuum, Selgicus.

ſelgeſſus. Vide Sagalaſſus.

ſelgia, Armeniæ Maioris vrbs. Ptol.

ſelim, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15. Lat. miſſi vel propagines, aut rami, ſiue arma, ſ. miſſilia: aut Syriacè, ſpoliantes.

ſelinis, vrbis nomen à Selino, id eſt, apio, quòd ibi plurimum naſcatur.

ſelinis, vrbs Siciliæ iuxta Lilybæum palmis abundans. Virg 3. Æneid.

Téque datu linquo ventis palmoſa Selinis.

ſelinuſiuntis, Ciliciæ vrbs, quæ Traianopolis pòſt dicta ab vrbe condita 869.

ſelinus, portus Marmaricæ regionis in Africa Ptolemæo, *Porto Alberto* vocatur Caſtaldo. *Salones* Mercatori.

ſelinus, untis, duorum fluuiorum nomen in Aſia, qui in mare influẽtes, Dianæ Epheſiæ templum vtrinq; complectuntur. Vide Plinium lib. 5. cap 29. Eſt & Selinus alius in Ægiorum agro, qui eſt in Achaia propriè dicta. Item alius in Elide. Rurſus alius in Sicilia juxta Megara & Hyblam montem: quorum omnium meminit Strab lib. 8.

ſelmus, untis, filius Neptuni, filiam habuit Helicen, quæ nupſit Ioui. Steph. in Helice.

ſelinus, xI. Turcarum Imp. Solimani pater, patrem regno exuit, imperauit annis vII. Duos Sultanos poſt diuerſa bella vicit & occidit: Ægyptum Arabiámque ſuo adjecit imperio, anno mundi 5473.

ſelinus, oppidum Siciliæ palmis abundans, *Selynus* apud Silium legitur. Hodie Aretio *Salemo* dicitur, ſed *Terra de Pulici* Fazel *Mazara* vocari tradit Volaterran. Videtur errare Leander, qui ſcribit eandem Mazara à Ptolemæo dici, cùm fluuij nomen ſit Mazara, non vrbis apud eundem Ptolemæum. Strabo ſcribit ſuo tempore Selinuntem interijſſe.

ſelinus, Siciliæ flumen Ptolemæo & Straboni, hodie *Madiuni* dicitur, Fazello teſte, *Salemi* Leandro. Sunt autem plures alibi hujus nomine fluuij, Strabo enim & Pauſanias alium in Achaia deſcribunt, qui Ægium vrbem perfluit. Strab. alium in Silicia: item alium in Elide circa Selluntem, quem Xenoph. 5. Cyri exped. Sellenuntem vocat: alium qui Epheſi præter templum Dianæ labitur, ex quo Plin. lib. 5. cap 29. duos facit, ſic enim apud eum legitur: *Templum Dianæ complexi è diuerſis regionibus duo Selinuntes.* Et cap. ſequenti ſcribit ſelinuntem intermeare Pergamum vrbem.

ſelinuſius, lacus poſt Cayſtri oſtia ex pelago refuſus, Strabo lib. 14.

ſella, vxor Lamech. Gen. 4. Lat. vmbra, vel aſſatio ſiue tinnitus: aut Syriacè oratio.

Sellæ, oppidum Epiri, cuius incolæ Sellani dicuntur. Vide Selli.

ſellai, nomen viri, 1. Eſd. 11 Lat. exaltatio ſiue conculcatio, vel æquiparatio, aut Syriacè, Caniſtrum.

ſellaſia, vrbs Laconicæ: Gentile, Sellaſeus Stephan. apud eundem rurſus σελλασία. Ciuis, Sillaſieus.

ſellen. filius Nephthali, Num. 26. qui Gen. 46. Sallen & 1. Par. 7. Sallum dicitur. Lat. Pacificus ſiue perfectus, aut retribuens.

ſelles, filius Helem. 1. Paral. 7. Lat. trinus, aut princeps vel dux.

ſelli, aliàs Elli, ijdem qui Dodonæi. Steph. Idem videntur Selani, de quibus in Sellæ.

ſellu, nomen viri. 7. Eſd. 11. & 12. Lat. caniſtrum, aut exaltatio, aut æquiparatio.

ſellum, filius Iabes, 4 Reg 15. Filius Siſamai filij Elaſa. 1. Par. 5. 4 Filius Ioſiæ 1. Par. 3. Ier. 22. Filius Nephtali. 1. Par. 7. qui Gen. 46. dicitur Sallem: & Num. 26. Sellem filius Sadoc. 1. Par. 6. Pater Ezechię principis. 2. Par. 28. idem quod Sellem ſignificat.

ſellun, filius Chol-hoza, 2. Eſd. 3. Lat. manens aut pacificus, vel abundans: aut Syriacè, illudens.

ſellus, Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius. Sex. Auien.

ſellus, vir quidam Athenenſis, qui quum eſſet pauper, volebat tamen videri diues.

ſelmai, pater Hagaba, 2. Eſd. 7. Lat. veſtis mea.

ſelmon, mons in Ephraim vmbroſus & caliginoſus, cujus meminit Iud. lib. 9. Eſt & nomen viri, 2. Paral. 25. Pſal. 67. Lat. obſcuritas aut imago eius, ſiue vmbra muneris.

ſelomith, nomen viri, 1. Eſd. 8. Lat. pacifica, ſiue perfecta aut retribuens.

ſelybria, Ptolemæo, Thraciæ vrbs. *Selymbri* apud Pliniũ eſt, Strabo tradit anteà *Selin* dictam, poſteà addita *Bria*, quod Thracum lingua vrbem ſignificat, *Selybriam* appellatam *Oybria* à Suida vocatur.

ſelymbria, ciuitas in Propontide. propinqua

Byzantio, Herod. lib. 6. Bria ciuitatem apud Thraces ſignificat. Salumbria, ſupra dicta eſt. Stephano vrbs Thraciæ, à Selye quodam vocata. Ciuis, Selymbrianus.

sem filius Noe, Gen. 5. Luc. 3. Lat. nomen vel fama, ſeu ponens, vel poſitus, aut ibi.

semaath, mulier, 2. Par. 24. Lat. audiens vel obediens.

semachidæ, vicus Atticæ in Antiochide vel Epacria tribu Semacho, cuius filiæ Bacchum hoſpitio ſuſceperunt, & deinde Sacerdotes Bacchi ex earum familia electæ ſunt. Incola, Semachides. Steph.

semaia, filius Secheniæ, 1. Par. 3. 2. Eſd. 6. Lat. audiens Dominum, vel obediens Domino.

semana, Silua, Ptolemæo in Germania eſt, *Duringerwaldt* videtur Pyramio. Eſt etiam vici nomen circa Nicomediam.

semanthini. vide Imaus & Taurus.

semarith, nomen mulieris, 2. Par. 14. Lat. cuſtodita, vel adamantina aut ſpina, vel fæx.

semathei, filius Sobal filij Hur primogeniti Caleb, ex Ephrata concubina. 1. Par. 2. lat. nominatus, vel poſitus, ſiue deſolatus aut ſtupefactus.

semeber, rex Seboim. Gen. 14. Lat. nomen vel fama robuſti, vel fortis, aut nomen alæ vel pennati, ſeu deſtruens fortitudinem vel alam aut pennam.

semegar, vnus ex principibus regis Babyloniorum Ier. 39. Lat. aromata peregrini aut ruminantis vel certantis.

semei, filius Gerſon, filij Leui Exod. 6. Filius Gera. 2. Reg. 16. Filius Phadaia filij Iechoniæ. 1. Par. 3. Filius Ioel 1 Par. 5. Filius Maſma. 1. Par. 4. Filius Ieth filij Gerſon, 1. Para. 6. Frater Choneniæ, 2 Par. 29. 31. Lat. audiens vel obediens, aut nomen acerui, vel deſtruens aceruum.

semei, 1. Paral. 2. filius Onan filij Ierameel ex Atara vxore. latinè nomen meum aut deſolatio ſiue perditio mea, vel ſtupefactio aut cœli.

semeia, ſiue Semeias, pater Vriæ prophetæ, 3. Reg. 12. filius Haſſub. 1. Par. 9. Ier. 26. 2. Eſd. 12. 2. Par. 26. 31. 35. Lat. audiens Dominum vel obediens Domino.

semeias. 1. Par. 15. 27. filius Eliſaphan, Semeitiens, idem. lat. obediens, ſiue nomen aut deſolatio acerui.

semele, Cadmi Thebarum regis filia, ex qua Iupiter Bacchum genuit: hinc Semeleius.

semelia, ciuitas in Oriente, vnde oriundus Abdala, qui tranſiens in Africam vocabat ſe Mehodi: ibidem ædificauit ciuitatem de nomine ſuo *Mehedomiam* Tyrius 19. c. 21.

semer, nomen viri, 3 Reg. 16. lat. cuſtos, vel adamas ſeu vepres aut ſpina, vel fæx.

semeria, nomen viri, 1 Eſd. 10. lat. cuſtodia vel adamas ſeu vepres vel ſpina Domini.

semeron, 2. Par. 13. nomen montis. lat. lanæ aut medullæ, ſcil. arborum.

semeron, Ioſ. 19. ciuitas in tribu Zabulon. lat. idem ſignificat quod Semer.

semida, filius Galaad filij Machir filij Manaſſe. Num. 26. 1. Par. 7. lat. nomen ſcientiæ aut cognitionis vel ponens ſcientiam: vel deſolationis, ſtupefactionis cognitio, ſeu cœlorum ſcientia.

semiramis. vide Thyatira.

semiguntus, Segeſti filius Cheruſcorum ductor, à Germanico bello captus eſt tractus in triumphum. Strab. lib. 7.

semiramis, Aſſyriorum regina, Nini regis vxor, quæ poſt viri obitum, quòd intelligeret Aſſyrios grauatè mulieris imperium paſſuros, diſſimulato illius obitu, perſonam eius aſſumpſit donec filius Ninus adoleſceret, regnóque adminiſtrando idoneus fieret. Hęc & Babylonem muro lateritio cinxiſſe dicitur, & ſubactis vicinis, regni ſui terminos latiſſimè propagaſſe. *Valer.* lib. 9. cap. 3. cùm aliquando circa corporis cultum occupatæ Semiramidi defectio Babylonis nuntiata eſſet, ſoluta adhuc altera capillorum parte, protinus ad eam expugnandam accurriſſe ait, nec priùs comam in ordinem redegiſſe, quàm vrbem recepiſſet.

semiramis Aſcalonita fuit, quæ quarto loco apud Babyloniam annis quadraginta regnauit. Hæc anteceſſit militia, triumphis, diuitiis, victoriis, & imperio omnes mortales. Ipſam vrbem Babyloniam maximam ex oppido fecit, vt magis dici poſſit, illam ædificaſſe, quàm ampliaſſe. Nemo vnquam huic fœminæ comparandus eſt virorum. Beroſ. lib. 4. cum expirauit Semiramis, in columbam verſa eſt: ideò abſtinent Syri ab his auibus: & columba vexillum Babyloniæ inſignitur, vt ait Diodorus Sicul. quod inſinuat Hieremias propheta cap. 25 exhortans Hieroſolymitanos, vt fugerent à facie iræ columbæ, id eſt Babyloniorum, quos, columba, hoc eſt, Semiramis, armorum ferocia magis quàm Ninus, inſtruxerat. Diu. Thomas Aquin.

semiramis, Murus, ſeu Vallum, circa *Tigrim* locus eſt, Straboni 2 & 11.

semiramoth, ſacerdos quidam, 1. *Par.* 15. lat. Cœlorum altitudines, aut nominis ſublimitas.

semla, v. rex in Edom. Gen. 36. Lat. linteum ſiue ſiniſtra eius, aut nomen illi, vel ſtupor illi, ſiue appoſitus illi.

semlai, nomen viri. 1. Eſ. 2. Lat. linteum vel ſiniſter, aut nomen mihi, ſiue appoſitus mihi.

semma, filius Age 2. Reg. 23. Lat. perditio ſiue deſolatio, vel ſtupor, aut ibi: ſiue nomen, aut nominatus, ſiue appoſitus.

semmaa, pater Ionadab, frater Dauid. 2. Reg.

Digitized by Google

13 Lat. audiens, vel obediens.

semuſerteus, Rex fuit Ægypti, quo regnante Pythagoras in Ægypto fuit & à quo is obeliſcus quem D. Auguſtin. in Circo magno ſtatuit exciſus eſt, centum viginti quinque pedum ex dodrantis, præter baſim eiuſdem lapidis. vide Plin. lib. 36. cap. 9.

semones dij dicebantur, qui ob meritorum exiguitatem non omninò cenſerentur cœlo digni, cuiuſmodi ſunt Priapus & Vertumnus, quidam Semones dici putant eos, qui quicquid ab aere vſque ad terram interualli eſt, incolebant quique vota mortalium ad ſuperos deferebant, vt ſcilicet iidem eſſent cum Medioxumis. Diuus Auguſtinus, Ianum vocari credit Semonem, quòd ſemini præſit, dum concipitur infans. Palæph. lib. 1.

semphe, vrbs Arabiæ iuxta Euphratem: Gentile, Semphæus & Semphenus. Steph.

sempronium, à Sempronio Secundino ſic nuncupatum, Auſtriæ oppidum eſt. hodie *Oedemeur* dictum. Sic Lazius in paginis quas Tabulæ ſuæ Auſtriæ adiunxit.

sempronius Atratinus 11. Conſul, ab vrbe condita 131. Hic σοφὸς dictus eſt.

sempronius, Ægypti præſes, anno mundi 3919.

sempronius, vel, vt alij volunt, *Scipionis* mons dicitur à Latinis, quem Marlianus *Brizam* à proximo viculo appellat. *Simpeler* à Valleſianis nomen habet, & ab Italis *Sempronio*. Hæc Simlerus in ſuo de Alpibus commentario.

semran, filius Iſſachar filij Iacob. Num. 2. Lat. cuſtodia, vel adamas, ſeu vepres, vel ſpina, aut fæx eius.

semri, filius Samaia. 1. Par. 4. & 26. Lat. idem ſignificat quod Semran.

semurium, campus erat Romæ propinquus, in quo, vt reor, templum erat Apollinis. Cic.

sen, nomen loci procul à lapide adiutorij verſus auſtrum, quantum lapis diſtat à Maſphath. 1. Reg. 7. Lat. dens, aut ebur, vel mutatio, aut dormiens.

sena, vrbs Hetruriæ, octingentis ſtadiis à Roma diſtans, quam Brennus Gallorum dux ædificauit, vt ſenes valetudinarios & armenta in ea collocaret. Profertur etiam numero multitudinis Senæ, Senarum. Plin. cap. 5. lib. 3. Vide Senogallia.

sena, inſula in Britannico mari aduerſa litoribus Galliæ, Pomp. lib. 3. Stephano vrbs Celtica eſt, Straboni *Sena galia* ſimplici l & per e in ſecunda eſt. Plin. *Senogalliam* per o in ſecunda appellat. Silius eam quoque *Senam Gallicam*, vt Ptolemæus vocat, hoc verſu:

—qua Sena relictum,

Gallorum à populis traxit per ſecula nomen.

senaa, ciuitas, 1. Eſd. 2. Lat. rubus, vel Syriacè, inimicus.

senaab, rex Adamæ, Gen. 14. Lat. dens patris, vel mutationis pater, vel dormitio patris.

sene, rupes oppoſita rupi Boſes. 1. Reg. 14. Lat. idem ſignific. quod Senat.

seneca, x. Hieruſalem epiſcopus, anno mundi, 4076.

seneca, Hiſpanus, patria Cordubenſis, Stoicus philoſophus, Neronis præceptor, à quo diuitiis ingentibus auctus, cùm in Piſonianæ coniurationis ſuſpicionem veniſſet, eiuſdem iuſſu inciſis venis mortem obiit, Mun. lib. 2. Coſm. Eius opera extant quæ egregiam viri doctrinam in ethicis & phyſicis demonſtrant.

seneca, Tragicus poeta, cuius fabulæ decem ad nos peruenerunt.

senecio, vir in Bætica natus & ibi quæſtor: cuius meminit Tacitus & Plin. Epiſt. 5. homo turbulenti ingenij & quod omnia grandia cuperet, Grandio vocatus, Seneca ſuaſoria prima.

seneia, nomen viri. 2. Eſd. 11. Lat. rubus, vel Syriacè, inimica.

senenniorum Pamphyliæ meminit concilium Epheſinum, quorum epiſcopus eſſet Nectarius.

senia, oppidum eſt Illyrici apud Plinium lib. 3. cap. 21.

sennaar, campus Babylonis, in quo regnauit Nemrod. Gen. 10. quæ Babylonia ſiue Chaldæa interdum dicitur. Iſa. 11. Lat. dormientis vigilia, vel ſuſcitatio, aut dentis euacuatio, vel denudatio, aut excuſſio, vel dens æmuli, ſiue mutatio ciuitatis.

sennabris, manſionis nomen ad trigeſimum ſtadium à Tiberiade diſtans, Ioſeph. 3. belli Iud. 16.

sennacherib. iv. rex Babyloniorum, Iudæam deuaſtauit, Ieruſalem obſedit 4. Reg. 18. Iſa. 36. Lat. rubus deſtructionis vel gladij aut ſolitudinis ſeu ſiccitatis aut ex Syro & Hebræo, inimici gladius vel deſtructio.

senneſer, filius Iechoniæ filij Ioachim. 1. Par. 3. Lat. dentis vel eboris theſaurus, aut dormiens theſaurus, vel mutationis anguſtia, vel theſaurus aut inimicus anguſtiæ vel tribulationis.

senogallia, ciuitas agri Gallici, infra Picenum. Plin. lib. 3. cap. 14. dicta à Senonibus Gallis, qui eam condiderunt, vnde & Senam Gallicam nonnulli appellarunt.

senogallia Italiæ vrbs, quam quidam in Vmbria conſtituunt. Eam verò Plinius & Ptolemæus infra Anconam Ariminum verſus ſtatuunt. Mela verò ſitam eſſe ait ad Aterni fluminis oſtia. Senones Galliæ Celticæ populi, Sequanis finitimi, Brenno duce in Italiam irrupe-

runt, Romanóſque ad Alliam fluuiũ ſibi occurrentes ingenti clade profligarunt: vrbem defenſoribus vacuam incenderunt. Capitolium quò ſeſe juuentus, veluti in arcem receperat, obſederunt, vt ſuam, vrbíſque ſalutem auro redimere ſint coacti. Verùm cùm in pendendo ſe immoderatiùs gererent, Brennúſque ponderi etiam gladij capulum adjiceret, eos interim adortus Camillus, ad internecionem cecidit. Plutarch. in Camillo.

ſenomani, Gallicè, *Les Manceaux*, priùs Lemani vocati, à Lemano principe qui Lemanum ciuitatem de ſuo nomine condidit, ſeu potiùs reſtituit, ac reſtaurauit. Antea enim iſtud oppidum Sarrhon, Samothæ nepos condiderat quod Sarrham, vel Sartham nominauerat: iſtúdque poſtea Druidæ bello in Lemanos moto diripuerant ac ſolo funditus æquauerant, quod dehinc nomen Sarthæ amni, hanc vrbem alluenti, permanſit. Lapſu verò temporis, Lemani & Senones bello inter ſe concitati, multíſque prælijs vtrinque commiſſis pacem inierunt: ac fœdere percuſſo, ex vtraque gente vnicam fecerunt: ea tamen conditione, vt nomine compoſito vocarentur: cuius nominis duę priores ſyllabę Senones, duę poſteriores Lemanos ſignificarent. Itaque his de cauſis Senomani, non Cenomani, Latinè ſcribi debent. Quod hæc inſcriptio vetus, quę hoc tempore in Caſtello, quod vulgò *du Gué* vocatur, ſatis indicat: quæ eſt hujuſmodi L. A. Marinio. E. Q. ob eius merita, plebs vrbana Senoman. D. Vide Tit. Liu. decad. 3. lib. 1. & decad. 4. lib. 2. & libro 8.

ſenones, populi Galliæ finitimi Belgis, qui Brenno duce vrbem Romam incenderunt, & Capitolium obſederunt: quos Furius Camillus omnes ad internecionem redegit. Dicti Senones, quaſi *νεήλυδες*, id eſt, noui quia noui venerunt ex Gallia Tranſalpina. Author Verrius, horum Cæſar etiam meminit, & Plinius, item Ptolemæus, corúmque regionem vocat Suidas *Albanorum terram*, vbi ait Celtas (quos Germanos dicit) incurſiones feciſſe in Albanorum terram quos Senones vocant.

ſenſcoris, Ægyptiorum rex, Dynaſta xx. regnauit annis xxi. anno mundi 3090.

ſenſenna, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ. 15. Lat. Ramus, vel propagines ſiue rubus rubi, aut ex Hebr. & Syro. rubus inimici.

ſenta Fauna, filia Pici regis, coniux Fauni fratris ſui, teſte Lactantio. Hanc Varro ſcripſit tantę pudicitię fuiſſe, vt nemo illam, dum vixit, pręter ſuum virum mas viderit, nec nomen eius audierit. Propter quod in operto mulieres illi ſacrificabant, & Bonam deam nominabant. Veteres Faunam & Fatuam dixerunt.

ſenta, ſpecus eſt in ora Dalmatiæ, vaſto in præceps hiatu: in quem dejecto leui pondere, quamuis tranquillo die, turbini ſimilis emicat procella. Plin. lib. 2. cap. 45.

ſentica, Hiſpaniæ vrbs, Ptolemęo libro ſecundo cap. 6. Florianus dicit *Zamora* eſſe ad Durium fluuium. Hanc Zamoram ſcribit Vaſæus poſt Arabum vaſtationem *Medina Zamorrhati* appellatam.

ſentina. Vide Xyline.

ſentinum, Vmbriæ oppidum, quod nunc Saxum ferratum appellatur. Vocatum Sentinum ab amne, qui Sentinus dicitur. Vide Saxoferratum. & Saxum ferratum. Leander *Senec* vocat. in Tuſcia, ſed *Cerete* Niger nominat.

ſentinus Saturninus, Conſul, anno mundi *1966*.

ſentinus, Augur poëta Romæ natus ſcripſit Epigrammata, in quibus ſecutus eſt Val. Catullum & Licinum Caluum.

ſentinus, Piceni fluuius eſt, Blondo & Leandro teſtibus, *Sentino* hodie vocari tradunt.

ſenus, Ptolemęo Hibernię fluuius, videtur *Sena* Oroſij, *Shentin* nunc nominari ſuſpicatur Ortel.

ſepelacus, nomen loci in Hiſpania, circa Saguntum. Anton.

ſenus, vrbs Ægypti: Ciuis, Senicus, Steph. eiuſdem meminit in Polit.

ſeon, ciuitas in tribu Iſſachar. Ioſ. 19. Lat. Sonitus, vel ſtrepitus, aut murus fortitudinis, vel doloris.

ſeor, pater Ephron. Gen. 23. Lat. candidus, vel lucidus.

ſeorim, nomen ſacerdotis, 1. Par. 24. Lat. portæ ſiuę æſtimationes vel appretiationes, aut capilli, ſiue hordeum, vel tempeſtates aut dæmones, vel piloſi, ſiue hirci.

ſepham, filius Hir. 1. Par. 7. Lat. barba, vel labium eorum, aut ripa vel littus eorum, ſiue confractio eorum.

ſephama, terminus Iudę ad ſolis ortũ. Numer. 34. Lat. Barba vel labium eius, aut ripa, vel littus quoddam, ſiue conterens aut confracta valdè.

ſephamoth, ciuitas, quam Dauid ſuorum ſpoliorum participem fecit. 1. Reg. 30. Lat. barbæ vel labia, ſiue ripa vel litus mortis, aut labium mortis, vel conterens mortem.

ſephar, mons Indię. Gen. 10. Lat. liber, aut ſcriba, vel narratio ſiue numerus: vel Syriacè, portus.

ſepharuaim, ciuitas Aſſyriorum. 4. Reg. 58. Lat Scribę aut libri, vel narrationes, ſeu numeri: ſiue liber vel numerus maris: aut ex Syro & Hebræo, portus maris.

ſephath, ciuitas, in qua filij Iudæ Chananæos ad vnum interfecerunt, eámque Harma nominauerunt. Iudi. 1. in tribu tam Iudæ quàm

Simeo-

Simeonis. Num. 21. Lat. Specula, ſiue cooperimentum aut enarratio, vel expectatio, ſiue fauus.

ſephatha, nomen vallis. 4. Par. 4. Lat. idem ſignificat quod Sephath.

ſepher, pater Ziza principis. 1. Paral. 14. Lat. Inundatio ſiue multitudo.

ſepher, mons, in quo caſtrametati ſunt filij Iſraël profecti de Ceelata. Num. 33. Lat. tuba, vel pulchritudo: aut Syriacè, bonitas. Totius orbis maximus eſt, & hodie *Andes* dicitur Hiſpanis. Arr Montanus in App. Biblico.

ſephi, 1. Paral. 1. filius Eliphaz filij Eſau, qui Geneſis 36. dicitur Sephua, ſiue Sepho iuxta Hebræum Lat. Speculator, vel fauus, aut cooperimentum vel expectatio.

ſephi 1. Par. 1. filius Sobal filij Seir Horræi: qui Gen. 39 dicitur Sepho. Lat. ſolitudo, vel labium, aut ripa vel littus eorum ſiue confractio.

ſephim, nomen viri. 1. Paral. 26. Lat. barba vel labium eorum, aut ripa vel littus eorum, ſiue confractio eorum.

ſepho, filius Eliphaz, Gen. 36. Lat. idem ſignificat quod Seph.

ſepho, filius Sobal filij Seir Horrei, Gen. 36. qui 1. Par. 1. dicitur Sephin Lat. Solitudo, vel deſertum aut labium, ſeu ripa vel littus, aut confractio.

ſephon, filius Gen. Gad. 36. Lat. Aquilo vel Aquilonaris, ſiue abſconditus aut ſpeculator.

ſephor, pater Balac. Num. 22 Lat. Auis vel paſſer, aut corona vel deſertum: aut Syriacè manè i. matutinum tempus, vel hœdus.

ſephora, nomen obſtetricis cuiuſdam Hebræorum. Exod. 1. Lat. pulchra, aut tuba: vel Syriacè, beneficiens, ſiue bonitas.

ſephora, Exod. 24. & 18. filia Raguel ſiue Ietro ſacerdotis Madian, vxor Moſis. Lat. idem ſign. quod Sephor.

ſephorim, vrbs ab Herode inſtaurata, & Autocratorida dicta, anno mundi 3977.

ſepias, Macedoniæ promontorium Ptolemæo. *Cabo Monaſter* Sephi, vocatur. Item *Zagora* Sepianum littus eſt apud Dict. Cretenſem lib. 6. ſic vocatum addit, propter ſaxorum difficultatem.

ſepontia Paramica, Vaccæorum vrbs in Hiſpania Ptol.

ſepphoris ciuitas in meditullio Galileæ, quam Ioſephus ſcribit ab Herode Autocratoridam vocatam Egeſippus lib. 1. cap. 30. dicit Diocæſaream poſtea nuncupatam.

ſepta, Luſitanis *Seupta*, ciuitas, à Romanis in faucibus freti Herculi ædificata, olim totius Mauritaniæ metropolis fuit: quare Romani eam nobilitarunt, fuitque in ea ſumma vrbanitas, & ciuium frequentia. Deinde à Gothis occupata principes in ea conſtituerunt, apud quos remanſit principatus, donec Mahumetani Mauritaniæ fines ingreſſi, hanc quoque vſurpauerunt. Frequentia habet templa & ſtudioſorum collegia, ciues literatiſſimos, & qui æneis operibus, ſingulari artificio fabricatis, cæteros excellerent.

ſephthan, pater Camuel principis tribus Ephraim. Numer. trigeſimo quarto. Lat. Iudex vel iudicans.

ſephuphan, nomen viri, 1. Para. 8. Filius Bela filij Beniamin. Lat. Ceraſtes ſerpentis genus.

ſepia, ſcopulus, Herodoto diuerſis in locis, iuxta littora Athenienſium.

Sepias, Magneſiæ promontorium eſt. Herodotus lib. 6. & Plin. lib 4. c. 9.

ſepinates, populi ſunt inter Samnites, in quarta regione Italiæ à Plinio collocati. Horum oppidum Sebinum commemorat à Ptolemæo lib. 3. cap. 1.

ſepinium, à Papyrio vi captum ab vrbe condita 460.

ſepius ciuitas, quæ nunc Sipontum dicitur, à ſepiarum multitudine fluctibus eiectarum.

ſepiuſſa, vrbs in Ceramico Aſiæ ſinu, apud Plin. lib. 5. c. 3.

ſeplaſia forum Capuæ, in quo vnguentarij negotiabantur. Hinc Seplaſiarius, pro vnguentario & effœminato.

ſeptem fratres, Mauritaniæ Tingitanæ mons Ptolemæo, ad Fretum Gaditanum, à ſimili altitudine ſic dicti, vt refert Plinius. Antoninus eorum quoque meminit. *Septenſem Arcem* habet hoc loco Procopius, ad alteram Herculis columnam, eámque ſic vocatam addit ad ſeptem ibi apparentes montes. ferunt hodie eſſe locum, quem vulgò *Septa, Ceuta & Aceuta* vocant.

ſeptem Maria appellant indigenæ Paludẽ per quam Eridanus fluuius ſeptẽ oſtiis in mare præcipitatur, Herodiano auctore. Sic ea appellat etiã Antoninus Aug. ἑπτὰ πέλαγη Dion. Halicarn. Biondus putat ea à Virgilio deſcribi hoc verſu.

Vnde per ora nouem vaſto cum &c.

& *Stagni di Venetia* hodie dici addit. Vide Gallicus ſinus, & Arrianorum Paludes.

ſeptempeda, Ptolemæo Picenorum vrbs mediterranea, *S. Seuerino* nomen habet apud Leand. Albertum.

ſeptentriones à bobus coniunctis appellatæ ſeptem ſtellæ, ex quibus quaſi iuncti Triones (hoc eſt, boues arandæ terræ idonei, quaſi terniones, inquit Varro) figurantur, vel quòd hæ ſtellæ ſic quidem ſitæ, ſunt vt ternæ quæque ſtellæ proximæ inter ſe, trigonam id eſt, triquetram figuram conſtituant: & ſeptem ſiquidem ſtellis duæ pariles vno in loco videntur, quæ pro bobus accipiuntur: reliquæ quinque plau-

Digitized by Google

ſtri figuram deſignan·. Itaque & proximum huius ſydus Bubulcus, id eſt, Bootes appellatur, qui more bubulci currum ſequitur. Hoc ſydus à figura, quia ſimile plauſtro videtur, antiqui Græcorum, ἅμαξαν, id eſt, plauſtrum dixerunt. Ab his ſtellis ventus ſpirat, Auſtro obiectus, Latinis Septentrio, & Septentrionalis, & Septentrionarius. Græci, quòd ab Arcto flet, & Aparctias dictus. Cicero ad Atticum libro nono: Ex ea die fuêre Septentriones venti.

ſepticollis, vrbs Roma, quòd ſeptem colles habeat, Palatinum, Quirinalem, Auentinum, Cęlium, Viminalem, Exquilium, & Ianicularem.

ſentimancæ, Antonino Hiſpaniæ vrbs, quam Cluſius *Simanca* vocat, in Caſtella regione.

ſeptiminicia, Antonino vrbs in Africa propria.

ſeptimius, Baſſus, conſul, ab vrbe condita 1069.

ſeptimius Acyndius, conſul, ab vrbe condita 1091.

L. Septimuleius, quanquam C. Gracchi familiaris, auaritia tamen ductus, caput eius abſcindere, & per vrbem pilo fixum geſtare non erubuit, quod Conſul Opimius auro id ſe repenſurum edixiſſet. Sunt qui tradunt, liquato plumbo, quo ponderoſius eſſet, caput expleuiſſe. Hinc poſt id factum roganti Scæuolam, vt ſe in Aſiam præfectum educeret. *Quid*, inquit ille, *tibi vis inſanè? tanta malorum eſt multitudo ciuium, vt tibi ego hoc confirmem, ſi Romæ manſeris, te paucis annis ad maximas pecunias eſſe venturum*. Cicero 2. de Oratore. Valerius Maximus lib. 9. cap. 4. Plinius lib. 33. cap. 3. Plutarchus in C. Graccho. Auctor de viris illuſtribus.

ſeptimontium, feſtum Romanorum fuit inſtitutum, cùm ſeptimus collis vrbi eſſet additus, in cuius celebritate in locis ſeptem ſacrum factum fuiſſe teſtis eſt Varro: Palatio, Suburra, Velia, Fagutali, Cælio, Oppio, & Ceſpio, quotidie per vrbem vehiculis vehi erat piaculum, Plutarch. in cauſis Rom. Huius feſti meminit Tertull. libro de idololatria, *Etiam*, inquit, *ſtrena captanda, & ſeptimontium & bruma & chara cognationis honoraria exigenda omnia*.

ſeptizonium à Seuero Imp. fabricatum, vt refert in vita eius Spartianus. Meminit huius etiam Ammian. lib. 15. hoc hodie *Settiſonto* incolis vrbis Romę dicitur. Lupanus in hunc Spartianum ſcribit hoc à nonnullis *Septodium* vocari idem à Plinio *Septiſolium* nominari tradit.

ſequana, fluuius Galliæ, Lutetiam Pariſiorum mediam interſecans, vnáque cum Matrona Belgas à Celtis diuidens quo quidem flumine nullum in tota Europa fœcundius, pacatius atque ſalubrius videre licet: quod ex Voga, Burgundiæ monte, iuxta Lingones, ſcaturit. vulgò *La riuiere de Seine*. Rhotomagum etiam ſecat, & in mare Britannicum erumpit.

ſequani Ciſiurani, à Iura monte ad Rheni fluminis vſque oram olim pertingebant. Hodie hęc pars Sungonia, & Alſatia ſuperior nominatur, Principibúſque Auſtriacis pro maiori parte obedit.

ſequani, Stephano, populi Galliæ, Heduis, Lingonibus & Heluetiis finitimi: à Sequana fluuio qui apud eos oritur nomen ſortiti. Horum loca hodie tenent Burgundiones, Gall. *Ceux de la franche Comté, ou les Bourguignons*. Munſterus hos Sequanos diuidit in *Ciſiuranos*, quos in *Obern Elſas* & *Suntgovv* ſtatuit, & *Tranſiuranos*. De Sequanis Ciſiuranis ita Eutropius libro 6. *Heluetij qui nunc Sequani appellantur*.

ſer, ciuitas in tribu Nephthali Ioſuæ 19 Lat. anguſtia, ſiue tribulatio, aut vinculum, vel colligatio, ſeu plaſmatio, vel fortitudo, aut petra.

ſera, Seticæ regionis metropolis apud Ptolemæum. Hanc Niger *Cambalech*, ſed Mercator *Sindinfu* appellat.

ſera, inſula in mari Britannico, &c. Legendum Sena, vt ſuprà.

ſena, nomen vrbis in Aſia Scythica.

ſerabis, Hiſpanię Tarraconenſis non magnus fluuius, vt Mela ſcribit. *Segura* aut *Zimira* eſt, vt vult Cluſius.

ſeranus, cognomen cuiuſdam Romani nobiliſſimi, ſumptum à ſero, pro ſemino ſeu planto, quòd agrum cùm ſereret, abſens Dictator dictus eſt. Plin.

ſeraphim, id eſt, ardentes, vel igniti. Iſai. cap. 6. v. primo. Angelorum nomen qui à claritate & aſpectus ſplendore ita appellantur, vel quia Dei mandata cum feruore & zelo exequuntur.

ſerapion, Ælianus dictus, orator Alexandrinus multa ſcripſit. Vide Suidam.

ſerapion pictor, cognominatus Rhyparographus, Plinius libro trigeſimoquinto, capite decimo.

ſerapion, præſul Antiochenus ſub Commodo principe. Hieronymus.

ſerapion quidam, pater fuit decem millium monachorum, quos omnes tempore meſſis pretio conducebat, vt ſua opera iuuarent pauperum laborem: viuebat ipſe pane & aqua, vnica veſte contentus. Sozom. libro 8. cap. 1 hiſt. trip.

ſerapion, qui ob elegantiam ingenij Scholaſticus meruit cognominari: ſcripſit contra Manichæos, laudatus ob fidei conſtantiam ſub Conſtantino principe. Hieronym.

ſerapion, ſub Decio, Martyrio apud Alexan. coronatus, an ſal. 251.

ſerapion, Alemannorum rex, an. ſal. 359.

ſerapis deus Ægyptiorum, ſub bouis figura coli ſolitus qui & Apis dicitur & Oſiris.

ſerapis deus, qui apud Græcos Pluto. Huius meminit Cic lib. 3. de Natura deorum, & multis aliis locis. Cælius Rhodig. cap 34. lib. 1. antiq. lectionum.

ſerbætos, apud Ptol. eſt Mauritaniæ Cæſarienſis fluuius *Miron* eum vocat Caſtaldus *Sardabala* à Plinio dici putat Villanouanus.

ſerbi, Plinio ſunt populi circa Mæotim, quos Dubrauius ſcribit poſtea Luſatiam Germaniæ regionem occupaſſe. *Serbi* Cedreno ſunt circa Dalmatiam, quos dicit quoque Scythas vocari.

ſerbonis palus, iuxta quam eſt mons Caſius, Herodo. lib. 2. vide Sirbonis.

ſerebia, nomen viri. 2 Eſd. 9. Lat. ſiccitas Domini, vel præualens cum Domino, aut pſallens in Domino vel cum Domino.

ſeren, ciuitas Arabum non procul à Troglodytis. Plin. lib 6. c. 29.

ſerena, ex Hiſpania oriunda, vxor fuit Stiliconis ſocrus Honorij Imper. qui Mariam filiam ipſius, vxorem duxit. Huius Serenæ laudes eleganti carmine celebrauit Claudian.

ſeres populi Scythiæ Aſiaticæ inter Tabim & Taurum montem, à Sera vrbe ſic dicti, apud quos arbores ſunt, lanam in frondibus ferentes tenuiſſimam: ex qua veſtimenta conficiunt quæ Serica nuncupantur. Virg. 2. Georg.

Velleráque vt folijs depectant tenuia Seres.

Iuſtiſſimi ſunt: & ducenteſimum vitæ annum excedunt. Rutilas habent comas, oculos cæruleos, frugaliſſimi ſunt, & vitæ pacatioris cultores, vitantes hominum cœtus. Aduenis illuc euntibus, nulla ſermonum vice, rerum pretia ſolis proponunt oculis: nihil ipſi comparant aduectitium.

ſereſer, vnus ex principibus regis Babyloniorum. Iere. 19. Lat. princeps theſauri: vel cellarij, aut pſallentis theſaurus, vel cellarium, vel qui videt anguſtiam: aut ex Syro & Hebræo, Caſtrametatio anguſtiantis.

ſereth, filius Aſhur ex Halaa 1. Par. 4. Lat. anguſtia, ſiue tribulatio, aut vinculum, ſiue colligatio ſeu pſalmatio.

ſergeſtus. Æneæ nauta Virg 5. Æneid.

ſergia Romana tribus legitur apud Alex. lib. 2. Genial. dierum, c. 3.

ſergianus, conſul anno ab vrbe condita 885.

ſergium, ſuburbanum in faucibus ponti ad ſiniſtram. Daphne aliàs vocatum. Steph.

ſergius, nomen proconſulis, cognomento Pauli. Act. 13.

ſergius, LXXXIII. Pontifex Romanus ann. ſalutis 685.

ſergius II. Rom. Epiſcopus, ann. ſal. 843.

ſergius III. Rom. Epiſcopus an. ſal. 905.

ſergius IV. Pontifex ann. ſal. 1007.

ſergius Seruianus, conſul, an. ab vrbe condita 886.

ſergius. monachus Conſtantinopolitanus, hæreſeos Neſtorianæ ſectator & fautor, Mahumetum impoſtorem & pſeudoprophetam in Alcorano conficiendo & compilando iuuit, cúmque omnis ſummam impietatis docuit. Zona. Tom. 3.

ſergius, Galba orationem apud Latinos exornauit miſerationibus, communibúſque locis vſus & egreſſus à propoſita orandi cauſa, vt delectaret animos, promoueret, rémque augeret.

ſeria, Hiſpaniæ vrbs, Ptol. lib. 2. c. 4. Plin. Fama Iulia dicta. Aliàs vrbs Turdetanorum in Hiſpania.

ſerica, Aſiæ regio Ptol. *Catais* Caſtaldo & Nigro eſt *Cambalu* Girauæ.

ſeriphus, inſula exigua in mari Ægæo, vna Cycladum, viginti non amplius paſſuum millia diſtans à Delo, vt refert Plinius lib. 14. cap. 12. In hac inſula ranas prorſus mutas eſſe tradunt: vnde prouerbialiter Seriphia rana dicitur, in homines mutos, ac dicendi, canendíque prorſus imperitos. Plin. lib. 8. c. 58. In eam relegabantur nocentes, vt in Gyaron. *Serphone*, Soph. *Sophena* Nigro.

ſerius, fluuius Ciſalpinæ Galliæ, per Bergomatem agrum in Aduam fluens, à quo vallis Serania in eodem agro populoſa, artificioſaque nominata eſt.

ſerinylia, ciuitas in Sithonia Macedoniæ, Herodotus lib. 7. Steph. vrbs iuxta Athon. Gentile, Sermylius, Sermyliæus. Sermylieus.

ſernicium, Antonino locus in Italia inter Sulmonem & Venuſium.

ſerninus vicus Antonini: *Sermito* Leandro oppidulum Lombardiæ Ciſpadanæ.

ſeron, Princeps exercitus Syriæ, 1. Machabæorum 3.

ſeropta, ciuitas Phœniciæ, apud quam naſcebatur vinum laudatiſſimum. Vnde Seroptanum vinum. Vide Sarepta.

ſeror, filius Bechorath. 1. Paral. 9. Lat. anguſtians, ſiue vinculum, aut colligatio vel lapillus.

ſerrepolis, Ciliciæ vrbs. Ptolemæo. *Caſſipolis* Plinio vocari vult Villanouan.

ſerretes, Plinio Pannoniæ gens ad Drauam fluuium.

ſerrheum, promontorium Thraciæ, & ciuitas Samothraciæ, Gentilia, Serrheieus, Serrheotes, Serrheates. Eſt & Serrheus murus. Gentile, Serrheotichites. Serrhei quoque montes: vnde Serrheius.

ſerri, populi ſunt Colchidi vicini inter Cercetas & Cephalotomos ſiti, quorum meminit, Pli. lib. 6. c. 5.

ſertorius, Nurſia oriundus, partium Mariana-

Digitized by Google

rum fuit vnà cum Cinna : moderatiùs tamen ſe geſſit, quàm alij . sylla redeunte à bello Mithridatico , vrbéque potito , ipſe quoque in Hiſpaniam aufugit , vbi breui tempore , ob virtutem ſibi gratiam earum gentium conciliauit , traditúrque per eum Hiſpanos diſciplinam rei militaris Romanam didiciſſe , ac fortiores deinde fuiſſe Nam præter artem rei militaris abſtinentiſſimus etiam voluptatum , tum religioſus eſt habitus , vt ceruam quandam ſecum in expeditionibus haberet ſequentem , quam Dianæ numen dicebat eſſe , ex eáque reſponſa acciperes réſque gerendas auſpicari. Quare dux Luſitanorum delectus paruis copiis multas vrbes ſubegit, ſed & quatuor Romanorum duces contra ſe miſſos variis cladibus adflixit. Primùm Cottam nauali prælio ſuperauit, Phidiam Hiſpaniæ prætorem cum duobus millib. ciuium Romanorum interfecit : Domitium proconſulem contriuit. Poſtremò Troianum à Metello miſſum, cum toto exercitu deleuit. Denique Pompeio fortiter reſiſtens , à Perpenna ſocio belli & eiuſdem factionis per proditionem in cœna interfectus eſt. Plutarch.

ſerua , mater Ieroboam ſerui Salomonis. 3. Reg. 11. Lat. Leproſa, aut crabro.

ſeruandus, conſul, exilio damnatus, an. ab vrbe condita 1221.

ſeruiam , vrbem à Venetis occupatam , Papa armata manu obtinuit, anno ſal. 1509.

ſeruianus Marcellius 11. cos. anno ſalutis 105.

ſeruilia, mater M. Bruti, Iulij Cæſaris adultera, cui ſexagies ſeſtertiorum gemmam mercatus eſt.

ſeruilius Aſta, cos. ab vrbe condita 866.

ſeruilius Hala, ſeu vt alij ſcribunt. Ahala magiſter equitum , Labicanos , Equóſque Dictator vicit , ab vrbe condita 338. Spurium Melium ob regni affectati ſuſpicionem interemit. Liu. Tandem cuſtoditæ libertatis exilio pœnas pependit. Valerius Maximus lib 5. cap. 3. Cicero pro domo ſua dicit illum reſtitutum fuiſſe.

ſeruius Cornelius Dolabella , conſul , ab vrbe condita 838.

ſeruius Cornelius Maluginenſis , conſul ab vrbe condita 369.

ſeruius Cornelius Maluginenſis, tribun. mil. ab vrbe condita 370.

ſeruius Cornelius merenda, cos. ab vrbe condita 470.

ſeruius Cornelius Orphitus, cos. ab vrb. condita 803.

ſeruilius Cornelius Rufus, conſul, an. ab vrbe condita 289.

ſeruius Fuluius nobilior , conſul, ab vrbe condita 498.

ſeruius Galba, conſul, à Lucanis comprehenſus opera vnius mulieris liberatur. Flor. lib. 7 Oroſ. lib. 5. c. 18.

ſeruius Sulpitius Camerinus, conſul, ab vrb condita 254.

ſeruius Sulpitius Galba. prætor malè aduerſ Luſitanos pugnauit, ab vrbe condita 604.

ſeruius Sulpitius Galba. conſul, ab vrbe cond ta 785.

ſeruius Sulpitius Rufus, cos. ab vrbe condi 395.

ſeruius Tullius, vi. Romanorum rex, regnau annis XLIV. Hic cenſum primus omnium ord nauit , qui (vt Eutropius ait) adhuc per orbe terrarum incognitus erat.

ſerus , Indiæ extra Gangem fluuius Prolem Mercatori *Coromaran*.

ſeſa, pater Ahiæ 3. Reg. 4. Lat. ſextus vel ſena rius, aut marmoreus , vel iucundus, vel muner eleuatio.

ſeſac. rex Ægypti. 3. Reg. 11. Lat. munus ſac aut oſculi vel poculi ſiue femoris.

ſeſac, 1. Par. 8. filius Barriæ, Lat. Lini vel byſſ ſaccus vel ſenarius, aut ſextus ſaccus, vel lætiti oſculum ſeu poculum, aut femur.

ſeſach , rex Babylonis. Ier. 25. & 51. & ſecu dùm commentatorem Hebræorum ſuper Ier ſecundùm Lyranum verò, rex Ægypti. Lat. l num, vel byſſus tua, aut gaudium tuum, ſiue ſen rius tuus.

ſeſai, Filius Enac. Ioſ. 15. Iud. 1. Lat. Senariu vel ſextus , ſiue gaudens vel lætus, aut byſſinu vel lineus.

ſeſamum, Steph. vrbs Paphlagoniæ, in qua pr mus Phineus habitauit. Didymus inſulam e ſcribit. Gentile, ſeſaminus vel Seſamites.

ſeſan , filius Ieſi filij Apphaim , Paral. 2. La Lilium , ſiue roſa , vel lætitia. aut linum vel by ſus.

ſeſanium, oppidum inter Ægyptum & Æthi piam. Plin. lib. 6. c. 29.

ſeſaraſij populi ſunt in Phrygia , Strabo lib ſeptimo. Propè verò adſunt argenti fodinæ Damaſtio , vbi potentatum conſtituêre Peryſ dies, quos Euſchælios & Seſaraſios nominant.

ſeſarethus, vrbs Taulantiorum. Gentile, Seſ rethius. Stephan.

ſeſatæ, ſinarum gens, corpore *curta, lata faci* atque ſima. Arrian. in Periplo.

ſeſindium , vrbs Indiæ : Gentile , ſeſindiu ſteph.

ſeſithacus , Ægimeri filius Cheruſcorum d ctoris fuit, ſtrab. lib. 7.

ſeſoſtris , Ægyptiorum rex , Mœridis ſucce ſor , qui ſubactis maris rubri accolis , alueu nauigabilem conatus eſt ducere ex Nilo in m re rubrum. Idem & Colchos & Getas credit ſubegiſſe , regionéſque omnes à ſe ſubacta

Digitized by

trophæis inſigniuiſſe, quorum aliquot ſe vidiſſe teſtatur Herodot. muliebri pudendo inſculpta. Valer. Flacc.

Quum prima Seſoſtris
Intulerit rex bella Getis.

ſeſſites, Plinio Lombardiæ Tranſpadanæ fluuius, Leander *Senſa* vocat, Scudus *Seſia*, Merula. *Siccia*.

ſeſtertium, locus extra Romam quò abijciuntur eorum capita qui Cæſarũ iuſſu ſupplicio afficiuntur. Plutarch. in Galba quarto ab vrbe milliario videtur, ex D. Cypriani vita.

ſeſtiæ aquæ, oppidum in Narbonenſi prouincia, hodie Prouinciæ caput, ſummo iudicum ordine inſigne, vulgò *Aix* Plin. lib. 31. cap. 2. Sextię potiùs ſcribendum videtur.

ſeſtiaria, Mauritaniæ Tingitanæ vrbs. Ptol. *Galba*, Caſtaldo.

ſeſtinates, Vmbriæ populi. Plin.

ſeſtium, vrbs in mediterraneis Oenotrorum: Gentile, Seſtieus Steph. *Seracena*, G. Barrio.

ſeſtius, ciuis Romanus, à quo Seſtiæ aquæ cognominatæ. Fuit & ſcriptoris nomen, item medici, quorum meminit Plin. Sextius fortè magis aptè ſcriberetur.

ſeſtus, vrbs in littore Thracio, ab Abydo Aſiæ vrbe, Helleſponti anguſtijs dirempta, Leandri & Erûs amoribus nobilitata. Hinc Ero ipſa Seſtias appellatur. Abydus in Aſia. Seſtus in Europa. *Bogaſaſſar*, Nigro, vel *Bogazeſſar*: nam Turcæ ita appellant oppida in maris faucibus poſita. Nigro *Bogaſaſſar* eſt, ſed hic tradit Seſtum nunc diſiectum, locúmque à nautis *Malido* nuncupari. Abydum vocat Gaſtal. *Aueo*. Seſtum quoq; *Poſidonium* dictum auctor eſt Aul. Gellius.

ſeſunij, populi inter Celtas, ex maritimis ciuitatibus Oceanum attingentibus, quæ Armoricæ appellantur, proximi Curioſolitis, Rhedonibus & Venetis. Hos quidam putant eſſe Exiſinos, quæ ciuitas eſt epiſcopalis prouinciæ Turonenſis in regno Francorum ſita, Cæſ. in Comm.

ſeta, Rheſi ſoror ex Marte Bithyn filium ſuſcepit, à quo Bithyni populi Thraciæ. Stephanus.

ſetabis, oppidum Hiſpaniæ, quod agrum habet nomine Spartarium, à Sparto lini genere: inde fit Setabus, a, um.

ſetabis, amnis Hiſpaniæ: inde ſudaria Setaba Catulus dixit. Quod de vrbe dictum (quanquam res indicat fluuium eſſe Setabin) Strabo, Plinius, Ptolemæus & Pomponius teſtantur in deſcriptione Hiſpaniæ.

ſetæ, Indiæ populi, argenti ditiſſimi. Plin.

ſetæum, parua regio iuxta Sybarin, vbi Setæa vna ex captiuis Græcorum naues incendiſſe fertur, ideóque illic crucifixa eſſe. Gentile, Setæus, quod etiam à Setis Bithyniæ deriuatur. Stephan.

ſetantiorum portus, in Albione inſula, Ptol. *Winandermer* Camdeno.

ſeteia æſtus eiuſdem inſulæ. Ptol. *Deemouth*. Camdeno.

ſetelſis, Iaccetanorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs, Ptol. *Aſtarbed*. Marinæo.

ſeth, filius Adam Gen. 4 Num 24. Luc. 3. Lat. poſitus. vel poſuit.

ſethar, nomen ducis. Eſth. 1. Lat. explorans aut putrefactus. vel putrefaciens.

ſethon, ſacerdos Vulcani, Ægypti rex, Olympiad. 10.

ſethri, filius Oziel filij Caath filij Leui. Exo. 6. Lat. occultus, vel abſconditus, aut demoliens, ſiue refugium meum.

ſethron, vrbs Ægypti: Ciuis, Sethronites, Stephanus.

ſetia, vrbs Campaniæ: non procul à Tarracina, vino generoſo nobilitata: quod ab eo Setinum appellatur. Mart. lib. 13. *Pendula Pampineos quæ ſpectat Setia campos*. item Turdulorum in Bætica vrbs, Ptolem. & quoque Vaſconum, apud eundem.

ſetida, Turdetanorum oppidum in Bætica. Ptolem.

ſetidaua, Germaniæ vrbs. Ptol.

ſetiena, Galliæ Narbonenſis arx. Auien.

ſetienſis, Africæ Propriæ vrbs. Ptol.

ſetina Colonia vocatur ab Onuphrio, quę *Sezza* Leandro.

ſetouia, Dalmatarum vrbs Appiano.

ſetim, locus in campeſtribus Moab non procul à Iordane & Phogor monte, vnde Ioſue miſit exploratores ad inueſtigandam Ierichuntis terram. Num. 25. Lat. expanſiones: aut diuertentes, ſiue flagella, vel ſpinæ, Vide Sitim.

ſetrai, nomen viri, 1. Paral. 27. Lat. exactor vel præpoſitus: aut Syriacè, obligatio vel contractus.

ſetubia, Ptol. lib. 2. cap. 6. vrbs Hiſpaniæ, alio nomine Sepulueda.

ſetundum, Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs. Plin.

ſeuaces, Norici populi. Ptol.

ſeuatum, Lazio Auſtriæ vrbs *Schvuatz* dicta.

ſeueriani, hæretici quidam fuerunt à Tatiano primùm propagati, deinde & à Seuero aucti, qui matrimonio penitus abſtinendum prædicabant. Meminerunt horum Hieronym. & Sophronius

ſeueriani, Angliæ populi, qui incolis *Vvylsbyrtenſes* appellantur. Lhuyd.

ſeuerinus pontifex, Rom. anno ſalutis 638.

ſeuerinus Boetius, vir conſularis, orator, & Philoſophus non ignobilis, ſatis ex ſcriptis ſuis notus, vixit circa annum ab vrbe condita 1275. eius opera typis edita extant.

ſeuerinus, epiſcopus Patauiæ clariſſimus, anno ſalutis 476. reuelatione diuina monitus, ex Patauinis miſit ad Iuuornenſe oppidum in Germania, nuntium: vt habitatores illud oppidum ſine cunctatione relinquerent, aliàs, mox perituri, ſi contemnerent imperata. Inſtantiùs autem iuſſit admonere s. Maximum eius oppidi præſulem. At cùm ille cunctaretur diſcedere, & cuperet præbere hoſpitalitatem nuntio, Heruli ea nocte inſperatè oppidum ceperunt, qui omnia vaſtantes, plurimos duxere captiuos, præſulem verò patibulo ſuſpenderunt. Munſt. lib. 3. Coſm.

ſeuerus, proprium multorum virorum nomen, vt, Seueri Cæſaris, Seueri Attilij, ad quem Lactantius ſcripſit duo epiſtolarum volumina, cuius meminit Hieronymus. Eſt & Seuerus, proprium nomen montis in Italia, cuius meminit Virgilius authore Seruio.

ſeuerus, Lucanus, v. Rom. Imp. 1. regnauit annis IV. anno ſalutis 464.

ſeuerus, proprium nomen montis, Seruio in illud Virg.

Qui tetrica horrentes rupes montemq; Seuerum.

ſeumara, Armeniæ ciuitas eſt. Strabo lib. 11.

ſeuri, Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, Ptole. Seurbi, Plinio.

ſeutes, Maritinorum princeps, anno mundi 3568.

ſenus, apud Thuyſcones regnauit, anno mundi 2219.

ſex, Bæticæ ciuitas, ad pelagum Ibericum. Ptolem. Hodie *Velez Magala* Pineto. Florianus *Motrel* eſſe ſcribit, Mela *Hexi*, Plinius *Sexi Firmum* cognomine *Iulium* vocat. Strabo lib. 3. *Hexitanos* Pintian. legit hoc loco *Hex* apud Ptol.

ſexana, Siciliç vrbs. Phauorin.

ſexignani, vel Sexſagnani, Galliæ Aquitanicæ populi. Plin.

ſexolitæ, gens ad Euxinum Pontum. Pompon.

ſextæ, locus Britãniæ inſulæ. Lib. Notitiarum.

ſextani, Galliç populi, in quibus Arelate. Põp.

ſextatio, Galliæ Narbonenſis vrbs. Anton.

ſextilius Lateranus, conſul anno mundi 4116.

ſextius Caballus ſcurra maximus, à Calcitratu Caballi nomen adeptus. Vide Tertius.

ſextum Philippi, quod *Præſidium Meſſale* vocatur. Hoc Æthicus, qui vocat ſic tractum territorij Romani, inter Vrbem & Oſtium quo ſe Tiberis findit, & inſulam facit: Via portuenſis eſt Adoni.

ſextus, Philoſophus Chæronenſis, Plutarchi nepos, qui doctor fuit Marci Antonini imperatoris.

ſex. Ælius Catulus, conſul, anno mundi 3966.

ſex. Ælius Pætus conſul, ab vrbe condita 556.

ſex. Apuleius, conſul, ab vrbe condita 766.

ſex. Attilius Seranus. Vide Seranus.

ſex. Aurelius Victor, conſul ab vrbe condita 1122.

ſex. Eccleſiaſticus, vir nobilis. an. ſal. 1500.

ſex. Cornelius Cethegus, conſul, ab vrbe condita 776.

ſex. Domitius Caluinus, conſul ab vrbe condita 630.

ſex. Furius Medullinus IIII. Tribunus militum, ab vrbe condita 356.

ſex. Iulius Cęſar conſul, ab vrbe condita 663.

ſex. Iulius Tullus, Tribunus militum, ab vrbe condita 332.

ſex. Nonius Quintilianus, conſul, ab vrbe condita 760.

ſex. Papinius Gallienus, conſul, ab vrbe condita 788.

ſextus Pompeius, conſul, ab vrbe condita 766.

ſex. Quintilius Varus, conſul, ab vrbe condita 301.

ſex. Sulpitius Galba, Cæſ. VII. regnauit menſ. VII. anno mundi 2374.

ſeia, Fortuna Romæ templum habuit, à Seruio Tullio cõſtructum, quòd ſerua Seia, natus ad regni faſtigia conſcendiſſet. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 13.

ſeyr, locus Palæſtinæ Iudicum 5. D. Hieron. interprete.

ſeyrath, iuxta Ephraim montẽ locus, Iudic. 3.

ſezeris, vrbs circa Meſopotamiam, Nicetas,

S F

Sfortia, vir exiguo loco natus ob rei militaris ſcientiam, cùm inprimis Italiæ clarus euaſiſſet, in tranſitu Piſcariæ fluminis ſubmerſus eſt, anno ſalutis 1425.

S I

ſiaa, nomen viri, 1. Eſd. 2. Lat. motus, aut Syriacè, adiutorium.

ſiacha, palus Italiæ circa Cimmerios populos auth. Tzetza chil. 12. n. 448.

ſiadæ, Antonino, à numero, *Saith* enim ſeptem lingua Britannica ſonat: *les ſept Iſles*, hodie. Sic Camdenus in ſua Britannia.

ſiæ, vrbs in Armenia maiori Ptol.

ſiagathurgi, populi, quorum meminit Martian. in deſcriptione Sarmatiæ. Steph.

ſiagul, Africæ Propriæ vrbs maritima. Ptole. hodie *Suſa* Chriſtophoro Stellæ.

ſiaha, nomen loci, 2. Eſd. 11. Lat. ſplendor, vel

candor, aut ſiccitas.

Siala, Tyanitidis vrbs in Cappadocia. Ptol.

ſiambis, inſula in Oceano Britannico. Plin. lib. 4. c. 16. *Sena*, Melæ *Sayn* Camdeno.

ſianticum, Norici vrbs. Ptol.

ſiara, Armeniæ minoris vrbs. Anton.

ſiaturanda, Germaniæ oppidum. Ptol.

ſiauana, Armeniæ majoris vrbs. Ptol.

ſibacena, Armeniæ majoris regio. Ptol.

ſibaræ, Indiæ ſunt populi. Plin. lib. 6. c. 20.

ſiba, ſeruus Saul Reg. 29. Puer itam Miphiboſeth. 2. Reg. 16. Lat. exercitus, vel militia, aut fortitudo, vel ceruus ſiue nauis veniens.

ſibæ, Indiæ populi qui cum Deriade contra Dionyſium pugnauerunt. Steph.

ſibda, vrbs Cariæ: Ciues, Sibdatæ: Gentile, Sibdanus & Sibdites Steph.

ſiberena, Calabriæ vrbs, auctore Barrio hodie ab imperito vulgo *S. Seuerina* dicta: ex ejus antiquis numiſmatibus legitur σιβερηνη.. Steph. ejus meminit: vina hinc prouenientia tradit à Plinio lib. 14 cap. 6. *Siuerinianæ* vocari: etſi *Seruitiana*, nonnulli mendosè legunt.

ſiberene, vrbs Oenotrorum: Gentile, Siberenus: Stephan. hodie vulgò *S. Seuerina*, in Calabria.

ſibini, populi contermini Sueuis Mugilonibus & Butonibus. Strabo. lib. 7.

ſibor, Ægypti fluuius, aliàs Nilus. Sibor autem idem eſt, quod turbidus vel cœnoſus: quia hic fluuius ſit hujuſmodi naturæ. Apud Moſen Geon vocatur, id eſt, vallis gratiæ. Gen. cap. 2. Franciſc. Ximenes interpr. nom. Hebr. Mendoſe, pro Sihor.

ſibora, Cappadociæ vrbs. Anton.

ſibrium, Indiæ intra Gangem oppidum. Ptol.

ſibrus, fluuius Licyæ. Steph. in Tremile.

ſibu zates, ſunt populi in Aquitania, proximi Garumnis & Hiſpaniæ citeriori, in Francorum regno ſiti. Ptol.

ſiby, Arabiç felicis oppidum, ſeu Elamitarum, quod Grçci *Apaten* vocant. Plin. l. 6. cap. 28.

ſibyllæ antrum. v. Cimmerij.

ſibyllæ, fatidicæ mulieres omnes dictæ, quaſi σιόβυλας hoc eſt, Iouis conſiliorum conſciç. Decem fuiſſe ſcribit Varro, Perſicam, Libycam, Delphicam, Cumçam, Erythrçam, Samiam, Helleſponticam, Tyburtinam, Albuneam & Cumanam, nomine Amalthea, quæ poſtrema Sibyllinorum librorum author fuiſſe creditur: de quorum origine Gel. lib. 1. cap. 19. Hos autem Stilico, cùm aduerſus Honorium & Arcadium principes defectionem moliretur, exuſſit. Munſter. lib. 2. Coſmog. multa & præclara eleganter ſcribit de Sibyllis. Vide etiam G. Peucerum in commentario de varijs diuinationum generibus.

ſibyllates, Galliç Aquitanicç populi. Plin. vide Siburzates.

ſybinicum, Vngariæ regis ciuitatem vi cepit Piſaneus, Venetæ claſſis dux, annò mundi 383.

ſibyrtus, vrbs Cretæ: Gentile. Sibyrtius Steph. ex Polybij lib. 13.

ſicambri, populi Germaniæ, Menapijs finitimi, vtramque Rheni ripam incolentes, flauos naturâ habentes capillos quos in humeros vſque olim promittebant & artificio quodam intorquebant. Eruditi eos eſſe judicant, quos hodie Gueldrenſes vocamus: quanquam videntur olim latiores fuiſſe Sicambrorum, quàm hodie ſint Gueldrenſium termini, Gallicè *Gueldres*. Ptolemæus eos *Syngambros* appellat Zurphaniæ Comitatum eos obtinuiſſe quidam volunt, *Sugambros* legit Strab. lib. 4. ipſos poſtea *Francos* vocatos (ſub quo nomine eorum meminit & Treb. Pollio in vita Probi Imp.) ſcribit Rhenanus & Hermannus Nuenarius, ſeque in intimam Germaniæ regionem contuliſſe: vbi etiam hodie *Franken* appellantur. *Francia* meminit Auſonius in Moſella. De Sicambris ſic Sigebertus, *Valentinianus Imperator eorum virtute delectatus, eos qui priùs vocati erant Troiani deinde Antenoridæ, poſteà Sicambri, Francos Attica lingua appellauit, quod lingua Latina interpretatur Feroces.* Francos etiam *Salios* nuncupatos auctor eſt Marcellinus libro decimo ſeptimo, & hos Salios hodie *Olde ſeel* nominari in Tranſiſulana prouincia, Tabula Friſiæ antiquæ indicat, ſed vide Francica Ioannis Goropij.

ſicambria, *Alt Offen* hodie Lazio. Huius meminit vetus inſcriptio quæ eſt in lib. Appiani & Amantij quæ hæc eſt, *Legio Sicambrorum hic præſidio collocata ciuitatem ædificauerunt, quam ex ſuo nomine Sicambriam vocauêre.* Matthiæ regis Hungariç tempore in Buda veteri hic lapis fuit effoſſus dum fundamenta iacerentur ædium Beatricis reginæ.

ſicane, vrbs Iberiæ: Gentile Sicanius.

ſicani, populi Hiſpaniæ, Sicoris fluuij olim accolæ, qui relictis ſedibus ſuis, ſicano duce, in Italiam ſe contulerunt, pulsíſque Aboriginibus Larium occuparunt: ipſique poſtea ab ipſis pulſi, quos antè pepulerant, inſulam vicinam Italiæ occupauerunt: & eam ſicaniam à ſuo nomine nuncupauerunt. Seruius in illud Virg. 7. Æneid.

Auruncæque manus, Rutuli, veteréſque Sicani.

ſicania dicta eſt inſula, ſiciliæ quædam pars in finibus Agrigentinis, & amnis in ea, ſicano olim fuit. Sed & inſula quandoque tota ſicania dicta eſt, à Briarei Cyclopis filio ſicano, vel à ſicanis populis, qui primam eam inſulam in-

coluiſſe feruntur. Vide Dera.

ſicanus, filius Mallotæ, Getis Ianigenis imperauit à quo Sicenia Vetuloniæ regio cognominata fuit, annis ante conditam vrbem 345.

ſicapha, Africæ propriæ oppidum. Ptol.

ſicaris, fluuius in Hiſpania, à quo Sicani populi dicti ſunt. Vide Sicani, & Sicoris, & Dera.

ſicca, vrbs Numidiæ, Romanorum colonia, apud Plin. lib. 5. c 3.

ſiceleg, ciuitas in tribu Iudæ & Simeonis. Ioſ. 15. & 19. 1. Reg. 27. 1. Par. 4. Lat. Effuſio ſextarij, vel menſuræ, aut coanguſtans, ſextarium vel menſuram.

ſiceleus, apud Celtiberos regnauit, an. mundi 2409.

ſiceum, Galatiæ oppidum, ſubiectum Anaſtaſiopoli primi Ancyrenſium principatus, ab Anaſtaſiopoli diſtans XII. M. P. Metaphraſtes in vita S. Theodori Archimandritæ.

ſicemus, vrbs Arabiæ, inde Sicemi, Sicemij. Siçemitæ. Steph.

ſicendus lacus eſt Theſſaliæ, mutas habens ranas, quæ tamen alio tranſlatæ coaxant, vocaléſque fiunt. Plin. lib. 8 c 58.

ſicenus, inſula iuxta Cretam, quæ priùs Oenoe vocabatur. Incola, Sicenites. Steph. ex Strab. lib. 19. vbi Sicenus ſimiliter legitur, non Sicynius vt infrà.

ſichæus, filius Philiſtenis Phœnicis, ſacerdos Herculis, maritus Didus Phœnicum omnium locupletiſſimus, quem eius theſauris inhians Pygmalion, vxoris eius frater, ſacrificiis intentum, interfecit. Virg. 1. Æneid.

ſichem, oppidum, duabus leucis à Samaria diſtans. A Beniamino, *Nebilas* dicitur. Vide *Neapolis*.

ſichem, metropolis Samariæ in limitibus Manaſſe. Gen. 12. Ioſ. 20. Act. 7. quā ædificauit Ieroboam. 3. Reg 11. Hanc poſtea dictam Neap lim Hiero in traditionibus Heb. refert. Item Filius Emor. Gen. 33. Lat. humerus, ſiue pars, aut matutinatio.

ſichima idem: eadémque metropolis. Iud. 21. Pſalm. 107.

ſichemi idem. Gen. 33.

ſicilia, Tyrrheni maris inſula, à Thucydide Sicania dicta, frumenti adeò ferax, vt non immeritò olim Romani imperij horreum fuerit appellata. Hæc olim agro Brutio creditur adhæſiſſe, poſteáque impetu maris auulſa fuiſſe: inde nomen traxiſſe, quaſi Sicilita, id eſt reſecta. Virgil. 3. Æneid. Eadem & Triquetra à quibuſdam appellatur, à figura triangulari. Item Trinacria à tribus promontoriis, quorum quod in meridiem vergit Pachynum appellant: alterum Pelorum, quod ad Septentrionem ſpectat, & ab Italia mille quingentis paſſibus diſtat: tertium Lilybæum Carthaginem maximè ſpectans, & ab Africæ littoribus CXX. millibus paſſuum diſtans. Hæc ab Oriente & Occidente, Septentrionéque Tyrrheno mari, à Meridie Aphrico alluitur. Patet in longitudinem à Peloro vſque ad Pachynum, millibus paſſuum centum octoginta ſeptem, in latitudine centum octoginta nouem, in circuitu autem DCXVIII. vt ex Agrippæ ſententia tradit Plin. Græci ſcribunt per epſilon. *Trinacris* eam vocat Ouidius libro 4. Faſtorum Θρινακία Suidæ dicitur (quo nomine etiam eiuſdem inſulæ vrbem habet Diod. Siculus) Hodie nomen retinet. *Cyclopum* Terram eam Homerus nominat. *Triceruicem* Lycophron, & *Tricuſpidem* Pindarus. *Sicilia* etiam terræ tumulus eſt non longè ab Athenis, Pauſania teſte. Item locus Romæ in Palatio, vt patet ex Iulio Capitolino in vita Pertinacis Imp. eſt etiam alia Sicilia inſula circa Peloponneſum, vt refert Stephan. Siciliæ pars quæ Italiam reſpicit, *Brutia* vocatur à Statio lib. 4. Sylu. ad Vopiſcum.

ſicilibra, Africæ Propriæ vrbs apud Antoninum, *Sicilia* & *Sicilippa* D. Auguſtino.

ſicinius Dentatus, ſtrenuus bellator, ob ingentem fortitudinem Achilles Romanus appellatus pugnaſſe dicitur cētum & viginti prœliis, cicatricem auerſam nullam, aduerſus quadraginta quinque tuliſſe. Coronis aureis octo donatus eſt. Triumphauit cum imperatoribus ſuis triumphos nouem. Gellius libro 2. capite 11. Plin. libro 7. cap. 38. Item libro 22. capite 5.

ſicinus Ptolemæo, Sicenus Straboni, & Sycinus Plinio, cui eadem *Oenoe* dicitur, etiam Stephano, & Apollonio: maris Ægæi exigua inſula eſt, cui *Sicino* adhuc nomen, vt Sophianus docet.

ſicobaſiliſces, Armeniæ vrbs apud Anton.

ſicoboces, gens in Sarmatia Europæa. Capitol.

ſicoris Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius, non longè ab Ilerda fluens, iuxta quem Cæſar Afranium & Petreium, Pompeianos duces, ſiti ad deditionem compulit. Hirtius. De eo Plin. & Dion. *Segre* in Cathaloniæ regno eſt, Nauagiero & Cluſio. Beuterus ſcribit Cathalonica lingua *Agua naual* vocari.

ſicorus, rex Celtiberorum, ante vrbem conditam annis 540.

ſiculus, apud Celtiberos Hiſpanos regnauit annis fermè LX. anno mundi 2485.

ſiculum mare, anguſtum atque anceps alterno curſu, modò in Tuſcum, modò in Ionium pelagus influit, vorticoſum: & Scyllæ ac Charibdis ſæuitia inclytum Bocatio, ambit Siciliam, à qua ita denominatur. Ab Occaſu Sardum habet, ab Aquilone Tuſcum, ab Oriente Ionium, à Meridie Africum. Hoc mare, teſte Strabone libro 1. eadem cum Oceani æſtuariis pari di-

dicitur. Quolibet enim die ac nocte bis fluxum alternat, ſicuti & Oceanus bis inundat, totiéſque recedit.

ſicum, Illyridis vrbs apud Ptol. ad mare Hadriaticum: eam Sophianus *Sebenico* interpretatur.

ſicynus, Inſula quam Plinius lib.4. cap.12. inter Sporadas numerat, vt etiam annotauit Vadianus. Vide Sicenus.

ſicyonia, Peloponneſi regio. Ptol.

ſicyon, vrbs Achaiæ propriæ, non procul Iſthmo Peloponneſiaco metallicis olim officinis & copioſo olearum prouentu, in primis nobilitata. Steph. Plutarchus. Suidas Hellas vocat *Telchinia* & *Mecon* Steph. Antea eadem quoque *Ægialia*, & *Ionia* dicta fuit, vt ſcribit lib.8 Strabo *Baſilica* hodie nominari tradit Sophian. item ante eum Gemiſtus.

ſicyonis, inſula in mari Ægæo, ex oppoſito ad Epidaurum, alta quidem & eminens, vt refert Plin. Ab hac inſula Minerua Sicyonia dicta eſt, quod templum ibi haberet, quod Epopæus ob partam contra Bœotios victoriam ſolenniter extruxit.

ſida, Pamphyliæ vrbs Pom.1. Vide *Side*. Niger *Chiriſonda*, Theuetus *Candalor* vocat, in Peloponneſo item vrbs. Pauſan.3.

ſidace, vrbs Lyciæ à Sidace Amiſodori filia. Gentile, Sidacenus, vel Sidaceus, Steph.

ſidarus, vrbs & portus: Gentile. Sidaruntius Steph.

ſide Strabo 7. locus circa Pedaſum & Satnioentem fluuium.

ſide, vrbs Pamphyliæ, dicta à Side filia Minotauri, vxore Moli, à quo inſula nominata eſt. Ciuis Sidetes. Steph.

ſidele, vrbs Ioniæ: Ciuis, Sidelenus, Steph.

ſiden, ſtagnum in India habet Cteſias apud Plin. lib.31.cap.2. in quo omnia merguntur, nihil innatat. In nonnullis codicibus *Sideris* legitur. Hermolaus annotauit idem *Silia* à Strabone, & *Silla* à Diod. appellari, ſimplici l apud Arrianum ſcribitur σίλα.

ſiden, nomen loci, 1.Mach.15.

ſidena, Stephano Lyciæ vrbs. Eſt etiam ad Granicum flumen alia eiuſdem nominis vrbs, quam deſcribit Strabo. Gentile, Sidenus. Stephan.

ſideni, ſunt Germaniæ populi Ptolemæo. A Willchio, Peucero, & Wolfgango Iuſto in *Stetinerlandt* ſtatuuntur. Plin.lib.6.c.4.

ſidenum, fluuius, quo alluitur oppidum Polemonium in Themiſcyrena regione, ab Amiſo CXX. M P. diſtans.

ſidetani, populi ſunt Africæ, qui oras Carthaginienſium occupant. Strab.lib.3.

ſidia, regio quædam, ſi rectè legitur apud Stephan. cui Tios ciuitas eſt Sidiæ.

ſidicinum, Plin. oppidum Campaniæ.

ſidoleucum, ſic legit Pithoeus ex Antonini itinerario, pro *Sedeleucorum* apud Appianum lib.16. in principio, Galliæ Lugdunenſis vrbs eſt, *Saulieu* hodie nominatur.

ſidon, i. venatio, aut inſidiatio, ſiue viaticū, vel cibarium, aut nauis iudicij. Filius Canaan Geneſ. 10.15.& 1.Par.1.13. Eſt & vrbs in Phœnicia ad mare ſita in termino Iudæ, à Sidon filio Chanaā condita, Ioſ.11.8. quæ forte ducta tribui Aſer obuenit. Ioſ.19.28. Math.11.21. Math.27.3.

ſidon, vrbs inſignis Phœniciæ ad mare ſita, ab iis qui mediterranea incolebant condita, qui cùm perpetuis vexarentur terræ motibus, relictis ſuis ſedibus, nouam vrbem ad mare poſuerunt, quam à piſcium vbertate ſua lingua Sidona vocauerunt. *Said* hodie vocatur, Nigro & Poſtello teſtibus. *Siada* habet Benjamin.

ſidona, regio Ponti Cappadocici apud Ptol. Straboni.

ſidonij, populi Sidonis vrbis, Sidones verò populi Thracam prope Hebrum, quos Plin. Sidones appellat. Sunt & alij Sidones in Scythia. Cæterum Sidonis conditores poſt multos annos ab Aſcaloniorum rege expugnati, nauibus appulſi Tyrum condiderunt, Iuſtin. lib.18.

ſidonia, vrbs Troadis, Gentile, Sidonius. Stephanus.

ſidonius, Apollinaris poëta.

ſidrach, nomen viri, qui & Ananias dicebatur Dan.1. Lat. mamilla tenera, vel delicata, aut deprædatio tenera, ſiue ager delicatus, aut Syriacè miſſus tuus. Vide Scalig. lib. de emend. temporum & Ottonem Heurnium in lib. de barbarica philoſophia.

ſidrona, Ptolemæo, lib.2. cap.17. Dalmatiæ vrbs, alij Stridona. vulgò *Sdrigna*. S.Hieronym. patria. *Belas* Nigro dicitur.

ſidones. Germaniæ populi. Ptol.

ſidus, vicus Corinthi, aut Megaridis nauale: Gentile, Siduntius. Eſt etiam vicus circa Clazomenas, & alius rubri maris, & locus Pamphyliæ: Gentile, Siduſius. Steph.

ſiduſſa, vrbs Ioniæ. Steph.

ſidoniorum inſula, in Perſico mari, vnde Sidonij in Palæſtina. Strab.16.

ſidyma, vrbs Lyciæ, à ſidymo quondam dicta Ciuis ſidymeus. ſteph.

ſiga, ciuitas, colonia Mauritaniæ Cæſarienſis, Ptolem. lib.4.c.2. ſiphacis & Bocchi regia: hodie vulgò *Zerſen Humain* Caſtaldo, *La Guardia* Oliuario dicitur.

ſiga, Mauritaniæ Cæſarienſis fluu. apud Ptolemæum, *Tenne* à Caſtaldo dicitur.

ſigala, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

ſigalion ſimulachrum apud Ægyptios in ſacris Iſidis & ſerapidis, quod digito labiis im-

alumni inter ſidera tranſlatum dicit. Virg. 2. Eclog.

ſiler, vide Silarus.

ſileſia, vide Saleſij.

ſileſia, Germaniæ regio, diu fuit ſub imperio Polonorum, ſed tandem ſubiecta Coronæ Bohemicæ, accipiens nomen ab amne Schleſo, vel (vt alij ſentiunt) à Schleſo rege. Odera fluuius perlabitur eam. Latitudo eius patet itinere trium dierum, & longitudo quatuor dierum: extenditúrque à regione Hungarica, vſque ad Brandeburgenſem Marcham. Fuit epiſcopalis ſedes primùm Nyſſæ: deinde tranſlata fuit per Caſimirum primum ad Vratiſlauiam metropolim prouinciæ. Sermo populi Germanicus eſt: ab altera tamen parte Oderæ fluuij, vbi Poloniam reſpicit, lingua Polonica præualet. Habet regio duos præcipuè Comitatus, vnum in Lignitz, cui magna pars terræ & populi ſubſunt: alterum in Schvveidnitz, qui paret Regi Bohemiæ, & is habet in eo præfectum ſiue vice-comitem, qui in oppido Lauer manere ſolet; & quatuor in anno vnà cum reliquis nobilibus in vrbe Schvvidnitz celebrat iudicia. Multitudo ducum inter quos paterna hæreditas per capita diuiſa fuit, lacerauit prouinciam in multas partes, vnde regio frequentes incurrit calamitates: & crebris ex oſita eſt latrociniis. Terra ipſa vallatur montibus, & multis inſpergitur ſyluis, humectatur plurimis riuulis: quos Bohemiæ montes extrudunt, & ad Oderam deſtinant, vnde regio admodum fœcunda redditur. Incolæ bibunt potum ex Cerere factum, quem Bieram vocant. Reliqua ad vitam neceſſaria regio abundè inter omnes circumiacentes ſuppeditat. Munſter Sabellicus Ann. 10. lib. 2.

ſilia fluuius, de quo Strabo lib. 14. In regione montana Siliam flumen eſſe, in quo nihil innatet: quanquam id Democritus non credat, qui multam Aſiæ partem peregrauit: ſed nec Ariſtoteles: etſi aëres quidam ſint adeò tenues, vt nulla in eis volatilia inueniantur. Vide Sila, aut Silla & Siden.

ſilices, populi ſunt montana Armeniæ ad Tigridis oſtia incolentes. Plin. lib. 6. cap. 6.

ſilimnus. Vide Simni.

ſilindium, oppidulum circa Idam. Ciues, Silinditæ & Silindiotæ. Steph.

ſilis, amnis Venetiæ primus in ſtagnum cadens, vbi tunc habentur ſuburbanæ Venetiarum inſulæ, Murianum, Trocellúmque.

ſilis: Plinio lib. 3 capite 18 fluuius Venetiæ ex montibus Turiſanis fluens. Sylis verò cum y Græco, nomen eſt, quo, vt idem teſtatur, Scytæ Tanaim fluuium appellant, libro ſexto, capite ſeptimo.

ſilij videntur à Silo quodam, id eſt, aduncum naſum habente, nomen ſortiti. Fuit horum familia plebeia quidem, ſed nobilis & honorata, maximè circa Auguſti tempora quum etiam ad Conſulatum aſcendit: nam antea quæſturis & præturis contenta ſubſtitit.

ſilius Nerua, conſul anno ab vrbe condita 817.

ſilius Italicus, poëta præſtantiſſimus ex Hiſpania oriundus, natus eſt Romæ & educatus, gratiſſimus Domitiano, cuius fauore ad tertium conſulatum perductus eſt. Virgilij natalem quotannis celebrabat. ſeptuagenarius ſeipſum interfecit dolore cuiuſdam claui inſanabilis, Pet. Crinitus.

ſilo, Hiſpaniæ rex, regnauit annis VI, pulſo Veremundo habuit Egimandam, Aurelij ſororem, vxorem anno ſalutis 1770.

ſiloe vel *Siloa* aut *Siluhah*, riuus Hieroſolymitanus, dicitur quoque, vt vult in ſuo paradiſo lib. 2. ſui Chronici Beroald. *Geon* vel *Gehon*, *Gion*, *Gihon* & *Guichon*, in ſacris literis nominatur, ſed hunc alium eſſe aſſerit ab eo, quem rigare paradiſum ducunt.

ſilura, inſula in Oceano Britannico (vt ſolinus inquit) cuius homines nummos refutant. Dant itaque res, & accipiunt mutationibus.

ſilures, Tacito & Antonino ſunt Britanniæ inſulæ populi, in ea Angliæ parte, vbi hodie *Vuencelande* eſt, Ioanne Lelando teſte. *Silurum* meminerunt etiam ſtrabo & Ptolem.

ſilurum inſulæ deſcribuntur, ſic à Solino: *ab ora, quam gens Britannica Dumnani tenent*, ſic legit Delrio: niſi quòd pro *inſula*, *inſula* numero ſingulari habet. ſed hoc loco apud ſolinum magna eſt exemplariorum varietas, vt videre eſt apud eundem Delrio & Camertem, vbi in hunc locum commentatur. ſi pro *Dumnani* (vt Delrio) vel *Dumnoni* (vt Beroaldo placet) *Damonij* poſſit reſtitui, hodie à nautis *Serlinges* vocantur: Angli vel Britanni *Silley* nominant. Alij Neſiadum inſulas intelligunt, de quibus hoc tractu Dionyſius. *Armoda* fortè Plinij ſunt, quas ſeptem numero deſcribit: totidem enim alicuius nominis hodie ſunt ſorlingæ.

ſillyos, vrbs Ioniæ, iuxta ſmyrnam. Gentile, ſillyeis. ſtephanus.

ſilo, i. diſſoluens, vel diſcalceans, ſeu pax aut abundantia: vel ſyriacè, illuſus aut decipiens. Ciuitas in tribu Ephraim. Ioſ. 21. & 22. 9. Ierem. 7. 12. Iudic. 21. 1. 9.

ſiloë i. miſſus vel mittens, aut ramus, ſiue telum aut arma, ſ. miſſilia: aut ſyriacè, ſpolians, vel ſpoliatus, fons, piſcina, aut amnis eſt ad radices montis ſion, perennibus aquis ebulliens, cuius fit mentio Iſai. 8. 6. dicitur & ſihon. 2. Reg. 1. 33. & 2. Paral. 33. 32.

ſilon, inſulam Indiæ docet eſſe Auguſtinus

de Ciuitate Dei, lib. 12. Quæ ex eo cæteris terris præfertur quòd omnis arbor quæ in eo gignitur, nunquam foliis nudatur.

ſiloni, nomen viri. 1. Par 9. Lat. manens, vel pacificus aut abundans: vel ſyriacè, illudens aut decipiens.

ſilonites, idem. 2. Par. 9.

ſilphij, populi Libyci, ab inſula Plateæ vſque ad os ſyrtium protenſi, Herodoto libro hiſtoriarum 4.

ſiluanus, nomen viri. 2. Cor. 1. ſiue per y ſiue per i ſcribas, non refert.

ſiluerius, LVI. pontifex Rom. regnauit annum 1 menſes v. dies XI. anno ſalutis 536.

ſiluester, XXX. Rom. Epiſcopus, regnauit annis XXX anno ſalutis 310.

ſiluester, II. pontifex CXLII. magicis artibus imbutus, regnauit an. IIII. menſ. 1. anno ſalutis 997.

ſilys, scytharum lingua vterque fluuius dicitur, ille nempe qui Latinis *Tanais* vocatur, & Europam ab Aſia diuidit: & *Iaxartes*, qui in Hyrcanum mare effunditur, auctore Plin. non mirum ergo ſi decepti homonymia Alexandri magni milites, cùm ad Iaxartem appuliſſent ad Tanaim, ſe perueniſſe putabant: maximè, ſi verum eſt, quod Arrian. ait, hunc nempe *Iaxartem* in Græco ὀξυάρτης eſt, etiam *Tanaim* appellari. nam ille duos eius nominis fluuios facit. ſed Iornandes, etiam duplicem Tanaim habet, diſtinguens inter eum, qui ex Riphæis montibus in Mæotidem paludem, & alterum, qui ex Chrinnorum montibus in Caſpium mare dilabitur: idem ferè ſtrab. lib. 9. vide Tanais & Iaxartes ſuis locis.

ſim, regio, vnde adferri ſcribit serapio camphoram & Doronicum. syria interpretatur à Pandectario. *Sim* aliam habet D. Hier. haud procul ab Arca & Libano, ſubuerſam bello, at nomen retinere addit.

ſimæthis, Nympha ex qua Faunus Acin ſuſcepit. Ouid.

Acis erat Fauno, Nymphaq; Simæthide natus.

ſimæthus, ſiciliæ fluuius non procul à Catanenſi vrbe: ſed pro fluuio meliùs cum ypſilo ſcribitur, vt infrà. Hodie S. *Pauli* nomen habere ſcribit Fazellus, sed à Ptolemæo hunc fluuium non rectè inter Catanam Taurominium poni annotat Fazellus. symæthios quoque populos habet Plinius ad hunc fluuium.

ſimana, vrbs Bithyniæ inter duos fluuios. Gentile, ſimanæus & ſimaneus. steph.

ſimbriuium & ſymbruinum. vide Imbrinium.

ſimena, vrbs Lyciæ. Gentile, ſimeneus. ſtephanus.

ſimeni, Albionis inſulæ populi apud Ptolemæum, quos Lelandus *Aumianos* appellat, *Hamſhirenſes* ſunt Neuyllio.

ſimenus cælator argenti apud Plin. lib. 34. c. 8.

ſimeon, Bulgarorum rex, cum Bulgaris Græcos incurſionibus vehementer afflixit. Quem Romanus filij ſui Chriſtophori filia filio illius Petro vxore data, ab incepto furore compeſcuit & fœdere ſociauit. Vnde & puella mutato nomine εἰρήνη dicta eſt. Luithpran. libro 3. cap. 9.

ſimeon, ſecundus filius Iacob ex Lia. Gen. 29. 1. Paral. 4. Fuit & nomen ſenis cuiuſdam qui Chriſtum Dominum noſtrum ſuſcepit in vlnas, cùm inferretur in templum. Luc. 2. Lat. audiens vel exauditio.

ſimeon, Cleophæ filius, & ſecundus Hieroſolymorum epiſcopus, & per martyrium carnis vinculis reſolutus. Nam à quibuſdam hæreticis accuſatus fuit tanquam Chriſtianus, & multis ſuppliciis afflictus per multos dies, ita vt etiam iudex ipſe cum amicis ſuis de eius patientia miraretur & ad vltimum iuberet ſimili eum quem Dominus pertulit, paſſione vitam finire. Quòd autem hic simeon vnus fuerit ex ipſis auditoribus Domini, longæuitas eius eſt indicio & Euangeliorum fides vbi etiam mater eius Cleophæ vxor refertur. Natus igitur annos centum & viginti, ſupplicium crucis pertulit. Euſeb. lib. 3. capite 32. hiſt. eccleſ. ex Hegeſippo.

ſimeron, filius Iſſachar. Gen. 46. 1. Par. 7. Lat. cuſtodia, ſiue adamas, vepres vel ſpina, ſeu fæx eius.

ſimethis Nympha Ouid. 3. Meta.

ſimichidas paſtor ponitur Theocrito in carmine Bucolico quem enarratores ipſius Theocriti patrem dicunt fuiſſe.

ſimila xamaſia Croci. Plin. lib. 16. c. 36.

ſimilis ex qua familia prognatus incertum eſt: floruit ſub Hadriano principe, cæteros illius præfectos ætate & honore antecedens. Centurio quum eſſet vocatus in conſilium ante præfectos: Turpe eſt, inquit ô Cæſar, te cum Centurione diſſerere, præfectos vero non admitti. Præfecturam dein inuitus accepit, quam tandem depoſuit, vacatione data. Vixque dimiſſus in agro ſeptem annis, quod reliquum vitæ fuit, in otio & quiete exegit, atque hæc *moriens ſe*pulchro inſcribi iuſſit: similis hic iacet cuius ætas quidem multorum annorum fuit, ſeptem tamen duntaxat annis vixit. Hæc Dion in vita Hadriani Cæſaris.

ſimmaa, filius David 1. Par. 3. qui 2. Reg. 5. Dicitur samua. Tertius filius Iſai 1. Paral. 2. qui 1. Reg. 7. 6. dicitur samma. Lat. audiens, vel obediens.

ſimmias, Philoſophus Thebanus, ſcripſit dialogos 25. qui ordine à Diogene Laertio commemorantur.

ſimon

ſimoeſius, vir Troianus, quod ad ripas Simoëntis fluuij ſit natus. Is ætate florens necdum vxorem ſortitur, ab Aiace Telamonio interfectus eſt. Hom. Iliad. 4.

ſimois, entis, fluuius Troadis, qui ex Ida monte labitur per campum Troianum, qui ab eo dicitur Simoeſius, & mari appropinquans commiſcetur Xantho, atque in paludem cogitur: deinde exit in Helleſpontum iuxta Sigæum promontorium.

ſimon filius Mathathiæ filij Ioannis, primo Mach 2. Lat. audiens, vel obediens.

ſimon Magus, impoſtor, qui à Petro, Spiritus ſancti gratiam mercari volebat, vnde Simoniæ nomen inditum, Act. 8. Nomen Apoſtoli, Matth. 10. Fuit & alius ſic nominatus, qui poſt Chriſtum crucem coactus baiulauit. Matth. 27. Hic Simeon dicitur Cyrenaicus, qui primus Carthagine in Africa ſalutis fidem feliciter prædicauit. Pet. de natal. lib. 4. cap. 146.

ſimon, i. ponens vel poſitus, aut munus præparationis vel muneri, ſeu pinguedo aut oleum. Nomen viri 1. Paral. 4. 20.

ſimon, Heroſtis ſeruus, ſeditionis author, anno mundi 3969.

ſimon Oniæ filius, ſummus Iudæorum ſacerdos, anno mundi 3779.

ſimon, ſummus ſacerdos conſtitutus ab Herode depoſito Ieſu, anno mundi 3940.

ſimon Aſmonæus, frater Iudæ, dux & pontifex maximus, regnauit annis VIII. Cum Romanis fœdus renouauit, eiſque aureum clypeum mille minarum miſit Olymp. 159.

ſimon Iuſtus, pontifex maximus Iudæorum, annis 28. Olymp. 134.

ſimon Priſcus, pontifex maximus Iudæorum, annis 13. Olymp. 119.

ſimon puer Tridentinus, à Iudæis martyrio coronatus: quare Iudæi variis ſuppliciis necati, debitam luerunt pœnam, anno mundi 3789.

ſimon, Athenienſis philoſophus, Socratis diſcipulus, ſcripſit dialogos 34. Alius fuit qui ſcripſit de arte rhetorica. Alius medicus. Alius ſculptor, quorū omnium author Diogenes Laërtius.

ſimon Magneſius, muſicus egregius, qui & ipſe ſuperiorum muſicorum more correpto, Simobiam introduxit, quemadmodum etiam & Lyſis Lyſiodam. Strab. lib. 14.

ſimon, vel Simeon, cognomine Metaphraſtes, i. Interpres Conſtantinopolitanus, ludi magiſter anno abhinc circiter 200. compoſuit Græcè ſanctorum vitas, quæ habentur in Bibliotheca Vaticana.

ſimoniada, vicum in Galilææ finibus habet Ioſephus in vita ſua, LX. ſtadiis à Magno Campo diſtantem.

ſimonides Ceus, poëta melicus, primus artem memorandi inueniſſe fertur. Cùm enim cœnaret in Theſſalia apud Scopam fortunatum hominem & nobilem, ceciniſſetque id carmen, quod in eum ſcripſiſſet, in quo multa ornandi cauſa poëtarum more, in Caſtorem & Pollucem ſcripta fuiſſent, nimis illum ſordidè Simonidi dixiſſe, ſe dimidium ius ei, quod pactus eſſet, pro illo carmine daturum: reliquum à ſuis Tyndaridis quos æquè laudaſſet peteret, ſi ei videretur. Paulo poſt eſſe fertur nuntiatum Simonidi, vt prodiret, iuuenes ſtare ad ianuam duos quoſdam, qui eum magnoperè euocarent, ſurrexiſſe illum ipſum, prodiiſſe, vidiſſe neminem. Hoc interim ſpatio conclaue illud, vbi epularetur Scopas, concidiſſe: ea ruina ipſum oppreſſum cum ſuis interiiſſe: quos cùm humare vellent ſui, neque poſſent obtritos innoteſcere vllo modo, Simonides dicitur ex eo, quod meminiſſet, quo eorum loco quiſque accubuiſſet, demonſtrator vniuſcuiuſque ſepeliendi fuiſſe. Hac tum re admonitus inueniſſe fertur, ordinem eſſe maximè, qui memoriæ lumen adferret Cicero. Iambicum poetam Strabo fuiſſe dicit: Suidas verò Caryſtium, ſiue Erythræum, qui ſcripſit Græcorum apud Aulidem Conuentum, trimetrorum libros duos & alia. Præter hoc, alios duos ponit: vnum, filium ſororis Simonidis Cei, cognominatum Melicertam, qui ante bellum Peloponneſiacum fuit, ſcripſitq; genealogiam libris tribus. Alterum, Simonidem Magnetem, poetam Antiochi magni tempore, cuius res geſtas ſcripſit, ac bellum aduerſus Galatas. Suidas. Primus ille literas inuenit longas η & ω quæ etiam Simonidi Ceo adſcribuntur, & aliæ Simonidi Syracuſano, vel Epicharmo Siculo ζ ξ & ψ, præterea lyræ tertium ſonum. Plinius octauam chordam addidiſſe ſcribit.

ſimonides, poeta ſapientiſſimus, à tyranno Hierone rogatus, quid, aut qualis eſſet deus, deliberandi cauſa ſibi vnum diem poſtulauit: cùm idem ab eo poſtridie rogaretur, biduum petiit: cùm verò ſæpius duplicaret numerum dierum, admiratúſque Hiero quæreret, cur ita faceret: quia, quanto, inquit, diutius conſidero, tanto mihi res videtur obſcurior. Quod ſi feciſſent philoſophi, qui more Andabatarum gladium in tenebris ventilantes, tot deliramenta commenti ſunt, profectò Deum creatorem ſuum tam impiis ſententiis non offendiſſent. Satius enim propè eſt, vera ignorare, quam falſa docere. Polyd. Virg. lib. de rer. inuent.

ſimonides, poeta Iambicus ex Amorgo inſula traditur primus fuiſſe apud Græcos lyricos ad mouendas lachrymas aptiſſimus: flebile carmen inuenit.

ſimplicius, XLV. Roman. epiſcopus annis XV. menſ. 1. diebus VII. anno ſalutis 469.

ſimpri. Vide Ombrici.

ſimplimida, Parthiæ oppidum. Ptol.

ſimſon, filius Manue, de tribu Dan, regnauit ann. xx. liberauit filios Iſrael à Philiſtinorum ſeruitute, quibus an. xl. tributa ſoluerant. Vir fortiſſimus, leonem manu ſuffocauit. Maxilla aſini 1000. Philiſtinos interfecit, cæteris in fugam verſis. Demum fraude Dalilæ deceptus, captus ab hoſte excæcatus, ludens coram Palæſtinorum principibus apprehenſis columnis, quibus domus nitebatur, ædificium ſubuertit, vbi perierunt 3000. Philiſtinorum, Iud. 13. Ioſeph. lib. 4. c. 10.

ſimundi inſula, quæ poſtea Taprobane, vt infrà dicetur.

ſimus pictor. Plin. lib. 35. c. 11.

ſimylla, Indiæ intra Gangem promontorium & emporium. Ptolem. *Sinticora*, Caſtaldo idem Ptolem. lib. 1. c 17. ab incolis *Timula* nuncupari ſcribit. *Sintacora* Caſtaldus vocat.

ſimyra Phœniciæ vrbs. Pompon.

ſimyra, Armeniæ maioris vrbs, circa Euphratis fontem. Plin.

ſimyrus, vrbs Syriorum. Gentile, Simyrius vel Simyreus. Steph.

ſin, i. rubus, eremus inter Elim & Sinai in qua octaua Iſraelitarum manſio fuit. Exod. 16. Num. 3. Latinus Ezechielis interpres pro hoc tranſtulit Peluſium. Ezech. 30. hodie *Arinas Arabia* dici ſcribit Poſtell.

ſin, Num. 13. 20. 27. 33. 31. Deut. 32. Ioſ. 15. Deſertum in terra Edom, quod alias Cades vel deſertum Pharan dicitur. Vide Cades.

ſina, Margianæ vrbs. Ptol.

ſina, vrbs Meſopotamiæ, quo nomine etiam dictus eſt mons Petrææ Arabiæ. Apoſtolus ad Gal. cap. 4. v. 25. Sina mons eſt in Arabia, qui reſpondet ei, Hieroſolymæ quæ nunc eſt.

ſinaca, Hircaniæ ciuitas. Ptol.

ſinada, ciuitas Aſiatica ad Cariæ fines, non magna, ante quam planities iacet oleis conſita, ſexaginta ferè ſtadiorum. Dicitur & Sinnas, adis vt apud Sidonium. Sunt qui per ypſilon in primo ſcribant & rectius, & per duplex n. Vide infrà.

ſinæ, populi ſunt in India ad Septentrionem ſeribus ad occaſum Indis extra Gangem finitimi, terras incognitas deſertáſque ad ortum & meridiem habentes. Horum caput eſt Ima. Ptolemæus lib. 7. c. 3. hodie *La China*. *Sin* Nigro.

ſinæus, filius Chanaan. Gen. 10 1. Par. 1. Lat. rubus, aut Syriacè inimicitia.

ſinæi, Palæſtinæ gens. Ioſeph. 1. Antiq. 6.

ſinalus, fuit medicus quidam, de quo Silius Italicus lib. 5. Ipſe olim antiquo primum Garamantinus Ammon &c.

ſinapatinga, vrbs Indiæ intra Gangem. Ptolem.

ſinapodes, populi in deſertis Africæ, qui, vt Pomponius refert, inflexi lentis cruribus ſerpere magis, quàm ingredi traduntur.

ſinarum regio, Ptol lib. 7. c. 3. terminatur à Septentrione ſericæ regionis parte, ab ortu ſolis atque meridie terra incognita, ab occaſu India extra Gangem. Sinæ, Stephano, metropolis eſt, Sinarum.

ſinarus, Indiæ fluuius, quem Hydaſpes in ſe recipit. Arrian.

ſincar, Mediæ vrbs. Ptol.

ſinciacus, pagus ad Rhenum, Eginharto li. 3.

ſincium, Pannoniæ oppidum. Anton.

ſinda, vrbs iuxta magnum ſinum Indiæ, vnde populi. Apud hos hic mos erat ſepeliendi, vt tot piſces in ſepulchra mortuorum mitterent, quot hoſtes interfeciſſent. Steph.

ſindæ, Piſidiæ ciuitas, Strabo. Et vrbs in confinibus Galatiæ & Cappadociæ, Plinio. Item in Indiæ extra Gangem. Ptol.

ſindæ, inſulæ tres maris Eoi, vt Ptol. Codices Latini habent. Hæ *Celibes*, *Gilolo* & *Ambon* à Mercatore interpretantur in Græcis Codicibus hoc Sindæ vocabulum non reperitur, ſed eius loco *Anthropophagorum* inſulæ tres.

ſindoga, Parthiæ oppidum. Ptol.

ſidarus, arx in Cyrrho oppido Syriæ. Stephan.

ſindeſſus, vrbs Cariæ: Gentile, Sindeſſius vel Sindeſſeus. Steph.

ſindi, populi ad Meridiem Mæotidis. Alij Sindicam gentem à Mæotis deſcendiſſe ſcribunt, Stephan. & Dion. quos Euſtathius etiam *Zinchos* appellatos addit *Zingos* hoc tractu habet. Plinius.

ſindia, vrbs Lyciæ. Gentile, Sindij Steph.

ſindocanda, ciuitas Taprobanæ. Ptol.

ſindonæi, populi Thraciæ. Steph.

ſindones, populi Aſiæ iuxta Mæotidem. Iohannes Huntherus.

ſinera, vrbs Phœniciæ: Gentile, Sinereus. Stephan.

ſinga, Palladis nomen apud Phœnices, cuius numinis ſimulachrum Thebis Cadmus conſtituit Pauſanias.

ſinga, Comagenæ regionis in Syriæ oppidum. Ptol.

ſingæ, Indiæ populi apud Plinium.

ſingara, vrbs Arabiæ iuxta Edeſſam. Ciuis, Singarenus. Steph.

ſingara, Arabiæ vrbs, Rhetauorum caput. Plin. lib. 5. c 24. & Meſopotamiæ Ptol.

ſingaras, Ptolemæo Meſopotamiæ mons *Acalib* videtur ex tabulis. Niger tradit eum *Sinma* dici.

ſingidaua, Daciæ vrbs. Ptol.

ſingidonum, habet Pannoniæ, vrbem Aurel. Victor

Victor in vita Iouiniani Imp. hanc *Zinderin* aliqui nominant, in Seruia eſt ad Danubium: apud Antoninum *Singidunum* legitur.

ſingiticus, ſinus Macedoniæ apud Ptol. *Elincus* videtur à Diod. lib. 11. nominari, *Golfo de monte ſanto* dicitur à Caſtaldo.

ſingilia. Vide Syngilia.

ſingone, Germaniæ oppidum, Ptol.

ſingulis, fluuius in Bætim influens Plinio, *Xenil* Cluſio & Morali interpretatur. *Guadaxenil* Nauagierus.

ſingya, vrbs Pamphyliæ. Gentile, Singyates. Steph.

ſingus, vrbs iuxta Athon. Hinc Singius, Singeus, Singicus, steph.

ſinna, vrbs circa Libanum montem, strabo. Duas huius nominis vrbes habet Ptol. in Meſopotamia.

ſinnacha, Meſopotamiæ ciuitas eſt, in qua surena Parthorum imperator Craſſum dolo captum interemit. Plutar.

ſinnacha, montana loca circa Carrhas. Appian. & Plutarc. in Craſſo. Apud strabonem vrbs videtur.

ſinnaus, lacus in Aſia, qui circumnaſcente abſynthio inficitur. Plin.

ſinnear, regio plana, omnis generis deliciis abundans, an. mundi 1765.

ſinoe, vrbs siciliæ: hinc sinoeſſæus, stephan. Vide sinueſſa.

ſinon, filius siſyphi, nepos Autolici furis, qui cum Vlyſſe ad bellum Troianum profectus, cùm Græci decimo demum anno diffidentes Ilium vi capi poſſe, ad dolum proditionémque confugerent, omnium maximè idoneus viſus eſt cui ob ingenij aſtutiam fallendorum Troianorum, equíque aperiendi negotium imponeretur. Virg. 2. Æneid. Plinius ait hujus inuentum fuiſſe ſignificationem ſpecularum. libro 7. cap 56.

ſinonia, Plin. lib. 3. c. 6. inſula Corſicæ vltra Tyberina oſtia in Antiano *Ianuti*, Pineto.

ſinope, nomen regis Numidarum.

ſinope, Aſopi filia, quam Apollo raptam in Pontum traduxit, & ex ea genuit syrum: vnde syri poſtea appellati ſunt, tametſi alij Martis & Æginæ, alij Parnaſſes & Martis filium fuiſſe tradunt. quidam autem non ab Apolline vitiatam, ſed ab eo & Ioue perpetuam virginitatem ſortitam, cùm illi ſpe concubitus, quicquid poſtulaſſet, ei daturos ſe promiſiſſent.

ſinope, vrbs Ponti in colle peninſulæ cuiuſdam ſita, ex vtraque Iſthmi parte portus & ſtationes habens, olim etiam frequenti gymnaſio & rubricæ genere quam sinopicam vocant clariſſimam sinopem (inquit strab. lib. 12.) vrbium quæ in Ponto ſunt, clariſſimam, Mileſiam condidere: quæ claſſe comparata, mari quod intra Cyaneas eſt, imperauit. Extra verò multorum certaminum particeps fuit cum Græcis: & cum libera fuiſſet, tandem amiſſa libertate, Pharnaci obtemperauit, fuit enim obſidione capta) poſtéaque ſucceſſoribus eius vſque ad Eupatorem & Romanos, qui illum ſuſtulerunt. Hinc deducitur Gentile, sinopeus *Cherſoneſus* antea dictam tradit Herodotus in Melpomene. *Caſos* Homero vocari dicit Tzetza. *Por dapas* hodie nominari teſtatur Chalcondilas.

ſinotium, nouum & vetus, oppida Dalmatiæ. strabo.

ſinſi populi in Dacia. Ptol.

ſintæ, Africæ Propriæ populi. strabo.

ſinthius, vrbs iuxta Thermæum ſinum steph.

ſinti populi Thracum, qui samum inſulam habitarunt. strabo. lib. 10.

ſintiana, orum vrbs Macedoniæ iuxta Thraciam. Incolæ, sinthij, vbi fluuius quidam eſt, Pontus dictus, in quo reperiuntur lapides, quos aqua inſperſa accendit, flatus extinguit, graui odore bituminis ferè dum vtuntur, & ſerpentib. omnib. infeſto. steph. ex Ariſt. mirab. Dicitur etiam sintij & ſingulariter, sintium.

ſintienſes & sapæi, dicebantur Thraces qui Lemnum olim incoluerunt. steph. Vide sapæ.

ſintœum, caſtellum Armeniæ à Galatis conditum: Gentile. sintœus, steph.

ſinueſſa, oppidum, Plin. lib. 3. c. 5. Noui Latij extremum. non procul à Liri fluuio, olim sinope appellatum, Liu. lib. 10. ab vrbe. Cuius ager sinueſſanus dictus eſt, copioſum apricis in ſaxis vinum gignens. Eſt item *Sinueſſa* ſeu *Soeſſa* Ptol. per o (per u enim alia ab hac eſt) Campaniæ vrbs maritima. Liu. lib. 10 deſcribit eam iuxta agrum Falernum, & Græcam vrbem fuiſſe dicit & *Syne* dictam, dein à colonis Romanis *Sinueſſam* appellatam *Sinueſſa* hodie adhuc nominari tradunt & Leander & Goltzius, qui dicit tantùm ſupereſſe ruinas, & exiguum oppidulum hodie *Rocha de monte Dragone* dictum. *Seneſſanos* habet steph. ex Polybio.

ſinunia, Parthiæ vrbs. Ptol.

ſinus magnus Ptol. in India: is eſt, quem mare *de Sur* hodie vocant, ad quem Hiſpani verſus occidentem nauigando perueniunt, terreſtri itinere aliquot dierum interiecto.

ſinaita, Moriianæ regionis vrbs in Armenia minori. Ptol.

ſioda, Albaniæ oppidum. Ptol.

ſion, i. aceruus, aut tumulus, vel ſpecula, mons Ieroſolymę, qui aliàs mons Domini, item & mons ſanctus dicitur in cuius vertice erat arx constructa quę à Dauide, ciuitas Dauidis eſt vocata 2 Reg. 4.

ſion, Deut. 4. nomen montis Amorrheorum,

qui & Hermon dicitur Lat. Sonitus ſiue ſtrepitus aut minus fortitudinis aut doloris.

ſionia, vrbs Pontica: Gentile, Sionites. Stephan.

ſior, ciuitas in tribu Iuda. Ioſ.15. Lat. paruulus aut nauis vigilantis vel ſuſcitati, vel æmuli aut denudati.

ſiph, Palæſtinæ terræ. 1. Samuel 9.

ſiphæ, vel Siphe, nauale Theſpiacæ: Gentile, Siphæus vel Sipheus. Steph. Eſt etiam Ptolemæo & Plinio Bœotiæ oppidum, ad ſinum Criſſæum, *Rifa* Sophiano, dicitur.

ſipharæ, Ariæ vrbs. Ptol.

ſiphinus, vna ex Cycladibus in mari Ægæo. Plin. Strab. & Mela lib.2. Locupletiſſima erat, teſte Herodot. lib.3. vt in qua auraria & argentaria metalla eſſent. vnde tantum pecuniæ fiebat, vt ex decima eius parte reponeretur apud Delphos theſaurus locupletiſſimo cuique par, Siphniis pecuniam, quæ quotannis conficiebatur, diſtribuentibus. Hæc ante Merope & Acis appellata eſt. Vide *Byblu*. Steph. inſula eſt circa Cretam. vide etiam *Melos*. hodie verò *Siphano* vocari ſcribit Sophianus.

ſipij. Vide ſapæ.

ſipontum, vrbs Apuliæ iuxta Garganum montem à Diomede ædificata, quæ & Sipus, & à Græcis ob multitudinem ſepiarum, quæ ibi capiuntur) ſepius, untis, dicitur Pomponius lib.3. cap.1. Vulgo *Siponto*, Strabo lib.7. Lucanus lib.4. & Leander *Sipuntum* Melæ eſt, *Sipus* habet Ptolem. *Sipus* Steph.

ſipara, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

ſipphara, Meſopotamiæ vrbs. Ptol. *Viſſaopatan*, Caſtaldo.

ſiphonos, Maris Ægæi inſula. Anton.

Sypilum, quod ante *Tantalis* vocabatur. Caput Mæoniæ vbi nunc eſt ſtagnum *Sale* cui poſtea Archæopolis ſubſtituta eſt & inde illi Colpæ, & huic Lobade Plinius lib.5 cap 29.

ſipylus, mons Aſiæ minoris, ad Mæandrum fluuium, priùs Ceraunius dicebatur, auctore Plutarcho in libello de fluminibus & montibus.

ſipylus. vrbs Phrygiæ, quæ regnante Tantalo, terræ motu concidit. Ouid.6. Metam.

Tum cùm Mæonium virgo, Sipylúmque colebat.

ſira, i. olla, labes, vel ſpinæ, aut rebellio. Nomen loci. 2 Reg.3.26.

ſiraces, populi Meridiem verſus, vſque ad Caucaſi montes deſcendunt. Strab. lib.11. *Sergeu* Nigro.

ſiramnæ, Indiæ intra Gangem populi. Ptol.

ſirangæ, gens in Libya interiori. Ptol.

ſirbi, Sarmatiæ Aſiaticæ gens: Ptol.

ſirbis, Xanthus fluuius quem in Lycia cognitum eſſe conſtat. Strab. lib.14.

ſirboni, palus in Palæſtina, Stephano ſtagnum eſt prope alium montem. Poſſeſſiuum, Sirbonius. Vide Sirbonis. *Sirbon* dicitur quoque Stephano. *Seruonia* vertit qui fecit Diodorum Latinum. Idem Diodorus addit *Barathrum* quoque cognominari, *Bathra* legit Polybius libro quinto. Stephano etiam Βάρεθροι locus eſt prope Caſium montem qui huic lacui incumbit. Plutarchus in vita M. Antonini tradit Ægyptiis hunc locum *Typhonis Expirationes* appellari. *Golfo de Teneſe* interpretatur Pinetus. Marg. Nig. verò dicit Sirbonidem *Stagnone* à nautis & Barathra ab incolis *Bayrena* nuncupari, in Sacris *Torrens* Ægypti vocari ſcribit Poſtellus.

ſirenes, monſtra marina, poëtarum fabulis celebrata, ſuperiore ſui parte virginis effigiem referentia, inferiore verò in piſcis caudam deſinentia. Hæ tres fuiſſe finguntur, Acheloi fluuij & Calliopes Nymphæ filiæ, Parthenope, Ligea, & Leucoſia, quæ cùm littus Siculum incolerent, nautas præternauigantes ſuauitate cantus in naufragium pelliciebant. Vlyſſes autem cùm illac ipſi iter eſſet, ſociorum aures cera obturauit, ſeipſum verò malo nauis iuſſit alligari: cóque modo periculum tutus euaſit. Sirenes itaque cùm ſe contemni viderent, impatientia doloris ſe præcipitauerunt in mare, Homer.12. Odyſſ. Ouidius 5. Metamorph. fabulatur has fuiſſe comites Proſerpinæ, eamq; raptam diu quæſiſſe, eáque non inuenta, doloris impatientia in monſtra marina eſſe conuerſas, ſuperiore corporis parte virgineam formam, inferiore piſces referentia: voce autem, cithara & tibiis tam blandè canentia, vt prætereuntes ſopirent, ſopitos demergerent, demerſos etiam deuorarent. Virg.6. Æneid. Sirenum fabula docet voluptatum illecebras non poſſe niſi à ſapiente ſuperari, & carnis delicias in exitum detrudere miſeros mortales demonſtrat.

ſirenuſæ, inſulæ in Italia iuxta fretum Siculum in ipſo promontorio loci auulſi ſitæ, qui locus intra ſinus ſuos continet Cymen & Poſidoniã: vbi etiam templum Sirenum eſt in magna veneratione: Gentile, Sirenuſius & Sirenuſæus. Steph. Strab. lib.5. *Sirenuſſa* alij duplici ſſ ſcribunt, Pomponiúſque eas *Petras* vocat, quas Sirenæ habitauere *Sirenum Saxa* Solin. Tres numero ſunt Ariſtoteli, Strab. & Steph. nominatæ *Parthenope*, *Leucoſia* & *Ligia*. Videntur Plinij *Ithaceſia*. Iſacius in ſuis Lycophronianis commentariis tradit eas, *Piſinoe*, *Aglaope* & *Telxiepia* vocari, Hermolaus vult etiam eas à Plinio. Sirenuſas dictas libro 3. cap.10. vbi in impreſſis codicibus, vulgò *Tyru*, *Eranuſa* legitur. Sirenuſæ ab Apollonio lib.4. *Anthemuſſa* appellatur. Duas numerat Carraſa in ſuo Chronico Neapolitano, eáſque *Il Gallo* & *S. Pietro* nominat. Alias Sirenarum inſulas deſcribit Cretenſis

ſis lib. 6. inter Calypſonem inſulam, & Charybdim.

ſirion Phœnicibus, Sanir Amorrhæis vocatur mons Hermon in Palæſtina, Wiſſemburgius. Poſtellus putat Hermon à Ptolemæo *Alſodamus* & *Hippos* dici.

ſiræes, populi Thraciæ ſupra Byzantium Stephan.

ſiricis, Armeniæ minoris vrbs. Antonin.

ſirion. Galliæ Aquitanicæ vrbs apud Antonin. xv. m. p. à Burdegala.

ſiriopœones. Vide Siris.

ſiris, fluuius Lybiæ prope inſulas Phaſeluſſas. Stephan.

ſiris, magnæ Græcæ fluuius, apud Plut. & Plin. hodie *Sino* vel *Senno* Leandro, ſed *Naſcaro* nouo nomine vocatur à Barrio, *Sirim* hunc Chonitæ fluuium facit Lycophron, ſed *Sinis* apud eundem habetur in certa lectione. vide Faneus Heraclea, Metapontus. Nilus, Polieum & Syene.

ſiris, ab Æthiopibus dicitur Nilus antequàm totus confluat. Nam, vt inquit Plin. nec antè Nilus dicitur, quàm ſe totum aquis concordibus iunxit. Dictum Sirim autumat Steph. & Euſtathius à Sirio, quoniam ſub ortum canis per introitum Solis in Leonem augeatur, vt Hermolaus ſcribit.

ſiris, vrbs Italiæ iuxta Metapontum, & fluuius Polieum quoque pòſt appellata, à Minerua Poliade in Ilio. Inde Sirenus (vel potius Sirinus) Sirites & Siritis fœm gen. Eſt etiam Siris in Pæonia, de qua Gentile à gignendi caſu factum Siriopæones. Steph. meminit etiam in Polieo & alibi, Metapontum quoque olim Sirin dictam.

ſiritæ, magnæ Græciæ populi. Siritidis vrbis incolæ ne ipſis quidem Sibaritis luxu cedentes. Cœlius Rhodiginus libro ſeptimo, capite decimo.

ſirites, Nomadis cuiuſdam nomen fuit in Lybia primus auleticæ inuentor, qui & Matroa, hoc eſt Magnæ matris ſacra, primus fertur tibia concinniſſe. Cœlius libro nono, capite ſeptimo.

ſirius, ſtella in ore Canis, quæ à Latinis canicula dicitur. Hyginus tamen in tractatu de Signis cœleſtibus, Sirium diuerſum facit à canicula, neque in ore canis ſed in capite eius collocat. Hæc in cœli centro cum ſole coniuncta, æſtum eius duplicat, mortaliúmque corpora nimio calore languida reddit. Dictus ſirius, vt quidam volūt, ἀπὸ τοῦ σειριᾶν, hoc eſt à ſiccando propterea quod & fluuios & fontes nimio calore exſiccet: vt alijs, ἀπὸ τοῦ σείειν, hoc eſt, ab euacuando, quòd corpora noſtra ſudoribus euacuet. ſeruius enarrans illud Virg. 10. Æneid.

Non ſecus ac liquida ſi quando nocte cometæ,
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor.

ſirius, inquit, ſtella eſt in ore canis, quæ quantum in ipſa eſt, peſt fera eſt, ſed pro qualitate adiacentium aut vincitur, aut maioribus vtitur viribus. Hinc eſt, quòd cùm tempore certo oriatur, non ſemper eſt noxia. Quin & ſolem ipſum quidam ſirium, & aſtra omnia ſiria appellarunt, vt annotauit ſuid.

ſirmio, cuius Catullus meminit hoc verſu, *Peninſularum Sirmio, inſularúmque ocelle.* hodie, *Sermione* oppidulum eſt in peninſula ſitum ad lacum Benacum. Nunc quidem anguſtum cum theatri latericij reliquiis. *Sermio* eſt apud Antoninum inter Brixiam Veronam ab eo deſcriptum.

ſirmium, Ptolemæi lib. 2. cap. 1. vrbs eſt Pannoniæ inferioris, non procul à Danubio fluuio: Gentile, ſirmicus. Probi imp. natalibus inclyta fuit *Sirgu* à Iornande dicitur, hodie *Sermiſch* vocatur. *Sermienſis* ager qui inter ſauum, Drauum & Danubium medius interiacet, & vino nobili celebris eſt, genuina Hungarica lingua *Sznyingims* dicitur, Lazio auctore.

ſirnides, inſulæ aliquot ante ſammonium Græciæ promontorium iacentes. Plinius libro 4. capite 12.

ſiropum, Lybiæ Nomi vicus. Prolem.

ſiros, Bithyniæ fluuius, apud Plin.

ſirrha, vrbs Thraciæ. Gentile ſirthæus.

ſis chaus, de quo legitur 2. Par. 20. Lat. flos, aut germen, ſiue cincinnus aut aſpectus vel ſyriacè, ala aut penna.

ſiſæræum, vinum habet Iul. Pollux.

ſiſai filius Enach. Num. 13. Lat. ſenarius, vel ſextus, ſiue gaudens, aut lætus, ſeu byſſinus vel lineus.

ſiſalo, Hiſpaniæ vrbs, Anton. inter Emeritam & Cæſaraugustam.

ſiſamnes, Iudex, qui licet Cambyſi regi chariſſimus, tamen ob iniquam ſententiam, quam pecunia corruptus tulerat, iuſſu Cambyſis excoriatus eſt, eiúſque pellis ante tribunal iudicum expoſita, vt ea conſpecta alij iudices aliena fruerentur inſania, ſibíque cauerent.

ſiſamoi, filius Elaſa filij Helleri. Par. 2. Lat. equus vel hirundo aquarum, aut tinea aquarum vel ſyriacè, cæcitas.

ſiſamus, vrbs Paphlagoniæ, Hom. Iliad. 2.

ſiſan, oppidum in Ciliciæ finibus, vnde oriundus B. ſimeon ſtylites, author Theodoretus Epiſc. Cyrenſis.

ſiſapho Corinthius frater Mamertis, qui vbi intellexiſſet filios ſuos à Mamerte fratris regnandi libidine interfectos, eum membratim diſcerpſit. Ouid. in Ibin.

ſiſapo, Plin. lib. 3. cap. 1 oppidum Hiſpaniæ, vnde & ſiſaponenſis regio in Bætica, vbi opti-

inum minium naſcebatur, eodem Plin. libro 33. cap. 6.

ſiſapone, Oretanorum ciuitas, in Hiſpania Tarraconenſi. Ptolem. Beuterus ſcribit hanc eandem cum Aſtada Liuij eſſe. Cluſius dubitat num ſit *Xerez de la Frontera*. Villanouanus facit ex ea *Zamoram* ad Durij Septentrionalem ripam, ſitus verò non congruit, nam Zamora potius eſt, vbi Ptolemæus *Sarabrim* deſcribit. Strabo docet eſſe duas Siſapones, qui Veterem & Nouam nominat.

ſiſar, Mauritaniæ Cæſarienſis fluuius. Ptolem. *Vſar* eſt Plinio, vt Villanouanus indicat.

ſiſara, palus in Africa propria, Ptolem. & locus circa Niſibin. Ammian.

ſiſara, dux exercitus Iabin regis Chanaan. Iudic. 4. Magiſter militiæ Aſor. 1. Regum. 12. Pſal. 82. Lat. hirundinem videns, aut tineam vel equum videns.

ſiſaraca, Murbogorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbs. Ptolem.

ſiſauranum, vrbecula eſt apud Perſas. Procop. ædificior. 2. & de bello Perſico 2.

ſiſcia, Pannoniæ ſuperioris vrbs, Ptol. lib. 2. cap. 5. hodie Lablatum, Lublana.

ſiſecundus, Hiſpanorum rex, Suintillæ filius, excluſio Germano fratre, regnum adeptus eſt, regnauit annis VII. anno ſal. 627.

ſiſanius, Aſſyriæ & Satrabanæ præfectus, anno mundi 3419.

ſiſenna, Statilius Taurus, conſ. anno ſal. 12.

ſiſenna, antiquus ſcriptor hiſtoriæ Romanæ.

ſiſide, vrbs condita in Sicilia, anno à Roma condita 151. Vide Chronicon Euſebij. Alij legunt Syde, forte Side in Pamphylia, ſed finibus Ciliciæ. Aliàs vox eſt nihili.

ſiſidius, conſul anno ab vrbe condita 1142.

ſiſigambis, vxor Darij vltimi Perſarum regis, quæ nulli ſuæ ætatis fœminæ pulchritudine ceſſit, teſte Curtio. Quam tamen victo Dario Alexander non ſolùm non violauit, ſed & ſummam adhibuit curam, ne quis captiuo corpori illuderet, Curtius. Arrian. Alij ſcribunt, Syſigambis.

ſiſigylis, vrbs magna prope Celticam. Gentile, Siſigylites. Stephan.

ſiſimus, LXXXV. Pontifex Rom. diebus xx. anno ſal. 6.

ſiſolenſes, Italiæ populi, Plin.

ſiſopa, Pannoniæ ſuperioris oppidum. Ptolemæus.

ſiſebuta, Hiſpanorum rex, regnauit annis IX. menſib. VIII. Is Chriſtianam religionem mirificè amplexus, ampliauit. Claſſe in Africam traiecit, plures in ea gentes in ſuam redegit poteſtatem. Rit.

ſiſualdus Brentorum rex, fœdus cum Narſete percuſſit. Hinc ad Francos defecit, ann. ſal. 557.

ſiſterco, fluuius Italiæ. Claudian. viam attingens. In vita S. Domini militis.

ſiſtinenſe prædium, Marcellino comiti, vbi Vitalianum manſionem habuiſſe refert.

ſiſui, caſtrum Ciliciæ lib. 20. hiſt. miſcel.

ſiſyphium, locus in Aſia, de quo ſic ſcribit Strabo lib. 8. ſub ipſam inde Pyrenen ſiſyphium iacet, ſiue ſacellum quoddam, ſiue regale domicilium, niueo conſtructum lapide in quo non modica ſeruantur adhuc rudera. E ſummo autem cacumine in Aquilone Parnaſſus aſpicitur, & Helicon montes excelſi atque niuales.

ſiſyphus, Æoli filius, qui cùm Atticam latrociniis infeſtaret, à Theſeo occiſus eſt. Hunc poëtæ fabulantur eo ſupplicij genere apud inferos plecti, vt ſaxum ingens in montis cuiuſdam verticem cogatur prouoluere: quòd cum ad ſummum penè extulerit, repentè deorſum relabitur. Ouid. 3. Metam.

ſiſyphus, Corinthiorum rex, cui Merope Atlantis filia nupſit. Ouid. 4. Faſtor.

ſiſyrba, pars Epheſi, à ſiſyrbe Amazone dicta. Gentile, ſiſyrbites. Stephan.

ſitace, Perſica vrbs XV. ſtadiis à Tigri flumine. Xenoph. Steph.

ſitalces, Thraciæ Rex, contra Perdiccam exercitum duxit, Macedoniam vaſtauit, quibuſdam caſtellis captis, anno mundi 3554.

ſitana, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, ſex. Auien.

ſithalcus, Germanorum terras, quas nunc Franci obtinent, depopulatus eſt. Iornand. lib. rerum Geticarum.

ſitheni, populi iuxta mare rubrum. Steph.

ſithon, filiam habuit Pallenem: quæ Clito nupſit, & Pallenæ Thraciæ vrbi nomen dedit. Steph.

ſithon, mons Thraciæ: ab eo Thracia dicta eſt ſithonia, Seruius.

ſithonia, pars Thraciæ. Plin. lib. 4. c. 11. quæ ab Hæmo monte auerſa, vergit in Pontum Euxinum. Herodotus verò li. 7. ſithoniam regionem in ora maritima Macedoniæ collocat, ad ſinum Termæum: eiúſque vrbes facit Toronam, Sermylam, Mecybernam, & Olynthum. *Poëtæ autē* ſithoniam pro ipſa Thracia ferè *accipiunt: vnde* ſithonias niues frequenter legimus, pro altiſſimis Thraciæ niuibus. Virgil. 10. Eclog.

Sithoniáſque niues hyemis ſubeamus aquoſæ.

ſitia, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum in conuentu Tarraconenſi. Plin lib. 3. c. 1.

ſiticum, Italiæ oppidum, Steph.

ſitioenta, Myſiæ inferioris oppidum. Ptol. *Tulza* Nigro.

ſitiogagus, flumen eſt, quo Paſargadas *ſeptimo* die nauigatur. Oritur atque fluit per Carmaniam

maniam. Plin. lib. 6. c. 23.

ſitim, nomen torrentis, Ioel. 3. vbi legitur, Irrigabit torrentem ſpinarum. Vide Setim.

ſitipha, Mauritaniæ Cæſarienſis colonia Ptol.

ſitiphis, Mauritaniæ Tingitanæ metropolis. Procop.

ſitomagum, Angliæ vrbs. Antonin. *Thetford*, Camdeno.

ſiton, Theſſaliæ vrbs, quam & *Iton* dici ſcribit Steph.

ſitone, vrbs circa Athon montem. Plin.

ſitones, Scandiæ populi, Tacit. *Finlandi* Vvilſichio. Althamerus dicit hos quibuſdam *Gantpoter* vocari, déque illis Saxonem Grammaticum ſcribere addit.

ſitta, Orientis dux, anno ſalutis 534.

ſittacene, regio Aſiæ, Medis ad Meridiem proxima, alio nomine Arbelitis dicta. Sittacene autem appellata à Sittace vrbe regionis totius capite. Plin lib. 6. c. 26. 27. *Palæſtine* etiam dicta eſt, & *Apollinatis*, Strabon. auctore, *Rabia* nunc eam Caſtaldus nominat.

ſittaphius, campus in Africa propria. Ptol.

ſitteberis, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

ſittianorum colonia. vide Cirta.

ſittocates, Indiæ fluuius in Gangem fluens, Arrian.

ſitua, Paphlagoniæ vrbs. Ptolem.

ſiua, Ciliciæ in Cappadocia vrbs. Ptol.

ſiua, ſcriba regis Dauid. 2. Reg. 20. Lat. vanitas. aut eleuatio, vel tumulus.

ſiuan, nomen menſis. Eſth. 8. vbi corruptè legitur Siban. Lat. rubus, vel ſpinoſus.

ſiuata, Galatiæ vrbs. Ptol.

ſiuorangum, prædij nomen eſt, apud Sidonium 2. Epiſt. ad Domitium. *Verangum* legit Vinetus.

ſiuph, Ægypti vrbs in Saitana tribu, vnde Amaſis rex. Herodoti Euterpe.

ſiur, Africæ propriæ vrbs. Ptol.

ſixus, vrbs Maſtieniorum. Steph.

ſiza, pater Adina 1. Par. 11. Lat. munus hoc, aut munus aſpergens.

ſizata, Syriæ vrbs, aliàs Lariſſa dicta. Steph.

ſizyges, Serica gens. Ptol.

S K

ſkiodus, Lotheri Danorum regis filius: qui quum ab adoleſcentia venandi ſtudio flagraret, immanem belluam, quam nemo aggredi audebat, ſubegit, quæ futuram in eo fortitudinem ominata eſt. Idem poſtea repertum miræ magnitudinis aprum cingulo detinuit, ſociiſque dedit occidendum. Saxo Grammaticus.

S L

ſlaui, & Slauonia, à M. Adamo. libro 2. hiſt. eccleſ. ita deſcribuntur: *Hæc Germaniæ ampliſſima prouincia à Xinulis incolitur, qui olim dicti ſunt Vandali. Huius Latitudo eſt à Meridie in Boream, hoc eſt, ab Albia flumine vſque ad mare Scythicum. Longitudo initium ſumit ab Hamburgenſi parochia, & porrigitur in Orientem vſque in Benguariam, Vngariam, & Græciam.* Huius populos idem nominat *Vagos*, *Obotritos*, *Polabingos*, *Lingones*, *Doxanos*, *Lembuſios*, *Villinos* & *Stoderanos*.

ſlingæ Friſiæ loci, meminit vetus lapis, Romę ſub Carolo magno ſculptus.

S M

ſmaragdites, mons iuxta Carchedonem, vbi ſmaragdus gemma legitur. Plin.

ſmaragdus, Exarchus, Claſſenſe oppidum cepit, Longobardos vicit, Beroaldum ducem cum militibus cepit, atque occidit. Blond.

ſmaragdus, mons in Ægypto, ad ſinum Arabicum. Ptol.

ſmeldingos, populos Germaniæ habet à Carolo Magno debellatos Aimoinus.

ſmendis, Ægyptiorum rex, regnauit annis XXVI. anno mundi 2960.

ſmenus, Laconicæ fluuius, in Taygeto monte oriens. Pauſan.

ſmerdis, Cambyſæ Perſarum regis frater, quem cùm Cambyſes per ſomnum vidiſſet regio throno inſidentem, metuens ne regnum occuparet, occidi iuſſit. Fuit & alter Smerdis, vt ſcripſimus in dictione Patizites.

ſmerdis magus III. Perſarum rex, regnauit menſibus VII. anno mundi 3440.

ſmila, Stephano, vrbs Thraciæ: Gentile, Smilæus.

ſmilax, puella formoſiſſima; quæ Croci pueri amore capta, cùm ab eo ſperneretur, mutata eſt in fruticem ſui nominis, hederæ non diſſimilem, aut certè in eius flores, candore odoréque, lilium referentes. Ouid. 4. Metam.

ſminthe, vrbs Troiæ. Gentile, Sminthæus vel Smintheus. Scribitur etiam per ι & ει diphtongum. Stephan.

ſmintheus, Apollinis epithetum, cuius duplicem originem refert Homeri interpres: Primam hanc fuiſſe in Chryſe oppido Myſiæ Crinē ſacerdotem Apollinis, cui deus iratus immiſit in agros illius mures, qui fructus illius vaſtabant. A quo exoratus deus, cùm rurſus placatus peſtem hanc tollere vellet, ad Ordem paſtorem illius venit, à quo hoſpitio acceptus, pollicituſque mali remedium mures ſagittis omnes interfecit: eóque facto iuſſit paſtorem Crinidi indicare, ipſum Apollinem humana ſpecie apud ſe diuertiſſe & ab eo mures occiſos: quod audiens Crinis, templum deo conſtruxit, vocauítque Apollinis Sminthei, quod eius linguæ dialecto mures σμίνθοι vocantur. Altera talis eſt. Quum Cretenſes aliquando coloniam deducturi eſſent, ab Apol-

line reſponſum acceperunt, vt ibi vrbem conderent, vbi eis terra geniti obſtitiſſent, Venientibus igitur ad Helleſpontum noctu mures clypeorum lora arroſerunt, itaque manè cùm id factum viderent, memores oraculi vrbem poſuerunt, quam Sminthiam appellauerunt.

ſminthion, locus quidam, Strabo lib. 13. incola, Sminthius, vel Smintheius, & regio Sminthia.

ſmyralea, vide Cæſarea.

ſmyrna, vrbs Ioniæ, Milete amne irrigata, Homeri (vt plurimi credunt) patria: qui inde à poetis paſſim Smyrnæus cognominatur, Smyrna, inquit Steph. nominata eſt à Smyrna Amazone, quæ Epheſum occupauit: cùm ante Naulochos diceretur, condita primùm & habitata è Tantalo. Hinc Smyrnæus, & ſinus Smyrnaicus, olim etiam *Naulochus* dicta Lamira, Villanouanus, ſed *Smirne* Sophianus hodie nominat. Zmyrnæos populos per Z & non per S in lapidibus & libris vetuſtis docet in ſua orthographia Aldus.

ſmyrnæus ſinus, vide Meleti.

ſyrnæi, Sardinianos, caſtris circa mœnia poſitis, hoc ſtratagemate vicerunt: Sardiniani igitur ad Smyrnæos mittunt legatos, ſe non ante diſceſſuros, quàm vxores ad coitum conceſſiſſent. Cùm igitur Smyrnæi magnum ex neceſſitate probrum perpeſſuri forent, ancilla quædam honeſta facie ad horum Phylarchum accurrens, Mittite, inquit, ancillas ornatu liberali. Quo facto earum defatigati coitu capti ſunt. Quamobrem etiam hoc tempore apud Smyrnæos feſtum diem Dioni agitant, quem liberalem vocant in quo ancillæ dominarum ornamenta geſtant. Plut. Paral.

S O

ſoaca, Arabiæ felicis oppidum. Ptol.

ſomus, Indiæ fluuius, Arrian.

ſoam, nomen viri. 1. Paral. 24. Lat. Onix, lapis pretioſus: aut Syriacè, detentio vel mora eorum.

ſoana, fluuius Aſiæ Sarmaticæ, Ptolem. vocatur *Ter min* à Mario Nigro.

ſoanæ fluuij oſtia in Taprobana inſula, deſcribuntur à Ptol. lib. 7. c. 4.

ſoanda, vrbs eſt in Armenia minori lib. 14. & in Cappadocia, Ant.

ſoanes. Steph. populi ſtrenui Aſiæ Caucaſi extrema obtinentes, ſicut Strabo refert libr. 11. qui CC. M. hominum cogunt in exercitum. Vide Phthirophagi.

ſoba, nomen loci, 1. Reg. 14. 2. Reg. 8. 1. Par. 18. Pſal. 19. Iud. 13. Lat. exercitus ſiue militans, aut præceptum in ea, vel inflatio aut tumor.

ſobab, filius Dauid 2. Reg. 5. 1. Par. 3. Filius Caleb ex Azuba prima vxore, 1. Paralipom. 2. 14. Lat. rouerſus, aut auerſus, vel conuerſus, aut Syriacè, ſcintilla.

ſobach, magiſter militiæ Adarezer regis 2. Reg. 10. Lat. rete aut cancellus, vel captiuitas ſiue conuerſio tua, aut Syriacè columbarium.

ſobal, filius Seir Horrei. Gen. 36. Filius Hur primogeniti Caleb. ex Ephrata concubina, 1. Par. 2. Filius Iuda, 1. Par. 4. qui Gen. 46. dicitur Sela. Lat. ſemita, vel ſpica, aut crura, vel femur, ſeu vana vetuſtas.

ſobala, vrbs Cariæ, Gentile, Sobaleus. Steph.

ſobannus, Indiæ extra Gangem fluuius. Ptolemæo. *Sian & Menan* Caſtaldo.

ſobec, nomen viri. 2. Eſd. 10. lat. æquiparatus vanitati, vel appoſitus vacuitati, vel diſſipationi, aut vana euacuatio: vel Syriacè, relictus.

ſobi, filius Naas de Rabbath filiorum Ammon c. Reg. 1. Lat. conuerſio, vel captiuitas aut ſeſſio, vel ſedens.

ſobidas, Parthiæ regio. Ptol.

ſobna, nomen ſcribæ 4. Reg. 8. Iſa. 22. Lat. ſede nunc, aut connectere nunc, ſiue captiua nunc, vel qui intelligit, aut ædificans.

ſoboſa, filius Cos. 1. Par. 4. Lat. exercitus, vel militia in ea ſiue inflatio vel tumor in ea.

ſobochai, nomen viri, 2. Reg. 11. 1. Par. 20. Lat. ramus, vel propagines, aut tugurium.

ſobotale, eſt Sabæorum ciuitas ad mare rubrum, includens ſuis muris templa ſexaginta. Plin. lib. 6. c. 28.

ſobrius, vicus Romę: Paulus ex Feſto, Sobrium vicum Romæ dictum putauit: vel quòd in eo taberna nulla fuerit, vel quòd in eo, Mercurio, lacte, non vino ſupplicabatur.

ſochis, Ægypti rex, qui numini ſolis apud Heliopolim obeliſcos quatuor quadraginta octo cubitorum longitudine dedicauit. Pli. lib. 36. c. 8.

ſocho, duæ ſunt in tribu Iuda huius nominis ciuitates, Ioſ. 15. vbi leges Socoth deprauatæ. Reg. 17. 19. 2. Par. 8. Vrbs constructa à Roboam, 2. Par. 11. Lat. protectio, vel vallatio, aut ramus, ſiue ceſſatio.

ſochus, Aſſyriæ locus, ab anguſtiis, quæ Syriam aperiunt verſus Ciliciam, bidui itinere diſtans. Arrian. 2. Alex. Villæ nomen, quæ viginti milliaribus diſtat ab Hieroſolyma, Io. Moſcus in vita Ioannis Anachoretæ.

ſocion, Philoſophus Peripateticus, genere Hiſpanus, ſcripſit κέρας ἀμαλθείας, id eſt Cornucopiæ, librum multæ variæque doctrinæ, Gellius.

ſocoth, tribus Gaddi ciuitas, montis Galaad in vicina Penuel, in via fugæ Madian, munitiſſima, inquit Ioſephus & optima, Ioſue 13. Cui Iacobus patriarcha hoc nomen impoſuit. Gen. 33. Eſt & regio à Græcis τρωγλοδῦτις dicta, quæ ad Rubrum mare excurrit, vbi Troglodytæ habitāt. Nu. 33. Prima manſio filiorum Iſrael, poſtquam

quàm reliquerunt primas ſedes Ramaſſes. Lat. tabernacula vel tentoria.

ſocoth benoth, idolum Babyloniorum 4. Regum 17. Lat. tabernacula filiarum, vel ædificiorum, vel ædificationum, ſiue auſcultationes, vel vocationes filiarum, vel ædificiorum.

ſocrates philoſophus Athenienſis, Sophronici ſtatuarij & Phanaretæ obſtetricis filius. Vxores eodem tempore duas habuit, Myrto, Ariſtidis Iuſti filiam, & Xantippem mulierem moleſtiſſimam, quæ (ipſo cum diſcipulis diſſerente) menſam non raro ſubuertit. Naturalem philoſophiam omnium primus in moralem tranſtulit, identidem inculcans. Quæ ſupra nos ſunt, nihil ad nos pertinere. Accuſatus tandem ab Anyto quodam diuite, & Melito poeta, & Lycone oratore, quòd de dijs malè ſentiret: cùm à iudicibus de morte interrogaretur, quanam potiſſimùm pœna ſe dignum cenſeret: Vt, inquit, in Prytaneo alar ex publico. Qua ejus voce irritati judices, capitis eum damnauerunt, & ad bibendam cicutam compulerunt, qua ille intrepidè accepta, ſupremum vitæ diem clauſit. Iam valdè ſenex, inſtitui lyra non erubuiſſe dicitur. Fab. Quint. & primus omnium philoſophiam deuocauit è cælo: & in vrbibus collocauit, & in domos etiam introduxit & coëgit de vita & moribus, rebúſque bonis, & malis quærere. Cicer. libro 5. Tuſculan. quæſt.

ſocrates pictor, inter cujus opera eſt Piger, qui appellatur ὄκνος ſpartum torquens quod aſellus arrodit Plin. 35. cap. 11. Pauſanias autem dicit hunc à Polygnoto pictum.

ſocrates Conſtantinopolitanus, hiſtoriam Eccleſiaſticam, à tempore Apoſtolorum vſque ad Chryſoſtomum ſcripſit, quo tempore fuiſſe par eſt vnum ex his qui in Tripartita connectitur hiſtoria.

ſocratio, cinædus quidam quem ob ſtuprum commiſſum, Piſo prætor poſtpoſuit duobus alijs adoleſcentulis Veraniolo & Fabulo.

ſocratis, inſula in ſinu Arabico. Ptol.

ſocunda, Ammiano. Socanaa, Ptolemęo Hircaniæ oppidum.

ſocus, vir Troianus Hippaſi filius generoſus animo & corporis dignitate. Hic teſte Homero magno animo Vlyſſem vulnerauit, ſed ab eo deinde ipſe interfectus eſt.

ſoderani & Wittui. vbi *Berlin & Brandenburg* hodie. ſic Peucerus in ſuo Chronico.

ſodi, pater Geddiel. Numer. 13. Lat. ſecretum meum.

ſodij, populi ſunt in Iberia, authore Plin. lib. 6. cap. 10.

ſodinus, fluuius Capiſſenæ eſt apud Plin. lib. 6. c. 23.

ſodoma, mæ, & Sodomum, Sodoma, orum i. ſecretum eorum, ſiue calx aut cæmentum eorum, oppidum Iudææ, de quo legitur in Geneſi: *σόδομα* (inquit Stephanus) metropolis erat decem oppidorum, quæ in Aſphaltite lacu ſubmerſa ſunt. Ciuis, Sodomites. Nam Sodomorum hæc regio verſa eſt in lacum ſalis & ſterilem, qui dicitur mare mortuum, quia nec piſces in eo viuunt: Nauem quoque non patitur, nec vllam ſuſtinet materiam, quæ ſupernatet, niſi bituminatam. præter homines intus viuentes: nam omne carens vita in profundum mergitur: ſi quid viuum arte aliqua immerſeris ſuperexibit. Lucerna ardens ſupernatat, extincta mergitur: in quem ait Ioſephus grauiſſima quæque coniecta, in altum referri. Vnde Veſpaſianus Imperat. quoſdam iunctis poſt tergum manibus, in altum projici iuſſit, & omnes tanquam ſpiritus, ſurſum repulſi, ſuperfluitarunt. Multis in locis iſte lacus nigras glebas bituminis vomit & ideò lacus Alphaltidis dicitur. Poma item in arboribus nata ſi incidas, fauillas intus inuenies. Comeſt. in cap. 18. Gen.

ſodræ, Indi fluminis quidam accolæ. Diodorus.

soducena, Armeniæ maioris regio. Ptol.

soeta, Scythiæ extra Imaum vrbs. Ptol.

soganæ, Gaulatinidis vrbs. Ioſeph. 3. bell. Iud. c. 1. qui ibidem habet Soganem Arabum vicum, viginti ſtadiis à Gabara diſtantem.

sogdiana, prouincia Aſiæ, quæ, vt lib. 6. cap. 12. ait Ptolemæus, à Septentrione parua Scythia terminatur, ab Oriente Sacis, à Meridie & Occaſu Bactriana. In ea ſunt vrbes, Oxiana, Maruca & Alexandria, quam, vt Solinus ait, Alexander tertiam condidit; ad conteſtandos itineris ſui terminos. Incolæ, Sogdij & Sogdi Steph. *Mauvenbaer* Mercatori dicitur, *Corasuia* Giraua. Sogdiani etiam *Oriani* vocantur ab Oxo flumine eorum regionem interluente, Tzetza teſte. vide Bactriana.

sogdianus, VIII. rex Perſarum, regnauit menſes VIII. anno mundi 3538

sogdonacus, Paſinis regis Arabum pater fuit, qui Cheracem vrbem Perſici ſinus intimâ à fluminibus infeſtatam reſtaurauit. Plin. l. 6 c. 27.

sogiunti, populi in Alpibus, authore Plinio lib. 3. c. 20.

sogocara, Armeniæ maioris vrbs. Ptol.

soha, nomen viri, 2. Eſd. 7. Lat. candor, vel ſiccitas.

sohar, filius Simeon filij Iacob, Gen. 46. Exo. 6. Lat. lucidus, vel candidus.

sohoria, filius Iероham. 1. Par 8. Lat. manè aut matutinatio Domini, ſiue matutina itio Domini, ſeu niger Domini.

soines, locus in Ægypto, apud Athanaſium tomo 2. ad vitam ſolitariam agentes, Epiſtola

vbi Hieracem & Dioſcurum exules in lapidicinas miſſos ait.

ſoita, Armeniæ maioris oppidum. Ptol.

ſolana, Serica vrbs. Ptol.

ſolanus vnus ex amicis Ouidij, ad quem ſcribit lib. 2. de Ponto.

ſolanidæ, inſulæ Arabiæ felicis circa plagam Orientalem. Plin. lib. 6. cap. 28.

ſolci, vrbs in Sardinia. Steph. Vide Sulcitani.

ſoleadę, Indię populi, Caucaſo ſubjecti Indum fluuium accolentes. Plinius.

ſolenia, inſula inter Dalmatiam & Iſtriam.

ſolenus, Indiæ intra Gangem fluuius. Ptolemæus.

ſolennus Orphitus, conſul, anno ſalutis 111.

ſoletum, Calabriæ vrbs, Plin. hodie *Soleto*, Leandro teſte.

ſolicinium, Ammian. Germanis vrbs, quæ ab Heroldo *Selms* interpretatur, Vrbs inter Treuirim & Moguntiam.

ſolimanus XII. Turcarum imperator, anno ſalutis 1519. diadema accepit.

ſolimna, vrbs Indiæ: Gentile, Solimneus. Stephanus.

ſolimnia, Ægæi maris inſula in Pegaſico ſinu. Plin. lib. 4. c. 12.

ſolinates, Vmbriæ populi. Plin.

ſolioclita, Galliæ Lugdunenſis oppidum. Anto. XXIII. M. P. à Luteria.

ſolis ciuitas. vide Pompeiopolis.

ſolis fons. Vide Fons Solis. Eſt autem in Troglodytis Africæ regione Plinio. Hunc hodie *Cançaren de Mahoma* appellari habetur in dictionario Nebriſſenſis.

ſolis inſula, quę & *Nympharum cubile*. Solin. & Plin. eſt in mari Indico, ſemper rubens, & (vt idem Solinus refert) omni animantium generi inacceſſa, quoniam eò ingreſſos vis circumfuſi aëris confeſtim exanimat. Plinius eam deſcribit inter Colia cum promontorium & Taprobanam inſulam medio itineris curſu. Hanc *Noſalam* putat Vadianus, cujus Arrianus meminit in Nearchi nauigatione, idem credit Pintianus, ſed *Noſacala* habet ille. Eandem *Noſoram* nominat Stephanus. ſed etiam hanc *Naſalam* à Solis inſula eſſe ex ipſius Nearchi nauigatione oſtenditur. *Noſala* enim multo occidentalior, nempe inter Indi fluminis oſtia & ſinus Perſici initium ſtatuitur.

ſolis menſa, Æthiopiæ locus, apparatis epulis ſemper refertus, & qua, vt libet (inquit Pomponius) veſci volentibus licet. Solis menſam appellant, & quæ paſſim appoſita ſunt, adfirmant naſci ſubinde diuinitus. Ad quem locum Seuerinus Imperator, cùm Alexandriam veniſſet, rei fama permotus profectus eſt. Author Spartianus, Cælius lib. 16. Antiquarum lectionum ſcribit, Solis menſam adagio dici diuitum opulentorumque hominum domos omni rerum copia vbertim adfluentes, expoſitaque inopum neceſſitatibus & alimentis.

ſolis mons, Mauritaniæ Tingitanæ promontorium, Ptolem. ad Oceanum Atlanticum. *Cabo Cantin*. Caſtaldo. *Cabo de B jadoz* Floriano.

ſolis oſtia, Pomponio in deſcriptione Indiæ, loca ſunt, ob æſtum intolerabilem, & aquarum longo tractu penuriam ſic dicta, propter periclitatum Alexandri illis locis exercitum. Diod. libro 17.

ſolis portus, in Taprobana inſula Ptol.

C. Iulius Solinus ſcripſit rerum orbis memorabilium collectanea ad Auitum. Dictus eſt Plinij ſimia. Nominatur autem id opus epiſtola ejus priore Polyhiſtor. ſunt qui natione Gręcum faciant. Sed ea ſententia ipſius Solini auctoritate refellitur. capite 2. 16. 36. 47. 53. 57.

ſollium, Corinthi oppidum: Gentile, Sollieus, stephanus ex Thucydidis lib. 2. Alij, ſolium vnico l legunt.

ſoloce, magna ciuitas, quæ notiore nomine, Seleucia dicitur. Strab. lib. 16.

ſolœ, ciuitas inſignis Ciliciæ, ab Achiuis & Rhodijs ædificata, poſtea Pompeiopolis appellata à Pompeio, qui piratas in eam tranſtulit, quos dignos exiſtimauit, vt ſeruarentur. *Vide* Pompeiopolis. Stephanus à Solone conditam ſcribit, & à Pompeio reſtauratam. Dionyſ. in Baſſaris *σόλοι* vocat. Ab hac Solenſes, Aratus, Chryſippus Stoicus, & Philemon poeta comicus. Strab. lib. 14. Plinius ex Polycleti authoritate tradit juxta Solos fontem fuiſſe, cujus aquæ olei vicem præſtiterint vtentibus. Curtius Heliopolim, ceu Solis ciuitatem nominat. Vide Solus. Euſtathius Dionyſij interpres, hoc oppidum ab epulante Solone colonis Atticis ornatum fuiſſe ſcribit: cùm verò Barbari linguam Atticam paulatim coinquinaſſent, Solœciſlari dicti ſunt, & inde Solœciſmi.

ſol x nas, Siciliæ vrbs Thucydidis: *Solanto* hodie dicitur Leandro. Vitioſè legerunt apud Thucydidem *σελεντιόντ* pro *σολοῦντα*.

ſoloentia, Libyæ interioris promontorium. Ptol.

ſologorgus. Vide Herea.

ſolomatis, amnis in Gangem influens. Arrian.

ſolomon, III. Iſraelitarum rex, regnauit annis XL. anno mundi 2931. Pharaonis regis Ægypti filiam duxit vxorem, anno mundi 2932. Ætate vltima mulierum alienigenarum amore deceptus, deos adorauit alienos: quare decem tribuum regnum à poſteritate ejus ablatum 3. Reg. 11. Vide Salomon.

Solon,

Solon, Allobrogum vrbs. Epitome Liuij, Solonium Dioni.

ſolon, vnus ex ſeptem ſapientibus Græciæ, patria Salaminius, Athenis claruit, Tarquinio Priſco Romæ regnante. Gell. lib. 17. c. 21. Athenienſibus leges dedit, tanto temperamento compoſitas, vt parem gratiam à ſenatu & plebe inierit, quo duo Reipub. ordines irreconciliabili propemodum odio diſſidebant. Draconis autem leges, (iis exceptis, quæ in homicidas, pœnas ſtatuebant) quod iuſto atrociores viderentur, omnes abrogauit. Tyrannum fugiens, primùm in Ægyptum ſeceſſit, deinde in Cyprum, poſtremò ad Crœſum regem, qui cùm opes ſuas ei oſtentaret, rogarétque, num quem ſeſe fœliciorem iudicaret: reſpondit, Tellum quendam, pauperem admodum, alioqui iuſtum, Athenis agentem: qui in ſuo prædiolo conſenuerat, eius limites nunquam egreſſus erat. Fieri tamen poſſe, vt & Crœſus ipſe olim inter fœliciſſimos numeraretur. Cæterum ante ſupremum vitæ diē neminem beatum eſſe iudicandum. Qua ſententia nihil verius eſſe, Crœſus poſtea re ipſa eſt expertus. Nam cùm Cyro, Perſarum & Medorum regi, bellum inferret, acie victus, viuus in hoſtis poteſtatem peruenit. Quo tempore pyræ impoſitus, vt viuus exureretur, ſalubre Solonis conſilium dicitur agnouiſſe, eiúſque nomen in ſupremo illo vitæ diſcrimine ſæpiùs inclamaſſe. Quo audito, Cyrus ex ſuis miſit qui cognoſcerēt quiſnam eſſet deorum hominúmve, quem ille ſummo in periculo ſolum inuocaret: rémq; totam edoctus, memor & ipſe humanæ viciſſitudinis Crœſum ab incendio liberauit: ſummóque quoad vixit in honore penes ſe habuit. Deceſſit in Cypro inſula, annos natus LXXX. mandauítque oſſa Salaminem transferri, ibique per regionem proiici ac diſſipari, ne Athenas inferrentur: quoniam diſcedens iureiurando ciues adegerat, non antiquaturos leges ſuas, donec rediret. Epigramma ſepulchro eius inſcriptum, Cicero in hanc ſententiam commemorat, Tuſcul. Quæſt. lib. 1.

Mors mea ne careat fletu, linquamus amicis
Mærorem, vt celebrent funera cum lacrymis.

Ex Plutarcho & Diogene Laertio. Mercaturam exercuit, quia tunc temporis non erat vilis, modò non tenuis eſſet, teſte Plutarcho.

C. Iulius Solon homo ignobilis quum conſumtis bonis ſub Commodo in ſenatum cooptatus eſſet, notatus eſt ioco, vt qui ſpoliatis facultatibus in ſenatum relegatus eſſet. Occiſus eſt poſtea à Seuero. Dion.

ſolona, à Gothis recepta, anno ſalutis 538.

ſolonates, VIII. regionis Italiæ gens. Plin.

ſolonium, Etruſcum oppidum Halicarnaſſeo 2. In Latio eſt Liuio 8. C. Marij prædium ſic vocat Plutarchus in eius vita, & Cicero ad Atticum 2. Epiſt. 3.

ſolorius, mons Hiſpaniæ quo Tarraconenſis à Bætica & Luſitania diſtinguitur. Plin. Omnibus Hiſpaniæ montibus altiorem eſſe ſcribit Iſidorus.

ſolophytus, iuuenis regius, qui cum Ilino regio ſimpliciter, per optimam factionem, domo regia pulſus, ingentem iuuentutem ſecum contraxit & in Cappadociæ ora conſedit.

ſolothurum, vna ex præclaris & vetuſtiſſimis Heluetiæ ciuitatibus, ad Arolam fluuium auriferum ſita, quam paulò poſt Treuirim cōſtructam exiſtimant, Antonino in Itinerario Soluthurum vocatur. qui verò Soloturum ſcribunt, ſic dictam putant ab antiqua turri, quæ adhuc in medio ciuitatis videtur, vt ſit idem quod Solis turris. Sita eſt in agro plano, culto & fertili. Ad fœderis perpetui ſocietatem recepta eſt anno M.CCCCLXXXI.

ſoluenſe, oppidum, Plinius inter Noricas ciuitates numerat, etiam inter Colonias hodie dirutum, cuius materiæ quædam extant. vulgò incolis *Soluelds* vocatur, quaſi dicas *Solcampum Solua* fortè in libro Notitiarum eſt.

ſoluentij, Libyæ inferioris gens, Ptol.

ſolus, vrbs Ciliciæ, ſic dicta à Solunte prauo hoſpite, quem Hercules interfecit: Gentilia: Soluntius, Soluntinus: & fœminina Soluntinis, Soluntias, & Soluntis, quod poſtremum à Solis quoque diuerſo Ciliciæ oppido ſit. Stephanus. Hermolaus *Silinus* legit. *Soluntum* habet Antoninus. Leandro hodie *Solunto* dicitur. Vide Pompeiopolis & Soluntum.

ſolus, Siciliæ oppidum Plin. & Hannoni Libyæ promontorium ad mare Atlanticum.

ſoluſapra, Antonino Siciliæ vrbs.

ſolygeia, vicus Corinthi: vnde collis Solygeus Stephano, ex Thucyd. 4.

ſolyma, Solymæ, vel Solyma, Solymorum, vrbs clariſſima Iudææ, quæ poſtea addito templo Hieroſolyma dicta eſt. Inde Solymus, a, um. Iuuenalis Satyra ſexta, Interpres legum Solymarum. Alij Lyciæ vrbem eſſe dicunt, vt Plinius Villanou. putat *Sidyma* Ptolemæi eandem eſſe.

ſolymi, orum, populi Aſiæ, Lyciis & Piſidiis proximi, à Bellerophonte ſubacti, poſtea Milyæ appellati. Strabo lib. 1. & 14. Plinius eoſdem facit cum Piſidis, lib. 5. c. 17. Alij Solymos eoſdem fuiſſe Lyciis aſſerunt, quorum tamen ſententia cum Homero non ſatis conuenit, qui Bellerophontem à Lyciorum rege miſſum ait ad ſubiugandos Solymos.

ſolymus. Vide Salmo Lycia & Piſidæ.

ſomer, filius Moholi filij Muſi. 1. Paral. 6. Filius Heber filij Bariæ filij Aſer filij Iacob. 1. Paral. 7. Lat. cuſtos, vel adamas, ſeu vepres, vel ſpina aut fæx.

ſommoria, filius Roboam ex Abihail. 2. Par.

11. Lat. cuſtodia Domini, ſiue adamas Domini, aut vepres vel ſpina Domini.

ſonautes. Vide Soonautes & Acheron.

ſondræ, gentes ſunt in India apud Plin. lib. 6. cap. 10.

ſontiates, populi inter Aquitanos, Toloſæ ac Narbonæ ciuitatibus Galliæ prouinciæ Romanorum & Hiſpaniæ citeriori proximi, habentes oppidum natura loci ac manu munitum, in regno Francorum ſitum. Cæſar, *Ceux de Lauedan* nonnullis. Ful. Vrſinus *Sociates* legendum putat, ex Oroſio manuſcripto. Athenæus libro 4. Sotianos eoſdem nominat.

ſonus fluuius in Gangem ſe exonerans, Plin. & Arrian.

ſopater, dux Philippi, anno mundi 3763.

ſopater, Apamenſis Sophiſta & Philoſophus diſcipulus Iamblici quem Cæſar Conſtantinus interfecit ad fidem faciendam ſe Græcorum ac gentilium religioni amplius addictum non eſſe. Prius enim fuerat ipſi familiaris. Scripſit de prouidentia. Item de iis qui præter merita felices ſunt aut infelices Suidas. Eunapius Sardianus in Ædeſij vita huius mortis cauſam in Ablauium prætorio præfectum deriuat. Quædam de hoc Sopatro legere eſt apud Sozomenum lib. 1. hiſt. Eccleſ. cap. 5. & apud Photium in Bibliotheca qui huius Eclogarum hiſtoricarum libros duodecim recenſet.

ſoparma, Indiæ intra Gangem emporium, ſupra Cory promontorium. Arrian. in Periplo.

ſophacæ, Barbara gens apud Ioſephum 1. capite 23.

ſophoc, princeps militiæ regis Adarezer, 1. Paral. 19. Lat. effundens, vel effuſus, aut vanus lecythus.

ſophænetus hiſtoricus ſcripſit Cyri expeditionem quam Stephanus in voce Carduchi & alibi citat.

ſophai, filius Elcana, 1. Par. 6. Lat. ſpeculator aut falius, ſiue natatio: vel coopercimentum, aut expectatio.

ſophan, ciuitas poſſeſſa à filiis Gad. Num. 32. Lat. cuniculus, vel chœrogryllus ſiue abſconditus, aut conterens, ſiue confractio.

ſophar, nomen viri. Iob. 11. Lat. matutinus aut corona, ſeu circulus, vel paſſer: aut Syriacè, Hœdus.

ſophene, regio Aſiæ, Armeniæ maiori ab ea parte adiacens, qua vergit in Comagenem, iuxta Antitaurū & Maſium montes. Huius regionis incolæ Sopheni à Plinio, ab aliis Sophenæ appellantur.

ſopher, princeps exercitus regis Sedeciæ 4. Regum 25. Lat. Scriba, vel liber, aut narrans, vel numerans.

ſophereth, nomen viri. 1. Eſd. 2. Lat. numerans vel narrās, ſiue narratio, aut librarius, vel ſcriba.

ſophi, in agendis armentis puer victum quæritauit, poſtea verò rex fuit Perſarum.

ſophia, mulier quædam Romana, quæ tres filias imperante Adriano jugulari vidit cum gaudio.

ſophilus, Sicyonius, vel Thebanus, comicus mediç comœdię: ipſius fabulæ nonnullæ commemorantur apud Athenæum.

ſophim, mons in tribu Ephraim, 1. Reg. 1. Lat. ſpeculæ, vel ſpeculantes. i. ſiue cooperti, aut natantes, vel expectantes, aut fauus.

ſophis, chronologus nominatur Ioanni Tzetzæ Chiliade quinta initio hiſtoriæ primæ.

ſophocles poëta tragicus, patria Athenienſis, tanta orationis ſuauitate, vulgò μέλιττα, hoc eſt, Apis cognominaretur, æqualis Euripidis & Periclis, cujus etiam quandoque collega fuit in pretura. Natus fuit Olymp. LXXIII. ante Socratem annis XVII. Primus tribus actoribus vſus eſt, adjecto eo qui vocatur Tritagoniſta, hoc eſt, tertiarum & vltimarum partium hiſtrio. Primus etiam Choros ex juuenibus quindecim introduxit, cùm antea duodecim tantùm introducerentur. Primus quoque tragicas contentiones ac compoſitiones inſtituit. Scripſit inſuper Elegiā & Pæanas, atque orationem proſam cùm de Choro aduerſus Theſpim & Chærylum contenderet. Obijt autem ſexto anno poſt Euripidis mortem, cui ſtyli magnitudine præfertur, licet ejus ſententijs inferior. Filios habuit Iophontem, Leoſthenem, Ariſtonem: Stephanus, Meneclidem. Exhibuit fabulas centum viginti tres: quanquam alij dicant multo plures. Victorias autem viginti tres reportauit, quantùm poſtrema cùm præter ſpem illi contigiſſet, repentino gaudio dicitur expiraſſe, vt eſt author Valer. lib. 5. Hinc Sophocleus, a, um.

Sophocles, tragici cothurni princeps fuit, quem ob animi præſtantiam defunctum Liber pater ſepeliri iuſſit, obſidentibus mœnia Lacedęmonijs, Lyſandro eorundem rege in quiete ſæpius admonito, vt pateretur ſuas humari delitias. Requiſiuit rex, qui ſupremum diem Athenis obijſſet, nec difficulter ex ijs quem Deus ſignificaſſet, intellexit, pacémque funeri dedit, Plin. lib. 7. cap. 29.

ſophocles, dux Lacedæmoniorum, ann. mundi 3593.

ſophocles grammaticus interpres Lycophronis & quorundam aliorum poëtarum.

ſophonias, ſacerdos, filius Maaſiæ, Iere. 21. & 37. nomen item prophetæ, filij Chuſi filij Godolię, Soph. 1. Lat. abſconſio Domini, ſiue ſecretum Domini, aut ſpeculator noſter Dominus: vel aquilo Domini.

ſophron, poëta Syracuſanus, cujus ſcripta Platonem vſque adeò delectatum ferunt, vt ...

etiam moriens capiti ea habuerit ſubiecta. Scripſit Mimos viriles, & fœmineos, & alia quædam non contemnenda, ſed adeo implicita, vt à paucis intelligerentur.

ſophronia, matrona Romana, altera Lucretia Chriſtiana, cùm vim Decij principis videret ſe paſſuram, conſentiente viro arrepto gladio ſeipſam transfixit, ac inter ſanctas mulieres eſt relata. Euſeb. lib. 8. c. 17.

ſophroniſtæ, magiſtratus quidam erant apud Athenienſes, non diſſimiles ijs, quos Romani Cenſores vocabant, licèt longè plures eſſent, & poteſtate aliquanto inferiores: legebantur enim ex ſingulis tribubus decem, qui iuuenum mores cenſerent. Sigonius.

Sophronium, nomen fœminæ, per diminutionem adulationis amatoriæ prolatum.

Sophtha, Ptolemeo Perſici ſinus inſula eſt, *Phara* Marcellini eſſe creditur.

Sopianæ, vel Suppianæ Antonini, *Zeeblack* ſimlero dicitur, Pannoniæ inferioris vrbs.

Sopis, Rex fuit Indiæ regionis eius, quam Sopithem appellarunt. Strabo lib. 15.

Sora, æ, oppidum Campaniæ à Romanis captum. Plin. lib. 3. cap 5. Stephan. Soram alteram collocat in Phœnice.

ſorabi, & Senones, Sueuorum populi: eos olim habitaſſe Miſnenſium ciuitatis Saxoniæ territorium, quod olim *Daleminεia* & à Bohemis *Sarbia* vocatum fuit, ſcribit Georgius Fabricius, in ſuo Miſnicarum rerum lib. Horum reliquias hodie vocat Peucerus *Sorbec & Serueſtein* inter Albin & Salam flumina *Semnones* Ptolemæo, Tacito & Straboni ſunt, qui eos maximam Sueuorum gentem vocat, quos Althamerus hodie *Lauſnitzer* putat. vide Serbi.

ſoracte, ctis. vel Soractis, ctis, mons Faliſcorum Apollini ſacer, circa quem fiebat ſacrificium annuum, in quo Hirpiæ familiæ ſuper ambuſtam lignorum ſtruem ambulantes, non adurebantur, vt refert Plin. lib. 7. capit. 2. & lib. 4. cap. 2. Varro ad Soractem ſcripſit eſſe fontē cuius ſit latitudo quatuor pedum: ſole oriente eum exundare feruenti ſimilem, auéſque, quæ guſtauerint, iuxta mortuas iacere. hodie *Monte di S. Silueſtro*, Leandro & aliis, vocatur itē *Monte S. Treſto* corruptè, vt tradit Erythræus.

ſoractia, Omanorum in Arabia felici vrbs. Plinius.

ſoranus Ditis ſeu Plutonis cognomen: à voce Græca *σωρὸς* quæ tumulum ſepulchralem ſignificat, vel à Sora oppido, ad Soractum montem ſito. Tradit enim Plin. lib. 2. cap. 92. eo in tractu tam peſtiferos ſpiritus exhalari, vt auibus ſint lethales. Vnde videri poteſt Pluto dictus eſſe Soranus, non diſſimili ratione ab ea, qua Auernum pro inferis Poetæ acceperunt.

Soranus Epheſius medicus. Alexandriæ vixit, deinde Romam venit, vbi artem exercuit, Traiani & Adriani temporibus. Suid.

ſorbotæ, populi Æthiophiæ, apud quos homines creduntur eſſe octonûm cubitorum.

ſordolibyes, populi quidam à græcis nominantur.

Sorec, torrentis nomen in tribu Dan, in terra Philiſtinorum prope Eſthaol, iuxta quem Samſon adamauit Dalila. Iudi. 16. Lat. vinea, vel vitis aut ſibilus, vel ſibilans.

ſorgæ, populi ſunt in India. Plin. lib. 6. c. 20.

ſori, nomen viri. 1. Paral. 15 Lat. anguſtiator, ſiue vinculum aut colligatio, vel plaſmatio, aut reſina, vel theriaca, ſiue petra, vel forus.

ſoritę, populi phthirophagi, quos Arabis fluuius ab Indis diſterminat, nullum alium cibum noſcentes quàm piſcium, quos vnguibus diſſectos terrent ſole, panémque ex eis conficiunt.

ſoroadios, Dæmonis nomen, apud Indos pro Deo habiti, quod in linguam Græcam tranſlatum *οἰνοποιὸς*, id eſt vini factorem ſignificat. Cæl. lib. 2. cap. 7.

ſoroga, Pannoniæ ſuperioris vrbs. Ptolem.

ſornus, Medorum rex ſuperatus à Tauuaſi, anno mundi 2734.

ſorona, Arcadiæ ſylua. Pauſan.

ſorthida, Babyloniæ vrbs. Ptolem.

ſoruiodunum, Angliæ vrbs, Antonin. *Old Saliſbury*. Camdeno.

ſoſandra, inſula iuxta Cretam, ſic dicta, quòd cùm Lycij aliquando noctu vrbem inuaderent, eos qui intus erant, conſeruarint. Inſularis, Soſandrius. Steph.

ſoſarmon, III. rex Medorum, regnauit annis XXX. anno mundi 3217.

ſoſarmus, II. Medorum rex, regnauit annis XXX. Euſeb.

ſoſarmus, XXVI. Aſſyriorum rex, regnauit annis XIX. anno mundi 2711.

ſoſias, Philoſophus quidam impius qui ſublata penitus prouidentia, omnia temere fieri aſſerebat, quo in errore Euhemerum, Diagorā, Hipponem & Epicureum verſatos accepimus.

ſoſibianus, vir quidam, de quo ſic Mart.

E ſeruo te genitum, blandéque fateris.
Quum dicis dominum Soſibiane patrem.

ſoſigones, Aſtrologus fuit quem Cæſar dictator annos vitio Pontificum per intercalandi licentiam turbatos ad ſolis curſum redigens, adiutorem ſibi adhibuit. Plin. lib. 17. c. 25.

ſoſibius grammaticus Laconicus, cuius meminit Suidas.

ſoſicles, patria Syracuſius, poeta tragicus circa nouiſſima Philippi Amyntæ filij tempora, vnus ex iis quos Pleiades appellarūt. Docuit ſe-

bulas 73. victorias retulit 7. Suidas.

ſoſicuræ, Careorum oppidum in India intra Gangem. Ptol. *Iarameuri*, Caſtaldo.

ſoſipater, nomen ducis, 2. Mach. 12. Filius item Pyrrhi. Rom. 16.

ſoſipatra, fœmina vates doctiſſima è Lybia, vxor Ædeſij ſophiſtæ. Author Eunapius.

ſoſippus, Arabiæ felicis ad ſinum Erythræum portus. Ptol. Niger æſtimat eſſe *Becare* Plinij, quem incolis *Necaniden* appellari ſcribit Pintianus.

ſoſirate, Suſianæ vrbs. Plin.

ſoſitheus Syracuſanus, vnus de numero eorum, qui Pleiades appellantur, apud Ptol. æmulus Homeri tragici Suid.

ſoſius, Syriæ præfectus anno mundi 3925.

ſoſſinati, Sardiniæ populi. Strabo.

ſoſſius, Siciliæ fluuius Ptol. *Pulici*, Leandro.

ſoſteum Ægypti vrbs, 6. Notit.

ſoſthenes, XXIII. rex Macedonum, regnauit annis II. Gallos vicit. Iuſtinus lib. 24.

ſoſthenes princeps ſynagogæ Iudæorum. Act. 17. 1. Corinth. 1.

ſoſthenis, Theſſalorum in Macedonia vrbs. Ptolem.

ſoſthenium, Thraciæ locus traiectui Conſtantinopolitano è regione oppoſitus. Galliſtus 7. c. 50.

ſoſtiaca, Daciæ Ripenſis ciuitas. lib. Notit.

ſoſtrates, Gnidius, Pharum in Alexandria conſtruxit. Euſeb. Vide Soſtratus.

ſoſtratus, vir Ægineta Laodomantis filius.

ſoſtratus, architectus qui turrim excitauit in inſula Pharo, iuſſu Ptolemæi Philadelphi, ad oſtendendos nocturnos ignes nautarum curſibus, eique nomen ſuum inſcripſit. Fuit autem inſcriptio huiuſmodi, Soſtratus Gnidius Dexiphanis filius, diis ſeruatoribus pro nauigantibus. Nam quum ora ex vtraque parte importuoſa & humilis eſſet & cautes & breuia haberet, ſignum aliquod neceſſarium fuit, altum & clarum, quo nauigantes ad portus ingreſſum dirigerentur. Hæc Strab. 16. Soſtratus ſculptor qui ex ære ſigna faciebat Plin. lib. 26. c. 12. Soſtratus, Cereris ſacerdos apud Tacitum. Soſtratus, vates, qui per furorem multa Græcis prædixit. Nam Bacis Muſæus & Soſtratus (vel Lyſiſtratus) Athenienſibus Xerxis aduentum prædixerunt, vt eſt Author Herod. Soſtratus item Sicyonis cognomento Acrocherſites, vt ſcribit Suid.

ſoſxetra Gedroſiæ vrbs. Ptol.

ſotades, Maronites, poëta turpiſſimus, ſcripſit iamborum libros, quos appellauit Cinædos lingua Ionica, vbi libidinum laſciua ſpecies & deſcriptio inerat. Fuere & alij duo Athenienſes, alter comicus mediæ comœdiæ, alter Philoſophus, qui ſcripſit de myſteriis librum vnum. Suid.

ſotai, nomen viri. 1. Eſd. 2. Lat. præuaricatio, ſiue declinatio.

ſoter, XV. Romanæ eccleſiæ epiſcopus, annis VIII. anno 169.

ſoterichus, faber fuit quiſpiam, cuius quia opera priſcam & rudem ſimplicitatem præ ſe ferebant, factus eſt Prouerbio locus. Soterichi lecti.

ſoterichus, Aſites poëta, ſub Diocletiano, ſcripſit encomium Diocletiani, Dionyſiaca, vitam Apollonij Tyanei, & alia. ſuid.

ſoteridas Epidaurius, ſcripſit Muſicæ libros tres, vt ait Dionyſius.

ſoter, duodecimo loco ab Apoſtolis epiſcopatus obtinuit ſortem, & eaſdem, quas Apoſtoli tradiderunt, prædicatione, diuinitus fidei integras, illibatáſque cuſtodiuit. Euſeb. lib. 5. cap. 6. hiſt. eccl.

ſoteropolis, vrbs, quæ nunc *Pythia* vocatur, auctore Porphyrogenneta, vbi aquæ calidæ, vt refert Zonaras, qui hic exſtinctum toxico Conſtantinum Magnum Imp. tradit.

ſoterus, portus ſinus Arabici, à latere Africano. Diodor.

ſotiani, Gallorum populi, quorum rex ſexcentos habebat apud ſe ex prudentioribus, qui regi ipſi conuiuebant, & commoriebantur, adeò cupidi, vt nullus eorum periculum ſubterfugeret. Athen.

ſotira, Iuno dicta eſt ab antiquis, quaſi ſalutaris & ſoſpitatrix.

ſotira vrbs Arianorum, ab Antiocho Seleuchi filio condita. Gentile, ſotirenus, ſteph. item Ariæ oppidum. Ptol. & vrbs Cappadociæ, apud Plinium.

ſouenochalei, Sarmatiæ Aſiaticæ gens, Ptol.

ſoxatæ, Carmaniæ gens in Aſia, Ptol.

ſoza, Dandarica vrbs. Tacit.

ſozoa, Mediæ vrbs, Ptol.

ſozomenus, hiſtoricus Preſbyter Paſtorienſis, qui hiſtoriæ vniuerſalis ampliſſimum volumen ſcripſit.

ſozopetra, Syriæ vrbs, apud Cedren.

ſozopolis, circa Conſtantinopolim vrbecula videtur, apud Gregoram. Eſt quoque Piſidiæ vrbs, Euagrio. Pamphyliæ vrbem vocat Cedrenus & Nicetas, in Alexio Comneno.

ſozuſæ, tres vrbes, Phœnices, Piſidiæ & Æthiopiæ. ſteph.

S P

ſpaco, nutrix Cyri regis: quæ dictio quoniam Medorum lingua canem ſignificat, factum eſt vt Cyrus creditus ſit nutritus à cane. Herodot.

ſpacorum, vicus Hiſpaniæ, inter Bracatum & Aſturicam. Anton.

ſpada, vicus Perſicus, in quo primum eunuchi facti ſunt, qui inde ſpadi aut ſpadones nominantur: Gentile, ſpadoneus. ſteph.

ſpalatum, oppidum à Venetis captum, an. ſalutis 1122.

ſpalai, Sarmatiæ Aſiaticæ populi. Plin.

ſpalethra, Theſſaliæ vrbs. Steph. Spalathra Magneſiæ. Plin.

ſpammus, rex Ægypti, regnauit an. x. Euſeb.

ſpan ia, ciuitas eſt Ægypti, in qua monaſterium, auctor Palladius in vita Aphthonij.

ſpanydrion, locus Phœniciæ, vbi S. Epiphanius latitabat.

ſparetus, XVII. Aſſyriorum rex, regnauit ann. XL. anno mundi 2406. Phœnices & Syros ſubegit, anno mundi 2438.

ſpargapiſes, Herod. lib. 1. filius Tomyridis Maſſagetarum Reginæ, qui captus à Cyro ſeipſum interfecit.

ſparſus, fuit quiſpiam, quem Seneca ſcribit inter ſcholaſticos inſanum, inter inſanos fuiſſe ſcholaſticum. Vide Cælium.

ſparta, Peloponneſi ciuitas nobiliſſima fuit Lycurgi legibus optimè olim inſtituta, ita dicta à Sparto, Phoronei filio, aut (vt alij malunt) à Sparta, Eurotæ filia, cùm antea Lacedæmon diceretur. Hinc Spartanus, a, um, Lacedæmonius Virg. 1. Æneid.

ſpartacus, gladiator Thracius, qui vnà cum Chyſo & Œnomao, effracto Lentuli ludo gladiatorio, cum ſeptuaginta gladiatoribus erupit Capua, manuq; ſeruorum quaſi iuſto exercitu comparato, Ceruefium montem in Campania occupauit: vbi cùm à Clodio Glabro obſideretur, ei caſtra diripuit, & Campaniam populatus, raptis Prætorum faſcibus appellatus eſt Imperator. Inde Lentuli exercitum in Apennino diſſipauit: apud Mutinam Caſſij caſtra deleuit. Tandem, cùm de vrbe inuadenda deliberaret, à M. Craſſo pulſus fugatúſque cùm Brutium angulum occupaſſet, nec in Siciliam præ nauium penuria traiicere potuiſſet, cum ſuis omnibus fortiſſimè dimicans occiſus eſt. Plutarch. in Craſſo.

ſpartacus, vrbs Thraciæ. Gentile, idem vel Sparticus. Steph.

ſpartacus, Boſphori rex, anno mundi 3609.

ſpartacus, Pontifex anno mundi 3614.

ſparte, vicus & mons, iuxta Pontum Euxinum. Steph. Et Armeniæ oppidum, Cedreno.

ſpartolus, vrbs Macedoniæ. Gentile, Spartolius. Steph. ex Thucyd. lib. 2.

ſparton, frater Phoronei, filium habuit Mycenæum. Stephan. in Mycenæ. Eſt & mons Sparton. Stephanus.

ſpatana, Taprobanæ inſulæ portus. Ptol.

ſpauta. Mediæ regionis lacus è quo ſoles coguntur, qui pruritum excitant. Strabo.

ſpedia, Latinè dicitur Liguriæ oppidum quod incolis *Specia* vocatur, vt ſcribunt Blond. & Leand.

ſpelaitæ, Hercules, Mercurius & Apollo nominantur, quòd eorum ſimulachra alicubi in ſpeluncis colantur. Stephan.

ſpellum. vide Hiſpellum.

ſpelunca, Caſſioridis regionis in Syria oppidum. Ptol. Arabiæ ciuitas lib. Notit. In Italia quoque Anton. inter Brunduſium & Egnatiam. *Sperlunga* à Pineto nominatur.

ſpeo. vide Spio.

ſperchea, Macedoniæ promontorium ad Maliacum ſinum. Ptol. *Phibela* Sophiano. *Comen* Nigro dicitur.

ſperchius, fluuius Theſſaliæ, teſte Strabone lib. 8. qui Pelio monte effuſus, velociſſimo curſu defluit in ſinum Maliacum. *Comen* Theueto, ſed *Agriomela* Sophiano dicitur. Item *Xerias*. *Salembria* ſuo tempore dici trad t Iſacius, qui eum videtur *Stercherum* vocare: Sperchium fluuium Apollodorus *Borum* cognominat.

ſpermo, filius fuit Apollinis ex vxore Doride, Cæl. Rhodiginus libro 7. cap. 25.

ſpermatophagi, populi in extrema Ægypto poſt Meroen, Strab. lib. 16.

ſpes, Dea apud Romanos cuius ædes in foro olitorio fuit. Liu lib 1. 3. Decad.

ſpeuſippus, Philoſophus Athenienſis, Platonis ex ſorore nepos, qui VIII. annos Platonicæ ſcholæ præfuit. Ferunt hunc ſenio confectum ſibi mortem conſciuiſſe, mœrore impulſum. Plutarchus verò ſcribit, illum pediculis efferueſcentibus interiiſſe. Primus inuenit, quo pacto ex gracilioribus lignis fierent vaſa capacia. Compoſuit Dialogos à Diogene commemoratos.

ſphacteria, confinium Eleorum, verſus Meſſenen, ſic dictum, quòd illic Heraclide mactatis hoſtiis, amicitiæ & concordiæ pacta iniuerint. Eſt etiam inſula quædam, cuius meminit Pauſanias lib. 3. aliàs Sphagia dicta. Gentilia, Sphacterius, Sphacteriotes, Sphagieus. Steph. Vide Prote.

ſphagia, inſula è regione Pyli, Meſſeniæ, & Lepræi. Strabo lib. 8.

ſphagites, promontorium Scythiæ. Stephan.

ſphecea, Cyprus olim dicebatur. Steph. Eſt item Eubœæ ciuitas. Lycophron.

ſphendale, vicus in tribu Hippothoontide: vnde ſphendaleus. Steph.

ſphæria, Peloponneſi inſula Trœzeniorum, continenti adeò proxima, vt pedibus ferè in eam tranſiri poſſit. Pauſan. Hæc poſtea Hiera ſiue ſacra dicta fuit, idem Pauſan.

ſpherus, XVI. Aſſyriorum rex, regnauit annis XX. Euſebius.

ſphettus, vicus in Acamantide tribu, à ſphetto Trœzenis filio: inde ſphettius. Steph.

ſphinx, monſtrum ex Typhone & Echidna

natum, vt tradit Hyginus Fabularum poet. cap. 151. caput & faciem habens puellæ, alas verò auium, reliquo corpore canis referens effigiem. Sedem habuiſſe dicitur in Sphincio monte iuxta Thebas, atque inde in viatores impetum facere ſolita. Qua de re cùm Apollo conſuleretur, non alium tanti mali finem eſſe reſpondit, quàm ſi quis Sphingis ænigma diſſolueret. Id autem erat huiuſmodi: Quódnam id eſſet animal, quod manè quadrupes, meridie bipes, veſperi tripes eſſet. Quod cùm plurimi id fruſtrà conati diſſoluere, à Sphinge eſſent interempti, Creon, qui id temporis Thebanis imperabat, edicto per Græciam vniuerſam promulgato, Iocaſtam ſororem ſuam, Laij viduam vxorem ſe ei daturum pollicitus eſt, qui Sphingi ænigma diſſoluiſſet. Cuius rei fama excitus Oedipus, hunc in modum ænigma eſt interpretatus, vt hominem eſſe diceret, qui in infantia manibus & pedibus repens veriùs quàm incedens, quadrupes eſſet. Deinde in medio iuuentæ robore, non alio quàm pedum adminiculo nitens, meritò, vt eſt, bipes dici poſſet. Ingraueſcente autem ætate, aſſumpto ſcipione, tripes deberet iudicari. Quam ænigmatis ſolutionem tam ægrè illa dicitur tuliſſe, vt protinus ſeſe de ſaxo præcipitans, fregerit ceruices: ſed hæc fabuloſa eſſe conſtat. Reuera enim ſphinges, teſte Diodoro lib. 14 ex ſimiarum genere ſunt, comis villoſis, mammis prominentibus, forma haud diſſimili ab ea, qua pinguntur, ſed paulò pinguiores: natura autem manſueta, pluribus exercitiis, diſciplinisque apta. Palæphatus hanc fabulam ex Cadmi hiſtoria datam putat, qui cùm vxorem haberet nomine ſphingen, ex Amazonum genere, vnà cum ea Thebas peruenit: vbi occiſo Dracone rege, Thebarum regnum inuaſit, Harmoniámque inſuper Draconis ſororem matrimonio ſibi coniunxit. Quam rem Sphingem tam ægrè tuliſſe ferunt, vt relicto viro, cum pleriſque eorum, quos ſecum è patria adduxerat, Sphingium montem occuparit, indeque quotidianas in Thebanos fecerit excurſiones, donec Oedipus, regis promiſſis excitus, montem noctu occupauit, Sphingémque nihil tale ſuſpicantem de medio ſuſtulit.

ſphragidium, antrum nympharum in vertice montis Citheronis, in Bœotia. Pauſan.

ſpica, ſignum in cœlo oriens in virginis partex.

ſpiculus, gladiator Romanus, cui Romani ſtatuam ſubiectam ſtatuæ Neronis poſuerunt.

ſpina, nunc viculus in finibus Græciæ, olim maxima ciuitas Græca, à qua Spineſium Delphis theſaurus eſt dictus. Strabo lib. 5.

ſpina, Italiæ vrbs circa Rauennam. Strabo & Stephan. Eſt etiam fluuius ibidem, Halicarnaſſ. Gentile. Spinates.

Spinæ, Antonino Britanniæ inſulæ oppidum quod hodie *Neuburi* vocatur, teſte H. Lhuydo, *Sapne* Camdeno.

ſpinambri, Græciæ populi, à quibus originem traxiſſe Tarquinios in Tuſcia ſcribit Trogus.

Spinericum, vnum ex Padi oſtiis, quo Claudius Cæſar è Britannia triumphans, prægrandi illa domo verius, quàm naui intrauit Adriam. A ſpina vrbe nomen habet, quam à Diomede conditam eſſe volunt. Vathreni portus quoque & Eridanum oſtium vocatum fuit. Plinio teſte Spinus Stephano fluuius eſt & Siponem nouit Cicero 3. de natura Deorum. A Pomponio videtur magnus Padus appellari. σπινῆτι στομάτων & πολυμῶν Halicarnaſſeus. vocat Hieronymus Rubeus & Fabricius *Primero* nuncupat.

ſpinther, hiſtrio Romanus, à cuius nomine vocatus eſt Lentulus Spinther, quòd eius ſimilitudinem maximè referret.

ſpitigneus, rex Bohemorum, qui dominandi libidine bellum geſſit cum fratre Vratiſlao. Volaterranus.

ſpinates, Ægyptiorum rex, annis xx. Euſeb.

Spintharus, nobilis architectus Corinthius, Delphicum templum ædificauit. Pauſan.

Spio, Nympha marina, Nerei & *Doridos filia*: ſic dicta à ſpeluncis, in quib. Nymphæ habitare dicuntur: σπίος enim vel pœnæ σπῖος ſpeluncam ſonat: vide Spoo.

ſpira, celebris admodum imperij & epiſcopalis in Germania ciuitas, cuius olim incolæ Nemetes, & vrbs ipſa Nemetum dicebatur, vulgò, *Spire*.

ſpiracula, vocant alij Charoneas ſcrobes, mortiferum ſpiritum exhalantes. ſic Plinius lib. 2. cap. 93. vbi ea Sinueſſano & Puteolano tractu deſcribit, *Buco veleno ſo* vocat Leander in ſua Italia, quod antrum venenoſum interpretatur.

ſpira Taurica, locus ſic dictus in Taurica Cherſoneſo, vbi Dianæ aiunt fuiſſe templum. Procop.

ſpiræum, promontorium in Peloponneſo. Pt.

Spireoſtoma. Vide Pſilum.

ſpiridion, Tremithuntis in Cypro *inſulæ* epiſcopus ruſticus, ſed non propterea in rebus diuinis minor. Aliquando enim per *noctem* venerunt fures ad caulas eius ouium, qui ſubitò vincti ſunt, nullo ligante, quos cùm inueniſſet præſul, eos inuiſibilibus ſoluit vinculis, eiſque dixit: ad meliora eos erudiens: Abite hinc ſumentes arietem. Quod quidem quilibet iuſtè poterit admirari: nihilominus etiam illud mirandum, quod ſequitur: Apud filiam eius virginem, Irenem nomine, quidam notus eius, ſummam aliquam depoſuerat: quæ ſumens depoſi-

tum, ſub terra recondidit, vbi cautè credidit cuſtodiri. Contigit interea mori puellam, nihil confeſſam patri: venit homo depoſitum petens, ignorante ſpiridione quid loqueretur. Cúmque in tota domo requiſiſſet, nec inueniret, vehementer angebatur animo: & morti vicinus eſſe videbatur ille, qui depoſuerat. Hæc ſpiridion fieri videns, & curſim veniens ad filiæ ſepulchrum vocauit nomine puellam: qua reſpondente, de cauſa depoſiti requiſiuit. Et dum ab ea didiciſſet, reuerſus & inueniens, vbi puella ſignificauerat, reddidit homini, quod petebat. Illud etiam adjicere nõ erit incõgruũ, quod ſequitur: Mos igitur erat Spiridioni, ex frugibus, quæ naſcebantur ei alias quidem pauperibus, alias verò mutuare gratis volentibus. Sed neque per ſe dabat, neque per ſe recipiebat, ſed ſolùm cubiculum demonſtrabat, inuitans petentes, vt quantum opus haberent, tollerent ac denuò reportarent quantum ſe nouerant abſtuliſſe. Quidam verò dum mutuum percepiſſet, reuerſus eſt poſt aliquantum, quod tulerat redditurus, quem dum ſecundum conſuetudinem. juſſiſſet reponere in cubiculo, quod fuerat exinde mutatus, credens latere Spiridionem, non reddidit quod debebat, ſed auferens debitum, quaſi reddidiſſet, abſtulit. Poſt certum namque tempus venit, rurſum petẽs ab eo mutuum. At ille miſit eũ ad horreum, data poteſtate, vt ipſe ſibi metiretur, quantum opus haberet. Vacuum verò eundem locum inueniens, Spiridioni nuntiauit. Mirum, ô homo, quod loqueris, quomodo tibi ſoli viſum eſt horreum neceſſariis defeciſſe? Sed conſidera potiùs apud temetipſum, ne fortè mutuatus alia vice, quod debueras primitùs non ſolueris, ſi enim hoc non eſt, indubitanter non priuaberis, quibus eges, ſed rurſum accedens, inuenies. Sic igitur ille captus, quod ei deliquerat, indicauit. Dignum eſt igitur, huius ſacratiſſimi viri mirari puritatem & Eccleſiaſtici ordinis cuſtodiam. Dicitur itaque quodam tempore pro aliqua vtilitate in vnum Cyprios epiſcopos conueniſſe & inter eos fuiſſe hunc Spiridionem & Triphillium Ledreſen epiſcopum, virum eloquio, & ſapientia clarum. Cùm itaque collecta celebraretur, iniunctum eſt Triphyllio, vt haberet concionem in populo. Cùmque ille locus in medium veniſſet, Tolle lectum tuum, & ambula, cubile dixit pro lecto, mutans nomen. Spiridion autem indignatus in eum, & exiliens de cathedra ſacerdotali. Túne melior es, inquit, eo, qui lectum dixit, quia eius verbis vti vereris. Hoc autem fecit populo conſpiciente, mediocritatem docens eum, qui eloquij ſupercilio præſumebat. Erat enim idoneus ad pudorem incutiendum, cùm eſſet venerandus, & operibus glorioſus, ſimúlque ſenex æuo atque ſacerdotis officio. Sozom. libro 1. capite 10. hiſt. tripart.

Spledo, eadémque Aſpledon. Stephan. Vide ſuprà Aſpledon.

ſplendius, fuit quidam Italus, Capua oriundus, qui captiuos in bello beſtijs laniandos objiciebat. Author Polybius.

ſplenduſlaus, rex Bulgarorum, anno mundi 4037.

ſpithamæi, Pygmæorum genus, quæ ternas Spithamas longitudine, hoc eſt ternos dodrantes non excedit, & à gruibus infeſtatur. De quo vide Plin. lib. 7. cap. 2. Alij ſunt Pentaſpithami Megaſtheni apud Strabonem lib. 18. vbi hæc omnia narrantur.

ſpodius Apollo à Thebanis nuncupatus, ab hoſtiarum multitudine.

ſpoletinum, Turdetanorum in Bætica vrbs.

ſpoletium, Vilumborum vrbs in Italia. Ptolem. *Spoleus* Plinio. hodie *Spoleto*.

ſpondolici, Sarmatiæ Aſiaticæ populi. Plin. Ptolem.

ſpitamenes, barbarus quidam, quem ſomno & vino ſepultum vxor in caſtris Alexandri necauit. Curtius lib. 7.

ſplanchnoptes, Periclis ſeruus, cui mortuo æream ſtatuam dominus poſuit. Plin. lib. 22. cap. 17. & lib. 34. cap. 8 quidam tamen apud Plin. lib. 34. ſparganoptem legunt.

ſporades, inſulæ quædam circa Cretam, in mari Carpathio, ſicut Strabo lib. 10. ſcribit. Dictæ, quòd in mari ſparſæ ſint, non in orbem coarctatæ, quemadmodum Cyclades. Sunt autem harum nomina, Helene, Phocuſa, Phæcaſia, Schinuſe, Pholegadros, Thera, Anaphe, Aſtypalæa, Laguſa, & Ios: in qua Homerus fertur eſſe ſepultus, ab Homero *Calydnas* appellari putant, inquit Strabo. Vnam harum *Strybiam* vocat. Stephan. vide Cyclades.

ſporgilus, vicus Atticæ: vnde ſporgilius, Stephanus.

ſpurina, dux regis Parthorum, qui Craſſum interemit. Item Mathematicus ac vates, qui Cæſari prædixit, vt Martias caueret Idus, cuius Tranquillus in Cæſare, & Valerius meminere. Tertius hujus nominis adoleſcens egregia forma, qui cùm fœminas, viróſque ad libidinem aſpectu decoro inuitaret, oris pulchritudinem vulneribus ſponte dehoneſtauit. Valerius de verecundia.

ſpurius inter prænomina antiquorum, duabus literis notatur ſp. quaſi ſine patre.

ſp. Carbilius dedit Romanis literam G. primúſque dicitur ludum aperuiſſe.

ſp. Caruilius Maximus, conſul anno ab vrbe condita 460. conſul, anno ab vrbe condita 481.

ſp. Caſſius Vicellinus, ob regni Romæ affecta-

ti ſuſpicionem interemptus.

Sp. Furius Medullinus, à plebe conſule electus. Dionyſius libro nono.

ſp. Furius Medullinus, Tribunus militum, anno ab vrbe condita 378.

ſp. Herminius Continiſanus, conſul, anno ab vrbe condita 307.

ſp. Largius Rufus, conſul, anno ab vrbe condita 147.

ſp. Lucretius Cinna, conſul, anno ab vrbe condita 25.

ſp. Melius, cùm regnum Romæ affectare crederetur, à Seruilio Hala magiſtro equitũ approbante L. Quintio Concinnato dictatore, interfectus.

ſp. Nautius Rutilius, cõſul, anno ab vrbe condita 266 Tribunus militũ, anno ab vrbe condita 331 112 conſul, anno ab vrbe condita 340.

ſp. Papyrius, Tribunus mil. anno ab vrbe condita 347.

ſp. Poſthumius Albinus, Tribunus militum, anno ab vrbe condita 362.

ſp. Poſthumius Decemuir, anno ab vrbe condita 303.

ſp. Poſthumius Albus, Tribunus militum, anno ab vrbe condita 324.

ſp. Poſthumius Lauinius Regillenſis, conſul, anno ab vrbe condita 288.

ſp. Poſthumius Paulus, conſul, anno ab vrbe condita 580.

ſp. Oppius Decemuir. anno ab vrbe cõdita 304

ſp. Rutilius Craſſus, Tribunus militum, anno ab vrbe condita 339.

ſp. Seruilius primus Romæ diuortium fecit. Olympiade 64. Dionyſ. Hal. lib 2.

ſp. Seruilius priſcus, conſul, anno ab vrbe condita 278.

ſp. Seruilius Structus, Tribunus militum, anno ab vrbe condita 387.

ſp. Tarpejus Capitolinus, conſul, anno ab vrbe condita 300.

Sp. Virginius Cælimontanus, conſul, anno ab vrbe condita 298.

S Q

Squincij Iuliæ populi, quos Sabellos & Samnitas vocat Plin. lib. 3. Vide Samnites.

S T

Stabareni. Vide Tabareni.

Stabiæ, Campaniæ oppidum bello ſpeciali à Sylla deletum. Cn. Pompeio & L. Carbone Coſſ. Plin. lib. 3. cap 7. Hodie ibidem *Turru annunciate* eſſe ſcribit Amb. Leo. *Caſtello almar di Stabia* Leandro dicitur.

Stabilinus, Deaſter quidam, de quo Alexand. ab Alexandro lib. vltim. Genial. dierum capite vltimo.

Stabulum Diomedis. Vide Tindæ.

ſtabulum, Aſiaticæ Myſiæ oppidum, Plin.

ſtachir, Libyæ interioris fluuius, Ptolem. hodie *Zenegas*.

ſtachis, Pauli amicus. Rom. 16.

ſtadia, olim dicta eſt Rhodos.

ſtadiſis, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum, vbi Nilus præcipitans ſe, fragore auditum accolis aufert. Plin.

ſtagira, Macedoniæ vrbs circa Athon montem, Ariſtotelis patria. *Libanova*, Sophianos *Macra*. Nicetæ.

ſtaliocanus, portus Galliæ Lugdunenſis ad mare Britannicum, Ptolem. S. *Paul* hodie dici annotauit Villan. *Saliocanus* legunt Latina exemplaria, cui accinit malè Cenalis, eúmque à ſale conficiendo ſic nominari putat.

ſtamaus, homo Cretenſis, qui ſancti Marci theſaurum Venetijs expilauit. Author Volaterran.

ſtamena vrbs Chalybum: Gentile, Stamenæus & Staminæus. Steph.

ſtampæ, Galliç vrbs, ſuper Iunna fluuium, vulgò *Eſtampes*.

Stantira Prole. eadem quæ ſtratagira.

ſtanacum, vrbs in Noricis, Antonin. *Vaccenkirchen*, Lazio.

ſtanos, Nicetæ eſt Macedoniæ vrbs.

ſtao, Mediç fluuius, in Caſpium mare effluens, Ptolem.

ſtaphylus, Sileni, vel vt alij. Silethi filius. Pli. li. 7. c. 56. primus vinũ aqua miſceri docuit. Apollodorus tamẽ li. 1. Tzetzes in Lycophronẽ & Apollonij ſcholiaſtes in 3. Argonaut. Staphylum Bacchi filium ex Ariadna & Iaſonis auum maternum faciunt.

ſtarcaterus, rex Danorum, qui cùm Lenum quendã per nefas occidiſſet, pœnitẽtia ductus, eius filio Hathero ſe præbuit occidendum. Saxon lib. 8.

ſtarcatherus, athleta fuit, qui nulli mortalium ſuo tempore viribus ceſſit. De cujus prçclaris facinoribus lege Saxonem Grammaticum.

ſtaſeas Neapolitanus Philoſophus Platonicus, vt ſcribit Cicero de finibus bonorum & *malorũ*.

ſtaſicrates fuit artifex Alexandrinus, Alexandro Macedoni gratiſſimus: qui dicebat Thraciæ montem Athon in hominis ſtatuam formari exculpique poſſe.

ſtaſis. vrbs Perſica ſita in magna petra, quam Antiochus, Seleuci filius, habuit, Gentile, Staſites, vel Staſenus.

Statelates, Liuio Statiellenſes Ciceroni, Ligurum populi.

Stati

Digitized by Google

Staterius, ciuis Romanus ætate Cic. qui ob conuitioſa verba & ſermones mordiculos rei capitalis jure damnatus eſt.

ſtatilinus & Statanus, dij pręſides, quaſi nobis aſtantes.

ſtatina, inſula de qua Papinius in Syluis.

ſtatius, nomen poëtæ Comici, qui Cęcilius dictus eſt. Statius autem appellatus fuit, quoniam ſeruus fuit. Statius enim nomen ſeruile eſt. Fuit & alius poëta hoc nomine, qui heroico carmine multa conſcripſit.

ſtatones, Hetrariæ populi apud Plin. lib. 3. c. 5. quorum oppidulum Statonia appellatur. In horum agro vinum ſatis generoſum naſcebatur. quod Statonienſe vinum appellabant. Plin. lib. 4. cap 6. *ſcarſino* Leandro.

ſtator Iupiter Romæ templum habuit à Romulo conditum, quod, cùm ejus milites in fugam à Samnitibus verſi eſſent, repentè eo inuocato ad pugnam redierint.

ſtatyelli Plinio lib. 3. cap. 5. populi Ligurię celeberrimi, vnde & aquæ Statyellæ. Strabo. Via ea quæ ab oppido Genua ducit Placentiam aquæ Statyellæ habentur. Vide Statelates.

ſtauani, Sarmatiæ Europææ gens. Ptol.

ſtaueni, Ariæ populi. Ptol.

ſtauracius, II. Conſt. Imperator, regnauit an. 1. ſalutis 812.

ſtauri, gentes ſunt circa Hyrcanum mare. Plin. lib 6. cap. 16.

ſtelæ, vrbs Cretę prope Paræſum & Rhythimnam: Gentile Stelæus vel Stelites, Steph.

ſtelenus, rex Argiuorum, quem Danaus regno pepulit & ipſum regnum ad ſe pertraxit.

ſtella Aruntius, Poëta Patauinus lepidiſſimus, familia conſulari ortus. Violentillam amauit, puellam Neapolitanam, quã tandẽ duxit vxorẽ. Hæc in delicijs habuit columbam, auem dicatã Veneri, quam Stella defunctam pulcherrimo defleuit carmine, opúſque ipſũ Columbã inſcripſit.

ſtene Deire, inſulæ ſinus Arabici, circa Pentadactylum montem. Plin.

ſtennio Bocatio libro 10. vna eſt Gorgonum, ſed Sthenyo ſcribendum, vt infrà filia Phorci ex monſtro marino ſuſcepta. Vide Gorgones.

ſtenobœa. Vide Sthenobœa.

ſtentor, Græcorum omnium vocaliſſimus qui quinquaginta hominum clamorem vocis magnitudine adęquabat, vt placet Hom. 5. Iliad. Vnde prouerbium. Stentore clamoſior.

ſtenyclerus, vrbs Meſſeniæ. Gentile, Stenyclerius, vel Stenyclarius, non dicitur quoq; ſtenyclaros. ſtrab.

ſtephane, vrbs Phocydis: Gentile, ſtephanęus. ſtephan. Galatiæ vrbs maritima. Arrian. vicus ibidem. Ptol. Et Paphlagoniæ apud Plin.

Stephanis, vrbs Mariandenorum: Gentile, Stephanites. Steph.

Stephanopolis, quid ſignificet, declarat his verbis Plin. lib. 35. cap. 11. Amauit in iuuenta Glycerem municipem ſuam, inuentricem coronarum, certandóque imitatione ejus, ad numeroſiſſimã florum varietatẽ perduxit artem illam. Poſtremò pinxit illã ſedentem cũ corona, quæ è nobiliſſimis ejus tabula appellata eſt Stephanoplocos, ab alijs Stephanopolis: quoniam Glycera coronas venditando ſuſtentauerat paupertatem. ſtephanopolim & Coronam vocat I. Sambucus vrbem Daciæ, *Cronſtadt* vulgò dictam Germanis, & *Braſſo* Hungaris.

ſtephanus Vaiuoda, vltimo ſupplicio affectus, Rit. anno ſalutis 1402.

ſtephanus, nomen Diaconi. Act. 6. Eccleſiæ Chriſtianę protomartyris.

ſtephanus, Vngarorum rex primus, regnauit annis XXXIX, anno ſalutis 1000.

ſtephanus XXII. Rom. epiſcopus, annis II. anno ſalutis 254.

ſtephanus II. Syrus Pontifex LXXXVII. Blõd.

ſtephanus III. Siculus, Pontifex XXCII. annis III. menſ. II. anno ſalutis 758.

ſtephanus IV. Rom. epiſcopus XCV. menſibus IX. an ſalutis 816.

ſtephanus V. epiſcopus Rom. CVIII. annis VI. diebus XI.

ſtephanus VI. Pontifex CXI. anno I. menſibus III. Hic formoſi decreta omnia abrogauit, & tumulo traxit, corpúſque mortuum, abſciſſis digitis priuato tumulo recondidit, anno ſalutis 890. Luith.

ſtephanus VII. Pontifex CXXIIII. annis II. menſe I. diebus XII. anno ſalutis 930.

ſtephanus VIII. Pontifex CXXVII. an. III. ſalutis 940.

ſtephanus IX. Pontifex CLIV. menſibus VII. diebus VIII. ann. ſalutis 1058.

ſtephanus, eremita circa Mareotem habitauit. Qui circa ſexaginta annos probatiſſimus monachus fuit, & Antonio magno notiſſimus. Fuit itaque manſuetus, & ſapiens, locutione ſuauis, & vtilis, triſtium conſolabatur animos, & alacritatem reuocabat, licet neceſſaria accideret tribulatio. Talis erat etiam in cladibus proprijs. Denique cùm infirmitatem incurabilem incurriſſet, & medici putria membra ejus incidiſſent: ille manibus tamen operabatur, palmarum plectens folia, & pręſentibus perſuadens, vt de rebus hujuſmodi non dolerent: neq; aliud cogitarent, niſi de bono fine. Deus inquit quæ fecit, cuncta vtilia ſunt. Ego autem noui hujuſmodi morbos accidere propter peccata: Et melius eſt, hic pœnas ſoluere, quàm poſt mortem perpetua ſupplicij ſuſtinere. Sozo. libro octauo capite primo hiſt. trip.

Stephanus, natione Auernus, ampliſſima familia natus in Aquitania primus Grandimontenſium monachorum ordinem inſtituit; cui quidem ordini mons . in quo horum monachorum familiæ ſedes locata eſt, nomen dedit. Polyd. Virgilius libro ſeptimo cap. 2. de rerum inuent.

ſtephanus I. Francus, Henrici ex ſorore Adela Nepos, Stephani Bleſenſis Comitis filius in Anglia regnauit annis XIX. menſ. XI. Polyd. libro 12.

ſtephanus II. Vngarorum rex, regnauit ann. XVIII. ann. 1115.

ſtephanus III. Geiſæ filius, Vngarorum rex, regnauit annis XI. anno ſalutis 1163.

ſtephanus, Vngarorum rex. Othocorum Germanorum auxilio ad flumen Rapſcham fudit, fugauitque Bulgaros, Buda expugnata, ſua imperata facere coëgit, anno ſalutis 1274.

ſtephanus Curſus, Ro. ciuis potentiſſimus anno ſalutis 1116.

ſtephinatis, Ægyptiorum rex, regnauit annis VII.

ſtephon, Tanagricę regionis in Bœotia locus. Plutarchus in quæſtionibus Græcis.

ſtercutius, dictus Saturnus, quod primus ſtercorandi agri rationem inuenerit: ex qua re fortaſſis regni ejus tempora fœliciſſima fuiſſe feruntur.

ſterea, vrbs Græciæ ad Potamum fluuium. Strabo lib. 9. Atticæ municipium Pandionidis tribus in dialogis meretriciis.

ſtereontium, Ptolem. lib. 2. cap. 12. Germaniæ vrbs, hodie Caſſilium. Vulgò *Caſſel*. Haſſiæ vrbs nota.

ſteria. Vide Stiria.

ſterope, Atlantis filia, vna Pleiadum, quæ Marti Oenomaum peperit, Hyginus Fabul. poët. cap. 15.

ſteropes vnus ex Vulcani miniſtris, à fulmine nomen habens 8 Æneid.

ſteſiarus, Moloſſiæ mons Vibio, *Steſianus* legebat Bocatius.

ſteſicori poetæ tumulus, in Sicilia juxta Cantanam. hodie *S. Maria*, de Bethlehem, Fazello.

ſteſilea, mulier admodum eleganti vultu, & rara pulchritudine cujus ſpectabilis forma cauſa fuit litium inter Ariſtidem & Themiſtoclem, qui eam amabant. Plut. in Themiſtocle.

ſteſimbrotus, Tarſenſis hiſtoricus, ſcripſit res geſtas Cimonis ducis Athenienſium. Plutar. in ejus vita.

ſteſimbrotus, ab Epaminonda patre Thebanorum duce interfectus eſt, quòd contra mandatum patris cum hoſtibus Lacedæmonijs manum conſeruiſſet, quamuis parta victoria. Plut.

Steſichorus poëta lyricus, ex Himera Siciliæ vrbe, à qua & Himeræus eſt cognominatus. Steſichorus autem dictus eſt ab eo, quòd primus cum citharæ cantu chorum conjunxerit: nam vero nomine Tiſias dicebatur. Hic cùm aliquando acerrimo carmine in Helenam, tanquam belli Troiani facem, eſſet inuectus, à Caſtore & Polluce luminibus dicitur orbatus, alióque rurſus carmine cantata Palinodia viſum recepiſſe.

Stenelus, Capanei & Euadnes filius, vnus ex Grecorum ducibus, qui bello Trojano interfuerunt. Hunc Virgilius 2. Æneidos inter eos annumerat, qui lignei equi alueo fuerunt incluſi.

ſtenelus, Perſei filius ex Andromeda, Hom. 2. Iliad.

ſtenobœa, Prœti Corinthiorum, aut, vt alij malunt, Argiuorum regis vxor, filia Iobatæ regis Lyciorum, quæ Bellerophontis amore capta, cum repulſam tuliſſet apud virum eum detulit, tanquam vim ſibi afferre voluiſſet. Vide Bellerophorontes.

ſtetinum, Pomeraniæ Wandalicæ regionis caput, olim vicus à piſcatoribus duntaxat habitatus, poſt ſuſceptum verò Chriſtianiſmum, & deſtructam Vinetam vrbem clariſſimam tranſlato illuc emporio adeò efflorēſcere cœpit, vt hodie totius prouinciæ metropolis agnoſcatur. Habet ſitum amœniſſimum in ripa Oderæ fluminis, à qua ſenſim in aduerſum cliuum aſſurgit. Vallis & mœnibus munitiſſ. fulcitur. Munſter.

ſteunos, Phrygiæ antrum, Pauſ. in Achaicis.

ſtharbuzanai, nomen viri. 1. Eſd. 5. Lat. computrefaciens contemnentes me, vel qui explorat contemptores meos.

ſthenyo, vna ex filiabus Phorci, & belluæ marinæ, Meduſæ ſoror, & Euryales: de quibus ſuprà in dictione Gorgones.

ſthur, filius Michael, princeps tribus Aſer. Num. 13. Lat. occultus, vel abſconditus, ſeu deſtruens, vel demoliens.

ſtilbe, Nympha Lapitham filium ex Apolline peperit, à quo Lapithæ populi dicti.

ſtibo, is qui Diodorum dialecticum mori coëgit, cùm ei luſorias quæſtiones objiceret. *Plin.* lib. 7. c. 53.

ſtilbon, ontis, Mercurij ſtella dicitur, id eſt, radians, quòd ejus orbis ſplendeat. Eo anno ferè vertente ſigniferum luſtrat orbem, neque à ſole longiùs vnquam vnius ſigni interuallo diſcedit, tum anteuertens, tum ſubſequens.

ſtilico, Honorij Imperatoris ſocer & Occidentis adminiſtrator, multis laudibus à Claudiano poëta celebratus.

Stilpæ, vrbs Siciliæ: Gentile, Stilpeus Stephan.

Stil-

ſtilpo, Philoſophus, qui, capta patria, amiſſis liberis & vxore, cùm ex incendio ſolus, & tamen beatus exiret, interroganti Demetrio (cui cognomen ab excidio vrbium Poliorcetes fuit) nunquid perdidiſſet? Nihil (inquit) perdidi: omnia mecum ſunt, videlicet virtutes, quas nulla vis hoſtilis eripere quiuit. Plutarchus in Seneca.

Stilpo, Megarenſis Philoſophus tempore primi Ptolemæi diſcipulus. Paſiclis Thebani, præfuit ſcholæ Megarenſi, ſcripſitque dialogos non minus xx. Author Suid. De hoc, Cic. lib. de Fato, Stilponem Megareum philoſophum acutum ſanè hominem & probatum temporibus illis accepimus. Hunc ſcribunt ipſius familiares & ebrioſum & mulieroſum fuiſſe. Neque hæc ſcribunt vituperantes, ſed potius ad laudem: vitioſam enim naturam ab eo ſic edomitam & compreſſam eſſe doctrina, vt nemo vnquam vinolentum illum, nemo in eo libidinis veſtigium viderit.

ſtiphana, lacus in Amaſienſium agro piſcoſus & variis paſcuis abundans. Strabo libro decimoſecundo.

ſtiphelus, vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius, à Cæneo interfectus ea in pugna, quæ in Pirithoi nuptiis commiſſa eſt inter Lapithas & Centauros.

ſtirea, vicus Atticus in tribu Pandionide circa Sunium promontorium, vnde Stirius, Stiriacus. Stephanus.

ſtiria, Illyrici ſeu Sclauoniæ regio, vndique montibus cincta: aliis Valeria, aliis Iapygia dicta Norici pars, fodinis ferrariis ferè omnibus totius Europæ regionibus præſtat. Præterea nullius rei quæ vſui eſſe homini poteſt indiga: vini, frumenti, pecoris, ſalis abundans. Huic regioni Ciliciæ comitatus annumeratur.

ſtiris, Phocialis oppidum ſtadiis ab Ambroſſo diſtans lx. Pauſ.

ſtiſſum, oppidum citerioris Hiſpaniæ, vbi Liuius lib. xxi. ſcribit Hannonem à Cn. Scipione captum *Ciſſa* vocatur à Polybio lib. 3.

ſtobi, Macedoniæ vrbs in Pelagonia, Ptolemæo hanc Nardus in ſuo Liuio Italico nouo vocabulo *taracoſtro* nuncupat.

ſtoborrhum, promontorium in Africa Propria. Ptol.

ſtœæ, vrbs Lybiæ. Gentile, Stœetes.

ſtœchades, inſulæ numero tres Maſſilienſium littori vicinæ, ſic dictæ propter ordinem quo ſitæ ſunt, Plin. *Liguſtides* eas vocat Stephanus: item Apollonius lib. 4. Galliæ Narbonenſis inſulæ. *Camargas* Paradinus vocat *iſles de hyeres* vel *d'or* appellari exiſtimat Ortel. Stephanus tres numerat cum Plinio lib. 3. c. 5. quarum primam *Proten*, ſecundam *Meſen* & *Pomponianam*, tertiam *Hypæam* vocat. Martianus primam *Themiſtam* nominat. Ptolemæus quinque dicit eſſe, ſed eas ſingulatim non nominat. Mela eas ſparſas ſcribit à Ligurum ora, ad Maſſiliam vſque, in quo ſpatio comprehenduntur etiam quæ Plinius addit, *Sturium*, *Phœnice*, *Phila*, *Lero* & *Lerina*, à Strabone 5. numerantur, tres memorabiles & duæ exiguæ.

ſtoici philoſophi appellari ab στοὰ, quod ſignificat porticum, quo conuenire ac diſſerere ſolebant. Erat enim porticus Athenis dicta Pœcile ex varietate picturæ. Græci enim ποικίλον varium dicunt. In hac porticu Zeno philoſophus diſcipulos docebat. Vnde & ſecta Stoica, & philoſophi Stoici nuncupati ſunt, qui antea Zenonij dicebantur à Zenone doctore. Hæc eſt illa porticus Stoicorum memoratiſſima, quam Chryſippus dictus eſt fulcire, quam pinxit Polygnotus gratuitò.

ſtoidis, inſula quæſtuoſa margaritis, iuxta fretum Perſicum Plin.

ſtolus, vrbs vna barbaticarum in Thracia, quas Chalcidenſes ex Edonis in ſuas ciuitates tranſtulerunt. Gentile, Stolius. Steph.

ſtoma, palus Troadis circa Scamandri oſtia. Strabo.

ſtonia, Ponti Galatici vrbs in Cappadocia. Ptolem.

ſtonos, vrbs & caput Euganeorum. Plin. hos circa Tridentum collocat Strabo, horum mentio fit apud Macrobium, Saturn. libro tertio capite nono.

ſtoras, Vide Aſtura.

ſtorna, vrbs Indiæ extra Gangem, Ptolemæo.

ſtorthynga, vide Lacinium.

ſtouinus, Ligurum oppidum. Steph.

ſtrabo Cnoſſo quidem Cretæ ciuitate oriundus, vt lib. 10. ipſe refert, ſed natus Amaſiæ ciuitate Ponti, vt ipſemet de ſe profitetur in duodecimo Geographiæ, philoſophus fuit Stoicus, quanquam & philoſophiam peripateticam attigit, Geographus præſtantiſſimus, cuius XVII. Geographiæ libri, quos Tiberio Cæſare rerum potiente conſcripſit vt ex libro 4. & 13. colligere eſt, etiamnum hodie exſtant. Scripſit & alios libros, ac inter eos, Commentarios hiſtoricos vtiles ad moralem ac ciuilem philoſophiam, vt ipſe teſtatur libro primo, ſed ad nos non peruenerunt. Hunc Ioſephus genere Cappadocem fuiſſe vult. De eius maioribus conſule lib. 10. 11. & 12. Geographiæ.

ſtragona, Ptolem. libro 2. capite vndecimo, Germaniæ vrbs: Poſnauia Poloniæ regni. P. Appian.

ſtrambæ, vrbs Thraciæ. Gentile, Strambeus.

ſtrapellini, Apuliæ populi. Plin.

ſtrapila Gepidarum rex, qui Arderico ſucceſſerat, anno ſalutis, 89.

Strattarchas, Dorylai filius frater Lagetæ Strabonis aui dux fuit Cretenſium, quem Strabo ſe vidiſſe aſſerit, libro decimo.

ſtratia, vrbs Arcadica, à Phanei filia nominata: Gentile, Straticus & Stratiates. Stephan.

ſtratium, vrbs Acarnaniæ (Steph. in Mytiſtratio & in Stratylo) Gentile, Stratiotes & Stratius, vide Stratos.

ſtratius, vnus ex filiis Neſtoris.

ſtratius, Iouis cognomen, qui apud Caras colebatur, quod nos bellicoſum interpretari poſſumus. Herod. l. 5.

ſtrato, Sidonis regulus, qui (vt Hieronymus ſcribit) manu propria ſe volens confodere, ne imminentibus Perſis ludibrio foret, quorum fœdus Ægypti regis ſocietate neglexerat, retrahebatur formidine, & gladium, quem arripuerat, circunſpectus, hoſtium pauidus expectabat aduentum. Quem iam iamque capiendum vxor intelligens, extorſit acinacem de manu, & latus eius transuerberauit, compoſitóque ex mora cadaueri ſe moriens ſuperiecit, ne poſt virginalia fœdera, alterius coitum ſuſtineret. Ælianus quoque in Varia hiſtoria Stratonem Sidonium quendam ſcribit in conuiuiis valde dedicatum, amiciſſimum Neoclis Cypri regis pari luxuria certantis.

ſtratoclia, Aſiæ vrbs ad Boſphorum Cimmerium. Plin.

ſtraton, Suid. Lampſacenus Philoſophus, Theophraſti familiaris & ſucceſſor, qui vocatus eſt Phyſicus, propter ſpeculationem phyſicæ: Præceptor fuit Ptolemæi Philadelphi, ſcripſitque multos libros.

ſtraton, Berœæ tyrannus, an. mundi 3864.

ſtratones, octo fuerunt. Primus Iſocratis auditor. Secundus Lampſacenus, Theophraſti diſcipulus. Tertius medicus, qui Eraſiſtratum audiuit. Quartus hiſtoricus. Quintus poeta Epigrammatum. Sextus antiquus medicus, vt ait Ariſtoteles. Septimus Peripateticus, qui vixit Alexandriæ. Hæc Diogenes Laert. Octauum Plutarchus Stratonem ponit Rhetorices præceptorem, ac Bruti familiarem, qui vnà cum eo in bello Philippenſi fuit, ſolúſque adhibitus, dum ille ſibi mortem conſciuit. Conciliatus poſtea Auguſto per M. Meſſalam cui comes ad bellum Actiacum fuit. Lachrymans enim Meſſala, Hic eſt (inquit Auguſto) qui meo Bruto gratias extremas ſubminiſtrauit.

ſtratonica, Ptolem. eſt Macedoniæ ciuitas, ad ſinum Singiticum. *Franco Caſtro* hodie nominari tradit Sophian. Hanc *Adrianopolim* poſtea dictam ſcribit Stephan. vide Idrias.

ſtratonice, Ariarathis Cappadocum regis filia, vxor Eumenis Pergami regis, cui Attalum peperit, qui illi in regnum ſucceſſit. Strab. l. 13.

ſtratonicea, vrbs Macedoniæ prope Cariam, à Stratonice Antiochi vxore dicta. Ciuis Stratoniceus. Condita eſt autem ab Adriano & Adrianopolis dicta. Eſt & aliud oppidulum iuxta Taurum. Steph.

ſtratonicus, fuit citharœdus, qui habuit in ludo nouem Muſarum imagunculas & Apollinis vnam, diſcipulos duos. Propterea interroganti cuidam quot haberet diſcipulos, Cum diis, inquit, duodecim. Idem ridere ſolebat, & cauillis nonnunquam afficere duos alios ſuæ ætate citharîſtas, Propin Rhodium, & quendam, qui Bos vocabatur, quod imperiti eſſent & rudes in arte.

ſtratonis inſula in ſinu Arabico. Plin. Strabo.

ſtratos, vrbs Acarnaniæ: Ciuis, Stratius.

ſtraubinga, Bauariæ oppidum conditum à Ludouico duce Bauarico anno Chriſti 1208. Danubij vicinitate illuſtratur. Auguſta Acilia Auentino.

ſtrenus, vrbs Cretica. Gentile, Strenius. Stephan. ex Herodot. lib. 7.

ſtrenua Dea, quæ & Strenia dici videtur, Varro de lingua Latina. Hinc oritur caput ſacræ vitæ ab Streniæ ſacello. Diuus Auguſtinus à ſtrenuè faciendo denominatam ait. Lil. Syntag. 1. lib. Hiſtor. Deorum.

ſtrepſa, vrbs Macedoniæ. Gentile, Strepſæus, & Strepſianus. Steph.

ſtreuinta, Germaniæ oppidum. Ptol.

ſtridon, oppidum in agro Iuſtinopolitano, à quo diuus Hieronym. ortum habuit. Quod à Gothis euerſum. Dalmatiæ quondam Pannoniæque confinium fuit. Vide Sidrona. *Strignum* id vulgus nunc nuncupat, intra Petram piloſam, Portulam, & Primentum poſitum *Sarignæ* Blondus vocat.

ſtriges, à veteribus creditæ ſunt aues eſſe funeſtæ, infantium labris vbera ſua immulgentes, eoſdémque ex cunis rapientes, ſanguinémque omnem iis exſugentes: ita dictæ à ſtridore, quem noctu lugubrem edunt & horrendum. Ouid. 6. Faſt.

ſtrigonium, Hungariæ vrbs ad Danubium *Gran*, Lazio.

ſtrigulia, Albionis inſulæ vrbs eſt, auctore Lelando, quam hodie *Chepeſtovv* vulgò dici ſcribit.

ſtritobis, Germanici Oceani inſula. Irenicus, c. 8. c. 9.

ſtrobus, vrbs Macedoniæ, Romanorum colonia. Gentile, Strobæus.

ſtroe. vrbs Libyæ. Gentile. Stroeus, vel Stroites. Steph.

ſtrœbus, Byzantis frater. Vide Steph. in Gynæcopolis.

ſtrogola, vrbs Lydiæ. Gentile, Strogolæus, Stephanus.

ſtrongyle,

ſtrongyle, inſula maris Tyrrheni, non procul à Sicilia, vna Æolidum, cuius incolæ triduo antè ex fumo prædicere ſolebant, quinam flaturi eſſent venti, vnde factus eſt locus fabulæ, vt Æolus, qui in hac inſula regnabat, ventorum rex crederetur. *Strombolt* Leandro dicitur. Dicta eſt autem Strongyle à rotunditate: nam Græc rotūdum στρογγύλον appellant. A Silio Italico libro decimoquarto Strongylos appellatur. Strongyle item dicta fuit, Ægæi maris inſula, vna Cycladum, quæ notiore nomine Naxos appellatur. Plinius libro quarto, capite 12.

ſtrongylus, mons, Techiſanda Caſtaldo. vide Taurus.

ſtrophades duæ inſulæ in mari Ionio ad occidentale latus Peloponneſi, quæ antè Plotæ dicebantur. Strophades dictæ ἀπὸ τῆς στροφῆς, hoc eſt, à conuerſione Calais & Zethæ, qui ad has vſque inſulas Harpyas perſequuti, inde retrorſum ſe conuerterunt. Virg. 3. Æneid. Vide Cyclades, Echinades & Plotæ.

ſtrophius, rex Phocidis, pater Pyladis: cuius beneficio Oreſtes matris ſuæ crudelitati eſt ereptus, & vna cum Pylade eius filio liberaliſſimè educatus. Vide Oreſtes & Pylades.

ſtruthia, vrbs Phrygiæ in finibus Lycaoniæ. Gentile, Struthæus. Steph.

ſtrybia, inſula Sporadum. Gentile, Strybiæus. Steph.

ſtrymon, fluuius Macedoniam à Thracia diuidens, vt Plinio placet. Nam Ptol. Neſſo fluuio eas diſterminat. Oritur in Hæmo monte, ſeptémque efficit lacus, quibus deinde in vnum alueum collectis, iuxta Amphipolim influit in maris Ægæi ſinum, qui ab ipſo Strymonicus appellatur. Inde Strymonius, ia, ium: vt Grues Strymoniæ *Stromona* Sophiano. Antea *Palaſtinus Conozus* appellatus, vt ſcribit Plutarchus. *Eioneum* eundem vocatum, ex Taraſij ſcriptis quæ Goropius lib. 1. Franciarum inſeruit, cognoſcitur. Bellonius *Marmara* vocat. Nardus *Radini*. *Iſchar* Lazius, in ſua Græciæ tabula, & *Rhodine* Theuetus.

ſtrymonicus ſinus Ptole. à Sophiano nominatur *Golfo de monte Santo*. à Caſtaldo *Golfo de conteſſa*.

ſtrymonium, vrbs. Vide Mieza.

ſtucia, Albionis inſulæ fluuius, apud Ptolem. *Seions* nunc videtur Villanouano.

ſtudius, conſul, anno ab vrbe condita 1206.

ſtuinus, vrbs Ligurum: Ciues, Stuini. Steph.

ſtulpini, Liburniæ gens. Plin.

ſtumpium, Thraciæ vrbs videtur apud Nicetam. *Stypium* dicitur Cedreno.

ſtura, inſula in mari vltra Tyberina oſtia in Antiano. Vide Aſtura.

ſturæ, Plin. lib. 4. cap. 15. inſulæ in Gallico Oceano, inter Helium & Fleuum.

ſturij, popu'i ad Oceanum Gallicum Rheni inſulas quaſdam incolentes. Plin. l. 4. c. 15. hodie *Staueren*, Friſiæ vrbs maritima.

ſturium, inſula eſt Galliæ Narbonenſi adiacens, non procul à Stœchadibus, Plin. libro quarto cap. 5.

ſturni, gens in Sarmatia Europæa, Ptol.

Sturnini, Calabriæ populi. Plin.

ſtyella, caſtellum Megaridis in Sicilia. Gentile, Styellenus. Steph.

ſtyllagium, vrbs Triphyliæ: Gentile, Styllagius, & styllagieus. Steph.

ſtymbara, ciuitas quondam Græciæ non procul à Tripoli, in terra Ionica. ſtrabo. lib. 7.

ſtympha, mons, ex quo Arachtus fluuius Epiri profluit, ſtrabo.

ſtymphalus, Ptolem. Peloponneſi in Arcadia mons altiſſimus, qui Nigro *Poglyſi* dicitur. *Stemphylos* habet Gemiſtus per e in prima, & y in ſecunda. idem addit eum *Zeiria* & *Cylene* vocari. *Vulſi* Pineto Nigro. *Longamico Zaraca* recentiori nomine vocat Gemiſtus.

ſtymphalus, Arcadiæ fluuius, qui in Argolico agro defluens, ibi nomine mutato *Eraſinus* dicitur. teſte Pauſan.

ſtymphalus, oppidum Arcadiæ, iuxta ſtymphalidem lacum ex quo Eraſinus fluuius erumpit. Ab hoc lacu stymphalides aues appellatæ ſunt: quæ tantæ magnitudinis fuiſſe dicuntur, vt ſolis radios obumbrarent, omnémque Arcadiam deuaſtarent, donec ab Hercule ænei crepitaculi ſonitu pellerentur. Ab hoc oppido Minerua stymphalia dicta eſt, quòd in ea templum haberet.

ſtyra, vrbs Eubœæ, prope Caryſtum. Gentile, styreus. ſteph.

ſtyracium, mons Cretæ. hinc styracites Apollo. ſteph.

ſtyrei, Græciæ populi, quorum meminit Herodotus 6. & 8.

ſtyx, stygis, fons ad Nonacrin Arcadiæ, è ſaxis profluens, exitioſus omnib. animalib. támque frigidus, vt potus ſtatim enecet, ferrúmque ac æs erodat, ſolaque mulæ vngula poſſit contineri, cætera vaſa frigoris vehementia ſtatim dirumpens. Hoc veneno quidam Alexandrum ab Antipatro ſublatum putant, non ſine Ariſtotelis conſilio. Poetæ fabulantur stygem Paludem eſſe apud inferos, à ſuperis tanta in veneratione habitam, vt nefas ducerent quidquam eorum, quæ styge teſte iuraſſent, quouis modo violare. ſi quis contrà feciſſet, totos centum annos diuinitate ſpoliatus, à nectare arcebatur. Hinc stygius, a, um: vt Iupiter stygius, pro Plutone apud Virgilium quarto Æneid. Item stygius canis, id eſt, Cerberus inferorum cuſtos.

Google

S V

ſua, ſocer Iuda filij Iacob. Gen.38.Lat. clamans vel ſaluans, aut potens, vel magnificus, ſeu reſpiciens.

ſua, 4. Reg. 17. rex Ægypti. Lat. modius, vel menſura aut velamen.

ſua, Par. 4. frater Galeb. Lat. foſſa, aut natatio ſiue humiliatio, aut meditatio, vel loquela, aut geminans.

ſuaa, filius Heber filij Bariæ. 1. Par. 7. Lat. clamans, vel ſaluans, &c. idem quod Sua, ſocer Iuda.

ſuadocopus, rex Mauritaniæ & Bohemiæ, qui ab Arnulpho imperatore ſuperatus, mutata veſte conſenuit in ſolitudine nemorum cum tribus Anachoretis.

ſuæuus, Germanorum rex, eo tempore quo Oſiris in Ægypto regnaret, à quo Suæui dicti ſunt Beroſ. lib 5.

ſuagela, vrbs Cariæ, vbi ſepulchrũ erat regibus, Carum. Vocăt enim Cares Suan ſepulchrũ, Gelam verò, regem. Ciuis. Suageleus, Steph.

ſuadela, & ſuada perſuaſionis dea, quæ à Græcis πειθὼ appellatur: hæc comes Veneris fingitur. quòd qui amantur, gratia & oratione capiantur.

ſual, filius ſupha filij Helem, 1. Paral. 7. Eſt & nomen regionis, 1. Reg. 13. Lat. vulpes, aut ſemita ſiue pugnus aut pugillus.

ſuaneres Plinio, & Scuanitæ Prol. in Rhætis populi, hodie *Landtuogty* Scudo qui alio loco *Schvvaben by Ravvensburg* vocat. Simlero videntur *Algœn & Schvvaben*.

ſuani, Colchidis populi apud Plin.

ſuauilda regina Daniæ, quæ tantæ fuiſſe pulchritudinis fertur, vt cùm vincta loris expoſita eſſet equinis calcibus obterenda, ipſis quoque iumentis horrori fuerit, artus eximio decore præditos ſordidis lacerare veſtigiis, Saxo Grammat. lib. 1.

ſuar, pater Nathanael principis tribus ſuæ Iſſachar. Num. 1 8 Lat paruulus. aut præceptum vigiliæ. vel ciuitatis, aut æmuli, vel denudationis ſeu euacuationis, vel Syriacè anguſtiator.

ſuardones, Tacito teſte, ſunt Germaniæ populi, coniectantur Miſniam tenuiſſe, inquit Althamerus.

ſuaſa, apud Ptolemæum eſt Semnonum mediterranea vrbs in Italia. noſtra ætas *Vrbino*. *Sauſa* quoque Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum vocatur Plinio teſte.

ſubætij, populi inferioris Germaniæ, quos Druſus Germanicus in triumphum traxit, Sicambris bello victis, Strab. lib. 7.

ſubi, Plinio Hiſpaniæ fluuius, in Coſſetania regione *Beſos* forte hodie dici putat Cluſius.

ſublacum, Latij mediterraneum oppidum, eſt. Hermolaus ex Frontino. *Sublaqueum* eſt apud Tacitum & Plinium. *Sollago* hodie dici ex Leandro liquet.

Sublauio Antonini, *Brixen* eſt ſimlero. Epiſcopalis ciuitas in Alpibus. Horum populos Ptolem. *Brixantas* & Plin. *Brixentes* vocat.

ſublicius Pons, poſtea Æmilius dictus fuit, auctore Victore. Item *Lepidus*, & à plebe abuſiuè *Lapideus*, ſi Æthico credimus.

ſubrita, Ptol. Cretæ inſulæ vrbs. *Sandisia* Pinetus vocat.

ſubromula, Antonino Italiæ vrbs inter Hydruntum & Equum Tuticum

ſubſicinum oppidum ex Antonini itinerario in Calabria iuxta Medanam fluuium.

ſubſolanus, ventus ſpirans ab ortu æquinoctiali aduerſus Fauonium: ita dictus, quod ſub ſole naſci videatur: vnde & Græci Apeliotem appellarunt, Plin. lib. 2. c. 47.

ſubuel, filius Gerſon filij Moyſi, 1 Par. 23. Lat. conuerſio ſeu captiuitas, aut ſedes Dei.

ſubur, Ptol. & Plin. teſtibus eſt fluuius Mauritaniæ Tingitanæ, qui ſe in Atlanticũ Oceanũ exonerat, Caſtaldus *Subu*, Curio *Sus* nominat.

ſubur, Hiſpaniæ oppidum ad flumen Rubricatum Plin. lib. 3. c. 3. vulgo *Cubilles*, hodie *Segis* Villanou.

ſuburra, vicus Romæ. Varro 4. de ling. Lat. ſic dictus ab eo quod ſitus ſit ſub loco, quem Terreum murum appellant, vel potius à pago Succuſano dicta Succuſa: inde mutatis litteris Suburra. Cuius rei indicium eſt, quod antiquitus per c, litteram, non per b. ſcribebatur. Feſtus verò Verrium ſequutus, à ſuccurrendo dictam exiſtimat, quòd in ea ſtationem ſoleat habere, præſidium ſtatiuum, vt Exquiliis ſuccurreret, Gabinis eam partem infeſtantibus. Vnde & ſuo ſeculo Succurranam tribum aſſerit per c litteram ſcribi ſolere, non Suburranam per b. Hinc vicina regio dicta eſt Suburrana, in qua meretricum diuerſoria erant, quæ ob id Suburranæ dicuntur à Poetis.

ſuccaſſes, Aquitaniæ populi apud Pli. li. 5. c. 19.

ſuccubar, colonia Tingitaniæ apud Mauros, Plinius lib. 5. c. 2.

ſucro, Plinio & Ptolemæo Hiſpaniæ *Tarraconenſis* fluuius, *Xucar* Cluſio dicitur. Eſt etiam Straboni vrbs eodem tractu, quæ hodie *Cullera* à Stella nominatur.

ſuche, oppidum Æthiopicum, circa Adulinum ſinum. Plin.

ſuculæ, ſtellæ, quæ alio nomine hyades vocantur, à pluuia. Nam & orientes & occidentes, tempeſtates & pluuias cient. Exoriuntur 12. Calen. Iun j Plin. lib. 4.

ſudernum, Ptolemæo Tuſcorũ mediterranea vrbs, quæ, auctore Leandro, *Muderno* dicitur.

Sudertani,

Sudertani, Plinio Tuſciæ populi, qui hodie *Sourretto* habitant, vt ſcribunt Volaterranus & Leander.

ſudeti, ſic habent omnia exemplaria Latina, c m tamen Græcum *σούδητα*. ſint montes Germaniæ Ptolemæo. Pyramius in ſua Germaniæ tabula indigitat *Fiechtelberg*, qui eſt in meditullio ferè regionis, vnde quatuor flumina originem trahunt, Curreus vocat *Riſenberg* partem eorum montium, qui Bohemiam à parte Boreali claudunt.

ſudidenis, Africæ pro priæ vrbs apud Ptole.

ſuebi, Scythiæ intra Imaum montes. Ptol.

ſueconi, G lliæ Belgicæ populi, apud Plin.

ſue, filius Abrahæ ex Cetura. Gen. 25. 1. Paral. 1 Lat. loquens, ſiue orans, aut foſſa, vel humiliatio, aut natatio.

ſue, 1. Par. 2. Filius Iahaddai. Lat. vanitas, aut eleuati o, vel tumultus.

ſue, 1. Para. 7. Filius Steph. filij Sue. Lat. eradicatio, vel conculcatio.

ſuecia, vel Suedia, regnum ſeptentrionale ab Oceano Germanico, Noruegia & Dania cinctum, diues argenti, æris, plumbi, ferri, frugum, pecoris, & prouentu immenſo piſcium ex fluminibus lacubus & mari, venationibus quoque ferarum. *Stocholm.* Regia eſt & emporium, vrbs munita arte & natura. Sita eſt in paludibus inſtar Venetiarum. Inde ſortita eſt nomen quod ſita in aquis, fundamenta ſint palis ſtabilita.

ſuel, vrbs Hiſpaniæ apud Melam lib. 2. nunc Chiponia dicitur. Molena Epiſ. Gerund.

ſueno, Dacorum rex, Angliam inuaſit, inſtructa claſſe inſulam diripuit, Northumbros primùm, hinc Mertios ſubegit, obſedit Londinum, anno ſalutis 1012.

ſueropilus, Dalmatiæ rex, cùm Bulgari primùm ad fidem Chriſti ſunt conuerſi, anno ſalutis 868.

ſueſſa, Campaniæ oppidum. Plin. libro 3. capite 5. *Sueſſa Pometia* Tacito & Halicarnaſſeo eſt, Voſcorum caput, quod vt Liuius tradit, ab Auruncis ciuitatem ſuam metu deſerentibus, & in hanc commeantibus *Aurunca* dicta fuit. *Sueſa* ſimplici *ſ* in numis antiquis legitur, vt patet in opere Goltzij. Plin. lib. 3. c. 5. duo oppida in Latio ſunt; duo quoque Halicarnaſſeo. 61

ſueſſanæ Aquę T. cito lib. 17. *Torre de i Bagni* hodie vocari Leander auctor eſt. Sunt qui apud Tacitum *Veſunianas* pro *Sueſſanas* habent, *Sinueſſanas* legit Lipſius. Sunt etiam Sinueſſanæ aquæ apud Liuium lib. 22.

ſueſſij, populi ſunt Germaniæ, Sedanenſi agro finitimi. Cæſar in Com.

ſueſſiones, Galliæ Belgicæ populi apud Cæſarem & Plin. lib. 4. in prouincia Remenſi *Seſſones* à Ptolemæo vocari; annotauit Aldus Manutius. *Cenx de Soiſſons.*

Sueſſitani, ſunt Liuio populi Hiſpaniæ citerioris, quam Florianus putat *Sangueſa* hodie nominari: idémque ſcribit hanc priſcis temporibus *Sueſa* nuncupatam. In Arragonum & Nauarrenſium confinibus ſita eſt. *Sueſſaſium* hoc tractu Ptolem habet.

ſueſſula, Campaniæ oppidum eſt, Liuio nunc *Seſſula*, & aliquibus *Seſafaro* vocari ait Leander.

ſuetonius Tranquillus vitas duodecim Cæſarum ſcripſit.

ſueui, bellicoſiſſimi Germaniæ populi, olim Albis, hodie Danubij accolæ, flauis inſignes capillis, quos & ferro olim criſpabant, & nodo ſubſtringebant. Lucan. libro 1. ita dicti à Sueuo monte, qui ab ortu ſolis Germaniæ initium faciens, ad Cimbrorum vſque promontorium magno aditu protenditur, fortè hodie *Schwaben* ſunt, olim vero Septentrionalem Germanię magnam partem inhabitabant, vt volunt Tacitus & alij, item Ptolemęus apud quem *Suebi* vocantur. Idem habet *Suebos Angilos*, qui hodie vt Peucero videtur, *Angleem* in Pomerania habitant.

ſueuia, olim regnum fuit: deinde in Ducatum redactum eſt. Hodie verò nemo Germanię principum Ducis Sueuiæ, titulo ornatur: ſub multis enim principibus diuiſa eſt. Germaniæ ſuprema portio eſt, ad Alpium enim iuga pertingit. Boiatis, Franconibus & Alſatenſibus circum habitatur. Quondam hęc regio Alemania, à lacu Lemano (vt quidam exiſtimant) dicta fuit. Partim plana partim montoſa eſt: Ager fertilis, cujus nulla pars inculta iacet, præterquàm quod lacus montes aut ſyluæ occupant. Nemora ibi multa, & ob id genti venatio frequens, aucupium peculiare, frumentorum abundantia, pecorum magna vis. Tota prouincia ſalubritate gaudens, celebratiſſimis vrbibus, vicis & caſtellis referta. Arces excelſę natura & arte munitę. Circa montes ferrũ, argentũ & metella procreat. Gens populoſa, fortis, audax & bellicoſa præſtantiſſima Germanorum à Plutarcho dict. I. Aubanus, Munſter. F. Irenicus.

ſuenus, vel Suebus Ptole. Germanię fluuius qui hodie *Spre* Willichio eſt: oritur in Bohemię mõtibus, & in Albim ſe exonerat, Becanus *Oderam* eſſe ſcribit.

ſuffenus, fuit in eptiſſimus poëta, qui in ſui operibus mirabatur ſe plurimùm, ſibique blandiebatur & arridebat. Catullus neque eſt quiſquam *Quem non aliqua re videre Suffenũ poſſit.*

ſugillas architectus nobilis, qui Mauſoleum Artemiſiæ extruxit.

ſuham, filius Dan, filij Iacob. Num. 26. Lat. locutio ſiue meditatio, aut fouea vel humiliatio, ſiue natatio aut germinatio eorum.

Suicia, vulgò *Schwitz*, oppidum vniuerſæ

Heluetiæ nomen communicat: nam ab ijs primùm ædificatum eſt, qui nouis quærendis ſedibus ex Suetiæ regno huc profugerant. Ex tribus pagis eſt vnus qui contra nobilium inſolentiam primi conjuncti fuerunt, anno 1315. robuſtos belléque potentes homines edit, qui frequenter hoſtibus incuſſerunt terrorem. Ex ijs rebus quæ terra compaſcua ex ſe fundit, ferè omnes vitam ſuſtentant,

Suidæ duo fuerunt, alter quem citat Strabo extremo libro 7. in hæc verba, *σουίδας δὲ τοῖς θετταλοῖς κυθώδεις λόγους προσχαριζόμενος*. Suidas verò Theſſalis fabuloſis narrationibus gratificaturus &c. Hic idem Suidas citatur ab Apollonij ſcholiaſte in primum Argo. *ἐν θετταλικοῖς* Eodem quoque libro, Suidas & Ariſtoteles de Eubœa ſcripſiſſe traduntur. Suidam quoque *ἐν θετταλογίαις* citat Stephanus in voce Amyros. Alter lexicographus fuit qui ante quingentos annos circa tempora Alexij Commeni vixit. cujus hodie lexicon præ manibus habemus, varijs, ijſque recentioribus hiſtorijs refertum.

ſuintilla, Hiſpaniarum rex, Recharedi 1. filius, regnauit annis x. anno ſal. 617.

ſuintilla 11. Hiſpanorum rex, regnauit an. IV. anno ſal. 634.

ſuinum, Piceni flumen, Plinio. *Salmo* Leandro Alberto.

ſuiones, Tacito Germanica gens, ad mare circa Lemouios & Rugios.

ſuitgerus, Bambergenſis epiſcopus qui Clemens 11. dictus eſt, pontificem in ſynodo fecit, à quo & Imperiale diadema accepit, Romanóſque à pontificum electione prohibuit. Blond. lib. 3. decad. 2.

ſulcitani, Sardiniæ inſulæ populi apud Plinium. *Soſo* Pinetus interpretatur, *Solci* Ptolem. & *Sylci* Stephano ſunt.

ſulla, mathematicus fuit, qui Caligulæ conſulenti de genitura ſua certiſſimam necem appropinquare affirmauit.

ſulpitia, Paterculi filia, & Fuluij Flacci vxor, fœminarũ pudiciſſima fuiſſe matronarũ ſententia iudicata eſt, quæ ſimulachrum Veneris ex Sibyllinis libris dedicaret. Plin. lib. 7. capite 35.

ſulpitius Gallus Aſtrologus, qui in exercitu P. Æmilij contra Perſeum, deprehenſam noctu eclipſim Lunæ mirantibus militibus enarrauit. Plin. cap. 12. lib. 2. & Cicer. 1. Offic.

ſulpitius, trigeſimus primus Biturigenſis Archiepiſcopus: cujus oſſa ibi in cœnobio in illius honorem ædificato, & hoc nomine vocato quieſcunt. Belf. tom. 1. Coſm.

ſulmo, oppidum Pelignorum, in quarta regione Italiæ, nonageſimo ab vrbe diſtans lapide, Ouid. poët. patria, vt ipſe teſtatur 4. Triſt. Dictus Sulmo à Solymo Æneæ comite, conditore eius vrbis, vt teſtatur idem 4. Faſt. *Solymum* primò dictã fuiſſe ex Silij lib. 9. cõſtat, hodie *Sulmona* eſt, vt ſcribit Leander: aliquibus *Sormona* dicitur.

ſuma, caſtellum Perſarum, circa Tigrim alicubi videtur. Zoſim. 3.

ſummanus, Pluto, deus inferorum, ita dictus, quaſi ſummus deorum Manium: vt in Nup. Philologiæ docet Martianus. Huic Romani nocturna fulmina aſſignabant, quemadmodum diurna Ioui. Plinius libro 2. cap. 51. Ouidius 6. Faſt.

ſummæ Alpes, *Gotthardi* hodie vocari ſcribit Scudus, quas Cæſar ſummas alpes appellat, ſunt Straboni & Plinio *Pœnina* alpes, vt Rhenanus ſcribit. Sunt qui putant Cæſarem ſummas alpes non propriè, ſed appellatiuè dixiſſe tanquam Alpium ſummas.

ſummænium, locus lupanaris Romæ. Vt notat Alex. ab Alexandro lib. 4. genial. dierum, capite 18.

ſunam, vrbs in tribu Izachar. *Terendelos Gebraleris* eam nominat Benjamin, F. Ionæ. 1. Paralip. 29.

ſunam, ciuitas, 4. Reg. 4. Lat. mutatio ſiue dormitatio eorum, aut vana dormitatio, vel iteratio, aut ſecundatio eorum.

ſunem, ciuitas in tribu Iſſachar. Ioſ. 19. 1. Reg. 18.

ſuni, filius Gad filij Iacob. Gen. 46. Lat. mutatus, vel dormiens, aut iteratus, vel ſecundarius.

ſunici, populi propè Coloniam vrbem, olim Agrippinam dictam & Rheni fluminis ripis citerioribus adjacentes à Tacito proditi.

ſunici, ſunt apud Tacitum 4. Hiſtoriar. Germaniæ populi, *Sunſi* à Diuæo interpretatur, oppidum eſt ad Rhenum infra Coloniam Agrippinam. Leodius dicit eos hodie reginunculam *Kunckerlandt* dictam obtinere, quæ eſt inter Batauos, Friſios & Bethaſios.

ſunium, Atticum promontorium Ptol. *Cabo della colonne* à Sophiano appellatur, idem dixit ante eum Niger, à multis, nempe ibi extantibus columnis.

ſunium, vicus & promontorium Atticæ regionis, ſupra Athenas & Marathonem. Steph. vicus eſt in Leontide tribu. Homer. promontorium vocat hoc verſu.

Αλλ' ὅτε σούνιον ἄκρον.

Hinc Sunieus, & fœmininum, Sunias. Steph.

ſnoll. Vide Naualis.

ſuph, filius Thau patris Eliu, 1. Reg. 1. *filius* Elcana filij Ioël, 1. Paral. 6. nomen loci, 1. Reg. 9. Lat. fauus, ſiue ſpecula, aut cooperimentum, vel natans, aut expectans.

ſupha, filius Helem. 1. Paral. 7. Lat. Lecythus aut præceptum illaqueans, vel præceptum flans, ſiue præceptum inflationis.

Supham, filius Benjamin. Num. 26. Lat. *currens*

Digitized by Google

terens eos, ſiue barba aut labium eorum, aut ripa vel litus eorum.

ſuphtha, Parthiæ regionis vrbs, nunc *Geſtio* nuncupatur, niſi fallit Theuetus.

ſur pater Cozbi, Madianitidis illius, quæ cum Zambri interfecta eſt in genitalibus: qui quidem Sur princeps erat Madianitarum, Numer. 11.31. Ioſ. 13. Fuit & nomen filij Abigabaon. 1.Paral. 8.&9. Lat. petra vel fortis aut obſidens, vel anguſtians, ſiue plaſmator, aut ligatus, vel ligans.

ſur. 4.Reg.11. nomen portæ in templo Salomonis. Lat. receſſio, ſiue rebellio.

ſura, fluuius qui aquas ſuas in Moſellam euomit, Auſonio. *Saur* nunc.

ſura Ptolemæo Syriæ vrbs iuxta Euphratem, *Flauia Forma Sura* in lib. notitiarum.

ſura, locus Lyciæ, vbi oracula dabantur.

ſuranus II. conſul. anno ab vrbe cond. 856.

ſurdaones, ſunt Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, Plin. lib. 3 cap 3. vbi dicit *Ilerdenſes Surdaonum gentis*. Varrerius locum eſſe hodie hoc tractu dicit qui *Campos de Cerdania*, id eſt, Sardonum campus vulgò nominatur.

ſuriel, filius Abihaiel, princeps Moholitarum. Num.3. Lat. petra ſiue fortitudo aut plaſmatio ſiue figuratio vel vinculum aut colligatio vel obſidio Dei.

ſurrentum, Campaniæ oppidum à Græcis conditum, quod alio nomine dicitur Petræ Sirenum, Pli. li. 3. & Strab. lib. 5. Hinc Surrentina vina dicta ſunt, & Surrentini colles Columel. lib. 3. c. 1. Leander *Surento* nominat.

ſuriga Mauritaniæ Tingitanæ vrbs ad Oceanum Atlanticum Ptolemæo. *Ahat.* Caſtel. *Gozporto* Curioni vocatur.

ſuſa. Scriba quidam, de quo 1. Par. 18. Lat. vanitatis eleuatio aut exultans.

ſuſa, orum, vrbs nobiliſſima inter Perſidem & Babyloniam ſita, Perſarum olim regia, à Dario, Hyſtaſpis (ſi Plinio credimus) aut (vt Straboni placet) à Tithono Memnonis patre condita, trans Choaſpem fluuium à cuius vrbis nomine circumiecta regio dicta eſt Suſiana. In hac fuit nobilis illa Cyri regia, è candido varióque marmore columnis aureis, magnaq; gemmarum copia exornata, cœli in lacunaribus habens ſimulachrum, ſtellis micantibus inſignitum. Dicta autem putatur Suſa, à liliorum copia quæ illorum lingua Suſa dicuntur. Propè hanc ciuitatem Suſorum quædam ſunt aquæ, quæ ſe bibentes, edentulos ſtatim efficiunt. Leonic. Thom. lib. 3. ca. 69. *Memnonia* Herodoto & Æliano cognominatur, Caſtal. *Suſtra* vocari tradit. *Suſii* etiam *Coſſi* dicuntur inquit Strab.

ſuſana, vxor Ioachim, Dan. 33. Eſt & nomen alterius mulieris, quæ Chriſtum ſequebatur, Luc. 8. Lat. roſæ, vel lilium aut lætitia.

ſuſarion, Græcus poeta, qui tanta libertate hominum flagitia inſectabatur ſcribendo, vt opus fuerit lege, quæ maledicam illam & effrænem mordendi licentiam cohiberet & comprimeret.

ſuſi, pater Gaddi, Num. 13. Lat. equus, vel hirundo, aut tinea.

ſuſia, regio in Perſide.

ſuſia, inſula. vide Traxiana.

ſuſiana, prouincia Aſiæ (vt li. 6. c. 3. refert Ptolem.) quæ à Septentrione terminatur Aſſyria, ab Occaſu Babyloniæ adiacet, ab Oriente habet Perſidem, à Meridie partem Perſici ſinus, cuius ciuitates inſignes, Traiana & Suſa, in qua templum Dianæ Suſiæ. Steph. Nigro *Cus*: Moletio *Zaquoiſmael* Zardo *Suſay*, Mercatori *Cuſiſtan* interpretatur. *Arphaſad* in Biblijs dici ſcribit Montan. in ſuo apparatu.

ſuſudata, Germaniæ ciuitas. apud Ptolem. *Wilnacn* in Marchia Brandeburgica eſt Petr. Appiano cenſore.

ſuthala, filius Ephraim, Num. 26. Filius item Zabab Filij Tahath 1. Par. 7. Lat. plantatio viriditatis vel humiditatis, aut portus humidus, ſiue ponens humiditatem, vel viriditatem.

ſuthalaitæ, idem Num. 26.

ſutrium, vrbs priùs Tyrrhenorum, deinde Romanorum: Gentile, Sutrenus. Stephanus *Sutri* hodie nomen retinet teſte Leandro.

ſutrus, nomen impoſititium, quod Caro vni Stephano, qui in Punica acie fortiſſimè fuerat præliatus, impoſuit.

ſuytbeuelandia Zelandiæ inſula, à ſolo oppoſito Auſtro ſic denominata, nunc dimidio quàm fuit olim anguſtior. Vide Zelandia.

S Y

Syagra, regio Ciliciæ, prope Adum & Laërtem, Gentile Syagræus. Steph.

ſyagros, extremum Arabiæ felicis promontorium ad mare rubrum, cuius meminit Plin. lib. 6. 23. & 28.

ſyagros, cuius nomen apud Sophoclem à ſuum veneratione impoſitum. Græcis item Syagros, aprum ſignificat.

ſyalis, vrbs Maſtienorum, Gentile, Syalites, vel Syaleus. Steph.

ſyaſſus, vicus Phrygiæ. In hoc vico aiunt, Cimmerios inueniſſe in doliis reconditam ingentem copiam tritici, vnde longo tempore nutriti ſint. Gentile, Syaſſeus. Steph.

ſybaris, Steph. Magnæ Græciæ oppidum inter Crathin & Sibarin amnes, ab Achiuis conditum, qui poſt Troiæ excidium vi tempeſtatis eò fuerunt appulſi. Huius olim tanta fuit potentia, vt quaternas proximas rexerit gentes, & 25. vrbes ſuo ſubdiderit imperio, & contra Crotoniates trecenta hominum millia armarit, Strab. Lib. 6.

Digitized by Google

Sybaris, fluuij nomen iuxta vrbem eiuſdem nominis: à cuius portu incolæ ſubmouent greges, ſiue quòd pecora ſternutamentis exagitet, vt viſum eſt Straboni, ſiue, quòd vellera nigrore inficiat: cùm Crathis vicinus amnis candorem his inducat, vt tradit Plin. lib. 31. cap. 2. Leandro *Cochile* dicitur.

Sybaridis autem fluuij latices conſperſi, & potu etiam ſuo homines reddunt continentes, & caſtos. Leonic. Tom. lib. 3. cap. 69. Eſt item Sybaris, Adoleſcentis nomen apud Hora. 1. Carmi. Ode 8.

Sybaritæ, Sibaris vrbis incolæ, omni deliciarum genere effœminati: vnde Sybaritica menſa. conuiuas in proximum annum inuitabant, ne ſpacium interim deeſſet, aut conuiuatori conquiſitis terra maríque deliciis epulas inſtituendi aut conuiuis ipſis corpus auro gemmíſque exornandi. Hi poſtremò aduerſus Crotoniatas bello ſuſcepto, cùm trecenta hominum millia in aciem eduxiſſent, turpiſſimè tamen victi, vnáque cum vrbe ſua ſunt deleti. Iſti námque Sybaritæ eò luxuriæ ac delitiarum deuenere, vt molliùs cubarent, nullóque ſtrepitu illorum interpellarentur ſomni, artes illas omnes, quæ obſtrepunt quales ærariorum, lignariorúmque ſunt fabrorum, ſimiliúmque omnium extra vrbis pomœria exerceri iuſſiſſe, qui gallos etiam gallinaceos eam ob cauſam in vrbe educari, edicto prohibuiſſe dicuntur, Ac tandem ad tantam luxus inſaniam peruenere: vt equos etiam ſuos ad tibiam ſaltare condocefacerent: quæ res illos funditus poſtremò euertiſſe perhibetur. Siquidem Crotoniatæ illis finitimi, & ſemper infenſi (vt author eſt Ariſtoteles) hac percepta re tibicines militum ornatu complures in aciem eduxerunt, qui in ipſo pugnæ congreſſu modum illum, quem nouerant equi, canere iuſſi, non ſolùm illos ordine mouiſſe, ſed cum ſeſſoribus etiam ipſis in medium ſuorum aciem nullo negotio traduxiſſe perhibentur, & iſto ſtratagemate penitus deleti ſunt, Leonio. Hinc Sabaritis, tidis, Ouid. 2. Triſtium ad Auguſtum.

Nec qui compoſuit nuper Sybaritida fugit.

Quo in loco Sybaritida vocat Ouidius opus Hemitheontis cuiuſdam cinædi de generibus voluptatum, & obſcœnarum libidinum.

Sybennitica, præfectura maritima in Ægypto Steph.

Syberos, vrbs Illyriæ: Gentile, Syberius, Sybereus, Syberites. Steph.

Sybota, portus eſt in Epiro, apud Ptolemæum, & Thucydidem 1. & 3. Inſulæ ſunt quoque ſic dictæ paulò ab Epiro diſtantes, pone Leucimnam Corcyræ inſulæ promontorium, verſus Orientem, auth. Thucyd. & Strab. *Synita* Sophiano nominatur, Eſt & alia inſula eiuſdem nominis in mari Ægæo, Liuio, inter Athon & Eleam.

Sybotæ, populi habitantes ſecundum flumen Aſtapum, ad Septentrionem vergentes, Plin. Stephano, inſula & portus: Inſularis, Syboteus.

Sybra, Phrygiæ caſtellum: Gentile, Sybrianus.

Sybridæ, vicus in Brechtheide tribu.

Syburpores, Libyæ gens apud Ptol.

Sycæ, vrbs è regione nouæ Romæ, quam noſtro tempore Iuſtinianas vocant. Ciuis, Sycaites, vel Sycæus.

Sycaminon, vrbs Phœnicum, vnde Sycaminites. Steph.

Syce, inſula eſt Aſiæ adiacens non procul ab Epheſo cuius meminit Plin. lib. 5. cap 31.

Syceus, vnus Titanum, quem fugientem Tellus, mater ſuſcepit, & inde ficum protulit. Stephanus.

Sychæus, Didonis fuit maritus, agri ditiſſimus inter Phœnices. Quæ opulentia fuit ei exitio, impulítque Pygmalionem regem Tyri, vt eum interficeret. Quantum autem auri, argentíque habuerit, hinc licet ſuſpicari, quod eius theſauris profuga Dido æmulam Romani imperij Carthaginem ædificauit.

Sycion, XIX. rex Sicyoniorum, *à quo Sicyonij* nuncupati, qui primò Ægialæi vocabantur, regnauit annis XLV. anno mundi 2612.

Sycites, Bacchus dictus eſt ἀπὸ τῶν συκῶν à ficis quòd is non ſolum vini, ſed etiam ficorum & fructuum propè omnium fuerit inuentor.

Sycoris, Plin li. 3. ca. 3. fluuius Hiſpaniæ, iuxta Illerdenſes Surdaonum gentem, Lucan.

Heſperios inter Sycoris non vltimus amnes.

Vide Sicoris.

Sycuſſa, inſula eſt in mari Ægæo ante Epheſum, de qua Plin. lib. 31. cap. 5.

Syderis, Plin. lib. 6 cap. 16. fluuius, à quo mare Hyrcanum vocari incipit.

Sydima, vrbs in montanis Lyciorum apud Plin. lib. 5 cap 27.

Sydo & Italicus, Sueuorum reges, anno ſalutis 70.

Sydon, Corinthius fuit adeo hoſpilitate inſignis, vt eius fores omnibus eſſent peruiæ. Hinc prouerbium, Semper aliquis in Sydonis domo.

Syedra, vrbs Iſauriæ: Ciuis, Syedrus, *Stephanus*.

Syene, vrbs in confinibus Æthiopiæ atque Ægypti, non procul à Nilo ſupra Alexandriam, verſus Meridiem quinque millibus ſtadiorum ſub tropico Cancri directè locata: vnde Sole exiſtente in Cancro, medio ſolſtitij die ſupra verticem ciuitatis, nullam prorſus ibi corpo-

ra non

in vmbram faciunt, vt eſt author Plin. libro 1. cap.73.

ſyſſa, tugurium quoddam in Lycia, à vetula quadam Syaſſa, quæ Latonam excepit. Gentile, ſyeſſæus,& syeſſeus. Eſt etiam syeſſa, vrbs Tyrrhenorum. Gentile. Syeſſenus. Stephanus. Vide Sueſſa.

syia, vrbs parua Cretæ, nauale Elyri. Ciuis, syiàtes,& Syieus.Steph.

sygaros, inſula in ſinu Arabico, in qua nulli ſunt canes,atque aliunde importati, circa littora moriuntur.Plin.lib.7.cap.28.

syis,vrbs Ægypti:vnde præfectura syitis.Stephan.

syla, mons Lucaniæ, ſyluam habens eiuſdem nominis latrociniis crebris infamem. Vnde & nomen accepiſſe videtur ἀπὸ τοῦ συλᾶν, quod eſt prædari.

sylaris, fluuius Picenum à Campania diſterminans.Strab.lib.5.extremo.lege.Silaris per i.

sylci, vrbs Sardiniæ à Carthaginenſibus condita.Stephan.

syleon, vrbs Phrygiæ, ſecundum alios Pamphyliæ:Gentile, Syleius.Steph.

sylina, inſula eſt Sulpicio Seuero vltra Britanniam ſita.Sunt qui ea inſula *Sorlingas* vel *Sylley* putant deuorari.vide Hybernia.

syliones,populi Chaoniæ.Steph.

sylla per duplex ll.Vide syla.

sylla, Romanus nobilis ex antiqua Scipionum familia, adoleſcentiæ omnibus flagitiis inquinatas. Quæſturam ſub Mario adeptus eſt, in qua vitam omnem penitus commutauit. Literis Græcis, & Latinis bene eruditus, facundus, acer, aſtutus,gloriæ cupidus, ſui ſecurus,pecuniæ maximus largitor,animo grandis:vt de illo dubitari potuerit (inquit Salluſtius) fortiórne an felicior eſſet. Miſſus à Mario ad Bocchum regem legatus, Iugurtham vinctum retulit: Mithridatem Aſiam crudeliſſimè vaſtantem compeſcuit: ſocialis belli luctus repreſſit. Cinnæ dominationem fregit, & Marium,qui olim ſe Quæſtorem faſtidierat, ipſam illam prouinciam proſcriptum & exulem petere coegit. Dictator deinde effectus ita Rempub. oppreſſit, vt teſte Cicerone in Verrem, nemo illo inuito,nec bona, nec patriam, nec vitam retinere potuerit. Poſtremò Republic. conſtituta, Dictaturam depoſuit, & priuatus Puteolos conceſſit: quo in loco pediculari morbo periit.Plutarch.

syllanion, ſtatuarius nullo doctore nobilis. Plin.

syloes, Herodoto, apud quem etiam συλόεις legitur,Africæ promontorium eſt,quod Sataſpes poſtquam ex Ægypto ſoluit, ad Columnas Herculis nauigans, circumuectus in meridiem curſum tenebat. idem alio in libro ſcribit, hoc promontorium Libyam terminare. In Hannonis periplo eius etiam mentio eſt. Fortè vbi Ptolemæus poſt Cotes promontorium (quo Africa ad meridiem inclinare incipit) *Sylia* fluminis oſtium deſcribit.

syloſon, vir egregius, aliquando exilio mulctatus eſt, ſed quia diuitiis & corporis præſtantia affluebat, chlamydem ſumptuoſam ſemper geſtabat. Quam cùm Dario (qui poſtea Perſarum rex effectus eſt) dono dediſſet, iis poſtea regnum adeptus, beneficij memor Syloſontem ſolo natalitio reſtituit. Vnde tractum eſt prouerbium de chlamyde Syloſontis quod dicitur de his, qui iactant ſe magnificentia veſtimentorum. Fuit autem Polycratis Samyorum tyranni frater:à Dario verò accepta tyrannide vrbem aſſiduis cædibus exinaniuit. Vnde dictum eſt prouerbium, ἕκητι συλοσῶντος εὐρυχωρία, id eſt,Syloſontis opera locus amplus eſt, Strab.lib.Geogra. 14.

syluanectum,vulgò *Senlis*,Galliç Belgicæ oppidum,in Picardię prouincia ſic dictum à syluis, quòd iſtud oppidum olim in medio eſſet ſyluarum Greg.Tur.lib.9.cap.20.hiſt.

syluania, liberæ conditionis pagus Helueticus, mutuo ſocietatis fœdere Suitiæ & Vraniæ iunctus,anno M.CCCXV. Naturali Alpium vallo circumſeptus, paſcua habet amœna, pecoribus alendis perquàm idonea. vulgò, *Vnder vvalden*.

syluanus, ſyluarum deus: Cypariſſum puerum quem in deliciis habuit, in arborem ſui nominis transformauit. Quidam eundem eſſe putarunt cum Pane. Virgilius tamen 1. Georgicorum, manifeſtè eos diſtinguit. Nam cùm dixiſſet, *Pan ouium cuſtos*, &c. interiecta deinde Mineruæ & Triptolemi mentione, ſubdit tandem.

Et teneram ab radice ferẽs Syluane cupreſſum.

syluanus, aui ſui & ſororis filius, hoc modo. Valeria Tuſculanaria ob iram Veneris Valerium patrem ſuum deperibat, rémque nutrici communicat: quæ dolis ſubiens herum, puellam quandam ex vicinis eum dixit adamare, quæ aſpectum eius apertúmque concubitum vereatur. Aliquando pater poſtmodum debacchatus, lumen petiit:nutrix verò prçueniẽs,fugienſque, ſeſe præcipitauit, filia quoque inde euadens, peperit, syluanum, quem Græci Ægypanem vocant. Pater quoque Valerius dolore effectus ſeſe dedit in præcipitium.Plut.Par.

syluanus,conſul anno ab vrbe condita 833.

syluanus in Galliis à militibus Cæſar eſt appellatus, Agrippinæ ab Vrſino eſt occiſus: imperauit paulò plus 11. menſ. Pomp. Ammi. lib. 15. ab vrbe condita 109.

syluester III. pontifex Romanus electus,anno ſalutis 1044.

Digitized by Google

ſyluia, nomen quo Ilia Romuli mater vocata eſt. Virg. 7. Æneid.

ſyluius, Æneæ filius, à quo poſtea omnes Albani reges Syluij dicti ſunt.

ſyluius Poſthumus, IIII. Latinorum rex, regnauit annis XXIX. Syluius dictus, quia in rure educatus: Poſthumus, quia poſt patris mortem natus fuit. Eutrop.

ſyluius Athis, Euthropio, qui & Ægyptus, Albæ filius, VII. Latinorum rex, regnauit annis XXIIII.

ſyma, vrbs in Aſia. Quin & pro monte iuxta Pontum poſuit Orpheus in Argonautis. Vide Syme.

ſymachia, vna fuit ex Sibyllis (teſte Martiano Capella) Hippotenſis filia.

ſymætha, vrbs Theſſaliæ: Ciuis, Symætheus. Stephan.

ſymbari, populi feri inter Arabiæ montes & Nilum incolentes, Elephantóque victitantes, Plin. lib. 6. cap. 11.

ſymæthus, fluuius Siciliæ, non longè ab Ætna, qui, vt ait Strabo libro ſexto, agrum Catanæum irrigat. Hinc deducitur adiectiuum, symæthius.

ſymbólon portus, Arriano, Straboni & Plinio, imò & Ptolemæo in Taurica Cherſoneſo eſt. Mercatori *Sibula* dicitur. Vetus Strabonis interpres Pactorum Portum ex Symbolon fecit, quod Marium Nigrum fefellit in ſua Geographia, duo diuersáque loca ex his fabricatus eſt, vnum Symbolorum, alterum pactorum nominans.

Syme, Plinio lib. 5. cap. 38. inſula inter Rhodum & Gnidum: ſic dicta à ſyma, Ialyſi filia cùm priùs Metapontis, deinde *Ægle* vocaretur. Author Hermolaus. Meminit Strabo libro 16. Syme, inſula eſt Cariæ teſte Strabone lib. 14 & vrbs eiuſdem nominis. Gentile, Symæus, vel Symeus.

Symmachia Venus dicta eſt è Mantinenſibus quòd in Actiaco prælio Romanis opem tuliſſet.

ſymmachus, Romanus orator, miſſus à ſenatu Conſtantinopolim ad Theodoſij liberos, rogatum vt Veſtales à Chriſtianis deſtrui minimè paterentur. Cuius rei gratia putabant ſe aduerſa multa à diis eſſe paſſos. Eius igitur orationem & Prudentius, & Ambroſius, qui huius meminerunt, acerrimè confutarunt. Fuit & Symmachus, ſacrorum librorum interpres doctrinæ parum ſynceræ & Chriſtianæ, cuius meminit Euſeb. lib. 6. c. 14 hiſt. eccl.

ſymmachus, XLIX. Romanorum epiſcopus annis XV. menſ. 4. diebus XXVII. anno ſalutis 499.

ſymmachus conſul ab vrbe condita 1275.

ſymon, Cleophę filius, Hieroſolymorum epiſcopus, Euſeb. lib. 3. c. 11. Cruci affixus eſt. Idem lib. 3. cap 35.

ſymon, ſummus ſacerdos Iudæorum, filius Oniæ, Iuſtus appellatus anno mundi 3660.

ſymphoroſa, Getulij martyris vxor: quæ mortem ſeptem filiorum pro religione Chriſtiana occumbentium tulit patientiſſimè, imò verò eos ad ſupplicium animauit. Hiſt. Eccl.

ſymplegades, quæ & Cyaneæ, inſulæ duæ, ſiue potiùs ſcopuli, trans Boſphorum Thracium in ipſo Ponti Euxini oſtio in mille quingentis paſſibus ab Europa diſtantes: tam modico autem inter ſe diſcretæ interuallo, vt ex aduerſo quidem intrantibus geminæ cernantur, paulùm verò deflexa acie, coeuntium ſpeciem præbeant. Quæ res occaſionem præbuit poëtarum fabulis, qui eas olim inter ſe concurriſſe tradunt. Vnde & nomen acceperunt ἀπὸ τοῦ συμπλήττεσθαι hoc eſt, à concurrendo, ſiue confligando. v. Cyaneæ.

ſynadi, vide Sinada.

ſynangus, vrbs Phœnicum; Gentile, Synangius. Stephan.

ſyndicus, vrbs contigua Scythiæ cum portu. Aliqui Gorgipen vocant. Steph.

ſyneſius, è Pentapoli Aphricæ philoſophus Chriſtianus præſul Ptolemaidis factus, ſcripſit libros in Grammaticam, Philoſophiam, Panegyricos, epiſtolas, & alia, Suid.

ſyngambri, vide ſicambri.

ſyngilia, habent marmoreæ inſcriptiones, vt teſtatur C. Cluſius, vbi hodie Antiquera eſt, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs. Singiliæ meminit Plinius, lege Singylia.

ſyngietæ, Sarmatiæ Aſiaticæ populi apud Pli.

ſynnada, Straboni, Synada ſimplici n ſcribit Ptol. Phrygiæ maioris vrbs eſt. Incolis, vt Steph. refert, *Docimea & Docimite* item primùm Synnæa vocabatur.

ſynada, vrbs Phrygiæ (indigenæ Docimitem & Docimæam vocant.) Aiunt autem Acamantem, cùm poſt bellum Troianum aberraſſet, in Phrygiam veniſſe, & illic, dum obſeſſo regionis principi ſuppetias ferret, agrum quendam accepiſſe, ibique vrbem condidiſſe: quæ primùm ſynnæa dicta ſit, quòd multi ex Græcis Macedones per Aſiam collecti in ea habitarent deinde à finitimis corrupto vocabulo Synnada. Ciuis, Synnadeus. Stephanus.

ſyntyche, mulieris nomen. Philip. 4.

ſyropij, populi Liburnis vicini. Steph.

ſypalettus, vicus ie Cetropide tribu: vnde Sypalettius. Stephan.

ſyphax, Numidiæ rex, qui cùm Scipioni per Lælium fuiſſet conciliatus, belliqne ſocietatem cum eo iniiſſet, poſtea violata fide Annibali adnæſit. Tandem victus à Maſinilla, viuus in Scipionis manus perductus eſt, à quo in

manu-

triumpho circumductus, in carcerem incluſus, inedia vitam finiit, regno Maſſiniſſæ conceſſo.

Sypheum, Brutiorum oppidum Liuio. 30. ex huius ruinis putat Gab. Barr. illud oppidum extructum, quod Antoninus *Summuranum*, quo nomine adhuc appellatur, vocat.

Sypontum. vide Sipontum.

Syra, locus, qui ſecundùm Ioſephum viginti ſtadiis ab Hebrone diſtat, 2. Reg. 3. Lat. ſpina, aut olla, vel lebes, ſiue rebellio, aut receſſio.

Syracuſæ, ciuitas Siciliæ ampliſſima, ſub Pachyno monte ſita, vbi fons Arethuſa ab Alpheo (vt creditur) Elidis fluuio per ſubterraneos cuniculos means, magna aquarum vbertate erumpit. Cicer. 6. in Verr. ſcribit Syracuſas vrbem eſſe maximam Græcarum vrbium, pulcherrimámque quæ ex quatuor quaſi vrbib. maximis conſtare videatur: quarum vna inſula nominatur, altera Achradina, tertia Tyche, à nobili Fortunæ templo in ea extructo: quarta Neapolis. Hinc Syracuſius, a, um: ſed Græco more dicitur: nam Latinè Syracuſanus, a, um. Hi populi qui ditiſſimi, voluptatibuſque ac deliciis dediti erant, factus eſt prouerbio locus, Syracuſanæ menſæ, & Syracuſanæ diuitiæ. Syracuſis autem nunquam tanta obducitur nebula, vt non aliqua hora ſol cernatur. Plin. lib. 2 cap. 62. Quinque vrbes intra mœnia continere perhibet Strabo libro 6. Ea pars quæ Ciceroni inſula eſt, Straboni *Ortygia* dicitur. Hanc inſulam quoque incolis *Naſon* vocari ſcribit Liuius lib. 25. eandem *Homothermon* ab initio appellatam ſcribit ex Nicand. Fazellus. hactenus hæc vrbs Syracuſa nominatur.

Syraſtra, Indię intra Gangem vicus, apud Ptol. *Saurac* Caſtaldo vocatur.

Syrbane, inſula in Euphrate: Gentile, Syrbanus. Steph.

Syrenes, filiæ fuerunt Acheloi & Calliopes Muſæ, de quibus vide ſuprà Sirenes.

Syri, vide Cappadocia.

Syria, regio Aſiæ, quæ ab Oriente fluuio Euphrate, ab Occidente noſtro mari & Ægypto terminatur, à Septentrione habens Ciliciam, & partem Cappadociæ, à Meridie Arabiam: cuius inſignes ciuitates, vt libro quinto refert Ptolemæus, ſunt Laodicea, Hierapolis, Antiochia Apamea, Palmyra, Heliopolis, Ptolemais, Sidon, Tyrus, Berytus, Botrys, Trypolis, Byblus, Seleucia, Cæſarea, & Damaſcus. Montes clari, Carmelus, Caſius, Libanus, Fluuij, Euphrates, Chryſorrhoas, Singas: Regiones, Phœnice, Palæſtina, Iudæa, Idumæa, Comagena. Samaria, & Syria Cœle. Sunt qui quadripartitam faciunt diuiſionem, in Syros, Aſſyrios, Leucoſyros, & Cœleſyros, Plinius libro quinto, capite duodecimo Meſopotamiam quoque & Babyloniam Syriæ attribuit: totiúſque Syriæ partem facit Aſſyriam, Multi confundunt, vt Herodotus qui Syros à Græcis dictos, Aſſyrios à Barbaris dici ſcribit, & illis Chaldæos adnumerat. Acron quoque & Porphyrio inſignes Grammatici, apud Horatium eam, quæ nunc Syria dicitur detracta ſyllaba, olim Aſſyriam dictam ſcribunt. Huius regionis incolæ Syri dicti ſunt: qui olim aſtutiæ nomine malè audierunt, quemadmodum & Phœnices. Hinc factus eſt locus prouerbio, Syri aduerſus Phœnices, quo vtimur quoties ſignificare volumus, duos egregiè aſtutos hoc agere, vt dolis ſe mutuo circumueniant. Iidem vſque adeò guloſi ſunt, vt maximam diei partem in conuiuiis abſumant. Maſculi à XIIII. anno, fœminæ à XII. vſque ad LXV. tributo obligantur. Fortunam colunt. Proni ſunt in cachinnos & ſcommata. Diuino cultui ſatis dediti, vnde Stat. libro primo. Syl. *Quod ramis pia germinat Damaſcus*. Operoſiſſimi ſunt in hortis. Hinc prouerbium, multa Syrorum olera. Hebræis (vt hoc etiam addatur) dicitur *Aram*, teſte D Hieronymo. Syros *Artmos* nominari ab Homero Poſidonius auctor eſt, apud Strabonem, in calce lib. 16. idem Strabo ſcribit lib. 13. ſuo tempore Arimos *Aramos* vocari, Syros Ioſephus *Aramæos* appellat: Strabo dicit à ſe ipſis ſic vocari, ſed is habet *Arammæos* duplici mm: *Sobal* dici ſcribit Brochardus. Diod. lib. 19. eius partem quæ verſus Taurum montem eſt, Superiorem nominat: meminit Xenophon, lib. quinto, Gyropædiæ Syriæ inferioris. Poſtel. *Suriſtan* vocat. hodie *Soria* nomen obtinet. Syriam nonnulli in quinque partes diuidunt, inquit Euſtathius, in *Commagenam*, *Seleucidem*, *Cœleſyriam*, *Phœniciam* & *Iudæam*, mediterraneam: Syriam cum Aſſyria ſæpè confundi certum eſt.

Syria ſoba, in titulo Pſal. 60. ea eſt, quæ Palæſtina dicitur.

Syriacus, vide Hyllus.

Syrianus Alexandrinus philoſophus Platonicus docuit Athenis, ſcripſitque in totum Homerum commentarios, libros ſeptem in Platonis rempublicam, & alia. Huius diſcipulus & ſucceſſor fuit Proclus. Suid.

Syriæ portæ, vide Amanicæ.

Syrictæ, vt ex Megaſthene notat Plin. lib. 7. c. 2. gentes inter Nomadas & Indos, narium loco foramina tantùm habentes, anguium modo loripedes.

Syrinthus, vrbs Cretæ. Gentile, Syrinthius. Steph.

Syrinx, gis, Nympha Arcadica, vna Naiadum, quæ cùm vim Panos, alioqui effugere non poſſet, inuocato ſororum nomine, in calamos paluſtres eſt mutata. Ouidius libro nono Metamorphoſ.

ſyriſca à ſyrus fit, ſicut Ciliſca à Cilix.

ſyritha, filia Danorum regi ſiluadi, tantę pudicitiæ, vt cùm ob elegantiam formæ magnam procorum frequentiam pateretur, neminem tamen probauerit. Saxo. lib. 7.

ſyrius, ſtella eſt in ore canis poſita: quæ annis ſingulis oritur circa octauum calendas Iulij quæ orta plerumque peſtilentiam gignit, toto anno, plerumque paucis diebus, interdum innoxia naſcitur.

ſyrmæum, campus inter Nomades & Nabathæos: Gentile, Syrmæus. Steph.

ſyrmatæ, iidem qui Sauromatæ. Scribit enim Eudoxus Syrmatas ad Tanaim fluuium habitare. Stephan.

ſyrna, vrbs Cariæ à Podalirio condita. Aiunt enim Podalirium cùm aberraſſet, delatum in Cariam à Caprario quodam ſeruatum eſſe, & ductum ad Cariæ regem Damathum cuius filiam è tecto delapſam, detracto, ab ambobus brachiis ſanguine ille curauit: quod admiratus rex, filiam ei coniunxiſſe fertur: & Cherroneſum donaſſe in qua Podalirius duas ciuitates, alteram vxoris nomine, Syrnam: alteram verò paſtoris nomine, à quo ſeruatus fuerat condidit. Gentile, Syrnius, & Syrnias, fœmininum. Steph.

ſyroe Perſis imperauit, anno 1. anno ſalutis 627.

ſyrophœnix, ora maritima Syriæ: circa Euphratem, cuius pars Idumæa & Iudæa.

ſyros, maris Ægæi inſula, quam Homerus *Syriam* vocat in Odyſſea, vt Strabo & Stephanus teſtatur. *Syra* Sophiano adhuc dicitur.

ſyrracuſæ, vide Syracuſæ.

ſyrtes, tium, duo ſinus periculoſiſſimi in mari Libyco, qua Africam propriam dictam alluit: quorum alter qui Carthagini propinquior eſt minorem Syrtim vocant, CCC. M. paſſ. ambitum habet. Alter, qui in Cyrenaicam vergit, maior Syrtis dicitur: habétque circuitum DCXXXV. M. paſſ. Vtraque Syrtis nauigantibus eſt periculoſiſſima, quòd mare ibi vadoſum ſit, arenæ vehens cumulos, qui loci faciem viciſſim immutant, dorſáque & breuia in alia atque alia loca transferunt. Sunt & in terra Syrtes in eadem Africa vento arenas excitante, & proxima quæque operiente. Vnde Solinus author eſt, iis in locis, quamuis terra iter facientes, curſum ſideribus regere. Nam arenæ cumuli, vento agitati, locorum faciem mutant: & quemadmodum in mari nunc aggere ſublimia faciunt, quæ priùs deſidebant, nunc vallibus profunda, quæ priùs excelſa erant, hodie *Secche de Barbaria* vocari ſcribit Caſtanus, *Baxos de Barbaria*, (quod idem ſignificat) appellat & eas Oliuarius. Belgæ eadem ſignificatione vocat omnia maris breuia, & loca arenoſa. *Platen Branckken, Droncbter:* Syrtis minor *Golfo de Caps* nominari videtur. Vide Charybdis.

ſyrius, Meſopotamiæ rex, anno mundi 2909.

ſyrus, inſula Ionica, Aſiæ oppoſita, cuius prima producitur, à qua Pherecydes ſyrus ortum habuit, non à ſyria regione. ſtrabo lib. 10. ſtephanus Ioniæ vel Acarnaniæ inſulam eſſe ſcribit. Gentile, ſyrius. ſyrus verò Thraciæ adſcripta eſt, vt ſtrabo & Plinius teſtantur, longè à Rhodo.

ſyſcia caſtellum eſt penes ſegeſticam, ea in via quæ in Italiam ducit, ex Danubij finibus, ſtrabo lib. 7. eidem ſtraboni eſt etiam vrbs iuxta Colapis confluentiam in ſauum, in Pannonia ſuperiori Ptolemæo teſte. qui eam *Siſcia* per i in prima ſcribit, vt quoque Velleius. Huius vrbis adhuc multa pulchráque monumenta extare tradit Bonfinius. hodie *Siſſeg* videtur ex tabula Illyrica ſambuci. Nigro iudice *Modruſſa* nunc vocatur. Lazius autem in ſua Vienna dicit eius rudera ſub ditione Auſtriaca apparere, in confinibus Hungariæ, ſtiriæ, ſclauoniæ & Windorum Marchiæ, incoláſque locum appellare *Seſſied*. Antoninus etiam huius ſiſciæ meminit.

ſyſimethres, Perſarum ſatrapa fuit, qui duos ex matre liberos ſuſcepit. Nam authore Curtio apud Perſas parentibus ſtupro coire cum liberis fas eſt.

T A

TABAE, Tabarum, vrbs Cariæ, Plin. lib. 5. cap. 27.

Tabæ, vrbs Lydiæ, de quo oraculum Piſidiæ datum αἰνῶ Τάβας ἱεράνδρας ἐλεύθερον οἰκίζοντας. Dicta à Tabo heroe. Alij aiunt Cybiram vrbem condidiſſe ſui nominis. Marſiam verò fratrem eius. Tabas ſuper rupe, Taban enim petram ſignificare. Vel à Tabeno Argiuo, Ciuis Tabenus. ſunt etiam Tabæ vrbs Cariæ & tertia Petrææ, quam Alexander in libro de ſyria interpretatur ſonam. ſtephan.

Tabathra. Vide Tabraca.

Tabbaoth, nomen viri. 1. Eſd. 2. Lat. annuli vel circuli, aut ſubmerſi, vel bonum tempus, aut bona hora.

Tabee, filius Nachor ex Roma concubina, Geneſ. 22 Lat. iugulatio vel occiſio aut coquus.

Tabeel, nomen viri. 1. Eſd. 4. Iſa. 7. Lat. bonus Deus.

Tabelias, nomen viri. 1. Par. 26. Lat. Intinctus à Domino, vel baptiſmus Domini, ſiue bonitas ipſi Domino.

Tabeni, populi iuxta deſertum Carmaniæ habitantes. ſteph.

Tabarni

Tabareni, populi iuxta Chalybes Pomponio lib. 1. Rectiùs Tibareni vt legitur apud Strabonem, vel Tabareni dicuntur, teſte Hermolao. Iuſtiſſimi ſunt, nec priùs prælio congrediuntur, quàm diem, locum & horam, ex fide hoſti denunciarint. Cùm mulier partu liberatur, vir in lectulum, tanquam pueri author decumbit, eúmque vt puerperam effœta vxor curat, vt ex Nympho Cœlius annotauit.

Tabernæ, lacus iuxta Romam. 28. Act. eſt etiam Antonino Germaniæ oppidum, quod Simlerus *Zabern* vocat, ſub Epiſcopatu Argentoratenſi.

Tabiana, Perſici Sinus inſula, apud Ptolemæum *Tibiana* eſt Marcellini.

Tabij, vrbs Italiæ, in qua Remus inſtitutus eſt. Stephano.

Tabis, vrbs Arabiæ: Ciuis tabenus, Steph.

Tabor, mons in medio Galilææ, rotundus, ac ſublimis.

Tabraca, oppidum Africæ minoris. Silius Sabatram nominat lib. 3. Aliis tabatra, quod minimè mirum eſt. Barbara enim vocabula inepta ſunt, nec ſemper eodem ſono vtraque lingua efferri conſueuerunt, vt Hermolaus ſcribit, *τάβαθρα*, Steph. vrbs Libyæ: Gentile, Tabathrenus.

Tabremon, pater Ben adad regis Syriæ. 3. Regum decimoquinto. Lat. bonum malum granatum, ſiue bonitas excelſa vel ſublimis aut vmbilicus præparatus vel numeratus, vel muneratus.

Tabuleium, monaſterium in Voſagi montis eremo ſitum, ſic vocatum antiquitus, quòd ſectis inſtar tabularum lapidibus, primò ædificatum fuerit. Hoc poſtea *Theologium* dictum fuit. Surius in primo tomo de S S. Vitis.

Taburnus, mons Campaniæ oliuetis abundans. Virg. 2. Georg. *Taburo* Leandro.

Tacapa. Ptol. lib. 4. cap. 3. vrbs Syrtis paruæ Plin. tacape, vulgò *Capu*.

Tacaſim, ciuitas in tribu Zabulon. Ioſ. 19. Lat. hora, vel tempus principis, ſiue nunc princeps.

Tacfarinas Numidarum rex, Decrium ad Pagydam vicit. Tacitus Annal. 3. A Dolabella vincitur & interficitur Annal. 4.

Tachos, Rex Ægyptiorum fuit, qui cùm Ageſilaum Lacedæmoniorum regem, breuis ſtaturæ hominem, qui idcirco venerat, vt cum eo belli ſocietatem iniret, eíque auxilium ferret, hoc intempeſtiuo ioco laceſſiſſet, Parturiebat mons, ac Iupiter metuebat, ille autem murem peperit, regno ſuo eſt ſpoliatus, alienato à ſe Ageſilao, ſocietatéque dirempta. Athenæus libro 14. Plut. in Ageſilao.

Tachelotis, Ægyptiorum rex, regnauit annis 13. anno mundi 3126.

Tachempſo: Herodoto lib. 2. hiſtor. quædam Nili inſula. Vide Tacompſos. Stephano inſula Æthiopiæ iuxta Libyam. Gentile, Tachempſites.

Tacitus Imperator Romanus, qui apud Tarſum febre correptus obiit. Author Sextus Aurelius.

Tacitus Cornelius, ſub Adriano principe orator clariſſimus, æqualis ac familiaris Plinij Iunioris. Belgicæ Galliæ rationes procurauit ad Veſpaſianos vſque peruenit, ab iiſque honoribus euectus, hiſtoriam principum conſcripſit ab Auguſto vſque ad Adrianum. Vide Gornelius.

Tacola, Indiæ emporium extra Gangem. Ptolemæo libro 7. ca. 20. *Malaca* nunc dicitur, miræ magnitudinis, à Portugalenſibus vi capta, quod teſtatur epiſtola Emanuelis regis ad Leonem X.

Tacompſos, vicinus in finib. Ægyptiorum & Æthiopum iuxta Philiam inſulam: Gentile, Tacompſites. Steph. Vide Tachempſo.

Taddæus, nomen viri apud Euangeliſt.

Tænarium, Ptol. Peloponneſi promontorium, ad Meſſeniacum ſinum. *Cabo Metapan* & *Maini*, à Sophiano dicitur, etiam *Maine* Gregoræ vocatur.

Tænarium, Ptolemæo Laconiæ oppidum antea *Canopolis* dictum, Pauſania auctore, ſed is *Tanaron* habet. Ptolemæo diuerſa ſunt *Tanarium* & *Cane*. Tænarium, quæ nunc *Cereapolus* cognominatur, inquit Procop. l. 3. de bellis Wādalicis. Tænarium hoc dicit Niger hodie *Porto de Quales* vocari vel, vt alius quidam, *Porto delle Quaglie* ob coturnicum ibidem copiam.

Tænarus, ri, ſiue Tænara, orum promontoriū Laconicæ regionis circa medium meridionalis lateris Peloponneſi quàm longiſſimè in mare procurrens, oppidum habens eiuſdem nominis. Suidas ait Tænarum promontorium eſſe Laconiæ, in quo fauces erant ad inferos deducentes, vbi & Neptuni præſidis templum: illic ſupplicantes in ſacello Neptuni Helotes, nihil veriti Lacedæmonij interfecerunt. Circa Tænarum antrum oſtendebatur, per quod Herculem ab inferis rediiſſe poëtæ fabulati ſunt, Cerberumque vinctum ad ſuperos traxiſſe, vulgóque creditum eſt, eas inferorum eſſe fauces. Ibidem marmor Laconicum effodiebatur, coloris viridis, quod & à loco Tænarium cognominatur.

Tæniolonga, Mauritaniæ Tingitanæ oppidum ad mare Ibericum Ptolemæo, *Meſenxa* Caſtaldo eſt.

Tænon, Hermol. in li. 9. Plinij c. 37. fuit vrbs Iconiæ, à qua mulier poëtri nomine Herina, ortum habuit.

Taga, regio dicta à Tago rege Aſſyriorum.

Tagaſta, (aliàs Tageſta) Plin. lib. 5. cap. 4. ci-

uitas Africæ, à qua Tageſtenſis, Vnde qui Aurelij Auguſtini vitam ſcripſere, Tageſtenſem eum fuiſſe memorant.

Tages, filius Genij, teſte Feſto, & nepos Iouis qui adhuc puer XII. Hetruriæ populos haruſpicinam traditur docuiſſe. De hoc Cic. li. I. De diuinatione, ſcribit ad hunc modum: Tages quidam dicitur in agro Tarquinienſi cùm terra araretur, & ſulcus altiùs eſſet impreſſus, extitiſſe repentè, & eum affatus eſſe, qui arabat. Is autem Tages, vt in libris eſt Hetruſcorum, puerili ſpecie dicitur viſus, ſed ſenili fuiſſe prudentia. Eius aſpectu cùm obſtupuiſſet bubulcus clamorémque maiorem cum admiratione edidiſſet, concurſum eſſe factum, totámque breui tempore in eum locum Hetruriam conueniſſe, tum illum plura loquutum multis audientibus, qui omnia eius verba exceperint: literíſque mandauerint: omnem autem orationem fuiſſe eam, qua aruſpicinæ diſciplina contineretur: eam poſtea creuiſſe rebus nouis cognoſcendis, & ad eadem illa principia referendis. De hoc Tage, quem nonnulli malum genium fuiſſe putant, Ouid. Metam. lib. 5. Alij dicunt fuiſſe hominem obſcurum, qui ſubitò inclaruerit, quum artem diuinandi eſſet profeſſus.

Tagus, mons in Luſitania, apud quem quædam equæ dicuntur è vento concipere.

Tagus, cognomento Orma, regnauit apud Celtiberos, anno mundi 2114. Beroſ. lib. 5.

Tagus, Luſitaniæ fluuius aureas voluens arenas, vt Plinius ait. Circa hunc fluuium (ſi eidem credimus) equæ in Fauonium obuerſæ concipiunt, equóſque ita gignunt perniciſſimos, ſed tertium ætatis annum non excedentes. Oritur in Celtiberis, diuidit Luſitaniam & vltra Vlyſſiponam in Oceanum prorumpit, & accolis *Tayo* vocatur.

Tahat, filius Aſir filij Abiaſaph, I. Paral. 6. Filius Bared filij Suthalæ. I. Par. 7. Lat. ſubter, vel ſubtus aut pauor ſiue formido: vel Syriacè deſcenſio.

Tainni, populi à Saracenis ad Meridiem vergentes. Steph.

Taizali & Vernicones apud Ptolem. Albionis inſulæ populi, quos in *Northumberlandt* hodie ponit Humfredus Lhuydus.

Talabrica, Vide Libora. eſt autem Luſitanorum vrbs Ptolemæo, hodieque *Talauera della reina* vocatur, vt æſtimat Claud. Aretius.

Talantia, Spartana mulier, cùm audiuiſſet filium ſuum Pædaretum iniquè apud Chios ſeſe in regni adminiſtratione gerere, his ad eum verbis ſcripſit: Aut te melius in Chij adminiſtratione gerito, aut iſthic maneto. Nam ſi Spartam redieris, non eſt quòd vltrà ſperes te victurum.

Talantij. vide Taulantij.

Talaus. vide laus.

Talbiacum. vide Tolbiacum.

Taleton. vide Taygetus.

Talaon, filius Iaſij, apud Argos regnauit, vt notat Bocatius lib. 2. cap. 38.

Talaria, vrbs Syracuſiorum. Gentile, Talarinus. Steph.

Talaſio, virginitatis Deus, apud Romanos (inquit Seruius) inuocatur. Cùm enim in raptu Sabinarum plebeius quidam raptam pulcherrimam duceret, ne ei auferretur ab aliis, Talaſionis eam ducis nobilis eſſe ſimulauit: cuius nomine puellæ fuit tuta virginitas. Hæc Seruius, ex Plutarch. in Romulo.

Talga, Pompo. lib. 3. Inſula in Caſpio mari, ſine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans: ſed vicini populi, quæ gignuntur, attingere nefas, & pro ſacrilegio habent, diis parata exiſtimantes, diiſque ſeruanda. Hactenus Mela. Ptolemæo lib. 6. cap. 9. Talca dicitur. Plin. lib. 6. cap. 17. in Caſpio mari vulgatam inſulam Tazatam eſſe ſcribit. Variat igitur nomen in ſexcentis aliis: Viſtula, Iſtula, Tabireni, Tabrani, Tabereni, &c.

Talliates, populi, quorum meminit lapis antiquus in vico Ripdorff inuentus, in Ryſſalia regiuncula Germaniæ. Huic vico adiacet dominium & arx vetus *Dollendorff*, vel *Dallendorff* aut *Tallendorff*, variè enim ſcribunt, ſed indifferenter pronunciant Germani. idem ſignificat *Tallendorff* quod Talliatium pagus. Ipſa inſcriptio, quia hactenus minimè publicata creditur, hinc ſubiungitur: produit enim ex D. Chryſanto Boiſſ. *Marti & Genio Tallientium, Claudius Verinus Ad Perpetuam Tutelam Ædis Talliatibus Dedit*, XCCL. *Quam Ædem L. Murcius Similis, De Suo Poſit.*

Talthybius, præco in Græcorum exercitu ad Troiam, Hom. I. Iliad. qui vnà cum Eurybato ab Agamemnone miſſus eſt ad Achillis caſtra, vt Briſeidem ab eo abduceret.

Talus, adoleſcens ſororis Dædali filius reperta ſerpentis maxilla, paruulum cùm ſecuiſſet lignum, imitatum poſtea dentium ſerpentis ſpiſſitudinem, ſerram ferream primus omnium fecit. Reperit etiam tornum, & rotam figuli. Ita cùm pluribus rebus profuiſſet, magna laude celebratus eſt. Hunc igitur puerum Dædalus inuidia motus, exiſtimans turpe, magiſtrum ab adoleſcente gloria vinci, dolo interfecit. Diod. lib. 5.

Tamara. Vide Tamaris.

Tamare, inſulæ Britanniæ vrbs. Ptolem. lib. 2. cap. 3. vulgò *Tamerſtock*.

Tamarici. Vide Celtici.

Tamaris Hiſpaniæ fluuius, à quo Tamari populi.

puli dicti P. mponio lib. 1. apud Ptolemæum li. 3.c.6. non Tamaris, ſed Tamara legitur.

Tamaricæ, populi Aſiatici, non longè à Caſpio mari.

Tamarus, fluuius Britanniæ inſulæ, Ptol.lib. 2.cap.3 Vulgò *Tone* aut *Tamer.*

Tamaſcus. Vide Tamaſſus.

Tameſſa. Vide Temeſa.

Tamaſſus, Ptolemæo Cypri inſulæ vrbs, *Famagoſta* Mercatori. hodie Hermolaus ex Stephano ſcribit quoque *Amamaſſum* dictam: idem Stephan. eam *Tamaſcum* appellat, & *Tameſiam* à Polybio nominari addit.

Tamburlanus vel Tamerlanes Scytha, infinita multitudine Turcarum terras inuaſit. Baiazetem Turcarum dominum acie victum & captum in cauea clauſum per totam Aſiam circunduxit anno ſalutis 1398. Hic verò primùm fuit bubulcus: demum adeò fauentem reperit fortunam, vt ad imperium Scytharum conſcenderit.

Tambras, vrbs Parthyæorum. Gentile, Tambracius vel Tambracenus. Steph.

Tameſia. Vide Tamaſſus.

Tameſis, fluuius in Anglia, fines interioris regionis à maritimis ciuitatibus diuidens, à mari circiter paſſuum 1080. Is vno omnino loco pedibus atque ægrè tranſiri poteſt, & in mediterraneis illius loci inſulæ oriens, nauigabiliſque Oceanum influit. vulgò *La Thamiſe.*

Tamiatis, vrbs Ægypti, Steph. Vide Peluſium.

Tamna, vrbs Arabiæ. Ciuis, Tamnites. Stephanus

Tamnum. Vide Forum Seguſianorum.

Tamos Memphites genere, Tiſſaphernis primò legatus poſt ab Cyro fratre regis Perſarum, quod illius conſilia iuuabat Ioniæ præfectus eſt. Cyro autem ſuperato, cæſóque à fratre, veritus regis iram, liberis pecuniiſque in naues impoſitis, in Ægyptum ad regem Pſammeticum nauigauit: quem quia beneficiis affecerat, perfugium ſibi futurum ſperabat. Sed is pecuniarum quas aduexerat ille, cupiditate illectus, ſupplicem & bene meritum contra ius fáſque peremit. Diod. lib.14. Thucyd.lib.8.

Tamos, promontorium quod Taurus attollit. Vide Pomponium in deſcriptione Indiæ. Mercator verò credit ab Oroſio *Tamaradici*, Pintianus pro Tamos, *Tabu* apud Pomponium legit. Vide Tauros.

Tamuada, fluuius Mauritaniæ, nunc *Bedia*: rigat regionem Alarabum.

Tamus, ſiga Ptolem. Mauritaniæ Tingitanæ maritimum oppidum. Hoc *Teſeliner* Caſtaldo, *Foſſa* Nigro dicitur, quam credit Peucerus *Volubilin* Ptolemæi eſſe.

Tamyna, Straboni, vrbs Eretriæ: Gentile, tamynæus: fœmininum, tamyneis. Ibidem Iupiter tamynæus colitur. Pauſanias libro vndecimo. Stephan.

Tamyrace, vrbs Samariæ Europææ. Gentile Temyracenus.

Tamyras, Straboni fluuius eſt inter Berytum & Sidonem in Phœnicia, Zieglerus ſcribit eum à Plinio *Nageras* vocari, ſeu *Mageras* legendum eſt.

Tamyras, Thrax poeta fuit, qui ſcripſit verſus in Theologia ad tria millia: eximia fuit pulchritudine & amore puerorum deflagrauit, hic auſus eſt cum Muſis in certamen deſcendere, vnde ab his occæcatus eſt.

Tanach, nomen vrbis in tribu Aſer. Iud.1 Lat. confringens te, vel humilians te, ſiue reſpondens tibi.

Tanager, fluuius Lucaniæ, qui eſt inter Campaniam & Calabriam. De quo Virg.3.Georg.

Tanagra, Ptol. lib.3.cap.15. Bœotiæ mediterraneæ oppidum nobile, Plin. lib 10. c 21. Hanc Homerus (inquit Stephanus) *Graam* vocat, propter vicinitatem: priùs autem *Pœmandria* dicebatur. Ariſtoteles verò *Oropum* dictam ſcribit. Eſt autem locus vrbis Oropiorum iuxta mare. Hinc Tanagræus, Tanagris, Tanagricus. Stephan. idem Stephanus alibi *Gephyram* vocat. Strabo quoque eius incolas *Gephyræos*, id eſt, Pontanos nominat. Hodie *Anatoria* vocari Caſtaldus eſt auctor.

Tanagræi. Vide Gephyra.

Tanagrus, ſiue Tanager fluuius Lucaniæ, quæ eſt regio Italiæ inter Picentinos, & Brutios.

Tanais, fluuius Scythiæ, Aſiam diuidens ab Europa, à Septentrione in Meridiem fluens, Nilo aduerſus Strab.lib.11. paulo tamen Orientalior, per Scythas & Sarmatas in Mæotim defluens. Aliqui eundem fluuium Aceſinem & Laxartem eſſe volunt. Stephanus. *Silus* Scythis dictus, vt Plinius tradit. Item *Amazonius* antea, incolis hodie *Don* & Italis *Tana* dicitur. Hunc fluuium quoque *Danubium* dictum ſcribit Acron apud Horatium.

Tanais, vrbs ad Tanaidis fluminis oſtia, Ptolem. teſte: de ea etiam Strabo lib.7. *Emporium* apud Stephanum vocatur, *Aſoph* Mercatori eſt: Niger ſcribit Europæis *Tana*, incolis autem *Azace* dici. Ciuis, Tanaites, fœmininum, Tanaitis.

Tanaquil, Tarquinij Priſci Romani regis vxor. Liu.

Tanarus, fluuius Lombardiæ Ciſpadanæ, Pli. *Tanaro* hodie dici ſcribit Leander Albertus.

Tanas, oppidum non longè à Tanai, Venetis paret. Vnde & nobiliſſimæ pelles feruntur & mancipia, quæ Scythis emunt, quos appellant Carcaſos.

Tanaſis, rex Gothorum, & dux Scytharum anno mundi 271.

Tanata, Vide Thanatos.

Tanatis, Mœſiæ Superioris oppidum Ptolemæo, *Terriana* Nigro.

Tanaus, primus rex Scytharum.

Tanchari. Vide Tencteri.

Tanes, vir Perſa è ducibus Darij.

Tanetos. Vide Thanetos.

Tanetus, Polybio & Liuio Boiorum vicus Pado propinquus. Ptolemæo *Tanitum* in Gallia Togata Plin. *Tanetanos* vocat populos, & Antoninus *Tannetum* inter Regium & Parmam. Leandro *Tanedo* eſt.

Tanfanæ Templum, Tacito celeberrimum in Marſis. *Benthe merberg* hodie locum dici auctor eſt Gregorius Bruno in Calcariæ Cliuiæ ducatus oppidi deſcriptione.

Tanis, Hebr. dicitur Soan, & interpretatur mouens, vel motio, ſiue motus. Metropolis Ægypti, à qua Tanicum, ſiue Taniticum, Nili oſtium dictum. Strab. lib. 17. Hic fuit, vt annotat Villanouanus in Ptolemæum, prima Iſraelitarum captiuitas, à qua per mare rubrum duce Moſe, ſunt erepti. Sita erat in terra Goſſen, ſed nunc deſtructa eſt. Eſt etiam Tanis altera, Soan etiam Hebr. dicta, diſtans à Memphi, auct. Ioſepho ſtadiis CLXXX. hanc celebrant Sacræ literæ, vt Pſalm. 77. Iſai. 19. Ezech. 30. vbi *Taphnis* legitur. vide Peluſium.

Taniticum, oſtium Nili fluminis eſt, apud Ptolemæum. Hoc nonnulli *Saiticum* vocant, teſte Strabone lib. vltim. *Tanicum* habet Mela. Hodie *Calixene* à Bonacciolo, & *Tanes* à Nigro nominari videtur.

Tanatos, vrbs Cretæ. Gentile, Tanius. ſteph.

Tantalis. Vide Sipilum.

Tantalus, Iouis ex Plote Nympha filius. Agamemnonis & Menelai auus, qui ab eo Tantalidæ dicti ſunt. Hic cùm Deos conuiuio excepiſſet, vt eorum diuinitatem experiretur, Pelopim filium membratim diſcerptum coctúmque iis appoſuit comedendum. Illi verò à nefandis epulis abſtinuere omnes, vna Cerere excepta, quæ pueri humerum deuorauit: pro quo illi dij eburneum reſtituerunt, reuocatáque per Mercurium ab inferis anima, Pelopi vitam reddiderunt: patrem verò tanti ſceleris authorem ad inferos detruſerunt, vbi perpetua fame & ſiti torquetur, Eridani fluuij aquis, quibus mento tenus dicitur immerſus, & pomis, quæ capiti eius imminent, captationem eius fugientibus. Hinc Tantalides, & Tantalis, idis. Hoc figmento auaritiæ mores, & ſupplicia poetæ depinxerunt.

Tantalus, rex Athenienſium, rexit Phrygas, qui priùs Mæones vocabantur, anno mundi 2602.

Tantalus, mons Leſbi à Tantalo dictus. Gentile, Tantalius. Steph.

Tanaum. vide Forum Seguſianorum.

Taoca, Ptolemæo, Perſidis vrbs eſt, quam Theuetus *Thimar* vocari ait.

Taochi, populi intra Pontum, & regio ſimiliter. Hos aliqui Taos vocant. Steph.

Tapheth Salomonis filia 3. Reg. 4. Lat. diſtillatio, aut gutta, vel paruula.

Taphiæ, inſulæ, quas propriè Echinadas, Strabo lib. 10. ponit, quarum caput Taphus. Iis Taphij & Teloboæ imperauerunt, de quibus huiuſcemodi reperit originem enarrator Apollonij poëtæ. Perſeo ex Andromeda, vt narrat Herodotus, quatuor fuere filij, Alarus, Steneleus, Neſtor & Electrion, qui ſimul regnauerunt. Ex Hippothoe Neſtoris filia & Neptuno Pterelas genitus, ex Pterela Telebos & Taphus, à quo taphus inſula, in qua teleboæ ac taphij communi nomine & imperio fuere. Igitur ij Hippothoes eorum auiæ pecuniam ab Electrione eorum neceſſario qui pro ea reſpondit, repetebant: qua negata ad arma venere, armenta abegerunt: ipſum denique & filios ſuſtulere. Alcmena, Electrionis filia patrem vltura, Amphitryonem Thebanum hominem potentiſſimum in matrimonium accepit, atque hoc pacto, bello inter eos conflato, ab eodem Amphitryone deleti ſunt, eorúmque regnum Cephalo profugo Athenienſi, qui exercitui præerat, donatum, quod ad Vlyſſem ſucceſſione peruenit, Hæc ille. Ex quo apparet teleboas & taphios omnibus iis inſulis imperaſſe. Vide taphij & taphiuſſa.

Taphias, inſula quæ triginta ſtadiis à Taphiuſſa Cephaleniæ vrbe diſtat. Steph.

Taphij dicti ſunt populi à tapho Neptuni filio qui Echinadibus inſulis imperauit. Hunc Neptunus (vt eſt in fabulis) inuictum fecit, vt quandiu quem in vertice aureum dederat capillum, haberet incolumem, tandiu foret inſuperabilis.

Taphium. Vide Cephalene.

Taphiuſa, Plin. lib. 36. cap. 21. locus iuxta Leucadem, in quo taphiuſius lapis naſcitur.

Taphiuſſa, vrbs Cephaleniæ, quondam taphos appellata: Ciues, taphij, vel taphiuſſæi.

Taphne, vxor Pharaonis regis Ægypti 3. Reg. 11. Lat. occulta tentatio vel fuga, aut coopertum vexillum: vel ex Heb. & *Syro*, occultum miraculum.

Taphnis, ciuitas in Ægypto, à qua taphnæi dicti ſunt viri in ea habitantes. vide tanis. Eandem enim eſſe docti exiſtimant.

Taphos. Vide taphiuſſa.

Taphoriſis. Vide taporiſis.

Taphra,

Taphra, Plinio & Melæ Africæ minoris vrbs. *Fachi* ab Ouuario vocatur.

Taphiæ, oppidum in Taurica Cherroneſo, Trajani principis auſpicijs aliquando captum, vt author eſt Florus, qui ſub Traiano vixit.

Taphræ, vel Taphre, regio iuxta Mæotim paludem, quam foſſis & vallo muniuerant ſerui dominorum vxoribus congreſſi, cùm domini in diuturno bello contra Thraces vel populos intra Iſtrum abeſſent. Hanc regionem inhabitaſſe dicuntur Satorchæ. Steph. Hi populi Satarchæ ſupra nominantur.

Taphron, Arabiæ felicis vrbs, apud Marcel.

Tapros, fretum Sardiniam & Corſicam inſulas interfluens, vocat Plin. idem videtur Euſtathius *Sardonium* ſinum appellare, & Antonius *Fretum Gallicum* vocat.

Taphſar, nomen regionis, Ier. 51. Lat. princeps, vel exercitus, ſiue paruulos auferens, aut diſtillationem auferens.

Taphua villa, terminus Palæſtinæ ad Ægyptum procul XIIII. M à Raphaim. Eſt & altera Taphua terræ Manaſſe. Ioſ. 12. & 15. data filiabus Salphaad, Ioſ. 17. filius Hebron. 1. Par. 2. Lat. pomum vel inflatio, vel inſufflatio, vel illaqueatio.

Taphas, vrbs Cephaleniæ inſulæ, quam Strabo ſcribit ſuo tempore *Taphiuſſam* appellatam.

Taporta. Vide Tapyri.

Tapoſiris, ciuitas in Ægypto prope Alexandriam Stephanus *ταποσιρις*, appellat: quia ſit ſepultus in ea Oſiris. Strab. lib. 17. duas facit Taposires: vnam Mari propiorem, alteram remotiorem Ciuis Tapoſirites.

Taprobáne, vulgò *Sumatra*, inſula omnium quę Veteribus cognitę fuerunt, maxima à Colanco Indiæ promontorio in Auſtrum quatridui nauigatione recedens, in qua Septentriones negãt conſpici poſſe. Lucet ibi Canopus, ſidus clarum & ampliſſimum. Homines corporum magnitudine alios antecellunt, cæruleis oculis, atroci viſu, terrifico ſono vocis. Viuunt vltra annos centum. Naſcuntur in ea Berylli & hyacinthi, vt Ptolemęus libro 6 refert. Plin. 6 c. 22 item aurum & argentum & marmor teſtudini ſimile præterea gemmæ & margaritæ præcipuæ bonitatis. Apud eos annona nunquã augetur: neque ſũt fora, neque lites, Herculem colunt. Populus regem eligit, ſenectã, clementiáque venerandũ & liberos non habentem. Et ſi poſteà gignit, abdicant, ne fiat hereditariũ regnum. Ptolem. teſte, olim *Simundi*, & poſteà *Sabica* dicta fuit. Megaſtenes apud Plinium ſcribit eius incolas *Palæogonos* appellari, & eodem Ptolem. teſte *Sala*, maris Eoi inſula maxima eſt, hodie *Zeilan* nominatur, Barrio & Corſale teſtibus, quod idem conſtãter affirmat. Varrerius in ſuo de Ophyra regione, opuſculo. Taprobanam Arabibus *Azebani* & Africanis *Achamba* vocari tradit Theuetus.

Tapiagum, Cyrenaicæ regionis oppidum. Plin. lib. 5. cap. 5. in deſcriptione Cyrenaicæ regionis.

Tapſus, inſula decem ſtadijs à Sicilia diſtans verſus Syracuſas. Virg. lib. 5 Æneid.

Tapſúmque iacentem.

Tapſus Virgilio, & Tapſus Thucydidi, Siciliæ pæninſula, hodie *Manghiſi* appellari ſcribit Fazellus.

Tapyri, populi in Parthia (vt lib. 12. refert Strabo) quibus mos eſt, vt proprias vxores aliis viris nuptui concedant, cùm duos aut tres filios ex eis ſuſceperint. Vino perinde ac vnguento obliuuntur, iuſtitiámque obſeruant. Strabo libro 11. Stephano gens non procul à mari Hyrcano. Quadratus Taporta vocat. Gentile, Taporæi.

Tarachus Æthiops, Ægyptiorum rex, regnauit annis XX. anno mundi 3251.

Taracina (aliàs Tarracina, vel Terracina) oppidum Volſcorum in Campania non procul à Caieta & Amyclis, vt eſt author Seruius apud Virg. 10. Æneid. ante Trachyna, id eſt aſpera, à loci aſperitudine, & lingua Volſcorum Anxur dicebatur priùs. Liu. lib. 4. Anxur fuit quæ nunc Taracinæ ſunt, ciuitas prona in paludes, editum occupat collem. Vide Anxur & Trachyna.

Taracon, vel potiùs Tarracon, per duplex r, inſignis Hiſpaniæ ciuitas, Scipionem opus, à quo prouincia ipſa Taraconia & Taraconenſis vocatur, quæ (vt Pomponius ſcribit lib. 2.) altero capite Gallias, altero Bæticam, Luſitaniámque contingens, mari latera objicit noſtro, qua Meridiem, qua Septentrionem ſpectat, Oceano. Hinc Tarraconenſia vina optima.

Taranis, dicebatur Iupiter à Gallis, cui humano ſanguine litabant.

Tarandrus, regio Phrygiæ. Gentile, Tarandrius. Stephan.

Tarantus, vrbs Bithyniæ, vbi Taranteus Iupiter colitur. Steph.

Taras, Neptuni filius, quem Tarentum ædificaſſe nonnulli autumant. Vide Tarentum, quod Græcis Taras vocatur.

Taras, fluuius Italiæ iuxta Tarentum vrbem Steph. inter Metapontum & Tarentum, Appian. ciuil. Pauſ. quoque in Phocicis dicit fluuium eodem nomine, quo vrbs, vocari.

Taras, Aſiæ minoris vrbs, apud Curopalatem, eſt etiam Scythiæ fluuius Valerio Flacco 6.

Taraxippus, fuit quidam in Iſthmo ab equis interemptus, de quo Cæl. lib. 11.

Tarbella, oppidum Gaſconiæ in Gallia

Digitized by Google

quod *Tarbe* dicitur, Rob. Conſtantino iudice. Auſonius id *Aqua Tarbella* nominat, quarum Auſonria eſt apud Anton. & Tibullum 1. Eleg. memo verſu.

Non ſine me eſt tibi partus honos, Tarbella Pyrene.

Eædem fortè cum *Aquis Auguſtis* Ptolemæi.

Tarbelli, Galliæ Aquitanicæ populi, apud Strabonem, quos circa *Baionam* ponit Oxontius, in ſua Galliç tabula. Eorum etiam meminit Auſonius in Epiſtola 10. & in Idyllio 9. de Moſella amne. Tabellorum tractum ſcribit Nauagierus hodie *Terra di Labor* nominari.

Tarbiaci, populi in finibus Agrippinenſium. Tacitus

Tarchetius, impius Albanorum rex. De quo Plutarchus in vita Romuli. Quidam (inquit) etiam ſunt, qui de Romuli ortu fabuloſa quædam referre non dubitant. Nam dicunt Tarchetio Albanorum regi ſceleſtiſſimo & crudeliſſimo homini, diuinitus monſtrum domi viſum penè ex ſacrario ſe attollens, ad multos dies manſiſſe: & cætera quæ ſe eidem author à Promathione quodam, qui Italicam ſcripſit hiſtoriam, memoriam prodita accepiſſe dicit.

Tarchia, vrbs Siciliæ, Gentile, Tarchiates vel Tarchianus. Steph.

Tarchon, ſiue Tarcho, Hetruriæ dux & aruſpex inſignis, qui Æneæ ſuppetias tulit aduerſus Turnum & Rotulos. Virg. Æneid. 8.

Tarchonium, vrbs Tyrrheniæ, à Telepho filio Tarchonis: Ciuis, Tarchoninus vel Tarchonicus Steph.

Tarentaſia, Antonino Centronum oppidum, quod *Monſtier* appellatur, teſte Scudo. *Darantaſia* per d in prima & a in ſecunda apud eundem Antoninum etiam reperitur.

Tarentinus ſinus, magnæ Græciæ apud Plinium, *Thurinus* vocatur ab Ouidio lib. 15. Metamorph. vt obſeruauit Barrius, *Mar grande* Leandro.

Tarentum, Magnæ Græciæ vrbs clariſſima, in intimo receſſu ſinus, qui ab ea dicitur Tarentinus. Hæc à Tarente, Neptuni filio, primùm condita fuit, à quo & nomen accepit: deinde à Laconibus aucta, qui duce Phalanto illuc aduenientes, expulſis incolis (vt Iuſtinus libro tertio ſcribit) eam tenuerunt. Hujus incolæ dicuntur Tarentini, qui cum Romanis aliquandiu bellum geſſerunt: quibus cùm pares non eſſent, Pyrrhum Epirotarum regem auxilio ſibi acciuerunt. Sunt qui Tarentum non à Tarante Neptuni filio, ſed à Sabina voce Tarentum deducant: quæ illis molle ſignificat: propterea quòd in agro Tarentino & nuces & lanæ molliſſimæ prouenirent. Tarenti item purpura tingebatur, à loco Tarentina cognominata, vrbs omnium judicio inexpugnabilis, jacens inter duo maria piſcoſiſſima, oblongæque inſulæ habens formam.

Tarentini, vires, potentiámque nacti, ideò proteruis fractiſque fuiſſe moribus traduntur, vt vniuerſum ſinguli corpus comere commendaréque conſtituerint, virginúmque more tenuiſſimis & tranſlucentibus linteis, domo exeuntes, velari conſueuerint. Ex qua vitæ morúmque inſania, ad contumelias (vt fit plerumque) conuerſos, graues poſtmodum illos delictorum ſuorum pœnas dediſſe ferunt. Cùm enim finitimorum Iapygum, nulla de cauſa, Corbinam vrbem vi expugnaſſent, illorum pueros & adulta ætate virgines, qui ad templa confugerant, in iiſdem locis, ſacratiſque deorum ædibus denudatos omnium libidini obnoxios per totum diem crudeliter expoſuiſſe feruntur: quç res adeò hominibus diiſque ingrata fuiſſe narratur, vt eos omnes, qui id patrauerant facinus, & in Corbinorum pubem tam nequiter fecerant, fulguribus ſtatim, fulminibúſque obrutos fuiſſe conſtet. Leonic. Thom. lib. 3. cap. 38.

Targines, fluuius Italiæ in Locris, apud Plinium, Barrius dicit oppidum juxta eum etiam ſic dici, quod vulgò *Vernauda* vocant.

Tarichæa, vel æ, in vtroque numero, vrbs Iudææ, teſte Ioſepho. Gentile, Taricheates. Sunt & aliæ Tarichεç, Mendeſiæ, Scenicæ. Canobicç. Ciues, Taricheutæ: id eſt, ſarſamentarij: nam ταριχεύειν, eſt ſale condire. Steph. Fortè legendum Mendeſiæ & Tanicæ ab oſtijs Nili, vt & Canobicæ. Strabo lib. 17. Melite inſula (inquit) diſtat à Corcyra ſtadijs 500. deinde Adruma ciuitas eſt, poſteà inſulæ multæ & crebræ, nomine Tarchiæ. Idem lib. 16. in Iudęa, Apud eos (inquit) quæ Tarchiæ appellantur, eſt lacus, qui optimas piſcium condituras præbet, gignit arbores fructiferas malis ſimiles. *Leſſerkin* Petro Laickſtein.

Tarichiæ. Vide Pelagiæ.

Tariona, Liburniæ caſtellum, Plin. Dom. Niger dicit nunc *Taina* vocari, Plinius incolas vocat *Tariotas*.

Tarius Ruffus, Ciuis Romanus, ex infima plebe ortus, conſulatum tamen in militari gloria adeptus eſt.

Tarna, vrbs fertiliſſima. Hom. Ilia. 5. quam enarratores vocatam poſteà Sardis dixerunt, τάρνη, Stephano, vrbs Achaiæ: Ciuis, Tarnius.

Tarpeia, virgo Veſtalis, teſte Varrone, quæ arcem Capitolinam patris ſui Tarpeij cuſtodię commiſſam Sabinis prodidit: à quibus cùm proditionis mercedem peteret (pacta enim erat, quicquid in ſiniſtris brachijs geſtarent, armillas intelligens, quas illi aureas, gemmatáſque

læuo

Digitized by Google

læuo in brachio ferebant (ſcutis illorum obruta, Tarpeio monti nomen fecit, qui priùs Saturnius dicebatur. Virgil. à quo etiam monte Iupiter Tarpeius dictus eſt: quòd ibi coleretur.

Tarpeius. Vide Capitolinus.

Tarpeius, fuit citharœdus Veſpaſiani tempore. Author Tranquillus.

Tarphara, vrbs Arabiæ. Steph.

Tarpha, es. Steph. vrbs Locrorum Epicnemidiorum iuxta Phrygas. Homer. in Catalogo. Nomen habet à Tarphe propinquo fonte, ſiue ab arborum denſitate, ταρφέας enim Græci denſum appellant.

Tarquinienſis lacus, vide Salbatus.

Tarquinius Ager. Vide Tiberinus Campus.

Tarquinius Priſcus, Demarathi Corinthij filius, Tarquiniis vrbe Tuſcorum natus: primùm Lucumo dictus: qui vbi ſe in patria nullo in honore eſſe vidit, quod peregrino patre eſſet prognatus, ſuaſu vxoris (ea mulier fatidica erat, nomine Tanaquil) Romam ſeſe contulit: vbi breui propter opes ingenijque dexteritatem in Anci regis amicitiam inſinuatus, ab eo relictus eſt liberorum eius tutor: quorum tamen commoda propriis rationibus poſthabuit, breuíque perfecit, vt magno plebis conſenſu rex crearetur. Quare vt regnum parum iuſte partum ſtabiliret, centum patres in Senatum allegit, qui minorum deinde gentium dicti ſunt, ſuæ eos factionis futuros ratus, cuius beneficio in Senatum veniſſent. bellum primum cùm Latinis geſſit, oppidúmque Apiolas vi cepit. Cicero maximo primus locum deſignauit, locáque partibus equitibuſque diuiſit, vbi ſibi quiſque ſpectacula facerent. Sabinos victos Collatia, agroque Collatino mulctauit. Corniculum Ficulneam veterem, Cameriam, Chruſtumerium, Americolam, Meduliam, & Nomentum, Priſcorum Latinorum oppida partim expugnauit, partim in deditionem accepit. Tandem cùm annos duodequadraginta regnaſſet, dolo liberorum Anci, in curia eſt obtruncatus. Lib. 1. ab vrbe.

Tarquinius Superbus, ſeptimus & vltimus Romanorum rex, à moribus cognomen adeptus. Tulliam Seruij Tullij filiam vxorem duxerat, præferoci ingenio mulierem, cuius conſilio ſocerum interfecit, regnúmque ſceleſtè occupauit. Bello tamen ſtrenuus fuit. Latinos, Sabinóſque domuit, Sueſſam Hetruſcis eripuit, Gabios per Sextum filium ſimulato perfugio in ditionem redegit. Ferias Latinas primus inſtituit. Capitolium ſtructurus, caput humanum in fundamentis inuenit. qua de re Aruſpices conſulti reſponderunt, eam arcem caput gentium futuram. Demùm cùm Sextus eius filius, Lucretiæ per vim ſtuprum intuliſſet, cum vniuerſa familia in exilium actus ad Porſenam Hetruriæ regem ſe contulit: qui pro eius reſtitutione nequicquam Romanis bellum intulit. Liu. Plut.

Tarquinius Collatinus, Ægerij ex Tarquinij Superbi ſorore filius, gener Sp. Lucretij, qui Romæ præfectura vrbis fungebatur. Cùm in Ardeæ obſidione cum regiis iuuenibus cœnaret, exorta de vxoribus mentione, cùm ſuam quiſque certatim laudaret, Collatinus negat verbis opus eſſe, paucis id quidem horis ſciri poſſe, quantum cæteris præſtet ſua Lucretia. Quid multa? citatis pariter equis Romani aduolant, regaſque nurus in conuiuiis, luxuque cum æqualibus deprehendunt. Deinde Collatiam petentes, Lucretiam nocte ſera lanæ deditam inter lucubrantes ancillas in medio ædium ſedentem inueniunt. Quare muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. Adueniens vir, Tarquiniiſque benignè accepti, victor maritus comiter inuitat regios iuuenes. Ibi Sextum Tarquinium mala libido ſtuprandæ per vim Lucretiæ capit: tum forma, tum ſpectata caſtitas incitat. Diſſimulata tamen in præſens cupiditate, tum quidem vnà cum cæteris in caſtra redit ſed paucis poſt interiectis diebus Collatiam reuerſus, & à muliere propinqua hoſpitio exceptus, nocte intempeſta conceptum animo facinus vi miniſque exequitur. Quam rem mulier caſtiſſima, tam ægrè tulit, vt poſtridie viro, patreque per literas accerſito, cùm rem, vti geſta erat, expoſuiſſet, necem ſibi conſciuerit. Pulſis deinde ob facinus tam terrum Tarquiniis, Collatinus Bruto in conſulatu datus eſt collega: quo tamen non multò pòſt coactus eſt ſe abdicare, non aliam ob cauſam, niſi quod Tarquiniorum propinquus eſſet, eodémque, quo illi, nomine diceretur. Liu. libro primo & 2. ab vrbe condita.

Tarquinienſes, Italiæ populi, CCCVII. Romanos milites immolarunt. Liu. lib 7. Oroſ. li. 3. c. 6. in Tarquinienſi lacu, duæ eſſe narrantur inſulæ quę nemora circumferunt, nunc triquetram figuram edentes, nunc rotundam complexu, ventis impellentibus, quadratam nunquam. Pli. lib. 2 cap. 95.

Tarquinij, vetus oppidum Campaniæ Cicer. 5. Tuſcul. Demarathus quidam Tarquinij regis noſtri pater, tyrannum Cypſelum quod ferre non poterat, fugit Tarquinio Corintho, & ibi ſuas fortunas conſtituit, ac liberos procreauit.

Tarrabeni, Corſicæ inſulæ populi, auctore Ptolemæo, horum tractus *Baſilica Paſſe* à Leandro vocatur.

Tarracina. Vide Taracina, per ſimplex r.

by Google

Tarraco ſiue Tarracon. Vide Tarraco. Eſt autem Ptolemæo in Hiſpania Tarraconenſi vrbs, quæ Cluſio & aliis noſtra ætate *Tarragona* vocatur: inde *Tarraconenſis* Hiſpania, quæ etiam teſte Plinio Citerior dicitur.

Tarras, Ptolemæo Sardiniæ oppidum, Simlerus ſcribit *Tharbos* Antonini eſſe, *Larga* Mario Nigro vocatur.

Tarrha, vrbs Lydiæ, & alia Cretæ, patria Lucij Grammatici, vbi Tarrheus Apollo colitur. Item alia iuxta Caucaſum, colonia Cretenſium. Hinc Tarrhæa, de regione & de muliere. Stephan.

Tarſa, populoſus vicus iuxta Euphratem, infra Samoſata, ſtadiis fortè CL. Stephan.

Tarſatica Illyridis vrbs, Ptolemæo & Antonino, qui Tarſaticum habet, hodie S. *Maria de Tranſiarch.* Simlero teſte. idem putat *Arſia* apud Plinium dici.

Tarſæ regnum, Aſiæ regio, quæ olim Gedrona.

Tarſea, vrbs Bithyniæ, aliàs Tarſus dicta. Step.

Tarſaium, vrbs iuxta Herculis columnas. Polyb. 3. Gentile, Tarſeuus, deberet autem dici Tarſates, vel Tarſeiotes.

Tarſuras, Arriano eſt Golchidis fluuius, *Terſos* fortè Plinij vt Stukius credit.

Tarſus, vrbs Ciliciæ clariſſima. Strab. lib. 15. & regionis totius caput, in campis ſita & Cydno amne irrigata: cuius conditorem volunt fuiſſe Perſeum Danaes filium. Alij tamen vrbis huius originem ad Sardanapalum referunt, poſtremum Aſſyriorum regem: cuius etiam monumento inciſum erat quod Tarſum & Anchialon die vno condidiſſet. Vide Sardanapalus. Hæc fuit Apoſtoli Pauli patria: dicta Tarſus, vt quidam exiſtimant, à ſiccitate, vel à parte pedis quæ Tarſus dicitur, vt in manu. Vel vt Ioſephus ait lib. 1 à Tarſo nepote Iaphet. Nunc vulgò vocatur *Tireſe.* olim *Crania* & *Hiera* nuncupata fuit, vt Steph. teſtatur Cui etiam *Tharſus, Terſus* & *Terſia* dicitur. idem hanc quoque ſub nomine *Antiochia* comprehendit, Dion. lib. 17. ſcrib t Tarſenſes vrbem ſuam *Iuliopolim* in gratiam Iulij Cæſaris vocaſſe *Teraſſa* nunc dici ſcribit Theuetus, Bellonio teſte. hodie *Hama* & *Hamſa* vocatur. Beniamin eam *Malmiſtras* nominat.

Tartari Pannoniam ingreſſi, Varidiano oppido capto, fœminas templis incluſas cremauerunt, & Belam, quartum eius populi regem ſic terruerunt, vt ad præſidium ſalutis latebras quæſierit.

Tartariam qui deſcribere velit, nationes multas deſcribat neceſſe eſt, & eaſdem longè ab inuicem diſtantes. Nam Tartaria ſiue magni Chami imperium hodie ferè vocatur, quicquid terrarum ab Orientali Oceano, ſiue Mangico poſitum eſt inter Septentrionalem Oceanum, & Meredionales regiones Sinam; Indiæ partem extra Gangem, Sacos, Iaxartem (hodie Cheſei) fluuium, mare Caſpium & Mæotidis paludem, & ad Moycos penè, Occidentem verſus: quia hæc omnia ferè occupauerunt Tartari, & in iiſdem locis reſiderunt. Ita vt antiquorum Scriptorum Sarmatiam Aſiaticam, vtramque Scythiam, Sericámque regionem (quæ fortaſſe hodie *Cataio* eſt) comprehendant. Horum nomen anno ſalutis M. CCXII. primùm in Europa dictum eſt. In *Hordas* diuiduntur, quæ vox illis ſignificat conuentus aut multitudo. Sed vt varias longè latéque diſtantes prouincias inhabitant, ita neque in moribus aut vitæ genere omnes conueniunt. Homines ſtatura quadrata, lata facie & obeſa, oculis contortis & concauis ſola barba horridi, cætera raſi, corpore valido, animo audaci: equis aliiſque animalibus quoquomodo interemptis ſuauiter veſcuntur, demptis porcis quibus abſtinent: inediæ ſomniique patientiſſimi equitantibus porrò ſi fames ſitiſque illos moleſtauerit, equis, quibus inſident, venas ſolent incidere, hauſtóque eorum ſanguine, famem pellunt. Et quoniam incertis vagantur ſedibus ſtellarum, imprimis verò Poli Arctici quem ipſi ſua lingua *Soleſnickol*, hoc eſt ferreum clauum (teſte Sigiſmundo ab Herbeſtein) vocant, aſpectu curſum ſuum dirigere ſolent. Vno in loco non diu commorantur rati grauem eſſe infœlicitatem diu in eodem loco hærere. Iuſtitia apud eos nulla. Homines ſunt rapaciſſimi, nempe pauperrimi, vt qui alienis ſemper inhiant. Auri & argenti apud eos nullus vſus. Plura de his apud Bonfacium, M. Paul. Venetum, Mathiam à Michou, Haythonem Armenium.

Tartarius, ri, ſiue Tartara, orum, locus profundiſſimus inferorum, in quo ſontes plectuntur. A verbo Græco ταράττω, conturbo, quòd illic omnia plena ſint perturbationis: vel, quod veriſimilius eſt, ἀπὸ τοῦ ταρταρίζειν, id eſt à tremore frigoris, Sole enim caret, inquit Seruius. Hinc Tartareus, adiectiuum.

Tarteſſis, regio Hiſpaniæ, circa oſtium Bætis fluminis deſcribitur à Strabone, quam *Turduli* inhabitabant ſuo tempore. Idem ex Eratoſthene ait, Calpæ terram contiguam & *Erythiam* inſulam fortunatam, etiam *Tarteſſidem* vocatam. idem ex Silio lib. 16 patet, qui dicit.

Nam repeto Herculeas Erythras ad littora Gades. Hunc Tarteſſiacum tractum à Sidonio *Campi Argantonini* dici ſcribit Scaliger in Auſonium, ab Argantonio regulo, quem ibi regnaſſe veterum hiſtoriæ teſtantur.

Tarteſſus, Hiſpaniæ Bæticæ oppidum in littore Oceani ſitum, in ea parte, qua primùm ex anguſtis

anguſtis freti faucibus panditur mare. Hæc eadem eſſe creditur cum ea, quam noſtri Carteiam appellant Pli.li.3.c.1 Quod & confirmat Strab. li.3. Silius tamen li.3. Tarteſſeum omnino aliam facit à Carteia: quam rectè, ipſe viderit. Liu. certè lib.8. Decad. 3. ſitum Carteiæ deſcribens, omnino eaſdem fuiſſe oſtendit. vide Bætis, Carpia, Carpeia & Gades.

Taruanna, Ptol. li.2.cap.9. Galliæ vrbs Morinorum vulgò *Terouenne*. Quidam *Tarubanum* vocare teſtis eſt Bouillus, hodie *Terouanen*: & *Tirrennerborch* Flandris. Carolus V. Imperator eam radicitus excidit, ita vt nomen tantùm ſuperſit.

Taruesede, Antonino Heluetiæ vicus, quem Scudus *S. Iacobin Clauenetthal* appellat, aliquibus *Sp. luza* videri ſcribit Simlerus.

Taruidum, & Orcas, Ptol. li.2 c.3. Albionis inſulæ promontorium, lateris ſeptentrionalis, Diod. *Orcham* vocat, hodie fortè *Dungubihead* in Scotia.

Taruiſinum Vide Euganei.

Taruntius, vir tum Philoſophiæ, tum Mathematicarum in primis ſtudioſus: huic impoſuit Varro, vt Romuli conceptionem in diem & horam deduceret: inſpectiſque ejus vitæ inſtitutis ac rebus geſtis, ex illis conſequentiam colligeret, veluti Geometricarum propoſitionum reſolutiones præcipiunt. Plutarch. in Romulo.

Tarus Plinij, Lombardiæ Ciſpadanæ fluuius. Leander *Taro* dici ait.

Taruſates, populi Aquitaniæ proximi Vocontiis & Hiſpaniæ citeriori, Cæſar Marlianus ſcribit ex conjectura eſſe *Turſa* vrbis incolas, quæ ciuitas eſt Epiſcopalis in prouincia Auſcitana.

Taruſcum, Ptol. lib. 2. c 10. Saliorum vrbs in Gallia, vulgò *Taraſcon*.

Taſitia, Ptolemæo Æthiopiæ ſub Ægypto vicus. *Tapis* Antonino.

Taſmenes, vnus ex Neſtoris filijs.

Taſſilus, Bauarorum rex creatus à Childeberto anno ſal. 604.

Taſus, vide Tazus.

Tatianus, Rhetor Chriſtianus, de quo ita Euſeb. lib.4 cap.16. hiſtor. Eccleſ. Tatianus quoque (inquit) vir eruditiſſimus, in prima ætate ſua magna cum admiratione oratoriam docuit: ex qua non parum gloriæ quæſierat: poſtmodum ad noſtra ſe ſtudia conuertens, libros etiam ipſe aduerſum gentes dignos memoria, reliquit.

Tatienſes, tertia pars populi Rom. à T. Tatio dicta.

Tatius, Sabinorum dux, acerrimus populi Romani hoſtis. qui proditione Tarpejæ virginis Capitolio capto, ex ſuperiore loco aduerſus Romanos in aciem deſcendit: vbi cùm aliquandiu acerrimè, ſed varia victoria pugnatum eſſet, tandem diremPto interuentu Sabinorum prælio, pax ita conuenit, vt Sabini in vrbem, Tatius in regni partem acciperetur. Verùm cùm poſteà Tatij propinqui Laurentium legatos pulſaſſent, eámque injuriam Tatius inultam reliquiſſet, illorum pœnam in ſe conuertit. Nam cùm Lauinium ad ſolenne ſacrificium veniſſet, concurſu oppidanorum facto, eſt interfectus. Liu. 1. ab vrbe. Virg 8. Æneid.

Taua, vrbs Ægypti. Ciuis, Tauites, Steph.

Tauaca, vrbs Siciliæ. Gentile, Tauacinus. Stephan.

Tauriaci (aliàs Rauriaci) populi Germaniæ proximi Heluetijs, à quibus ſylua Hercynia oritur. vide Rauraci.

Tauchira, Herod. li.4 ciuitas Tarcæorum. Stephanò, Libyæ ciuitas, Arſinoë poſteà dicta: tanquam Tagira, à Tagira Antandri filia. Ciuis, Tauchierius, Taucherites, & Arſinoites ex Ægypto.

Taugeton, Peloponeſi mons Ptolemæo. qui *Portes* Nigro interpretatur, *Tangeſton* habet Geniſtus, & eundem *Pentadacty on* vocat.

Tauium, Ptolem. Galatiæ vrbs Trocmiorum gentis. teſte Plinio.

Taulantij, Illyrici populi, Pli. li. 3. c.22. qui poſteà mutatis ſedibus, in eam Macedoniæ partem ſe contulerunt, quæ mari Attico incumbit, non procul à Dyrrachio, vbi Arniſſam oppidum incoluerunt Pto. li. 3. c. 13. Euphorion Taulantinos vocat. Ariſtoteles ait apud hos vinum ex melle fieri. Regio eorum hoc tempore *Tamoriza* vocatur, ſi Caſtaldo creditur. Niger *Muſachia* appellari ſcribit, *Talantios* nuncupat Procopius, Pintiano teſte.

Taunais (ſi rectè ſcribitur apud Stephanum) ſecundum aliquos eadem eſt quæ Taurica.

Taunaſes, Aſſyriorum rex, Sornum Medorum regem vectigalem fecit, anno mundi 2734.

Taurania, vrbs Italiæ: Gentile, Tautarinus, vel Taurarianus Steph. Fortè eadem quæ Taurianum apud Melam.

Taurarij, populi in Taurica regione.

Taurafia, vide Auguſta Taurinorum.

Taurea Iubellius Campanus memoranda vir fortitudine cùm in caſtris Annibalis Claudium Aſellum Romanum, ingenti hominum robore in exercitu apud Nolam prouocaſſet, poſt inania verba & garrulitatem, ejus congreſſum minimè ſuſtinens refugiebat, Claudius inſequens, cum illo verbis portam ingreſſus, totus, ſtupentibus hoſtibus per alteram curſu contendens euaſit. Hic poſteà capta à Fuluio Capua, manu propria coniuge, liberiſque interfectis, ſe poſtremò ante pedes imperatoris gladio transfixit. Liu. de bello Punico. 2.

Taureus, Neptuni epitheton, quoniam ei tauros immolabant, vel quia ſit Deus maris, quòd ſonum emittat ſimilem voci taurinæ.

Taurentinum, Straboni Galliæ vrbs prope Maſſiliam, ad mare mediterraneum *Tolon* Cęnali & Albenati. *Torcentium* legit Ptolemæus.

Tauresium, vrbem apud Dardanos ponit Procopius lib. 4. de ædificijs Iuſtiniani Imp. ſcribitque eam Iuſtiniani natalem eſſe, ab eo inſtauratam & quatuor turribus munitam: eúmque effeciſſe, vt Tetrapyrgia eſſet & vocaretur. Et proximè apud eam, vrbem ædificaſſe, quam *Primam Iuſtinianam* vocauit. Agathias 5. de bellis Gothorum tradit hunc Iuſtinianum in Illyrico natum (ſed Dardanos Illyriæ populos ex Strabone aliјſque auctoribus, doceri poteſt) ex vrbe *Cederiana*, deinde *Iuſtiniana* denominata. Nicephorus Calliſtus lib. 6. cap. 37. patriam hujus *Achridam* nominat, *Iuſtinianam Primam* eam appellatam etiam addit, eámque deſcribit in excelſo tumulo, prope lacum maximum Lychnidum nuncupatum, & antiquitus *Daſſaritem* dictum, atque hæc procul dubio eſt *Lychnidus* Ptolemæi, quam Sophianus in ſua Græciæ tabulæ ſchedula adjecit, etiam *Lychnidion, Pribela, & Prote Iuſtiniane* nominauit, hodiéque *Lachrida* dicitur.

Tauri, Taurorum: Sarmatiæ Europææ populi, ad Boſphorum Cimmerium pæninſulam inhabitantes, eodem Boſphoro, Byce palude, & Carcinite ſinu circumfuſam, tenui tantùm Iſthmo continenti adhærentem: quæ de incolarum nomine Taurica appellatur. Fuerunt moribus immaniſſimis: vt qui hoſpites omnes Dianæ ſoliti ſint immolare: cujus ſacrificii primus author Thoas fuiſſe perhibetur: vnde & Diana ipſa Thoantea dicitur à Silio lib. 4. Herod tamen libro quarto author eſt, non Dianam eſſe, ſed Iphigeniam Agamemnonis filiam, cui Tauri humanas victimas ſolebant immolare, naufragos præſertim, & Græcos, quouis caſu illuc delatos: quorum poſt preces peractas caput claua feriebant, truncum de rupe deturbabant, caput cruci affigebant. Hoſtibus autem in bello captis, aut in prælio occiſis capita præcidebant, & perticæ ſuffixa quàm maximè ſublimia ſupra fumarium ſtatuebant, exiſtimant hoc ad totius domus tutelam, cuſtodiámque pertinere.

Taurianum, Brutiorum oppidum in Italia juxta Rhegium, Mela lib. 2. Vide Taurania.

Taurica Cherſoneſus, pæninſula prouinciæ eſt Europæ, vt docet Ptolem. lib. 3. cujus fines ſunt Iſthmus, Palus Mæotis, Pontus & Cimmerius Boſphorus: ciuitates Eupatoria & Theodoſia, nunc Capha. Ejus ambitus ſeptuaginta millia paſſuum complectitur, & à Mæotidis populis, qui margines ipſius habitant, nomen aſſumpſit. Iuuenalis. Ferunt Oſirin illinc bobus iunctis terram araſſe, inde nomen inditum à iugo taurorum. Incola, Tauricus. Alicui eandem Taunaim, Alopeciam, & Mæotim vocant. Stephan. *Scythica* Straboni vocatur. *Taurorum pæninſulam* Latinè dixit Plinius libro 2. cap. 96. *Cherſonam* eam vocat vbique Paulus Diaco. Hujus accolę *Tauroſcythæ* nuncupantur à Tauro monte, qui ibidem ab Herodoto & Dionyſio deſcribitur (Sed alius ab eo qui Polynomus totam Aſiam diſcriminat, Euſtathio teſte) Hæc Taurica Cherſoneſus hodie *Perocopska* & *Gaſara* dicitur ab Anton. Pineto *Gazaria* vel *Gazaria* in hiſtor. Miſc. lib. 20. Marius Niger eam diuidit, dicitque ejus partem Septentrionalem duntaxat *Gazaria*. Meridionalem verò *Gothia* nominari

Taurica, ſeu Tauropolia dicta eſt Diana, quòd in Tauris loco Scythię illi ſanguine humano ſacrificaretur. Palæp.

Taurina. vide Italia.

Taurini, Pli. lib. 3. c. 7. populi Italiæ tranſpadanæ in Alpium radicibus, qui & Taurici dicti, vulgò *Ceux de Turin*. Eratoſthenes Teriſcos vocat. dicebantur etiam Troi. Steph.

Taurinum, Pedemontanæ regionis vrbs primaria ad oſtium in Pado Duriæ: quam Ptolemęus, Plinius & Tacitus Auguſtam Taurinorum vocant. Priſcis temporibus hanc nobilem fuiſſe vrbem, vel hinc intelligere licet, quòd colonia Romanorum erat. Iacet ad montium radices forma quadrata, cum portis quatuor, nobilitate ciuium maximè clara, ſplendidis etiam ædificijs ornata, inter quæ ſummum templum. Agro eſt perbono ac fertili maximè verò verſus orientem & Auſtrum, cum vallibus ferri copia fœcundis. Taurinum Longobardorum ſedem fuiſſe P. Diaconus perhibet. His vſque ad captum bello Caroli magni Deſiderium regem, paruit: deinde autem in Italiæ regum, Imperatorum, Montisferrati Marchionum & Sabaudiæ Regulorum (quibus hodie etiamnum paret) Imperio fuit. Vulgò *Turin*.

Tauriſci, Pannonię populi, Plinio hodie *Stiermarko* habitant, ſignificat Taurus Latinè quod *Stier* Germanicè, adeò vt *Stiermarck* nihil aliud denotet quàm Taurorum limitem. *Tauriſcos* & *Taurinos* Stepha. eoſdem facit Alpium accolas, additque eos ab Eratoſthene *Teriſcos*, aliquibus *Treios* dictos, *Magiſtricam* Tauriſcorum regionem juxta Alpes, vicinam Germanis, *idem* habet. Tauriſcis, *Liguriſcarum* & *Tauriſtarum* nomen tribuunt, inquit Strab. lib. 7. vbi eos circa Thraciam & Myſiam (Pannonię confinia) locat. *Tauriſcorum* reliquiæ Polybio non longè ab ortu Rhodani ſunt, *Vren* ab Ægydio Sudo interpretatur.

Tauriſtæ. vide Tauriſci.

Taurian

Taurius. vide Hylyeus.

Taurocini. Vide Rhegium. Iulij.

Taurocinium flumen Calabriæ, habet ex Catonis originibus Gab. Barr. quod nunc *Calopinacum* vocari ait.

Taurois, vrbs Celtica Maſſilienſium colonia. Ciues, Taurentij, Apollodorus ſcribit conditores huius vrbis vectos eſſe naui, cuius inſigne erat taurus, qui à Phocenſium claſſe reiecti, ad terram appellentes, vrbem inde nominauerunt. Steph.

Tauroentium. vide Taurentium & Taurianum.

Tauromenia, Siciliæ colonia, priſcis *Naxus* vocata, vt Plinius & Solinus teſtantur. *Tauromenium* habet Ptolem. Vibius dicit aliter *Euſeboneora* nuncupari. *Schiſon* hodie nominari ſcribunt Fazellus & Aretius.

Taurominium, Ptol. & Steph. Siciliæ oppidum, à Zinclæis conditum, non procul à Drepano promontorium, teſtibus Plinio lib. 3. c. 8. Strab. li. 6. Hinc Taurominitanus. Huic Tauri nomen fuit, ab Andromacho Timæi Aſterici patre inditum, viro opibus animóque præſtante.

Taurominius Vib. Sequeſtro Siciliæ amnis eſt, qui hodie *Cantara* dicitur, vt tradit Aretius & Leander.

Tauropolion, Dianæ templum in Samo. Strabo libro 4. Item ſacrificium quoddam, in quo Marti & Dianæ non humano ſanguine, ſed Taurino ſacrificabatur.

Tauropolia, Diana dicta eſt, quòd illi taurino ſanguine ſacrificaretur: cuius moris ſacrificandi hæc fuit origo. Iphigeniâ ad aram ſtante taurus per medium cucurrit ignem. Quo conſpecto, vates reſpondit, Taurino ſanguine, non humano, vt ſolitum erat, ſacrificium Dianæ peragendum eſſe: cuius ſacrificij memor Oreſtes in Attica Dianæ Tauropolitæ templum iuſſu Palladis conſtruxit. Poteſt & Diana dicta eſſe ταυροπόλος quòd gregibus præſit: vel quòd luna, quæ eadem eſt cum Diana, tauris vehatur. Scribit Suidas dictam ταυροπόλον, quòd immiſſum aduerſus Hippolytum à Neptuno taurum œſtro perculerit, eúmq; paſſim errantem arcu ſauciauerit, vnde & ταυροβόλον nuncupatam. Palæp li. 2.

Taurorum pæninſula, vide Taurica Cherſoneſus.

Tauroſcythæ, Ptol lib. 3. c. 5. populi Sarmatiæ, qui taurum montem habitant penes Achilleum curſum.

Taurunum Plinio, Taururum Ptolemæo, Pannoniæ inferioris vrbs ad confluentia Saui in Danubium. Arrianus tradit locum, quo Danubius & Sauus (quem corruptè *Salam* Latinus interpres Facius vocat) confunduntur, *Taurunum* vocari. hodie Germanis *Griechſu veiſſemburg*, Hungaris *Nan dor alba*, & Italis *Belgrado* vocatur. Latinis iunioribus etiam *Belgradum*, & *Albagraca* interpretatur.

Taururum, Ptol. lib. 2. cap. 16. Taurunum, Pli. lib. 3. cap. 25. alio nomine Alba Græca: Belgradum hodie, à Turca nuper expugnata, Vngariæ vrbs.

Taurus, mons Aſiæ totius longè maximus qui ab Indico mari exurgens, vaſtè ſatis attollitur: dein dextro latere ad Septentrionem, ſiniſtro Meridiem verſus flectitur, in Occidentem rectus & perpetuo iugo multarúmque gentium quà deorſum agit: terminus, ſed pro gentium ac linguarum varietate diuerſa habet nomina. Prima ſui parte Imaus dicitur, mox Emodus. Paropamiſus, Circius, Phambades, Pharphariades, Choatras, Oreges, Oroandes, Niphates, Taurus: atque vbi ſe quoque exuperat, Caucaſus: vbi brachia emittit, ſubinde tentanti maria ſimilis, Sarpedon, Coraceſius, Cragus, iterúmque Taurus, aliáque aliis in locis aſſumit nomina: in vniuerſum tamen à Græcis, Ceraunius appellatur. Plinius libro quinto capite vigeſimo quinto, quo in loco montis huius deſcriptionem latiſſimè exequitur, aliáque nomina affert, quæ lege. Apud alios alia ſunt præterea nomina. Strabo *Parachoatram Maſium. Polyarrim; Zagrium, & Gordium.* inter eius nomina refert. Oroſius habet *Ariobarſanem Memarmalim, Parthaum, & Oſcobarem, Menalium* etiam inter eius brachia numerat Æthicus. Horum eius nominum meminit in eo deſcribendo, Ammianus, *Aſcanimia, Comedus, Tapurius, Aria, Nazauitium, Aſmira, & Opurocarra.* Dionyſio *Armenius*: Videntur quoque apud Ptolemæum huius Taurini capitis (vt ſic loquamur) cornuum hæc peculiaria vocabula, *Samanthinus, Sericus, B. pyrius, Damaſſus, Parſuetus, Cerax Sariphus, Maſdoranus, Coronus, Iaſonius, Strongylus, Orontes, Chaboras, Vdaceſpu, Paryadres, Abus, Maſicytus, Celanus, Phœnix, Hippicus, Sugdius, Amanus, & Antitaurus*, Plinius hos montes dicit in vniuerſum *Ceraunios* Græcis vocari. Mela etiam ſub eodem vocabulo maximam eius partem comprehendit. Q. Curtius videtur eum ſub duobus tantùm nominibus deſignare, Tauro & Caucaſo. In ſacris literis *Ararath* nominatur, Arrian. Monto, & Beccano teſtibus, *Taurus* verò propriè dicitur eius pars, quæ Pamphiliam & Ciliciam ab Armenia minore, & Cappadocia diſtinguit, vbi hodie *Cambel, Bacras, & Giulich* nomen habere videtur. Ramuſius quoque *Caraman* appellari putat. *Corthestan* etiam Ioſepho Barbaro. Circa Euphratem, indigenarum lingua *Munzzarum*, & alicubi quoque in Aſia minori, *Maurum* nuncu-

pari, ex Curopalate deprehenditur. Singula eius nomina vide etiam ſuis locis.

Taurus, Germaniæ mons altiſſimus & maximus, quem Iornandes etiam *Scythicum* cognominat, eúmque circa Mæotidem paludem, mare Caſpium, & mare Septentrionale deſcribit: Herodotus & Dionyſius eum ad Tauricam Cherſoneſum ſtatuunt. Tacitus eum apud Cattos habet. Pomponius in Germania, ſed peculiarem locum ei non aſſignat, fortè inter Alpes in Archiepiſcopatu Salisburgenſi, vbi hodie multa loca *Thaurn* vocantur, vti ſunt *Kornthurn, Krumlekthaurn* &c Rhenanus tamen pro Tauro Germaniæ monte, *Taunus* legendum ſcribit, apud Pomponium & Tacitum.

Taurus, Ptolemæo Siciliæ promontorium, quod Fazello & Aretio hodie *Cabo de S. Croce* appellatur. Taurus etiam (vt breuiter dicetur) alueus maris quidam eſt, apud Alexandriam Ægypti, vt Plinius tradit.

Taurus, ſeu taurophagus, Bacchus dictus eſt, quòd tauro aſſimiletur, ex ebriorum violentia, aut quod natus ſit tauri ſpecie: aut quòd primus tauros iugo ſubiecerit & arare docuerit: aut quòd poetis hymnos in Bacchi honorem canentibus, taurus pro præmio daretur, Palæp lib. 3.

Taurus, ſecundum Zodiaci ſignum, ſtellarum, vt Hygino placet, quatuordecim, quod à Sole ſubitur tertio Idus Apriles. Hunc poetæ fabulantur taurum eum fuiſſe, qui Europam è Phœnice tranſuexit in Cretam, cuius opere Iupiter eam illi gratiam retulit, vt inter ſidera illum collocarit.

Taurus Berytius philoſophus Platonicus ſub Antonino principe, ſcripſit de differentia ſectarum Platonis & Ariſtotelis, de corporeis & incorporeis & alia, vt eſt author Suidas. Huius ſæpe meminit Gell.

Tauranius, XXVIII. Aſſyriorum rex, regnauit annis XXX. anno mundi 2755.

Taus, Britanniæ fluuius, Tacito in vita Agricola, hodie vulgò *Sutesk* dici, & omnium, Scotiæ fluminum præſtantiſſimum eſſe ſcribit H. Boethius.

Taxandri. vide toxandria.

Taxata. Vide Talga.

Taxiana, inſula circa Peloden ſinum. Gentile, taxianus, vel taxianeus. Steph.

Taxila, vrbs Indiæ maxima: in qua, vt ſcribit Philoſtratus, Apollonius inuenit Elephantem, quem vittis & myrteis coronis indigenæ ornabant. Eum autem regionis illius homines eſſe dicebant, qui pro rege Poro contra Alexandrum pugnauerat: quem quia in pugna promptiſſimè pugnaſſe ferebatur, Alexander Soli dicauit, torques aureos circa cornua adaptans.

Taxis, Hungarorum rex, cum exercitu Italiam intrauit, à Berengario accepta pecunia x. modios nummorum, rediit in Vngariam. Luith. li. 5. cap. 15.

Taygete, es, vel taygeta, tæ, Atlantis & Pleiones filia, teſte Hygino, vna Pleiadum, quæ Ioui peperit Lacedæmonem, vrbis ſui cognominis conditorem. Virgil. Georg 2.

Taygete ſimul os terris oſtendit honeſtum Pelias, &c.

Taygetis, tis, ſeu taygeta, torum, mons Laconiæ, teſte Strabone, non ille quidem admodum magnus, ſed tamen excelſus & erectus, Spartæ & Amyclis imminens, quem Libero patri ſacrum fuiſſe tradit Seruius. Huius montis bona pars cùm terræ motu corruiſſet, Spartanorum vrbem oppreſſit, Cic. lib. 1. de diuinat. & Plin. lib. 2. cap. 76. *Amyclæus* antea dictus, Plutarchus de fluminibus teſtis. Huius verticem *Talethon* dictum ſcribit Gerbelius.

Tazata Plinij, talga Pomponij, & Chalca Ptolemæi inſula eadem, vt docet in ſuis Annotationibus Hermolaus, vbi quoque dicit, pro Chalca *Talca* apud Ptolemæum legendum, *Tacbalca* legit Pintianus, Pompon. ſuam in Caſpio mari deſcribit, Ptolemæus ſuam Hircaniæ attribuit, eóque etiam Caſpij maris ſit neceſſe eſt. Plinius ſuam in Scythico Oceano alicubi ſitam vult, an eadem, an diuerſa ſit iudicent peritiores.

Tazus, tauricæ Cherſoneſi oppidum Ptolemæo, *Theodoro* vocatur Nigro: qui illud Gotthorum oppidum vocat.

Tazus, Ptolemæo Sarmatiæ Aſiaticæ vrbs, *Suſaco* à Mercatore interpretatur.

T E

Teanum, Steph. duarum ciuitatum nomen in Italia. Eſt enim teanum Sidicinum in Appia via, & teanum Apulum in finibus Apuliæ, diſtans à Latina XVIII. M. paſſuum. Huius meminit aliquoties Cicero in Orat. pro Cluent. Horat. 1. Epiſt.

Teanum, cognomine Sidicinum, Campaniæ oppidum. Plin. lib. 3. cap. 5. *Thiano* hodie nominari ait Erythreus in ſuo indice Virgiliano. *Sindicenum* legit Pintianus, à Sindicenis populis: *σιδικινὸν*, tamen habet Strabo: teanum ſiue theanum flumen eſt hoc tractu apud Oroſium libro 5. capite 18. Aliud *Tianum* eſt Pomponio in Apulia. Ptolemæus, Strabo & Liuius vtrumque per e ſcribunt.

Teari, qui Iulienſes, Hiſpaniæ citerioris populi. Plin. lib. 3. cap. 3.

Tearus, thraciæ fluuius, ad cuius ripas (aliàs caput) cùm Darius ad Scythas proficiſcens perueniſſet, caſtra diebus tribus cōtinuit: cuius dulciſſima & limpidiſſima aqua delectatus, eo in loco columnam cū inſcriptione, aliàs Græcis literis

teris inſcriptam poſuit. Author Herod. lib. 4. qui ſcripſit ex duodequadraginta fontibus effluere quæ *Capita* vocat.

Teatea, Marucinorum vrbs in Italia. Ptol. lib. 3. c. 1. Theate hodie, vulgò *Tuto*. Plinius Teatinos accolas vocat, Leander ſcribit *Chieto* nunc dici, idem affirmat Niger.

Tebaoth, nomen viri, 2. Eſd. 7. Lat. anuli, vel circuli, aut ſubmerſi, ſeu bonum tempus vel bona hora.

Tebath, nomen vrbis. 1. Par. 8. Lat. iugulatio vel occiſio, aut coquus, ſiue bene formidans, vel bene confractus.

Tebbath, nomen loci. Iud. 7. Lat. bona vel bonitas.

Tebeth, nomen menſis. Eſth. 2. Lat. idem quod tebbaoth, ſignificat.

Tecmon, vrbs Theſprotorum. Ciuis, Tecmonius. Steph.

Tecolata, vel Tetolata, Galliæ Narbonenſis vrbs in itinerario Antonini. S. *Maximini* nomen hodie habere ſcribit Simlerus. Vide Tigulia.

Tectoſages, fortiſſimi aliquando Gallorum, Pyrenæis proximi & Cemeniis: adeò olim potentes opibus & virium præſtantia, vt per Græciam tunc victricem gentium, magna hominum manu profecti in Aſia ſupra Phrygiam, Cappadociámque ſedes poſuerint, incolumes ab omni finitimorum incurſu, Tectoſages & Toliſtobogi dicti, Floro, Plinioque. Vulgò *Le pays de Languedoc.* eorum vrbs apud Plinium *Toloſa* vocatur, hodie *Toulouſe* Ioanni Poldo, pro his Tectoſagibus Narbonenſibus, quidam *Teutoſages* legunt, apud Auſonium in deſcriptione eius Narbonæ. Tectoſax numero ſingulari habet Stephanus, idem multitudinis etiam Tectoſagæ.

Tectoſagæ, Cæſaris Germaniæ populi ſunt, circum Hercyniam ſyluam. Ad Nicri fluminis ripam eos accoluiſſe putat B. Rhenanus vbi adhuc hodie vetuſta arx eſt, *Terk* dicta. Cæſar eorum meminit libro 6. belli Gallici, ſic *Germania loca circum Hercyniam ſyluam, quam Eratoſtheni, & quibuſdam Græcis fama notam eſſe video, quam illi Orciniam appellant, vulgò Tectoſages occuparunt.*

Tædifera Dea, Ceres eſt dicta, cuius ſacra noctu (vt in Aulularia Plauti eſt) fiebant, in quibus ſacerdotes faces deferebant, Cererem imitati, quæ quum Perſephonem filiam à Plutone raptam tædis incenſis quæreret, Tædifera eſt appellata, Ouid. Epiſt. 1. Hinc ſacerdotes, daduchos id eſt tædas ferentes appellarunt.

Teganuſa Plinio, Thiganuſa Ptolemæo, inſula in ſinu Meſſeniaco. *Caura*, vt Sophian. vel *Caurea*, vt Bordonius habet, hodie vocatur.

Tegea, Arcadiæ vrbs Stephano & Ptolemæo. A Nigro *Muchli* nominatur. Gerbelius ſcribit à Pauſania *Genea* vocari, ſed Geneam, Corinthiacum vicum vocat. Strabo.

Tegea, Arcadiæ oppidum, in quo Pan præcipuis honoribus colebatur, qui inde dictus eſt Tegeas. Vrbis huius incolæ Tegeates dicuntur: vnde rurſus fit aliud adiectiuum, tegeaticus, a, um, quo cognomine Mercurius à Statio inſignitur, lib. 1. Syluar. Olim Lacedæmonij bellum intulere tegeatibus ferentes ſecum compedes, tanquam eſſent redacturi illos in captiuitatem: ſed congreſſi prælio ac fugati, quicunque viui capti ſunt, eiſdem quas ipſi attulerant compedibus compediti, campum tegeatem meriti fune, coluerunt. tegeam & Mantineam (inquit Pauſan. libro 8.) condiderunt Mantineus, tegeates, & Mænalus. Eſt etiam tegea in Creta à talthybia condita. Stephanus.

Tegeatæ, & Pheneatæ, cùm diutino ſeſe bello afflixiſſent, demum vti pro ſumma rei, tergemini fratres prælium inituri, vtrinque mitterentur, decernunt. Itaque tegeatæ Rheximachi filios, Pheneatæ verò Demoſtrati promiſerunt: collato Marte, duo ex Rheximarchi liberis cùm eſſent interfecti, tertius, nomine Critolaus, duos militari quadam aſtutia ſuperauit. Nam cùm fugam ſimularet, inſectantes ſingulares occidit. Eius aduentui tùm populus vniuerſus gratularetur, ſola quidem ſoror Demonica nullam cepit lætitiam: petierat namque in eo prælio ſponſus ipſius Demonicus, quo indignatus Critolaus, ſororem interfecit: qui eam homicidij accuſarunt, matris interuentu, à crimine liber euaſit. Plutarch. Parall.

Tegeſſus, vrbs Cypri. Gentile, tegeſſius & tegeſſeus.

Tegeſtra, vrbs Illyriæ: iuxta Aquileiam. Artemidorus tergeſtrum vocat, & vicum eſſe ſcribit, à quo ad Adriam ſtadia ſunt quingenta viginti nouem: Ciuis, tegeſtræus. Stephanus. Vide tergeſte.

Teglarphalaſſar, Aſſyriorum rex, totam Galaaditidem regionem vaſtauit, cepit & abduxit. Ioſeph. lib. 9. c. 12. Reg. 15.

Tegmeſſa, ancilla Aiacis telamonij, de qua Horatius.

Tegyra, vrbs Bœotiæ, in qua Apollinem aiunt natum eſſe, qui inde tegyreius dicitur.

Techinna, filius Eſthon. 1. Par. 3. Lat. deprecatio, aut miſericors, ſiue gratioſus, vel gratia.

Teias, Gotthorum dux, anno ſalutis quingenteſimo quinquageſimo ſexto.

Teium, vrbs in Paphlagonia (vt Salluſtius ſcribit) in qua ortus fuit Anacreon. Vnde teius, poſſeſſiuum trium ſyllabarum. In hac fuit templum Apollinis: vnde Apollo teius. Ex hac etiam

Philetærus natus eſt, author generis regum Attalicorum.

Telamon, rex Salaminis inſulæ, Æaci filius vnus ex Argonautis, sociúſque Herculis in expugnatione Troiæ, qui quòd omnium primus murum conſcendiſſet, virtutis ergo donatus eſt Heſione, Laomedontis filia, ex qua Teucrum ſuſcepit, cùm iam Aiacem ex alia vxore genuiſſet, qui à patris ſui nomine paſſim telamonij à poëtis cognominantur.

Telamones, inquit Seruius appellantur à noſtris ſigna quæ ſuſtinent, quæ Græci ἀτλαντας vocant. Vide in dictione Atlas.

Telandrus, aliis telandrum vel telandria, vrb Cariæ, vbi telandrium promontorium eſt Stephan.

Telane, vrbs antiquiſſima Syriæ, quam Ninus inhabitabat ante Ninum conditam. Gentile, teleneus, vel telanenus. Stephan.

Telchines, filij Mineruæ & Solis, vel, vt alij malunt, Saturni & Aliopes, qui olim Rhodum tenuerunt: vnde etiam inſula ea dicta eſt telchinis. Hos quidam maleficos homines fuiſſe prodiderunt, aſpectu ſolo omnia effaſcinantes, Ouid. 7. Metam. Alij eoſdem faciunt cum Curetibus & Dactylis Idæis, ſummóſque artifices fuiſſe tradunt, veneficiorum autem infamiam ab illorum æmulis fuiſſe diſperſam. Strab. lib. 10. Ij peruicax prælium aduerſus Phoroneum regem Argiuorum & Parrhaſios ancipiti ſpe ſine fructu victoriæ geſſerunt. Iidémque poſt paululum bello victi, patria profugi Rhodum inſulam, quæ Ophiuſſa antea vocabatur, quaſi tuta poſſeſſione ceperunt. Oroſ.

Telchinia, Peloponneſi vrbs, Sicyon poſtea dicta. Steph.

Telchinius Apollo dictus eſt apud Lydios à telchinibus hominibus maleficis & faſcinatoribus qui Rhodum incolebant, quòd quemadmodum illi animalia & ſtirpes aqua ſtygia inſperſa faſcinarent, ſic Apollo quoties irritaretur immiſſa peſte homines & pecora perderet. Palæph lib. 1.

Telchines, Dæmones dicuntur inuidi & hominibus malefici: qui hi fuiſſe perhibentur, Acteius, Megaleſius, Ormenus, Lycus, Nicon & Mimon. Qui (vt aiunt) Stygis aquam manibus haurientes terram conſpergunt: ex quo calamitates, peſtes, & fames conſequuntur: qui etiam Alaſtores appellantur, Laonic. thom. lib. 3. cap. 101. Vocantur apud Græcos τελχῖνες, mali Genij, ſiue homines faſcinatores & malefici. Strabo lib. 10. meminit telchinum, aitque nouem fuiſſe qui è Rhodo Rheam comitati ſint in Cretam. Plura vide in Prouerbio, Noui Simonem & Simonme.

Telchis, Ptolemæo, in Græcis codicibus, Indiæ intra Gangem vrbs eſt. *Triminaua* Caſtaldo dicitur.

Telchis, vrbs Æthiopiæ in Lybia, Gent. telchites vel Telchinius. Creta etiam Telchinia dicebatur, & Cretenſes Telchines, Sicyon quoque Telchinia vocabatur. Gentile, Telchinius.

Telchius, alter ex Caſtoris & Pollucis aurigis, qui vnà cum Amphito Dioſcuriadem vrbē apud Colchos traditur condidiſſe. Plin. l. 6. c. 5. Ab his gens Heniochorum orta eſt, Strabo tamen circa initiũ vndecimi Rhecam & Amphiſtratum nominatos dicit, vt in alterutro mēdum ſit. Sed fieri poteſt vt horum fratrum plures fuerint aurigæ.

Telaba, Albaniæ oppidum. Ptol.

Teleboæ, Ætoliæ populi, latrocinio infames, qui poſtea relicta patria, Telone duce in Italiam venerunt, Capreáque tenuerunt exiguam Mediterranei maris inſulam: quod & Seruius annotauit in 7. Æneid.

Teleboas, fluuius ad Tigridis fluminis fontem. Stephan.

Teleboas, vnus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius. Ouid. 12. Metam.

Telebois, regio Acarnaniæ. Stephanus.

Telecrus, nomen proprium regis Laconiæ.

Teleda, vicus maximus & populoſiſſimus, iuxta Coryphen montem Syriæ. Theodor. in vita Euſebij.

Telegonus, filius Vlyſſis ex Circe, qui cùm iam adoleuiſſet videndi patris cupidus, in Ithacam nauigauit: cúmque à miniſtris paternis incognitus aditu prohiberetur, aliquot ex iis occidit. Ad quem tumultum excitus Vlyſſes, cum & ipſe iam ſenior ſuis opem ferret, à filio ſuo eſt occiſus oſſe piſcis cuiuſdam, qui à Græcis Xiphias dicitur. Quod vbi cognouit Telegonus, relicta Ithaca, in Italiam venit, vbi Tuſculum condidit. Ouid. 3. Faſtorum. Nomen hoc Latinè ſignificat, nouiſſimo loco notum: vnde pro humili & inglorio ponitur.

Telem, ciuitas in tribu Iuda, Ioſ. 15. Nomen viri 1. Eſd. 10. Lat. agnus ſiue ros eorum, aut Syriacè, vmbra eorum.

Telemachus, Vlyſſis ex Penelope filius, quem ad Troiam proficiſcens apud matrem reliquit, multis à procis affectus iniuriis, tandem patri domum reuerſo, in illis vlciſcendis ſe præbuit adiutorem. Homer. Odyſſ.

Telemiſſeis. Vide Telmeſus.

Telemus, Eurymi filius, inter *Cyclopas vates* egregius: qui Polyphemo prædixit, quæcunque poſtea ab Vlyſſe paſſus eſt. Ouid. 13 Metamorph. fab. 5.

Telenicus, vir adeò notæ paupertatis, vt Seriphij verbum inde finxerint, dicantque τελενικεῖν pro euacuare. Vnde natum prouerbium, *Telenico pauperior*.

Telnia.

Telenis, quidam peſſimus ac indoctus tibicen, ex quo natum eſt prouerb. telenicia Echo. &, telenis cantilenas cane. vide Eraſm. adagia & infra, tellen.

Telephæ, vxor Cadmi, quam duxit ante Hermionem. Stephan. in Dardano.

Telephanes, ad regnum Lydorum Gumis ex oraculo accerſitus, qui antea currus factitabat. Fuit & eius nominis tibicen, cuius meminit Demoſthenes in oratione contra Midiam.

Telephe, Europæ mater, in thaſſo inſula obiit. Steph.

Telephis, oppidum in loco prærupto, circa Phaſidem fluuium, in Armenia maiori.

Telephius, tribus, & fons Lyciæ, ſeptem ſtadiis à Patara diſtans. Stephan.

Telephus, Myſorum rex, Herculis filius, ex Auge Nympha: qui cùm aui iuſſu in ſyluis expoſitus eſſet, à ceruа aliquamdiu dicitur educatus. Quæ res tantam futuræ claritatis opinionem de eo præbuit, vt mox à Myſiæ rege adoptatus ſit, & regni hæres inſtitutus. factus itaque Myſorum rex, cùm Græcos ad Troianam expeditionem proficiſcentes prohibere conaretur, ne per Myſiam iter facerent, ab Achille vulneratus eſt. Cuius plagæ cùm nullum ſatis efficax inueniretur remedium, oraculo reſponſum eſt, fore vt eadem haſta, qua vulneratus erat, ſanaretur. Reconciliatus itaque Achilli, ab eo impetrauit, vt ex haſtæ, qua vulneratus erat, rubigine malagma conficeret, & vulneri ſuo imponeret: quo facto ſtatim ſanitatem conſecutus eſt.

Telephus, Pergamenus grammaticus ſcripſit ferè omnia, quæ ad grammaticam pertinent. Inter alia, collationes epitheторum eidem rei congruentium, ad copiam parandam elocutionis. Steph. Telephus quidam mendicus, peram geſtans, apud Ariſtoph.

Telephi fons in Lycia eſt, ſic dictus, quòd Telephus in eo vulnus abluerit, turbidus eſt, & ſtadiis ſeptem à Patari diſtat. Leonic. lib. 3. c. 84. ex Stephan.

Telepiſſa vel Telpiſſa, fontis nomen, cuius aqua Tyreſiam extinctum fuiſſe fabulantur poetæ. vide Telphuſſa.

Teleſilla, mulier poetria nobilis cui etiam apud Argos ante Veneris templum ſtatua poſita eſt, vt ſcribit Pauſanias.

Teleſphorus VI. epiſcoporum Rom. annis VII. an. ſalutis 133. martyrio coronatus. Euſeb. lib. 5. c. 6. hiſt. eccleſ.

Teleſſia, Ptolemæo, colonia Romana. Frontino, Samnitum ciuitas, *Theleſa* Leandro. *Teleſia* Liuio, Straboni & Antonino.

Teleſto, Nympha, Oceani & Tethyos filia, teſte Heſiodo in Theogonia.

Teleſtor, pater Euripidis poetæ.

Telethrion, mons Oechaliæ in Eubœa, Strab. 10 Incolæ Telethrienſes. Steph.

Telethuſa, vxor Lycti ſeu Ligdi mater Iphidis puellæ quæ in puerum mutata fuit. Ouid. 9. Metam. fab. 13.

Teleurias, Macedonum rex, in portu Athenienſi, Athenienſium & naues & homines plures cepit. Xenoph. lib. 5.

Tellen, tibicen, & poeta ineptiſſimus, cuius meminit Diarchus Meſſenius, ex quo prouerbium. Cane Tellenis cantilenas: quod quidam dici putant de dicacibus ſeu mordacibus, quidam de ineptè loquaculis. Sunt enim qui tradant, hunc iocos quoſdam verſibus lepidiſſimis deſcripſiſſe: non ſine multo ſale ſcommatum. Eraſ. in Chiliad. vide ſupra, Telenis.

Tellias, Herodoto lib. 8. vates Helæus, qui Phocenſibus cum Theſſalis bellum gerentibus, rem huiuſmodi commentus eſt: ſexcentos viros è Phocenſibus præſtantiſſimos, gypſo, tam ipſos quam arma illinit, eoſque ſub noctem in Theſſalos dimiſit, dato præcepto, vt quemcunque albicantem non cernerent, eum obtruncarent. Hos primùm Theſſalorum excubitores aliud quoddam prodigium eſſe arbitrati, deinde ipſi exercitus adeò exhorruerunt, vt tribus millibus cæſorum atque ſcutorum Phocenſes potiti ſunt.

Telis Plinij, vt putat Nauagierus in ſuo itinenerario. *Thelis* Pliniani codices habent. alii *Tecum* libro quinto cap. 4. Galliæ Narbonenſis eſt fluuius.

Tellus, luris, terræ dea, rerum omnium mater & alumna: quanquam non rarò pro ipſa accipitur terra.

Tellus, fuit neſcio quis pauper, cuius inopiam Solon Crœſi diuitiis fæliciorem eſſe prædicauit. Plutarch.

Telmera, vrbs Cariæ: Gentile, Telmereus. Eadem videtur Termile, quod & Steph teſtatur, de qua paulò poſt.

Telmeſius Thebanorum mons. Palæph.

Telmeſſus, oppidum Lyciæ, (ſeu vt alij malunt) Cariæ haruſpicum diſciplina in primis clarum. Plin. lib. 5. cap. 27.

Telmiſſus. vide Oropus.

Telmon, nomen viri, primo Paralip. 9. ſecundo Eſt. 11. Lat. ros præparatus, vel roris præparatio, aut roris munus, vel ros numeratus: aut ex Syro, & Hebr. vmbræ præparatio, vel munus.

Telo Martius, Anton. Galliæ Narbonenſis portus, hodie *Toulon*. *Telon* Paradinus interpretatur, alij *Telon* ſcribunt.

Telobis, Hiſpaniæ Tarraconenſis in Iaccetanis oppidum, Ptolem.

Telos, inſula, à qua Telina vnguenta. Plin. lib. 4. cap. 12. & libro decimo tertio, capite primo.

Stephano vna Cycladum à Telo conditore, aliàs Agathuſa dicta. Gentile: Telius Steph. Vide Agathuſa.

Telphuſſa, fons, cuius aquæ frigus Tireſias vates cùm ſenex potaſſet, & ferre non potuiſſet, extinctus eſt. Steph fons, & mons Bœotiæ thilphuſa. Vide Tilphoſſa.

Telphuſſa, Lycophronis vrbs in Arcadia, à telphuſſa Nympha Ladonis filia id nomen habens. Steph.

Telphuſium, ſiue Tilphoſſium, oppidum eſt in Bœotia, vbi laudatus Bacchus eſt à Pindaro. Item mons & fons ibidem.

Telumnum. Aquitaniæ vrbs. Antonin.

Telus, Carphatij maris inſula Strabo. *Epiſcopi* Sophiano, *Agathuſſa* Callimacho.

Telys, Sybaritarum tyrannus, Herod. lib. 5.

Temala, vrbs & flumen Indiæ extra Gangem. Ptolem.

Temathea, Meſſeniæ mons. Pauſan.

Tembaſa, Lycaoniæ oppidum in Tauro monte. Plin.

Tembrium. vrbs Phrygiæ, Charax Tymbrium vocat. Gentile, Tembrieus.

Tembrius, fluuius iuxta Pontum, teſte Orpheo in Argonaut. Tembrogius, Plinio.

Tembrogius Phrygiæ fluuius, in Sangarium fluens, Plinio teſte, *Thymbrius* Liuio vocatur, Orpheus *Tembrium* nominat.

Tembros vrbs Cypri, in qua Helates Apollo colitur: Gentile, Tembrius. Steph.

Temenos, locus Siciliæ infra Epipolas, iuxta Syracuſas. Incola, Temenites. Eſt & temenites, collis in Thracia iuxta triballum. Steph.

Temenion, locus Meſſenes, vbi temenus ſepultus eſt Stephanus.

Temenia, vrbs Phrygiæ iuxta Lycaoniam: Gentile, Temeneus. Steph.

Temenites, collis in thracia iuxta Triballos. Stephan.

Temenium, vicus in Argia ad Argolicum ſinum. Strabo.

Temeſa, agri Brutij oppidum, æris fodinis olim nobilitatum, quod poſtea litteræ vnius mutatione Tempſam appellarunt. Plin. lib. 3. cap. 5. Ouid. 15. Metam. hodie *S. Marco*, teſte G. Barrio, & aliquando *Meluitum*.

Temeſa, oppidum in Cypro, vbi æris fodinarum locus oſtenditur: vide Strabonem lib. 5. Et Eraſmum in Prouerbio. Temeſſæus genius.

Temeſeus fœnerator fuit quiſpiam, quem Eutymus Locrenſis athleta coegit reddere quicquid vſurario quæſtu ſibi parauerat.

Temixtita, Hiſpaniæ nouæ oppidum. Vide Mexico.

Temnes, Sidoniorum rex ciuitatis proditorem interfici curauit. Diod. Oroſ. lib. 3. c. 7.

Temnos. Æolidis vrbs. Plin. Steph. item mons inter Aſiam & Thebeium campum. Tol.

Tempe, theſſaliæ loca quinque millia paſſuum longitudine, & fermè ſex latitudine. Peneo amne irrigua, cuius ripæ gramine viridi, amœniſſimiſque veſtiuntur arboribus. Sunt & tempe in Bœotia, quæ Teumeſſia dicuntur à teumeſſo monte Bœotiæ, ab Ouid. Cygneia dicta. Sunt & alia in Sicilia à nomine amnis Helotia. Denique quælibet loca amœna nemora præſertim atque aquas habentia, καταχρηστικῶς tempe vocamus.

Templum Veneris, oppidum quoddam, vulgò *Cap de Crux*.

Templarij, fuerunt hæretici in Solymorum ciuitate anno 1030. poſt interitum Philippi Auguſti, qui frequentes & aſſidui in templis verſabantur, vnde tractum nomen. Simulachrum habebant, factum ſummo artificio, cui hominis cutem ſuperinduxerant, & binos præfulgentes carbunculos ſub ipſa fronte collocauerant, qui micabant oculorum vice. Huic autem ſimulachro ſacra faciebant mortuorum corpora in cineres redacta: cæteris potum dabant, qua potione firmiores & conſtantiores ſe futuros putabant. Eos verò qui ex Templarij virginiſque coniugio fuiſſent nati, ſubiecto igne torrebant, ſimúlque ex humore deliquati ſuum perungebant ſimulachrum, quo minorem probarent religionem. Damnati ſunt tandem in Concilio Viennenſi, ſententia Clementis Pontificis maximi, qui Benedicto ſucceſſit. Quidam exiſtimant, propter diuitias, quibus nonnulli magnates inhiabant, Templarios horrendis ſceleribus fuiſſe falsò accuſatos, & tandem oppreſſos. Annal. Franciæ.

Tempſa Vide Temeſa.

Tempſis, Plin. lib. 7. cap. 48. cacumen Timoli montis, in quo, vt ipſe ex Mutiano refert, C L. annis viuunt incolæ.

Tenagus, locus Suſianæ regionis ad ſinum Perſicum. Ptol.

Tencteri, populi à Liuio Druſo victi, anno mundi 3941.

Tenchtheri, pop. Germaniæ Transrhenani, qui cum Vſipetibus & hominum magna multitudine à Sueuis diu agitati, & triennio vagantes Rhenum fluuium tranſierunt, non longè ab oſtio quo Rhenus ipſe mari influit, menapiorúmque agros vtramque fluuij ripam incolentium occuparunt. Hæc gens poſtea Rheno diſcreta, ſolicitauit Vbios (nunc Agrippinenſes) vt à Romanis deficerent initio imperij Veſpaſiani. Tacitus. Appiano *Tanchari*, Plutarcho in vita Iulij *Tenterides*, Ptolemæo *Tengri*, *Tenchatari* Epitom. Liuij, Germaniæ ſunt populi. Apud Vollichium ſunt, qui hodie prope Rhenum Lu-

piam, & Lonam fluuios habitant, vbi ſunt pleriique *Heſſi*, & nonnulli *Franci*.

TENDEBA, Cariæ vetus oppidum. Steph.

TENDESILIUS, apud Hiſpalim ſeditione orta propter illatam vim matronis illuſtribus obtruncatus. Ritius.

TENEA, oppidum ſexaginta ſtadiis à Corintho. Pauſan.

TENEA, vicus Corinthi à Tene Cyeni filio, inter Corinthum & Mycenen. Gentile, Teneates. Regio quoque Tenea vocatur. Steph.

TENEBRIA, vicus Iberiæ: vnde Tenebrianus. Steph.

TENEBRION, promontorium quoddam. Steph, Ptolemæo eſt in Hiſpania Tarraconenſi. hodie *Cabo de Aliaques*.

TENEDOS, inſula inter Leſbum & Helleſpontum, contra Troiam à Sigæo littore XII. M. paſſ diſtans, à Leſbo LVI. M. Hæc prius Leucophrys appellabatur. In hanc ex Troade nauigauit cum nouis colonis Tenes Cyeni filius, conditáque vrbe de nomine ſuo, Tenedon eam vocauit, à qua & inſula denominata eſt. Inſula hæc ante bellum Troianum florentiſſima fuit: in qua Græci ſupremas illas, quibus Troia periit, inſidias ſtruentes, ſeſe occultarunt Virg. 2. Æneid. *Tenedo* adhuc à Sophiano vocatur. Euſtathius ſcribit eam olim quoque *Galydnam*. & *Leucophryn* appellatam, cui Diod, & Pauſ. ſuffragantur, *Phœnice* & *Lyrneſſum* etiam Plin. lib. 5. cap. 31. nominat *Tennes* ante bellum Troianum nuncupatam ſcribit Heraclides. *Calidna* numero plurali Troianæ inſulæ ſunt, vt ſcribit Iſacius: ſunt enim duæ prope hanc Tenedum, quæ hodie *Maure* dicuntur, Nigro teſte. Aliis prope Rhodum ſunt. vide Strabonem in calce lib. 3. *Galydnam* poſtea *Calymnam* nominatam ab Ouidio tradit Camerarius eo verſu.

—*Fœcundáque melle Calymna.*

TENERICUS campus, circa lacum Copaiden. Strabon.

TENES, Tenedi vrbis conditor, à Tenediis eam ob cauſam deus habitus. Hic legem tulit, atque induxit morem, vt à tergo iudicis adſtaret quiſpiam ſecurim tenens, videlicet in hoc paratus, vt qui perperam quid in iudicio dixiſſet, opinor mendacium, aut falſum teſtimonium, eum protinus ſecuri feriret. Vide prouerbia, Tenedi ſecuris, Tenedius homo, Tenedius patronus, apud Eraſ. vide Tennes.

TENESIS, Æthigpiæ ſub Ægypto regio. Strab.

TENIÆ, fontes in Arcadia, ſtadiis circiter ſeptem ab Amilo vrbe. Pauſan.

TENION, vrbs Achaiæ: vnde Tenieus. Steph.

TENISSA, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum Ptol. *Tremiſſum* Nigro.

TENITÆ, credebantur eſſe ſortium deæ, quòd tenendi poteſtatem haberent.

TENNAGORA, Indiæ intra Gandem vrbs, Ptol.

TENNES, Cyeni filius, à quo Tenea, vicus Corinthi, Stephan. Fortè idem qui Tenes iam dictus.

TENNUM, oppidum ex Æolicis, vnde Hermagoras fuit is, qui de dicendi arte conſcripſit, vt author eſt Strabo lib. 14. vnde Tennites Ciceroni pro Flacco.

TENOS, Laconiæ vrbs. Steph.

TENOS, inſula in Ægæo mari, vna ex Cycladibus, in qua eſt vrbs eiuſdem nominis, quam propter aquarum abundantiam Ariſtoteles Hydruſſam appellatam dicit, alioqui Ophiuſam: Plin. lib. 12. cap. 4 Stephanus à Tene conditore dictam ſcribit. Ariſtoteles in Mirabilibus, & Athenæus 2. Dipnoſo fontem in ea eſſe ſcribunt, cuius aqua vino non permiſceatur. Eſt etiam vrbs Laconica, vna ex centum: Ciuis, Tenius vel Teneus. Steph.

TENSA, magnæ Græciæ inſula, ab Ionibus inſtituta. Solin.

TENTYRA, orum, ſiue Tentyris, idis, vrbs Ægypti in eiuſdem nominis inſula, quam Nilus efficit, eius incolæ Tentyritæ dicuntur, qui tanto crocodilis terrore eſſe dicuntur, vt ſola voce eorum audita in fugam vertantur. Plin. libro 8. cap. 25. Strab. lib. 17.

TENTYRIS, Ægypti oppidum. Ptolem. Strabo. Steph.

TENUPSIS, oppidum Nubeorum in Æthiopia ſub Ægypto. Plin.

TEO, Steph Ioniæ ciuitas Anacreontis poetæ patria, qui ab ea Teius eſt cognominatus. Vide Teium. inſuper Stephanus & Strabo antea ab Anacreonte *Athamas* dictam ſcribunt. Theuetus nunc *Suſor* nominari dicit.

TEOS alia in Dirbis Scythiæ, ad quam palus eſt, piſcibus referta, è quibus per ſerenum oleum manat in ſumma aqua, tanta copia, vt colligi in vaſa poſſit, vſibus aptum. Steph.

TEPHENE, Palæſtinæ toparchia. Plin.

TEPULA Aqua, vrbis Romæ: Plin. 36. cap. 14. etiam *Iulia* vocatur apud Frontinum.

TERACATRIÆ campi Germaniæ iuxta Danubium, Ptolem. *Kunigg vviſer* & *Marchfelder* Lazius dicit eos hodie vocari.

TERACINA. Vide Taracina.

TERAPNE. Vide in dictione Therapne.

TERAPSE, inſula non magna iuxta Carthaginem. Gentile, Terapſæus. Steph.

TERATIUS. Vide Tarchetius.

TERBETIA, vrbs Siciliæ: Ciues, Terbetini. Stephanus.

TEREBUS, fluuius Hiſpaniæ Tarraconenſis circa Carthaginem Ptolem. lib. 2. cap 6. *Tader* Plinius lib. 3. c. 4.

Teredon, vrbs ad mare Rubrum: Gentile, Teredonius, Ptolem. ad Euphratis oſtium in ſinu Perſico. *Balſera* Ortelio *Diridotis* apud Arrianum, qui vitam Alexandri magni deſcripſit, vocatur. Videtur ab eodem Arriano, cuius Periplus maris Rubri extat. *Apologus* dici, *Auge* apud Æthicum. Vide Charax.

Terei. Vide Zarabi.

Terentia, Ciceronis vxor, 93. vitæ annum expleuit. Val. Max. lib. 8. c. 14. ſed Plin. lib. 7. c. 48. annos 117. vixiſſe tradit: Repudiata à Cicerone nupſit Salluſtio, inde Meſſalæ Coruino Hieronymus contra Iouinianum: *Illa coniunx egregia, & quæ de fontibus Tullianis hauſerit ſapientiam; nupſit Salluſtio inimico eius & tertiò Meſſalæ Coruino, & quaſi per quoſdam gradus eloquentiæ deuoluta eſt.* De Terentia flebiliter Cicero ad Atticum lib. 2. *De Terentia*, inquit, *auditum ex Philotimo, eam ſceleratè quædam facere.*

Terentius, poeta comicus, Carthagine natus, Terentij Lucani libertus: qui cùm eſſet egregia indole à patrono eruditus, venit in amicitiam nobilium, maximè Lælij & Scipionis: quorum opera adiutus in ſcribendo fertur ob elegantiam ſermonis, teſte Cicerone, cui adſtipulatur etiam Varro. Vide cætera in commentariis Donati in Terentij comœdias. Non obſcura fama eſt, adiutum Terentium in ſcriptis à Lælio & Scipione. Eandem ipſe famam auxit, non enim niſi leuiter ſe tutari conatur prologo Adelphorum.

Terentius Culeo, Senator Romanus captus à Carthaginenſibus, redemptus ab Africano maiore, ac currum eius cum pileo capiti impoſito ſequutus. Liuius 10. de bello Punico. Hinc natus error apud quoſdam, Terentium comicum putantes.

Terentius Scaurus, grammaticus, quem Gellius dicit floruiſſe Adriani temporibus, ac librum de Cæſellij Vindicis grammatici erroribus ſcripſiſſe.

Terentius Varro, collega Æmilij Pauli, poſt cladem Cannenſem cum reliquiis, exercitus Canuſium ſe recepit. Cui Romam redeunti gratulatus eſt populus Romanus, quòd de Republica non deſperaſſet. Plutarch.

Terentum, locus in campo Martio, ita dictus, quòd in eo ara Ditis patris in terra occultaretur: quæ ludis tantùm Secularibus effoſſa terra oſtendebatur: iiſque peractis rurſus claudebatur. Hinc ludi Terentini dicti, qui alio nomine Seculares vocantur, qui centeſimo quoque anno tribus diebus continuis, tribúſque noctibus celebrabantur: tametſi poſtea ambitione principum minore interiecto ſpatio, aliquoties fuerint celebrati.

Terenuthis, Stephano, vrbs in Ægypto.

Tereſſa, Pomponio Æolidis vrbs.

Tereus, Italiæ fluuius, vnà cùm Amaſeno in Lirim effluens. Sabinus in Virgil. Æneidos 7.

Tereus, rex Thracum, Martis ex Biſtonide Nympha filius: qui cùm Prognen, Pandionis Athenarum regis filiam vxorem duxiſſet, eius etiam ſororem Philomelam per ſpeciem viſendæ ſororis à patre abductam vitiauit, vitiatæque linguam præcidit, arctiſſiméque eam cuſtodiæ incluſit. Quod facinus cùm illa indicare alioqui non poſſet, acu in tela depictum ſorori ſuæ tranſmiſit. Quare cognita, Progne vltionem in Orgiorum tempus differt: quo tempore matronis pluribus comitata, quæ bacchantium ritu thyrſos & cornua geſtabant, ſororem carcere eripit, bacchantíſque habitu indutam, in aulam perducit, vbi cum illa communicato conſilio, Itym filium arreptum dilacerat, patríque comedendum apponit. Quod cùm ille ex pueri capite, ſub cœnæ finem in conuiuium allato cognouiſſet: iamque ſtricto gladio ad vltionem properaret, Progne mutata eſt in hirundinem, Philomela in auem ſui nominis, Itys in Phaſianum, Tereus autem in vpupam egregio ſanè figmento. Nihil eſt enim vpupa fœdius, nihil inquinatius, quæ nuſquam libentiùs commoratur quàm in ſtercoribus. Ad hæc longo & acuto roſtro vpupa tanquam cuſpide armata exercet tyrannidem in auiculas, habetque criſtam plicabilem, quæ cùm erigitur per longitudinum capitis, refert diadematis regij ſimilitudinem. Vnde quidam lepidè in vpupam ſiue Tereum luſit:

Rex fueram, ſic criſta probat: ſed ſordida vita
Immundam è tanto culmine fecit auem.

Seruius. Ouid. 6. Metamor. Vide Philomela & Progne.

Tergedum, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum Plin.

Tergemina, Diana dicta eſt: ſolet enim Luna, in triplicem ſpeciem ſeſe conuertere: aut quòd ipſa tres facies ſeu tres vias, hoc eſt tria nomina in diuerſis locis habeat: nempe in cœlo, vbi Luna dicitur: apud inferos, vbi Hecate ſiue Proſerpina nominatur: in terra ſeu ſyluis, vbi Diana vocatur. Horat.

Montiúmque cuſtos, nemorúmque virgo,
Quæ laborantes vtero puellas
Ter vocata audis, adimiſque letho,
Diua triformis.

Et quidam incertus author,

Terret, luſtrat, agit Proſerpina, Luna, Diana:
Ima, ſuperna, feras, ſceptro, fulgore, ſagitta.

Palæph. lib. 2.

Tergeſte, oppidum, ab Aquileia ſtadia 180. diſtans, vt inquit Strab. hodie Trieſtum vocatur Plinius lib. 3. capite decimo octauo, colonum

Venetorum vocat, quæ diſtet 13000. paſſuum ab Aquileia. Ptole. Tergeſtum Iſtriæ coloniam vocat lib. 3. cap. 1. Vide Tegeſta. *Tigeſtra* vocat Stephan. & Tegeſtræorum vrbs Diodoro dicitur.

Tergeſtinus ſinus, Plin. vocatur à Stephano Aquileius ſinus, intimus maris Hadriatici receſſus eſt, hodie *Golfo de Trieſte*.

Tergilani, Lucanorum gens. Plin.

Tergis, vrbs Libyæ iuxta Æthiopiam: Gentile, Tergites. Steph.

Terias, fluuius Siciliæ. Plin. *Farretta*, hodie.

Teridata, Meſopotamiæ vrbs. Ptol.

Terillus, Hymeræ tyrannus, anno mũdi 3477.

Terina, vrbs Italiæ, à Crotoniatis condita, & fluuius eiuſdem nominis. Sunt qui velint inſulam eſſe, in quam Ligea Sirem maris æſtu reiecta ſit. Ciuis, Termeus. Steph. *Mantea*. Nigro *Nuceria* circa Terinæ reliquias ſtatuitur à Barrio: de eo Diod. & Strab.

Terineus ſcopulus, cuius meminit Plinius, eúmque *Nauem* vocant nautæ: ſic Gabriel Bar. in libello ſuo de Calabria, vbi eum iam in ſicco eſſe ait.

Teriſci. Vide Tauriſci.

Termantia, Appiano in Ibericis, Hiſpaniæ ciuitas hodie exigua, quam *Nueſtra Segnora de Termes* vocant.

Termela, vel Termera, vrbs Lyciæ, à Termero dicta. Ciuis, Termereus ab Herodoto ciues Termilæ vocãtur, ab oraculo verò eis dato Termeleæ, Steph. Vide Telmera.

Termerum, Coæ inſulæ locus apud Strab.

Termes, Plinio Celtiberiæ oppidum eſt. *Terme* fortè Flor. 4 cap. 11. τέρμες Ptolemæo in Areuacis.

Termetis Aſiæ minoris mons, Olympi radicibus iunctus. Plinius.

Termile, mons, qui nunc Chimera dicitur in Lycia. Strab. lib. 13 cap. 14. Vide Telmera & Termera.

Termilæ, populi. Strab. lib. 12. Hos Sarpedon Minois & Rhadamanthi frater colonos ex Creta duxit, ac Termilas nominauit: cùm priùs Milyæ vocarentur, vt Herodotus refert. Ac priùs etiam Soſymi, poſteà Lycon Pandionis filius, eoſdem à ſe Lycios appellauit: quæ profectò ratio Lycios ac Solymos eoſdem eſſe oſtendit, quanquam poeta eos ſeparat: nam de Bellerophonte è Lycia profecto dicitur,

Hic Solymis iterum præſtantibus intulit arma.
Vide Milyas & Tremile.

Terminalia feſta Varro appellata eſſe exiſtimat, quòd is dies anni extremus erat conſtitutus. Ego potiùs à Termino deo nomen ſumpſiſſe exiſtimo.

Terminalis Apollo dictus eſt, ab adiudicatis finibus, quòd Hermonienſes de terræ finibus contendentes victores fecerit, Palæp. lib. 1.

Terminus, dei loco habitus eſt, quòd poſt Saturnum exactum cædes ac lites ruſticorum de diuidendis agris ſuſtuliſſet. Sacrificabant ei menſe Februario in ęde, qua ſuper eum foramen in tecto patebat, quòd nefas eſſe putarent Terminum intra tecta conſiſtere. De hoc extat lepidum ænigma apud Gellium lib. 12. c. 6. quòd Ioui ſôlus omnium deorum cedere noluerit. Ouid. 2. Faſtor.

Termiſum, Hiſpaniæ ampliſſ. oppidum. Appian.

Termiſſus, vrbs Piſidiæ duplex: altera maior, altera minor, colonia maioris. Gentile, Termiſſeus. Steph.

Termus, Sardiniæ fluuius. Ptol.

Terpander, ſiue Terpandrus Arnęus, ſiue Leſbius, poeta lyricus, primus in lyra Heptachordum & lyrici carminis canonem ſcripſit: quanquam Philemoni quidam reſcribunt. Suidas. Strabo autem lib. 13. Methymneum facit, quod oppidum eſt Leſbi: dicitque de Tetrachordo Heptachordum reperiſſe, vt eius indicant carmina. Hinc Virg. lib. 6. Æneid.

Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.
Huius famæ ac nominis maximi iudicium, quòd Lacedæmonij ſeditione quadam admoniti fuerint ab oraculo, vt Terpandrum mitterẽt, qui lyræ & poëſeos dulcedine animos vulgi ac tumultus ſedaret, ex quo poſtea his prouerbium manſit, ſi quando dulcem audiant muſices concentum, ſecundum Leſbium cantum, ex libro prouerbiorum Græcorum.

Terphalæi, populi. 1. Eſd. 4. Lat. raptores fatigati vel laborioſi, aut ſeries miraculoſa vel ruinoſa: aut ex Syro & Hebr. mons vel cuſtos miraculi vel ruinæ, aut folium laboris.

Terpnus, citharœdus, cuius cantu oblectatum Neronem ſcribit Tranquillus his verbis: Statim vt imperium adeptus eſt, Terpnum citharœdum vigentem tunc præter alios acceſſit, diebúſque continuis poſt cœnam canenti in multam noctem aſſidens, paulatim & ipſe meditari exercitaríque cœpit, nec eorum quicquam omittere, quæ generis eius artifices vel conſeruandæ vocis cauſa, vel augendæ factitarent.

Terpſichore, vna nouem muſarum ſic dicta, quòd choreis & tripudiis delectetur: vel, vt Plutarchus ait quòd maxima vitæ pars ea delectetur & gaudeat. Huic quidam citharæ inuentionem tribuunt.

Terſos & Terſia, vide Tarſus & Tarſuras.

Terſum, regio à Græco verbo τερσαίνω dicta, quod exſiccare ſignificat. Huius enim regionis loca primùm poſt diluuij vaſtitatem, in proximum pelagus receptis aquis, apparuiſſe, & ſole deſiccata conſtitiſſe, pro conſtanti autumant.

Eratoſthenes autem ideò illam Terſum appellatam ſcribit, quoniam eo in tractu primi degentes homines, tritici, & leguminum fruges, vt reconditæ perdurarent, exſiccaſſe perhibentur: cùm antea eiuſmodi non adhibita cura collectæ facilè putreſcerent & interirent. Sunt qui illam vrbem, Tarſum à pedis parte ſic vocata, appellatam fuiſſe dicunt: quoniam eo loco Bellerophon de Pegaſo cecidiſſe, pedémque offendiſſe dicatur. Polyhiſtor tamen non Bellerophontem, ſed Pegaſum eo in loco crus fregiſſe ſcribit, Tarſumque ciuitatem poſtmodum ibi conditam in illius rei memoriam, ab antiquis ſic fuiſſe denominatam, Leonic Thom lib. 3. cap. 81.

Tertia, ſiue Tertulla per diminutionem, Bruti ſoror, vxor Caſſij, ſic dicta, quia poſt duos edita eſſet. Hæc abortum fecerat: quod queritur Cicer. ad Atticum lib. 4. 318. Tertullæ nollem abortum: tam enim Caſſi ſunt iam, quam Bruti ſerendi.

Tertius, nomen viri. Rom. 16.

Tertullus, nomen oratoris cuiuſdam, accuſatoris Pauli, Act. 24.

Tertullus, conſul, anno ſalutis 412.

Tertullianus Theologus, primus Chriſtianorum qui Latinè ſcripſerunt, cuius multa leguntur opuſcula eloquentiſſimè ſcripta. Hic, ſicut ſcripta eius indicant, animam dicit immortalem quidem, ſed eam effigiatum corpus eſſe contendit, neque hanc tantùm, ſed ipſum etiam Deum corporeum eſſe dicit, licet non effigiatum, neque tamen hinc hæreticus creditur eſſe factus.

Teſa, Carmaniæ vrbs. Ptol.

Teſiphon, tyrannus, deuictus fuit in Theſſalia à Philippo Melopa, anno diluuij 3606.

Teſippeus, x. Athenienſium rex, regnauit annis 27 anno mundi 3140.

Teſqua, loca edita, aſpera & inculta, ipſo ſitu atque ſilentio religionem quandam & horrorem incutientia. Horat. Varro lib 6. de lingua Latina, Teſca ſcribit per c literam: putátque Teſca dicta, quaſi Tueſca, à tuendis ſacris: locáque quædam agreſtia interpretatur, deo cuipiam cõſecrata: Accij teſtimonio idipſum confirmans, ex Tragœdia: cui Philoctetæ nomen eſt, in hunc modum citato: *quis tu es mortalis, qui in deſerta & Teſca te apportes loca?* quid autem Teſcorum nomine ibidem intelligere debeamus, explicat idem Accius, paulò pòſt ſubiungens, *Celſi Cabirum delubra tenes, myſteriáque priſtina Caſtis concepta ſacris.* Hæc Varro.

Teſſuinum, Piceni vrbs apud Blondum & Nigrum, qui addit eam hodie *Treſſiminum* appellari, ſed *Morotraſſino* habet Leander.

Teſta Libyus Triton, apud Celtiberos regnum tenuit, anno mundi 2550.

Tethrippobatæ, Herod. in M. Apamene populi ſunt in Libya.

Tethys, yos; Cæli & Veſtæ filia, ſoror Saturni, coniunx Neptuni, fluuiorum & Nympharum mater, vt eſt author Heſiod. in Theogonia. Ouid. tamen lib. 5 Faſt. videtur ſentire illam fuiſſe Titani filiam, qui fuit Saturni frater natu maior. Vide Neptunus, & Mythologos in eiuſdem nominis explicatione.

Tetolata. vide Tecolata.

Tetrachoritæ, populi, qui aliàs Beſſi & Tetracomi. Strab. lib 7.

Tetragonis, Plinio Arrachoſiæ oppidum eſt, ſub Caucaſo, quod antea *Cartana* dictum fuit.

Tetranaulochus. Vide Nauiochus.

Tetrapolis, Syriæ regio (vt inquit Strabo. li. 6.) in qua ſunt quatuor inſignia oppida. Item pars Atticæ Tetrapolis dicebatur, quòd vicos & ciuitates quatuor haberet, Œnoem, Probalinthum, Tricorython (aliàs Tricorinthon) & Marathonem. Priùs autem Hyttenia vocabatur. Steph.

Tetrapyrgia. vide Antipyrgus & Taureſium.

Tetricus) inquit Seruius) mons in Sabinis aſperrimus, vnde triſtes homines tetricos dicimus.

Tetrinius, teſte Suetonio. fuit latro, qui cùm poſtularetur, & eos qui *poſtularent Tetrinios* eſſe dixit Caligula imperator, hoc eſt, ipſos accuſatores, latrones eſſe, & talis qualis dicebatur Tetrinius.

Tetrionenſis. vide Dertona.

Tetriſia. vide Titiſtria.

Tettius Cabalus. vide Sextius.

Teuca, regina Illyricorum, Romanos ſæpe fregit, caſtitate admodum clara Hæc, vt author eſt Plin. lib. 34. cap. 6. P. Iunium & T. Coruncanum, legatos Romanorum ſumma iniuria interemit. vide Teutha.

Teucer, Scamandri Cretenſis filius, qui in troade vnà cum Dardano genero regnauit: vnde Ilienſium regum fluxit origo. Ab huius nomine Troia, Teucria dicta eſt, & Troiani ipſi Teucri.

Teucer, Telamonis ex Heſione filius, ſagittandi peritiſſimus, quem Homer. 8. Iliados inducit ſub Aiacis fratris ſui clypeo latentem, multóſque Troianorum occultè ex inſidiis vulnerantem. Hic cùm euerſa Troia in patriam rediſſet, indignatus Telamon: quòd necem Aiacis fratris ſui. Vlyſſis inſidiis ci cumuenti, vltus non eſſet, Salamine eum expulit. Patria itaque profugus, nauigauit in Cyprum, ibíque vrbem condidit, quam de nomine relictæ patriæ Salaminem appellauit.

Teuchira. vide Arſinoe.

Teucria, gens apud Virg. vnde teucer.

Teu-

Digitized by Google

Teucris, vrbs & regio Troadis, & Dardania poſt dicta.

Teudamedas, Homero Iliados ſecundo pater Pelaſgi.

Teudaſia, vide Theodoſia.

Teudelina, Caribaldi Bauarorum Regis filia, anno ſalutis 594.

Teuderium. Ptol. lib. 2. cap. 11. vrbs Germaniæ. Hodie Padeburna, vulgò *Paderborn*.

Teumeſſus, Bœotiæ exiguus mons, in quo Hercules adhuc penè puer leonem Teumeſſium occidit, eiuſque pellem detraxit, qua ſemper poſteà pro pallio vſus eſt. Leo autem à Ioue in cælum tranſlatus dicitur, vt gloriæ Herculis conſuleret, qui eum inermis occiderat. Numeratur autem hic mons inter eos qui Bacchi ſacris erant dedicati.

Teumeſſus, paruulum oppidum in Thebanis finibus. Eſt etiam hoc nomine fluuius, & regio.

Teuochis, vrbs Ægypti, & lacus ejuſdem nominis. Ciues, Teuochites. Steph.

Teuriochæmæ Ptol ſunt Germaniæ populi. *Duringer* videntur in tabula Manſueldiæ Tilemanni Steilæ cui ſuffragatur Peucerus.

Teurnia, Ptolemæus Norici vrbem habet, quam Lazius in ſuo opere de gentium migrationibus *Kochſtadt* nominat. *Pernau* verò, ad locum Chimle eſt Pinchamero.

Teutanium. Vide Titana.

Teutates, lingua Gallica dictus eſt Mercurius, qui ab illis humano ſanguine placabatur, nam pro victimis homines immolabant, miniſtriſque vtebantur ad ea ſacrificia Druidibus. Alij immani magnitudine ſimulachra habebant, quorum contexta viminibus membra viuis hominibus complebant: quibus ſuccenſis circumuenti homines flamma examinabantur, quoſdam ſagittis configebant, & intra ſacras ædes, patibulo ſuffigebant. Strab. Lucan. lib. 1.

Et quibus immitis placatur ſanguine diro
Teutates, horrénſque feris altaribus Heſus.

Teuteus, XXIX. Aſſyriorum rex regnauit annis XL. anno mundi 2790.

Teutha, regina Illyriorum. Vide Teuca.

Teuthadamas, nomen patris Pelaſgi. Hom. 2. Iliad.

Teuthis, vir princeps, qui ad expeditionem Trojanam cum Græcis nauigare volens, dum in Aulidis rupes impegiſſet, indignatus Palladem vulnerauit haſta. Stephano, vrbs Arcadiæ. Gentile, Teuthides.

Teuthrania, Plin. lib. 5. cap. 30. regio ſupra Elida, & partem Troadis, in Mediterraneo, quam Myſi antiquitus tenuere. Stephano Myſiæ ciuitas eſt, à Teuthrante dicta, *Thymena* Ptol. habet, *Tripolis* vocat nouo nomine Theuetus. vide Pergamum.

Teuthras, Pandionis filius, Ciliciæ & Myſiæ rex, qui Augem Alei filiam, ab Hercule compreſſam, ideóque patris iuſſu vnà cum Telepho filio arcæ incluſam, & ad oſtium Caici fluminis delatam vxorem duxit, filiúmque eius Telephum pro ſuo educauit: vt ex Euripidis ſentẽtia refert Strabo libro decimo tertio. Sunt qui Teuthrantem hunc quinquaginta filias habuiſſe tradant, quas Hercules omnes nocte vna compreſſit grauidáſque reliquit. Ouidius in Epiſtol. Deianiræ ad Herculem.

Teuthras fluuij nomen ex hoc Propertij,

Aut teneat clauſam tenuis Teuthrantis in unda.

Apud Strabonem lib. 6. eſt Italiæ vrbs aut flumen. de quo conſule Caſaubonum ad hunc locum. Vide Theſpia & Thraſyllum.

Teuthrone, Ptol. Laconicæ vrbs, *Scopia* Nigro appellatur.

Teutluſſa, inſula Ioniæ, Thucyd. Gentile, Teutluſſæus, Steph.

Teutoburgenſis ſaltus, Germaniæ locus apud Tacitum, clade Romanorum ſub Quintilio Varo nobilis, hodie *Teute* vel *Teuteberg*, ſylua eſt ſic dicta, prope quã locus qui *Winfeldt*. Campus victoriæ dicitur: Tractus hic patet in lõgitudine 400. paſſus, & 100. latitudine non longè ab arce *Falckenburg* & oppidulo *Horn*, in itinere quo itur Pedeborna Byfeldum & Monaſterium. Ex Chronico Manſfeldiæ à Cyriaco Spangebergo germanicè ſcripto Germanici ſaltus vocatur hic locus à Liuio li. 9. niſi quis malit hîc Liuium cõmuni vocabulo de Germanorũ ſaltibus loqui, quã de Germanici imp. vt intellexerunt nõnulli.

Teutoburgium, Ptolem. & Anton. Pannoniæ inferioris vrbs *Furſkirchen* interpretatur à Volaterrano. *Quinqueecleſienſem* vocant Neoterici latini *Funfkirchen*. Hanc Merſiam olim dictam putat Auentinus, cujus Anton. meminit à Aurelius Victor Bonfinio *Peuce* videtur. Ejus forte, cujus mentio eſt apud Strabonem lib. 7. quam in Danubio ſitam tradit, Wolfg. Lazius credit *Teutoburgũ* Ptolemæi, *Amantia* Antonini, & *Quinque Eccleſias* in eundẽ ſitum ſiue locũ incidere.

Teutomalius, Saluiorum rex, anno mundi 3842.

Teutones, ſiue Teutoni, Germaniæ populi Ingeuonibus à Plin. annumerati: ita dicti à Teutone ipſorũ deo (Tacitus Tuſconem appellat) quẽ indigenam & terra ortum exiſtimabant. Hinc Tuſconius. *Teutſche* patria lingua interpretãtur.

Teutianus, Hom. Iliad. 6. Axyli pater.

T H

Thaas, filius Nachor ex Roma concubina. Gen. 22. Lat. hyacinthinus, vel feſtinans, aut ſilens.

Thabis, Scythię mons in Aſia. Mela lib. 3.

Thabor, vulgò *Saron*, mons eſt in medio Galilæę campo, mira ſublimis rotunditate. Nam ejus altitudo (vt lib. 4. Hegeſippus ait) 30. eſt ſtadiorum: vertex autem ipſe campeſtris. XXIII. ſtadiis iacet. Ier. 46. Pſalm. 88. ciuitas in tribu Zabulon Leuitis data. 1. Par. 6. Iud. 4. 1. Reg. 10. Lat. electio, ſiue puritas: aut Syriacè contritio, vel confractio. Eſt autem Chriſti transfiguratione clarus, *Thabirius* aut *Ithabirius* Latinè dicitur. Hic mons à Polybio lib. 5. *Maſtois* nominatur, in cujus iugo vrbs eſt, ἀταβύριον nomine.

Thabraca Ptolem. Tibracha Plin. & Tabraca Pomponio, Θάβρακα habet Stephanus, Africæ propriæ vrbs. *Bugia* vocat Fazellus, ſed hanc Bugiam putat Caſtaldus. *Igilgile* Ptolemæi eſſe, & Sabellicus *Vzucath*. Pro Vzicath nonnulla Ptolemæi exemplaria habent *Thuzicath*.

Thadal, rex Gentium, Gen. 14. Lat. conterens iugum, ſiue ſcientia eleuationis vel aſcenſionis.

Thaddęus, vnus ex Apoſtolis Matth. 10. qui ibidem juxta lectionem Græcam dicitur Lebbæus Euſeb. lib. 1. cap. 5. hiſt. Eccl.

Thadæus, Florentinus medicus qui tanta fuit celebritate nominis, vt ad curam ægrotorum extra vrbem vocatus, non vllius quàm 50. aureorum mercede in ſingulos dies perigrinaretur, vocatúſque ab Honorio quarto centum ſibi ſtatui voluit, à quo curato decem millia reportauit. Volaterr.

Thahan, filius Thale 1. Par. 7. Lat. deprecans aut miſericors, ſiue gratioſus vel gratia.

Thahath, nomen viri 1. Par. 6.7. Lat. ſubter vel ſubtus, aut pauor, ſiue formido: vel Syriacè, deſcenſio. Eſt item 23. Iſraelitarum manſio. Num. 33.

Thais meretrix nobilis, patria Alexandrina, quæ cùm Athenas quæſtus gratia ſeſe contuliſſet, Atticæ iuuentutis florem in ſui amorem pellexit. Hanc carminibus ſuis celebrauit Menander comicus poeta: vnde & Menandrææ epitheto à poetis inſignitur. Fuit & Thais altera à Diuo Panutio admonita, quæ relicto quæſtu meretricio, ſancta mulier euaſit. Nam ignotus ad eam ingreſſus, ſecretum petebat magis ac magis: illa verò dicente neminem niſi Deum poſſe conſpicere: ille ſumpta hac occaſione, ad Dei metum ac religionem eam eſt exhortatus, qui poſſet etiam occulta conſpicari. Volaterr. lib. 20.

Thalamæ, vrbs Meſſeniæ, Paſiphaes templo & oraculo nobilis, vt docet Plutarchus in Ægide, Stephan. Nigro *Vaſilopotamo* nuncupatur, *Calamata* nouo nomine vocat Gemiſtus.

Thalamanæi, populi Perſis ſubditi. Steph.

Thalamegus, nauis genus, Athenæus. Ædificauit Ptolemæus Philopator nauem etiam fluuialem, quæ Thalamegos vocabatur. Longitudo eius ſemi ſtadium, latitudo quæ eſſet ampliſſima triginta cubitis, altitudo cum ſuggeſtu tabernaculi, paulò minor quadraginta cubitis. Figura eius neque longis nauibus, neque rotundis aſſimilis. Hæc nauis aliis nominibus dicitur nauithalamus, nauis cubiculata, & bucentaurus, & Thalamiphora.

Thalamia, vrbs Theſſaliæ, quæ & Thameja: Gentile, Thamieus. Stephan.

Thalaſſa, ciuitas littoralis Cretæ, haud procul à loco, qui Boni portus dicitur. Act. 27.

Thalaſſar, regio Syriæ, Iſa. 37. Appellatur & Thelaſſar. 4. Reg. 19. Lat. ſuſpenſio vel tumulus principis, aut ſuſpendens canticum, vel tumulus canentis.

Thalaſſius, deus nuptiarum: de quo vide Liu. lib. 1. Decades 1. Plutarchum in Romulo.

Thale, nomẽ viri. 1. Paral. 7. Lat. humectatio aut viriditas, ſiue humectans, aut vireſcens.

Thalecus, Lacedęmoniorum rex, regnauit annis XL. anno mundi 3110.

Thales, vnus ex ſeptem Græciæ ſapientibus, obiit Olympiade 58. cùm certamen ſpectaret, æſtu ac ſiti fatigatus. Geometriæ apud Græcos primus repertor, & naturę ſeu rerum certiſſimus contemplator, qui reperiſſe fertur temporum ambitus, ventorum flatus, ſtellarum motus, tonitruum ſonora miracula, ſyderum obliqua curricula, Solis annua reuerticula. Mercaturam exercuit. Plutarch.

Thales, poeta Lyricus, Cretenſis, quem è Creta Solon Spartam miſit, cujus odis ac poeſi Spartani deliniti, animarum feritatem nimiam ex Lycurgi legibus imbutam caſtigabant. Plut. in Solone.

Thaleſtria, vel Thaleſtris, regina Amazonum quam alij Minitheam vocant. Hęc triginta quinque dierum inter confertiſſimas gentes itinere facto, cum trecẽtis mulieribus occurrit. Alexandro in Hircania res gerenti, vt liberos ex rege ſuſciperet: & vt viſa eſt vterum impleſſe, diſceſſit. Strabo lib. 11. Clitarchus Thaleſtriem ſcribit à Caſpiis portis à Thermodoonte profectam, ad Alexandriam veniſſe, &c.

Thalia, nymphæ nomen. Vnde Talici.

Thalia, vna ex nouem Muſis ἀπὸ τοῦ θάλλειν quod inter cætera ſignificat virere *ſeu florere*, propterea quòd Poëtarum fama, *nullo tempore* marceſcat. Horatius argutam eam appellat. 4. Carminum Ode 6. *Statius laſciuam*, 2. Sylu. 1.

Thalia, inſula quædam Tyrrheni. Ariſtot. in Mirabilibus.

Thalluſa. Vide Daphnuſa.

Thalpuſa, vrbs Orchomeni in Arcadia Stephanus. Gentile, Thalpuſius.

Thalus

Thalus, vir eximiæ velocitatis, quem Iupiter æreis pedibus finxiſſe dicitur. De quo vide annotationes Baptiſtæ Pij.

Thamanæi, populi Perſis tributarij. Herodotus libro 3.

Thamar, vxor Her primogeniti Iudæ. Gen. 38. Eſt & vrbs Syriæ nobilis quæ nunc Palmyra dicitur, olim à Salomone conſtructa. Ezech. 48. Hæc ab Adriano principe, Hadrianopolis. Filia item Dauid. 2. Reg. 13. 1. Paral. 3 Sic vocabatur & filia Abſalon 2. Reg. 14. Lat. palma, vel dactylus ſiue commutatio, vel permutatio, aut amaritudo.

Thameia. Vide Thalamia.

Thameſis, celeberrimus Angliç fluuius, primò Iſis nominatus, paulò ſupra Vinchelcombiam vicum oritur. Deinde riuis paſſim auctus contra Oxonium cum flumine Thami coniunctis aquis, cum eo nomen quoque coniungit. Ad extremum maris fluentis ac refluentis excipitur: atq; nauigabilis & vaſtus, magno Anglorum commodo, Londinum alluens in Oceanum influit. Incolis hodie *Thames* ſcribitur ſed *Tems* pronunciant.

Thamna, vrbs Palæſtinæ. Steph. Gentile, Thamnitæ.

Thamna, concubina Eliphaz filij Eſau. Gen. 37. Lat. vetita ſiue prohibita, aut perfecta, vel conſummata commotio.

Thamna, Ioſ. 15. Ciuitas in tribu Iuda. Lat. imago vel figura, aut numeratio vel numerans: aut Syriacè conſtituens.

Thamnas, idem Gen. 38.

Thamnata, idem. Iud. 14 & 1. Machab. cap. 9. *Timin* eam nominat Beniamin.

Thamnath ſara, ſiue Thamnath-ſare, ciuitas in montanis Ephraim, ab Iſraelitis Ioſuæ duci tanquam hæreditas attributi. Ioſ. 19. & 24. eadem quæ & Thamath-hares, per litterarum tranſpoſitionem. Lat. figura, vel imago extenſa, vel remanens aut fœtens, ſiue numeratio reſidua, aut numeratio extenſionis, vel fœtoris: aut ex Syro & Heb. conſtituta extenſio, vel fœtor aut ſtatura reſiduitas.

Thamuda, locus prope Nabathæos Arabes, Stephan.

Thamyras, ſiue Thamyris: Suidæ: poetæ nomen ex Thracia, qui cùm omnes pulchritudine præcelleret, ab initio mare dilexit, deinde mutata conſuetudine, Muſas amauit, cum quibus de cantu certauit hiſce conditionibus, vt ſi vinceret earum com plexu potiretur, ſi ſuccumberet, ab illis pateretur, quicquid eis videretur. Itaque ſuperatus, & oculis & lyra priuatus eſt. Hinc manauit prouerbium in eos qui præter ingenium propriũ aliquid agunt, Thamyras inſanit.

Tham, Ægypti ciuitas, vnde Titanes dicti ſunt, quòd ibi primùm habitarint poſt diluuium. Comeſt in cap. 6. Geneſ.

Thanach, ciuitas 3. Reg. 4. 1. Para. 7. data dimidiæ tribui Manaſſe. Ioſ. 21. Iudic. 1 & 5. vocatur & Tenach. Ioſ. 17. Lat. confringens vel humilians ſe, ſiue reſpondens tibi.

Thanath ſelo, nomen loci. Ioſ. 16. Lat. ficum vel ficulneam diſſoluens aut diſcalceans, ſiue decorticans, ſiue ficulnea errans vel mentiens: aut ficulnea abundantiæ vel pacis ſeu occaſio erroris vel mendacij, aut occaſio (ſ. eſt) abundantia vel pax.

Thanatos, inſula in Oceano Gallico Britanniæ, vt Solinus refert, proxima, frumentarijs cãpis fœlix. In ea nullus anguis viuere poteſt: quin aſportata aliquo terra angues illicò perimit. Dicta Thanatos à morte ſerpentium, partem cujus hodie *Tenet* incolç vocant, Bedç *Tanetos* dicitur. Humf. Lhuyd. ſcribit antiqua & vera Britannica lingua *Ynis Ruochijm* vocari. In Aldinis exemplaribus *Athanatis* habetur. Ioannes Camers ſubdubitat nũ eadem ſit cum *Etta* Antonini, aut *Agatha* Ptolemçi, Galliç Narbonenſis objacere.

Thaneum, metropolis fuit Ægypti, in qua Moſes multa ſigna fecit. Vide Tanis.

Tanehumeth, pater Saraiæ, 4. Reg. 25. Ierem. 40. Lat. murus, ſiue donum indignationis vel caloris aut mortis.

Thaphnes, ſiue Thaphnis ciuitas Ægypti. Ier. 1. 43. 44. & 46. Ezech. 30. vide Tanis.

Thaphſa, ſiue Thapſa, Lat. tranſitus, vel claudicatio, vel paſcha, i. locus vbi paſcha fit, ciuitas 3. Reg. 4. 24 & 4. Reg. 15. 16. Hebraici interpretes dicunt eſſe nomen regionis ſitæ trans Euphratem ad Occidentem Iudææ, 3 Reg. 47.

Thapſacus, vrbs Syriæ juxta Euphratem Gentile, Thapſacenus, Steph Antea *Eurepum*, poſtea *Amphipolis* dicta fuit. Plin. lib. 5. cap. 24.

Thapſipolis prope Chalcedonem eſt. Stephanus.

Thapſus, inſula decem ſtadiis à Sicilia diſtans nòn procul à Syracuſis, plana, & quam minimum à mari eminens, adeò vt vndis merſa videatur Vnde & Thapſus dicta eſt ἀπὸ τοῦ θάπτεσθαι, quòd in mari quodammodo ſepulta videatur. Virg 3. Æneid.

Thara, filius Micha filij Meribaal, 1. Par. 8. Lat. vlulans, aut malefaciens, vel cubiculum malitiç, aut cubiculum paſtoris vel ſocij, aut Syriacè, euentus, ſiue terreſtris, vel inferior.

Thara, i. ira, vel contentio praua, aut ſocij vel paſtoris, filius Micha 1. Par. 9. 41.

Thara, Eſth. 12. idem quod Thares.

Tharaca, rex Æthiopiæ. 4. Reg. 19. Iſa. 37. Lat. explorator, vel contemplator obtuſus ſiue legis hebetudo, vel impedimentum, vel turturis obtuſio aut hebetudo.

Digitized by Google

Tharana, filius Caleb, ex Maacha concubina 1. Par. 2. Lat. explorator vel contemplator gratiæ vel miſericordiæ.

Thare, filius Nachor. Gen. 11. Lat. odorans vel ſpirans, aut abigens.

Tharela, ciuitas in tribu Beniamin. Ioſ. 18. Lat. exploratio, vel turtur maledictionis aut fortitudinis, vel ilicis, aut explorans ilicem vel fortitudinem.

Thares, Eunuchi nomen. Eſth. 2. Lat. hæres, aut miſer, vel exul.

Thargella, nobilis fœmina, philoſophiæ ſectatrix. Plut. in Pericle.

Thargelia, feſtus dies apud Athenienſes fuit, Apollini & Dianæ ſacer, à quo menſis Aprilis denominatus eſt. Vide Gyraldum, in libro de annis & menſibus.

Thariba, vicus quidam, cuius meminit Steph. in Candara.

Tharops, Oeagri pater, Orphei auus cui Bacchis regnum thraciæ Lycurgo occiſo dedit, eo quod Lycurgi inſidias detexiſſet. Diod lib. 3.

Tharſis, Comagenæ vrbs, cuius in ſacris frequens fit mentio. Apud profanos autores *Tarteſſus* vrbs aut Tarteſſiaca regio, quæ Bætica eſt, vocatur vt credit in ſua Hiſpania Goropius.

Tharſis, filius Iauan, Geneſ. 10. Eſt & nomen regionis, Giliciæ olim dictæ, à Tharſis filio Iauan. 3. Reg. 10. Pſalm. 71. Iſa. 2. Ezech. 10. Vide tarſus. Quidam volunt Tharſin nonnunquam mare mediterraneum ſignificare, vt apud Ionam prophetam, & Pſal. 71. Lat. contemplatio gaudij ſiue Chryſolithus lapis, aut mare.

Tharſus, vide Tarſus.

Tharthac, Idolum Heuæorum. 4. Reg. 17. Lat. concatenatus, ſiue retruſus vel concluſus.

Tharthan, nomen principis. Iſa. 20. Lat. explorans vel contemplans domum, aut turturis donum vel lex ipſarum.

Thaſſi, filius Mathathiæ filij Ioannis, primo Mach. c. 2.

Thaſſus, inſula maris Ægæi, Thraciæ adiacens, contra Neſſi fluminis oſtia oppidum habens eiuſdem nominis, à Pœnicibus, qui Europam terra marique inueſtigantes, eò peruenerunt, conditum. Herod. lib. 2. Huius incolæ Thaſij dicuntur, generoſis viribus, & inſigni marmoris genere nobilitati. Hæc olim Æria & Æthria dicta fuit, Plinio auctore. Dionyſius eam Ogygiam cognominat. Euſtathius eius commentator addit ex Arriano eam *Chryſam* dictam fortè *Thalaſſia* Ptolemæi eſt. hodie *Taſo* nominatur, Lazio, Nigro & Sophiano teſtibus.

Thathanai, nomen viri. 1. Eſd. 3. Lat. donans, vel donator.

Thaumacia, vrbs Magneſiæ, à Thaumaco Pæantis patre dicta. Eſt & alia ciuitas in Maliaco ſinu. Incolæ thaumaci. Memoratur & Thaumaciæ Daciæ templum. Steph.

Thaumas, pater fuit Iridis, quæ ab illo taumantias & thaumantæa virgo dicitur.

Thaumantias, thaumantis & Electræ filia, Iunonis nuntia, nuntia deorum in rebus malis, vt Mercurius in bonis: proprio nomine Iris dicta, thaumantis autem à patre cognominata.

Thaumaſium, mons Arcadiæ, in quo Saturnus lapidem deuorauit. Incolæ, Thaumaſij, Stephanus.

Thaurea, Iubellius Campanus, vir fuit memoranda fortitudine, qui in caſtris Annibalis Claudium Aſcilium Romanum ingenti hominem robore ad duellum prouocauit. Idem capta à Fuluio Capua, vxorem liberos, ac ſe poſtremò ante pedes Imperatoris gladio confodit.

Thea, Nympha Oceani & Tethyos filia, Heſiodus in theogonia. Stephano Θέα, vrbs eſt Laconiæ.

Theacnes, Athenienſis imperat. anno mundi 3495.

Theagenes, tres Athenis diuerſis temporibus Suidas fuiſſe recenſet. Vnum qui de Homero ſcripſit. Alium, qui Caprus eſt appellatus, quod multa promittens, nihil præſtaret, pauper enim erat, ac diues videri volebat. tertius fuit vir potens ac diues Athenîs, qui liberalitate ac beneficentia: publicè ac priuatim multa laude digna geſſit. Quartum addit Pauſanias, Athletam, patria thaſium, qui CXL. coronas è certaminibus retulit.

Theagenes, vir quidam vſque adeo ſuperſtitioſus, vt domi haberet Hecates ſimulachrum nec vſque pedum moueret, niſi illo conſulto, vnde natum prouerbium theagenis Hecateum.

Theangela. vrbs Cariæ. Stephan. ex iis ſex oppidis quæ ab Alexandro magno Halicarnaſſeo fuerunt contributa. Auctor Plinius lib. c. 29. Ciuis theangeleus.

Theano, Antenoris vxor, ſacerdos Palladis. Homer. 6. Iliad. Palladium Græcis prodidit, Suidas in voce Palladium.

Theano, Metaponti Icari regis vxor, quam cùm ob ſterilitatem maritus repudiare vellet, illa paſtores ſubornat, vt puerum vnum aut alterum inuenirent, quem pro ſuo ſupponeret. Opportunè id temporis Menalippe Deſmontis filia (quam Neptunus compreſſerat) gemellos pepererat. Quod tam ægrè tulit Deſmontes, vt & filiam excæcatam carceri incluſerit, infantes autem feris obijci iuſſerit. In hoc itaque cùm paſtores incidiſſent, diuinitus ſibi eos oblatos, rati ad theanos deferunt, quæ eos pro regis pueris educauit. Verùm cùm poſtea ex Metaponto concepiſſet, gemellóſque peperiſſet,

Digitized by Google

ſet, viríumque ſuum animaduerteret majore ſuppoſititiorum, quàm legitimorum amore teneri: vtcunque potuit, ad tempus dolorem diſſimulauit. Verùm cùm jam ad legitimam ætatem liberi peruenissent, indicat iis duos majores natu, quos fratres ſuos eſſe rebantur, ſuppoſititios eſſe: hortat úrque vt in venatione perductos interficerent. Quod cùm illi conarentur, Neptunus filijs ſuis ſuppetias tulit, cujus opera adjuti illi Theanûs filios interfecerunt. Quorum corpora cùm in regiam eſſent allata, Theano venabulo incumbens, ſe interfecit. Hyg. Fab. Poe. cap. 16.

Theanum, cognomine Sidicinum, Apuliæ oppidum, authore Cicerone in oratione pro Cluentio, & Strabone libro ſexto Horat. primo libro Epiſt. epiſtol. prima, Nunc vulgò dicitur Theano.

Thebais, inſigne Statij opus, totis duodecim annis ſumma cura ab eo elaboratum. Nomen autem habet ab argumento, eò quòd bellum contineat inter Eteoclem & Polynicem ad Thebas geſtum, in quo duo fratres mutuis vulneribus perierunt. Papinius libro vltimo.

Thebes, vrbs terræ Chananeæ Iudic. 9. 50. & 2. Reg. 11. 21. Lat. cœnoſus, aut ſericeus, vel ouum, aut Syriacè, lineus.

Thebe, bes, & Theba, bæ, & Thebæ, barum, vulgò *Stibes*, vel *Stibez*, nomina multarum vrbium, quarum vna fuit in Ægypto, à Buſiride rege condita, ambitu centum quadraginta ſtadiorum, vti refert Herodotus: centum portis, vnde & Hecatompylos cognominatur, aliiſque publicis priuatiſque ædificiis inſignis, totaque penſilis, adeò vt reges vel maximos exercitus ſoliti ſint educere, nullo oppidanorum id ſentiente. Hujus incolæ Thebæi dicuntur, & vicina regio Thebais, in Æthiopium vergens. Aliæ fuerunt Thebæ in Bœotia, à Cadmo primùm conditæ, deinde ab Amphione ſplendidiùs inſtauratæ: quanquam Varro rei Ruſt. lib. 3. vrbis hujus originem ad Ogygem referre mauult. Cujus ſententiæ ſubſcribit & author Ætnæ, cùm Thebas Ogygias appellat. Hanc vrbem Poetæ à numero ſeptem portarum peculiari epitheto Heptapylon cognominant. Hinc ortum traxerunt Hercules & Liber pater, & Pindarus vates, & præter hos, Pelopidas & Epaminondas præſtantiſſimi ætatis ſuæ duces. Eadem dicta fuit & Dircæa, à Dirce propinquo fonte, vnde & ager Thebanus à poëtis paſſim Dircæus appellatur. Fuerunt & Thebæ aliæ in Cilicia, Eetionis regia, patria Andromaches, quam Ouid. idcirco Thebaidem cognominat. 3. de Arte. *Philippopolim* vocatam refert Polybius lib. 5. Stephanus *Philippi*, qui eam in Theſſalia ponit, hodie *Ziton* dici ait Sophianus. Quæ in Ægypto eſt, etiam *Dioſpolis* dicitur, & *Buſyris*, Diod. Siculo teſte. Dioſpolim vocat Ptolemæus Thebaidis metropolim. D. Hieronymus Epiſt. ad Galatas ſcribit ſuo tempore *Thebeſtin* nominatam. Hodie nomen Thebarum retinere ex Ioanne Leone videtur. vide Ægyptus. Sunt etiã Plinio *Thebæ Corſicæ* cognominatæ in ſinu Corinthiaco juxta Heliconem montem. Hoc loco *Thube* à Ptolem. ponitur, *Theba* Lucanę, ſic dictę à Plinio, quò in Lucanis ſint, quas ex Catonis ſententia interiiſſe ſcribit. *S. Lucij* hodie dici tradit Barrius.

Thebe, troica vrbs, quam Strabo ab Homero Eetionis vrbem dici ait, in campo ſita erat, qui inde Thebes dictus fuit.

Thebe, virgo cujus gremio geminæ columbę (vt eſt in fabulis) quum euolaſſent, altera ad Hammonis fontem retendit, & ibidem reſponſa dedit: altera ad Syluam Dodonæam, vbi futura mortalibus præcinuit.

Thebeſtis. Vide Thebe.

Thebeta, caſtellum Meſopotamiæ. Steph.

Thebij, populi ſunt adeò peſtiferi, & faſcinatores, vt vel ſolus eorum exceptus ore halitus, illicò interimendi vim habere dicatur: noxiáque ſatis, id eſt, ſegetibus, & animalibus omnibus ſit eorum præſentia: horúmque corpora in aquas projecta, non mergantur, nec ima petant. Leonic. thom. lib. 3 c. 70.

Thebni, filius Gineth. 3. Reg. 16. Lat. palea aut fœnum, vel intelligens, aut filiatio.

Thecua, ciuitas in Iudæa, ſex millibus à Bethlehem diſtans à Roboam conſtructa, 2. Reg. 12. 2. 2. Paral. 11. 20. Ierem. 6. Filius Aſhur, 1. Paral. 4. Lat. tuba, vel clangor, aut fixa.

Thecua, pater Sellum mariti Holdæ Prophetidis. 2. Par. 34. Lat. ſpes vel funiculus, aut linea, vel congregatio.

Thecuath, i. ſignum vel figurationem aſſumens. Pater Sellum mariti Holdæ Prophetidis. 2. Paral. 34. 22. qui 4. Reg. 22. 14. dicitur Thecua.

Thegilis, epitheton Mineruę. Steph. in Pamphilia.

Thegonium, vrbs Theſſaliæ. Steph.

Thehen, filius Ephraim. Num. 26. Lat. deprecans aut miſericors, ſiue gratioſus, vel caſtrametans.

Thelamuſa, caſtellum Arabiæ juxta Euphratem. Steph.

Thelaſion, v. Sicyoniorum rex regnauit annis 22. anno mundi 2015.

Thelda, Aſſyrię oppidum Ptolemęo, quod Niger *Bachdad* vocari ait.

Thella, vicus Iordani proximus in finibus Galilææ Ioſ. 3. capite 2. bel. Iud. *Thalla* eſt Hegeſippo.

Philetærus natus eſt, author generis regum Attalicorum.

Telamon, rex Salaminis inſulæ, Æaci filius vnus ex Argonautis, ſociúſque Herculis in expugnatione Troiæ, qui quòd omnium primus murum conſcendiſſet, virtutis ergo donatus eſt Heſione, Laomedontis filia, ex qua Teucrum ſuſcepit, cùm iam Aiacem ex alia vxore genuiſſet, qui à patris ſui nomine paſſim telamonij à poëtis cognominantur.

Telamones, inquit Seruius appellantur à noſtris ſigna quæ ſuſtinent, quæ Græci ἀτλαντας vocant. Vide in dictione Atlas.

Telandrus, aliis telandrum vel telandria, vrb Cariæ, vbi telandrium promontorium eſt Stephan.

Telane, vrbs antiquiſſima Syriæ, quam Ninus inhabitabat ante Ninum conditam. Gentile, teleneus, vel telanenus. Stephan.

Telchines, filij Mineruæ & Solis, vel, vt alij malunt, Saturni & Aliopes, qui olim Rhodum tenuerunt: vnde etiam inſula ea dicta eſt telchinis. Hos quidam maleficos homines fuiſſe prodiderunt, aſpectu ſolo omnia effaſcinantes, Ouid. 7. Metam. Alij eoſdem faciunt cum Curetibus & Dactylis Idæis, ſummóſque artifices fuiſſe tradunt, veneficiorum autem infamiam ab illorum æmulis fuiſſe diſperſam. Strab. lib. 10. Ij peruicax prælium aduerſus Phoroneum regem Argiuorum & Parrhaſios ancipiti ſpe ſine fructu victoriæ geſſerunt. Iidémque poſt paululum bello victi, patria profugi Rhodum inſulam, quæ Ophiuſſa antea vocabatur, quaſi tuta poſſeſſione ceperunt. Oroſ.

Telchinia, Peloponneſi vrbs, Sicyon poſtea dicta. Steph.

Telchinius Apollo dictus eſt apud Lydios à telchinibus hominibus maleficis & faſcinatoribus qui Rhodum incolebant, quòd quemadmodum illi animalia & ſtirpes aqua ſtygia inſperſa faſcinarent, ſic Apollo quoties irritaretur immiſſa peſte homines & pecora perderet. Palæph lib. 1.

Telchines, Dæmones dicuntur inuidi & hominibus malefici: qui hi fuiſſe perhibentur, Acteius, Megaleſius, Ormenus, Lycus, Nicon & Mimon. Qui (vt aiunt) Stygis aquam manibus haurientes terram conſpergunt: ex quo calamitates, peſtes, & fames conſequuntur: qui etiam Alaſtores appellantur, Laonic. thom. lib. 3. cap. 101. Vocantur apud Græcos τελχῖνες, mali Genij, ſiue homines faſcinatores & malefici. Strabo lib. 10. meminit telchinum, aitque nouem fuiſſe qui è Rhodo Rheam comitati ſint in Cretam. Plura vide in Prouerbio, Noui Simonem & Simonme.

Telchis, Ptolemæo, in Græcis codicibus, Indiæ intra Gangem vrbs eſt. *Triminaua* Caſtaldo dicitur.

Telchis, vrbs Æthiopiæ in Lybia, Gent. telchites vel Telchinius. Creta etiam Telchinia dicebatur, & Cretenſes Telchines, Sicyon quoque Telchinia vocabatur. Gentile, Telchinius.

Telchius, alter ex Caſtoris & Pollucis aurigis, qui vnà cum Amphito Dioſcuriadem vrbē apud Colchos traditur condidiſſe. Plin. l. 6. c. 5. Ab his gens Heniochorum orta eſt, Strabo tamen circa initiū vndecimi Rhecam & Amphiſtratum nominatos dicit, vt in alterutro mēdum ſit. Sed fieri poteſt vt horum fratrum plures fuerint aurigæ.

Telaba, Albaniæ oppidum. Ptol.

Teleboæ, Ætoliæ populi, latrocinio infames, qui poſtea relicta patria, Telone duce in Italiam venerunt, Capreáque tenuerunt exiguam Mediterranei maris inſulam: quod & Seruius annotauit in 7. Æneid.

Teleboas, fluuius ad Tigridis fluminis fontem. Stephan.

Teleboas, vnus ex Centauris, Ixionis ex Nube filius. Ouid. 11. Metam.

Telebois, regio Acarnaniæ. Stephanus.

Telecrus, nomen proprium regis Laconiæ.

Teleda, vicus maximus & populoſiſſimus, iuxta Coryphen montem Syriæ. Theodor. in vita Euſebij.

Telegonus, filius Vlyſſis ex Circe, qui cùm iam adoleuiſſet videndi patris cupidus, in Ithacam nauigauit: cúmque à miniſtris paternis incognitus aditu prohiberetur, aliquot ex iis occidit. Ad quem tumultum excitus Vlyſſes, cum & ipſe iam ſenior ſuis opem ferret, à filio ſuo eſt occiſus oſſe piſcis cuiuſdam, qui à Græcis Xiphias dicitur. Quod vbi cognouit Telegonus, relicta Ithaca, in Italiam venit, vbi Tuſculum condidit. Ouid. 3. Faſtorum. Nomen hoc Latinè ſignificat, nouiſſimo loco notum: vnde pro humili & inglorio ponitur.

telem, ciuitas in tribu Iuda, Ioſ. 15. Nomen viri 1. Eſd. 10. Lat. agnus ſiue ros eorum, aut Syriacè, vmbra eorum.

Telemachus, Vlyſſis ex Penelope filius, quem ad Troiam proficiſcens apud matrem reliquit, multis à procis affectus iniuriis, tandem patri domum reuerſo, in illis vlciſcendis ſe præbuit adiutorem. Homer. Odyſſ.

Telemiſſeis. Vide Telmeſus.

Telemus, Eutymi filius, inter Cyclopas vates egregius: qui Polyphemo prædixit, quæcunque poſtea ab Vlyſſe paſſus eſt. Ouid. 13. Metamorph. fab. 13.

Telenicus, vir adeò notæ paupertatis, vt Seriphij verbum inde finxerint, dicántque τηλενικίζειν pro euacuare. Vnde natum prouerbium, *Telenico pauperior.*

Teleſia

Telenis, quidam peſſimus ac indoctus tibicen, ex quo natum eſt prouerb. telenicia Echo. &, telenis cantilenas cane. vide Eraſm. adagia & infra, tellen.

Telephæ, vxor Cadmi, quam duxit ante Hermionem. Stephan. in Dardano.

Telephanes, ad regnum Lydorum Gumis ex oraculo accerſitus, qui antea currus factitabat. Fuit & eius nominis tibicen, cuius meminit Demoſthenes in oratione contra Midiam.

Telephe, Europæ mater, in thaſſo inſula obiit. Steph.

Telephis, oppidum in loco prærupto, circa Phaſidem fluuium, in Armenia maiori.

Telephius. tribus, & fons Lyciæ, ſeptem ſtadiis à Patara diſtans. Stephan.

Telephus, Myſorum rex, Herculis filius, ex Auge Nympha: qui cùm aui iuſſu in ſyluis expoſitus eſſet, à ceruа aliquamdiu dicitur educatus. Quæ res tantam futuræ claritatis opinionem de eo præbuit, vt mox à Myſiæ rege adoptatus ſit, & regni hæres inſtitutus. factus itaque Myſorum rex, cùm Græcos ad Troianam expeditionem proficiſcentes prohibere conaretur, ne per Myſiam iter facerent, ab Achille vulneratus eſt. Cuius plagæ cùm nullum ſatis efficax inueniretur remedium, oraculo reſponſum eſt, fore vt eadem haſta, qua vulneratus erat, ſanaretur Reconciliatus itaque Achilli, ab eo impetrauit, vt ex haſtæ, qua vulneratus erat, rubigine malagma conficeret, & vulneri ſuo imponeret: quo facto ſtatim ſanitatem conſecutus eſt.

Telephus, Pergamenus grammaticus ſcripſit ferè omnia, quæ ad grammaticam pertinent. Inter alia, collationes epithetorum eidem rei congruentium, ad copiam parandam elocutionis. Steph. Telephus quidam mendicus, peram geſtans, apud Ariſtoph.

Telephi fons in Lycia eſt, ſic dictus, quòd Telephus in eo vulnus abluerit, turbidus eſt, & ſtadiis ſeptem à Patari diſtat. Leonic. lib. 3. c. 84. ex Stephan.

Telepiſſa vel Telpiſſa, fontis nomen, cuius aqua Tyreſiam extinctum fuiſſe fabulantur poetæ. vide Telphuſſa.

Teleſilla, mulier poetria nobilis cui etiam apud Argos ante Veneris templum ſtatua poſita eſt, vt ſcribit Pauſanias.

Teleſphorus VI. epiſcoporum Rom. annis VII. an. ſalutis 133. martyrio coronatus. Euſeb. lib. 5. c. 6. hiſt. eccleſ.

Teleſſia, Ptolemæo, colonia Romana. Frontino, Samnitum ciuitas, *Theleſa* Leandro. *Teleſia* Liuio, Straboni & Antonino.

Teleſto, Nympha, Oceani & Tethyos filia, teſte Heſiodo in Theogonia.

Teleſtor, pater Euripidis poetæ.

Telethrion, mons Oechaliæ in Eubœa, Strabo Incolæ Telethrienſes. Steph.

Telethuſa, vxor Lycti ſeu Ligdi mater Iphidis puellæ quæ in puerum mutata fuit. Ouid. 9. Metam. fab. 13.

Teleutias, Macedonum rex, in portu Athenienſi, Athenienſium & naues & homines plures cepit. Xenoph. lib. 5.

Tellen, tibicen, & poeta ineptiſſimus, cuius meminit Diarchus Meſſenius, ex quo prouerbium. Cane Tellenis cantilenas: quod quidam dici putant de dicacibus ſeu mordacibus, quidam de ineptè loquaculis. Sunt enim qui tradant, hunc iocos quoſdam verſibus lepidiſſimis deſcripſiſſe: non ſine multo ſale ſcommatum. Eraſ. in Chiliad. vide ſupra, Telenis.

Tellias, Herodoto lib. 8. vates Helæus, qui Phocenſibus cum Theſſalis bellum gerentibus, rem huiuſmodi commentus eſt: ſexcentos viros è Phocenſibus præſtantiſſimos, gypſo, tam ipſos quam arma illinit, eoſque ſub noctem in Theſſalos dimiſit, dato præcepto, vt quemcunque albicantem non cernerent eum obtruncarent. Hos primùm Theſſalorum excubitores aliud quoddam prodigium eſſe arbitrati, deinde ipſi exercitus adeò exhorruerunt, vt tribus millibus cæſorum atque ſcutorum Phocenſes potiti ſunt.

Telis Plinij, vt putat Nauagierus in ſuo itinerario. *Thelis* Pliniani codices habent. alii *Tecum* libro quinto cap. 4. Galliæ Narbonenſis eſt fluuius.

Tellus, luris, terræ dea, rerum omnium mater & alumna: quanquam non rarò pro ipſa accipitur terra.

Tellus, fuit neſcio quis pauper, cuius inopiam Solon Crœſi diuitiis fœliciorem eſſe prædicauit. Plutarch.

Telmera, vrbs Cariæ: Gentile, Telmereus. Eadem videtur Termile, quod & Steph teſtatur, de qua paulò poſt.

Telmeſius Thebanorum mons. Palæph.

Telmeſſus, oppidum Lyciæ, (ſeu vt alij malunt) Cariæ haruſpicum diſciplina in primis clarum. Plin. lib. 5. cap. 27.

Telmiſſus. vide Oropus.

Telmon, nomen viri, primo Paralip. 9. ſecundo Eſt. 11. Lat. ros præparatus, vel roris præparatio, aut roris munus, vel ros numeratus: aut ex Syro, & Hebr. vmbræ præparatio, vel munus.

Telo Martius, Anton. Galliæ Narbonenſis portus, hodie *Toulon*. *Telon* Paradinus interpretatur, alij *Tolon* ſcribunt.

Telobis, Hiſpaniæ Tarraconenſis in Iaccetanis oppidum, Ptolem.

Telos, inſula, à qua Telina vnguenta. Plin. lib. 4. cap. 12. & libro decimo tertio, capite primo.

Stephano vna Cycladum à Telo conditore, aliàs Agathuſa dicta. Gentile: Telius Steph. Vide Agathuſa.

Telphuſſa, fons, cuius aquæ frigus Tireſias vates cùm ſenex potaſſet, & ferre non potuiſſet, extinctus eſt. Steph fons, & mons Bœotiæ thilphuſa. Vide Tilphoſſa.

Telphuſſa, Lycophronis vrbs in Arcadia, à telphuſſa Nympha Ladonis filia id nomen habens. Steph.

Telphuſſium, ſiue Tilphoſſium, oppidum eſt in Bœotia, vbi laudatus Bacchus eſt à Pindaro. Item mons & fons ibidem.

Telumnum. Aquitaniæ vrbs. Antonin.

Telus, Carphatij maris inſula Strabo. *Epiſcopi* Sophiano, *Agathuſſa* Callimacho.

Telys, Sybaritarum tyrannus, Herod. lib. 5.

Temala, vrbs & flumen Indiæ extra Gangem. Ptolem.

Temathea, Meſſeniæ mons. Pauſan.

Tembaſa, Lycaoniæ oppidum in Tauro monte. Plin.

Tembrium. vrbs Phrygiæ, Charax Tymbrium vocat. Gentile, Tembrieus.

Tembrius, fluuius iuxta Pontum, teſte Orpheo in Argonaut. Tembrogius, Plinio.

Tembrogius Phrygiæ fluuius, in Sangarium fluens, Plinio teſte. *Thymbrius* Liuio vocatur, Orpheus *Tembrium* nominat.

Tembros vrbs Cypri, in qua Helates Apollo colitur: Gentile, Tembrius. Steph.

Temenos, locus Siciliæ infra Epipolas, iuxta Syracuſas. Incola, Temenites. Eſt & temenites, collis in Thracia iuxta triballum. Steph.

Temenion, locus Meſſenes, vbi temenus ſepultus eſt Stephanus.

Temenia, vrbs Phrygiæ iuxta Lycaoniam: Gentile, Temeneus. Steph.

Temenites, collis in thracia iuxta Triballos. Stephan.

Temenium, vicus in Argia ad Argolicum ſinum. Strabo.

Temeſa, agri Brutij oppidum, æris fodinis olim nobilitatum, quod poſtea litteræ vnius mutatione Tempſam appellarunt. Plin. lib. 3. cap. 5. Ouid. 15. Metam. hodie *S. Marco*, teſte G. Barrio, & aliquando *Meluitum*.

Temeſa, oppidum in Cypro, vbi æris fodinarum locus oſtenditur: vide Strabonem lib. 5. Et Eraſmum in Prouerbio. Temeſſæus genius.

Temeſeus fœnerator fuit quiſpiam, quem Eutymus Locrenſis athleta coegit reddere quicquid vſurario quæſtu ſibi parauerat.

Temixtita, Hiſpaniæ nouæ oppidum. Vide Mexico.

Temnes, Sidoniorum rex ciuitatis proditorem interfici curauit. Diod. Oroſ. lib. 3. c. 7.

Temnos. Æolidis vrbs. Plin. Steph. item mons inter Aſiam & Thebeium campum. Ptol.

Tempe, theſſaliæ loca quinque millia paſſuum longitudine, & fermè ſex latitudine. Peneo amne irrigua, cuius ripæ gramine viridi, amœniſſimiſque veſtiuntur arboribus. Sunt & tempe in Bœotia, quæ Teumeſſia dicuntur à teumeſſo monte Bœotiæ, ab Ouid. Cygneia dicta. Sunt & alia in Sicilia à nomine amnis Helotia. Denique quælibet loca amœna nemora præſertim atque aquas habentia, καταχρηστικῶς tempe vocamus.

Templum Veneris, oppidum quoddam, vulgò *Cap de Crux*.

Templarij, fuerunt hæretici in Solymorum ciuitate anno 1030. poſt interitum Philippi Augusti, qui frequentes & aſſidui in templis verſabantur, vnde tractum nomen. Simulachrum habebant, factum ſummo artificio, cui hominis cutem ſuperinduxerant, & binos præfulgentes carbunculos ſub ipſa fronte collocauerant, qui micabant oculorum vice. Huic autem ſimulachro ſacra faciebant mortuorum corpora in cineres redacta: cæteris potum dabant, qua potione firmiores & conſtantiores ſe futuros putabant. Eos verò qui ex Templarij virginiſque coniugio fuiſſent nati, ſub ecto igne torrebant, ſimúlque ex humore deliquati ſuum perungebant ſimulachrum, quo minorem probarent religionem. Damnati ſunt tandem in Concilio Viennenſi, ſententia Clementis Pontificis maximi, qui Benedicto ſucceſſit. Quidam exiſtimant, propter diuitias, quibus nonnulli magnates inhiabant, Templarios horrendis ſceleribus fuiſſe falsò accuſatos, & tandem oppreſſos. Annal. Franciæ.

Tempſa Vide Temeſa.

Tempſis, Plin. lib. 7. cap. 48. cacumen Timoli montis, in quo, vt ipſe ex Mutiano refert, CL annis viuunt incolæ.

Tenagus, locus Suſianæ regionis ad ſinum Perſicum. Ptol.

Tencteri, populi à Liuio Druſo victi, anno mundi 3941.

Tenchtheri, pop. Germaniæ Transrhenani, qui cum Vſipetibus & hominum magna multitudine à Sueuis diu agitati, & triennio vagantes Rhenum fluuium tranſierunt, non longè ab oſtio quo Rhenus ipſe mari influit, menapiorúmque agros vtramque fluuij ripam incolentium occuparunt. Hæc gens poſtea Rheno diſcreta, ſolicitauit Vbios (nunc Agrippinenſes) vt à Romanis deficerent initio imperij Veſpaſiani. Tacitus. Appiano *Tanchari*, Plutarcho in vita Iulij *Tenterides*, Ptolemæo *Tingri*, *Tinchatri* Epitom. Liuij. Germaniæ ſunt populi. Apud Vulichium ſunt, qui hodie prope Rhenum Lip-

pam,

Digitized by Google

piam, & Lonam fluuios habitant, vbi ſunt pleriſque *Heſſi*, & nonnulli *Franci*.

Tendeba, Cariæ vetus oppidum. Steph.

Tendeſilius, apud Hiſpalim ſeditione orta propter illatam vim matronis illuſtribus obtruncatus. Ritius.

Tenea, oppidum ſexaginta ſtadiis à Corintho. Pauſan.

Tenea, vicus Corinthi à Tene Cycni filio, inter Corinthum & Mycenen. Gentile, Teneates. Regio quoque Tenea vocatur. Steph.

Tenebria, vicus Iberiæ: vnde Tenebrianus Steph.

Tenebrion, promontorium quoddam. Steph, Ptolemæo eſt in Hiſpania Tarraconenſi. hodie *Cabo de Aliaques*.

Tenedos, inſula inter Leſbum & Helleſpontum, contra Troiam à Sigæo littore XII. M. paſſ diſtans, à Leſbo LVI. M. Hæc prius Leucophrys appellabatur. In hanc ex Troade nauigauit cum nouis colonis Tenes Cycni filius, conditáque vrbe de nomine ſuo, Tenedon eam vocauit, à qua & inſula denominata eſt. Inſula hæc ante bellum Troianum florentiſſima fuit: in qua Græci ſupremas illas, quibus Troia periit, inſidias ſtruentes, ſeſe occultarunt Virg. 2. Æneid. *Tenedo* adhuc à Sophiano vocatur. Euſtathius ſcribit eam olim quoque *Galydnam* & *Leucophryn* appellatam, cui Diod. & Pauſ. ſuffragantur, *Phœnice* & *Lyrneſſus* etiam Plin. lib. 5. cap. 31. nominat *Tennes* ante bellum Troianum nuncupatam ſcribit Heraclides. *Calidna* numero plurali Troianæ inſulæ ſunt, vt ſcribit Iſacius: ſunt enim duæ prope hanc Tenedum, quæ hodie *Maure* dicuntur, Nigro teſte. Aliis prope Rhodum ſunt. vide Strabonem in calce lib. 3. *Galydnam* poſtea *Calymnam* nominatam ab Ouidio tradit Camerarius eo verſu.

—Fœcundáque melle Calymna.

Tenericus campus, circa lacum Copaiden. Strabon.

Tenes, Tenedi vrbis conditor, à Tenediis eam ob cauſam deus habitus. Hic legem tulit, atque induxit morem, vt à tergo iudicis adſtaret quiſpiam ſecurim tenens, videlicet in hoc paratus, vt qui perperam quid in iudicio dixiſſet, opinor mendacium, aut falſum teſtimonium, cum protinus ſecuri feriret. Vide prouerbia, Tenedi ſecuris, Tenedius homo, Tenedius patronus, apud Eraſ. vide Tennes.

Teneſis, Æthiopiæ ſub Ægypto regio. Strab.

Teniæ, fontes in Arcadia, ſtadiis circiter ſeptem ab Amilo vrbe. Pauſan.

Tenion, vrbs Achaiæ: vnde Tenieus. Steph.

Teniſſa, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum Ptol. *Tremiſſum* Nigro.

Tenitæ, credebantur eſſe ſortium deæ, quòd tenendi poteſtatem haberent.

Tennagora, Indiæ intra Gandem vrbs, Ptol.

Tennes, Cycni filius, à quo Tenea, vicus Corinthi, Stephan. Fortè idem qui Tenes iam dictus.

Tennum, oppidum ex Æolicis, vnde Hermagoras fuit is, qui de dicendi arte conſcripſit, vt author eſt Strabo lib. 14. vnde Tennites Ciceroni pro Flacco.

Tenos, Laconiæ vrbs. Steph.

Tenos, inſula in Ægæo mari, vna ex Cycladibus, in qua eſt vrbs eiuſdem nominis, quam propter aquarum abundantiam Ariſtoteles Hydruſſam appellatam dicit, alioqui Ophiuſam: Plin. lib. 12. cap. 4. Stephanus à Tene conditore dictam ſcribit. Ariſtoteles in Mirabilibus, & Athenæus 2. Dipnoſo fontem in ea eſſe ſcribunt, cuius aqua vino non permiſceatur. Eſt etiam vrbs Laconica, vna ex centum: Ciuis, Tenius vel Teneus. Steph.

Tenſa, magnæ Græciæ inſula, ab Ionibus inſtituta. Solin.

Tentyra, orum, ſiue Tentyris, idis, vrbs Ægypti in eiuſdem nominis inſula, quam Nilus efficit, eius incolæ Tentyritæ dicuntur, qui tanto crocodilis terrore eſſe dicuntur, vt ſola voce eorum audita in fugam vertantur. Plin. libro 8. cap 25. Strab. lib. 17.

Tentyris, Ægypti oppidum. Ptolem. Strabo. Steph.

Tenupſis, oppidum Nubeorum in Æthiopia ſub Ægypto. Plin.

Teo, Steph Ioniæ ciuitas Anacreontis poetæ patria, qui ab ea Teius eſt cognominatus. Vide Teiam. inſuper Stephanus & Strabo antea ab Anacreonte *Athamas* dictam ſcribunt. Theuetus nunc *Sufor* nominari dicit.

Teos alia in Dirbis Scythiæ, ad quam palus eſt, piſcibus referta, è quibus per ſerenum oleum manat in ſumma aqua, tanta copia, vt colligi in vaſa poſſit, vſibus aptum. Steph.

Tephene, Palæſtinæ toparchia. Plin.

Tepula Aqua, vrbis Romæ: Plin. 36. cap. 14. etiam *Iulia* vocatur apud Frontinum.

Teracatriæ campi Germaniæ iuxta Danubium, Ptolem. *Kunigg vviſer & Marchfelder* Lazius dicit eos hodie vocari.

Teracina. Vide Taracina.

Terapne. Vide in dictione Therapne.

Terapſe, inſula non magna iuxta Carthaginem. Gentile, Terapſæus. Steph.

Teratius. Vide Tarchetius.

Terbetia, vrbs Siciliæ: Ciues, Terbetini. Stephanus.

Terebus, fluuius Hiſpaniæ Tarraconenſis circa Carthaginem Ptolem. lib. 2. cap 6. *Tader* Plinius lib. 3. c. 4.

Teredon, vrbs ad mare Rubrum: Gentile, Teredonius, Ptolem. ad Euphratis oſtium in ſinu Perſico. *Balſera* Ortelio *Deridotis* apud Arrianum, qui vitam Alexandri magni deſcripſit, vocatur. Videtur ab eodem Arriano, cuius Periplus maris Rubri extat. *Apologus* dici, *Auge* apud Æthicum. Vide Charax.

Terei. Vide Zarabi.

Terentia, Ciceronis vxor, 93. vitæ annum expleuit. Val. Max. lib. 8. c. 14. ſed Plin. lib. 7. c. 48. annos 117. vixiſſe tradit: Repudiata à Cicerone nupſit Salluſtio, inde Meſſalæ Coruino Hieronymus contra Iouinianum: *Illa coniunx egregia, & quæ de fontibus Tullianis hauſerit ſapientiam; nupſit Salluſtio inimico eius & tertiò Meſſalæ Coruino, & quaſi per quoſdam gradus eloquentiæ deuoluta eſt.* De Terentia flebiliter Cicero ad Atticum lib. 2. *De Terentia*, inquit, *auditum ex Philotimo, eam ſceleratè quædam facere.*

Terentius, poeta comicus, Carthagine natus, Terentij Lucani libertus: qui cùm eſſet egregia indole à patrono eruditus, venit in amicitiam nobilium, maximè Lælij & Scipionis: quorum opera adiutus in ſcribendo fertur ob elegantiam ſermonis, teſte Cicerone, cui adſtipulatur etiam Varro. Vide cætera in commentariis Donati in Terentij comœdias. Non obſcura fama eſt, adiutum Terentium in ſcriptis à Lælio & Scipione. Eandem ipſe famam auxit, non enim niſi leuiter ſe tutari conatur prologo Adelphorum.

Terentius Culeo, Senator Romanus, captus à Carthaginenſibus, redemptus ab Africano maiore, ac currum eius cum pileo capiti impoſito ſequutus. Liuius 10. de bello Punico. Hinc natus error apud quoſdam, Terentium comicum putantes.

Terentius Scaurus, grammaticus, quem Gellius dicit floruiſſe Adriani temporibus, ac librum de Cæſellij Vindicis grammatici erroribus ſcripſiſſe.

Terentius Varro, collega Æmilij Pauli, poſt cladem Cannenſem cum reliquiis, exercitus Canuſium ſe recepit. Cui Romam redeunti gratulatus eſt populus Romanus, quòd de Republica non deſperaſſet. Plutarch.

Terentum, locus in campo Martio, ita dictus, quòd in eo ara Ditis patris in terra occultaretur: quæ ludis tantùm Secularibus effoſſa terra oſtendebatur: iiſque peractis rurſus claudebatur. Hinc ludi Terentini dicti, qui alio nomine Seculares vocantur, qui centeſimo quoque anno tribus diebus continuis, tribúſque noctibus celebrabantur: tametſi poſtea ambitione principum minore interiecto ſpatio, aliquoties fuerint celebrati.

Terenuthis, Stephanus, vrbs in Ægypto.

Tereſſa, Pomponio Æolidis vrbs.

Tereus, Italiæ fluuius, vnà cum Amaſeno in Lirim effluens. Sabinus in Virgil. Æneidos 7.

Tereus, rex Thracum, Martis ex Biſtonide Nympha filius: qui cùm Prognen, Pandionis Athenarum regis filiam vxorem duxiſſet, eius etiam ſororem Philomelam per ſpeciem viſendæ ſororis à patre abductam vitiauit, vitiatæque linguam præcidit, arctiſſiméque eam cuſtodiæ incluſit. Quod facinus cùm illa indicare alioqui non poſſet, acu in tela depictum ſorori ſuæ tranſmiſit. Quare cognita, Progne vltionem in Orgiorum tempus differt: quo tempore matronis pluribus comitata, quæ bacchantium ritu thyrſos & cornua geſtabant, ſororem carcere eripit, bacchantíſque habitu indutam, in aulam perducit, vbi cum illa communicato conſilio, Itym filium arreptum dilacerat, patríque comedendum apponit. Quod cùm ille ex pueri capite, ſub cœnæ finem in conuiuium illato cognouiſſet: iamque ſtricto gladio ad vltionem properaret, Progne mutata eſt in hirundinem, Philomela in auem ſui nominis, Itys in Phaſianum, Tereus autem in vpupam egregio ſanè figmento. Nihil eſt enim vpupa fœdius, nihil inquinatius, quæ nuſquam libentiùs commoratur quàm in ſtercoribus. Ad hæc longo & acuto roſtro vpupa tanquam cuſpide armata exercet tyrannidem in auiculas, habetque criſtam plicabilem, quæ cùm erigitur per longitudinum capitis, refert diadematis regij ſimilitudinem. Vnde quidam lepidè in vpupam ſiue Tereum luſit:

Rex fueram, ſic criſta probat: ſed ſordida vita
Immundam è tanto culmine fecit auem.

Seruius. Ouid. 6. Metamor. Vide Philomela & Progne.

Tergedum, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum Plin.

Tergemina, Diana dicta eſt: ſolet enim Luna, in triplicem ſpeciem ſeſe conuertere: aut quòd ipſa tres facies ſeu tres vias, hoc eſt tria nomina in diuerſis locis habeat: nempe in cœlo, vbi Luna dicitur: apud inferos, vbi Hecate ſiue Proſerpina nominatur: in terra ſeu ſyluis, vbi Diana vocatur. Horat.

Montiúmque cuſtos, nemorúmque virgo,
Quæ laborantes vtero puellas
Ter vocata audis, adimiſque letho,
Diua triformis.

Et quidam incertus author,

Terret, luſtrat, agit Proſerpina, Luna, Diana:
Ima, ſuperna, feras, ſceptro, fulgore, ſagitta.

Palæph. lib. 2.

Tergeſte, oppidum, ab Aquilêia ſtadia 180. diſtans, vt inquit Strab. hodie Trieſtum vocatur Plinius lib. 3. capite decimo octauo, coloniam

Venetorum vocat, quæ diſtet 23000. paſſuum ab Aquileia. Ptole. Tergeſtum Iſtriæ coloniam vocat lib.3.cap.1. Vide Tegeſta. *Tegeſtra* vocat Stephan. & Tegeſtræorum vrbs Diodoro dicitur.

Tergeſtinus ſinus, Plin. vocatur à Stephano Aquileius ſinus, intimus maris Hadriatici receſſus eſt, hodie *Golfo de Trieſte*.

Tergilani, Lucanorum gens. Plin.

Tergis, vrbs Libyæ iuxta Æthiopiam: Gentile, Tergites. Steph.

Terias, fluuius Siciliæ. Plin *Iarretta*, hodie.

Teridata, Meſopotamiæ vrbs. Ptol.

Terillus, Hymeræ tyrannus, anno mũdi 3477.

Terina, vrbs Italiæ, à Crotoniatis condita, & fluuius eiuſdem nominis. Sunt qui velint inſulam eſſe, in quam Ligea Siren maris æſtu reiecta ſit. Ciuis, Terineus. Steph. *Mantea*. Nigro *Nuceria* circa Terinæ reliquias ſtatuitur à Barrio: de eo Diod. & Strab.

Terineus ſcopulus, cuius meminit Plinius, eúmque *Nauem* vocant nautæ: ſic Gabriel Bas. in libello ſuo de Calabria, vbi eum iam in ſicco eſſe ait.

Teriſci. Vide Tauriſci.

Termantia, Appiano in Ibericis, Hiſpaniæ ciuitas hodie exigua, quam *Nueſtra Segnora de Termes* vocant.

Termela, vel Termera, vrbs Lyciæ, à Termero dicta. Ciuis, Termereus ab Herodoto ciues Termilæ vocãtur, ab oraculo verò eis dato Termeleæ, Steph. Vide Telmera.

Termerum, Coæ inſulæ locus apud Strab.

Termes, Plinio Celtiberiæ oppidum eſt. *Terme* fortè Flor.4.cap.11. τέρμης Ptolemæo in Areuacis.

Termetis Aſiæ minoris mons, Olympi radicibus iunctus. Plinius.

Termile, mons, qui nunc Chimera dicitur in Lycia. Strab. lib.13 cap.14. Vide Telmera & Termera.

Termilæ, populi. Strab. lib.12. Hos Sarpedon Minois & Rhadamanthi frater colonos ex Creta duxit, ac Termilas nominauit: cùm priùs Milyæ vocarentur, vt Herodotus refert. Ac priùs etiam Soſymi, poſteà Lycon Pandionis filius, eoſdem à ſe Lycios appellauit: quæ profectò ratio Lycios ac Solymos eoſdem eſſe oſtendit, quanquam poeta eos ſeparat: nam de Bellerophonte è Lycia profecto dicitur,

Hic Solymis iterum præſtantibus intulit arma.

Vide Milyas & Tremile.

Terminalia feſta Varro appellata eſſe exiſtimat, quòd is dies anni extremus erat conſtitutus. Ego potiùs à Termino deo nomen ſumpſiſſe exiſtimo.

Terminalis Apollo dictus eſt, ab adiudicatis finibus, quòd Hermonienſes de terræ finibus contendentes victores fecerit, Palæp. lib.1.

Terminus, dei loco habitus eſt, quòd poſt Saturnum exactum cædes ac lites ruſticorum de diuidendis agris ſuſtuliſſet. Sacrificabant ei menſe Februario in æde, qua ſuper eum foramen in tecto patebat, quòd nefas eſſe putarent Terminum intra tecta conſiſtere. De hoc extat lepidum ænigma apud Gellium lib.12. c.6. quòd Ioui ſolus omnium deorum cedere noluerit. Ouid 2. Faſtor.

Termiſum, Hiſpaniæ ampliſſ. oppidum. Appian.

Termiſſus, vrbs Piſidiæ duplex: altera maior, altera minor, colonia maioris. Gentile, Termiſſeus. Steph.

Termus, Sardiniæ fluuius. Ptol.

Terpander, ſiue Terpandrus Arnæus, ſiue Lesbius, poeta lyricus, primus in lyra Heptachordum & lyrici carminis canonem ſcripſit: quanquam Philemoni quidam reſcribunt. Suidas. Strabo autem lib.13. Methymneum facit, quod oppidum eſt Lesbi: dicitque de Tetrachordo Heptachordum reperiſſe, vt eius indicant carmina. Hinc Virg. lib.6. Æneid.

Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.

Huius famæ ac nominis maximi iudicium, quòd Lacedæmonij ſeditione quadam admoniti fuerint ab oraculo, vt Terpandrum mitterẽt, qui lyræ & poëſeos dulcedine animos vulgi ac tumultus ſedaret, ex quo poſtea his prouerbium manſit, ſi quando dulcem audiant muſices concentum, ſecundum Lesbium cantum, ex libro prouerbiorum Græcorum.

Terphalæi, populi. 1. Eſd 4. Lat. raptores fatigati vel laborioſi, aut ſeries miraculoſa vel ruinoſa: aut ex Syro & Hebr. mons vel cuſtos miraculi vel ruinæ, aut folium laboris.

Terpnus, citharœdus, cuius cantu oblectatum Neronem ſcribit Tranquillus his verbis: Statim vt imperium adeptus eſt, Terpnum citharœdum vigentem tunc præter alios acceſſit, diebúſque continuis poſt cœnam canenti in multam noctem aſſidens, paulatim & ipſe meditari exercitaríque cœpit, nec eorum quicquam omittere, quæ generis eius artifices vel conſeruandæ vocis cauſa, vel augendæ factitarent.

Terpſichore, vna nouem muſarum ſic dicta, quòd choreis & tripudiis delectetur: vel, vt Plutarchus ait quòd maxima vitæ pars ea delectetur & gaudeat. Huic quidam citharæ inuentionem tribuunt.

Terſos & Terſia. vide Tarſus & Tarſuras.

Terſum, regio à Græco verbo τερσαίνειν dicta, quod exſiccare ſignificat. Huius enim regionis loca primùm poſt diluuij vaſtitatem, in proximum pelagus receptis aquis, apparuiſſe, & ſole deſiccata conſtitiſſe, pro conſtanti autumant.

Digitized by Google

Eratoſthenes autem ideò illam Terſum appellatam ſcribit, quoniam eo in tractu primi degentes homines, tritici, & leguminum fruges, vt reconditæ perdurarent, exſiccaſſe perhibentur: cùm antea eiuſmodi non adhibita cura collectæ facilè putreſcerent & interirent. Sunt qui illam vrbem, Tarſum à pedis parte ſic vocata, appellatam fuiſſe dicunt: quoniam eo loco Bellerophon de Pegaſo cecidiſſe, pedémque offendiſſe dicatur. Polyhiſtor tamen non Bellerophontem, ſed Pegaſum eo in loco crus fregiſſe ſcribit, Tarſumque ciuitatem poſtmodum ibi conditam in illius rei memoriam, ab antiquis ſic fuiſſe denominatam, Leonic. Thom lib. 3. cap. 81.

Tertia, ſiue Tertulla per diminutionem, Bruti ſoror, vxor Caſſij, ſic dicta, quia poſt duos edita eſſet. Hæc abortum fecerat: quod queritur Cicer. ad Atticum lib. 4. 318. Tertullæ nollem abortum: tam enim Caſſi ſunt iam, quam Bruti ferendi.

Tertius, nomen viri. Rom. 16.

Tertullus, nomen oratoris cuiuſdam, accuſatoris Pauli, Act. 24.

Tertullus, conſul, anno ſalutis 412.

Tertullianus Theologus, primus Chriſtianorum qui Latinè ſcripſerunt, cuius multa leguntur opuſcula eloquentiſſimè ſcripta. Hic, ſicut ſcripta eius indicant, animam dicit immortalem quidem, ſed eam effigiatum corpus eſſe contendit, neque hanc tantùm, ſed ipſum etiam Deum corporeum eſſe dicit, licet non effigiatum, neque tamen hinc hæreticus creditur eſſe factus.

Teſa, Carmaniæ vrbs. Ptol.

Teſiphon, tyrannus, deuictus fuit in Theſſalia à Philippo Melopa, anno diluuij 1606.

Teſippeus, x. Athenienſium rex, regnauit annis 27 anno mundi 3140.

Teſpua, loca edita, aſpera & inculta, ipſo ſitu atque ſilentio religionem quandam & horrorem incutientia. Horat. Varro lib 6. de lingua Latina, Teſca ſcribit per c literam: putátque Teſca dicta, quaſi Tueſca, à tuendis ſacris: locáque quædam agreſtia interpretatur, deo cuipiam cõſecrata: Accij teſtimonio idipſum confirmans, ex Tragœdia: cui Philoctetæ nomen eſt, in hunc modum citato: *quis tu es mortalis, qui in deſerta & Teſca te apportes loca?* quid autem Teſcorum nomine ibidem intelligere debeamus, explicat idem Accius, paulò pòſt ſubiungens, *Celſis Cabirum delubra tenes, myſteriáque priſtina Caſtu concepta ſacra.* Hæc Varro.

Teſſuinum, Piceni vrbs apud Blondum & Nigrum, qui addit eam hodie *Treſſimium* appellari, ſed *Murotraſſino* habet Leander.

Teſta Libyus Triton, apud Celtiberos regnum tenuit, anno mundi 2550.

Tethrippobatæ, Herod. in M. Apamene populi ſunt in Libya.

Tethys, yos; Cæli & Veſtæ filia, ſoror Saturni, coniunx Neptuni, fluuiorum & Nympharum mater, vt eſt author Heſiod. in Theogonia. Ouid. tamen lib. 5 Faſt. videtur ſentire illam fuiſſe Titani filiam, qui fuit Saturni frater natu maior. Vide Neptunus, & Mythologos in eiuſdem nominis explicatione.

Tetolata. vide Tecolata.

Tetrachoritæ, populi, qui aliàs Beſſi & Tetracomi. Strab. lib 7.

Tetragonis, Plinio Arrachoſiæ oppidum eſt, ſub Caucaſo, quod antea *Cartana* dictum fuit.

Tetranaulochus. Vide Nauiochus.

Tetrapolis, Syriæ regio (vt inquit Strabo: li. 6.) in qua ſunt quatuor inſignia oppida. Item pars Atticæ Tetrapolis dicebatur, quòd vicos & ciuitates quatuor haberet, Œnoen, Probalinthum, Tricorython (aliàs Tricorinthon) & Marathonem. Priùs autem Hyttenia vocabatur. Steph.

Tetrapyrgia. vide Antipyrgus & Taureſium.

Tetricus) inquit Seruius) mons in Sabinis aſperrimus, vnde triſtes homines tetricos dicimus.

Tetrinius, teſte Suetonio. fuit latro, qui cùm poſtularetur, & eos qui poſtularent Tetrinios eſſe dixit Caligula imperator, hoc eſt, ipſos accuſatores, latrones eſſe, & talis qualis dicebatur Tetrinius.

Tetrionenſis. vide Dertona.

Tetriſia. vide Titiſtria.

Tettius Cabalus. vide Sextius.

Teuca, regina Illyricorum, Romanos ſæpe fregit, caſtitate admodum clara. Hæc, vt author eſt Plin. lib. 34. cap. 6. P. Iunium & T. Coruncanum, legatos Romanorum ſumma iniuria interemit. vide Teutha.

Teucer, Scamandri Cretenſis filius, qui in troade vnà cum Dardano genero regnauit: vnde Ilienſium regum fluxit origo. Ab huius nomine Troia, Teucria dicta eſt, & Troiani ipſi Teucri.

Teucer, Telamonis ex Heſione filius, ſagittandi peritiſſimus, quem Homer. 8. Iliados inducit ſub Aiacis fratris ſui clypeo latentem, multóſque Troianorum occultè ex inſidiis vulnerantem. Hic cùm euerſa Troia in patriam rediiſſet, indignatus Telamon: quòd necem Aiacis fratris ſui, Vlyſſis inſidiis circumuenti, vltus non eſſet, Salamine eum expulit. Patria itaque profugus, nauigauit in Cyprum, ibíque vrbem condidit, quam de nomine relictæ patriæ Salaminem appellauit.

Teuchira. vide Arſinoe.

Teucria, gens apud Virg. vnde teucer.

Teu-

Teucris, vrbs & regio troadis, & Dardania poſt dicta.

Teudamedas, Homero Iliados ſecundo pater Pelaſgi.

Teudaſia, vide Theodoſia.

Teudelina, Caribaldi Bauarorum Regis filia, anno ſalutis 594.

Teuderium. Ptol. lib. 2. cap. 11. vrbs Germaniæ. Hodie Padaborna, vulgò *Paderborn*.

Teumeſſus, Bœotię exiguus mons, in quo Hercule adhuc penè puer leonem Teumeſſium occidit, eiuſ pellem detraxit, qua ſemper poſteà pro pallio vſus eſt. Leo autem à Ioue in cælum tranſlatus dicitur, vt gloriæ Herculis conſuleret, qui eum inermis occiderat. Numeratur autem hic mons inter eos qui Bacchi ſacris erant dedicati.

Teumeſſus, paruulum oppidum in Thebanis finibus. Eſt etiam hoc nomine fluuius, & regio.

Teuochis, vrbs Ægypti, & lacus ejuſdem nominis. Ciues, Teuochites. Steph.

Teuriochæmæ Ptol ſunt Germaniæ populi, *Duringer* videntur in tabula Mansfeldiæ Tilemanni Stellæ cui ſuffragatur Peucerus.

Teurnia, Ptolemæus Norici vrbem habet, quam Lazius in ſuo opere de gentium migrationibus *Kachſtadt* nominat. *Pernau* verò, ad locum Chinite eſt Pirchaimero.

Teutanium. Vide Titana.

Teutates, lingua Gallica dictus eſt Mercurius, qui ab illis humano ſanguine placabatur, nam pro victimis homines immolabant, miniſtriſque vtebantur ad ea ſacrificia Druidibus. Alij immani magnitudine ſimulachra habebant, quorum contexta viminibus membra viuis hominibus complebant: quibus ſuccenſis circumuenti homines flamma examinabantur, quoſdam ſagittis configebant, & intra ſacras ædes, patibulo ſuffigebant. Strab. Lucan. lib. 1.

Et quibus immitis placatur ſanguine diro
Teutates, horrenſque feris altaribus Heſus.

Teuteus, XXIX. Aſſyriorum rex regnauit annis XL. anno mundi 2790.

Teutha, regina Illyriorum. Vide Teuca.

Teuthadamas, nomen patris Pelaſgi. Hom. 2. Iliad.

Teuthis, vir princeps, qui ad expeditionem Trojanam cum Græcis nauigare volens, dum in Aulidis rupes impegiſſet, indignatus Palladem vulnerauit haſta. Stephano, vrbs Arcadiæ. Gentile, Teuthides.

Teuthrania, Plin. lib. 5. cap. 3. regio ſupra Elida, & partem Troadis, in Mediterraneo, quam Myſi antiquitus tenuere. Stephano Myſiæ ciuitas eſt, à Teuthrante dicta, *Thymena* Ptol habet, *Tripoli* vocat nouo nomine Thevetus. vide Pergamum.

Teuthras, Pandionis filius, Ciliciæ & Myſiæ rex, qui Augem Alei filiam, ab Hercule compreſſam, ideóque patris iuſſu vnà cum Telepho filio arcæ incluſam, & ad oſtium Caici fluminis delatam vxorem duxit, filiúmque eius Telephum pro ſuo educauit: vt ex Euripidis ſententia refert Strabo libro decimo tertio. Sunt qui Teuthrantem hunc quinquaginta filias habuiſſe tradant, quas Hercules omnes nocte vna compreſſit grauidáſque reliquit. Ouidius in Epiſtol. Dejaniræ ad Herculem.

Teuthras fluuij nomen ex hoc Propertij,

Aut teneat clauſam tenui Teuthrantis in vnda.

Apud Strabonem lib. 6. eſt Italiæ vrbs aut flumen. de quo conſule Caſaubonum ad hunc locum. Vide Theſpia & Thraſyllum.

Teuthrone, Ptol. Laconicæ vrbs, *Scopia* Nigro appellatur.

Teutluſſa, inſula Ioniæ, Thucyd. Gentile, Teutluſſæus, Steph.

Teutoburgenſis ſaltus, Germaniæ locus apud Tacitum, clade Romanorum ſub Quintilio Varo nobilis, hodie *Teute* vel *Teuteberg*, ſylua eſt ſic dicta, prope quã locus qui *Winfeldt*. Campus victorię dicitur: Tractus hic patet in lõgitudine 400. paſſus, & 200. latitudine non longè ab arce *Falckenburg* & oppidulo *Horn*, in itinere quo itur Pedeborna Byſeldum & Monaſterium. Ex Chronico Manſfeldiæ à Cyriaco Spangebergo germanicè ſcripto germanici ſaltus vocatur hic locus à Liuio li. 9. niſi quis malit hic Liuium cõmuni vocabulo de Germanorũ ſaltibus loqui, quã de Germanici imp. vt intellexerunt nõnulli.

Teutoburgium, Ptolem. & Anton. Pannoniæ inferioris vrbs *Furſkirchen* interpretatur à Volaterrano. *Quinqueecleſienſem* vocant Neoterici latini *Funſkirchen*. Hanc Murſiam olim dictam putat Auentinus, cujus Anton. meminit à Aurelius Victor Bonfinio *Peuce* videtur. Ejus forte, cujus mentio eſt apud Strabonem lib. 7. quam in Danubio ſitam tradit, Wolfg. Lazius credit *Teutoburgũ* Ptolemęi, *Amantia* Antonini, & *Quinque Eccleſias* in eundẽ ſitum ſiue locũ incidere.

Teutomalius, Saluiorum rex, anno mundi 3842.

Teutones, ſiue Teutoni, germanię populi Ingeuonibus à Plin. annumerati: ita dicti à Teutone ipſorũ deo (Tacitus Tuſconem appellat) quẽ indigenam & terra ortum exiſtimabant. Hinc Tuſconius. *Teutſche* patria lingua interpretãtur.

Teutianus, Hom. Iliad. 6. Axyli pater.

T H

Thaas, filius Nachor ex Roma concubina. Gen. 22. Lat. hyacinthinus, vel feſtinans, aut ſilens.

Digitized by Google

Thabis, Scythię mons in Aſia. Mela lib. 3.

Thabor, vulgò *Saron*, mons eſt in medio Galilæę campo, mira ſublimis rotunditate. Nam ejus altitudo (vt lib. 4. Hegeſippus ait) 30. eſt ſtadiorum: vertex autem ipſe campeſtris. XXIII. ſtadiis iacet. Ier. 46. Pſalm. 88. ciuitas in tribu Zabulon Leuitis data. 1. Par. 6. Iud. 4. 1. Reg. 10. Lat. electio, ſiue puritas: aut Syriacè contritio, vel confractio. Eſt autem Chriſti transfiguratione clarus, *Thabirius* aut *Ithabirius* Latinè dicitur. Hic mons à Polybio lib. 5. *Maſtois* nominatur, in cujus iugo vrbs eſt, ἀταβύριον nomine.

Thabraca Ptolem. Tibracha Plin. & Tabraca Pomponio, Θάβραϰα habet Stephanus, Africæ propriæ vrbs. *Bugia* vocat Fazellus, ſed hanc Bugiam putat Caſtaldus, *Igilgile* Ptolemæi eſſe, & Sabellicus *Vzucath*. Pro Vzicath nonnulla Ptolemæi exemplaria habent *Thuzicath*.

Thadal, rex Gentium, Gen. 14. Lat. conterens iugum, ſiue ſcientia eleuationis vel aſcenſionis.

Taddęus, vnus ex Apoſtolis Matth. 10. qui ibidem juxta lectionem Græcam dicitur. Lebbæus Euſeb. lib. 1. cap. 5. hiſt. Eccl.

Thadæus, Florentinus medicus qui tanta fuit celebritate nominis, vt ad curam ægrotorum extra vrbem vocatus, non vllius quàm 50. aureorum mercede in ſingulos dies perigrinaretur, vocatúſque ab Honorio quarto centum ſibi ſtatui voluit, à quo curato decem millia reportauit. Volaterr.

Thahan, filius Thale 1. Par. 7. Lat. deprecans aut miſericors, ſiue gratioſus vel gratia.

Thahath, nomen viri 1. Par. 6. 7. Lat. ſubter vel ſubtus, aut pauor, ſiue formido: vel Syriacè, deſcenſio. Eſt item 23. Iſraelitarum manſio. Num. 33.

Thais meretrix nobilis, patria Alexandrina, quæ cùm Athenas quæſtus gratia ſeſe contuliſſet, Atticæ iuuentutis florem in ſui amorem pellexit. Hanc carminibus ſuis celebrauit Menander comicus poeta: vnde & Menandrææ epitheto à poetis inſignitur. Fuit & Thais altera à Diuo Panurio admonita, quæ relicto quæſtu meretricio, ſancta mulier euaſit. Nam ignotus ad eam ingreſſus, ſecretum petebat magis ac magis: illa verò dicente neminem niſi Deum poſſe conſpicere: ille ſumpta hac occaſione, ad Dei metum ac religionem eam eſt exhortatus, qui poſſet etiam occulta conſpicari. Volaterr. lib. 20.

Thalamæ, vrbs Meſſeniæ, Paſiphaes templo & oraculo nobilis, vt docet Plutarchus in Ægide, Stephan. Nigro *Vaſilopotamo* nuncupatur, *Calamata* nouo nomine vocat Gemiſtus.

Thalamanæi, populi Perſis ſubditi. Steph.

Thalamegus, nauis genus, Athenæus. Ædificauit Ptolemæus Philopator nauem etiam fluuialem, quæ Thalamegos vocabatur. Longitudo eius ſemi ſtadium, latitudo quæ eſſet ampliſſima triginta cubitis, altitudo cum ſuggeſtu tabernaculi, paulò minor quadraginta cubitis. Figura eius neque longis nauibus, neque rotundis aſſimilis. Hæc nauis aliis nominibus dicitur nauithalamus, nauis cubiculata, & bucentaurus, & Thalamiphora.

Thalamia, vrbs Theſſaliæ, quæ & Thameja: Gentile, Thamieus. Stephan.

Thalaſſa, ciuitas littoralis Cretæ, haud procul à loco, qui Boni portus dicitur. Act. 27.

Thalaſſar, regio Syriæ, Iſa. 37. Appellatur & Thelaſſar. 4. Reg. 19. Lat. ſuſpenſio vel tumulus principis, aut ſuſpendens canticum, vel tumulus canentis.

Thalaſſius, deus nuptiarum: de quo vide Liu. lib. 1. Decades 1. Plutarchum in Romulo.

Thale, nomē viri. 1. Paral. 7. Lat. humectatio aut viriditas, ſiue humectans, aut vireſcens.

Thalecus, Lacedęmoniorum rex, regnauit annis XL. anno mundi 3110.

Thales, vnus ex ſeptem Græciæ ſapientibus, obiit Olympiade 58. cùm certamen ſpectaret, æſtu ac ſiti fatigatus, Geometriæ apud Græcos primus repertor, & naturę ſeu rerum certiſſimus contemplator, qui reperiſſe fertur temporum ambitus, ventorum flatus, ſtellarum motus, tonitruum ſonora miracula, ſyderum obliqua curricula, Solis annua reuerticula. Mercaturam exercuit. Plutarch.

Thales, poeta Lyricus, Cretenſis, quem è Creta Solon Spartam miſit, cujus odis ac poeſi Spartani deliniti, animarum feritatem nimiam ex Lycurgi legibus imbutam caſtigabant. Plut. in Solone.

Thaleſtria, vel Thaleſtris, regina Amazonum quam alij Minitheam vocant. Hęc triginta quinque dierum inter confertiſſimas gentes itinere facto, cum trecētis mulieribus occurrit. Alexandro in Hircania res gerenti, vt liberos ex rege ſuſciperet: & vt viſa eſt vterum impleſſe, diſceſſit. Strabo lib. 11. Clitarchus Thaleſtriem ſcribit à Caſpiis portis à Thermodoonte profectam, ad Alexandriam veniſſe, &c.

Thalia, nymphæ nomen. Vnde Talici.

Thalia, vna ex nouem Muſis ἀπὸ τοῦ θάλλειν quod inter cætera ſignificat virere ſeu florere, propterea quòd Poëtarum fama, nullo tempore marceſcat. Horatius argutam eam appellat. 4. Carminum Ode 6. *Statius laſciuam*, 2. Sylu. 1.

Thalia, inſula quædam Tyrrheni. Ariſtot. in Mirabilibus.

Thalluſa. Vide Daphnuſa.

Thalpuſa, vrbs Orchomeni in Arcadia Stephanus. Gentile, Thalpuſius.

Thalus

Th:lus, vir eximiæ velocitatis, quem Iupiter æreis pedibus finxiſſe dicitur. De quo vide annotationes Baptiſtæ Pij.

Thamanæi, populi Perſis tributarij. Herodotus libro 3.

Thamar, vxor Her primogeniti Iudæ. Gen. 38. Eſt & vrbs Syriæ nobilis quæ nunc Palmyra dicitur, olim à Salomone conſtructa. Ezech. 48. Hæc ab Adriano principe, Hadrianopolis. Filia item Dauid. 2. Reg. 13. 1. Paral. 3 Sic vocabatur & filia Abſalon 2. Reg. 14. Lat. palma, vel dactylus ſiue commutatio, vel permutatio, aut amaritudo.

Thameia. Vide Thalamia.

Thameſis, celeberrimus Angliæ fluuius, primò Iſis nominatus, paulò ſupra Vinchelcombiam vicum oritur. Deinde riuis paſſim auctus contra Oxonium cum flumine Thami coniunctis aquis, cum eo nomen quoque coniungit. Ad extremum maris fluentis ac refluentis excipitur: atq; nauigabilis & vaſtus, magno Anglorum commodo, Londinum alluens in Oceanum influit. Incolis hodie *Thames* ſcribitur ſed *Tems* pronunciant.

Thamna, vrbs Palæſtinæ. Steph. Gentile, Thamnitæ.

Thamna, concubina Eliphaz filij Eſau. Gen. 37. Lat. vetita ſiue prohibita, aut perfecta, vel conſummata commotio.

Thamna, Ioſ. 15. Ciuitas in tribu Iuda. Lat. imago vel figura, aut numeratio vel numerans: aut Syriacè conſtituens.

Thamnas, idem Gen. 38.

Thamnata, idem. Iud. 14 & 1. Machab. cap. 9. *Timna* eam nominat Beniamin.

Thamnath ſara, ſiue Thamnath-ſare, ciuitas in montanis Ephraim, ab Iſraelitis Ioſuæ duci tanquam hæreditas attributi. Ioſ. 19. & 24. eadem quæ & Thamath-hares, per litterarum tranſpoſitionem. Lat. figura, vel imago extenſa, vel remanens aut fœtens, ſiue numeratio reſidua, aut numeratio extenſionis, vel fœtoris: aut ex Syro & Heb. conſtituta extenſio, vel fœtor aut ſtatuta reſiduitas.

Thamuda, locus prope Nabathæos Arabes, Stephan.

Thamyras, ſiue Thamyris: Suidæ: poetæ nomen ex Thracia, qui cùm omnes pulchritudine præcelleret, ab initio mare dilexit, deinde mutata conſuetudine, Muſas amauit, cum quibus de cantu certauit hiſce conditionibus, vt ſi vinceret earum complexu potiretur, ſi ſuccumberet, ab illis pateretur, quicquid eis videretur. Itaque ſuperatus, & oculis & lyra priuatus eſt. Hinc manauit prouerbium in eos qui præter ingenium propriũ aliquid agunt, Thamyras inſanit.

Tham, Ægypti ciuitas, vnde Titanes dicti ſunt, quòd ibi primùm habitarint poſt diluuium. Comeſt. in cap. 6. Geneſ.

Thanach, ciuitas 3. Reg. 4. 1. Para. 7. data dimidiæ tribui Manaſſe. Ioſ. 21. Iudic. 1 & 5. vocatur & Tenach. Ioſ. 17. Lat. confringens vel humilians ſe, ſiue reſpondens tibi.

Thanath ſelo, nomen loci. Ioſ. 16. Lat. ficum vel ficulneam diſſoluens aut diſcalceans, ſiue decorticans, ſiue ficulnea errans vel mentiens: aut ficulnea abundantiæ vel pacis ſeu occaſio erroris vel mendacij, aut occaſio (ſ. eſt) abundantia vel pax.

Thanatos, inſula in Oceano Gallico Britanniæ, vt Solinus refert, proxima, frumentarijs cãpis fœlix. In ea nullus anguis viuere poteſt: quin aſportata aliquo terra angues illicò perimit. Dicta Thanatos à morte ſerpentium, partem cujus hodie *Tenet* incolæ vocant, Bedæ *Tanetos* dicitur. Humf. Lhuyd. ſcribit antiqua & vera Britannica lingua *Ynis Ruochim* vocari. In Aldinis exemplaribus *Athanatis* habetur. Ioannes Camers ſubdubitat nũ eadem ſit cum *Etta* Antonini, aut *Agatha* Ptolemæi, Galliæ Narbonenſis objacẽte.

Thaneum, metropolis fuit Ægypti, in qua Moſes multa ſigna fecit. Vide Tanis.

Tanehumeth, pater Saraiæ. 4. Reg. 25. Ierem. 40. Lat. murus, ſiue donum indignationis vel caloris aut mortis.

Thaphnes, ſiue Thaphnis ciuitas Ægypti. Ier. 1. 43. 44. & 46. Ezech. 30. vide Tanis.

Thaphſa, ſiue Thapſa, Lat. tranſitus, vel claudicatio, vel paſcha, i. locus vbi paſcha fit, ciuitas 3. Reg. 4. 24 & 4. Reg. 15. 16. Hebraici interpretes dicunt eſſe nomen regionis ſitæ trans Euphratem ad Occidentem Iudææ, 3 Reg. 47.

Thapſacus, vrbs Syriæ juxta Euphratem Gentile, Thapſacenus, Steph. Antea *Eurypum*, poſtea *Amphipolis* dicta fuit. Plin. lib. 5. cap. 24.

Thapſipolis prope Chalcedonem eſt. Stephanus.

Thapſus, inſula decem ſtadiis à Sicilia diſtans non procul à Syracuſis, plana, & quam minimum à mari eminens, adeò vt vndis merſa videatur. Vnde & Thapſus dicta eſt ἀπὸ τῦ θάπτεσθαι, quòd in mari quodammodo ſepulta videatur. Virg. 3. Æneid.

Thara, filius Micha filij Meribaal, 1. Par. 8. Lat. vlulans, aut malefaciens, vel cubiculum malitiæ, aut cubiculum paſtoris vel ſocij, aut Syriacè, euentus, ſiue terreſtris, vel inferior.

Thara, i. ira, vel contentio praua, aut ſocij vel paſtoris, filius Micha 1. Par. 9. 41.

Thara, Eſth. 12. idem quod Thares.

Tharaca, rex Æthiopiæ. 4. Reg. 19. Iſa. 37. Lat. explorator, vel contemplator obtuſus ſiue legis hebetudo, vel impedimentum, vel turturis obtuſio aut hebetudo.

Digitized by Google

ſet, virúmque ſuum animaduerteret majore ſuppoſititiorum, quàm legitimorum amore te neri: vtcunque potuit, ad tempus dolorem diſſimulauit. Verùm cùm jam ad legitimam ætatem liberi peruenissent, indicat iis duos majores natu, quos fratres ſuos eſſe rebantur, ſuppoſititios eſſe: hortatúrque vt in venatione perductos interficerent. Quod cùm illi conarentur, Neptunus filijs ſuis ſuppetias tulit, cujus opera adjuti illi Theanûs filios interfecerunt. Quorum corpora cùm in regiam eſſent allata, Theano venabulo incumbens, ſe interfecit. Hygi. Fab. Poe. cap. 16.

Theanum, cognomine Sidicinum, Apuliæ oppidum, authore Cicerone in oratione pro Cluentio, & Strabone libro ſexto Horat. primo libro Epiſt. epiſtol. prima, Nunc vulgò dicitur Theano.

Thebais, inſigne Statij opus, totis duodecim annis ſumma cura ab eo elaboratum. Nomen autem habet ab argumento, eò quòd bellum contineat inter Eteoclem & Polynicem ad Thebas geſtum, in quo duo fratres mutuis vulneribus perierunt. Papinius libro vltimo.

Thebes, vrbs terrę Chananeæ Iudic. 9. 50. & 2. Reg. 11. 21. Lat. cœnoſus, aut ſericeus, vel ouum, aut Syriacè, lineus.

Thebe, bes, & Theba, bæ, & Thebæ, barum, vulgò *Stibes*, vel *Stibez*, nomina multarum vrbium, quarum vna fuit in Ægypto, à Buſiride rege condita, ambitu centum quadraginta ſtadiorum, vti refert Herodotus: centum portis, vnde & Hecatompylos cognominatur, aliíſque publicis priuatiſque ædificiis inſignis, totáque penſilis, adeò vt reges vel maximos exercitus ſoliti ſint educere, nullo oppidanorum id ſentiente. Hujus incolæ Thebæi dicuntur, & vicina regio Thebais, in Æthiopium vergens. Aliæ fuerunt Thebæ in Bœotia, à Cadmo primùm conditæ, deinde ab Amphione ſplendidiùs inſtauratæ: quanquam Varro rei Ruſt. lib. 3. vrbis hujus originem ad Ogygem referre mauult. Cujus ſententiæ ſubſcribit & author Ætnæ, cùm Thebas Ogygias appellat. Hanc vrbem Poëtæ à numero ſeptem portarum peculiari epitheto Heptapylon cognominant. Hinc ortum traxerunt Hercules & Liber pater, & Pindarus vates, & præter hos, Pelopidas & Epaminondas præſtantiſſimi ætatis ſuæ duces. Eadem dicta fuit & Dircæa, à Dirce propinquo fonte, vnde & ager Thebanus à poëtis paſſim Dircæus appellatur. Fuerunt & Thebæ aliæ in Cilicia, Eetionis regia, patria Andromaches, quam Ouid. idcirco Thebaidem cognominat. 3. de Arte. *Philippolim* vocatam refert Polybius lib. 5. Stephanus *Philippi*, qui eam in Theſſalia ponit, hodie *Zeton* dici ait Sophianus. Quæ in Ægypto eſt, etiam *Dioſpolis* dicitur, & *Buſyris*, Diod. Siculo teſte. Dioſpolim vocat Ptolemæus Thebaidis metropolim. D. Hieronymus Epiſt. ad Galatas ſcribit ſuo tempore *Thebeſtin* nominatam. Hodie nomen Thebarum retinere ex Ioanne Leone videtur. vide Ægyptus. Sunt etiã Plinio *Thebæ, Corſicæ* cognominatæ in ſinu Corinthiaco juxta Heliconem montem. Hoc loco *Thube* à Ptolem. ponitur, *Thebæ* Lucanę, ſic dictę à Plinio, quò in Lucanis ſint, quas ex Catonis ſententia interiiſſe ſcribit. *S. Lucij* hodie dici tradit Barrius.

Thebe, troica vrbs, quam Strabo ab Homero Eetionis vrbem dici ait, in campo ſita erat, qui inde Thebes dictus fuit.

Thebe, virgo cujus gremio, geminæ columbę (vt eſt in fabulis) quum euolaſſent, altera ad Hammonis fontem tetendit & ibidem reſponſa dedit: altera ad Syluam Dodonæam, vbi futura mortalibus præcinuit.

Thebeſtis. Vide Thebe.

Thebeta, caſtellum Meſopotamiæ. Steph.

Thebij, populi ſunt adeò peſtiferi, & faſcinatores, vt vel ſolus eorum exceptus ore halitus, illicò interimendi vim habere dicatur: noxiáque ſatis, id eſt, ſegetibus, & animalibus omnibus ſit eorum præſentia: horúmque corpora in aquas proiecta, non mergantur, nec ima petant. Leonic. thom. lib. 3 c. 70.

Thebni, filius Gineth. 3. Reg. 16. Lat. palea aut fœnum, vel intelligens, aut filiatio.

Thecua, ciuitas in Iudæa, ſex millibus à Bethlehem diſtans à Roboam conſtructa, 2. Reg. 12. 2. 2. Paral. 11. 20. Ierem. 6. Filius Aſhur, 1. Paral. 4. Lat. tuba, vel clangor, aut fixa.

Thecua, pater Sellum mariti Holdæ Prophetidis. 2. Par. 34. Lat. ſpes vel funiculus, aut linea, vel congregatio.

Thecuath, i. ſignum vel figurationem aſſumens. Pater Sellum mariti Holdæ Prophetidis. 2. Paral. 34. 22. qui 4. Reg. 22. 14. dicitur Thecua.

Thegilis, epitheton Mineruę. Steph. in Pamphilia.

Thegonium, vrbs Theſſaliæ. Steph.

Thehen, filius Ephraim. Num. 26. Lat. deprecans aut miſericors, ſiue gratioſus, vel caſtrametans.

Thelamuſa, caſtellum Arabiæ juxta Euphratem. Steph.

Thelaſion, v. Sicyoniorum rex regnauit annis 222. anno mundi 2015.

Thelda, Aſſyrię oppidum Ptolemęo, quod Niger *Bachdad* vocari ait.

Thella, vicus Iordani proximus in finibus Galilææ Ioſ. 3. capite 2. bel. Iud. *Thalla* eſt Hegeſippo.

Telminiſſus, Syriæ oppidum, ad Orontem fluuium, Prol.

Thelaſſar, regio Syriæ, 4. Reg. 19. Lat. coaceruationem vel ſuſpentionem auferens: aut coaceruationis receſſus.

Thelbencane, Babyloniç vrbs iuxta Euphratis fluuij partem, Ptolemęo lib. 6. cap. 20. hodie *Maraga*.

Theleboæ. Vide Teleboæ.

Techus, VIII. Lacedæmoniorum rex, regnauit annis XL. anno mundi 3111.

Thelaphanes, auriga quidam primùm, deinde rex Lydorum factus. Herodot.

Thelegonus, filius Vlyſſis, qui Vlyſſem patrem redeuntem Troja, vt ignotum occidit, Horat. lib. 3. Carm.

Theleſinus, vir quidam, quem turpi quęſtu diuitem factum ridet Martial. lib. 6.

Quum celeres puros pauper Theleſinus amicos,
Errabat gelida ſordibus in tegula:
Obſcœnos poſtquam cœpit curare cinædos,
Argentum, menſas, prædia ſolus emit.

Theleſis, Argiua mulier, Argos, oppidum Grçciæ, à Cleomene Spartanorum rege obſeſſum, vnà cum cæteris mulieribus, cùm deeſſent viri, tutata eſt.

Theleſius, Bulgarorum rex, Thraciam populatus eſt, qui ab imperatore victus, cùm in patriã fuga redijſſet, ob rem malè geſtam à ſuis eſt interfectus Blond.

Thelharſa, nomen loci 1. Eſd. 2. Eſd. 7. Lat. coaceruatio vel ſuſpẽſio aratri, vel ſurditatis, aut ſilentij, ſiue artificij vel teſtę, aut ex Heb. & Syro, aſſeruatæ, vel ſuſpenſa ſylua.

Thelmela, nomen loci 1. Eſd. 2. 2. Eſd. 6. Lat. aceruus ſalis, vel nautæ, aut ſuſpenſio vel appenſio ſalis vel nautæ.

Thelmiſſeus, dictus Apollo à filio Thelmiſſo, quem ex Thelmiſſione filia Zabij Hyperboreorum regis ſuſtulerat. Palæph. li. x.

Thelon. vide Teleboæ.

Thelphuſſa, vrbs prope Orchomenon Arcadię à Telphuſſa Ladonis filia nomen habens. Vide Telphuſſa ſiue aſpiratione, quod melius eſt.

Thelphuſſium, ſiue Tilphuſium, oppidum in Bœotia, vbi laudatus Bacchus eſt à Pindaro.

Thema, filius Iſmahelis. Gen. 25. Lat. admiratio, vel conſumatio, aut auſter.

Thema, 1. Eſd. 12. Eſd. 7. Nomen viri. Lat. delens, vel radens, aut abſtergens: vel Syriacè, percutiens.

Thema, Iob. 9. Ierem. 25. Nomen loci.

Themaci, vicus in tribu Erechteide. Steph.

Theman, ciuitas principum Idumæorum, quæ à Theman filio Eliphaz ex Ada vxore nomen accepit. Gen. 26. Ierem. 49. Filius Eliphaz filij Eſau ex Ada. Geneſ. 36. Lat. Auſtralis, vel Africus, aut conſummatus, vel perfectus, aut Syriacè ibi.

Themani, filius Aſhur ex Naara vxore, 1. Paral. 14. Lat. perfectiſſimus, vel auſtralis, aut Syriacè, conſtitutus.

Themanites, idem. Iob. 4.

Thembinaclia, regio, quæ & Nemea dicitur. Plin. lib. 3. cap. 6. In exemplaribus noſtris legitur Bembinadia.

Tembriemus, vrbs Cariæ à Thembrimo quodam. Gentile Thembrimeus. Steph.

Themes, antiquum oppidum Cypri, in quo repertum primùm æs, ab eo ſumpſit cognomen.

Themilas, Themilæ, inquit Seruius, vt Æneas, Æneæ, proprium viri.

Themis, Themis, vel Themidis, vel etiam Themiſtos, Cæli & Terræ filia, quæ Iouis nuptias fugiens, ab eo in Macedonia compreſſa fuit, Hęc dea putabatur, quæ præciperet hominibus id petere, quod fas eſſet, vt ait Feſtus: nam θέμις, Grçcè, fas dicitur, habuitque vetuſtiſſimum oraculum, in Bœotia, ad Cephiſſum amnem. Ouid. 1.

Themiſcyra, vel Themſcyron, Cappadociæ vrbs. Plin. lib. 2. cap. 3. Mela lib. 1. Vide Thermodoon & Cadiſia θεμίσκυρα, Stephano, vrbs & regio Thermodoontis. Dicitur & θεμισκυρεία & incolæ regionis Themiſcyrij. Eſt item fluuius Aſiæ minoris in Irim defluens. *Strabo Phanagoria*, Campus apud Ptolemęum, in quo ipſe & Appianus Themiſcyram vrbem deſcribunt: quam Niger *Lirio* vocat, & Pinetus *Fanagoria*: Thenetus *Simiſo*.

Themiſon Cyprius, Hercules dici volebat, eóque nomine rem diuinam ſibi fieri patiebatur.

Themiſon, medicus apud Herodotum & Cornelium Celſum, magni nominis, Aſclepiadis diſcipulus, quem multis in locis citat Plin. Iuuen.

Quot Themiſon ægros autumno occiderit vno.

Themiſones, ſiue Themiſontij, populi è Themiſonio Phrygiæ maioris loco prope Lyciam.

Themiſonia, regiuncula Phrygiæ. Step. item vrbs. Ptol.

Themiſſua, Africæ propriæ oppidum. *Ptolemæus.*

Themiſſus, vrbs Cariæ, quam condidit Dadas à Themiſſo filio, quem lupi dilaniauere. Steph.

Themiſtius, Philoſophus ſub Iuliano imperatore apoſtata, cuius præfectus prætorij fuit Conſtantinopoli: ſcripſit Paraphraſim in Ariſtotelis Phyſicam libris octo, in Analytica poſteriora. Præterea edidit ſua videlicet, De intentione & inſcriptione prædicamentorum: diſputationes etiam quaſdam. Hic Valentem imperatorem quotidie ſæuientem in Orthodoxos,

xos, authoritate ſua & epiſtolis reddidit mitiorem. Suid.

Themiſto, filia Zabij Hyperboreorum regis.

Themiſtocles, Athenienſis clariſſimus, qui, cùm adoleſcentiam in omni luxus laſciuiæque genere peregiſſet, tandem cùm in virum euaſiſſet, iuuentæ ſuæ maculas præclariſſimis geſtis deleuit. Nam & primus Piræeum muniuit, & prælio nauali Perſas apud Salaminem vicit. Poſt hæc ab ingrata patria exul factus, ad Xerxem confugit, à quo dux exercitus aduerſus Athenienſes magno cum honore creatus, cùm videret patriæ ſuæ ingentis cladis periculum imminere, hauſto tauri ſanguine ſe ipſum interemit. ne aut regi de ſe bene merito infidelis eſſet, non pugnando viriliter, aut patriæ ſuæ hoſtis atque oppugnator videretur. Plutarc.

Themiſtoclea, ſoror fuit Pythagoræ, cuius placitis & opinionibus pleriſque in locis vſus eſt Pythagoras.

Themiſtogenes, Syracuſanus hiſtoricus, Cyri expeditionem & bella quæ in hiſtoria Xenophontis continentur, compoſuit. Suid.

Themma, Arabiæ deſertæ oppidum. Ptol.

Themna, ciuitas maxima in tribu Dan, ſita in monte Ephraim contra Septentrionalem plagam Lydiæ, intérque Æliam & Dioſpolim. Inde ſub imperio Romano dicta eſt præfectura Thénitica. Ioſ. 19. Lat. imago, vel figura, aut numeratio vel numerans: aut Syriacè; conſtituta.

Thenach, ciuitas in tribu Manaſſe. Ioſ 17. Eadem quæ Thanach appellatur. Lat. cõfringens vel humilians te, aut reſpondens tibi.

Thena, Æthiopiæ ſub Ægypto oppidum, Plin. Item Sarmatiæ, vrbs Ptol.

Thenæ, vrbs Cretæ, vel Arcadiæ, alij montem eſſe dicunt. Steph. Idem alibi Omphalium vrbem eſſe ſcribit prope Thennas in Creta.

Thenna, Africæ propriæ vrbs. Anton.

Thenenuthum, Ægypti oppidum Lib. notit.

Theo, VII. Ægyptiorum rex, regnauit annis II. anno mundi 3194.

Theobaldus, Metenſium rex. an. ſal. 544.

Theobaldus Campanus, Nauarræ rex. an. ſalutis 1237.

Theobricula, Hiſpaniæ vrbs circa Aſturiam, Anton.

Theoclymenus, Hom. libro Odyſſ. 17. vates, qui Penelopæ prædixit Vlyſſis in Græciam reditum.

Theocrines, viri proprium, qui primùm tragœdiarum auctor fuit, deinde calumniator & ſycophanta. Vnde & Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte, Æſchinem tragicum Theocrinem vocat. Eraſ. in Chil.

Theocritus, auguris nomen apud Plutarchum in Pelopida.

Theocritus, poëta Syracuſanus, Praxagoræ, ſiue (vt alij malũt) Symmachi & Philinæ filius, qui ſub Ptolemæo Lagi filio floruit. Alij Coum fuiſſe volunt, ſed admodum iuuenem Syracuſas commigraſſe. Scripſit Idyllia in genere bucolico, quæ Virg. ſibi imitanda propoſuit.

Theodamas, pater Hylæ fuit, qui quum Herculi cum Deianira & Hyllo filio ad Dryopes venienti eſurientíq; cibum denegaſſet, ille arreptũ vnum ex bobus Theodamantis mactauit atque coxit. Quapropter Theodamas arma aduerſus Herculem mouit: ferúntq; Herculem in eo certamine ita ab hoſtibus preſſum, vt etiam Deianirã vxorem armarit, quæ & in mamilla vulnerata eſt. Ipſe tamen victoriam obtinens, Theodamantem occidit, filiúmque eius Hylam ſecum abduxit, quem tum deinde pro chariſſimo habuit, eúmque etiam cum Argonautis reliquis proficiſcens, abduxit. Qui poſtea cùm in Myſis aquarum ſolus iuiſſet, in ſylua quadam, ſiue in fontem præcipitatus, ſiue à Nymphis abreptus, periit. Hercules interitum eius ſic ægrè tulit, vt retro abierit, Hylámque per omnem regionem requiſiuerit. Apollon. Arg. 1.

Theodas, Iudæus quidam impoſtor, & Magus populi multitudinem, ſublatis propriis facultatibus, vrbe excedere, & ripas Iordanis fluminis obſidere ſuaſit. Dicebat enim ſe prophetam magnum eſſe, & poſſe verbi ſui præcepto amnis fluenta dirimere, & facilem ſectatoribus ſui fluminis tranſitum dare: quæ cùm diceret, complures decepit. Tandem omnes miſerè diſſecti: ac Theodæ caput amputatum Hieroſolymam perlatum fuit. Euſeb. lib. 2. c. 11.

Theodatus Nepos ex Narbonenſi præfectura reuocatus, præfectus Hetruriæ conſtitutus Theodorico, anno ab vrbe 1274.

Theodebertus, Metenſium rex, Burgundiones in Liguriam & Æmiliam, Alemannos in Venetiam miſit, quos Theodatus vicit, atque Italia expulit, Blond. lib. 3. decad. 1. Paul. Æmil. libro 1.

Theodectes, orator, Cilix genere, diſcipulus Platonis, Iſocratis & Ariſtotelis, qui ei ſuos de rhetorica libros dedicauit: conuerſus deinde ad Tragœdias, ſcripſit fabulas 1. Deceſſit Athenis natus annos XLI. Scripſit & verſibus artem rhetoricam, laudauit & virum Artemiſiæ Mauſolum vnà cum claris eo tempore oratoribus, Theodectes orator, ſuperioris filius, ſcripſit encomium Alexandri regis Epirotarum, commentarios hiſtoriæ, artem rhetoricam libris VII. aliáque complura Author vtriuſque Suid.

Theodorias, vrbs in confiniis Colchidis Agathias 5. Loci nomen eſt quoque in Authenticis, de defenſoribus ciuitatum.

Theodoricus, Thoriſmundi Germanus Viſi-

Digitized by Google

gothorum rex, anno ſal.457.

Theodericus, Theodemiri filius, Oſtrogothorum rex à Leone dilectus Patriciatus dignitate ac conſulari inſignitur. Blond. libro 3. Italiam obtinuit, regnauitque annis XXXIII. anno ſalutis 493.

Theodericus, Gallorum rex, ignauiæ deditus, adeundi ſalutandíque ſui copiam nulli niſi Calen. Maij faciebat, per Ebroinum regnum adminiſtrabat. Hanc ignauiam regni proceres indignè ferentes, Theodericum & Ebroinum monaſteriis incluſerunt, aduocato in regem Childerico, anno ſalutis 673. Blondus, Paul. Æmil.

Theodericus, Dagoberti filius, Francorum rex, regnauit annis XX. anno ſalutis 727.

Theodericus, quia Ariana hæreſi commaculatus (hac enim à Valente imperatore Gothi imbuti erant) Ioannem Epiſcopum, Agapitum & Patritium cos. Theodorum & Importunum legatione ad Iuſtinum miſit, vt expulſos epiſcopos reuocaret, aut ſe Italiam deuaſtaturum: cui à Iuſtino epiſcoporum reſtitutio fuit negata. Verùm à Ioanne & Rom. Senatoribus coronari imperator voluit. Blond. lib.3.

Theodonis villa. vide Diuodurum.

Theodoreas. vide Baga.

Theodericus, Alſatiæ Comes, duxit exercitum in Geriacimum Roberti Northmaniæ Ducis filium: fuſus fugatúſque ab Aluſti incolis ſuſcipitur. Guilhelmus victor Theodoricum obſidens, telo percuſſus interiit: obſidione ſoluta, Theodericus Flandriæ Comitatum recepit. Polyd.lib.11.

Theodoropolis, Thraciæ vrbs, in Mœſia regione, à Iuſtiniano imp. condita. Procop.

Theodorus, Aſiæ fluuius circa Bactros, aurum ebulliens. Ariſtot. Paludis item nomen circ Hiſpaniam Bæticam. Auien.

Theodorus, imperator Conſtantinopolitanus, ann. ſalutis 1043.

Theodorus, Byzantius ſophiſta, qui à Platone vocatus eſt λογοδαίδαλος. ſcripſit contra Thraſybulum & Androcidem & alia quædam. Suid.

Theodorus & Teladeus fratres Samij, ſculptores celeberrimi, quorum alter in Samo Pythij Apollinis ſignum incœpit: alter Epheſi, eodem tempore, ex alio ſaxo abſoluit: quibus ſimul cõpoſitis ita conuenit, vt vnum corpus ab vno artifice & ex vno lapide ſculptum videretur. De hoc Diodoro Diogenes teſtatur, quòd nõ ſolùm ſculptor, ſed etiam architectus fuerit: vnúſque conſuluit ſubiiciendos eſſe carbones fundamentis Epheſij templi. Nam quum humidus eſſet locus, omiſſa ligni natura, ſoliditatem accepit humor immobilem. Idem primus ferrum fundere docuit, ſtatuámque ferream fecit. Pauſan.

Theodorus Gadareus nobilis orator, Gadara autem, Syriæ ciuitas eſt non longè ab Aſcalone, verùm ipſe dici maluit Rhodius, teſte Strabone, cuius tempore fuit. Eius diſcipuli Theodorei ſunt dicti, inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica ſcripſit, Tiberius quoque princeps, cùm ſeceſſiſſet Rhodum, eum ſtudioſè audiuit, vt Quintilianus lib. 6. tradit.

Theodorus Gothus, hiſtoriographus, qui ſuorum temporum hiſtoriam ſcripſit.

Theodorus Conſtantinopolitanus hiſtoricus, qui ſcripſit hiſtoriam eccleſiaſticam à tempore Conſtantini vſque ad Iuſtinianum.

Theodorus LXXI. pontifex Rom. patre epiſcopo Græco natus annis V. menſe. VI. diebus XVIII. anno ſalutis 640.

Theodorus II. CXIII. pontifex diebus XX. anno ſalutis 899.

Theodorus Gregorius, origenis diſcipulus, anno ſalutis 229.

Theodorus, Rauennatis eccleſiæ Archiepiſcopus Rauennatem eccleſiam, quæ hactenus Romanæ par fuerat, ſubiecit. Blond. lib. 9.

Theodorus Calliopa, IX. Italiæ Exarchus, anno ſalutis 643.

Theodorus, Romanæ eccleſiæ primicerius, anno ſalutis 823.

Theodorus Athenæus, claruit anno mundi 3644.

Theodorus, qui ἄθεος cognominatus eſt, dicebat nugas eſſe, qui de diis ſermones habentur, nec deos eſſe, quare omnes ad furta, periuria & rapinas hortabatur. Laert. Suidas.

Theodora, virgo Antiochena ſub Diocletiano pro fide Chriſtiana morte extincta eſt, hæc cùm in carcere detineretur, militis cuiuſdam ad eam ſtuprandã miſſi, libidinem & furorem adeò verbis emolliuit, vt non ſolum à flagitio hominem deterruerit, verùm etiam mutatis veſtibus ſecum eo exitum à carcere, quo per Diocletianum fuerat incluſa, & impunitatem meruerit.

Theodoſia, Tauricæ Cherſoneſi vrbs, Ptolemæo auctore lib. 3. cap. 6. hodie *Capha*, quæ fuit ditionis Genuenſium, *Theudoſia* eſt Stephano. hanc à Demoſthene *Theudaſin* dicit ſcribit *Ioac.* Threus. *Armilon* nominatur etiam *apud Beniamin*, meminit quoque Suidas Theudoſiæ, Scythiæ, prouinciæ. vide Gaugre.

Theodoſiana, Ægypti vrbs, lib. Noti.

Theodoſius, nomen proprium duorum Romanorum principum. Theodoſij Magni vitam lege apud Euſeb.

Theodoſius, vir memorabilis in Bithynia, teſte Strabone lib. 12 cùm inquit, in Bithynia fuere viri, in diſciplinis memorabilis Xenocrates philoſ. & Dionyſius dialecticus, & Hipparchus & Theodoſius, & filij eius mathematici.

Theo-

Theodotius, nomen viri, 2. Mach. 14.

Theodotus Chius præceptor vltimi Ptolemæi in rhetorica, decertantibus in conſilio regis, an profugus Pompeius eſſet recipiendus, ſolus conſuluit interfici debere: quod ſanè factum eſt. Hunc poſtea Brutus iam Auguſto inimicus in Aſia compertum, & ad ſe adductum interfici iuſſit. Plutarc. in vita Pompeij, Theodotum alium memorat Philoſtratus in Sophiſtis qui tempore Herodis Attici præfuit Athenienſium ſcholæ.

Theodotus, Bactrianorum præfectus, regem ſe appellari iuſſit. Iuſtin. lib. 41.

Theodotus. Ptolemaida & Tyrum Anthioco prodidit, anno mundi 3745.

Theodotus, coriarius quidam, blaſphemiæ, & hæreſeos inuentor: dicere enim auſus eſt, Saluatorem, purum hominem fuiſſe. Euſeb. lib. 5. cap. 8 hiſt. eccleſ.

Theonia, ſacra quædam quæ Athenis in honorem Bacchi celebrabantur, vt notat Heſychius.

Theognete Laodici filia Iaſonis mater, Apoll. Schol.

Theognis poeta Græcus, cuius opus incipit,

Ὦ ἄνα, Λητοῦς υἱὲ, Διὸς τέκος, οὔποτε σεῖο
Λήσομαι ἀρχόμενος, οὐδ' ἀποπαυόμενος.

Id eſt, O rex, Latonæ & Iouis fili, nunquam tui obliuiſcar exordiens, neque finiens.

Theomneſtus Cous Strabon lib. 14. vir Athenis clarus adminiſtratione Reipublicæ, & Niciæ æmulus.

Theon, nomen pictoris Samij. Quint. lib. 12. Alter mathematicus, qui ſcripſit de ſpiritibus ad Ptolemæum aſtrologum. Alter etiam interpres Apollonij Rhodij.

Theonas, Alexand. eccleſiæ epiſcopus, anno ſalutis 284. Euſeb.

Theonas, monachus Ægyptius, Græcis & Latinis literis eruditus, annis triginta habuit ſilentium. Porrò à nemine viſus iraſci, aut mentiri, aut vanum aliquid, vel aſperum, vel infirmum protuliſſe ſermonem. Sozom. lib. 8. hiſtor. trip.

Theones, apud Suidam plures, ſed notior cunctis Philoſophus Alexandrinus, eiſdem patria, tempore & diſciplinis, quibus Pappus, ſub Theodoſio ſeniore. ſcripſit de Aſtrologia, commentarióſque in Ptolemæum, & Aſtrolabium paruum, & alia. Theon item Alexandrinus Stoicus, tempore ſuperiori ſi quidem ſub Auguſto poſt Arrium Philoſophum emicuit: ſcripſit in Phyſicam, & in artem Rhetoricam, & alia. Alius item eius nominis Stoicus Antiochenus cunctis antiquior, ſcripſit Apologiam Socratis. Quartus Smyrnæus. Quintus etiam Alexandrinus, ſophiſta cognomine Ælius, ſcripſit in artem rhetoricam. Theon Sidonius ſophiſta, præcepit in patria, Conſtantini tempore. Plin. 35. c. 11. his Theonem ſculptorem addit, inter quinque qui Mauſoleum celauere.

Theoninus, id eſt dicax. Theon enim fuit dicaciſſimus & maledicus, per quem maledici & detractatores intelliguntur. Acron.

Theon ochema, Æthiopum iugum maximo ardens incendio. Plin.

Theophanes, Mitylenæus hiſtoricus, qui Pompeij magni res geſtas ſcripſit, quamobrem ab eo in concione militum ciuitate donatus eſt. Cic. pro Archia.

Theophania, ſacra erant quæ fiebant Delphis, quorum Herodot. lib. 1 meminit.

Theophania, ſoror Ioannis imperatoris Conſtantinopolitani, anno ſal. 971.

Theophila, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

Theophila, vxor Euſtathij aulici Imperatoris Traiani, qui dum ceruum in venatione ſectaretur, viſo inter eius cornua ſimulachro, auditáque hac voce: Cur me perſequeris: ſtatim ad fidem Chriſtianam ſe recepit, vnà cum vxore Theophila. Quod vbi poſtea reſciuit Traian. ambos in tauro æneo comburi iuſſit. Volat.

Theophilactus, Italiæ Exarchus XII. anno ſal. 700.

Theophilus, vir ad quem ſcribit D. Lucas Euangelium, & Acta Apoſtol.

Theophilus, Cæſareę Palæſtinæ pręſul, Seuero imperãte, librũ in Marcionẽ edidit, & tum alia quæ à Hieronymo commemorãtur. Alius quoq; præſul Alexãdrinus, qui ſcripſit aduerſus Origenem. Præter hos Theophilus comicus antiquę comœdiæ eius fabulas nonnullas commemorat. Suid.

Theophilus, martyr. an. ſal. 251.

Theophraſtus, philoſophus ex Ereſſo Leſbi oppido, prius Euphraſtus, deinde theophraſtus vocatus ob vocis & eloquentiæ ſuauitatem quaſi diuinam, quum antea Tyrtamus appellaretur. Peripateticorum eloquentiſſimus doctiſſimúſque fuit, Ariſtotelis diſcipulus, & in ſchola ſucceſſor. Dicere ſolebat, doctum hominem ex omnibus ſolùm neque alienis locis peregrinum eſſe neque inopem amicorum. Habuit diſcipulos ad duo millia. Opera eius à Diogene commemorantur, inter quæ ſunt libri ſex epitomes in Ariſtotelem de animalibus. Extant hodie tantùm de plantis conuerſi à Theodoro Gaza, & parua quædam opuſcula. Exceſſit admodum ſenex. Ex Suid. Diog. Strab. Theophraſtus alter fuit Epheſius, Ælianus de varia hiſtoria.

Theopolemus & Hiero fratres fuerunt, qui vnà Apollinis fanum expilarunt: quo facto pœnam iudicij reformidantes, domo profugerunt. Author. Cic. 5. Verrina.

Theopolis, maxima ciuitas Orientis, ſic à Iuſtiniano nominata poſt terræmotum, mutato

Antiochiæ nomine Steph. vide Antiochia.

Theopompus Gnidius, orator & hiſtoricus poſt Thucydidem & Herodotum, quibus, vt in hiſtoria minor, ita oratori magis ſimilis, vt qui anteqquam eſſet ad hoc opus ſolicitatus, diu fuerit orator. Quintilianus. Suidas autem de eodem ſic ait: Theopompus (inquit) Chius & Ephorus hiſtorici diſcipuli Iſocratis, alter freno, alter calcaribus indigebat. Fuit item alius antiquæ comœdiæ poeta, vt idem Suidas author eſt. Theopompus Gnidius Cæſaris familiaris. Artemidorum habuit filium, qui apud Cæſarem ipſum plurimùm poterat. Strab. 14. Theopompus rex Spartanorum, quum primus inſtituiſſet, vt Ephori Lacedæmone crearentur, ita futuri regię poteſtati oppoſiti, quemadmodum Romę conſulari imperio Trib. pleb. ſunt abiecti, atque illi vxor dixiſſet, id egiſſe illum, vt filio minorem poteſtatē relinqueret: Relinquam (inquit) ſed diuturniorem. Valerius lib. 4. cap. 1 Quintilianus tamen lib. 2. hanc modeſtiam parum valuiſſe demonſtrat, captum demum fuiſſe oſtendens, Theopompus (inquit) Lacedæmonius permutato cum vxore habitu, è cuſtodia euaſit, vt mulier.

Theopompus, Philoſophus apud Cheroneam, Eutrop. lib. 10.

Theori, apud Athenienſes vocabantur, qui pro patria ad ſacra extra fines, aut ad ſacros, ludos, aut ad alios ſolennes Græciæ mercatus, aut ad oracula mittebantur. Suidas.

Theoxena, à Philippi Macedonis militibus cincta, cùm eorum manus effugere non poſſet, ſeſe præcipitem dedit in mare. Liu. lib. 40.

Theoxenius, Apollo dictus eſt à Pellenſibus, à quibus in Apollinis Theoxenij honorem certamina inſtituta fuerant.

Theoxenia, apud Græcos erat ſacrificium quod omnibus ſimul diis exhibebatur, vt teſtis eſt Pollux & Heſychius.

Thera inſula maris Ægei, vna Sporadum, inter Cyrenaicam & Cretam à Membliaro ſocio & conſanguineæ Cadmi condita & initio Calliſte appellata vt tradit Strabo lib. 8. Geograph. & Stephanus περὶ πόλεων. Poſtea Thera dicta à Thera Thebano, Auteſionis filio, qui Coloniam Lacedæmoniorum & Minyarum in eam deduxit vt ibidem Strabo. Occaſio quæ fuerit vt iſta colonia ex Lacedæmone duceretur, exponitur ab Herodoto in Melpomene. Pauſanias in Achaicis, Vno ſæculo, inquit, priuſquam Iones Athenis proficiſcerentur, quod factum eſt circa annum mundi 2900. Lacedæmonios & Minyas è Lemno à Pelaſgo eiectos, Theras Thebanus, Auteſionis filius, in eam inſulam deduxit, quæ, quum antea Calliſte appellaretur, ab eo Thera eſt vocata. Idem Lacon refert Theræos quotannis, etiam ſua ætate, Theræ tanquam coloniæ conditori, parentare ſolitos. Pindarus quoque Pyth. 5. ᾠδῇ eiuſdem coloniæ prolixè meminit. De eadē colonia Apollonius Rhodius in fine quarti libri Argon. quædam cecinit. Exorta tempore quodā in Thera ſeditione, Battus oraculi conſulendi cauſa Delphos profectus, accepto Apollinis reſponſo ſtatim è thera ſedem mouit, & Cyrenem in Lybia condidit patriam Callimachi poëtæ quod & ipsū teſtatur Callimachus hoc diſticho:

Καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη, μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης h. e. Nomine Calliſte primum, ſed poſtmodo Thera, dicta fuit Tellus, vrbis origo meæ in Thera ſeptem aut octo annorum pueros defunctos non lugebant. Eſt & Rhodi ciuitas humilis, & alia Cariæ, alia Sogdianæ. Incola, Theræus Steph.

Theræ, ſpatiū eſt, quod inter Toletum & Forum eſt Pauſ. in Laconicis.

Therambes, vrbs circa Pallenem. Herodot.

Theramenes, Athenienſis Philoſophus Cic. 1. Tuſc. quæſt. qui cùm coniectus in carcerem, triginta tyrannorum iuſſu venenum vt ſitiens obduxiſſet, reliquum ſic è poculo eiecit, vt id reſonaret. Quo ſonitu reddito arridens, Propino (inquit) hoc pulchro Critię qui in eū fuerat teterrimus. græci enim in conuiuiis ſolēt nominare, cui poculum traditurí ſunt.

Theramne, oppidum Sabinorum ex quo Actius Clauſus, qui poſt Claudius dictus eſt, originem tradit: à quo Nero Claudius, & reliqua familia Claudia nomen ſortita eſt. Plutarc. *Spartem* vocari dicit, *Therapne* forſan Pomponij.

Theramnum, vrbs theſſaliæ. Theramne. Stephan. vrbs Laconiæ, quam aliqui Sparta dicunt.

Therapnæarum, vicus eſt Laconiæ teſte Mela in quo Leda Caſtorem, & Pollucem, Helenam & Clytemneſtram peperit. Dictæ autem putantur Therapnę ἀπὸ τῆς θεραπείας, quòd ibi Dioſcuri religioſiſſimè colerentur. Hinc adiectiuum Therapnæus.

Theraſia, inſula iuxta Eubœam, Ptolemæo lib. 3. c. 4. in qua ciuitas eſt hodie & Sanctorinum dicta. Stephan. eſt inter Cretam & Cyrenæam. Sophiano *Santorino* dicitur. vide Hiera.

Thergubis Meſopotamiæ vrbs. Ptolem.

Thericles, figulus Corinthius, à cuius nomine fictilia quædā vaſa Thericlea dicta ſunt. Plin. lib. 18. c. 40. De hoc vide Prouerb. Thericles amicus.

Therimachus, nomen pictoris inſignis. Plin. lib. 35 c. 10. claruit Olympiade 107. Vide Theromachus.

Therionarce, Doridis inſula circa Gnidū. Pli.

Therma, parua regio Siciliæ. Steph.

Therma, Bithyniæ vrbs, Stephan. & Cappadociæ oppidum. Anton. Africæ quoque propria Strabo. eſt etiam locus Pruſiæ, vt Steph. auctor & Iuſtin-

& *Baſilica*, id eſt, regia dicitur. vide Theſſalonica.

Thermæ himeræ, Siciliæ ciuitas, Ptolem. *Termini*, Aretio.

Thermæ Stygianæ, Tuſciæ vrbs, Anton. *Bagni Sabatini*, Leandro.

Thermæ, Thermarum, Siciliæ oppidum. Pompon. 2. Inde Thermitani Cic. in Verrem. Plinio *Therma* colonia eſt. *Sacca* hodie apud Fazellum. vide Amathos.

Thermæ ciuitas Thraciæ: vnde Thermaicus ſinus. Straboni & Solino maris Ægæi eſt iuxta Macedoniam, in quo Axius fluuius ſuas aquas euomit. hodie *Golfo de Salonichi* nominatur, Nigro & Sophiano teſtibus, *Thermaicum* eum vocat. Plin. *Mecybernaus Flexus* apud Pomponium eſt, *Mecyperna* per p habet Strabo. Pintianus in ſuis caſtigationibus Pomponiani ſcribit eum ſinum, qui à Mela Mecybernæus dicitur, eſſe *Toroniacum* Ptolemæi. Mela. Axium & Peneum fluuios, quos Ptolemæus in Thermæo ſinu deſcribit, in Mecybernæon euoluere facit, quod ſinui Toronico minimè congruere videtur.

Thermia, vide Phlius.

Thermida, Carpetanorum vrbs, Ptolem.

Thermidaua, Dalmatiæ oppidum. Ptolem.

Thermiſſa, vide Didymæ & Theraſia.

Thermodon, ontis, Suidæ fluuius Themiſcyræ (quæ eſt regiuncula Cappadociæ contermina) Amazonum ſedibus nobilitatus. Virgil. 11. Æneid. Hinc adiectiuum Thermodonteus. hodie *Pormon*, teſte Nigro. idem & cum eo Stukius qui addit eum à Plutarcho in libello de fluminibus *Hermonium* appellari. *Araxem* quoque vocari ab Apollonij Scholiaſte ſcribit idem Stukius. eſt etiam *Thermodon* Scythiæ fluuius, quem antea *Cryſtallum* vocatum ſcribit Plutarchus in libello de fluminibus & montibus. vide Hæmon.

Thermon, XXXIV. Hieroſolymorum epiſcopus, anno ſalutis 301.

Thermopylæ, mons Græciæ longiſſimus qui à Leucade incipiens, inde in ortum flexus, in Ægæum vſque mare protenditur, mediámque Græciam ita dirimit, quemadmodum Italiam Apenninus, variáque cognomina pro locorum varietate obtinet, & hodie diuerſis nominibus à Geographis recentioribus appellatur. Dictæ Thermopylæ ab anguſtis faucibus aquis calidis ſcatentibus. Montium enim anguſtias, vt Latini portas & Græci *πύλας* appellant. Thermas autem aquas calidas eſſe, nemo eſt qui ignoret. Montem autem hunc maximè illuſtrem reddidit Lacedæmoniorum cum Mardonio pugna, & Leonidæ Regis interitus Herod. lib. 7. inter ſua nomina hæc obtinet à Bonacciolo nunc *Terremoto* vocatur. *Bocca di lupo* Nardus in ſuo Liuio Italico vocat. Latius tamen interdum Thermopylarum vocabulum extendi apud alios auctores conſtat. Liuius lib. 36. tradit Thermopylarum iugo mediam Græciam velut Apennino Italiam dirimi. Idem poſtea hoc iugum à Leucade & mari ad Occidentem verſo, per Ætoliam ad alterum mare Orienti obiecto tendi dicit. comprehenditque hoc modo montes apud Ptolemæum *Pindus*, *Othryus* & *Oeta* dictos: ſed quæ Liuio Thermophylæ ſunt; Straboni *Oeta* videtur: ſic enim de eo, Ænianes Oetam accoluerunt: is mons à Thermopylis & ortu porrigitur vſque ad ſinum Ambracium & occaſum. His deſcriptionibus ſi quis adhibeat Græciæ tabulam, perſpicuè videt Liuij *Thermopylas* & Strabonis *Oetam* ſynonyma eiuſdem montis eſſe. item *Pylas* horum partem, nempe vbi eorum tranſitus patet ad ſinum Maliacum. Oeta etiam Liuio extrema pars Thermopylarum Strabonis ad Orientem. Et huius Oetę altiſſimum iugum Liuius *Gallidronum* vocat, & *Tichiuntem* habet Appianus in Syriacis, vbi eas accuratè deſcribit. ſed his *Rhoduntiam* etiam addit Liuius. hic Theueto *Caliar* eſt.

Thermus, oppidum Ætoliæ. Gentile, Thermius: poſſeſſiuum, Thermicus, Steph.

Thermydra, portus ciuitatis vnius in Rhodo. Steph.

Therne, vrbs Thraciæ Steph.

Thero, viri proprium (inquit Seruius) in Pindaro tantum lectum. Virg. 10. Æneid.

Occiſo Therone, virum qui maximus vltro
Æneam petit.

Therodamas, fuit neſcio quis carnifex, Scythiæ rex, qui leones paſcebat humano ſanguine. Ouid. in Ibin.

Therodamanteos vt qui ſenſere leones. Is, ne per inſidias occideretur, leones ſic alebat, vt magis ſæuirent, & ſi res poſtularet, ad crudelitatem paratos haberet. Ouid. 1. de Ponto, Eleg. 3.

Theromachus, ſtatuarius egregius. Vide Therimachus.

Theron, Hiſpaniæ citerioris rex.

Theron, Agrigentinorum tyrannus, anno mundi 3472.

Therſa, ciuitas in alto ſita monte, qua Iſraelitarum reges ante conditam Samariam, pro regia vſi ſunt, 3. Reg 14. 4. Reg. 5. Fuit & Salphaad filia eiuſdem nominis, Num. 26. Lat. complacens, vel voluens, aut ſuauis, vel currens.

Therſander, ſiue Therſandros, Polynicis filius ex Argia, teſte Statio, qui vnà cum cęteris Gręcorum principibus ad Troiam nauigauit. Hũc Vir. 2. Æneid. inter eos enumerat, qui tempore excidij Troiani in equo ligneo fuerunt occultati.

Therſara, Aſſyriæ vrbs. Ptolem.

Therſilocus, Antenoris filius, in bello Troiano occiſus: quem Virg. 6. Æneid. inter viros fortes

ennumerat, qui etiam apud inferos arma tractet.

Therſippus, 17. Athenienſium princeps regnauit annis xli. anno mundi 2971.

Therſitæ, gens Iberica. Steph.

Therſites, Græcorum omnium fœdiſſimus, idémque ignauiſſimus, quem Achilles ſibi procaciter conuitiantem pugni ictu interfecit. Huius inſignis deformitas ab Hom. lib. 2. Iliad. graphicè expreſſa, effecit vt cùm hominem vehementer fœdum ſignificare velimus, Therſitæ faciem eum habere dicamus.

Theruingi, populi trans Iſtrum, quos Traianus imperator ſubegit, teſte Eutropio.

Theſbon, aut theſbi, patria Eliæ Prophetæ, 3. Reg. 17. & Ioſeph 8. antiquit.

Theſeis, idis, poëma Codri Theſei geſta complectens. Iuuenal. Satyr. 1.

Theſeus, Ægæi regis Athenarum filius ex Æthra Pithei filia, qui adhuc adoleſcens, opera Medeæ nouercæ penè veneno periit. Sed poſt mortem patris ad regnum euectus tam multa memoratu digna geſſit, vt inter plures Hercules vnus connumeretur. Debellauit Amazonas, earúmque reginam Hippolytem ſecum adduxit, ex qua & Hippolytum genuit. Creontem regem Thebanorum, cadauera Argiuorum, qui Thebano in bello occiderant, ſepeliri prohibentem, interfecit. Oppreſſit & terribilem taurum in Attica. Minotaurum in Labyrintho occidit, & Ariadnam Phædrámque Minois filias clam ſecum abduxit: ſed relicta Ariadna in Chio inſula, Phædram ſibi coniugio copulauit Scinonem, Procruſtim, & Schinim latrones Atticæ neci dedit: debellauit Centauros, Thebas domuit, Pirithoum præcipua coluit amicitia, quocum deſcendit ad inferos ad rapiendam Proſerpinam; ſed occiſo Pirithoo, ipſe aliquandiu in vinculis Plutonis fuit detentus, donec ab Hercule, qui illum ſumma proſequebatur beneuolentia, liberaretur. Poſtremò iam ſenior, tot tantíſque rebus geſtis, patria regnóque pulſus, in Scyrum inſulam nauigauit, vbi & periit à rege Lycomede (vt quidam tradunt) interfectus: aut (vt alij malunt) cùm à cœna deambularet, ex loco edito delapſus. Plutarch.

Theſiphone, Furiarum vna. Vide Furiæ.

Theſmophoria, Cereris ſacra, quę & Cerealia à Latinis, & initia dicuntur. Græci enim Cererem θεσμοφόρον appellant: quaſi legiferam: quam etiam epitheto noſtri eam inſigniuerunt. Virg. 4. Æneid.

—mactant lectas de more bidentes

Legiferæ Cereri.

Prima enim Ceres mortalibus leges dediſſe putatur, propterea quòd ex agrorum diuiſione primùm nata credantur iura. Ouid. libr. 5. Metam. fabula. 5.

Theſmophoria verò feſta apud Athenienſes celebrabantur, vt eſt à Plutarcho traditum, in quib. Ægyptiorum more mulieres à cibis abſtinebant, humíque iacebant. Meminêre horum ſacrorum cùm poetæ alij, tũ Oui. 10. Met fab. 11.

Feſta piæ Cereris celebrabant annua matres
Illa quibus niuea velata corpora veſte
Primitias frugum dant ſpicea ſerta ſuarum,
Pérque nouem noctes Venerem tactúſq; viriles
In vetitis numerant. &c.

Theſmophoros etiam Iſis vocata eſt, quæ leges Ægyptiis ſtatuiſſet, quibus æquè omnibus iuſtitia ſeruaretur. Diodor.

Theſmothetæ iudices erant ſex numero apud Athenienſes cũ rege Archõte & Polemarcho parẽ obtinẽtes auctoritatẽ. Apud hos autẽ ſpeciatim actiones intẽdebantur de peregrinitate corrupta, de donis, calumnia, falſa citatione, falſa relatione, contumelia, nomine deleto & de adulterio. Pollux Demoſt. in oration. Æſchines.

Theſpiæ, oppidũ Bœotiæ, Heliconi proximũ ſed eo magis Auſtrale, Griſæo imminens ſinui Strab. li. 9. Numerantur autẽ Theſpiæ inter ea loca, quæ muſis cõſecrata credidit antiquitas: vnde & Muſæ ipſæ Theſpiades cognominantur.

Theſpici populi Græciæ. Steph.

Theſpieus, Ariphronis filius, Athenienſium 10. princeps annis 27.

Theſpis, poëta Athenienſis, qui primus Tragœdiam dicitur inueniſſe, & vicatim circumiiſſe, auctoriſq; faciem, quod nondũ repertus eſſet perſonarum vſus, fæcib. obleuiſſe. Horat. in Arte.

Theſpis, alter fuit Athenienſis ſiue Theſpius Erichthei regis filius, qui è pluribus fœminis filias genuit 50. cum quibus vocatis ad epulas Hercules ſigillatim concubuit, ſuſcepítque totidem liberos mares qui Theſpiades dicti ſunt. Hi cum Iolao Herculis ex Iphicleo fratre nepote in Sardiniam profecti, ciuitates vbi plurimas extruxêre. Diodorus lib. 5.

Theſprotia, Epiri regio, Chaoniæ proxima, Plin. procemio libr. 4. cuius incolæ dicuntur Theſproti & Theſprotæ. Ptolemæo & Straboni. Iidem apud Stephanum *Ægeſtai*, *Amymni* & *Amymnei* dicuntur. dicitur quoque *Theſpretis*. Niger *Vaiolitia* appellat.

Theſſalia, regio Gręciæ, ex vna parte Bœotiã, ex altera Macedoniam habens, ad mare inter Peneum amnem & Thermopylas extenſa prius Æmonia dicta ab Æmone rege, & Pelaſgicũ Argos, & Hellas: & Driopis, vt eſt author Plin. lib. 4. c. 7. & 8. Olim etiam Pyrrhæa dicta eſt, teſte Strabone lib. 10. à Pyrrha Deucalionis vxore: hanc Suidas in 4. tetrarchias diuidit, Theſſaliotin, Phthiotin, Pelaſgiotin, & Eſtiætin. In Theſſ. lia ſunt montes vigintiquatuor: quorum nobiliſſimi Olympus, Pierus patria domúſq; Muſa-

Digitized by Google

Muſarum, Pelium & Oſſa, gigantum bello memorati. Item Pindus & Othrys Lapitharum ſedes. Flumina inſigniora ſunt Apidamus Enipeus Œnochonus, Pamiſeus, Peneus & Phœnix. Theſſalia, nomen ciuitatis in Macedonia. Plin. Præter hæc, varia adhuc ſortitur nomina. vocatur enim *Doris* & *Heſtiaeotis* Straboni, qui etiam *Panderam*, *Pyrrhaeam* & *Neſonidem* dictam ſcribit *Thettalia* legit Stephanus. A Tzetza chiliade 6. n.95. *Petras* nominatur. hodie *Comenolitari* indigitat Caſtaldus, *Thumeneſtia* Aut. Genfræus.

Theſſalis. vide Aſia.

Theſſaloce, vide Magneſia.

Theſſalonica, vrbs metropolis Macedoniæ, patria Theodori Gazæ, Halia prius dicta à Caſſandro condita; ſic dicta, quòd Philippus Amyntæ filius theſſalos illic deuicerit, vel (vt author eſt Lucius Tartæus, qui de Theſſalonica librum edidit) quod Philippus cum ex Iaſonis nepte illic ſobolem ſuſcepiſſet, eaque viceſimo puerperij die extincta eſſet, Nicæ nutrici nutriendum infantem dederit: & inde nomen vrbi impoſuerit. Nam mater infantis Nicaſipolis dicebatur. Steph. hodie *Salonichi*, oppidulum à piſcatoribus & egenis, admodum incolis habitatum, priùs *Halia* dicta fuit. Stephan. Tzetza ſcribit eam olim *Therma* appellatam, idem aſſerit Sophianus, qui eam quoque *Emathiam* vocat, Plinio tamen *Theſſalonica* & *Thermo* duæ ſunt.

Theſſalus, medicus fuit Neronis temporibus, qui triduanum ieiunium ægris quibuſlibet imperabat, totiúſque Medicinæ perfectæ cognitionem intra ſex menſes pollicebatur, contra cuius placita multis in locis diſputat Galenus.

Theſſyris. Sarmatiæ Europææ fluuius. Ptol. qui & *Hethbeſſyris* legit.

Theſſander. Vide Therſander.

Theſtia, Acarnaniæ vrbs. Polyb. oppidum item in Laconia, ad Eurotam. Cedren.

Theſtiades filiæ Theſtij (qui Erichthei, aut, vt alij volunt, Teuthrantis filius fuit,) numero quinquaginta ex diuerſis mulieribus natæ: quas Hercules adhuc adoleſcens, ſed iam tum corporis robore præſtans, omnes vitiauit, totidémque liberos maſculos ex iis ſuſtulit, qui & ipſi ab aui nomine Theſtiadæ dicti ſunt. Hi poſt mortem patris cum Iolao illius ex Iphiclo fratre nepote, in Sardiniam profecti, multas in ea vrbes condiderunt. Diodor. lib.5.

Theſtidium. vrbs Theſſalonicæ, Hellanicus Teſtieum vocat, à Tethide. Eſt & ſtagnum Thraciæ, cum adiacente agro Nyſa. Stephanus.

Theſtis, vrbs Arabum, & alia Libyæ: Gentile, Theſtites. Stephan. item fontis nomen in Cyrenæ Herodot.

Theſtius, Parthaonis filius, pater Toxei & Plexippi, & Althææ matris Meleagri, hæc antem Theſtias appellatur. Ouid. 8. Metam.

Theſtor, Idmonis & Laothes filius, pater Calchantis, peritiſſimi Græcorum Auguris, qui nomine patris Theſtorides à poëtis appellatur. Homer. Stat. 1. Achil.

Theſtorus, vrbs Thraciæ. Steph.

Theſtrotinicia. Vide Hyllarima.

Theſtylis mulieris ruſticæ nomen, apud Theocritum & Virgilium 2. Eclog.

Thetis, idis, Nerei & Doridis filia, quam cùm Iupiter, pulchritudine eius captus adamaret, vxorémque ducere decreuiſſet, monitus eſt à Prometheo, ita eſſe in fatis, vt quicunque ex ea naſceretur, patre maior eſſet futurus. Quare audita, Iupiter à nuptiis eius abſtinuit, veritus ne quemadmodum Saturnum patrem ſuum regno pepulerat: ita & ipſa viciſſim à filio cœli poſſeſſione deiiceretur. Thetidem autem poſtea Peleus vxorem duxit, Æaci filius, qui Achillem ex ea ſuſcepit. Ouid. 11. Meta. Vide ſuprà in nominibus Peleus & Achilles.

Theudale, Africæ Propriæ vrbs. Ptol.

Theudas nomen viri. Act. 5. Vide Theodas.

Theudaſia, Emporium nobile fuit ad Boſphorum Thracium: ita dictum ab vxore Leuconis eius regionis tyranni, qui primus hac in vrbe emporium inſtituit, Athenienſibúſque illuc frumentum vehentibus, multas immunitates conceſſit. Demoſthenes in oratione aduerſus Leptinem. Vide, Theodoſia.

Theudenſe, oppidum in Africa Propria. Plin.

Theudis, Viſigothorum rex in Hiſpaniis.

Theudoſia. Vide Theodoſia.

Theudurum, Germaniæ inferioris oppidum. Anton. Simler *Teudurum* vicum vocat prope Sittardum.

Theuthoni, populi Germaniæ, qui & Theuthones & Teuthonici dicuntur. Lucanus libro ſexto.

Cantaber exiguis & longis Theuthonus armis.

Hi vt Pomp. ſcribit, loca incolunt prope Actiacum mare. Vide Teutoni.

Thietmarſia, regio Daniæ & Holſatiæ ad Occidentem proxima, Marſorum autem qui à Marſo originem trahunt, meminit Strabo, eóſque ante multa ſecula ex locis Rheno finitimis, in profundam atq; paluſtrem regionẽ migraſſe memorat. Horum poſteri Theutomarſi ſiue, vt vulgus pronunciat, Thietmarſi ante CCCC. annos antiquiſſ. Stadienſium familiæ paruerunt, quorum multos fraude oppreſſerunt, ſeque in libertatem, eiecta omni nobilitate, vindicarunt. Et cùm per multos annos libertatem ſuam armis tutati eſſent, tandem anno M. D. LXIX. cruento prælio fracti iugo Holſatiæ Principum

collum præbuerunt. Plura vide in Saxonia Alb. Crantzij.

Thibrus, nomen vrbis apud Lycophronem, Steph.

Thichon, nomen pagi. Ezec. 47. Lat. medius, ſiue intermedius, vel præparatio.

Thichis Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius Pompon. ad Rhodam vrbem. Hodie dicitur *Ter*, Varrerio teſte. Alius eſt eiuſdem nominis in Gallia Narbonenſi, apud eundem Pomp. de quo vide in dictione Illybyrris.

Thilon, filius Simon. 1. Par. 4 Lat. murmuratio vel aceruus eius, aut ſuſpenſio eius.

Thimbron Lacedæmonius quaſdam Aſiæ ciuitates in fidem accepit. Xenoph. lib. 3.

Thinæ Sinarum metropolis Ptolemæo, *Tendue* fortè nunc, ait Mercator.

Thineus, xxx Aſſyriorum rex, regnauit annis xxx anno mundi 2730.

Thinge, vrbs Libyæ. Steph.

Thinias, promontorium Thraciæ ad Euxinum. Ptol.

Thiniſſa, Africæ minoris, id eſt Zeugitanæ prouinciæ vrbs. Ptol li. 4. c. 3. Hodie *Tunis*.

Thinus, Angliæ fluuius, Beda in Hiſtor. Eccleſ. 5. c. 2.

Thiodamas, antis, pater Hylæ, adoleſcentis formoſiſſimi, quem Hercules, amore eius captus, Colchicæ expeditionis comitem aſſumpſit, eundémque in Myſiæ ſyluis poſtea amiſit Vide Hylas. Hinc Thiodamantheus. Vide, Theodamas.

Thiodamas alius fuit, Melampolis filius. Statio Theb.

Thiras, filius Iapheth Gen. 19. A quo Thirenſes, quos Græci Thraces vocant. Lat. demolitor, ſiue deſtructor, aut irrorans, vel irrotatus.

Thiræ. Vide Thracia.

Thiria, filius Ialeleel, 1. Par. 4. Lat. exploratio vel contemplatio.

Thiriomachus, vnus ex filiis Herculis, ex Megara Greontis regis Thebani filia.

Thirophagi gens in Sarmatia Aſiatica. Ptole. Phthirophagi legunt interpretes.

This, vrbs Ægypti prope Abydum. Ciuis, Thinites. Steph.

Thiſbe, Bœotiæ oppidum. Xenoph.

Thiſbe, es, puella Babylonica, mutuo Pyrami vicini adoleſcentis amore capta, cuius Miſerabilem exitum vide ſuprà in dictione Pyramus.

Thiſboa. Vide Megaſopolis.

Thiſias, Siculus antiquiſſimus artium Script. Quintilianus lib. 3 cap. 6.

Thiſica, vrbs in Africa Propria. Ptol.

Thiſoa, vrbs Arcadiæ. Gentile, Thiſoates. Stephan.

Thiſſamiſſa, Cariæ portus, apud Melam.

Thmuis, vrbs metropolis Ægypti: inde Thmuites. Steph.

Thnocia, Arcadiæ vrbs. Pauſ.

Thoa, æ, ſiue Thoe, es, Nympha marina, Tethyos & Oceani filia à natandi celeritate dicta. Heſiod. in Teogonia.

Thoana, Ptol. Arabiæ Petrææ oppidum.

Thoanes, populi ſupra Colchidem, finitimi Phthirophagis. Strabo.

Thoantium, littus Rhodi inſulæ, Strabo, vrbs Carpathij inſulæ. Ptol.

Thoar, Meningis inſulæ oppidum. Plin.

Thob, Palæſtinæ locus, Iudic. 11.

Thoaris, Cappadociæ fluuius. Arrian.

Thoas, antis, Tauricæ regionis rex, ad quem delata eſt Iphigenia Agamemnonis filia, & ab eo Dianæ Tauricæ ſacris præfecta. Eum poſtea occidit Oreſtes, à ſorore adiutus: cùm illum quoque Thoas Dianæ aræ deſtinaſſet.

Thoas, Lemni inſulæ rex, Liberi patris filius, ex Ariadne Minois filio, pater Hipſipiles, ſolus filiæ pietate ſeruatus, cùm cæteræ omnes Lemniæ mulieres, viros ſuos & parentes trucidarent. Ouid. 7. Metam.

Thochen, ciuitas, 1. Par. 4. Lat. medium, vel intermedius, aut præparatus.

Thocnia, vrbs Arcadiæ, à Thocno quodam. Steph.

Thoe. Vide Thoa.

Thogorma, filius Gomer. Gen. 10. Lat. Oſſeus, vel robuſtus, ſiue incolatus nimius, aut peregrinus valde, vel timens valde, ſeu anxioſa celſitudo.

Thohu, filius Eliu patris Ieroham, 1. Reg. 1. Filius Suph. filius Elcanæ, 1. Par. 6. Lat. viuens, vel nuntians, ſiue telum aut iaculum.

Thola, filius Iſſachar. Geneſ. 46. 1. Par. 7. Filius item Phua dux in Iſrael. Iudic 10. Lat. vermis aut vermiculus, vel Coccus, aut coccineus.

Tholad, ciuitas Simeonis. 1. Par. 4. Lat. natiuitas, vel generatio.

Tholiſtobogi. Vide Tectoſages & Toliſtobi. Straboni Toliſtobogi.

Tholmai, filius Enac. Ioſ. 15. Iudic. 1. Numer. 13. Rex Geſſur. 2 Reg. 3. 1. Par. 3. Lat. *Sulcus*, aut ſuſpendens aquas, vel coaduna tio aquarum.

Tholobi, Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius & oppidum. Mela.

Tholubana, Indiæ intra Gangem vrbs. Ptol.

Thomas, vnus ex Chriſti Apoſtolis Mat. 10. Io. 11. Lat. Gemellus.

Thomas, Cantuarienſis Archiepiſcopus, exilio primùm à rege Angliæ damnatus, poſt etiam capitali ſupplicio affectus, circa annum ſalu. 1164.

Thomas

Thomas M. rocenus, Conſtantinopolitanus patriarcha, anno ſalutis 1101.

Thomum, Ægypti vrbs circa Chenobuſciam. Anton.

Thomyris Scytharum regina, quæ irata quòd Cyrus rex Perſarum Sargapiſcem filium bello captum ad mortem impuliſſet, non priùs finem fecit furori quàm mortuum vlta ſit. Contractis itaque copiis ita conflixit, vt maximam inimicorum partem, cum ipſo etiamnum rege occiderit. Nec tamen hoc euentu propterea emollita eſt animi rabies: mortui enim caput in vtrem humano cruore plenum demiſit, his verbis inſultans: Filij mei ſanguinem hauſiſti & meum ſitiuiſti, Cyre. At ego te cruore ſaturabo. Author. Herodot. lib. 1.

Thon. Africæ Propriæ vrbs. Appian.

Thon, primus apud Ægyptios medicinam in artem redegit. Hom. 4. Odyſſ. Alter, teſte. Hellanico, fuit rex Canopi, ad quem quum Menelaus Troia cum Helena diſcedens, tempeſtate maris deduceretur, fuit primùm ab illo antequam Helenam conſpiceret, gratè ſuſceptus. Sed vt illam conſpexit, vim Menelao inferre conatus, ab illo interfectus eſt. Vide Thonis.

Thonia, vrbs & caput Gabaonitarum, diſtatque à Gaza Iudææ oppido, mille quingentos triginta ſeptem paſſus.

Thoni, Strabooni libro 17 vrbs prope Zephyrium. Eſt & idem rex qui Menelaum & Helenam hoſpitio ſuſcepit: vnde de medicamentis Helenæ ſic poeta inquit.

Quæ Polydamna dedit Thonis clariſſima coniux. Stephan. vrbs ad oſtium Canopicum ſita. Gentile. Thonites. vide Thon.

Thonius, vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filius.

Thoon, vir Troianus, ab Vlyſſe interemptus, Hom. Iliad. 12.

Thooſa, Phorci filia, ex qua Neptunus Polyphemum ſuſcepit. Hom. 1. Odyſſ.

Thootes, vnus ex præconibus Græcorum. Hom. Iliad. 12.

Tophel, locus in deſerto trans Iordanem è regione Ierico, vbi Moſes legem recitauit: Deu. 1. lat. ruina, aut ſtultitia, ſiue inſipientia.

Thopheth, locus in valle filij Ennom, qui cernitur in Ieroſolymæ ſuburbanis, vbi quondam parentes filios igni exuſtos deuouebant, & immolabant dæmonio Moloch. Iſa. 30. Ierem. 2. 19. lat. Tympanum vel ſeductio aut dilatatio.

Thopo, nomen loci, 1. Mach. 19. Scribe Topo.

Thor, magi nomen apud Saxonem Grammaticum, cui ludificatis idiotarum mentibus, diuinitatis faſtigium ſibi arrogabat.

Thora, Campaniæ oppidum. Florus 3. c. 20.

Thoræ, vicus in tribu Anthiochide, Stephan.

Thorax, Strab. lib. 12. mons iuxta vrbem Magneſiæ, in quo dicunt crucifixum fuiſſe Daphitam grammaticum, propterea quod reges verſibus inceſſeret, Ex quo illud tractum eſt: Caue à Thorace. Stephano, vrbs eſt Ætoliæ: & alia Magneſiæ. Gentile, Thoracites.

Thoricus, vicus prope Canopum iuxta Alexandriam. Steph.

Thoricus, vicus in tribu Acamantide. Hecatæus vrbem eſſe tradit. Vide Thyricus.

Thoriſmundus, Gotthorum rex, anno ab vrbe condita 1204.

Thornax, mons Laconiæ. Steph. vide Coccygius.

Thorumuba, Africæ Propriæ vrbs. Ptol.

Thoronus, inſula eſt prope Corcyram, verſus Italiam. Plin. *Phanu*, Nigro.

Thorſus, Sardiniæ fluuius, inſulam Mediam interfluens, Pauſan. Thyrſo. Ptol.

Thorycium, verſus Crotonem & Crimiſſam, in Italia vrbs, Iſacius in Lycophronem.

Thoſpites, Armeniæ maioris regio & vrbs. Ptolem.

Thou, Ægypti oppidum, inter Peluſium & Memphim. Antonin.

Thou, rex Emathenorum. 2. Rex. 8. 9. & 1. Par. 18. 9. fœdus cum Dauide icit, anno mundi 2909. Lat. errans.

Thous, Homer. vnus ex Troianorum principibus.

Thoxeus, filius Eurythi frater Ioles. Seneca.

Thoxeus, Theſtij filius & Plexippi frater. Scribe, Toxeus.

Thrabunactũ, vrbs in Africa Propria. Antonin.

Thraceſium, Aſiæ minoris tractus, ad Ægæum mare, complectitur ferè Lydos, Mæones, Dares & Iones, vt docet Porphyrogen.

Thracia, latiſſima Europæ regio, Macedoniæ ad Occaſum proxima, Neſſóque flumine, vt Ptolemæo placet, aut, vt Plinius mauult, Strymone amne ab eadem dirempta: à Septentrione Iſtrũ habens, ab Oriente Pontum, à Meridie Ægæum mare. Thracia dicta à thrace, Martis filio, aut certè à regionis aſperitate, quã *τραχύτητα* Græci appellant. Eſt enim hæc regio teſte Pomponio, in primis aſpera, nec cœlo, nec ſolo tractabilis, & quà mari proprior eſt, frigida prorſus & infœcunda. Eadẽ & Thraca dicitur, *η* Græci nominis in a conuerſo. Huius incolæ, Thraces dicuntur. Fœminæ autẽ Threiſſæ Hinc deducuntur denominata, Thracius & Threicius *Aria & Perca* etiam dicitur Stephano, *Odryſo* Suidæ. *Creſtonia* etiam Iſacio, & Lycophroni *Scython* quoq; vt Erythræus perhibet Ioſephus Hebraicè *Thiras* vocari ſcribit, Herodotus dicit incolas *Bithynos* dictos, poſtquam in Aſiam transfretaſſent, priùs enim *Strymonij* dicebantur, *Eard* à Martiano.

& *Dolonci* à Lycophrone & Stephano appellantur. olim *Briges* nominati fuêre, vt tradit Euſtathius, *Autonomos* eos Arrianus nuncupat, quidam eorum apud Strabonem *Sapa* & *Sapai*. Item *Saij Sinti & Sentia*. Paulus Diaconus duas Thracias facit, vtraſque enim ab Attila deuaſtatas ſcribit, ſub Valentiniano Iuniore Imp. Lib. Notitiarum & Ammi. lib.26. eius ſex prouincias numerat item Sex. Rufus, Súntque hæ *Thracia*, ſpeciali nomine *Mœſia ſecunda*, *Scythia*, *Europa*. *Rhodopa & Hamimentum* hodie vno nomine *Romania* nuncupatur, & ſic eam ſemper appellat Diaconus, Conradus à Lichtenau, item Iornandes in libro de regnorum ſucceſſione, Thraciam quandam Montanam eſſe in Auſtralibus partibus Africæ, ſupra Alexandriam, teſtatur Euſtathius. vide Bithynia.

Thracia, fuit Nympha ſagax & faſcinatrix, quæ propter peritiam herbarum & veneficiorum, habita eſt loco numinis apud Thraces, quorum etiam regioni dedit nomen.

Thraceas, ventus, qui & thraſceas & Thraſcias dicitur, Ariſtot. poſt Argeſtem ventum, flat inter Septentrionem & Occaſum ſolſtitialem.

Thracis, Phocica vrbs, apud Pauſ.

Thracon, vicus prope Antiochiam. Inde thracocometes, qui ex eo vico natus eſt. Steph.

Thrambus, promontorium Macedoniæ. Stephanus.

Thramus Duſis, Africæ Propriæ oppidum. Antonino.

Thraſeas, Auguris nomen, qui in ſumma ſiccitate Buſirim Ægypti tyrannum adiens, oſtendit à ſuperis poſſe exoriri pluuiam, ſi Ioui hoſpites immolaret. Quærente deinde tyranno, quiſnam & cuias eſſet, cùm ſe peregrinum profiteretur, Tu igitur primus, inquit, Buſiris Ægypto aquam dabis Itaque primus immolatus eſt. Hunc tamen nonnulli Thraſium potiùs, quàm Thraſeam malunt appellare.

Thraſeas, Pætus, Philoſophus Stoicus ſub Nerone: à quo cùm iuſſus eſſet mori, fletum ſuorum magna conſtantia compeſcuit: porrectiſq; alacriter ad inciſionem brachiis humúmque cruore aſpergens. Hunc, inquit, ſanguinem libemus Ioui liberatori. Taci. li.16. Meminit huius Martialis lib.1.

Thraſyllum, mons in Myſia Aſiæ regione Caico amni vicinus, qui Plutarcho in libro de fluminibus teſte, poſtea *Theutras* dictus fuit.

Thraſimachus Carthaginenſis ſophiſta, diſcipulus Iſocratis.

Thraſo, nomen militis apud Terentium. Eſt & pictor apud Strab. lib.14.

Thraſumenus, lacus in agro Peruſino, Annibalis victoris, & Flaminij Conſulis clade nobilitatus, dictus à Thraſumeno puero, quem ad hûc lacum Ægyla Nympha dicitur rapuiſſe. Liu. Plutarch. Scribe, Thraſumenus vel Traſimenus.

Thraſybulus, Athenienſis exul comparato exercitu, triginta tyrannorum dominationem Athenis ſuſtulit, iuuante Lyſandro Lacedæmoniorum duce, exuléſq; reduxit. Inſuper plebiſcitum tulit, quod *ἀμνηστίαν* vocant, quod iniuriarum memoria deleretur, exulibus iureiurando adactis. Cicero Philip. 1. & Valerius de modeſtia: ipſe tandem noctu interfectus eſt.

Thraſybulus, dux Mileſiorum, vt portum Sicyoniorum occuparet, ex aduerſa parte oppidanos tentauit: dúmque ſic detinerentur, cum inſperata claſſe portum cepit. Frontinus lib. 2.

Thraſyllus, Athenienſis fuit rei militaris peritiſſimus, qui claſſis præfectus, Mindarum Lacedæmoniorum Peloponneſiorum ducem, apud Seſtum Helleſponti vrbem, nauali prælio ſuperauit. Thucydides lib.8.

Thraſymachus, Carthaginienſis ſophiſta periodon & colon, id eſt membrum, primus monſtrauit ac modum, qui nunc eſt rhetorices, induxit. Nam enumeratur inter primos huius artis inuentores. vt Gorgias. Fuit diſcipulus Iſocratis, vt ſcribit Suidas.

Thraſymedes, filius Neſtoris. Hom. 9. Iliad.

Thraſymenus. Vide Thraſumenus.

Thrauſi, populi Thraciæ, apud quos edito puero propinqui aſſiſtentes lugent, miſerias huius vitæ recenſentes, quas ſit infans ille paſſurus. Hominem fato functum per luſum & lætitiam terræ mandant, inferentes quot malis ille ſit liberatus. Multas habent vxores quæ ſi non contingat ante maritos mori, certatim contendunt eorum mortem ſequi.

Thria, vicus in tribu Œneide, dictus etiam Thrio. inde Thriaſius & Thrieus. Erant autem thriæ tres Nymphæ Apollinis nutrices, quæ Parnaſſum incoluerunt inde poſtea receptum vt calculi, ſortéſque diuinorum *θρίαι* dicerentur, vnde prouerbium, Multi Thrioboli, pauci vates, Steph. Vide *Eraſm.* & Callimach. hymno in Apollinem verſu 45.

Thrince, vrbs prope columnas Herculis. Stephan.

Thrius, vrbs olim Achaiæ, nunc verò Elea, à thriunte Athenienſi, quem Theſeus cum exercitu miſit auxiliatorem Herculi. Hinc thriuntius & Thraſius, quod etiam à thria fit. Vide Thryus.

Throana Latronum, ſiue Leſtorum regionis vrbs in India extra Gangem. Ptolem. Targis Caſtaldo.

Thronium, vrbs Locrorum. Steph.

Thryanda, vrbs Lyciæ. Steph.

Thryon, Meſſeniæ oppidum non ita procul ab Alpheo fluuio, Hom. in Catal. [illegible] & Stra-

& Strabo lib. 8.

Thryus, untis vrbs in Elide, vel inter Elidem & Pylum, vt inquit interpres Hom. li. 11 Iliad. aliàs θρύον vocat apud Homerum in Catalogo, & θρυόεσσα non Thryus, quemadmodum & Strab. meminit lib. 8. Sunt qui à Tryunte Athenienſi conditore dictam velint. Eſt & fluuius Elidis, qui in Alpheum decurrit. Hom. 2. Iliad. Vide Thrius.

Thubal, filius Iapheth. Gen. 10. A quo Iberes (licet quidam Italos ſuſpicentur) originem traxerunt, Ezec. 27. Lat. orbis vel mundanus aut̃ confuſio vel ignominia, ſeu portatus vel adductus.

Thucydides, Athenienſis hiſtoricus patre Oloro, genus à ducibus Milciade & Cimone, qui & ipſi Æaco, Iouis filio originem habuere, duxit, vt Didymus in hiſtoria teſtatur. Vxorem duxit è Thracia oriundam, alioquin diuitem, cujus opes adeptus, non in voluptates, ſed partim in otium literarum erogauit. Nam bellum Peloponneſiacum ſcribere aggreſſus, quo tempore illud gerebatur. Athenienſibus pariter ac hoſtibus Lacedæmonijs militibus, qui bello intereſſent, mercedem præbebat, vt res quotidie veras ei renuntiarent, quas fidelius ſe accepturum ſperabat, ſi non ſolum ab amicis, ſed etiam ab inimicis edoceretur, ne partes quiſque ſuas falsò tueretur. Præceptores habuit, in philoſophia Anaxagoram, & in rhetorica Antiphontem, cujus & ipſe in 8. hiſtoriæ meminit, dicens eum cauſam fuiſſe perdendæ Reip. ac conſtituendæ tyrannidis trecentorum. Ex Marcellino Græco ſcriptore. Ejus cum Herodoto collationem vide apud Quintilianum lib. 10. cap. 1. Dionyſius Halicarnaſſeus ſcribit Demoſthenem adeò Thucydidis ſtylum probaſſe, vt ejus librum octies ſcripſerit, totúmque fere edidicerit. Thucydides alios Marcellinus ponit: vnum Mileſium Athenis inter principes viros ac duces, æmulum Periclis. Alium Pharſalicum Memnonis filium, cujus meminit Polemon in his quæ de Acropoli ſcripſit. Quartum poëtam natione Achedruſium, cujus meminit Androtion in Attide, dicens eum filium eſſe Ariſtonis qui fuit tempore Platonis comici & Agathonis tragici, ac Nicerati verſificatoris.

Thule, es, hodie *Iſland*, inſula in ditione Scotorum, in Septentrionem vergens, vltra Orcadas, latitudinem habens graduum LXIII. Quo fit, vt circa æſtiuum ſolſtitium quàm breuiſſimæ ibi ſint tenebræ, Sole ab illorum horizonte quã minimum recedente, quemadmodum contra circa ſolſtitium hybernum nihil ferè, aut quàm minimum habent diei, Sole Tropicum Capricorni ab illis diſiunctiſſimum perambulante. Hæc extrema fuit earum, quæ in Septentrionali Oceano Romanis fuerunt cognitæ: vnde etiam à Virg. vltima Thule appellatur. vide Baſilia.

Thunia. vide Thurini.

Thunicates, pro Rhunicatæ, legit Auentinus apud Ptolemæum, Vindeliciæ populi ſunt, quos *Im Thunca* (Bauariæ tractatus eſt) idẽ interpretatur. Hos *Virucinates* Plinij eſſe putat Scudus.

Thunni, vide Vnni & Turcæ.

Thuræ, vel, vt alia exemplaria habent, Thyrra & Thyrea apud Plinium, Meſſeniæ vrbs, quæ poſteà *Locus* dicta fuit. Pauſanias ſcribit eam ab Homero *Antheam* nominatam. Hæc Nigro *Calamata* eſt vulgari vocabulo. Strabonem eandem *Thuriam* appellare, & Ptolemæum, *Thurium* vult Hermolaus, qui eam quoque ab Homero *Æpeam* vocatam putat. eſt Straboni quoque *Thyrea* in Peloponneſo, de qua controuerſiam fuiſſe inter Argiuos & Spartanos ſcribit in calce libri 1. Hanc Thucydides *Cynuriam* cognominat, additque eam agrum Argium, & Laconicum diſterminare. Eandem *Thurium* Ptolemæi in Laconica credunt nonnulli, etiã ſi Niger *Burdugna* nomen hodie habere dicat, eſt ergo alia à ſuperiore. Vide Thurium.

Thuria, Strab. li. 8. Meſſeniorum vrbs alio nomine αἰπεία i. celſa, quòd in colle excelſo ſita ſit, à quibuſdam Thyre appellatur, vt infrà. Item Italiæ vrbs, aliàs Thurium. Eſt & fontis nomen hodie *Aqua che Fauella* Leandro.

Thurij. vide Thurium. Aliqui Thuniam vocãt, vnde Thuniates, Pauſ. αὐθιάτας appellauit.

Thurimachus, VII. Sicyoniorum rex, regnauit annis XLV. anno mundi 2100.

Thuringi, Saxoniæ populi, quibus ab Ortu Miſnij, ab occaſu Heſſi occurrũt, à Septẽtrione Brũſuicia, à meridie Franconia, Viſurgo, Sala & Mœno clauſi. Metropolis eſt Erfordia, quæ maxima Germaniæ vrbs cenſetur. Thuringos à Gothis originem traxiſſe nonnulli opinãtur, quod apud Thuringos Gothi gentis ſuæ vocabulo Gotham vrbem condiderunt. Regio Thuringiæ ſatis fœlix, & abundans rebus ad victum pertinentibus. Iſatis herba (vulgò Quadam, i. oueſde vocãt) inibi naſcitur, lanarum infectoribus vtilis, ex qua plerique annonam totius anni ſibi parant.

Thurini. vide Thurium.

Thurium, oppidum inter duos amnes, Crathim & Sybarim, vbi Herodot. condidit hiſtoriam. Vide Thurium.

Thurinus ſinus. vide Tarentinus.

Thurium, vrbs magnæ Græciæ, olim nobiliſſima, ad ſinum Tarentinum ſita inter Crathim & Sybarim amnes, à Thuria vicino fonte nomen habens. Huius incolæ Thurij dicti ſunt, & Thurini, qui cùm aliquandiu floruiſſent, à Lucanis in ſeruitutem tracti ſunt, teſte Strab. li. 6. & à Tarentinis infeſtati: tandem in Romano-

rum tutelam ſeſe dedere ſunt coacti, qui eò derum tutelam ſeſe dedere ſunt coacti, qui eò de-
ducta colonia, vrbem eorum pro Thurio Copias
appellarunt. Stephanus addit eundem à Pauſania
Anthea vocari *Sybari*, qui nunc *Thurij* inquit
Varro de re ruſtica lib. 1. c. 7. alijs tamen Thu-
rium & Sybaris duo diuerſa ſunt oppida. De hac
vrbe Diod. lib. 12. ſcribit eã prope fontem Thu-
ria dictum, conditam, & ab eo *Thuriam* nomi-
natam, atque in quatuor fora ſecundũ ejus lon-
gitudinem diſtinctã, quorum vnum *Heracleam*
appellãt, alterum *Aphrodiſiadem*, tertium *Olym-
piadem*, quartum *Dionyſiadem*, in latitudinem
verò tribus foris diſtributam, quorum nomina
ſunt *Heroa*, *Thuria* & & *Thurina*, Hos Thurium
hodie *Terra noua* dicitur Barrio. vide Thure.

Thurium, cacumen aſperum in metæformam
faſtigiatum: quod *Orthopagos* vocatur, inquit
Plutarchus in vita Syllæ, in Bœotia eſt.

Thurium, Italiæ oppidum, vbi Herodotus vi-
tam finiuit, ibidémque in foro, vt quidã memo-
rant, ſepultus eſt, teſte Thucydide lib. 3. Strabo
verò libro 14. ait illum ex Halicarnaſſo Cariæ
regia fuiſſe: ſed poſtea Thurium vocarunt, eo
quòd ſocium ſe deducendæ in Thurios coloniæ
præbuiſſet.

Thurrenus, in Italia regnauit annis LI. anno
mundi 2496.

Thurrus, Hiſpanorum regulus, anno ab vrbe
condita 575.

Thuſcia, fœcundiſſima Italię regio à Latio Ti-
beri, à Liguribus Macra fluuio dirempta, alio no-
mine Hetruria appellata. Dicta anté Thuſcia (vt
quidam exiſtimant) ἀπὸ τοῦ θύειν, quod eſt ſacri-
ficare, propterea quod Tyrrheni ſemper habiti
fuerint, religioſi, deo. úmque cultui & ſacrificijs
ad ſuperſtitionem vſque dediti. Hinc Thuſci di-
cti ſunt regionis hujus incolæ, qui & Tyrrheni
dicuntur.

Thuſcus vicus. vide Cœlius.

Thuſcus, Herculis filius, Italiæ rex.

Thuſcus iunior, Italiæ præfuit an. XXVIII.

Thuſſagetæ, ſiue Thyſſagetæ, populi Scythici
ſupra Mæotidem paludem, rapto & venatu vi-
ctitantes. Herod. libro 4. Pomp. Thyrſagetas ap-
pellat ſi modò emendata ſit lectio. Quo pacto &
apud Valerium Flaccum legitur libro ſexto.

Non ego ſanguineu geſtantem tympana bellis
Thyrſagetem &c.

Thuſſi. vide Tuſcia.

Thuthemoſis, Ægyptiorum rex, regnauit an.
XI. anno mundi 2339.

Thyamis amnis vel fluuius (vt Thucydides lib.
1. ait) qui Theſprotiam Ceſtrinámque diſcri-
minat. Plinius libro 4. cap. 1. Stephano vicus
eſt à Semiramide conditus juxta Arachoſiam.
Thyamis, etiam teſte Theueto hodie *Calama* di-
citur Ptolem. Epiri promontorium eſt, quod
hodie *Niſta* appellari teſtatur Niger. Strabo &
Thucydides habent hoc tractu *Thyamum*, am-
nem, Thucydides etiam montem ejuſdem no-
minis.

Thyamon, mons in Thraciæ regione. Steph.

Thyaſus, ſaltatio, ſiue chorea dicitur, quæ Bac-
cho exhibebatur, à verbo θυάζειν, quod eſt Or-
gia celebrare. Virg. 5. Eclog.

Thyatira, vrbs in Myſia ad ſiniſtram Caici flu-
minis partem quæ fuit vna ex ſepten eccleſijs,
ad quas Ioannes Apoſtolus ſcripſit Apocalypſin.
Strab. lib. 3. Steph. vrbem Lydię eſſe ſcribit, quę
priùs Pelopæa & Semiramis dicta fuit. Deinde
cùm Seleucus Nicanor bellum aduerſus Lyſima-
chum gereret, & filiam ſibi natam audiuiſſet,
vrbem θυάτειρα vocauit. In neutro genere pro-
fertur, non in fœminino vt debebat. Voca-
batur etiam Myſorum vltima. Nam Myſis
ciuitatem condituris reſpondit deus, Vbicun-
que ceruus ictus & currens appareret, ibi con-
dendam eſſe: quo inuento vrbem denominaſſe
διὰ τὸ θύειν καὶ τρέχειν τὴν ἔλαφον. Gentile,
Thyatirenus. Steph. Plinio hãc Thyatiram à Ly-
co flumine ablui certum eſt. Ptolemæo verò ad
Hermæum fluuium ſita eſt.

Thybris, nomen fluminis eſt in agro Syracuſa-
no auctore Theocriti interprete: eundem à Ser-
uio *Foſſa* dici ſcribit Fazellus, in *Siciliæ hiſtoria*
ſed *Thymbris* per m habetur apud Theocritum.
vide Albula.

Thybris, viri proprium Æneæ comitis. Virg.
Æneid.

Thyella, vrbs Oenotriæ, quam pars Phocen-
ſium habitauit. Steph. Barrius eam recentiori
nomine *Gineto* ſiue *Thyneto* appellat.

Thyeſſus, vrbs Lydiæ à Thyeſſo caupone. Alia
eſt Piſidiæ. Steph.

Thyeſtes, filius Pelopis ex Hippodamia, Tan-
tali nepos, qui cùm Atreo fratri, qui peſſimè cu-
piebat, aliter nocere non poſſet, vxorem ejus per
adulterium polluit: Atreus verò ei filium epulã-
dum appoſuit. Ob quæ flagitia, Sol ne polluere-
tur, retrorſum curſum fertur conuertiſſe. Vide
Atreus, Hinc Thyeſteus.

Thyia, Deucalionis filia, ex Ioue peperit
Macedoniam, quæ regioni nomen dedit, Ste-
phan.

Thyïades, Bacchi ſacrificulæ, quę & Bacchæ,
& Menades, & Baſſarides dicuntur. Rationem
autem hujus nominis quidam referunt ad Thy-
iam quandam Cephiſſi filiam, quæ prima om-
nium Dionyſio initiata, Orgia ejus celebrauit,
Bacchicóque furore correptis nomen reliquit,
vt ab ea Thyaïdes dicerentur, teſte Herod. lib.
7. quanquam alij hanc non Cephiſſi, ſed Caſta-
lij cujuſdam indigenæ filiam fuiſſe volunt.

Thyle. vide Thule.

Thymatadæ, vicus in Hippothoontide tribu. Stephan.

Thimbræus, Apollinis cognomentum, ſiue à thymbra, Troadis campo, ſiue ab eiuſdem nominis vrbe in qua colebatur, impoſitum. Campo autem Thymbrę nomen factum putatur à thymbræ herbæ copia, quam Latini Cunilam vocant, cuius hoc in campo maximus eſt prouentus, vt annotauit Seruius in illud Virg. 3 Æneid.

Da propriam Thymbræe domum.

Apollinis Thymbræi templum Strabo ea in parte troadis fuiſſe tradit, qua Thymbrius fluuius in Scamandrum influit, quo in templo ferunt Achillem à Paride fuiſſe interemptum: Vnde factus eſt locus fabulæ, Achillem Apollinis ſagittis occiſum fuiſſe.

Thymbrara, ciuitatis nomen (à qua Thymbratenſes & thymbraræ ad Pactolum ſitæ.

Thymbre, Plinio Troadis oppidum, quod & *Zimbram* vocabant per Z item, *Dymbram* per D. vt Hellanicus tradit, apud Stephan.

Thymbris, Siciliæ fluuius, & ſecundum dialectum: nare: aliàs Thybris ſcribitur. Scholiaſtes Theocriti.

Thimbrius, Stephan. fluuius apud thymbram fluens.

Thymele, ſaltatricula notiſſima, Domitiani temporibus, cuius geſticulatione Domitianus impenſè fertur delectatus, à qua & Thymelicæ cantilenæ, quibus olim plurimùm colebatur Bacchus.

Thymiateria, vrbs Libyæ Steph. ad Oceanum Atlanticum ſita, hodie *Azamor* dici Ramuſius coniicere videtur.

Thymœtes, Oxidiæ regis filius nothus, Athenienſium rex 15. annos 8. regnauit vltimus ille ex familia Erecthidarum Athenis regnauit.

Thymœtes, filius Priami ex Ariſbe, aut (vt alij malunt) Ariſbes maritus, cuius vxor cum filium peperiſſet eodem die, quo Hecuba Paridem, aſſerentibus hariolis, eo die natum eſſe puerum, cuius cauſa Ilium euerteretur, iuſſit Priamus vtrumque interfici. Et Paris quidem matris aſtu clàm traditus eſt educandus: thymœtis autem puer eſt interfectus. Cuius iniuriæ vltione in multos annos dilata, Thymœtes, cùm equi lignei dolum ſentiret, commodum ſibi vindictæ tempus oblatum ratus, primus author fuit, vt in vrbem reciperetur. Seruius enarrans locum illum Virgilij 2. Æneid.

—primuſque Thymœtes
Duci intra muròs hortatur, & arce locari,
Siue dolo ſeu iam Troiæ ſic fata ferebant.

Thyne, vrbs Lybiæ: inde thynæus. Steph.

Thynia, regio Thynorum. Steph. Strab. libro 12. inſula in fronte Bithyniæ.

Thynnias, inſula iuxta fauces Ponti, & promontorium. Gentile, thyniadius. Barbari *Bithyniam* vocant, inquit Plin. lib. 5. cap. 32. idem lib. 6. c. 12. eam quoque *Apolloniam* appellat. *Dapnuſia* quoque dici Ptolemæus auctor eſt, qui eam Thyniam ſimpliciter ſcribit. Videtur *Thonias* Stephani, quam etiam *Thyne* & *Thynia* vocat hodie *Farnaſia* nuncupari tradit Niger. Pomponius Mela lib 2. c. 7. ſex ſunt Iſtri oſtia: ex his Peuce notiſſima & maxima Thinnias Mariandynorum finibus proxima, vrbem habet, quam quia Bithyni incolunt, Bithynida appellant.

Thynos, Plin. lib. 5. cap. 27. oppidum Ciliciæ.

Thynus, nomen viri proprium, de quo Orpheus meminit. Gentile, thynius.

Thyodamas, filius Melampodis, diuinandi peritus. Statius lib. 8.

Inſignem fama ſanctóque Melampode cretum
Thyodamanta volunt, qui cùm ipſe arcana deorum
Partiri & viſus vni ſociare ſolebat
Amphiarum aues, tantaq́; haud inuidus arti
Gaudebat dici ſimilem iuxtáque ſecundum.

Thyones, vnum ex Bacchi cognomentis ἀπὸ τοῦ θύειν, hoc eſt, à ſacrificando impoſitum, propterea quòd illi adhuc inter homines verſanti ſacrificaretur. Quanquam non deſunt, qui id cognominis à Semele matre ſua eum velint accepiſſe, quæ alio nomine dicta eſt Thyone.

Thyoneus filius Liberi fuit, qui in Chio inſula regnauit, pater Thoantis regis, cuius filia fuit Hypſipyl Acron Horatium Ode 17. lib. primo.

Thyreum, vrbs Arcadiæ ab Hypſunte filio Lycaonis condita. Stephanus.

Thyre, ciuitas Meſſeniorum. Sed diuus Auguſtus Lacedæmoniis adſcripſit, quòd Meſſenij cum Antonino ſenſiſſe viderentur. Hinc Thyreati Spartanorum coloniæ quædam appellatæ. Sciendum eſt, thyre numero plurali, genere neutro per ſyneræſin efferri θυρέα καὶ θυρεῶ, etiam ſi numero ſingulari thyrea quoque dici poteſt Strab. libro octauo Thuriam appellat. Vide ſuprà.

Thyria, inſula Peloponneſi. Herodot. libro quatro ab Athenienſibus capta, anno mundi 3538.

Thyrion, Acarnaniæ oppidum.

Thyros, vrbs in regno Neſtoris, teſte Homero.

Thyrſis, paſtor. Virg. in Bucol. Eclog. 7.

Thyſbe, puella Babylonia, Vide Pyramus. Melius tamẽ per iota ſcribitur.

Thyſdrus, Africæ propriæ vrbs mediterranea Ptolemæo. *Tiſdrus* & *Tiſdra* ſcribitur apud A. Hirtium.

Thyſſagetæ, Vide Thuſſagetæ.

Thyſtrus, vrbs Libyæ. Herodian. li. 6.

T I

Tianum. Vide Teanum.

Tiatantus, Herodoto Scythiæ fluuius in Iſtrum, aquas ſuas euoluens, incolis *Serenos* dici ait Peucerus.

Tibarania. Vide Tibareni.

Tibareni, Herodoto lib. 3. populi Scythici in Aſia, de quibus Hieronymus: Tiberani inquit, quos dilexerunt ſenes, ſuſpendunt in patibulis. Vide tabereni: licèt melius per iota ſcribatur in prima ſyllaba τιβαρηνία. Stephano, regio eſt iuxta Pontum, prope Chalibes & Moſynœcos, Ephorus lib. 8. ſcribit Tibarenis ſingulare ſtudium eſſe ludendi ridendíque & in iis præcipuam fœlicitatem collocare, Stephanus. *Tybanos* vocant Germani. inquit Euſtathius *Stybarenos* ab Orpheo in Argònauticis nominari monuit. Pintian. in Melam. idem *Tibaranos* per a in penultima frequenter nuncupari addit.

Tibeon, mons Phrygiæ à tibeo quodam, ab hoc & ſeruos tibæos vocant. Stephan. vide, Tibium.

Tiberiacum, oppidum eſt prope Rauennam quod aliquando *Ad Caballos* dictum fuit, & hodie *Bagnacauallo*, auctores ſunt Blondus, Sabellicus, & Niger.

Tiberiacum Antonino oppidum eſt inter Iuliacum & coloniam Agrippinam *Berchein* oppidulum eſt haud dubiè.

Tiberiadis, lacus D. Ioanni, Galilææ D. Matthæo, quod & ſtagnum *Geneſareth* & *Ghinereth*, vel *Cenereth* in Sacris Biblijs vocatur. Glareanus ſubdubitat num ſit idem cum eo quod Iuſtinus ex trogo, *Aſſyrium* ſtagnum appellat: nunc *Tubarie* ab accolis dici ſcribit Niger.

Tiberias, vrbs Galilææ, ab Herode condita, & ſic appellata in honorem Tiberij Cæſaris. Ptol. lib. 5. cap. 16. dicitur Tiberias lacus.

Tiberina caſtra, *Peringen* pagus, in Vindeliciis haud procul à Dingelfingum, Bauariæ oppidum. Lazius in ſua Vienna.

Tiberina inſula, vt Vitruuius eam vocat, quam Tiberis fluuius in vrbe Roma ambit, *Lycarniam* quondam dictam ſcribit Blondus & Viterbienſis, à Ioue videlicet Lycaone ibidem templum habente, Æſculapio ſacram, ſcribit Halicarnaſſeus.

Tiberinus Campus, Vrbis Romæ, poſtea *Campus Martius* dictus fuit, Marliano teſte. idem à Liuio l. 2. *Tarquinius Ager* vocatus antea.

Tiberis, qui & thybris celeberrimus Italiæ fluuius, è media ferè longitudine Apennini, Aretinorum finibus defluens, qui multis deinde fluminibus auctus, ab Hetruria Latium Ianiculúmque ipſum ab vrbe Roma dirimit, tandémque decimoquinto ab vrbe lapide duobus oſtiis modico interuallo dirempto in mare euoluitur, ea in parte, qua Ancus Martius oſtium exſtruxit. Liuius à Tiberino Albanorum rege dictum exiſtimat in traiectu eius ſubmerſo, cùm antea Albula diceretur. In qua ſententia Ouidius quoque fuit 2. Faſtor. Seruius tiberis nomen ipſa etiam Alba vetuſtius eſſe contendit: ideóque nominis eius originem ad Thybrim, potiùs, Hetruſcorum regem, referendum exiſtimat, qui Latium crebris latrociniis infeſtans, tandem circa hunc fluuium eſt occiſus. Quod & Virgilius aſſerit Æneid 8. Alij non tam à Regis huius nomine, quam ab iniuriis & contumeliis, quib. in obuium quemque circa hunc fluuium graſſabatur, appellationem hanc tractam exiſtimant: vnde Thybrim ſcribendum contendunt, quaſi τὴν ὕβριν, vt dictionem conflatam intelligamus ex articulo fœminino, & nomine ὕβρις quam ſcripturam etiam apud Dionyſium Afrum obſeruauimus. Nos Thybris nomen antiquius eſſe putamus, Tiberis recentius, literis aliquot (vt ſolet temporis lapſu) immutatis. Quo fit illud poetis, hoc oratoribus ſit vſitatius.

Tiberinus Syluius, Capeti filius, Albanorum rex, qui in vicino flumine ſubmerſus efficit, vt pro Albula Tiberis diceretur. Liuius 1. ab Vrbe, Tiberinus item à ſuperſtitioſa antiquitate creditus eſt deus eſſe. Tiberis fluuij præſes, cuius monitu Æneas Euandri ſibi auxilia adſciuit. Virgilius 6. Æneidos. Quin & fluuius ipſe in ſacris dictus eſt Tiberinus, teſte Seruio, quemadmodum τῇ κοινολεξίᾳ Tiberis, & in poëſi thybris.

Tiberiopolis, Ptolemæo Magnæ Phrygiæ vrbs, *Stronizza* à Sophiano appellatur.

Tiberius, inter Cæſares notiſſimus. Fuit & eius nomine grammaticus, qui de Idæis orationis ſcripſit libros tres, aliáque complura. Suidas. Meminit & huius Strabo lib. 7. tiberio huic Cæſari ferunt aliam quam ceterorum mortalium fuiſſe naturam, vt expergefactus noctu paulisper haud alio modo, quam luce clara, contueretur omnia, paulatim tenebris ſeſe obducentibus. Plin. lib. 11. c. 37. Tiberij vocitari cœperunt, qui ad flumen Tiberim naſcebantur. Probus in Epitome.

Tiberius Gracchus legem de diuidundis agris tulit. Seditione oborta, in Capitolio occiſus eſt. Vide Gracchus.

Tiberius Claudius, patre Cruſo natus, totum Illyricum, quæ intra Italiam, Noricum, Thraciam & Macedoniam, intérque Danubium, flumen, & ſinum maris Adriatici patet, triennio perdomuit. Suet.

Tiberius Claudius Cæſar Britannicus, 6 Rom. imperator, regnauit annos XIII. menſ. 19. dies 28. anno ſalutis 43.

Tiberius

Tiberius Conſtantinus, LVII. Romanorum imperator regnauit annis VII. anno ſal. 579.

Tibolis, fluuius in Scythia. Herod. lib. 4.

Tibiſca, Mœſię inferioris oppidum Ptolemęo, Niger illud *Sophia* vocari tradit.

Tibiſcus, Daciæ fluuius. Ptol. lib. 3. cap. 7. Barbaris Tiſſa appellatur.

Tibullus, poëta elegiographus, cujus hoc erat votum.

Me mea paupertas vita traducat inerti,
Dum meus aſſiduo luceat igne focus.

Iuxta Quintiliani ſententiam eſt Poëta imprimis elegans, terſus, ad amores & delicias aliquanto procliuior. Ouid. 1. Amor. eleg. 15.

Donec erunt ignes arcúſque Cupidinis arma
Discentur numeri, culte Tibulle tui.

Tibur, Steph. ciuitas in Sabinis decimo ſexto, ab vrbe lapide, crebris fontibus irrigua, & ſingulari aëris temperie commendata. Ouid. 4. Faſtor. Eſt autem hoc oppidum origine Græcum à Tiburno, Catyllo, & Corace Amphiarai liberis, poſt prodigioſum patris ad Thebas interitum communiter conditum, & à Tiburti nomine, qui ex tribus natu maximus erat Tibur appellatum, Autores Cato in Orig. Solinus, & Sextus ſcriptor Græcus. Hinc Tiburs, urtis, Gentile. *Tiburis* Stephano *Tiuoli* hodie. Olim *Polyſtephanon* vocatam ait idem Stephan. Hujus pars *Siculetum* dicitur, vt ſcribit Halicarnaſſeus, interprete Gelenio.

Tibyris. Vide Tybur.

Ticarinia, vrbs in Euxino Ponto. Palæph.

Ticarius, Corſicæ fluuius apud Ptolemæum *Greſſo*, Leandro.

Tichioes, caſtellum prope Trachinam: Gentile Tichioeus, Steph.

Tichos, Caſtellum Achaiæ, Incola, Tichites, Steph.

Ticida, poëta quidam, qui epigrammata ſcripſit tempore Valerij Catulli: amauit Metellam, quam mutato nomine Perillam nominauit.

Ticinum, nobile Inſubrum oppidum, quod nunc *Papia* vulgò dicitur. Gall. *Pauie.*

Ticinus, fluuius Inſubriæ, in Padum influens, à quo vicinum oppidum Ticinum eſt appellatū. de eo Plin. & Stephanus *Teſino* nunc vocatur.

Tiella, vna ex tribus Hyblis Siciliæ. Stephanus.

Tieon. Vide Tios.

Tifata, Liuio & Vellejo Campaniæ fœlicis mons Capuæ vrbi imminens, vt Dion. tradit Silius & Feſtus ejus quoque meminere. *monte di Capua* hodie nominari tradit Leander.

Tifernus, fluuius Italiæ. Tifernum oppidum quod intercidit. Inde Tifernates populi juxta Teanum & Lucrinum, ſexta regione Italiæ Pli. lib. 3. c. 14. *Citta di Caſtello*, hodie nominatur, Blondo & Leandro teſtibus.

Tigellinus Sophonius, vir Romanus vitę corruptiſſimæ, qui Neroni intimarum libidinum conſcientia cùm eſſet familiaris, plurimis ſummis viris per calumniam exitium machinatus eſt. Poſteà rerum potito Othone, ad aquas Sinueſſanas, ſupremæ neceſſitatis nuntio accepto inter concubinarum oſcula fauces ſibi præcidit. Taci. hiſtoriarum lib. 1.

Tigillus, Iupiter dictus eſt, quòd tanquam tignum mundum ſuſtentaret.

Tigimma, Africæ vrbs, Coll. Carth.

Tigis, Mauritanię Cæſarienſis oppidum, Ptolem. *Tigiſi* Anton.

Tiglarphulaſſar, rex Aſſyriorum. Vide Teglatphulaſſar.

Tignia, dicitur Latinè Piceni fluuius, quem incolæ *Tinea* vocant, vt Blondus & Leander produnt.

Tignium, Cæſari Piceni oppidum, hodie *S. Maria in Georgio*, Leandro.

Tigrana, Ptolemæo lib. 6. cap. 2. Oppidum Mediæ in mediterraneis τιγρανόκερτα (apud Stephanum & Strabonem) vrbs juxta Armeniam quaſi Tigranis ciuitas. Nam Parthis *Certa* ciuitas eſt. Inhabitauit enim eam Tigranes, Armeniæ rex. Gentile Tigranocertas. Stephan. Alij *Tigranana* legunt: Niger verò *Tauris* eſſe dicit. itemq; Thevetus: ſed is eandem à Georgianis *Semolacach* vocari addit. Quę vrbs *Armenica* etiā *Tigranocerta* Ptolemæo vocatur. Appianus in libro de Bellis Mithridaticis ſcribit Græcè ſonare *Tigranopolim*: Iouius *Suithania*, Bonacciolus *Saua* vocat.

Tigranes, nis, rex majoris Armenię, qui auxiliū ferens Mithridati regi victus eſt primò à Lucullo, deinde à Pompejo Magno in deditionem acceptus, & in regnum reſtitutus, perſolutis ſex talentorum millibus, Strabo lib. 11. Lucan. lib. 2.

Tigres, Peloponneſi fluuius, qui *Harpys* poſteà dictus fuit à demerſa in eo vna Harpyiarum, Apollod. lib. 1.

Tigris, Straboni & Ptolemæo, inſignis Aſiæ fluuius, qui in Armenia majore, loco plano & conſpicuo naſcens, per Arethuſam lacum ita transfluit, vt neque aquæ, neque piſces commiſceantur. Occurrente deinde Tauro, in ſpecum demergitur, & ab altero ejus montis latere erumpit: & mox per thesbytem lacum tranſuectus, rurſus in cuniculos mergitur, & poſt XX. M. paſſ. luci redditur. Poſt hæc Metopotamiam ab ortu alluit, tandémque in duo diuiſus cornua, in Euphratem influit, à quo in Perſicum ſinum defertur. Dictus Tigris, à curſus celeritate, propterea quòd ſagittæ (quam Tigrim ſua lingua Medi appellant) velocitatem adæquare videatur. *Sylax* quondam vocatum ſcribit Eu-

ſtathius, *Sollax* habet Plutarchus in opuſculo de fluminibus, *Hidekil* Hebræis dicitur teſte Ben. Ar. Montano. *Tegil* hodie nominari ſcribit Caſtaldus; & *Sir* Pinetus: *Sei* autem Ioſeph. Bar. Theuetus vult accolis *Hidecel* & alijs *Dorghele* dici. *Diglath* vocat eum Ioſephus. *Diglito* eum appellari ea parte nempe qua tardior fluit, Plinius auctor eſt, cui etiam *Paſitigris* & Arriano dicitur, eo loco quo bifidus factus, inſulámque circumiens, denuo in ſe redit. Euſtathius quoque Tigrim alium in Paphlagonia eſſe ait, ex Xenophonte.

Tigullia, Ptolemæo, lib. 3. cap. 1. vrbs Liguriæ, alijs dicta Sigeſta, vulgò *Sigeſtro, Sextri*. Plinius *Tigulia* habet, à Leandro *Laula* vocatur, ſed Tuſciæ eã annumerat, & inter mediterranea ponit, eritque fortè *Segeſta Tiguliorum*, de quo Plinius libro 3. cap. 5. Tigulliam Ptolemæi ſcribit Simlerus ab Antonino *Tecolata* dici. Duas enim Tecolatas habet Antoninus, hanc nempe Liguriæ, & aliam in Gallia Narbonenſi.

Tigurinus pagus. Cæſari in Heluetijs eſt. Rhellicanus credit *Zurich* nominari.

Tigurum, vrbs ad Limagum fluuium inter Heluetios. Inde Tigurini & Tigurinus pagus, Hodie inter Heluetios principem locum tenent. De his Cæſar lib. 1. de bello Gall. Strab. lib. 7. Florus lib. 3. Oroſius lib. 5 cap. 19. Plutarch. in Mario, vulgò *Zurch*, Gall. *Zurich*.

Til, Aſiæ amnis, quem genus Sogor accolit, Turci *Nigrum* vocant, & antiquiſſimi principes *Ver* & *Cuni* nominarunt, Niceph. Calliſt. lib. 18. cap. 30.

Tilauentum majus & minus, Venetorum regionis flumina apud Plin. ſunt, *Tilauemptum* Ptolemæus habet. Leander ea hodie in Foro Iulio deſcribit, dicítque majus, *Tagliamento*: Minus *Stella* vocari ab indigenis.

Tilatæi, populi Thraciæ. Thucydides libro ſecundo.

Tillium, Sardiniæ inſulæ vrbs littoralis à littore Occidentali. Ptol. lib. 3. cap 3. Hodie *S. Reparata*.

Tilogrammon, Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs, *Cabigan* à Caſtaldo vocari videtur.

Tilos, vel potius Tylas inſula eſt Plinio lib. 6. cum oppido ejuſdem nominis in mari Indico, celeberrima plurimùm margaritis: ipſa fert palmas, oleas creat, vineis abundat. In ea omnis arbor nunquam folijs ſpoliatur, Mons Caucaſus non longè ab ea incipit, qui maximam orbis partem perpetuis jugis penetrat. Eadem inſula habet lanigeras arbores (vt ſcribit Plinius lib. 12.) quem cotonei mali amplitudine cucurbitas ferunt, & maturitate ruptæ oſtendunt lanuginis pilas, ex quibus veſtes pretioſæ ſiunt, Plin. lib. 6. cap. 26

Tilox, Corſicæ inſulæ promontorium, teſte Pto. *Calo venelar* vel *China'ar* vt putat Pinetus.

Tilphoſa, Pindaro fons ſub tilphoſium montem labens, apud quem tireſiæ vatis ſepulchrum conditum eſt. Hujus enim vt ait Ariſtophanes, aquæ frigus cùm ſenex potaſſet & ferre non potuiſſet, extinctus eſt. Eſt & ibidem, vt lib. 9. teſtatur Strabo, templum Apollinis Tilphoſij. Vide thelphoſſa.

Tilphoſſæum, regiuncula Theſſaliæ. Gentile, Tilphoſſæus. Steph.

Timæi, Siliciæ populi. Stephanus in Eucarpia.

Timæus, Siculus hiſtoricus, qui res Græcas conſcripſit, etiam vſque adeò arrogans, ait Plutarchus in Nicia, vt Thucydidem & Philiſtum in hiſtoria ſe facilè ſuperaturum jactet. Ipſe verò Sicula quadam pinguedine delibutus, ad ridenda, miniméque ad hiſtoriæ grauitatem pertinentia digreditur. Hactenus Plutarchus. Cicero 2. de Oratore, Minimus natu horum omnium Timæus, quantum autem judicare poſſum, longè eruditiſſimus: & rerum copia & ſententiarũ varietate abundantiſſimus, & ipſa compoſitione verborum non impolitus, magnam eloquentiam ad ſcribendum attulit, ſed nullum vſum forenſem. Hactenus Cicero, Diodorus Siculus dici hunc nimium operæ in alijs redarguendis impediſſe, contra Ephorum præſertim: nimis res etiam minimas perſecutum, librósque fuiſſe penè in res ſingulas partitũ. Timæus Philoſophus, cujus nomine Plato librum ſcripſit de natura, patria Locrẽſis, philoſophus Phytagoreus, ſcripſit vitæ & naturæ documenta, & vitã Pythagoræ, vt ſcribit Suidas.

Timagenes, Mileſius hiſtoricus, qui ſcripſit de Heraclea Ponti, & viris in ea claris, libros tres.

Timagenes, grammaticus Alexandrinus, ſub Pompejo magno captiuus, Romam ductus, à Gabinio eſt emptus. Docuit Romæ vſq; ad Auguſti tempora. Is eſt author, omnium in literis ſtudiorum antiquiſſimam muſicem extitiſſe. Quinti. lib. 1. cap. 10.

Timagoras, Athenienſis capitali ſupplicio affectus, quòd Corium, ad quem legatus miſſus fuerat, more Perſarum adulando adorauerat. Suidas & Valerius.

Timandra, Ledæ filia Helenæ ſoror Echemo Arcadi nupſit vt teſtantur Apollodorus & Pauſanias in Arcadicis, vt & Seruius in octauum Æneidos qui Euandrum hujus Echemi filium facit.

Timantes, pictor egregius Zeuxis tempore. Hujus eſt Iphigenia oratorum laudibus celebrata, qua ſtante ad aras peritura, quum mœſtos pinxiſſet omnes, & triſtitiæ omnem imaginem

con-

conſump ſiſſet patris vultum velauit, quem dignè non poterat oſtendere. Pinxit & Cyclopem parua in tabula, cuius magnitudinem exprimere cupiens, pinxit, iuxta Satyros thyrſo pollicem eius metientes. Itaque ex omnibus eius operibus intelligitur plus quàm pingitur. Plin. lib.35.c.8.

timarchides, ſculptor nobiliſſimus. Plin. lib. 36 c.5. Fuit & pictor nobiliſſimus, eodem Plinio auctore. lib.34 c.9.

timarchus, ſtatuarius nobilis, Plin.lib.34.c.8. Fuit & Timarchus, in quem extat Æſchinis accuſatio, Demoſthenis oratoris amicus.

timarchus, Nicoclis filius Paphij, duos ordines habuit maxillarum, frater eius non mutauit primores dentes: ideóque eos prætriuit. Pli.lib. 11.cap.37.

timaſiſteus, Liparienſium imperator, anno mundi 3571.

timauus, fluuius Venetiæ, qui ex Alpibus defluens terra abſorbetur, occultíſque meatibus fertur ſtadiis trecentis & triginta, iterúmque loci redditus, in mare Adriaticum pluribus influit oſtiis, quæ ac colæ ſinus Tergiſtini fonticulos appellant. Virgilius primo Æneidos, mare vocatur à Varrone, vt ſcribit Seruius in Virgilium. *Maru fontem* ab accolis appellari Polybius apud Strabonem auctor eſt. Hodie in foro Iulio deſcribitur à Leandro, dicitque *Timauo* vocari, Niger verò eum *Larechia* nominat.

timethus, Ptolemæo Siciliæ fluuius, quem *Traina* Leander, & *Pacti* nominat Fazellus, qui dicit eundem à Strabone & Plinio *Symethus* nuncupari. Ptolemæo tamen duo ſunt flumina Symethus & Timethus.

timica, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs Ptolemæo: *Tremcuſin* vel *Taleſin* Peucero eſt.

timida, D.Auguſtino Africæ vrbs. *Tumida* eſt in coll.Cartag.

timochares, Ambracienſis regis Pyrrhi amicus fuit, qui ad C.Fabricium Conſulem furtim venit, ac præmium petiuit: & ſi de præmio conueniret, promiſit regem venenis necare: idque facile eſſe factu dicit, quoniam filij ſui pocula in conuiuio regi miniſtrarent. Eam rem Fabricius ad Senatum ſcripſit, Senatus legatos ad regem miſit: mandauitque vt de Timochare nihil proderent, ſed monerent, vt rex circumſpectiùs ageret, atque à proximorum inſidiis ſalutem tutaretur. Refert Gell. ex Valerij Antiatis hiſtoria lib.3.c.8.

timocles, comicus Athenienſis, fabulas ſcripſit, quarum nonnullas commemorat Athenæus.

timoclea, mulier Thebana, ſtuprum à quodam Barbaro Thracum principe per vim paſſa, iniuriam hoc modo vlta eſt. Odio enim diſſimulato dixit ſtupratori ſe ſcire locum, vbi plurimum eſſet auri: perductúſque eſt ad altiſſimum puteum, qui fuit in remotiore domus parte. Quò quum Thrax veniſſet, & iam pronus immineret puteo, à Timoclea, quæ à tergo ſtabat, deiectus eſt in præceps, & ſaxis obrutus. Sabellicus ex Plutarcho.

timocreon, Rhodius quidam, qui propter cibi & vini auiditatem hoc tulit epitaphium:

Multa bibens, tum multa vorans, malè denique dicens.
Multis, hîc iaceo Timocreon Rhodius.

timœtes, xv. Athenienſium rex regnauit annis VIII. anno ab vrbe cond.1054.

timolaus Lariſſæus, è Lariſſa Macedoniæ, diſcipulus Anaximenis Lampſaceni, ſcripſit poëma de bello Troiano, Homeri ſingulis verſibus ſingulos addens atque ſubdens. Author Suid.

timoleon, Corinthius, dux inclytus, viribus fortiſſimus, vitaque abſtinentiſſimus, miſſus cum triremibus ad liberandas, à Dionyſii tyrannide Syracuſas, quem Dion Syracuſanus, implorato Corinthiorum auxilio, expellere conabatur, quinquageſimo poſtquam Syracuſas appuliſſet die, vrbe potitus, ac Dionyſio clàm ſeſe atque arcem Timoleonti dedente, ab eo cum paucis in exilium Corinthum miſſus eſt: ille verò arcem ſolo æquauit, Syracuſanis libertatem reſtituit, deinde contra Leontinos pergens, eorum tyrannum bello captum interfecit. In ſumma æqualis fuit Timotheo, Ageſilao, Pelopidæ, Epaminondæ. Plutarch.

timolus. Vide Tmolus & Tymolus.

timomachus Byzantius, pictor nobilis, Cæſaris dictatoris ætate, fecit Medeam & Aiacem, quos ipſe Cæſar LXXX. talentis emit, in templóque Veneris dedicauit, Plin.lib.5.c.11.

timon Apolloniates, ſeu Nicenus philoſophus, qui apud Chalcedonem philoſophiam & oratoriam exercuit, charus Ptolemæo & Philadelpho. Scripſit tragœdias & comœdias & ſatyras. Dictus amarulentus, & mordax: Syllorum, id eſt, dicacitatum ſcriptor.

timon Athenienſis, temporibus Peloponneſiaci belli, inhumanus, ac vitans hominum congreſſus, præter vnius, Alcibiadis adoleſcentis: interrogatus, quæ cum illo cauſa eſſet amicitiæ. Quod ſciam, inquit, illum quandoq; multorum malorum Athenienſibus cauſam futurum. His de cauſis ab Athenienſibus μισάνθρωπος, eſt appellatus, quaſi genus hominum infenſum habuerit. Sed & mortuo mirum contigit, vt ſepulchrum eius, quod erat in littore, mare quaſi peroſum exundatione ab ſe abſterruerit, longéque expulerit. In cuius ſepulchro hoc erat epitaphium, quod ipſe ſibi fecit.

Hîc ſum poſt vitam miſerámque inopémque ſepultus:

Nomen non quæras. dij, lector, te malè perdant.

Timonium, caſtellum Paphlagoniæ: Gentile, Timonites. Stephanus.

Timoſtenes, præfectus claſſis Ptolemæi Philadelphi, ſcripſit de portubus libros 10.

Timotheus, Cononis Athenienſis filius, qui acceptam à patre gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim diſertus, impiger, laborioſus, rei militaris peritus, & quod ſuper omnia eſt, fortunatus. Ei ſtatua publicitùs in foro Athenis poſita eſt ob victoriam, qua, victis Lacedæmoniis, imperium Athenienſium auxit, & muros Athenarum extruxit. Poſt huius obitum non fuit quiſpiam ferè Athenis dignus memoria. Huius imaginem pictores aſſentationis gratia fecerunt, iuxtaq; Fortunam retibus ciuitates ei incluſas deferentem, illum autem ipſas expugnantem: quam ob rem indignatum eum ferunt pictori fuiſſe, quòd felicitati potiùs eius res geſtas, quàm virtuti videretur adſcribere. Haud multo pòſt hoc factum, fortuna quaſi ægrè ferente rebus excidit. Suid. Huius, vt docti hominis meminit Cicero lib. 1. de officiis. Quod idem fecit, inquit, Timotheus, Cononis filius, qui cùm belli laude non inferior fuiſſet, quàm pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenij gloriam adiecit. Hactenus Cicero. Timotheus Athenienſis comicus mediæ comœdiæ, cuius fabulas nonnullas commemorat Athenæus. Timotheus Mileſius muſicus, qui decimam & vndecimam chordam lyræ addidit, & antiquam muſicam in meliorem modum mutauit. Eum quoque ferunt duplices ab his, quos alius inſtituiſſet, mercedes exigere ſolitum fuiſſe, quàm ſi rudes traderentur. Geminatum opus ſic dicebat dedocendi priùs, mox docendi. Emicuit tempore Philippi Macedonis, cuius filius Alexander ſono excitabatur, & ad res bellicas alacrius inſtruebatur. Deceſſit anno ætatis 53. Scripſit de muſica libros 17. Encomia, Dithyrambos. Hæc Suidas.

Timotheus, ſculptor nobiliſſimus, cuius in templo Apollinis Romæ multa fuerunt monumenta, vnus ex his qui Mauſoleum cælauere. Plin. lib. 34. cap. 8. Timotheus Gazeus, grammaticus tempore Anaſtaſij principis, qui ſcripſit verſibus, cuius opera nonnulla commemorat Suidas. Timotheus, Pauli Apoſtoli epiſtolis cum martyrio clarus, præſul Epheſinus, patria Lycaonius, viduæ mulieris filius. Volater. libro ſecundo.

Timoxenes, Achæorum dux, anno mundi 3745.

Timyra, vrbs iuxta Iſauriam, & fluuius Indiæ. Gentile, Timyræus. Stephanus.

Tina, Ptol. lib. 2. cap. 3. Britanniæ fluuius: vulgò *Tine*.

Tinda, fuit Thraciæ oppidum, Diomedis equorum ſtabulis dirum, Plin. lib. 4. c. 11. apud Antoninum *Stabulum Diomedis* nominatur.

Tinde, Calcidica vrbs Thraciæ, Gentile, Tindeæus. Steph.

Tindium vrbs Libyæ: Ciuis, Tindanus, quaſi à Tinda, vel Tindieus. Stephanus.

Tinge, promontorium Africæ, quod ferunt ab Antæo conditum. Vocatur aliter Ampeluſia.

Tingi, Pompo. lib. 1. & Plin. lib. 5. cap. 1. Mauritaniæ peruetus oppidum, ab Antæo (vt ferunt) conditum, poſtea à Claudio Cæſare, cùm coloniam faceret, appellatum, *traducta Iulia*. Vide Thinge.

Tingis, Ptolem. eſt Mauritaniæ Tingitanæ ad fretum Herculeum vrbs, cui etiam Cæſaria vocatur. Strabo ſcribit eam à Barbaris *Tinga*, ab Artemidoro *Linga*, & ab Eratoſthene *Lixum* nominari, Ptolemæus tamen & Plin. ex Tingo & Lixo duas faciunt. Plin. hanc Tingin dicit à Claudio Imper. coloniam factam, & *Iuliam Traductam* appellatam. hodie *Tanger* à Caſtaldo, & *Tangia* à Mercatore vocatur. vide Mauritania.

Tingitana, pars Mauritaniæ, *Steph.* vrbs: Ciuis, Tingites: Gentile, Tingitanus.

Tinia, Plinio, qui & Teneas Straboni Vmbriæ fluuius in Tiberim influens, *Topino* nunc dici ſcribunt Leander & Fabricius.

Tinnetio, vicus Rhætorum Antonino, *Tintschen* Germanis. vt Scudus vult, *Tinnezono* Rhætis, vt Simlero placet.

Tinni Straboni, & Tunniatus, (cuius Cato & Antoninus meminerunt) ſunt Tuſciæ montes Leandro, quos hodie *Montuniata* appellari ait, ſed Thynni non Tinni legitur apud Strabonem libro 5. vbi Populonium deſcribit.

Tinurtium, vrbs Galliæ, Spartiano, in vita Seueri Imp. Robertus Conſtantinus dubitat num ſit *Tournon* prope Lugdunum.

Tinus, fluuius eſt in partibus Angliæ Septentrionalibus, Neubrigenſi, quem *Prudehou* vocari ait. *Tinna* habet hoc tractu fluuium. Ptolemæus.

Tiquadra, apud Plin. eſt maris Balearici Inſula, apud nonnullos *Triquadra* legi, ab eius forma ſcribit Hermolaus: hodie *Conitra* dicitur, Beutero, & Floriano teſtibus.

Tios, vrbs Paphlagoniæ Ponti à Tio ſacerdote Mileſio: vel à Pataro conditore, qui occupata Paphlagonia vrbem appellauit Tium. Strabo libro 12. Gentile, Tianus vel Tianeus, Steph. Vide Amaſtris.

Tipaniſſæ, populi iuxta Caucaſum, Steph.

Tipa-

Tipaſa, Ptol.lib.4.cap.1.vrbs Mauritaniæ Cæſarienſis:hodie *Tenoſe Tanes* Mercatori.

Tiphernum,ciuitas Vmbriæ,quæ nunc ciuitas Caſtelli dicitur ,nobilis alumno Gregorio. Græcis Latiniſque literis apprimè docto , ſicut eius opera eloquenter elucubrata manifeſtè docent.

Tiphœeus gigas,de quo Ouid.lib.3.Metam.

Nec quo Centimanum deiecerat igne Tiphœa.
Nunc armatur eo.

Lucanus.

Vndat apex Campana fremens cui ſaxa vaporat.
Conditus inarimes æterna mole Typhœus.

Tiphys , primæ nauis, quæ Argo dicta eſt gubernator,& Argonautarum in Colchica expeditione ſocius , Hagnij filius fuit iuxta Apollodorum lib. 1. bibl.& Valerium Flaccum Argonaut. 1.At Hyginus fab.14.& 18. Bœotum illum facit, Phorbantiſque & Hymanes filium morbo præterea abſumptum eſſe refert in Mariandinis in Propontide,apud Lycum regem,pro quo nauem rexit Colchos Ancæus Neptuni filius. Vide Pauſaniam in Bœoticis , Stephanum de vrbibus, Apollonium & eius ſcholiaſtem, Valerium Flaccum qui illi Erginum ſucceſſiſſe vult , Apollodorum & Hyginum.

Tireſias , vates Thebanus, Euero patre genitus , qui cùm aliquando in Cithærone vidiſſet duos dracones coeuntes , obſeruata fœmina , ex iis occidit illam : quo facto in fœminam & ipſe mutatus eſt. Deinde cùm rurſus poſt ſeptem annos eodem pacto & marem draconem interfeciſſet , in priſtinam formam rediit. Quo factum eſt,vt exorto poſtea iocoſo inter Iouem & Iunonem certamine, virine an fœminæ maiorem ex coitu voluptatem caperent , ille potiſſimùm iudex ſit adhibitus , vt qui vtrunque fuiſſet expertus. Tireſias autem pro Ioue ſententiam tulit,aſſerens multò plus de coitu voluptatis percipere fœminas. Ob quod à Iunone excæcatus eſt. Alij verò propterea excæcatum dicunt , quòd Palladem nudam in fonte conſpexiſſet. Iupiter autem in ſolatium viſus amiſſi,diuinationis peritiam illi dedit. Huius animam euocat Vlyſſes apud Homerum libro decimo Odyſſ. multáque ab ea futura edocetur , Author eſt Strabo lib. 9. Tireſiæ monumentum fuiſſe ſub Tilphoſſo monte Bœotię,iuxta fontem eiuſdem nominis,vbi profugus diem ſuum obiit , cùm iam ſenex gelidiſſimam Tilphoſſæ aquam hauſiſſet , ibidémque Thebanos ſepulto diuinos honores tribuiſſe. De Tireſię transmutatione,vide Ouidium 3.lib.Metamorp. & mythologicos.

Tiria , vrbs Leucoſyrorum: Gentile, Tiricus. Steph.

Tiridates, Magus, de quo apud Suetonium in Nerone,& Plin.lib.37.Erat & Romæ in ſeptima regione viæ , quæ Lata dicebatur , locus ab equo Tiritadis regis Armeniorum nomen habens , vt Publius Victor ſcribit.

Tiriſcum,Ptolem.lib. 3. c. 1. quod iam Taros dicit Daciæ vrbs:hodie *Croſechana*.

Tiriſtria , promontorium Myſiæ inferioris, apud Ptol. *Tiriſtris* legitur apud Hermolaum, & dicit à Strabone *Citeriſis* vocari , & *Lyſimachi* in promontorio cognomine. vide ipſum ſtrab. lib. 7. *Tetriſia* dicitur apud Arrianum , quod etiam Pintianus obſeruauit.

Tirizibani , vel Tiriza , vrbs Paphlagoniæ, Gentile , Tirizi , & apud Cteſiam Tirizibani. Steph.

Tiro, Ciceronis libertus,ipſas ſcribendi notas quibus illa hodie furtiua ſcripta fiunt , aliàs quæ ſiphræ vulgò dicuntur , primus inueniſſe fertur. Hodie verò ita frequens eſt modus iſte ſcribendi,vt nullus ferè ſit neque princeps, neque ciuis, quin ſuas habeat ſiphras,Polyd.Virg.lib.2.c.7.de rer.inuent.

Tirolis , comitatus adiunctus fuit domui Auſtriacæ anno M CCC. LX. à Rodolpho Alberti filio Auſtriæ Duce. Hic comitatus argentifodinis adeò diues eſt , vt non modò Ducatui valdè opulento præferri , ſed etiam regno comparari poſſe videatur.Nam pendet ſuo Principi quotannis ordinariè ter centum millia aureorum nummûm. Inſuper habet æris metallum omnium præſtantiſſimum.Sedem in ipſis ferè Alpibus,inter Bauariam & Italiam retinet. Guſpinianus. Munſter.

Tirſe , vrbs Mygdoniæ in Macedonia, à Tirſe vna ex vxorib. filij Mygdonis: Gentile, Tirſeus. Steph.

Tiryns, ynthis, gen. maſ. fluuius Argiuus. At Tiryns,g.f.nomen patriæ Herculis in Peloponneſo , quæ proxima Argis à Plinio Tiryntha vocatur. Vnde & Hercules Tirynthius appellatus eſt , quamuis Thebanus quoque dicatur , *Halyes* olim vocata.

Tiryns , vrbs, Steph. dicta eſt à Tirynthe filia Halo , quæ Amphitryonis ſoror erat. Vocabatur autem priùs Halieis , eò quòd multi Hermionei illic piſcantes habitarent. Homer. Gentile , Tirynthius , fœmin. τιρυνθίας , & Tirynthis. Stephan.

Tiryntha,vrbs in Argo.Heſychius,Argis vicina in qua nutritus eſt Hercules,Seruius.

Tiſæum,Polybio, Theſſaliæ mons,Promontorium quoque ibidem eſt. Apollon. 2.

Tiſamenes, filius Antiochi, qui apud Delphos reddebat oracula.

Tiſandrus,vide Theſſander.

Tiſara, portus & oppidum Latinorum. Steph. vide Antiſara.

Tiſaranthus , fluuius Scythiæ , ſecundus poſt

Ordiſſum. Herod. lib. 4. lege, Tiarantus.

Tiſebarica, regio Æthiopica ſupra Brenicam, cuius partem maritimam Ichthyophagi incolunt. Periplus Arriani.

Tiſia, vrbs Italiæ, Gentile, Tyſiates. Stephan.

Tiſianus, Scythiæ fluuius, apud Iornand. in Europa.

Tiſias, Steſichorus poeta antè dictus, ſed à chorea id nominis ſortitus eſt.

Tiſias, Coracis rhetoris diſcipulus, in Sicilia antiquiſſimus ſcriptor, argutè coraci præceptori *didaktra*, ſeu mercedem negauit, quòd diceret nec ſe debere, ſi à iudicibus abſolueretur, nec etiam debere damnatus, quòd tunc artem non teneret: cuius finis eſſet perſuadere. vide Corax.

Tiſiaus, Africæ vrbs, deleta in bello quod Cæſar cum Scipione geſſit. Strab.

Tiſiphone, vltricem cædis ſignificat. Inuidi, enim & vindictæ cupidi furiis meritò agitari dicuntur. Eſt enim vna ex Furiis, à cædibus plectendis dicta, cui curæ ſit mortis vltio. Vide Furiæ.

Tiſis, vrbs Ægypti, quam condidit Tiſis: Ciuis, Tiſites. Steph.

Tiſobis, fluuius Britanniæ, teſte Ptolem. lib. 2. c. 3. Græcia habent, *τισόβιος ποταμοῦ ἐκβολαί*.

Tiſſa, Ptol. lib. 3. c. 4. Siciliæ vrbs, hodie *Tiſſe*. Steph. parua regio Siciliæ. Gent. Tiſſæus. *Randazo* Nigro.

Tiſſamenus, filius Oreſtis, Mycenis regnauit.

Tiſſaphernes, rex Perſarum, Ageſilao bellum indixit, anno mundi 3562.

Tiſurus, Ptolemæo oppidum in Africa Propr.

Titacidæ, vicus in Antiochide tribu à Titaco qui Aphydnas Dioſcuris prodidit: inde Titacides. Steph.

Titan, anis, ſiue Titanus, ni, Cœli & Veſtæ filius, frater Saturni natu maior, ad quem quamuis paternæ hæreditatis ius pertineret, quoniam tamen matrem & ſororem in Saturnum propenſiores eſſe ſentiebat, ſuo illi iure ea ceſſit lege, ne quam ſobolem maſculam educaret, ſed cæli imperium ad liberos ſuos rediret. Verùm cùm poſtea Opis dolo factum intelligeret, vt primùm Iupiter, deinde & Neptunus & Pluto clàm eſſent educati, eáque via liberos ſuos autita ſucceſſione deiectos videret, vnà cum filiis ſuis (qui & ipſi Titanes dicebantur) bellum aduerſus fratrem ſuſcepit: cuius exitus is fuit, vt victus prælio Saturnus, vnà cum matre & ſorore in hoſtium manus perueuerit, arctiſſimæque cuſtodiæ fuerit incluſus, donec adultus Iupiter victis Titanibus eum liberauit. Ex Titanum numero fuit Hyperion, pater Solis quo factum eſt, vt poetæ Titanem non rarò pro ipſo accipiant Sole. Hinc Titanius, adiectiuum.

Titanes, Diodorus Sic. vocat illos gigantes tyrannos, quos poſtea Hercules ſuſtulit, non quia ipſi Titiæ eſſent, filij, ſed quòd à Titanibus orti, etiam eorum ſequerentur partes.

Titana, norum regiuncula Sicyoniæ: dicitur etiam ſingulariter. Gentile, Titanius. Nunc autem, inquit Steph. Teutanium vocatur.

Titanus, Plin. lib. 5. c. 30. fluuius Æolidis, & ciuitas ab eo cognominata.

Titareſius, fluuius Theſſaliæ, qui in Titaro monte (qui Olympo vicinus eſt) ortum habens, decurrénſque verſus plagam Tempe contingentem, in Peneum influit ob quartum tamen craſſitudinem illi non admiſcetur, ſed in modum olei ſuperfluit. Plinius Eurotōn vocat lib. 4. cap. 8. Lucanus Titateſum appellat, per quatuor ſyllabas, libro 6.

Titaron, vrbs Theſſaliæ: Gentile, Titaronius. Stephan.

Titenus, fluuius Sarmatiæ Aſiaticæ, aut Colchidis potius, in Pontum Euxinum ſe exonerans, vt habet Apollon. 4.

Tithonus, Laomedontis Troianorum regis filius, qui cùm ob formæ præſtantiam ab Aurora adamaretur, ab eadem raptus eſt, & curru eius in Æthiopiam aduectus: vbi & Memnonem ex ea genuit. Fabulantur Poetæ, hunc ſummi muneris loco longiſſimam vitam ab Aurora petiiſſe: eáque impetrata, cùm ætates *plurimas vixiſſet*, decreſcente quotidie ex ſenio corpore, tandem in cicadam verſum fuiſſe. Huius meminit Ouid. Metam. lib. 9. fingitur autem adamatus ab Aurora, quòd ante Solis ortum ſurgere, & matutina tempora non ſomno, ſed agendis rebus tribuere ſolitus fuerit. Fingitur, item ad ſummam peruenisse ſenectutem eiuſdem auroræ ſucco perfuſus: ad tuendam enim valetudinem prodeſt perfundi auroræ ſucco, hoc eſt ſimul cum Sole expergefieri.

Tithoræa, vrbs Bœotiæ, à Tithoræa Nympha (Pauſanias libro 6.) vbi Zetus & Amphion ſepulti ſunt in cacumine Parnaſſi. Ciuis, Tithoræus. Steph.

Tithras, vicus in tribu Ægæide, inde Tithraſius, Steph.

Tithronium, vrbs Phocidis: Gentile, *Tithroneus*, Steph.

Titi Liuij duo fuerunt, alter tragœdiarum ſcriptor, qui ob ingenij meritum, à Liuio Salinatore, cuius liberos erudiebat, libertate donatus eſt. Alter Patauinus, qui floruit ſub Auguſto, & valde laudatus in hiſtoria, cum ſit in narrando miræ iucunditatis, clariſſimique candoris, ſcripſit vniuerſam hiſtor. Roman.

Titia curia, & Titienſis tribus dicta à Tacito Tatio. Feſtus.

Titianus, Titiani filius, orator Græcus, præceptor Maximini principis ſcripſit libros *prouinciarum*.

uinciarum pulcherrimos, appellabatur Simia ſui temporis, quòd omnia propè imitaretur. Gapitol.

Titij, ſacerdotes Apollinis, à Titiis auibus, quas in auguriis certis obſeruare ſolebant, ſic appellati, vt ait Varro 4. de ling. Lat.

Titius, Illyrici fluuius Ptol. & Plinio: *Gerba* vocat Fauolius *Varietha* ab accolis dici tradit Niger.

Titiùs, Syriæ præfectus, anno mundi 3956.

Titoneus, nomen montis apud Dionyſium, lib. 1. Gigantiadis: incola ſimiliter Titoneus. Stephan.

Titormus, bubulcus fortitudinis monſtroſæ, cum Milone Crotoniata de robore certauit, viciſque, cùm pedem tauri vna manu, altera verò alterius tauri pedem, ipſis per vim conantibus reſilire, traheret. Ælian. lib. 12. variæ hiſt. cap. 22. Vide Tritanus.

Tituacia, Carpitanorum vrbs. Ptolemæo, in Hiſpania Tarraconenſi *Xetafe* hodie fortè.

Titulcia, locus Hiſpaniæ inter Emeritam & Cæſaraugustam, apud Anton. in ſuo Itinerario. *Vayona* nunc fortè, vt dicit Moralis.

Titus, clariſſimus Romæ princeps, Veſpaſiani filius, frater Domitiani. Tranquil.

Titus, nomen viri, cognomento Iuſti. Act. 18.

Titus Æmilius Mamercus, cos. anno ab vrbe condita 3494.

T. Annius Fuſius, cos. anno mundi 3811.

T. Annius Ruffus, cos. ab vrbe condita 626.

T. Antonius Decemvir, ab vrbe cond. 304.

T. Apronianus, cos. ab vrbe cond. 869.

T. Aurelius Fuluius Boionius Antoninus Pius xvi. Rom. imper. regnauit annis xxii. menſ. iii. anno ſalutis 140.

T. Cæcilius Siculus, Trib. mil. anno ab vrbe cond. 311.

T. Claudius Nero, conſul ab vrbe cond. 552.

T. Coruncanus, cos. ab vrbe cond. 473.

T. Didius Vinius, cos. ab vrbe cond. 656.

T. Ebutius Helua, cos. ab vrbe cond. 255.

T. Furnius, cos. ab vrbe cond. 737.

T. Geganius Macerinus conſul, ab vrbe condita 322.

T. Genutius Decemvir, ab vrbe cond. 303.

T. Herminius Aquilinus, conſ. ab vrbe cond. 248.

T. Iunius, cos. ab vrbe cond. 821.

T. Largius, apud Romanos primus Dictator creatus. Tit. Liu lib 2.

T. Largius Flauius cos. ab vrbe cond. 253.

Titus Liuius, genere Patauinus, hiſtoricus omnium præſtantiſſimus: de quo D. Hieron. ita ſcribit, in Prolog. Galat. ad Titum Liuium (inquit) lacteo eloquentiæ fonte manantem, de vltimis Hiſpaniæ, Galliarúmque finibus quoſdam veniſſe nobiles legimus, & quos ad contemplationem ſui Roma non traxerit, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus ſeculis celebrandúmque miraculum, vt vrbem tantam ingreſſi, aliud extra vrbem quærerent, &c. Vide plura in verbo Liuius.

T. Lucretius, cos. ab vrbe condita 246.

T. Manlius Torquatus, Dictator ab vrbe condita 404. 407.

T. Menenius Lanatus, conſul ab vrbe condita 277.

T. Minutius Augurinus, conſul ab vrbe condita 449.

T. Numitius Priſcus, cos. ab vrbe condita 281.

T. Pinarius, magiſter equitum, ab vrbe condita 363.

T. Quintius, Barbatus, Interrex, ab vrbe condita 311.

T. Quintius Barbatus v. conſul ab vrbe condita 312.

T. Quintius Capitolinus, trib. mil. ab vrbe condita 351.

T. Quintius Cincinnatus Pœnus, conſul ab vrbe cond. 328.

T. Quintius Cincinnatus Pœnus, trib. mil. ab vrbe cond. 330.

T. Quintius Criſpinus, conſul ab vrbe condita 546.

T. Quintius Flaminius, conſul ab vrbe condita 556.

T. Quintius Flaminius Appellas, cos. ab vrbe cond. 631.

T. Romulcius Decemvir, ab vrbe cond. 303.

T. Saturninus conſul ab vrbe cond. 950.

T. Sempronius Gracchus, conſul ab vrbe condita 577.

T. Sempronius Longus, conſul ab vrbe cond. 536.

T. Seruius Fidenas, tribunus militum, anno ab vrbe condita 332.

T. Statilius Taurus, cos. ab vrbe cond. 728.

T. Valerius, cos. ab vrbe cond. 424.

T. Virginius Tricoſtus, conſul ab vrbe condita 258.

T. Virginius Cœlimontanus Tricoſtus ab vrbe 307.

T. Veturius Caluinus, cos. ab vrbe cond. 433.

T. Veturius Decemvir, ab vrbe cond. 303.

T. Veturus Geminus, cos. ab vrbe 260.

T. Vinidius Quadratus, Syriæ præſes, anno ſal. 52.

Tityrus, nomen paſtoris apud Virg. & Theocritum in Bucolicis. Tityrus, ciuitas Cretæ, vt ſcribit Zacharias ſcholiaſtes Theocriti.

Tityus, Iouis filius ex Elara, Orchomeni filia, quam cùm Iupiter compreſſiſſet, grauidámque

Digitized by Google

reddidiſſet, veritus Iunonis indignationem, intra terræ viſcera eam occultauit, inſtante verò legitimo partus tempore, Elara miræ magnitudinis puerum enixa eſt, qui quòd dehiſcente terra luci redditus eſſet, Terræ filius creditus eſt. Hic cùm poſtea adultus, Iunonis inſtincta Latonam de ſtupro interpellaſſet, vimque illi inferre conatus eſſet, Iouis fulmine ictus, aut (vt alij malunt) Apollinis telis confixus eſt, & ad inferos detruſus, vbi humi exporrectus nouem terræ iugera dicitur occupare, iecúrque perpetuò cum Luna renaſcens, vulturi, aut (vt Hygino placet) ſerpenti exedendum præbere. Ouid. 4. Metam. hæc fabula ad odium, quod nunquam tolli poteſt, commodè refertur, & inuidorum perpetuum ſupplicium egregiè depingit.

Tityus item Ciceroni in Bruto, orator, homo loquax ſanè & ſatis acutus, ſed tamen ſolutus mollis in geſtu, vt ſaltatio quædam naſceretur, cui ſaltationi Tityus nomen eſſet.

T L

Tlepolemus, Herculis & Aſtioches filius, quam ex Ephyra vrbe Peloponneſi rapuerat, vt eſt author Homerus in nauium Catalogo: clarus rebus bellicis, corporiſque proceritate inſignis. Hic cùm adoleuiſſet, Lycimnium auunculum ſuum Marte progenitum, & patre ſuo clariſſimum iam ſenem interfecit. Propter quod fabricatis nauibus, contractáque iuuenum manu patriam reliquit, Rhodúmque tenuit, in qua trium vrbium regnum obtinuit. Belli verò Troiani tempore nouem nauium claſſe Græcis ſuppetias tulit, quo in bello à Sarpedone Iouis filio fuit interfectus.

Tleſias, 2. Archon, ſeu princeps annuus Athenienſium, circa xxv. Olympiadem.

Tletes, populi Iberici iuxta Tarteſſios. Steph.

Tlos, vrbs Lyciæ, à Tlo Milæi & Praxidices Nymphæ filio. Gentile idem, vel Tloeus, vel Tloites, vel Tloius. Eſt & alia Tlos, vrbs Piſidiæ: poſſeſſiuum, Tloicus. Steph. Prioris meminit. Strab. lib. 14.

T M

Tmares & Tmarus. Vide Tomarus. Eſt autem Theſprotiæ in epiro mons, qui & *Tomares* dicitur, Strabone teſte.

Tmolus, Lydiæ mons, Sardibus incumbens, ex quo Pactolus amnis profluit aureas trahens arenas. Ouid. 6. Metamorphoſeon. Antiquis Timolus dicebatur per tres ſyllabas, Plin. lib. 5. cap. 29. Huius cacumen *Tempſis* ab eodem Plinio. lib. 7. cap. 48. vocatur. *Tymolus* per y in prima ſcribit Stephan. idem *Carmanorium* fuit antea dictu, teſte Plutarcho in libello de fleminibus. Vide Atlas.

Tmous, filius Tremyli & Praxidices, in Lycia natus.

T N

Tnyſſus, vrbs Cariæ. Gentile, Tnyiſeus. Steph.

T O

Toardus rex Anglis ceſſit, anno ſalutis 925.

Tob, nomen terræ, ad quam fugit Iephthe, Iud. 11. Lat. bonus, ſiue bonitas. Veriſimile eſt eſſe in tribu Gad. fugere enim noluit ad alienigenas.

Tobadonias, nomen viri. 2. Paral. 17. Lat. bonus dominator Dominus, aut bona baſis Domino.

Tobia ſiue Tobias, i bonus Dominus, ſiue bonitas Domini, nomen viri, 1. Eſd. 2 Zach. 6.

Tobias, v. epiſcoporum Hieruſalem. Zachariæ ſucceſſor, anno ſalutis 104.

Tobius, Ptol. lib. 2. cap. 3. Britanniæ inſulæ fluuius, ad cuius oſtia eſt oppidum, quod *Towue* vulgò dicitur.

Tobrus, Africæ Propriæ vrbs apud Ptolemæum. Eandem cum *Tuburbe*. Antonini eſſe credit Simlerus. Beroaldus pro Cappadocia interpretatur.

Togata Gallia. Vide Gallia.

Togiſonus, Venetæ regionis in agro Patauino fluuius, apud Plin. *Stocco* ab Leandro vocatur. Hermolaus legit *Vigiſonum*, additque in hodiernum diem quoque lacum eſſe eodem in agro, *Viſigiolo* cognomine.

Tolbiacum, Galliæ Belgicæ oppidum, cuius Tacitus in finibus Agrippinenſium meminit. *Zulpich* à Diuæo dicitur, Nonnulli *Talbiacum* legunt. *Colbiacum* ſcriptum quoque offendiſſe ait Lipſius in ſuo Tacito. *Tulpiacum* per u non ſemel legitur in Chronico regionis. *Tolpia* fortè Antonini, vt ſuſpicatur Simlerus, qui hoc *Zulg* vertit, vide Calciaci.

Tolentum, Italiæ oppidum in Piceno, à quo Tolentinates, populi dicti Plinio capite 13. libro 13.

Tolerium, vrbs Italiæ. Gentile, Tolerinus, Steph.

Toletum Ptolemæo lib. 2. cap. 6. alio nomine *Serrezola* dicta Hiſpaniæ vrbs: vulgò *Toledo*. Hiſpaniæ vmbilicum obtinere videtur, cuius inæqualis, cliuoſus, & aſperior ſitus, ſatis difficilem in eam aſcenſum præbet. Maiorem eius partem tagus fluuius alluit. Reliqua pars, quæ ad arcticum polum ſpectat, muris validiſſimis & centum quinquaginta turribus tuta eſt, & valdè munita. L. Marineus Siculus, & F. Tarapha à Tlemone & Bruto conſulibus annis CVIII. antequam Iulius Cæſar regnare cœpiſſet, conditam commemorant. Toletanus Antiſtes, primus totius Hiſpaniæ ſecundus eſt à rege non dignitate ſolùm, & authoritate, verùm etiam populis, vectigalibus, atque potentia. Sub cuius imperio, præter alios minores populos oppida,

pida nobiliſſima XVII. gubernantur. Plura apud I. Mar. Siculum lib. 2. de Luſitania & Vaſæum *Treſolam* dictam ſcribit Villanouanus in ſuo Ptolemæo.

Toliapis, & Counos, harum duarum inſularum meminit Ptolem. eáſque deſcribit in mari Germanico, iuxta Trinoantes Angliæ populos è regione Iamiſſæ fluminis. Hodie Caunos non extat, ſed eius loco quædam ſyrtis aut arenoſa potius vorago ſub Oceano latet in qua ſi nautæ aut tempeſtate ventorúmque vi ſiue naucleri ſomnolentia inciderint, adeo in præceps feruntur, vt nunquam reliquiæ eorum appareant. Germani *Gotyngs* vocant.

Toliſtobij, populi Galatiæ occidentalis, qui ex Celtigallia in Bithyniam migrauere Eratoſthenes *Τολιστοβωγίους* nominat. Steph. Vide Toliſtobogi.

Tolmideſſa, Ptolemæo Syriæ vrbs in Ghalcidica regiuncula. Simlerus ſcribit *Salaminiada* apud Antoninum dici.

Tolophon, vrbs Locrorum Ozolorum. Gentile. Tolophonius. Stephanus ex Thucydidis lib. 3.

Toloſa, Tectoſagum. Narbonenſis Galliæ vrbs nobiliſſima, à qua Toloſani, Tectoſagi, Pli li. 3. c. 4 dicti, totius Galliæ quondam ſchola fuit. Notum eſt adagium Aurum habet Toloſanum: De cuius raptu quæſtionem aliquando habitam Romæ ſcribit Marcus Cic. lib. 2. de natura Deorum 3. Gell lib. 1. & Iuſtin. 32. Vulgò *Toulouſe*.

Toloſates, idem qui & Toloſani. Cæſar. li. 1. belli Gallici. Qui non longè à Toloſatum finibus adſunt.

Tolumnius, eſt auguris nomen, qui pro Turno bellauit in Æneam. Virg. lib. 12.

Expediúntque manus, primúſque Tolumnius
Augur.

tolumnius, Veientium rex, Romanorum legatos interfici iuſſit, ab vrbe cond. 317.

tomadæorum, i. Deorum generatio: Ptolem eſt Arabici ſinus inſula. In recentiorum tabulis hoc loco *Sordan* inſula deſcribitur.

tomarus, Strab. & Stephan. mons Theſprotiorum Dodoneo oraculo imminens, centum fontibus inclytus, qui & Tmarus dicitur per concisionem. Strab. lib. 7.

tomeus, vrbs iuxta Odeſſum, Strabo lib. 7. Ciuis, Tomites, Steph. Vide Comos.

tomæus, mons iuxta Coryphaſium Pyli, ſimilis, id eſt, cultro ſutorio. Steph.

tomis Straboni, Tomi Ptol. Tomeus Stephano, & Tomos Plinio, Mœſiæ inferioris oppidum. *Triſonice* eadem in Lexicis nomen habet. *Conſtantia* apud Ma. Nigrum.

tomiſſa, regiuncula diſtinguens Cappadociam à Tauro. Gentile, Tomiſenus & Tomiſeus. Stephan.

tomos, Straboni ciuitas in Ponto, Ouidij exilio nota: ab eo dicta, quod illic Medea Abſyrti fratris membra fruſtulatim conciderit, vt patrem inſequentem remoraretur. Ouid. 3. Triſt. Conditam apparet à Mileſiis, quod & ipſum teſtatur idem Ouid. triſt. 1.

tomyris, Maſſagetarum regina in Scythia, quæ potentiſſimo Perſarum regi Cyro bello congreſſa eſt, ipſúmque & vita & caſtris ſpoliauit ad vleiſcendam filij mortem, quem ille priùs à matre obuiam miſſum cum ſuis per inſidias interfecerat. Nec tamen hoc euentu victoriæ contenta fuit, aut emollita animi rabies: mortui enim caput in vtrem humano cruore plenum demiſit, his verbis inſultans: Filij mei ſanguinem hauſiſti, & meum ſitiſti, Cyre: at ego cruore te ſaturabo. Vide Suidam & Iuſtin. libro ſecundo.

tonemphoæ, populi, qui canem habent pro rege, cuius motu augurantur. legitur apud Plin. Ptoemphanæ.

tongri, Galliæ populi, Ptol. lib. 2. cap. 9. vulgò *Brabantini*.

tonica, emporium Africæ ad ſinum Barbaricum Ptolemæo lib. 4. idem hoc lib. 1. cap. 17. *Nici* appellat. *Niconu O-omon* vocat Arrianus in Periplo maris Erythræi. Hodie hoc emporium *Zeila* nuncupari ex Belloforeſto annotauit Stukius.

tonus Concoleros XXXVIII. Aſſyriorum rex. Vide Sardanapalus.

topazos. Plin. lib. 6. c. 29. inſula in mari rubro, in qua reperitur lapis Topazius mirè pellucidus. ſplendoréque aureo refulgens, vt interdiu videri non poſſit Steph. inſula Indica, in qua eiuſdem nominis gemma, colore recentis olei reperitur Gentile. Topazius.

topiris, Thraciæ vrbs Ptolem. Sophiano eam *Puſio* appellat, ab Antonino *Topirum*, & alio loco *Otopiſum* nominari credit Simlerus.

toranius mango quidam, vt author eſt Plin. lib. 7. c. 12. Antonino iam triumuiro eximios forma pueros, alterum in Aſia genitum alterum trans Alpes, vt geminos vendidit, tanta vnitas erat. Poſtquam deinde ſermone puerorum detecta fraude, à furente increpatus Antonino eſt, inter alia magnitudinem pretij conquerente (nam ducentis mercatus erat ſeſtertiis) reſpondit verſutus, ob id ipſum ſe tanti vendidiſſe, quoniam non eſſet mira ſimilitudo in illis eodem vtero editis, diuerſarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri ſuper omnem eſſe taxationem, adeoq; tempeſtiuam admirationem intulit, vt ille proſcriptor animus, modo contumelia furens non aliud in cenſu magis ex fortuna ſua duceret.

toretæ, populi Pontici. Steph.

Tornacum, ciuitas Galliæ Belgicæ, Gallicè *Tournay*: quondam Neruiorum ciuitas, Cæſ. bell. Gall. Teutones *Dornick* nominant. Epiſcopalem habet ſedem. Petrus Appian. dicit *Baganum* Ptolemæi eſſe.

Toro. Vide Octodurum.

Toronaicus ſinus, Macedoniam alluens, Ptolemæo notus eſt *Golfo de Rampa* à Nardo in ſuo Liuio Italico, *Golfo de Aiomana* à Caſtaldo nominatur. vide Thermæus.

Toronè, Plin. lib. 4. cap. 10. Macedoniæ oppidum. Steph. vrbs eſt thraciæ, à torone Protei filia vel Neptuni & Phœnices. Eſt & alia torone poſt Troiam condita. Ciuis, toronæus, (al. per duplex rr.) Eſt item torrhonna in Sicilia. Vocatur & ſinus toronæus, qui eſt Canaſtræo ad Derthin vſque. Stephan. Item alia in Epiro Ptolem. quæ hodie Nigro *Parga* dicitur. *Caſtel Rampe* vocat Pinetus: *Longo* Sophian. & *Reinere Caſtello* Niger. *Agiomanima*: & aliis *Rampa* dici ſcribit Nardu.

Torquatus, cognomen Titi Maulij, à torque impoſitum, quem occiſo ad Anienem Gallo detraxit. Hic eſt ille torquatus Manlius, cuius iuſſu cum filius aduerſus hoſtem, à quo vocatus fuerat, pugnaſſet, eoq; occiſo equeſtria ſpolia victor ad patrem tuliſſet, ſubitò eum quòd aduerſus edictum ſuum, & rei militaris diſciplinam feciſſet, virgis cæſum ſecuri iuſſit percuti. Liu.

Torquatus, quonam pacto à terra abſorptus fuerit, vide in verbo, Valerius.

Torquatus Aſprenas, conſul, anno ab vrbe condita 880.

Torrhebus, vrbs Lydiæ, à torrhebo Atyis filio: Gentile, torrhebius: fœmininum, thorrebis. in torrhebide regione mons eſt Carius cum templo Carij, qui Iouis & torrhebiæ filius perhibetur, qui circa lacum quem iam obambulans torrhebiam ab eo dictum, voce Nympharum audita (quas Lydi Muſas vocant) Muſicam edoctus eſt, & Lydis tradidit canendi modum vel carmina. Steph.

Torrona. vide Torone.

Tortomion, vrbs inter Syriam & Armeniam. Gentile, tortomius. Steph.

Tortoſa, hodie dicitur, quæ olim Antarados, ciuitas Arado Phœniciæ ciuitati oppoſita. Vide in Aradus.

Totilas, Gothorum rex, ad Placentiam Romanos vicit, fugauit, cæcidítque & omnia imperialia oppida cepit, anno ab vrbe cond. 1297.

Toxandria Plinio, & Ammiano *Taxandrum*. Hub. Leodio *VVeſer*, eſt oppidum ad Moſam inter traiectum & Leodium, medio itinere. P. autem Diuæo *Teſſanderloo* eſt, cuius ſententiæ ſubſcribit Becanus in ſuis Atuaticis, qui *Taſſanders* ex texandris facit, innuens omnes illos, qui Campaniam Brabantiæ inhabitant *Kempenaers* vulgò dictos, Plin. etiam *Toxandres* pluribus nominibus eſſe dicit.

Toxij & toxiani, populi taurici, Stephan. ex Herodiani lib. 7.

Toxon Humus, Hetruriam populatus. Volat. Ritius lib. 2.

T R

Trabala, vrbs Lyciæ: Gentile, trabaleus. Stephanus.

Trabea, nomen poetæ: cui inter Comicos octauus locus aſſignatur. Huius meminit Cic. li. 4. Tuſc. & de finib.

Trachalus, orator, Domitiani temporibus ſobrius & ſatis apertus, & quem velle optima crederes, auditus tamen maior videbatur. Nam et vocis fœlicitas & pronunciatio, vel ſcenicis ſuffectura, & decora: omnia denique ei quæ ſunt extra, ſuperfuerunt. Quintil. lib. 10. cap. 1. qui ſonum Trachali appellat.

Trachea, vocatur tota Iſauria: item Ciliciæ extra Taurum pars vna, Trachea, id eſt aſpera, alia campeſtris vocatur. Strab. lib. 14. Hinc tracheotes. Incipi à Coraceſio.

Trachina, oppidum Campaniæ, quæ poſtea interpoſita litera a, Tarachina, vel Tarachinæ. pluraliter. Anxur etiam antea dicebatur. Nunc autem Taracina vocatur.

Trachin, inis, vel Trachis, Straboni oppidum in finibus Phthiotidis, ad Œtiam montem & Thermopylarum anguſtias, à loci aſperitate nomen habens, cum alio nomine ab Hercule conditore Heraclea dicatur. Plin. lib. 4. c. 8. In hac vrbe Ceyx regnauit, Alcyones maritus, quem poetæ idcirco Trachinium cognominant.

Trachiris, Libyæ interioris flumen eſt, apud Ptolem. quod Ioannes Barroſius recentiore nomine *Gambea* vocat.

Trachones, duo colles ſunt prope Damaſcum Straboni. Hos *Hippus* Ptolemæi eſſe, & *Galaad* dici Hebræis opinatur Willemburgus.

Trachonitis pars Iudææ, quam ferunt inter montem Libani & lacum tiberiadis ſitam eſſe. Cuius tetrarches fuit Philippus, iuxta Euangelium Lucæ. Eſt & (vt Hieronymus inquit) trans Boſiam Arabiæ ciuitatem in deſerto contra Auſtralem plagam, quaſi ad Damaſcum reſpiciens. Hanc gentem inſtituit Cis filius Aram. Ioſephus 1. Antiquitatum, Plinius lib. 5. cap. 18. qui eam Syriæ Palæſtinæ regionem ſcribit. *Ituræa* vocatur Straboni, aut velut Græcè eſt, *id peræa* eadem ab Hegeſippo *Peræa* dicitur: Peræam Arabiæ & Ægypto proximam, & à cæteris Iudæis Iordane amne diſcretam ſcribit Plin. lib. 5. cap. 14.

Trachyna, ciuitas theſſaliæ, quæ Heraclea ab Hercule cognominata eſt. Hinc ab Ouid. trachy-

Trachynius Ceyx coniux Halcyones. Græci Trachynia vocāt ſpera: vnde Tarachinam quaſi Trachynam ab aſperis dici autumat Strabo. Et ab hac Trachyna Theſſaliæ, Sophoclis tragœdia Trachyniæ dicta eſt. Vnde Cic. libro 2. Tuſcul. Quas hic vices apud Sophoclem Trachiniis edit. vide ſupra Trachina & Trachin.

Træmenothuritæ, Troadis populi, quos Tzetza *Grimenothuritas* vocat.

Tragæa, inſula iuxta Cyclades. Eſt etiam vrbs in Naxo, vbi Tragius Apollo colitur. Eupolis per e ſcribit & pluraliter τραγαίας. Ciuis, Tragæates. Stephanus. Strab. 14.

Tragaſæ, regio Epiri, a Tragaſo quodam, in cuius gratiam Neptunus ſalis denſationem fecit: vnde ſal Tragaſæus. Hinc & campus Alſius (fortè Halius) dictus eſt à ſale. Stephanus.

Tragilos, vrbs Thraciæ iuxta Cherſoneſum Macedonicam. Ciuis, Tragileus. Stephanus.

Tragius Apollo. Vide Tragæa.

Tragurium, inſula in mari Adriatico, adiacens Dalmatiæ, in qua eſt ciuitas eiuſdem nominis. Ptolem lib. 2. Plin. lib. 4. cap. 21. quo loco marmore inſulæ commendatur. *Trau* B. Bordonio dicitur. *Tauru* videtur A. Hirtij in bello Alexandrino.

Triana, Picenorum vrbs Ptol. lib. 3. cap. 1. Hodie *Pozzo ra.* Antonino *Trea* eſt, vt ſcribit Simlerus, vide Appia via.

Traiana Legio, Galliæ Belgicæ vrbs Ptolemæo inter Bonnam & Moguntiacum ciuitates. Villanouanus *Cobolentz* putat. Sunt qui *Drechshauſen*, credunt ad Rhenum oppida.

Traiani munimentum, cuius Ammianus meminit lib. 27. Rhenanus putat oppidulum eius loco eſſe, quod prope Francofordiam vulgò perperam *Cromburg* pro Trauburg appellant. Goropio autem videtur pagus, in Rheni ripa Moguntiaco oppoſitus, quem hodie *Kaſtel* nominant.

Traiani pons, vrbs in inſcriptionibus antiquis, quæ hodie *Ponte de Alcantara* nominatur: teſte Claſio. Hiſpaniæ vrbs eſt ſuper Tagum fluuium.

Traianopolis. Vide Pompeiopolis, eius meminit Vlpianus tit. 13. de cenſibus. Hanc putat Fazell. eam eſſe Siciliæ vrbem, quam vulgò *Troyna* vocant, à Curopalate *Dragena* dicitur, Troyanopolis autem legit Fazellus. vide Tranum.

Traianus, inter Cæſares optimus. Traianus Patricius, ſub Iuſtiniano principe floruit. Scripſit temporum epitomen nobilem. Author Suid.

Traianus, fluuius Ægypti apud Ptolemæum, Huius oſtium apud Moyſen *Pihacheroth* vocari dicit Becanus.

Traianus, portus Tuſcorum. Ptol. lib. 3. cap. 1. hodie Volaterranorum portus.

Traiectum, clara & vetus eſt epiſcopalis ciuitas Antonino in Itinerariis memorata, ſic vocata, quòd hic eſſet traiectus veteris Rheni. Dicitur autem Traiectum inferius ad eius differentiam ciuitatis, quæ eſt traiectum Moſæ ſedes aliquando epiſcoporum Tungricorum, quæ iam eſt Leodij. Hanc vrbem alij attribuunt Hollandiæ, alij Friſiæ ſiue in Hollandico ſolo, ſiue in Friſia ſita, haud dubiò nobiliſſima eſt & priuatarum ædium pulchritudine, & celeberrimis canonicorum collegiis. Habet & Antiſtitem qui lætiſſimè imperat: ac tam diues & potens eſt, vt, (ſi opus eſt) quadraginta hominum millia ad bellum armare poſſit. Barlandus. Æneid. Sylnius, Otto Friſingenſes. vulgò *Vtrecht*.

Trallia, pars Illyriæ. Dicuntur & Tralli & Tralles. Nominatur item Troalicida & Tralla. Stephanus.

Tralli, Illyricorum gens, ex quibus fuit Menodorus vir doctus.

Trallion, in Bithynia pertingit vſque ad Aſtacenum ſinum: Gentile, Tralli. Stephanus.

Trallis, ium, Aſiæ vrbs inter Meandrum & Cayſtrum fluuios, à Plinio & Ptolemæo Cariæ, à Strabone Ioniæ, à Stephano Lydiæ annumerata, aliis nominibus *Euanthia*, *Seleucia*, & *Antiochia* appellata, & *Eurymna*.

Trallis, oppidum Cariæ regionis in Aſia minore. Plin. lib. 5. cap. 29.

Trampe, vrbs Ioniæ: Gentile, Trampæus.

Trampya, vrbs Epiri prope Bunimas. Ciuis, Trampyeus, & Trampyetes, Stephanus.

Tranſamundus, vel Thraſimundus Wandalorum rex, in Africa CCCXX. Epiſcopos in Sardiniā exilio relegauit, quib. Symmachus quotidiana ſubſidia miniſtrare non ceſſauit. Diac. in Anaſtaſ.

Tranſalpina Gallia, eadem quæ Comata diducitur in Belgicam, Celticam, & Lugdunenſem. Vide Gallia.

Tranſlucum, Daciæ Ripenſis locus in lib. Notitiarum. Hodie *Landtnbervualat*, vt creditur.

Tranſſyluania, vel Vltraſyluania, quæ & Pannodacia, & Dacia Ripenſis, vulgò *Sibemburgen* dicitur, pars fuit olim Daciæ, & extrema eius regio trans montes Carpathios ad Axiacum fluuium vſq; producta. Hanc cingunt duæ Walachiæ, Tranſalpina & Moldauia: illa Danubio, hæc mari Euxino admota: vtraque cum Tranſſyluania, eam Europæ nunc occupant partem, quæ olim Dacia erat. Sic totus iſte tractus tranſdanubialis, qui non ſolùm Hungariam vlteriorem, ſed Tranſſyluaniam quoque cum vtraque Walachia continet, Danubio, montibus Carpathiis, mari Euxino, & rurſus eodem Danubio ex omni parte includitur. Pecoris, vini, frumenti, item auri & argenti feraciſſima, vbi amnes non.

Digitized by Google

nulli aurea ramenta ferunt, auríque fragmenta quandoque ſeſquilibralia trahunt, quum montibus ſit vndique circumſepta in coronæ ſpeciem. In ſyluis iubati, & mira pernicitate præditi boues, vti & equi ſylueſtres: at equi iubâ ſunt ad terram vſque demiſſa. Regionem hanc habitant Scythæ, partim Saxones, Daci mitiores hi, aſperiores contra, illi. Olim Romanis Sarmaticiſq; colonis, ante Gothorum & Hunnorum eruptionem, tota Dacia complebatur. Bonfinius lib. 1. Decad. 1. rerum Hungar. Metel.

Tranum, Latini vocant vrbem Peucetiæ Apuliæ, quam vernaculè *Trani* dicunt. Volaterrânus ſcribit nonnullis Plinij *Trinium* dici, (Plinio tamen Trinium fluuius, non oppidum eſt) olim *Traianopolim* nomen habuiſſe Leander teſtatur ex Pandulpho Collenutio.

Trapeza, vrbs Arcadiæ prope Tricolonum. Stephanus.

Trapezus, vrbs iuxta Euxinum Pontum. Sinopenſium colonia. Vocatur & *Ozenis*. Alia eſt in Arcadia à Trapezunte Lycaonis filio. Alia prope ſinum Arabicum. Hinc Trapezuntius Steph.

Trapezus, mons in Taurica Cherſoneſo, Straboni *Luſtia* vocatur Nigro.

Trapezus, Cappadociæ vrbs apud Ptolemæum quæ hodie *Trebinzonda* vocatur *VVaccamach* à Barbaris nominari auctor eſt Theuetus. *Ozenis* quoque olim dicta fuit, vt tradit Stephanus.

Traphe, vrbs iuxta Pontum. inde Trapheus. Stephanus.

Traprobane, inſula eſt, cuius incolæ habent ædificia modicè ab humo extantia. Item aurum & argentum, & marmor ſimile teſtitudinis: præterea margaritas & gemmas præcipuæ bonitatis. Apud eos annona nunquam augetur, neque ſunt fora, neque lites: Herculem colunt. Populus regem eligit, ſenecta, clementiaq; venerandum, & liberos non habentem. Et ſi poſtea gignat, abdicant, ne regnum fiat hæreditarium. Rectores ei dant xxx. nec niſi multorum ſententia, quiſquam damnatur capite. Appellatio eſt ad populum. Rex ſi delinquit, morte mulctatur, nullo interueniente, ſed auerſantibus cunctis, & commercia etiam ſermonis negantibus,. Agros diligenter colunt: pomis abundant: voluptas eſt in piſcatu teſtudinum maximè, quarum ſuperficie domos tegunt. Vita hominum centum annis modica. Vide Sumatra. & Taproban e.

Traſſilo, ſiue Taſſillo, Bauarorum rex, ſeſe commendatum Pipino ſubdidit anno ſal. 736.

Traſimachus, princeps inueniendi numeros in oratione fuit. Cic. de Clar. Orat. Tron, Leontinus Gorgias, Traſymachus, Chalcedonius, &c.

Traſimenus lacus. Plin. lib. 2. cap 84. Vide Traſumenus.

Trauchenij, populi iuxta Pontum, Sindis finitimi. Steph.

Traron, mons Licophroni Iſacius dicit Troianæ regionis eſſe. Scaliger hoc loco *Troren* legit.

Traſumenus. Liuio & aliis. Tuſciæ lacus. Hodie *Lago de Perugia* dicitur. Mat. Niger ſcribit *Ayllina* vocatum, *Traſimena* vada appellat Silius lib. 3. idem de hoc lacu plura lib. 5. Appianus In Annibalicis eum *Pliſtinam* nominat.

Trauſi, populi quos Græci Agathyrſos nominant. Steph.

Trebatius, iuriſconſultus, Cic. familiaris, vt perſpicere licet ex familiaribus Epiſtolis.

Trebia, Galliç Ciſalpinæ fluuius non procul à Placentia, ex Apennino defluens: iuxta quem Annibal L. Sempronium Conſulem maxima clade profligauit. Lucan. lib. 2.

Trebia, Celtiberorum ciuitas, quæ pars eſt Hiſpaniæ. Vnde Trebellicum dicimus.

Trebiates, Vmbriæ populi in 4. regione Italiæ, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14 Idem & Trebiani dicunt.

Trebonius, cum Bruto & Caſſio tertius coniurauit contra Cæſarem: in alia deinde fraude Dolabellæ interfectus crudeliſſimè fuit. Cicero in Philippicis.

Trebonius, pudicæ ſanctitatis miles, qui Lucum Marij ex ſorore nepotem, *caſtitati ſuæ* ſtuprum & inſidias molientem dedit morti. Plutarch.

Trebula, oppidum Sabinorum, cuius incolæ dicti ſunt Trebulani: quos Plinius collocat in quarta Italiæ regione. Apud hos præſtantiſſimi fiebant caſei, qui à loco dicti ſunt Trebulani, Martialis li. 4. Prope Trebulanos ſunt & alij populi, nomine Trebiani. Pli. l. 3. c. 5. Vide Mutuſcę.

Trebiani. Vide Trebula

Trecæ, arum, vrbs nobilis & potens in Campania Gallicana, *Troye en Champaigne*.

Trechus, Hom. Iliad 5. vir Ætolus bellator egregius, à Marte in bello interemptus.

Trecorenſes, Armoricæ Britanniæ populi, vulgò *Ceux de Lantriguer*.

Tremile. Lycia vocabatur: incolæ, Tremilenſes à Tremilo, qui ex Praxidice Nympha filios ſuſcepit, Tmoum, Xanthum, Pinarum, Cragum. Hos Tremilenſes Bellerophontes Lycios nominauit, Hecateus Tremilas, vocat. Stephanus.

Tremithus, vicus in Cypro: incolæ, Tremithuſij, & Tremithopolitæ Nomen loco inditum, vel quòd tremuerit, cùm Venus in eo apparuiſſet, vel à terebinthis, quas Cypri Tremitos vocant. Stephanus.

Treron. vide Traron.

Trerus, regiuncula Thraciæ. & Treres, Thraciæ populi. Callimachus τρήρωας dixit. Theopompus Trares. Stephanus.

Treum,

Trecum, promontorium Ptolemæo, *Tritum* Straboni in Africa Propria, *Cabo Ferrato* Caſtaldo, *Ben. ramel* Mercatori vocatur.

Treua, Ptolemęo Germaniæ vrbs. P. Appianus *Hamburch* ex ea facit: Emporium ad Albi fluminis oſtium.

Treuiris, magnitudine rerum geſtarum, & vetuſtate pręclara ciuitas, Galliæ Belgicę caput, ante Chriſti aduentum 194 . temporib. Abrahę, à Trebeta Nini filio condita. Æn. Syluius, Videtur adhuc ibi ſtupendi operis palatium, quod inſtar Babylonici muri, ex coctο latere factum: tantæ firmitatis hodie manet, vt nulla arte frangi queat. Proprium ſemper ducem habuit, A Iul. Cæſare expugnata, poſteà ab Attila diruta concidit: Vltimus dux luxurioſiſſimus, à Lucio occiſus eſt, & vrbs Clodoueo Francorum regi tradita. Inde tempore Iouiniani deſtruebatur, & per Otthones & Henricos ad imperium redacta eſt. Plura apud Cæſarem in Comment. & F. Irenicum Archiepiſcopum: in Electorum ordine primum agnoſcit Dominum, vulgò *Treues.*

Treuiri, Ptolemęo, populi Gallię inter Belgas ad Moſellam fluuium, Leucis, & Mediomatricibus finitimi, vetuſti ſanè, nomènque retinentes, nec priſtinæ cedentes famæ: apud quos inſignis olim fuit cognoſcendarum cauſarum populi Romani curia, Treuirorum cognominata. Cujus in Floriano meminit Vopiſcus. Ferè autem omnes Treuiri Germanica lingua vtuntur, & niſi exercitu coacti imperata non faciebant. Nam ciuitas propter Germaniæ vicinitatem, quotidianis exercitata bellis cultu & ſeueritate non multùm à Germanis differebat.

Trianus, magnus Orator, cujus meminit Cicer de Oratoribus.

Triballi, Epiri popul. Dardanis oppoſiti & Mœſiæ gentibus. Plin. lib 4 cap. 1. Stephano populi Illyriæ. Ariſtophanes in Auibus, Barbaros deos quoſdam per jocum Marathanotriballos vocat. Mœſiæ interioris populi etiam ſunt, teſtibus Ptolemęo, Plinio & Strabone, *Seruij* dicuntur à Niceta, ſed *Bulgaren* à Sophiano & Lazio.

Tribori, Galliæ Belgicæ populi Ptolemæo: hodie *Trieriſche* poſſunt appellari, ab eorum metropoli *Trier.*

Triboces, ſeu Triboci, ſunt populi Germaniæ in finibus Celtarum & Belgarum, finitimi Tullenſibus, Baſilienſibus, Lingonibus & Rheno: ferè omnes Germanica lingua vtentes. Ciuitas eſt epiſcopalis prouinciæ Moguntinæ: nunc Argentinenſes Latinè dicti: quibus vulgaris ſermonis cum veteri ſatis alludit vocabulum. Hi ſunt in regione Alſatia, olim vt quibuſdam placet, Heluetia: vulgò, *Le pays à l'entour de Strasbourg. Elſaſſer* Pyramio dicuntur, *Strasburger* ab eorum metropoli, Rhenano nominantur, Molitori autem *Tzum dreyen buchen* vocantur.

Tribulion, Liburniæ Caſtellum P. R. prælijs nobilitatum, Plin. lib. 3. cap. 22. Nunc *Tribunienſis* præſul in Codice deſcriptus, inquit Volater.

Trica, aut potiùs Tricca, per duplex c, Stephano vrbs Theſſaliæ, id nominis ſortita à Tricca, Penei filia. Plin. verò lib. 3. c. 10. Tricam & Apinam, oppida quondam fuiſſe Apuliæ ſcribit. Hæc autem Diomedes. tanta ignominia euertit, vt in prouerbij ludibrium tranſierint. Quoties enim rem futilem ac nugatoriā oſtendere volumus, Tricas & Apinas nominamus. Vide Apina Gentile, Triccæus.

Tricadiba, Indiæ intra Gangem vrbs in Colchico ſinu, Ptolemæo teſte. *Quesllon* Caſtaldo.

Tricalon, vrbs Siciliæ. Gentile, Tricalinus. Steph.

Tricarana, caſtellum Phliaſiæ, Gentile, Tricaraneus. Steph.

Tricaſſini, Galliæ Lugdunenſis populi, quorum eſt mentio apud Ammianum, & in Panegyrico Maximiano. Ptol. *Tricaſſij* dicuntur. Horum vrbs primaria *Tricaſſinum* nominatur apud Antoninum, & alios poſterioris ſæculi ſcriptores. Tandem *Trecas* etiam vocatur à Sigiberto, & Aimonio Monacho, & Gregorio Turonenſi. Hæc ex Petri Pithœi aduerſarijs Hodie hęc vrbs incolis *Troies* appellatur, *Tricaſſes* populos nominat Plin. lib. 4. c. 18. Vrbem *Trecaſſa* à Beda nuncupari dicit Ortel.

Tricaſtini, populi ſunt Galliæ, prope Druentiam fluuium. Hinc Tricaſtinus, adjectiuum, vt fines Tricaſtini. Silius lib. 3.

Iámque Tricaſtini incedit finibus agmen.

Tricca, vide Trica. Eſt autem Eſtiotidis Macedoniæ regionis vrbs Ptolemæo, à Bellonio & Sophiano *Tricola* vocatur.

Triccæus Æſculapius cognominatus, à Tricca vrbe Theſſaliæ in qua natus eſt.

Triceſimæ, apud Ammianum Marcellinum, Germaniæ vrbs, quam Petrus Diuęus putat eandem eſſe cum *Legione Trigeſima Vlpia* Ptolemęi, & antea *Vltraiectum* in Hollandia deſignetur, ſe nolle contendere ait. vide Vtriceſium.

Trichonion, vrbs Ætoliæ: vnde Trichonieus, Trichonius, Trichonites. Steph.

Triclaria, Diana dicta eſt, cui ſanguine humano quodam litari ſolitum erat, quod in ipſius delubro Menalippus & Comætho amore victi turpiter coiiſſent: Pauſanias addit ob hanc templi profanatiónem ſecutam magnam agrorum ſterilitatem, conſultúmque Apollinem reſpondiſſe, vt Menalippum & Comæthonem, & præterea ſingulis annis virginem pulcherri-

mam ſacrificarent: tandem Eurypilum illius ſacrificii crudelitatem ſuſtuliſſe. Paleph. libro ſecundo.

Tricolini, vrbs Arcadiæ, à Tricolono filio Lycaonis. Gentile, Tricoloneus. Steph.

Tricongius, cognomen Nouelli Mediolanenſis, qui geſtis honoribus à pretura ad conſulatum vſque peruenerat. Hic enim, tribus congiis epotis ſpectante, miraculi gratia, Tiberio principe, præclarum cognomen ſibi vendicauit.

Tricorium, Liuio Galliæ Narbonenſis oppidum. *Craux* Pineto Tricorios populos habent Plin. 13. & Strabo. 4.

Tricorneſij, Myſiæ ſuperioris populi. Ptolemæo, *Topliza* vocatur eorum regio à Caſtaldo.

Tricornium, Myſiæ ſuperioris oppidum, apud Ptolem. *Columbatz* Nigro vocatur, *Turium* aut *Durium* Simlero.

Tricorynthon, vicus in Æantide tribu: inde Tricoryſius. Steph. apud eundem in Tetrapoli Tricorython legitur, ſine n poſt y.

Tridentum, vrbs ad Atheſin ſita, vulgò *Trienta*. Gall. *Trente*.

Trieres, vrbs Syriæ: Ciuis, Trierites. Stepha. Item gens quædam dicta à Triero, Ombriarai & Thraces filio.

Trieterica, Bacchi ſacra: quæ quia tertio quoque anno ſumptuoſiora quotidianis Orgijs agitabantur, Trieterica dicta ſunt, Ouid. 9. Metamorph.

Triferaus, mons Liuio 9. Blondus malè *Tifernus* habet, & Leander *Fiternus*, qui eum hodie *Bizano* vocari ſcribit.

Trigaboli, populi ſunt Galliæ Ciſalpinæ, vt Leander ſcribit inter duo Padi fluminis oſtia habitantes quos poſtea *Teſalios* ait vocatos.

Trigarius locus juxta campum Martium. Plin. lib. vlt. c. 13. Ne equos quidem in trigarijs præferri vllos vernaculis animaduerto. vnde patet Trigarium loci non eſſe nomen, quum pluraliter efferebatur præſtat ergo Trigaria pro Trigarum curulibus certaminibus accipere.

Trigemina porta Romæ dicebatur, per quam Trigemini fratres Horatij exierunt. eam Marcellinus *Oſtienſis* nomine vocauit: vt ait Marlianus, qui eam hodie *Porta S. Pauli* vocari ait. Idem Æthicus.

Triglypton, Ptolemæo Indiæ intra Gangem vrbs, Regia Randamarcottæ regiunculæ *Pegu* hodie dicitur Caſtaldo.

Trinacris Sicilia, à triangulari figura, dicta eſt Triquetra. Trinacria autem à tribus promontorijs, Pachyno ſcilicet, Lilybæo & Peloro, Græci enim ἄκρα juga vocant, vel promontoria. Hinc Trinacris, denominatiuum fœmininum. Ouid. 4. Faſtor. Item Trinacrius, a, um: id eſt: Siculus.

Trinemeis, vicus in Cecropide tribu, aliàs Trinemia. Stephanus.

Trineſia, Indiæ intra Gangem inſula in Colchico ſinu Ptol. *Rheſiphe*. Caſtaldo.

Trineſſa, locus Phrygiæ. Gentile, Trineſſæus. Stephan.

Trinoantes, Britanniæ inſulæ populi Orientales penes Ianeſam æſtuarium. Ptolem. lib. 2. cap. 3. Trinobantes Cęſar appellat Trinouantes, Tacitus.

Triocla, Siciliæ vrbs. Ptol. lib. 4. cap. 3. hodie vocatur Triechala.

Trioditis Hecate, quòd in triuijs colatur. Stephan.

Triopala qui & Aſſorus fluuij nomen, Vibius Sequeſt.

Triopas, Theſſalorum rex, pater Meropis, à cujus nomine Cos inſula olim Meropis, ipſique inſulani Maropes ſunt appellati. Stephan.

Triphonius Mercurius dictus eſt, quaſi τριπώνιος, ἀπὸ τοῦ τρίπειν, quod mercatores ſeſe ad mores quarumcunque nationum accommodare nôrint. Cic. 3. de natura Deorum.

Triopion, vrbs Cariç, à Triopa, vel Triope patre Eryſichthonis. Dicitur etiam Triopia. Hinc Triopius & Triopitus. Triopitis. Steph.

Triopius, Apollo dictus eſt à Tripodibus çreis quos ferebant victores in certamine Apollinis triopij: quos tamen è ſacro victores auferre non poterant, ſed ipſi Deo relinquere cogebantur: vel Apollo dictus eſt triopius, quaſi τριοφθαλμος ab inſigni prudentia: vel à Triopa Solis filio, rege Theſſalorum.

Triozenus, Thrax, vnus ex his qui venerunt in auxilium Trojanorum. Hom. Iliad 2.

Triphylia eadem quæ Elis. Dicuntur autem Triphyli, quod è tribus numero tribubus collecti ſunt, vel è tribus portis, vel à Triphyle matre Clytij: incola, Triphylius: fœmin. Triphylis. Steph.

Triphylius Iupiter dictus eſt, à Triphylijs populis vbi colebatur habebatque templum in loco campeſtri poſitum, quod tum vetuſtate, tum ædificij magnificentia, tum natura loci habebatur mirabile. Palæph. lib. 1.

Tripodiſcus, vel Tripodiſci, vel Tripodiſce, vicus aut ciuitas Megaridis. Steph.

Tripolis, oppidum trigeminum, quoniam Tyrii, Sidonii, & Aradii illud obtinuêre. Hinc tripolitana regio dicta eſt. Sunt autem duæ hoc nomine, Africana ſcilicet, & Syriaca in Phœnicia. Oppida Tripolis Africanę ſunt, Abrotonum, Tapra & Lepris magna. Vide Plinium & Strabonem & Melam lib. 1. in deſcriptione Phœniciæ. Tripolis in Phœnicia, inquit Steph. dicta eſt

eſt, quod colonias trium vrbium Aradi, Tyri & Sydonius contineat. Sunt & aliæ, Macedonia Perrhebiæ, Meſſeniæ, Arcadiæ, Epiri, Ponti & Cariæ, quæ nunc Neapolis. Steph.

Tripolis, Phœniciæ vrbs. Ptol. eam *Trabelos*, in quit Beniamin, *Tripolim* habet Liu. lib. 42 inter Lariſſam & Peneum fluuium: quam *Secam* vocari addit.

Tripolitana regio, Africæ ad mare mediterraneum. Hæc Oroſio & Æthico etiam *Subuentana & Arzugum* regio dicitur, hodie fortaſſe *Garelgare* dicitur.

Tripolyſſi, vel Tripolyſſij populi Theſprotici. Steph.

Tripontium, Vmbriæ oppidum, ſic dictum, quòd treis habeat pontes. Alij Angliæ oppidum faciunt inter Londinum & Lindum. Aut Toreſter vocatur Camdeno.

Triptolemus, Eleuſij, vt Higino placet, aut, vt Pauſanias mauult, Celei Eleuſini regis filius, qui primus in Græcia agriculturæ rationem creditur inueniſſe. Vide Ouid lib. 4. Faſt.

Iſte quidem mortalis erit, ſed primus arabit,
Et ſeret, & culta præmia tollet humo.

Eleuſin, inquit Seruius ciuitas eſt Atticæ prouinciæ: non longè ab Athenis, in qua cùm regnaret Celeus & Cererem filiam quærentem liberaliſſimè hoſpitio ſuſcepiſſet, illa pro remuneratione oſtendit ei omne genus agriculturæ. Filium quoque eius Triptolemum recens natum per noctem igne fouit, per diem diuino lacte nutriuit: & eum currui impoſitum, qui alatis ſerpentibus trahebatur, per totum orbem miſit, ad vſum frumentorum hominibus indicandum. De Triptolemi legibus apud Athenienſes tria duntaxat præcepta in Eleuſine templo ſcribit Xenocrates Philoſophus: Honorandos parentes, venerandos deos, carnibus non vtendum eſſe. Vide Ceres.

Triremis. Vide Trieres.

Triquetra. Vide Sicilia.

Triſchene, i. Tres Tabernæ, vrbs in Calabria, Barrio: vbi Siſa ſylua incipit, quam hodie *Taberna* vocari ait.

Triſmegiſtus, qui etiam Mercurius, nempe maioris Mercurij, quem fabulantur fuiſſe filium Nili. Hunc tamen ſecundum aſſerunt occidiſſe Argum, Ægyptiiſque præfuiſſe, & leges literaſque tradidiſſe, ſed literarum characteres animalium, arborúmque figuras habuiſſe. Hic condidit vrbem, quam à ſe Hermopolim nominauit. Dictus eſt autem Triſmegiſtus, quòd & Philoſophus maximus, & ſacerdos maximus, & maximus denique rex fuerit. Conſueuerunt enim Ægyptij ex omni Philoſophorum numero ſacerdotes, ac rurſus ex ſacerdotibus regem eligere. Hic autem vt Philoſophus ſapientia, ita religione ſacerdotes excelluit, ac mox in imperio adminiſtrando iuſtitia ſuperiores omnes reges ſuperauit. Hic primus à Phyſicis ad diuinorum ſpeculationem erexit. Primus de maieſtate Dei, de dæmonum ordine, animarúmque mutationibus ſapientiſſimè diſputauit. Scripſit multa volumina, quib. arcana myſteria & oracula panduntur: non enim vt Philoſophus ſolùm, ſed vt propheta futura ſæpe prædicit. Dio. Sic.

Triſmegiſtus creditur à Iudæis Moſes vocari qui illis primus dederit literas.

Triſmis, Myſiæ inferioris oppidum, Nigro *Trachina* vocatur.

Triſplæ, populi Thraciæ. Steph.

Tritæa, vrbs Achaiæ, Ciuis, Tritæus. Steph.

Tritanus, vt author eſt Varro in relatione prodigioſæ fortitudinis, gladiator, qui in ludo gladiatario Samnitium rectis & tranſuerſis neruis non modò crate pectoris, ſed & manibus cancellatis, & brachiis omnes aduerſarios leui tractu, ac penè ſecuris congreſſionibus vicit. Hic habuit filium Cnei Pompeij militem, pari fortitudine natum, qui hoſtem ſe prouocantem ita ſpreuit, vt inermi dextra eum ſuperauerit, & captum digito vno in caſtra imperatoris ſui reportauerit. Plin. libro 7. cap. 20. Vide Titormus.

Tritanico. Vide Tritonice, quod magis placet.

Trite, vrbs circa Herculis columnas. Stephan.

Tritea, vrbs Troïca, ab Ariſbenſibus condita, ciuis Triteæus. Eſt & alia inter Phocidem & Locros Ozolos. Tritteas verò per duplex t in Achaia eſt. Steph. Vide Tritees.

Tritees, populi Archiuorum, Herodoto lib. 1. Vide TRITEA.

Tritium Tuboricum, Ptolemæo Vardulorum in Hiſpania Tarraconenſi vrbe. Simlerus putat Aritium apud Antoninum.

Tritium metalum, Hiſpaniæ vrbs, Ptolem. libro 2. cap. ſexto. hodie *Tafalla* Epiſcopo Gerundenſi.

Tritogenia Pallas dicta eſt, quòd ſcientiarum ſit inuentrix: τριτογένεια enim nomine ſignificatur prudentia. Poteſt & videri ſic dicta, quòd τριτομηνιαία, i. tertio menſe nata ſit qui poſtea ſacer fuit Athenienſibus: vel quòd è Iouis capite proſiluit: Trio enim Bœoti caput vocant: vel quòd eadem cum luna credatur, quæ tertio poſt coitum die apparere incipit: vel authore Suida, quod τρίτη μετ' Ἄρτεμιν καὶ Ἀπόλλωνα ἐγεννήθη, quòd tertio loco poſt Dianam & Apollinem nata ſit. Palæph. lib. 2.

Triton, deus marinus, Neptuni & Salaciæ marinæ Nymphæ filius, quem poetæ fingunt Neptuni tubicinem eſſe. De Tritonibus Plin. lib. 9. cap. 5. ita ſcribit: Tiberio principi nuntiauit

Olyſſippomenſium legatio, ob id miſſa, viſum auditúmque in quodam ſpecu, concha canentem Tritonem ea, qua naſcitur, forma. Item Pet. Gil. addition. in Ælianum, de quodam Tritone ita ſcribit: Cùm degerem, inquit, in Græcia, in Albaniæ prouincia, ad fontem prope maris littus, ab accolis frequentatum, mulieres & puellæ ad aquam hauriendam accedebant quotidie: quas cùm Triton cerneret in littore maris latitans, ſenſim in terram emergebat, & clanculum ex eis, quam vellet, rapiebat, & violabat: qui tandem comprehenſus, & in carcerem truſus, mœrore confectus obiit.

Triton, Africæ fluuius, ex Tritonide palude erumpens: à cuius nomine Pallas Tritonis & Tritonia eſt appellata, quòd circa hunc fluuium vel lacum primùm apparuerit. Virgil. 2. Æneidos. *Mineruæ* cognomen paludi inditum eſſe ſcribit Pomponius. In hac Palude Phla inſulam ponit Herodotus. Alia eſt *Triton* palus ad montem Atlantem proximè Oceanum. Diod. lib. 3. Eidem lib. 5. *Triton* fluuius quoque eſt in Creta inſula. Vide Nilus & Tretum.

Tritonia, dicta eſt Minerua, quòd temporibus Ogygij regis ad lacum Tritonis virginali primùm habitu apparuerit: vel Tritonia per ſyncopen, pro Tritogenia, quaſi prudentiſſima, vnde Democritus dicebat eam Tritoniam vocatam, quòd tria hæc mortalibus largiretur, βουλεύειν καλῶς, κρίνειν ὀρθῶς, καὶ πράττειν δικαίως. Palæph. lib. 2.

Tritonice, Ponti vrbs eadem Tomos appellata, de qua antè diximus.

Tritonus, oppidulum Macedoniæ. Gentile, Tritonius. Steph.

Trittea. Vide Tritea.

Triuia, Dianæ cognomentum, ab eo impoſitum quòd triuiis præeſſet, vnde & tres facies habere fingebatur. Ouid. 3 de Ponto, Eleg. 2.

Protinus immitem Triuiæ ducuntur ad aram

Euinctæ geminas ad ſua terga manus.

Virg. 6. Æneid.

Atque vna Phœbi Triuiæque ſacerdos.

Triuiæ lacus, Virgilij, vocatur ab Erythræo *Lago di Nemo.* Blondus ſcribit hunc lacum à Tranquillo *Nemorenſem*, & Seruio *Speculum* Dianæ vocatum. In Latio eſt, diſtátque ab Aricia circiter quatuor mille paſſus, inde quoque *Aricinus* lacus à nonnullis dicitur.

Triumphale vide Ipaſturgi.

Triumphalis porta, Romæ dicta eſt, quòd per eam triumphi agerentur, hoc eſt triumphantes victores in vrbem deducerentur.

Triumpilini Plinij, ſedem habent iuxta lacum Cumanum. Súntque Euganeorum reliquiæ, & vocantur hodie *Tripleuer*, & vallem *Trupiam* incolunt, teſtibus Scudo & Simlero.

Triai, populi iuxta Iſtrum, meridiem verſus. Steph.

Troalicida. Vide Trallia.

Troas, Troadis, regio eſt Aſiæ minoris, quam Ptolemæus minorem Phrygiam appellat. Helleſponto adiacens. Hanc Homerus ab Aſopo fluuio vſque ad Caici fluminis oſtia produxit. Plinius autem cæteríque recentiores Lecto promontorio eam ab Æolide diuidunt. In ea fuit Ilion, mille quingentis paſſibus, à portu diſtans, Homeri & Virgilij carminibus nobiliſſimum, vide Troia & Phrygia.

Trocmi, vel Trocmeni, populi Galatiæ. Stephan.

Troctes, vir quidam è Phœnicia, qui vt teſtatur Homer. lib. Odyſſ. 11. captus ad decipiendum, multa hominibus mala inflixit, atque Vlyſſi perſuaſit, vt in Phœniciam, vbi ipſius domus & ſubſtantia erat, proficiſcerentur.

Troezen, enis, oppidum fuit Peloponneſi, ad ſinum Argolicum, Pitthei olim regia, & Theſei patria, qui inde à poetis, Troezenius appellatur. Ouid. 5. Metamorph.

Hic Ixionides illic Trœzenius heros.

Olim *Poſidonia* Straboni, & Pauſaniæ, qui addit eam ex *Anthia & Hyperia*, oppidis à Pittheo in vnam vrbem conflatam & Trœzenia nuncupatam. Stephanus, cui etiam Trœzen eſt, ſcribit hanc quoque *Saroniam*, *Aphrodiſiam*, *Apolloniam*, & *Anthanim* appellari. Peloponneſi vrbs eſt ad Sinum Argolicum. *Damala* Nigro, *Pleda* Gaſtaldo indigitatur. *Trœzen* altera eſt Ptolemæo, etiam in Peloponneſo, ſed mediterranea, Meſſenæ regionis, quæ *Trozina* à Nigro vocatur. Hanc Plethon *Trizen* vocat.

Trœzenis rex Pitheus, filius Pelopis, vnus eſt ex antiquiſſimis ſcriptoribus, qui ſoluta oratione artis rhetoricæ præcepta obſeruauerunt. Pauſanias in Corinth.

Trœzenij populi, fide ſocietatis Atticæ illuſtres, inquit Pomp. Mela, in Cherſoneſo ſiti, ad quos recto curſu ex Piræo commodiſſima nauigatio eſt. Eo igitur tempore quo Xerxes cum tantis copiis in Græciam traiecit cùm Themiſtoclis oraculum interpretantis ſententia valuiſſet, vt terra relicta mari ſe concrederent, iuuentutem omnem Athenienſes in triremes impoſuerunt, plurimi verò parentes & vxores in Trœzenem, Trœzeniis eos humaniſſimè ſuſcipientibus. Decreuerunt enim, vt hi publicè alerentur: duobus obolis in ſingulos diſtributis, puerîſque facta poteſtas, vt vndecunque liberet, poma acciperent, & pro his erudiendis, magiſtri merces perſoluta eſt. Eius decreti author Nicagoras fuiſſe traditur. Hactenus in Themiſtoclis vita. Plut.

Trogilorum portus, Siciliæ locus eſt, prope

Syracuſas,

Syracuſas, teſte Liuio lib. 25. Aretius ſcribit hodie *Stinctino* vocari, & ipſa vrbs *Trogilus*, Stephani, *Targia*.

Trogilus, vrbs in Sicilia, & regio Macedoniæ. Gentile, Trogilius. Eſt item Trogilia Mycales, quæ Trogilion quoque vocatur. Stephan.

Troglodytæ, populi Æthiopiæ cauernas incolentes. De quibus Plinius & Hieronymus contra Iouinianum: Nomades & Troglodytæ, & Scythæ, & Hunnorum noua feritas, ſemicrudis veſcuntur carnibus, & nullorum opum domini (inquit Mela libro 1.) ſtrident magis quàm loquuntur. Specus ſubeunt, aluntúrque ſerpentibus. Hactenus Pōponius Mela. Apud Troglodytas eſt fons, Solis cognominatus, dulcis, qui circa meridiem eſt maximè frigidus: mox paulatim tepeſcens ad noctis media, feruore & amaritudine infeſtatur Plin. lib. 2. cap. 103. Hos Troglodytas olim quoque *Erembos* & *Saracenos* vocatos auctor Euſtathius. *Molgij* appellantur etiā à Diod. Siculo lib. 1. *Ichthyophagi* ab Iſacio Tzetza etiam nominari videntur. In ſacris literis *Ghanamin* ſunt, vt habet Ar. Montanus in ſuo apparatu *Trogodytas* ſine L. ſemper ſcribi tradit Pintianus apud Strabonem *Therothoa* etiam dicuntur, à venatu, teſte Iuba apud Plin.

Troglodytice, [illegible] Æthiopiæ apud Troglodytas quem à pri[illegible] ſcribit *Michoen* & *Midoen* dictum. Plinius.

Trogylium promontorium Ioniç apud Ptolemæum *Gatenſi* à Sophiano vocatur.

Troi. vide Taurici.

Troja, regio minoris Aſiæ, teſte Seruio, cujus caput fuit Ilion Homeri Virgiliique carminibus notiſſimum: ita dicta à Troe rege, Erichthonij filio, cùm antea à Teucro Teucria, & à Dardano Dardania diceretur. Non rarò tamen Troja à Poetis pro ipſo accipitur Ilio. Ouid. in Epiſtola Penelopes ad Vlyſſem:

Troia iacet certè Danais inuiſa puellis.

Virg. 3. Æneid.

Et campos vbi Troia fuit.

Hinc Trojanus & Trojus. Ptolemæus eandem *Phrygiam* Minorem appellat. Stephanus eam antea putat dictā *Idæam* & *Xanthem*, deinde *Teucrim* refert. Hujus metropolis & caput Ilium quondam fuerat, quæ inde *Troia* per excellentiam à poëtis nominata fuit, ſed alia eſt hujus regionis vrbs ad maris littus, quæ propriè *Troia* dicitur, & à Ptolemęo *Alexandria* cognominatur. Liuio non ſemel *Alexandria Troas* dicitur: Plinio *Troas* (vt regio) & *Antiginia*, quam ſuo tempore *Alexandriam* vocatam refert, & coloniam Romanorum factam addit quod ex hac inſcriptione patet: vbi legitur, *Col. Troias Antigonia Alexandria Legio* XXI. idem locus prius *Sigia* nomen habebat, Strabone teſte. *Cebreniam* hanc aliquando nuncupatam ſcribit Niger. Cebrenios ciues ab Antigono in hanc vrbem traductos tradit Strabo lib. 13. at ciuitatem nomen inde ſortitam non addit. Meminit hujus Cebreniæ Plin. lib. 5. c. 30. Alexandriæ vrbis in Troade, eſt quoque memoria apud Pauſaniam lib. 10. & Strabonem lib. 13. Eſt etiam apud Belgas in littore Rheni vrbs, quam *Santen* vocant: hanc Otto Friſing. dicit olim Trojam vocatam.

Troja, vicus in Attica, qui etiam *Nypete* vocatur, auctore Steph. *Troea* item pagus in Ægypto ad Trojcum montem, authore Strab. lib. 17. Item apud Henetos in intimo maris Adriatici ſinu, & in agro Laurente Latij, Liuius libro 1.

Trojcus mons, & Trojtes fluuius in Ægypto ſunt. Steph. nimirum juxta Trojam, Ægypti ciuitatem.

Troilus, Priami & Hecubæ filius, qui iuuenili audacia ferox cum Achille congredi non dubitauit, à quo nullo negotio interemptus, temeritatis ſuæ pœnas dedit. Virg. 1. Æneid.

Parte alia fugiens amiſſis Troilus armis,
Infelix puer atque impar congreſſus Achilli
Fertur equis, curruſque hæret reſupinus inanis.

Troizenus fuit Thrax, vnus ex his qui venerunt in auxilium Trojanorum.

Tronodetum, oppidum Galliæ, in Auxenſi prouincia, vulgò *Tonnerre*. Æmil. libro 5. capite 41.

Tropæa Auguſti, Ptolem. Leguriæ maritimum oppidum eſt, quod Blondus & Leander *Tobia* vocant, Cœnalis verò & Paradinus *Villa Franca* vocant.

Trophimus, vir, Epheſius Act. 20. & 21.

Trophonius, & Agamedes aditum Delphicum ex quinque lapidibus ſtruxerunt. Stephan.

Trophonius, vates fuit quiſpiam ſpeluncam habitans, in quam qui deſcendebat, perpetuò agelaſtus, & irriſibilis erat, vnde prouerbium, In antro Trophonij vaticinatus es.

Trophonius Iupiter dictus eſt, quòd redderet oracula in ſpecu Trophonio, de quo ſic Strabo: Lebadia quidem eſt, vbi Trophonij Iouis conſtructum eſt oraculum, hiatus ſubterranei deſcenſum habens: eò autem deſcendit ſuſcepturus vaticinium. Palæph. lib. 1.

Tropis, inſula quædam. Stephanus.

Tros, Trois, rex Trojanorum. Erichthonij filius, & pater Ili, Aſſaraci & Ganymedis, à quo Phrygia minor, Troas appellata eſt. Virg. 3. Georg.

Aſſaraci proles, demiſſæque ab Ioue gentis.
Nomina, Tróſque parens, & Troia Cinthius author.

Quin & Troiani ab huius nomine Troes dicti ſunt. Virg.1.Æneid.

Egreſſi optata potiuntur Troes arena.

Troſſulum, oppidum Tuſciæ, circa Volſcinios, paſſuum nouem M. à quo Troſſuli dicti ſunt ejus incolæ. Troſſuli etiam dicebantur equites, quòd Troſſulum oppidum, vt ait Plin. lib.33. cap. 2. ſine vllo adjumento peditum cepiſſent: quod nomen durauit vltra C. Gracchum, cùm antea Celeres, à Celere Remi interfectore, poſtea Flexanimes, à flectendis animis, quoniam judices erant ſiue à flectendis equis Iunius: Quod ad equeſtrem ordinem pertinet, antea Troſſulos vocabant, nunc equites vocant.

Trojanopolis. vide Trajanopolis.

Troyphas, VII. Argiuorum rex, regnauit annis XLVI. ante vrbem cond. 66.

Truentum, fluuius Picenorum, qui vulgò nūc Tronto vocatur. De quo Ptolem. lib.3.1. Druentum per D. legit Mela. *Tenentinum* Caſtrum habet hoc tractu Cicero libro 8. ad Atticum.

Trutonita. Vide Locoritum.

Trychæ, vrbs Eubœæ: Gentile, Trychæus. Apollonius Trychantem vocat: vnde Trychanthus deriuari poteſt. Steph.

Tryphæna, mulier Rom. 16.

Tryphiodorus, Ægyptius poëta, ſcripſit Marathonica, excidium Ilij Odyſſæam, id eſt, poëma de erroribus & laboribus Vlyſſis: Paraphraſes comparationū ab Homero poſitarū Auth. Suid.

Tryphon, Alexandrinus grammaticus, Auguſti tempore, ſcripſit de copia orationis, de orthographia, & alia à Suida commemorata.

Tryphon, Origenis auditor, ad quem nonnullæ ejus extant epiſtolæ, in ſacris literis eruditiſſimus fuit, vt ejus multa oſtendunt monumenta. De hoc ſcribit Hieronymus.

Tryphoſa, mulier Rom. 16.

T V

Tueſis, æſtuarium maris Britannici, apud Ptol. lib.2.c.3. vulgò *Twede*, juxta quod Beruicia munitiſſimum oppidum regis Anglorum eſt in finibus Scotiæ, vulgò *Berunyk.*

Tubalcain, filius Lamech ex Sella vxore ſua, Geneſ. 4. Hic fortitudine cæteros excellens res bellicas primus adinuenit, & exercuit: quamobrem apparet, militarem artem antiquiſſimam eſſe. Ioſeph. lib.1. Antiq. lat. mundana poſſeſſio, vel æmulatio, aut mundi nidus, ſeu confuſionem poſſidens, vel ignominiam æmulans.

Tubantes, Germaniæ populi, qui Phryſiæ partem mari Oceano, Rheno fluuio ac lacubus proximam, ſaltibus & paludibus abundantem incoluerunt, quam antea Manui populi habitarant. Tacitus.

Tubiçni, Arabes, iidem Nabuthæi, 2. Machab. 12.

Tubero, Romanus, is notiſſimus eſt ex Ciceronis oratione pro Ligario. Eſt item Tubero, fluuius apud Indos, Pomponio Melæ lib.3. Plinæ 23. lib.6. Tubetum appellat.

Tuberodus, fluuius Britanniæ, Ptol. lib.2.c.3. vulgò *Æleny lege, Tuerobis.*

Tuberum, Plin. lib.6. cap.23. flumen nauigabile, quod circa Patiræ.

Tubiluſtria, feſta, quæ & Luſtria feſta dicta ſunt Feſta erant apud Romanos, quibus tubæ ſacrorum in atrio Saturni expiabantur die 23. Martii, Varro & Feſtus.

Tucca L. Varus & Plocius, viri doctiſſimi, amici Virgilii, hæredéſque ex parte teſtamenti relicti, iuſſu Auguſti carmina Æneidos emendauerūt, hac lege, vt nihil adderent, vt Seruius tradit.

Tucci, Ptolemæo Turdulorum in Bætica vrbs. *Auguſtam Gemellam* cognominat Plinius, *Tucis* Straboni eſt *Martos* morali & Cluſio eſt.

Tucris, Ptol. lib.2 cap.6. Hiſpaniæ vrbs, *vulgò Trudela.*

Tude, Ptol. lib.2.c.6. vrbs Hiſpaniæ. hodie *Tydo* in Gallicia.

Tuder, oppidum mediterraneum Vmbriæ, Plinius libro 3. capite 14. Plutarchus in vita Craſſi *Turdetia* habet, apud Stra[illegible]em quoque *τυδιράδιλαις* eſt, quid ſignificet [illegible]um. *Todi* Leandro dicitur. idē dicit *Matiera* & *Trora* apud Halicarnaſſeum vocari, & *Tudernum* quoque dici. Annius *Tudernum* apud Ptolemæum pro *Suderno* legi debere tradit, in ſuis Hetruriç antiquitatibus. *Tuder fida colonia* eſt apud Onuphrium.

Tudertum, ti, & Tudertis, Stephanus, vrbs Tyrrhaniæ, oppidum in Ducatu Spoletano, Silu. lib.4.

Et gradiuicolam celſo de colle Tudertem.

Gentile, Tudertinus. Vide Tuder.

Tuditanus, nomen proprium viri, quòd caput malleo ſimile haberet.

Tuerobis, fluuius Britanniæ, Ptolemæo lib.2.c.3. vulgò *Abodeny.*

Tugini, populi in Heluetijs, quorum meminit Strabo libro 4. & 7. vbi de Cimbris. Eorum oppidum Tugium eſt, quòd vulgò *Zug* vocant, imprimis amœno ſitu, à Septentrione planicie pratorum ampla, ab Occidente piſcoſo lacu, à Meridie ſupra laci longitudinem Alpium proſpectu, ab Oriente verò partim paſcuo, partim ſyluoſo colle conſpicuum. Hi ſe Tigurinis, *Lucernantibus*, Vrienſibus, Suicenſibus & Subſyluanis perpetuo fœdere iunxerunt, anno ab orbe redempto 1352. & in ciuitate Heluetiorum ſeptimum locum tenent, *die Zuger* Scudo dicuntur.

Tulcis, modicus amnis Hiſpaniæ ad Tarraconem, vt ſcribit Pomp.

Digitized by Google

Tulga, Gothorum rex, regnauit annis II. anno ſalutis 638.

Tuliphurdum, Ptolem. lib. 2. cap. 11. Germaniæ vrbs, vulgò *Gottingen*.

Tuliſurgium Ptolem. lib. 2. cap. 11. vrbs Germaniæ: hodie Brunſuiga, vulgò *Brunſuig* Rithaimero.

Tullia, filia Seruij, ſexti Romanorum regis, Tarquinio Superbo nupſit, qui poſtea, vt regno poteretur ſolus, ſocerum ſuum interfecit. Ferunt hanc mulierem eadem regnandi libidine, qua maritum, æſtuaſſe, adeò vt cùm intellexiſſet, patrem interfectum, vehiculo ſe properè ferri iuſſerit, quo interfectori gratularetur. Quum autē inter eundum comperto cadauere, equi & auriga conſtitiſſent, erubeſceréntque mortuum conculcare: mulier nefaria currum ſuper faciem mortui patris duci iuſſit. Vnde Ouid. in Ibin.

Infamémque locum ſceleris quæ nomine fecit,
Preſſit, & inductis membra paterna rotis.

Tulingi, erant populi finitimi Heluetiis inter Celtas, non longè ab Allobrogibus: &, vt quidam opinantur, etiam fuerunt incolæ Turegi oppidi, nunc inter Heluetios ſiti: quòd forſan tunc ex illorum pagorum numero non erant, in Conſtantienſi diœceſi habitantes, ſed ab Allobrogibus ſatis remoti. Quidam autem interpretantur Turegum, quaſi Duregum, id eſt duorum regum & Tulingos credunt tunc Lotaringos eſſe dictos, nomine compoſito ex Lotario, eorum rege, è Carlomani ſtirpe. Vulgò, *Le pays à l'entour de Toul en Lorraine, Lothringer*, pronuntiant Germani *Stulingen*, & *Nellenburg* Comitatus Schudo.

Tullius, nomen oratoris Latinorum omnium principis, qui M. Tullius Cicero Apinas eſt.

Tullus Hoſtilius, Romanorum rex, cenſum primus omnium ordinauit, qui (vt Eutropius ait) adhuc per orbem terrarum incognitus erat.) Sellam quoque primus curulem, lictores togam pictam, atque prætextam inſtituit, vt Romæ haberentur, Macrobius lib. 1. Saturn.

Tullum, Galliæ vrbs in Belgica, authore Ptolem. lib. 2. cap. 9 vulgò *Tulle*.

Tullus Hoſtilius, tertius Romanorum rex, ne ipſo quidem Romulo belli gloria inferior, qui populum Romanum otio, paciſque artibus ſub Numa aſſuetum, ad belli ſtudia reuocauit Virg. 6. Æneid.

——cui deinde ſubibit.
Otia qui rumpet patriæ, reſidéſque mouebit
Tullus in arma viros, & iam deſueta triūphis
Agmina, &c.

Tuneres, Saracenorum rex, anno ſalutis 1144.

Tunes, Polybio & Liuio, Tynis Straboni Themiſa Ptolem. Tunicenſes oppidum Plinio. *Album Tynetem* vocat Diod. lib. 20. Africæ propriæ vrbs, quæ hodie *Tunis* & *Tuniſi* vocatur: à Carolo V. Imp. anno 1535. expugnata, Barbaroſſæ erepta, & regi ſuo reſtituta. Villanouanus putat *Thiniſſa* Ptolemæi eſſe, quam *Teneiſſa* ab Antonino dici credit Simlerus.

Tunetum, ſiue Tunitium, tumulus erat editior, vnde Scipio ſpectauit Carthedonios ad Romanam claſſem exurendum proficiſcentes. Noſtra tempeſtate regis Libyci ciuitas metropolis eſt, in qua velut ampliore & magnificentiore loco conſueuit habitare, & Tuniſæus rex appellatur. Hanc Eutropius lib. 4. continuis ſedecim diebus arſiſſe perhibet, ac L. Cæcilio Metello & Tito Flaminio conſulibus in Aphrica iuſſu Senatus reparatam, quæ nunc manet ſeculis viginti duobus euolutis, poſtquam à Scipione fuit euerſa. Abeſt Tunetum à Carthagine duodecim millibus fermè paſſuum. A Tuneto Tunetæi dicti ſunt, quos Sidonius Tuniſæos appellat.

Tungri, Belgarum populi, qui cis Rhenum & Moſam inter Eburones numerantur. Oppidum eſt nomen retinens, olim ciuitas epiſcopalis. Huius ſedes poſtea fuit ad Leodienſem vrbem tranſlata, vſque ad cuius mœnia, vt plerique volunt, Oceanus protendebatur, cuius rei quædam illic vetuſta adhuc monumenta videntur. Illic dicitur eſſe fons inſignis, pluribus bullis ſtillans ferruginei ſaporis: hic corpora purgat: tertianas febres diſcutit, calculorúmque vitia. Eadem aqua igne admoto turbida fit, ad poſtremum rubeſcit. Plin lib. 3. cap 2. Fontem hunc *Sauenier* & *Boullon* vocant accolæ. Andreas Baccius in ſuo de Balneis opere, ſcribit eum *Iſerborn* vocari, ſed hoc commune Germanorum vocabulum eſt omnium fontium acidorum, quos vulgò vocant *Iſerbrun* & *Saurbrun*. Huius Tungrorum fontis vires deſcripsêre peculiari libellulo Geringus & Lymburgius.

Tuola, Ptolem. Corſicæ inſulæ fluuius. Leandro *Golo* dicitur, quod tabulæ quoque teſtantur.

Turarius, vicus Romæ. Aſconius. Signum Vertumni in vltimo vico Turario eſt, ſub Baſilica ſe flectentibus.

Turba, Hiſpaniæ vrbs Liuio 33.

Turbeſſel, Meſopotamiæ caſtrum videtur circa Euphratem 24. millibus ab Edeſſa Guil. Tyrius.

Turbo, onis, proprium nomen gladiatoris. Horatius lib. 2. Serm.

Corpore maiorem rides Turbonis in armis.

Turcæ, teſte Pomponio lib. 2. populi ſunt Scythici iuxta Thyſſagetas & vltra Sauromatas. Ab his orti iudicantur, qui ætate noſtra latiſſimè imperitant, Turci vulgò dicti, ignauia quidem noſtra magni, ſed poſt Macedonas & Ro-

manos ſine dubio potentiſſimi. ſeipſos *Muſulmannes* vocant, vt ſcribit Fauolius in ſuo Hodœporico Byzantino, eorum ſedes à Plinio & Pomponio ad paludem Mœotidem deſcribitur. *Vnnos* à Perſis Turcas vocari ſcribit Euſtathius: *Thunnos* etiam à Plinio appellari docet Hermolaus in ſuis caſt. Plin. lib. 6. c. 7. Syllace auctore, vt ex eo tradit Theod. Gaza. Turcæ ſunt, quos Strabo *Cyrtios* nuncupat: Romani *Curtios*, & contractè *Curtos* dixere. Pletho *Parapamiſadas* eſſe vult. Turcum ſignificare hominem qui agreſtiorem victus rationem ſequitur, tradit Chalcondilas. Hebræi *Togarma* nominant, teſte Poſtello & Beniam.

Turcici Imperij originem, incrementum, & quomodo paulatim in tantam magnitudinem excreuerit vt à Sicilia, regni Perſici fines ad Orientem, Tartariam Aquilonem verſus & Æthiopiam circa Meridiem attingat, his paucis, ex noſtri ſeculi hiſtoriographis excerpſimus: Anno Chriſti M. CCC. Ottomanus Turca quidam Zichi filius, tenuis conditionis homo nomen & dignitatem, ob ingenium & rei militaris peritiam inter Turcas habere cœpit. Hic nomen Turcarum imperatorum familiæ dedit, & primus eorum regem ſe conſtituit. XXVIII. annis, quibus imperauit, Bithyniam obtinuit & Cappadociam plurimáq; loca munita Pontico mari adiacentia occupauit. Huic ſucceſſit filius Orchanes, qui Pruſiam ampliſſimam vrbem expugnãs, regni caput fecit: à Tartaris 22. regni anno infœliciter pugnans, occiditur: filiúmque Amurathem reliquit, qui à Græcis diſſidentibus euocatus primus ex Aſia in Europam traiecit, Callipoli & Cherroneſo captis, Abydum ſuperat, Philippopoli & Adrianopoli vrbibus in poteſtatem redactis. Seruia Bulgariáque Chriſtianis adempta, ſuperiorem Myſiam ingreſſus, obiit, percuſſus pugione, anno imperij 23. Cuius filius Baiazethes fratre occiſo magnam Thraciæ partem occupauit, totam ferè Græciam ſubegit & Phocidem Bulgariæ partem: ſed victus à Tamberlano inglorius obiit. Capto patre Calepinus filius regnum obtinuit, & quum Sigiſmundum bello funditus deturbaſſet, Imperatoriſque Conſtantinopolitani fines deuaſtare cœpiſſet, in ipſo ætatis flore obiit cùm ſex annis imperaſſet. Mahometes poſt hunc arrepto imperio, Valachis aſperrimum bellum intulit, maiorem Sclauoniæ partem poſſidet, primus Danubium traiecit, & Macedonia perdomita, ad Ionium vſque pelagus peruenit. Tranſlata regia ſede ex Bithynia Hadrianopoli poſuit, vbi fato functus eſt anno imperij 14. Amurathes II. ſucceſſor, Epiro, Ætolia, Achaia, Bœotia, Attica & Theſſalonica Venetæ ditionis vrbe, armis potitus eſt. Huic ſuccedit Mahometes II. qui Athenas euertit, Conſtantinopolim, 29. die Maij, anno 1452. expugnauit. Trapezuntinum Imperium ſubiecit poteſtati ſuæ. Corintho capta, Lemnum, Eubœam, & Mitylenem inſulas debellauit, Caphan denicit, vrbem Genuenſium, & imperio præfuit annis 32. Baiazethes II. bellum in Venetos geſſit, eiſque Naupactum, Methonem, Dyrrachiúmque abſtulit, Dalmatiam omnem depopulatus eſt: obiit veneno. Huius filius Zelimus inuaſit imperium. Expugnata Alcairo, Ægypti vrbe munitiſſima, Sultanóque cæſo, Alexandriam, totámque Ægyptum ſuo imperio ſubdidit, & Damaſco vi potitus eſt. Solymannus vnicus Zelimi filius, patri ſuffectus, Belgradum expugnauit, Budam regni caput occupauit, Strigoniúmque. Hungariam ferè totam deuaſtauit. Rhodum inſulam deditione obtinuit, Quinque eccleſias euertit. Iula vrbe capta, obiit in obſidione Zegethi, quam filius Zelimus II. Imperij etiam nunc hæres diripuit anno 1566. Quæ poſtea bello Melitenſi & Veneto acciderint, cognita adeo ſunt, vt deſcribi haud neceſſe ſit. Atque hoc modo ſub vndecim imperatoribus, ducentis ſexaginta annis, magnam Africæ, majorem Europæ, & maximam Aſiæ partem, tyrannide cruentiſſima Turcæ ſibi ſubiugarunt. P. Iouius Laonicus Chalcocondiles, Cuſpinian &c.

Turde, Vilumbrorum ciuitas in *Italia*, teſte Ptolem. lib. 3. cap. 1. Tudea, Silio: Tudertum hodie. Vide ſuprà.

Turditania, regio Iberiæ circa Bætim fluuium, quæ etiam Bætica. Incolæ, Turditani & Turduli. Artemidorus Turtytaniam vocat, & incolas Turtos & Turtytanos. Steph.

Turdetani, ſunt Ptolem. Luſitaniæ populi, vbi hodie regnum Algarbiæ, pars regni Portugalliæ: videntur à Pomponio *Turduli Veteres* vocari, Strabo ſcribit quoſdam inter Turdetanos & Turdulos diſtinguere. Stephan. *Turtytaniam* eorum regionem ex Artemidoro habet.

Turduli. Stephan. & Baſtuli. populi in Hiſpania Bætica præcipui, vt & Bætica Turdetanis dicta ſit. Strab. Plin. libro 3. cap. 1. Abana autem (inquit) Atlantico Oceano obuerſa Hiſpaniæ, Baſtulorum, Turdulorúmque eſt. Strab. lib. 3. Turdetanos, cum Ptolem. libro 2. cap. 4. nominat. vide Turdetani, Bardeli & Tarteſſidis.

Turgana, Arabiæ fœlicis inſula eſt Ammiano. lib. 23. in qua Serapidis maximum eſſe templum ſcribit. Ortelius putat eandem eſſe cum *Sarapide* Ptolemæi.

Turia, nomen proprium fluuij ſecundùm aliquos generis maſculini, ſecundùm Priſcianum & Auguſtinum generis neutri. vide in dictione Duria & Turulis, & Lobetum.

Turia

Turiaſſo, Ptol.lib.2.c.6. Hiſpaniæ vrbs:vulgò *Tyriaſſona.*

Turingi & Toringi, vt eos Sidonius & Vagerus vocant. Germaniæ populi ſunt, qui hodie *Duringer* appellantur Fabricio & Rhenano.

Turingia, olim fuit regnum:hodie Landtgrauiatus titulo decoratur. Sita eſt inter duo flumina, Salam & Vverram: habet Hercyniam ſyluam à Septentrione, & Turingenſem ſaltum à meridie. Longitudo regionis latitudini par, duodecim milliarium. In hoc tam exiguo ſpatio ſunt duodecim Comitatus & totidem Abbatiæ: centum quadraginta quatuor ciuitates, & totidem oppidula: bis mille pagi, & centum quinquaginta arces. Regio admodum fertilis, frumentóque præ omnibus aliis Germaniæ partibus fœcunda. Hunc tractum Sorabos olim habitaſſe ferunt. Metropolis regionis eſt Erdfordia, quæ maxima Germaniæ vrbs cenſetur.

Turium, vide Durias & Tricornium.

Turmeda, ciuitas Syriæ, quæ aliàs Amphipolis. Stephanus.

Turmodigi, Plinio Tarraconenſis Hiſpaniæ populi, ſiue oppidum.

Turnus, nomen ducis, qui ab Ænea occiſus eſt, vt videre licet in 12. Virg. Æneid.

Turo, vulgari idiomate *Tours:* prouinciæ Turonenſis celebris metropolitico honore ciuitas, non modò opibus ædificiorumq; præſtantia, verùm etiam Ligeris nobiliſſimi fluuij vicinitate, nobilitatur Mercatura, Serico, & Laniſicio claret. Cúmque multarum rerum opulentiſſima ſit habitatum vel maximè ob incredibilem regionis amœnitatem, & placidiſſimam aëris conſtitutionem, totius Galliæ hortus atque pomarium vocatur. Agrum enim fertilem & voluptuoſiſſimum habet. Huius fundationem Britannorum Chronica Troianis adſcribunt. Archiepiſcopalem ſedem habet.

Torocelo, Vmbriæ oppidum, quod Vetriolum Plinius vocat.

Turones, Lugdunenſis Galliæ populi ad fluuium Ligerim authore Plin. lib.4.c.18. *Touraugeaux* Gall. *Tours,* vrbs hodie ab his habitatur, vt ait Marlian. *Touraine* eorum territoriū dicitur.

Turpio Ambinius, auctor comœdiarum Terentij temporibus.

Turrena Auguſtalis, Catoni Tuſciæ vrbs maritima eſt, quæ à Leandro *Burnea* nominatur.

Turres, Antonino maritimum Tuſciæ oppidum Leand. qui illud hodie *S.Seuera* vocari dicit, putat eſſe *Cerretanorum* Nauale, de quo Strabo lib 5. Diodorus in principio lib. 15. Turres habet, quam Naualem ſtationem prope Agyllas vocat.

Turris Biſſonis, ciuitas Sardiniæ, Ptol. lib. 3. Sardos hodie. Turris Lybiſonis, Plin.

Turtij. Vide Turditania.

Turtyrania. Vide Turditania.

Turtulis, fluuius Hiſpaniæ Tarraconenſis, Ptolemæo libro 2. capite 6. *Turta* vulgò, Claudiano, & Hermolao apud Plinium. Pomponius Duriam corruptè nominat. Vide Turie & Durias.

Turulis, Hiſpaniæ Tarraconenſis fluuius, Ptol. *Rio de moruedro* hodie eſſe exiſtimat Ortelius.

Turuntus, Sarmatiæ Europææ fluuius apud Ptolemæum, *Duina* hodie dici Becanus auctor eſt.

Turuptiana, Ptol. lib. 2. cap.6. Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs, Tuitana hodie, *Tui* vulgò.

Turrus, Plin. Fori Iulij fluuius, *Turro* à Leandro vocatur.

Turſambica Tralugorra, ciuitas Nouempopulanæ regionis, vt habet liber Prouinciarum.

Turzo, Africæ propriæ vrbs. Ptol.

Tuſcanienſes ſunt Plinio lib. 3. cap. 5. Etruriæ populi, *Toſcanello* hodie eorum locus dicitur, vt Leander tradit.

Tuſcania, oppidum Tuſcię prope Tarquinios: à quo Tuſcanenſes.

Tuſcenius, homo furioſus & auarus, cuius meminit Cic. ad Q. Fratrem lib. 1.

Tuſcia, Italiæ regio celebris, vulgò Tuſcana dicta, atque olim à ſacrificiis appellata. Græci enim θύειν ſacrificare dicunt. Vel à Thure, quo maximè in ſacrificiis vtimur. Vel à Tuſculo Herculis filio: quod veteres Grammatici probāt. Tyrrhenia dicta à Tyrrhene Atys filio, qui è Mæonia diſcedens, in Italiā venit, & eam partē occupauit, quæ ad mare inferum ſita eſt, quod & Tyrrhenū dicitur: à Liguribus Romaniſq; finibus contingitur, iugis inacceſſis & difficilibus referta. Eius fines Macra & Tyberis amnes, centum & ſeptuaginta quatuor millia inter ſe diſtantes. In ea ſcientia faciēdorum ſacrorum ita floruit, vt Romani, qui non ſeruandæ tantùm, ſed etiam amplificandæ religionis cupiditate incendebantur, decem principum filios ſenatuſconſulto ſingulis Tuſciæ populis percipiendæ ſacrorum diſciplinę gratia traderent. Longior eſt ea prouincia, quam latior. Ab Orientali plaga in Occidentalem porrigitur. Nam ſi ab Aquilonari in Auſtralem perambulemus, arctis finibus contenta eſt. Ab Occidente, quæ Liguriæ proxima eſt, habet Piſas, Senas, Lucam, & Florentiam, inclytas ciuitates. Ad Septentrionem habet Vrbem veterem: in meridionali verò littore, Piſaurum, Aretium, & Aſiſium. Et Tiberis Romanus inde labitur, ex Apennino effluens. Septentrionalis regio cum Flaminia iungitur. Vulgus Italorum hodie Tuſcanum vocat. Vide Thuſcia cum aſpira-

Digitized by Google

tione.& Tyrrheni.

Tuſcia quondam *Etruria*, & Græcis *Tyrrhenia* dicta fuit, Strabone teſte. Dion. Halicarnaſſeus ſcribit eam olim *Pelaſgiam*. & *Raſenam* vocatam, *Re*ζ*ennua* eſt apud Myrſilum, cui etiam *Vmbria* & patria lingua *Saleumbrone* dicitur. *Comara* quoq; ea appellata fuit Annio & Beroſo.

Tuſculum, Straboni, Latij oppidum, XII. ab vrbe lapide, arduo in colle ſitum, opus Telegoni, Vlyſſis & Circes filij. Hinc Tuſculus, a, um, Silius lib. 7.

Quod peperere decus Circeo Tuſcula dorſo
Mœnia, Laertæ quondam regnata nepoti.

Tuſculum, vulgò *Fraſcata*. De eo Ptolemæus, Liuius, & Halicarnaſſeus, *Tuſculo* à Leandro dicitur: *Telegon* à conditore dictum ſcribit Niger.

Tuſculani, Friderici Ænobarbi imperatoris quondam coniuncti copiis, Romanos inſigni clade affecêre, vt poſtea reſipiſcere non eſſet. Romani itaque iniuriæ memores, poſt aliquot annos tanta in eo ira perciti ſunt, vt vix vrbis fundamenta relinquerent. Volaterran. libro ſexto.

Tuſculanus ager, in quo erat villa Ciceronis celebratiſſima, in quam poſt forenſia negotia animi recreandi gratia ſe Cicero recipiebat: vbi aut cum doctis aliquibus, quos abduxerat, ſe declamando exercere, aut philoſophica ſtudia intermiſſa reuocare ſolebat, vt frequenter in ſcriptis ſuis meminit. Hodie S. *Maria de grotta ferrata* dictum vt Leander ſcribit.

Tuſculus. Vide Tuſcia.

Tuſcus, vicus Romæ, in quo habitauerunt Tuſci, qui cum Porſena ab obſidione recedente remanſerant. De quo Horat. in Serm.

At Tuſci turba impia vici.

Tuſſyli. Vide Catizi.

Tutanus, Deus, qui homines tueri putabatur Varro, Tutanum deum Romæ omnes qui laborant, inuocant.

Tutia, virgo Veſtalis, cùm argueretur inceſti argumentis purgare ſe dedignata mortalibus, ad Tiberim flumen cribrum detulit, ibique ſubmerſit, hac addita prece: O Veſta, inquiens, ſi pura & caſta ſum, hanc è Tiberi aquam ad templum tuum perferam: & ipſa pertulit. Titus Liuius. Diſſimile quiddam legimus apud Dionyſium Halicarnaſſ. Morbus enim quidam Romæ incidit in fœminas, & mors quanta nondum priùs, maximè in prægnantes, cruda, inſolitáque parientes, & cum fœtibus morientes. At quia preces ad aras deorum factæ, nec pro vrbe expiatoria ſacrificia, aut pro domibus priuatis facta, ceſſationem afferebant malorum in tali vrbis calamitate, fit à ſeruo quodam indicium pontificibus, quòd ſacerdos quædam Veſtæ, Vrbina nomine, amiſſa virginitate, ſacrificia pro vrbe perficiebat non ipſa pura. Pontifices ergo, eam remouentes à ſacrificiis, & pœnam apponentes, poſtquàm manifeſtè eſt redarguta, virgis ea ciderunt, pérque vrbem eam ferentes, viuam defoderunt. Eorum verò, qui cùm illa illam impiam corruptionem peregerant, alter ſe ipſum interfecit, alterum prehendentes ſacrorum inſpectores, tanquam mancipium necarunt, ſicque ſtatim morbus ille deſiit.

Tutilina, dea. Varro, Tuam fidem, Tutilina, inuoco, quæ adeſſe mortalibus ſoles. Hanc Auguſtinus lib. 4. de Ciuit. præeſſe frumentis collectis atque reconditis ſcribit, vt tutò ſeruarentur.

Tutunus, id eſt, Priapus. Vide ſuprà Mutunus.

T Y

Tyana, Cappadociæ ciuitas, ad radices Tauri montis, patria Apollonij, ſiue ille Magus, ſiue Philoſophus fuit, cuius vitam fabuloſiſſimo volumine exequitur Philoſtratus. Hinc Tyaneus, a, um, & quandoque Tyaneius, per quinque ſyllabas, Ouid. 8. Metam.

— oſtendit adhuc Tyaneius illic
Incola de medio viminos corpore truncos.

Tyanitis, Aſiæ præfectura, in qua Tyana vrbs. Strabo eam *Euſebiam ad Taurum* vocari ait. Arrianus in ſuo periplo ait etiam aliquando *Thoana* appellatam.

Tiberis, Tyberius, Tyberinus, & ſi qua alia ſunt id genus, rectiùs in noſtro ſcribuntur, cùm præſertim etiam apud Græcos per iota ſcribantur. Quapropter eorum ſignificationem vide ſuprà ſuis locis.

Tybur, ſiue Tyburtum, vulgò *Tiuoli*, vrbs ad ſextum decimum lapidem diſtans ab vrbe Roma, quam Cato, Solinus, & alij quidam à Catillo Arcade, claſſis Euandri præfecto, conditam ſcribunt: quod etiam ſenſit Seruius, Tybur autem Virgilio dicitur ſuperbum. 7. Æneidos id eſt, nobile: inquit Seruius, Plinius verò Tyburtis ipſius originem antiquiorem eſſe docet, quàm vrbis Romæ, & extare adhuc tempore ſuo memoriam, ilices tres etiam Tyburto eius vrbis conditore vetuſtiores: apud quas inauguraturus traditur fuiſſe Tyburtus: dum vrbem eſſet conditurus: Sextus Græcus hiſtoricus ſic habet: Catillus Amphiarai filius fuit. Hic poſt prodigialem patris ad Thebas ante Iliacum bellum interitum, iuſſu Dei, cum omni ſuorum cœtu & ſacris miſſus tres liberos in Italia procreauit, Tyburtum, Coracem, & Catillum, qui expulſis ex oppido haud longè ab vrbe Roma poſito, veteribus incolis, à nomine Tyburti maximi filij oppidum vocauerunt. Priſcianus tamen cum i Latino ſcribit. Cicero

de Orat.

de Oratore, Et villam in Tyburte habens. Oui l.

Et iam Telegoni, iam mœnia Tyburis udi
Stabant agricolæ quæ poſuêre manus.

Tyburis, inquit Stephanus, Italiæ vrbs mediterranea, quæ ab initio Græca fuit, diſtans ab vrbe ſtadiis centum & quadraginta ſeptem. In ea Tyburtinum templum eſt. Vocabatur olim Polyſtephanos.

Tyburtus, filius fuit Amphiarai augurij peritus, à quo Tyburtes populi originem traxerunt Plin. lib. 16.

Tyburs, burtis, generis omnis: vel hic & hæc Tyburtis, & hoc te, quod eſt ex Tyburte. Steph. Suetonius, Inchoauit autem aquæ ductum in regione Tyburti, Horatius.

Picenus cedunt pomis Tiburtia ſucco.

Tyburtinus, na, um, quod eſt ex Tyburte, &c.

Tyche, vide Syracuſæ.

Tyche, es, Nympha maritima, Oceani & Tethyos filia, Heſiod. in Theogon. Fuit item Tyche vna ex quatuor Syracuſanæ vrbis partibus à nobili Fortunæ templo denominata: cuius meminit Cic.

Tychicus, vir Aſiaticus. Act. 20. Coloſſ. 4.

Tychius, celeberrimi fabri nomen apud Hom. 7. Iliad. qui Aiacis clypeum fabricauit. Ouid. 3. Faſtor.

Nec quiſquã inuita faciet bene vincula planta
Pallade ſit Tychio doctior ille licet.

Tyde, Caſtellum, Plinio Hiſpaniæ locus. Cluſius vocat *Tui* ad Minium fluuium in Gallecia.

Tyderta. Vide Tudertum.

Tydeus, filius Oenei regis Calidoniæ & Eribœæ, vel, vt aliis placet, Althææ: qui quum fratrẽ ſuum Menalippum inſcius occidiſſet, ad Adraſtũ regem perfugit, cuius filiam Delphilen coniugẽ duxit. Poſt ea à Polynice, qui alteram Adraſti filiam, Argiam nomine, vxorem habebat, legatus ad Eteoclem regem Thebarũ miſſus eſt, vt pacti memor, fratri regnum redderet. Ad quem cùm veniſſet, regiámque eſſet ingreſſus, Eteocles negauit ſe regno ceſſurum eſſe. Quo reſponſo Tydeus vehementer commotus eſt, ita vt non ſit veritus & hoſtis, & ſolus, Thebanos omnes quotquot tum fortè cum Eteocle eſſent in conuiuio, ad quodlibet certaminis genus prouocare. Atque vt animosè prouocauit, ita omnes (ſic illi Pallas propitia erat) ſtrenuè vicit. Quamobrem Thebani dolore ac indignatione accenſi, reuerſuro inſidias tetenderunt, collocatis ad opportunum locum, quà Tydeus tranſiturus erat, quinquaginta iuuenibus, cum duobus ducibus Mæone Æmonis & Lycophonte Autophoni filio, quos Tydeus in ſe impetum facientes trucidauit: vni tantùm parcens Mæoni, quem acceptæ cladis nuntium ad Eteoclem remiſit. Profectus deinde vnà cum Polynice & Adraſto, reliquiſque

Græciæ principibus ad bellum Thebanum poſt multas res præclariſſimè geſtas, à Menalippo quodam Thebano lethaliter vulneratus occubuit. Vide hæc latiùs in Statij Thebaide.

Tydides, dæ, patronymicum maſcul. à Tydeo deductum, quo poëtæ vtuntur pro Diomede Tydei filio. Virg. 1. Æneid.

—Danaûm fortiſſime gentis Tydida,

Horat. 1. Carm. Ode ſexta.

Quis Martem tunica tectum adamantina
Dignè ſcripſerit: aut puluere Troico,
Nigrum Merionem, aut ope Palladis
Tydidem ſuperis parem?

Tyenis, mons Colchorum, à Tyenide fluuio. Gentile, Tyenites. Stephanus.

Tygeni, quin potiùs Iceni, populi Angliæ, quorum rex Praſutagus Neronem imperatorem heredem inſtituit. Tacitus, Annal. 14. c. 31.

Tygranes, Armeniæ rex, anno ſal. 59.

Tylangium, Triphyliæ in Peloponneſo oppidum, Polyb.

Tylleſium, habet ex Lycophrone Barrius Calabriæ promontorium: quod nouo nomine *Corica* appellari hodie dicit, idem ibidem Tyleſium vrbem habet, quam *Agello* ait vocari.

Tyleſſus, mons Italiæ. Lycophr. [illegible] Steph.

Tymbrium vide Tembrium.

Tylis, vrbs Thraciæ prope Hæmum. Gentile, Tylites. Steph.

Tylos, inſula iuxta mare rubrum, aliàs Tyros dicta. Steph.

Tylus, Meſſeniæ in Peloponneſo vrbs, quam nonnulli *Oxylum* vocant, inquit Strabo ex Xilandri interpretatione.

Tylus, ſinus Perſici inſula ab Euphratis fluminis oſtio vnius diei ac noctis nauigatione Arr. 7. Alexan. eſt etiam Solino Indiæ inſula, quam ſcribit ferre palmas, oleas creare, & vineis abundare.

Tymagoras Athenienſis, qui Darium Regem Perſarum, ad quem legatus miſſus fuerat, adulando, more Perſarum, adorauit. Quod vbi reſciuerunt Athenienſes, eundem ſupplicio capitis punierunt. Plutarch

Tymenæon, vrbs iuxta Phrygiam: qui inhabitant Tymenæi. Stephanus.

Tymenna, vicus Lyciæ, ſic dictus ab hirco, qui grege relicto, barba madente rediit: quem poſtea ſecuti, fontem in quodam fruteto repererunt, ac inde nomen fonti & loco indiderunt: Gentile, Tymeneus per ſimplex n, quod magis placet, vt videtur Stephanus.

Tymes, etis, vrbs Lybiæ: Gentile, Tymeſius Stephanus.

Tymniſſus, vrbs Cariæ. Gentile, Tymniſſeus. Stephanus.

Tymnus, vrbs Cariæ, Ciuis, Thymnius. Steph.

Tymnœtes, Priami filius, cuius meminit Seruius, Euphorionis verba referens: Priamus, inquit, ex Ariſtia filium vatem ſuſcepit. Qui quum dixiſſet quadam die naſci puerum per quem Troia poſſet euerti, pepererunt ſimul & Tymœtæ vxor, & Hecuba, quæ Priami legitima erat. Sed Priamus Tymœtæ filium vxorémque iuſſit occidi.

Tymolus, poeticè, pro Tmolus. Stephanus.

Tympania, Elidis regionis oppidum in Peloponneſo, Ptolemæo. Plethon ſine m ſcribit (*Typanei* populi ſunt Plinio, ſed in Achaia *Stroſiſi* Nigro: *Vardogna* Caſtaldo eſt.

Tymphe, mons Theſprotiæ: & Tymphæa, vrbs, Gentile, Tymphæus, fœm. Tymphæis: Poſſeſſiuum, Tymphaicus.

Tymphæi, Æoliæ Theſprotiæve populi, & vbi Perrhæbi ſunt, à quibus Tymphæticum ac Tymphaicum gypſum. Eſt & mons Tymphe, oppidum quoque Tymphæa. Vide Plin. lib. 4. cap. 2. Strab. libro 7. Propinqui Macedoniæ & Theſſaliæ ſunt ad montem Pœum & Pindum, Æthices & Penei fontes: de quibus Tymphæi & Theſſali, Pindi accolæ certant.

Tyndaris, Siciliæ vrbs, media ex parte à mari abſumpta. Plin. lib. 2. cap. 91.

Tyndarium, Siciliæ oppidum Ptolem. *Oliuiero Caſtello* hodie nominatur à Nigro. Fazellus ſcribit totam proſtratam iacere, & ædiculam tantùm extare, *S. Maria à Tyndaro* nomine.

Tyndarus, rex fuit Oebaliæ, & maritus Ledæ: quæ eodem tempore duo peperit oua, è quorum altero, quod ex Ioue conceperat, excluſi fuerunt Pollux & Helena: & altero, quod conceperat ex Tyndaro Caſtor & Clytemneſtra. Ex his priores duo immortales fuerunt poſteriores mortales. Mortuo tamẽ Caſtore, Pollux à Ioue impetrauit vt ſibi cum fratre immortalitatem communicare liceret, alternísq; cum illo vitam morte commutare. Cui fabulæ occaſionem ſubminiſtrauit, ſiderum illorũ natura: quę talis eſt, vt vno oriẽte, alterum occidat. Ambo autem à Poetis dicuntur, Tyndaridæ, non quod vterque è Tyndaro fuerit natus: ſed [illegible], quemadmodum Herculem iidem appellant Amphitryoniadem. Sic etiam Helenam Tyndaridem vocant, quæ tamen fuit Iouis, non Tyndari filia. Alioqui ſi mortali patre nata fuiſſet, tot ſæcula viuere non potuiſſet. Conſtat enim fratres eius cum Argonautis nauigaſſe: Argonautarum autem filij cum Thebanis dimicauerunt: horum verò filij bello Troiano interfuerunt. Dicimus & Tyndareos ſeu Tyndareus, per quatuor ſyllabas. Ouid. in Epiſt. Hermiones.

Me tibi Tyndareus, vita grauis author & annis
Tradidit.

Tynes, etis, vrbs Siciliæ. Gentile, Tyneſeus. Stephan.

Tyneus, xxx. Aſſyriorum rex, regnauit annis xxx. anno mundi 280.

Typæon, mons Elidis. Stephan.

Typaneæ, vrbs Triphyliæ. Gentile, Typaneates. Stephan.

Typhoeus, per tres ſyllabas, eu diphthongum in vltima habens, vnus è Gigantibus, Terræ & Titani filius, quem illa Ioui irata in perniciem cœleſtium fertur edidiſſe. Hic cùm in ingentem corporis molem adoleuiſſet, eò vecordiæ prouectus eſt, vt Iouem de cœli poſſeſſione deiicere conaretur. Quapropter fulmine ab eodem ictus eſt, & ſub Inarimen inſulam detruſus, vt placet Hom. in Catalogo, Virg. 1. Æneid.

Tum ſonitu Prochyta alta tremuit, durúmque cubile
Inarime Iouis imperiis impoſta Typhœo.

Lucan. lib. 4.

Conditor Inarimes æterna mole Typhœus.

Ouid. tamen lib. 5. Metam. & Strabo libro 15. Pindarum ſecuti, in Sicilia ſub Ætna monte ſepultum volunt. Hinc Typhoeus, a, um, Virg. 1. Æneid.

Nate patris ſummi qui tela Typhoea temnis.

Typhon, vnus ex Gigantibus, Titani & Terræ filius, qui alio nomine Tiphoeus dicitur. Seneca in Hercule furente: *Non tam ferum Typhonem neglecto Ioue irata tellus edidit, quondam parens.* Huius autem nominis prior ſyllaba producitur, cùm in Tiphoeus prima corripiatur. Ouid. 2. Faſtor.

Terribilem quondam fugiens Typhona Diana.

Fuit & alter Typhon, teſte Diodoro, Oſiridis Ægyptiorum regis frater, qui illo interfecto & in partes quinque & viginti diſcerpto, regnum occupare eſt conatus. Tandem tamen ab Iſide victus, meritas impietatis ſuæ luit pœnas. Typhon item ventus eſt, quem Græci turbidum & orbe motum nominant, vt ſcribit Meteororum 2. Ariſtoteles. Vide Plutarch. lib. de Iſide & Oſiride.

Typhonicus, vnus è ventis ſubitis ac repentinis, nomine τύφων. Act. 27.

Typhonis ſcopuli ſunt apud Lycophronem. Iſacio eius commentatori vocantur *Arimi* montes Ciliciæ.

Typhonis inſula, è regione Troiæ, quam homines Calydnam vocant. Q. Smyrneus 1. Ilij excidij.

Typhreſtus, vrbs Thrachyniæ, à cinere Herculis nominata, vel à Typhreſto filio Sperchij. Gentile, Typhreſtius. Eſt & Typhreſtus in maſculino genere montis nomen. In Etymologico legimus Typhreſtum vrbem eſſe in finibus Maliæ à rege Typhreſto.

Tyr

Tyra, ræ, vt apud Plinium legitur ſiue Tyras fluuius Sarmatiæ Europææ, inter Iſtrum & Boryſthenem in mare Euxinum illabens, vt eſt videre apud Ptolemæum lib. 3. cap. 5. Ouid. 4. de Ponto Eleg. 10.

Partheniuſq; capax, & voluens ſaxa Cynapes
Labitur, & nullo tardior amne Tyras.

Tyracinæ, vrbs Siciliæ parua. Alexander Tyracinon vocauit. Gentile Tyracineus.

Tyrambe, Sarmatiæ in Aſia vrbs: authore Ptolemæo lib. 5. c. 9. hodie *Trapano*.

Tyrannion Amiſenus diſcipulus Eſtiæi Amiſæi nobilis grammaticus, tempore Magni Pompeij docebat Romæ. Ductus eſt à Lucullo captiuus in bello Mithridatico: priùs dicebatur Theophraſtus: mutauit autem nomen quòd inter æquales ſuperbis verſaretur moribus. Clarus & diues ob doctrinam factus adeò eſt, vt ſupra tria millia librorum poſſideret. Deceſſit ſenex morbo podagræ Tyrannion iunior è Phœnicia diſcipulus prioris, à quo nomen ſibi vſurpauit, quum priùs Diocles vocaretur. Captiuus & ipſe Romam ductus, à quodam Dymante Cæſaris liberto emptus: deinde dono datus Terentiæ Ciceronis, ab eáque liber factus, ludum Romæ aperuit, ſcripſit lib. LXVII. Vtriuſque author Suidas

Tyrannoſboas, Indiæ intra Gangem emporium. Arrian. in Periplo.

Tyrannus, ſophiſta fuit, qui ſcripſit de diuiſione orationis lib. 10. Author Suid.

Tyras, Ptolem. Myſiæ inferioris vrbs, à Nigro *Zethezaua* nominatur.

Tyras, eſt fluuius Sarmatiæ in Europa, Ptolemæo libro 3. Stephan. vrbs & fluuius in Euxino Ponto. *Noſter* Willichio & Herbeſteinio. *Tyra* legitur apud Plinium. eſt etiam *Tyas* Stephano pro fluuio & oppido, quod antea *Ophiuſam* dictam aſſerit, Ptolemæo verò duo ſunt oppida *Tyra* & *Ophiuſa*. eáque in Mœſia inferiore.

Tyrediza, alias Tyrodiza, vrbs Thraciæ poſt *Serrhium*: Gentile, Tyrodizenus: cùm potiùs Tyrodizæus dicendum eſſet.

Tyres, fluuius eſt Scythiæ, poſt Iſtrum ſecundus, teſte Herod. lib. 4.

Tyreſia, Alphonſi ſoror, anno ſal. 964.

Tyridates, rex Armeniæ, Magus temporibus Neronis, vt eſt author Pli. li. 33. Vide Tiridates.

Tyrimas, III. Macedonum rex, regnauit annis XXXVIII. anno mundi 258.

Tyrinthia, ciuitas Argis vicina, in qua nutritus eſt Hercules qui inde Tyrinthius dictus eſt, vt notat Seruius. Virg. lib. 7. Æneid.

—poſtquam Laurentia victor
Geryone extincto Tyrinthius attigit arua,
Tyrrhenoq; boues in flumine lauit Iberas.

Tyriſſa, Ptolemæo Emathiæ vrbs in Macedonia, *Coroſi* nunc Mercatori.

Tyrrhenia, Italiæ regio, cuius populos aliquando *Pelargos* ſcribit dictos ex Myrſilo Halicarnaſſeus lib. 1. Item Strabo lib. 5. eoſdem *Lydos* tradit nominatos Herodotus in Clio, vt qui è Lydia in hanc regionem tranſmigrarint, vide Tuſcia.

Tyritacite, vrbs Ponti: Gentile, Tyritacitæus: vel Tyritacenus. Stephan.

Tyrius, Galliæ Narbonenſis fluuius. Sext. Auienus.

Tyrmenij, populi Scythici, peritiſſimi nauigandi. Significat autem hoc vocabulum, fugitiui. Stephan.

Tyrmidæ, vicus in tribu Œneide. Tribulis: Tyrmides. Stephan.

Tyro (vt inquit Iuſtin. lib. 18.) fuit nomen proprium patris Didonis qui ab aliis Belus vocatus eſt. lege apud Iuſtinum cum Bongarſio Rex Tyri. qui fuit Agenor Beli filius.

Tyro, virgo fuit Theſſala Salmonei & Alcidices filia, quam nouerca Sidero (quam Alcidice Alci filia defuncta in vxorem duxerat Salmoneus) male admodum & duriter excepit. Cæterum quum Tyro Enipei fluminis amore flagraret, atque ad illius fluenta continenter accedens propter amnem conqueri minimè deſineret. Neptunus interim ſumpta Enipei forma cum ipſa concubuit. Hæc autem quum geminos clanculum peperiſſet, illos expoſuit. Iacentibus autem pueris & equariis paſtoribus prætereuntibus, equarum vna, quũ infantium alterum vngula caſu quodam tetigiſſet, faciei partem liuidulam reddidit. Tum equarius infantes ambos ſuſcepit alendos & cui liuidula reddita erat faciei pars Peliam nominauit, quaſi Liuidum dixeris, alterum verò Neleum, qui quum ad iuſtam integrámque ætatem perueniſſent, matre ſua & eius nouerca agnita quum matrem ab illa malè affectam comperiſſent, in illam impetum fecerunt, & quamuis in Iunonis templum confugiſſet, Pelias tamen eam ſuper aram ipſam iugulauit. Gretheus poſtea Salmonei frater Tyronem neptem cepit vxorem, ex qua nati ſunt illi filij Æſon, Amythaon & Pheres. Apollod. biblioth. lib. 1. Diodor. Sic. lib. 4. Tzetzes in Lycophronem & alij, Propert. lib. 7.

Vobiſcum eſt Iope, vobiſcum candida Tyro.

Tyropœum, caſtellum in Thracia, in Aſia Cedreno.

Tyros, quondam inſula & olim Sarra nuncupata, vt ait Gellius: vnde Sarranum oſtrum dicitur: & vt oſtrum Tyrium, & purpuram Tyriam dicimus. Phœnices accolæ fuerunt maris rubri dicti à palma, cuius regio plena erat: palma enim Phœnix dicitur. Hinc terræ motu pulſi in maritimam Syriæ ſe contulere: condita vrbe

S donem à piſce appellarunt, deam Syrij vocabant Sarram. Lingua Syra, piſcis Sear dicitur: Poſtea condidere Tyrum in proximo mari, propter merces. Plin. lib. 5. c. 19. ſic ſcribit: Tyrus, inquit, quondam inſula præalto mari LXX. paſſibus diuiſa, nunc verò Alexandri eam oppugnantis operibus continens. Olim partu clara vrbibus genitis, Lepti, Vtica, & illa Romani imperij æmula, terrarum orbis auida. Carthagine etiam Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis eius nobilitas conchylio atque purpura conſtat. Hactenus Plinius: De obſidione eius, vtque continenti adiuncta eſt, nemo vberius Diodoro lib. 17. ſcribit. Lege Curtium lib. 4. Tyros. Stephan. inſula Phœniciæ, à Tyro Phœnicis filio. eſt & Laconiæ Tyros, & inſula iuxta mare rubrum, quam Artemidorus Tylon vocat. Eſt item vrbs Indiæ & Piſidiæ. Arrianus Anatha, (Anatha potiùs, vt ſuprà.) Gentile Tyrius. Poſſeſſiuum Tyriacus. Vocabatur etiam Palætyrus vnde Palætyrius. Stephan.

Tyrius, a, um, quod eſt è Tyro inſula. Virg.

Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni.

Et ponitur pro purpureo. Tibullus.

Quid Tyrio recubare toro?

Tyriæ veſtes, purpura Tyria infectæ, Ouid.

Tyrios laudabis amictus.

Eſt & vrbs mœnibus inſignis in Peloponneſo vt author eſt Homerus.

Tyrij, hominum primi nauibus mare tentarunt, vnde Tibull. eleg. 7. ait.

Vtque maris vaſtum proſpectet turribus æquor,
Prima ratem ventis credere docta Tyros.

Cur & vnde Tyrij nominati ſunt, Pollux ſic ait lib. de verbis idoneis. Ferunt inquit, captum amore Herculem cuiuſdam Nymphæ indigenæ cui nomen Tyro, ſequebatúrque eum canis, qui irrepentem ſcopulis purpuram conſpicatus, peresa carbuncula, ſua ſibi labra cruore puniceo infecit. Cùm eam igitur puellam adiiſſet Hercules, delectata illa inſueta tinctura, affirmauit ſibi cum illo poſthac nihil fore, niſi ad ſe veſtem afferret etiam canis illius labris ſplendidiorem. Quocirca Hercules inuenta animante munus puellæ detulit, primus (vt Tyrij dictitant) puniceæ author infecturæ: & ab iſta puella Tyro cognominati Tyrij & inſula Tyros, ob iſtud inuentum ſingulare.

Tyrrheni, populi ſunt Italiæ, inter Macram & Tyberium fluuios incolentes, quos Latini Hetruſcos appellant, & Tuſcos. Tyrrhenos autem Græci nominarunt à Tyrrheno Atys filio: qui è Lydia colonos in hanc regionem deduxit. Atys enim ex poſteritate Herculis & Omphales vnus, cum ſterilitate ac fame populum ſuum emittere cogeretur, è duobus filiis ſorte iacta, Lydum quidem regni ſucceſſorem tenuit, Tyrrhenum autem cum bona populi parte ad quærendas nouas ſedes emiſit: qui cùm poſt longos errores in inferi maris ora ſedes fixiſſet, totum eum tractum de ſe Tyrrheniam, & mare ipſum Tyrrhenum appellauit. Virgil. lib. 7. Æneid.

Primus init bellum Tyrrhenis aſper ab oris
Contemptor diuûm Mezentius, &c.

Tyrrheni, incredibili monſtroſáque laſciuia quondam viuebant, vt ait Athenæus. Scribit enim in illorum conuiuiis & epularum apparatibus, nudatis corporibus virgines diſcumbentibus miniſtraſſe conuiuis: mulieréſque apud eoſdem fuiſſe communes, quæ etiam pudore depoſito, in gymnaſiis publicis & palæſtris nudæ cum viris luctari ac ſe exercere conſueuerant: minimè enim apud illos turpe ducebatur, nudatas fœminas vulgò conſpici. Fuiſſe autem illas dicunt forma vt plurimùm eleganti: viníque in primis cupidas & potentes bibaces: ex iis ſuſceptos liberos communes, communi omnes ſtudio, vtpote communibus ortos fœminis, patrio educebant ritu. Cæterùm, cùm ad omne libidinis genus turpiter erant proni, apud illos tabernæ viſebantur publicæ, & huius rei artifices periti vulgò erant, vt penes alias gentes ſunt tonſores, quibus illi omnes corporis partes nullo pudore nudantes vellendos ſe, & ornandos palam præbuiſſe dicuntur. Tyrrheni item tubam æneam adinuenerunt, bello admodum vtilem, quod ſentit Virg. lib. 8. Æneid.

Tyrrhenúſque tuba mugire per æthera clangor.

Tyrrhenum mare, Stephan. idem eſt cum mari infero ita dictum quod Tyrrheniam, hoc eſt, Tuſciam alluat vnde & Tuſcum dicitur. Vel à Tyrrhenis nautis, qui ſe in hoc mare præcipitauerunt. Namque hoc habet fabula Dormientem littore Liberum patrem adhuc puerum nautas abſtuliſſe Tyrrhenos. qui cum eſſet experrectus in naui, quò duceretur, interrogauit. Reſponderunt illi: Quò vellet. Liber ait, Ad Naxum inſulam ſibi ſacratam. Sed cùm illò vela deflecterent, iratum numen tigres ſibi ſacratas oculis eorum obiecit: quo terrore & illi in fluctus dedere præcipites, ſtatímque in delphines ſunt transformati, vt fabulatur Ouid. 3 Metamorph. & poſt eum Seruius in illud Virgil. 1. Æneid.

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.

Plinio auctore, *Notium & Inferum* etiam vocatur. *Liburnum* Cicero vocat *Mar Theſco* à Leandro, & *Mar de Marſeille* à Vincentio Lupano in Tacitum dicitur.

Tyrrhus, Latini regis armentarius, cuius ceruus manſuetus ab Aſcanio comitibus occiſus primam belli cauſam præbuit inter Troa-

nos & Latinos. Hinc Tyrrhides, patronymicum maſcu. Vir. 7. Æneid.

Ceruus erat forma præſtanti & cornibus ingens
Tyrrhidæ pueri quem matris ab vbere raptum
Nutriebant, Tyrrhéique pater cui regia parent
Armenta, & latè cuſtodia credita campi.

Tyſias, princeps & inuentor artis rhetoricæ fuit, vt docet Cicero 2. de inuentione. Ac veteres quidem ſcriptores artis vſque à principe illo atque inuentore Tyſia repetitos vnum in locum conduxit Ariſtoteles, &c.

Tyrtæus, poeta Græcus, cuius ſæpe meminit Plato in libris Legum: O diuine poeta Tyrtæe (inquit) ſapiens certè ac bonus nobis eſſe videris, quia excellentibus eos extuliſti laudibus qui in bello excelluerunt.

Tyrus, Phœniciæ vrbs celeberrima, orbis olim emporium. *Sarra* vocata fuit, Gellio & Feſto teſtibus. Sacræ literæ *Sor*, vel *Tzor* nominant: & vulgari vocabulo hodie *Surs* dicitur: Poſtello & Nigro auctorib. Eſt etiam *Palæ Tyrus* antiqua, Treg 1 11. triginta ſtadiis hinc diſtans, vt eam deſcribit Strabo. *Tyrum veterem* quod idem eſt nominat Q. Curtius lib. 4. quam nunc *Palætyron* appellant, vt tradit Niger.

Tyrus, ſinus Perſici Straboni, vel maris Rubri inſula Stephano, quam ab Artemidoro *Tylus* per l vocari ſubdit Theophraſtus non ſemel meminit Tyli inſulæ Arabicæ, in mari Rubro. Vide Anatha.

Tyrus, inſula Syriæ, continenti finitima ante Tyrum ciuitatem. Ptolem.

Tyrus, Laconicæ, Lydiæ, item Piſidiæ, vrbs, apud Stephan.

Tyrus, locus & præſidium trans Iordanem inter Arabiam & Iudæam, non procul ab Eſſebonitidis regione, quem exactè deſcribit Ioſeph. 12. Antiquit.

Tyrus Italiæ vrbs circa Vlſinium lacum, vbi martyrologio Vſuardi & Adonis S. Chriſtianam martyrio affectam perhibent.

Tytea, vxor Noæ, in arca tempore diluuij ſeruata, Aretia, id eſt terra vocabatur ab Armeniis, quia mater omnium erat: & Eſta, hoc eſt, ignis, poſt mortem cognominata, quòd ipſa ſacrorum regina fuerat, puelláſque docuerat ſempiternum ignem ſacrorum inextinctum ſeruare. Beroſ. lib. 1. & 3.

Tyrtigias, latro fuit & plagiarius in Arcadia, qui res alienas, quas furto abſtulerat, vendita bat, eóque quæſtu diues factus eſt. Zenodotus apud Eraſmum in Chiliad.

Tzaffinum, elegans Africæ oppidum, muro ex montibus ſeptem arcem turribus firmam, ædificia frequenti numero nitide culta, & miræ altitudinis turrim oſtentat Anno 1508. Regis Portugalliæ præfectus, oppidum hoc Mauris eripuit.

V A

VABAR, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, Ptolemæo. *Biſmeo* apud Caſtaldum nominatur.

Vabrenſe Caſtrum, in Gallia G. Turonenſ. 9.

Vacallineus pagus, circa villam Arnwyler, quæ eſt ſupra Coloniam Vbiorum Treuiros verſus ſex milliaribus. in Gallia Belgica eſt. hic pagus adhuc hodie *Vachlendorff* nominatur, Ant. Morillonius.

Vacaria, ſiue Auacaria, Antonino locus in Africa Propria.

vacatum munimentum circa Perſidem, Ammian. 25.

vacca, fluuius eſt Luſitaniæ in Hiſpania, vt ſcribit Plin. lib. 4. cap. 21. eſt etiam vrbs, quæ *Ponte Vouga* Varrerio, ab Oroſio dici *Baccia* creditur, vt ſcribit eam à Q. Fabio Seruiliano deditione receptam *Vacca* apud Plin. lib. 5. cap. 2. flumen & oppidum eſſe oſtendit Varrerius ex archetypo Toletano: vbi legitur, *flumen Vacca, oppidum Vacca, oppidum Talabrica,* &c.

vacca. oppidum Numidiæ. Sallust. in Iugurth. vnde Vaccenſes.

vaccei, Hiſpaniæ citerioris populi: Plin. lib. 4. cap. 20.

vacomagi, Albionis inſulæ populi apud Ptolemæum. Sterlingum vrbem Scotiæ putat H. Boethius.

vacorium, vrbs Norici apud Ptol. lib. 2. c. 14. hodie Vilacum. *Villach* Germanis dicitur. Sabellico & Iouio teſtibus, oppidum Carinthiæ inter Alpium rupes ad Drauum fluuium.

Vacchoris, rex Ægypti fuit, qui relictis omnibus regiis opibus, parcè ac duriter in poſterum voluit viuere. Volat.

M Vaccus, dux Fundanorum in Priuernati bello, quum à L. Papyrio captus eſſet, ædes eius dirutæ ſunt, & bona publicata ob regnum ab eo affectatum. Vide Liu. 8. ab vrbe, & Ciceronem pro domo ſua.

vacoſus, dux Artaxerxis, templum Hieroſolymitanum violauit, vlciſcens mortem Ieſu, quem Ioannes frater interemerat. Ioſephus lib. 11. cap. 7.

vacua Straboni, Vacos Ptolemæo, Vacca Plinio, Luſitaniæ flumen. *Vouga* hodie Varrerio & Vaſæo.

vacuna, ruſticorum dea, quæ præeſſe vacantibus & otioſis putabatur: cui cùm agricolæ laboribus ruris vacarent, vt poſt perceptos fructus requieſcerent, per hyemem vota ſoluebant & ſacrificabant. Ouid. lib. 6. Faſtorum.

Nam quoque cùm fiunt antiqua ſacra Vacunæ,
Ante Vacunales ſtántque ſedéntque focos.

Hæc in agro Reatino inſigni habebat nemo-

ra,quorum meminit. Plin.lib.3.c.11.

Vada, locus inter Colonienſem & Traiectenſem vrbes, vltra Noueſium Rheno fluuio & cis adjacentem, in Ducatu Cliuenſi ſitus. Tacit. Eſt etiam Batauorum vrbs,quæ hodie *Vvageningh* dicitur, teſtibus Rhenano & Diuæo.

vadematius, Alemanorum rex, fines Gallorum vaſtauit.Ammian.lib.14.

vadimon,Iani cognomen apud Hetruſcos.

vadimonis lacus eſt, in quo fluctuant inſulæ, de quo Plin. multa commemorat. Cæcilius quadam Epiſtola ſic ſcribit. Exegerat ſocer meus, vt Ametina ſua prædia inſpicerem, hac perambulanti mihi oſtenditur ſubiacens lacus, nomine Vadimonis. Vadimonis lacum intelligunt, qui in agro Viterbienſi feruet, ſcatétque ſulphureis aquis. *Lago de Baſſanello* Leandro dicitur, ſed *Lago di Viterbo* Fabricio.

vaga, Latinis dici eum fluuium Cambriæ (ea Angliæ inſulæ pars eſt) qui Britannis *Govuy*, & Anglis *Vuy* vocantur, ſcribunt Lelandus & Lhuydus.

vagedruſa. Vide Arethuſa.

vageni, populi Alpini, ex Caturigibus oriundi. Plin.lib.3.c.20. Inter Alpinas gentes finitimi Centrones & Corianæ ciuitates, Caturiges, & Caturigibus orti Vageni, Ligures, Sil.

Tum pernix Ligur, & ſparſi per ſaxa Vageni.

vagitanus deus. Vide Vaticanus.

vagniacum, locus in Anglia, vt eſt in itinerario Antonini. *Vurethan* vicum putat Talborus in ſuis ad hoc itinerarium commentariis.

vahalis, Batauorum fluuius, aut potius pars Rheni apud Tacitum & Cæſarem, ſed *VValis.* eſt apud Cæſarem, vbi quædam exemplaria *Vacales* habent. *VVael* hodie dicitur. Tacitus Nabaliæ etiam fluminis meminit.

vaiezatha, filius Aman filij Amadatha, i. aſpergens thalamum, vel cubiculum: aut ex Syro & Hebræo, væ oliuæ. Eſt 9.9.

valachia, regio Septentrionalis perquam lata, à Tranſſyluanis incipiens,vſque in Euxinum protenſa pelagus, plana ferme tota, & aquarum indiga, cuius meridiem Iſter fluuius excipit. Pius Pont.11. Max.Eutrop.2.

valaſca, Bohemorum regina fuit, quæ facta cum cæteris mulieribus conjuratione, de exequendo virorum principatu, copiarum ductrix bellum mouit, interfectiſque viris, fœminas omnes aſſeruit in libertatem, ita vt inſtar Amazonum multos annos imperarint ſine viris, Volaterranus in Geographia.

valdo, vir quidam pius, qui vniuerſum patrimonium pauperibus erogauit, dictitans, inter Chriſtianos omnia communia eſſe debere. Ab hoc pauperes quidam Lugdunenſes, Valdenſes ſunt appellati.

valena, Ptolem. Pannoniæ ſuperioris vrbs, *Gran* ad Danubium Villanouano eſt.

valens, imper. pietatis & Chriſtianæ religionis hoſtis, ab aduerſariis barbaris igne crematus. Socrat.lib.8.cap.15.& 35. hiſt trip.

valentia, Hiſpaniæ citerioris vrbs,tribus millibus paſſuum à mari remota vt author eſt Plin. lib.3.cap 3.Ptol.lib.2.cap. 10 & Mela lib.2. Eſt & Valentia, iuxta Viennam ad Rhodanum, Allobrogum ciuitas, vt docet Plin. lib.3. cap.4. Hodie *Valence*. De Annibualentia, quaſi Annibalis Valentia, vide in Hipponio.

Hanc Valentiam antea *Romam* dictam à Romo Hiſpanorum quondam rege ſcribit non ſolùm Annius in Manethonem, ſed etiam Beuterus in ſuo Hiſpaniæ Chronico. Nummus æreus in Goltij hiſtoria eſt,qui habet, *Col.Iul.Val.* vbi nonnulli legunt, *Colonia Iulia Valentia.*

valentia, Ammiano 28. Britanniæ inſulæ pars,quam Gyraldus Cambrenſis vocat *Scotiam.* vide Britanniæ & Iapygia.

valentinianus, XLIIII. Rom.Imperator,regnauit annis VII. anno ſalutis 388.

valentinianus cum Theodoſio, XLVIII. Romanorum Imperator,regnauit annis XXX. anno ſalutis 426.

valentinus, XCVIII. Rom. epiſcopus, annis XL. anno ſalutis 829.

valentinus, hæreticus, Chriſtum in ſubſtantia corporis noſtri non fuiſſe aſſeruit, anno ſalutis 141.

valeponga, Hiſpaniæ vrbs, Anton. inter Liminium & Cæſaraugeſtam.

valeria, nomen proprium Meſſalarum ſororis, quæ, amiſſo Seruio viro, cum rogaretur, cur alteri non nuberet, ait, Sibi ſemper maritum Seruium viuere.

valeria Colonia, Corſicæ inſulæ vrbs Ptolemæo. *Leria* dicitur Pineto, ſed *Aleria* non Valeria eſt in Græcis exemplaribus, ſic etiam Plinius & Antoninus.

valeria,Ptolem.3.cap.3.oppidum Hiſpaniæ, à qua Valerienſes populi, Plin.lib.3. cap.1. *Querca* dicitur Cluſio & Taraphæ. In Caſtella noua (vt vocant) ſita eſt.

valeria, regio in vltima Germania verſus Orientem, quæ hodie Sciria vocatur, vt placet Æneæ Siluio. Rhenanus *Crabaten*, Lazius *Styriam* interpretatur.

valeria via, in Sicilia inter Meſſanam & Lilybæum, Strabo. Eſt quoque *Valeria* via Italiæ hodie ea *Il piano di Perito, & della Celle* vocari auctor eſt Cioſanus 4. Triſtium Ouidij.

valeria, Latina vrbs in via Valeria, Strab.

valeria, Diacono in Longobardicis Italiæ regio eſt XIII.in qua Tibur,Carſuli,Reate, Furconium, Amiternum, Marſi, & Fucinus lacus.

vale-

Valeria virgo cùm Valerios peſtis inuaſiſſet, ab oraculo commonefacta: malum id ceſſaturum, ſi quotannis Iunoni virginem immolarent: in ſortem eſt ipſa vocata: ſed Luperea enſem corripuit, & impoſita ſoco virgula, cum malleo, enſem iuuencæ, penes templum paſcenti, impoſuit. Virgo igitur, re intellecta, immolata iuuenca malleum arripuit: domúmque & agros circumluſtrans, ictu parcente, feriebat: cumque vnicuique valedixiſſet, eos exſuſcitabat incolumes. Quocirca & hoc tempore myſterium illud fieri conſtat. Plut. in Paral.

Valeria Tuſculanaria, quo pacto dolis cum patre Valerio coïerit, & ex eo filium ſuſceperit, vide in verbo Syluanus.

Valerij priùs Valeſij, teſte Quint. appellati, ſicut Fuſij deinde Furij.

Valerius, L. Valeſij filius, qui primùm de Veientibus, deinde de Sabinis, poſtremò de vtriſque triumphauit. Hic quia in locum Tricipitini collegæ conſulem non ſubrogauerat, & domum in Velia tutiſſimo loco habebat, in ſuſpicionem regni adfectati venit: quo cognito apud populum queſtus eſt, quòd tale aliquid timuiſſent. Quapropter emiſit qui domum ſuam diruerent, ſecures etiam faſcibus dempſit, eáſque in populi concione ſummiſit, legem de prouocatione à Magiſtratibus ad populum tulit. Hinc Publicola dictus. Quum diem obiiſſet, publicè ſepultus, & annuo matronarum luctu honoratus. Hic quadriga primus in triumpho vectus eſt ſine vlla inuidia: præterea collegæ Bruto honores funúſque curauit, funebremque orationem de ipſius laudibus habuit: quæ adeò iucunda fuit Romanis, vt ex eo conſuetudo manarit, vt qui ſtrenuè pugnando occubuiſſent, ab optimatibus laudarentur. Author Plutarch.

Valerius, M. Publicolæ frater, conſul vnà cum Poſthumio Tuberto factus, ac contra Sabinos profectus, rem feliciter fratris auſpiciis & adminiſtratione geſſit. Ex quo publicè ei domus ędificata, cuius fores extra honoris gratia aperiebantur, cùm cætera intus procederent.

Valer. Coruinus, Tribunus militum, ſub duce Camillo reliquias Senonum perſequente, aduerſus Gallum prouocatorem ſolus proceſſit. Coruus ab ortu ſolis galeæ eius inſedit, & inter pugnandum ora oculóſque Galli reuerberauit, & hoſte victo, Valerius Coruinus dictus fuit. Hic quum ingens multitudo ære alieno oppreſſa, Capuam occupare tentaſſet, & ducem ſibi Quintium neceſſitate magna compulſum feciſſet, ſublato ære alieno ſeditionem compreſſit. Hæc Cæcilius. Liuius verò addit, de Samnitibus eum triumphaſſe, ſexies conſulem fuiſſe, hoſtes T. Manlij morte exultantes compreſſiſſe. Vixit præterea, teſte Valerio, corporis & animi viribus integris annos centum. Lege Liuium lib. 7. Dec. 1.

Valerius Potitus poſt Decemuiralem inuidiam plebem in patres incitatam legibus & conditionibus ſuis mitigauit: vnde Potiti, nomen adeptus. Primus quoque conſul, poſt Decemviros, cùm Volſcos, Æquóſque ad Algidum magna laude debellaſſet, triumphus ei à patribus negatus fuit. Sed ſuadente Icilio, Trib. pleb. primus ſine authoritate Senatus triumphauit cum collega ſuo M. Horatio. Quamobrem Maximi cognomen adeptus eſt: quod nemini à Senatu præterquàm Fabio Maximo conceſſum eſt, vt ſcribit Plut.

Valerius Leuinus conſul, cum Pyrrho prælio congrediens, in Lucania infœliciter pugnauit. Iterum poſtea conſul contra Agrigentum miſſus, ac ſuperato Hannone duce Carthaginenſium, oppidum in poteſtatem recepit, Senatum ſecuri percuſſit. Alter Valerius Leuinus, contra Philippum Macedoniæ regem fœliciter bellum geſſit, teſte Liuio lib. ſeptimo. decad. 2. belli Punici.

Val. Flaccus M. Catonis familiariſſimus, eundem ex agro Tuſculano ad Remp. adduxit, pariter & inſtruxit, vt ait Plutarch. Conſul cum eodem Catone circa Mediolanum, vt Liuius teſtatur, cum Gallis & Inſubribus & Boiis collatis ſignis pugnauit, vbi decem millia hoſtium ſunt cæſa. Cauſam mulierum de abroganda lege Oppia contra collegam ſuum Catonem obtinuit: quorum vide apud Liuium elegantes vtriuſque orationes, lib. 4. de bello Macedonico.

Valerius Soranus, poëta quem Cicero in libris de Orat. doctiſſimum togatorum appellat. Plu. verò virum philoſophum, & eruditum dicit, ac interfectum à Cn. Pompeio fuiſſe. Valerius Antias, ſcriptor hiſtoriæ ſæpe ab authoribus teſtis citatur, vt à Liuio.

Valerius Procillus militauit ſub Cæſare in Galliam miſſus legatus ad Ariouiſtum, vt eſt in Comm. Cæſaris.

Val. Maximus hiſtoricus, ſcripſit dicta ac facta memorabilia ad Tiberium Cæſarem. Militauit ſub Sex. Pompeio, vt ipſe de ſe teſtatur, vbi de inſtitutis antiquis loquitur.

Valerius Martialis, epigrammatum ſcriptor.

Valerius Aurelianus XXXIII. Romanorum imperator regnauit annis V. menſ. VI. ann. ſalutis 2 2.

Valerius Maximus Baſilius, conſ. ab vrbe condita 219.

Valerius Torpilianus Trachala, conſul, ab vrbe condita 820.

Valerius Torquatus pro reip. ſalute obiit mortem. Nam cùm Paulus Æmilius reſponſum

acceperat ex oraculo, victoriam ſe reportaturum, ſi aram in eo loco ædificaret, vbi inſignem cum curru hominem demerſum aſpiceret: poſt tres demum dies Valerius Torquatus (ſic enim in ſomnis fuerat admonitus) ſumptis ſacerdotalibus inſignibus (nam augurali ſcientia præditus erat) educto exercitu, & multis ante ſe interfectis, à terra abſorptus eſt. Tum Æmilius, ſtructa ibidem ara, victor euaſit: ex qua victoria centum ſexaginta turres geſtantes Elephantos Romam miſit. Ex quo autem tempore ſuperatus eſt Pyrrhus, ex ara ipſa eduntur oracula. Plut. Paral.

Valerius Flaccus, poëta Patauinus, quem Martialis alumnum Antenoreum vocat. Argonautica, quæ adhuc extant, ſcripſit: & Veſpaſiani imp. tempore vixit. De hoc Quintilianus,

Multū, inquit, *in Valerio Flacco nuper amiſimus.*

valeſium: vide Aleſium.

valeſius, pro Valerius, dixerunt antiqui, & poſtea vſus inualuit, vt in familiæ cognomen tranſierit: quo cognomine regia Francorum celſitudo nunc inſignitur.

valinſa, eſt in Alpibus regiuncula, quæ hodie *Walliſſerlandt* vocatur. Eam olim tenuere *Viberi, Veragri* & *Seduni.* Ioſias Simlerus.

vallata Antonini habet Cluſius pro ea ciuitate Hiſpaniæ, quæ hodie *Vanenca* dicitur, circa Aſtorgam.

vallatum Antonini *Veilenbach* Simleri eſt, Rhetiæ oppidum.

vallius Syriacus citatur Senecæ inter celebres ſui ſæculi declamatores. Ejus eſt illud in Stertinium Maximum à quo premebatur quum comes ejus fuiſſet, *Per duodecim annos in officio tuo fui. Dic quid peccauerim? Sed hæc eſt conſuetudo veſtra, iniuriam vocatis finem ſeruitutis.* Initio 2. Declamationum.

vallonia putabatur dea, quæ vallibus præerat.

Vandali, ſiue, vt Plin. lib. 4. c. 14. & Straboni lib. 7. placet, Vindelici populi ſunt Germaniæ, qui vt ait Volaterranus, paucis antè annis, quàm Gothi Romam caperent, Gallias inuaſere. Inde in Hiſpaniam trajecto Pyrenæo, penetrantes loca circa Bæticam, quæ Vandalis poſtea dicta eſt, occupauerunt. *Vandales* vocat Cranzius, *Bohemos, Polonos, Reſſes, Dalmatas*: has enim omnes regiones Wandaliam comprehendere ait. Vernacula lingua *VVenden* & *VVinden* nominantur.

vandalis, regio Europę Septentrionalis, à Vandalo fluuio qui regionem interfluit. A qua populi Vandali immanes & ferociſſimi.

vandalus, Argiuorum rex, apud Thuſcones regnauit, & hujus regis Tacitus meminit. Hinc Vandalorum gens, quæ lingua Sclauonica vtitur, denominata eſt, *die Vuenden*: è quibus nunc multæ maxime quę gentes diuiſæ ſunt, Poloni, Bohemi, Sclauonij, Crotij, Vandali ad Marchiam Germaniæ, Vandali in Thracia, &c. quorum lingua Turcorum aulici frequenter vtuntur.

vangiones, populi ſunt Galliæ Belgicæ Coloniæ Agrippinenſi finitimi, hodie Vormacienſes. Lucan. lib. 1.

Et quia te laxis imitantur Sarmata braccis.

Vangiones.

Meminit horum Cornel. Tacitus lib. 20. & Plin. lib. 4. cap. 17. *Vvormbſer Biſhumbs* B. Rhenano & Lichtenauio. *Vvormatiam* vrbem olim vocatam *Vangionum Speculam* ex antiqua ibidem inſcriptione colligit Ioannes Heroldus.

vania, nomen viri. 1. Eſd. 10. Lat. nutrimentum ſiue arma Domini.

vannius, Sueuorum rex, à Iubilio Harmonduorum rege pellitur, ab vrbe cond. 9.

vapingum, Galliæ Narbonenſis vrbs apud Anton. *Gap.* Simlero eſt.

vaphres, Ægyptiorum rex, regnauit annis xxx. anno mundi 3360.

vapſi, pater Nahabi principis tribus Nephthali, Num 13. Lat. fragmentum, vel particula, diminutio, vel diminutus.

varalij, in ora Dalmatiæ populi, quos poſteri *Ardiaos* vocauere: *hos à mari in mediterranea* abegerunt, coegeruntque agriculturæ vacare Strabo. videntur Ptolemæi, *Vardei* quos Italiæ quondam populatores vocat Plinius.

varamus, Venetorum fluuius, Plin. à Leandro *Calero* interpretatur.

varanes, Perſarum rex, regnauit annis 11. anno ſalutis 389.

varat, Æſtuarium, Ptolemæo Albionis inſulæ. Hodie *Murai firth* vocatur.

vargiones, Germaniæ populi Ptolemæo, Scudo *Baar Landtgrafſchafft* videtur, ad fontes Danubij regio.

varianus vicus, Antonino locus eſt inter Patauium & Bononiam, *Frigarola* fortè hodie.

varini, Germaniæ populi apud Tacitum. *Neuwe Marck*, pars Brandeburgicæ Marchiæ fortè, vt Willichius ſcribit. Althamerus cenſet hos *Vuarmienſi* vrbi Epiſcopali, in Pruſſia nomen reliquiſſe.

variſti, Ptolem. ſunt *Nariſci* Tacito vt putant Peucerus & Willichius. Vide Nariſci.

varius poëta Tragicus fuit, Virgilij & Horatij familiaris, vnus ex ijs, quibus Auguſtus Æneidem commiſit emendandam. Horat. 1. Satyr. 5.

Plotius & Varius Sinueſſæ, Virgiliúſque
Occurrunt, &c.

varmundus, Hieroſolymitanus patriarcha, ann.

ann. ſalutis 122.

Varro, poëta Romanus, quem Fabius Quintil. inter peritiſſimos Satyræ ſcriptores enumerat. Eius verba lib. 10. c. 1 hæc ſunt, Alterum illud eſt & prius Satyræ genus quod non ſola carminum varietate miſtum condidit Terentius Varro, vir Romanorum eruditiſſimus. Plurimos hic libros & doctiſſimos compoſuit, peritiſſimus linguæ Latinæ, & omnis antiquitatis, & rerum Græcarum noſtrarúmque, plus tamen ſcientiæ collaturus, quàm eloquentiæ. A diuo Auguſtino etiam literatorum doctiſſimus appellatur. Eſt & alter Varro, cuius meminimus in dictione Terentius.

Varus, Syriæ præſes, anno ſalutis 3.

Varus Pergæus, fuit quiſpiam, qui verbis aſſentatorum corruptus, perſuaſit ſibi ſe omnium eſſe formoſiſſimum, arte quoque & robore in palæſtra omnes excellere, imò ne Muſas quidem cantare ſuauius.

Varus, Straboni fluuius eſt Galliam Narbonenſem à Liguria dirimens.

Varus Quintilius, Galliæ Ciſalpinæ præfectus fuit ſub Auguſto, cuius auxilio Virgilius amiſſos recuperauit agros: cuius beneficij memor Poeta, ſexta illum Ecloga miris laudibus in cœlum extollit. Hic poſtea Germanico exercitui præfectus, dum fœderibus nuper initis plus ſatis confidit & à belli cogitatione ad ius dicendum ſe conuertit, repente ab Arminio circunuentus, cum tribus legionibus obtruncatur. Mortem eius deflet Horatius lib. 1. Carm.

Vaſatæ, vrbs Galliæ Narbonenſis. Pauſ. ad Auſonium.

Quique ſuperba tua contemnis mœnia Roma,
Conſul, arenoſas non dedignare Vaſatas.

Puto eam eſſe quæ vulgò dicitur *Bazas*.

Vaſcones, populi citerioris Hiſpaniæ, quà in Gallicum & Britannicum Oceanum vergit, ad Pyræneum poſiti. Hi à Metello Romanorum duce obſeſſi, in tantam famem compulſi ſunt, vt humana carne veſcerentur. Iuuenalis Sat. 15.

Vaſcones, vt fama eſt, alimentis talibus vſi,
Produxere animas.

Vaſconum ſaltus, Plinio Hiſpaniæ tractus à Pyrenæo ad Oceanum. *Lepuſcoa* Pinetus vertit.

Vaſio, Narbonenſis Galliæ Vocontiorum oppidum: vt ſcribit Pomp. Mela. lib. 2. in deſcriptione Galliæ Narbonenſis.

Vaſſeni, i. ſecundus vel dualis, ſiue mutatus, aut coccineus, vel deus aut annus meus primogenitus filiorum Samuelis. 1. Par. 6.

Vaſſionenſe oppidum meminit Sidonius li. 5. epiſtolarum ad Apollinarem. eius lib. 7. ad Fonteium. fortè hæc Vaſiorum ciuitas Ptolem. eſt in Gallia Narbonenſi, quam Vaſſerius putat *Vaſio Vocontiorum*, apud Melam eſſe, & *Forum Vocontium*, apud Cic. in Epiſt. quæ incipit Anton. *Vaſio* Plinij apud quem nonnulla exemplaria malè *Vaſco* legunt. Vide Forum Vaconij.

Vaſthi, vxor Aſſueri regis. Eſth. 1. Lat. bibens vel potans, aut duplicans vel ponens, aut ſtamen.

Vataſtica, inſula in fluuio Rheno, finitima Batauis & Phryſiis, quæ eſt Diœceſis Traiectenſis. Tacitus.

Vaticanus, collis eſt, non procul à Tiberi, ſupra molem Adriani, conterminus Ianiculo, vinum quidem ſatis copioſum gignens, ſed parum laudatum Martial lib. 1. ep. 19.

Quid te Tucca iuuat vetulo miſcere Falerno,
In Vaticanis condita muſta cadis?

Dictus Vaticanus ſiue à vaticiniis, quæ eo in monte dabantur: ſiue à Vaticano Deo montis huius præſide, penes quem eſſe putabantur humanæ vocis initia. Gell lib. 16. cap. 17. Et agrum Vaticanum, inquit, & eiuſdem agri Deum præſidem appellatum acceperamus à vaticiniis, quæ vi atq; inſtinctu eius Dei, in eo agro fieri ſolita eſſent. Sed præter hanc cauſam Marcus Varro in libris Rerum diuinarum aliam eſſe tradit iſtius nominis rationem. Nam ſicut Aius, inquit, Deus appellatus araque ei ſtatuta eſt, quæ eſt in infima noua via, quòd in eo loco, diuinitus vox ei data erat: ita Vaticanus Deus nominatus penes quem eſſent vocis humanæ initia: quoniam pueri ſimuláque parti ſunt eam primam vocem edunt, quæ prima in Vaticano ſyllaba eſt. Idcircò vagire dicitur exprimente verbo ſonum vocis recentis. Hactenus Gellius.

Vatinius, cùm eſſet dignitati Cic. ſemper aduerſus, ita poſtea præualuere amicitia, vt duobus iudiciis publicis ab eo ſit defenſus. Author Valerius. Hic cùm eſſet imprudentiſſimus, eleganter à Seneca deſcribitur, Vatinius, inquit, aſſiduo conuitio depudere didicerat.

Vatrenus, amnis apud Plin. qui hodie Forum Cornelij alluit, vt Niger tradit. Leander eum *Santerno* vocat.

Vatuca, ſeu Ratuca, inter Belgas caſtellum quaſi in medijs Eburonum finibus, non longè à colle vno, ſyluis & tumulo ac magna conualle, vbi Titurius & Aurunculeius Romani hyemantes cum legione vna & quinque cohortibus à duobus Eburonum regibus dolis intercepti ſunt. Id caſtellum proximum fuiſſe Limburgenſibus, nec longè ab Aquiſgrani vrbe veriſimile eſt, forſan ab eo loco, vbi nunc eſt Caſtellum, cui Valcatus mons nomen eſt: Cæſar in Comment. *Valck nburg* aut *Gulick* (quod Galli *Iuliers* vocant) videtur. Nonnulli hic *Vatruca* habent. Rhenanus libenter *Ratuca* legit, & ex eo *Hertzogenrode* facit. De hoc loco Cæſaris ſic ſcribit Fuluius Vrſinus in ſuis emendationibus.

Digitized by Google

Vannia, Italiæ ciuitas, Venetiæ propinqua, Ptol.authore lib.3.c.1.Vulgò *Lonino*.

V B

Vbij, inter Galliæ Belgicæ populos ad Rhenum Coloniæ Agrippinenſi finitimi ponuntur. Plin.lib.4.cap.17.*Vbich*, pagus in agro Iuliacenſi fortè horum nomen ſeruat, Althamerus hos ſcribit à Strabone *Vbios*,& à Plinio *Incubes* dici, ſed mala lectione, nam hic *Vbij* legitur apud Plin.lib.4.c.17. Strabo quoque *Vbios* habet. vide Agrippina Colonia.

Vbil,nomen viri,1.Paral.27.Lat. adductus vel portatus,aut luctuoſus,vel veteraſcens.

V C

Vcalegon, vnus ex Troianis proceribus, qui belli tempore, quod annis confectus eſſet prælio abſtinuit, vt refert Hom. 13. Iliad. Virg. 2. Æneid.

—iam proximus ardet
Vcalegon.

Quo in loco domini nomen figuratè pro ipſis ædibus poſuit.

Vcia,Ptol.lib.2 c.4.Plin.lib.3.c.1.Vria Hiſpaniæ ciuitas.Vide Vrium.

V D

Vdenoe.Vide Iſtus.

V E

Vebrich.Gotthorum rex,anno ſal.347.

Vectaris, Vincentiæ Comes, Sclauos, qui Hiſtriam & Dalmatiam incolebant,volentes Arnefridum filium Lupi, in paternum reſtituere Ducatum, multis incommodis affectos, ſignauit. Blond.

Vecteri,vide Veliates.

Vectis,inſula Britannici maris,vt ſcribit Ptol. lib.2.c.3.vel, vt alij Oceano Septentrionali verſus Thylen. *Vuyth* incolæ vocant, in qua ſunt oppida *Calborel* & *Newport*.

Vectius Meſſius, Volſcorum rex,anno mundi 3135.

Vectius Marcellus, Neronis imper.fuit procurator:cuius prædia,ab vtraque parte viæ publicæ ſcilicet prata & oleæ,in ſedes contrarias tranſgreſſa fuêre, quod maximè mirandum eſt. Plin. lib.c.83.

Vectiones, populi Hiſpaniæ citerioris, ab Aſturibus Durio amne diſcreti, teſte Plin. lib. c. 20.Lucan.lib.4.

Vectionéſque leues,&c.

Vacceis & Celtiberis proximi, vt ſcribit idem Plin.lib.3.c 3.

Vedius Pollio eques Romanus ex amicis Augusti, & multum apud illud potens, muranarum viuariis ſeruos damnatos immergere ſolebat. Accidit autem aliquādo, vt quum Auguſtus apud ipſum cœnaret, vnus è ſeruis calicem cryſtallinum frangeret. Ex quo rapi eum ad mortem, & murænis objici Vedius iuſſit. Puer ad Cæſaris pedes fugit,non mortem quidem deprecans,ſed ne piſcium eſca fieret.Ibi motus nouitate crudelitatis Cæſar,& puerum dimitti & cryſtallina protinus omnia perfringi,piſcinámque compleri iuſſit Seneca, Plinius & alij. Crudelitatis Vedianæ meminit quoque Tertullianus in libro quem inſcripſit de Pallio.

Vedra, fluuius Britanniæ inſulæ. Ptol.libro 2. cap.3.*Vuere* vulgò,ſeu *Tuuede* hodie dicitur.

Vegeſatum, Galliæ Belgicæ oppidum,meminit eius auctor, qui vitam Henrici IIII. Imper. ſcripſit, vt tradit Diuæus H. Leodius *VVeſes* (quod Galli *Viſe* vocant) interpretatur, in ripa Orientali Moſæ fluminis eſt, medio itinere inter Leodium & Traiectum.

Vegeti, Aſiæ populi, Murthanis, Cappadocibus,Comagenis,& Armeniis vicini,vt ait Pomp. Mela.lib.1.

Vegerius Flauius Renatus, Comes Conſtantinopolitanus,ſcripſit ad Valentinianum principem libros quinque:Epitomen, videlicet inſtitutionem rei militaris, de commentariis Catonis Auguſti Traiani, & Hadriani, principum, ac Frontini. In primo electionem docet iuniorum, ex quib. locis vel quales milites probandi ſunt, aut quibus armorum generibus exercitus imbuendi. Secundus veteris militiæ continet morem,ad quem pedeſtris, inſtitui poſſet exercitus. Tertius, omnium artium genera, quæ terreſtri prælio ſunt neceſſaria,exponit. Quartus,vniuerſas machinas,quibus vel oppugnantur ciuitates, vel defenduntur,enarrat,naualíſque belli præcepta ſubnectit.Ex Raphaëlis Volater.lib.22.

Veia, venefica quædam mulier,cuius meminit Horatius Epod.5.

Veibenus,rex Latinorum,ex familia Vetuloniæ,Tuſcis imperauit ante vrbem condit.815.

Veientes, populi bellum contra Romanos ſuſceperunt, victi pacem in 100. annos impetrarunt.anno vrbis 54.

Veij, Plutarcho, vrbs fuit Hetruriæ, non procul ab vrbe Roma,quam Camillus poſt decennalem obſidionem per cuniculos cepit. Tanta autem fuit vrbis huius claritas,tanta ſitus opportunitas, vt Romani exuſta deformatáque à Gallis vrbe,Veios potiſſimùm delegerint,quò Romani imperij ſedem transferrent, à quo incœpto grauiſſimis Camilli concionibus ægrè ſunt reuocati. Huius incolæ dicti ſunt Veientes, Fabiorum clade notiſſimi. Hinc Veientanus,a,um,poſſeſſiuum:vt vinum Veientanum. Horatius 2.Ser. Satyra tertia.

Qui Veient anum feſtis potare diebus
Campana ſolitus trulla, vappámque profeſtis.

Veiouis, apud Romanos inter ſiniſtra ſeu noxia numina habebatur, quem non auxilij alicu-

ius

Digitized by Google

ius ſpe venerabantur, ſed ideò tantùm, ne quid ipſiæ noxæ inferret. Huius ſimulachrũ effingebatur ſpicula manu tenens, eaque minaciter intentans. Vnde quidam eundẽ cum Apolline eſſe putarunt, qui ſpiculis, hoc eſt, radiis ſuis multa morborum genera immittit. Cicero 3. de natura Deorum. Quid Veioui facies? quid Vulcano?

Vel, i. aut Deus ſine aut fortis, vel deſiderans Deum, nomen viri. 1. Eſd. 10. 34.

Velabrum, locus in vrbe iuxta Auentinum montem velis obtenſus ab quibus oleum & ſimilia vendebantur. Plautus in Captiuis,

quaſi in Velabro oleary.

Horat. Serm. Satyra tertia,

Cum ſcurris fartor, cum Velabro omne macellum

Manè domum veniant.

Hinc Velabrenſis, & hoc enſe, Martial. lib. 11. Epigrammatum,

Vel Velabrum ſi maſſa recocta foro.

Inde Velabrenſis caſeus, qui in Velabro conficiebatur, cunctis præferendus. Mart. lib. 13:

Non quemcunque focum nec fumum caſeus omnem,

Sed Velabrenſem qui bibit, ille ſapit.

Velauni inter Alpinas gentes, Plinio commemorantur lib. 3. c. 20.

Velia, Stephan. Lucaniæ oppidum, in ſinu Pæſtano conditum à Phocenſibus, antea Elea dicta & incolæ ipſi Eleatæ. Hinc deducitur adiectiuum, Velinus, a, um. Virg. Æneid. 6.

portúſque require Velinos.

Eyle & *Belea*, Stephano quoque dicitur. Strabo *Eleam* ſuo tempore; antea *Hyelam* & *Ellam* appellatam ſcribit. *Elea* quoque apud Stephan. eſt: *S. Bonifacio* eſt Barrio, *Vlaſtra* Nigro nominatur, ſed *Polycaſtro* Pyrrho Ligorio. item *Scalea* Pandulfo.

Velcera, Ptolemæo Illyridis oppidum, Theuetus hoc *Becharin* vocat, & addit quoque *Neufchaſteau caſtello nono* forte appellari.

Veldidena, Germaniæ vrbs Antonino, Simlero eſt *Wilten*, oppidulum prope Oenipontem.

Veliates, cognomine Vecteri, Italię populi in octaua regione, Plin. lib. 3. c. 5.

Velicer, fluuius, de quo ſic Sidonius in Panegyrico ad ſocerum ſuum,

Bructerus vlvoſa quem Velicer abluit vnda.

Goropius arbitratur eum deſignare, qui in Weſtphalia paulò ſupra vicum *Velen* dictum, è ſyluis ſumit exordium, non longè à Veſto caſtello in Iſalam deferendus quod ſi verum eſt, hodie *Aa* vocabitur.

Velina, regio in vrbe, Palatino monti coniuncta, in qua Valerij Publicolæ, & Victoriæ, deorum penatum ædes erant. Dicta Velina, quod ibi paſtores Palatini vellere lanam ſint ſoliti, vnde Velinus lacus Plin. 53. cap. 1. Alij dupli ci ll ſcribunt.

Velinus lacus, cujus meminit Tacitus in Vmbria eſt. & *Tago de terni*, dicitur, vt ſcribit Georg Fabr. vel *Lago de Pie de Luco*, vt Leander Albertus. *Velini* fontes habent. Virgilius & L. Florus.

velitra, ciuitas Volſcorum inſignis fuit, quibus victis Romani agrum Veliternum ademerunt, vt ſcribit Liuius libro ſeptimo. Inde etiam Veliterni populi, Velitrarum incolæ dicti quos commemorat Plinius libro tertio, capite 5. Ex ea vrbe gẽtem Octauiam fuiſſe teſtatur Suetonius in Auguſto. Eò coloni ab vrbe miſſi ſunt, vt inquit Liuius libro ſecundo. Refert Dionyſius libro ſeptimo, peſtilentiam adeò Velitras eſſe depopulatam, vt ex decem partibus Veliternorum vix vna ſuperfuerit. *Belitra* Stephano, & hodie *Belitre* vt habet Leander.

vellaunij, populi inter Celtas, proximi Helleuteris, Cadurcis, Gabalis, & Auernis, quorum ſub imperio eſſe conſueuerant. Ciuitas eſt epiſcopalis in prouincia Bituricenſi nomen retinẽs: à multis tamen Sancti Flori ciuitas. Simplici l ſcribit Ptolemæus: Plinius etiam Velauni. hodie eorum tractus *Vallania* dicitur & *Velaij* eorum oppidum, vt docet Ioannes Poldus. *Velaye* vocari eorum regionem oſtendit Orentij tabula.

vellaudunum, oppidum in Lotharingia: vulgò *Villeneufue.*

vellaunodunum, oppidum Senonum inter Celtas, propinquum Agendico Senonum oppido, & Gebano oppido Carnutum: nec longè ab Auarico & Nouioduno oppidis Biturigum. Marlianus in deſcript. locorum Cæſaris.

vellaunodunum Cæſaris, & Autricum Ptolemæi eadem vrbs putatur à Paradino cum *Antiſiodoro* Antonini (quo loco nonnulla exemplaria *Altiſiodorum* legunt) *Autoſidurum* habet Ammianus lib. 16. Hodie *Auxerre* dici ſcribit Rob. Cœnalis vrbs eſt in Burgundionibus, vino, quod inde nomen habet, nobilis. Hanc *Auxerre* vult Simlerus *Axuena*, apud Antoninum nominari. De Villaunoduno vide Annotationes Vigenerei in Cæſarem, vbi docet potius conſtitui debere vbi hodie *Chaſteaulandon* eſt.

vellica, Ptolem. Cantabrorum vrbs mediterranea. *Victoria* hodie Villanouano.

vellina. vide Velina.

vellocaſſes. Galliæ Lugdunenſis populi, Plin. lib. 4. c. 8 Lugdunenſis (inquit) Gallia habet Lexouicos, Vellocaſſes, Galletos Venetos, Abrincatuos, Oſiſmios, flumen clarum Ligerim Marlianus ſcribit hodie *Caſſel* (quod eſt oppidum Flandriæ in cacumine montis ſitum) occupare.

Dinæos *Vergaſſins* ex eis facit ad Sequanam quorum oppidum primarium Giſortium dicitur. Idem Cœnalis *Verocaſſes* per r legit Vigenereus, atque eos in Hannonia ex conjectura collocat. Sed longè hinc migrare eos cogit Pet. Pithœus in ſuis aduerſarijs. Is enim eos in vltimis Aremoricæ Galliæ finibus ponit, adeò vt Oceanum penè digito tangant: vocatque eos *Bellocaſſes* & *Veliocaſſes* apud Cæſarem, Item *Baiocaſſes* apud Auſonium: videntur quoque à Ptolemæo *Venelioceſij* appellari.

velona, vulgò dicitur Epiri ciuitas, quæ Apollonia.

venafrum, ciuitas Campaniæ abundans oleis Mart. lib. 13.

Hoc tibi Campani ſudabit Bacca Venafri.

Horat 2. Carm. Ode 6.

— Viridique certat
Bacca Venafro.

Hinc deducitur adjectiuum venafranus: vt Ager venafranus, oleum venafranum: quod & venafranum dicitur abſolute Iuu. Sat. 5.

Ipſe Venafrano piſcem perfundit.

Venafri vocantur à Leandro.

venuntius Iunior, conſul, ab vrbe cond. 219.

venantodunum, id eſt, venatorum mons, vt ſcribit Lelandus qui hoc Anglię oppidum ſic vocat, quod incolæ *Hundentune* appellant.

venaria, inſula eſt in mari Tuſco, vt ſcribit Plin. lib. 3. c. 6

vencellaus, Bohemorum rex vi. anno ſalutis 1280.

vencellaus, vencellai filius, vii Bohemorum rex, apud Olomutium interemptus, anno ſalutis 1305.

vencellaus qui ab Hungaris Ladiſlaus, vencellai Bohemiæ regis filius accepto diademate, in Bohemiam ſe recepit, regnauit annis iii an. ſal. 132.

venedi, Germaniæ populi Tacito, *Vuinland* ad venedicum ſinum, ſeu Balticum, Herberſteinio eſt vide vindeli.

veneli, Gallię Lugdunenſis populi apud Ptolemæum apud Cæſarem *Vnellos* vocari putat Villanouanus, Blagio Vigenereo ſunt qui hodie vulgò dicuntur *Percherons*.

veneti 1. vide Nebriſſa.

veneris portus, Gallię inter Pyrenei promontoria oppidum. Author Pomp Mela lib. 2. Strab. Aphrodiſium nominat, Veneris templũ: Ptolem.

veneti, Britannię Armoricæ populi, terra, marique bellicoſiſſimi & antiquiſſimi. vulgò *Ceux de Vannes en Bretaigne*. Cæſ Bell. Gall.

venetiæ, ciuitas inſignis in mari Adriatico, quæ anno à natali Chriſto quinquageſimo quarto ſupra quadringenteſimum condita fuit, quo an. Attila rex Hunnorum Aquileiam euertit. Eſt & venetia, nomen alterius ciuitatis in Gallia nempe in ea parte quæ à Britonibus incolitur, de qua Cæſar in ſuis commentarijs multa: eſt autem maritima, Gall. cè, *Vennes en Bretaigne*. vide Veneti.

venetiarum hiſtoriam ſcripſerunt Sabellicus, Bembus & alij, ex quorum laboribus quæ ſequuntur in gratiam vrbis celeberrimæ collecta ſunt: Anno Chriſti 421. Aquileienſes & Patauini, Hunnorum terrore, & ob vrbium ſuarum interitum, Adriatici maris inſulas fuga occuparunt, & initio in Riuum altum ſe recipientes, prima Venetiarum vrbis fundamenta iecere. Sita eſt vrbs intimo ſinus Adriatici receſſu. Inſulas ferè 60. (adjectis tandem alijs duodenis) paruo inter ſe ſpatio disiunctos, intercurrentibus Euripis, continens: quas à vehementiori maris impetu, agger tenuis, littus vocant, artificio prouidæ naturæ prętentus, tuetur. Excurrit in longum millia ferè 31. curuus inſtar arcus & oſtijs quinis interruptus, quæ ſingula modicum portum efficiunt, & nauigijs, aquiſque marinis aditum in æſtuaria prębent. Opportuna habet flumina, quibus res omnes, cùm ad hominum vſum neceſſitatémque, tum ad delicias inueniuntur. Innumer. hic hominum, varijs ex orbis partibus, multitudo negotiatur. Ciuitas tota *triplici* ordine populi conſtat, *Patricij ſunt, Ciues & plebs* artificum, Imperij ac Reipub. auctoritas apud Patricios conſiſtit qui cùm ipſam vrbem, tum ciuitates oppidáq; ditionis Venetæ, moderantur. Vrbs in ſenas regiones eſt diuiſa, proinde Sextariam vocant. Plebanicas congregationes habet 72. cœnobia 41. quorum 17. conuentus monachorum ſunt, 24. virginum. Fora habet conjuncta tria. In capite, quod littus ſpectat, columnæ pertingentes binæ cernuntur, quarum vna D. Marci, leoninum alatũ ſignum, altera D. Theodori ſtatuam ſuſtinet. In ipſo intercolumnio ſupplicia de damnatis ſumuntur. Templum D. Marci ſumptuoſiſſimum & marmore conſtructum. Vicus riui diuidunt, ac tranſitus vbiq; pontibus conjungitur, vel ligneis vel lapideis: quorum in vniuerſum tam publici, quàm priuati 440. cenſetur. Nauicularum numerus quibus ciuitas peragratur 8. millium amplius eſſe putatur. Eſt etiã intra vrbis ambitum nauale: locus mœnibus vndiq; validis munitus, & cum opportunis ad cuſtodia turribus, quem Arſenale nominãt, in quo perpetuò 410. occupantur homines, triremibus iiſque rebus, quę ad nauigationem requiruntur, conficiendis intenti, quorum ſtipendia 1200. in hebdomadam aureorum nummûm ſunt. In ipſo nauali, nauium longarum, quæ in pontibus ad omnem occaſionem paratæ ſunt ſemper, numerus ad 200 eſt, præter alia minora nauigia, P. æpotentem hanc vrbem, ejuſque ditiones ac regna

gna

gna, Centuriones atque Tribuni ad annum Chriſti ſeptingenteſimum gubernarunt. Deinde Ducis auctoritate adminiſtrari cœpit. Qui tam ſubtili ſortitione eligitur, nullus vt ambitioſus vanæque gloriæ cupidus, in tantam ſe dignitatem intrudere queat.

Veneti, populi ſunt Italiæ, ab Henetis Paphlagoniæ populis, & Troianis oriundi: qui Troia euerſa,cum magna manu Venetum, duce Antenore, in intimum maris Adriatici ſinum peruenerunt, pulſiſque Euganeis, qui inter Alpes & mare incolebant, eas occuparunt terras: & vbi primùm ingreſſi ſunt, oppidum condiderunt, quod de nomine relictæ patriæ appellauerunt Troiam. Gens autem tota aſpiratione in v.conſonantem commutata vno nomine Veneti appellati ſunt. Lucan.lib.4.

Sic Veneti ſtagnante Pado.

Horum regio Venetia dicitur: Adriatico mari proxima, & à Padi fluminis oſtiis poſt Iſtriam vſque protenſa. Inſignes vrbes habet Veronam, Vicentiam, Patauium, & Venetias regionis totius caput, anno à partu virginis 454. in inſula condita, quo tempore Attila Hunnorum rex Aquileiam euertit. Apud Cæſarem ſunt Galliæ populi. Marliano *Vannes* in Britannia minore. Ipſam vrbem idem Cæſar *Venetiam* appellat, Venetos quoque *Cyantes* nuncupatos ſcribunt Blondus & Cœnalis.

venetus lacus, Pomponio, quem Rhenus efficit *Celler ſee* Munſtero, *Vnderſee* Scudo.

venicnium Hiberniæ promontorium, apud Ptol. *Ligra* à Nigro appellatur.

venilia Nympha fuit: vxor Fauni & ſoror Amatæ Latini regis coniugis: mater autem Turni. Virg.lib.10. Æneid.

Indignum eſt Italos Troiam circundare flāmis
Naſcentem & patria Turnum conſiſtere terra,
Cui Pilumnus auus,cui diua Venilia mater.

veniliam item antiqui Neptuni coniugem appellarunt, à veniendo, inquit Varro lib 4. de ling.Lat. quam tandem & Salaciam appellaurunt, ad naturam nimirum maris reſpicientes, cuius fluctus modo ad terram veniunt, modo in ſalum abeunt.

vennenſes, Plinio in Hiſpania ſunt populi. *Duogna* vertit Pinetus.

vennones, Ptolemæo, & *Venuſta Vallis* Luithprando, in Heluetia eſt, & *Vaſlgnevu* atque *Engadin* dici ſcribit Scudus.

vennonetes, Rhætorum populi apud Plin. Hi fortaſſe, inquit Scudus, poſtea *vantonini*, hodie autem *veltolini* appellati ſunt, *veltlin* Germanis *Valtolina* Italis. Villanouanus putat hos eoſdem eſſe cum Vinnonibus Ptolemæi.

venonius hiſtoricus, cuius meminit Cicero lib.1. de Legib. Nam (*inquit*) poſt Annales pontificum maximorum, quibus nihil poteſt eſſe nudius, ſi aut ad Fabium, aut ad eum, qui tibi ſemper in ore eſt Catonem, aut ad Piſonem, aut Fannium, aut ad Venonium venias, quanquam ex his alius alio plus habet virium, tamen quid tam exile, quàm iſti omnes? Hactenus Cicero. Huius hiſtoriam ſe non habere dolet idem Cic. ad Atticum.

venta Silurum, Antonino Britanniæ vrbs eſt, quam Lhuyd. *Caruuent* appellari ait.

venta Belgarum, Antonino Britanniæ inſulæ oppidum, quod Humfridus ſcribit Britannis *Caer oderyn Mant-badon*, & Anglis *Briſtou* vocari. Ptol. quoque eius meminit.

venta, in Simenis ciuitas Ptolemæo in Albione inſula, *Nordvvich* Briſæo teſte. Hanc Noruiciam Lhuydus in Icenis ponit, & eam, quæ in Simenis eſt ſita, à Britannis *Caervuynt* & Anglis *Wintcheſtre* dici ſcribit, ſed Ioannes Caius in libello ſuo de libris propriis ſic ſcribit, *Noruicum, cuius Tacitus & Antonius ille ſub Norduici nomine, hic ſub Venta appellatione facit mentionem Ordouicum* ciuitatem habet in Iulij Agricolæ, & Ordouices populos, idem ſunt etiam apud Ptolemæum, ſed longè diſtantes ab eo loco, vbi hodie *Norduich* conſpicitur.

venulus, vnus fuit ex Latinorum proceribus qui in magnam Græciam legatus miſſus, vt Diomedem in belli ſocietatem aſciſceret, re infecta rediit.

venus, ab antiquis amorum, gratiarum, pulchritudinis,deliciarum, voluptatúmq; omnium habita eſt dea,ita dicta à veniendo,quod ad omnes res veniat,vt author eſt Cic.li.2. de nat.deorum. Hanc poëtæ ex ſpuma maris & Cœli teſticulis natam fabulantur, à Saturno exciſis, & in mare proiectis, vnde & ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ, hoc eſt, à maris ſpuma Aphroditem appellarūt. Auſonius.

Orta ſalo, ſuſcepta ſolo, patre edita cœlo
Æneadum genitrix hic habito,alma Venus.

Eſt item Venus, vna errantium ſtellarum inter Solis & Mercurij ſphæras ſita, quæ φωσφόρος Græcè, Lucifer latinè dicitur, cùm antegraditur Solem: cùm autem ſubſequitur, Heſperus, Veſper, & Veſperugo. Venerum quatuor meminit Cicero libro tertio, de Natura Deorum, cuius verba ſunt. Venus prima Cœlo & Die nata, cuius Eli delubrum vidimus. Altera ſpuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem ſecundum natum accepimus. Tertia Ioue nata, & Diana, quæ nupſit Vulcano, ſed ex ea & Marte natus Anteros dicitur. Quarta Syria Cypróque concepta quæ Aſtarte vocatur, quam Adonidi nupſiſſe proditum eſt. Hæc ille.

venuſia, ſiæ, Ptolemæo oppidum Apulorum Dauniorum, non procul à finibus Lucaniæ, patria Horatij poëtæ, qui ab eo dictus eſt Venu-

ſinus. Meminit huius oppidi Plin.lib.3. cap.1. *Venoſa* Leandro vocatur *Sabellus* valet idem quod Venuſinus, quia pulſis Sabellis in loca vacua Venuſini deducti ſunt à Romanis ſic Lambin. in Horat.lib.1. Epiſtolarum.

vera, fluuius vel torrens potiùs è Cebennis montibus deſcendens, & Bæterrinorum mœnium quartam partem alluens: ibiq; ad eam eius loci portam, quæ Portaletum dicitur, Obri ſeſe coniungens, Bæterris in mare mediterraneum haud procul Narbonem procurrit: nomine à vepribus, inter quos & ſcaturit & labitur, deducto. Gallicè *Vebre*.

veragri, populi extra Celtas, & Belgas & Aquitanos inter Sedunos, Antuates & Allobrogas montéſque Sancti Bernardi & Brigam: quos Veragros Rhodanus fluuius interlabitur. Caput gentis eſt vicus vbi Abbatia, quæ Sanctus Mauricius dicitur, diœceſis Sedunenſis. Per hos ad montes illos quos Cæſar ſummas Alpes nominat, ex Gallia in Italiam venientibus eſt aditus. Vulgò, *Le p y à l'entour S. Mauris*.

veramundus, Hiſpanorum rex, regnauit annis 1 1. anno ſalutis 779.

verbanus, lacus eſt Ciſalpinæ, Galliæ, Ticinum Alpibus defluentem accipiens, & eundem in Padum tranſmittens. Hodie lacum maiorem appellant. vulgò, *Lac maior*.

verbigenus pagus Heluetiorum inter Celtas. Cæſar in Comm. vulgò *Orbe au pays de Vaud*.

vercellæ, Hieron. Ligurum ciuitas, haud procul à radicibus Alpium ſita, olim potens, nunc raro eſt habitatore ſemiruta.

vercellæ. vrbs Italiæ Tranſpadanæ, in regione vndecima, Taurinis vicina, vt ſcribit Plin.l.3. cap.17. vulgò *Vercel en Piedmont* vocatam prius ſcribit in ſua Sabaudia Paradinus.

veremundus, Ordonij filius, regnauit annis VII. an. ſalutis 957.

veretum, Ptolem. Salentinorum vrbs mediterranea. *Veretinos* vocat Plinius. Hanc *Baris* & *Barites* antea dictam ſcribit Strabo lib. 6. Xylander in ſuo Strabone putat eandem eſſe cum *Varia* cognomine *Apula*, de quo Pli. lib. 3. c. 3.

vergæ, Brutiorum oppidum Liuio, *Vergianum* hodie, & vulgò *Regiano*, vt tradit Gabriel Barrius.

vergeminum, Galliæ Ciſpadanæ ad ripas Ticini oppidulum, vt Gaud. Merula teſtantur, quod idem ab Hermolao Barbaro *Vigiebanum* appellari addit.

vergentum, Hiſpaniæ oppidum, quod *Iulij Genitor* dicitur Plin. lib. lib 3. c. 1.

vergiliæ, ſeptem ſunt ſtellæ, inter os Tauri & Arietis caudam ſitæ, teſte Hygino libro 2. de Signis cæleſtibus: ita dictæ, quòd circa æquinoctium Vernum matutinum oriantur, Propert. lib. 1.

Et ſic iners tardis nauita Vergiliis.

Eædem & Pleiades dicuntur, vt latiùs docuimus ſub loco.

vergilius Maro, Latinorum poëtarum præſtantiſſimus, cuius vitam non minus doctè, quàm copioſè ſcribit Petrus Crinitus lib. 3. de poëtis Latinis. Aliàs Vir. vide infrà.

verginium mare, vt Ptolem. vel Hibernicum, vt aliis placet mare eſt quod Hiberniam & Angliam interluit. *Mor Vverith* Britannicè vocari ait Humf. Lhuydus, *Canalem S. Georgij* vocant Angli & Galli.

verginius Ruffus, conſul, ab vrbe cond. 849.

vergobretus, ſummus erat apud Heduos magiſtratus, qui creabatur annuus, & vitæ necisque in ſuos habebat poteſtatẽ. Cæſar bello Gal. lib. 1.

Veritas, Temporis filia & Virtutis mater, Dea exiſtimata eſt à Gentibus, fingebatur mulier pulchra, magna, ſimpliciter ornata, illuſtris ac ſplendida, cuius oraculorum orbes puro lumine nitebant, vt aſtrorum ac ſtellarum fulgorem imitari viderentur. Plutarch. in quæſtionibus ait, veritatis parentem, ac deum Romanos Saturnum habuiſſe, & ſubdit cauſam: An, inquit, quod vt plerique Philoſophi putant, *Κρόνος χρόνος*, i. Saturnum tempus eſſe: veritas verò tempore inuenitur. an illud potius, quod Saturnus iuſtiſſimus fuerit, & veritatem in primis etiam, quod veriſimile eſt coluerit? Hanc in putei fundo delitere ſcripſit Democritus.

vero, fluuius Celtiberiæ à quo populi Verones dicti ſunt, circa eum habitantes.

verocaſſes, populi ſunt inter Belgas, Morinis, Neruiiſque finitimi, proximi Ammianis & Atrebatenſibus. Hi hodie Caſſerenſes dicti in Comitatu Flandriæ & Francorum regno, Morinenſique diœceſi ſiti inſtar pagi ſunt.

verodunum, quod per i quoque in prima ſyllaba ſcribitur apud Antoninum, Galliæ Belgicæ vrbs, *Verdun* dicta, vt Simlero placet.

verolanium, Britanniæ inſulæ oppidum Antonino. Anglicè *Vvethelingceſtre* vocari ſcribit Lelandus: & *Guerlhan* Britannicè dici tradit Lhuydus. *Verulamium* per u & m apud Tacitum legitur. Hoc *Vvethelingceſtre* Anglis olim dictum, ſed nunc *S. Alboin* nominari author eſt Daniel Rogerſius. Vulgò adhuc *Vverula* ſiue *Vverla* vocatur. *Vrolanium* habet Ptolem. in Catyeuchlanis.

veromandui, Galliæ Belgicæ populi, quorum meminit Plin. lib. 4. c. 17. Vulgò *Vermandois*.

verona. ciuitas Venetiæ, à Gallis condita, duce Brenno: à quo Brenona primò, deinde mutatis literis, Verona dicta eſt, vt Iuſtin. lib 20 refert. Hi enim, quum nouas ſedes quærere ob inteſtinas diſcordias, & aſſiduas diſſenſiones cogerentur, in Italiam venere: expulſiſque inde

col-

cultoribus, Mediolanum, Comum, Brixiam, Bergomum, Tridentum, Vicentiam & Veronam condiderunt, ad Atheſim fluuium amœniſſimum, qui ex Tridentinis Alpibus ortus, non longè à foſſa Glodia Pado miſcetur. Ex hac vrbe ortus eſt Catullus poëta, & (vt quidam exiſtimant) Plinius, naturalis hiſtoriæ ſcriptor. Ouid.

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo.

Germani *Dietrichs Bern* appellant. In antiqua inſcriptione, quam Goltzius in ſuo theſauro habet, vocatur *Colonia Auguſta Verona noua. Gallieniana.*

Verona, Rhetorum vrbs eſt Plinio, quam hodie etiam *Bern* dici volunt, idem eodem loco etiam Bernenſes populos habet.

Veronicum, appellat Lelandus illud Angliæ oppidum, quod incolæ *VVarvuike* nominant.

Vetra, ara fuit Romæ, ad quam orabant, ne Agrippæ naſcerentur.

Caius Verres Caij filius. Quæſtor Cneij Carbonis, deinde legatus ac proquæſtor Gneij Dolabellæ, vtrumque prodidit. Lucullo & Cotta Conſulibus Prætor vrbanam iuriſdictionem obiuit, qua perfunctus Sacerdoti in Sicilia ſucceſſit, eámque non ſuccedente ſibi Arrio per triennium tenuit. Sed libidinosè, auarè, crudeliterque verſatus in prouincia, poſtulatus eſt repetundarum à Siculis. Cicerone verò in gratiam Siculorum accuſationem magna vi & arte peragente, quum parum ſubſidij ſibi in Hortenſio eſſe videret, deſperato patrocinio, ſponte in exilium abiit, Vbi viginti ſex annis per ſummam quietem traductis, à Triumviris tandem proſcriptus & occiſus eſt. Plinius lib. 34. 2. propter Corinthia vaſa proſcriptum tradit, quod iis videlicet Antonio ſe cedere negauiſſet. Seneca etiam fortiter deceſſiſſe ſcribit ex auctoritate Pollionis Liberos habuit antequam in exilium abiret, filiam nuptam & filium prætextatum parum pudicum. Quamobrem Cicero, quum vti Cinædus à Verre patre notaretur: *An neſcis*, inquit, *liberis intra fores conuiciandum eſſe*? Vide Ciceronem in Verrinis, Aſconium Pedianum & Lactantium lib.2.cap.4.

Vertegernus, Anglorum regis nomen, anno ſalutis 449.

Vertobrige, oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ, vt ſcribit Plin.lib.3.c.1.

Vertodunum, oppidum in Lotharingia vicinum Metenſibus, Gallicè *Verdun en Lorraine.*

Vertumnus, deus habitus eſt in Latio, in omnes ſeſe vertens formas, quemadmodum & de Protheo ſuo comminiſcuntur Græci. Hic cùm Pomonam Nympham adamaret, in anum ſeſe conuertit, hortóſque eius ingreſſus, multis eis rationibus perſuadere conatus eſt, vt ſibi coniugio iungeretur. Verùm cùm ea via nihil proficeret, poſita anus perſona, in iuuenilem rediit formam: cuius pulchritudinem admirata Nympha, vim iam inferenti: deo non admodum ſe præbuit moleſtam. Qua de re vide Ouid. lib. 14. Meta. Acron. in illud Horat. lib. 2. Serm. Sat. 7.

Iam mœchus Romæ, iam mallet doctus Athenis
Viuere, Vertumnis quot quot ſunt, natus iniquis.

Vertumnum ait eſſe deum humanarum cogitationum præſidem: ideóque multiformem fingi, & inconſtantem, quemadmodum & illæ variæ ſunt & mutabiles. Iniquo autem Vertumno natos eſſe interpretatur, qui cogitationes ſuas regere non poſſunt. Tiberius Donatus, Vertumnum dicendum exiſtimat, quemadmodum & Portunum: quem idcirco coli arbitratur, vt res inſtitutæ, ad quem deſtinatæ ſunt, finem perducantur. Sæpe enim malè cedit, quod vel optimè eſt inſtitutum: quemadmodum gladius ille, qui reginæ dono datus fuit ab Ænea, necis ipſi conſciſcendæ fuit inſtrumentum. Nec deſunt, qui inde Vertumnum dictum putent, quòd lacum Curtium in Tiberim auerterit. Quam opinionem tangit & Ouidius lib. 6. Faſtorum Huius feſta dicta ſunt Vertumnalia, quæ menſe Octobri celebrabantur.

Veruca, cuius Caſſiodorus meminit. Sabellicus, Blondus Candidus, Niger & Leander in Foro Iulio ponunt, & hodie *Monte Falcone* appellari tradunt, ſed cùm hanc Verucam eleganter deſcribat Caſſiodorus lib. 3. Variarum, eámque ad Atheſim fluuium ſtatuat, non facilè intelligitur, quomodo ille mons Falconis in huius locum veniat.

Verulanum, Liuio Latij oppidum in Hernicis *Verulo* nunc, Leandro teſte.

Verulam populi ſunt Italiæ, Tuſculanis & Veliterranis vicini, vt ſcribit Plin. 3. cap. 5. vide Vrolanium.

Verus Pollio, conſul. ab vrbe cond. 833.

Veſcis, Ptolemæo auctore, libro tertio, capite quarto, Hiſpaniæ ciuitas: alio nomine Veſci & Fauentia, Plinio dicta libro tertio capit. 1.

Veſeuus, qui & Veſuuius, mons eſt Campaniæ Nolæ vicinus, agros habens miræ fertilitatis præterquàm in ſolo cacumine, vbi planitiem habet magnam, fructum omnino nullum ferentem: terræ cinerulentæ facie, rupibúſque exeſis, non indubitata veteris incendij indicia oſtendente. Conſtat enim ſæpiùs arſiſſe: nunquam tamen vehementius quam imperante Tito: quo tempore erumpens ex eo ignis & vicinas regiones latiſſimè populatus eſt, & Pli-

nium Naturalis hiſtoriæ ſcriptorem, qui cognoſcendi cupiditate eò ſe contulerat, fumo flammiſque enecauit, qua de re vide epiſtolam Plinij Iunioris ad Cornelium Tacitum, quæ Naturali hiſtoriæ hodie eſt præfixa. Montis huius meminit Virgilius 2. Georg.

Talem diues arat Capua & vicina Veſeno
Ora iugo.

Idem Martial

Hic eſt Pampineis viridis Veſuuius vmbris

Monte di Summa hodie nominatur *Veſbius* à vulgo Italico dicitur: item *Beſuuius* à Georg. Cedreno *Veſuuius* quoque habet Carrio apud Valerium Flaccum, & ita legendum apud Martialem & Statium ſuadet. *Veſbium* per L à Galeno vocari lib. 5 curatoriæ artis ſcribit Amb. Leo. Sed *Veſuuius* à probatiſſimis auctoribus vocatur. *Veſuſius* legitur apud Diodorum lib. 4. qui eum quoque *Phlegræum* vocat.

veſontio, oppidum maximum Sequanorum, natura loci munitum inter Celtas, nunc comitatu Burgundiæ circumſeptum. Ciuitas eſt Imperialis ac Metropolica, nomen retinens, mutata litera, v. in b, vt Romanis & Vaſconibus pronunciandi mos eſt. Situm habet qualem Cæſar in Commentariis deſcripſit, præterquam quòd nunc eam idem fluuius ex magna parte interſecat. In illa ſunt loca vetuſta, qualia Romæ, quæ Pantheon, Campus Martius, Campúſque Mineruæ vulgò ſemper Latinè dicta ſunt. Multáque alia priſcæ vetuſtatis monumenta conſiſtunt. Gallicè *Beſançon*, *Viſontium* vocat Ptolem. *Biſentiona* Iulianus Apoſtata in Epiſtolis. *Biſontios* Marcellinus. *Chryſopolim* quoque appellatam ſcribit Paradinus.

veſores, rex Ægyptiorum, Scythis bellum indixit, anno mundi 2731. Vexoris legitur apud Iuſtinum ſtatim ab initio libri primi.

veſpaſianus, Imp. Rom. de quo abundè Suetonius Tranquil. & Euſeb. lib. 3 c. 3.

veſper, ſydus alio nomine venus dicitur, & Lucifer. Plin. lib. 2. cap. 8. Præueniens quippe (inquit) & ante matutinum exoriens Lucifer nomen accipit, vt ſol alter, diem maturans, contrà ab occaſu refulgens, nuncupatur veſper. vt prorogans lucem, vicémque Lunæ reddens. Hactenus Plinius. Horatius 2. Carm. Ode 9.

Nec tibi Veſpero
Surgente decedunt amores.

vide venus.

veſperies Hiſpaniæ citerioris in vardulis oppidum ſcribit Plin. lib. 4. c. 20.

veſta Saturni filia ex Ope; quanquam à poëtis non rarò pro terra ſumitur, ſiue quòd omnibus terra veſtiatur, ſiue quòd vi ſua ſtet. Ouid. lib. 6. Faſt.

Stat vi terra ſua: vi ſtando Veſta vocatur.

Nec deſunt qui ἀπὸ τῆς ἑστίας nomen hoc deductum velint aſpiratione in v conſonantem mutata, vt, Venetus pro Henetus: Vella pro Helia. Cui ſententiæ ſubſcripſit & Cic. lib. 2. de Natura Deorum. Veſtæ, (inquit) nomen ſumptum eſt à Græcis. Ea eſt enim quæ ab illis ἑστία dicitur, viſque eius ad aras & focos pertinet. Interdum ponitur, pro igne. Ouid.

Nec tu aliud Veſtam, quàm viuam intellige flammam,
Nataq́ue de flamma corpora nulla vides.

Iure igitur virgo eſt quæ ſemina nulla remittit. Veteres autem duos eſſe Veſtas affirmabant: vnam Saturni matrem, alteram eius filiam, de qua Ouid. loco iam citato.

Ex Ope Iunonem memorant, Cereremq́ue creatas
Semine Saturni, tertia Veſta fuit.

Confundunt tamen has Poëtæ, alteram pro altera ponentes. Id tamen obſeruandum eſt, cùm Veſtam pro terra accipiunt, de matre Saturni id eſſe intelligendum: quando verò virginem nominant, de filia eius eſſe intelligendum, quam ignem eſſe voluêre. Hanc vnam ex diis penatibus eſſe volunt, quos Æneas in Italiam aduexit. Virg. lib. 2. Æneid.

Sic ait, & manibus vittas, Veſtamq́ue potentem
Æternumq́ue adytis effert penetralibus ignem.

Cui ſententiæ non obſcurè adſtipulatur & Liuius, cùm Veſtæ ſacra vetuſtiſſima eſſe aſſerit, & ab Albanis accepta, à Numa autem Pompilio primùm Romæ inſtituta, multiſque ceremoniis venerabiliora effecta. Primus enim ille Sacerdotes ei creauit, ſtipendioque publico donauit, perpetuaque virginitate, aliiſque ceremoniis venerabiliores effecit. Harum potiſſima cura erat, vt ignem perpetuum conſeruarent: qui ſi fortè per negligentiam fuiſſet extinctus, nequaquam alio ex igne reparare fas erat, ſed accenſa per fomites ex ſole flamma, purus & cœleſtis ignis eliciebatur. Porrò virgo Veſtalis legebatur intra annum ſextum ſuæ ætatis, & decimum: & triginta annos oportebat eam manere virginem, poſtea nubere licebat. Quòd ſi interim fortè ſtuprum commiſiſſet, viua defodiebatur. Vide Plutarchum in Numa.

veſtia Oppia, mulier Atellana, Capuæ habitans, quæ quondam quæſtum corpore faciebat, vt eſt apud Liuium lib. 6. ſecundi belli Pun.

veſtini, populi Italiæ, Sabinis & Picentibus vicini, vt ſcribit Plin. lib. 3. c. 5. Apud eos olim fiebant caſei laudatiſſimi Martialis lib. 13.

Si ſine carne voles ientacula ſumere frugi,
Hæc tibi Veſtino de grege maſſa venit.

Ater inter Maricos Sabinóſque, alij iuxta Marſos & Sabinos, hos populos eſſe dicunt.

veſtralpus Alemanorum rex, anno ſal. 358.

veſulus, mons Liguriæ iuxta Alpes, inter cæteros.

teros clariſſimus,ex cuius radicibus Padus erumpit:teſte Plin.lib.3.c.19.Virg.10.Æneid.

Ac velut ille canum morſu de montibus altis
Actus aper, multos Veſulus, quos pinifer annos
Defendit.

Veſeuum à Virgilio 2. Georg. nominari ſcribit Seruius eo verſu,

Talem diues arat Capua, & vicina Veſeuo
Ora iugo.

Viſo nunc dici ait Leander. Errat Ptol. vt annotauit Varrerius, qui huius fluminis caput ad Larium lacum deſcribit.

Veſuna, Ptolemæo Petrocoriorum vrbs in Aquitania, *Perigers* Villanouano eſt.

Veſuuius, qui & Veſeuus, mons eſt Campaniæ, non procul à Nola, crebris incendiis, & Plinij morte nobilitatus. Martial.lib.4.

Hic eſt Pampineis viridis Veſuuius vmbris.

Valerius Flaccus lib. 3. Argonaut. Veſbium vocat, aut certè Veſuuium per tres ſyllabas.

—magis vt mugitor anhelet
Veſuuius.

Vide de hoc plura in dictione Veſeuus.

Vetera Caſtra, hybernorum Romanorum locus eſt circa & propè Rhenum fluuium, amplum habens vallum, cuius pars in collem leniter exurgens, equo aditur, vbi oppidum & obliqua in Rhenum moles, cuius obiectu volutus amnis, & latitudo camporum inter ciuitates Traiectenſem & Colonienſem. Cæſar in comment. *Santen* Pyramio, *Berck* Simlero. Aliis *Aquiſgranum* eſt, de quo vide Nuagerra.

Vetera caſtra, locus Auentino ad Danubium à Ratiſbona Orientem verſus decimoquinto lapide diſtans, quem nunc *Pfeter* appellant.

Vetones, populi in Hiſpania teſte Plinio lib. 25. c. 8. qui herbam betonicam inuenerunt. Alij Vettones ſcribunt, alij Vectones. Lucanus l.4.

V. ctonéſque leues, &c.

Vetronius Thurinus, quod his, qui aliquid ab Alexandro Imperatore peterent patrocinium & operam ſuam vendidiſſet, multa interim mentitus, alligatus ſtipiti, ſubiecto igne & humida materia fumo extinctus eſt, adiecto elogio: *fumo punitur qui fumos vendidit.* Lampridius. Alij legunt ſcriptura variata Voconius.

Vetulonium ſeu Vetulonia, locus in Hetruria. Silius.

Maoniaque decus quondam Vetulonia gentis.

Vetulonium, Tuſcorum vrbs. Ptol. lib. 3.c.1.hodie *Viterbo.* vocatur etiam *Vetulia* & *Selua Vetletta* à Leandro. Hermolaus hodie etiam dici *Vruitello* putat.

Verus Apoſtolorũ diſcipulus & auditor, quartus Viẽnẽſis epiſcopus fuit. Adon, Arch. Viẽnenſ.

V F

Vfens, fluuius eſt iuxta Tarracinam per paludes Pontinas fluens, teſte Plin.lib.3.cap.5.Virgil.7.Æneid.

—gelidúſque per imas
Quærit iter valles, atq; in mare voluitur Vfens.

Vfens, præterea Æquicolarum dux fuit, qui cùm Turno aduerſus Æneam ſuppetias ferret, à Gya Troiano eſt interfectus, de quo Virgil.7. & 12. Æneid.

Vffugum, Brutiorum ciuitas apud Liuium. *Montalto* videtur Barrio.

V I

Via, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, Ptolem.

Via, Hiſpaniæ fluuius, Ptol. lib. 2. cap.6. cuius meminit & Pompon.lib.3.

Viacienſes, Hiſpaniæ populi apud Plinium: quos Pinetus *Baezza* interpretatur.

Viadus, fluuius, quem recentiores Viadrum perperam appellant. Germanis, *Oder* vide Guttacus.

Viana. Vide Vienna, & *Ala Flauiana,* Hanc Simlerus *Vemaniam* ſiue *Venianiam* Antonini putat, & *VVangen* interpretatur, *Vinianio* legit Notitiarum liber.

Vibali, Plinio Hiſpaniæ populi. *Tomila* Pinetus interpretatur.in Gallico Plinio.

Viberi Plinij, eoſdem apud eundem *Iuberes* vocari putat Simlerus in ſuo Valleſij libello, etſi Gelenius, vt idem ait, pro Iuberis *Viberos,* vbi de Auguſti tropæo mentio fit, ſubſtituerit.

Vibiſci, populi ſunt: vulgò *Le pays à l'entour de Bordeaux.* Hos Plinius *Vbiſcos* & Strabo *Ioſcos* vocat. *Viuiſca* gens eſt Auſonio in Idyllio Moſellæ. Per V in ſecunda rectè ſcribi ex antiquo lapide docet Scaliger in ſuis Auſonianis lectionibus.

Vibius Virius, Capuæ deditionem elegantiſſima oratione diſſuadet apud Liuium Decad. 3 lib. 6. Fuerat enim author Campaniæ defectionis à Romanis ad Annibalem. Is mortem ſibi conſciuit ante deditionem, & multis ciuibus Senatoribus, vt idem quoque facerent, perſuaſit. Vibium Virium, inquit Liuius, ſeptem & viginti fermè Senatores domum ſecuti ſunt, epulatíque cum eo: & quantum facere potuerant, alienatis mentibus vino ab imminentis ſenſu mali, venenum omnes ſumpſerunt. Inde miſſo conuiuio, dextris inter ſe datis, vltimóque complexu, collachrymantes ſuum patriæque caſum, alij, vt eodem rogo cremarentur, manſerunt, alij domos digreſſi ſunt. Impletæ cibis vinóque venæ minus efficacem in maturanda morte vim veneni fecerunt. Itaque noctem totam plerique eorum & diei inſequentis artem cùm anima egiſſent, omnes tamen priùs quàm aperirentur hoſtibus portę expirarunt. Hactenus Liuius apud quem Vibij orationem legito lib.6. Decad.3.

Vibo ſeu Vibon, oppidum in Brutiis, priùs à

Locris ædificatum, & Hippo vocatum, vt ſcribit Mela lib 2.

Vicenſimum, in Antonini itinerario eſt vrbs inter Heracleam & Thurium, *Trebiſati* hodie eſt, in Calabria, Barrio teſte, qui *Vicenumum* legit.

Vicenta, Venetiæ oppidum, Plin lib. 2. cap 19. vide Vincentia. Hodie *Vicenza* nominatur. *Biſetia*, aliàs *Biſetia* Æliano, variat enim lectio *Vicetia* apud Plinium eſt. *Vicetia* quoque in lapidibus haberi oſtendit in ſua orthographia Manutius.

Viconia, vel Vinouia, Britanniæ inſulæ vrbs Ptolem. *Vinnouium* eſſe putat Talbotus vrbem Brigantum. vide Bimonium.

Victericus, Hiſpaniæ rex, regnauit annis VII. & ipſe inſidiis ſuorum periit. Ritius.

Victor, XIII. Romanorum epiſcopus, regnauit annis X. Euſebius lib. 5. cap. vltimo anno ſalutis 190.

Victoria, Dea quam vetuſtas pennatam & aligeram pinxit, vt è cœlo deuolantem ad eos quos ſuis ornare ſucceſſibus vellet: hinc Auſon.

Tu quoque ab æthereo prapes victoria lapſu:

Et Prudentius.

Marmoreæ in templo rutilas victoria pennas

Explicet & multis ſurgat formata talentis.

Id eo ſcribit quòd aureæ & auratæ victoriæ plerunque ponerentur, quas & quædam ſimulachra interdum ſuis manibus ſuſtinebant. Cicer. 3. de Natu. Deorum. Idem victoriolas aureas & pateras, coronáſque quæ ſimulachrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, ſine dubitatione tollebat. Puella autem fingebatur, vt Prudentius ait, pennigera, pexo crine, nudo pede ſuſpenſa, ſtrophio reuincta, ſinu veſtis fluitante. Ex Turneb. 61.

Victoria vrb Hiſpaniæ, Ptolemæo Camarica.

Victoriæ mons in Hiſpania citeriore, vt Liuius auctor eſt lib. 24. *Mencia* fortè hodie, vt Florianus putat, non procul ab Iberi fluminis oſtio.

Victorianus, in Adrumentina ciuitate oriundus, Carthaginis proconſul, & in Vandalorum perſecutione martyr inſignis. Victor. lib. 3. de Vand perſecut.

D. Victorius, Maſſilienſis epiſcopus, anno Dom. 330. ſub Diocletiano tyranno martyrio coronatus. Gregor. Turon. libro 1. capit. 77. de Mirac.

Victorinus, propter ſtupra & adulteria interfectus eſt Agrippinæ: quo occiſo, Marcus imperium occupauit, triduo imperauit, ab vrbe condita 1019.

Vicus Italicus, Zagrabia, Sclauoniæ caput olim dictus eſt. Bonfinio auctore.

Vicus ſceleratus, Romæ antea fuit, *Cyprius* dictus, Liuio & Halicarnaſſeo teſtibus.

Vicus Valerius, alij Varronis appellant, vt ait Sabellicus. *Vicouaro* in Æquicolis, Latij oppidum. villæ Varronis meminit Cicero in Philippicis.

Vidrus, Ptolemæo Germaniæ fluuius eſt circa Rheni oſtia, *Suuarte VVater* Rithaymero dicitur, aliis *Rhege* videtur Beccano ille fluuius eſt qui Grœningam interſecat.

Vidua, Hiberniæ amnis apud Ptolem. *Vadia* habet M. Nig. & dicit hodie *Mus* vocari.

Viennenſis Diaconus martyr, anno ſal. 169.

Vienna, Auſtriæ metropolis, vrbs inclyta, & omnium vrbium, quas Danubius ſuſtinet, & ædium magnificentia, & rerum facili copia clariſſima: quam Vianam Plinius nominaſſe videtur c. 24. lib. 3 vt placet Hermolao. Eſt & Vienna Delphinatus illuſtris ciuitas in Gallia Narbonenſi cuius meminit Mela. lib. 2. in deſcriptione Galliæ Narbonenſis. *Vienne en Dauphiné* vulgò. *Senatoriam* aliquando appellatam ſcribit Paradinus. *Biennus* Stephano dicitur.

Vigilius, LXII. Romanorum epiſcopus, regnauit annis XVIII. menſ. VI. an ſalutis 517.

Vigiſonus lacus eſt in agro Patauino.

Villa Cæſarum, fluuio Tiberi impoſita iuxta nonum lapidem viâ Flaminiâ, quæ ob id vocatur, *Ad Gallinas*, ſic Plin. lib. 5. c. 30.

Villa Fauſtini, Antonino Angliæ locus eſt. Fortè hodie *S. Edmundi Burge*.

Viminalis collis, dictus eſt Romæ, quod ibi viminum ſylua fuit: vel à Ioue vimineo, quòd ibi eius aræ ſint.

Viminalis via, quæ ad viminalem collem ducebat: eadem Numentana, à Numentano agro.

Vincentia, vrbs Venetiæ, patria Rhemnij Palæmonis grammatici, à Gallis condita, Mantuanus.

Et Verona ferax frugum, Vincentia bello

Strenua, &c.

aliàs Vicentia. Tacitus lib. 19. Poſſeſſa ipſo tranſitu, Vicentia: ſic enim Plin. atque Ptolemæus vocant: non Vincentia. Quidam & Vicetiam, ex ſcriptione, quæ in agro Veronenſi reperta eſt, vt notat Rhenanus in ſuis caſtigationibus in Tacitum.

Viminatium, Ptolemæo oppidum Myſiæ ſuperioris, *Vidino* à Nigro dicitur. Viminatium P. Diacono Iſtri inſula eſt.

Vincentius, conſul ab vrbe 1154.

Vinceſlaus, Romanorum imperator, XXXII. regnauit annis XXII. ann. ſal. 1379.

Vinceſlaus, Bohemorum rex XII. à patre deſignatur ann. ſal. 1366.

Vincomalus, conſul, anno ab vrbe condita 1206.

Vindelici, populi Rhætis vicini, inter Alpinas

nas gentes Plinio commemoratur libro tertio capite 20. Vide ſuprà in dictione Vandali. *Boiern* interpretantur ab Auentino, & Philippo Appiano, *Lintzgovv*, Scudo. *Vindelicia* habet Ptolemæus.

vindelicia, regio Germaniæ Rhetiam habens, ab Occaſu, Noricum ab Ortu: ab illa Lyco ab hoc Æno fluuio dirempta: à Septentrione Danubio terminata: à meridie Alpibus ſupra Italiam extenſis. Huius regionis incolæ dicuntur Vindelici. Horatius.

Videre Rhæti bella ſub Alpibus
Druſum gerentem, & Vindelici.

vindemiator, ſydus quod tertio Nonas Martij apparet, Plin lib. 18. cap. 31. Cæſari & Aſſyriæ ſtella, quæ Vindemiator appellatur xi. Calend. Septembris manè exoriri incipit vindemiæ maturitatem promittens.

vindinum, Genomanorum in Gallia Lugdunenſi vrbs, Ptolemæo. *Vendoſme* à Vilanouano dici legit Ortel.

vindius, Edulius, Egdubeda, Ortoſpeda, Hiſpaniæ Tarraconenſis inſignes montes ſunt apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6. Vulgo *Montes de Oca & de Aſturia.*

vindocinum, Galliæ Celticæ oppidum, quod iam ante Romanorum in Gallias aduentum extabat Gregor. Turonenſ. libro nono hiſtor. Franc. vulgò *Vandoſme*. vide Vindinum.

vindomagus, Ptolemæo Galliæ Narbonenſis vrbs *S. Tibere* nomen habet apud Poldum Albertum.

vindoniſſæ, locus prope Moguntiam vrbem Ciſrhenanam. Tacit.

vindoniſſa, Tacito l. 4. hiſtor. & Antonino in Heluetiis oppidum, quod B. Rhenanus *VVindichs* vocari tradit. Lazius in ſua Vienna ſcribit huius Vindoniſſæ ruinas in ſuo Cœnobio *Kunigsfelden* reperiri.

vingenna, Galliæ fluuius, qui ſe in Ligerim exonerat, notus Fortunato & Georgio Turonenſi. Hodie *Vienne* dici colligitur ex tabulis.

vintium, Neruſionum in Alpibus litoreis Ptolemæo lib. 3. cap. 1. fortè *Ventia* Dionis. hodie *Venza* Ioſiæ Simleri.

violaſcenſis pagus, qui *Martial*, ætate citeriore eſt vocatus, Sidon. lib. Epiſt. 2. ad Mauruſium.

vion Valentia, Apulorum vrbs Ptolemæo libro primo capite primo hodie Biuona. Hippo. Plinio. ſcribe Vibo Valentia.

vipitenum oppidum Germaniæ Antonino. Simlerus ait hodie *Am Lug*, aut *Stertzingen*, ad Brennum montem vocari.

virbius, idem qui Hippolytus, Theſei & Hippolytæ Amazonis filius: qui cùm à Phædra nouerca per calumniam apud patrem delatus eſſet, quòd ipſi ſtuprum inferre voluiſſet, patris iram veritus, conſcenſo curru fugam arripuit: cúmque iuxta maris littus perueniſſet, incuſſo à Neptuno pauore equi conſternati implicatum habenis Hippolytum dilacerarunt. Cuius vicem miſerata Diana, Æſculapij opera ad vitam eum reuocauit, & in Aricino nemore collocatum, pro Hippolyto Virbium appellauit, quaſi bis virum. Ouid 15. Metamorph.

Tum mihi, ne præſens augerem muneris huius,
Inuidiam denſas obiecit Cynthia nubes:
Vtque forem tutus, poſſémque impune videri,
Addidit ætatem, nec cognoſcenda reliquit.
Ora mihi, Cretámque diu dubitauit habendã
Traderet, an Delos. Delo Cretáque relictis
Hic poſuit, noménque ſimul, quod poſſit equorũ
Admonuiſſe, iubet deponere: quique fuiſti
Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius eſto.

Virgi, Hiſpaniæ oppidum in ſinu, quem Virgitanum vocant, ſitum. Authore Pomponio lib. 4. Hiſpaniæ etiam vrbs eſt, quam Cluſius dicit fortè hodie *Vera* vel *Bera* dici, eiuſdem enim pronuntiationis eſt apud Hiſpanos V. & B.

virgilius, Mantuanus poeta celeberrimus, Marone Maiáque natus, qui primùm apud Latinos inter poetas obtinet locum. Sed ſunt ex recentioribus, qui Vergilium, non Virgilium ſcribi debere autument. Hinc Vergilianus adiectiuum: vt Vergiliana virtus, apud Plinium in Præfatione noni. Vide Vergilius.

virginius, propriam filiam occidit, vt liberam ſeruaret, ab vrbe cond. 62. Liu.

virgium & Voragium, Latinis dici Liguriæ oppidum, quod vulgò *Voragine* vocant: auctores ſunt Blondus & Leander.

viriatus Luſitanus, primùm in Hiſpania, è paſtore venator, è venatore latro, mox iuſti exercitus dux factus, vniuerſam Luſitaniam occupauit, M. Ventidium prætorem fuſo eius exercitu cepit. Poſt Cn. Plancius prætor nihilo fœliciùs rem cum eo geſſit, tantúmque terrorem hoſtibus is intulit, vt aduerſus eum conſulari opus eſſet duce & exercitu. Denique à proditoribus, conſilio Cepionis interemptus eſt, & ab exercitu multùm imploratus, tumulatúſque nobiliſſimè. Author Liuius & Florus. Ab hoc Viriaticum bellum dictum eſt.

viriballum, Corſicæ oppidum Ptolemæo. *Punta di Adrazza* dicitur Leandro.

vindomarus, Gallorum rex, ab vrbe condita 288.

viritium, Ptolemæo libro ſecundo capite vndecimo, Germaniæ in tractu Septentrionale vrbs: vulgò, *Griefsnagen* Altamero, *Griepſvvald.*

virius Gallus Aug. 11. conſul, ab vrbe condita 1004.

virodunum, oppidulum Sequanorum: vul-

gò *Verdun ſur Saone.*

virtus apud Romanos pro dea colebatur, & huic ædem vouit M. Marcellus primo ſuo conſulatu, quam etiam eius filius ad portam Capenam dedicauit. Liu. Plutarch. Alteram C. Marius ſummiſſiorem extruxit, ne publicis augures demoliri iuberent. Cicero libro ſecundo de legibus virtutem coli iubet. De virtute elegans extat deſcriptio in Panegyr co Claudiani. Templum virtutis ita coniunctum erat cum Honoris æde, vt in hanc nonniſi per illud pateret aditus vt ſignificarent veram vnicámque parandi honoris viam eſſe virtutem. Varias etiam finxerunt Virtutis imagines: nunc enim eam matronali habitu honeſto inaffectóque formabant, nunc quadrato ſaxo inſiſtentem: aliquoties mulierem columnæ læuo nixam cubito, dextra colubrum tenentem. Maſcula virtus ſub imagine ſenis barbati nudi, ſtantis, clauæ innitentis, cum leonina pelle brachio aduoluta.

virouesca, Ptolemæo libro 2. capite 6. (In antiquo codice Virdubeſca) Hiſpaniæ vrbs. vulgò *Briuieſca*. *Vara* legitur in Plinio Gallico.

virouiacum Antonini, eſt pagus Flandriæ *Warvvisk* dictum, vt placet Mayero & Mercatori.

virtingui populi, ab Aureliano Imperatore deuicti, Pollio in huius vita. *Wirtenbergenſibus* fortè nomen ab his, inquit Rhenanus.

viſentium, Etruriæ oppidum, Fuluio in Minatia familia.

virucinates, Plinio Vindelicorum populi ſunt ad Vmbrum & Iſaram fluuios, vt Simlerus tradit, qui eos hodie *Friſinger* vocat.

viruni & Virunum, Ptol. Germaniæ populi, & vrbs ad Sueuum fluuium.

virunum, Plinio & Antonio, in Noricis oppidum *Brunek* Simlero in Carinthia. *Beruuium* habet Suidas & addit huius nominis originem valde fabuloſam.

viſburgij, Germaniæ populi apud Ptolemæum.

viſigothi, populi, ſub Alarico à Francis victi, anno ſalutis 511.

viſio, Antonino eſt vrbs, quam Paradinus in Sabaudia deſcribit & *Vignonnet* vocat. Portus marinus eſt apud Antoninum.

viſontium, Ptolemæo, Hiſpaniæ Tarraconenſis vrbs in Pelendonibus. Hodie *Viſco*, & Latinis *Viſcum* dici ſcribit Villanouanus. Viſeo oppidum Luſitaniæ eſſe multiſque paraſangis à Viſontio Ptolemæi diſtare docet. G. Varrerius in ſua Chorographia. Viſontium eidem Ptolemæo eſt Pannoniæ ſuperioris oppidum.

viſontium, nunc Biſontium, Burgundiæ metropolis, vbi plura veterum ædificiorum veſtigia adhuc cernuntur. In cuius agro duo ſcaturiunt fontes, quorum alter eſt aquæ dulcis, alter verò ſalſæ, ex qua ſal denſiſſimum, duriſſimum, & candore præſtantiſſimum conficiunt, quod & maximum illius nationis vectigal. Munſt. lib. 2. Vide Veſontium, ſeu Veſontio.

viſtula, Ptol. ſiue Viſtillus. Plinio, Germaniæ limitaneus ad ortum ſolis fluuius. *Die Wixel*, vulgò. *Drzewanicza*, Nigro, *Viſula* à Pomponio dicitur. *Vandalum* eum vocat, à regina in ipſo ſubmerſa, Math. Michouienſis. Sunt qui *Iſtulam* apud Ptolem. legunt, ſed corruptè, vt credit Ortel. B. Rhenanus credit hunc fluuium Plinio *Viſtillum* & non *Viſtulam* dici, addítque hunc eius locum eſſe mendoſum libro 4. cap. 14. *Amnes clari in Oceanum defluunt Guttalus, Viſtillus ſiue Viſtula, Albis, Viſurgis, Amiſius Rhenus*, hic legendum hoc modo docet, Viſtillus, Sueuus, Albis &c. ſed hoc contra mentem Plinij eſſe ex eo liquet, quòd Sueuus minimè in Oceanum effluat, ſed in Hauellam fluuium ſe exonerat.

vitula, Sarmatiæ in Europa fluuius, Pomp. lib. 3. Viſtula item dicitur, Iuſtilla & Iſtula, vt notat Vadian.

viſurgis, Germaniæ fluuius eſt, vt ſcribit Pomponius Mela libro 3. vulgò *die Weſer*. Vide Biſurgis, & Erygeus. *Viſatis* Sidonio dicitur, & *Iſargus* Ouidio dici notauit Hadrian. Iunius.

vitaca, Mauritaniæ Cæſarienſis oppidum. Ptolem.

vitæ, Germaniæ populi apud Bedam, de quorum origine ſunt, vt ipſe ait, *Cantuarij* & *Victuarij*, hoc eſt, qui Vectim inſulam & tractum è regione in continente habitant. *Ibiti* à nonnullis vocantur, vt ſcribit Alexander Neuyllius.

vitalianus, LXXIV. pontifex annis 14. menſ. VI. anno ſalutis 661.

vitalis, Antiochiæ epiſcopus, anno ſalutis 332.

vitalis Michael, Venetorum dux, Vlricum Aquileiæ Patriarcham in bello & D. CC. ex Foroiuliana Vngaricáque nobilitate cepit, ac Foroiulienſes tributarios fecit. Blond. anno ſalutis 1156.

vitella, oppidum Italiæ, vnde Vitellinus. Gentile. Stephan.

vitellianum, Galliæ Ciſpadanæ oppidum, quod nunc *Viadana* vocatur, Gaud. Merula.

vitemberga, vrbs Germaniæ vulgò dicta, Ptolemæo. *Calegra*.

viterbum, Tuſciæ oppidum, iacet amœno ſpatioſóque loco, iugis Cyminis à tergo imminentibus, plurimis haud pœnitendis operibus

Digitized by Google

bus nitens, inter quæ fons inſignis, & maxima cum ſpectantium admiratione copioſus. Leander. hodie *Viterbo* Volaterranus putat fuiſſe *Longulam* à Liuio vocatam. Hermolaus ſcribit Ptolem. *Elby Vicum* dici. Platina in Clementis vita tradit quondam *Vetuloniam* dictam.

vitigis. Rom imperator, Romam obſedit, obſidionem ſoluit, factis induciis II. menſium regnauit ann. v. ann. ſal. 539.

vitis Plinio Flaminiæ fluuius iuxta Rauennam *Montone*, Leandro *Ronco*, vel *Aquedotto* Blondo, vt Rubæus refert. Blondus etiam Bidentem fluuium videtur hoc loco ponere quem *Portello* poſtea vocatum ſcribit lib. 1. Decad. 3. dicit Bidentem *Roncho* nominari.

vitiza, Hiſpanorum rex, Egipſæ filius, regnauit annos nouem, anno ſalutis ſexcenteſimo nonageſimo ſecundo.

vitodurum Heluetiæ, oppidum, Anton. *Winterthur*, Scudo, *Coſteutz* verò ad lacum Acronium ex eo facit Cænalis & Hermanus Scheydel. uem Rob. Gaguinus, qui addit illud à Conſtantino Conſtantini patre Conſtantiæ nomen habere.

vitoldus, vir ſanguinarius ac tyrannus, qui Lituaniæ præfuit: cuius magnum nomen ſua tempeſtate fuit. Nam cum ſubditi adeò timuerunt, vt iuſſi laqueo ſe ſuſpendere parere potius quàm in principis indignationem incidere voluerint. Detractantes imperium, inſutos vrſinæ pelli, viuentibus vrſis (quos eam ob cauſam nutriebat) dilaniandos obiectauit, crudelibúſve aliis affecit ſuppliciis. Equitans, arcum ſemper tenſum geſtauit: ſi quem conſpicatus eſt aliter incedere quàm voluit, confeſtim ſagitta confodit. Multos quoque per ludum interemit. Pius II. Pont. Max. Europ cap 26.

vitruuius Vaccus, Fundanorum dux, ab vrbe condita 425.

vitunus, antiquus deus erat, qui videbatur vitam largiri, vt Sentinus ſenſum.

viuarium, Galliæ Narbonenſis oppidum. *Viuiers en Viuarais*, I. Poldo. apud Sigebertum fit huius mentio circa annum Domini 1124.

viuentani, Vmbriæ gens. Plin.

viuianus, conſul ab vrbe condita 1216.

V L

vlæ, Sarmatiæ Aſiaticæ populi. Ptol.

vlai, nomen fontis, vnde flumen Vlai oritur iuxta Danielem 8. Lat. fortitudo vel ſtultitia, aut forſitan.

vlam, filius Serez filij Machir, 1. Paralipom. 7. Primogenitus Elec. 1. Paralip. 8. Lat. veſtibulum, vel porticus, aut fortitudo, vel ſtultitia eorum.

vladiſlaus, Bohemorum rex ſecundus, à Friderico deſignatus, qui cùm in Mediolani oppugnatione egregiam nauaſſet operam, rubri leonis bifurcata cauda inſigni regio donatur, anno ſalutis 1161.

vladiſlaus, Cazimiri Poloniæ regis filius, Vngariæ & Bohemiæ rex, regnauit ann. XXII. fœdus cum Maximiliano imperatore icit, ann. ſalutis 1496.

vlbanectes liberi, Galliæ Belgicæ populi, apud Plin.

vlci, Lucanorum vrbs. Ptol.

vldaricus Manius Moguntiacus, ex ære literas fecit, eóque modo ſcriptos libros Romam attulit.

vlia, Turdulorum, in Hiſpania Bætica vrbs Ptole. *Monte mayor*, Morali, quinque leucis à Corduba.

vliarius, Aquitanici ſinus inſula apud Plinium. hodie *Oleron*, vt rectè conijcit Ortelius.

vlibiliani, Mauritaniæ Tingitanæ gens. Ptolem.

vlipada, inſulæ Taprobanæ vrbs mediterranea. Ptol.

vlius, Apollo dicebatur, quòd ſalubritatis eſſet author.

vliziberrha, Africæ Propriæ vrbs apud Ptol. Vluſuburitanum oppidum vocatur Plinio.

vlma, inſignis Sueuiæ ciuitas, ad vlteriorem Danubii ripam ſita, vbi Hylerus & Blanus amnes Danubio miſcentur, redditúrque inde idem Danubius nauigabilis. Putatur autem ab vlmis ſeu vlmetis hoc nomen adepta, quòd conſtructa ſit in terra vligine plena, & apta vlmetis. Olim abbati cuidam parebat, ſed tempore Friderici tertij, ab iſta iuriſdictione Vlmenſes ſeſe exemerunt. Munſter.

vlmos Antonini, vocatur *Iltz* à Simlero, Pannoniæ inferioris vrbs.

vlpia Traiana. vide zarmizogethuſa.

vlpianum, Dardaniæ vrbs in Myſia ſuperiore. Ptol. Hanc Procopius lib 4. de ædificiis Iuſtiniani imp. ſcribit ab hoc imperatore reſtauratam, & ſuo nomine *Iuſtinianam Secundam* voce Latina appellatam ſi verum eſt quod Nicep. Calyſtus dicit, duæ erant huius nominis vrbes: is enim tradit hunc Iuſtinianum in Cypro quandam ciuitatem *Iuſtinianam Secundam* nuncupaſſe, in honorem coniugis, cui Cyprus patria erat. *Vlpianam* etiam Daciæ vrbs eſt apud Ptolem. quæ à mare Nigro *Czanadre*: & à Caſtaldo *Alba Iulia* interpretatur. *Vlpianam* vrbem eam vocat Procopius lib. tertio. de bello Gothorum. Vlpianam villam Iornandes, atque Illyrico ponunt.

vlpianus, Iuriſconſultus, Adriani Imperatoris ſcriniorum magiſter, Tyrius fuit. Is vitun

authoritate Pomponij in libris Pandectarum. Qui quum Galliam regeret, populari tumultu excitato, interfectus eſt, vt notat Raphael Volat.

vlpis Diana apud Lacedæmonios dicta eſt, Palæph. lib. 2.

vlpon, Italiæ ciuitas.

vlubræ, arum, ignobilis Italiæ vicus iuxta Velitras nulla alia re, quàm quod in ipſo educatus fuerit Auguſtus memorabilis, vt annotauit Porphyr. in illud Horatij lib. 1. Epiſtol.

Quod petis hic eſt,
Vt Vlubris animus ſi te non deficit aquus.

Vluſubrum. Plinio, Vlizibirrha, Ptole. Africæ Propriæ vrbs.

vlyiſſea, Hiſpaniæ Bæticæ locus, in quo Mineruæ fanum. Supra Abderam in montanis eſt. Straboni.

vlyiſſes, rex Ithacæ & Dulichij inſularum, filius Laërtæ, & Anticleæ, quanquam non deſunt, qui ex Siſypho conceptum velint, qui Anticleæ, cùm ad Laërtæ nuptias duceretur, vim dicitur obtuliſſe. Vnde Aiax apud Ouidium 13. Metamorphoſeos illi obiicit, quod Siſyphio ſanguine eſſet genitus. Fingitur ab Homero vir multa præditus facundia, nec minore experientia, vafer conſilio, egregius bello, laborum patientiſſimus. Vxorem habuit Penelopem, Icarij filiam, ex qua Telemachum filium ſuſcepit, eamque tantopere adamauit, vt reliquis Græcorum principibus ad bellum Troianum proficiſcentibus, ipſe inſaniam ſimulauerit, futurum ſperans, vt tanquam bello inutilis domi relinqueretur. Iunctis itaque duobus diuerſi generis animalibus, littus proſcindebat, & frugum loco ſalem ſerebat. Palamedem tamen virum prudentiſſimum latere non potuit, qui vt technam illius detegeret, aranti illi Telemachum filium in ſulco obiecit: quod Vlyiſſes conſpicatus, ne filium læderet aratrum ſubleuauit. Quo argumento facilè deprehenſum eſt, non veram illam, ſed ſimulatam eſſe inſaniam. Pertractus itaque ad Troiam, ſtrenuam vtiliſſimámque eo in bello Græcis operam nauauit. Nam & Achillem, inter Lycomedis regis filias, virginali habitu latitantem, ad bellum perduxit, & ſagittas Herculis à Philoctete impetratas, ad Troiam pertulit. Cinerem prætereà Laomedontis, qui ſuper Scæa porta Ilij ſeruabatur, clàm ſuſtulit, Palladiúmque vnà cum Diomede ex Troia, cæſis cuſtodibus rapuit. Miſſus deinde explorator cum eodem Diomede, Rheſum Thraciæ regem occidit, equóſque eius abduxit, priuſquam Xanthi aquam deguſtaſſent. Erant autem hæc omnia in Troianorum fatis, ſine quibus Troia expugnari non poterat. Cum Palamede frumentationis cauſa grauiſſimas inimicitias exercuit: cúmque tandem per calumniam circumuentum, lapidibus obruendum curauit. Occiſo Achille, in armorum illius iudicio Aiaci prælatus eſt. Capta autem Troia, Orſilochum Idomenei Cretenſis regis filium, obſtantem ne legitima pars prædæ ſibi diuideretur, exorta rixa interemit. Denique Polyxena ad Achillis tumulum iugulata, atque Aſtyanacte Hectoris filio è turri præcipitato, cùm nauim conſcendiſſet, tanquam in patriam rediturus, graui exorta tempeſtate, primùm in Ciconum littus pulſus eſt. Atque inde rurſus ſoluens ſimili tempeſtate eiectus in Africam, ad Lotophagorum gentem peruenit: vbi cùm ſocij locorum guſtaſſent, ægrè indè potuerunt reuelli. Inde rurſus vela faciens, in Siciliam delatus eſt, vbi Polyphemi antrum cum duodecim ſociis intrauit, ex quibus cùm Cyclops ſex deuoraſſet, oculum ei eruit, præuſto ſtipite, pellibúſque arietum inuolutus, cum ſuperſtitibus antrum euaſit. Hinc in Æoliam nauigans, ab Æolo ventos in vtrem coactos obtinuit. Verùm cùm iam Ithacæ proximus eſſet ſocij theſaurum eſſe credentes, vtrem ſoluerunt: quo facto reſtantibus ventis denuò in Æoliam repulſus eſt: ſed ab Æolo abactus, deuenit ad Læſtrygonas, quos ob immanitatem fugiens, ad Circen peruenit, quæ cùm exploratores eius in belluas mutaſſet, ipſe ſumpto à Mercurio pharmaco acceſſit impauidus, & ſtricto gladio eam coëgit, vt ſocios priſtinæ formæ ſuos reſtitueret: quod cùm feciſſet, eius poſtea conſuetudine vſus per totum annum, ſuſcepit ex ea Telegonum filium: Heſiodus verò Arium & Latinum ex Circe genuiſſe dicit. Ægrè deinde ab ea dimiſſus, ad Oceanum peruenit, vnde peractis ſacris ad inferos deſcendit, ibíque de Anticlea matre Alpenore. Tireſia vate multis de rebus certior factus, reuertitur ad Circen: & Elpenorem ſocium, qui nuper inebriatus de ſcalis deciderat, honorifica proſequitur ſepultura. Poſt hæc ad inſulam Sirenum delatus eſt, quorum cantus ne audiret, ſociis aures cera obturauit: ſe autem ad malum alligari fecit, eaque ratione illarum inſidias tutus euaſit. Inde Scyllam tranſiens & Charybdin, non ſine maximo periculo in Siciliam venit ad ea loca, vbi Phaethuſa Solis filia cum duabus ſororibus greges patris paſcebat, à quibus vim omnem abſtineri iuſſit. Sed ipſo dormiente, ſocij fame coacti, ſuadente etiam Eurylocho, plura ex gregibus, animalia mactauerunt: quod ſcelus poſtea naufragio luerunt: adeò vt ex omnibus ſolus ſit ſeruatus Vlyiſſes, qui arrepto nauis malo, nouem diebus à vento & vndis huc illuc agitatus, tandem ad Ogygiam inſulam appulſus, à Calypſo Nympha ſuſceptus eſt: ſeptémque annis eius conſuetudine vſus, Nauſithoum & Nauſinoum

nouem filios, vt Heſiodo placet, ex ea genuit. Poſt hęc miſertus ejus Iupiter, Mercurio in Ogygiam miſſo, imperat deæ, vt Vlyſſem miſſum faciat. Confecta itaque rate, Vlyſſes rurſus mari ſe committit. Verùm cùm jam Phæacia in conſpectu eſſet, ſubitò immiſſa à Neptuno tempeſtate, nauim fregit, actúmque de eo omnino fuiſſet, niſi ejus miſerta Leucothoe, tabulã ei ſuppeditaſſet, cui ille innitens, incolumis in Phæacentium portũ adnauit; ibidémque, quò nudus eſſet, inter frondes ſeſe occultauit. Verùm nõ multò pòſt à Nauſicaa filia Alcinoi repertus, veſtes accepit. Deinde Palladis opera ad Aretẽ ejuſdẽ Alcinoi conjugem deductus dono nauem & ſocios accepit, qui eum in Ithacam reduxerunt, vbi cùm dormientem cum donis depoſuiſſent, tandem excitatus à Pallade ipſius monitu habitum mendici accepit, hoc modo ad ſuos ſubulcos peruenit, apud quos Telemachum quoque vidit. Demum ab Eumæo porcario incognitus domum deducitur: vbi poſt multas injurias ſibi à procis illatas tandem ab Euriclea nutrice agnitus arma ex compoſito cum filio & duobus ſubulcis quibus ſe indicarat, aduerſus procos ſumens, eos ad vnum omnes trucidauit, atque ſic Penelopem recepit. Porrò cùm ex oraculo didiciſſet, ſe a filio interemptum iri, in locis abditis viuere decreuit. Telegonus autem filius ex Circe ſuſceptus patrem ſuum videre cupiens, Ithacam profectus eſt, vbi cùm incognitus à domo patris prohiberetur, orta contentione, patrem incognitum ſpina venenoſa trygonis piſcis tranſfixit.

vlyſſis ſapientem & verè politicum virum repræſentantis, allegoriam explicat, omniáque ejus præclarè geſta deſcribit N. Comes, Mythologiæ lib. 9. c. 1.

vlyſſis portus, Siciliæ vrbs, Plin. ab Aretio *Longina* vocatur. Fazellus putat olim quoque *Engyon* dictam. Ejus meminit Ptol. Vlyſſis portus ex Itacio *Catra* priùs nominabatur. Leander, qui deſcripſit inſulas Italicas, Vlyſſis portum *Cabo Raſcaranchi* & Odyſſeæ *Porto de Pali* vocat.

vlyſbona, ciuitas in Hiſpania ab Vlyſſe condita. Sunt tamen qui præcipiant & Vlyxem, & Vlyxbonam ſcribi per x, ſed tales literas Græci ignorant. Alias Vlyſſipona, Luſitaniæ metropolis, quam hodie *Liſbonam* vocant, regum Portugalliæ hodie regia eſt. Tradit vetuſtas ab Vlyſſe conditam eſſe. Strabo Vlyſſeam appellari ſcribit. lib. 3. vide Olyſpo.

V M

vmbilicum maris nominat Paulus Diaconus quandam Oceani voraginem, eúmque deſcribit circa Occidentale littus Scandiæ. Hujus meminit etiam Syluester Cambrenſis, & noſtro tempore Olaus Magnus, ſub nomine Charybdis. Haud procul eſt a Noruegiæ continente, reſpicitque à parte Septentrionali ſcopulum *Vlveſey* dictum, latitudinis 68. partium ab æquinoctiali Arctum verſus. Ab effectu nomen ſortitur. Eſt enim Germanici maris locus, vbi ſingulis ſenis horis creſcente Oceano aqua deorſum in barathra deuoluitur atque demergitur, tanta vi & rotatione, támq; incredibili vndarum ſtrepitu, vt facilius quis admirari quàm deſcribere poſſit. Et contrà, eadem, totidem horis Oceano decreſcente rurſum ex imo reſurgit, ſurſúmq; emergit, atq; attollitur tanto impetu, vt nulla ſit tam ingentis ponderis moles, neque vllum quãtumuis vaſtiſſimum piſcium genus quod ad fundum ſubſidere queat. Omniáq; tunc antea rapta abſorptáq; inter quæ interdum naues hominibus & mercibus onuſtas eructat & euomit. Patet hęc vorago in ambitu ad XL. M. P. Hinc quamplurimi omnem Oceani fluxum, & refluxũ, originem habere exiſtimant. Stupendum Naturæ imperſcrutabilis miraculum. Apud Melam Anhelitus mundi vocatur. *Nares mundi*, apud Solinum. Oceani Euripum & Abyſſi voraginem vocari ſcribit Crantzius. Neq; dubito etiam (inquit Ortelius) quin ea etiam quæ ex Iacobi Gnoyen, & cujuſdam præſtigiatoris monachi relatione in G. Mercatoris vniuerſali tabula de ſubpolari regione falsò commemorantur, ad hunc locum verè ſint referenda.

vmbræ, Indiæ populi. Plin.

vmbranates, VIII. regionis Italiæ populi. Plin.

vmbranici, Galliæ Narbonenſis populi. Plin.

vmbri, Italiæ populi. Ptol. lib. 3. c. 1. hodie Ducatu. Spoletanus.

vmbria regio Italiæ inter Apenninum & mare Adriaticum ſita, ita dicta ἀπὸ τῶν ὄμβρων, hoc eſt ab imbre, propterea quòd Vmbri omniũ Italiæ populorũ antiquiſſimi, inundatione terrarũ, imbribúſque ſuperfuiſſe credãtur, vt refert Plinius lib. 3. c. 14. Aut certè Vmbria dicta eſt ab vmbra, quòd ea regio propter altitudinem montium & vicinitatem Apennini, vmbroſa ſit. Olim trecẽta oppida habuiſſe fertur, quæ poſtea Heruſci deleuerũt. Hodie ſunt reliqua, Sentinum, Fanum Fortunę, Nurſia, Reate, Ameria, Tiphernum, Nuceria, Aſſiſia, Tudertum, Narnia, & Spoletum, à quo nunc ea regio Ducatus Spoletinus appellauit. Meminit regionis hujus Lucanus lib. 2.

Iúſq; ſui pulſo iam perdidit Vmbria Thermo.

vmbriæ, in quadam ſpelunca vndecim millia armatorum fumo, ignique conſumpta ſunt. Hodie *Spoleto* vocari ex recentioribus ſcriptoribus manifeſtum eſt. *Ombria* Græcis dici Pli. teſtatur, *Ombros & Ombricos* vocat Stephanus ejus incolas, quos Liguribus finitimos facit Halicarnaſſ. 1. *Vmbrium quam Tuſcum Seppia-*

num vocant, inquit Liu. lib. 31.

Vmbricorum, regio Scythiæ eſt apud Herodotum, *Grabaten* ſiue *Croatiam* interpretatur Peucerus in ſuo libello De dimenſione terrę inſcripto.

vmbro mons, Tuſciæ locus eſt apud Antoninum, *S. Quirico*, putat Annius in Senenſi territorio oppidulum.

vndalus, vrbs Galliæ Narbonenſis ad confluentia Sulgæ in Rhodanum ſita, Strab. lib. 4. Hanc Paradinus ſcribit hodie *Pons Sulga* vocari. Intercidiſſe vrbem inquit Scaliger in ſuo Auſonio, hodiéque eum locum dici *Portus Trallia.* idem addit *Vindelum* à Floro & *Vindalium* in Epitoma Liuiana nuncupari, ſic quoque Oroſius vocat lib. 5. c. 13.

Vmbro, Steph. nomē fluuij Inſubrię nauigabilis, qui & Lamber ſeu Lambrus à Plinio dicitur.

V N

Vndecim viri, Athenis à Themiſtocle & Ariſtide ſunt inſtituti, ſinguli quidem ex ſingulis tribubus, & ſcriba vndecimus cum eis adnumeratus. In legibus Solonis vndecim viri nominantur: ſed ad eas leges multa ex poſteriore Repub. ſunt adjecta, & hic à Solone nuncius induci non potuit, qui quatuor tantùm tribus probauit. Horum munus fuit carcerem cuſtodire, captiuum elapſum conquirere, atque in carcerem redigere, contra fures & graſſatores actionem & habere & ad ſe trahere, & damnatos vltimo afficere ſupplicio. Pollux. Plato in Apol. Socratis. Demoſt. in Timocratem.

vnelli, populi ſunt inter Celtas ex maritimis ciuitatibus Oceanum attingentibus, proximi Andibus, Venetis, Oſiſinis, Lexobijs inter ciuitates Armoricas numerati. vulgò, *Le pays du Perche.*

vni. populi qui mari Cronico vicini, Caſpium accolunt, quos quidam Turcas vocari exiſtimant, ſunt Hungari. Quidam primam ſyllabam aſpirant Hunni, *Saberi*, Nic. Calyſto teſte, dicuntur: & *Onogori* Agathiæ, *Vnni, Huni* & *Auares* ijdem ſunt Eginartho cum *Hungaris* hodie. Hungaros *Vgros* & *Magores* quoque appellat idem. Hunnos *Chunes* apud Pto. vocari vult Peucerus.

V O

Voberga, villa eſt juxta Bilbilem amnem curſu fluminis, vmbra arborum, & frigiditate ſcaturienſium fontium amœniſſima, Martial. *Bobierca*, hodie.

Vobiſcus Iulius Tullus, conſul, ab vrbe condita 281.

Vobrix, Mauritanjæ Tingitanæ oppidum. Pto. *Lamta*, Marmolio.

voca, Callarcorum Lucenſium in Hiſpania Tarraconenſi vrbs. Ptol.

vocates, populi inter Aquitanos, proximi Hiſpaniæ citeriori: ab his fortè Voſcones dicti. Ciuitas eſt epiſcopalis in prouincia Auſcitana, quos Baſatenſes dicimus *baſas* vulgò.

vocetius, nomen in Heluetijs, Tacit. *Botzberg*, Schudo.

vocontij Galliæ Narbonenſis populi, vt ſcribit Mela. lib. 2. in deſcriptione Galliæ Narbonenſis.

voconia. vide Benna.

vogeſus, mons eſt Galliæ Belgicę, Sequanos & Lingones diuidens à Mediomatricibus, Araris & Moſæ fontibus inſignis. Lucanus libro primo.

Caſtráque quæ Vogeſi curuam ſuper ardua ripam.

Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.

Mont de faucilles dicitur Pineto. Separat Burgundos à Lotharingis, atque Elſatiam ab ipſis Lotharingis, vt habet Lupanus in ſuis commentarijs in Tacitum. Vogeſi montis ea pars, vnde Moſella fluuius oritur, *Kratzer* vocatur ex libello Magni Gruberi in quo Rhenum deſcribit in Lotharingiæ Chorographica tabula. Hunc tractum *Eſtaye* Gallicè & *Buffder Stay* Germanicè appellari notat Ortelius, proximè ſunt montes *Ballons* dicti.

vogia, Turdulorum in Bætica oppidum, Ptol.

vogiſonus, ſiue Vogiſolus lacus in Patauino agro. Plin. lib. 3. cap. 16. Togiſonum habent libri hodie editi. Veteres libri, Vigiſonum.

vol, Ptolemæo vrbs in Africa Propria.

volana, Samnitum vrbs, à Caruilio capta. Liu.

volaterra, vrbs à Florentinis oçcupata, anno ſalutis 455.

volaterræ, ſeu Volaterrana vada, Hetruriæ oppidum ad Cecinam fluuium, vt ſcribit Plin. lib. 3. c. 5. hodie, *Volterra*. Volaterranus, hinc oriundus tradit eam aliquando à Pannonibus euerſam, ſed paucis pòſt annis ab Othone 1. Imp. reſtitutam, & ſuo nomine *Othonianam*: ſed à poſteris corruptè *Antonianam* appellatam *Volaterrana vada* etiam à Plinio & Rutilio deſcribuntur, ad oſtia Cecinnæ fluminis, quæ *Vada* ſine cognomine ab Antonino vocantur.

Volcæ, populi Galliæ Narbonenſis, Volcarum nomen trans Rhodanum in occaſum celeberrimum fuit ſicut citra, Saliorum ſiue Salium, Ptolemæo teſte lib. 2. c. 10. *Volgæ* etiam dicuntur, *Vluſcos* apud Dionyſium dici annotauit Helias Vinetus in Eutropium. *Auignon* hodie in eorum loco eſſe ſcribit Marlianus.

Volcæ-

Digitized by Google

Volcatius Conſul, impediit ne Catilinam ob accuſationem repetundarum peteret conſulatum. Pædianus.

volcatius Gallicanus quintus conſul ſcripſit vitas imperatorum ad Diocletianum. Eius tantùm extat nunc Auidij Caſſij vita.

volcatius Terentianus hiſtoriam ſui temporis, id eſt Gordianorum. ſcripſit, ac dicit Gordianum ſeniorum vultum Cæſaris Auguſti valde retuliſſe Author Capitol.

volcatius Epidius grammaticus, ſcripſit res geſtas Pompeij Magni & eius patris, primus Libertinorum qui hiſtoriam ſcripſerit, cùm ab optimo quoque ſcribi ſolita ſit, vt ſcribit Cornelius Nepos. Ludum aperuit, docuítque inter cæteros M. Antonium & Auguſtum. Ex Tranquil.

volcatius, Sedigitus in lib. de poëtis quid ſentiat de his qui comœdias ſcripſerunt, aliquot verſibus monſtrat.

volcentani, Lucanorum populi. Plin.

volci, Ptolemæo de Plinio, Italiæ in Latio populi, *Gaiette*, Pineto *Buluſ.* ſcribit Suidas, ſine b ſcribit Halicarn. Voluſci.

volciani, Liuio Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, circa fontes Gueibæ fluminis hodie, *Villa dalke*.

voldumianus, conſul ab vrbe cond. 1024.

volerius, Corſicæ fluuius, Ptolem. *Fiuminale*, Leandro *Rigi* Pineto.

volgæ, ſeu Volcæ, ſunt populi prouinciales, non longè ab Arecomicis, qui nunc Auenionenſes ſunt, Nemauſenſibus & Bæterrenſibus proximi. Hos Rhodanus fluuius alluit, poſthac Liguſticum mare influit. Ciuitas eſt Epiſcopalis, in qua Romani Pontifices ſedem magno totius Italiæ incommodo, maiore vrbis Romæ tenuere 70. & amplius annos, donec Italiæ reſtituti ad hanc diem manſere.

volgeſia, Babyloniæ regionis ad flumen Baarſarim vrbs Ptolemæo, *Vologeſocerta* à Plinio vocatur lib. 6. cap 26. *Vologeſſia* apud Ammianum. lib 23. legitur. *Bologeſias* Stephano eſt, idem habet *Bologe ſipheram* vrbem, ſed eam Perſidi adſcribit.

volginia Poloniæ regio inter Lithuaniam & Poduliam iacens ad Orientem, omnium rerum propter agri fertilitatem abundans, & oppidis caſtelliſque frequens. Cromerus.

voliba, Ptolemæo Domniorum vrbs, in Albione inſula, *Rodman* Villanouanus appellat, *Volemut* Camdeno eſt.

vologeſes, Parthorum imperator, anno ſalutis 50.

vologeſi ſeu Volgeſia, aut vologeſo certa. Babyloniæ regionis ad flumen Baarſarim vrbs. Ptol. Stephan. Plin.

volones, dicti ſunt ſerui, qui bello Punico, cùm deeſſent qui ſcriberentur, pro dominis pugnaturos ſe polliciti, in ciuitatem recepti ſunt: & Volones appellati, quia hoc ſponte voluerunt. Feſtus. Liuius. Volones liberi eſſe iuſſi.

volſci, populi in Latio vltra Circeios, teſte, Plin. lib. 3. cap. 5. Virg 2. Georg.

Aſſuetúmque malo Ligurem, Volſcoſq; Verutos.

Ex volſcis orta fuit Camilla, quæ Turno aduerſus Æneam ſuppetias tulit. Idem 7. Æneidos.

Hos ſuper aduenit Volſca de gente Camilla.

De his ſcribit Pomponius Mela. lib. 2. in deſcriptione Italiæ.

volſinienſium Lucus, qui hodie *Boſco di Monte Fiaſcone* nominauit: in Tuſcia eſt, authore Leandro.

volſinium, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Tuſcorum vrbs. hodie *Bolſena*. vide Vulſinij & Vulſinus.

voltumnę Fanum, Liuio lib. 6. locus eſt Etruriæ. ſunt qui putent Viterbum hodie hunc locum occupare. Alij *Maſſa* nunc ibi extare dicunt, in Senenſi territorio.

voluce, Hiſpaniæ vrbs inter Cæſarauguſtam & Aſturicam Auton.

voluntij, Hiberniæ populi. Ptolem.

voluptia, voluptatis dea habita eſt.

voluſianus Vibius xxx. Romanorũ imperator, regnauit annis duobus anno ſalutis 253.

voluſius, poëta quidam ineptus fuit, patria Patauinus, qui Ennium ſequutus, rerum geſtarum populi Romani Annales carmine ſcripſit. Catullus de Smyrna Cinnæ.

At Voluſi annales Paduã morientur ad ipſam,
Et laxas ſcombris ſæpe dabunt tunicas.

Et alibi.

Annales Voluſi, cacata charta.

voluſius Saturnius 11. conſul ab vrbe condita 845.

vomanus, Piceni fluuius. Plin. *Vomano*. hodie Alberto, Leandro teſte *Trunoum* habet hoc tractu Strabo lib. 5. quem idem L. Albertus eundem cum Vomano eſſe ſcribit.

vonones Parthus, obſes à patre Phraate Romanis datus, in regnum repoſcitur: mox ſpretus à ſuis ab Artabano regno exuitur. Cor. Tacit. lib. 2. Iuſt. 42.

vopiſcus, dictus eſt hiſtoricus quidam, qui de imperatoribus ſcripſit.

voranus, Qu. Luctatij furaciſſimus libertus, quem numerarius nummos de menſa ſubtrahentem, & in calceos intarcientem deprehendit. Cœlius lib. 10. cap. 49.

voreda. Angliæ vrbs, apud Antoninum. *Old. Carlile*, Camdeno.

vorganium, Galliæ Lugdunenſis vrbs in Oſiſmiis Ptol.

Voturi Galli, qui Galatiam quondam tenuerant. Plin. & Solin.

Vpis Diana, apud Lacedæmonios dicta eſt. Palæph. lib. 2.

V R

Vr, Vrbs Chaldæorum, vnde Thare pater Abraham, Geneſ. 11. Pater Eliphal. 1. Paral. 11. Lat. ignis vel lumen, aut lux, ſignificat etiam vallem. *Vre* habet Ioſephus *Orchoë* Ptolemæi eſſe ait Villanouanus. *Vr*, Perſicum caſtellum habet Ammianus lib. 25. Euſebius de præparatione Euangelica 9. cap. 4. eius meminit, ſicque legit, In *Camirine*, Babyloniæ vrbs, quam alij (*Vriem* vocant: quod nomen Latinè Chaldæopolim ſignificat, ait Eupolemon.

Vra, locus ad Euphratem, in quo is reuerſus ad Orientem relinquit Palmyrenæ regionem. Pli.

Vragus, Plutonis cognomen eſt, ab vrgendo (vt quibuſdam videtur) impoſitum, quod omnium deorum maximè nos vrgeat. Nos Græcam vocem eſſe malumus. Apud illos enim οὐραγὸς dicitur, qui in acie extremam agminis partem ducit. Vnde non inuenuſtè ad Ditem transfertur, qui poſtremum humanæ fabulæ actum excipit.

Vrania, ſiue Vranie, vna Muſarum, Iouis & Mnemoſines filia, cui Aſtrologiæ inuentio tribuitur. Vnde & Vraniam dictam putant, quaſi τὰ οὐράνια θεωροῦσα, hoc eſt, ſublimia ſpeculantem. Ouid. lib. 5 Faſtorum.

Excipit, Vrania, fecere ſilentia cuncta.

Vranopolis, Pamphiliæ vrbs. Ptolemæo in Atho monte, Plin.

Vranus, pater Saturni, quem Latini Cælum vel Cælium appellant. Huic Saturnus filius virilia dicitur excidiſſe, quæ in mare proiecta, & fluctibus agitata, ſpumas ediderunt, ex qua Venerem natam volunt, quæ idcirco Græco nomine dicitur Aphrodite.

Vraranes, Perſarum rex, regnauit annis III. an. ſalutis 274.

Vraranes Seganeſſa, Perſarum rex, regnauit menſes IIII. an. ſal. 292.

Vrathinæ, Indiæ extra Gangem vrbs, Ptol.

Vratiſlaus, Moguntiæ ab Imperatore Bohemorum rex primus deſignatus, an. ſal. 1085.

Vrbanus XVI. Rom. epiſcopus, annis VIII. anno ſalutis 225.

Vrbanus II. pontifex CLX. ann. XII. menſ. IIII. dieb. XIX. anno ſal. 1088.

Vrbanus III. pontifex CLXXIII. annis II. anno ſalutis 1165.

Vrbanus IIII. Pontifex CLXXXIII. annis III. menſe, I. diebus IIII. anno ſalutis 1261.

Vrbanus V. pontifex CC. annis VIII. menſ. IIII. anno ſalutis 1362.

Vrbanus VI. pontifex CCII. annis XI. menſ. VIII. anno ſalutis 1378.

Vrbara oppidum in Mauritania Cæſarienſi. Ptolem.

Vrbata, Pannoniæ vrbs, apud Antoninum.

Vrbi, Indiæ populi. Plin.

Vrbiaca, Hiſpaniæ vrbs inter Liminium & Cæſarauguſtam. Anton.

Vrbicua, Hiſpaniæ vrbs apud Liuium, *Arbeca*, Ant. Beutero, & Cluſio dicitur.

Vrbicus, Hiſpaniæ fluuius, circa Aſtorgam hodie *Orbego*.

Vrbinia. Veſtalis virgo amiſſæ caſtitatis ergò viua defoſſa eſt, ab vrbe condita 282. Vide in verbo Tutia.

Vrbinum, Italiæ oppidum in Vmbria, à quo Vrbinates, Plin. lib. 3. c. 14.

Vrbone, Turdetanorum in Bætica vrbs, Ptol.

Vrbs vetus, hodie dicitur ea vrbs Holſatiæ, quam Saxones *Aldenburg*, Dani *Brauneſia*, & Vvandali *Stargard* vocant, Grantzius.

Vrbs, Liguriæ fluuius eſt Claudiano de bello Getico eo verſu.

Peruenit ad fluuium Miri cognominis Vrbem.

Vrba vel *Orba* hodie vocari credit Ortelius, à Tanaro amne in Padum defertur.

Vrbubuma, Æthiopię ſub Ægypto oppidũ. Pl.

Vrce, vrbs Tarraconenſis Hiſpaniæ, Ptol. lib. 2. c. 6. hodie *Aquile*.

Vrceſa, Celtiberorum vrbs in *Hiſpania* Tarraconenſi. Ptol. *Velez* Cluſio.

Vrcinium, Corſicæ inſulæ oppidum, Ptol. Giperca Nigro, *Ataz* Pineto.

Vrema, Syriæ vrbs ad Euphratem. Ptol.

Vrgella, Vaſæo dicitur Arragoniæ vrbs in Hiſpania Tarraconenſi, quæ hodie *Vrgel* vocatur, Ilergetum vrbem eam dicit Florianus.

Vrgenum, Straboni Galliæ Narbonenſis vrbs Ernaginum Pt. *Arnaginũ* Antonini eſt Simlero.

Vrgi, Sarmatiæ gens inter Iſtrum & Boryſthenem. Strab.

Vrgia, cognominatum *Caſtrum Iulium*, oppidum Gaditani conuentus, Plinio lib. 3. c. 1. Hanc autem eſſe putant, quam Strabo *Oriam* vocat, teſte Hermolao, Villanouanus putat *Vcia* Ptolemæi eſſe.

Vrgo, maris Tyrrheni inſula, apud Plinium, *Gorgon* vocatur à Rutilio Numatiano, *Gorgona*, Pineto & Ptol.

Vri, gens circa Pontum Euxinum & Indum fluuium. Orph. Plin.

Vri, filius Hur filij Caleb, ex Ephrata vxore, 1. Paral. p. 2. Pater Gaber. 3. Reg. 4. lat. idem ſignif. quod Vr.

Vria, ſiue Vrias ſacerdos quidam. Iſa. 8. 4. Reg. 18. Propheta, filius Semei, de Gariath-iarim. Ier. 26. Maritus Beth ſabee, 2. Reg. 11. 1. Par. 11. lat. ignis ſiue lumen aut lux Domini.

Vricouium, Angliæ oppidum, quod Humf. aucto-

auctore, Britannis *Ymuvittbig*, & Anglis *VVre-kene ſtre*, & contracte *VVro ketſtre* dicitur, olim vero *Penguern*. Viroconium Ptolemæi in Cornauijs petat Simlerus.

Vriel, pater Maacha ſiue Michai matris Abiam regis Iuda. 2 Par. 13. qui 3 Reg. 15. dictur Abeſſalom, filius Thahath. 1. Paral. 1. lat. ignis ſiue lumen aut lux Dei.

vrien. vide Vr.

vrij Iouis templum. Stephan.

vrinarius Largus Quintianus, Cos. ab vrbe condita 987.

vrites, apud Liuium 42. ſunt Italiæ Exterioris populi.

vrium, Hiſpaniæ vrbs. vt ſcribit Ptol. l. 2. c. 4. Aurienſis alio nomine dicta. *Oria* Villanouan.

vrius, Alemanorum rex, Ammianus Marcel. lib. 16.

vrolanium, Ptolemæo lib. ſecundo cap. 3 alijs Verulamium, Britanniæ inſulæ ciuitas. Vulgò, S. *Alben*.

vrſa, ſidus cœleſte, figuram habens ſimilem plauſtri, vt de antiqui Græcorum ἅμαξαν, hoc eſt plauſtrum dixerunt. Noſtri quoque à bobus iunctis, Septentriones appellarunt, id eſt, à ſeptem ſtellis, ex quibus quaſi juncti triones figurantur. Sunt autem duæ Vrſæ major & minor quas Græci ἄρκτους vocant de quibus alibi.

vrſa Baluia, Picenorum vrbs, Ptol. lib. 5. c. 5. hodie *Vrbſa*. lege, Vrba Saluia.

vrſella vel Vrania, vulgò Vri, Heluetiæ oppidum, quartum obtinuit in Siluanorum fœdere locum anno M. CCC. XV. ſitu & natura loci munitiſſimum. Habet enim à meridie Gothardi montem, ab ortu Criſpaltum ab Occaſu frigidiſſimum illum & aſcenſu difficilem, Furcam, hoc eſt, montem bicornem: à Septentrione lacum Lucerinum reſpicit. Celebri Heluetiæ fluuio vrſa, vulgò *Ruſſ*, alluitur.

vrſicinus, Alemanorum rex, Ammian. Marcel. lib. 19.

vrſina. vide Berna.

vrſinus, XXXVI. Rom. epiſcopatus. an. ſal. 386.

vrſo Colonia, Straboni, quæ & *Genua* Vrbanorum, Hiſpaniæ Bæticæ vrbs, apud Plinium *Oſſuna* hodie putatur. *Vrſon* in antiquis hujus locis lapidibus ſcribi tradit Naugierus *Vrſao* eſt Hirtij.

vrſus, conſul, ab vrbe condita 1000.

V S

Vſbium Germaniæ vrbs juxta Danubium, Ptolem. Lazius in Auſtria ponit, & *Perſenburg* vocat.

vſellis, Ptolemæo Sardiniæ oppidum, quod *Boſſa* Nigro eſt.

vſipetes, populi Germaniæ Transrhenani, qui cum Tenchteris & magna multitudine hominum à Sueuis diu agitati, & triennio vagantes, Rhenum fluuium tranſierũt, non longè ab oſtio vbi mare influit, & Menapiorum agros vtramque fluminis ripam incolentes, occuparunt. Hos deuicit Liuius Druſus, anno ſalutis 515. Hos Plutarchus in vita Iulij *Huſipas* vocat, Vſipetes putat Willichius eoſdem eſſe cum *Vſipiis* Taciti, & *Viſſus* Ptolemæi: item *Syſipetibus* Appiani. Vſipij tamen & Vſipetes ſunt apud Tacitum diuerſi populi.

vſo, vir inſignis, & antiquiſſimus, qui primus tegmina corporis, ex pellibus ferinis confeciſſe dicitur, Euſeb. lib. 5. præpar. Euang. Adamus tamen omnium hominum primus, & humani generis propago, pelliceam ſibi veſtem confecit: quod proculdubio veſtes faciẽdi poſteris exemplar extitit. D. Hieron.

vſtica, mons in Sabinis, cujus meminit Horatius. 1. Carm. ode *vtcumque dulci Tyndari fiſtula, Valles & Vſtica cubantis, Leuia perſonuere ſaxa*. Cubantem, inquit Porphyrio, dixit, ad reſupinam ejus regionem attendens.

V T

Vthai, viri nomen 1. Eſd. 8 27. Lat. peruerſitas aut hora vel temporalis.

Vtica, Ptolem. Ἰτύκη Stephan. vrbs Aphricæ Propriæ, ad Bagradam fluuium ſita, proximam Carthagini obtinens dignitatem, eâque exciſa, Africæ totius caputũ quã Cato Vticenſis, victo Scipione necem ſibi conſciuit, Lucan. lib.

— proh triſtia fata

Non Vtica Libyca clades, &c.

Ityca habet Ptolem. *Porto Farina* Fazella dicitur. *Mazachates* locus nunc vocatur, inquit Niger: oppidum enim deletum eſſe ait.

Vtinum, Italiæ oppidum juxta Aquileja, vbi principũ Auſtriæ opus inſigne admodũ, & in arce mediæ vrbis, edito colliculo cõſpicuũ, vt ſcribit Vadianus, incolis *Vdine* vocatur. Lazius eam ſcribit quoq; *Vdinum*, & Germaniç *VVeyden* nominari.

Vtriceſium, vrbs Batauorum, Epiſcopali ſede nota, quã & *VVilteburgum* fuiſſe vocatã Anton. l. 18. & Ruenan. ſcribũt: ex Sigiberti forte Chronico, vbi dicit Wilebrordum à Sergio Papa Epiſcopũ cõſecratũ in loco Wiltaburch dicto, qui nũc Vltrajectũ dicitur, à nomine gentis Vultarũ, & trajecto cõpoſitũ, quaſi Vultarum oppidũ, *Antoniam* ab initio vocatã aſſerit Hortenſius.

V V

Wagri, Germaniæ populi, *Holſater*, in Daniæ regno Albert. Crantzio. Idem horum regionem *Holſatiam Tranſalbianam* (quòd trans Albim fluuium ſita ſit) & *Nordalbingam* quòd trans Albim verſus ſeptentrionem, quem Germani *Nord* vocant, expoſita ſit, vocat.

Vualachinia, Zelandiæ primaria inſula. vide Zelandia.

Digitized by Google

Walla, Gothorum rex, Rogerico in regno ſucceſſit. Iornand. an. ſal. 417.

vuallię princeps, natu major inter Anglos dicitur, anno ſalutis 356.

vualis, ſeu Vahalis, eſt pars fluuij Rheni, quam Moſa fluuius recipit, antequam in Batauos & mare Oceanum fluat: & eſt diœceſis Trajectenſis prope Nouiomagum oppidum, & Trajectenſem vrbem, nomen retinens.

vuandalus, rex Aſſyriorum, apud Thuyſcones regnauit, anno mundi 2265.

vandali & Alani cum Alarico rege Italiam ingreſſi, ab Honorio ſedem cum expeterent, Gallias precario obtinuere. Pomponius in Theo. Blond. lib. 1. Decad. 1.

vuemaria, elegans Thoringię oppidum quondam peculiari comitatui nomen, jam verò Saxoniæ ducibus ſedem & domicilium præbet, qui magnificum in eo palatium habent, ex quadratis & formatis ad lineam ſaxis nitidè ædificatum, & pomarium omni arborum genere ſumma induſtria, conſitum, quòd Iſma fluuio, qui in Salam tandem ſe recipit, irrigatur.

vuelffo, Bauarorum dux, anno ſal. 1071.

vueſalia inferior, ciuitas Cliuenſis, eſt clara opibus dignitate, ædificijs & mercatura. Ad ejus mœnia amnis Lupia conjungitur Rheno, qui ſępius ab origine ſua tramite varians, ab hac demum vrbe, cui maxima affert commoda ad Occidentem, vbi & mare ingreditur, curſum inſtituit. Eſt item Weſaliæ memorabile Geronticomion, vbi ſenio, & ætate confectis viris vitæ neceſſaria liberaliſſimè ſuppeditantur.

vuidius, Quadratus 11. Cos. anno ſal. 106.

vuido, Tuſciæ Marchio, Ioannem cepit, & in vinculis ſuffocauit, anno ſal. 928.

Wilhelmus: Holandiæ Comes, Romanorum rex electus, anno ſalutis 1249.

Willhelmus, Northmanorum Comes, cum Francis Angliam intrauit, regem eorum Araldum vicit, Anglos cęcidit, ſuperauit, ſibi ſubjecit, quibus annis XXVI. imperauit. Paul. Æmil. lib. 3.

vvilhelmus, Thuringorum Marchio, fame expugnatus ſeſe dedidit an ſal. 1059.

vvilhelmus, Achajæ princeps, regno ſpoliatus à Michaele Palæologo an. ſal. 1260.

vuinuli, poſteà patria lingua Longobarbi, à longis barbis vocati ſunt, vt refert Sigebertus. Item Viterbienſis, qui eos *Vinulos* ſimplici v, ſcribit, addítque Vinulorum lingua *Ling* longa, & *Bart* barba, interpretari. Eorum ergo lingua fuit Germanica. Longobardi per a habet Tacitus.

vuitichindus, à Chunrado exorſus eſt hiſtoriam rerum Saxonicarum: priorum tamen rerum pariter mentionem facit, an. ſal. 913.

vuirtembergenſis Ducatus, circularem habet quaſi ſitum, complectitúrque ciuitates & oppida plurima, multa caſtra & monaſteria, villas & vicos penè infinitos, præter tres ciuitates imperiales, Eſtingam, VValam & Reutlingam, quæ intra ditionem Principis ſuum habent ſitũ, & proprias iuriſdictiones. Præſtantiores autem ejus ducatus ciuitates ſunt, Tubinga, vbi Academia: & Sturgardia: vbi Principis ſedes. Munſter.

vuirtzburgum. Vide Herbipolis.

vuiſmaria, in Ducatu Megalopolenſi clari nominis ciuitas, circa annum Chriſti 340. ædificata. Anno 1262. tota incendio perijt, ac tum multò quàm antè magnificentia extructa, lapideis ædibus condecoratur. Theatr. vrbium.

vuitteberga, oppidum in Saxonia ad Albim, temporibus noſtris domicilium Ducum ſuperioris Saxoniæ à Vvitikindo, 1. Saxonum Chriſtiano principe (vt quidam putant) ſic appellatum, & hodie propter Academiam celeberrimum. Theatr. vrbium.

vulcani inſula, Ptolemęo & Liuio prope Siciliam, *Volcano* Leandro.

vulcanus, deus ignis præſes, filius Iouis & Iunonis, qui à parentibus ob deformitatem (licet alij alias cauſas afferant) cælo dejectus eſt in Lemnum inſulam, vbi ab Eurynome Oceani filia & Thetide nutritus eſt, *vel, vt alij volunt*, à ſimiis. Ea autem ruinâ, quâ *decidit de cœlo*, claudus factus eſt. Officinam *habere fertur* in Lemno vnà cum Cyclopibus ſuis miniſtris: fingitur faber deorum, Iouíſque fulmina, & diis arma aduerſus gigantes dicitur fabricaſſe: ad menſam tamen deorum nõ eſt admiſſus, quinetiam cùm Mineruę nuptias expetiiſſet, repulſam paſſus eſt, Vnde Virgilius Ecloga 4.

Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt.

Tandem vxorem duxit Venerem, quam cum poſteà cum Marte in adulterio deprehendiſſet, ambos adamantinis catenis colligauit, nudóſque, vti erant diis deridendos exhibuit. Artis fabrilis præſtantia omnes creditur ſuperaſſe: quo fit, vt quicquid artificioſè ex metallo vnquam fuit fabricatum, ad Vulcanum referatur authorem: quo in genere ſunt monile Hermiones, corona Ariadnes, currus Solis, Achillis & Æneæ arma, & id genus alia non pauca. Vulcani allegoriam prolixè admodum deſcriptam habes apud N. Comitem, mythologiæ lib. 2. c. 6.

vulcanalia, orum, pluralis numeri, generis neutri, feſta Vulcano dedicata: Columella lib. 11. cap. 3. Cæterum Auguſto circa Vulcanalia tertia ſatio eſt.

vulſinii, Tuſciæ oppidum opulentiſſimum, totum fulmine concrematum, Plin. lib. 2. cap 53. Huius meminit & Strabo libro 5. Vide Volſinium.

Vulſinius

Vulſinus, lacus in Hetruria à Vulſinij oppido dictus, cui adiacet, nominatus, piſcium fertilis. Vulſinij enim oppidum fuit opulentiſſimum, à quo Vulſinienſes dicti ſunt. Et Vulſinienſis lacus, apud Columellam lib. 8. c. 16.

Vultur, mons eſt in Apulia, in quo ſe dicit fuiſſe educatum Horatius 3. Carm. ode 4.

Me fabuloſæ Vulture in Appulo, &c.

Vulturnus, ventus ab ortu hyberno ſpirans, quem Græci Eurum vocant, teſte Plin. lib. 2. c. 47. Eſt item vulturnus, fluuius Campaniæ, qui per Capuam fluens circa Cumas in mare illabitur. Virg. 7. Æneid.

—amniſque vadoſi
Accola Vulturni

Vulturnus, ſeu Vulturnum, Campaniæ oppidum cum fluuio eiuſdem nominis, vt ſcribit Plin. lib. 3. cap. 5. Pom. Mela lib. 2. Vulturnus amnis: Vulturnum oppidum. Silius lib. 8.

—fluctúſque ſonorum Vulturnum.

Eſt & Vulturnum Hetruſcorum oppidum, teſte Liuio lib. 4. ab vrbe. Vocatur autem à Leandro *Caſtello al mar di Boterno. Volturnum* per o ſcribit Varro.

Vulturnus, Plinio Campaniæ fluuius iuxta Vulturnum oppidum. Niger dicit eum à Plutarcho *Lothronium* Georg. Fabricius *Natarenum*, dictum, *Holothronius* eſt in vita Fabij Maximi. Tulturnum mare habet etiam Plinius ad huius fluminis oſtium. *Caſulinum* hoc flumen vocatur ab Agathia l. 2. ab oppido fortè in eius ripa ſito.

Vormatia ad Rhenum, venuſtiſſima Vangionum ciuitas, originem ſumens, vti ſcribitur, à Treuirenſibus, quibus tributum annuum pendit: deinde Romanis, ad Attillam vſque ſubdita: ab eo cum multis aliis Rheni viribus ſubuerſa: iterum à Galliarum rege Clodoueo inſtaurari cœpta, à Brunichilde regina venuſtè illuſtrata, ac Galliæ regum ſedes effecta eſt, qui caſtrum regium ibidem conſtruxerunt ea parte vbi nunc noua Wormatienſis curia conſpicitur: quod tempore Caroli magni flãma in cineres redegit. Archiepiſcopatus Wormatiæ Moguntiã tranſlatus eſt, anno ſal. 779. F. Irenicus. vulgò *VVormes*.

V X

Vxama, oppidum Hiſpaniæ citerioris, vt ſcribit Plin. lib. 3. c. 3. *Oſma* hodie Cluſio.

Vxelæ, inſulæ Britanniæ vrbs, vt ſcribit Ptolemæus l. 2. c. 3. *Kreckhornvvel* apud Villanouan.

Vxellodunum, oppidum in finibus Cadurcorum inter Celtas, non longè à Gallia prouincia Romanorũ. Cæſar l. 8. Vulgò *Cadenac en Quercy*.

Vxentum, Salentinorum vrbs Ptolemæo, *Vſento* nouo nomine vocat Leander.

Vxiſama apud Strabon. numeratur vltima earum inſularum, quas Pytheas tridui nauigatione ab occidentaliori Hiſpaniæ parte verſus occaſum abeſſe ſcribit. Eſt fortè earum occidentiores quæ ab Hiſpanis *Acores* appellantur.

V Z

Vzal, filius Iectan Gen. 10. Lat. ambulans, ſeu velificans, aut diſtillans.

Vzecia, Africæ propriæ vrbs. Ptolemæo, videtur *Vſceta* apud A. Hirtium.

Vzia, rex Amaziæ filius, initio regni iuſtus, Philiſtæos, Arabes, Ammonitas ſubiecit, tributarios fecit, ciuitatem Hieruſalem reſtaurauit. Demum ex opulentia in ſuperbiam lapſus, ſacrificare volens in aureo altari, lepra percuſſus eſt, à ſacerdotibus è ſacrario pulſus. Terræmotus factus, mons in loco qui Eroge dicitur, ſciſſus fuit. Ioſeph. lib. 9 c. 11. 2. Paral. 26.

Vzita, Africæ Propriæ vrbs, apud Ptol. & Dionem. *Vxitas* habet Strabo, dicitque deletam eſſe à Cæſare in bello, quod cum Scipione geſſit. *Vcitana* Plinio vocatur.

X A

XALO, vicus in magno campo ſitus videtur inter vtramque Galilæam. Ioſeph. 3. bell. Iud. c. 2.

Xanthe, es. Nympha marina Oceani & Tethyos filia, à rufo, ſiue flauo colore dicta, Heſiod. in Theogonia. Hæc à Virgilio Xantho appellatur, quarto Georg.

Drimóque Xanthóque Lygeaque, Phillodoceq́;.

Olim ſic vocabatur Troias, regio Ilij. Steph.

Xanthia, locus Thraciæ apud Nicetam, Epiſcopalis locus apud Curopalatem.

Xanthi, populi ſunt in Aſia, qui, cùm eorum vrbs ab Harpago, Cyri regis præfecto, obſideretur, vxores ſuas ac ſeruos vnà cum ſupellectili in arce poſuerunt, eámque igni ſuccenderunt: deinde omnes pariter contra Harpagum irruentes, interfecti ſunt, vt ſcribit Herodot. lib. 1. ξανθοι Stephano populi ſunt Thraciæ.

Xanthippus, Lacedæmoniorum dux, accerſitus è Carthaginenſibus contra Luctatium conſulem pugnauit. Volat.

Xanthippe, vxor Socratis philoſophi. De qua Gellius: Xãthippe, Socratis philoſophi vxor, moroſa admodũ fuiſſe fertur & iurgioſa: irarúmq; & moleſtiarũ muliebriũ per diẽ pérq; noctem ſcatebat: & reliqua. Legito ipſius Gellij lib. 1. c. 17.

Xantho, fuit vna ex nymphis Oceani & Tethyos filia, Virg. 4. Georg.

Drimóque Xanthóque, Lygeáque.

Xanthus, vrbs Lyciæ Straboni, quam *Arnam* olim vocatam Steph. ſcribit.

Xanthus, filius Tremili & Praxidices in Lycia natus, Steph. in Tremile.

Xanthus fluu. Troadis, idem cum Scamandro: ita dictus, teſte Ariſtotele de Hiſtoria. animal. lib. 3. quod ouium velleta rufo inficiat colore. ξανθὸς enim Græci dicunt, quòd nos rufum aut

fluuium Virg. lib. 1. Æneid.

Ardentéſque euertit equos in caſtra priuſquam
Pabula guſtaſſent Troia, Xanthúmque bibiſſent.

Idem 4. Æneid.

Qualis vbi hybernam Lyciam, Xanthiq; fluenta
Deſerit, ac Delum maternam inuiſit Apollo.

Eſt item Xanthus Lyciæ fluuius, duobus fontibus à Cadmo monte naſcens, & non procul à nominis ſui vrbe in Lycium mare ſe exonerans. Hoc præterea nomine fuit vnus ex equis Hectoris cuius meminit Homer. lib. 23. Iliad.

Xanthus, antiquus rerum Lydorum ſcriptor: Lydúſne an Sardianus fuerit, Strabo incertus eſt. Suidas Lydum eum dicit, è Sardibus ciuitate fuiſſe ſcripſiſſéque hiſtoriam Lydorum libris 4.

Xanthus, alter fuit, Poëta Melicus, vt Ælianus ſcribit.

Xanxaridis Thermæ, ſunt apud Nazianzenum in Epiſtolis.

Xarex, Pauſaniæ Laconicæ oppidum, Zarex, Ptolemæo.

Xathri libera Indorum gens, circa Indum fluuium, vt videtur ex 6. Ariani de Alexandro.

Xaurus, locus Macedoniæ, à Xauro quodam Incolæ, Xaurij Steph.

X E

Xena, loci nomen in Creta videtur, ex Plutarchi Lycurgo, vbi hunc ſepultum tradit.

Xenarchus, comicus poëta, cuius fabulas commemorat Athenæus. Xenarchus, alter à Seleucia Ciliciæ Peripateticus docuit Alexandriæ primùm, deinde Romæ, Arij philoſophi, deinde Cæſaris Auguſti vſus amicitia, vſque in ſenectutem in honore habitus. Denique paulò ante mortem viſu orbatus diem obiit. Strab. l. 14.

Xenephyris, vicus Lybiæ prope Alexandriam Gentile, Xenephyrites.

Xeniades, Corinthius, qui cùm emere vellet Diogenem Cynicum, & quid is artificij nouiſſet, percontatus foret: Noui, inquit Diogenes, hominibus liberis imperare. Quo reſponſo incitatus, Diogenem Xeniades emit, & manumiſit filióſq; ſuos ei tradens: Accipe inquit, liberos meos, quibus imperes. Meminit Gellius libro 2. cap. 18.

Xeniæ, balneæ ſunt apud Ciceronem, in orat. pro Milone. Sic dictæ quaſi hoſpitales, in vrbe Roma, vt credit Baccius.

Xenippa, Scythiæ confinis eſt regio: Curt. l. 8.

Xenius, Iouis cognomentum apud Græcos teſte Dionyſio, quem Latini verbo ex verbo expreſſo, Hoſpitalem vocant. De hoc intelligendum eſt illud Virgilij lib. 1. Æneid.

Iuppiter, hoſpitibus nam te dare iura loquuntur.

Xenocrates, nomen philoſophi Chalcedonij auditoris Platonis, qui in Academia Speuſippo ſucceſſit, & XXV. annis docuit. Fuit tardus ingenio adeò, vt cùm illum Plato Ariſtoteli compararet, alterum fræno alterum calcaribus indigere diceret. Hic philoſophorum ſeueriſſimus extitit. Ferunt cùm Phryne nobile ſcortum, dedita opera à quibuſdam intra eius cellam miſſa eſſet, atque ab eo orans lectuli partem accepiſſet, demúmque imperfecto opere diſceſſiſſet, dixit ſe non à viro, ſed à ſtatua venire. Eius verbis tanta fides adhibebatur, vt cùm iniurati nullius teſtimonium admitteretur, huic ſoli iniurato crederetur. Hunc Athenienſes aliquando vendiderunt, vt ita in exilio degens frangeretur. Obiit LXXXII. ætatis ſuæ anno quum noctu fortè in ſartaginem offendiſſet. Fuêre & alij hoc nomine.

Xenocrates, philoſophus, Platonis auditor, præceptor Polemonis, princeps quondam intentatæ legationis ad Antipatrum, à quo omnium expectatio erat, nihil non illo orante impetrari poſſe, reliquis ſociis humaniter acceptis in conſpectum vix quidem admiſſus eſt, quòd ſuſpectus haberetur. Tunc verſus ad ſocios Xenocrates, beneficium accipere dixit, quòd ſe vnum Antipater ſuæ in Athenienſes ingratitudinis & perfidiæ teſtem vereretur, & dicere incipientem, nunc obſtrependo, nunc obſecrando tacere Antipater coegit cui in orando Phocion legationis comes ſucceſſit. Ad hunc miſit Alexander dono triginta talenta auri: ille ſtatim remittens ait, Regibus, non philoſophis opus eſſe pecunia. Author Suid.

Xenocrates alter philoſophus, modeſtia nihil ſuperiore inferior, ſcripſit domeſticum auſpicium, quando videlicet aut muſtela, aut ſerpens, aut his ſimilia in domo apparent, quid portendere ſoleant. Suid.

Xenodochus, Cardianus quidam, ad quem Alexander conuerſus verba facit, apud Plutarch. in Alexandro.

Xenodorus, ſtatuarius, ſcientia fingendi cælandique nulli veterum poſtponendus. Cuius meminit Plin. lib. 34. c. 7.

Xenodorus, fuit hiſtoricus, patria Trœzenius.

Xenophanes, philoſophus Colophonius, Archelai auditor, ſcripſit elegias & iambos contra Heſiodum & Homerum, quæ de diis dixêre improbanda. Author Laertius. Huius meminit etiam Strab. li. 14. de Colophone ſcribens Xenophanes alter, poëta item Iambicus, patria Leſbius. Suid.

Xenophilus, muſicus, patria Chalcidenſis, Pythagoricus, biennio minor quàm Gorgias, qui CVII. vixit annis, ſed fœlicitate non inferior: ſiquidem, vt Ariſtoxenus muſicus ait, omnis incommodi humani expers in ſummo perfectiſſimæ doctrinæ ſplendore extinctus eſt. Author

Valerius. Fœlicitatis huius Xenophili meminit Plin. lib. 7. c. 50.

Xenophilus, conſul, ab vrbe condita 1085.

Xenophon, nomen philoſophi, & ducis inſignis Athenienſis. Socratis diſcipulus, & Platonis æmulus fuit, ſpecioſus, moratus: & omnibus gratus. Hic primus omnium philoſophorum ſcripſit hiſtoriam exercitum quoque ex vltimis Babyloniæ finibus per aſpera & difficillima itinera incolumem in patriam reduxit. Fuêre & alij Xenophontes.

Xenophon, Grylli filius, Athenienſis, Socratis diſcipulus, ob eloquentiam Muſa Attica vocatus: equorum, venationis, & rei familiaris inprimis ſtudioſus, vt ex eius literis deprehēdi poteſt. Venit in amicitiam Cyri minoris, cum quo militauit, ac eius παιδείαν ſcripſit, non tam hiſtoriæ ſeruiens veritati, quam vt perfectum inſtitueret ducem, vt Cic. in 2. de Orat. teſtatur: quem librum ſe frequenter lectitaſſe, & manibus triuiſſe alibi in Epiſtola quadam dicit. Scripſit præterea Sympoſium & Œconomicum, paruum admodum libellum, à Cicerone in Latinam orationem conuerſum ſi credimus Columellæ. Edidit & hiſtoriam Peloponneſiaci belli, ac eorum quæ Athenienſes poſt Thucydidem geſſerunt, quam Paralipomena appellauit. Quintilianus Xenophontis iucunditatem inaffectatam dixit, quam nulla affectatio conſequi poſſit. Cũ Platone ſimultates geſſit vt ſcripſit Gell. li. 14. c. 3. Pluribus perſequitur huius vitam Laertius. Xenophontes præter hunc alij tres fuêre: vnus Antiochenus, qui ſcripſit Babylonica, opus ſci. de amorib. alter Epheſius hiſtoricus: tertius, Cyprius, qui ſcripſit Epheſiaca, amores videlicet Cyrenes, Myrrhæ, & Adonidis Author Suid.

Xera, vrbs iuxta Herculis columnas, Gentile Xeræus Steph. *Xeres de la Frontera* fortè dic.

Xerolybia, Libya ſicca, hoc eſt, pars Libyæ interior, propter aquarum inopiam deſerta: quam Virgil. l. 4. Æneid vocat regionem ſiti deſertam.

Xerxene, à Xerxe nominatur (vt à Cambyſe Cambyſene) regio iuxta minorem Armeniam vel pars eius. Steph. & Strab. lib. 11.

Xerxes, Perſarum rex fuit, filius Darij & Cyri ex Atoſa filia nepos, qui CLXX. hominum myriadibus, hoc eſt, decies ſepties centenis millibus per totum quinquennium contractis, Græciæ bellum intulit. Quam tantam hominum turbam cùm ex editiore ſpecula aſpexiſſet, teneriter fertur lachrymaſſe, quòd poſt centum annos ex tanto hominum numero nemo eſſet ſuperfuturus. Tantum autem habuit nauium apparatum, vt totum Helleſpontum operiret, & Aſiam Europæ ponte coniungeret. Athon præterea montem, teſte Plinio, lib. 4. c. 10. à continente abſcidit. Victus demum apud Thermopylas à quatuor hominum millibus, nauale quoque certamen cum Themiſtocle tentauit, à quo ſimiliter apud Salaminem ſuperatus cùm antea tota maria claſſe ſterneret, vix paruula cymba effugit: relicto Mardonio præfecto, qui & ipſe re in Bœotia infeliciter geſta, cum pauciſſimis in Perſidem ſe recepit. Demum cùm ſe otio, ſocordiæque, relicta militia, tradidiſſet, præmium genus luxuriæ nouum inuenientibus propoſuit, vt ſcribit Valerius. Quamobrem à ſuis ſpretus, paucis poſt annis ab Artabono præfecto ſuo in regia interficitur, cùm regnaſſet annis octo.

Xerxes idem eſt quod victor, atque triumphator. Erat enim militia ferox, & fortunatus. Propagauit regnum vſque prope Indos, & primùm vocabatur Beleus Beroſ. li. 5. Iacula in ſolem torſiſſe, & compedes mari immiſiſſe fertur. Laert. in proœmio lib. 1. In cuius exercitu, equa, bellicoſiſſimum animal, leporem timidiſſimam feram peperit: quod haud dubiè portendit, tantum exercitum fugam moliturum Herod. lib. 7.

Xerxes, alter pictor Heracleota, Venerem adeò pulchram pinxit, vt ex ea quæſtum magnum faceret, pretium accipiens ab his qui eam videre cupiebant. Itaque Græci lepido cauillo Venerem amicam Xerxis vocitabant, quòd ex eius lenocinio quæſtum faceret. Ælian. de varia hiſtoria.

X I

Xilia, vrbs Libyæ Gentile, Xiliates *Xilia* item Africæ oppidum maritimum extra fretum Herculis, Mercatori, qui hoc recentiore vocabulo *Arzila* vocari ait.

Xiline, Ponti Cappadociæ vrbs, vulgò *Sentina*. teſte Ptol. li. 5. c. 6.

Xiphene, regio Palæſtinæ. Steph. ex Ioſepho Gentile, Xiphenæus.

Xiphonia, vrbs Siciliæ: Gentile, Xiphoniates. Steph.

Xiphonia promontorium, Straboni, in Sicilia *Cabo de Molina* interpretatur Fazellus. *Xiphonia* Stephano ibidem vrbs eſt.

X O

Xoana, Indiæ intra Gangem oppidum, Ptol.

Xodrace, apud Ptolemæum vrbs Indiæ intra Gangem.

Xoes, vrbs & inſula Ægyptia, in Mediterraneo, ſupra Sebeniticum & Pharniticum oſtium. Ste. & Stra, l. 17. vbi Xois legitur in tranſlatione.

Xolla, Africæ vrbs, Appianus de Punicis.

X V

Xuches, vrbs Libiæ. Gentile Xuchites. Steph.

Xuthia, vrbs Siciliæ. Gentile, Xuthiates. Step.

X Y

Xylos, vrbs Cariæ, vnde Xylius vel Xyleus. &c.

Xyline, Ptol. lib. 5. cap. 6. Ponti Cappadocij, vulgò *Sentina*.

Xynia,vrbs Theſſaliæ. Gentile, Xynieus. Ste.

Xynias,palus, vel ab vrbe vicina ſic dicta, vel quòd ξυνὴ, id eſt communis eſſet Theſſaliæ & Bœotiæ. Hanc Stephan. aliàs Bœbaidem vocari ſcribit.

Xypete, viens in tribu Cecropide. Tribulis, Xypeteon. Steph.

Xypete, vicus Atticæ, Troia priùs dictus. Ste.

Xyſtici apud Romanos, gladiatores erant, non in arena, ſed in porticu & ambulacris hyberno tempore pugnantes. Eſt enim Xyſtus ambulacrum quod Græci ὕπαιθρα dicunt. Meminit huius generis gladiatorum Suetonius in Augusto. Nec tamen eo minus aut Xyſticorum concertationes,aut gladiatorum pugnas ſeueriſſimè ſemper exegit.

Xyſtis, vrbs Cariæ, à quo Xyſtiani dicti ſunt populi liberi in Apamia, vt ſcribit Plin. l.5.c.29.

Xyſtus, VI. Rom. epiſcopus, Alexandro in ſacerdotio ſucceſſit. Euſeb. lib. 5. cap.6. hiſto. eccleſ. annis XII. anno ſal.121.

Xyſtus, XXIII. Rom. antiſtes, annis II. anno ſalutis 257.

Y D

YDrus, Hiſpaniæ mons, D. Hieronymus, prolog. comment. in Epiſt. ad Gal.

Yela vide Velia.

Y G

Yggade, Antonino Galliæ Lugdunenſis oppidum IX. mil.paſſ. à Rotomago.

Y P

Ypinum, Italiæ locus, inter Venuſiam & Heracleam, Anton. *Opinum* habet Sigonius.

Y S

Yſcoi loci, quorum meminit codex Theodoſianus 6. Titulo de priuilegiis in palatio militantium.

Yſiportum, Ponti vrbs Lib.Notit.

Y V

Yungo, vicus Galliæ Belgicæ, Anto. inter Durocortorum & Treuiros Diueus legit *Vengo*.

Z A

ZAaram, regio Arabiæ Felicis eſt apud Ptol.

Zaba, Indiæ extra Gangem vrbs. Ptole. inſula etiam circa Taprobanam,eidem.

Zabad, filius Thahath. 1.Par. 7. Filius Ooli 2.Par.1.11. Lat.dos ſiue dotatus.

zabad, filius Nathan filij Hethæi filij Seſan. 1.Par.1.11. 2.Paral.24. Eſd 10.

zabadias, filius Beriæ. 1.Par.8.27. Lat. dos Domini.

zabaria, locus vnde Ioanes Lachana Grammaticus. Tzetza in Variis, Chiliade 4.num.141. in Epiſt.

zabatus, fluuius non longè à Tigri amne apud Xenophontem 2. Cyriacorum.

zabbai, nomen viri. 1.Eſd.10. Lat. fluxus, ſiue fluens.

zabdæa,regionis in Perſia nomen.

zabdi, pater Charmi patris Acham. Ioſ.7. filius Semei, 1.Par.8 Lat.dos vel dotatus, ſiue fluxus abundantia.

zabdias,nomen viri, 1.Par 27. idem.

zabdicena, Transtigritana regio. Ammianus.

zabdiel, nomen viri, 1.Paral.27.1. Mach.11. Lat. dos ſiue dotatus Dei.

zabeces, Africæ populi, inter Maxyes & Zygantes. Herodotus in Melpomene.

zabel, mons Arabiæ felicis, vbi Mahumetus orare, ſeu potius conſulere Satanam erat ſolitus. Ludoi. Peregr. cap.13.& 14.

zabida, vicus in mediterraneis Arabiæ fœlicis. Steph.

zabi, Mauritaniæ Cæſarienſis locus, apud Anton.

zabij, populi Indici, qui cum Deriade contra Dionyſium pugnauere. Steph.

zabina, nomen viri. 1 Eſd 10. Lat. fluxus vel fluens nunc: aut Syriacè venditio vel emptio.

zabirna, Libyæ vrbs, vbi Bacchus Campen ingentem feram mortalib.pernicioſam peremit Diodor.3.

zabius,rex Hyperboreorum.

zabulon, ἀνδρῶν id eſt, virorum. Galilææ vrbs quæ Ptolemaidem Iudæorum finibus diſternit. Ioſeph.2. belli Iud. c.21.& 3.c.2. Item Egeſip. 3.cap.6.

zabulon, decimus filius Iacob ex Lia eius vxore,Gen.30. Latinè habitaculum, vel habitans.

zabur, regio Babylonica, in qua Seleucia. Concil.Nicen.

zacantha, Iberiæ oppidum, ab Annibale captum. Steph. & Polyb.lib.15.

zacatæ, Sarmatiæ Aſiaticæ gens, Ptole. circa Tanais fontes.

zacchai, nomen viri, 1.Eſd.2. Lat. purus aut nitidus: vel Syriacè iuſtus.

zacheus,nomen viri, 2.Machab.10. Luc.9.

zachantei, alias Zachanthæi, teſte Polybio, Zacynthiorum coloni, in medio Pyrenæi montis ſiti,& iuxta fluuium Iberum habitantes Stephan. vrbs etiam eſt Iberiæ,ab Annibale capta.

zachar præſidium in iugo montis Colchidis. *Ferreum* illi cognomen eſt inditum. Agathias.

zacharias, nomen principis filij Moſollamiæ. Par.5.9. Filius Barachiæ. Iſa.8. Filius item Ieroboam filij Ioas regis Iſrael. 4.Reg.14. Lat. memoria Domini,aut maſculus Domini.

zacharias, IIII. Hieroſolymorum epiſcopus anno ſal.102.

zacharias, LXXXVIII. Rom. epiſcopus, regnauit

Digitized by Google

gnauit an.x.menſ.III. an.ſal.742.

zacharias, Apoſtolorum diſcipulus, ſecundus Viennenſis epiſcopus. Adon. Arch. Vien.

zachar, filius Abigabaon, 1. Paral.8. qui 9. dicitur Zacharia Lat. memoria, ſiue maſculus.

zachur, filius Maſma 1. Para.4.23. Lat. memor ſiue memorans, aut maſculinus.

zacynthus, inſula Ionij maris parua, occidentali Peloponneſi lateri adiacens, vrbémq; habens eiuſdem nominis: à Zacyntho Dardani filio, qui in ea imperauit, dicta. Plin. lib.4.c.12. Inter Cephaleniam & Achaiam, cùm oppido magnifica, tum fertilitate præcipua. Zacynthus aliquando appellata Hyria. De hac Virg. lib.3. Æneid.

Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos.
Caſſiopa videtur ab Oroſio vocari, in deſcriptione Achaiæ à Silio poëta lib.1. *Dulichium* appellari ſcribit Gerbelius. *Zante* hodie nominatur, & aliquando *Hieruſalem*, teſte Erythræo in ſuo Indice Virgiliano.

zadadrus, Pto. Indiæ fluuius qui multis amnibus in ſe receptis, tandem in Indum amnem ſuas aquas euomit.

zadrame, regio Cinædocolpitarum, qui felicis Arabiæ populi ſunt, Steph.

zæa, vrbs Bœotiæ antiquiſſima. Steph.

zagora, Galatiæ locus maritimus Arria. Peri.

zagoria, regio circa Debeltum in Thracia, Cedren. Zonar. & Laon.

zagri pylæ, vel portæ zagri montis, ſunt anguſtiæ, Ptolemæo, in media regione. *Zarcæum* vocatur Diodoro lib.2. additq; per eum à Semiramide abſciſſis anfractibus peruium iter factum, quod *Semiramidis* appellatur. hodie etiamnum *Semirami* vocari ſcribit Niger. Ptolemæus Semiramidis montem habet, ſed inter Germaniam & Gedroſiam: item Arrianus, ſed in Germania ad fretum ſinus Perſici.

zagrus, Strab. lib.11. mons eſt, quo Media à Babylone diuiditur.

zabylis, vicus Ptolemæo in Marmarica Africæ regionis *Cazales* Ger. Mercatori vocatur.

zagyſtis, regio parua Libyæ, Steph.

zaleucus, Legiſlator Locrenſis, vinum ægris prohibuit iniuſſu medici, pœna capitis indicta. Author Ælianus. Apud Valerium de eodem narratur, quòd cùm eius filius adulterij crimine damnatus, ſecundùm ius ab ipſo conſtitutum vtroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas virtuti & meritis patris crimen donaret, ipſe ſibi non pepercit: ſed ſuo priùs, deinde filij oculo eruto, vſum vtrique videndi reliquit. Ex Valerio lib.6.c.5.

zaliſcus, Galatiæ fluuius apud Ptolemæum *Amnias* quoque & *Bileus* vocari ſcribit Niger, illius Strabo hoc tractu meminit.

zaliſſa, Iberiæ vrbs apud Ptolemæum, nunc *Scanatr* dicitur Theueto.

zaloth, vicus in Campo Maximo, vbi latitudo Galileę inferioris incipit, vt habet Hegeſippus 3.

zama, filius Semei filij Ieth. 1. Par.6. Lat. cogitatio, aut ſcelus, vel turpitudo.

zama, vrbs Africæ, apud quam Annibal magno prœlio à Scipione victus fuit. Strab. lib.17. Liuius Silius lib.3.

Et Zama & vberior Rutulorum ſanguine Tapſus.

zamazi, apud Ptolem. eſt gens in Libya Interiori.

zambales, Perſarum rex, an.ſa.491.

zambri, regionis nomen. Ier.25. Filius Salu. Nu.25. Filius Ela filij Baaſa 3. Reg.16. Filius item Ioada filij Ahas 1. Par.8. Lat. cantans, vel pſallens, ſeu vitis vel palmes, aut amputatio, vel præſciſſio.

zamæ, fons eſt in Africa cuius aquam canoras voces reddere ſcribit Varro. Iſidorus ex Vitruuio lib 8. cap.4. Plin. lib.31.c.2.

zameis Ninias, V. Aſſyriorum rex, Nini & Semiramidis filius regnauit an. XXXVIII. Egregij & memoria dignum in regno ſuo nihil fecit: in deliciis vitam tranſegit. Diod. lib.3. Ornauit tamen templa deorum, & Chaldæos amplianit. Beroſ. lib.5. Caſſiodorus, Euſebius.

zametos, mons in Arabia Felice, teſte Ptolemæo: in tabulis recentioribus *Zimas* appellatur.

zamira, filius Bechor filij Beniamin filij Iacob. 1. Par.7. Lat. cantio vel ſurculus.

zamnes, Æthiopiæ ſub Ægypto vrbs apud Plin.

zamma, filius Iahath filij Cobni. 1. Par.6.

zamolſis, aut potiùs Zamolxis, vir inter Getas natus, Pythagoræ diſcipulus ac ſeruus, ad Ægyptios vnà cum eo penetrauit, deinde eorus ritus in patriam deduxit à ſuiſque putantibus illum Saturnum eſſe, poſt mortem habitus Deus, vt ſcribit Herod. lib.4.

zamram, filius Abrahæ ex Cetura, Gen. 25. Lat. cantor, ſiue cantus.

zamri, filius zaræ filij Iuda ex Tamar, 1. Par. 21. idem quod Zambri ſignificat.

zanaatha, Arabiæ Petrææ vrbs. Ptol.

zancle, oppidum Achaiæ. Plin. lib.4.c.5.

zancle, Siciliæ vrbs, in penitiſſimo Pelori ſinu, poſtea à Meſſenis inſtaurantibus Meſſana appellata. Zancle autem priùs à ſitus obliquitate dicebatur, quod falcis in modum curuata eſſet. Vide Strabonem lib.6. Ipſa etiam zancle dici inuenitur, à Saturni falce, quam Poëtæ fabulantur in Siciliam decidiſſe. Quam fabulam inde ortam putat Macrobius, quòd ea inſula imprimis frugum fertilis ſit. Saturnus autem primus putatur in Italia frugum vſum inueniſſe. Ouid. 15 Metam.

Zancle quoque iuncta fuiſſe
Italia legitur, donec confinia pontus
Abſtulit, & media tellurem repulit vnda.

zanclæus, a, um, vt, Zanclæa arena, apud Ouid.13. Metam. Charybdis zanclæa, apud eundem.4.Faſt.

zancles, ciuis Samothracenus, cui dentes renati ſunt poſt centum & quatuor annos Plin. lib.11.cap.37.

zandapa, circa Mœſiam vrbs videtur in Hiſt. Miſc.17.Sub Mauricio Imp.ab Auaribus euerſa

zanoe, ciuitas in tribu Iuda Ioſ.15. Par.4.2. Eſd.11. Lat. oblinio, ſiue abiectio, vel iſta requies, aut conſolatio.

zara, filius Rahuel, filij Eſau. Geneſ.36. Filius Iudæ ex Thamar eius nuru. Geneſ.38. filius Simeonis filij Iacob. 1.Par.4. qui Gen.46. Iachin. dicitur. Rex Æthiopum. 2.Par.6. pater regis Edom. Gen.36. Pater item Zabdi patris Charmi.Ioſ.7.lat Oriens,vel orientalis,aut claritas.

zaragardia, vrbs Meſopotamiæ, ad Euphratem ſita, in qua ſublime tribunal, quod incolæ Traiani vocant. Zoſimus 3.

zarahias, filius Ozi filij Bocci, 1.Par.6. Lat. oriens Dominus, aut claritas Domini.

zarai, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs. Anton.

zarama. Ptol. Mediæ vrbs.

zaraſpæ, populi Aſiatici videtur apud Plin.

zarax, Peloponneſi vrbs, Polybio 4.

zarcæus, Mediæ regionis mons, cuius aditus præcipitoſus erat, à Semiramide autem abſciſſis amfractibus, iter planum & breuius multo fecit. Diodor.3.

zared, torrens in deſerto Moab. Nu.21. Deute.2.Lat. aliena deſcenſio aut extranea vel ſparſa poteſtas.

zarehe nomen viri. 1.Eſd.8. Lat.idem quod zarahias ſignificat.

zares,vxor Aman filij Amadathi. Eſth.5. lat extranea miſeria, vel extranea hæreditas, aut ſparſa miſeria vel hæreditas: ſeu circulus vel corona miſeriæ aut hæreditatis.

zareta, fons ſupra Chalcedonium mare, paruos nutriens crocodilos, qui zaretij vocantur Stephan.

zarex, vrbs Laconiæ maritima, & heros Athenienſis, & Hippothoontis heroum: vnde etiam tribum nominant. Steph. *Hierax Limer* vocat Gemiſtus. Niger *Cara nominat*, *Zarex* eſt etiam apud eundem in eadem regione mons, quem idem Gemiſtus *Zaraca* vocat.

zariaſpa. vrbs Bactriana,quæ & Bactra dicebatur.Steph & Strabone. *Bactrum* eſt Strab.& Plin.

zarmiſogethuſa regia Daciæ,vrbs. Ptol. lib.3. cap.8. Vlpia Traiana deinde dicta vulgò *Corona* Germanicæ *Cron.* Sambucus *Vaczel* & *Venetia* vocat; *Gradiſca* Laxius. qui eam in valle *Hatkhzalkh* conſtituit. Hic tradit eam quoq; *Vlpia Traiana* dictam ex antiquis inſcriptionibus.

zares, ab imperatore Lazorum rex deſignatur, an.ſalutis 560.

zatham, nomen viri. 1.Par.26 Lat. oliua eorum, ſiue iſte perfectus aut iſte conſummatus: vel iſte ſimplex.

zathua, Armeniæ Maioris oppidum Ptol.

zauan.id eſt.tremens aut tremor,vel vexatio, filius Ezer filij Seir Horrei. Gen.36.

zaueces,populi Libyæ.Steph.

zauolocenſes, populi proximi Vgris, cum Scytis mercimonia permutantes, Sabinus.

Z E

zeb, nomen viri Madianitis, ab Ephraim interfecti. Iud.7. Pſal.92. Lat.lupus.

zebece, vrbs Galilææ. Steph.

zebedæus,nomen viri. 2.Eſdr.11. Pater Iacobi & Ioannis Apoſtolorum.

zebedia,nomen viri. 1.Eſd.8.lat.dos Domini, ſiue dotauit Dominus.

zebee, rex Madianitarum. Iud.7.Pſal.82. Lat. victima aut ſacrificium: vel decollatio, aut iugulatio.

zebennia, Odenati vxor, cum filiis Hereniano & Timolao regnum obtinuit, an.ſal.267.

zebennus, Antiochiæ epiſcopus, ann. ſal.234.

zebida,mater Ioachim ſiue Eliacim. 4 Regum 23. Lat.dotata,ſiue dotatio.

zebul, ſeruus Abimelech filij Gedeonis. Iud.9. Lat.habitaculum: aut Syriacè, ſterquilinium.

zebyttis, vrbs Libyæ,Steph.

zechri,filius Iſaar filij Caath filij Leui.Exod. 6.1.Par.8.9. 2.Par.28. Lat. memor, vel, memorans ſiue maſculinus.

zechur,pater Sammua. Num.13. idem.

zedachia,ſummus ſacerdos,ann. mundi 3109.

zedicho. Vide Sacamaza.

zela,vrbs Armeniæ, aliàs Artemidis ara dicta.

zela, vel zele, vrbs Troadis, à zeleo heroe. Eſt etiam zelea, caſtellum Cyzici. Steph.

zelandia, regio maritima Germaniæ inferioris, ſeu Galliæ Belgicæ *Septentrionem* verſus. Hanc veteribus olim non fuiſſe incognitam ex Cornelio Tacito colligi poteſt: non hoc equidem, quo nunc innoteſcit, nomine, ſed ex vſu & vulgata illa alloquendi conſuetudine ac compellatione, qua populares atque indigenæ inter ſe ſunt vſi, Itaque Mattiacorum illos nomine deſignat, cùm inquit: Eſt in eodem obſequio Mattiacorum gens Batauis ſimilis, niſi quòd ipſi terræ ſuæ ſolo acrius animantur, Indicans, tametſi Batauis ſiue Hollandis à cauitate terræ ſic denominatis vicini ſint, ac finitimi, ita vt inter illos referri debeant, vulgari tamen nominis appellatione diſcretos, atque Oceano priores, magis feroces eſſe, vt reuera

uera ſunt ac viribus, ingenio, ſolertia, verſutiis, calliditate, fallaciis, captionibus, negotiandi, ac conquirendi peritia ſuperiores. Quod autem Martiaci nominentur, non à loco, aut Duce aliquo, ſed à populari appellatione, atque vſitato loquendi more enatum eſt, nempe à *Maet*, quæ vox in quotidiano ſermone zelandico & congreſſu familiari omnium actionum, contractuum, periculorum, ac totius voluntatis, cõſilij, laboris ſocium comitémque ſonat. &c. Nam zelandiæ nomen recens eſt, ac veteribus incognitum, à terra ac mari conflatum, quaſi dicas terram ac ſolum maritimum: mari enim vndique cingitur, multiſque inſulis diſtincta eſt nempe quindecim, tametſi paucis ab hinc annis magnam cladem huic regioni Oceanus intulit, cuius ſæuitia magna zelandiæ pars, diuulſis ac diſſipatis funditur aggeribus: ſalo oppreſſa eſt atq; æquata. Subſiſtunt tamen inſignes aliquot. Inſulæ, quarum tres præcipuæ cum Oceani æſtu continentur, atque immenſis ſumptibus aduerſus hoc indomitum elementum ægrè ſe tuentur. Inter has primùm ex alto in portum delatis ſe offert Vvalachria (*Vvalcheren*) vel ab eius cultore ſic denominata, vel à Gallis hanc oram frequentantibus, qui Belgica voce etiam nunc *Vvalen* vocantur, aut ab ea parte Britanniæ, in qua verſus Occidentem conſiſtunt Vvalli, apud Anglos præcipuæ nobilitatis viri, à Gallis etiam oriundi, quod idioma eorum adhuc indicat. Hinc Aquilonem verſus, aut ab Ortu Solſtitiali oppoſita eſt Scaldia, à præterlabente Scalde flumine ſic nominata. Suytuelandia, quæ à ſolo Auſtro oppoſito, ſic denominata eſt, ſpacioſiſſimo, amœniſſimóque verſus Flandriæ ac Brabantiæ oras tractu exporrecta, dimidio iam eſt anguſtior, paucis ab hinc anuis magnam iacturam paſſa. Hæc Leu. Lemnius in opere de occultis naturæ miraculis. Mercat.

Zeles, Straboni vrbs Hiſpaniæ, ad Fretum, ſed à Romanis in Mauritaniam oppoſitam tranſlata & poſtea *Iulia Ioza* vocata.

Zeleia Dioni, zela Cæſari & Plutarcho. Cappadociæ oppidum eſt, vel Ponti, vbi Cæſar Pharnacem regem deuicit.

Zelia Troadis vrbs, ſub pede Idæ montis ad Æſepum fluuium. Homer Iliad. B. in Lycia nempe regione, Strab. Lyciorum oppidum quoque facit Plutarch de virtutibus mulierum. Stephanus & Euſtat faciunt Cyzici caſtellum.

Zelias, Nicomedis filius, Creſtam Paphlagoniæ vrbem occupauit. Steph.

Zella, Africæ vrbs, in bello quod Cæſar cum Scipione geſſit, delata. Strabo.

Zelotes, cognomen Simoni Apoſtoli. Luc. 6.

Zelpha ancilla Liæ vxoris Iacob. Geneſ. 29. Lat. diſtillatio aut vilitas, vel contemptus oris.

Zelus, vrbs Æthiopum Occidentalium. Steph

Zemina, nomen viri, 2. Para. 29. Lat. ſcelus, aut cogitatio, ſc. peruerſa.

Zenas, legis peritus quidam. Tit. 2.

Zenicetus, pirata quidã inſignis fuit, qui Iſaurico monte capto, ſe vnà cũ tota domo cõcremauit. Pius ſecundus Pontifex Maximus in Afr.

Zeno Philoſophus ex Cybro Græca ciuitate, Stoicorum ſectæ conditor, tanto in honore apud Athenienſes habitus, vt apud eum claues vrbis deponerent, ornarêntque ipſum aurea corona & imagine ærea. Hic adoleſcenti cuidam inepta multa loquenti ait. Ideò duas habemus aures, os autem vnum: vt ſcilicet multa audiamus, pauca verò loquamur Deceſſit 72. ætatis ſuæ anno, ſine morbo. Nam, vt ferunt, cùm abiret, ex ſchola, lapidem offendens, digitum perfregit, manu verò terram feriens, illud ait Ex Niobe, En adſum, Quid me quæſo vocas? Et continuo ſe ſtrangulans interiit Diog. Laërtius.

Zeno, Citiæus, Stoicæ ſectæ princeps, de quo Cicero in Orat. zeno quidem ille, inquit à quo diſciplina Stoicorum eſt, manu demonſtrare ſolebat, quid inter has artes intereſſet. Nam quum compreſſerat digitos, pugnúmque fecerat, Dialecticam aiebat eiuſmodi eſſe. cùm autem diduxerat, & manum dilatauerat, palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat. Hactenus Cicero. Fuit & alius zeno philoſophus Epicureus, Ciceronis ſynchronos, i. contemporaneus de quo idem Cicer. lib. 1. de Finibus meminit, & eum cum Attico frequenter audiuiſſe Epicuri ſententias explicantem. Fuêre & alij Zenones.

Zeno Eleates Parmenidis auditor, ſimul cum Perdica, & in Philoſophia, & in adminiſtranda Republica clariſſimus, teſte Suida. Hunc inuentorem Dialectices fuiſſe, ſicut Empedoclem Rhetorices, Ariſtoteles eſt author. Huius celebratiſſima fuit in perferendis cruciatib. patientia, quia cùm adoleſcentes nobiliſſimos cupiditate liberandę patrię inflammaſſet contra Nearchum tyrannum: facto iudicio comprehenſus, traditúſque eſt tortoribus torquendus, qui cùm laceraretur, vt conſcios coniurationis nominaret, neminem illorum nominauit, ſed amicos intimóſque tyranni participes coniurationis eſſe dixit. Deinde cùm quippiam ſe in aurem tyranni loqui velle ſignificaſſet, eam mordicus correptam non ante dimiſit, quàm rapta aure mutilatum caput reliquiſſet. Sed cùm complices coniurationis proferre cogeretur, conciſam dentibus linguam in os tyranni, conſpuit, quo facto ciues tyrannum lapidauerunt.

Zeno Iſauricus, conſul, ann. ſal. 471.

Zenobia, vt ex Pollione refert Volaterranus, regina Palmirenorum, poſt Odenati viri mortem, in Syria Romanorum rexit imperium po-

nitúrque inter xxx. tyrannos, qui tempore Galeni orbem vſurpauerunt. Superata tandem ab Aureliano, ac in triumphum ducta fuit, eíque principis clementia Tyburte poſſeſſio conceſſa, vbi honeſtè ageret. Hæc ea caſtitate dicitur fuiſſe, vt ne cum viro ſuo niſi prolis gratia congrederetur. Regali alioquin pompa, Perſarum ferè modo adorabatur. Ad conciones galeata procedebat cum limbo purpureo, gemmis dependentibus, voce clara, moribus ſeueris, Græci Ægyptiíque ſermonis peritiſſima, Latini non ignara, orientalem Alexandrinámque hiſtoriam epitomauit. Herennianum & Timolaum filios literis erudiit. De quorum exitu neſcitur, an interierint morbo, an ab Aureliano fuerint interfecti.

Zenobij Ptol. ſunt 7. inſulæ in ſinu Sachalite prope Arabiam Felicem. *Pelagij* vocantur à Step.

Zenodotium, vrbs Oſroenæ prope Nicephorium: Stephan.

Zenodotus grammaticus, vixit temporib. Ptolemæi I. cuius etiam filios erudiit ac præfuit Alexandrinæ bibliothecæ: primus quoque Homeri libros correxit, ac in ordinem redegit. Suidas Zenodotus alter Sophiſta, ſub Adriano principe docuit Romæ, ſcripſitque Epitomen prouerbiorum Didymi: conuertit in Græcum ſermonem hiſtoriam Salluſtij: præterea Genethliacon in Adrianum, & alia Suidas.

Zenodotus, ſculptor nobilis, qui Mercurij ſtatuam fecit in ciuitate Galliæ Aruernis. Item mandato Neronis Coloſſum ex pedum longitudine Soli dicatum.

Zenon, martyr, anno ſal 252.

Zenon III. Imper. regnauit ann. XVII. ann. ſal 476.

Zenon, rex Ægyptiorum, Philadelphię tyrannus, anno mundi 414.

Zephron, terminus eſt Iudæ. Num 34.

Zephyra, inſula eſt maris mediterranei iuxta Cretam Author Plin. l. 4. c. 12. & Pomponius l. 1.

zephyria, vide Byblis & Melos.

zephyrium. Locrorum promontorium in Italia, à quo Locri Epizephyrij dicti, in eximio eius agri iugo ſiti, iuxta Heracleam & Crotonem Plin. lib. 3. cap 5. Strabo lib. 6. Locri agri promontorium offertur, quod Zephyrium appellatur, portum habens venientibus ab occaſu ventis commodum, qua ex cauſa & nomen adſequitur. Deinceps Locri Epizephyrij, vrbs inſignis. Hæc ille Stephan. *Gabo Sparti vento*, à Nigro, ſed *Cabo di Burſano* à Leandro & Bonacciolo nominatur

zephyrium, promontorium Pentapoleos regionis in Africa cum oppido in eo *Dardanis* dicto. auctore Ptol. *Bonandrea* hoc vocari ſcribit Nig.

zephyrium, Halicarnaſſus eſt Cariæ, & vrbs Ciliciæ, Gentile, Zephyriota. Eſt & Scythiæ regiuncula. Item promontorium Ægypti, à quo Venus & Arſinoe Zephyritis. Stephan.

zephyrius, promontorium Cretæ inſulæ apud Ptolemæum *Cabo de Mirabello* à Pineto dicitur.

zephyrus, XIV. Rom. epiſcopus annis XV. an. ſal. 200.

Zephyrus, ventus flans ab Occaſu æquinoctiali aduerſus Subſolanum, quem Latini Fauonium appellant, dictus Zephyrus, quaſi ζωηφόρος, hoc eſt, vitam ferens: eo enim plantæ omnes germinant & pullulant. Vide Gell. lib. 2. cap. 22. Is aduerſus Eurum flat, vt ſcribit Gellius, Plin. lib. 14 cap. 18. cap. 34. Ipſe leniter pluuius, tamen eſt ſiccior Fauonius, ex aduerſo eius ab Æquinoctiali occaſu, zephyrus, à Græcis nominatus. Hęc ille ineunte vere, flare incipit: &, vt author eſt Varro lib. 1. de re ruſt. VII. Idus Februarij. Horat. 1. Carm. ode 4.

Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauoni.

zepidæ, populi, partim in Longobardorum nomen ſunt confuſi, partim Auaribus ſubiecti, in ſuperiori Pãnoniæ parte ſecuri permanſerũt, Blond. lib. 4. decad. 1. Procop. lib. 3. de bello Goth.

zeranij, populi Thraciæ: & regio zerania, Ste.

zerbi, maris mediterranei inſula, propter cladem claſſis Chriſtianorum, quæ anno 1560. ibi accidit, nobilitata. De huius ſitu, magnitudine & dominis lege I. Leonem lib. 4. deſcriptionis Africæ. vide Lotophagites.

zerbis, Meſopotamiæ fluuius in Tigrim cadens, vt ſcribit Plin. lib. 6. cap. 26.

zeretra, Arcades vocant vadi foramina quædam, per quæ Eraſinus fluuius è lacu Stymphalo erumpit in Argiuam terram.

zerynthus, vrbs & antrum Hecates in Thracia. Stephan.

zeteum, vide zoeteum.

zetha, Ptolemæo Africæ promontorium ad Syrtim minorem. *Zerbi* nunc dicitur apud Mercatorem.

zethan, nomen viri, Par. 23. lat. oliua eorum ſiue iſte perfectus aut conſummatus, ſiue ſimplex.

zethan, filius Balan filij Iadihel filij Beniamin. 1 Par. 7. Lat. oliua, vel olinetum.

zethar, nomen Eunuchi. Eſth. 1. Lat. iſte explorans vel contemplans aut oliua explorationis vel contemplationis: ſiue iſte turtur, vel oliua turturis.

zethes, fuit filius Boreæ ex Orithia & frater Calais. Hi duo fratres ex Argonautarum numero extiterunt: & quoniam alati fuerunt, ad pellendas Harpyias miſſi ſunt, quas vſque ad Strophades inſulas ſunt inſecuti, vt eſt author Apollonius

Digitized by Google

lonius in Argonauticis.

Zethu, nomen viri. 1. Eſd. 10. lat. oliuetum.

Zethua, nomen viri, Eſd. 2. Idem.

Zetta, Africæ vrbs, cuius Cæſar meminit. Glandorpius putat *Zellam* Strabonis eſſe.

Zetunim, Thermopylarũ vrbs, apud Laonicũ.

Zetus, filius fuit Iouis ex Antiope, & frater Amphionis. Nam cùm Lycus, Thebanorum rex Antiopen vxorem duxiſſet, illámq; ab Epapho, aut (vt alij vocant) Epopeo Thebanorum rege conſtupratam cognouiſſet, ſine mora eam repudiauit, ſecundáſque cum Dirce nuptias contraxit. Interim Iupiter Antiopes amore captus, cùm iam vidua eſſet, eam compreſſit, ex quo & grauida effecta eſt. Id ſentiens Dirce, ſuſpicata eſt, virum ſuum clam cum Antiopa rem habere eámque ob cauſam miniſtris imperauit, vt carceri eam includerent. Verùm inſtante partus tempore, Iouis miſeratione ſoluta eſt & in Cithæronem montem confugit: ibíque partus dolore correpta, cùm idoneum pariendi locum quærit, in ipſo biuio gemellos edit, quos paſtores ibidem inuentos pro ſuis educarunt, & alterum quidem Zetum appellarunt, ἀπὸ τοῦ ζητεῖν τόπον, alterum autem Amphionem ὅτι ἐν διόδῳ ἢ ἐν ἀμφὶ ὁδὸν αὐτοὺς ἔτεκεν. Hi cùm poſtea adoleuiſſent, cognitis iniuriis, quibus matrem ſuam affecerat Dirce, Tauri indomiti caudæ eam alligarunt, eóque per aſpera loca agitato, diris eam cruciatibus dilaniarunt, donec eius miſertus Bacchus in fontem eiuſdem nominis eam commutauit. Fuit autem Zetus Muſicæ peritiſſimus: vnde vnà cum fratre Amphione ſaxa fingitur ad Thebanæ vrbis ſtructuram citharæ ſuauitate traxiſſe. Cuius commenti rationem hanc reddit Palæphatus de Fabuloſis narrationibus, Amphionem & Zetum Muſicam primos in quæſtu habere cœpiſſe, eâq; lege admiſiſſe auditores, vt illi viciſſim ipſis ad muri conſtructionem operam ſuam præberent. Fratrum horum meminit Horat. lib. 1. Epiſt 17.

Gratia ſic fratrũ geminorum Amphionis atque
Zeti diſſiluit.

Zeugitana prouincia, eadem quæ *Africa Propria* dicitur. Æthicus *Zunchin* nominat. Ex hac Africæ parte emigraſſe putat Niger illam gentem Europam oberrantem, quam Itali *Zingani* & *Zingari*, Germani Superiores *Ziegeiner*, Inferiores *Egypteranen* & *Heydeden* appellant. Galli hos Ægyptios *Bohemiens* vocant, Bellonio teſte Pius II. ſcribit eos ex Zegoria regione ad Caucaſum ſita, prodiiſſe. Theuetus dicit eos ibidem ab Arabibus & Mauris *Roſolheramy*, id eſt, latrones, vocari.

Zeugma, Daciæ vrbs, Ptol. li. 3. 29. Vulgò *Clauſemburg* Rithaymero.

Zeugma, vrbs Syriæ ad Euphratem, vbi Alexander, ponte catenis iuncto, cum exercitu tranſiuit. Gentile, zeugmatites & Zeugmateus. Steph.

Zeugmatius, inſignis & admirabilis eremita, qui, licet oculorum priuaretur acie, omnia tamen circumibat, confortans oues, lupíſque, id eſt, hæreticis & infidelibus reſiſtens, propter quam cauſam monachicam eius cellulam concremauerunt: ſed Tatianus, magiſter militum fideliſſimus, aliam ei extruxit, multóque eum fouit auxilio. Sozom. lib. 8. c. 6. hiſt trip.

Zeugminium quod nunc Sirmium.

Zeuſippus, XXVI Sicyoniorum rex, regnauit an. XXXII. an. mundi 2703.

Zeuſis, Lydiæ præfectus, an. mundi 3775.

Zeuxis, Heracleotes, pictor ſua ætate maximus. Hic, teſte Plin. lib. 35. cap. 9. opes tantas acquiſiuit vt in oſtentatione earum Olympiæ aureis literis in palliorum teſſeris intextum nomen ſuum oſtentarit. Poſtea donare opera ſua inſtituit, quòd ea nullo ſatis digno pretio permutari poſſe diceret. Æquales eius & æmuli fuere, Timantes, Androcydes, Epompus, & Parrhaſius, cum quo deſcendiſſe in certamen traditur, vt in Parrhaſio ſuprà vidimus. Idem, eodem teſte c. 10 lib. ſupradicti, fertur pinxiſſe puerum vuas ferentem, ad quas cùm aduolarent aues, eadem ingenuitate proceſſit iratus operi: & dixit, Vuas melius pinxi quàm puerum, nam ſi & hunc conſummaſſem, aues timere debuerant. Hic etiam pinxit Helenæ ſimulachrum. Ex Plinij l. 35. cap. 10 Perottus pueri non meminit, ſed tantùm vuarum, ad quas aues in ſcenam aduolarint.

Zeuxo, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia Heſiod. in Theog.

Z I

Zidkia, XXII. Iudæorum rex, regnauit annis XI. A Nabuchodonozore rex tributarius conſtituitur, anno mundi 3336. Vide Sedacias.

Zie, nomen viri, 1. Par. 5. lat. ſudor, aut tremor.

Ziela, vrbs Cappadociæ, quam condidit Nicomedis filius Zielas, triſyllabum. Steph.

Zigarum, ea terra, fertur, ex qua populi exierunt, qui noſtra ætate cum liberis & vxoribus, Europam peruagantur.

Zigæ, Plinio Sarmatiæ Aſiaticæ populi circa Mæotidem paludem. *Circaſſi* hodie vocantur à Tartaris & Turcis, à ſe ipſis autem *Adiga*, vt refert Georg. Interianus Stephanus *Zygos* per x legit vide Sarmatia.

Zilia, Tingitanæ mediterranea vrbs, Ptolemæo auctore *Alger* Caſtaldo eſt, vide *Xilia*. eadem enim eſt.

Zina, nomen viri. 1. Para. 23. lat. fornicatio, aut Syriacè nutrimentum vel arma.

Ziph. Duæ ſunt huius nominis in tribu Iuda ciuitates, ex quibus altera nomen magnæ dedit ſolitudini. Ioſ. 15. & 1. Reg. 2. quam ædificauit Roboam. 1. Par. 2. 2. Paral. 11. lat. iſtud os, vel iſta

bucca, aut Syriacè, falſitas vel falſus?

zipha, filius Ialeleel. 1. Par. 4. idem quod Ziph ſignificat.

zipœtium, vrbs Bithyniæ à Zipeto rege, Step.

zirinia Thraciæ. Steph.

ziza, filius Ionathan filij Iuda filij Onam 1. Par. 2. Eſt & nomen principis. 1. Par. 4. Lat. vniuerſalis, vel omnimodus, ſeu beſtia, vel fera aut reſplendens: vel Syriacè, recedens.

zizerus amnis portus Indiæ eſt Plinio lib. 6. c. 23. Pintianus putat ab eodem Plinio, eodem capite *Muzirim* appellari, itémque Ptolemæi *Muziris* eſſe: in Græcis pro eo *Modiris* legitur, quòd Moletius *Gaul* nouo nomine interpretatur.

zizeum, vrbs in confinibus Colchidis videtur, apud Agathiam 5.

Z M

zmirna, Mœſiæ Primæ vrbs, lib. Notit.

Z O

zoar, loci nomen, ſic Suidas.

zoara, vrbs Perſidis. Ciues Zoari vel Zoaratæ. Eſt etiam ζόαρα, vicus magnus, ſiue caſtellum Palæſtinæ ad mare Aſphaltite (Hebraicè paruam ſignificat) quò Loth confugit à Sodomis: Ciues, Zoareni vel Zoroatæ. Steph.

zobidæ, populi propè Carmaniam. Steph.

zodocatha, Palæſtinæ vrbs, in Lib. Notit.

zoe, imperatrix, Conſtantino Monomacho nupſit: anno ſalutis 1043.

zoe, vxor Nicoſtrati martyris, ſeptem annis muta fuit ex morbo, demum à Deo Opt. Max. curata.

zoes, locus in Cyrenis, à Batto conditus. Herodoti Melpomene.

zoëlæ Hiſpaniæ Tarraconenſis populi, in Aſturia, Plinio.

zogocara, Armeniæ Maioris vrbs, Ptolemæo.

zœtium, vrbs Armeniæ à Zœto quodam. Ste.

zoheleth, rupes eſt iuxta fontem Rogel nomine. 3. Reg. 1. lat. reptans vel trahens.

zoheth, filius Ieſi. 1. Par. 3. lat. ſeparatio, aut iſte ſtupens, vel pauidus, ſeu confractus: vel ex Hebræo & Syro, iſte deſcendens.

zoitium, Stephano & Pauſaniæ Arcadiæ vrbs.

zolca, Paphlagoniorum in Galatia oppidum, Ptolem.

zoilus, Sophiſta fuit Amphipolites, Ptolemæi temporibus, hoc vno facinore nobilitatus, quòd Homerum poëtarum omnium principem libris aduerſus eum ſcriptis, auſus ſit reprehendere: vnde & ὁ ὁμηρομάστιξ cognomen accepit. Quæ ſcripta Ptolemæo obtulit, ingens videlicet præmium ab eo ſperans. Verum cùm nihil daretur, penuria coactus, ſubmiſit qui peterent. Ibi Ptolemæus mirari ſe ait, cùm Homerus tot annos defunctus tot hominum millia paſceret, Zoilum egere Homero multò doctiorem. De mortis eius genere diuerſi diuerſa ſentiunt: alij parricidij conuictum iuſſu regis cruci ſuffixum volunt: alij, cum in Græciam rediiſſet, de Scironiis ſaxis fuiſſe præcipitatum. Ab huius autem moribus ſumptum eſt, vt homines liuidi, & ex alieni ingenij obtrectatione laudem aucupantes, Zoili dicantur. Ouid. lib. 1. de Remedio amoris.

Ingenio magni liuor detrectat Homeri:
Quiſquis es, ex illo, Zoile nomen habes.

zombis, vrbs Mediæ, Steph.

zonæ, quantum ad noſtrum attinet inſtitutum, ſunt circuli quidem lati, cælum, terrámque veluti cingula quædam ambientes. Sunt autem numero quinque: quibus media, quæ inter tropicos eſt, nimio calore parum apta creditur habitationi. duæ verò extremæ ſub Arctico & Antarctico, circulis ſitæ, nimio frigore horrent: vnde & ipſæ habitationi parum ſunt idoneæ: Reliquæ autem duæ, vt quæ medium inter torridam & gelidam ſitum obtinent, temperatæ ſunt, & humanæ vitæ accommodatiſſimæ. Virg. 1. Georg.

Quinque tenent cælum Zonæ: quarum vna coruſco.
Semper ſole rubens, & torrida ſemper ab igni,
Quam circum extremæ dextra læuáque trahuntur,
Cærulea glacie, concreta, atque imbribus atris.
Has inter mediámque, duæ mortalibus ægris
Munere conceſſa diuûm, & via ſecta per ambas,
Obliquus quà ſe ſignorum verteret ordo.

Ouid. 1. Metam.

Vtque duæ dextra cælum totidémque ſiniſtra,
Parte ſecant Zonæ: quinta eſt ardentior illis.
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem
Cura dei, totidémque plagæ tellure premuntur.
Quarum quæ media eſt: non eſt habitabilis æſtu:
Nix tegit alta duas: totidem inter vtramque locauit
Temperiémque dedit miſta cũ frigore flamma.

zomzommi, populi ſunt, qui aliàs ab Ammonitis Raphaim nuncupantur. Deut. 2. lat. ſcelus vel turpitudinem cogitantes, ſeu ſcelus ſceleratorum.

zoom, filius Roboam ex Abihail. 2. Par. 11. Lat. abominans vel immundus.

zonus, fluminis oſtium, diſtans ab oſtio Iaxartis ſtadia M. CCCC. Plin.

zopariſtus, Melitenæ in Armenia Minori vrbs, apud Ptol.

zopyrion, Ponti præfectus, Scythis bellum indixit. Iuſtin. lib. 12.

zopyrus, Herodoto circa finem lib. 4. nobilis Perſa, qui quum Darius rex Perſarum Babylonios diu & fruſtrà oppugnaret, ipſe ſibi naſum,

ſum, aures & labia amputauit, & ita ad Babylonios quaſi tran.fuga ſe contulit, conquerens de crudelitate ſui regis. Receptus igitur à Babyloniis & dux belli conſtitutus, vrbem Dario tradidit. Vnde poſteà Darius ſolebat dicere, ſe zopyrum malle integrum, quàm viginti capere Babylonas.

Zopyrus, Phyſiognomiſta dictus eſt, quòd profiteretur hominum mores natu atque ex corpore, vultu, oculis, fronte ſe poſſe peruoſcere. Qui cum turpia quędam & à virtute aliena de Socrate dixiſſet, & à multis idcircò derideretur, Non errat (Socrates reſpondit) zopyrus. Hujuſmodi enim naturæ eſſem, niſi naturam Philoſophiâ ſuperaſſem. Eſt & aliter zopyrus, qui (vt author eſt Plin. lib. 34. c. 12 ſculpſit Areopagitas & judicium Oreſtis in duobus ſcyphis, pondo duodecim æſtimatis.

zorambus, Prol. Carmaniæ fluuius.

zoriga, Armeniæ majoris oppidum. Ptolemæus.

zoroanda, lacus quem efficit Tygris fluuius ab vno latere Tauri montis.

zoroaſtres, primus Bactrianorum rex, qui primus vt author eſt Plin. li. 3. c. 1. artes magicas in Perſide inuenit. Emicuit Nini regis temporibus, cum quo bella geſſit. Fuit ante bellum Trojanum annis cccc. aſſumptus eſt igne cœleſti. pręd:xitque Aſſyrijs, vt ſi ejus cineres ſeruarent, regnum eorum non defuturum. Alij à Nino Aſſyriorum rege in prælio occiſum ſcribunt. Feruntur ejus de natura lib. 1. De lapidibus item pretioſis vnus. Præterea Aſtronomica, & alia. Author Suid. Plin. quoque li. 17. cap. 16. vnum eodem die quo genitus eſt, riſiſſe teſtatur, cùm omnes homines riſum differant vſque ad diem ſexageſimum ſecundum. Eidemque cerebrum ita palpitaſſe, vt impoſitam repelleret manum, futuræ præſagio ſcientiæ. Septem liberales artes in quatuordecim ſcripſit columnis, ſeptem æneis & ſeptem lateritiis, contra diluuium vtrunque. Ninus verò ejus combuſſit libros: ab eiſdem quoque orta ſunt idola Comeſt. in cap. 11. Gen. zoroaſtrem autem ex interpretatione nominis, aſtrorum fuiſſe cultorem, aſſerit Ariſtoteles in li. quem inſcripſit Magicum. Laert. li. in Præfat. Eumque ſex annorum millibus ante Platonis mortem vixiſſe, & vicies centum millia verſuum ab ipſo de Magia fuiſſe condita, prodidit Eudoxus. Plin. lib. 30. cap. 1.

zerobabel Dux in Iuda, Agg. 2. filius Phadaja filij Iechonię, 1. Par. 3. 1. Eſd. 2. Lat. alienus à confuſione, aut aliena, vel extranea confuſio, ſiue extranea commiſtio, aut diſperſio confuſionis, vel commiſtionis, ſeu circulus confuſionis vel commiſtionis.

zorolus, Thracię fluuius, XIII. m. paſſ. à Druzipara, vt docet vita S. Alexandri martyris.

zoropaſſus, apud Ptolemæum Muranę regionis vrbs, in Armenia minori.

zoroyma, Syriæ epiſcopatus, ſub ſede Boſtrenſi. Tyrius.

zoſimus, XXXIX. Romanorum epiſcopus, an. 1. menſ. IX. dieb. VIII. an. ſal. 418.

zoſimus comes & exaduocatus fiſci vixit tempore Theodoſij junioris, vt ex Euagrio ſcholaſtico patet. Reliquit hiſtoriæ libros ſex, quorum primus Cæſares ab Auguſto vſque ad Diocletianum percurrit. Cæteris quinque fuſius perſequitur res Romanas, vſque ad Romam iterum ab Alaricho obſeſſam, Attalum ab eo deſignatum Imperatorem, poſteaque ea dignitate exutum, & Sari ad Honorij partes tranſitum. Homo fuit paganus, vnde creber eſt in ſugillandis principibus Chriſtianis: quo nomine etiam à Photio reprehenditur, item Euagrio Nicephoro & alijs Dictione vtitur breui, perſpicua pura & ſuaui.

zoſiterpum, Thraciæ oppidum, Procop. 4. & Ædificiorum Iuſtiniani Imp.

zoſter, Iſthmus Atticæ, vbi Latonam ajunt zona ſoluta in ſtagno lauiſſe. Hic piſcatores Latonæ ſacrificant, & Dianæ, & Apollini zoſterio. zoſterius, natus ex illo loco. Colitur etiam Minerua Zoſteria in locris Epicnemidiis, Stepha. Apollinem alij in Zoſtero loco jam dicto, alij in Delo, alij in Tegyra natum ſcribunt, Stephanus.

zoſter, Lycophroni eſt Italiæ promontorium: vbi Sibyllæ Cumanæ domicilium, in Campania putat eſſe Ortelius.

zotale, fluuius in quo Margus Margianæ amnis corriuatur, vt ſcribit Plin.

zotapa, Iſaurię vrbs, Concilium Chalcedonẽſ.

zoticus, vir ſanctus & probatiſſimus, Comanæ epiſcopus inſignis, integer vitæ, ſceleriſque purus: qui, cùm apud Pepuzam Maximilla, Mõtani hæretici meretrix, ſe prophetare ſimularet, repentè ingreſſus, cœpit imperare ſpiritui, qui in ipſa loquebatur, ita vt eum penitus cohiberet. Euſeb. lib. 5. cap. 18. hiſt. Eccleſ.

zoton, Æthiopiæ ſub Ægypto, vrbs apud Plin.

zotopolis, loci nomen circa Thraciam, Marcellino Comiti. *Syropolu* legit Cuſpinianus *Sozopolu* legendum putat Ortelius.

Z T

Zteuzitanus epiſcopatus in Africa, apud Vict. Vticenſ.

Z V

Zuchabarus, Africæ Propriæ mons, apud Ptolemæum.

zuchis, vrbs Libyæ juxta Syrtim, Steph.

zugana, vrbs in Arabia Felici. Ptol.

zugar, vrbs in Africa propria apud Ptol.

Zulemon, Saracenorum Aſiam incolentium dux, qui ingentibus copijs Thraciam inuaſe-

Digitized by Google

runt: pars Conſtantinopolim obſedit, pars in Bulgaros prædatum abierunt, cum quibus Bulgari acie decernentes ceciderunt Saracenorum XXII. mil. Blond. Diacon.

Zumi, Germaniæ gens, à Maroboduo rege ſubacta. Strab.

Zungat, caſtellum in Cilicia. Nicet.

Zurobora, Daciæ oppidum, Ptolemæo, *Temeſuar* Nigro.

Zuuentebaldus, Marauenorum dux, cui Arnolphus Bohemorum Ducatum concesserat, imperatori rebellis, quem cùm proprijs viribus ſuperare nequiret, implorato Hungarorum auxilio vicit, atque perdomuit. Luithp. lib. 1. c. 5.

Z Y

Zygactes, Thraciæ fluuius circa Philippos in cujus trajectu dicunt Plutonem fregiſſe currus jugum, cùm Proſerpinam rapuiſſet: indeq; ſortitum nomen, vt refert Appianus 4. Ciuil.

Zigantes, populi ſunt Pœnis vicini: vbi, vt author eſt Herod. lib. 4. magnam vim mellis apes conficiunt, ſed multò plus opifices viri facere dicuntur. Omnes minio inficiuntur, ac ſimijs veſcuntur: quarum affatim gignitur iis qui in montibus degunt, Ciuitas eorum in Lybya *ζύγαντις* populi *ζύγαντες*. Steph.

Zyges, Marmaricæ Nomi gens. Ptol.

Zygi, populi juxta Boſphorum Aſiæ: ad quos pertinere videtur etiam Zygopolis juxta Trapezuntem. Gentile, Zygianus. Steph.

Zygia, Iunonis cognomentum eſt apud Pindarum, eò quòd nuptiis præſidere putabatur: vnde & *γαμηλίαν* vocent Græci, Latini etiam Pronubam. Virgil. Æneid. 4.

—prima & Tellus & Pronuba Iuno
Dant ſignum.

Zygiana, Bithyniæ regio. Ptol.

Zygena, inſula in mari rubro. Gentile, Zygenites: Poſſeſſiuum, Zygenicus. Steph.

Zygopolis, Colchidis regionis oppidum. Str.

Zygris, vicus in Marmarica regione Africæ. Ptol.

Zymbræus, Apollo, vide Tymbræus.

Zymna, Syriæ vrbs inter Cyrrhum & Edeſſam, Anton.

Zipſerlandia. vide Dacia.

Zyras, amnis Thraciæ, Dionyſiopolim alluens.

LAVS DEO.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google